B... Univ.
GRANA...
Sala A
20
39


9-1-39

R/7515

# DE VLTIMARVM VOLVNTATVM INTERPRETATIONE, TRACTATVS.

In quinque libros, ampliſſimè, latiſſiméque diuiſus: hóſque partitos in plures interpretationes, quæ opportunis dubitationibus congruas præbent ſolutiones.

*Auctore* SIMONE DE PRÆTIS *Piſaurenſi, Iuriſconſultiſſimo.*

Opus ſanè arduum, neceſſarium, ac perutile, cunctis profeſſoribus, nec non in foro verſantibus. Ad hæc denuo excuſum, & à mendis quæ in alias editiones cùm VENETIIS, tùm GERMANIÆ irrepſerant, vindicatum.

*Operis contentum in ſequenti pagina, Indicem verò copioſiſſimum in extremo totius Operis, reperies.*




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2. C. 26 N. 11

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

*LVGDVNI,*

APVD PETRVM LANDRY.

M. D. LXXXVIII.

## QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR, HÆC SVNT.

*PRIMO libro tractandum eſt de interpretationibus in genere & in ſpecie, & de aliis præmittendis pro declaratione propoſitæ materiæ.*

*SECVNDO libro videndum eſt de teſtamentis, & aliis vltimis voluntatibus, de earum probationibus, valore, verbis, ſententiiſque teſtantium, adhibitis Interpretationibus ad Dubitationes aliquas magis contingibiles.*

*TERTIO libro perſcrutandum eſt de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus hæredum, & de fideicommiſsis ſuas Interpretationes applicando ad Dubitationes occurrentes.*

*QVARTO libro, de legatis, & aliis præceptis, & diſpoſitionibus teſtatorum, de clauſulis derogatoriis, & reuocatoriis adhibendo Interpretationes, & declarationes opportunas dicendum eſt.*

*QVINTO libro ſupereſt de iudiciis cogitandum, quibus voluntates vltimæ teſtatorum effectualiter ſint adimplendæ, ſeruandæ, & exequendæ congruis Interpretationibus adhibitis.*

# SERENISS. VRBINI DVCI VI. PISAVRI, CÆTERARVMQVE SVÆ DITIONIS CIVITATVM PRINCIPI OPTIMO.

## *FRANCISCO MARIAE II. RVVERIO FELTRIO,*

### SIMON DE PRAETIS, S.

CVM annos ab hinc plures Sereniſsime Princeps, in tractandis Iuris Cæſarei, & Pōtificij ſtudijs, nunc Cōſultoris, nunc Iudicis munia implens, verſatus ego fuerim: animaduerti, non eſſe aliam in pulcherrima Iuris compoſitione partem tractatione difficiliorem, vſu frequentiorem, re ipſa humano generi conducibiliorem, ea, quę vltimas hominum voluntates reſpicit, interpretatur, & explicat. Cui rei illud argumento eſt, quod & veteres illi iuriſperiti, & Cæſares Augusti, & ſubindè clariſsimi Iuris profeſſores, & magni, & inſignes Interpretes hanc præ cæteris trationem, in omni tempore reſponſis, conſtitutionibus, commentarijs, cōſilijs, ſcriptionibus commendarunt, tum illuſtrarunt ſuis. Nec ſanè difficile eſt, veram afferre huiuſce rei rationem. Nam, cùm homines è vita decedentes in poſtremis ſuis iudicijs, & decretis de vniuerſis bonis, facultatibus, & patrimonijs ſuis, quod poſt obitum ſuum fieri velint, ſtatuant, & quod ſtatuerint, firmum, & ratum eſſe maxime velint, nec tantum in longos annos, ſed frequenter etiam in perpetuum. Hinc factum eſt, vt mortalibus naturaliter ad diſſentiendum procliuibus, & tunc potiſsimùm, cùm de re pecuniaria & quæſtuaria agitur, teſtamenta, atque vltimę ipſorum morientium voluntates multis ſanè de cauſis innumeras præbuerint litium occaſiones: quare in nullo alio iuris argumento plura, quàm in hoc, edita fuerunt Principum placita, Iuriſconſultorum reſponſa, & Doctorum varia, & crebra interpretamenta. Quibus ita ſe habētibus, operæprecium, & quod ex re ſtudioſorum eſſet, me eſſe facturum duxi: ſi obſcuras, & dubias interpretum ſententias, quæ in hac materia opinionum varietate, & librorum multitudine, valde certè quidem diffuſæ & intricatæ permultæ ſunt, diligenter, & dilucidè, & ornatè exponerem. Qua ratione, librum non alio titulo, quàm de Interpretatione vlti-

*2 marum

marum voluntatum inſignire volui. Num verò illud, quod maximoperè optaui, aſſecutus fuerim, aliorum eſto iudicium. Illud ſcio, immenſum me pelagus hoc ingreſſum, in euoluendis, digerendis, explicandis penè innumeris Scriptorum aſſertionibus, & denique voluminibus, tantum hauſiſſe laboris, operæ, & moleſtiæ, vt non ſemel piguerit me cœpti, & nonnunquam etiam reuocare gradum, & inſtitutum deſerere curſum cogitauerim. Cæterùm vna, atque altera cogitatio me in propoſita ſententia retinuerunt, atque adeo confirmarunt. Vicit porrò ſtudium communis, & publicæ omnium Iuriſprudētiæ ſtudioſorum, & profeſſorum vtilitatis, quam non mediocrem, & vulgarem, exigētibus his meis laboribus, percepturos eſſe (niſi mea me fallit opinio) planè pro certo tenere poſſum. Ad hæc ſubijt ſæpenumero in mentem, me aliàs, cùm meum Reſponſorum Iuris librum tibi, ampliſſime Princeps, ſtudiorum meorum patrono, & alteri meo benigniſſimo nuncupaui, meam quoque obſtrinxiſſe tibi fidem, huius pariter operis, quod de vltimis hominum interpretandis voluntatibus eſt, ſub eodem tuo fœlici nomine inuulgandi. Quod ipſum nunc cum facio, præterquàm quòd meam tibi fidem libero, ſumma etiam cum ratione facio. Porrò opus, cuius ſubiectum nihil aliud eſt, quàm Iuſtitia, cuiuſmodi hoc meũ eſt: cui magis iure, ac merito, quàm iuſtiſsimo Principi debetur? Tu verò maximis quidem, & heroicis virtutibus eximiè præſtas, ſed præcipuè vna iuſtitia præ cæteris excellis. Quod ex eo intelligunt omnes: quia non modò probas viros probos & iuſtos, & eorum ſtudijs, & lucubrationibus, quibus homines ad colendam iuſtitiam inſtituuntur & formantur, egregiè & impenſè faues, ſed frequens es, & ſupra modum aſsiduus in audiendis & ex audiendis ſubiectorũ tibi populorum querimoniis, & iuſtis petitionibus: quas ampliſsimo tuorum Senatorum ordini, vt res ipſa fert, pro iuſtitia definienda committis. Qua ratione nulla eſt alia certior ad veram, & Chriſtiano Principe dignam gloriã & æternam famam comparandam. Iure igitur optimo, Opt. Princeps, hoc opus meum tibi dono, dico, dedico, & planè eadẽ ſingulari mentis affectione, qua Reſponſorum meorũ librum ſuperioribus annis tibi quoque donaui dicaui, & dedicaui. Illud reliquum eſt, vt tu benigna, ac læta fronte, vt ſoles, ad munus hoc meum quanuis exiguum, & tenue, reſpicias: Ita enim fiet, vt proli meæ vtrique tum animi, tum corporis auctoritatis, & amplitudinis tuæ præſidijs munitæ nihil vnquam aduerſi in poſterum mihi ſit metuendum.

Vale. Piſauri Calendas Aprilis.

M. D. LXXXII.



# IN LIBRVM DE INTERPRETATIONE VLT. VOLVNT.

## A SIMONE DE PRAETIS PISAVRENSI, VIRO DIVINI HVMANIQVE iuris conſultiſs.

*SVB SERENISS. VRB. DVCIS NOMINE EDITVM,*

## LIVII VITALIS OROSII SYLVA.

*EST ingens legum pelagus, quod fluctuat atro*
*Sæpe noto, ſcopuliſque cauis illiſa reclamat*
*Cymothoe, Dothóque ſimul turbata procellis,*
*Implicitas inter lites, ſtrepitúſque forenſes,*
*Et matutinas, veſpertináſque querelas.*
*Sæpius, his latis Iuriſconſultus in vndis,*
*Antehac errabat: dum reſpondere Clienti*
*Vellet, quid fieri iubeant, quid denique mandent*
*Teſtamenta ſenum, & quæuis ſuprema voluntas*
*In tabulis expreſſa domi, ſigniſque notata,*
*Scripta, vel in caſtris inter fulgentia ſigna*
*Inſtructáſque acies, dum claſsica dira canuntur.*
*Aſt hic ingenij princeps: vberrimus & fons*
*Iuſtinianeæ doctrinæ, ſuſtulit omnes*
*Errores, aditus patefecit, & omne recluſit*
*Ius teſtamenti, nodoſáque licia ſoluit*
*Peruigili ſtudio, cura, ſummóque labore.*
*Ac veluti è thalamis cum ſe Titonia coniux*
*Protulit, & Pyrois Nabatheo littore currum*
*Auricomi Phœbi attollens, in Tartara nigra*
*Conijcit Euphronem, terra genitrice creatam,*
*Tunc, quæ nocturna fuerant caligine merſa,*
*Cuncta patent oculis, flamma radiante diurna.*
*Sic, vbi docta manus, mens, ars, & cura SIMONIS*
*Noctem abdens operi, biblóſque ad lumina longo*
*Exercens penſo, iuſsit prodire volumen,*
*Luminibus multis ornatum, tota refulget*
*Teſtantum ratio, cæcis educta latebris,*
*Multiplicique nota, variáque ambage viarum.*
*Fortunate SIMON, cultor probitatis, & æqui,*
*Omnia ſi quid habent veri, non irrita vatum,*
*Semper honos, noménque tuum, laudéſque vigebunt,*
*Quà celer Alpino deuoluitur agmine Rhenus:*
*Et quà vipereo peregrini ſemine Cadmi*
*Emicuit Dircæa cohors: qua labitur Apſus.*

*Quáque Getæ potant vndas binominis Iſtri,*
*Et quà, capta Iouis fallentis imagine tauri,*
*Floribus, & ſertis inſignis Agenore nata*
*A Scythico Tanai Calpen diffunditur vſque.*
*Ipſe etiam legum primus reparator, & auctor,*
*Threijcio vultum attollens à littore, grates*
*Iuſtinianus agit lætus, tenditque ſupinas*
*Inde manus: multúmque tibi debere fatetur.*
*At tibi nulla magis regio celebrabit honores*
*Perpetuos: quàm quæ, portu languentis Iſauri*
*Excipit Adriaco iactatas æquore pinus.*
*Hic, hominum genus egregium, Romana propago*
*Per tot ducta viros, Troianæ ab origine gentis,*
*Per magnum decus accipiet, dum viuida virtus*
*Te ſinet haud vnquam lethæis mergier vndis:*
*Sed memori ſermone feret, feret ore ſonanti*
*Vſque tuam latè ventura in ſæcula famam:*
*Nam tua nec iudex ſincerus ſcripta, nec vllus*
*Prætor de manibus ponet: quæ denique ſemper*
*Omne forum, ſchola tota leget, leget omne tribunal,*
*Et nouies, deciéſque ſimul repetita placebunt.*
*Hæc, te longæuum factura, volumina primus*
*Aſpiciet nitidis oculis, vultúque benigno*
*Italiæ ſidus fulgens, DVX magnus, auitum*
*Nomen habens: virtute etiam trans Gargara notus:*
*Iuſtitia inſignis, nulli pietate ſecundus,*
*Qui laxat, qui fræna premit flauentis Iſauri,*
*Quique iubet placido curſu fluitare Metaurum,*
*Vndantéſque ſinus Miſæ, quæ gurgite miti*
*Abluit antiquum Senonum de nomine Senam:*
*Cuique Clanis paret, ſpumanti vortice fines*
*Ingini lambens, crebris dum flexibus errat,*
*Albaque glandifera prætexit tempora quercu.*
*Hic vir, hic eſt, nobis conceſſus munere Diuum*
*FRANCISCVS Princeps; quo non præſtantior alter,*
*Qui regat imperio populos, & legibus æquis.*
*Si dotes animi ſpectes, cæleſtia dona:*
*Ingenium cernes, formatum Palladis arte.*
*Inde adeò celeri, mundi primordia, mente*
*Concipit, & quaſcunque oculis natura negauit*
*Occultas rerum cauſas: cur denique rerum*
*Accipiat genitura nouam per ſidera formam.*
*Scit tabulas etiam legum, ſcit condita iura:*
*Scit licitum: nouit vetitum quæ pœna ſequatur.*
*Nec tamen ignorat laudatas corporis artes.*
*Nam tubicen quandoque canit decedere circo*
*Infuſam turbam, & campos iubet eſſe patentes.*
*Tum lecti iuuenes, armis, oſtróque ſuperbi.*
*Frænatis lucent in equis, ac ordine longo*
*Robora dura ferunt, præfixa haſtilia ferro.*
*Heros marmoreo tandem ſe limine promit,*
*Quem bicolor maculis Calaber, Neptunia proles*
*Portat equus, fuluum mandens ſubdentibus aurum,*
*Collectóſque premens tumidis è manibus ignes.*
*Atque vbi Miſenus clangoribus æthera pulſat,*
*Et vocat ad pugnam: ferrata calce fatigat*
*Cornipedem: dat lora manu, ſe flectit in armos:*
*Fraxineámque trabem certus prætendit, & omnes*
*Quos habet aduerſus curſúque ictúque laceſſit.*
*Tantus amor ſuadet tractare per ocia bellum,*
*Quòd Martis ſimulacra placent, & ludus in armis.*
*Sæpe iuuat, tectis medijs, hiemalibus horis,*
*Fulmineum vibrare enſem: tranſmittere diſcum:*
*Siue pilæ iactu colludere, ſiue lupatis*
*Cogit equos flecti in girum, gradibúſque ſonare*
*Compoſitis: ſuperare etiam modò curſibus auras.*
*At dum triticeas meſſes exurere Titan*
*Incipit, & rimis terras proſcindere crebris:*
*Tunc ſolet è ripis vndoſum frangere nando*
*Indutus thoraca vadum, liquidáſque per vndas*
*Alternóſque pedes, lentóſque mouere lacertos.*
*Omnia virtutis ſunt hæc ſpectacula ſummæ,*
*Et celebris nunquam perituræ inſignia laudis.*
*Ter felix dicende SIMON, cui contigit vni,*
*Arte laboratos tectis emittere libros,*
*Magni animi ſummique DVCIS ſub nomine claro,*
*Inuidia hos ideo, & Momus venerabitur omnis.*

INDEX

# INDEX, SEV INSCRIPTIONES INTERPRETATIONVM, DVBITATIONVM, ET SOLVTIONVM, QVÆ IN TOTO HOC OPERE continentur.

## LIBER PRIMVS.

PRIMVS liber diuiditur in duas Interpretationes, ſeu declarationes, quarum prima diſſoluit dubitationes quinque.

Primam, quæ & qualis ſit ipſa interpretatio, & de eius diffinitione.

Secundam, quo iure, & qua neceſſitate ſit inducta, & quo caſu facienda.

Tertiam, à quibus fieri poteſt, vel debet.

Quartam, quo modo facienda.

Quintam, quando facta poſſit variari.

### INTERPR. I. DVBIT. I. Soluitur.

Per ipſius interpretationis diffinitionem, deſcriptionem multiplicem, vt infra ſequitur.

### DVBIT. II. Soluitur his perquiſitis.

I. Quo iure ſit inducta.
II. Qua neceſſitate.
III. Ad quid interpretatio.
IIII. Quo caſu facienda.
V. Quomodo dubium ſit.

### DVBIT. III.

A quibus fieri poteſt, vel debet interpretatio, ſoluitur, fieri poſſe.

I. Per notarium, vel ſcriptorem.
II. Per interpretem idiomatis.
III. Per legatarium.
IIII. Per hæredem.
V. Per teſtatorem, vel eum, cui teſtator commiſerit.
VI. Per quemlibet in ſui præiudicium.
VII. Per executorem teſtamentarium.
VIII. Per Doctores, vel iuriſperitos.
IX. Per leges communes.
X. Per ſtatuta.
XI. Per conſuetudinem.
XII. Per iudicem.
XIII. Per Principem.

### DVBIT. IIII.

Quomodo faciẽda ſit interpretatio, ſoluitur, his inſpectis.

I. Quod ſit apta interpretatio.
II. Quod ſit veriſimilis.
III. Ne ſit captioſa.
IIII. Vt ceſſet abſurditas.
V. Quod ſit humana, atque benigna interpretatio.
VI. Quod ſit æqua.
VII. Quod ceſſet perplexitas, vel repugnantia.
VIII. Ne videatur ſtatim ſe correxiſſe.
IX. Vt contrarietas ceſſet.
X. Vt minus lædatur ius commune.
XI. Quòd in teſtamentis plenior interpretatio.
XII. Quandóve ſtricta, & limitata ſit interpretatio in teſtamẽtis, & quæ odioſa, & quæ fauorabilis ſit.

### DVBIT. V.

Quando facta interpretatio poſſit variari, ſoluitur diſcurrendo, vt ſequitur.

I. De Notario, ſeu ſcriptore, ſeu alio interpretante ſcripturam teſtamenti dubiam.
II. De interprete declarante obſcurum, & ignotum idioma.
III. De legatario eligente.
IIII. De hærede interpretante & declarante.
V. De teſtatore ipſo declarante & alio, cui teſtator credi mandauerit.
VI. De quolibet in ſui præiudicium declarante.
VII. De executore teſtamentario.
VIII. De Doctore interpretante.
IX. De legibus, ſtatutis, vel conſuetudine interpretantibus.
X. De iudice.
XI. De Principe interpretante.

### INTERPR. II.

Secunda verò interpretatio, ſeu declaratio duas dubitationes dirimit.

Primam per quæ media fieri poſſit interpretatio.

Secundam ex quibus locis media ipſa ſumi poſſint.

### DVBIT. I. Soluitur mediis, quibus ſequitur.

I. Per coniecturas.
II. Per indicia.
III. Per argumenta.
IIII. Per præſumptiones.
V. Per veriſimilia.

### DVBIT. II.

Ex quibus locis ſuperius enarrata media aſſumi poſſunt.

I. Ex bono & æquo.
II. A natura.
III. A conſanguinitate.
IIII. Ab amicitia & inimicitia.
V. Ab affectione & charitate.
VI. A contemplatione.
VII. A ſubiecta materia.
VIII. A continentia.
IX. A conſuetudine.
X. Ab arbitrio viuentium.
XI. Ab aditu.
XII. A neceſſitate.
XIII. Ab euentu.
XIIII. Ab effectu.

LIBER



## LIBER SECVNDVS.

SEcundò libro videndum eſt de teſtamentis, & aliis vltimis voluntatibus, de earum probationibus, valore, verbis, ſententiiſque teſtantium adhibitis interpretationibus ad dubit. aliquas magis contingibiles.

Diuiditur igitur in quatuor interpret. ſeu declarat.

I. Circa eſſentiam, & probationes vlt. volunt.
II. Circa validitatem & vigorem.
III. Circa ſcripturam & verba.
IV. Circa mentem & ſententiam.

### INTERPRET. I. Duas princip. dubit. reſoluit.

Primam, quæ, qualis, quotuplex ſit vltima voluntas.

Secundam, qua præparatione, quáve probatione de ea nobis conſtare, vel liquere poſſit.

### DVBIT. I. Quæ qualis &c. Soluitur.

Præmiſſa definitione vlt. volunt. quæ talis ſequitur.

Eſt enim vltima volũtas vnius hominis habilis diſpoſitio, de eo quod fieri, vel capi velit poſt mortem ſuam, mortéque ipſa effecta irreuocabilis & firma per alium adimplenda.

Et qualis eſt vltima voluntas per diffinitionem, ſoluitur per ſingula hæc præmiſſa verba.

Ita ſolut. dantur ſuper his ſingulis verbis diſcurrendo.

I. Vltima.
II. Voluntas.
III. Vnius hominis.
IV. Habilis.
V. Diſpoſitio.
VI. De eo quod fieri, vel capi velit poſt mortẽ ſuã.
VII. Mortéque ipſa effecta irreuocabilis & firma.
VIII. Per alium adimplenda.
IX. Quotuplex ſpecies 10. vltim. volunt. tradũtur.
X. Quomodo cognoſcantur codicilli ſine teſtamento, per clauſulam codicillarem.
XI. De effectibus clauſulæ codicillaris.
XII. Signa donationis cauſa mortis factæ in teſtamento.
XIII. Signa donationis cauſa mortis factæ extra teſtã.
XIV. Signa donationis inter viuos multa enumerantur & probantur.

### DVBIT. II. Qua præparatione, quáve probatione nobis conſtet, vel liquere poßit, ſoluitur.

I. Per præparationem ad teſtandum.
II. Per ſcripturam.
III. Per depoſitiones teſtium.

### INTERPR. II. Circa validitatem & vigorem, duas exponit dubitationes.

Primam, ſi & quando valeat diſpoſitio.

Secundam, qualem quantam poteſtatem contineat.

DVBIT. I. Si & quando &c. Soluitur.

I. Per cognitionem capacitatis perſonæ diſponentis, & eius in quem confertur diſpoſitio, & maximè de bannitis aliqua notabilia traduntur.

II. Per cognitionem formæ, & ſolennitatis diſpoſitionis.

III. Per inſpectionem rerum diſponentis, temporis vel loci conditi teſtamenti.

IV. Per clauſulam, omni meliori modo.

V. Per interpretationem pro validitate tam ratione perſonæ diſponentis, & perſonæ vocatæ, quàm rei diſpoſitæ, modi diſponendi, & ſignificati verborum.

### DVBIT. II. Qualem, & quantam poteſtatem contineat, ſoluitur.

I. Per ea quæ poteſt teſtator diſponere, vel poteſt perſona vocata capere, & de iure vel de facto.

II. Per ea quæ etiam non poteſt diſponere, & inualida eſt diſpoſitio in caſibus pluribus expreſſis ad nu. 45.

### INTERPR. III. Circa ſcripturam, & verba duas explicat dubitationes.

Primam dub. itaque & quomodo ex ſcriptura reddatur certa.

Secundam in verbis, & quomodo ex verbis clara ſit.

DVB. I. Quomodo ex ſcriptura reddatur, ſoluitur.

I. Per inſpectionem ſcripturæ non intelligibilis, cancellatæ, ignotæ, priuatæ, ineptæ, peccantis in grammatica, imperfectæ, habentis verba ſuperflua.

II. Per rationem recti ſermonis.

III. In parte negatiua, vel affirmatiua, inſpiciendo ipſius ſcripturæ ordinem, contextum, præfationem, præcedentiam, media, ſequentiam, partem aliam ab alia parte, copulatam, alternatiuam aut diſiunctam, à ſufficienti partium enumeratione, negatiuas, illatas, teſtator non dixit, non expreſſit, non apparet, omiſit clauſulas finales eiuſdem ſcripturæ vltima vel nouiſſima.

### DVBIT. II. In verbis, & quomodo ex verbis clara ſit, ſoluitur.

I. Per accuratam inſpectionem verborum propriorum, impropriorũ, largæ vel ſtrictæ ſignificationis, & per receſſum ab eorũ ſignificato ex manifeſto ſenſu teſtatoris.

II. Per qualitatem vulgaris ſermonis, vel Latini.

III. Per effectum diſpoſitiuorum, executiuorum, enuntiatiuorum, & demonſtratiuorum.

IV. Per ſignificationem aliquorum verborum præſertim, relinquo, præpoſitionum, & aduerbiorum, vt itẽ, vltra, videlicet, non aliter, omnino, ſine exceptione, ad vnguem, quoquo modo, & verborum geminatorum gerundij vel partici. vel ſupini.

V. Per effectum operandi verborum latè examinatorum cum limitationibus 15. adductis.

### INTERPR. IV. Circa mentem & ſententiam duæ ſub ea dubitationes declarandæ proponuntur.

Prima, mentis, & ſententiæ teſtatoris dubiæ in his, & quomodo ex his quæ extra teſtamentum contingunt, interpretatio capiatur.

Secunda, quomodo eiuſdem mentis dubiæ fiat declaratio in his, & ex his quæ ex ipſo teſtamento oriuntur.

DVBIT. I. Mentis & ſententiæ, &c. ſoluitur.

I. Per ſignificata plura mentis, & eius accuratam attentionem.

II. Per exteriora media, & loca remiſſiuè expreſſa.

IV. Per ſcientiam, vel notitiam teſtatoris.

### DVBIT. II. Quomodo eiuſdem mentis dubia fiat declaratio in his, & ex his quæ ex ipſo teſtamento oriuntur, ſoluitur.

I. Per verba ipſa teſtatoris conuenientia, quàlia ſint expreſſa generaliter, ſpecialiter, vel ſingulariter.

II. Per cauſas, rationes, ſigna, nomina, & verba oſtendẽtia amplitudinẽ, extenſionẽ, repetitionẽ, relationẽ.

III. Per cauſas plures enumeratas & dictio. reſtrictiuas.

## LIBER TERTIVS.

HAEC in ſũma cõtinet quæ ſequuntur tres interpret.

Primam de inſtitutionibus hæredum.

Secundam de ſubſtitutionibus.

Tertiam de fideicommiſſis.

INTERPR. I. Explicantur ſex dubitat.

Prima eſt, quid de teſtamento ſine inſtitutione hæredũ.

Secunda eſt dubitatio, quoad clauſulam, in omnibus autem aliis ſuis bonis &c.

Tertia, ſuper verbis diſpoſitiuis inſtitutionis hæredũ

Quarta

*Quarta dub. quod expreſſionem, nominationem & qualitatem hæredum.*
*Quinta dubitat. eſt de portionibus hæredum.*
*Sexta & vltima de præteritione & exhæderatione liberorum & parentum.*

INTERPRET. I. DVBIT. I. *Quid de teſtamento ſine inſtitutione hæredum, ſoluitur vnica ſolutione.*

*Sine hæredum inſtitutione non dici teſtamentum.*

DVBIT. II. *Quoad clauſulam, in omnibus autem aliis ſuis bonis, ſoluitur duabus ſolut.*

I. *Eſſe verba hæc teſtatoris, & continere ac comprehendere legata in vniuerſitate iuris & bonorum teſtatoris, & ſubinde amplè diſcuti quæſtionem illam non minùs frequentem, quàm controuerſam vxore inſtituta hærede in vſufructu, & poſt eius mortem alio inſtituto hærede vniuerſali, qualis ſit vxor, an legataria vſusfructus, vel hæres grauata ad reſtituendum poſt mortem fideic. vniuerſali inſtituto.*

II. *Bona emphyteutica, & feudalia contineri, quæ ſunt hæreditaria, & ea cognoſci ex qualitate perſonæ Domini inueſtientis, & ex forma inueſtituræ.*

DVBIT. III. *Super verbis diſpoſitiuis inſtitutionis hæredum, ſoluitur 1. ſolut.*

I *Eſſe diligenter inſpiciendam naturam, & proprietatem ipſorum verborum.*

DVBIT. IV. *Quoad expreſſionem, nominationem, & qualitatem hæredum, ſoluitur 5. ſol.*

I. *Per nominationem hæredum, & expreſſionem qualem à teſtatore factam, vel alij commiſſam & relatam per alium.*

II. *Et talem præſumi hæredem, qualis eſt expreſſio, & incapaci, vel ſpurio reperto prouiſionem relinquendi qualem eſſe.*

III. *Per ius poſtliminii captiui inſtitutionem validam: res emptas à piratis effici, emptoris ei pretio non reſtituto.*

VI. *Per ſtatutum de bonis non alienandis forenſi, hunc effici hæredem incapacem, & per plures concluſiones enumeratas de tali ſtatuto.*

V. *Per multiplicem, & hic plenè diſcuſſam ſignificationem vocabuli hæredis.*

DVBIT. V. *De portionib. hæredum, ſoluit. 4. fol.*

I *Per nomina propria, vel collectiua vocatorum in diſpoſitione, & per æqualitatem ſeruandam.*
II. *Per deſignationem portionum à teſtatore factã.*
III. *Per ius accreſcendi.*
IV. *Per ius tranſmittendi, & plura hîc explicata in materia.*

DVBIT. VI. *& vltim. De præteritione, & ex hæredatione liberorum vel parentum, ſoluitur 4. ſol.*

I. *Per excluſionem & priuationem hæreditatis quaſi debitæ.*

II. *Per quæcunque verba importantia ipſam priuationem, & excluſionem hæreditatis cauſa legitima tamen aſſignata per teſtatorem, & probanda per hæredem.*

III. *Oſtendendo eſſe factam in teſtamento, & probatã eſſe ſpecialiter cauſam impoſitam ipſius exhæredationis, vt priuationis effectum ſortiatur.*

IV. *Per mortem vel longiſſimam taciturnitatẽ præteriti etiam non in totum, & non in omni gradu, quo verò ad exhæredationem tolli per pœnitentiam exhæredati vel reconciliationem cum teſtatore, & per probationem expreſſarum cauſarum non factam, contra exhæredationem vel præteritionem tamen operari clauſulam codicillarem.*

INTERPR. II. *De ſubſtitutionibus.*
DVBIT. I. *Quomodo cognoſcatur directa ſubſtitutio, ſoluitur infraſcriptis decem modis.*

I. *Per diſſinitionem ipſius ſubſtitutionis.*
II. *Per ſignificatum, regulas, & exempla directorum verborum.*
III. *Per cognitionem negatiuæ, & exempla obliquorum verborum.*
IV. *Per notitiam, ſignificationem, & expreſſimeon verborum communium.*
V. *Per vulgarem, priùs enumeratis & præmiſſis ſex ſpeciebus directarum ſubſtitutionum vulgaris, pupillaris, exemplaris, militaris, reciproca & compendioſa.*
VI. *Per cognitionem pupillaris.*
VII. *Per explicationem exemplaris ſeu exemplariæ*
VIII. *Per tractatum militaris.*
IX. *Per formulam reciprocæ.*
X *Per conceptionem compendioſæ.*

INTERPR. III. *& vlt. De fideicommiſſis explicat Dubit. VI.*

*Primam, an fideicommiſſum in diſpoſitione aliqua ſit, & quomodo inductum apparere valeat.*
*Secundam, qui poſſint grauari, & cenſeantur fideicommiſſo grauati, & id præſtare tenentur.*
*Tertiam, an ceſſerit dies fideicommiſſi.*
*Quartam, circa vocatos & comprehenſos in fideic.*
*Quintam, quæ bona veniant in fideic.*
*Sextò, an duret fideicom.*

*Primæ Dubit. ſolut. 12. infrà ſequuntur.*

I. *Eſt, quòd diffiniendo fideicomm. propriè declaratur conſtitui in vltimis voluntatibus.*

II. *Demonſtrando illud eſſe duplex vniuerſale, & particulare, 13. differentiæ inter vnum & alterum adducuntur.*

III. *Diuerſis reſpectibus oſtendendo fideicommiſſum & odioſum & fauorabile dici, proinde & contra illud, & pro eo interpretationum diuerſi caſus afferuntur.*

IV. *Per modos aliquos inducendi fideicommiſſum enumeratos, & primùm ex verbis precariis, & rogatiuis vel ad hæc reducendis.*

V. *Per ſecundum modum ex mente teſtatoris.*
VI. *Per tertium modum magis proximum inducendi fideicommiſſum, ex ſubſtitutione fideicommiſſaria.*
VII. *Per quartum modum ex codicillis, & ex clauſula codicillari.*
VIII. *Per quintum modum ex clauſula per fideicommiſſum.*
IX. *Per ſextum modum ex nominibus collectiuis vocatorum.*
X. *Per ſeptimum modum ex prohibitione alienationis.*
XI. *Per octauum modum, ex ratione agnationis conſeruandæ.*
XII. *Per nonum modum ex coniecturis.*

DVBIT. *Qui poſſint grauari, & cenſeantur fideicommiſſo grauati, & id præſtare teneantur, ſolutiones 4. dantur infrà.*

*Primo dando commodum pecuniarum in vltima voluntate, vel non adimendo ab inteſtato quibus datur, vel quibus obuenit fideicom. onus imponitur.*

*Secundo poſiti in conditione ſimpliciter non vocati, & conſequenter grauati non cenſentur.*

*Tertio per formulas ſubſtitutionum plenas plurium graduum actiuè & paſſiuè perſonarum & factorum agnationem conſeruantium, & demonſtrantium poſitos in conditione reuocatos, & ſucceſſiuè fideic. grauatos.*

*Quartò per grauamina non maiora commodo, quando filius in bonis datis, quando mulier in dote, & quis alius ſit grauatus, clericus in ſacris, & ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis, grauari poteſt fideicommiſ. & hæc latè reſoluuntur.*

DVB.

DVBIT. III. *An ceſſerit dies fideicomm. ſoluitur tribus ſolut.*

*Primo inſpecto, & cognito eo, quòd adita fuerit hæreditas ex teſtamento, cum ex eo, quæratur peti fideicommiſſum, & ab inteſtato, vbi ex codicillis, ſeu alia vltima voluntate petendum ſit fideicommiſſum purè, aut conditione verificata relictum.*

*Secundò, perſpecta conditione appoſita, ſi vni inſtituto hæredi, ſi pluribus ſimpliciter vel diſtributiuè grauatis, ſi deceſſerit, vel deceſſerint ſine filiis, eadem conditione in quolibet grauato verificata, dicitur fideicommiſſi diem ceſſiſſe: ſi verò pluribus nomine collectiuo grauatis, in omnibus de proprietate ſermonis, requiritur cõditionis verificatio, ac de mente teſtatoris interpretata in eo in quo verificatur conditio, debere fideicommiſſum, & ſecundum diuerſitatem formularum, conditionum, & ſignificationis vocabuli filiorum, de maſculis tantum, vel de maſculis & fœminis, diuerſimodè verificari conditiones, & fideicommiſſi diem cedi latè diſſoluitur.*

*Tertio pariter bene inſpecto multiplici modo expreſſionum ſolitæ conditionis ſimpliciter, ſi deceſſerit ſine legitimis hæredibus, ſi deceſſerit ſine hæredibus legitimè deſcendentibus, & de legitimo matrimonio natis & procreatis, ſi deceſſerit ſine liberis, vel ſine teſtamento, ſi moriatur antequam habeat filios, de filio grauati in conditione poſito, qui etiam decedat, eo inſtituto, vel ſubſtituto non ſuperuiuente, maſculis exiſtentibus quomodo conditio de his dicitur verificata per mortem grauati, & qui ſit excludens ſubſtitutum ex mente interpretata teſtatoris, ita vt fideicommiſſi diem omnino ceſſiſſe dignoſcatur.*

DVBIT. IV. *Circa comprehenſos & vocatos ad fideicommiſſa, ſoluitur his breuibus, ſed latiſſimè explicatis.*

*Prima quòd fideicommiſſo comprehenſi & vocati declarantur & dignoſcuntur, aut nomine proprio, aut nomine appellatiuo, aut nomine relatiuo, ſuper quo diffusè & clarè de pluribus reciprocè tacitè vocatis ad inuicem, aut nomine naturali, ſuper quo latiſſimè & diſtincte, quando nepotes veniant nomine filiorum, aut nominatione facienda per alium, aut ex veriſimili mente teſtatoris, ſuper hoc dantur tredecim declarationes ad illud, ſi de hoc fuiſſet interrogatus teſtator, veriſimiliter ita reſpondiſſet.*

*Secunda quòd ſunt vocati eo modo, quo deſignantur, ordine ſubſtitutionum, verbis, ordine ſucceſſiuo, ſucceſſiuè expreſſis, vel tacitis, & nominibus collectiuis aliquibus declaratis.*

*Tertia quòd declarati & explicati ſunt plures modi, & reſolutæ plures quæſtiones, quibus apparet inter vocatos de prælatione contendentes, quis præferri debeat, ac præcipuè quando nepos veniat cum patruo aut fideicom. dilucidéque reſoluendo quæſtionem, an proximior teſtatoris grauantis, vel grauati attendatur, & præferatur, & quædam alia generalia circa prælationem ad fideicommiſſa.*

DVBIT. V. *Quæ bona veniant in fideicommiſſo, his ſoluitur ſex ſolutionibus.*

*Prima, quòd veniant in fideicommiſſo teſtatoris bona propria, & omnia, ſi non fuerint alienata alias quarta, quando fuerit dictum, bona, quæ ſuperfuerint tempore mortis hæredis grauati, & peruẽta ad grauatũ ex vulgari, ex fideicommiſſo, ex prælegatis, permutata ex pecuniis hæreditariis, recuperata, reuerſa ad ius hæreditarium.*

*Secunda, veniunt & fructus, quando omnes ſubintellecta fideicommiſſi reſtitutione, quando poſt moram, quomodo & quando inducta ſit mora.*

*Tertia veniũt bona, quæ grauatus habet à teſtatore iure vltimæ voluntatis & non contractus, quãdo feudalia, emphiteutica, & ſola reperta penes grauatum, dum eius abſit culpa.*

*Quarta venit in fideicommiſſo illud, quod supereſt, factis debitis detractionibus pro funeris impenſa, creditis hæredis grauati, debitis hæreditariis, legatis ſolutis per grauatum, quando pro his ratio habenda ſit fructuum pro grauato, qualiter fiat ſatisfactio, ſolutiones plures & vtiles in practica afferuntur.*

*Quinta detractio melioramentorum continet plura hic diſcuſſa.*

*Sexta detractio pro legitima & Trebellianica, quatenus facienda diffusè complectitur plurium notabilium Dubitationum ſolutiones & concluſiones.*

DVBIT. VI. *& vlt. An duret fideic. nunc diſſoluenda ſupereſt, eam quidem his ſtatui 5. ſolutionibus explicare.*

*Prima namque fideicommiſſum durat, prout ſic conſtitutum apparet.*
*Secunda non durat poſt modum fideicommiſſum, defectu eius, à quo debeat reſtitui.*
*Tertia eſt quòd non duret defectu eius, cui reſtitui debeant.*
*Quarta fideicommiſſum ceſſat, cui conditio appoſita defecerit.*
*Quinta non durat fideicommiſſum, quando remiſſum eſt facto, vel teſtatoris, vel fideicommiſſarii, vel temporis curſu.*

LIBER QVARTVS.

HIC *liber continet tres Interpretationes.*
*Primam, circa legata.*
*Secundam, circa præcepta aliqua teſtantium.*
*Tertiam, circa alias teſtatorum diſpoſitiones, & earum extinctionem, & finem.*

INTERPRET. I. *Circa legata.*

I *Dubitatio de perſonis legatariorum.*
II. *Dub. circa quidditatem legati, ſeu rei legatæ.*
III. *Dub. fit in prædicamento ſubſtãtiæ, quid debeãt.*
IV. *Dub. ſubſequitur in legatis ſuper quanto.*
V. *Dub. eſt ad plus vel minus legatum.*
VI. *Dub. ſuper animo ſeu mente debitoris legantis creditori, an fuerit compenſandi, vel ne legatum cum credito.*
VII. *Dub. circa res legatas, & earum continentia, contenta, connexa, cohærentia, acceſſoria, pertinentia, augmenta, & diminutiones.*
VIII. *Dub. eſt de loco legatorum, vt is ſubſequens à prædictis vel ipſa legata continens ſit, vel vbi quicquam conſiſtat.*
IX. *Dub. de tẽpore in legatis poſt præcedentem, de loco tantum frequens eſſe poteſt, quãtum de neceſſitate eſt tempus ipſum concomitante loco in quolibet actu ineſſe.*
X. *Dub. de legatis præſtandis vxoribus latiſſimè diſcuſſa prout legata ipſa vxoribus facta frequentiſſima ſunt.*
XI. *Dubit. ſuper alimentis legatis nõ parum quoque frequens eſt circa iſta præſertim.*
1. *An ſint legata.* 2. *Cui.* 3. *A quo.* 4. *Quid* 5. *Quantum.* 6. *Ex quibus reb.* 7. *Quando.* 8. *Vbi ſint præſtanda alimenta.*
XII. *Dub. ſuper legatis dotiũ explicatis per quamplures quæſtiones ſolutas materia.*

INTERPR. II. *Verſatur circa præcepta aliqua teſtantium infraſcriptas diſſoluens 4. dub.*

I. *Dub. oritur ex præceptis quæ teſtat. facere ſolent filiab. vel aliis puellis hæreditate, vel legato honoratis, ne nubant intra certum tempus earum ætatis, nec perſonis certi loci, vel certæ conditionis, nec ſine cõſenſu licentia, voluntate, conſilio certarum perſonarum pœnas priuationis hæreditatis vel legati, & ſimiles apponendo.*

II. *Dub. eſt de ſolita clauſula teſtamentorum volens & iubens eum, vel eam ſtare tacitum & contentum vel contentam, & tacitam tali re legata, & ampliùs non debere, nec poſſe petere, habere, vel conſequi.*

III. *Dub. de exceptionibus, ſeu limitationibus à teſtatore factis ſuper aliquibus comprehenſis in legatis & in aliis teſtamenti diſpoſitionibus.*

IV. Dub.

IV. Dub. de variis, & extraordinariis miſcelaneis quibuſam præceptorum & verborum à teſtantibus factorum & dictorum.

INTERPR. III. & vlt. Circa alias teſtantium diſpoſitiones quaſdam, & earum extinctionem & finem has reſoluens dubitationes.

I. Dubit. eſt circa diſpoſitiones, & relicta ad pias cauſas factas.
II. Dub. eſt de reuocatione, & clauſula derogatoria ſequentis, vel præcedentis teſtamenti.
III. & vlt. Dub. An & quatenus legatum vitiatum, mutatum, extinctum, finitúmve dicatur adduci, ex his quæ ſequuntur inſpectis diſſolui poteſt.
I. Inſpecta diſpoſitione legis, Principis, vel ſtatuti.
II. Inſpecto modo vel forma legati.
III. Inſpecta forma rei legatæ.
IV. Inſpecte facto teſtatoris.
V. Inſpecto facto legatarij.
VI. Inſpecto iure teſtatoris.
VII. Inſpecto caſu eueniente.
VIII. Inſpecto temporis curſu.

LIB. V. ET VLT.

DE ſeruandis, & exequendis vltimis voluntatibus expeditus remanet his tribus ſequẽtibus interpretationibus.

Prima interpret. eſt, quæ recenſet iura de ſeruandis vltimis voluntatibus, & perſonas declarat obnoxias obſeruantiæ earum & requiſita aliqua pro earum obligatione, firmitatéque inducenda.

Secunda Interpr. perſonas reſpiciens, quibus ſint ſeruandæ, adimplendæque vltimæ voluntates explicat præparamenta quædam, cautiones, remedia, & probationes, de quibus perſonæ huiuſmodi agere debent.

Tertia & vlt. Interpret. exponit aliqua determinanda, ac expedienda per iudicem pro effectuali executione ipſarum voluntatum.

INTER. I. ſequentes tres Dub. ſoluuntur.

I. Dubitat. circa vltimam voluntatem defuncti modis omnibus vti lege ſeruandum de facili clara fit ad hoc recenſendo iura nota & plena proprietate & intereſſe publico, quando de iure, quando de facto, reſpectu executionis, vel impugnationis, de emolumento ad quem & quando ad fiſcum & de omni voluntate teſtatoris non ſemper ſeruanda, pérque plura de his notatu digna percontendo.

II. Dub. de perſonis, quæ vel commodo, vel fiducia inuitantur ad ſeruandam & exequendam voluntatem teſtatoris, declaranda venit reſpectu commodi in perſonis hæredis, vel fideicõmiſſarii, vel legatarii, reſpectu autem fiduciæ in perſonis executorum vel commiſſariorum, de quorum electione poteſtate & officio, in exequendo multa notabilia diſcurrendo, & differentias octo inter merum & mixtum executorem.

III. Dub. ſequitur explicando circa prænominatas perſonas, quòd tunc obnoxiè dicantur ſeruare voluntatem teſtatoris, ſ. quando hæres adierit hæreditatem, & hic multa de effectu aditionis hæreditatis, & eius probatione, quando, & fideicommiſſarius cõſecutus fuerit verbalem, vel realem reſtitutionem fideic. de qua & hic aliqua notabilia, quando & legatarius agnouerit legatum, executor autem, ſeu commiſſarius quando acceptauerit, approbaueritve commiſſariam, & executoriam opportuna etiam hic diſſerendo.

INTERPR. II. Dirimit 4. ſeq. Dubit.

I Dub. proſpiciendo perſonis, quibus ſeruanda eſt voluntas teſtatoris, diſſoluitur, cum adhuc aliter exequi nequeat teſtatoris voluntas, confugiendum ad cautionum temperamenta, hic exponendo caſus plures, quibus cautionibus prouidendum eſt, & quando propria auctoritate quis emolumentum ex vltima voluntate conſequi poſſit, præcauendo ne ſit nimis audax.

II. Dub. ſubiicitur eorum, quæ præuidere, deliberare præpararéque oportet, quémque aggredi volentem iudiciales contentiones pro executione teſtamenti obtinenda in ſui commodum & fauorem, tam pro expenſis litis, quàm conſulendo expertum aduocatum, & ſolertem cauſidicum, huic ſi conſulto præparatoria hic aliqua neceſſaria proponuntur ad ſecurè ſubeundum iudicium.

III. Dub. vertitur circa modum agendi in iudicio, & remedia quæ magis competant, diſcutiendo plura vtilia in practica.

IV. Dub. circa probationes qualitatum perſonarum poſſeſſionis, vel dominii rerum petitarum, & aliorum deductorum incumbentia diſcurrit, & dilucidata veritatis aperit viam ad obtinendum in iudicio.

INTERPR. III. & vlt. præbet & ipſa interpretationem declarationémque vltimis, etiam integri noſtri tractatus Dubitationibus his, quæ ſequuntur.

F I N I S.

DE INTER





# DE INTERPRETATIONE VLTIMARVM VOLVNTATVM TRACTATVS.

*Simone de Prætis Iuriſcon. Piſauren. Authore.*

## SVMMARIVM.

DETRACTORES ſemper in quacunque profeßione adfuere, maximè in legali ſcientia, cui multa varia obiici ſolent, quæ ibidem videri poſſunt.

2 Detractores & aliorum operum reprehenſores, quo aduſque durat hæc mundi machina, ſemper erunt.

3 Caſus omnes ſigillatim legibus comprehendi non poſſunt, & legibus comprehenſi ſæpius in dubium reuocantur.

4 Doctores & Magiſtros oportet omnino adeſſe, qui caſus nouos & dubios, legendo, conſulendo, iudicando declarent, quorum opiniones ſeruantur, & poſſunt tam Legum, quàm Canonum argumenta adaptare, ad non prouiſos caſus, & eos decidere.

5 Quæſtiones deciduntur per rationes & argumenta in defectum legum.

6 Imperator reſeruat ſibi facultatem interpretandi & nouas leges condendi, quod intellige, vt ibidem, & differẽtia inter interpretationem imperialem & magiſtralem, ibidem.

7 Statutum mentionem faciens de lege vel iure communi, intelligitur etiam de iure illo communi, quod habetur ex Gloſſarum & Doctorum opinione.

8 Ius conſtare non poteſt ſine Iuriſperito, qui quotidie poſſit ius in melius producere, eóſque ſic eſſe neceſſarios, dicendum eſt eorúmque interpretatio antiquitus ſemper ſummo in honore fuit habita. Iúſque ipſum aut in verborum interpretatione poſitum eſt, aut in æqui prauíq; diſcrimine.

9 Scriptura eſt pro hominum memoria neceſſaria.

10 Doctori cuilibet ſtudioſo expedit multos libros habere, naturali ſic neceßitate cogente, donec durat legalis hæc ſcientia.

11 Ars impreſſoria literarum diuinitus reperta, rationes & vtilitates, ibidem.

12 Plures libros faciendi nullus finis.

13 Dubia in iure clareſcunt per exercitium & multiplicationem Magiſtrorum.

14 Libri noui iure componi non poßunt, niſi ex legibus & argumentis ex bono & æquo procedentibus, ex quibus & veteres compoſiti fuere: exemplum, vt ibidem.

15 Doctori, quantumuis magno, non creditur, niſi dictum ſuum probet per legem, vel alio modo. Quinimò nec Gloſſa ſine Lege.

16 Liber ſuus & proprius dicitur, ſi quis etiam omnia aliena dicta poſuerit in eo, & nihil de ſuo, quod pro Doctore facit certo ordine, materiam quandam colligente in diuerſis libris, & locis ſparſam, vt ſuum librum appellare poßit.

17 Opinio Gloſæ & Doct. ea tenetur, quæ dubium examinando firmatur, & non quæ perfunctoriè refertur.

18 Cumulus allegationum, & per antiquiores & recentiores Iuriſcon. vſitatus oſtenditur.

19 Auctores extranei ab antiquis Iuriſconſultis allegantur, vt Homerus, Hypocrates, & Theophraſtus.

20 Doctores Gallici ſolent præ cæteris miſcere cum ſcriptis legalibus allegationes diuerſarum ſcripturarum & auctorum: at in hoc genere allegandi omnes alios ſuperat Andreas Tiraquel.

21 Andreas Tiraquel. dicitur, quod penes ſe domi ſuo ſtipendio conductos tenebat viros quarumcunque profeßionum, à quibus ſententias diuerſorum auctorum habitas in ſuis libris accommodabat.

22 Doctor quando vti debeat cumulo allegationum, quando non.

23 Plures auctoritates vincunt vnam, vel pauciores.

24 Opinio magis communis dicitur illa, quæ plurium Doctorum teſtimonio confirmatur.

25 Modernus quiſpiam ſufficit allegari, qui antiquiores congerit allegando.

26 Cumulus allegationum videtur conuenire ad quas fit remißio quando remißiuè loquatur de aliquo articulo.

27 Doctor pertranſeundo cum glo. vel deciſione aliqua videtur eam approbare.

28 Allegatio exterorum auctorum in articulo legis opportuna eſt in pertinentibus ad earum peritiam, vt facit Glo. allegando Vgonem in expoſitione vocabuli.

29 Loquutio tunc popularis eſſe debet, cum oratio in populari ſermone verſetur, & qualis futura ſit auctoris.

30 Latina lingua, qua priſcæ leges promulgatæ dicũtur, dicitur antiqua.

31 Liber parum gratus habetur eius, qui affectat ſcribere, cùm ſit vſus antiquo ſermone: vt de libris Tuberonis dicitur ibidem: vulgaribus ergo verbis quid magis euidenter exprimi poteſt.

32 Doctoris opus non legentis, & non originarij ciuitatis, in qua vigeat ſtudium, ſed practicæ incumbentis, an tanti exiſtimandum ſit, quanti Doctoris legentis, vel originarij ciuitatis: vide ibi multa diſcurſa de Excellentia Practica.

33 Doctor antiquus non debet deſignari ſequi ſententiã Doctoris iunioris bene dicentis, non tamen fienda eſt illatio,



tio,

*tio, Talis doctor eſt vltimus, qui omnes antiquos vidit Doctores. Ergo melius ſenſit.*

34 *Reprehenſio fit modeſtè, ſubticendo nomen reprehenſi.*

35 *Vltimarum voluntatum materia eſt vtiliſsima, & frequentiſsima. Nam in ſola ſubſtitutionum materia legitur Baldum lucratum fuiſſe pluſquam 15000 ducatorum.*

36 *Cognitionis perfectæ eſt, diſtinctè, & certo ordine loqui.*

37 *Legalis materia diſcutienda argumentis legalibus, non logicalibus.*

# PROOEMIVM.

1 SI VNQVAM † ſcripta in qua-
cunque profeſſione detractorum
aculeos minimè euitare value-
rint, vt Diuus Hieronymus ſibi
etiam diuinam Scripturam in-
terpretanti eueniſſe in prologis
ad Bibliam ſæpiſsimè conquæri-
tur, dum ait in Prologo in li-
brum Paralipomenon. Hæc pace veterum loquor, &
obtrectatoribus meis tantùm reſpondeo, qui cani-
no dente me rodunt in publico detrahentes, & le-
gentes in angulis. Et in Prologo in Eſaiam iterum di-
cit: Nos quoque patere morſibus plurimorum, qui
ſtimulante inuidia, quod conſequi non valent, deſpi-
ciunt. Idem in Prologo in librum Eſdræ repetit, his
verbis: Accedunt ad hoc inuidorum ſtudia, qui o-
mne, quod ſcribimus, reprehendendum putant, &
interdum contra ſe repugnante conſcientia publice
lacerant quæ occultè legunt. Hippocrates Medicorum
princeps in libro de Arte, defendendo Artem Medi-
cam, ſcribit, Adeſſe quoſdam qui etiam dehoneſtantes
aliorum opera, quæ recta ſunt, calumniantur: quæ ve
rò non recta ſunt, reprehendunt. Cicero in primo
de Oratore: Adeſt enim fere nemo, quin acutiùs, atq;
acriùs vitia indicente, quàm recta videat. Martialis.
*Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.* Hoſtien. in Prologo ad
procem. Decretal. veretur ſui operis errores non emen
dari fraterna charitate, per hæc verba. circum ſcriptis
inuidiæ ſtimulis, & detractionis mordacitate peni-
tus relegata. Alber. de Roſ. in ſuo procem. C. inquit.
Scio enim abundare numerum æmulorum, quorum
officium eſt, omnia arguere, nulla laudare, iudicatq;
tale opus quantuncunque vtile vnico etiam leui de-
fectu totaliter lacerandum: pariter Luc. de Pen. de his
conquerens plura dicit in ſuo procem. ad. 10. lib. C. &
Bald. qui alioquin nomen Bar. extollit in l. j. col. 8.
verſic. quarta eſt opi. C. qui accuſ. dicens. quod legen-
do optimus factus eſt: in l. precibus. num. 43. de im-
puber. & ali. ſubſt. eum turpi nomine furis appellan-
do in hæc verba prolabitur: Ant Bartol. qui vtitur hoc
ſermone, fuit fur, aut in duobus corporibus fuit vna
forma intellectus: & in l. fin, vltra princip. de inſtit. &
ſubſtit. inquit: Propter ambages Bartol. non recedens
à veritate, & alios Bart. detractores: & Baldum ipſum
alibi detrahentem, meminit Iaſ. in l. quidam cùm
filium, col. antepen. de verb. oblig.

At nunc maximè ſcriptis, quæ æduntur in Legali
Scientia, non deſunt plurimi diuerſique cenſores, vel
obloquutores: quidam enim tantam librorum co-
piam & molem, & magis indies accreſcere Repetitio-
num, Reſponſorum, ſeu Conſiliorum, & Tractatuum
volumina abhorrentes, Imperatorium edictum de-
nuò neceſſarium eſſe dicunt, vt reſecato librorum im
menſo numero, pauci meliores ſeruentur: quemad-
modum olim veterum Iuriſconſultorum tot millia
librorum, & verſuum commodè reſecaſſe gloriatur
Iuſtinianus Imperator. vt C. de vet. iur. enucl. & in
procem. ff. cuius ædictum deteſtatur & iniquiſsi
mum appellat And. Alciat. in l. fi. in. fi. de verborum
ſignific.

Proinde alij nimiæ eiuſdem librorum multitudi-
nis prætextu aiunt, nil aliud hodie eſſe, in iure ſcribe-
re, niſi aliorum dicta, vti picam referre, ex libro ad li-
brum excerpere, vel, quod peius eſt, ex libro optimo
& fide digno, vt vulgari verbo vtar, ad ſcartafaccium,
non ita auctenticum ponere: huc enim tendit, quod
penè iratus inquit Cur. Iun. conſi. 56. col. fin. & conſi.
96. num. 5. & conſil. 123. nu. 4. nos ſcilicet deueniſſe ad
hanc fecem temporum, vt legalibus fundamentis, &
veris reſponſionibus, & legibus ipſis, non credatur,
niſi auctoritatibus, & deciſionibus Doctorum in ter-
minis confirmentur: ad idem Ioan. Ant. Rub. Ale-
xand. conſil. 2. num. 24. & conſi. 43. circa fin. & conſi.
73. num. 3. Alij autem aſſerunt, Modernorum ſcri-
pta, ad aliud nobis non inſeruire, niſi pro Indice vel
Repertorio Antiquorum, quaſi opera ferè ſuperflua,
& parum vtilia habeantur. Item alij, niſi videant, hu-
iuſmodi ſcipta legibus plena, longiſque allegationi-
bus referta, ea veluti nuda & ſicca deſpiciunt, ex di-
uerſo vel alij obloquuntur de exceſsiuo allegationum
cumulo, & magis ex diuerſis, ac variis auctoribus o-
mnium profeſsionum, excerpto potius ad oſtentatio-
nem, quod ſic appareat auctorem multa legiſſe, & plu-
ra ſcire. Alexand. in l. ſi patroni, §. qui fideicommiſſa-
riam. col. 3. num. 5. ff. ad Trebell. quàm ſit pro firmita-
te & probatione ſententiæ neceſſariū: vnde dicebat de
ſe Barbat. in c. vl. §. diligenti. col. 12. ver. & ſic pondera.
de foro competen. quia ſæpenumerò multa ſimilia,
& multa dicta ad vnum propoſitum accumulamus,
multi nos dentibus occultis mordere nituntur. alij
damnant loquutionem, tamquam barbaram, quæ
Gloſs. Bartol. Bald. Alexand. & cæteros huiuſmodi
Doctor. imitatur. Si verò elegantior ſit, Latiniſque
verbis dictata, hæc quoque ſuos detractores habet,
quod magis verborum ornatu, quàm de rebus ipſis
fuerit habita ratio, ac omnis affectatio & cura adhi-
bita fuerint in ſublimitate ſermonis, vel quòd plus elo
quentiæ, quàm ſcientiæ iuris opera data ſit? vt de Ce-
lio Antipatre ſcribitur l. 2. §. fuit & eodem tempore.
de orig. iur. Quidam ad huc ſolùm audito nomine
auctoris, quod ſit ex Gymnaſij cuiuſpiam loco oriun-
dus, vel in eo publicè iura profiteatur, priuſquam vi-
deant, & intelligant, plus nomini, patriæ, auctorita-
tique tribuentes, quàm veritati, mox iudicant magis
huius dictis vel ſcriptis credendum, quàm eius quia a-
libi praxi inter patrocinandum, conſulendum, iudi-
candum incumbens continuò verſatus fuerit, de-
mum alij, vt his finem imponam, & veniam ad rem,
cum nihil aliud reprehenſionis, vel quid dicant, ha-
beant, aſſerunt opus parum vtile, & magis curioſita-
tem quandam ſapere, quam proficere, vel in aliquo
prodeſſe, aut materiam ſterilem, vſu non contingi-
bilem, aut alibi melius, & meliùs pertractatam con-
tinere, vt quoque nomini laudis & honoris minus
detur? cum in eo, quod forſan inuiti approbant, hu-
iuſmodi opus allegari expedierit, nomen proprium:
vel cognomen auctoris ſilent. At ſub nomine Moder
norum, & quan[illegible]e diminutio moder[illegible]culorum
adducunt,



adducunt, & allegant, vt Cagnol. in l. j. ſub num. 37.
C. quando: non petend. part. & in num. plurali de vno
intelligentes, vt is minus etiam intelligatur, loquuntur,
vt Moderni Bononienſes, Moderni Papienſes.

Quorſum hæc tendant, quomodo partim refutari
poſſint, & ego intelligam, prius reſpondendum eſſe
duxi meque non extra rem ſic præfari cœpiſſe oſten-
2 dam. Primùm namque compertum eſt, † quouſque
durat hæc mundi machina, ſemper erunt & Momi,
vel reprehenſores aliorum operum, vrgenti ratione
probatur. Quoniam opus vel librum edens, non ocu-
lis corporum, neque intellectum omnium hominum
qui viuunt, & qui naſcentur in æuum, poteſt opus
ipſum ordinare, facere, & perficere: iſtud ergo ne-
ceſſe eſt cunctis hominibus non gratum, non placi-
tum, ſed ab aliquibus damnandum fore, cùm bona
etiam & recta hominibus cunctis non placeant, ad hoc
tendente Ciceronis libro primo de offic. cap. ſit igi-
tur ſententia ibi (neque enim omnes iiſdem rebus,
nec in omni tempore, nec ſimiliter delectamur) quo-
rum tamen morſus ſicut in præteritum ad mortem
vulnera non intulerunt, ita ne futuras occidant lucu-
brationes, minime formidandum: eos enim ſuperant
fortiores ſibi beneuolique defenſores fortiori aucto-
ritate diuina detractores ipſos demum eradicando: ca.
detractores. 3. quæſtione 4. deridendo quoque, quod
fabulatorum eſt ratione non fundatum: Bal. in procem.
feud. colum. 1. num. 1. per l. ſed an vltrò, §. primo. ff. de
nego. geſt. Deinde planè obiecta in ſpecie ſic videntur
poſſe remoueri.

3 Omnes quidem † caſus ſigillatim legibus compre-
hendi non poſſunt, & natura quotidie properat no-
uos producere caſus, qui legibus comprehenſi, ſæpiùs
in dubium reuocantur, vt Pontifex Maximus inquit
in procem. Clement. & Imperator in auctent. quibus
modis natur. efficiuntur leg. & in l. 2. §. ſed quia de ve-
ter. iur. enuclea. vbi etiam dicit, qui à ſolo Principe
poſſunt decidi, & declarari, quod ob difficilem adi-
tum continuò ad eum reputatur impoſſibile. l. apud Iu
4 lianum. §. finali. & ibi Bartolus not. de leg. 1. † Oportet
ideo adeſſe Magiſtros vel doctores, qui vel patroci-
nando, vel conſulendo, vel iudicando, hos nouos ca-
ſus, & dubios, vel etiam legendo declarent, & deter-
minent, vel argumentis promulgatarum legum, vel
probabilibus rationibus ex auctoritate eis data docen
di & interpretandi: vt l. j. C. de profeſſor. qui in vrb.
conſtit. libro 12. & Gloſſ. in l. prima. C. de legib. ita
quòd eorum opiniones ſeruantur: vt ca. j. ibi Abba.
not. de deciſ. & Barbat. inter conſilia Alexand. conſilio
55. numero 48. & ſequ. libro quarto. & Petr. Lenaud.
In tractat. de Priuileg. Doctor. §. vigeſimoſecundo, ſe-
cunda parte. & Petrus Andr. Gamba. Bononienſ. in
ſuo tractatu. de extenſionibus. columna tertia. in ſecū
do dubio. eleganter probat, hodie Doctores Legum
& Canonum veram Iuriſconſulti ſcientiam profiteri,
& mentem Legum poſſe ex auctoritate conceſſa ada-
5 ptare ad non prouiſos caſus & decidere: in † defectum
enim Legum debemus recurrere ad rationes & argu-
menta, per quæ deciduntur quæſt. notarius. l. qui filiū
ff. ad Trebellianum. & per l. fin. in principio. de bon.
damnat. Quatenus Imperator in dicta l. ſecunda. §.
hoc autem. de vet. iur. enuclea. ſibi ſoli reſeruet facul-
tatem interpretandi: & nouas leges condendi, intel-
ligitur, quod licet, & ſit neceſſaria, magiſtralis verò
interpretatio dicitur probabilis vt per Gama. in loco
allegato, & per Felinum in ca. ſuper quæſtionum. co-
lumna ſecunda. de officio delegato. & per textum, in
l. paterfamilias. ff. de priuileg. credito. ibi, me illud ma-
ximè mouet, quod præceptoribus iuris placet. &c. Et
cùm eſt communis, ſequenda eſt, vt eſt notum, ſe-
cundum omnium opinionem reſpondit Iuriſconſul.
in l. finali. §. ſi ita ſtipulatus, de verborum obligat.
7 Adeò, quòd Municipalis † Lex mentionem faciens de
Lege, vel de Iure communi, intelligitur etiam de iu-
re communi, quod habetur ſic ex communi Gloſſ.
& Doctores. opinione. Bero. conſilio nonageſimo
primo, numero decimoſeptimo, libro ſecundo, huc
tendit, quòd Pomponius Iuriſconſul. in l. ſecunda,
8 ver. poſt originem ff. de origin. iur. dicit, † conſtare
non poſſe Ius, niſi aliquis Iuriſperitus ſit, per quem
poſſit quotidie in melius produci, ex quibus liquet,
ex hac l. ſecunda. ver. his legibus. ſatis neceſſarium eſ-
ſe, aliquos reperiri Doctores, & per eos fiendam in-
terpretationem naturaliter neceſſariam: vt etiam Hie-
ronymus Cagnol. not. numero octuageſimo quarto:
& antiquitus ſummo ſemper in honore habitam: vt
inquit Cicero ſecundo libro de offic. in capitu. quæ
autem opera. ad idem Quint. inquit: omne ius aut in
verborum interpretatione poſitum eſt, aut in æqui
9 prauique diſcrimine. Ad quæ pro † hominum me-
moria eſt etiam neceſſaria ſcriptura, l. contrahitur. ff.
de pignor. eſt gloſſa expreſſa. in l. ſi de interpretatio-
ne. ff. de leg & tantò magis in iſta maledicta ſcientia
legali, qui confidunt memoriæ, ſæpiùs decipiuntur,
ait Areti. in l. qui patri. columna ſecunda. ff. de ac-
quirend. hæredita. refert Boer. deciſio. 155. numero
vigeſimo tertio hac ratione & aliis hinc inde diſcuſ-
ſis. Oldrad. conſilio octuageſimo quarto. incip. An
10 expediat concludit, † cuilibet ſtudioſo expedire mul-
tos libros habere: quod maximè in Doctore procedit.
Boeri. de diſci. ſchola. capit. quinto. ver. ſecundo, re-
fert Luc. de Pen. in procemio columna finali, deci-
mo libro C. aſſentit Zabarel. in clemen. 1. in XVI. nota.
de magis. Igitur æquo animo ferenda eſt tanta libro-
rum copia: cùm ſic naturalis neceſſitas cogat, donec
durat Scientia Legalis, & ſunt Doctores eam profi-
tentes, & interpretantes quotidie noui libri, & noui
tractatus legales eduntur: deſinat Andr. Alciat. indi-
gnari de Iuſtinianeo edicto, moderante libros anti-
quorum Iuriſconſultorum: quia etiam in eis non
comprehendebantur, & non poterant comprehen-
di omnes caſus. l. neque leges, & l. non poſſunt. ff. de
leg. vnde his libris exiſtentibus pro nouis caſibus de-
terminandis ſaltem probabiliter forent etiam neceſ-
ſarij, & Accurſij, & aliorum Modernorum iuriſcon-
ſultorum libri. Quorum quidem multitudo aucta eſt,
& indies augetur mira facilitate imprimendi tot li-
bros, & tam celeriter & modica impenſa emendi eos
11 inducta ex † arte impreſſoria ſæculo noſtro diuinitus
reperta: & tam mirabili, quam ſit ars aliqua ab anti-
quis inuenta. deprehenditur enim ex caſu conſilij
Paul. de Caſtr. 242. videtur dicendum. libro 2. ſolum
codicem emptum fuiſſe triginta ducatis: hodie verò
hac pecuniarum quantitate codicis libri impreſſionis,
ſaltem non recentis 30. emi poſſent. Fulg. in l. illud
quæritur in princi. ff. de euicti. ait, quòd libri tem-
pore Gloſſatoris florebant, ideo pretioſiores erant.
Vnde dicit Felinum in ca. Rodulphus. columna 12.
numero vigeſimo, verſiculo cæterùm, quòd fœlicia
hæc tempora impreſſionum ſunt, in quibus poſſunt
quilibet amplam bibliothecam leui impenſa cumula-
re: itaque verificatur dictum Salomonis in Eccle-
12 ſiaſt. ca. fin. quòd † faciendi plures libros nullus eſt
finis, ſic etiam exorditur Andr. Iſer. in prologo in
princ. ſuper feu. congruam adducendo rationem ex
imperfectione conditionis humanæ, quæ ſemper in

infinitum decurrit,& in ea nihil ſtabile eſt , quòd per-
petuò ſtare poſſit,& meminit Specul. in ſuo procœm.
columna quinta , atque Abba. Panormita.in capit. de
multa. in ſecundo notabili , de præbend.dicit , quod
13 † dubia in iure clareſcunt per exercitium , & multi-
plicationem Magiſtrorum , poſtquam neceſſarium vi-
detur, nouos commentarios , & nouos tractatus in
iure fieri , ſicut ex eiſdem quatuor elementis homines
& præſentes & priſci extiterunt, ac ædificia & vetera
14 & moderna ex eiſdem cæmentis conſtructa ſunt † ita
noui libri iure componi non poſſunt , niſi ex legibus
& argumentis ex bono & æquo procedentibus , ex
15 quibus veteres compoſiti fuere : quia † non creditur
etiam magno doctori , niſi dictum ſuum probet per
legem,vel per alios auctores,vel probabiles rationes:
capit.ego ſolis.nona diſtinctio. & l.illam. C.de colla-
tio.tradit Archidiaco. in cap. nolite,lib. ſecundo.xi.
quæſtione tertia.etiam Gloſ.non debet credi,ſi legem
non allegat , refert Iaſo.conſilio trigeſimonono , co-
lumna penultima.libro tertio , & Deci. in capit.pri-
mo.numero 40.41.de poſt. prælat. Grammat. vot. 11.
numero 12. & ſequent. Curt. Iun. conſilio centeſimo
ſexageſimo , numero quarto. Cum ergo id geri non
poſſit ſine relatione ſcriptorum in aliis libris,non de-
bet ab aliquo improbari.Nam & ſæpiùs veteres Iuriſ-
conſulti deprehenduntur eorum reſponſa firmare per
ſolam relationem dicti alterius iuriſconſulti in aliis
libris, vt.videre eſt in l.Marcellus.§.idem Pomponius
ibi,refert Ariſtonem reſpondiſſe. ff. ad Trebellianum.
& in l. cum quis. de dot. prælegata. & in l. apud. de
optio. lega. Id manifeſtum eſſe apparet, ex lectione
quaſi omnium legum,& aliorum librorum legalium,
continentium frequentiſſimam relationem aliorum
auctorum,hic tamen auctoris relati.& non referentis
ſententia intuenda videtur : probat l.ſi is qui.ff.de te-
ſtam. quinimò, ſi quis in ſuo libro omnia aliena dicta
16 poſuerit.de ſuo autem nihil adiecerit,tamen ſuus† li-
ber reputatur:vt probat tex.in l.ſecunda. circa princ.
ibi. Non quia Papyrius ibi quicquam de ſuo adiece-
rit.ff.de orig.iur.qui tex.optimè facit pro doctore ali-
quam iuris materiam in diuerſis libris , & locis ſpar-
ſam ſimul in vno tractatu certo ordine colligente , &
componente,vt meritò ſuum librum,& tractatum ap-
pellare poſſit:& Alexander conſilio 36.numero quar-
to.& ſequen.libro 3. refert de verbo ad verbum con-
ſilium Angeli , & Paul.de Caſt.in auct. ceſſante circa
fin.C.de legib.hæred.inquit , quòd rarò reperiuntur,
quòd Accur.aliquid de ſuo dixerit capite , ſed in om-
nibus ſequebatur opinionem antiquorum : idem di-
cit Bartolus in l.ſecunda. ff. de concuſſio. & Specul.
in titulo de not. crim. §. vt autem ad literam ait : Vt
autem ex aliorum ſparſis velleribus telā nobis ordia-
mur politam.& ibi Ioannes Andræas in addit. dicit,
quòd cōmune eſt totius illius operis Speculator alio-
rum ſcripta ordinatè colligere. facit textus ibi , & di-
ſperſas in §.aliud quoque capitulum. in auct. vt cùm
de appellat.cogn.ſic enim referens , ſumit authorita-
tem à relato,quòd dicitur eſſe in referente. l.aſſe toto.
ff.de hæredibus inſtituendis.cùm etiam debeat ſecun-
dum intelligi auctoritatem quàm allegat Bart.in l.non
ſolùm.§.ſi liberationis.de libe. lega. intelligitur quòd
relatio & allegatio ſit vera,& fidelis & non , vt aiunt,
ad baliſtam , vt talem barbariæ morem peſſimum ap-
pellat Marſil.in l.j.§.fin.numero 39.de quæſtio. atta-
7 men † op.Gloſ.& Docto.debet interpretari & teneri
ea , quæ dubium examinando firmatur , & non quæ
perfunctoriè refertur , ſecundum Fulgoſium in con-
ſilio 111.Præſuppoſito.columna penultima. verſic. illa
enim gloſſ.& Angel.in l.ſi poſſeſſor.§. ait ſenatus. per
textum,ibi:quamquam dici poſſet.ff.de petitione hæ-
reditatis.Non debent itaque conqueri Curtius Iun.&
Rub.Alexāder.ſi plurimùm valeànt decisiones in ter-
minis , quia eas in practica multùm prodeſſe , & eſſe
doctiſſimi doctoris deciſionem inuenire in terminis,
& Doctoris poſitiui,& pauperis reſpondere per regu-
las generales,dicit Felinus in ca.2. cùm ordinem. col.
4.de reſcriptis.& in c.1.col.4.de præſcrip. refert Go-
meſ.in ſuo lib.de Regula Cancellariæ in Reg. de non
tollen.ius quæſi.in quæſtione 6.in fine.Ex his quidem
dicendum eſt,non videri inconueniens huiuſmodi no
uos codices in aliquibus ſaltem rebus eſſe indicem vel
repertoria antiquórum. Exinde quoque ſtudioſis af-
fertur commodum , & facilitas inueniendi materiam
in diuerſis locis ſine ordine & obiter tactam in vno
ſpeciali tractatu certo ordine , & diſtinctè tractatam
& diſcuſſam,dici enim ſolet.Liber librum aperit , Ac
expedire ſuper commentariorum multiplicata cater
ua quodammodo repertoria contexere , dicit Fel. in
exord.ad tit.de Reſcrip.

Quo verò ad allegationes pro fide doctorum fir-
manda,vnius vel plurium auctoritatum etiam diuer-
ſæ profeſſionis,reperiuntur hæc , quòd quandoque &
veteres moderni iuriſconſulti allegarunt vnam au-
ctoritatem,vt facilè videre eſt tex.ipſis legibus & aliis
18 libris quandoque † plures concordantes adduxerunt,
vt in text.l.nec ſemel in princi.ff.quando dies l. ſed.
Labeo , & Sabinus , & Celſus & Caſſius , & Iulianus
concordes allegantur,& Cheridius , & Bal. & Paulus
& Domitius Vlpianus in text. l. ſcire. §. ſed ſi. de ex-
cuſ.tut.& text.in l.1.§.penul.de vſufruct. accreſ. dicit
enim,omnes auctores apud Plautium de hoc conſen-
ſerunt,& in l.Iulianus autem.ff.de iud.dicit,& à mul-
tis notata eſt:ex modernis autem cumulum allegatio-
num præcipuè faciunt concordantium Alexand. Iaſ.
& Felin.& Marſil.& Pariſ.in conſil.5.Tiraquel.& ma-
gis recentiores alij,ita quòd hodie impreſſores vendi-
toréſque librorum præcipuè legalium , magis lau-
dant & perquirunt libros allegationum cumulum
habentes impreſſioni tradere , ob id enim credo ſo-
lum , vidi mea propemodum nauſea pro hoc vulga-
tiſſimo dicto voluntas teſtatoris , vt lex ſeruanda al-
legatos eſſe concordantes totam quidem paginam
implentes : Nihilominus & meritò , contra moder-
nos ponentes ſtudium in allegandis pluribus concor-
dantibus omiſſis legum difficultatibus,inuehit Crot.
19 in §.Diui.numer.33.de leg.1.Extranei enim † aucto-
res ab antiquis Iuriſconſul.allegantur ſcilicet Home-
rus in l.legata.§. nam & argenteos. de ſupell. leg. &
Hippocrates.in l.3.§.fina. ff.de ſui.& leg. hæred. & in
l.ſeptimo.de ſta.homi.& Theophraſtus in l.3.ff.ſi pars
hæred. pet. Rationum allegationem excerptarum ex
ſcripturis peregrinis à legibus demonſtrare conatur
20 Luc.de Pen.in ſuo procœ.col.fi.ad 10.Co. † Doctores
enim Gallici,vt fuit ipſe Luc.de Pen.ſolet præ cęteris
miſcere cum ſcriptis legalibus,& congerere allegatio-
nes diuerſarum ſcripturarum , ſed omnes alius ſupe-
rat in hoc genere allegandi:& cumulādi Andreas Tira
quel.in ſuis libris , qui ita auctores omnium ſcientia-
rum allegat , quòd oſtendit,ſe perlegiſſe omnes ſcri-
pturas ſacræ Theologiæ,omnes libros legales ( quan-
tumcunque eorum ſit copia)omnes Philoſophos,Me-
dicos,Hiſtoriographos,& Poetas omnes tam in Græ-
co,quàm in Latino ſermone , non ſolùm eorum ver-
ba tenendo,ſed vim ac poteſtatem habendo quod po-
tius diuinitatis quam humanitatis eſſe videtur , cùm
ſolam artem medicinæ non poſſe in totum percipi
breuitate



breuitate vitæ hominis , tradit Hippocra.in principio
Aphoriſmorum, licet Baldus dicat in conſilio 284.in-
cip.Pater. ſub numero 5.libro 2.quòd quis in pluribus
ſcientiis poteſt eſſe perfectus patrocinante intellectu
non tamen dicit in omnibus : & cum Hippocrate idem
ſentit in l.fin.in principio.verſic.pone teſtator.comm,
delega. & in conſilio 412. Verba teſtamenti. libro 1.
dicit, quòd eſt de raro contingentibus , quod quis tot
ſcientias poſſit habere perfectè , cùm vita vix ſufficiat
ad vnam ſcientiam. & Barbatius in cap.ſi diligenti co-
lumna 2.ver.no.ibi aſſeruiſti. de foro competenti. di-
cit , quòd durum eſt profiteri dignè vtramque cenſu-
ram doctor. vtriuſque, id eſt, nullius : ſed dici auditur:
non alienum à veriſimile , tum ob ipſam rem , tum ob
impedimentum negotiorum, quibus perpetuis ab in-
cunabulis vſque ipſe Tiraquel. ſe inuolutum fuiſſe di-
cit in ſua epiſtola ad Pictones præſcripta in fronte ſui
commentarij,ſuper l.ſi vnquam.de reuocand. donatio.
21 quòd vir † iſte , elegans alioquin & literatiſſimus , per
nes ſe domi , ſuo ſtipendio conductos tenebat viros
præmiſſarum quarumcunque profeſſionum , & ſcien-
tiarum peritiſſimos, à quibus congruas ſentētias di-
uerſorum auctorum habitas pro eorum profeſſione
ſuo acri iudicio ad rem in libris locis ſuis accommo-
dabat : Quod honoris & laudis ſuis libris bonitati, ſui
ingenij , nominique ſuo nihil detrahit. Quemadmo-
dum optimi Architecti laus non diminuitur , quòd in
ædificio conſtruendo aptando & ornando , boni ſcul-
ptoris, pictoris, bonorum, fabrorum murariorum,fer-
rariorum , & lignariorum opera vſus fuerit , more Pla-
tonis in libro de Regno vel ciuili , qui de Architecto
ait: Etenim Architectus nullus manuum miniſterio v-
titur , ſed vtentibus præſidet , dum iudicium adhibet,
non miniſterium. & Apoſtolus ait ad Corinth.1. ca.3.
Vt ſapiens Architectus fundamentum poſui : alius au-
tem ſuperædificet.

Quid tenendum? Studens in his nimiam moram non
interponere exiſtimo generaliter eum,qui plures inter
ſtudendum,non parcens labori,neque calamo,college-
rit auctoritates in ſuo indice particulari ſeu memoria-
li:aliter enim ad cumulum non habentur, poſſe & ſcire
plures allegare concordantes , more locupletis plures
valentis pecunias expendere , argum. l.fin. C.qui bon.
ced.poſſ. & qui colligere & cōgerere neglexerit, ple-
nas & amplas allegationes facere nequit. Sed in hoc
22 prorſus non conſiſtit doctoris prudentia : † rectum e-
nim iudicium ingeniique bonitas, vt in omnibus, plu-
rimùm in legibus valent, tum in modo allegandi, tum
in aliis,quæ ſapientes doctores decent,vt in aliis,ita, in
allegando opus eſt quodam temperamento , quia nau-
ſeam facit accumulatio allegationum pro aliquo vul-
gato dicto , ſeu pro aliqua communi regula , ſufficit
tunc ſolam legem probantem allegare cum vulg.etiam
ſine allegatione legis : Ripa in l.quarta.§.Cato.nume-
ro 7.de verborum obligat. & quando pro aliqua iuris
concluſione plures ſunt leges concordes,ſufficit etiam
vnam allegare. per l. ſi quis obrepſerit. ff. de Falc. vbi
Marſ.numero 7.tradit Nicol.de Neapol.in l.ſcire.§.fin.
circa finem.ff.de excuſ.tut. inter lect. Bart.& Ripa re-
fert & alias allegat in c.inter cæteras.in fin.de reſcript.
Poteſt quoque aliqua confirmari ſententia per regulas
generales : probat text.in l.quoties.§.ſed & ſi.ff.de hæ-
red. inſtituen. per hæc verba quæ ſententia reſcriptis
adiuuatur generalibus.not.in Rub.de regulis Iur.in 6.
Bart.in l.quoties. ff.ſi quis caut.& Dec.in conſil.8.co-
lum.1.& alibi. Vbi verò probanda eſſet aliqua conclu-
ſio ita per leges ſigillatim non determinata,vel deuians
à communibus regulis,vel quòd in ea cōſiſtat vis prin-
cipalis quæſtionis,& ſumma rei,vel pro dubia,vel com-
muni aliqua opinione oſtendenda , & corroboranda,
tot allegandas puto auctoritates, quot inueniri poſſint
concordes : l.diui. §.penult.ff.de iure patron.& c.pru-
dentiam in princ.& ibi Abb.not. de offic. deleg. benè
comprehenditur , & probatur ex text. in dicta l. ſcire.
§.aliud.ibi,ſed & ſi maximè verba legis,&c.ff.de excu.
23 tuto. vt † plura iura plures gloſſæ , plures rationes , &
plures auctoritates vincant vnam , vel pauciores , per
alleg.à Iaſ.in l.re coniuncti.colum.2.§.6.not.de leg.3.
& in l.cohęred.§.qui diſcretas.in ſecundo not.de vulg.
& pupil. & per gloſſ. in ver. duplici. in cap. duo ma-
24 la.13.diſt. † magis enim communis opinio dicitur illa,
quæ plurium Docto.teſtimonio confirmatur, per text.
& ibi Bald not.in l.1.ff.de offic.quæſt.dicit Iaſ.conſ.8.
columna eadem ad finem lib.3.& Neuiz.in Sylua nup.
libro 5.numero eodem. & ibi per totum latiſſimè:præ-
ter autem iſtos caſus cumulus allegationum poteſt di-
ci factus ad pompam, ſentit Alciatus conſilio 116. eſt
25 præſens caſus.in principio libro 5. Et † vbi modernus
aliquis auctoritates plurimas in ſpecie congereret:ſuf-
ficeret ſic exprimendo allegare illum modernum , vt
Alexand.dicit Afflict.in deciſio.100. & Felinus in cap.
Rodulphus.columna 15.ſub ver. Hortus. de reſcriptis.
dicit, vtilius eſſe commemorare eos qui viderunt om-
nia,quàm eorum dicta eis tacitis tranſcribere & Zanch.
26 in rep.§.cùm ita. num.3. ad Trebellianum † & quan-
do remiſſiuè loquatur de aliquo articulo , videtur con-
uenire cumulus allegationum ad quas fit remiſſio: glo-
riatur idem Felin. in cap. cum ordinem. colum.4.ante
ver.limitata.eo.de ſuis accumulationibus quòd poſſint.
prodeſſe iuris occupatis in variis occurrentiis ad inue-
niendam deciſionem iuris aperti indiuiduam , aliquid
etiam firmiùs eundem auctorem allegari in pluribus
locis firmantem , innuit textus in l.filium.§.ſed ſi por-
tio. ibi & Iulianus ſæpiſſimè ſcripſit,de lega.prꝗſtand.
27 & † Doctor pertranſeundo cum gloſ.vel deciſione ali-
qua, dicitur eam approbare , per textum iuncta gloſſ.
fin.in l.item quod Sabinus.in fin.ff.de hæredibus inſti-
tuendis.quia hæc reputatur opinio doctoris ſæpius fir-
mata , & eiuſdem ſolam contrariam vincit : Iaſ.conſi-
lio 89.columna finali,libro 3. Rolandus à Valle conſi-
28 lio 67.numero 33.libro 1.Exterorum † auctorum in le-
gali articulo allegatio opportuna eſt in eo quod con-
tingit eſſe eorum peritiæ:dicta l.7.& Bartolus in l.Gal-
lus.in principio. columna fin. de liberis & poſthumis.
idem & alij in l.1.ſi certum petatur. & in expoſitione
vocabuli.Hugonem allegat glo.in l.quæſitum.§.cella-
rium.in ver:ſapa.de fundo inſtrum.ergo vt perſona,lo-
cus,cauſa & res expoſtulant , accommodata auctorita-
tem allegatio deſpicienda non eſt.

Quod autem ſequitur de locutione nimium affe-
ctata,vel minus eleganti,cenſeo quoque temperandum,
vt extremitates non ſapiat,& perſonis, tempori,vſui &
rebus conueniat: namque talis eſſe debet, quòd clarum
intellectum, & perſpicuam interpretationem exprimat
& Legum & Doctorum, quos continuò legimus,ſcili-
ſet gloſſatoris Accurſij, Cyni, Bart. Bald. Alber. Caſtr.
Imol. Alexand.& aliorum,qui pariter continuò allega-
ri contingunt , & compoſita ſit verbis planis ab omni
fuco alienis , vt nemini ſcrupuloſæ elegantiæ detur ad-
miratio,& labor ſimul interpretationem. Interpretan-
di,vt euenit Bartolo ob gloſſ. Rog.in l.prædia.§.libert.
ff.eodem. de fundo inſtru. qui ibi dicit:Habetis hic
gloſſ. Rog.magnam, factam per elegantiam,verba , &
cogitetur verba dicta gloſſ.ibi, anguſtiáque exponere,
id eſt tenor verborum ſtrictè ſumptus & iuriſcon.in l.
2. ad Trebellia. verba hæc forſan ob affectatam, ele-



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

gantiam obſcura ibi, & quod habes perfunctis omni-
bus hæreditariis muneribus exponit, id eſt, poſt lega-
torum dationem,&c. Et ſi hodie poſt Andre. Alcia. nó
ſolum in ſcientia legali, ſed in cæteris plerique ſcri-
bentes Tulliana elegantia vti conentur: tamen abſo-
num videtur,& nouum, aſſiduè legere hos prænomi-
natos noſtros doctores, & eos allegando tam in lectu-
ris, quam in conſiliis, eorum verba quandoque ad lite-
ram referre, & aliter loqui, quam ipſi loquantur, per
alleg. in ſimili à Tiraquel. in l. ſi vnquam in ver. ſuſce-
perit liberos. ſub numero 1. de reuocanda donatione.
& per illud Ciceronis dictum in libro de fin. bon. &
29 mal. 3. in princ. quod † cum oratio in populari ſermo-
ne verſetur, ideo populariter loqui neceſſe erit rela-
tum per Rebuf. tract. de ſenten. prouiſ. in prefat. num.
20. volumine 1. videtur id ergo non carere ſuſpicione
exquiſiti ſermonis. Mihi autem tractanti de interpreta-
tione, videtur communi & nota lingua ſcribendum,
propter facilem interpretationem, per textum. in §.
alienationis. in aucten. de non alienand. communis e-
nim & nota loquutio inter nos (dum iura interpretan-
di munere fugimur) eſt Accurtij, Bart. & aliorum ſimi-
lium. A qua ideo, quoad fieri poſſit, Latinè loquens,
multum diſcedere non intendo: vt ſimilem proteſta-
tionem etiam facit Seb. Van. Ari. in tract. de nulli. in
primo titulo, numero 12. per cap. ſedulo. 38. diſt. & di-
ctum Ioannem Andream in cap. 1. columna ſecunda
de confeſ. in 6. faciunt quæ ſcribunt And. Tiraquel. in
l. ſi vnquam. in verſi. ſuſceperit liberos in princip. Id e-
30 tiam me † mouet, quòd modò lingua Latina (ſaltē qua
priſcæ leges promulgatæ dicuntur) dicitur antiqua:
31 text. in §. diſponat. in auct. de nup. eius verò, qui † ſic
antiquo ſermone vſus affectat ſcribere, parum gratus
liber habetur, vt de libris Tuberonis dicit textus in di-
cta l. 2. § poſt hos quoque de orig. iur. in hæc verba. ſer-
mone etiam antiquo vſus affectauit ſcribere, & ideo
parum libri eius grati habentur. Propemodum enim
vulgaribus verbis quid magis euidenter exprimi poſſit.
l. libertates. ff. de fideic. liber. Viue ergo moribus præte-
ritis, loquere verbis præſentibus inquit Aul. Gel. No-
ctium Attic. libr. 1. cap. 10. & in ſpecie plura tradit
Luc. de Pen. in l. eam legem columna final. C. de excuſ.
muner. lib. 10.

32 De † opere Doctoris non legentis, ſed practicæ in-
cumbentis, & non originarij ciuitatis in qua vigeat
ſtudium non tanti faciendo, quanti legentis vel origi-
narij ciuitatis ſtudij opus exiſtimaretur, fateor prima
fronte auctoris & Patriæ nomini claritati multum tri-
bui, vt exorditur Cicero in principio primi libri Offi.
& frequentiorem eſſe concurſum pro conſiliis haben-
dis ad doctores in publicis Gymnaſiis legentes vt ho-
rum maiora conſiliorum volumina in lucem edita de-
monſtrant. Sed re melius inſpecta, nemo poteſt infi-
ciari, quod locorum dignitas non attenditur. ca. nos
qui. 40. diſt. neque quis dicat, ſed quid dicatur, Seneca
in ca. de prudentia. de form. vitæ. & l. Labeo. §. fin. de
ſupel. leg. & Alciat. in ſuo primo libro, de verborum
ſignificatione, ſub ver. ex loco. pag. mihi 25. dicit mini-
mum patriæ doctrinæ vero plurimum adſcribendum
eſſe, & enumerat excellentiores doctores alienigenas
eſſe à ciuitatibus ſtudiorum. Quandoquidem exci-
taretur quæſtio, quis verius ac perfectius ſciat iura &
leges, An legens theoricam in ſcholis: an exercens
practicam in palatiis. Nempe data vtrique bonitate
iudicij, paritate ætatis, & diſciplinationis, & eadem
copia librorum, probabilior forſan, (citra inuidiam
ſit dictum) & verior eſſet reſponſio pro dante ope-
ram practicæ. Quoniam practica eſt vera intellectrix
Legum vt ait Baldus in cap. 1. de feud. ſi culpa non
amit. & vera interpretatio, refert multa congerens de
excellentia practicæ, Mart. in princ. ſuæ pract. crim. &
Aym. conſilio 118. numero 2. Hier. Cagnol. in l. 2. in
principio. C. de reſcindenda venditione. & D. Pedem.
in deciſ. 1. in fine. & idem baldus in cap. ex tenore de
reſcript. dicit, Leges tunc ſapiunt, cum practicantur.
Idem in l. Æmilius in rep. columna 8. de minor. dicit,
quod leges in ſcolis deglutiuntur, ſed in palatio di-
geruntur: quia practica eſt ſcientia digeſtiua. & text.
in §. 1. in auct. de reſt. & ea quæ par. in 11. memb. dicit
quòd lex in iudicio approbata frequentatur; ad idem
text. in l. 1. §. ſed & ſi quæ. ibi, cùm hæc tantummodo
obtinere volumus: quæ vel iudiciorum frequentiſſi-
mus ordo exercuit, vel longa conſuetudo. &c. pluráque
de practica obſeruanda ſcribit Tiraquellus in libello,
Le mort ſaiſit. in 16. declar. ad finem: in 2. par. Námque
videmus ſæpius Doctores cum maturiori deliberatio-
ne aliquid tenere vel non, in iudiciis, & ſic in practica
& in conſiliis, quàm faciant in ſcholis & lectionibus:
vt Bartolus in l. ſi pater. ſub verſic. vlterius oppono. C.
inſtitut. & ſubſtitut. dicit in concurſu lectionum reci-
tando proceſſiſſe ſecundum vnam opinionem poſtea
cum de facto caſus occurreret meliùs & ſubtiliùs vi-
dens tenuit aliam opinionem, ſimiliter & Bartol. dicit
Bald. in conſil. 23. quod in curſu lectionis non potuit
ponderare. & Paulus de Caſtro in conſilio 410. nume-
ro 5. lib. 1. dicit, quod occurrentia caſus fecit eum ma-
gis ſpeculari, & vnum legendo: & aliud conſulendo,
& in iudiciis ſe tenere dicit Iaſ. conſil. 10. libro 1. actus
enim conſulendi eſt magis deliberatiuus: Alex. conſil.
185. numer. 32. libro 2. in ſcholis ſimiliter vnum tenet,
& in conſulendo non diſcedit à communi opinione:
Cum conſilio 86. & Abb. in cap. filius. circa finem. de
teſtamen. dicit, quod in iudicio multum dubitaret, &
in ſcholis audacter teneret, &c. Et ſi hæc dicta fuerint
à doctoribus legentibus in ſcholis, tamen loquuntur
in caſibus practicæ & de facto occurrentibus in iudi-
ciis, in quibus Doctor æquè peritus continuò verſans
magis vim & poteſtatem legum tenere præſumitur: ar-
gum. l. ſemel. C. de re militari, libro 12. cum ſimilibus.
Practica autem dicitur vſus, qui etiam ſine ſciētia pro-
deſt multùm ſcientia ſine vſu parum, ait Boetius. de
ſchola. diſcipli. cap. 2. verſ. ad iſtorum. & Quintilianus
inquit: Nam in omnibus ferè minus valent præcepta
quam experimenta. & habetur in Rhetor. ad Herenn. in
princ. Ariſtotelis libro 5. Moralium cap. 1. dicit quòd
perfectæ virtutis eſt vſus. Quare opus à Doctore ver-
ſante in vſu & practica legali editum magni etiam vi-
detur faciendum.

In cæteris autem velit obloquens alioquin mitis &
humanæ fragilitatis particeps & compatiens reminiſci
illud, nullus liber tam malus, quin aliquid boni habeat,
& illud Martialis, *Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt
mala plura: Qui legis, hic aliter non fit Auite liber.* Et non
occultare laudem modernorum, ſed nominare eos ho-
noris gratia in eo quod ſaltem bene dixerunt, vt furis
nomen euitetur: l. hæreditatum. §. ſi ff. ad leg. Falc. & ho
noris procemium detur, merenti. Hier. Cagn. in d. l. 2.
nume. 449. de orig. iur. dicit enim Felin. in cap. cum
acceſſiſſent. col. 4. circa prin. de conſti. quod quando
modernorum laboribus vtitur eos nominare non eru-
beſcit. Et Imo. Alex. & Iaſ. not. in l. ſi ſeruum. §. ſequi-
33 tur. de verb. oblig. quod † Doctor antiquus non debet
dedignari ſequi ſententiam doctoris iunioris bene di-
centis: vt per text. & gloſ. in c. de Conſtantinopolitana.
22. diſt. non tamen eſt bona illatio, Talis doctor eſt vl-
timus qui omnes antiquos vidit doctores: Ergo melius
ſenſit



ſenſit. ſic not. Ang. in l. 1. in prin. ff. de appel. tamen tan-
quam poſterior plenius examinat, dicit Bald. in l. pen.
in princ. in fi. ff. de iuriſ. om. iud. In eo forſan, de quo
34 ſunt † reprobandi, modeſtia eſſet nominare eos ſub
nomine ambiguo moderni vel quidam, vt facit Iu-
riſconſultus in l. poſt emancipationem. §. fi. de lib. leg.
& in ſpecie probat Marius Salomonius in repet. §.
Quidam rectè ſub nu. 14. l. Gallus. de lib. & poſth. &
velit, ſi non libens & ratione conuictus ſaltem morem
gerens, hac vice dictis ſuprà acquieſcere? Nolitque ite-
rum dicere modo prologum longiorem, quam fabu-
lam, quia nondum fabulam audiuit, ſed ſolum titulum
qui adeo materiam latam, difficilem, imò latiſſimam, &
difficilimam continet, quod abſque controuerſia fa-
teor, & concedo me neſcire, & non poſſe facere tam
amplum, & longum tractatum, quantum ipſa materia
requirit, méque non ſeruaſſe præceptum Horatij
poëtæ: *Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam Viri-
bus.* quo etiam ſe excuſat Bald. tract. de præſcript. in
procem. num. 6. Quæ etiam non poteſt dici materia
ſterilis, & minùs frequens & quotidiana, cum ſit circa
vltimas voluntates, & quod maius eſt circa earum in-
35 terpretationem: Ideò † eam velle commēdare ob ſuam
frequentiam & maximam vtilitatem, eſſet demonſtra-
re ſolem habere lucem: Nam in ſola ſubſtitutionum
materia Cumanus, Alexander, Socinus & Iaſ. in Rubr.
de vulga. & pupil. exordiuntur, Bald. dixiſſe ſe lucra-
tum plus quam quindecim milia ducatorum. & om-
nes ſciunt, quam ſit frequentiſſima in palatiis, & in iu-
diciis, & quomodo facultates ferè omnes ſingulorum
populi Chriſtiani ſint ſub fide & iure teſtamentorum,
conſequens eſt, quod pleniùs ſit attingenda: vulg. l.
leuaui. de lib. leg. Et ſi pluſquam alia materia in iure
ſit pertractata tam per ipſas leges, quam per doctores
in lecturis, & in conſiliis & in diuerſis tractatibus, ta-
men adhuc cum ampliori tractatu habito melior exi-
tus inueniatur, vt dicit textus in l. finali. §. finali. C. de
iure deliberandi. libet in eodem iuris articulo ſtudium
ponere (veluti ex agro pingui & fertili addita cultu-
ra ſpes optima ſit vberiorum fructuum) vt dicebat Ci-
cero in 2. de orat. his verbis, vt agro non ſemel arato,
ſed nouato & iterato quo meliores fœtus poſſit, id eſt
grādiores edere, arridente præcipuè titulo nouo ipſius
tractatus aſſumpto, De interpretatione vltimarum vo-
luntatum: qui propemodum (ſi quidem ad plenum ex-
pleatur) bonum dici poteſt pharmacum in omnes quę-
ſtiones profundi pelagi vltimarum voluntatum con-
tingentes. Nunc rem ipſam aggredior.

Deus mihi dare velis quæſo ſermonem ſapientiæ,
ſcientiæ, ſimul & interpretationem ſermonum, vt hæc
omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, Paulus ad
Corinthios 1. cap. 12. Diuino itaque ſuffragio implora-
to, ſequens doctrinam naturæ, imo ipſius Dei, qui in
orbis huius creatione, & omnium animantium in eo
productorum, & diuiſione commoda & miro ordine
vſus eſt, vt primo Geneſis, amplectenſque communem
vſum etiam pro perfecta cognitione neceſſarium bo-
norum auctorum diuidentium, & diſtinguentium eo-
rum opera, in ſeparatas & congruas partitiones, vtili-
tate apparente, ac neceſſitate cogente: Diuido ego
hunc præſentem tractatum in quinque libros, ſingu-
los quoque libros ipſos ſubdiuidam: Per interpreta-
tiones: & interpretationes ipſas per dubitationes, prout
aliis partitionibus, & ſubdiuiſionib. in progreſſu opus
36 eſſe videbitur. Cum † diſtinctio & certo ordine loqui,
ſit perfectæ cognitionis, Baldus in procemio. ff. Text.
& gloſſ in l. 1. de excep. doli. Viſum eſt facere ſubdiui-
ſiones per interpretationes, quia iſtæ pluries fieri con-
tingent, & per eas vti proprias vias, quo tendimus,
deambulare oportet, & eas ſi contigerint mutationes
caſuū ſubdiuidi per dubitationes, quia de his propriè
vt materialibus cauſis fiendæ & eliciendæ ſunt conti-
nuationes interpretationum non autem de caſibus cer
tis & claris: l. in his. quæ. de conditione & demonſtra-
tione. vt lex debet eſſe de caſu dubio. l. quod Labeo. de
Carb. edic. Dubitationis enim ſolutio, eſt veritatis in-
quiſitio ſecundum Philoſophum, meque his vocabu-
lis in ſpecie propoſita congruenter vti probatur per
textum. in l. fin. C. de com. ſer. manu. ibi, & ſemel acce-
pta dubitationis occaſione, &c. & ibi, ſic ambiguam
teſtatoris interpretamur voluntatem, velim id quoque
37 priùs ſciri. † quòd in huiuſmodi interpretationibus
ſigillatim & formaliter vti non intendo locis & argu-
mentis localibus, ſed legalibus ex locis rationibus
& cauſis, vt in materia noſtræ leges ac no-
ſtri Doctores vti ſolent prout fieri de-
bere admonet Alber. de Roſa. in
ſuo proœ. ff. col. 1. aſſentit
Alciat. in lib. 2. in fi.
de verborum
ſign.

# DE INTERPRETATIONE VLTIMARVM VOLVNTATVM

## LIBER PRIMVS.

*SVMMARIVM.*

1 *Vniuerſalia ordine doctrinæ præcedunt, adeò vt ſcientia ſine vniuerſali non percipitur, vnde traditur à generalibus eſſe inchoandum, circa quæ ſermones etiam ſunt faciliores.ibidem.*

2 *Interpretatio verborum teſtatoris fit ſicut de verbis legũ.12.tab. Et ſicut de edicto Prætoris.ibidẽ. hinc argui poteſt de verbis legis ad verba teſtatoris:& quibus modis Lex interpretatur, eiſdem & verba teſtatoris, ibidẽ, & de ratione, ibid.*

3 *Idemq́; etiam eſt dicendũ de interpretatione Statuti; vt adaptetur diſpoſitioni teſtatoris: intelligendo tamen cum aliqnali differentia inter eam, legum, & ſtatutorum, ac teſtatoris diſpoſitionem vti diuerſæ & efficacis vt ibidem.*

4 *Tractatus iſte ſpecialis, de interpr.vlt.voluntatum in pluribus legibus latebat Glo.ac ſcriptis Doct.& ſi poterat ſatis prænoſci verbis etiam expreſſis locis ibidem latè alleg.*

## LIB. I. INTERPR. I. DVBIT. I. SOLVT. I.

PRIMVM aggrediens librum, à quibuſdam generalibus, & vniuerſalibus incipiendum exiſtimaui, quoniam ſecundum Philo-
1 ſophum, † ordine doctrinæ vniuerſalia præcedunt, & ſino vniuerſali non percipitur ſcientia, & Tex.& ibi Doctores omnes in l.1.ſi cert.pet.tradunt à generalibus eſſe inchoãdum, circa quæ etiam ſermones ſunt faciliores, ſecundum eundem Philoſophum, vt Are. in ſuis conſil. ſæpius exorditur, & noſtra cognitio eſt facilior, dicit Sali.in rub.in princip.C.quor.bon. Priuſquam tamen veniam ad ſolitas diffinitiones dico adhuc de tractatu ipſo: Quamuis neſciam alium ſic expreſſum hucuſque in lucem editum, prout legitur: de interpretatione iuris tractatus editus per Stephanum de Federicis Brixen.ſtilo ſatis eleganti inſertus in primo Tomo Tractatuum impreſſionis Venet. alius de interpretatione ſtatutorum editus per Lanfran. de Oriano poſitus in dicto primo Tomo idem Stephanus in ſuo tractatu in vltima parte nume.52.refert Mattheſ.feciſſe tractatum ſimpliciter de interpretatione quem ego non vidi, quem dicit Nico. Euerar. in ſua centu.in loco 35.à ratione legis larga ampla ad exten. in pen. car. fuiſſe tacito auctore inſertum per Ioan.de Imol.in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matrim. & ibi idem Stephanus numero 67. refert etiam Rainer. de Foli.feciſſe ſimilem tractatum de interpretatione. quem etiam ego credo hodie non reperiri in lucem, qui tractatus poſſunt etiã inſeruire ad interpretationem voluntatis teſtatoris quæ in quodam modo dicitur lex.§.diſponat.in auct.de nupt.vt per Deci.in con-
2 ſilio.227.ſub numero 8.† interpretatio verborum teſtatoris fit: ſicut de verbis legis duodecim tabularum: vt l.Labeo. de ſtatu lib. & ſicut de edicto prætoris: vt l.ſi ita fuerit.l.1.§.fina.de manu. teſtamen. & l.ſi quis legauerit. Titio de legat.1. & ibi Bartol.& Bald. not. licere de verbis legis arguere ad verba teſtatoris: l.qui filium.§. Sabinus.ff. ad Trebell. & ibi idem Bartno.& Bald.in conſil.2.verba ſtatuti.num.3.lib.1. & in conſil.121.præſuppoſito. in fin. lib. 4. vbi dicit tex.in d.l.ſi ita fuerit.§.ad propoſitum eſſe multum notabilem.idem & inter conſi. Angel. conſil. 281. Martinus col.2.in fin. vbi not. loquitur de modis interpretandi legem & eiſdem modis quibus interpretãtur verba teſtatoris: quia de diſpoſitione, & interpretatione verborũ prolatorum à teſtatore, & à legiſlatore rectè arguimus per leges hic alleg.& comprobat. Iaſ. in conſilio.
3 141.Chriſtophorus col.5.ver.ſecundo, lib.2. Sic † & interpretatio ſtatuti adaptatur diſpoſitioni teſtatoris, per not.in l.tres fratres. ff. de pact. tenet Ruin. conſil. 154.cum alter.ſub num.5.libr. 2. Intelligenda tamen eſt aliqualis differentia inter interpretationem, legum, & ſtatutorum, & diſpoſitionis teſtamentariæ, vt ſunt diuerſæ poteſtatis: & efficaciæ, prout ſentit Bartol.in l.non aliter.de leg.3.ibi, & in hoc in vltimis voluntatibus: in ſtatutis autem & c. latiùs infrà dicendum eſt. Proprior vero pro interpretatione teſtamentorũ apparet Tractatellus per Alber.Bru.editus, de rebus & diſpoſitionibus dubiis: ad quem vti talém ſe remittit Hieronym.Cagn.in l.in teſtamentis.in fi.de reg. Iur. ſed generalis eſt ad omnes diſpoſitiones, & res du-
4 bias. Nihilominus ſpecialis huiuſmodi † tractatus videbatur latere in pluribus legibus & glo.& ſcriptis doctorum tam in lecturis quàm in conſiliis: non tantum adeò latere, quin poſſit admodum clarè diſcerni & prænoſci verbis & ſententiis expreſſis: vt videre eſt ex textu. l.ſi ita ſcriptum.§.fina.ff. de hæred.inſtit.ibi, reſpondeo, hanc ſcripturam illam interpretationem accipere poſſe.l.ſi is qui.de vulg.& pupil.ibi: Sed hoc ita interpretari Iulianus noſter videtur. & l. in ſubſtitutione.in fin.eo.ibi. Nam ita prudentes hoc interpretati ſunt, & l.1.C.de lega.ibi, Tamen hanc fuiſſe defuncti cogitationem interpret. & l.generaliter. §. cum autem.de inſti.& ſubſti.ibi. humanitatis intuitu & pinguiùs & latiùs hoc interpretandum credimus. & l.



& l.teſtamento.§.fin.ff.de manu.teſta.ibi, cuius interpretationem placuit tamen faciendam. & l. Scæuola. ad Trebel.ibi, Tamen benigna interpretatione placet & l.in his quæ de condit. & demon.ibi. Poſſunt res ex bono & æquo interpretationem capere, & hæc ſimilia verbo, facilè eſt inuenire in centum aliis legibus tantundem eſt in gloſſis, vt apparet in gl.in l.ſi is, qui ducenta.§.1.de reb.dub.vbi, & fit interpretatio latiùs pro augẽdo legato, & c.& gl.in l.pen.de leg.1.& alibi, & per Doctores habita eſt cognitio huius tractatus de interpretatione voluntatis teſtatoris: vt in l.ſi ſeruus plurium. §.fin. de leg.1. & in l. non aliter de leg. 3.l.voluntatis.C.de fideicom. & in l.1.de leg.& in l.3. de lib.præte.& Soc.in l.3.in fin.de reb.dub.dicit hęc proderunt ad materiam interpretationis, maximè in vltimis voluntatibus, & in aliis locis, præſertim in conſiliis euidenter apparet, quòd hæc materia interpretationis voluntatis teſtatoris præſefert amplè cognoſcendam, & manifeſtam in iure. Hæc autem prius dicta ſint ad oſtendendum, quod non tractatur materia fictitia, & imaginaria, ſed præcipuè comprehenſa, & conſiderata in legibus, & ſcriptis Doctorum, & quòd eius tractatus optimè ſtare poteſt cum aliis prænominatis tractatib. de interpretatione iuris, & de interpretatione ſtatutorum, ſi non ſit ita elegans & perfectus per me, bona cauſa eſt, quòd continet materiam magis perplexam, & periculoſam. Itaque inchoatum librum proſequor: quem expedire intendo interpretationum duarum partitione: quarum prima in dubitationibus quinque declarationem dabit, altera verò duabus dubitationibus enucleatis, ipſi libro primo finem imponat.

Super prima interpretatione, quæ pro diuiſione præmiſſa, & clariori dicendorum cognitione, & ſcientia fieri poteſt de his dubitationibus videndum eſt.

Prima, quæ, & qualis ſit ipſa interpretatio, & de eius diffinitione.

Secunda, quo iure, & qua neceſſitate ſit inducta: & quo caſu facienda.

Tertia, à quibus fieri poteſt, vel debet.

Quarta, quomodo facienda.

Quinta, quando facta poſſit variari.

Super ſecunda interpretatione inſpiciendum eſt de duabus dubitationibus. Prima, per quæ media fieri poſſit interpretatio. Secunda, ex quibus locis media ipſa ſumi poſſunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio eſt donum Dei.*

2 *Interpretatio eſt congrua dubij verbi vel orationis dubiæ explanatio, & declaratio; & alias tribus modis accipitur interpretatio pro correctione, pro modificatione, ac pro expoſitione, vel declaratione, & hæc vltimo modo dicitur propriè interpretatio. ibidem.*

3 *Interpretatio fieri debet de re dubia alias non eſſet neceſſaria, largè interpretatio pro correctione, reſtrictione & extenſione, propriè & ſtrictè dicitur interpretatio pro declaratione & expoſitione.*

4 *Interpretationis item alia, & eſt diſtinctio vna linguarũ, altera obſcuritatis ſenſus, ſeu dubietatis verborũ declarando, vt ibidem.*

5 *Interpretationum item duo ſunt genera, vnum circa verba, alterum circa mentem: dicitur quoque interpretatio voluntatis abſconditæ declaratio, & aperta ſignificatio verbi, & dicitur ſubauditus intellectus, ibidem.*

6 *Item deſcribitur & denominatur eiſdem modis ſecundũ effectus ab ea inductos, maximéq; quatuor modis, declaratiua. ſ. ſeu expoſitiua, correctiua, reſtrictiua, & extẽſiua. Itemq; intellectiua appellatur, quando fit ex idẽtitate rationis tacitæ vel expreſſæ, ibidem.*

7 *Itemq; dicitur interpretatio conſtitutiua, quando ſuper teſtamẽto ita conſtituit Lex Municipalis, Alio modo natiua dicitur, quando naſcitur cũ illo intellectu vt in verbis directis, & alia dicitur datiua, ſicut caſus dat vt ibidem.*

8 *Itemq; eſt & dicitur duplex interpretatio, ſcilicet extrinſeca & intrinſeca. Extrinſeca eſt & fit, vt ibidem. Intrinſeca verò eſt expoſitio literalis, & quam mens & ratio diſpoſitionis patitur.*

9 *Intellectus literalis eſt verborum: ſonus non indigens alio interprete extraneo? quod verum eſt in intelligente idioma.*

10 *Interpretatio alio modo dicitur duplex. ſ. vera & ficta, hæcq; ficta non habet locũ in odioſis, & non procedit contra ius & odioſum.*

11 *Interpretatio alio modo dicitur & eſt triplex, particularis, magiſtralis, & alia auctoralis, vt ibi declaratur.*

12 *Eſt & alia. ſ. duplex probabilis & neceſſaria.*

13 *Itémq; & alio reſpectu dicitur duplex, ſcilicet actiua & paſſiua.*

14 *Eſtq́; præterea, vt quinque modis dicatur interpretatio declaratis, ſecundum Vall. Eſtq́; interpretatio tandem commune nomen quod adaptari poteſt ad omnem expoſitionem: & nihil aliud eſt omnis interpretatio, niſi quædam adaptatio.*

15 *Interpretatio, eſt hoc nomen æquiuocum in iure, eóq; diuerſimodè accipiatur, & quandoque pro ſuppletione accipitur, & de extenſiua, & declaratiua, expoſitiua, & vulgari: de reſtrictiua, de extenſiua ex identitate rationis.*

16 *Interpretari accipitur pro aperta verbi ſignificatione, pro mente, pro correctione, pro ſententia, & pro extenſione: & eſt verbum generale, ad corrigendum pertinens, & arctandum & prorogandum.*

## LIB. I. INT. I. DVBIT. I. SOL.

PRIMA, vt ſciatur id, de quo agitur per vulg.ad id ipſum allegari ſolita, & quia tum ſcire oportet, omiſſis parum vtilibus diſputationibus de vera diffinitione vocabuli, de quibus latiſſimè per Hiero. Cagn. in his agentem potius Philoſophum, quam legum Doctorem: in l.omnis diffinitio. de reg.
1 Iur. † Hoc quidem premiſſo, quod interpretatio eſt donum Dei, ex dicto Apoſtoli, ponit Bald.in c.canonum.col.3.ver.item nihil excitantur.de conſtitut.placet diffinitio interpretationis, quam facit & adducit Pau.de Caſt.in conſi.338.Quia exceptiones.col.2.ver. pro declaratione & in conſi.340. Præmiſſis allegatio-
2 nibus.in princ.lib.1. quòd † interpretatio ſit congrua dubij verbi, vel orationis dubiæ explanatio, & declaratio, vbi alias tribus modis dicit accipi interpretationem. Vno modo pro correctione, alio modo pro modificatione, alio vero tertio modo pro expoſitione & declaratione, vt dixi, & iſta vltimo modo propriè dici-
3 tur interpretatio; vel declaratio, quæ † fieri debet de re dubia, alias non eſt neceſſaria interpretatio: l.continuus.§. cum ita.de verb. oblig. Ang.in l.1. C.de lég. non autem alij duobus modis cum res ſit certa, quæ aliquo modo corrigenda vel modificanda eſſet, vt ibi per eum in dictis conſil. & per Hiero. Cagnol. in l.1. nu.4.de orig.iur.& per Bal.in d.c. canonum.col.3.& ſeq.de conſti.vbi plura dicit de interpretatione. Quo quidem iſti duo modi dicuntur largè interpretatio: pro

pro correctione,reſtrictione,& extenſione , alius modus propriè & ſtrictè interpretatio pro declaratione & expoſitione , & ſic duobus modis dicitur interpretatio largè & ſtrictè, vt per Alber. de Roſ. in l.1.in 2. not.de orig.iu. & Ant.de But.in c.ſuper quæſtionum. col.4.ver.opp.ſecundo. de offic.deleg. & Lanfran.de Ori.in d.tractatu de interpret. ſtatu. col.2. ver quartò præmitto.& Abb.in d.c. ſuper quæſtionum.in pr.col.
4 5.vbi videtur adducere † alia diſtinctionem interpretationis, vnam.ſ. linguarum, & alteram obſcuritatis ſenſus,ſeu dubietatis verborum: & de iſta dicit quòd eius eſt interpretari, cuius eſt condere,vnde dicit propriè & ſtricto modo:ille,qui interpretatur,non corrigit, ſed declarat rem obſcuram, & quod largo modo dicitur corrigere & emendare , ſaltem quo ad corticem verborum.ponendo magis clara , & quo ad ſenſum,non corrigit: & ſic videtur loqui diuerſo modo, quã cæteri prædicti loquãtur, & credo quòd poſſit de interpretatione iuris intelligi,& non teſtamentorum, dicendo interpretationem obſcuritatis & dubietatis ſenſus & verborum pertinere ad eum,cuius eſt condere quod vſquequaq; dici non poteſt in interpretatio-
5 ne teſtamẽtorum,vt infrà in 3.dubitatione dicit.† Ad idem And. Gam. in tract. de extenſ.num. 40. ponens duo genera interpretationum: vnum circa verba , alterum,circa mentem , quæ diſtinctè & latè ibi proſequitur per to.tract. Dicitur quoque interpretatio voluntatis abſconſæ declaratio , Ang. in l.ſi quis intentione.ff.de iudic.refert Alexand.conſi.78.num.12.lib. 5.& aperta ſignificatio verbi,& ſic facit id apertè ſcire. gl.in l.2.ff.de iur.& fact. ign. & dicitur ſubauditus intellectus: Bal.in c.præterea de teſtib.cogen. Præterea
6 † interpretatio videtur deſcribi ſeu denominari eiſdẽ modis prout ſunt effectus ab ea inducti , & maximè quatuor modis.ſ.declaratiua, ſeu expoſitiua, correctiua reſtrictiua & extenſiua : vt per Bar.in l. omnes populi.in 6.q.prin.de Iuſt.& Iu.Pet.de Anch.in c.canonum ſtatuta.13.q.princ. de conſtit. & Sali.in l.2.C de noxa.actio.& latè in l.1.col.fi.C.de legi. & Bar.in l.ab executore.ff.de appel. Item interpretatio intellectiua appellatur, quando fit ex identitate rationis expreſſæ, vel tacitæ.tex.gl.& Bal.in l.quamuis.C.de fideicomm. Soc.conſ.52.vt verum.col.5.ver.præterea ſi hoc.li.1.& Barb.conſil.27.ſcripſit.col.9.in 3.dub.lib.1.& conſ.32.
7 col.1. lib.2. Alio † modo etiam dicitur interpretatio conſtitutiua , quando ſuper teſtamento ita conſtituit Lex.Municipalis.Bal.conſ.119.Factum ver.item iſtud ſtatutum, lib.3. & alio modo natiua dicitur , quando naſcitur cum illo intellectu , vt in verbis directis : & datiua alia dicitur,ſicut caſus dat,vt tradit idem Bald. in l. humanitatis. col. antepen.ver.quarto principali-
8 ter.C. de impub. Dicitur quoque † interpretatio duplex.ſ.extrinſeca & intrinſeca. Extrinſeca eſt & fit,vt dicitur in d.l.in his quæ.de cond.& demonſt.& l.quod purè.§.1.quando di.leg.ced.&l.prædiis.§.Titio de leg. 3.intrinſeca verò eſt expoſito literalis: Pau.de Caſt.in d.l.1. col.pen.ver. induco etiam. & ibi Rip.num.15. ſi
9 cert.vbi etiam Rip.num.27.dicit, quòd † literalis intellectus eſt verborum ſonus , non indigens alio interprete extraneo.per cle.exiui.de verb. ſignific.& l.ſi pupillus.§.prohibere. de inſti.act. Quod verum eſt in intelligente idioma. Intrinſeca etiam dicitur , quam mens & ratio diſpoſitionis patitur,vt per Curt.Senio. in conſil.9. Ticinenſi. colum.8. verſi. cùm igitur maſculinum. num.70. Item & Abb. aliter diuidit & declarat in c.ad extirpandas.ver. Quæro quid de nepoti-
10 bus.de fil. presbyt. quod duplex † eſt interpretatio.ſ. vera.& ficta,probando per doctr.Io.And.ibi, qui non ſic explicitè loquitur de interpretatione ficta,niſi in eo quod dicit non habere locum in pœnalib. & odioſis quod appellatione filij contineatur nepos , ergo venit ex interpretatione ficta,quę nõ habet locum in odioſis: arg.l.3.§.hæc verba.& ibi gl.Bar.& Alex.in Apoſtil.ff. de neg.geſt. vbi habetur , quid contra ius & odioſum non procedere in caſu ficto,ita dicitur vno interpretatio ficta per doctr.Io.And.& Abb.prælleg.

Aliam inſuper interpretationis diuiſionem non prætermittam quam reperio apud Moder.Theologum, Fr.Io. Viguerium in ſuo libro,inſtitutionum ad Chriſtianam Theol. c.1.nu.134.ver.2. facere.ſ.quòd triplex
11 eſt † interpretatio.Particularis,quam quiſque facit ſuo iudicio naturali, prout credit eſſe ex voluntate diſponentis. Alia magiſtralis , quam peritus facit congrua rationum diſcuſſione adhibita.Alia & tertia eſt authoritatis,quæ fit ab eo,cuius eſt condere. Hæ autem interpretationis denominationes ſunt ab his , à quibus
12 faciendæ eſſent.† Alia & eſt duplex, probabilis & neceſſaria,vt per Gamar.in d.tract. de extenſi.num.11.& Aym.conſi.135.nu.37.& conſi.3.nu.23.Alio quoq; re-
13 ſpectu duplex dicitur interpretatio, † actiua,& paſſiua,vt declarat Pet. de Anch.in d.c.canonum ſtatuta.in 14.q.princ.in tertio membro interpretationis declaratoriæ.ver.vlterius eſt etiam aduertendum.de conſt.

Adeſt poſtremò doctr.Bal.in l.3.de libe.præt. quod
14 † quinque modis dicitur interpretatio.Primò dicitur expoſitio vocabuli , ſecundum idiomata diuerſarum linguarum. Secundò expoſitio verborum ad veram intelligentiam potius inſpecta ratione , quàm cortice verborum. Tertiò adhæſio intellectus ad literam,ſemper præualente ratione. Quartò modus eſt ſignificandi attributus dictioni ab intellectu. Quinto & vltimo modo dicitur interpretatio , quæ fit authoritate prudentum ſubtiliter diſputando. Et tandem ibi Bald. concludit , quòd interpretatio eſt commune nomen, quoad aptari poteſt ad omnem expoſitionem : & in l. 1.§.ne autem. in fin. de cadu. tollen. dicit , quòd nihil aliud eſt omnis interpretatio , niſi quædam adaptatio. idem Bal. etiam dicit in l.Gallus.§. quid ſi is.in 4. not.
15 de lib.& poſthu. quod hoc † nomen interpretatio eſt æquiuocum in iure,eò quod diuerſimodè accipiatur. & quandoque pro ſuppletione, vt ibi in illo § de ſuppletiua interpretatione voluntatis teſtatoris.Dec.conſ. 259.colum. & de aliis prænominatis in propriis terminis.ſ.de extenſiua,& declaratiua: Iaſ.conſil.141.col. 8.lib.2.Ruin.conſi.146.in fin.lib.2. declaratiua etiam Alexan.conſi.11.num.12.lib.7. de expoſitiua & vulgari idem Alex.conſi. 45.num.5. eod.lib. & ibi de extenſiua. & Corn. conſ.138. col.fin. ver. facit pro prædictis. libr.2. Idem de declaratiua & extenſiua. Barto.in l. C. de impub. & aliis ſubſtitu. de reſtrictiua Bald. dict. conſil.119. libro 3. de extenſiua ex identitate rationis Angel.in l.3. ff. de parricid. & multas habet ſignificationes inquit Alber. de Roſ. in d.l. 1. colum.2. verſic.
16 literam expone.numero 3. ſi cert.petat. Non † omittam denique referre hoc de virtute huius verbi interpretari , quæ per Bartolum ſcripta aſſeruntur in l. Cæſar. colum.8.ver.tertio quæro. num.21.de publica. quod interpretari accipitur pro aperta verbi ſignificatione, pro mente,pro correctione,pro ſententia, & pro extentione , & quæ per Azo. in princ.ſummæ, C. quòd verba interpretari,generale eſt pertinens ad corrigendum , arctandum , prorogandum , vbi de interpretationibus fiendis per decem prædicamenta legaliter diſcurrit , de reſtrictiua , & extenſiua,per regulas & fallentias latiſſimè tractat Roman. in l. ſi verò.§.de viro.à num.19. vſque ad fin.ſolut.matrimonio. Itaque pot eſt



poteſt dici interpretationem breuibus eſſe demonſtratam,ſclilicet partim per diffinitionem , partim per diuiſionem,partim per effectum,vt de probationem dicit Bal.in rub.col.pen.in fi.C.de prob.

## LIB. I. INTERPR. I. DVBIT. II. SOLVITVR.

1 *Quo iure ſit inducta.*
2 *Qua neceßitate.*
3 *Ad quid interpretatio.*
4 *Quo caſu facienda.*
5 *Quomodo quid dubium ſit.*

## SOLVTIO II.

1 *Ius diuinum dici poteſt, quod reperitur ſcriptum, dictum aut factum in Sacra pagina.*
2 *Rabbi dicitur interpretatum magiſter, Meßias dicitur interpretatum Chriſtus, Cephas interpretatur Petrus.*
3 *Interpretatio eſt de iure diuino, itémque & de iure naturali maximè intrinſeca, vnde per aliquas conſtitut. tolli non poteſt.*

## I. SOLVTIO.

1 SIquidem † quod ſcriptum, dictum, factúmue reperitur in ſacra pagina , poteſt dici de iure Diuino, vt per Paul.de citad.in ſuo tracta. de iure patron. in 1. par.col.2.intellige tamen,vt ſcribit Foller.in ſua praxi cenſu.in ver. Nicolaus Epiſcopus.nu. 35.& ſequen.cum de interpretatione facta alicui conceſſa à diuino Spiritu in ea ſæpius legatur , vt in libr. Prouerbiorum c.1. Animaduertet parabolam & interpretationem , verba ſapientium ænigmata eorum , vt in Daniele,cap.5.Quicunque legerit ſcripturam hanc, & interpretationem eius manifeſtam mihi fecerit.
2 Ioan.ca.1. † Rabbi,quod dicitur interpretatum magiſter.Inuenimus Meſſiam,quod eſt interpretatum Chriſtus.Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur petrus. Paulus ad Corint.1.c.12. alij interpretatio ſermonum: Nunquid omnes interpretantur. & ad Hebr. de quo nobis grandis ſermo , & interpretabilis ad dicendum, &c.7. Primum quidem , quod interpretatur Rex iuſtitiæ,& Luc. in c.fin. Et incipiens à Moyſe & omnibus Prophetis , interpretabatur illis in omnibus ſcriptu-
3 ris,quæ de ipſo erant. † Ergo interpretatio eſt de iure diuino , eſt quoque de iure naturali , vt probat Aret. conſil.144.licet ſtatuta.per text. in l.2.§.his legibus de orig.iur.maximè intrinſeca , Curt. Senior in conſil. 9. col.8.num.70. Quod ſcire,ad id vtile eſt,quod per aliquam conſtitutionem interpretatio tolli non poteſt, vt proſequitur Aretin. in d.conſil. & Hier. Cagnol.in d.§.his legibus.num.84.& Deci. in c.tranſlato. colum. penult.circa fin. in prima lect. de conſt. & latiùs alio loco dicendum erit.

## *SVMMARIVM.*

1 *Interpretationum neceßitas ex pluribus, max. tribus apparet euidens & manifeſta.*
2 *Teſtamenta & legata poſſunt fieri per quæcunque verba, & quodcunque loquendi genus.*
3 *Teſtamentum Hebræi ex lege ſeu conſuetudine Hebræorum debet ſcribi in lingua Hebraica, nec valet in lingua Latina.*
*Interpretatio linguæ, quando neceſſaria corã iudice Chriſtiano idémque eſt dicendum de teſtamentis aliis inſcriptis diuerſis linguis, non intellectis à iudice.*
4 *Interpretando teſtamenta multùm elaboratur per Doct. dando varios intellectus, quod euenire ſolet vel propter imperitiam Notariorum , vel ob malitiam multorum.*
5 *Interpretari voluntatem teſtatoris, periculoſa eſt materia & conſultatio: ratio, vt ibi.*
6 *Obſcuritas quandoque tanta eſt , vt potius ſit diuinandum, quàm interpretandum , vt oporteat Iudices & Aduocatos agere Prophetas circa interpretationem teſtamentorum.*
7 *Indubitatum nil tam eſſe poteſt, quin deducatur in ſolicitam dubitationem. & nullis adhærent verbis quandoque , quandoque voluntati teſtoatris , iuxtà pecuniarum traditionem.*
8 *Cupidi auri oblati ſic applicantur clientulo, vt non ſint intenti ſoli veritati: in his tamen non eſt diuinandum.*

## SOLVTIO II.

NEcessitas autem huiuſmodi tractatus interpretationum,ex pluribus apparet euidens & manifeſta. Quoniam
1 primò † per quæcunque verba,& quodcunque genus loquendi poſſunt fieri teſtamenta & legata : l.quoniam. C.de teſtam.& l.in legatis.de leg. & vtrobique per doct. & Bald. in conſil. 136.Viſo teſtamento.l.3. loquitur de teſtamento ſcripto in lingua Gallicana, quod dicit ſibi feciſſe exponi de verbo ad verbum , idem eſſet de teſtamento He-
5 bræi † quod ex lege ſeu conſuetudine Hebræorum debet ſcribi in lingua Hebraica, & non valet ſcriptum in lingua Latina: vt tradit Ruin. conſil.4.nu.4.& ſequen. lib.2.licet videatur ſentire contrarium Bald. in l.iudices.in fi. C.de ſenten. & interloc.om.iud. & dicit Socin.in conſil.70. in præſente. colum.2. lib.1. quòd Iudæi,ſicut Chriſtiani , poſſunt condere teſtamenta,cum aliis alleg. per Marquardum de Suſan. in tractatu de Iudæ.in 2.parte.cap.1.num.2. not. Bald.in l.fideicommiſſa. in princip. de legat.3. & ſeruatis ſolennitatibus communis Iuris Ciuilis , vt latiſſimè conſuluit Bero. conſilio 26.numero.13.& ſequen libro 3.quinimò ſeruatis tantùm ſolennitatibus Iuriſgentium vel Moſaici ſcilicet coram duobus vel tribus teſtibus inter ipſos ſolos Iudæos valere teſtamentum, defendit Nat. la-
3 tè conſilio 621.itaque † de eo coram iudice Chriſtiano omnino eſſet neceſſaria interpretatio & expoſitio linguæ , idem dicendum de teſtamentis inſcriptis aliis diuerſis linguis , non intellectis à Iudice , coram quo exhibentur.

Secundò demonſtratur ex eo , quòd multùm labo-
4 rauerunt in interpretandis quibuſdam † teſtamentis, in dandis pluribus intellectibus,Abb. conſi.4.li.2. dando quatuor intellectus.idem in conſi.78. eo. & Card. in conſi.49.diſcurrendo.& notando ſingulas particulas teſtamenti.& Corne.conſ.72,col 1.lib. 1. dicendo ibi,verba ſubſtitutionis poſſe habere varias interpretationes:& in conſi.315.ſtans perplexus quomodo ſit teſtamentum interpretandum,in eo.li.& Dec.conſ.278. dando quinque intellectus teſtamento. ad idem Rui. conſi.201.col.2.lib.2.& Soci.Iun.conſi.85.in prin.lib. 1.&alibi ſæpè:id autem euenire vel propter imperitiã. Notariorum : vel ob malitiam multorum : dicit Pau Leon.in tract.de ſubſt.tit.de pupillari.nu.60.
5 Tantundem & tertio dicunt quòd † periculoſa eſt materia , & conſultatio de interpretanda voluntate teſtatoris:vt Soci. in l. cum auus.in princ.de condi. & demonſt.& conſi.249.in prin.li.2.& conſi.6.col. 1.& conſ.63.in fin,lib.3.& Iaſ conſ.143.in pr.lib.4.& Dec. conſ.89.col.2.& Ruin.conſ.59.in princ.lib.2. & Soc.

Ia

Iun.conſ.85.in pr.lib.1.Aym.conſi.89. in fin.& conſil.
155.in fi.Menoch.conſ.117.num 48. & pariter alibi ſæ-
piſſimè. Hæc enim eueniunt ex varietatibus volunta-
tum teſtatorum, iuxta illud, Velle ſuum cuique eſt. &
Corn.conſi.275.col. 1. ver. voluntates enim.lib.4.pro-
inde variè ſcriptum & iudicatum eſt inquit text. in l.
nonnunquam. ff. ad Trebellia. factique interpretatio
etiam prudentiſſimos fallit:l.2.de iur.& fact ign. Tan-
6 ta † eſt quandoque obſcuritas,quòd potius ſit diuinan-
dum,quàm interpretandum, vt dicit Imper. in auct.in
prin.de teſt.imperfect. ac oporteat Iudices & Aduoca-
tos agere prophetas circa interpretationem teſtamen-
7 torum: Aym.d.conſ.155. in fi. † E conuerſo autem,ni-
hil eſt tantum indubitatum quandoque quin deduca-
tur in ſolicitam dubitationem,vt in auct.de tabel.vltra
med.& quidam adhærent quandoque verbis,quandoq;
voluntati teſtatoris, prout pecuniæ eos impellunt, ait
8 Curt.Iun.conſil.121.ante nu.11.† aurique præmio ob-
blato ſic applicantur clientulo,vt non ſint intenti ſoli
veritati,dicit Socin.Iun.conſi.56.nu.7.lib.1.& Zanch.
in §.cum ita.num.145.ad Trebel.tamen in his diuinare
non debemus:Aym.conſi.161.num.12.vrget igitur ne-
ceſſitas huiuſmodi interpret.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretationes inuentæ & inductæ ſunt,vt per eas actus roboretur,& non perimatur,& propter publicam vtilitatem,ne teſta.rumpantur, necnon ad ampliandum fauorem,& reſtringendum odium.*

4 *Crudelis enim eſſet interpretatio ad ſubuertenda defunctorum iudicia,niſi tendat ad fraudandam legem.5.*

6 *Interpretatio fit, vt actus valeat, etiam contra dotem, piam cauſam,& in pœnalibus.*

## SOLVTIO III.

1 ITAQVE inuentæ & inductæ ſunt † in-
terpretationes, vt per eas actus roboretur,
& non perimatur: vt per Baldum conſil.
46. Verba inſtitutionis. verſic.dico igitur.
lib.1.& per l.fin.de manu. teſtam. & idem in l.ea quæ.
in fin. C.comi. vel epiſt. in l.de die. in princ. colum.
fin.ff.qui ſatiſd.cogan.per text.in c.cum dilecta.de ac-
2 cuſ. † & propter vtilitatem publicam, ne teſtamenta
rumpantur: gloſſ.in l.Gallus. §.quid ſi is. de liberis &
3 poſthumis. † necnon ad ampliandum fauorem & re-
ſtringendum odium: Alexander conſilio 110.num.12.
4 lib.3. † nam crudelis eſſet interpretatio ad ſubuerten-
da iudicia defunctorum: Bald.conſi.129. D.Franciſca.
verſi.in contrarium. libro 1. bonus text. in l.cum qui
5 dam.C.de neceſ.ſer. hæred.inſtit. † niſi tendat ad frau-
dandam legem: vt l.hoc modo.de condit.& demonſt.
6 & per not. in l.nemo.de legatis 1. † ita vt Aymo. con-
ſilio 278. colum. 5. vbi ſic contra dotem & piam cau-
ſam,ac in pœnalibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio facienda eſt in caſu dubio & ambiguo: dubia enim voluntas teſtatoris adiuuanda eſt interpretatione: quantumcunque teſtatoris verba ſint larga & præciſa: recipiunt tamen iuris interpretationem, ceſſat in claris & certis.*

2 *Interpretatio calumnioſa in caſu claro, ceſſatq; in expreſſis à teſtatore.*

3 *Interpretatio tamen negligenda in eo, quòd manifeſtè poſſet refricari in dubium.*

4 *Nec interpretatio debet fieri contra votum parentum, ſapiens triſtem euentum, neque procedit in dubio iuri contraria, neque in caſu ficto, ſed vero & naturali, maximè, quando ipſe teſtator ſic interpretatur, ceſſatq; etiam contra ſententiam teſtatoris, aliàs dicitur Iudaica, idem dicendum eſt, quando apparet ex verbis geminatis de præciſa et enixa diſpoſitione teſtatoris, vnde impeditur alia interpretatio.*

5 *Verba præciſa & prægnantia non recipiunt alium intellectum, neque aliam modificationem ſeparatam à verbis: vbi enim teſtator locutus eſt ſtrictè, ſtrictè eſt recipiendum, etiam actus fauorabilis reſtringitur, niſi Ius aliter interpretetur, vel aliter appareat de mente teſtatoris.*

6 *Voluntas teſtatoris & mens eius totum facit.*

7 *Interpretatio quænam tollatur, & ceſſet, ſtante ſtatuto. quòd teſtamenta intelligantur ad literam, prout iacet ſine aliqua interpretatione, vel extraneo intellectu, latè hic declaratur, & ſoluitur dubitatio.*

8 *Statutum remouens interpretationem teſtamentorum multa bona facere poteſt circa magna negotia hæreditatum.*

9 *Statuta & leges, quantò minùs ad declarandum remittant arbitrium iudicis, tantò ſatius eſt: ſtandum ergo magis eſt Legi Municipali expreſſè diſponenti, vt debeant intelligi teſtamenta ad literam, quàm ſtare arbitrio iudicis vario.*

10 *Coniecturalis interpretatio non admittitur ſtante ſtatuto, prohibente interpretationem, cum hæc, non dicatur apparet ex litera, vt poßit legi: literalis ergo interpretatio eſt, quæ admittitur, quæ non poteſt dici adempta vti neceſſaria de iure naturali.*

11 *Interpretatio admittitur, non obſtante ſtatuto, per quam ceſſaret abſurdum, itemq; eſt veriſimilis menti ſtatuti, item & ſecundũ com. vſum loquendi, itẽ & ne in dubiũ reuocetur, itẽ et ſumptũ ex ratione ſcripta in teſtamento, itẽ et ſine qua interpretatione verba nihil operãtur.*

12 *Statutum prohibẽs interpretationẽ teſtamẽtorum, intellegitur de teſtamẽto condito in ſcriptis, & probato per inſtrumentũ Notarij, non verò in probato per teſtes: Et de ratione, & ratione rationis, ibidem.*

13 *Statuta procedunt in caſu vero, quatenus propriè loquantur, in cæteris caſus remanet non comprehenſus à ſtatuto in diſpoſitione iuris, quoad interpretationem.*

14 *Interpretatio an admittenda teſtatore ipſo mandante, teſtamentum ſuum debere intelligi ad literam, prout iacet ſine aliqua interpretatione, vel extraneo intellectu.*

15 *Teſtator poteſt omnia diſponere, quæ ſibi placent, eiuſque diſpoſitio eſt, vti lex eſt ſeruanda, & in bonis propriis fortius valet eius diſpoſitio, quàm valeat ſtatutum, ibidem: item poteſt alij committere declarationem ſuæ voluntatis.*

16 *Executor poteſt declarare voluntatem teſtatoris.*

17 *Interpretatio non poteſt dari melior illa quàm dat ipſe teſtator. Iuriſc. interpretatio non habet locum ſuper alterius voluntate, vbi ipſemet teſtator interpretatur: omnia enim iura clamant, in teſtamentis interpretandis defuncti uoluntatem præ omnibus eſſe præferẽdam*

18 *Lex omnis coniecturans voluntatem alterius, intelligitur, niſi aliud appareat de diſponentis voluntate.*

19 *Verba exaudienda ſunt ſecundum teſtatoris voluntatem*

20 *Teſtator vbi mandat, ſuum teſtamentum debere intelligi ad literam prout iacet, dicendum eſt, coniecturas non admittendas pro filijs poſitis in conditione, vt dici poſſent in diſpoſitione vacat: quia tunc ſtrictißima ſumeretur interpretatio, & tradita cautela optima in practica per Notarios ſeruanda certis verbis expreßis.*

*SOLV-*



## SOLVTIO IIII.

INterpretatio † quidem facienda eſt in
1 caſu dubio, & in ambiguo, l.2.§.fin.de
his,quæ in teſta.delent.& l.in his,quæ.
de condi.& demonſtr.Angel.in l. 1. C.
de lega.& Bal.in l.voluntatis. in princ.
C.de fideicom.per l.pediculis.§.argento,de auro & ar
gento le.Dubia enim voluntas teſtatoris adiuuanda
eſt interpretatione:Bald.conſi.136.circa fi.li. 3. nego-
tium auditum pro teſtamento dubitato interpretari
iuſtum exiſtimat eſſe Imperator: in authent. de reſti-
tutio.conſti.noua in pri.

Quantuncunque enim verba teſtatoris ſint larga,
& præciſa: tamen recipiunt interpretationem iuris.l.
ſi mihi.§.fin.& ibi Alber.de Roſ.de leg.3.cum pluri-
bus concor.alleg.per Iaſ.in l.quamuis. de in ius vo-
cand.in claris verò & certis vtique ceſſat interpreta-
tio.l.ille.§.1.& l.non aliter,de leg.3.& Doct. in d.l.in
2 his quę.de condi.& demonſtr.† imo in caſu claro eſt
calumnioſa:Glo.& Doct.in l. quicquid aſtringendæ.
de verb.obligat.ſic ceſſat in expreſſis à teſtatore: l.ſi
is,qui CC.§.fin.de rebus dub.Card.conſi.60.col. fin.
ver.contrarium.& Iaſ.conſi.43.col.3.ver.ad idem põ-
3 dero.lib.3.vbi ad id plura notab.dicta adducit. † Ta-
men interpretatio negligenda nõ eſt in eo, quod ma
nifeſtum poſſet refricari in dubium, per tex. in l.1.§.
4 quamuis. de ventre inſpi. Non † debet quoque fieri
contra votum parentum interpretatio,& ſapiens tri-
ſtem euentum: vt l.cùm tale.in prin. de cond. & de-
monſt.neque iuri contraria in dubio procedit:glo.fi.
in l.talis.de le.1.& ibi Bar.in prima oppo.& Bal. ver.
in glo.§.vxori,neque in caſu ficto, ſed vero & natura-
li,vt per Crot.inter conſi.Alexandrini,conſi. 39. ſub
num.5.maximè, quando ſic ipſe teſtator interpreta-
tur.Bal.conſi.407.in quæſtione.colum.3.ſub ver.tan
gitur.lib.1.& ceſſat contra ſententiam teſtatoris: l.3.
de lib.præter.aliàs dicitur Iudaica.Socin.Iun. conſi.
68.num.16.lib.1.Idem quando apparet ex verbis ge-
minatis de præciſa quaſi ſpeciali expreſſa & enixa vo
luntate,& diſpoſitione teſtatoris per l.Baliſta, ad Tre
bel.& alia latè tradunt Cor.conſil.59.lib. 2.& conſi.
249.col.pen.lib.4.Gozad conſi.52.nu.2.Iaſ.conſi. 6.
col.4.lib.3.Pariſ.conſi.41.num. 38.lib.2. Socin. Iun.
conſi.133.num.6.7.lib. 1. quod impeditur alia inter-
pretatio,vt per Goz.conſi. 30. num. 3.& not.Deci.
in l.fi.C.qui teſt.fa.poſ.& Sebaſt. Medi.tract. de reg.
iur.reg.3.in ampliat.nume.58.& reſtrictio, vt per Iaſ.
5 d.conſi.43.col.3.de lib.3.† verba enim pręciſa & pre-
gnantia non recipiunt alium intellectum, neque ali-
quam modificationem ſeparatam à verbis:Socin.cõ-
ſi.251.col.4.ver.poſtremo.lib.2.& per Petrum de An
char.conſi.33. per ſtatutum, refert Feli. in cap.ſuper
quæſtionum.col. 2. de offi.deleg. & per text.in l.1.§.
ſin verò talis.de cad.tollen.vbi teſtator ſtrictè loquu-
tus eſt,ſtrictè recipiendum,& reſtringitur etiã actus
fauorabilis:Bal.in l.fi.C.de poſthum.& conſi.262.re-
colo.circa fi.lib. 1. Niſi ius aliter interpretetur: d.l.ſi
mihi,§.fi.de leg.3. vel aliter apparet de mente teſta-
toris:Pau.de Caſt. conſi. 332.Viſo teſtamento.col.1.
6 lib.1.nam † vbique prædicatur,mentem teſtatoris &
eius voluntatẽ totum facere:l.ex facto. la 2. §.rerum.
de hæred.inſt.& l.Pater Seuerinã.in prin.& l.in con-
ditionibus,in prin.de cond.& demonſt.cũ ſimilibus.
7 Quænam † interpretatio tollatur,& ceſſet extante
ſtatuto,quòd teſtamẽta intelligantur ad literã, prout
iacent ſine aliqua interpretatione,vel extraneo intel
lectu.Bald. ponit q.in l.precib. col.3. ver.& no.quòd
in quibuſdam.C.de impube. vbi tenet, prohibitã in-
telligi interpretationem extrinſecam à verbis,per l.in
his.de condit.& demonſtr.& non intrinſecam, idem
in d.l.3.de lib.præter.quam intelligit interpretationẽ
literalem de veritate ſermonis,idem in l. iubemus.§.
fi.C.ad Trebel.ſequitur Iaſ.in conſi.50.& conſi.52.li.
1.& conſi.205.col.fin.ver.item eſt aduertendum. lib.
2.& in l.nam hoc iure.col.3.de vulg.& pupil.& Dec.
in l.quamuis.col.2.ver.ſed breuiter. C.de impub. vbi
dicit,quòd videtur excluſa omnis alia interpretatio,
quæ ex litera non colligitur,& ſic declaratiua inter-
pretatio non cenſetur excluſa:idem Deci. conſi. 475.
num.37.idem firmat Iaſ. in d.l.quamuis. in 4.fallent.
& Bald.in authen.ſi qua mulier.in fin.de ſacroſanct.
eccleſ.dicit,quod fideliter exponatur ad literam grã-
maticaliter,prout litera ſonat, nec intellectus ipſius
extorqueatur ad aliud.idem ſequitur & probat Bene.
Capra. conſi 98.col.fin.quod tollatur interpretatio
extẽſiua,& Bal.conſ. 460. Ioannes de Albigana, ſub
num. 5.lib.1.dicit,litera intelligitur vulgaris expoſi-
tio,& non interpretatio prudentum extenſiua.Plura
ſingularia dicta de ſtatuto remouente interpretatio-
nem vide per Catel.Cot.in ſuis memor. ver. ſtatuto
cautum eſt.idem probat Cur.Iun.conſi. 6. num. 7.&
ſequen.& conſil.47.col.penul. quod intelligitur lite
ra,prout à vulgo exponitur.Baldum in locis præalle-
gatis ſequitur Alexan.in l.1.col.11.num.35. verſ.alius
eſt caſus.in princ.& idem l.nã hoc iure.col.1.de vulg.
& pupil.& ita eſſe communem opin. quando ſtatu-
tum diſponit,quod teſtamẽta debeant intelligi ad li-
teram,prout iacent.firmat Socin.in d.l.1. in prin. col.
49.ver.nono limita.& ibi.Rip.num.172.Alij vero vi-
dentur tenere,quòd intelligatur ſolùm remota inter-
pretatio friuola,& non legitima,proueniens ex mẽte
diſponentis & ex legibus,per doctr. Bar.in l. omnes
populi.in 7.quęſt.de Iuſt.& Iure.vt per Alexan.conſi.
50.col.penul.& conſi.80.num. 9. lib. 1.Steph.de Fe-
der.in tract.de interpret.iu.in prima par.nume.27.&
ſequent.in vlt.par.num.95.& ſequent.Cur. Sen. con.
9.col.8.vbi latè inſiſtit,quod poſſit admitti interpre-
tatio veniens ex mente & ratione, huiuſmodi ſtatuto
non obſtante,quod placet Ripæ in d.l.1.d.num.172.
& in Reſpon.3.nu.19.& Socin.in l.cùm auus. col. 45.
46.de condi.& demonſt.tenet,interpretationem non
eſſe reiectam,quæ expreſſè inducta eſt à lege, ratione
pietatis & humanitatis intellecta à teſtatore,ſed non
ſcripta in teſtamento,prout eſt illa ex d.l.cum auus.&
l.cum acutiſſimi.de fideicommiſ.& quę omiſſa indu-
ceret abſurditatem,vt ibi per eum diſtinguentem: An
ſtatutum loquatur de obſeruantia ſine aliqua inter-
pretatione,tunc admittantur interpretationes à legi-
bus approbatæ,& inductæ,aut loquatur de obſeruã-
tia ad literam,prout iacet,ſine aliquo extrinſeco in-
tellectu,tunc ceſſant interpretationes, quæ ſint extra
ſenſum verborum, & conſtructionem literalem &
grammaticalem,admiſſa tamen illa ex d.l. cùm auus.
pro qua dicit,quod ita iudicaret,idem diſtinguit in d.
l.1.col.50.de vul.videtur ex mente Alexan. in d. conſ.
50.& conſi.180.

Quam diſtinctionem reprobat Dec.in l.quamuis.
ſub nu. 3. de impub. etiam quoad illam ex d. l.cum
auus. Puto non eſſe diſcedendum à priori opinione
Bald.& ſequacium tanquam communi & probata,
per l.1.§.1.ff.de his,quę in teſtam.delent.& per tex.in
c.exiit.§.penult.de verb. ſign.in 6. Quam ſequuntur
etiam Alber.Brun.in tract.de ſtatu. fœm.exclu. in 5.
artic,in quæſt.29.& Pariſ.in conſi.49.num. 89.& 90.
8 lib.3.Comprobatur,quod ſic remouendo † interpre-

tationes,circa teſtamenta,remouentur multi errores,
qui poſſunt committi in eis interpretandis,cum teſta
toris animũ nõ videamus:vt per Bal.in d.l.precibus.
col.5.ver.dixi ergo.refert Iaſ.conſi.108.col.2.li.4.So-
cin.Iunior.conſi.94.in prin.& conſi.101.in princ. lib.
1.Aym.conſi.98.in fi.& alibi ſępe,& cõſequenter mul
tæ lites poſſũt ceſſare,quæ per ſolicitas dubitationes
nimia cupiditate hæreditatum in dies excogitantur
& inſurgunt,vt innuunt Doct.in Rub. de vulg.& pu
pil.& dicit Bald.in l.fi.col.penult.verſic. item nego-
tia.de fideicommi.quòd negotia hæreditatũ ſunt ma
gna,&maxima negotia.Ideo in eis periculum eſt,quo
ad fidem.Quæ minuendarũ litium occaſio valde gra-
ta eſt legibus:l.fratris.& ibi not.C.de tranſact.&c.fi-
nem. in prin.de dolo & contu. Præterea huiuſmodi
9 † teſtamentorum interpretatio,vt plurimum iudicis
arbitrio committitur:l.volũtatis.& ibi.Bal. & alij.C.
de fideicommiſ.at quantominus cauſæ permittãtur
arbitrio iudicis iudicandæ ex ſcri pto vero & legibus
decidantur,tanto ſatius eſt melius.Ariſtot. c.7. lib.2.
Poli.refert Bald.conſi.427.quædam mulier.num. 9.
lib.5.& in l.non poſſunt.in fi.de legi. Ergo magis ſtã-
dum eſt Legi expreſſe municipali, diſponenti , teſta-
menta debere intelligi ad literam,prout iacent , ſine
aliqua interpretatione,quàm ſtare arbitrio iudicis va
rio:l.nonnunquam.ff. ad Trebel. dummodo habea-
tur ſenſus & interpretatio literalis,per ſupra allega.&
10 per tex.in l.j.ff.ſi tab.teſt.extra.vbi habetur,quod† ap
parens ex coniecturis dicitur non apparere ex litera,
vt poſſit legi,&non eſſe propriè ſcriptum,adducit A-
lexan.conſi.45 num.4.lib.7.itaque literalis interpre-
tatio eſt,quæ admittitur:nõ poteſt ergo dici adẽpta,
vti neceſſaria de Iure naturali,vt ſuperius dictũ fuit.
11† Limita tamen interpretationẽ eſſe admittendã, per
quã ceſſat abſurdũ:vt per Ioan.And.in ca.pro poſſeſ
ſore,de reg.iur.in 6.Socin.conſ.78.nu.3.li.4.& Aym.
conſ.259. col. pen. amplius ſi ex ſtatutis, & veriſi-
milẽ interpretationẽ mẽti ſtatuti, Cuman.conſi.126.
viſa copia.vltra med.verſi.non obſtat ſtatutũ,& ſecũ-
dum cõmunem vſum loquendi,Curt.Iun.conſi.5.nu.
14.& Corn.cõſ.276.col.antepe.lib.4.& ne in dubie
tatem reuocetur per text. iuncta glo. in l.j.§. quãuis.
de ventre inſpi.& ſumptũ ex ratione ſcripta in teſta-
mento,vt Petrus de Anchar.in ca.canonum. circa fi.
de conſtit.& ſine qua interpretatione verba nihil o-
perantur.Paul.de Caſtr.conſi.175. caſus præſens. col.
pen.ver.item non obſtat ſtatutum.li.1.
12 Item limita,tale † ſtatutũ procedere in teſtamẽto
in ſcriptis,ſeu redacto in ſcriptura per inſtrumentũ
publicum,non verò in teſtamẽto probato per teſtes,
licet in ſcriptura redacto per examẽ teſtium publica-
tũ:quia certa litera inſpici,& legi nõ poteſt teſtamẽ-
ti per teſtes probati:quoniam ſufficit,teſtes in proba-
tione eſſe concordes in ſubſtantia facti,& in eundem
rei finem,& non cortice verborũ:Cor.conſ. 172. pri-
mus.col.7.verſ.& ſunt omnes conteſtes. & ſeq.lib. 2.
& conſi.148.in hac col.penul.verſ. nec obſtat. lib.3.
& Barba.conſi.29.illud afferam.col.7.lib.1. facit tex.
in l.fin.de precib.imper.offer. & alibi dicetur:igitur
in ſolo teſtamẽto redacto in ſcriptis,vel in inſtrumẽ-
to Notarij,vt fit communiter, cuius litera poteſt ocu
lis legi corporeis,prout iacet, id ſtatutum procedere
poteſt,ſic ſua qualitate & præſuppoſito verificato,vt
requiritur , verba ſtatuti poſſe adaptari, per vulga &
commu.conclu.Glo.& Doct. vt per glo. in l.manci-
pia.C.de ſerui.fug.Alex.conſi.172.num.5.lib.2. & cõ-
ſil.130.col.2.in verſi.ne prædictis.lib.4.cum concor.
cumulatis per Fely.in c.nonnulli.char. penu.ver.vbi
verba.de reſcrip.facit doctri. Bar.in.l.j.in fi.ff. de te-
ſtam.& magis in ſpecie facit,quod idẽ tradit in l.quę
Romæ.§.duo fratres.in 4.q.ſub num.17. de ver.oblig.
Non obſtat,quòd pro remedio poſſeſſorio.l.fin.C.de
edicto Diui Adran. tollen.requirentis oſtendi teſta-
mentum non cancellatum , neque abolitum, ſufficit
oſtendi teſtamentum probatum per teſtium examẽ
vt ibi per Doct.redactũ in ſcripturam,quia per eam,
vt iidem Doct. ibi volunt , de teſtamento inducitur,
notoriũ,quod abſque alia indagine ſufficit in poſſeſ-
ſorio,& ibidem Doct.& in l.j.ff.&C.quo.bon.ſtatuta
13 †autem procedunt in caſu vero,& quatenus loquan-
tur propriè:Bart.in l.3.§.hæc verba.ff.de nego.geſt.&
l.quod conſtitutum. & ibi.Bar.ff.de teſtam. milit.&
Deci.conſ.503.nu.4.& con.541.nu.14.cum ſi milibi⁹
Quod maximè verum quando teſtes probãte ſpertе
ſtamentum,non ſunt concordes in cortice verborum
& caſus iſte remanet,quo ad interpretationem in di-
ſpoſit.iuris : vt non cõprehenſus in ſtatuto, per vulg.
14 Quæritur † ſi teſtator ipſe mãdat ſuum teſtamẽtũ
& contenta in eo debere intelligi ad literam prout
iacet ſine aliqua interpretatione, vel extraneo intelle
ctu,an valeat huiuſmodi diſpoſitio,& quomodo pro-
cedat.Et quidẽ cenſeo valere,& procedere,vt ſuprà di
ctũ eſt circa interpretationẽ prohibitã per ſtatutũ per
eadẽ iura,& rationes pręalle.quòd autẽ valeat mo-
ueor primo,quod pręter id quod tẽderet ad remouẽ-
dã ſubſtantiã vel ſolẽnitatẽ actus , vt eſſet cõtra publi
cã vtilitatẽ principaliter,vel inuitaret ad delinquen-
15 dũ per no.in l.nemo põt.de le.1.teſtator † põt omnia
diſponere,quę ſibi placẽt,& eius diſpoſitio vti lex ſer
uãda eſt,vulg.§.diſponat.in auc.de nup.& ſicut valet,
& operatur prædictũ ſtatutũ,fortiùs operatur , & va-
let in bonis propriis diſpoſitio teſtatoris,ar.l.ſi cõſtã
te.§.ſi maritus.ff.ſol.mat. & l.in re mandata. C.mãd.
ita alios allegãdo deducit Aym.in con.174.nu.6.Se-
cũdo †teſtator poteſt alij cõmittere declarationẽ ſuę
16 volũtatis.l.Theopõpus.& ibi Bar.de do.præle.& exe
cutor poteſt declarare,Bal.conſi.259.ſuper 1. li.4. &
Ful. cõſ.47.ſerMichael.circa fi.ergo valida diſpoſitio
prædicta.Tertiò eius eſt interpretari cuius eſt cõdere.
17 c.inter alia.de ſẽ.excõ.†&nõ poteſt dari melior inter
pretatio,quã illa quã dat ipſe teſtator,inquit Soc.cõſ.
102.col.pen.ex quibus patet.li.3.& Bal.conſ.407. in
q.col:fi.ſub ver. tangitur. li.1. dicit quod iuris inter-
pretatio ſuper volũtate alterius non habet locum , v-
bi ipſemet teſtator interpretatur,quinimò omnia iu-
ra clamant in teſtamentis interpretandis defuncti vo
luntatẽ præ omnib.et ante omnia eſſe præferendã, iu
ra allegando dicit Io.de Ana.conſ.3.viſo teſtamento.
ver.3.omnia.et iura ipſam tali interpretatione ſem-
per adhærent voluntati teſtatoris.l. Caio. §.Imp.de
18 ali.leg.et omnis † lex quæ coniecturatur voluntatem
alterius debet intelligi,niſi aliud appareat de volũta
te diſponẽtis.no.Bar.in l.licet Imperator.in prin.de l.
1.dicit no.tex.in l.ſi peculiũ.§.ſi ſeru⁹.de pec.le.quod
19 † verba ſecundũ voluntatem teſtat.exaudienda ſunt,
et in l.Labeo.de ſup.leg.ibi.Seruius fatetur ſententiã
eius,qui legauerit,aſpici oportere,hic deniq; adiun-
gãda ſunt verba Cic.in Rhetor.in 2.li.vbi differit de
cõtrouerſia ex ſcripto et ſentẽtia,nã huic noſtrę quę-
ſtioni certã ferè legẽ ponunt,hæc ſunt.Non oportere
de eius volũtate nos argumẽtari,qui,ne id facere poſ
ſumus,iudiciũ nobis reliquerit ſuæ voluntatis etc. re
fert Tiraq.in l.ſi vnquã.ver.libertis.ſub nu. 16. de re-
uoc.don.Itaque talẽ diſpoſitionem valere penes me
nulla eſt dubitatio,licet nõ meminerim vidiſſe tacta
in ſpecie ab aliquo,niſi incidenter à Iaſ.qui ſic firmat
in



in conſ 141.Chriſtop.colu.8 .in ver.10. pro.i ſta parte.
20 li.2.& † tunc coniecturę nõ admitterentur pro filiis
poſitis in conditione,vt poſſent dici vocati in diſpo-
ſitione , latè ſuper hoc ſcribit Rol.à Val.conſ.51.nu.
13.& ſeq.& in ſpecie nu.24 li.3.& Bero.cõſil.57. nu.
63.lib.3.tuncque ſtrictiſſima ſumeretur interpretatio
Menoc.conſ.86.nu.39.placuit eam hic tractare,quia
viſa eſt vtilis pro amputandis tot captioſis & conten
tioſis interpretationibus,quæ potiùs ſubtiliter, & ſæ
piùs ad id quod nunquam teſtator cogitauit, quã ſic
veritate vrgente in dies adhiberi audiuntur,vnde bo-
na cautela eſſet,quod eam practica induceret ponen-
dam per notarios in fine inſtrumenti de teſtamento
cõfecti poſt clauſulã codicillarẽ,hac vel ſimili forma
iubens & mandans idẽ teſtator omnia contenta in
hoc ſuo præſente inſtrumẽto ſcripta per me Notariũ
infraſcriptũ debere intelligi ad literã prout iacẽt, &
oculis corporeis legi poſſunt ſine aliqua alia interpre
tatione,extenſione , & nullo alio extrinſeco intelle-
ctu ſubaudito,ſuppleto,vel aliqua ratione vel cauſa
dato,quę cautela probatur etiã per tex.in l.pe.§.fi.de
leg.2.& per no.à doc.in l.aut prætor.§.j.ff.de re iu.&
à Gualden.de arte teſtam.ti.5.caut.5.ad fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Ambiguum & obſcurum eſt illud,quod pro certo & claro non cõceditur,ſicut ecõtra quod nõ eſt clarũ, dubiũ eſt.*
2 *Obſcurum exponitur cùm verum, aut veriſimilius non apparet.*
3 *Dubius ſermo multipliciter poteſt eſſe, cuius ambigui declarationem ad certum,quod eſt in contentione homines conantur applicare,affirmando vel negando.*
4 *Facta hominum cuncta vel in affirmatiua, vel negatiua conſiſtunt,iuxta illud:*
*Eſt,non eſt,monoſyllaba cuncta gubernat,*
*His demptis hominum nil eſt quod ſermo volutet.*
5 *Ambigui & obſcuri omnis controuerſia in iure noſtro appellatur,quæſtio vel facti,vel iuris , aut in ſpecie noſtra proprius dicitur voluntatis quæſtio , túncque eſt voluntatis quæſtio cùm voluntas incidit in ambiguum & obſcurum.*
6 *Ambiguum & obſcurum vti diuerſa ſunt , & differentia ibidem,inter dubium & ambiguum.*
7 *Doctrina inter ambiguũ & obſcurum, de obſcuroq́ plura per Fel.& de ambiguo,ibi.& de multiplici obſcuro*
8 *Incertitudo dicitur ratione generalitatis & alternationis.*

## SOLVTIO V.

DICTVM eſt ſupra,interpretationem eſ-
ſe fiendam,vbi res eſt dubia vel obſcura,
operæpretium eſt videre , quomodo talis
dubietas & obſcuritas contingere po-
1 teſt,cuius autem cognitio facilis videtur. nam † vbi
quid pro certo & claro conceditur, ſcitur id non eſ-
ſe ambiguum, vel è conuerſo vbi non clarum,& non
certum proponitur,neceſſe dubietatem & ambigui-
tatem adeſſe, quia cognito vno de contrariis &c. l.
j.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.hoc eſt quod dicit Dy.
2 in c.in obſcuris circa pr.de re.iu.in 6.quod † debet ex
poni in obſcuris.1 cum verum vel veriſimilius nõ ap
3 paret,& † iã multipliciter poteſt eſſe ſermo dubius,&
proſequitur Steph.de Fede. in tract. de interpr. iur.
quod in cõtẽtione eſt , ſemper conãtur homines vel-
4 le applicare alteri.ſ.affirmatiuæ,vel negatiuæ. † Quæ
ſimul vtiq; cõiuncta hominũ negotia complectũtur,
iuxta illud:Eſt,nõ eſt,monoſyllaba cũcta gubernant.
His dẽptis hominum nihil eſt quod ſermo voluter,&
Cic.in 2.de ora.inquit : Nam & omne quod eloqni-
mur,ſic aut eſſe dicamus id,aut nõ eſſe quippe neceſſe
eſt affirmationẽ vel negationẽ verã eſſe,vel falſam.A-
riſt.li.1. Periherme.de figuris cõtingentibus. verum
adhærendo noſtris terminis legalib.ſciendũ eſt,quòd
5 omnis † circa ambiguũ &obſcurũ cõtrouerſia appel
latur quæſtio vel facti vel iuris.l.idẽ.de ſtat.ho.l.quę
dam .de iure codicil.quæſtio iuris dicitur qñ facto po
ſito pro cõſtante, quęritur quid iuris : vbi verò nihil
ponitur pro conſtãti dicitur quęſtio facti, no. Ang.in
l.eum quẽ temerè.§.j.ff.de iud.Aut proprius in ſpecie
noſtra dicitur volũtatis quæſtio.l.Mæuius.§.j.de leg.
2.l.illud.§.j.de iure codici.& l.ille.§.j.de leg.3.& l.vo
luntatis.C.de fideicom.& l.ex verbis.C.de don.inter
vi.& vx.vbi gl.in ver.non iuris,dicit cognita volũtate
ſcitur quid iuris,tunc.n. voluntatis eſt quæſtio, cùm
voluntas incidit in ambiguum & obſcurum, ideo in-
ſpeciendũ eſt , quale,& quomodo dicatur ambiguũ,
& circa quæ,& ex quibus inducatur.Quid ſit, aduer-
tendum eſt , quòd duo vt diuerſa habemus. ſ. ambi-
guum & obſcurum,text.in l.veterib.ff.de pact.dedu-
cit Socin. in l.ambiguo. col. 1.de reb. dub. & aliud
tertium.ſ.dubium. Differentia inter dubium & am-
biguum traditur , quod dubium eſt in quo mouetur
ratio indeterminatẽ ſuper vtrumque contrariorum,
ambiguum autem , quando ambit vtrumque æquis
rationibus,ſecundum Bal.in l.ſcire.ff.de leg. & Ioan.
de Turre crem.in c.1. ver.ad 4.num.17.18.diſ.1. Hier.
Cag.in l.ſemper in dubiis.in pr.de reg.iur.differentia
alia inter ambiguũ & obſcurũ,quòd ambiguũ ſit ver
bum plura ſignificans. Obſcurũ autẽ ſignificans vnũ
tantum latens & abſcõditũ,& ſcitu difficile per Soc.
in d.l.in ambiguo.col.1.& Hier.Cagn.in l. ſemper in
obſcuris.de reg.iu.de obſcura plura ponit Fel.in c.de
ſimoniacè,in prin.de ſimo.idẽ de ambiguo Andr. Ga
mar.in tract.de extenſi.nu. 77. ex ambiguo naſci ob-
ſcurũ.Cic.de arte rhetor.in 2.li.in iudiciali cauſa per
hæc verba oſtendit,ex ambiguo autẽ naſcitur cõtro-
uerſia,cum quid ſenſerit , obſcurum eſt exemplũ po-
8 nẽs propriè in quodã legato vxori aſcripto, † de mul
tiplici obſcuritate ponit Bal.in l.in actionibus.§.pla-
ne.de in litem iurã.de ambiguo & obſcuro aliqua po
nit Dec.in c.fi.col.1.de conſt.Alci.in l.nepos Proculo.
in ver.ambigue. de ver.ſignif. Hæc autem vocabula
largè ſumpta poſſunt dici ſynonyma,quod vnum pro
alio ponatur.Ang.in d.l. veteribus. Quinque modis
dicũtur talia,vt per glo.in l. quoties in ſtipulationib.
de ver.obl.colligit Bal.in d.l. veterib. primò ratione
æquiuocationis,ſecundo ratione generalitatis, tertio
ratione alternationis,quarto ratione diſperſæ & dif-
fuſæ locutionis,vltimo ratione indefinitæ.aliqua po
nit Steph.de Feder.in d.tract.de interp.iu.in 3.par.in
prin.aduerte,quod ratione generalitatis , & alterna-
tionis non dicitur ambiguitas,neque obſcuritas , ſed
incertitudo ſecundum Pau.de Ca.in d.l.veteribus, vt
9 per Alex.con.11.circa.fi.li.2.incidũt † autẽ hęc dubia
circa ea , quæ nobis offeruntur pro demonſtrandis
ipſis vltimis voluntatibus,ſiue cõſiſtant in omnibus,
ſeu in aliquo ex decem prædicamẽtis, vt per Bal.in l.
voluntatis.col.2.ver.in tex.ibi, æſtimatione. C. de fi-
deic.citra quæ nulla propoſitio,nulla quæſtio eſſe po
teſt ſecundum Philoſophũ.li. 1. Topicorum.tex.7.ſi-
ue in his,quæ adducit Alb.Bru.in ſuo tract.de rebus,
ſeu diſp.dub.in pr.quę ſint,exitus ipſe demonſtrabit
in progreſſu propoſiti tractatus , inducuntur etiam
ambigua eadem ex variis rerum accidentibus , quæ
omnia ſigillatim hic oſtẽdere, eſſet tractatum ipſum

totum explicare,in ſumma ſunt ſupra demonſtrata per illos quinque modos,& per decem cóclusiones, quas adducit Soc. in d.l.in ambiguo. col.pen. & fin.

## LIB. I. INTERPRET. I.
## DVBITAT. III.

AQVIBVS in hoc tractatu fieri poteſt vel debet interpretatio , his diſtinctionibus huiuſmodi dubitatio certa & manifeſta redditur.

Prima aut dubium vertitur circa ſcripruram teſtamenti,eo quod appareat literis ſic inuolutis, truncatis,abbreuiatis,& inculcatis compoſita, charactere non Hebræo, non Græco,non Latino, ſed Hetruſco, vel ſyluatico , vt vix legi & intelligi poſſit ab aliquo , niſi ab ipſo ſcriptore , vt multoties videtur vſu euenire.

Secunda,aut obſcuritas eſt in idiomate,quo ſcriptum ſit teſtamentum.

Tertia,aut incertitudo eſt ob generalitatem , vel alternationem.

Quarta eſt,aut ambiguitas eſt aliis modis circa verba vel ſenſum & ſententiam teſtatoris,ſoluuntur.

1 *Per notarium vel ſcriptorem.*
2 *Per interpretem idiomatis.*
3 *Per legatarium.*
4 *Per hæredem.*
5 *Per teſtatorem,vel eum cui teſtator commiſerit.*
6 *Per quemlibet in ſui præiudicium.*
7 *Per executorem teſtamentarium.*
8 *Per doctores vel iuriſperitos.*
9 *Per leges communes.*
10 *Per ſtatuta.*
11 *Per couſnetudinem.*
12 *Per iudicem.*
13 *Per Principem.*

### SVMMARIVM.

1 *Notarius poteſt declarare ac interpretari ſcripturam obſcuram per eum ſcriptam tam in lectura,quàm in verbo. ei enim creditur ſicuti duobus teſtibus,vt de eſſentia ſuæ ſcripturæ,& de ſubſcriptione,vel cancellatione.*

2 *Interpretatio notarij,ſeu declaratio debet eſſe credibilis, & non aliena à communi ſtilo,& preſumitur eſſe de voluntate teſtatoris veriſimiliter nota notario.*

3 *Notarius interpretando debet deponere ea quæ ſunt facti, vti teſtis,& non vt iudex iudicare,exiſtens bonæ vitæ & famæ,licet dicatur approbatus à partibus.*

4 *Notarius ſi mortuus ſit,qui ſic obſcurè ſcripſit , deuenitur ad examē aliorū intelligentiū practicā & notitiā literaturæ , & ſcientiam interpretari literas talis notarij.*

5 *Scriptura ita abbreuiata exiſtens,vt nō poſſit intelligi,pro nihilo habetur,valent tamen ea quæ poſſunt intelligi.*

### SOLVTIO I.

PRIMO caſu dubitationis ob ſcripturā
obſcuram,tam in lectura , quam in ver
bo ita obſcuro, quod eius intellectus
non poteſt percipi, & ſtat in ambiguo,
1 ſtatur † interpretationi ſeu declaratio-
ni notarij,qui ſcripſit vt per Bald.& Ang.in l.Impera-
tor,de ſtat.hom.& Bal. in addi. col. pe.ad Spec. in fi.
tit.de inſtru.edi. Alex. conſi. 146.in cauſa,col.4. ver.
nec obſtat ſi diceretur.lib.5.refert Hier. Cagno.in l.
ſi librarius.nu.63.de reg.iu.latiùs idē Alex.cōſi.190.
plura.col.1.ver.ex quibus etiā infertur. lib.6.& Calc.
conſi.48.nu. 20.& con 70.& Alcia. de præſump.reg.
3.præſum.13.in fi.Menoc.de arb.iud.li.2.centu.1. caſ.
99.nu.3.& Corn.conſ.316.col.3.ver.& quando eſſet.
li.3 .& Gui.Pa.con.51.ad fi.notario.n.creditur ſicuti
duobus teſtib. Gram.deciſ.60.nu.11.ſicuti.n. creditur
ſoli notario de eſſentia ſuę ſcripturę.l.ſi quis decurio.
in fi.C.de fal.& ibi Bar.& Alex.conſ.105.nu.3.li.2.&
de ſupraſcriptione,vel cancellatione Bar.in l.1.§.fi.ff.
de bono.poſſeſſ.ſecun.tabu. quod intellige, vt in apo
ſtill.ad Bar.in l.ſi vnus.C.de teſt.ita ei credi debet de
intelligētia,& interptatione ipſi⁹ obſcurę ſcripturę,
quia paria ſunt quid non eſſe factum,dictum,vel ex-
preſſum & eſſe,ſed obſcurū,confuſum,& non intelli-
gibile.l.de ętate.§.nihil intereſt.ff.de interr. Are.cōſi.
68.col.pe.circa fi.Alex.conſ.182.nu.9.li.2.huiuſmodi
2 † autē interpretatio,ſeu declaratio debet eſſe credi-
bilis,& non aliena à cōmuni ſtilo,arg. tex.in §.in his
vero.ibi,ſint etiā ſic credibilia documenta,in auct.de
inſtr.cau.& fi.& eius quod ſcribit Dec.in con.11.col.
10.ver. allegata ſuprà in contrarium , & præſumitur
eſſe de voluntate teſtatoris veriſimiliter nota ipſi no
tario per ea quæ tradit Gui. pa.in q.129.& con. 51.
ad fi.& Soc.iu.conſ.101.nu.11.lib.1.& idē creditur de
voluntate teſtatoris teſtimonio notarij,Menoc.conſi.
3 195.nu.17.† debet autem deponere ea quę ſunt facti,
& non iudicare vt iudex, Corn.conſi. 28. columm. 2.
ver.& ſi non habebat. lib.1.requiritur etiam quòd no
tarius ſit bonæ vitæ, & probatæ famæ,Guid.Pa. in d.
q.Sed quæritur an notarius ſic interpretans,& decla-
rans debeat iurare parte præſente,ſi res agitur in iu-
dicio : & coram iudice , tutius eſt quod iureiurando
interpretetur, & declaret per ea quæ tradit Bart.in l.
Theopompus.de do.præle.& Rom.conſil.20.Pau.de
Ca.conſi.177.col.2.ver.3.lib.2.& Iaſo.conſ.147.col.
pe.lib.2.videtur tex.in ſimil.terminis in d.§.in his ve
ro.Quo ad præſentiam partis ſeu citationem ad hāc
declarationem licet approbem non requiri , cum no
tarius ſit perſona approbata à partibus,Iaſ.conſ.200.
col.pen.ver.non obſtat ſecundum,lib. 2. Alex.conſi.
130.lib.1.& hæc interpretatio ſit declaratoria,Pau.de
Ca.conſ.138.quia exceptiōes.col.3.ver.hoc pręmiſſo.
& conſ.240.præmiſſis. ante num. 2.lib.2.tamen cum
pars poſſet in aliquo lędi,ſecurius videtur eam requi
ri & citari per ea quę adducit Bar.in l.ab executore.in
prin.col.pe.ver.quæro quādo.ff.de appe.& Dec.con.
4 533.in fi.Si notarius qui ſic † obſcurè ſcripſit non vi-
ueret,deueniendum eſſet ad examen aliorum, practi-
cam & notitiam literaturæ habentium interpretari
ſeu declarare literas talis notarij,ar.no.in l. compara
tiones.C.de fi.inſtr.& in d.§.in his vero,quod in pra
ctica obſeruari vidi in protocollo cuiuſdam preſ-
byteri notarij prædefuncti ruri commorantis, qui ſic
inuolute & obtruncatis literis ſcribebat , quod eius
litera non poterat bene legi,niſi per quendam nota-
rium eius attinentem , qui ſæpe ad legendum tale
protocollum vocabatur, in quo præſertim plurima
5 teſtamenta ruſticorum ſcripta erant,† ſi autem ita ſit
abbreuiata ſcriptura quod non poſſit interpretari,
neque intelligi,nihil operatur,& pro nihilo habetur,
vt per Io.And.in c.1.col.5.de ſum.Trin.& Cor.conſi.
161.libr.2.& Bal.in l.voluntatis.col.1.ver.& adde.C.
de fideic.& Bar.in l. quicquid aſtringendæ. col.1. de
ver.ob. ea quæ tamen poſſunt intelligi valent. l. 2. ff.
de his quæ pro non ſcrip. & vt per Corn. in conſ.28.
col.fi.li.1.quò ad alia pertinentia ad notarios reſpe-
ctu probationis teſtamentorum dicetur infra.lib. 2.
interpret.1.dub.2.ſolu.2.

SVMMA-



### SVMMARIVM.

1 *Interpretatio obſcuritatis ob linguam græcam, vel aliam extraneam,quæ non intelligatur,poteſt fieri per interpretem ſcientem dare intellectum per alteram linguam claram & notam.*

2 *Peritus vnus ſufficit de conſenſu partium aſſumptus , vel quando alius non reperiretur in loco,at ſi plures ſint in loco duo ad minus requiruntur , & eſt communis opi.*

3 *Peritus vnus ſufficit ad interpretandum , quando ſolus reperitur in loco,nullis autem exiſtentibus in loco,tranſmittitur ad loca vicina in quibus commoratur.*

4 *Notarius teſtificans ſua ſcriptura talem interpretem aſſumptum ad interpretandum teſtamentum teutonicū ita fuiſſe interpretatum,probat contra inducentem etiā quod interpres poſtea dixerit aliter fuiſſe eum interpretatum quàm notarius ſcriſerit , maxime ſi notarius ſit perſona bonæ vitæ.*

5 *Iudex ſolus in cauſa coram eo vertēte non ſufficit ſi ſciret interpretari teſtam.extranea lingua ſcriptum.*

6 *Intelligētia iudicis non attenditur in his quæ ſunt facti,ſi non poſſet ex actis probatoriis probari , & attenditur idioma partium & non iudicis.*

7 *Notarius actorum poteſt eſſe interpres teſtis extranei idiomatis,& poteſt ſcribere ſermone per eum interpretato & intelligibili,quæ doctrina non eſt ſic ſingulariter intelligenda,ſed declaratione indiget.*

9 *Iudex examinans teſtem extranei idiomatis cum notario ſolo interprete,cum ſit tunc loco teſtis, non admitteret eum ſine iuramento,nec etiam cum iuramento , ne ſit notarius & teſtis.*

10 *Intellectus l.ſi quis de curio.C.de falſis.*

1 *Commiſsio iudicis facta notario non probatur per ſcripturam ipſius notarij.*

12 *Notarius intelligens idioma teſtis commiſsione legitimè habita ,valide eum examinat,ac ſi teſtis eſſet communis idiomatis.*

13 *Idioma exterum tam in inſtrumento teſtamenti , quàm in teſte coram iudice vel notario,ſciente illud idioma, per alium partibus confidentem interpretandum eſt.*

14 *Teſttor exterus an poſſit teſtari coram teſtibus eum non intelligentibus,etiam dato interprete eis vocabula teſtatoris exponente,quod videtur valde dubium,late ibi.*

15 *Teſtamēta poſſe condi græcè vel alia lingua, intelligitur, data ſermonis intelligentia inter teſtatorem & teſtes.*

16 *Diuerſa ratio contractuum & teſtamentorum in perſonis diuerſi idiomatis,& vbi interprete opus eſt.*

17 *Teſtamentum valebit factum coram teſtibus teſtatorem non intelligentibus,dato interprete vocabula exponēte, tribus c.concurrentibus ibidem explicatis.*

### SOLVTIO II.

SEcundo caſu obſcuritas, quæ eſt in lin-
gua græca , vel alia extranea, quæ non
intelligatur,ibi ſic ait gl.iuncto text. in
l.de ætate.§.nihil.de interrog.act.inter-
pretationem recipit & expoſitionem
1 † ab interprete ſciente dare intellectum per alteram
linguam claram,& notam,vt l.1.§.fi.de ver.ob.& Bal.
2 in l.3.de lib.præte.† ſufficit vnus de conſenſu partium
aſſumptus,vel quando alius non reperiretur in loco,
ſed ſi plures ſint in loco ſcientes interpretari, duo ad
minus ſunt adhibendi, ſecundum com. opin. vt per
Bar.Alex.& Iaſ.in d.§.fi.& Alex.conſil. 35. viſa ſcri-
ptura,col.pe.& fi.li.1.duplicato in conſi.179. lib. 2.&
debent iurare,Alex.conſi.180.nu.1.lib.7.Aduertat ta-
men is cuius fundamentum eſt,vnius ſolius periti ſuf
3 ficere depoſitionem , quod † ab eo debet probari, in
ciuitate,vel in loco non adeſſe plures alios peritos,vt
ſentit Bart. in prima conſt. ff. princ. ad fin. & ibi ex
preſſe in apoſtil.dicitur.item quod ab vno græco, vel
hebræo reſpectiuè valeat exponi & declarari teſta-
mentum,in terminis eſt deciſ. Bal. in l.directas,C.de
teſtam.manu.& refert,& ſequitur Dec. in ca. propo-
ſuiſti,col.4.ſub nu.11.de probat.ſi autem in loco nul-
li reperiantur,poteſt tranſmitti examen ad loca vici-
na quib.cōmorantur, ſicut fieri ſolet pro teſtib. exa-
minandis degentib.in alia prouincia , vt per text.&
doct.in l.iudices, & in auct. apud eloquentiſſimum.
C.de fide inſt.&poſt Abb.Felin.in c.cum cauſam.col.
antepe.& fi.de teſti.Præterea ſtatur dicto tabellionis,
4 quod † interpres aſſumptus ad interpretandum& de-
clarandum verba teſtamenti teutonici ita interpreta-
tus eſt in aliqua cauſa, & contra quem teſtis eſt exa-
minatus ,probat etiam quomodo interpres poſtea di-
xerit ſe aliter eſſe interpretatum quā notarius ſcripſe-
rit,dummodo tabellio ſit bonæ famæ. Rom. in d.l.1.
§.fi.col.3.ver.vlterius extra gl.probat allegādo Cy in
d.l.ſi quis decurio.C.de falſ.volentē ſtari dicto nota-
rij aſſerēris nūciū ſibi retuliſſe citaſſe talem, licet nū-
cius aſſerat conrrarium,ſuper hoc dicto Cyni,Soc.in
tract.de citati.in arti.16.in pr.dicit com.op.eſſe,ſtari
arbitrio iudicis cui magis credendum , inſpectaqua-
litate notarij & nuncij,in teſte contradicente exami-
ni ſcripto per notarium , plenas allegationes ponit
Fel.in c.cum cauſam,in fi.de teſti. & in c. ad audien-
5 tiam,col.3.in pr.de præſcri.non † autē ſufficeret,ꝙ ſo-
lus iudex in cauſa corā eo vertēte ſcire tinterpretari
& intelligeret teſtamentum extranea lingua ſcriptū,
per ea quæ contra Bart. in d.§. fi. tenet Rom.Aret.&
Iaſ.vltra rationes iſtorū poteſt aſſignari ratio ibidem
ad aliud propoſitum adducta per Imo.& Alex. quod
libellus latino ſermone iudici oblatus contra ruſticū
procedit,quia ſufficit,ꝙ eius aduocatus poſſit & ſciat
intelligere latinum ſermonē , quando ergo aduoca-
tus non intelligeret,non ſufficeret.nam intelligentia
6 † iudicis in his quæ ſunt facti non attenditur, ſi ex a-
ctis probatoriis non poſſet probari,per nor.in c.1.de
offi.ordin.& in l.illicitas.§.veritas,de offic.pręſi.& in
l.1.C.vt quæ deſ.aduo.& attenditur idioma partium
& non iudicis,Bal.in l.iudices,C. de ſenten. & inter-
lo.om.iud.

Vlterius eſt aduertendum, ꝙ inquantum Roman.
Aret.& Iaſ. expreſſe & cæteri doc. tacitè ſequuntur
7 Bar.in d.l.1.§.fi.de ver.obligat.volentē ſufficere † no
tariū actorū eſſe interpretem teſtis extranei idioma-
tis,& poſſe examen ſcribere ſermone per eum inter-
pretaro & intelligibili,cenſeo hanc doctrinam nō ſic
ſimpliciter procedere , ſed indigere declaratione,ſeu
ſuppletione.Nam examinare teſtē pertinet ad iudicē,
& non ad notarium,cum ſit iuriſdictionis examina-
tio teſtiū.l.nullum.C.de teſti.l.3.§.ideoq;Diuus.ff.eo.
no.Alex.in l.hac conſultiſſima.§.quis autem.nu.2. C.
8 de teſta.& Bal.in l.iudices.ad fi.C.de fid.inſtr.† Nota
ri⁹ verò ſolūmodo auctoritatē habet in ſcribēdo,Spe.
in ti.de.teſte.§.nunc tractandū.col.3. ver. dicunt qui-
dā.& Abb.in c.quoniam contra.col. antepe.ver. pri-
ma ratio.nu.35.de prob. Tamen ſciendū eſt,quod de
iure canonico examen teſtium & iuramentum poteſt
committi notario vel alicui priuatæ perſonæ idoneę,
Franc.in c.mulieres.in vlt.not.de iudi.in 6.refert Be-
ninten.in Bono.deciſ.74. ſub nu.4.vnde aut iudex cū
notario examinat teſtem extranei idiomatis ſolo no-
9 tario interprete,cū† iſto caſu interpres ſit loco teſtis,
Alex.in conſi.35.circa fi.lib. 1. non admitteretur ſine



iuramento.

iuramẽto.l.iuriſiurandi.C.de teſti.& c.tuis.&ibi.poſt
alios Feli.in prin.extra eo.& in terminis Alex.d.cõſ.
180.nu.1.lib.7.ſentit Bar.in d.l.1.§.1.allegãdo in ar.l.
comparationes.de fid.inſtr.ſi admittetur,non valeret
eius interpretatio ſic teſtificata vt non iurati.c.de te-
10 ſtib.† non videtur obſtare l.ſi quis decurio. C. ad l.
Corn.de fal. quia loquitur reſpectu ſcripturæ cuius
ipſe notarius eſt auctor.vt text.in fin.quod diuerſum
eſt ab interpretatione teſtis exterę linguæ in Prouin-
cia,& eſt quid extraneum ab officio ipſius notarij &
probandum per teſtes iureiurando & aliis ſeruatis,ſi
admitteretur cum iuramento, examen per eum ſcri-
ptum non valeret,ne ipſe ſit teſtis & notarius. Bar.&
alij in l.Domitius.ff.de teſtamen. Bal. & alij in l. hac
conſultiſſima. C.qui teſta. fa. poſ. quia vice duorum
fungi non poteſt tabellio,ſic in ſimilibus arg.Luc.de
Pen.in l.2.col.1.ver.adde & ſic.C.de iu.fiſ.li.10. per l.
ſi plures.ff.de pact. Aut notarius ipſe interpretando
examinat ſine iudice, & non valet examen,Specu.in
11 d.§. nunc tractandũ eſt, ſi † ex commiſſione Iudicis
debet conſtare de cõmiſſione aliter quam per ſuam
ſcripturam,Bal.in l. Iudices.C.de fi. inſtru. & in d.l.
iuriſiurandi,col.fi.Alex.conſ.212.nu.22.lib.6.&conſ.
104.circa fi.lib.5.& Afflic.in deciſ. 217.& Guid. P. in
q.126.Boer.deciſ. 258.nu.4. Ideo videtur concluden-
12 dũ, quòd iſto caſu † ex cõmiſſione Iudicis legitime
probata poſſit notarius examinare talẽ teſtẽ,& examẽ
redigere in idioma intelligibile, prout facit vulgari-
zando quod dictum eſt in literali ſermone, vt dicit
Bar.in d.§.fin.quia quo ad notarium intelligentẽ idio
ma teſtis,idem eſt ac ſi eſſet idioma commune loci,&
ita poteſt procedere d. doctrina Bar. & aliorum in d.
§.fin.& iſto caſu videtur iudex poſſe per alium, quod
nõ poteſt per ſe ipſum facere,ſicut non poteſt per ſe
examinare teſtes alterius prouinciæ, ſed cõmittendo
13 examẽ vt ſupra dictũ eſt,ſed † tutius videtur, & ma-
gis iuri cõſonũ ſeruari prout cõſuetudo ſacri palatij
obſeruat,quod neq; iudex neq; notarius tali caſu ſu-
beat locũ interpretis,ſed alius in quẽ partes cõſẽtiãt,
& cũ iuramẽto deponat:vt cõcludit Rom.in dicto §.
fin.Idẽ dicendũ eſt de inſtrumẽto teſtamenti ſcripto
literis exteris,& ignoto idiomate,ſed notis in prouin
cia iudici vel notario cauſæ, quòd deueniendũ ſit ad
interpretes præſtito iuramẽto,per ſuprà allegata. Nõ
obſtat quod pro defenſione Bar.adducit Soci. in d.§.
fi.iudicem & notarium in iſto caſu nõ eſſe teſtes, ſed
inſtructores, quod eſt permiſſum, quia reſpondetur,
inficiari non poſſe in iſto caſu iudicem vel notarium
eſſe loco teſtium.Quod demonſtratur, nã paria ſunt,
partem non habere teſtem,vel habere, & non intelli-
gi eius loquelam ob diuerſum idioma in prouincia.
arg.d.l.de ætate. §. nihil.de inter. acti. & l.Lucius. §.
in teſtamento, & ibi. not. per Bal. de leg.1. cum aliis
alleg. s.vt ergo poſſit dici partem habere teſtem, ne-
ceſſe eſt deuenire ad interpretationem loquelæ huiuſ-
modi teſtis & reperire interpretem, qui iureiurando
interpretetur,& re vera eſt loco teſtis, vt dicit Alex.
d.conſ.35.circa fi.lib.1.& Iaſ. in d.§.fin. col. 2. cuius
officio non poſſunt fungi iudex & notarius, vt ipſe
Soc.concedit,officium notarij non eſt niſi in ſcriben
14 do,vt dictum eſt,& † iudex debet iudicare ſuper pro-
ceſſu à partibus facto & inſtructo, & non dicitur in-
ſtructor,ſed debet à partibus inſtrui. l. eos. C. de te-
ſtib. & l. quinquaginta. ff. de proba. cum ſimil. ita
in iudice etiam tenet Ang. Aret. in §. in hac re. in-
ſtit.de verb. oblig. Qui cogitur declarare receptis
probationibus & indiciis dicit Bald. in l. volunta-
tis.in fin.C.de fideicom. Magis item propoſita ſpe-
cies requirit, quam ſpecies contingentiæ caſus vn-
quam vel raro euenturi conſiderare, quod Bal. Ang.
& Saly.dicunt in l.hac conſultiſſima. §.fi.C. de teſta-
15 ment.† aliquem poſſe teſtari coram teſtibus eum
non intelligentibus niſi per interpretem eis datum,
qui vocabula exponat & declaret, an id verum ſit &
ſimpliciter procedatur, videtur quidem valde du-
bium,quod iura accuratè multis vigiliis prouiderint
diſpoſitionem teſtamentariam eius, cuius amplius
non redit arbitrium .l.1.de ſacroſanct.eccle. non de-
pendere ex alieno arbitrio.l.illa inſtitutio. ff. de hæ-
red.inſt.tot ſenſibus teſtium debere inſinuari, ne lo-
cus inſidiis vllus relinquatur, l. hac conſultiſſima.in
fi.C.qui teſtam.fa.poſ.& non confidere duobus teſti-
bus, vt per ampliores homines perfectiſſima veritas
reueletur.l.fin.de fideicom.& ibi Bald.col.penul. di-
cit, in tantis negociis periculum eſt vni tabellioni
credere. Vnde maius periculum videtur modo, &
contra iurium ipſorum ſententiam credere vni in-
terpreti, & ab eo ſolo dependere vniuerſalem teſta-
mentariam diſpoſitionẽ, qui ſecus interpretando v-
num pro alio exponendo & dicendo poſſet teſtato-
rem decipere poſt mortem non valentem ſe defende-
re,& ſuam voluntatem veram manifeſtare. Quod
non ita in contractibus contingere poteſt inter vi-
uos, quo caſu loquitur ideo text. in d. l. 1. §. fina. de
verb.oblig.ſimilem rationem adducit Alb. de Roſ.
in l.fin.in pr.col.2.in princ.com.de leg. Quòd autem
16 † Græce vel alia lingua poſſit teſtamentum condi
per d.l.hac conſultiſſima.§.fin.eſt intelligendum da-
ta ſermonis intelligentia inter teſtatorem & teſtes,
vt ſentit text.cum gloſ. in l.qui teſtamento. §.fi. ff.de
teſt.& Ioan. And.in additio. in ver. Audierit.circa fi.
ad Spec.de inſtr.edi.§.reſtat.in ver.ſed quæro ſub qua
17 forma.quatenus † verò gloſ. in hoc d. §.fi. dicat, ſic
& ff.de verb.obli.l.1.§. fin. loquitur à ſimili ſtipula-
tione ſic græce & aliis linguis poſſe contrahi, non
autem infert nec arguit poſſe teſtamentũ fieri per in-
terpretem ſicut contractus inter viuos,per d.l.1.§. fin.
de verb.obl.quia diuerſa forma,diuerſum periculum
& diuerſa ratio in confeſſione teſtamenti & contra-
ctus inter viuos per iura vulga.ergo in his ceſſare de
bet illatio & argumentatio circa adhibendas ſolem-
nitates,Bal.in l.1.C.de lege Fuſ.cani.tol. per l. vbi nu-
merus. & ibi not. ff.de teſti. & per Dec.in l.in teſta-
mentis.in fi.de reg.iur.& no. per Pa. de Caſt.in l. ſi à
ſubſtituto.§.1.de leg.1.Quæ quidem aliis cogitãda re
linquo,ſed me ipſum non tanti facio, vt audeã nunc
diſcedere à Bal.Ang.& Saly.qui ſummi legum verti-
ces dici poſſunt in profeſſione noſtra. Niſi quod in-
telligendam puto dictam eorum doctrinã his tribus
18 concurrentibus.† Primò quòd ex indiciis, & conie-
cturis apparentibus, vel ex depoſitionibus teſtium,
vel ex inſtrumento de ipſo teſtamento confecto con-
ſtet eundem teſtatorem voluiſſe teſtari,ar. l.Pamphi-
lo.§.1.de leg.3.& no .Bar. & alij in l.ſerui electione.
de leg.1.& in l.1.§.ſi quis ita.de verb.oblig.&ſentit Io.
And.in add.dum dicit,ſi tamen notarius & teſtes alte-
rius linguæ intelligerent per aliqua ſigna adiuncta
cum verbis interpretis, facit Aym. conſil. 143. ſub
num. 13.ſecundo quòd pariter aliunde, quàm ex di-
ctis interpretis conſtet talem interpretem eſſe ve-
rum, vt dicit text. in d.l.1. §. fi. de ver.oblig.ſ.quòd
ſciat vere interpretari idioma exponendum, & quod
vere ſit ad effectum de quo agitur ab ipſo teſtatore
adhibitus interpres, & habitus pro confitente, vt
per Fed. de Sen. in conſil.149. Lex dicit & Imo. in
d.§. fi.ver.ſed quomodo probabitur,ibi. vel per ſigna





poterit conſtare. & Aret. ibid. col.pe. ver. ſecundus
modus.& Alex.ibid.num.11.Tertiò cùm iſto caſu in-
terpres habeatur,loco teſtis,vt dictum eſt ſupra,quod
aliqua diſpoſita in huiuſmodi teſtamento, quæ ma-
ximè cedunt ad commodum interpretis vel ſuorum,
adeſſe non debent per no.in l.omnib.C.de teſt.& per
Bal.& alios in l.dictantibus.C.de teſta.

*SVMMARIVM.*

1 *Ambiguitas & incertitudo quandoque eſt ob generalitatẽ & alternatiuam rei legatæ.*
2 *Interpretatio & electio differunt: electio dicitur quoad legatarium,interpretatio quoad hæredem.*
3 *Electio cadit in incerto, & declaratio in obſcuro vel dubio.*
4 *Electio quãdo pertineat ad legatarium plenè declaratur.*
5 *Electio in quibus rebus poßit cadere.*
6 *Electio datur legatario in caſib.in quibus datur hæredi, ſi hæres eſt in mora eligendi, & dicitur in mora quando non elegit in tempore dato vel à teſtatore vel à iudice legatario inſtante in caſibus in quibus poteſt cogi hæres ad eligendum.*
7 *Electio quomodo fieri debeat à legatario latè demonſtratur.*
8 *Electio datur primo nominato à teſtatore.*
9 *Electio debet fieri de re participante cum extremo minori,quæſtio diffusè diſputatur & reſoluitur, vbi plura iura & arg.de dando minimum.*
10 *Interpretatio pro hærede contra legatarium.*
11 *Interpretatio pro augmento legati,quando verba ſic ſudent,ſuperinde & lex diſponit inſpecta qualitate teſtatoris & legatarij.*
12 *Electio debet eſſe inſolidum in re eligenda,& non partim in re vna, & partim in altera.* Aliaq; *debet habere requiſita vt teneat. Intellige hæc re animata legata, ſicut ſi animata,quia quod eſt minimum, præſtatur, & eſt communis opi.glo.approbatæ.*
13 *Electio in legato alternatiuo poteſt fieri de qualibet re contenta in diſpoſitione arbitrio eligentis: quia legatum alternatiuum habet vtrunque in obligatione, vnum in ſolutione.*
14 *Legatarius habens electionem in legato quantitatum & ſummarum poteſt maiorem eligere.*
15 *Electio fienda de rebus legatis debet fieri de re conueniẽti iuxta conditionem & qualitatem perſonæ debentis eligere, ſtantibus maximè rebus aptis conditioni illius, & de ratione,ibidem.*
16 *Diſpoſitio ſemper eſt intelligenda ſecundum perſonæ qualitatem ad quam refertur.*
17 *Electio debet cadere inter æqualia vel parum diſtantia.*

## SOLVTIO III.

TERTIO caſu præmiſſo tertiæ diſtinctio-
1 nis, quando ambiguitas eſt & † incerti-
tudo, ob generalitatem & alternatiuam
rei legatæ. l. cum Stichus. ff. de ſolu. & l.
prætor.§.quod autem.de iniur.& l.ita fidei. & ibi.gl.
de iure fiſ.& quomodo per Alexand.conſ.11. circa fi.
2 lib.2.† quandoque ad legatarium,quandoque ad hæ-
redem pertinet interpretatio vel electio,hæc duo ſci-
licet electio dicitur quo ad legatarium, interpretatio
vero quo ad hæredẽ,vt dicit Bal.in l.ſi quis plures.de
3 le.1.electio † aũt cadit in incerto,& declaratio in ob-
ſcuro,vel dubio,Pa.de Caſt.in l.qui duos.de leg.1. &
in d. §. ſi quis plures. idem de electione quo ad le-
gatarium, quæ cadit ſuper incerto omnino, & de
interpretatione quoad hæredem, quæ cadit ſuper
incerto, non tamen omnino incerto, Ang. in leg.in-
ſulam, ad fi.ff. qui pot.in pigno.habe. quomodo ad
alterum pertineat videndum eſt: Præſuppoſita qui-
dem validitate legati defectu incertitudinis ceſſan-
te tam ratione rei legatæ quàm legatarij, de qua in-
4 fra dicetur lib.4. † Caſus autem electionis pertinen-
tis ad legatarium tales comprehenduntur. Primò
cum teſtator dixerit, tunc res clara eſt.l.ille.de leg. 3.
ſentit tex.in §.ſi generaliter, ibi,niſi aliud teſtator di-
xerit,inſti.de leg. & tot.titul. ff.de opt. lega. Deinde
cum legatum certum de certis vti habens duos e-
quos, vel duo paria boum legauit vnum par boum,
vel vnum equum Petro, cui iſto caſu datur electio.
l.qui duos. de lega. 1. Idem eſt in legato facto in ge-
nere inferiori ſecundum legiſtas, quod prædicatur
de pluribus differentibus numero, verbis executiuis
ad legatarium,vel ad neminem directis, quod electio
datur legatario.l.legato generaliter.de lega.1.& dicto
§.ſi generaliter. licet de verbis executiuis directis ad
legatarium ſolum in alternatiuis procedere velit A-
lexand. in d. l. legato, column. 2. ibi. Bartol. & alij
contrarium tenent idem etiam in legato alternatiuo.
l.Luc.de leg.2 .vbi aut legatum eſt incertum de cer-
tis, ſcilicet vnum de ſuis equis dicitur in genere ſub-
alterno, & vbi legat ſimpliciter vnum equum dici-
tur id genere, Paul. de Ca. in d. l. legato generali-
ter,& Imo.in d.l.qui duos. Hæc procedunt, quando
eſt legata ſpecies animata, gl. in d. l. legato generali-
ter. quam ibi communiter doct.ſequuntur, & in d.§.
ſi generaliter,innuunt exempla caſuum d. l.qui duos.
& d.l.legato, in ſeruis & in homine inſerta, niſi adii-
ciatur pronomen de meis, de ſuis,vt ſi teſtator, ha-
bens plures domos in patrimonio,legat vnam de ſuis
domib.Titio,electio eſt legatarij, vt tradit Iaſ. in d.l.
qui duos.verſi.ſecũdo facit.& Ang.Are.in trac. de te-
ſta.in gl.55. & Couar.in c.indicante, num.3.de teſta.
& quando huiuſmodi ſpecies legata reperitur in pa-
trimonio teſtatoris:quia electio non datur de re alie-
na.l.2. de opt.leg. ita eſſe comm. theoricam defendit
Iaſ.in d.l.legato generaliter.col.5.& ſeq.dato contra-
rio.d.§. ſi generaliter. dicentis vel res aliena. & aliter
non reſpondet,credo quod bona litera ſit, vel res a-
lia,vt comprehenditur ibi in ſequent.ibi. vbi teſtator
ex ſeruis vel aliis rebus, intelligitur de aliis rebus ſi-
milibus habentibus fines à natura, Iaſ.in l.ſi domus.
in pr.col.4.ver.nec obſtat tex.de leg.1.ad idem glo.in
l.hæredes. §. ſi incerto.ff.fam.erciſc. & Ang. Aret. in
dicto §. ſi generaliter. col. 1. fallit quando etiam de
domo exiſtente in patrimonio expreſſe eſſet data e-
lectio legatario de domo, quam vellet, vt per Alex.
in d.l.ſi domus. in prin. de leg.1.Idem ſi eſſet factum
legatum habitationis in genere, vt ibi per eum ſe-
quentem Pau.de Ca.& ibi.Iaſ.ſequitur in 3.col.vtrũ-
que dictum. Videtur autem ſufficere maximè quan-
do incertum de certis, vel vnum de ſuis legatur,
quòd ſit de poſſeſſis bona fide per teſtatorem. l. ſer-
uos autem.de leg.3.& Bal. in l.fi.§.1.col.pen.ver. po-
ne teſtator.com.de leg. ita poteſt intelligi quod Pau.
de Ca. in d. l.qui duos.dicit, dicit etiam ſi de alienis
5 ſeruis reliquiſſet. † Item procedunt in rebus, in qui-
bus poteſt cadere electio,ſcilicet inter ſpecies, & in-
ter ſpecies & genus, & inter vnum & aliud genus,&
non in quantitatibus, in quibus non cadit electio,
ſed ipſo iure debetur minor ſumma: niſi quantitates
ſint coniunctæ cum tempore vel in loco, ita not. de-
clarat Bal.in l.pen.in fi.C.de verb.ſigni. confirmatur
ex ſolutione quam Bar.in d. l.legato.circa fi.dat ad l.

ſi ita ſit ſcriptum. de leg. 1. quod ſi ex modo legandi, & ex rebus legatis poteſt colligi electionem poſſe transferri in legatarium procedunt dicta in d.l.legato.aliàs ſi verba ſint ita compoſita,quòd nullo modo poteſt intelligi relicta optio , debetur quod minimum eſt,ſecundum d.l.ſi ita ſit aſcriptum, & Imo. in d.l.qui duos.& ibi Iaſ.dicunt dare electionem,vbi legatum ex mente teſtatoris continet plures res aptitudine,licet actu vnum tantum,ſecus ſi aptitudine & actu vnicum eſt legatum.

6 Rurſus † legatario datur electio in caſibus in quibus datur hæredi, ſi hæres eſt in mora eligendi.l. ſtatuliberum.§.Stichum.& ibi Bartol.de legat.ſecundo. & Alexand. in l.ſi quis à filio.§.1.ver.in gl. in ver. elegerit.de leg.1.& Paul.de Ca.in d.l.qui duos.nu.3.hæres.n. in mora conſtituitur quando in tempore dato vel à teſtatore non elegit.d.l.ſtatuliberũ. §.Stichum. vel dato à iudice legatario inſtante per l. mancipiorum,de opt.leg. tradunt Bart.& Pau.de Ca. in l. cum qui certarũ.§.1.de verb.obl.& Alb.de Roſ.in d.§. Stichum.per l. diffamari. de inge.& manu. in hoc dicto approbant doctrinam Aret. in d.l.legato generaliter. col.pen.& Iaſ.col.4. ver. circa ſecundam.& Bar. in d. l.mancipiorum. in fi. & Ang.in l. ſancimus. §. ne autem.in fi.C.de do.& And.Tiraq.de retrac. ti.1. §. 24. gl.1.nu. 9. quod credo verum in caſib.in quibus ipſe hæres poteſt cogi ad eligendum,de quibus infra dicetur,dum tractabitur de electione hæredi danda,vltimo datur electio legatario in caſu.l. non ade a. de condi.& demonſtra.

Viſis caſib. quibus legatario competit electio , in-
7 ſpiciendum eſt † quomodo electionem hanc legatarius facere debeat.Si quidem electio expreſsè data ſit à teſtatore , & ſic ab homine,ſunt in hoc opiniones, quòd poſſit eligere optimum ſecundum aliquos , & ſecundum alios mediocres,& hanc vltimam dicit ſibi videri rationabilem Io.Fab.in d.§.ſi generaliter.nu.4. & ita eſt gl.& Bar.tenet in l.2.in pr.de opt.leg. & Bal. in l.ſi.§.1.col.3.ver.quæro relicta.com.de leg.concordando opi.Imo.in col.ſi.vbi dicit quòd gl.& doc. cõtenent quòd non,& Are.in col. ſi.& Iaſ.in col.2.in d. l.legato generaliter,diſtinguunt , aut res eligenda eſt in patrimonio teſtatoris, tũc poteſt eligi res optima, aut nõ eſt in patrimonio, & tunc poteſt eligi mediocris,ne electio fieret nimis vaga in præiudicium hæredis,& ſic doloſè ageret legatarius,quo caſu nõ poſſet eligere optimum,ſicut eodem caſu doloſè agendo hæres habens poteſtatem eligendi quem vellet non poſſet eligere peſſimum. l. ſi hæres generaliter. de lega.1.ita videtur tenẽdum per tex.in l.vnum.§. ſi rem. ibi,ſunt.n.magis &c.de lega.2.

Si quoq; in eligendis tantũ duo extẽt dimiſſo deteriore poteſt eligi optimum:quia inter extremitates non reperitur mediũ hoc caſu,ita tenet Bal.in d. l. ſi. §.1.col.3.ver.pone quòd non ſunt.cõ.de leg.& Imo.in d.l. legato generaliter.col.ſi.& ibi Iaſ.col.1.circa ſi.ſibi dicit,quod ad minus debet adeſſe tria, vt leges de electione rerum locum habeant.

8 Et conſequenter pone,quòd † teſtator habẽs duos equos legat Petro vnum de ſuis equis, itẽ legat Ioanni alium de ſuis equis. Petrus.n. vt primo nominatus habet electionem equi legati,per l. quoties. ff. de vſuf.communiter tenent Bar. & Ange.& Pau. de Ca. & Ale.& Iaſ.in d.l.qui duos.de leg.1.& Pau.de Ca. & Iaſ.in d.l.ſi.§.1.com. de leg.Anto. Comeſ. in ſuo commen.iuris to.1.cap.12.tit.de leg.num.18.

Si ẽt electio data ſit legatario,quõcunque à lege de plurib.reb. poteſt & debet eligere mediocrẽ per text. & ibi gl.in d.l.legato generaliter.& in d.§.ſi generaliter,& in hoc nullã faciũt doc.difficultatẽ,niſi legatariꝰ poſſit eligere minimã, qđ poſſe euenire ĩ legatario ſaltẽ ſanę mentis,verè credo eſſe de raro cõtingentib.

9 Sed conſidera † nouam quæſtionem , hucuſq; per doct. quod viderim,non tractatam , ſæpius tamen vſu cõtingibilem quàm quòd legatarius ſit electurus minimã, q eſt,an mediocritas rei electæ ſit attendenda quæ magis adhæret extremitati maximi vel minimi: exempli gratia teſtator habẽs quinque vel plures equos diuerſorum preciorum vnũ ſcilicet precij centum aureorum, alium precij 80. alium 40. alium 30. & alium,precij 20.aureorũ , legat Petro vnũ equum, & Ioann.alium cui extremitate maximi an minimi precij iſti legatarij vnus poſt alterum vterq; eligendo equum ſibi legatum poſſint ſe applicare & adhærere? Videtur reſpondendum, poſſe adhærere extremitati maximi,& ſic Petrum primo nominatum per ſupradicta poſſe eligere equũ precij aur. 80. & Ioannẽ alium precij.40. quia omnia media inter iſtas extremitates videntur eſſe in electione legatariorum per d.l.legato generaliter.& d.l.ſi.§. ſed & ſi.cõ.de leg.de quib.medijs dicta iura non diſtinguunt , neq; nos debemus diſtinguere.l. de precio.de publ. poſſunt ergo eligere media maioris precij,ſicut extremitatibus ceſſantib. poſſunt eligere de duobus vnum maioris pretij,vt dictum eſt , per d.l.qui duos. fit.n.interpretatio ad maius augmentum legati.vt l.ſi is qui.cc.in pr.& §. 1. de reb.dub.contrarium puto verius , quòd mediocritas huiuſmodi debet eſſe illa,quæ ſit minor magis participans de extremo minimo , quàm de maximo, nam primo quod datur legatario diminuitur & tollitur ab hærede cui prius vniuerſum iam erat datum. l. legatum eſt delibatio.in princi.de lege.1. & vbi dubium videtur quod legatum ex pluribus quantitatibus vel ſpeciebus remanſerit,exiguum eſt præſtandum.l.ſi ita ſit ſcriptum.eo.

Secundo lex eſt,quæ compeſcendo arbitrium datum ab eadem lege legatario in eligendo diſponit nõ extrema optimi & peſſimi , ſed mediocritatem debere eum eligere,d.ſæpius alleg. l. legato generaliter.& d.l.ſi.§.ſed & ſi.com.de leg.cum mediocritas hæc cõtineat plures res diuerſorum preciorum minorem eſſe dandam , eadem lex mandat paſſim in huiuſmodi diſcrimine maioris rei vel minoris dandæ legatario, vt d.l.ſi ita ſit aſcriptum. & l. apud Iulianum. §. ſcio. de leg.1.l.qui concubinam.§.1. de leg.3.& l.ſi ita relictum.in prin. de legat.2. nam in iudicando medium ab extremis inſpicitur id, quod eorum eſt minimum, inquit Bal.in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi numerus. in fin. de leg.1.cuius deciſio eſt valde proxima noſtræ quæſtioni , etiam optimè facit quod tradit ibi Alber. de Roſa,circa fin.Imo.& Aret.circa ſi.Tertiò ipſa lex cõcedendo legatario electionem rei mediæ æſtimationis reſeruat,ne hæredis commoda defraudentur.tex. in d.§. ſed & ſi.in fin.ſed commodum hæredis eſt , vt cenſeatur minus grauatus quo fieri poſſit. l. qui concubinam.§.qui fundum.& l.vxorem.§.1.de leg.3. l. 2. §.ego.& §.ſi.& l.pen.de do.præleg.Bar.in l.ſi tibi,circa prin.de leg.1.& l.ita tamen.§.ſed & ſi,ad Treb.& l. vnum ex familia.§.ſi rem. de leg. 2. ita pro communi regula per Doct.traditur,vt Dec.conſil. 355.col. ſi.& poſt alios Aym.conſi.149.num.15.conſilio 167.num. 4.& conſil. 187. num.3.ſic & hæredi eſſe parcendum dicit tex.in l.Sempronio.de leg.2.Succeſſiue & quarto magis fauorabile eſt hæredi vt ex mediis rebus electio legatarij aſtringatur ad rem minoris pretij , ergo ſic pro hærede contra legatarium interpretandum eſt per



10 eſt per aliam communem regulam , quæ eſt † quòd ſtricta ſit interpretatio pro legatario, Dec.d.cõſi.355. col.ſi.& in l.in teſtamentis. num.3.de reg.iu.& Aym. conſil.25.num.24.& conſil.86.num.7.& pro hærede contra legatarium nempè ſit interpretatio , vt in his conſ.habetur,& per Cor.conſi.72.col.pe.& 81.col.7. & 203.in ſi.lib.1.& conſil.160.col.pen. lib.4. & alibi. Non obſtat contrarium ſupra adductum,quia ſic procedit electio circa media, inter quæ media cum adſit maius & minus, iura præalleg. diſtinguunt minus eſſe in electione & præſtatione ad maiorem fauorem & commodum hæredis , ſatis videtur pro legatario, quòd de mediocritate accipit , quod ſupra peſſimum
11 eſt.† Ad augumentum legati ſit interpretatio, quando verba ſic ſuadent,& ſuperinde lex diſponit, vt per glo.in d.l.ſi is qui ducenta.in prin. diuerſitatis ratione præmiſſis addita quòd legatum nunquam legatario damnum eſſe poteſt , ſed hæredi interdum hæreditas eſt damnoſa, text.in l.ſi hæreditatem.ff.mand. Prædicta tamen intellige & limita , niſi propter eximiam nobilitatem teſtatoris atq; legatarij amplius eſſet præſumendum ſecundum Bal.in l.1.ſub num. 4. ver.ſed pone quod teſtator. C.de ver.ſign.Adde ſi teſtator habens maximam, minorem & minimam rem aliquam,& legauerit de his minorẽ rem , videtur legaſſe mediam,vt l.qui lancem.de aur.& arg.leg.

12 Item † electio dẽt eſſe inſolidum in re,quæ põt eligi,& non partim in re vna & partim in altera , vt l.ſi ex toto.§.fin. & vt teneat debet habere alia requiſita per glo. & doct.in l. ſerui electione.in prin.de lega.1. Prætereà ſunt hæc intelligenda,vbi legata eſt res animata, aliàs ſi res inanimata in legato venit,præſtetur quod eſt minimum,iſtam eſſe doctrinam gl.communiter approbatam,& defendit & tenendam dicit poſt alios Iaſ.in d.l.legato generaliter.colum.3.& ſeq. Couar.in c.indicante.num.4. de teſta.vbi & de legato ad pias cauſas, & hoc verum eſt , quando legatum eſt factum in genere generaliſſimo & non ſubalterno ſecundum nos,vt eſt dictum ſupra , & etiam per doct. in d.l.qui duos.& in d. l. legato. maximè per Pau. de Ca.& Are. itaq; limita illud de mediocritate eligenda locum habere in legato incerto de certis & generaliter facto & in electione tranſlata ob contumaciam eligere debentis.d.l. legato.& d.§.ſed & ſi , non
13 autẽ in legato † alternatiuo,quia in hoc vnumquodque alternatiuorum dicitur eſſe in obligatione, & vnum in ſolutione , Bal.in l.Lucio.de leg.2. & clarius Cyn.in l.pe.col.ſi.C.de ver.ſig.in legato generis ante ſolutionẽ nullũ dicitur eſſe in obligatione.l.cũ incertus.& ibi docto.maximè Ang.de leg.1. & contrarium non reperitur cautum.ergo non eſt limitatio. c. inter corporalia.§.ſed neque.de trãſ.Epiſ.Bal.in l.ſi vt proponis.ſub nu.1.C.de rei vẽd.expreſsè ſentit Iaſ. in l.ſi à ſubſtituto.§. 1. in primo no.de le.1.tex.& gl.& doct. in d.l.legato , ſentiunt & in rebus animatis tantum,
14 vt dictum eſt,& per Abb.in c.4.col.pe.de teſt.Et † vbi legatum eſt in quantitatibus & ſummis in electione legatarij poſitis venit maior,Pau.de Ca.& Are.in l. ſi pluribus.§.ſi ita à Titio.de lega.1.qui §.eſt pen.l.pla-
15 nè. poſt.de.l.ſi plurib.Putarem † quoque in electionibus habendam eſſe rationẽ qualitatis perſonæ eligentis, vt non audiatur eligendo & petendo rem ſuæ perſonæ non conuenientem , aliis rebus exiſtentibus ſuæ perſonæ conuenientibus, vt ſentit Pau.de Ca. in l.ſi domus.in prin.in ver.quid enim ſi habebat.eo. &
16 ib.Iaſ.col.2.nam commune eſt † diſpoſitionem intelligendã eſſe ſecundum qualitatem perſonæ ad quam refertur.l.plenum. §. equitij.de vſu & habit. l. ex militari. de mil. teſt. Bart. in l.Luc.col. 4. in princ. de vul.& pup.& l.cum quæritur. §. lana. de le. 3. Aſſl. in dec. 401. nu. 2. & infra ſuo loco latius dicetur in-
17 terpretando ex qualitate perſonæ , † electio demum cadere debet inter æqualia vel parum diſtantia , non autem inter diſſimilia vel multum diſtantia,quæſtiones & exempla ponit Soci.in l.1.num.4.de reb.duob.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio vel electio datur hæredi caſibus ibidem expoſitis.*
2 *Interpretatio pertinet ad hæredem , quando certum quid nomine , vel aliis indiciis ſit legatum de certis , ſed non conſtat de quo ob pluralitatem rerum eiuſdem nominis , ſicque hæredis eſt interpretari voluntatem teſtatoris.*
3 *Dubium legatum & quid,pertinet interpretari ad hæredem , non verò an & quantum , & quando nullus exinde patitur damnum , maximeq́ ſic lege diſponente, quod procedit in rebus legatis fines & terminos habentibus,vel à natura vel facto hominis priuati,vel patriſfam. deſtinatione, & dummodo exiſtentibus in patrimonio teſtatoris.*
4 *Hæres non poteſt contrauenire interpretationi habitæ per hæredem grauatum circa obſeruantiam fideicommiſſi, & poteſt eligere legatum in genere factum de re habente fines à natura non reperta in patrimonio defuncti,Iaſ.ſaluatur in hoc,& reprobatur,dum ſentit contrarium,vt ibidem.*
5 *Res aliena non poteſt optari niſi expreſſè eſſet data electio legatario,quia tunc præſtaretur extimatio.*
7 *Hæres eligit & declarat rem legatam incertam habentem ſuam formam & determinationem facto & opera hominis,vt in domo & fundo ſi ſit in patrimonio teſtatoris,& idem de aliis rebus corporeis legatis formam habentibus facto & opera hominis.*
8 *Electio ſeu interpretatio hæredi datur rei legatæ , factæ, conſtructæ ſeu deſtinatæ ab homine , vbi habetur certitudo ſuo nomine,vel aliis indiciis demonſtratæ,& valet legatum de re exiſtente in rerum natura , quæ non eſſet in patrimonio teſtatoris,& electio eſt hæredis.*
9 *Bona dici eſſe in patrimonio alicuius, idem eſt ac ſi diceretur eſſe in bonis eius.*
10 *Patrimonij appellatione quid contineatur.*
11 *Hæredis eſt electio,quando incertitudo eſt qualitatis rei legatæ circa perſonas legatariorum , quando legata eſt pars bonorum,vel vſus fructus partis bonorum relictus.*
12 *Damnatus ad ſoluendam tantum pecuniam quanta eſt extimatio talis rei,poteſt dare rem vel ſoluere extimationem.*
13 *Electio cenſetur data illi habenti etiam à lege , in quem teſtator expreſſè direxit verba executiua, & de ratione,& datur expreſſè electio per directionem verborum executiuorum.*
14 *Hæres quando & quomodo cogi poſſit,vt debeat eligere vel declarare,quando eſt incertitudo perſonarum,quibus deberet præſtari legatum , non compellitur declarare,ſed poteſt gratificari cui volet.*
15 *Gratificatio quando locum habeat.*
16 *Maſculi & non fœminæ ſunt eligendi in caſu electionis perſonarum de agnatione , & ſtatim debent eligi niſi ex teſtamento aliquo caſu daretur dilatio.*
17 *Hæres quando poſſit cogi ad eligendum & declarandum.*
18 *Electio ſeu declaratio per hæredem ſecundum diuerſitatem rerum legatarum quando poſſit fieri, vel de mediocri,vel de minima & peſſima re.*
19 *Hæres non eligens & recuſans declarare legatum quid dicendum*

*dicendum, reſolutio clara datur, diſtinguendo quid ſit declarare & eligere.*

20 *Hæres in caſu electionis conceſſæ, vbi eſſet per hæredem præſtandum mediocrè, illudmet per legatarium eſſet eligendum, ſi negligat eligere, transfertur electio in legatarium, qui habet eligere rem mediocris æſtimationis, & de ratione ibidem.*

21 *Interpretatio vbi hæredis non eſt, fit de re minori in obligatione, ſolutio, & arbitrio boni viri.*

22 *Mora hæredis grauati ad reſtituendum fideicommiſſum alieni de certis cui voluerit, facit omnes illos certos ad fideicommiſſum admitti.*

23 *Hæres in caſu declarationis ipſi vti veriſimiliter informato, & repræſentanti perſonam defuncti à lege conceſſo ſi non facit declarationem, compellitur eligere. vel non eligente minimum eſt in obligatione, in hócque caſu declarationis fiendæ poteſt etiam quandocunque poſt ſuam moram eligere.*

24 *Lapſus anni quando transferat electionem in legatariũ, quando non.*

25 *Electio conceſſa à teſtatore vel à lege, & circa rem vel perſonam quomodo differat, & de intellectu. §. ſed & ſi. l. fin. C. com. de lega.*

26 *Tempus vbi non ſit appoſitum ad actum, poteſt actus quãdocunque fieri.*

27 *Ius competens ſuper aliqua re, nunquam perditur negligentia, fallit in caſibus à iure expreſſis.*

28 *Priuatio nunquam habet locum niſi lex ſpecialiter exprimat.*

29 *Mitius agitur cum lege quàm cum homine & quàm cũ teſtatore.*

30 *Hæres ne dicatur negligens, quàm primum poteſt, debet eligere, & vſque ad litem conteſtatam poteſt purgare moram.*

31 *Hæres grauatus ad aliquid faciendum quandocunque vel cum voluerit, intelligitur poſt mortem grauatus.*

23 *Annus non incipit currere niſi debens arbitrari fuerit requiſitus, ſicq; in mora fuerit, & hoc pro intellectu l. fin. §. ſed & ſi quis. com. de lega.*

## SOLVTIO. 4

1 HÆREDI † verò his caſibus interpretatio, declaratio, vel electio competit. Primo pariter ſi à teſtatore diſpoſitum fuerit. d. §. ſi generaliter. ſub illis met verbis, niſi aliud teſtator dixerit. l. ſi ita relictum. in fi. de leg. 2. & vulg. §. diſponat. in auct. de nupt. Secũdo, ſi verba executiua dirigantur ad hæredem, eius eſt electio. d. l. ſi ita relictum. in fi, Bar. Bal. in d. ll. Lucio. & Bart. & alij in d. l. legato. & ibi Alex. ſolum contradicit in legatario circa legatum generis, non exiſtentis in patrimonio teſtatoris, exempla ponit Dyn. in reg. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. aliquid per Corn. in conſil. 67, col. 3. ver. in caſu autem noſtro. & conſ. 302. col. 3. in pr. ver. noluit autem. lib. 4. & per gl. in dicta. l. Lu-
2 cio. & Imo. in d. l. qui duos. Tertio ſi † certum nomine vel aliis indiciis, ſed non conſtat de quo ob pluralitatem rerum eiuſdem nominis fuerit legatum de certis, ad hæredem pertinet interpretari ſeu declarare de quo teſtator ſenſerit, tex. gloſſ. & doct. omnes in l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. de leg. 1. & d. l. legato generaliter. §. 1. & ibi gl. & doct. per hæc iura in teſtatrice quæ re commendauit generaliter, & indeterminatè animam ſuam hæredibus interpretando voluntatem teſtatricis ambiguam poſſe ipſos hæredes reliqua bona teſtatricis pro anima ſua diſtribuere, ex facto reſpõdet Cor. dicto cõſ. 302. præmittendũ. col. 2. & ſeq. lib. 4. ſic hæredis eſſe interpretari voluntatem teſtatoris dicit Sign. de Homod. conſi. 175. in quæſtione. nu. 7. ver. Præterea. & Alb. de Roſ. in l. qui cõcubinam.
3 §. cum ita. de leg. 3. † Quod procedit quando dubitatur quale & quid ſit quod debetur, & nõ an vel quantum debeatur, & quando nullus exinde patitur damnum, licet poſſet reſtringi lucrum alterius fortè legatarij vt hæc probant Alber. de Roſ. in l. Stichus. de legat. 3. & Abb. conſil. 80. pro deciſ. col. 2. & per Bar. & alios in dicto §. ſi quis plures. & Barb. conſi. 39. col. 6. lib. 3. & maximè quando lex ita diſponit per hæredem eſſe interpretandam voluntatem ambiguam defuncti, vt ibi Iaſ. in dicto §. ſi quis plures. in fi. Procedit etiam in rebus legatis fines & terminos habentibus vel à natura vel facto hominis priuati, vel deſtinatione patrisfam. vt per glo. & doct. in legibus præallegatis, & dummodo exiſtentibus in patrimonio
4 teſtatoris: † Procedit item in fideicõmiſſis qualiter fuerint ab hærede grauato obſcurata, ita quòd eius hæres non poteſt contrauenire tali interpretationi, Pariſ. conſ. 11. col. 4. nu. 38. 39. 40. lib. 3. & per Bero. in conſ. 57. nu. 54. lib. 3.

Quartò ad hæredẽ quoq; ſpectat electio legati in genere facti de re habente fines à natura, non reperta in patrimonio defuncti, gl. & doct. in dicta l. legato.
5 † licet erroneè & inaduertenter forſan vitio ſcriptoris contrarium appareat ſcriptum per Iaſ. in dicta l. ſi domus, in pr. col. 5. in duobus locis dicendo valere legatum rerum generaliter in ſuis indiuiduis habentium fines determinatos à natura etiam non exiſtentium in patrimonio teſtatoris, & electionem pertinere ad legatarium, in eo quòd dicit legatum valere, rectè dicit, ſed in eo quod dicit ad legatarium pertinere electionem, malè & inaduertenter loquitur contra gloſſ. cõmuniter approbatam in dicta l. legato gene-
6 raliter: hac ratione ibi per Bar. & alios aſſignata † quia res aliena nõ poteſt optari per l. ſerui electione. in pr. de leg. 1. Niſi expreſsè legatario eſſet data electio: quia tunc præſtaretur ſaltem æſtimatio per text. in l. Titia. §. 1. de aur. & arg. leg. per Alex. & eundẽ Iaſ. in d. l. ſi domus. in pr. & dictum eſt ſupra.

7 Quintò † hæredi quoque datur electio rei legatæ ſimpliciter, & habentis ſuã formã & determinationẽ ex facto & opera hominis, dummodo de rebus legatis reperiatur in patrimonio teſtatoris, per text. in d. l. ſi domus. in pr. qui loquitur in domo ſimpliciter legata, & nõ certa, licet nõ cõſtet de qua, & vbi magis cõmuniter doct. concludunt, aliàs eſſemus in cauſa d. §. ſi quis plures. & d. l. legato generaliter. in fin. & quãuis glo. in dict. l. legato. faciat differẽtiam legati ſimpliciter facti de domo, & de fundo. ſ. quod de fundo nõ valeat ſi teſtator nõ ſenſit de certo, per l. cũ poſt. §. gen. de iu. dot. Tamen cum ſint fundi in patrimonio, idẽ eſſe in fundo legato ſimpliciter prout eſt in legato domus, magis communiter tenẽt doct. vt per Iaſ. in d. l. ſi domus. in princi. col. pen. qui in hoc latè & rectè loquitur in demonſtratione determinationis ex facto hominis æquiparando domũ & fundum per tex. in l. quod in rerum. §. pen. de leg. 1. & in l. ſi quis duas. §. ſi quis partem. com. prædi. licet hic articulus de validitate legati nunc ſit extra materiam, quæ modò ſola cognoſcendo ad quem ſpectet defuncti voluntatem interpretari de validitate, quatenus materiã reſpiciat, erit alibi dicendum. Quod autem dicitur de legato domus & fundi ſimpliciter facto circa electionẽ, idem eſt dicendum de ſimili legato facto de nauibus, per glo. in dicta l. quod in rerum. §. fina. de vaſis argenteis vel aliis, & de veſtibus per text. & glo. in l. qui vxori

in fin



in fi. & d. l. Titia. in prin. de aur. & argen. leg. & Alex. & Iaſ. in d. l. ſi domus. & de granariis & doliis Io. Fab. in d. §. ſingulariter. & idẽ de aliis corporibus conſtructis & formã habẽtibus facto & opera hominis priuati per eãdem rationẽ non de his quæ ex publico, vt de pecunia, & ex menſuris, vt de vino & frumento, poſſunt certificari, intelligitur præſens doctrina, vt per Iaſ. in dicta l. ſi domus. in fin.

8 Sextò, vbi † certitudo rei legatæ factæ conſtructæ ſeu deſtinatæ ab homine habetur ſuo nomine vel indiciis demonſtratæ aliis, glo. in dicto §. ſi quis plures. & in dicta l. legato. ita quod valeat legatũ de corpore exiſtente in rerum natura, etiam quòd non ſit in patrimonio teſtatoris, electio ſeu declaratio datur hæredi, Bar. in dicta l. legato generaliter. in fin. reprobando gl. ibi quæ dicit iſto caſu electionem pertinere legatario, vt in ſeruis, quæ gloſſ. per omnes reprobatur, vt ibi dicit Alex. & eſt tex. in dicta l. legato. §. fin. qui melius probat ſic indiſtinctè loquens de certo fundo relicto nominatim non teſtatoris, ſed vicini, & ibi in gloſſ. pen. quam probet l. quibus diebus. §. qui dotalem. de condi. & demon. pro ſingulari alleg. per Iaſ. in dicta l. ſi domus. col. 3. ver. tertio, quæ loquitur in teſtatore non habente fundum dotalem qualitatis demonſtratæ in legato, nõ verò, quod non habet fundum Cornelianum nominatim in patrimonio. in his ergo electio eſt hæredis, quod nõ ſint in patrimonio teſtatoris rationes adducunt doct. in legib. præalleg. Quoniam ſæpius mentio habita eſt de bonis legatis exiſtentibus
9 vel non in patrimonio teſtatoris, memores erimus † bona dici in patrimonio alicuius perinde dici ac eſſe in bonis alicuius, quod eſt in eis aliquẽ habere dominiũ, vel bona fide poſſidere, vel ad ea habere actionẽ, perſecutionem, vel exceptionem, vel ea eſſe ſuperficiaria, per tex. iunctis gloſſ. in l. rei appellatio. & in l. bonorum. §. 1. ff. de verb. ſigni. & in l. rem in bonis. de
10 acqui. re. domi. † Quid appellatione patrimonij contineatur, latè per Rui. conſi. 120. nu. 10. lib. 3. per Soci. Iun. conſi. 20. li. 1. & Dec. conſ. 80. col. 2. & Franch. in c. 1. col. pen. ver. 28. de teſta. in 6.

11 Septimò quando † incertitudo eſt qualitatis rei legatæ, hæredis eſt electio. vt in caſu l. 4. de vi. tri. & ol. leg. & ibi Bar.

Octauò vbi etiã ambiguitas eſt circa perſonas legatariorum, declaratio hæredis eſt, cui legatario velit præſtare legatum, vt l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. de leg. 2. & per Dyn. in dicta reg. in obſcuris. de reg. iu. in 6. per gloſſ. & doct. in dicta l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. & in dicta l. legato generaliter. & in d. l. ſi domus. in prin.

Nonò quando legata eſt pars bonorũ, vel vſusfr. partis bonorũ relictus eſt, hæres, poteſt eligere vel dare partem bonorũ, prout cõmodè diuidi poſſunt, vel ſoluere extimationem, vt l. nõ amplius. §. fin. de legat. 1. & l. gen. §. fin. de vſuf. leg. Pariſ. conſil. 72. col. fi. li. 2.
12 † Damnatus ad ſoluẽdã tãtã pecuniã, quãta eſt extimatio talis rei, poteſt dare rem, vel ſoluere extimationẽ Bar. & Imo. in l. Paulus. ad Trebel. Ex quibus & traditis per Dyn. in c. contra eum. de reg. iu. in 6. & ſi prædictorum plurima excerpta videantur, tamen ea iſto ordine hic collecta inuenire quandoque non diſplicebit.

Præterea ſupra dictum eſt in aliquibus referre vel hæredi vel legatario à teſtatore expreſsè electio-
13 nem eſſe datam. Puto enim vbi † à lege aliàs datur electio, expreſsè à teſtatore in eodem caſu intelligi datam eſſe electionem dirigendo verba executiua in eum habentem aliàs à lege electionem, vt præmiſſum eſt: quia ille dicitur habere electionem cui expreſsè datur, tex. in l. plerunque. §. fin. ff. de iu. do.

Sic etiam expreſsè dari dicitur per directionem verborum executionem, vt eſt glo. ordinaria in dicta l. Lucio. & ibi Bar. & Bal. de leg. 2. & Bal. in d. l. q. duos. & Bal. in l. ſi ſic ſtipulatus. de verb. obli. & in d. l. legato generaliter. igitur & iſto caſu procedunt iura de electione à teſtatore expreſsè conceſſa.

14 Sed † quando & quomodo hæres cogi poſſit, & debeat eligere vel declarare videndum eſt, in caſu autem incertitudinis perſonarum quibus debeat legatum præſtari, nõ compellitur hæres declarare in caſu d. §. ſi inter duos. & ibi Bar. & Bal. & Dyn. in d. ca. in obſcuris. nu. 13. & Bal. in l. voluntatis. in fi. C. de fideicõ. ſed poteſt gratificari cui vult, & per tex. & glo. in d.
15 §. ſi inter. † & quãdo gratificationi locus ſit remiſſiuè per Afflic. deciſ. 244. nume. quarto, per Abba. in c. delicto. ſub num. 15. de præben. & in c. 4. ſub nu. 4. de teſta. per Pariſ. conſi. 117. circa fi. lib. 4. & conſi. 72. colũ. pen. lib. 2. non tamẽ de alieno, Bal. conſi. 38. Dominus Thomaſ. ver. pen. lib. 1. & aliàs per Tiraq. de retract.
16 titu. 1. §. 11. glo. 10. nu. 2. & §. 26. glo. 2. nu. 2. Vbi † autem aliquo caſu ſunt eligendi illi de domo, vel de familia, hi eſſe debent de agnatione teſtatoris, & maſculi, & non fœminæ, vt per Alex. conſi. 213. lib. 6. & Rui. conſi. 24. lib. 2. electi poſſunt eſſe ſub conditione vocati, Soci. conſi. 86. col. 2. lib. 3. debẽt autem ſtatim eligi, niſi ex teſtamento conſtet prius aliqua eſſe adimplenda quæ temporis dilationem requirunt, in caſu notabili latè traditur, Pariſi. conſil. 23. lib. 3. & eſt magiſtralis tex. in l. cum quidam ita. de leg. 2. In cæteris caſibus
17 incertitudinis † rerum poteſt hæres cogi ad eligendũ vel declarandnm per tex. in d. l. ſi domus. in prin. per Barto. & alios in dicto §. ſi inter. Qui debet taliter eligere, quòd per ſuam electionem non faciat moram legatario, qui forſan fuiſſet citius ſatiſfactus in re non electa per hæredem. vt l. cum res. §. ſed ſi Stichus. & ibi Iaſ. col. 3. in 13. not. de leg. 1.

Cum autem aliqua variatio videatur inter gl. &
18 doct. quòd aliqui velint † hæredem non debere eligere deteriorem, gl. 1. & Pau. de Ca. in dicto §. ſi quis plures. & maiorem debere dare, gl. in l. ſi ſubſtituto. §. 1. de leg. 1. quinimo poſſe dare vilius, & quod vult Io. Fab. in d. §. ſi generaliter. & nu. 3. inſt. eo. & Iaſ. in dicta l. ſi domus. in pr. col. 5. Ideo pro clariori intelligẽtia quomodo hæres in declarando vel eligendo debeat ſe habere, dicendum eſt: quod aut inter res eligẽdas vel declarandas in patrimonio teſtatoris res eligenda cuiuſcunque ſit generis reperiantur duæ res, tunc minima quidem ſeu deterior venit eligenda & præſtanda. l. apud Iulia. §. ſcio. de lega. 1. firmat Aret. in dicta l. legato, col. 1. ver. primo caſu. poſt Pau. de Caſt. ibi, aut legatum eſt de rebus inanimatis, tunc poſſet eligere & dare minimum per gl. communiter approbatam in dicta l. legato. dummodo illud tale minimũ poſſit dici de genere legato, & non quid aliud mutatum: & corruptum, vti pecunia reproba, quæ non dicitur pecunia, exemplum dant in vino putrido, & frumento corrupto, Alexand. in dicta lege. legato. columna ſecunda, ver. item dicit gloſſ. & ibi Iaſo. columna 3. ver. Adde tamen. Dummodo etiam conueniat cauſæ pro qua eſt factum legatum, vt per Bened. Capr. in conſi. 3. colum. 1. qui, inquantum ibi de petia terræ, & ſic de re inanimata mediocri eligenda tenet malè & contra com. opin. loquitur, vt patet in locis hîc alleg. Aut legatum eſt in genere de rebus animatis, & tunc mediocrè & non peſſimum poteſt eligi. l. ſi hæres generaliter. de leg. 1. et doct. in dict. l. legato,

&

& Bar.d.l.4.circa fi. de vi.tri. ol. leg. Aut legatum eſt
de certo, non tamen conſtat de quo, & tunc hæres
quando etiam eſt de incertis poteſt declarare & dare
quod minimum eſt & deterius ſecundum com. op.
doc.in d.§.ſi quis plures,& in d.l.ſi domus, quia iſto
caſu non dicitur electio,ſed declaratio, Pau. de Caſt.
Imol.& Iaſ.in d.l.qui duos:quæ fit non de incerto le-
gato,ſicut electio,ſed de obſcuro,& in obſcuris alias
venit minimũ.d.reg.in obſcuris.Quo caſu hæredi de-
claranti voluntatem defuncti, ſi eius perſona non eſ-
ſet ita grauis & honeſta,iudex poſſet deferre iuramen
tum,per l.Theopompus.de dot.prælega.dicit Aret. d.
§.ſi quis plures.facit tex.in l.fi.in prin.C.de fideicom.
Poteſt inſuper hæres declarare animũ defuncti, quòd
fuerit ad hæreditatem aliquam adeundam.Alex.con.
126.Viſo proceſſu,col 2.lib.7.

19 Quid autem ſi † hæres non eligat,& recuſet decla-
rare,reſpondendum eſt breuiter, quòd duo ſunt ter-
mini.ſ.eligere,& declarare,vt ſupra præmiſſum eſt,&
quomodo inter ſe differunt. ponunt Bal.in dicto §. ſi
quis plures,& Pau.de Caſt.& Iaſ.in d.l.qui duos.& in
dicto §.ſi quis plures,& Bal.in l.quicquid aſtringẽdæ,
col.2.ver.oppono.de verb.oblig. qui dicunt, quod e-
lectio cadit in incerto,& declaratio in obſcuro.in ter-
20 minis ergo † electionis conceſſæ hæredi vt ſupra, &
caſu quo per hæredem eſſet præſtandum mediocre,&
eodem caſu quo etiam per legatarium eſſet eligendũ
mediocre,de quibus ſuperius dictum eſt, hærede ne-
gligente eligere, transfertur electio in legatarium,
qui debet eligere rem mediocris extimationis,arg.d.
l.fin.§.ſed & ſi.com.de lega.per eandem rationem,ne
aliam rem eligendo nimium defraudaretur hæres, &
in immenſum grauaretur,quam ponit Pa.de Ca.in d.
§.ſed& ſi.in 2.no.& ibi Iaſ.pariter in 2.no.licet ibi tex.
& doct.loquantur in tertio,& non in hærede.Tamen:
fundo me in eadem eorum ratione.ſ. ne hæres nimiũ
grauetur,quæ eſt pro mediocritate alias eligenda per
legatarium,aſſignata per doct. in d.l. legata generali-
ter.& vbi eſt eadem ratio,&c.

Sed verius eſt interpretando contumaciam hæ-
redis circa electionem in omnibus caſibus ſibi vt ſu-
pra conceſſam in id quod eſt ſibi deterius, & vtilius
legatario, arg. l.de ætate.§.qui tacuit.de inter.acti. &
per Bar.in l.quãdiu.acqui.vel om.vlti.ff.de hæred.ip-
ſum legatarium legatum habentem iam electionem
in eum tranſlatam, vt ſuperius dictum eſt in caſibus
electionis ſuæ poſſe eligere de rebus legatis quá ve-
lit ad maius ſuum commodum, vt in terminis ſentit
Bar.in l.eum qui certum.§.1.de verbo.oblig.arg.l.ſci-
mus.§. pen.de iu.delib. quemadmodum expreſsè hæ-
res dare poſſe habendo maximum pro minimo, gl.&
Bal.in d.l.apud Iulianum.§.ſcio.de leg.1. ſibi imputet
hæres damnum,quod ſentit ſua culpa,per vul.reg.iu.

21 Id tamen † limitarem non procedere in caſibus, in
quibus abſque alia interpretatione hæredis ſit inter-
pretatio ad minus,vt d.§.ſcio. & ibi Bal. & l. ſi ita re-
lictum.in fin.de leg.2. & per glo. magis in dicta l. le-
gato generaliter, quia à principio dici poteſt tale mi-
nus eſſe in obligatione & ſolutione per dicta iura,fa-
cit tex.in l.cùm quidam ita.§.idem ait.ibi, quaſi præ-
ſenti die datum.de leg.2.Ac & in cæteris inſpecto, &
ſemper reſeruato arbitrio boni viri. l. thais. §. ſorore.
de fideicommiſſ.liber.cum no. per Bar. & doct.in l.1.
de legat.2. & in dicto §. ſed & ſi.maximè quando le-
gatum conſiſtit in genere,non in legatarium transfer-
tur electio,ſed in arbitrium boni viri,vt per Angel.&
22 alios in d.§.ſed & ſi. Item † vbi grauatus eſſet hæres
fideicommiſſum reſtituere alicui de certis, cui volet,
eo ceſſante eligere omnes illi certi admitterentur ad
fideicommiſſum, dicta l. cum quidam ita. & l. vnum
ex familia. in pr.de lega.2.& l.vtrum.§. cùm quidam.
& ibi glo.& doct.de reb.dub.& l.cùm pater. §.rogo
de leg.2.

23 In terminis verò † declarationis quæ hæredi vt
veriſimiliter informato & repræſentant perſonam de-
functi, gloſſ. & doc.in dicta l. ſi quis à filio. §.ſi quis
plures. de leg. 1. à lege conceditur, ſi non fit ab ipſo
hærede, hoc inuenio pro nunc in hoc articulo quod
dicit Dyn.in dicto c.in obſcuris.num.13.ver. vnde di-
ci poteſt.ſ. compellitur hæres eligere, vel ſi non eli-
gat,minimum eſt in obligatione. d.l. apud Iulianum.
§.ſcio. Ac etiam quòd iſto caſu declarationis fiendæ
ad hæredem poteſt hæres quandocunque etiam poſt
ſuam moram eligere,vt expreſsè dicit gloſſ.in dicto §.
ſi quis plures.quam confirmo hac ratione, quia poſt
moram hæredis non poteſt legatarius conſequi, niſi
quod minimum eſt per ſupra alleg.& hæres declarã-
do non poſſum facere quandocunque, niſi melio-
rem conditionem legatarij, ideo audiendus eſt arg. l.
ſi ita quis promiſerit. §. Seia. in fin. de verb. obligat.
24 Per quam gloſſam videtur tenendum † quòd lapſus
anni, de quo in dicto §. ſed & ſi. non transferat ele-
ctionem in legatarium, niſi quando à teſtatore o-
ptio ſeu electio fuerit expreſsè relicta, vt ibi ſonant
25 verba clara † non verò quando à lege fuerit conceſſa
vt in caſu d.§.ſi quis à filio.§.ſi quis plures.de leg.1.&
ſimilium.licet hoc non inueniam ab aliquo in ſpecie
tactum, niſi quod facta oppoſ.de illo §. ſed & ſi. ſim-
pliciter dicatur illum procedere circa electionem re-
rum & non perſonarum, vt per Barto.in l. cùm qui-
dam ita.colum.2.num.10. ver. contra iſtud oppo. de
leg.2.& Bald.in l.captatorias.colum.fin.C.de teſtam.
mil. de quo etiam laté per Bar.in l.j.colum.penult.de
leg.2. circa verò electionem perſonæ dicit Bar. in di-
cta l.cùm quidam.num.10. quòd debet eligere ſtatim,
non tamen infertur id procedere extra electionem
conceſſam à teſtatore. Quinimò de iſta debet intel-
ligi hæc Bart. & Bald. doctrina fundans ſe in dicto §.
ſed & ſi.per vulg. dictum Bar. in l. non ſolùm. §. ſi li-
berationis.de libe.leg.non autem de electione,ſed de-
26 claratione hæredi data à lege, quæ † quidem in hoc
non loquens de tempore permittit electionem fieri
quandocunque poſſe,arg. l. in venditione. §. de tem-
pore,ff.de bon.aucto.iud.poſſi.dicit notanter Bald.in
l.peremptorias. circa prin. C.ſentent. reſcin. non poſ.
quòd vbi nec lex nec iudex terminũ aſſignat viá præ-
cludendo, ibi nec nos præcludimus. per l.ſi rem.§.
27 quolibet. ff. de euicti. facit quòd † ius competens
ſuper aliqua re nunquam perditur negligentia, niſi
in caſibus à iure expreſsis. Bar.in l.ſolent.colum. fin.
ſub ver. item pone. ff. de off. proconſ. per cuius do-
ctrinam ita ſæpè Rotam tenuiſſe refert Gomeſ. ſuper
reg.cancel.in reg. de non tol.iure quæſi.in q.5. in fin.
28 facit quoque,† priuatio nunquam habet locum,niſi
lex ſpecialiter exprimat.tex. in §. cùm igitur. in auct.
de non eligen. ſecun. nuben. ibi, nec quælibet eſt lex
aliquid tale dicens,pro regula adducit Iaſ.in l.diuor-
tio.§.ſi fundum.ver.primo moueor. ſolu. matri. ratio
diuerſitatis poteſt aſſignari, quòd alias non implens
intra annum iuſſum teſtatoris priuatur iure conceſſo
ab ipſo teſtatore.auc.hoc ampliùs. C. de fideicomm.
29 non ſic eſt in iure conceſſo à lege,adeo † quod mitius
agitur cum lege,quàm cum homine.gloſ.in l.Celſus.
ff.de arb.& quam cum teſtatore dicit Bal.in d. l. cùm
quidam ita. col.pen.circa fin.ver.item opp. ad idem
pro quo allego gl.fin. in fin.in filio. ff. vt leg.no.caue





31 Aliàs enim † hæres ne dicatur negligens quamprimũ
poteſt,eligere debet,& vſque ad lit. conteſtatam po-
teſt purgare moram,Bar.in l.ſi quis Titio.§. 1. in fin.
31 de le.2.Cæterum vbi dictum eſt † quandocunque
reſtituas vel ſoluas legatum,vel cum volueris, intelli-
gitur poſt mortem grauari per legem ſeruos.de ma-
nu.teſt.& per l.vxorem.§.fi.de le.3.tradit Pau.de Ca.
in l.cum pater.§.rogo.de le. 2.vltimum pro ſingulari
ponit Roma.426. ſing. inſtituo Titium. rurſus nota
32 pro † intellectu d.l.fin.§.ſed & ſi quis.com.de l.quod
annus non incipit currere niſi debens arbitrari fuerit
requiſitus,& ſic in mora fuerit ſecundum Pau.de Ca.
in conſi.469.præmittendum eſt.in fi.lib.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio ea eſt ſecurior & melior, quæ primò ſit ab ipſo teſtatore circa obſcuritatem teſtamenti eius.*
2 *intellige prædictam regulam generalem.*
3 *Teſtatoris interpretationi non ſolùm ſtatur,ſed & alij,cui eius voluntatem declarandam commiſerit.*
4 *Teſtator committens alteri ſubſtantiam & vim ſuæ diſpoſitionis,ad ſecretúmque alienæ volũtatis capiendo ab ea dependentiam & vigorem expreſſè purè vel ſub conditione in futurum,inualidè agit vti captatorium à iure reprobatum.*
5 *exempla vide ibi,fallit in legatis piis ibidem.*
6 *Teſtator rectè diſponit & committit ſtandum eſſe,& credendum dicto alicuius de eo quod ipſe ſcit,vel ei fuit dictum in ſecreto ab ipſo teſtatore,vnde credetur illi nominato ſic cum ſuo iuramento.*
7 *Teſtator ſi commiſerit ſtari duobus,altero mortuo non ſtatur vni etiam altero contradicente.*
8 *Numerus pluralis non verificatur in ſingulari, tam in teſtamentis,quàm in aliis diſpoſitionibus.*
9 *Teſtator poteſt dicere ſtãdum eſſe voluntati alicuius de eo quod ſibi deponenti videbitur.*
10 *Verba hæc in teſtamento appoſita,arbitrio ſuo, licentia ſua ad libitum ſuum, voluntate ſua, & ſimilia quando importent liberã voluntatem, vel arbitrium boni viri.*
11 *Teſtator vbi mandat declarationi aliquorum eſſe ſtandum ſuper dubiis & controuerſiis ortis circa contenta in teſtamento,non poſſunt declarare ea quæ in iure conſiſtunt,intellige vt ibi.*
12 *Deponens vel arbitrans à teſtatore deputatus, non plus fidei meretur,quàm ipſe teſtator.*
13 *Arbitrator ſeu declarator nominatus à teſtatore non poteſt eſſe frater ordinis minorum.*
14 *Contrarium probatum eorum quæ dixerunt deputati velut teſtes,vel vt arbitratores à teſtatore nihil valent eorum dicta,ſicut dicta teſtatoris probata erronea non valent etiam iurata & iniquè agendo in declarando, talis declaratio reducitur ad arbitrium boni viri.*
15 *Præiudicium hæredis non aliorum tangere poteſt dictũ defuncti.Nam hæredi creditur declaranti voluntatem teſtatoris in aliorum damnum.*
16 *Præſumptio quæ eſt,quod moriens non præſumitur mendacium dicere,non præiudicat tertio.*
17 *Præiudicium non fit tertio, vide plura collecta ibidem.*
18 *Teſtator ei quod dicit obtemperandum, non credendum eſt,quibus ſibi ſoli non crederetur in iudicio quod tantum habeat in bonis,quod tanti valeant bona ſua,neque ad præſumptionem transferendi oneris in alium probandi contrarium, nec de debitis ei creditur,vel ſe tantum expendiſſe in veſtimentis.*
19 *Veritas non mutatur ob noſtrum negare vel affirmare*
20 *Confeſſio teſtatoris de aliquo debito importat fideicommiſſum ſeu legatũ,quando aliud non poteſt importare.*
21 *Præiudicium ſingulari ſucceſſori facit quod teſtator dicit vel fatetur,& quomodo.*
22 *Error teſtatoris probatur cõiecturis & aliis modis, vt ibi*
23 *Declaratio facta à deputato per teſtatorem, vti facta à teſtatore habebitur & ſuomet teſtamento, cuius auctoritas per annum durat,& plus fidei non meretur,quàm teſtator ipſe meretur.*
24 *Probatio debet fieri eius quod dicitur,aliàs nihil releuat. paria ſunt aliquid non eſſe,& eſſe, ſed non probari, & non apparere: & debet apparere per probationes, vel præſumptionem legalem conſtando vel dictis teſtium, vel confeſſione partis,vel inſtrumentis,vel facti euidentia,vel præſumptione violenta.*
25 *Interpretatio ſeu declaratio ambigui teſtamenti ex his poteſt fieri,quæ teſtator dixit extra teſtamentum.*
26 *Voluntas teſtatoris coniecturatur per teſtes ex dictis per teſtatorem,licet non in forma teſtandi.*
27 *Teſtes quot numero requirantur ad probandum dicta per teſtatorem extra teſtamentum,ad quod multi caſus ponuntur tendentes ad hoc,quod ſi id quod venit probandum concernit diſpoſitionem,debet probari per numerum teſtium ad probationem vltimæ voluntatis requiſitum,ſi verò reſpicit declarationem diſpoſitorum poteſt probari per duos teſtes.*
28 *Teſtes quinque vel ſeptem qui requiruntur ad probandam principalem diſpoſitionem teſtatoris, iidemmet requirantur ad probanda dicta per teſtatorem ampliantia diſpoſitionem non ſcriptam errore commiſſam,& eſt communis opin.*
29 *Teſtes ſeptem vel quinque requiruntur ad probandum dicta,per teſtatorem tendentia ad decrarationem voluntatis ita obſcuræ,quæ nulla eſt, & inutilis, quando fuit erratum in corpore,& ad probandum dicta per teſtatorem tendentia ad ſubſtantialis actus declarationem in dando,limitando, expreſſè adimendo, vel mutando vltra teſtamentum iam factum.*
30 *Duo tantùm ſufficiunt in ademptione legati vel idonei ſaltem de iure canonico.*
31 *Teſtes duo probant quod egit teſtator tendẽs ad tacitã legatorũ adẽptionẽ ope exceptionis ſapiens actus inter viuos.*
32 *Teſtes duo ſufficiũt ad probandũ ea quæ dixit teſtator ante vel poſt teſtamentũ facientia ad declarationẽ ſuæ volũtatis,aut ad tollendam tacitã voluntatẽ,quod vulgaris non contineat pupillarem aut ad argumentum eiuſdẽ tacitæ,quod pupillaris tacita excludat matrem.*
33 *Teſtes duo ſufficiunt pro probanda contraria voluntate, vel alia declaratione teſtatoris,quotieſcunque à lege vel doctoribus eliceretur ſic eſſe cõiecturã eiuſdẽ volũtatis.*
34 *Teſtes duo ſufficiunt ad probãda dicta teſtatoris, tendentia circa circunſtantias diſpoſitorum in teſtamento, vt in teſtatore ex verbis prolatis ante vel poſt teſtamentũ. dicente coquinam velle venire ſub legato domus.ſi tales diſceſſerint ſiue filiis ſic declarata de maſculis, de vxore habente integrum vſumfructum.*
35 *Voluntas ſeu mens teſtatoris declaratoris probatur per teſtem ſingularem in indiuiduo & directè deponentem.*
36 *interpretatio teſtamenti perfecti pertinet bene ad teſtatorem qui illud fecit.*
37 *Verbum præteriti temporis rem perfectam ſignificat, & mentem proferentis demonſtrat.*
38 *Teſtamentum præſumitur vnum,& non plura.*
39 *Confeſſio teſtatoris non requirit præſentiam partis,& probat teſtatorẽ habuiſſe teſtamentum ſuum pro perfecto.*
40 *Mulieres admittuntur ad ferẽdum teſtimonium in omnibus his caſibus,in quibus productio fit ad declarationẽ, & non ad principalem diſpoſitionem teſtatoris.*

41 *Interpretatio voluntatis teſtatoris fieri poteſt ex ſcriptura ipſius teſtatoris de prædio legato, de quo intellexerit tam reſpectu loci, quã rei, declaratur & inſtrumento locationis prius factæ per teſtat. & memoriale teſtatoris.*

42 *Teſtator quid ſit, mandat in teſtamento credi & ſtari tali ſcripturæ vel libro.*

43 *Hæres non poteſt venire cõtra confeſſionẽ teſtatoris factã in partitis ſui libri, nec eum redarguere mendacio.*

44 *Interpretatio vnius ſcripturæ fit per aliam & in alia diſpoſitione.*

45 *Voluntas alicuius probatur ex ſua ſcriptura, ex magis deliberata.*

46 *Scriptura defuncti dicitur in ſe continere iuramentum, & præſumitur vera.*

47 *Interpretatio vel declaratio voluntatis teſtatoris habetur ex facto, & non ex facto ſolùm, ſed ex eo etiam quod facere propoſuit.*

48 *Facta ſunt vero proximiora & efficaciora, quam nuda vocabula, & factorum qualitas demonſtrat qualitatem intellectus.*

49 *Voluntas teſtatoris dubia declaratur ex vſu ipſius quando viuebat, faciens quis ſecundum conſuetudinẽ teſtatoris videtur facere ſecundum eius voluntatem.*

50 *Voluntatis teſtatoris intelligentia ſuſcipitur non ſolum ex eo quod fecit teſtator, ſed ex eo quod viuus facturus eſt.*

51 *Verba teſtatoris debent intelligi ſecundum morem & cõſuetudinem teſtatoris, & datur exemplum ex vſu teſtatoris, & eo non apparente eligendi ſunt arbitri.*

52 *Vſus ſeu factum declarat multa in diuerſis perſonis & diſpoſitionibus, ibidem.*

53 *Ipſo facto, hæc adeectio declarat ſententiam latam.*

54 *Voluntas teſtatoris ex facto nullo declaratur, & quomodo vide quæſtionem plenè diſcuſſam & reſolutam.*

55 *Factũ teſtatoris declarans eius volũtatẽ ſufficit aliquando interueniſſe & de minori ſumma & proximiore morti ipſius, quantum neceſſario ex ipſo facto colligitur & inferatur.*

56 *Voluntas teſtatoris ex facto elicitur tacita, & limitatur ad qualitatem facti, verbis vero dicitur expreſſa, nam ſecretum voluntatis noſtræ pateſit vehementius ex verbis quam ex aliis ſignis.*

57 *Tacita voluntas non eſt tantæ potentiæ, ſicut expreſſa ad aliquid inducit, fallit vt ibi.*

## SOLVTIO V.

QVARTO caſu & vltimo diſtinctionis ſuperius vltimo loco factæ de ambiguitate vel obſcuritate teſtamẽtariæ diſpoſitionis aliis modis, vel circa verba, vel ſenſum & ſententiã teſtatoris, oſtendo interpretationem ſeu declarationẽ tunc fieri poſſe & haberi à diuerſis, prout diuerſimodè à legibus conceſſum inuenitur. Nam vltra
1 alias † melior & ſecurior eſt icterpretatio, ſi poſſit haberi, quæ primo fit ab ipſo teſtatore, vt dicit Soc. con. 102. Viſis. col. pen. ver. ex quibus patet. lib. 3. quando enim teſtator ſeipſum gloſſat, & mentem ſuam declarat, numquã itur ad interpretationem & gloſſam legis, nulla iterũ melior interpretatio, & gloſſatio, quã ſit glo. & interpretatio teſtatoris, dicunt, Cur. Sen. cõ. 29. in regno. colum. 3. ver. ita in propoſito. & Pari. cõſi. 91. nu. 27. & conſi. 97. num. 24. li. 2. & conſi. 3. nu. 53. lib. 3. & Gram. con. ciui. 105. num. 67. & Bal. conſ. 407. in quæſt. col. fin. ſub ver. tangitur etiam li. 1. facit tex. in l. ex facto. l. 2. §. rerum. ff. de hæred. inſti. & in l. Labeo. de ſuppel. leg. & in l. 3. C. de li. prętc. regula enim generalis eſt, interpretationem haberi clariorem ab eo qui diſpoſitionem condidit. l. ex facto. in pr. & ibi not. doct. de vulga. & pupil. & in c. cum veniſſent. & ibi glo. de iudi. & c. inter alia. de ſenten. excom. & tex. in l. in prætoriis. ff. de præt. ſtipul. & l. omni nouatione. & ibi Bal. de ſacroſan. Eccle. & glo, & doct. in Cle. ſæpe. de verbo ſignific. Declarationi concedentis creditur, quomodo intellexerit priuilegium, & ſaluũ conductum, Dec. conſi. 51. in fine, & interpretationi facientis legem, Thom. Gram. in deciſ. 65. numer. 77. & ſuperioris concedentis auctoritatem aliquibus compilandi ſtatuta, Abb. in cap. cùm olim. col. 1. de arb. & Bar. in l. omnes populi. ſub. 3. quæſt. 6. q. princip. de iuſti. & iu. & Ant. de Bu. in c. ex parte. cl 2. in fi. de verbor. ſignifi. cum concordant. alleg. ab Aym. con. 135.
2 num. 39. Quę quidem † generalis regula intelligi debet, quando non poteſt diſpoſitionis certitudo haberi per alia remedia, vt per Abba. notanter in c. ad
3 audientiam de decim. † Non ſolùm autem ipſi teſtatori de ſua voluntate, ſed etiam alij, cui eam declarandam commiſit, ſtari debet, l. Theopompus. & ibi Bart. de do. pręleg. & latè Alexan con. 54. Circa id. lib. 2. & Ruin. conſil. 19. nume. 5. & ſeq. libr. 2. & Ang. Aret. in tractat. de teſta. in glo. 60. Nam paria ſunt quod teſtator quid declaret propriis verbis, vel per relationem ad aliud. l. quem hæredi. ibi. Socin. in vlt. not. de reb. dub.

Quæ commiſſio tribus modis fieri contingit, vno
4 modo & inualidè. ſ. † quando teſtator remittit ſubſtantiam & vim ſuæ diſpoſitionis ad ſecretum alienę voluntatis, ab hac aliena voluntate capiendo dependentiam, & vigorem expreſſè, purè, vel ſub aliqua cõditione in futurum, quod vti captatorium, & deceptorium à iure reprobatur. l. illa inſtitutio. cum concor. ibi in gl. & per Bar. & doct. ff. de hæred. inſtitu. l. captatoriæ. de lega. 1. & l. captatorias. & ibi glo. declarat, & poſt alios Dec. C. de teſtam. mili. exempla aliqua glo. & doct. ponunt in dictis locis, aliud quod debeat ſtari dicto Titij, an debeatur, & cui, non valere ponit Bar. in conſi. 168. quidam habens. colum. fi. ver. de ſecundo. Aliud de teſtatore confiſo de ſapientia, probitate & induſtria venerabilis patris Abbatis ſui conſanguinei, committente ſuam vltimam voluntatem, & diſpoſitionem dicto Domino Abbati ordinandam & diſponendam, prout ſibi videbitur, & placebit, cui totaliter ſuas vices committente eadem ratione maximè non valere ponit Bal. in conſi. 114. Quæritur vtrum. lib. 4. Aliud de teſtatore relinquente matrem iure inſtitutionis, vt poſſit deb onis ſuis diſponere ad ſui libitum, & voluntatem, & in hoc eam hæredem non inſtituente, tenere ponit Cor. in conſi. 156. De duabus. colum. 3. libr. 2. ſimiliter in ſubſtituente matrem, vt poſſit de agnatione teſtatoris, vel alibi, vt ſibi videbitur eligere vnum puerum, & illum inſtituere hæredem vniuerſalem, per plures concluſiones non valere tradit Pariſ. conſi. 38. non videtur. lib. 3. Aliud de teſtatore inſtituente hæredem fratrem ſuum cum obligatione, quod ex dicta hæreditate teneatur & obligatus ſit diſponere, & dare, & ſoluere omne id, & totum quod eſt quantum dixerit F. ſua vxor, cum conſilio tamen fratris Ioannis, non tenere ponit Rui. conſi. 21. num. 6. & ſeq. lib. 2. & alia ponunt doct. alibi fundata in concluſione præmiſſa elicita ex dictis legibus, vt maxi-
5 mè per Dec. conſi. 494. num. 3. & ſeq. † Ponunt tamen non habere locum in cauſis piis, & pro his ſæpiùs intelligi valida huiuſmodi relicta. c. cùm tibi. de teſtam. & per Bar. in l. 1. de ſacroſan. Eccleſ. Cor. conſi. 64. & conſil. 89. colum. fin. libr. 4. & Iaſ. conſil.





110. lib. 1. Pariſ. conſi. 83. colum. penu. lib. 2. & Dec. in dicta l. captatorias. num. 17. & ſeq. & ita eſſe com. opin. Quando non intelligatur ad pias cauſas tractat Cum. con. 107. teſtator. vbi & quid ſi mortuus deputatus ante declarationem ſit penes quem remaneat legatum. Prædicta intellige quando remiſſio ſit facta in expreſſa & abſoluta voluntate alterius, non autem velata, & circa ſubſtantiam relicti, non autem eius declarationem, Ang. in conſil. 223. caſus talis. colum. fin. & Deci. in dicta l. captatorias. numer. 21. vel eius mutationem, Bal. conſ. 302. Conſtitutio. col. pen. ver. præterea cum hoc. lib. 2. Alio modo poteſt con-
6 tingere † teſtatorem diſponere ſtandum & credendum dicto alicuius, de eo quod ipſe ſcit vel ei fuit dictum in ſecreto ab ipſo teſtatore, & valet id quod creditur huic nominato cũ ſuo iuramento, vt per Bart. in d. l. Theopompus. verſ. quæro cum teſtator, quaſi huius ſit teſtimonium veritatis magis defũcti, quàm iudicium deponẽtis, & Cuma. conſi. 117. in teſtamento, colu. fin. & conſi. 107. & Alex. conſi. 54. lib. 2. ſi eſt perſona honeſta, ſtatur eius iuramento, aliàs non, in cõcernentibus maximè declarationem incertorum, cum aliquid tunc ei conſtare debeat requiſito hærede, vt tradit Bal. in l. captatorias. col. 2. ver. modo circa hoc. C. de teſta. mil. & Rui. d. conſi. 19. num. 6. poſt Pa. de Caſtr. l. quem hæredi. de reb. dub. & ibi Soci. in
7 fi. dicit, ſi teſtator commiſerit, ſtari † duobus, altero mortuo non ſtatur vni etiã altero cõtradicentę, vt pulchrè per Cum. dicto conſ. 117. circa fi. faciuntq; pluri-
8 mum deciſiones de numero † plurali nõ verificari in ſingulari, tam in teſtamentis, quã in aliis diſpoſitionib. congeſtæ ab And. Tiraq. in l. ſi vnquã, in ver. ſuſceperit. nu. 226. vſque ad nu. 240. de reuo. don.

Alio & tertio modo euenire poteſt teſtatorem dicere ſtandum eſſe voluntati alicuius de eo quod ſibi
9 † deponenti videbitur, & iſte dicitur quaſi arbitrator aſſumptus à teſtatore ad taxãdum aliquod incertum ex legato valido facto à teſtatore, vt per Bar. in l. Theopompus. ſub dicto ver. quæro cùm teſtator. & Matthe.
10 de Afflict. in deci. 371. nu. 6. & ſeq. † Verba hæc in teſtamento appoſita, arbitrio ſuo, licentia ſua, ad libitũ ſuum, voluntate ſua & ſimilia quando importent liberam voluntatẽ, vel arbitriũ boni viri. Guid. Pa. in q. 475. & Ang. Aret. in tract. de teſta. in glo. 16. nu. 2. Alex. conſi. 47. col. 5. ver. ſed in teſtamento. li. 1. Etenim
11 † illi quorum declarationi mandato teſtatoris eſſet ſtandum ſuper dubiis & controuerſiis, quæ orirentur circa contenta in teſtamento, non poſſunt declarare ea quæ cõſiſtunt in iure niſi ſaltem parte citata, & niſi dubia & controuerſiæ iam euenerint, vt per Car. Rui. con. 106. col. fi. li. 2. & Soc. iuni. in con. 100. nu. 27. & ſeq. li. 1. qui ſuper eodẽ facto conſuluit, quinimo ſubiungẽs probat hæc ſimili teſtatoris verba intelligi, neque ſe extendere ad ea, quæ iuris ſunt per deciſ. Cur. Seni. con. 69. Dominus Ioãnes. col. pen. ver. Poſtremo. vbi etiam dicit non ſe extendere ad ea quæ non ſint poſſibilia diſponenti, in eo. facto. Dec. conſi. 416. col. fi. facit etiam quod ſcribit Gemi. con. 20. non valere diſpoſitionem teſtatoris, quod poſſit mater declarare, quę ſapiant vſurariam prauitatẽ & ea diſpen-
12 ſare. Adde quod † iſti deponenti, vel vti teſti, vel vti arbitratori plus credi non debet, quam ipſi teſtatori crederetur, per ea quæ adducit Aym. con. 41. nu. 2. Præ-
13 terea † arbitrator talis, ſeu declarator non poteſt eſſe frater ordinis minorum, Dec. dicto conſ. 494. colum. penul. & fin.
14 Etſi probaretur † contrarium eius, quid dictũ, aut declaratum fuerit ab huiuſmodi teſte vel arbitratore talis declaratio retractaretur, Alex. d. conſi. 47. colum. pe. ver. ſucceſſiue non obſtat. lib. 1. prout id verum eſt in ipſo teſtatore per tex. in l. verba. C. de teſt. generalis enim doctrina eſt probato errore retractationem induci etiam iuratorum, Pau. de Caſt. conſi. 377. num. 71. lib. 1. & Aym. conſi. 144. nu. 6. & ſeq. Si quoq; inique ſe gereret in declarando, poſſet talis declaratio reduci ad arbitrium boni viri. l. 1. & ibi doc. de le. 2. & Afflic. deci. 371. nu. 9. & Mar. Ant. Nat. cõ. 115. in 2. du.
15 Sicut etiam defuncto non creditur † etiam iuramenti, niſi in preiudicium hæredis & non aliorum. l. rationes. & ibi auc. quod obtinet. C. de proba. hæredi etiam declaranti voluntatem teſtatoris non creditur in damnum aliorum, Iaſ. in dicta l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. in tertio not. de leg. 1. ſic intelligantur auctoritates cumulatæ per Andr. Tiraq. in d. ſi vnquam, in ver. reuertatur, ſub num. 302. de reuocand. don. &
16 præſumptio, † quæ eſt, quod moriens non præſumitur mendacium dicere, ne præiudicet tertio, latè probat Alciat. in tractat. de præſumpt. in reg. 3. præſumptio. 4. nu. 7. dicit not. Paul. de Caſt. in l. cum ſeruus. in fi. de condit. & demon. quando ageretur de præiudicio alterius, non præſumitur defunctum voluiſſe fieri per hæredem quod ipſe erat facturus, ita declarata & depoſita ab iſto deputat à teſtatore nõ nocent, neque præiudicant aliis non habentibus cõmodum, neque cauſam ab ipſo teſtatore mandante, arguendo à poteſtate teſtatoris, & facultate conceſſa, ar. l. ſi cum dies. §. ſed et ſi forte, et l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arb. quæ cenſetur diſponere de bonis propriis, et non poteſt de alienis, neque de iuribus tertij diſponere, glo. in l. conficiuntur. §. poſt inuerſi. teſtatur, in fi. de iur. condicil. Bal. in l. is cui, de leg. 2. et Pariſ. conſi. 7. nu. 9. li. 1. ſed valet ponere legem ſucceſſori defuncti, Bal. in l. 2. circa finem. C. de vſucap. pro empt. Bar. et alij in d. l. verba, C. de teſta. et bonis ſuis. l. milites etiam, ff. de mili. teſta.

Quamuis parùm dubia ſint hæc, tamen vſu condu-
17 cibile quandoque meminiſſe, quod † tertio nõ præiudicant hæc. Statutum dans priuilegia inſtrumento dotis, Alexan. conſ. 83. col. pen. ver. nec ob. etiam additio. et conſi. ſeq. nu. 6. lib. 2. Statutum dans executionem inſtrumento, et prohibens exceptionem doli ſimulationis et cætera. idem conſi. 86. in fi. li. 7. Motus proprius, Dec. conſi. 33. col. penul. merus illatus ab alio, Aym. conſi. 120. Actus prorogatus, Deci. con. 93. num. 3. Contumacia alterius, Mattheſ. in not. 26. præſumpt. profecto iudicis, Car. Ruin. conſi. 69. num. 7. lib. 1. executio ſententiæ commiſſa contra alium in bonis tertij ipſius non condemnati, Aym. conſi. 235. legitimatio aliis conceſſa, Alexand. conſi. 87. col. 1. li. 3. et Cur. ſen. conſi. 35. col. pen. factum alterius cuius facto prius ipſi tertio erat ius quęſitum, Alexand. conſi. 27. num. 1. et 2. lib. 3. et Socin. conſi. 137. circa fi. li. 1. et conſi. 91. num. 7. lib. 4. Iaſ. in l. ſi reus, ff. de pac. Dec. conſi. 58. ſub num. 3. ſcilicet non præiudicat intellige, vt per Bal. in l. cùm à ſocero, C. de iu. do. et Rip. in ca. ſicut Romana, num. 42. de reſcrip. princeps, nec in iure ad rem, Deci. conſi. 525. ſub num. 6. Verba improprijantur, Deci. conſi. 10. circa finem, et conſi. 544. nu. 34. et conſi. 580. nu. 3. 4. pactum nudum non veſtitur cohærentia contractus in præiudicium tertij, Crem. ſingul. 197. ſtatutum prohibens appellationem, Bal. in l. cum filiusfam. ff. de milit. teſta. clauſula appellatione remota, Corſet. in ſing. incip. vbi in aliqua, in litera C. reſcriptum, ſeu priuilegium, Bald. in d. l. cum filiusfam. priuilegiũ volẽs haberi pro infectis etc. aliud concedens Hebræis poſſe mutuare ſuper rebus

alienis,diſpenſatio conceſſa digno priuatione,reſtitu
tio bonorum cóceſſa bannito,remiſſio generalis pœ-
næ,generaliter conceſſiones principis quæ dicuntur
de præiudicio alterius, intelliguntur etiam de modi-
co,iſta cũ ſuis authoritatibus ponit Fel..in c.cauſam
col.10.ſub ver.interpretatio priuilegij,de reſcri.clauſ.
non obſtante.ibid.col.14.Veronen.in tract. de ſerui.
ruſti.præd.in titu.ſerui.aquæduct.cap.4.num. 23. A-
lexan.conſi.35.nu.6.li.4.& conſi. 3. num.6.& conſi.
23.num.6.lib.5.Aym.conſi.93.num.2. declaratio ani-
mi alicuius ex poſt facto,Rube.Alexandri.in l.nõ ſo-
lùm.§.morte,nu.230.de oper.no.nunciat.facit tex.in
l.ſi partem.§. fin.quemadmodũ ſer. amit. declaratio
etiam principis.Aym.con.282. col.6. paruæ impreſ.
diſpoſitio etiã concernens vtilitatem publicã , Aym.
conſi.276.ſub num.7.dictæ impreſſionis: ſeruitus nõ
poteſt imponi in præiudicium alterius,idem in con-
ſil.293.ſub nu.11.directæ impreſ. quis etiam iure ſuo
non poteſt vti in præiudicium alterius. idem Bartol.
in l.virilem.§.ſi adierit.de lega.pręſtan.nullitas actus
potius toleratur,quàm fiat præiudicium tertio, ſupe-
rior ita ſentire cenſetur. cum clauſula etiam ex certa
ſcientia,& de plenitudine poteſtatis:Aym.conſi.296.
col.4.& 5.& ſeq.dictæ paruę impreſ.fauor piæ cauſę.
Socinus conſi.116.colum.1.lib.1. item conceſſio ge-
neralis.Deci.conſi.468.num.19. & ſeq. & conſi. 498.
num.15.Populus,ſeu vniuerſitas non poteſt ſtatuere,
ſeu diſponere in præiudicium tertij.Rip.reſponſ. lib.
1.cap.9.& 11. prædicta ſummatim nominata , ſcilicet
non præiudicant tertio,vt ſi libuerit latius videri, po
terit in fonte librorũ alle.quę in habẽte poteſtatã prę
iudicandi limitari poſſunt,vbi aliud apparere põt ex
qualitate,& natura rei,&ex vniuerſalitate &prægnã-
tia verborum:vt per Dec.conſi.113.col. penult. intel-
lige tamen de modico pręiudicio:Andr. Gamar.in
tract. de extenſi. nu.162.& per glo.in ver.nõ lædat.
in l.reſcripta.C.de preci.Imper.offer.& glo. magis,in
fi.in l.fin.C.ſi contra ius,vel vti. publi.& Iaſ.in l.fin.
col.5.ff.de conſti.princi . & quomodo in declarante:
Deci.in l.in ambiguis orationibus.de reg. iur. Tiraq.
in leg.ſi vnquam.in verſic.Libertis.num.15.de reuo.
donat. Alia ſimilia omittuntur : ne nimia fieret di-
greſſio , fit demum ſtricta interpretatio , ne alteri fiat
præiudicium : Gemin.in l. quamuis.num.6.de præ-
ben.in 6.

Ad rem redeundo , de quibus credatur teſtatori,
vel ei,cui credendum teſtator mandauit , videndum
eſt,dum ab eis ambiguæ voluntatis interpretationẽ
18 habere volumus:† nam teſtatori obtemperandum,
& non credendum ,inquit Glo.in l.verba.C.de teſta-
men.Nempe circa ea,quæ teſtator non poteſt diſpo-
nere,& præiudicare ſuis hæredibus,& de quibus ſibi
ſoli non crederetur in iudicio,& quod tantũ habeat
in bonis,& quod tanti valeant bona ſua , neq; etiam
ad pręſumptionem transferendi in alium oneris pro
bandi contrarium,ei credi debet,vt plenè ſcribit Pau.
de Caſt.con.177. Viſo ſupraſcripto puncto.lib.1. per
tex.& ibi Doct.in l.cum pater.§. pater, qui filio. & in
l.fi.§. 1.de leg.2.& in l. quod de bonis.§.fi.ad l.Fal.&
in l.ſi fundum.§.adiectio autem.& ibi Bal.de le.1.ne-
que de debitis ei creditur, maximè ad; diminuendam
legitimam filiis:Alex.conſ.45. Habita ſuper his, circa
fi.lib.1. Vel ſe tantum expendiſſe in veſtimentis , vel
aliis r ebus ſibi etiam non credatur,Iaſ.con.23.Teſta-
19 tor,circa fi.li.1. Qu ia † propter affirmare, vel negare
alicuius,non mutatur veritas,ſecundũ Philoſophum,
& per l.aſſumptio.in pr.ff.ad munici.

Verum eſt,ei credi in hi s,in quibus poteſt hęredi-
bus pręiudicare,qui non poſſunt teſtatorem de men-
dacio redarguere,maximè circa parentelã antiquam:
vt per Soc.con.13.Circa medium.ſub ver.ad ſecundã.
20 lib.3.† Quando aliud nõ poteſt importare confeſſio
teſtatoris de aliquo debito,importat fideicom. ſeu le-
gatum:l.Lucius.§.quiſquis.el 2. & l. cum quis dece-
dens.§.codicillis.& ibi Bar.& Alb.de Roſ.in §. penu.
21 de le.3.&l.qui vxori.de aur.& argen.le.† Præiudicat
etiam ſingulari ſucceſſori:l.ſi ſuperatus.ff. de pignor.
Bal.con.389.li.4. Cuman.conſi.155.col.4. Alex.conſi.
134.col.1.li.1.Anchar.con.36.col.2.Soci.con. 87.col.
2.ver.2.concludo.li.3.Rui.con.50.nu.13.18.li.1.etiam
facta per verba enunciatiua.Aym.con.29.nu. 1.dum-
modo non ſit facta poſt ius ceſſum,& quæſitum:Alb.
de Roſ.in l.vbi.nu.20.C.de iu.do.& Cuman.con.30.
Statut.circa fin.& dummodo talis confeſſio teſtato-
ris non probetur errore facta:vt per Bart. in l.diuus,
de adimen. leg. & Cur.Iun.conſi 96.circa fi. & Soc.
22 Iun.conſi.112.num.1.& ſequen. † Error autem pro-
baretur per coniecturas:Bal.in l.cum proponebatur.
in pr.not.de leg.2.& per alia:vt per Bal. conſi.231.li.
2.Alex.conſi. 102. colum.fi.& con.113. col.2.lib.1. &
conſi.188.colum.penul.verſ.poſito:quod Philippus.
lib.2.& conſi.9.col.penul.li.5.& per ea probaretur.
quam prius fuerint tractata : Iaſ.in l. ſi quis in fundi
vocabulo.col.5.verſi.prima eſt.de le.1.clarius in ter-
minis Bart.in l.quotiens.§.tantundem.in fi.ff. de hę-
red.inſtit.
23 Quicquid enim † dictum declaratúmve fuerit ab
huiuſmodi deputato à teſtatore, vti factum,& decla-
ratum habetur,atque ſi ab ipſoe tſtatore ex ſuo teſta-
mento haberetur,& conſequeretur: l. vnum ex fami-
lia.§.1.&ibi Bar.de le.2.&c.nouit,de appel.Dec.con.
492.nu.2.3.Corſ.in ſing.ver.Commiſſarius.incip.Il-
lud. Aym.con.122.nu.3.& cõ.223.co.fi.&alibi.cuius
quidem arbitratoris,ſeu declaratoris à teſtatore de-
putati auctoritatem & poteſtatem per annum durare
ſcire oportet:l.fi.§.ſed & ſi.com.de legat.Alexan.con.
175.num. 9.lib.6.Tho. Grammat. conſi. Ciui.29. &
plus fidei non mereri , quam ipſe teſtator mereretur,
vt ante dictum eſt.

Dictum eſt etiam meliorem nõ inueniri interpre
tationem , quam ea,quæ fit à teſtatore, ſed operępre-
cium eſt,cognoſcere,quomodo, & qualiter poſt mor
tem teſtatoris,per quam teſtamentum redditur vali-
dum & confirmatum:Paulus ad Hebr.c.9. & tũc cõ-
tingit de eo dubitari , & amplius teſtator , nec velle,
nec loqui poteſt:l.1.de ſac.ſan. eccleſ.& quibus ſignis
tunc ab eo interpretatio haberi poſſit.

Id autem demonſtratur,duobus modis poſſe eue-
nire.Vno ex his,quæ teſtator dixit,vel fecit,vel omi-
ſit,vel quæ ſibi contigerunt extra teſtamentum. Al-
tero vero modo, ex his,quæ intrinſecè,& in teſtamen
to ipſo dixit,vel fecit,vel quæ in eo,& ex eo compre-
hendi,& colligi poſſunt:facit Tex.in l. in his quæ. de
condit.&demonſt.in his enim duobus modis hoc de
vniuerſo præſenti noſtro tractatu meritò illud dici
poteſt,quod in ſacrorum & diuinorum tractatu di-
citur:In his duobus mandatis vniuerſa Lex pendet&
Prophetæ,Matth.c.22.ſcilicet primò diligendo Deũ,
ſecũdo proximum,licet Bald.in l.penul.colũ.penul.
verſic.ſed quomodo. C. de impub. dicens, quomodo
poſſumus eſſe certi de mente teſtatoris : Reſpondet
per ipſius declarationem,per iuris interpretationem,
per vrgentem diſputationem,& ſic tribus modis: ta-
men reducuntur ad præmiſſos duos modos,iuris in-
terpretationis, modo inter vtroſque pariter vigente
& operante.



De hoc vltimo modo dicetur infra lib.2.& aliis ſe
quent.lib. Nunc de illo primo perſcrutandum eſt.
De eo enim omne, quod dicitur, totum facit genus
probandi.Vulgo quidem ſcitur , & notum eſt in iure
24 noſtro,† Nihil vel parum eſſe aliquid dicere,& non
probare:l.ſi prius.ff.de no.op.nunci.c. cum ſuper. de
conceſ.præben. c. cum veniſſent.de fid. inſtr. cum ſi-
mi.& paria eſſe,Aliquid non eſſe,& eſſe,ſed non pro-
bari,& non apparere : l.in lege.ff.de contrah.emp.c.
ſolemnitates.de conſen.diſt. 1. l.duo ſunt Titij.& ibi
Bar.de teſt.tut.qui non probat quod allegat vel addu
cit,dicitur carere iure:Bal.con.67.col.3.lib.3.Aym.in
tract.de Antiq.tem.in 2.par.num.32.& con.48.nu.4.
& debet apparere per probationes vel præſumptio-
nem legalem:Bal.in l.cum quidam.§.ſuum.ff.de acq.
hæred.conſtando vel dictis teſtium , vel confeſſione
partis , vel inſtrumentis , vel euidentia facti,vel præ-
ſumptione violenta : c.cum ad ſedem.de reſti.ſpol.&
glo.in ver.fundauerit.in c.finem.de do.&contum.per
Doc.in rub.de proba.

Itaq; firmiter tenendo alicuius ambiguæ teſtamẽ-
25 tarię diſpoſitionis† interpretationem,ſed declaratio
nem poſſe fieri ex his,quæ teſtator dixit extra teſta-
mentum.glo.in l.cum proponebatur.quæ eſt gl. fi.in
fi.de lega.2.& Barto.in l.ſi quis in fundi vocabulo.in
prin.ver.2.quæro.de leg.1.Ang.in l. in fideicommiſſi.
§ pen.circa fi ff.de vſu.& Affli.in dec.44.nu.28.& 29.
& de his aliqua per Gual.de arte teſtan. tit.9.cau.66.
26 nu.3.& Cephal.con.144. nu.29.† Teſtatoris volun-
tas coniecturatur per teſtes, ex dictis per teſtatorem,
licet nõ in forma teſtandi, dicit Ang. in l. hoc iure.in
pr.in 2.not. ff. de euict. & tex. iuncta gl.ibi, in ver.Si
extrinſecus.in l.1.in pri.de his,quæ in teſt.delen.& ſo
lum perſiſtendo in his dictis extra teſtamentum, præ
ſuppoſito ineſſe ipſo teſtamento inualido, vel valido,
de quo infra 2.lib.tractabitur. Difficultas maior vide
tur conſiſtere in numero teſtium, qui hæc dicta pro-
bare legitimè debeant:pro cuius reſolutione plures
caſus ſunt conſiderandi.
27 Primus,quando hæc dicta tendunt ad probatio-
nem confirmationis teſtamenti à principio validi, &
poſtea aliquo euentu effecti inualidi probari debent
per quinque teſtes:l.1.& ibi gloſ.& Bar.C.de codicil.
& l.qui ex liberis.§.teſtamento facto.ff.de bon.poſ.ſe
cundũ tab.ſi verò à principio teſtamentum erat inua-
lidũ,verba teſtatoris confirmatoria debẽt probari per
teſtes,requiſitos à principio ad probationẽ teſtamẽti,
Pau de Ca.in l.hæredes palã.§.ſi quid poſt.col.fi.ver.
interdum inſtitutio.& ibi Imo.circa fi.ff. de teſta. per
tex.in l.1.§.1.de leg.3.& Bal.in l.conficiũtur.§.ſi poſt.
in fi.de iure codicil.
28 Secundus caſus,quando dicta per teſtatorem†am-
pliant diſpoſitionem,non ſcriptam in teſtamento, &
ſic errore omiſſam,tot teſtes requiruntur ad eam pro
bandam,quot erant neceſſarij ad principalem ipſam
diſpoſitionem probandam, Glo. Bar.Bal. Alber.Roſ.
Pau.de Caſt.& Imo.in d.l.cum proponebatur.de leg.
2.Bal.& poſt alios dicens,ita eſſe Com.Opin.Iaſ.in l.
errore.col.fi.C.de teſta.& in ſubſtitutione omiſſa ſcri
bi per notarium , ita firmat Pau.de Caſt.in conſ.304.
Super primo.in fi. & conſi.353. Ad primum. lib.2.&
Dec.conſi.105.col.3.Soci.conſi.51. in fi.lib.3. & Ant.
Gomeſ.ſuo commen.iur.volum.1.c.5.de ſubſti. fidei-
com.ſub num. 24.ver.etenim in cauſa , quicquid di-
cat more ſuo nimis glorioſè,& audacter Barb.conſi.
29.col.4.& ſeq.lib.1.male loquens contra gloſ. com-
muniter approbatam,quod inter liberos probãt duo
teſtes:Guid.Pap.in q.504.quem etiam vide in q.528.
& Soci.in conſi.51.in fi.in 3.
29 Tertius caſus eſt,vbi,quæ † dixit teſtator,ſunt pro
declaratione voluntatis ita obſcuræ,quod nulla eſt,&
inutilis , quando fuit erratum in corpore,per not.l.
quotiens.ff.de hæred.inſtit. & in l.ſi quis in fundi vo-
cabulo.de leg.1.tunc ſeptem,vel quinque teſtes requi
runtur ad hoc probandum, quemadmodum require-
rentur,ſi actus de nouo perficeretur:Barto. in d. §.ſi
quid poſt.col.fin.ver. venio ad ſe. Gloſ. & ibi Pau.de
Caſt.circa fin.Bald.in l.conficiuntur.§. ſi poſt.in fi.de
iure codicil.

Quartus caſus eſt, ſi quæ dixerit,quæ ſint ad decla
rationem ſubſtantialis actus in dando , limitãdo,ex-
preſſe adimendo , vel mutando vltra teſtamentum iã
factum,idem numerus teſtium requiritur, vt in teſtã-
mento ipſo,vel codicillo:Tex.Gloſ. & Doct.in d.§.ſi
quid poſt.& in c.nouit.de appel. Io.de Ana.in conſi.
84.Videndum.col.2.ver.præterea.Bellamer. in deciſ.
30 746.incip.Licet obſeruet.vbi latè:pro † ademptione
legati duos teſtes valde idoneos ſaltem de Iure Cano-
nico ſufficere,tenet Bal.conſi.28.Super eo.lib.3. aliàs
non:vt idem conſ.15.Caſus talis.eo.lib.vbi magiſtra-
liter tractat.
31 Quintus caſus.Si quid † egit teſtator,tendens ad
tacitam ademptionem legatorum ope exceptionis,
quod ſapiat actus inter viuos: vt de inimicitia,vel de
alienatione rei legatæ,vel alios actus extraneos,idem
poteſt probari per duos teſtes:Barto.Ang.& Salyc. in
l.fideicommiſſum.C.de fideicom.Pau. de Caſtr.in d.
§.ſi quid poſt.col.penul.ſub ver.Nec obſtat.& Pet.de
Ancha.in con.337.De efficacia.col.penul.ver.ad hoc
reſpondeo.
32 Sextus caſus.Quando ea, quæ † dicit teſtator ante
vel poſt teſtamentum,faciunt ad interpretationem,
ſeu declarationem ſuæ voluntatis, aut ad tollendam
tacitam volũtatem,vt quod vulgaris ſubſtitutio non
contineat tacitam pupillarem , aut ad augmentum
voluntatis tacitæ , vt quod tacita pupillaris excludat
matrem,ad eorum probationem duo teſtes ſufficiũt.
Primùm tenent Bald.Salyc.Alex.& Iaſ.in l.quamuis.
C.de impub. & al. ſubſti. Secundum firmant Bald.
Ang.Saly.in l.precibus.C.eo.& Barto.in l.2.in princ.
col.pen.ver.quæro & reuoco in dubium. de vulg. &
pupil.& Alex.& Iaſ.in col.16.plures cõcordantes ad-
ducunt. ſi enim quid per teſtatorem fuerit ſenſum,
ex diſpoſitione duorum teſtium de prælocutionibus
& ſimilibus probatur , vt magiſtraliter per Oldrad.
conſ.297.Domina Stella.col.fin.vbi dicit, Teſtamen.
tum eſſe factum,probari per duos teſtes,& ſic factum
per ſeptem,& ſic ſenſum per duos:ex quibus genera-
33 lis doctrina poteſt haberi,quod† quotieſcunque à Le
ge,vel à Doctoribus in aliquo articulo vltimarum vo
luntatum inducitur,vel eiicitur , ſic eſſe coniecturam
voluntatis teſtatoris,vel dicitur, vt ſæpius in legibus
ipſis exprimitur,niſi contrarium conſtet, vel probe-
tur de voluntate teſtatoris, dummodo non vergat in
nouam diſpoſitionem expreſſè dando,limitando,vel
adimendo,poteſt de contraria voluntate, vel alia de-
claratoria,probari per duos teſtes,d.§.ſi quid poſt.&
ibi Gloſſ.& Doct. Bal.& Salyc.in d.l quamuis. facit
doct.Bal.in l.1.in fi.de liber.præte. & alibi per Doct.
maximè per Corn.in conſi.239. Videtur prima facie.
col.pen.li.2.& Pariſ.con.3.nu.35.lib.3.& con.13.nu.
14.eo.Bero.conſ.127.num.1.lib.2.
34 Septimus caſus eſt.Si hæc† dicta teſtatoris ſint cir
ca aliquas circunſtantias diſpoſitorum in teſtamen-
to ad demonſtrandum aliquam quantitatẽ, vel quà-
litatem,extra principalem diſpoſitionem præſuppo-

ſitam pro valida, quemadmodum ipſe teſtator eas
intellexerit, poſſunt quidem iſta ſimilia probari per
duos teſtes: per glo. ſæpe allegatam, & ibi Doct. in d. §.
ſi quid poſt. & in aliis locis ſupra allegatis, ita per iſta
ex verbis prolatis à teſtatore vel poſt teſtamentum, di
cente coquinam velle venire ſub legato domus no-
uæ, in caſu ſuo: firmat Alex. in conſi. 53. Ponderatis.
circa fin. lib. 3. Idem in alio caſu de qualitate expreſſa,
ſi talis deceſſerit ſine filiis, ſic declarata Alex. tenet in
conſi. 100. Viſa parte. col. 2. ver. ſecundò probatur. &
ſequen. lib. 4. idem in alio caſu in qualitate de maſcu-
lis probata per duos teſtes, probat Calca. in conſ. 47.
Viſo dicto caſu. col. 2. ſub ver. & quòd iſta. num. 6. In
vxore habente integrum vſumfructũ ex verbis extra
teſtamentum prolatis alios concordantes allegan-
do tradit Pariſ. in conſi. 94. Circa primum. ſub num.
45. 46. lib. 2. qui etiam ibi dicit, hæc ſimilia probari
per teſtem ſingularem, idem dicit Aym. conſi. 73. Di-
cẽdum videtur num. 33. valere teſtimonium teſtium
ſingularium, dicentium ſe ita audiuiſſe dici à teſta-
tore, vel ab hærede, allegando Paul. de Caſtr. in conſ.
395. In cauſa, quæ vertitur. col. 3. lib. 2. Addo Alexan.
in conſi. 75. Videtur. col. penult. ver. & quod iſta fue-
35 rit mens. lib. 5. adducente, † ſufficere pro declaratio-
ne voluntatis, & mentis diſponentis apparere per in-
dicia, & coniecturam, probata per vnum teſtẽ, in indi
uiduo, & directe diſponentem, & Corn. conſi. 56. Li-
cet in hac col. 3. ver. arg. eius, quod dicitur lib. 2. dicen
tem, teſtes ſingulares probare voluntatem alicuius,
Soc. conſi. 37. col. 3. ver. & pro certo. lib. 3. dicentẽ, pro
certo vnumteſtem, fide dignum facere magnam præ-
ſumptionem voluntaris teſtatoris, & per vnum de te
ſtamentariis, dicit Calca. d. conſi. 84. d. nu. 6. & Philip.
Peruſ. in c. ſi quidem. §. ſecus. in 3. not. de procu. lib. 6.
dicentem, per coniecturas probari ea, quæ conſiſtunt
in animo alicuius, & ſic non eſſe neceſſariam plenam
probationem, quę terminis noſtris magis iũcta cum
aliis admitterem ſequendo Alexan. in con. 4. Attentis
narratis. col. 3. ver. Concurrunt etiam lib. 7. Soci. con.
130. Viſa contingentia. col. penult. ſub ver. nec ſecun-
do loco. lib. 1.

Octauus eſt caſus. Et ſi nota teſtamenti validitas,
& omne eius momentum dependeret, & demonſtra-
retur ex his, quæ teſtator ante & poſt factum teſtamẽ
tum dixerit, tamen ea ſufficere. & ab extra poſſe pro-
bari etiam per duos teſtes, oſtenditur ex his, quę aliàs
adduxi in facto, & mihi non euenit, quod Paulus Iu-
riſcon. ſibi eueniſſe narrat, quod alias coram prætore
petens, vt aduocatus non potuit obtinere, vt l. quæſi
tum. §. cum vir. de leg. 3. & idem eueniſſe Alber. de
Roſ. vt ipſe dicit in l. cum ſeruus circa fi. de cond. &
demonſt. quia obtinui in ſpecie huiuſmodi. cum
quidam infirmitate valde grauatus, bene tamen in-
telligens, volens facere teſtamentum, accerſitis No-
tario & teſtib. hora tarda diei, illud ſatis nuncupauit
ore proprio, & Notarius ſummatim ſcripſit in quadã
chartula, legatum dotis ſororis nubendæ, inſtitutio-
nem filiorum nominatorum rectè hæredum, & da-
tionem tutelæ: quod vxor cum audiret ſe in teſtamẽ
to non nominari, cœpit ita alta voce exclamare, & vo
ciferare, quod fecit teſtatorem totum fremere ſpiri-
tu, quaſi extra mentem exire, adeo quod teſtamento
nõ aliter lecto, nec publicato coram teſtibus, aliquã-
tulum ſedato ex clamore vxoris, Notarius cœpit inter
rogare teſtatorem, qui aliter non reſpondebat: iterũ
Notarius dixit ei, Quem vis facere hæredem, ipſe hac
voce reſpondit, Meos filios. Notarius dixit, Quo no-
mine appellantur tui filij, reſpondendo diuerſa, &
alia nomina, quam filiorum expreſſit. quo intellecto
Notarius dixit, Iſte vacillat, & modò non eſt in recto
intellectu, & ſic re aliter infecta ipſe & teſtes receſſe-
runt: in nocte ſequenti reſpirans, & ad vltima mortis
dilucida interualla aliquantulum rediens, ægrotus
luminibus accenſis ibi pluribus perſonis aſtantibus,
voce intelligibili, & mente ſana pluries dixit, replica
uit, ſe lætum eſſe, & mori libenter, quia teſtamentum
fecerit, & facta ſua bene compoſuerit. ſic pluries vo-
ce ſua manifeſtauit, ſuum teſtamentum habuiſſe pro
perfecto, & completo, & ſequenti mane ſpiritum
emiſit.

Qua quidem totius facti ſerie legitimè probata de
fendendo dictum teſtamentum vltra alia fundamen
ta, pro oſtenſione perfectionis, & complementi ipſius
teſtamenti, de quibus alibi erit tractandum, ita in al-
36 legationibus corã iudice adduxi. †. Profecto nos cer-
tos facere teſtatorem, habuiſſe ſuum teſtamentum
pro perfecto, & completo nullus magis poteſt, quam
ipſe teſtator, à quo teſtamentum vti Lex dependet.
§. diſponat. in auth. de nup. facit l. leges ſacratiſſimæ.
§. 1. C. de legi. & l. ex facto. in prin. de vulg. & pupil. &
ibi Bal. not. quòd ille, qui facit, interpretatur l. omni
nouatione. & ibi Doct. de ſacroſan. eccle. in terminis
tradit Alex. in conſi. 52. Circa hanc dubitationem.
num. 24. lib. 4. Quod Barbatio aſcribitur. Verum ipſe
teſtator, vt plures teſtes deponunt, poſt illud teſta-
mentum ſic factum in nocte ſequenti pluries palàm
faſſus eſt, ſe feciſſe teſtamentum, hæc ſimilia profe-
rendo: Hoc facto teſtamento, &c. ita teſtamentum
habuit teſtator pro perfecto, quia ſic dicens, vſus eſt
37 verbo præteriti temporis. ſ. hoc facto † quod rem per-
fectam ſignificat, l. 1. §. hæc verba. quod quiſque iu.
Bar. in l. ſi. cui. in prin. de leg. 1. & in l. tutor, qui reper
torium. in prin. col. pen. ver. venio. ad quartam. ff. de
admin. tutor. & Alex. cõſi. 28. ſub num. 7. lib. 1. & men-
tem proferentis demonſtrat. l. Labeo. §. idem Tube-
ro. de ſuppell. leg. ac ad proximè præcedens teſtamẽ
tum refertur, l. ſi ſeruus plurium. in fin. de leg. 1. cum
nullum aliud appareat conditum per ipſum ſic fatẽ-
38 tem, & † teſtamentum vnum præſumatur, & non plu
ra, per glo. in ver. Comprobatur. in l. omnium C. de
teſtam. & Dec. in l. hac conſultiſſima. num. 18. qui te-
ſta. fac. poſ. & in caſu ſimili dicit Alex. in con. 4. num.
12. lib. 7. Nam teſtamentum dependet à voluntate
ſolius teſtantis, l. 1. ff. de teſtamen. & l. illa inſtitutio.
39 de hæred. inſti. † Vnde confeſſio ipſius vlla parte prę
ſente valet, Bar. in l. certum. § . ſi quis abſente de con-
feſ. tex. videtur de hoc in c. fin. & ibi glo. in ver. con-
fitentem. de ſucceſſi. ab inteſta. & clarior text. in l.
Titius. in fin. de mil. teſta. in hæc verba, Sed planè fe-
ciſſe teſtamentum eum interpretandum eſt, qui ſe
velle teſtamentum, quod ante fecerat, valere, aliquo
modo declarauit, ita à priori, quod eſt, teſtatorem
propoſuiſſe, ſe facere teſtamentum, & feciſſe, & à po-
ſteriori, quod eſt ipſum, teſtatorem dixiſſe, & faſſum
eſſe, ſe feciſſe teſtamentum, arguendo, vt valide ar-
gui poteſt, Bald. & Saly. in l. multum. col. 1. C. ſi quis
al. vel ſi. & Soci. conſi. 92. nu. 28. lib. 3. cõcluditur, fuiſ-
ſe factum teſtamentum, & à teſtatore habitum pro
perfecto, & completo. ita confeſſionem teſtatoris fa-
cere tradit Bal. in conſi. 179. Quando ſapiens. verſi.
Præterea eſto. lib. 4. idem in ſimili firmat Alex. conſi.
4. 11. lib. 7. & clarius in terminis loquitur ſuper ex-
amine trium teſtium, deponentium aliquẽ declaraſ-
ſe, & habuiſſe ſuam vltimã voluntatem pro perfecta.
& tradit Corn. in conſi. 307. Videtur prima facie, col.
4. in prin. lib. 3. & pariſ. conſ. 33. nu. 42. lib. 2. & facit,
quod



quod ſcribit Ang. in conſi. 108. Iſta quæſtio. col. fi. iſta
confeſſio teſtatoris de perfectione teſtamenti, etiam ſi
manifeſtet totã eſſentiã teſtamenti, poteſt probari per
duos teſtes, vt probari poſſe, teſtamentum eſſe factũ:
tenet gl. in l. 2. C. de bon. poſ. ſecund. tab. & Oldrad. d.
conſi. 297. col. fi. vt rogitus teſtium requiſitus pro va-
liditate totius teſtamenti, poteſt probari per duos te-
ſtes: Alex. conſi. 7. col. 1. & ſeq. lib. 2. & Iaſ. in l. hac cõ-
ſultiſſima. col. 2. C. de teſta. eſt. n. actus extraneus ab a-
ctu: conficiente ſubſtantiam teſtamenti, tendens ad
declarationem ipſius ſubſtantialis teſtamenti actus:
ideo poteſt per duos teſtes probari, per gl. in d. §. ſi qd
poſt. cum aliis ſupra alleg.

Notandum eſt, quod in his omnib. caſibus, in qui-
40 bus † probatio fit ad declarationẽ, & nõ ad principa-
lem diſpoſitionẽ teſtamẽtariã, mulieres admittuntur
ad ferẽdũ teſtimoniũ, vt firmat Oldrad. in d. cõſ. 297.
circa fi. ſentit Bal. cõſ. 39. factũ. ſuper quod ad fi. lib. 1.

Hæc autem dicta proximè locũ habent in caſu, quo
eſſet dubium de complemento, & perfectione teſta-
menti, ob aliquod accidẽs, ſeu impedimentũ: quia tũc
opus eſt interpretatione, ſeu declaratione: Bal. in l. vo-
luntatis. in prin. de fideicom: ſecùs eſſet, ſi liquidò, &
clarè appareret, teſtatorẽ habuiſſe teſtamentũ pro nõ
completo, & imperfecto, ꝙ tunc, & incontinenti pœ-
nituiſſet teſtari, vel dixiſſet, velle alio modo teſtari, vel
multa addere, vel mutare: vt per Iaſ. conſi. 196. lib. 2.
Pau. de Caſt conſ. 450. Viſa dicta facti narratione. col.
2. li. 2. & per Doct. in l. ſi is qui. ff. de teſt. maximè ſi im-
perfectum ſit ratione voluntatis: quia tũc, vt teſtamẽ-
tum dicatur validè factum, & probatum, neceſſaria
eſſent omnia ſolemnia: d. §. ſi quid poſt. & per alleg.
ſuprà in primo caſu.

Et ſi quis diceret, Omnes prædictos caſus poſſe re-
duci ad bimembrem diſtinctionem, & per eam decla-
rari, quæ eſt, Quòd aut quæritur probari ipſa diſpoſi-
tio de nouo, vel addendo, vel minuendo, & adimendo,
tunc probanda eſt per ſolennem numerum teſtiũ: Aut
probari quæritur aliqua quantitas, qualitas, vel circũ-
ſtantia declaratoria ipſius diſpoſitionis, tunc ſufficit
probatio per duos teſtes, vt habetur in locis ſuprà al-
leg. tamen inficiari nõ poteſt & per ſupradictos caſus
ampliori numero diſtinctos ſcientiam circa præmiſ-
ſa, & doctrinam reddi clariorem, & magis intelligibi-
lem: l. 1. & ibi glo. in prin. ff. de excep. doli. & in §. ſed
non vſque. Inſt. de leg. & in c. inter alia. de immun. ec-
cleſ. & §. ſed quia ſanè. Inſtit. quib. mod. teſta. infir. &
gl. in verſ. aut indebitum. in l. in ſumma. in prin. ff. de
condi. indeb.

41 Præterea, quemadmodum † teſtator contenta in
teſtamento interpretari, & intelligere voluerit, quan-
doque ex ſuis libris, & aliis ſcripturis extra teſtamen-
tum liquere poteſt: vt per textum in l. Lucius. in prin.
de lega. 2. & in l. prædiis. §. Titio. & in l. ſeruis vrbanis.
in pr. & in l. qui concubinam. §. cum ita legatum. de
leg. 3. & in l. prædia. in pr. & ibi glo. de fund. inſtru. &
in l. fi. de pecu. leg. Bart. in l. alimenta. in pr. de ali. leg.
notat, quando dubitatur de voluntate defuncti, ex ſua
ſcriptura probari poteſt, ad idem tex. in l. 1. & ibi Soc.
nu. 7. de reb. dub. ad demonſtrandum ex rationibus,
partem nemoris venire cum quadam poſſeſſione ven-
dita, per tex. & gloſſ. in l. qui concubinam. §. cum ita
legatum eſſet, quanta. de leg. 3.

Ad idem in prædio legato qualiter teſtator intelle-
xerit tam reſpectu loci, quàm rei, declaratur ex inſtru-
mento locationis prius factæ per teſtatorem, vt dedu-
cit Pau. de Caſt. in conſi. 117. Videtur dicendum. lib. 2.
Ad idem ex memoriali teſtatoris, dummodo recogno
ſcatur ex comparatione literarum, vel aliis coniectu-
42 ris, quòd ſi manu teſtatoris, ad † quod etiam teſta-
tor ſe refert in ſuo teſtamento mandando ei creden-
dũ eſſe probari legata, tradit Abb. in conſi. 4. in quæ-
ſtione. lib. 2. & Alex. in conſ. 239. Ponderatis. col. 2. lib.
6. & de recognitione literæ. Bald. in l. fi. in pr. de leg. 2.
43 per tex. ibi. Ita quòd † hæres non poteſt venire cõtra
confeſſionem: à teſtatore factam in partitis ſui libri,
nec eum redarguere de mẽdacio: vt latè probat Aym.
in conſi. 125. nu. 2. 3. & 6. Illud enim certum eſt, quòd
44 † vna ſcriptura interpretatur aliam, dicit Bal. in tit. de
pa. conſtan. ver. pen. in fi. etiam verba contractus de-
clarantur ex verbis prolatis in teſtamento, per l. vxo-
ri. §. fi. de leg. 3. probat Pau. de Caſt. in conſ. 343. Quia
ex allegationibus. circa fi. lib. 1. & alia in terminis no-
ſtris, voluntatem dubiam teſtatoris poſſe probari, &
declarari per aliam ſuam ſcripturam priuatam, cumu-
lat idem firmans Iaſ. in l. qui filiabus. in pr. col. 1. ver.
ſextò adde. de leg. 1. poſt Aret. ibi, & Aym. in conſ. 231.
nu. 12. & conſ. 234. num. 4. paruæ impreſſio. & in conſ.
45 267. ſub nu. 2. Nam † voluntas ſcribentis præſumitur
ex eo, quod inuenitur ſcriptum, not. glo. in fi. in l. ſciẽ-
dum. de ver. oblig. & per l. Neſennius. circa fi. ibi: ma-
ximè, ſi etiam in rationes. & ibi Bar. ff. de nego. geſt. &
in l. nuda. col. 1. num. 1. ff. de donat. Aret. conſ. 5. in pr.
& Dec. conſi. 21. ſub nu. 7. Quando etiam aliquid re-
digitur in ſcriptura faciliùs deliberatè factum præ-
ſumitur, quàm quod ſimpliciter profertur, per l. 2. C.
de ſenten. ex breu. reci. tradit Bart. in l. gerit col. 4. ſub
ver. circa ſecundum ſpeciale. de acquir. hær. & Luc. de
Pen. in l. quicunque. col. 5. ver. 49. præſumitur. C. de
46 Apoc. publ. lib. 10. † Scriptura enim defuncti, dicitur
in ſe continere iuramentum, vel eius vigorem, Alcia.
in tract. de præſumpt. in reg. 3. in præſump. 4. num. 5.
Aym. conſi. 274. col. 1. ſub ver. circa ſecũdum. & conſil.
ſeq. col. 3. ſub ver. 6. fortiter. & in conſil. 287. col. 8. ver.
tertiò reſpondeo. Seb. Med. tract. mors om. ſol. part. 1.
nu. 168. 169. & præſumitur vera, vt in his locis, & per
Alex. conſ. 59. nu. 7. lib. 2. Pariſ. conſ. 104. nu. 76. 77. lib.
1. & alibi per Doct.

Voluntatis interpretatio ſeu declaratio quandoq;
47 ab ipſo teſtatore habetur ex eo, quod ipſe fecit. † quo-
niam facto etiam voluntas declaratur: l. Paulus. ff. rem
rat. hab. & l. de quibus. de legi. cum concord. alleg. à
Iaſ. in l. reprehendẽda. ver. quartò habes. C. de inſt. &
ſubſtitut. & in d. l. de quibus. colu. 9. & Pariſ. in conſi.
34. col. pen. nu. 54. li. 2. non ſolùm ex facto teſtatoris,
ſed etiam ex eo, quod facere propoſuit, eius voluntas
declaratur, & interpretatur, tradit Fulgo. in l. 1. C. de
48 verb. ſigni. Quinimò † efficacior fit declaratio facto,
quàm verbo: l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edict. & ibi
Bar. Cepol. & c. dilecti. & ibi pleniſſimè glo. de appel.
& Bal. in conſ. 8. in fin. lib. 1. & in l. non ignorat. col. 1.
ver. ſimiliter. C. qui accu. dicit, facta eſſe vero proxi-
miora, quàm nuda vocabula: & in l. libertæ tuæ. C. de
oper. lib. in fin. dicit, quòd qualitas factorum, deſcri-
bit qualitatem intellectus. De huiuſmodi maiori ef-
ficacia probatur per text. in l. ſi quis vinum. §. ſi acetũ.
de vi. tri. & ol. leg. vbi ſub aceti legato non venit ace-
tum, quo teſtator vtebatur pro vino, ſic factum teſta-
toris efficacius eſt, & præualet verbo & vocabulo le-
ganti, & facit tex. in l. pen. de vſufruct. leg. vbi homi-
nis vſus. & quod ſibi expedit, præualet naturalitati, &
tex. in l. cum delanionis. §. aſinã, ibi optimũ ergo. &c.
de fun. inſtruct. & in l. inter veſtem. & in l. ſi quando
de au. & arg. leg. & in l. 1. de vin. tri. & oleo leg. & in l.
Labeo. de ſupel. leg. & ibi magiſtralis glo. exinde pro-
49 uenit, quod dicitur † voluntatem teſtatoris defuncti

dubiam declarari ex vſu ipſius viuentis,text. & glo.in
l.ſi cui.de an.leg.& in d.l.1.& in d.§.ſi acetum. de vi.
tri.& ol.leg. & in l.ſi cui.de leg.3. & in l.hæredes pa-
làm.§.ſed & ſi.de hæred.in l.legata.in fi. de ſupel. leg.
& in l.nomen.§.1.de leg.3.& ibi Bart.dicit:Si facit ſe-
cundum conſuetudinem teſtatoris, videtur facere ſe-
cundum eius voluntatem , & è conuerſo:Sign.conſi.
175.nu.6.cum aliis ſim.ſi autem dubia eſt,circa quid,
& quantum,aut quale,aut circa ſubſtantiam,vel qua-
litatem, reſpectu declarationis habendæ ex vſu teſta-
toris,vel vtendi,vel loquendi,vide Bar.Alber.de Roſ.
& alios in l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de leg.1.& Bart.in l.
cum certum.de vi.trit.& ol.leg.& gloſſ.in d.l. Labeo.
50 Non ſolùm ex eo † quod fecit teſtator,ſed ex eo,quod
viuus facturus eſſet, intelligentia ſuæ voluntatis pa-
làm fit:l.item legato.§.j.in fi.de leg.3.ibi : adſignatu-
rus,ſi vixiſſet.& l.cùm ſeruus.vltra medium, ibi: nam
quod ipſe viuus facturus erat,id ab hæredibus ſuis fie
ri iuſſiſſe intelligitur : de cond.& demon. præceden-
tibus tamen factis:quæ ſic teſtatoris conſuetudinem
51 oſtendant,vt ibi Pau.da Caſt.in fi.notat,† verba teſta-
toris debere intelligi,ſecundum morem & conſuetu-
dinem teſtatoris: idem per eandem l. cùm ſeruus. fir-
mat in conſil.437.Super dictis quæſitis.in pr.li.2.ver-
ba hæc,hæredes poſſint ad bona hoſpitali legata acce
dere pro recreatione eorum & amicorum quando-
cunque,quotieſcunque ſibi videbitur,& placebit,de-
bere intelligi eo modo, quo ipſe teſtator conſueuerat
accedere cauſa ſuæ recreationis,ſi hoc non apparet de
bere eligi arbitros,qui declarent viſis videndis, vt ibi
per eum,& per eandem l. cùm ſeruus, filium grauatũ
fideicommiſſo poſſe pro reſtitutione dotis ſuæ vxoris
obligare bona fideicommiſſo ſubiecta , ſicut pater te-
ſtator tenebatur obligare,vel obligaturus eſſet:addu-
cit Deci.in conſil.376.col.2.Sed hæc intelligẽda ſunt
de conſuetudine teſtatoris ordinaria, & non extraor-
dinaria,vel alia,per l.Seio.§.medico.de an.legat.Bald.
in l.j.ad fin.de ſtat.hom.refert Felyn.in cap.ſedes,col.
3.ver. dicit Maria.de Senis,de reſcriptis , & quælibet
diſpoſitio interpretationem recipit ab eo, quod con-
ſuetum eſt,abſque eo, quòd tale conſuetum interpre-
tatiuum ſit præſcriptum:Deci.conſil.441.col.penult.
num.13.Alexand.conſi.107.col.fi. ver. nec requiritur,
lib.2.Aym.conſi.101.in fin.& conſi.201.col.5. Gram-
mat.deciſ.64.num.37.38.ex vſu teſtatoris fit declara-
tio huiuſmodi legati facti ab habente plures equos,
& dicente,Lego equum meum, quod intelligatur de
eo ,qui in vſu teſtatoris eſſe ſolebat , vt pleno modo
intelligatur meum, ſcilicet,quo ad proprietatem , &
vſum,ſecundum Bal.in l.j.ver.ſed pone.C.de verb.ſi-
gnific.etiam eadem iura in caſu legati mobilium exi-
ſtentium Niciæ venire mobilia ibi aſportata in domo
legatarij facto teſtatoris ſic declarãtis inter alia addu-
cit Socin.Iun.conſ.98.Dubia profectò.num.13.& ſeq.
lib.1.ex iiſdem iuribus , teſtatore coram ſeptem teſti-
bus ſimpliciter mandante per Notarium teſtamentũ
cancellari, facto teſtatoris illud declarari reuocatum
ſaltem ope exceptionis,reſpondet Aym. conſi.228.In
propoſito caſu.idem in conſil.259.Verba Franchiſię.
in fi.tradit,principem interpretari,& declarare Fran-
chiſiam facto ipſo ſequente,ex facto præambulo pręce-
dente dubij contractus recipi declarationem , au-
ctor.& iura allegat Barba. inter conſi.Alexand. conſi.
52.Circa hanc dubitationem.col.5.lib. 4. vbi ad ter-
minos noſtros dicit ſtari & credi relationi teſtatoris
de eo, quod dixerit feciſſe , quod tamen factum non
reperitur, quod cõſilium ſub nomine Alexand.inad-
uertenter,& alios concordes ad hoc,ſcilicet Rom.col
legium Papien.Deci.& Curt.Iun. allegat Hieronym.
52 Cag. in l.1.ĩ 3.not.ſub nu.17.de Reg.Iur.in † pleriſq;
autem ex facto fit declaratio alterius facti,vel præce-
dete, vel ſequi debentis:vt l.illud.ff.de acquir. hæred.
& l.ad rem mobilem.& l.ad legatum,de procur. vtq;
ſi iudex admittat teſtes ad æternam rei memoriam,
eo ipſo declaratoria inducitur de teſtibus ſic exami-
nandis , & eo ipſo dicitur princeps declarare pœnam
publicationis bonorum,accipiendo bona ipſa:vt po-
nit Aym.conſi.319.Proponitur.colu. 4.ver. cæterùm
non eundo, ex impoſitione facta ſuper molendino de
ſoluendo aliquid annuatim habetur expreſſus con-
ſenſus ad ipſum molendinum , ſic eſſe bene conſtru-
ctum: idem Aym.in con.204.col.3.ver.quintò.& Do-
minus recipiendo ſimpliciter penſionem decurſam
ab emphyteuta , qui cecidit ab emphyteuſi , videtur
declaraſſe,ſe nolle emphyteutam eſſe priuatum,& nõ
poteſt pœnitere:vt per Alex.conſi.113.Viſo.col.2.ver.
ſecundo, lib.4.dummodò ſic penſionem recipiens nõ
ignorauerit caducitatem:idem Alex. in con.105.Ma-
gnificè.col.4.ver.ſecundò.lib.3.& conſil.13.Conſide-
ratis.col.fin.& conſi.40.Viſo.col.fi.lib.6.ita cõceden-
do alij rem emphyteuticam , videtur declarare cadu-
citatem,Paul.de Caſt.conſil.2.Viſis omnibus.col.fin.
verſ.Præterea.lib.1.& Cor.conſi.237.In hac conſulta-
tione.col.fi.ver.& ſic gl.lib.1.intelligendo hoc,vt per
53 Alex.conſi.128.Viſio inſtrumento.in fi.lib.5.† Et ad-
iectio huiuſmodi , ipſo facto,declarat ſententiam la-
tã per iura,& authoritates cumulatas per Tiraq.in d.l.
ſi vnquã,in ver. reuertatur.nu. 143. vbi loca iuris ferè
omnia refert,quæ deſignant canonem latæ ſententię.
54 Vlteriùs,† ex facto nullo,quoque declarari dicitur
voluntatem teſtatoris:l.fi.& ibi Bar.de reb. eor. con-
cord.allegant,& tradunt Iaſ.in conſi.127.Dubitatur.
col.4.verſi. quartò ex teſtamento.lib.4.Rip.in l.j. nu.
164.de vulg.& pupil.& in l.re coniuncti. num.136.de
leg.3.Marſi.in Rub.de probat. num. 305. & in ſpecie
loquuntur in teſtamento reuocato , & nullo : Pariſ.
conſi.79.num.16.lib.2.Dec.conſi.515.ante nu.3.Aym.
conſi.113.num.6.& conſi.293.col.fi.& Boër.deciſ.172.
num.22.ex actu enim inutili elicitur tacitus & inter-
pretatiuus ſenſus,not.Bald.in l.3.in fi.de ſeruit. ruſti.
prædi.Sed aduertendum eſt,quæ & qualis ſit hæc vo-
luntas , ſic declarata ex actu nullo , & quem effectum
habeat,dicit Bald.in l.2.C.de confir.tut.quod eſt ſim-
plex volũtas non,ideo talis,quæ debeat eſſe teſtamẽ-
tum,nec probatur in forma teſtamenti , ſed vt nuda
voluntas, vt ſubiungit idem Bald.in l.fin.col. fin. ver.
reſtat quærere.C. fideicom. quæ ſufficit pro adime-
dis legatis,& non pro danda vel auferenda hæredita-
te,vt ibi per eum,& per Io.And.& Dy. in c. non præ-
ſtat.de Reg.Iu. in 6.intellige quando legata ſunt adẽ-
pta expreſsè, & non tacitè, ſecundum Bar. in l.ſi iure.
circa prin.de leg.3.& demum effectum habet,& ope-
ratur, quantum poteſt operari ipſum factum merum,
abſque miniſterio & fomento iuris : vt declarat Dec.
in conſi.172.In cauſa venerabilis.in eo maximè,quod
dependet à voluntate vnius partis ,vt per Io.And. in
d.cap.non præſtat:& quod tendit ad ſuſtinendum, &
non deſtruendum,quod teſtator diſpoſuit, ita d.l. fin.
de reb.eor.intelligit Cur.Iun.conſi.71.In cauſa vertẽ-
te. ver. quòd omiſſis multis. ita quòd ſequẽdo huiuſ-
modi voluntatem quis non malefecit, ſed tamen non
cogitur obſeruare,niſi in actibus piis,& quatenus pe-
tatur confirmatio,ita loquuntur iura, quæ ad hoc ſo-
lent allegari,ſcilicet d.l.j.de reb.eor. & l.in teſtamen-
to.ff.de fideicom.liber.& l.2.C.eo.& l.j.& 2.C.de cõ-
fir.tut.dicit etiam Deci.in conſ.166.Viſo themate.col.
2.ve-



2.ver.nec obſ.quòd licet nullum,quòd talis voluntas
non attenditur, quando requiritur probari ex teſta-
mento, quod validum eſſe intelligitur:ratio eſt , quia
eſt id quoddam diſponere, quod eſt de nouo dare , i-
deo debet eſſe validum,ſecùs eſt,vbi eſt quoddam de-
clarare, poteſt ideo fieri ex actu inualido, quia decla-
rando nihil dat: per l.hæredes palàm. §. ſed ſi notam.
ff.de teſtam.ita faciliùs poſſe fieri,tradit Bald.in l.ſpa-
donem. §. qui iura. circa fin. de excuſa. tut. quem in
propoſita materia allegat Pariſ.conſi.nu.27.li.3.Rur-
ſus eſt animaduertendum, referre,an voluntas ſit de-
clarata ex teſtamento inualido ratione imperfectæ vo
lũtatis,vel ſolẽnitatis omiſſę,vel reuocati teſtamenti.
Nam primo caſu, ſi teſtamentum non valeat ratio-
ne imperfectæ voluntatis ſuper re aliqua, dici poteſt,
non adeſſe voluntatem , quæ ſit imperfecta , quia ni-
hil actum reputatur , dum ſupereſt aliquid ad agen-
dum.l.penul.in fin.C.de his,qui.vt indi.glo. fin. in §.
penult.Inſt.quib.mod.teſta.infir.ideo , quod non eſt,
declarari non poteſt per regulam. Non entium , &c.
de qua per Doct.in l.eius,qui.§.quòd ſi ſtipulatus, i-
bi maximè Iaſ. in 3. not. ſi certum petatur.ita limitat
hanc noſtram regulam Iaſ.in conſi.8.Pro iſta infante,
col.7.verſi.6.facit.lib.3. & quando declaratur volun-
tas ex teſtamento inualido, eſt tamen perfecta volun-
tas in ea re,de qua agitur,vt per Dec.in conſil.159.cir
ca finem. Si verò non valeat ratione omiſſæ ſolenni-
tatis,tunc procedere noſtram regulam,dicit Iaſ.in di-
cto conſi.8.col.& ver.præal.adeò,quòd accommoda-
ri poteſt diſtinctio,an actus peccet in forma,vel in ma
teria,ſecundum gl.in l.ſi vnus,§.pen. quam ibi Doct.
ſequuntur.ff.de pact.
Alio autem caſu reuocati teſtamenti in quæſtione
iſta,quòd teſtator in primo teſtamento dixerat,Si de-
ceſſerit ſine filiis maſculis: in ſecundo ſimpliciter di-
xerit,Si deceſſerit ſine filiis,hoc vltimum declarari de
filiis maſculis,ex primo reuocato poſt alios priùs cõ-
ſulentes ſubſcribendo,adducit Deci.in conſil. 515. In
caſu occurrenti.col.fin.ver.& hoc idem confirmatur.
Ponendo caſum primi teſtamenti,dicentis, quòd bo-
na ſua remaneant in linea maſculina,ex iſto ſecũdum
teſtamentum recipere declarationem, & ſupplemen-
tum , quantum ad dictam lineam maſculinam , quia
in hoc non videtur mutata voluntas teſtatoris , alle-
gando Corn.in conſil.275.In præſenti conſultatione.
col.2.lib.4.qui inter alia, & quo ad noſtram ſpeciem,
mouetur: quia eadem mens hominis videtur durare,
& voluntatis mutatio non præſumitur : per l.3.& l.
eum,qui mutatam.de probat.& l.fideicommiſſa. §. ſi
rem.de leg.3. idem declarari & interpretari volunta-
tem ex teſtamento reuocato alia allegando,& arguẽ-
do ad contractum inter viuos , declaratum per vlti-
mam voluntatem:per l. vxori. §.fin. de lega. 3. & per
coniecturas fideicommiſſum induci,concludit Aym.
in d.conſil.113.in fin. contrarium in eadem quæſt. &
in eodem facto,quo loquitur,Deci.defendere conan-
tur Ruin.in conſi.144. Proponitur.col. penult.lib.2.
& Curt.Iun.in conſi.163.In cauſa vertente. colum.7.
fundamenta eadem allegando , ſcilicet Bart. in l. ſta-
tius Florus.in princ.ff.de iur.fiſ.poſt Dyn.ibi , tenen-
tem vltimum teſtamentum de legato fundi ſimplici-
ter,non recipere declarationem,ſeu repetitionem hu
iuſce clauſulæ, ne alienet extra familiam aſcriptæ le-
gato eiuſdem fundi,facto in primo teſtamento reuo-
cato: & Alexand. in conſil. 70. colum. 3.ver.non ob.
quòd dictus Bartol.libr. 2. tenentem qualitatem iure
inſtitutionis ad legatum filiæ factum in primo teſta-
mento : non intelligit repetitam ad idem legatum fi-
liæ factum ſimpliciter in vltimo teſtamento , & eo,
quòd reuocato primo teſtamento cenſentur omnia
contenta in eo reuocata:l.ſi iure.de leg.3. & §. poſte-
riore.Inſtit.quib.mod. teſt.infir.vt ibi per eos : & per
eundem Ruin. in conſil.93. Viſo primo.col. 4. & ſeq.
lib.2.idem firmat Hier.Gabr.conſil. 97. nu.27. Hanc
poſteriorem ſententiam de iure veriorem puto , per
alleg.à Ruin. & Cur. Iun. in dictis conſiliis,quòd ex
teſtamento reuocato declaratio,ſeu ſuppletio fieri nõ
poſſit ad voluntatem teſtatoris , in vltimo valido te-
ſtamento contentam : quæ quidem ſententia ſic po-
teſt corroborari: Teſtamentum dicitur lex,vulgato §.
diſponat. in auth. de nupt. & verba teſtamenti ſunt
intelligẽda,vti verba legis:l.ſi ita fuerit.§.quæſtio. ff.
de manu.teſta. & ibi Bart.& l. ſi quis legauerit. & ibi
Bar.& Bal.de leg.1.at cùm lex eſt reuocata & correcta,
non poteſt ex ea ſumi argum. glo. eſt not.in verſic. i-
maginem.in l.1. C.de libe.Lat.tollen. quã ibi in prin.
ſequitur Saly.ita ex teſtamento reuocato non poteſt
argui voluntas, vt expreſsè allegando Barbat. in con-
ſil.ponit Dec.in c.1.ĩ prima lect.col.4.ver.ſed adde.in
2.lec.col.2. verſi.in gloſſ.2.de conſtit. meminit Aym.
in d.conſi.113.in fi.qui licet ibi in caſu ſuo teneat cõ-
trarium,id tamen ſe facere dicit,quia aliâs veriſimilis
erat voluntas,& teſtator ſolùm præcedens teſtamen-
tum reuocauerat in illo caſu ob natiuitatem poſthu-
mi,nam dici ſolet, quamlibet minimam mutationem
facti,mutare totam iuris deciſionem. Spe. in §. nunc
tractemus.col.1.de aduo.Deci.in l.precibus.col. 2. in
ſecundo notab.de impuber.& in l.quamdiu. num.4.
de acq. vel omitt. hæred.& in conſi. 584.numer.1.&
conſi.599. num.6.& tam etiam alia, quæ ibi.Aym. al-
legat,non obſtare:quia in terminis l.vxori.§. fi.de le.
3.& conſiliorum ibi alleg.fit declaratio ex actibus va
lidis:& quatenus inferat,etiam fieri ex actu nullo,per
dictam l.fin.de rebus.eo.tamen id procedit, quãdo a-
ctus eſt nullus ratione omiſſæ ſolennitatis: vt per Iaſ.
in dicto conſi. 8.col. 7.lib. 3.vel alio modo irritetur,
non mutata voluntate:quia talis nullitas non remo-
uet voluntatem diſponentis, vt habetur in l.fin.C.fa-
miliæ erciſcun.& in l.hac conſultiſſima, §. ex imper-
fecto.de teſta.non autem ſic eſt in actu , & teſtamen-
to reuocato per d.l.ſi iure.de legat.3.cum alleg. ſuprà
per doctr.Bartol.in l. Statius.in princcip. de iur. fiſc.
per quam etiam dici poteſt , in teſtamentis reuocatis
non procedere argumentum à ratione ipſorum teſta-
mentorum, cum in caſu primi teſtamenti reuocati i-
bi aderat ratio,vel cauſa,vt non alienet extra familiã,
& ab hac ratione ibi non arguitur,repetendo ad vo-
luntatem firmatam , in vltimo teſtamento , quod di-
uerſum eſſe in ratione legis correctæ,aliqui volunt,in
d.c.1.de conſti. And.Gamar.in tract.de exten.numer.
149.ratio diuerſitatis poteſt aſſignari, quã tradit Bal.
in l.ſi quis.§.certũ.ſupra fi.C. de ſecundis nupt. quòd
in diſpoſitione legis magis attenditur ratio , & in di-
ſpoſitione hominis magis attenditur voluntas , per l.
ſtatuliberi à cæteris.§.Quintus.ff.de ſtatuli. & l. cùm
tale.§.1.de condit.& demonſt. cum aliis ibi per eum
alleg.ad idem Alciat. ſuo lib.3. de verb. ſignific.in 1.
char.imò in teſtamento eſt pro ratione voluntas,tex.
in l.cùm quidam.in fi.C.de neceſ.ſer.hæred.inſt. ita-
que hominis diſpoſitione reuocata,& caſſata, omnes
eius clauſulæ acceſſoriæ cẽſentur reuocatæ,& annul-
latæ,vulg.gl.in l.3.§. patronum.ſi quid in frau. patro.
vt in ſpecie allegat Curt.Iun.in d.conſ.163.nu. 16.&
voluntatem non haberi ex teſtamento, etiã ſimplici-
ter reuocato,probat gloſ.in verſi.mutetur. ibi iuncto
tex.l.vnum.in princ.& iuncto tex. in l. cùm quidã.in
3.reſpon.

3.reſpon.de leg. 2. hoc modo inducendo, dicit tex.in
d.l.cum quidam.quòd ad fideicommiſſum præſtandũ
per hæredẽ libertis, quibus volet,nemine electo , oẽs
liberti admittũtur: & in d.l.vnum.dicit, quòd electus
per teſtamentum hæredis admittitur:ſed ſi hęres mu-
tet teſtamentum,& neminem eligat,huic electo in te-
ſtamento reuocato cum cæteris,competit petitio, di-
cit d.l.in ver.mutetur.per d.l.cùm quidam.Ecce,ꝙ ex
teſtamento reuocato non poteſt interpretari voluntas
teſtatoris,quod indubitabile videtur : ita etiam lega-
tũ dotis factum vxori in primo teſtamento, ea vxore
præmortua,relictis filiabus,& alio teſtamento facto p
maritum aliter dictam dotem non relinquentem filia
bus ex prima vxore,eas de iure non poſſe obtinere,fir-
mat Bald.in conſi.14. Antonius fecit teſtamentũ.lib.
2.Idem ſuper eodem facto conſuluit Ang.in conſ.181.
A fecit teſtamentum. alias tamen rationes adducen-
do ad reuocationem primi teſtamenti,meritò Alex.in
conſi.45.Habita ſuper his. col.2.ver.fortificãtur præ-
dicta.lib.1.in ſimili caſu de confeſſione dotis,facta in
primo teſtamento reuocato per ſecundum reſpondẽ-
do contrariis non ſe firmat principaliter in fundamẽ-
to voluntatis , declaratæ per primum teſtamentum,
reuocatum & annullatum:argum.d.l.fi.de reb.eó.ſed
in eo, ꝙ ibi in primo teſtamento confeſſio dotis erat
facta,præſente parte. Quapropter diligenter intuen-
ti iura,quæ ſolent allegari ad hoc dictum,ꝙ voluntas
declaretur ex actu nullo,clarè poteſt patêre , ea loqui
in teſtamento imperfecto, iniuſto,vel irrito , vt etiam
ſic allegat Bar.in l.gerit.col.4.nu.18.de acquir.hæred.
non autem in rupto , quod dicitur per aliud validum
teſtamentum reuocatum,vt l.1.& l.cùm in ſecundo.in
prin.de iniuſt.rup. teſta.quia ex eo non poteſt haberi
voluntas, nec ſequenda eſt , à qua teſtator diſceſſit. l.
pen.in fi. de confirm.tut.& l.tranſlatio.in fi.& l. nihil
prohibet.de adim.leg.cùm ſim.Ideo , vbi Docto. tale
dictum inferunt ex teſtamento reuocato,malè,& ſine
lege loquuntur,niſi quatenus teſtator ſe referat ad te-
ſtamentũ primũ: l.Aurelius.§.teſtamẽto.de liber.leg.
55 Item † factum declarans voluntatem teſtatoris,
ſufficit aliquando interueniſſe:vt l.prędiis.§.balneas.
de leg.3.& ſi variè interuenerit, etiam in maiori ſum-
ma attenditur,quod nouiſſimum , & magis proximũ
mortis teſtatoris fuerit, per tex.in l.Mela. §. ſed ſi ali-
menta.ff.de alim. & cib. leg. & ibi Bart. not. ſolitum
verificari in vna vice,quod in alimentis procedit , ſed
in aliis attenditur tempus teſtamenti , vt ibi per Glo.
& Doct.approbatam. Voluntas autem huiuſmodi,ea-
tenus colligitur & limitatur , quatenus neceſſariò , &
facto ipſo inferatur,per doct.Bar.in l.2. §. ſi quis hoc
interdicto. de itinere actúque priu.& in l. ſi publica-
nus.§.in vectigalibus,in fi.de publica.Iaſ.in auct. qui
rem.col.fi. C.de ſacroſan.Eccleſ.Deci.in conſi.72.col.
pen.& conſi.460.col. 1.in fi.cum ſimil.
Quod intelligendum eſt de omnibus actibus , qui
poſſunt comprehẽdi in ſpecie facti, de quo tractatur,
ne vna & eadem res diuerſo iure cenſeatur , vt decla-
rat Alex.in conſil.68.Et viſo. col. pen. ver.nec obſtat,
quòd conſuetudo,lib.2.Limitatur etiam,ꝙ hæc volũ-
tas non ſeruatur, quando diuerſa conditio teſtatoris
aliud diuerſum in hærede ſuaderet:vt l j.§.ſi defunct⁹.
56 de reb.eo.& ibi Alber.de Roſ.& Bal. Poſtremò † fa-
tendum eſt, voluntatem ex facto elicitam,dici tacitã,
& limitari ad qualitatem facti,verbis verò dici expreſ
ſam,vt per Deci.in d.c.dilecti, in 2.notab.de appel. &
ſecretum voluntatis noſtrę patefit ex verbis vehemẽ-
tiùs,quàm ex aliis ſignis,quæ multa ſunt,inquit Ang.
in l.fin.ff.de hæred.inſtit.vbi ad horum ſignorum lo-
57 ca ſe remittit:† & ſic tacitã non eſſe tantæ potentiæ,
quantæ expreſſam,ad aliquid inducendum,per ea quę
allegat Aym.conſ.200.col.pen.ſub nu.8. & Gomeſ.ſu
per regul.cancel.de benef.impe.va. per obit.fa. car.in
q.11.& in q.26.niſi ſit tale tacitum,quod poſſit proba
ri ex indiciis,& coniecturis,quia operatur , vt expreſ-
ſum,ſecundum Bal.in d.l.centurio.circa fin. de vul. &
pup.& in conſi.331.In reſtitutione.col.1.

*S V M M A R I V M.*

1 *Teſtatoris voluntatem interpretari poſſunt, etiam quicunque priuati,in eorum damnum & præiudicium.*

2 *Approbatio teſtamenti,viuo,vel mortuo teſtatore,quomodo intelligatur facta.*

3 *Interpretatio habenda ex teſtamento,facto ab alio eiſdem tempore & loco.*

## SOLVTIO VI.

SVNT alij , qui poſſunt voluntatem te-
ſtatoris interpretari. Nam primùm cer-
1 ti iuris videtur † quemlibet priuatum
in ſui damnum poſſe interpretari: vt ait
Rui.conſil. 128. factum, ſuper quo.co-
lumn.penult. ver.non obſtat etiam:ſub numer.15.lib.
2.quem dicit in hoc differre à iudice,quia iudex pote-
ſtatem habet interpretandi inter alios , ſed priuatus
non,& adducit in caſu,vbi de confeſſione grauati cõ-
ſtabat fatentis fideicommiſſum: de quo erat dubium
ad hoc allegat Bal.in l.non idcircò. C. de iur. & fact.
iguo.vbi longam facit diſtinctionem , quando ſtan-
dum ſit verbis enuntiatiuis , & poteſt facere ad di-
ctum Rui.in aliqua parte dictæ diſtinctionis , ſed cla-
riùs Glo.& Bal.in l.idem Iul. §. Seio.de lega.1.dicunt,
hæredem vel debitorem, poſſe maximum interpreta-
ri minimum,& ſic ad eius interpretationem. Idem in
ſimili firmat Pariſ.in conſil.11.col.14.ſub num.38.lib.
3.& conſil.17.num.20.& ſeq.eo.& Rur.conſi.147.col.
2 4.lib.2.Huc accedit , † quando teſtamentum inuali-
dum viuo vel mortuo, teſtatore ſcienter vel ignoran-
ter,expreſsè vel tacitè, agnoſcendo legata vel fideicõ-
miſſa, in totum vel in partem , & quomodo poſſit vel
intelligatur approbatum , habetur in tex. in glo. & in
lect.omnium Doct.in l.non dubium. C.de teſt.& per
Iaſ.con.82.col.pen.& fin.lib.3.& Dec.in conſ. 475.&
coſi.488.col.pen.& conſil.494.num.2.& Pariſ.conſi.
24.& conſil.35.in fin.lib.2.Rui.conſil.16. num. 13. &
ſeq.lib.2. Aymo.in conſi.200.colum.fi.& conſi.225.&
3 Alex.in conſil. 107. Ad hanc concluſionem facit,† ꝙ
interpretatio ſeu declaratio etiam haberi poteſt ex te-
ſtamento facto ab alio eiſdem tempore & loco:vt per
Rui.in conſil.146.col.pen.num.5.lib.2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Executor teſtamentarius poteſt quoque voluntatem teſtatoris declarare,& interpretari:idem de vxore teſtatoris.*

2 *Executores dici poſſunt declaratores vltimarũ voluntatũ.*

## SOLVTIO VII.

1 EXecutor † teſtamentarius,cui veriſimi-
liter nota eſſe debet voluntas teſtato-
ris , poteſt quoque eam declarare & in-
terpretari: vt per Bal.in conſil. 259. ſu-
per primo puncto. lib.4. & conſil. 468.
Quidam Titius. circa fin.ver. ſuper quo etiam. lib.1.
vbi



vbi idem dicit de vxore teſtatoris , ſi alia ratio ei non
obſtat: ad idem Fulg.in conſi.47. ſer Michael. col. fi.
ver.quę conditio,& Lex.& Pau.de Caſt.conſi.437.Su
per dictis.ſub ver. circa ſecundum.lib.2.An,& quan-
do poſſit cogi ad declarandum, vel exequendum , vi-
de ad no.q.per Pariſ.conſil.23.lib.3.& per Bald.in l.1.
2 col.5.de leg.2.† Vnde declaratores vltimarum volũ-
tatum executores dici poſſe , ait Capra. tract. de exe-
cut. vltim.volun.in 3.memb.num. 14. Ale. conſil.62.
Viſis verbis legati.num.13.lib.9.idem , quod princi-
piò dixi, firmat allegando Bald.d.conſ. 259. idem &
quando poſſint declarare, quomodò velint, Panciro.
Regienſ.conſil. 131.num.10.in 2.dub.

*S V M M A R I V M.*

1 *Doctores poſſunt interpretari voluntatem teſtatoris , & in lecturis,& in conſiliis,modò verbis modò eius mẽti adhærentes.*

2 *Verba, Vulgariter,Pupillariter,& Per fideicommiſſum , à Iuriſperitis ita interpretantur.*

3 *Coniectura conſtare id dicitur,quod videtur hominibus peritis & ſapientibus:quorum interpretatio habet diſpoſitionem teſtamẽti ad id,quod ſubtilitati iuris expreſſè repugnat:ſicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri,ſed homo ſapiens exhaurit illud, & magis ex facto,quàm ex iure,vel certa lege.*

4 *Interpretatio Doctorum eſt probabilis, quatenus iure & ratione probatur.*

5 *Mens teſtatoris à quolibet interpretante , ea tenenda eſt, quæ verbis exprimitur,non quæ ex noſtra ſententia imaginatur,& quæ ex fantaſia noſtri capitis diuinatur.*

## SOLVTIO VIII.

1 DOctores † etiam poſſunt interpretari
voluntatem teſtatoris, vt in dies & fre-
quenter fieri videmus, & in lecturis , &
in conſiliis, modò verbis , modò menti
teſtatoris adhærentes, vt videtur res ex-
poſtulare : vt l.in ſubſtitutione, de vulg. & pupil.ibi,
nam ita prudentes hoc interpretati ſunt. & l. cum fi-
liofam.§.ex his.de leg.3.& Ang.in conſi.51.col. pen.
ver. concludo igitur. ſucceſſionem interpretatur pu-
pillarem.& in conſ.109.Quidam patronus.ver.tertiò
dicit.hanc fuiſſe mentem teſtatoris quilibet ſanę mẽ-
tis interpretaretur:idem & in l.cui ex filio.in prin.de
vulga. & pupil.dicit , voluntatem teſtatoris declarari
à conſultoribus teſtamenti,quibus teſtator intentio-
nem ſuam expreſſit,refert Hiero.Zanch.in §. cùm ita.
num.136.l.hæredes mei.ad Trebell.& Soc.Iun.conſi.
2 128.num.10.lib.1.dicit,quod † verba hæc,Vulgariter,
Pupillariter,& Per fideicommiſſum , ita interpretan-
tur à legum peritis , dicit enim notanter Bald. in l.de
quibus.col.10.ver.quo ad quintum. ff. de legi. quòd
3 † conſtare coniectura id dicitur, quod videtur homi-
nibus peritis & ſapientibus.& per gloſſ.1.l. apud Iul.
§.ſcio.de leg.1.etenim interpretatio iuriſconſulti tra-
hit diſpoſitionem teſtamenti ad id , quod ſubtilitati
iuris expreſsè repugnat per bona iura, tradit Luc. de
Pen.in l.1.col.4.ver.contrarium tamen vidi. C.d his
qui in exil. da.lib.x.faciunt verba hæc.c.20. prouerb.
Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri , ſed
homo ſapiens exhaurit illud,& in ſpecie per Lancel.
Poli.in tract.de ſubſti.in c.de vulgari.in 6.partic. ſub
nu.13.dicentem,quòd prudens homo,& bene peritus
iuris potiùs ex facto mentem defuncti inueſtigabit,
quàm ex iure aut certa lege.
4 Sed hæc earum † interpretatio eſt probabilis,qua-
tenus iure & ratione probatur,non autem neceſſaria,
vt ſunt etiam interpretationes,quas ad leges faciunt,
vt per gl.in l.1.C.de legi.cum aliis alleg. ſ.in proœm.
5 ver.omnes quidem caſus.Hoc cuilibet † interpretan-
ti mentem teſtatoris ſit pręcipuum, quòd mens ea at-
tendenda eſt,quæ verbis exprimitur: Bal.in l. codi-
cillis.§.inſulam.de lega. 2.Alex.conſi.55.num. 9. lib.
3.Dec.conſi. 205.num.5.Iaſ.in l.neque. ver. ſubdit vl-
timò. C. de teſta. cum aliis cumul. per Tiraquel. in l.
ſi vnquam. ver.libertis. num. 70.de reuo. dona. non
autẽ ea,quæ eſt noſtra fantaſia imaginatur, dicit Rip.
in l.hæredes mei.§.cùm ita.nu.34. ad Trebell. & quæ
ex ſententia noſtri capitis diuinatur , dicit Corn. in
conſil.61.ver.& ſuper hac.lib.2.& Aym.conſi.161.nu.
12. idque & ſimilia diffuſiùs in dubitatione ſeq. di-
cenda erunt , vide tamen quod Bal.dicit in l. 1. §. pro
ſecundo,col.2.ver.alij dicunt.de cadu.tollen.quòd il-
la eſt æquitas,non ſcripta,nec à lege , nec à teſtatore,
ſed ſolùm in capite diſcretorum virorum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Leges quomodo teſtatoris teſtamenta interpretari dicuntur,ratione ex veriſimili cogitata,à proximis,vel à remotis etiam ſupplendo.*

2 *Interpretatio quæ fit per legem, dicitur manifeſta probatio,& præfertur, & præualet aliis,ratione, vt ibidem.*

3 *Teſtamenta debent interpretari ſecundum ius commune, dummodo verba teſtatoris & eorum ſignificatio non violarentur.*

## SOLVTIO IX.

1 ET à † legibus ipſis interpretari teſta-
menta,ſtudioſus lector facilè poteſt in-
uenire paſſim inſpiciendo leges , quæ
huiuſmodi interpretationes continent,
& aliquas allegaui ſupra in principio
huius libri,vbi autem dubium eſt de voluntate teſta-
toris , recurrimus ad rationem legum , dicit Bald.in
conſil.23.Super alio.lib.2.Quomodo enim procedat
lex interpretando teſtamenta,dicit Soci.in l.1.col.47.
ſub ver. nonò limita , quando. de vulga. & pupilla.
quòd lex procedit aliquando interpretando teſtato-
ris mentem,quaſi teſtator ita ſenſerit,& veriſimiliter
cogitauerit,vt in l.ſi ſeruus plurium.in fin.& in l.licet
Imperator.de leg.2.Aliquando non, quòd ita ſenſerit
& veriſimiliter cogitauerit,ſed quòd ſic cogitaſſet,ita
feciſſet,vt in l.pe.de iu.codicil.& in l.fi.de hæred.inſt.
& in l.tale pactũ, in fi.de pact.vt ibi per eum. Primò
dicitur interpretatio à proximis,alio modo à remotis
vt per Socin.Iun.in dicto conſilio 128.numer.68.lib.
1.vbi verò non poteſt fieri à proximis , fit à remotis:
Cur.Iun.in conſil. 54.ante numer.13. per no.à Bald.
in l.fin.colum.1.C.de hæredib. inſtitu. &,ſæpenume-
rò lex teſtantium voluntates ſupplet , per l.iam hoc
iure.de vulg. & pupil. & l.generaliter. §. cùm autem.
C. de inſtit. & ſubſt. inquit Alexand. in conſilio 17.
Circumſpectis verbis. num.3. lib. 7.& Paul. de Caſt.
conſi.13.Super primo dubio col.pen.lib.1.& in l.Ti-
tius.ff.de hæred.inſti.& glo.fi.in l.cum pater.§.ab in-
ſtituto. de leg.2.& habetur in l.Gallus.§. quid ſi is.de
libe.& poſth.& in l.cum auus de condi.& demon. &
in l.qui lancem.de aur.& arg.leg.præſertim per Soci.
in d.l. cum auus. col.36. ſupplet autem lex ſuper eo,
quod nullo modo cogitauit teſtator:& preſumit lex,
quòd

quòd ſi cogitaſſet, ita veriſſimiliter voluiſſet ſuper eo
quidem, quid etiam in genere cogitauit, lex eius co-
gitationem ſequitur, vt declarat Dec.in l.in teſtamen-
to.col.3.ad fin.ver.& idem tamen.C.de teſtamen.mi-
2 lit.Hæc † quidem interpretatio legis dicitur probatio
manifeſta: per d. l. licet Imperator. & l. ſi quis locu-
ples. de manumiſ. teſtam. & præualet interpretatio,
quæ à iure habetur, per glo.in c.his autem.22.q.11. o-
mnis enim qui teſtatur, ſi aliquid non cogitauerit, vi-
detur ſe referre ad cogitatum legis, & cõſentire, quòd
lex in ſuo teſtamento locum habeat, niſi expreſsè cõ-
trarium dixerit, ſecundum Bald. in l. quidam elogio.
circa fi.C.de iure delib.& conſi.179.col.2.in fi.lib.1.&
in l.2.in fin.C.de condi.inſer.& quando lex interpre-
tatur, ſtandum eſt interpretationi legis, per l.ſi pater.
ff.de hæred.inſtit.dicit idem Bald.in l.voluntatis.col.
1.ſub ver.vel latiùs.C.de fideicom. & Socin.in conſi.
23.col.7.ver.decimoſeptimò.lib.1.& Iaſ.in conſi.52.
in princip.lib.3.dicit, quòd & ſi periculoſa ſit inter-
pretatio mentis teſtatoris, quæ non videtur: Tamen
quis complectendo veras iuris concluſiones, & ma
gis communes Doctorum opiniones, non errabit. De-
mum cum ſimil.per Cephal.conſ. 105.num.13.& ſeq.
quæſtio voluntatis determinetur per interpretatio-
nem, & determinationem iuris, not. Bald.in l. Mæ-
uius, in princ.de leg.2.Pariſ. conſi. 40. num.34. lib.2.
per quam vno modo poſſumus eſſe certi de mente
teſtatoris. idem Bald. in l.penult. col. penult.ver. ſed
quomodo poſſumus. C.de impub. & pulchrè per Fe-
de.de Sen.conſ.131.Caſus talis eſt.circa fin.quando e-
nim dubium eſt de voluntate teſtatoris, eam eſſe re-
gulandam, ſecũdum diſpoſitionem iuris, probat So-
cin.in conſi.23.col.7.ver.decimoſeptimò.lib.1.cum in
dubio teſtator videtur voluiſſe facere, quòd à iure
communi diſponitur, concordan. allegando, ponit
Dec.conſi.278.ver.decimò, quia & teſtamenta debe-
re interpretari ſecundum ius commune, not.Bald.in
l.quanquam. C. de teſtam. mili. & per Alexan.conſi.
3 55.colum.3.num. 4.lib. † Dummodo verba teſtatoris
& eorum ſignificatio non violarentur, Bero. conſil.
95.num.23.lib.2.& Aret.in dict.l.Gallus.§.1.in 1.not.
ſimpliciter comprobat dictam concluſionem, & A-
lexand.in l.qui patri. colum.fin.numer.14.ff.de acqui.
hæred. & intellige, vt per Ri. in l. Centurio.num.110.
de vulg.& pupil.

*SVMMARIVM.*

1 *Statuta interpretantur verba teſtamentorum.*

SOLVTIO X.

1 ITEM † à ſtatutis interpretationem
recipiunt verba teſtamentorum, vt per
Bartol. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad
Trebel.& ibi latè poſt alios, Rip. num.
74.cum ſequen.vſque ad num. 81.exclu-
ſiuè.& in l.Centurio.nu.110.de vulg.& pupil. Aret. in
conſ.53.Diligenter.col.3.ver.ſecundum quod & poſt
Anch.Iaſ.in l.tres fratres.col.2.ver.ſextò limita. ff. de
pact.& in conſi. 52.col.pen.ver.quartò.lib.3. & Bero.
conſi.47.nu. 13. lib.3.Clar.in §.teſtamentum.in q.76.
ver.ſciens tamen. Neuiz.conſi.33.ſub nu.8. id modò
generaliter refertur, ſed quomodo & qualiter proce-
dat, erit alibi in ſequentibus tractandum, licet ſatis
diffusè tractet Rip.in loco hîc allegato.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſuetudo interpretatur voluntatem teſtatoris in ſuo mu-
nicipio, dátque intellectum & modum quendam ſignifi-
candi vocabulis, & habet vim interpretatiuam, adeò vt
non præſumitur, teſtatorem velle, quod conſuetum non
eſt, fieri.*
2 *Communis vſus præualet omni conſtitutioni, præcipuè cu-
iuſque teſtatoris conſuetudo attenditur in interpretan-
dis eius geſtis & verbis, deinde ad conſuetudinem regio-
nis deuenitur.*
3 *Conſuetudo circa quæ vertatur, & quomodo probetur.*
4 *Communis vſus loquendi præualet in teſtamento etiam
iuriſperiti, qui præſumitur ſcire proprietatem vocabu-
lorum, & quando de conſuetudine loci originarij pro-
banda, vnde fuit teſtator.*
5 *Probatio difficilis eſt communis vſus loquendi, ideo teſtes
non ita exactè & formiter deponentes, debent admitti
& attendi, circa communem vſum loquendi, vtendi &
intelligendi.*
6 *Probationis difficilis caſus nonnulli ſunt, in quibus facilio-
res, & leuiores probationes, quæ poſſunt haberi, admitti
debent: & qui ſint, vide hic aſcripti,*
LATROCINIVM *de nocte commiſſum.*
DISROBATIO *in campis.*
HOSTIVM *ſtationis fractum & apertum.*
*Introitus in locum periculoſum equeſter, & reditus pede-
ſter, aſſerendo diſrobatum per latrones.*
*Eaq; fiunt & ſunt domi.*
ALIMENTORVM *inter habitantes in eadem do-
mo, continua præſtatio.*
ADVLTERII *probatio.*
FILIATIONIS *probatio ex parte patris.*
FACTI VALDE *antiqui probatio.*
SIMONIÆ *vel* VSVRÆ *probatio.*
DAMNVM *de nocte datum.*
PROBATIO *de maſſaritiis, exiſtentibus in domo.*
FVRTVM *& maleficium de nocte commiſſum.*
FRAVDVLENTÆ, *& doloſæ inſtigationes.*
*Eaq; ſunt de antiquis.*
SIMVLATIONES *contractuum.*
CLAM *& occultè fieri ſolita.*
VENENATIO *commiſſa de nocte, & turba.*
FVRORIS *probatio, & aliorum tendentium ad pri-
uationem ſenſus & intellectus.*
QVÆ SVNT *ex conſcientia, vel contra conſcien-
tiam.*
EBRIETAS.
DOLVS & FRAVS.
RES *quando ſunt peremptæ, vel non extant.*
INIVRIARVM *æſtimatio.*
AETAS.
INCENDIVM.
INTERESSE.
ANIMI VOLVNTAS.
PARTVS *ſuppoſitio.*
CASVS *18. poſiti per Menoch.*
PERDITIO.
MINÆ *per maritum in vxorem illatæ.*
CONSANGVINITAS *& filiatio.*
PARENTELA.
QVOD NON *apparet.*
PATRIMONII, *& domus ſecreta.*
FRVCTVVM *perceptio.*
QVOD FILIVS *percuſſerit matrem.*
IDENTITAS RERVM.
7 *Communis vſus loquendi vbi eſt notorius, alia probatio
non eſt neceſſaria, & tunc ſufficit ſola eius allegatio con-
ſuetudinis*



*ſuetudinis notoriæ, ex qua iudex poteſt ſe informare, & eã
attendere.*
8 *Conſuetudo circa teſtamenta, vt plurimum eſt declarati-
ua, ſeu interpretatiua, & non correctiua, & pro ea pro-
banda, & inducenda, non requiritur præſcriptio legiti-
ma, ſed ſufficit, per aliquos actus apparere ita fuiſſe ſer-
uatum, & intellectum, & illud etiam tũc debet admitti.*
9 *Doctores aſſerentes de conſuetudine, ſeu communi vſu lo-
quendi, in ſcriptis, an abſque alia probatione cõſuetudi
nem probent, magna eſt altercatio inter Doctores, &
quod ſtetur donec probetur contrarium: & ita eſt Com-
munis Opin.*
10 *Intellectus iurium dicentium: Et hoc iure vtimur, quod de
conſuetudine, & non ſtricto iure procedat.*
11 *Doctores noſtri cum dicant, In ſcriptis ſuis, ita ſeruari de
conſuetudine, videntur probare, ſicut priſci Iuriſcõſulti,
dicetes, Et hoc iure vtimur, & noua & pulchra ratio eſt.*
12 *Verbum hoc, Ita communiter tenetur, ita ſeruatur de con
ſuetudine, eſt bonum verbum in practica.*
13 *Atteſtatio conſuetudinis facta per Doctores, in eorum ſcri-
ptis videtur idonea.*
14 *Verba teſtamenti, ſcripta per Notarium Latino ſermone,
ſunt intelligenda ſecundum interpretationem iuris, &
non ſecundum communem vſum loquendi.*
15 *Sermones prolati in vulgari, debent interpretari ſecundum
communem vſum loquendi, & in ſermone literali prola
ti ſecundum artem literarum, vel ſecundum groſſum mo
dum loquendi literaliter.*
16 *Voluntas teſtatoris præualere debet omni iuris interpreta-
tioni, & naturali ſignificationi.*

SOLVTIO XI.

1 SImiliter à † conſuetudine eadem habe-
tur interpretatio ad teſtamenta: l. libro
rum. §. quòd tamen Caſſius.& l.num-
mis.de lega.3.& l.cum delanionis.§.a-
ſinam.de fun.inſtru.& ibi glo.& Doct.
& in l.Labeo.de ſuppel. leg. Bal. in conſi. 8. Omnes
iſtæ.lib.2.& in l.fin.in fi.C.de ſacroſanct eccle.dicit,
quòd non ſolùm lex, ſed conſuetudo in ſuo munici-
pio poteſt dare intellectum, & quendam modum ſi-
gnificandi vocabulis: & Abb.in c.cum dilectus. ſub
num.7.de conſue.dicit, quod conſuetudo habet vim
interpretatiuam: & Bal.in l.fideicommiſſa. §.ſi ſeruo.
de leg. 3.not. teſtatorem non præſumi velle id, quod
non eſt conſuetum fieri, licet ſit poſſibile, & dicit hoc
eſſe bene notandum, id autem videri velle, quod eſt
conſuetum, & Bart.in l.talis ſcriptura.in princ.circa
2 fi.de leg.1.dicit, † communem vſum præualere omni
conſtitutioni.& Pau.de Caſt.conſi.437.num.2.lib.2.
ad idem plura per Alexand.conſi.248. num. 4. lib. 6.
& conſi.131.num.4.lib.7.& Iaſ.conſil. 51. colum.2. in
fin.li.3.& in l.certi condictio.§.ſi nummos.colum.3.
ſi cert.petat.& Barto.in conſil.200.Quæritur. & per
Socin.in conſi. 6.col.2.lib. 1. & in l.2.num.9. de reb.
dub.& Felin. in cap. cum M.Ferrarien. col.4.de con-
ſtit.& præcipuè cuiuſque teſtatoris conſuetudo atten
ditur in interpretandis eius geſtis, & verbis, per iura
alleg.à Corn.in conſi. 138. col. penul. ver.& ex con-
ſuetudine.& conſi.283.col.3.ver.quod etiam.li. 4. &
Io.de Ana.conſi.66.in fin.& poſtea deuenitur ad con
ſuetudinem regionis, vt declarat, differentiam ponẽs
inter teſtantem & contrahentem, Hieron.Cagno.in
l.ſemper in ſtipulationibus. num.9. de regul. Iur. &
vide, quæ ponit in ſpecie Anto. Gabriel. Roma.tract.
de Commun. Opin. lib.6. tit. de conſuetudine.con-
clu.1.num.61.& ſequen. Couar. cap.5.num.1.lib.3.
Vari.reſolut.Menoch.conſ.177. num.10.quæ quidem
3 † conſuetudo vertitur circa tria, ſcilicet, circa modum
loquendi, circa modum intelligendi, vt latè, & ma-
giſtraliter etiã, quomodo probetur, proſequitur Bart.
in d.l.Labeo.cuius egregiam & magiſtralem doctri-
nam allegat Fulgo.in conſi.165.in quæſtione propo-
ſita.vbi in col.pen.ver.rurſus & illud.dicit, Cum aga-
tur de interpretanda voluntate teſtatoris ex commu-
ni vſu loquendi, neceſſe eſſe, de ipſo communi vſu lo
quendi formari articulos de tempore legitimo, præ-
cedente teſtamentum, non autem ſufficere probari
de communi vſu loquendi poſt mortem teſtatis. ob-
tento, plenè tradit Corn. in conſi.179. Ex puncto.li.
3.vbi tenet, quod debet probari in loco domicilij vel
conuerſationis teſtatoris: & non ſufficit, probare ſim-
pliciter communem vſum loquendi loci teſtamenti,
ad idem Alex.d.con.131.num.4.lib.7. per tex. in d.l.
nummis.& ibi Bar.de legat.3. idem de tempore teſta
menti, per Dec.in conſi.365.ver. tertiò non obſtat. e-
4 tiã † quod teſtator vti iuriſperitus, poſſet aliter intel-
ligere: Alber.de Roſ.in l.ſi is, qui nepotem.in fi.ff.de
adopt.vbi in caſu not.hoc benè firmat, & quando de
conſuetudine loci originis probanda, vnde fuit te-
ſtator, Corn.conſi.244.col.9.ver.& maxime attento.
5 lib.2.Eſt autem † difficilis probatio communis vſus
loquendi, ideo teſtes non ita exactè & formaliter depo
nentes debent admitti, & attendi, vt per Socin.conſi.
37.col.penul.ver.præterea aduertas.lib.3. ita & tene-
re Io.de An.in c.1.colum.7, de ſagit.refert & pleniſſi-
mè doctrinam Barto. in d.l.Labeo. circa etiam com-
munem vſum loquendi, & communem vſum vten-
di, & communẽ vſum intelligendi, examinat & pro-
ſequitur Roch.de Cur.in tract.de conſuet.in 7.q.prin
cipali, num.626.cum ſequen.ad quem in hoc ſola re-
miſſio ſufficeret, in ſua repet.quam fecit ſuper c. fi.de
conſuet.in quæſtionibus.& eſt, vt dixi in q. 7.princi-
pali.Verum, quia idem in d.repe.in q.6.nu.571.dicit,
etiam conſuetudinem eſſe difficilis probationis, imo
difficilimæ, & quaſi impoſſibilis autor.ad hoc alle-
6 gando & Aym.conſi.325.circa princ.quia etiam † vſu
frequentiſſimè euenit, pro habendis facilioribus &
leuioribus probationibus, ſine quibus nihil prodeſt
ius habere in iudiciis, vt per Bart. in l. duo ſunt Titij.
ff.de teſta.tu.non tędeat legere, ſicut me ſcribere non
piget hic aliquos caſus per Doctores poſitos ad hoc,
quod ſint difficilis probationis.

Primùm enim occurrit, quod Abb.in cap.2.col.2.
de depoſ.dicit, caſus occultos eſſe, latrocinium de no
cte commiſſum, diſrobationem in campis, hoſtium
ſtationis fractum & apertum, in locum periculoſum
equeſter, & reditus pedeſter, aſſerendo diſrobatum
per latrones, & tex.in l.conſenſu.ver.ſuper plagis. C.
de repud, & ibi Doct. dicunt, quod ea, quæ ſunt vel
fiunt domi, quo ad alias perſonas, in domo non habi
tantes, ſunt difficilis probationis.hinc Corn. in con.
113.Circa primum.col.2.lib.1.dicit continuam inter
habitantes in eadem domo alimentorum præſtatio-
nem, probationem adulterij, probationem filiatio-
nis ex parte patris, probationem facti valde antiqui,
probationem delicti ſimoniæ, vel vſuræ, eſſe difficilis
probationis, de facto antiquo, Aymo. in conſil.275.
verſi. ſeptimo habenda.& in tracta.de antiq. tempo-
in 1.part.num. 320. & per tot. primam part.& Rom.
in conſi.7. Viſis.ver.ex quibus.dicit, damnum datum
de nocte, & facta de nocte, eſſe probationis difficilis,
de maſſariis exiſtentibus in domo, Bart.in l.lex quæ
tutores.C.de admi.tut.& Socin.conſ.128.col.2. lib.1.

de furto & maleficio commiſſo de nocte: Alex.conſi.
24.colum.2.& Iaſ.in conſi.141.colum.3. lib. 4. dicit,
eſſe difficilis probationis, fraudulentas doloſas inſti
gationes,& quæ ſunt de antiquis, ſimulationes con-
tractuum:idem in l. prætor ait.§.fin.col. fi.ff.de eden.
clam & occultè fieri ſolita. Alexand. conſi. 77.in fin.
lib. 7. venenatio & commiſſa de nocte & in turba:
Bad.in l.cum fratrem. C.de his, qui.vt indi. & pro-
batio furoris & aliorum , quæ tendunt ad priuatio-
nem ſenſus vel intellectus,eſt difficilis. idem Bald.in
l.furioſum.C.qui teſt.fac.poſſ.& eorum, quæ ſunt ex
conſcientia,vel contra conſcientiam,difficilis eſt pro
batio:Luc.de Pen.in l.1.colum.2. de condi. in publi.
hor.lib. 10. & ebrietatis difficilis eſt probatio : Dec.
conſi.112.col.1.item probatio vſurariæ prauitatis, ſi-
moniæ & adulterij:Cor.in conſ.23,lib.3.& probatio
doli & fraudis eſt difficilis:Aym.in conſ.143.num.12.
quando res ſunt peremptæ , non extant : de his ſem-
per dicitur adeſſe difficultas probationis , dicit not.
Iaſ.in l.ſi quando.col.7.ſub ver.in ea.glo.ibi in fin.C.
vnde vi & clam.quomodo in maleficiis , & quomo-
do in contractibus,ponit Rom.in l.neceſſarios.§. fin.
ad Sillani.& Bald.in l.cum fratrem.C.de his, quib.vt
indi.Marſ.in Rub.de ſicar.Tiraq.in tit.de retract. tit.
2.in præfa.nu.13.14.& in tract.de pœn.temp.,in cap.
11.num.14. valde difficilis eſt probatio extimationis
iniuriarum, dicit Socin.conſi. 144.colum.4. ver. ſed
hoc.lib.1.& Corn.conſil.80.col.3.ver.alia fuit. lib.3.
aliquorum caſuum prædictorum,& ætatis , & incen-
dij,& intereſſe, animi voluntatiſque hominis , par-
tuſque ſuppoſiti,probationem eſſe difficilem : caſus
18.enumerat Menoch.de arbi.iudi.caſ.116.lib. 2.cen.
2.non tamen omnes comprehendens, quos ſuprà e-
go recenſui:perditio vt plurimum difficilis eſt proba
tionis:Ioan.And.in ver.vſus.ad fin.Spe.de inſtru.edi.
§.poſtquam.ver. vbi autem. difficile eſt probare mi-
nas,per maritum in vxorem illatas:Boer.in deci.101.
difficilis probationis filiatio & conſanguinitas:Fede.
de Sen.in conſ.119.Dec.con.272.colum.1.& con.595.
col.1.Abb.conſ.83.num.7.& parentela:Caccia. con.
9.ad fin.velle probare,quod non apparet:Corn.conſ.
268.col.4.lib.4.difficilis eſt etiam probatio ſecreto-
rum patrimonij & domus:Bartol.& alij in l.fin. §. li-
centiam.de iur. delib.perceptio fructuum eſt diffici-
lis probationis: Bartol.in l.2.C. de pignor.acti. quod
filius percuſſerit matrem : Alexan.conſ.66.in fi.lib.3.
identitas rerum difficilis eſt probationis:Soci. conſi.
89.col.1.lib. 1.& in his ſimilibus caſibus clãdeſtinis,
occultis,longinquis,& abſtractis , & non patentibus
conſpectui hominum probationes non ita ſtrictæ, &
concludendes,ſed eo modo,& per quos poſſunt ha-
beri recipiuntur& attenduntur,vt in his locis Docto-
res tradunt,& Alex.conſi.77.ad fi.lib.7.

At in ſpecie noſtra notandum eſt, quod vbi noto-
rium eſt de communi vſu loquendi, vt puta in Repu-
blica Venetorum legitimati ad conſilium non admit
tuntur, alia probatio non eſt neceſſaria : vt per Dec.
in con.284. Viſo puncto.col.6.allegando Cur. Seni.
in con.74.ſuper memorata.col.25. ver. vltimo , vltra
præmiſſa.qui hoc dicit,fundando ſe in conſuetudine
notoria ſufficere ſolam allegationem , ex qua iudex
poteſt ex ſe informare, & eam attendere : Bal.in l.fi-
liusf.§.veterani.ver. item poteſt.ff. de procu.& Roc.
de Cur.in d.c.fi.in 3.q.nu.560.de conſuet.Idem Dec.
in con.516.ſub nu.18.& con.540.nu.12.& con.44.in
fi.Aym.conſ.137.num.5.6.

8 Conſuetudo † autem iſta,de qua loquimur,vt plu
rimum eſt declaratiua ſeu interpretatiua,& non cor-
rectiua:ideo pro ea inducenda,& probanda , non re-
quiritur præſcriptio legitima.ſed ſufficit per aliquos
actus apparere , ita fuiſſe ſeruatum & intellectum:
Alex.con.107.pro inueſtigatione.col.fin. ver. nec re-
quiritur.lib.2.Dec.con.11.col.nu.7. 10.cum aliis con
cordan.per Aym.con.101.ad fi.con.201.col.5.

Vbi etiam de conſuetudine ſeu communi vſu lo-
quendi eſſent aſſertiones Doctorum in ſcriptis, an
9 † eis abſq; alia probatione ſtandum & credendum
ſit? Eſt magna altercatio & contrarietas inter Docto
res. Non eſt mirum,quia inter veteres illos iuriſcon-
ſultos in pleriſque locis etiam videtur adfuiſſe diſſen
ſionem maximè in l.penul.ff. de teſta. tu.vbi duo re-
probant ſententiam duorum, nam Barto.in l.de qui-
bus.in 4.quæſt.princip.colum.8.& ſequen.ff.de legi.
tenet, ſcriptis Doctoris , atteſtantis de conſuetudine
eſſe credendum , donec probetur contrarium , quem
Doctores ſequuntur,relati per Dec. in conſ. 540. nu.
10.& in conſil. 559. num.5. & ſequen. dicentem cum
Bartol.eſſe Commun. Opin. & ab ea non eſſe diſce-
dendum,& per Aym.conſi.166. num.9. & conſ. 325.
colum.1.qui allegat alios concord. vt poſſunt videri,
& per Caccialup.in tract.de aduo.in 4. quęſt. econ-
uerſo huiuſmodi Doctoribus ſic atteſtantibus , non
eſſe credendum , plures allegando , firmat Iaſ. in d.l.
de quibus.col.pen.& Roch.de Cur.in d.cap.fin.in q.
5.num.569.de conſu.ita firmans eſſe Commu. Opin.
& Pariſ.conſi.25.nu.18.lib.1.& Marſil.in pract. crim.
§.conſtante.num.15.Dec.in conſ.402.circa fin.vbi di
cit,Ita eſſe Commun. Opin.Moder.idem in aliis con
ſiliis ſibi contrarius dicit , & maximè in conſil. 472.
colum. penul. vtraque opinio ſuis fulcita eſt ratio-
nibus,ſuper quib. referendis, non puto neceſſario,
longam moram trahere , niſi quod pro prima opin.
Bar.conſiderandum eſt , quòd Doctores ſic in aliquo
articulo aſſerentes,quid obſeruari,vel eſſe de conſue-
tudine,non ſunt ita ſimpliciter habendi loco teſtium
qui in cauſa aliqua certa,& inter certas partes abſq;
iuramento,non ferunt teſtimonium , ſed ſunt perſo-
næ priuilegiatæ à principe,publicè docendi, gloſſan-
di,& interpretandi iura,vt in priuilegiis doctoratus
dicitur.& l.magiſtros.& ibi Bar.C.de profeſſo.& me
di.lib.10. & quodam modo habentur loco illorum
veterũ iuriſconſultorum in enodandis legibus, & re-
ſpondendo de iure , vt latè comprobat And. Gamar.
in tract.de extenſ. col.3. quemadmodũ enim dictos
Iuriſcõſultos antiquos hoc modo ex his verbis quan
doque loqui videmus.Sed hoc iure vtimur,vt in tex.
l.Stichum.§.ſi Stichus.de ſtatulibe.& in l. ſi tutor. ff.
de teſtamen.tut. & ibi Bart. legendo ſub l.certarum.
ibi præcedente,in ver. contra hoc videtur, dicitur in
caſibus dictarum legum quid de iure ſtricto nõ pro-
10 cedere,tamen † de conſuetudine admitti,id proban-
do ex eo,quod ibi dicit Iuriſconſultus,Et hoc iure v-
timur,&c.ita ex vſu magis hoc probatur, quã ex ſtri-
cti iuris ratione, &c. vt ibi per eum,ad idem tex. iun-
cta glo.in l.ſi quis bonorum.de leg.1. hanc adiectio-
nem etiam importare extenſionem Iuriſcõſulti , præ-
ter regulas iuris tradit Soci.in l.in conditionibus.§.ſi
patronus.col.fi.in prin.de condi.& demon. & impor
tare vſum in populo,animaduertit Natta conſi. 167.
11 nu.7.vt ergo illis priſcis † Iuriſconſultis de conſuetu
dine ſic ſeruari aſſerẽtibus credebatur,ita noſtris Do
ctoribus quandoque quid ſeruari de conſuetudine
ſcribentibus credendum videtur.Et hæc eſt noua ra-
tio in iſta ſpecie, & non paruifacienda , confunditur
enim diuerſitatis ratio, quæ forſan redderetur inter
antiquos Iuriſconſ. & noſtros Doctores hoc modo,





quia ita in cæteris reprobabantur dicta illorum,quã-
do firma ratione non probabant , vt facile videre eſt
in pluribus legibus,præſertim in d. l. Labeo. de ſup-
pel.leg.& in d.l.pen.de teſtam.tut. et reprobari vide-
mus dicta noſtrorum, quando non ſunt bonis fun-
damentis probata,quoad vero conſuetudinem rela-
tam,eadem authoritate noſtri referunt,qua illi refe-
rebant. Cum etiam obſeruantiam conſuetudinis aſ-
ſerant,licet conſuetudo ſit facti,tamen ſic aſſerentes,
non merum factum atteſtantur, ſed ius quodammo-
12 do,cum dicatur conſuetudo ius non ſcriptum , per
vulg.eſt enim † ſimile illi dicto, quod ita communi-
ter tenetur quod bonum verbum in practica dicit
Iaſ.in l.1.§.ſublata.col.3.ſub ver.quarto & vltimo. ff.
ad Trebel.& in l.Gallus.§.&quid ſit tantum.col.pen.
ver.tamen alibi.de lib.& poſt.Idem in dicto hoc per
gloſſ. atteſtato,ita ſeruari de conſuetudine,eſſe vti-
le verbum in practica,dicit Rip.in l.2.col.3.ſub num.
14.ff.de re iud.igitur vbi plures maximè illuſtres , &
notæ,& approbatæ auctoritatis doctores concordi-
ter in gloſ.in lecturis vel aliis ſcriptis authenticis fir-
mauerunt aliquid obſeruari,intelligi vel eſſe de con-
ſuetudine putarem eis,& eorum ſcriptis credendum
inſpecta conſuetudine ipſa atteſtata , vel ſit alicuius
particularis loci vel Curiæ,vt per Gualden. in tracta.
de arte teſtan.in tit.de ſubſtit.caut.25.vel ſit genera-
liter prolata,vel aliàs penes ſenſum cuiuſlibet nota,
13 † vel ſaltem ſufficiens ad pręſumptionem,quæ tranſ-
fert onus probandi contrarium in aduerſarium: Dec.
conſ.691.ad fi.& ita eſſe Commun. Opin.atteſtantes
refert &firmat Rol.à Valle.con.71.num.22.lib.1.Ce-
phal.conſ.389.nu.15.& vt per Aym.d.conſ.166. nu.9.
&con.325.col.1.arbitrio iudicis,prout alię quoq; pro
bationes ſunt ei arbitrariæ,vt per An.de But.in c.ex li
teris.in 6.not.de proba.Pa.de Ca.in l.admonẽdi.col.
pen.de iureiur.Soc.in con.262.in col.5.lib.2.Dec.cõ.
463.in fi.& in conſ. 510. nu.1.atque de hoc eſt viden-
dus Iacob. Phi. Porti.de commu.concl. 24. lib.1. vel
Gabr.Rom.de Commun. Opin.tit.de probat. concl.
4.li.1.& Viui.de Commun.Opin.in ver.Doctori.li.1.
14 Sane prædicta † intelligenda ſunt,quod à commu-
ni vſu loquendi vulgariter non debent teſtamento-
rum verba interpretationem recipere,quando à No-
tario vel ab alio in ſcriptis ſunt redacta & prolata in
ſermonem Latinum , quia tunc intelligenda ſunt ſe-
cundum interpretationem iuris, vt tradit Bar. in l.ſi
quis filiabus.ff.de teſtam.tut. refert & ſequitur Alex.
in con.2.Viſis codicillis.col.8.in prin.ver.2.quia quo
tieſcunque.& in con.82.In cauſa vertente.col.2.ver.
ſubdo,quod iſtud. li.1. & in con.5. Circa primum.
col.2.in fi.col.ſeq.& in cõ.26.Videretur fortaſſe.col.
pen.ver.Præterea ſecundum Bal.lib.3.& in l. ſtipula-
tio iſta.§.hæc quoque ſtipulatio.in fi.de verb.obli.&
ſequitur Dec.in con.358.In caſu Domini Franciſci.
col.3.ver.2.non obſt.& Rub.Alexa.in con.144.nu.6.
15 & dicit Bal.in l.lege.circa fi.C.de legi.hær.quod † ſer
mones prolatos in vulgari debemus interpretari ſe-
cundum communem vſum loquendi , & prolatos in
ſermone literali debemus interpretari ſecundum ar-
tem literarum,vel ſecundum groſſum modum loquẽ
di literaliter, licet hæc alibi commodius , & diffuſius
dicenda fuerint infrà li. ſeq.interpr.3. dubit.2. ver.2.
inſpiciendum eſt.nunc tamen prætermittendũ nõ eſt,
quod ſi hęc interpretatio verborum ſermone Latino,
ſeu alio prolatorum,repugnet voluntati teſtatoris, &
nõ eſt tenenda,ſed verba improprie accipi debent,vt
habeat locum ipſa voluntas teſtatoris:l.non aliter.
de leg.3.et l.3.et ibi Alex.C.de libe.prętc.et l.quibus
diebus.§.dominus.de con.et demonſt. Dec.con.399.
nu.7.Cur.Iun.con.145.Facti cõtingẽtia.col. 8. nu.16.
16 Quia † voluntas teſtatoris præualere debet omni
iuris interpretationi,l.cum quęſtio.in fi.C.de lega.et
d.l.3.de li.præte.cum ſimil.et naturali ſignificationi
præualere debet,glo.1.in l.ſi cui lana.in prin. de le.3.
et facit tex.in l.in fructu.de vſufruct.lega.

## *SVMMARIVM.*

*1 Iudex poteſt interpretari ambiguam teſtatoris voluntatẽ in defectum omnium , vbi aliter interpretatio haberi non poßit,nam id gnerale eſt,cũ quid iure definiri non poßit,id religioni ac iudicis arbitrio remitti, & præſertim facti quæſtio in arbitrio eſt iudicis.*

*2 Iudex non ſolùm vltimas voluntates,ſed etiã iura in cauſa vertente coram eo poteſt interpretari,& vide caſus, in quibus habet ſupremam poteſtatem,ibidem.*

*3 Practica ſeruanda quando iudex aditur , vt fiat declaratio alicuius diſpoſitionis.*

*4 Probatio requiritur fieri coram iudice eorum , quæ debẽt eum mouere ad interpretandum.*

*5 Iudex debet talem ordinem obſeruare , vt primo videat, quid teſtator ſenſerit,quod poſſit apparere ex verbis teſtamenti.*

*6 Coniecturæ in facto probandæ & allegandæ ſunt , quibus iudex poſſit moueri ad declarandũ dicta quoque dubia.*

*7 Euidens probatio dicitur etiam per coniecturas facta.*

*8 Aeſtimatio pretij,quo hæres damnatus eſt aliquid emere ad iudicem ſpectat.*

*9 Factum iudicis in his,quæ interpretatur circa teſtamentũ, reputatur factum teſtatoris,& dicitur factum iudicis factum partis,intellige,quod factum eſt ritè & rectè.*

*10 Iudex ſequi debet interpretationem à iure traditam , in hisq; cognoſcendis debet ſeruare ordinem iudiciarium, & diffinitiuam ſententiam ferre.*

*11 Appellatio datur contra interpretationem non rectè factam per iudicem.*

## SOLVTIO XII.

CVM autem teſtatoris ambiguæ volun-
tatis interpretatio aliter haberi non po
teſt , et ſic in defectum omnium , ſe-
cundum Abb. in cap. ad audientiam
1 vltra med.de deci.† ea quidem ad iudi-
cis æſtimatioenm pertinet,vt l. voluntatis. et ibi Cy.
Bald.Saly.Pau.de Caſt.et Iaſ.C.de fideicomm. et Al-
ber.de Roſ.in l. veteribus.col.fin. ff. de pact. Bartol.
et Iaſ.in l.ſi quis à filio.§.ſi quis plures.in fi. de leg.1.
et text.in l.non aliter.§.1. de lega.3.facit, quod habe-
tur in Deuteron.cap.17.ibi,Si difficile et ambiguum
apud te iudicium,etc. venieſque ad ſacerdotes Leui-
tici generis,et ad iudicem, qui fuerint illo tempore,
quæreſque ab eis,qui iudicabunt tibi iudicij verita-
tem,etc.Nam generale eſt,cum quid iure diffiniri nõ
poſſit,id remitti religioni arbitrioque Iudicis , l.non
poſſunt.ff.de legi.et l.1.in fi.de iure delibe. et Bald.in
cap.1.colum. 4.de mil. vaſ. qui fu. contu. præſertim
quæſtio facti in arbitrio iudicantis eſt,l.1.§. colũnia-
toribus.ff.ad Turpil.et Bald. conſi.301. Proponitur.
poſt prin.lib.1. Quæ autem remiſſa ſint arbitrio iu-
dicis fere omnia tam nominatim , quàm remiſſiuè
colligit Tiraq.in d.l.ſi vnquam. in ver. omnia. num.
31.de reuo.donat.Exinde ſui ampli operis aſſumpſit
2 titulum Menoch.de arb.iudic.Non ſolum † vltimas
voluntates,ſed etiam iura quilibet iudex in cauſa co-
ram eo vertente poteſt interpretari, allegando glo.in

cap.1.de poſtul.præla.& Inno.& Ioan.An.in ca.olim, de ver.ſignif.ponit Phil.Peruſ.in ca.cum ſpeciali.col. 2.de appel.& per Bar.in l.1.C.de leg.& Dec.in d.cap. num.39.& in cap.intimaſti. in princip. de appella.& Natta conſi.282.in fi.tom.2. intellige,vt per Abba.in ca.quoniam. num.6.7.de conſti.& caſus, in quibus iudex habet ſupremam poteſtatem, refert Paris de Put.in tract.de ſindi.in ver.iudicis ſuprema poteſtas.
3 Poteſt enim † iudex principaliter adiri, vt declaret verba ambigua,& obſcura alicuius diſpoſitionis, vt tradit Bar.in d.l.veteribus.in fin.& practicam, quæ debeat ſeruari in petendo & articulando ſuper his, ponit idem Barto.in l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus.de verb.obliga. & ibi Roma. & Alexan. ſequuntur: dicit ibi Bartol.quod id petitur fieri per officium iudicis,inter alias leges,allegando d.l. voluntatis. de fideicom.Sed hæc practica Bart.ſolum vertitur in declarando,de qua re fuerit ſenſum in ſtipulatione,quę ratione rei ſolum erat ambigua,vbi vertitur præiudicium partis, requiritur eius citatio, alàs ſecùs, latè Barbat.conſi.18.col.8.& ſequent.l.1.Nos verò ſumus in materia vltimarum voluntatum,quæ pluribus reſpectib.poſſunt eſſe obſcuræ,& declarari poſſunt per alios,& aliter,quàm per iudicem, vt ſuperius oſtenſum eſt,ſolum in æſtimatione iudicis eſt quæſtio, an debeatur, & quantum, & intra quod tempus: vt per Alber.de Roſa in l.Stichus.de leg.3.& quantum declarandum pertineat ad publicas & pias cauſas,& nō priuatas: Bald,in l. quidam teſtamento, de legat.2. Ideo in hac ſpecie practica adhibenda eſt, quod more medicorum cognita cauſa ægritudinis contraria medicina detur: ſic enim contrariis contraria curantur, & ex duobus contrariis fit vnum temperamentum,dicit gloſſ.in ver.inducere.in l. Gallus §.penult.
4 de liber. & poſthum. Cognito † ergo in quo vertitur ambiguitas diſpoſitionis,& quæ poſſint eam reddere claram, & perſpicuam congruis petitionibus,& articulis factis ſimul cum negotio principali, ſi aliud non impediat: ea quidem proponenda ſunt in facto & probanda iudici,vt poſſit his perſpectis motum animi ſui taliter informare, quod inclinet ſe ad interpretandum & declarandum omne id, quod prius videbatur obſcurum: vtl.falſa.in princip.ibi: ſed & ſi controuerſia,&c.de condi. & demonſtrat. & l.2.§.de illis.de collatio.bonor.& l.quinquaginta. ff.de prob. Et hoc eſt,quod dicit Inno.in c.olim.tibi.circa med. de verb.ſignifi. quod interpretatio cuiuſlibet iudicis debet fieri partib.præſentibus,& pręhabita copia defendendi vtrique parti,& quod dicit Bal.in d.l.voluntatis.in fi.quod iudex cogitur declarare receptis probationibus, & indiciis: & Bar.in l.ſi ſeruus plurium. §.fin.de lega.1.dicit,quod pro declaratione legati obſcuri recurritur ad iudicem,ſed quod iudex debet declarare ſecundum cōiecturas ibi poſitas,vbi ad declarandum dubiū qualitatis rei legatæ in tex. & gl. ſunt traditæ ſeptē coniecturæ.ſ.conſuetudo teſtatoris: conſuetudo regionis,quod colligitur ex præmiſſis & ſeq. dignitas legatarij: dilectio, conſanguinitas, vicinitas ſcripturæ,vt ibi Doct.latè proſequuntur, & ego partim ſupra proſecutus ſum, circa conſuetudinē communem teſtatoris,& inferius circa alia ſuis locis proſequar. & generaliter tradit Bart.in d. l.non aliter.de
5 lega.3.† Iudicem debere talem ordinem obſeruare. quod primo videat,quid ſenſerit teſtator,quod addo, poſſe apparere ex verbis teſtamenti: l.3.de reb.dub.l. Labeo.de ſuppel.leg.& l.cum virum.C.de fideicom. & ſi non apparet,attenditur veriſimilitudo,quæ colligitur ex maltis traditis in d. l.ſi ſeruus pluriū. in fi & per Din.in c.inſpicimus. de reg. Iu. in 6.Ang.Aret. in §.1.col.3.in prin.Inſti.de le.& ſic Bar. intelligit tradita in d.l.ſi ſeruus plurium,facere generaliter ad interpretationem voluntatis dubiæ etiā aliis reſpectib. vltra dubium qualitatis,& proſequitur Clar. §. teſtamentum,in q.76.ver.ſecunda regu.& Bald.in d.l.voluntatis.intelligit,iudicem poſſe declarare quæq; dubia,cadentia in omnibus decem prædicamētis,vt ibi
6 per eū: ita † in facto allegandę & probandæ ſunt coniecturæ,per quas iudex poſſit moueri ad declarandū dicta quæque dubia: vt dictum eſt,addito tex.elegāti in l. Aurelius.§.filias.de liber.leg.ibi,ex qualitate diſceptationis iudicem æſtimaturū.Glo.ibi exponit,ſecundum ea,quæ legatarius euidenter probauerit, teſtatorem ſenſiſſe,& tex.in l.quæſitum.§.ſed & ipſe,de fun.inſtru.& in l.alimenta.§.1.de alim.leg.& in l. cre
7 ditor.§.1.de lib.leg.† Euidens probatio dicitur etiam per coniecturas facta: l.licet imper.in prin.&ibi doc. de le.not.Bal.in l.quidā teſtam.circa fi.de vul.& pup.
8 Ad † iudicem quoque ſpectat æſtimare iuſtum precium,quo hæres damnatus eſt aliquid emere, Bartol. & Ang.in l.& ſi æquo.de le.1.Hæc ſunt quę extra teſtamentum dicūtur incurrere, ideo ex bono & æquo debent intrerpretari,per tex.in l.his,quæ.de condi.& demonſt. & quæ cum multa ſint, & oriri poſſint, ad quæ non poteſt abſolutè reſponderi, pro bono ſunt æſtimanda, & huiuſmodi varietas viri boni arbitrio dirimenda eſt,dicit text.in l.Mæuia.§.vxore.de annu.
9 leg.in his autem † ſimilibus factum iudicis, dicitur factū teſtatoris, l.3. in prin.de ali.le.facit tex.in l.profectitia.§.ſed ſi proponas. ff.de iur. dot.& illud,quod dicitur,factum iudicis,videri factū patris: l.ſi ob cauſā.&ibi not.Bar.C.de euic.&l.1.ſi in cau.iud.pig.cap. ſit.cum concordan. allegatis à Tiraq. de retract. tit.1. §.1.glo. 14.num. 13. intellige,quod factum eſt ritè & rectè: Barto.in l.meminerint.col.1.ver.op.pars poteſt concedere.C. vnde vi. & Aym.con.5.nu.1. & demum iudicis eſt arbitrari, & quandoque exequi, quæque dicta ſint in hoc legali tractatu, arg.l. 2.§. poſt originē.
10 de orig.iur.† & ſequi interpretationem etiam à iure traditam: l.ſeruo legato.§.ſeruus.de leg.1. & Bal.in d. l.voluntatis. col.1. itaque in his cognoſcendis iudex ſeruare debet ordinem iudiciarium, & diffinitiuam ſententiam ferre,vt tradit poſt Inno. Abb.in c.in his. in fi.& in d.c.olim tibi.ſequen.ver.ſecūdo collige. de ver.ſignifi.& Soc.in l.ſi fuerit.§. 1.num.2. & 3.de reb.
11 dub.& † à mala interpretatione poſſet appellari, Fel. in c.ſuper quæſtionum. in prin.col. 2. de offi. deleg.

*SVMMARIVM.*

1 *Princeps dicitur iudex iudicum, ordinarius ordinariorum.*
2 *Princeps interpretatur voluntatem teſtatoris ambiguam, ſed an ea poteſtate, qua interpretatur iura.*
3 *Et intelligitur de Papa & Imperatore, & non de Principe inferiore.*
4 *Princeps an habeat tantam poteſtatem in interpretandis teſtamentis, quantam in interpretandis legibus, quas poteſt in interpretando corrigere & mutare, interpretari enim aliquando idem eſt quod corrigere, ſicq; an poſſit corrigere & mutare teſtamenta, vide quæſtionem ſubtiliter diſcuſſam.*
5 *Princeps non poteſt facere interpretationem ad corrigendum, mutandum, addendum, ſupplendum, vel extendendum teſtamentum non poteſt reſcindere teſtamentum, etiam cum clauſula, Non obſtante ſuo reſcripto, ex poteſtate ordinaria, nec commutare vel alterare voluntatem*



*tatem teſtatoris.*
6 *Teſtamentum eſt de iure gentium inuentione, imo de iure Diuino, & de iure Ciuili, quoad ſolennitates.*
7 *Princeps quando de poteſtate abſoluta hoc faceret ſine cauſa deberet ſoluere precium ei, cui ius eſſet ablatum, ſicq; minus eſſet preiudiciale, alias in principe in hac ſpecie non præſumitur cauſa: & quando cum cauſa tolleretur ius quæſitum, debet ea eſſe talis, quæ reſpiciat publicam vtilitatem, non priuatam, & quæ ſint hæ cauſæ, & quando debeat etiā ſolui preciū ei, cuius res erat: & eſto, quòd cauſa reſpiceret æqualitatem, non poſſet tolli ius quæſitū, & circa mutanda teſtamenta videtur principi poteſtatem abſolutam non conuenire, ſed ordinariam, ſecundū Dida. Couar. declara tamen, vt per Vaſq. & alios.*
8 *Princeps non poteſt auferre liberam teſtandi facultatem, nec teſtatorum leges & conditiones, vide argumenta ibi in contrarium.*
9 *Princeps dicitur lex viua, & plus poteſt in regno ſuo, quam lex communis, vel conſuetudo.*
10 *Teſtator condens teſtamentum vel quilibet actum faciens, videtur ſe aſtringere legi loquenti de teſtamento, vel de illo actu.*
11 *Teſtamentum vt de iure Ciuili valeat, requirit additionem hæreditatis.*
12 *Princeps antequam adeatur hæreditas & apprehenſa ſit bonorum poſſeſſio, poteſt liberè corrigendo vel modificando tollere ius aditionis alteri quæſitum.*
13 *Princeps in legitimando naturalem incapacem, mortem patris, ſtantibus aliis legitimis & naturalibus ante aditam hæreditatem, ius delatum ſuccedendi, cum ſit merè de iure ciuili, poteſt auferre, etiam ſine illa cauſa, concernente publicam vtilitatem, & eſt Com. Opi.*
14 *Princeps reſtituendo damnatum, aufert hæreditatem, interim alij delatam, nondum per eum apprehenſam: ſicq; quando ius eſt ſic quæſitum in ſpecie toll poteſt, & etiam ſine cauſa.*
15 *Princeps poteſt ſine cauſa auferre fideicommiſſi ius non agniti & quæſiti.*
16 *Vltima voluntas & ius teſtandi, & acquiſitio ex eo, & omnis denique mundi ſucceſſio, eſt de iure poſitiuo.*
17 *Princeps adiri poteſt p prohibēda aditione hæreditatis nōdum apprehenſæ, mandando filios æqualiter adinuicem componi, & concordari, ſemotis malignitatibus adhibitis in teſtamento, inæqualiter facto inter liberos.*
18 *Papa poteſt corrigere & tollere diſpoſitionem teſtatoris, principaliter vel cauſatiuè prohibentis matrimonium cum aliqua perſona.*
19 *Pater quandoque plus diligit vnum filium, quam alium, tuncq; patris diſpoſitio obſeruāda eſt, quia poteſt plus vni filio, quam alteri relinquere.*
20 *Princeps in interpretatione correctoria, adita hæreditate, & apprehenſa bonorum hæreditariorum poſſeſſione, interpretando non poteſt corrigere teſtamentum poteſtate ordinaria. Non adita hæreditate, indiſtinctè poteſt prohibere aditionem hæreditatis.*
21 *Indicia, quæ extant pro declaranda voluntate teſtatoris, poſſunt mouere principem, ad eam interpretandam, conformem indiciis ipſis.*
22 *Princeps quando poſſit confirmare teſtamentum nullum ob defectum teſtium: & illud, quod facit vel confirmat Princeps, dicitur eſſe de iure ciuili, & ideo quæ ſunt iuris ciuilis poteſt in teſtamentis ſupplere & conualidare.*
23 *Princeps interpretari habens, vbi dubium vertitur in facto, vel inter partes, pars vocanda eſt, vt & eis fiat præiudicum, & ſtare teneantur.*
24 *Citatio partis, quando requiratur in interpretatione facienda.*
25 *Surreptio debet ceſſare, vbi Princeps aliquid, parte non vocata, facit, remiſſiuè ibidem.*
26 *Princeps ſicut iudex inferior cauſa cognita indiciis receptis prout ſibi liquet, poteſt voluntatem teſtatoris interpretari, ita ſua ordinaria poteſtate, & ſine clauſula, non obſtante, putans cauſam ſubſiſtere, & opinione ſua poteſt interpretando ſtatuere ſeu mandare, & poteſt hoc facere validè ſine cauſæ cognitione.*
27 *Princeps reputatur bonus & æquus, & maieſtas ſua per hæc duo nomina conſeruatur in eſſe, ideoq; non præſumitur concedere non concedēda, & dicitur ſe habere erga ſubditos, ſicut pater erga filios: & de hoc plura dicta ibidē.*
28 *Principis voluntas præſumitur iuſta, & talis, qualis eſſe debet ſecundum rectam affectionem, & quælibet occaſio iuſtificat ſuum placitum. Itemq; Principis poteſtas eſt ſupra ius, & poſſet præcipere ſine cauſæ cognitione, vel cauſæ expreſſione. Inde eſt, quod debet iudicare, ſecundum eius conſcientiam.*
29 *Citanda & vocanda eſt pars, vt poſſit legitimè contra eam aliquid ſtatui & determinari.*
30 *Princeps debet curare imperium apliamre hominibus potius, quam pecunia, & legitime electus, eſt Deus in terris, ſed non legitimè electus, eſt diabolus in terris.*
31 *Eccleſia vel imperator non iudicat de occultis.*
32 *Deus ſecretorum eſt cognitor & iudex.*
33 *Remedia recuperādi ablata Principis poteſtate abſoluta.*

## SOLVTIO XIII.

SIquidem interpretatio huiuſmodi à iudice fieri poteſt, eo magis etiam fieri
1 poteſt à Principe, qui † dicitur iudex iudicum, & ordinarius ordinariorum, per not. in l. nemo iudex. C.de decur. lib.10.& per Bal. in tit. de pace Conſtan. circa princ. & Barba.conſi.34.lib.2.refert Curt.Sen.conſ.50.col. 21.num.141.ita expreſſe not.Bald.per illum text. in l.
2 fin.C.de com.ſer. manu. † voluntatem teſtatoris interpretari per Principem, vt not. Fulgo. in l. fina.de precibus imper. offeren. ſimiles tex. addo in l. Caio. §.Imperator.de ali. leg. & in l.denique.§. quidam.de pecul.leg.& gloſſ.penult. in l.ex verbis. C. de donat. inter vir.& vxor.quæ not.ibi,quod Imperator interpretatur defuncti voluntatem, arguendo, quod eius ſolius eſt interpretari voluntates,quia iura interpretari eius ſit: l.fina. C. de legi. & voluntates defunctorum pro iure ſeruantur: §.diſponat.in auten.de nup. ſic glo.hæc ſentit expreſſe: Principem poſſe teſtatoris voluntatem interpretari,ea facultate & poteſtate,qua interpretatur iura & leges communes: idem per Azo. in prologo Summæ, & Luc.de Pen.in l.1. C.de his,
3 qui in exil.da.lib.10.† intelligit Bero.conſi. 22.num. 44.lib.2.de Papa & imperatore,non de principe inferiore & feudatario.
4 Exinde quæritur, An † tanta ſit poteſtas principis in interpretandis teſtamentis,quanta eſt in interpretandis legibus: quas quidem interpretando poteſt corrigere & mutare,quia interpretari aliquādo idem eſt quod corrigere: Gloſ.in ver.interpretationem. in l.1.de origin.iur.& in l.1 §.qui operas.ff.ad Tertul.vt dictum eſt ſupra in dubitatione 1. & conſequenter, an poſſit corrigere & mutare teſtamenta, videtur reſpondendum, poſſe,per d. gloſ. pen. in d. l.ex verbis. quæ arguit: Principem interpretari voluntatē defuncti,quia vti lex ſeruatur, & principis eſt interpretari leges. Sed aliter reſpondendum eſt diſtinguendo & declarando articulum hunc prout intelligi debet, & omittēdo plura,quæ dici poſſent in materia immen-


ſi pela-

ſtatoris,ita quòd poteſt dici quædam noua conceſſio: vt per Tiraq.in l.ſi vnquam.ver.libertis.nume.15. de reuoc.don. & tunc ſeruanda eſt diſtinctio ſuprà facta in interpretatione correctoria,cùm tractetur de præiudicio iuris tertij aliquo modo tollendi, vel ne, aut
21 huiuſmodi interpretationes ſint fiendæ † ex argumẽtis,& indiciis, oſtendentibus conformitatem voluntatis teſtatoris, & ex ambigua & obſcura eam claram & certam reddentibus:iuxta tradita per tex.gl.& doct. in l.ſi ſeruus plurium. §.1. de leg.1.& tunc abſque dubio, & indiſtinctè poteſt Princeps interpretari: & ita loquuntur,l.fi.C.de Com.ſer.manu.l.Caio.§.imperator,de alim.leg.& l.denique.§.quidam.de pecu.leg.& d.l.ex verbis.ſuprà alleg.hanc diſtinctionem in ſimili facit & adducit Gom.ſuper reg.cancel.in reg. de non tol.ius quæſi.in q.13.ver.& ideo pro reſolutione, qui plura allegando plenè & notanter loquitur,in hoc re-
22 miſſio fit ad eum. Quando autem † Princeps poſſit confirmare teſtamentum nullum teſtium,plenè tradit Luc.de Pen,in l.1.col.3 & ſeq.C.de his,qui in exil.da. lib. 10. vel nullum circa alios defectus iuris poſitiui, latè tradit Pariſ.conſ.46. num.32. & ſeq.lib.3. Nota, quod Princeps facit vel confirmat,dicitur eſſe de iure ciuili:Bart,in l.poſthumus.in prin.ad fi.ver.2.caſu,de iniuſt. & rup. teſta. facit l. Ius ciuile. de iuſt. & iu.& quæ ideo ſunt de iure ciuili, Princeps peteſt in teſtamentis ſupplere & conualidare: Pariſ.conſ.36.nu.32. & ſeq.lib.3.

23 Deinde aduertendum eſt, quòd vbi † dubium vertitur in facto,vel motum inter partes,& vt partes, teneantur,ſtare, & eis fiat præiudicium ad omnem interpretationem fiendam per Principem, pars vocari oportet: vt eſt doct. Inno.tota perſpecta in d.c. olim tibi.de verb. ſignificat. quam ibi Io.Andr. & Ant.de Butr.ſequuntur.& Paul.de Caſtr.in conſi.338. Quia exceptiones,col.2.ver.hoc præmiſſo.& in conſil.340. præmiſſis allegationibus.col.1.lib. 1. qui licet ibi videatur firmare in interpretatione correctiua,vel modificatiua,& non declaratoria,tamen etiam in declaratoria,quando eſſet neceſſaria probatio facti, vt fiat præiudicium partibus, debet ſeruari ordo iuris, quo ad vocationem partis: vt ſentit Inno.in dicto c. olim tibi. circa fin. qui loquitur etiam in teſtamenti interpretatione & vltimarum voluntatum:& per ea, quæ tradit Petr.de Ancha.in conſil.283. Primo. Quando
24 verò † declaratoria interpretatio fieret,ſecundũ propriam ſignificationem verborum, & prout eſt notorium de iure,tunc citatio partis non requiritur, aliâs requiritur,vt etiam tenet Bal.in l.fi.C.de legibus, per ver.ibi in text.cognitionaliter. & comprobat Alex.in conſil.11.Aliâs conſului.col.3.& ſeq.lib.7.& in ſpecie videtur tex.in l.fi.ibi, & cognitione ſuſcepta. de hæred. inſti. ex quibus patet.nimis generaliter loquutũ eſſe Abb.in d.c.cùm olim.verſ.2.collige.dicentem, ꝙ ſi interpretatio fieret extra iudicialiter in Principe,nõ eſt neceſſaria vocatio partium:quia debet intelligi in caſu,vt dictum eſt,cum alleg.à Dec.in c.cauſam, quæ. col.1.de reſcrip.& per Tiraq.res inter alios acta.in 7. lim.in fi.Verum eſt,præter citationem alium ordinem iudiciarium in procedendo non ſeruari,ſecundũ Bal. in d.l.fin.de leg.1.

Fallit,quòd vocatio partis non requiritur,quando Princeps ex certa ſcientia vellet quocũque modo interpretari;quia tũc nullus poteſt ei dicere,Cur ita facis,vt firmant Io.And.in d.c.olim.tibi.circa med.Soci.in tract.de citat.in 7.artic.col.9.verſ.quadrageſimò
25 procedit.& Deci.in conſil.269.col.fin. † dummodò non ſit commiſſa aliqua ſurreptio,vt ibi Socin, dicit, & latiùs de ſurreptione ceſſante,Dec.in conſ.198.col. 3.& conſi.544.Sereniſſimus.col.2.nu.9. & ſeq.& cum concordantibus ad hanc principalem concluſionem: vt per Dec.in conſi.191.In cauſa,quæ agitatur. col.3. nu.66. & per Marſil.in l.de vno quoque. num.16.17. & ſeq.de re iud.

Conſequens eſt,etiam hoc in loco meminiſſe not. doctr.Bald. in d.l.ſi teſtamentum. C. de teſtam. quæ eſt ad propoſitam quæſtionem,applicando. Quòd v-
26 bicunque † inferior iudex cauſa cognita indiciis & coniecturis receptis,prout ſibi liquet,poteſt voluntatem teſtatoris interpretari, & ſic, quantum iudici in his conceſſum eſt, probationibus factis, tantundem ſua ordinata poteſtate,& ſine clauſula, Non obſtante,ſatis eſt:quòd putet cauſam ſubſiſtere,& ex opinione ſua Princeps poteſt interpretãdo ſtatuere ſeu mãdare:& ibi Paulus de Caſt.ſequitur exprimens, quòd Princeps id poteſt validè facere ſine cauſæ cognitione.& confirmans ex not.per Inno.in c.veniens.de fil. preſb.& per Glo.in c.1.de ætat.& quali.lib.6. pariter ibi Iaſ.in col.fin. in princ.approbat dicens,id not. dictum Bal. pluries allegari.allegando ad idem Bald.in l.reſcripta.colum. fi.in 3.q.de precibus imper.offer.& Alex.conſil.94.Conſideratis his. col. fin. in prin. lib. 1.Ratio enim huius not.doctrinę fundata eſt in bonitate Principis & eius affectione erga ſubditos, & in rectitudine ſuæ voluntatis, & in ſuprema poteſtate
27 ſua.Nam † Principem reputamus bonum & æquum, & maieſtas ſua per ęhc duo nomina in eſſe conſeruatur,inquit Bald.in l.1.in 1.not.ff.de conſti.princip.ideo non præſumitur concedere non concedenda: idẽ Bald.in prælud.feud.col.8. ſub ver.Aliqua,ſed pauca. num.36. cum pluribus ſimilib alleg. in Alci. de præſump.Reg.3.in præſump.11.in prin. Deinde Princeps dicitur ſe habere erga ſubditos,ſicut pater erga filios: Guid.Pa.in q.631.in quadam cauſa.car.4.ver.ad quartum dubiũ.dicit Io.de Lign.in tract.de ami. ſub rub. ſeu tit. de Amicitia magnatum ad. ſubditos. num. 5. quòd ſuperior maiora & meliora meliùs facit ſubditis,quàm è contrà.Notabiliter ante eum inquit Ariſt. lib.8.Ethicorum,cap.11. quòd Regis quidem amicitia ad eos,qui reguntur, in excellentia beneficij conſiſtit confert in eos etiam benefi. qui ab ipſo reguntur, ſi quidem cùm ſit bonus,curam ipſorum habet,quò bene ſeſe habeant, &c. Pater autem maiori affectione proſequitur filium,quàm ſeipſum. l.iſti quidem. in fi.
28 ff.de eo,quod met.ca.† Atq; voluntas Principis præſumitur iuſta,& talis, qualis eſſe debet ſecundum rectam & legitimam affectionem: l.ex facto.in princ.& ibi Bal.Imo.& Iaſ.de vulg.& pupil.& gloſ.fi.l.relegati.ff.de pœn.cum pluribus ſimil.alleg.à Nauiza. inter conſi.Bru.conſi.12. nu.8.& quælibet occaſio iuſtificar ſuum placitum: Bald.in c.Eccleſia. col. fin. vt lite pend.Poſtremò,poteſtas Principis eſt ſupra ius:c.propoſuit.de conceſſ. præben. ideo auctoritate Inno. dicit Abb.in c.ſi quando.in fin.de reſcrip.quòd vani capitis eſt,æſtimare ſuperiorem non poſſe præcipere ſine cauſæ cognitione,vel ſine cauſæ expreſſione: inde eſt, quòd iudicare debet ſecundum eius conſciẽtiam, aliâs peccaret ſecundum Theologos, vt dicit Bart. in l.1.in fin. vt quæ deſ.aduoca. refert & ſequitur Guid. Pap.in q.29.in ſuperiore.& Dec.conſil.699.col.fi.nu. 16.Quinimò perſona Principis in ſe dicitur continere æquitatem, quæ ipſa interpretatur vocabula cum aliis,tradit Bal.in l.fi.col.5.in 15.q.C.de hæred.inſtit.

Prædicta nihilominus ſunt intelligenda, his temperamentis adhibitis, vt locus non ſit præcibus, ſeu quærelis,de ſurreptione,aut mala informatione præhabita,



29 habita,quòd † partes vocentur, aut audiantur priuſquam aliquid ſtatuatur.c.1.& ibi Abb. in vlt.not. de ca.poſ.& propr.cum aliis refert Dec.d.conſi.544. Sereniſſimus.col.3. num.20. & ſuprà dictũ eſt, & quòd remota affectione gratiáque Aulicorum æqua pro meritis virtutum ſit conditio ſubditorum,credulitas abſit, facilitas vel impreſſionum primarum delatarũ, maximè criminum:qui enim credit citò, leuis corde eſt,& minorabitur, in Eccleſiaſt.c.19. & venit contra probatiſſimos mores Alexandri Magni,qui,teſte Plutarcho,in vita ſua,orante accuſatore, altera manu aurem ſolebat claudere,vt ipſa reo omnis expers calumniæ conſeruaretur, præcipitatio iuſtitiæ Nouerca ſui iudicantis voluntaria recedens à matre virtutum diſcretione ſit procul ab eo:clem. 2. §. verùm,quia. de re iud. Vnde Polytus vulgaris Poëta Arioſtus in ſuo noto Poëmate,cantu 18.his carminibus decantat:

*Magnanimo Signor,ogni voſtro atto*
*Ho ſempre con ragion lodato è lodo,*
*Benche col rozzo ſtil,duro,è mal'atto,*
*Gran parte della gloria ui diſraudo.*
*Màpiu de l'altre vna uirtu m'hà tratto:*
*A cui col cor,è con la lingua applaudo:*
*Ches'ogn'un troua in voi ben grata vdienza*
*Non vi troua però facil credenza.*

*Speſſo in diffeza del biaſmato abſente*
*Indur vi ſento vna,& vn'altra ſcuſa:*
*O riſerbargli almen,ſin che preſente*
*Sua cauſſa dica,l'altra orecchia chiuſa,*
*E ſempre prima che dannar la gente,*
*Vederla in faccia,è vdirla ragion ch'vſa,*
*Differir'ancho è giorni,è meſi,& anni*
*Prima,che giudicar ne gli altrui danni.*

Libuit ſic trãſcribi carmina hæc,vt faciliùs dignoſcatur,has veterũ ſententias tẽporib.etiã noſtris ſummo in honore ſemp habitas ac celebratas eſſe,vt quoque facientia ad ſuũ propoſitum vulgaris Poëtæ Dãtis,carmina aliqua tranſcripſit Hieron.Cagn. in l.ius noſtrum.nu.3.& in l.conſi.ſub num.7.de Reg.Iu.

Præterea Imperium ampliari hominum adiectione potiùs,quàm pecuniarum copia malit:l.fi.§.ſi plu-
30 res.ff.de bon.dam. † Omni tempore ſubiectorũ cõmoda tam inueſtigare, q̃ eis mederi oportet.Erga eos clementia vtens Deũ imitãdo.l.imperialis.in prin. C. de nup.quia princeps legitimè electus,eſt Deus in terris:ſed nõ legitimè electus,eſt diabolus in terris: Cal. in l.fi.nu.1.C.ſent.reſcin.nõ poſ.ſubiectorũ cõmunia cõmoda,ſuis quidem cõmodis præferenda cenſeat: l.
31 §.fi.de cad.tollen.† Secreta modicis legibus nõ probatis,renuat velle ſcire,& minùs punire,quia Eccleſia vel Imperator non iudicat de occultis.Secretorum.n. cognitor eſt Deus & iudex.ca.erubeſcant,32. diſtinct. & c.ſicut.in fi.de ſimo.cum ſig.ibi.in gl.Bal.cõſ.383. ſub num.4.lib.5.Nunquam vel niſi publica emineat vtilitas arbitrio legibus ſoluto, ſed recto procerum conſil.prudentum cũcta decernat, præcipiat. c.1.ibi, habito ergo conſilio, &c.de prohi.feu.ali. per Feder.
32 Alioquin † remedia recuperandi ablata per Principem ſua poteſtate abſoluta,tradit Garcia Hiſp.in l. Gallus.§.& quid ſit tantum.char.fin. col. 2. ver. & ex his infero.de libe.& poſthu.& Franch. aliqua in ca.ſi duobus.§.fi.col.fi.ver.3. limita. extrà de appell. & Arius Pinel.in d.rub.de reſcind.vend.in prima par. ca. 2.numer.27.& ſequent.

## LIB. I. INTERPR. I. DVBIT. IIII.

## SOLVITVR.

1 *Quòd ſit apta interpretatio.*
2 *Quòd ſit veriſimilis.*
3 *Ne ſit captioſa.*
4 *Vt ceſſet abſurditas.*
5 *Quòd ſit humana & benigna interpretatio.*
6 *Quòd ſit æqua.*
7 *Quòd ceſſet perplexitas vel repugnantia.*
8 *Ne videatur ſtatim ſe correxiſſe.*
9 *Vt contrarietas ceſſet.*
10 *Vt minùs lædatur Ius Commune.*
11 *Quòd in teſtamentis plenior interpretatio.*
12 *Quandóve ſtricta & limitata ſit interpretatio in teſtamentis,& quæ odioſa,& quæ fauorabilia ſint.*

## SVMMARIVM.

1 *Modus tractandi in quali[illegible]a reperitur, & eſt triplex:diffinitiuus:di[illegible] exemplorum poſitiuus.*
2 *Interpretatio debet eſſe apta & veriſimilis, quæ exponat, & non perimat id,quod venit interpretandum.*
3 *Interpretatio omnis nil aliud eſt, niſi quædam adaptatio, etiamſi tendat ad adimendum, & debet eſſe congrua.*
4 *Interpretatio voluntatis teſtatoris hoc ordine eſt facienda.ſ.inſpiciendo,quid ſenſerit,& veriſimile, & propriam verborum ſignificationem, & debet fieri eo modo,quo conuenientius eſt,& magis adaptetur voluntati teſtatoris,etiam præſumptæ,ſicut intelligitur Statutum & Lex.*
5 *Interpretatio non poteſt accommodari ad non apta, quæ adaptatio debet in ipſa interpretatione eſſe talis,quæ conueniat rei,à qua ſit interpretatio, & rei,quæ eſt ipſa voluntas interpretata.*
6 *Interpretatio vocabulorum fit octo modis.vt ibidem.*
7 *Legum virtus eſt in earundem adaptatione de ſimilibus ad ſimilia procedere.*
8 *Interpretatio vt conueniat voluntati teſtatoris,vt accommodari requiritur, & vt ſit verior, debet id inſpici, ex quo ſit eſſe verum & perfectum, & id accipi debet,quod appareret ſcriptum,illudq; congruat dicto ambiguo.*
9 *Comparatio literarum debet fieri ex ſcriptura certa, & approbata, & ex eo,quod ſit perfectum in ſpecie ſua.*
10 *Termini,à quo,& ad quod, requiruntur pro congruitate & conuenientia ſimiles & pares.*
11 *Similitudo eſt triplex:identitatis:imaginationis:& ſimilitudinis expreſſæ.Exempla vide ibidem:& ſimilitudo debet eſſe in eo, de quo quæritur,etiamſi in aliquo diſcrepet:ſat enim eſt,quòd in pluribus conueniat, in eóque maximè de quo agitur.*

## SOLVTIO I.

VISVM eſt, à quibus teſtamentariæ legis ſit interpretatio. Tranſeamus nunc ad quartam huius primæ interpretationis dubitationem, quomodo facienda ſit huiuſmodi interpretatio,qua regula,qua methodo,&quali ratione. Siquidem iſta congruenter, & ad ſummum explicata fuerint, parũ vltrà noſter animus deſideraret, & opus ipſum ſatis perfecto ſuo nõ careret exitu, ſed quantum in me eſt, rẽ proſequẽdo verſans adhuc circa generalia, vt propemodũ à longè ſpeculãs dilucidiùs

cidiùs rei ipſi proprinquiora conſpiciã:propinquiora
enim ſunt loca declarationum à perſona teſtatoris , à
perſona hæredis,legatarij ſeu fideicõmiſſarij , à re di-
ſpoſita,& à verbis diſpoſitionũ.At modò his omiſſis,
& tractati remiſſis in ſequentib.libris,cœpta genera-
liter progrediẽdo, fretus authoritate Bal.in rub. cir-
1 ca fi.de Iuſt.& Iur.dicentis,† Modum tractãdi in qua-
libet ſcientia reperiri, & eſſe triplicem : diffinitiuum:
diuiſiuum:& exemplorum poſitiuum:adduco primũ
vnam regulam, quam circa interpretationes notat i-
dem Bald.in l.de die.in prin.col.fi.ſuper fin.ff. qui ſa-
2 tiſd.cog.quæ ſua ſecunda regula eſt, quòd † interpre-
tatio debet eſſe aperta & veriſimilis , quæ exponat,&
non perimat id,quod venit interpretandum, per tex.
in c.cùm dilecti.de accuſ.quem allegans & Bald.in a-
liis locis , & alios authores , idem refert Andr.Tiraq.
3 in l.ſi vnquam.ver.libertis. nu.14.de reu.donat.† quia
nil aliud eſt interpretatio omnis , niſi quædam ada-
ptatio:Bal.in l.1.§. ne autẽ.circa fi.de cadu.tollen. &
quòd ſunt expreſſa verba tex. in l.itẽ veniunt.§.aptã-
da eſt igitur ſingulis verbis Senatuſconſul. congrua
interpretatio.&c. eti[illegible]tendit ad adimendum : vt
l.teſtamento.§.j.de m[illegible]teſt.& l.ſi ita ſit aſcriptum.
de lega.1.ita per d.§.aptãda.& per l.1.& 2.de orig.iur.
interpretationem debere eſſe congruam , dicit Bald.
4 in conſil.264.Statuto cauetur.vltra med.lib.1. Fit †
enim hoc ordine voluntatis interpretatio.Primò, in-
ſpiciendo,quid ſenſerit teſtator:deinde , quòd ſit ve-
riſimile,poſtremò , recurrendo ad propriam verborũ
ſignificationem:ſecundum Bar.in l. non aliter. de le-
gat.3.& fieri debet eo modo,quo conueniẽtius eſt,&
magis adaptatur voluntati teſtatoris & præſumptæ:
vt per Aret.in conſi.156. Diligenter viſis.col.3.in fi.&
col.ſeq. ſicut etiam lex vel ſtatutum intelligi debet in
caſu,cui poſſit adaptari, Alexan.conſi. 106. Viſo the-
mate.col.4.ver.quia poteſt reſponderi. & co.pen.ver.
præterea & ſecundò.lib.3. cùm pluribus in ſimili al-
5 leg.ab Aym.conſil.12.num.5.† & ad non apta,nõ po-
teſt accommodari interpretatio:l.2.de leg.3.& l.poſt-
quam hæres.in prin.vt leg.ſeu fideicom.cauſa caue.&
l.Plautius.de auro & argen.lega.quę quidem adapta-
tio debet in interpretatione ipſa , quæ dicitur indu-
ctio,arg.Bal.in l.ſi pater.col.2. ver. ego iam conſului.
de inſtitu,& ſubſtitu. eſſe talis,quòd conueniat rei, à
qua fit interpretatio, & rei , quæ eſt voluntas ipſa in-
terpretata: quia de ſimili ad ſimilia congrua procedit
adaptatio,inquit Bald.idem in l. fi.col.5.in 15.q.C.de
6 hær.inſt.vbi adducit † octo,quæ interpretantur voca
bula:ſignificatio natiua vel datiua : intellectus com-
munis , naturalis iuſtitia:naturalis charitas & veriſi-
militudo:publica vtilitas:viua ratio:æquitas,conſue-
tudo,& ſtylus iudiciorum,& his ſimilia:ex quibus vl
timò infert dictam congruam adaptationem , per l.
nõ ſolùm.§.qui primipilum.ff.de excuſ. tut. ita quòd
7 Bal.ibi æquiparat hæc inductionibus legum,† quarũ
virtus eſt in adaptatione earundẽ legum , de ſimilib.
ad ſimilia,per dict.§.qui primipilum , quo dicit idem
Bald.ibi non haberi melius,idem repetit in l.athletas.
§.j.in fi.in prima lectu.ff.de his qui not.infa.quòd vir-
tus legum conſiſtit in aptãdo eas,pro quo facit quod
ſcribit Cicero de Inuent.Rhetor.c.omnis res.quod.n.
non cauſa ad conſtitutionem , ſed conſtitutio ad cau-
ſam accommodatur.& text.iuncta gl. in verb. aptet.
in § j.in auct.de inſtr.caut.& fi.quod rectè dictum de-
monſtratur,quia leges editæ ſunt pro caſibus contin-
gentibus,non caſus contingũt pro legibus:l..nam ad
8 ea.& l. neque leges.ff.de legi.Igitur † interpretatio vt
conueniat voluntati teſtatoris,prout accommodari
requiritur , & vt ſit verior , debet iſto modo haberi,
quòd inſpiciatur id,ex quo fit eſſe verum & perfectũ,
quia ſemper id,quod plenius eſt,dat intellectum , &
quod eſt incertius,ſecundum Bald.not.in conſil.235.
quod d.clauſula.lib.5.vbi ad propoſitum pulchrè lo-
quitur , præſertim in ver. quintò etiam. ad idem ten-
dit,quod tradit Pau.de Caſt.in conſi.60.Pro euiden-
tia.lib.1.quòd accipiatur, quod apparet ſcriptum , &
illud congruat dicto ambiguo , per text.in l. cum pa-
ter.§.cum imperfecta.& ibi Barto.de leg.2.& in l.Gal
lus.§. idem credendum.de libe.& poſthum.compro-
9 batur ex eo,quod dicitur, † comparationem literarũ
debere fieri ex ſcriptura certa & approbata; vt l.com-
parationes. & ibi auct.ad hæc.C.de fide inſtrument.
firmat Bal.in l.data opera.colum.4.ver. & vbi argui-
mus.C.qui accu.& ex eo, quod docet idem Bald.in l.
ſi quis ex argentariis.§.j.verſi.quid.ff.de edend.quòd
vt plura indicia iungantur ad plenam probationem
faciendam,vnumquodque indicium in ſua ſpecie de-
bet eſſe perfectum, vt ibi ponit exempla:ſequitur A-
lexand.conſil.13.Ex his,quæ in themate.col.fin.lib.1.
& alibi doctores communiter recipiunt.Quia ex plu-
ribus imperfectis, vnum perfectum non conſtituitur:
c.tam literis.in prin.de teſti. & c. inter dilectos.de fi-
de inſt.per quæ iura ita dicit Calde.in conſi.5.in fi.in
10 titu. de regular.Dictum eſt , † Terminos à quo,& ad
quod requiri pro congruitate , & conuenientia ſimi-
les & pares.Ratio autem eadem vel maior oſtendit ſi-
militudinem plurium caſuum , procedendo per eam
ab vno particulari ad aliud particulare : Bald. in l.1.
circa prin.de Iuſt.& Iur.& in aliis locis cum aliis alle.
per Alex.in d.l.Gallus.§. & quid ſi tantùm.col.4 ver.
prædictis addo.de libe.& poſthu.& Dec.in c.tranſla-
to.col.2.& ſeq.in prima lect.de conſt.
11 Et † ſimilitudo eſt triplex:identitatis:imaginatio-
nis:& ſimilitudinis expreſſæ.De prima,Filius Dei tã-
tùm eſt imago vel ſimilitudo Patris. De ſecunda,
quòd magna nauis eſt ſimilitudo magnæ domus , &
diſcipulus Magiſtri.& de hac ſecunda in l. qualem.ff.
de arb.De tertia, vt depingitur ſigillum in cera , & de
hac in c.inter dilectos.de fide inſtru. ita eſt ſin. gloſſa
in c.ſi ſacerdos. in ver.Deus quis,de pœ. diſt. 1. & vt
per Stephan.de Fed.in tract.de interpretat. iu.in vlt.
part.colum.1.num. 8. & ſequen. vbi ſubtiliter & ele-
gãter loquitur more ſuo in toto illo tract. & per Me-
noch.de arbi.iud.lib.2.cent.1.caſ.84. itaque ſimilitu-
do debet eſſe in eo,de quo quæritur , etiam ſi in ali-
quo diſcrepet, ſat eſt, quòd conueniat in pluribus,&
in eo maximè,de quo agitur,vt per Dec.in d.c.tranſ-
lato.col.penult.& Andr. Gamar.in tracta. de extenſi.
num.91. & ſeq. & latè per N. Euerar. in ſua centuria
locorum legalium in loco è ſimili,& Zanch.in §.cum
ita.num.141.ad Trebel.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio voluntatis teſtatoris debet eſſe veriſimilis,& dignoſcitur,vt ibidem.*
2 *Veriſimile eſt, quod vero videtur ſimile , cum eodem effectu,eadémque ratione,licet verbis diuerſis.Non enim veriſimile eſt,quod à vero diſſimile videtur:& eſt quædam falſitatis imago,& ideo valdè elidit probationes: veriſimile econtrà multum coadiuuat probationes.*
3 *Veriſimile habet gradus in ſe ad magis,& ad minus , ita magis veriſimile vincit minus veriſimile:id enim , quod veriſimilius eſt , attenditur in interpretanda teſtatoris voluntate.*

*4 Veriſi-*



4 *Veriſimile magis percipitur ex comparatione præſumptionum,ſuper quibus fundatur vnumquodque magis, vel minus veriſimile,ſicq; magis veriſimile præualet.*

## SOLVTIO II.

HÆC etiam comprehendunt aliam qua-
litatem , quam adeſſe interpretationi di-
1 ctum eſt,vt † ſit non ſolùm apta, ſed etiã
veriſimilis:ergo in ſubiecta materia priùs
debet inquiri,& reperiri verum;cui, ſi poteſt aſſimila
ri res interpretanda cum qualitatibus prædictis in ſi-
militudine requiſitis , interpretatio quidem ipſa ve-
2 riſimilis erit:quia † veriſimile eſt id,quod vero vide-
tur ſimile,per l.miles. §.mulier. ff. de adult. cum eo-
dem effectu eadem ratione,licet verbis diuerſis.l.qui
liberis.in prin.ibi Alex.de vulg.& pup.& Bal.conſ.61.
literæ.lib.1.Nõ veriſimile eſt,quod à vero diſſimile vi
detur,per l.fi.ff.quod met.ca.dicit Bald.in l.ea quidẽ.
col.2.C.de accuſ.& in conſ.61.literæ.lib.3.refert Fel.
in c.auditis.colum.12.de præſcript. & non veriſimile
eſt quædam imago falſitatis:Bald.in l.1. col.3. de ſer.
fug.Gramma.in conſi.cri.62.ideo valde elidit proba-
tiones: vt per Iaſ.in l.ſi extraneus. colum.2.in 4. not.
de condic.ca.da.& Dec.in conſil.94 ſub num.2. & in
conſil.100.col.pen.& econtrà,veriſimile multùm co-
adiuuat probationes:vt per Corn.in conſi.219.col.fi.
lib.1.Dec.conſi.596.num.9.Aym.conſil.269.& conſ.
275.& omnia ferè, quæ in iure veriſimile reperiuntur
operari,colligit Andr.Tiraq.in d.l.ſi vnquam.in præ-
fat.num. 37. cum ſequen.veriſimile ex quibus poſſit
haberi,vide aliqua per Socin. in l. cũ in teſtamẽto.de
3 reb.dub.† Habet enim gradus in ſe veriſimile ad ma-
gis,& ad minus,ita,quòd magis veriſimile vincit mi-
nus veriſimile:Bal.in l.ſiue poſſidetis.circa fin. C. de
proba.refert Iaſ.in d.l.ſi extraneus.in dicto 4.not.
Sic autem in interpretanda voluntate teſtatoris
debet attendi id,quod eſt veriſimilius, inquit Alexan.
in dicto conſi.71.Ponderatis verbis , ſub verſi.confir-
mantur prædicta.lib.2.per reg.Inſpicimus.de Reg.iu.
in 6.& in conſi.11.Aliâs conſului. col.pen.nu. 18.lib.
7.& Afflic.in deciſ.44.numer.26.& Corn. conſi.283.
Pars d.Iohannis Saluati.col.2. lib.4. vbi damnat per
teſtatorem ad communicandum quædam bona , &
teſtamenti ſcientiam habente per communicationem
ſimpliciter factam, præſumitur id actum eſſe pro ob-
ſeruanda voluntate teſtatoris , facta interpretatione
pro eo,quod eſt magis veriſimile , demonſtrando, vt
4 ibi per eum,& Menoch. conſi.177.nu.8. Magis † au-
tem veriſimile percipitur ex comparatione præſum-
ptionum, ſuper quibus fundatur vnumquodque ma-
gis,vel minùs veriſimile : vbi autem vnum non præ-
ponderat alteri,tunc inuicem ſe confundunt , quan-
do alterum eſt fortiùs,vincit & tollit debilius : & ita
magis veriſimile præualet & attenditur:vt not.decla-
rat N.Euerar. in dicta centu.in loco à veriſimili , ſub
ver.item 12.valet.vbi & in princ.allegat plura iura de
veriſimili ad coniecturandum voluntatem teſtato-
ris.quem legere placeat. Nãmq; non apparente quid
ſenſerit teſtator, recurrendum eſt ad veriſimile, quod
haberi poteſt,ex pluribus traditis in l.ſi ſeruus pluriũ.
§.fi.de le.1.& per Dyn.in c.inſpicimus.de Reg. Iu. in
6.vt dicit Bar.in l.non aliter.de leg.3.cum ſimil.alleg.
ab Aym. conſil. 186. num. 10. & dicetur in progreſſu
præſentis tractatus.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio debet ita fieri voluntatis teſtatoris,vt exponat,& declaret,& non perimat,aut deſtruat, quod venit interpretandum,non debet eſſe captioſa,& ſit in caſu dubio,omniſq; interpretatio in his dicitur calũnioſa.*
2 *Interpretatio non debet eſſe contraria iuri.*

## SOLVTIO III.

1 DICTVM eſt etiam † interpretatio-
nem taliter fieri,vt dicatur exponere, &
declarare , & non perimere,& deſtrue-
re, id quod venit interpretandum : Ti-
raq. in d. l. ſi vnquam. in verſi.libertis.
num.14.Sic enim conſtat verum eſſe , quia interpre-
tatio non debet eſſe captioſa,not.tex.eſt in l.penul.in
princ.de au.& arg.leg.tradit Oldra.in conſil.8.Quidã
paterfam.in fin.hoc procedit in caſu dubio , idem eſt
in caſu claro,& vbi ſunt verba clara, à quibus non eſt
recedendum : l. non aliter , in prin.de leg.3.& omnis
interpretatio in his dicitur calumnioſa,per not.à glo.
& doct.in l.quicquid aſtringendæ,de ver.oblig.addu-
cit Cur.Sen.conſi.29.In regno Hiſpaniæ.col.pen. fa-
cit tex.in auc.de tabel.vltra med.vbi in caſu indubi-
tato & iuſtiſſimo dicitur quędam ſollicita dubitatio.
2 Item taliter fieri debet † interpretatio,quòd non
ſit contraria iuri:arg.l.2.C.de cond.inſer.dicit gl. fin.
in l.talis ſcriptura. in fin.de leg.1.quam dicit ibi Bald.
ſemper allegamus , quòd interpretatio ſeu fictio iuri
contraria non procedit in dubio,& ibidem commu-
niter docto.ſequuntur,& Bald.in d.l.ſecunda.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio debet fieri taliter,vt ceſſet abſurdum , iniquum,durum & impium voluntatis teſtatoris,etiamſi recederetur à propria verborum ſignificatione.*
2 *Abſurditas vt euitetur, receditur à verbis teſtamenti , vel eorum fit ſuppletio,prout expedit magis, exempla vide ibidem.*
3 *Argumentum ab abſurdo euitando procedit in teſtamentis,plures not.deci.in terminis allegantur ibidem.*
4 *Argumentum ab abſurdo facit clauſulam ſequentem trahi ad præcedentia in caſibus,in quibus non traherentur , & contra communes regulas. Tolleretúrque ſuperfluitas diſpoſitionis,& allegari poteſt ſine authoritate.*
5 *Abſurdum,abſonum, diſpar, diuerſum, abhorrens , inconueniens ſtultum,difforme,odioſum,& iniquum, ſynonyma ſunt hæc vocabula.*
6 *Intellectus eſt debilitas in notis & ſenſatis allegare authoritatem.*
7 *Abſurdum cum aliis ſynonymis vt meliùs dignoſcatur,quale dici poſſit , breuitatis gratia vide plura dicta legum doct.ad congeſta ibidem.*
8 *Abſurdum in ſumma quod dici poſſit omne id cõtra quod extare poteſt ſententia, & mens legis , & hominis in quacunque diſpoſitione naturali æquitate & maioritate rationis vigente.*
9 *Abſurdum ſeu argumentum ab abſurdo dicitur duobus modis , & tollitur duobus modis aliis , vt declaretur ibidem.*

## SOLVTIO IIII.

1 ITEM eo modo fieri debet † inter-
pretatio,quo ceſſet,& non ſequatur ab-
ſurdum , iniquum, durum, & impium,
etiamſi oporteret recedere à propria ſi-
gnificatione verborum, dicit Alexand.

in

in conſil.17.Circunſpectis.col.2.ſub ver.hoc& tertiò.
num.6.lib.7.Abb.in conſ.78. Circa primum.col.1.&
ſeq.lib.2.Rui.conſ.42.Proponitur.col.3.num.8.lib.2.
& Aym.conſi.130.num.8.& Pariſ.conſil.20.colum.3.
2 num.26.lib.3.Menoch. conſil.177. num.4.† Vt enim
euitemus abſurditatẽ, debemus recedere à verbis te-
ſtamenti, vel ea ſupplere,prout expedit,dicit Caſtren.
in l.ſi duo.§.j. nume.6. ff.de conſt.pecu. in teſtamen-
tis debet ceſſare abſurditas legi contraria,inquantum
poteſt,notat Bal.in l.2.num.1.C.de cond. inſert. exẽ-
pla in teſtamentis poſſunt videri in his locis.In eiſdẽ
caſibus teſtamentorum ne ſequatur abſurditas, quòd
deſcendentes ex fœminis, præferantur deſcendentib.
ex maſculis magis dilectis , ponit Paul. de Caſtr.in
3 conſil.454. Quæritur ad quam. lib. 2. Hoc † argu-
mentum ab abſurdo procedere etiam in teſtamentis
probat Curt. Senior.in conſil.52. Super teſtamentis.
col.2. ver. quia tenet arg. dicente etiam Bald. conſil.
446.Caſus talis eſt: Gregorius.lib.1.ad fi.quod in vl-
timis voluntatibus debemus vitare abſurditatem,in-
quantum poſſumus , & ratio abſurditatis & ineptiæ
euitandæ, aliquam perſonam contentam , & nomi-
natam ſub ſigno diſtributiuo non venire in caſu ſibi
non conueniente, habetur per Sign.de Homo.in cõ-
ſil.188.Caſus contingens.col.4.eadem ratione euitã-
dæ abſurditatis,ne melioris conditionis ſint nepotes,
quàm filij., appellatione filiorum venire nepotes ad-
ducit Alexand.conſil.9.Viſis verbis.col.2.lib.1.appel-
latione filiorum non contineri fœminas:Soc.Iun.cõ-
ſil.65.num.19.lib.4.& per Val.conſil.23.numer.31.&
ſeq.lib.4.&appellatione hæredum venire tantùm de-
ſcendentes:idem Alex.conſi.92. Aliâs conſultus. col.
3.ver.& ſi aliter diceremus.lib.3. & ne melioris con-
ditionis ſit remotior, quàm proximior in gradu ma-
gis dilectus,& pro tali abſurditate euitãda, verba de-
bent capi impropriè, & largè:Ruin.conſi.141.numer.
7.& conſil.150.num.8.& conſil.151.num.10.lib.2. eo-
dem argumento ab abſurdo euitando, ne filia legiti-
ma &naturalis excludatur à nepte ſpuria, vtitur Dec.
conſil.433.col.pen.ver.tertiò principaliter. Vt abſur-
dum euitetur, verba conditionalia diſponunt, idem
Rui.conſil.158.num.13.eo.lib.& per Ancha.conſi.74.
Contra Philippum. ver.ſed certè. filia excluſa ne ad-
mittatur neptis, idem Ruin.conſil.161.num. 8. eo. vt
ceſſet abſurdum,ne minùs dilectus admittatur . ſub-
ſtitutio non trahitur ad alium caſum,idem Rui.conſ.
178.num.5. & conſ.182.num.6.& conſi.188. num. 12.
lib.2.& ne auferatur agnatis , & applicetur extraneis:
4 Pariſ.d.conſ.20.col.3.numer.27.lib.3. Et tale † argu-
mentum ab abſurdo facit clauſulam ſequentem tra-
hi ad præcedentia in caſibus,in quibus non trahere-
tur,& contra communes regulas, vt per Curt.Iun. in
conſi.112.Et ſi ſubtilia.circa fi.facit etiam,quòd tole-
ratur ſuperfluitas diſpoſitionis, & poteſt allegari ſine
authoritate,per c.ex ore.de priuileg.dicit & not.Abb.
in c. iniuſtum. de re. permu. refert Iaſ. in l.æſtimo.in
pr.colum.2.circa prin.de verb.oblig. quia ſynonyma
5 † ſunt hæc vocabula,abſurdum,abſonum, diſpar, di-
uerſum,abhorrens, inconueniens,ſtultum , deforme,
odioſum,& iniquum , vt per Calep. in communi di-
ctionario in litera A,quem mihi licebit allegare,ſicut
licuit Glo.in ver.Sapa.in l.quæſitum.§. cellarium. de
fun.inſtru. allegare Vgonem vocabuliſtam antiquũ,
& valdè nota ſunt ſenſibus noſtris dicta ſynonyma:i-
6 deo in his † ſic ſenſatis allegare authoritatem vel ra-
tionem videtur debilitas intellectus,per alleg.à Iaſ.in
l.3.§.ſi liber.in 5.no.ff.de cond.ca.da.cùm tamen ple-
nè deffiniri non poſſit,quid qualéve ſit abſurdum, vt

eodem argumento magis accommodatè & certius
iure vti poſſumus,& in caſibus ſimilibus eis , in qui-
bus iura vtuntur libenter ſubeo laborem in recenſen-
do & inducendo pleraſque leges,ex quarum fontibus
huiuſmodi argumentum aſſumitur,& quarum , licet
non omnium meminerint Dec. in c.cum inter. in 7.
not.de exce.& M. Euerer.in d.centuria. in loco eodẽ
ab abſurdo.

Itaque primùm arguendo ab euitando abſurdo,
abſono,cum aliis ſynonymis ſuprà expreſſis,dicendũ
eſt,quem non poſſe voluntatem defuncti in partẽ cõ-
probare,& in partem impugnare :l. nam abſurdum.
cum l.præced. in fin.ff.de bon. liber. idem in obliga-
tione dicitur in l.ſi ita ſtipulatio.in fin.de op.liber. v-
bi id iniquum eſſe dicit Iuriſcon.idem in hæreditate:
l.1.§. his ita diffinitis. in fin.de cadu. tollen. & quem
non poſſe cõſequi ſuum vel præmium de eo, pro quo
ſibi eſt irrogata pœna: l. ſiue hæreditaria.in fin.& ibi
glo.ff.de neg.geſt. Item quem etiam ratificantem ne-
gotium geſtum poſſe petere reliqua:vt l.Pomponius.
1.ver.cæterùm ff.eo.Item quem aliàs totum habiturũ
ab eodem certo caſu.& eo non ſequuto , poſſe conſe-
qui partem ; l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell.&
priùs præterire diem ſolutionis fiendæ, quàm exiſtat
is,cui ſit ſoluendum:l.ſi in die.in princ. de condit.&
demonſtr. item quòd teſtator in verbis generalibus
non ſenſerit de legatariis,in dando aliud,Pariſ.conſil.
3.num.24.lib. 3. item plus cõcedi, quàm teſtator vo-
luerit.l.fact.§.ſi verò turpis.ad Trebell.item non poſ-
ſe alienare & poſſe exercere actiones.l.ait prætor.§.ſi
ff. de iur.delib.item quem non debere petere ab alio
quod ipſe habet,& deberet alij dare:l.ſi quis ex argẽ-
tariis.§.pen.ff.de eden. item quem effectum habilem
debere fortiùs admitti ad agendum pro re,pro qua a-
liâs inhabilis admittebatur.l. ſed & ſi.§.fi.ff. de iniur.
item aliquem ſpeciali lege ſubiectum , tenere etiã ge-
nerali,& ſic per remedium extra ordinarium,non eſſe
ſublatum ordinariũ:l.1.§.vnde quæritur.ff. de publi-
ca.item aliquem non poſſe concedere :quod non ha-
beat:l. obſeruare.§.fi.ff.de offi.procon.& leg.itẽ rece-
di à verbis diſpoſitiuis,& aliquem admitti ex maiori-
tate rationis, l.ſcire oportet.§.aliud.ff.de excu.tut. i-
tem neceſſariò agentem,non eſſe in eo,ac ſi ſponte a-
geret.& non grauari ad aliquid vltrà, à quo poſſet le-
uiori via ſe liberare.l.2.§.ſed & ſi agant.§.ſeq.de iud.i-
tem in legato non veniret ſumma,quã aliàs in maxi-
mã quãtitatẽ auctã cõcederetur nõ venire:l.Ofidius.
de leg.3.itẽ diſpoſitionem teſtatoris ſaluari eo modo,
quo poſſit,etiã verba impropriando:l.fi. C.de hæred.
inſt.& ibi adeſt vocabulũ ſtultum,de ſynonymis præ-
dictis.item aliquẽ non admitti ad lucrũ,ſi nolit ſenti-
re onus iniunctũ:l.1.§.pro ſecundo.de cad.tol.Item a-
liquem non poſſe redire ad illud,cui renuntiauit. l. ſi
quis iuſiurandum.C.de reb.credi. & ibi hæc appella-
tur iniquitas , item de maiori ad minus non deſcen-
dere.ca.iniuſtũ.de re.perm.item nõ poſſe ſingulariter
expediri etiã per omnes, quod communiter eſt expe-
diẽdũ c.in Geneſi. de elect.itẽ poſſe quid fieri in caſu
libertatis,quod fieri poſſet in caſu obnoxio:c.queád-
modum. de iureiu. item latam & maiorem poteſtatẽ
concedẽtis non impediri per conceſſionem poteſtatis
etiam generaliter alij factam.cap. dudum.de præben.
in 6.Ex quibus omnibus repetitis ab abſurdo euitan-
8 do,& aliis ſimilibus in ſumma,colligitur , † abſurdũ
dici poſſe omne id,contra quod extare poteſt ſenten-
tia , & mens legis, & hominis in quacunque diſpoſi-
tione naturali æquitate,& maioritate rationis vigẽti-
bus,vt per exempla ſuperiùs poſita patêre poteſt:Igi-
tu-



tur non eſt facienda,immo reiiciẽda eſt interpretatio
quæ abſurditatem vel inhumanitatem aliquã ſapiat.
9 Sed aduertendum eſt,† quomodo id argumẽtum
procedat aliquando negatiuè & priuatiuè, & non af-
firmatiuè,vt per Aym. in conſil.306.col.fin.verſi.ter-
tiò reſpondeo , & quomodo aliis duobus modis po-
teſt tolli.

Primò,oſtendendo abeſſe abſurditatem , & magis
æquitatem adeſſe caſui,de quo agitur,& eſſe caſum di
uerſum,& ab inhumanitate alienum , vt adducit Ro-
ma.in conſil.238.Noua ſuperuenit.ver. ad ſecundum
autem,& Io.de Ana.in conſ.66.Viſis his,col.fina.qui
in eodem facto cõſuluit,ita per veras diuerſitates ſol-
uuntur omnia contraria.Ang.in l.qui autem.in prin.
ff.quæ in frau.credi.tex. & Alber.in l.2.§. idem Iulia-
nus.& ibi comprobat Iaſ.in 2.not:ff.de eo, quod cer.
loco.Altero modo,demonſtrando caſum contrarium
eſſe abſurdiſſimum, & caſum propoſitum eſſe minus
abſurdum,& de minori malo,ſic de duobus malis mi
nus eſſe eligẽdum, ita per teg.in l.ita vulneratus. ibi,
cogitet longè abſurdius,& c.ff.ad l.Aquil. Roman.in
l.debitor.in prin.col.1.ad Trebel.& Dec. in d.c. cum
inter.in 7.not. in fi.de except. Aut eſſe deuentum ad
aliud tempus, quo iam abſurdum & iniquum effectũ
eſt æquum,vt euenire poteſt, per auc.in prin.de reſti.
& ea,quæ per not.Ang. & Cuma.in l.ex facto. col. 2.
num.13.de vulga.& pup.

*S V M M A R I V M.*

1 *Interpretatio voluntatis teſtatoris debet eſſe humana,be-
nigna,& æqua,ibidem pluribus alleg.*

2 *Benigna ſit interpretatio voluntatis teſtatoris, modò am-
biguitas in ſenſu ſcripturæ,ſiue in ipſa ſcriptura malè&
inepte ſcripta in teſtamento,benignè debet interpreta-
ri,ibidem exempla ad hoc adducuntur.*

3 *Benigna interpretatio vt plurimum verſatur circa validi
tatem actus,vt voluntas defuncti conſeruetur: vt hæres
minus grauetur:vt dos relicta in teſtamento,ſeu in co-
dicillis ſemel debeatur,vt ceſſet excluſio & pœna.*

4 *Benigna interpretatio fieri debet pro fratre,& agnatione
contra vxorem,&quæ magis conuenit naturali rationi
& per quam filij admittuntur, & excluduntur extra-
nei,& de aliis,circa quæ benignius procedendum ſit,la
tiſsime vide ibidem.*

## SOLVTIO V.

CVm igitur in declarandis teſtamen-
tis omnis regula & ciuilis & canonica
iubeat abeſſe abſurditatem & inhuma-
nitatem & iniquitatẽ , conſequens eſt,
1 adeſſe † humanitatem : & benignita-
tem,& æquitatem.Nã id paſſim traditũ in legib.ipſis
inuenimus,vt l.ſi ita ſcriptũ.in prin.de li.& poſth.ibi
humanitatẽ ſuggerẽte,&c.quæ ibid.eſt pro validitate
teſtamenti in caſu omiſſo ,& l.hoc articulo.ff.de hæ-
red.inſt. ibi , ſed humanius eſt, &c. quod declaratur
ſufficere adimpleri in particulari , quod erat dictum
adimpleri in vniuerſali, Paulo. §. 1. de leg.3.ibi,pla-
cuit humanius interpretari,&c.quod eſt,quod adem
ptio de conceſſis pure & ſub conditione , intelligitur
de conceſſis pure.l.pen.§.de illo, de condi. & demon
ſtra.ibi,ſed hoc humanius interpretari ſolemus , &c.
quod conditio dandi per plures,poteſt expleri per v-
num,qui pro ſua parte conſequitur legatum , huma-
na interpretatio admittit potius , quam excludat li-
beros ad ſucceſſionem parentis,l.1.§.qui operas.ff.ad

Tertul.& facit,poſſe expleri cõditionem,elapſo tem-
pore certæ ætatis alicuius ante tale tempus deceden-
tis,& præfixo dictæ conditioni,vt l.Thais.§.liberta-
tem.ff.de fidei.liber.Ratio humanitatis dictat, quem
etiam neceſſitate officij non teneri moleſtare pro alio
fratres vel ſorores,nec eorum filios:l.humanitatis.C.
de excuſ.tut. & prouidere liberis ſuis , & nepotibus,
ſubintelligendo ad defectum conditionis fideicom-
miſſi,vel legati,& ſubſtituendo exemplariter: l.gene-
raliter.§.cum autem.C.de inſtit.& ſubſtit.& l.huma-
nitatis.de impub. & facit comprehendi præſentia &
futura.l.ſi ſeruitus.de ſerui.vrba.præd.& Gloſſ.in l.fi.
§.j.de aur.& arg.leg.vbi humanius eſt,quòd ſub ver-
bo generali fiat ſignificatum generale, & per l.fin.C.
de verb.ſigni.& ſeruatur humanitas in qualibet vlti-
ma voluntate,per l.in teſtamentis.de Regul.iur.dicit
Bart.in l.ſi cui.§.j.vltra med.de leg.1.Hæc autem hu-
manitatis ratio interpretationem inducit ſatis reſpi-
cientem coniunctionem ſanguinis , & admiſſionem,
potiúſque excluſionem, vt ex his iuribus alleg.patet.
Benigna quoque ad idem ſubſequitur interpreta-
2 tio.Nam † ſiue ambiguitas ſit in ſenſu Scripturæ, ſiue
ſit in Scriptura ipſa,malè & ineptè ſcripta,& compo-
ſita in teſtamento,debet benignè interpretari : l.cùm
in teſtamento . & ibi Socin.de reb.dub. per quam le-
gẽ probat,illud eſſe veriſimilius,quod eſt benignius:
Paul.de Caſt.in l.vbi eſt verborum.eod.conditionem
certam ſummam dandi duobus ante moram altero
mortuo benigna interpretatione poſſe adimpleri
dando partem ſuperſtiti, & legati partem conſequi:l.
pen.§.1.de cond.& demon.eadem benigna interpre-
tatione ſubſtitutionem pupillarem directam, quæ ſic
directè in codicillis facta , valere non poteſt , verti in
fideicommiſſariam contra ſuccedentes ab inteſtato:l.
Scæuola. ff.ad Trebel. verba benignius interpretari,
eſt,quod diſpoſitio valeat in tempore,quo poteſt eſſe
& ſortiri effectum: l.qui duos. §.j. ff.de manu.teſta.&,
omiſſo rigore Iuris:gl.in ver.benignius. in l.ſi ſtatuli-
bera.in prin.de ſtatulib.& quando largius,& per plu-
res ſubuenitur: l.benigniùs. ff. de libe.ca.de benigni-
tate eſt, quòd ratio operetur ad tempus geſti negotij:
l.ſed & ſi ante.in fi.ad Trebel. benignè accipiendum,
quòd pro legato nominis debitoris de eo,quod debe
tur,cedantur actiones aduerſus debitorem : l. ſeruum
fil j.§.ſed & ſi nomine.de leg.1.benigna ratione con-
ceditur, poſſe æſtimationem ſoluere rei legatæ, cuius
preſtatio eſſet nimis difficilis: vt l. ſi domus.§.qui con
fitetur.ff.eo.benignum eſt,valere fideicommiſſum re-
lictum ſub nomine appellatiuo ab hærede hæredis
vel legatarij,non autem nomine proprio:vt l.ſi fuerit
§.1.& l.ſeq.& ibi Bar.& Bal.de leg.3. Benignè dicitur,
conditionem,quæ fuit,inualidè, & de facto adimple-
tam poſſe iterum de iure adimpleri:vt l.hæc conditio.
in fi.prin.& ibi glo. & Bart.de cond.& demon. & per
regulam l.ſemper in dubiis de Reg. iur. ſi quis poſſet
eſſe ſpurius & legitimus:Bal.in l.fi.C.de com.ſer.ma-
nu.& Soc.in conſ.23.col.7.ver.18.lib.1.& ita in re du
bia nõ minus iuſtius,quàm tutius eſt,ſequi benignio-
rem interpretationem : tex.in l.pen . §.quod ergo, de
his quæ in teſta.delen.& ſic quoque intellectus homi
num debet eſſe benignus:Bal.in l.pen. C.ſi ſer.expor.
væn.Menoch.conſ.142.num.15.
3 Ex his autem facilè cognoſci poteſt, † benignã in-
terpretationem vt plurimùm verſari circa validitatem
actus,vt l.quotiens de reb. dub.cum ſign. ibi in Glo.
& l.benigniùs.ff.de legi & glo.in l.3. C.de inoſ.teſta.
& vt voluntas defuncti conſeruetur: Bar.in l.quę con
ditio.§.j.in fin. de condi.& demon.& vt hæres minus

grauetur in quæſtione inter alium,& heredem alium benigna interpretatione teneri, probat text. in l.Stichus.in fin.princ.de ali.leg. vt minus grauetur hæres: l.qui concubinam.§.qui fundum. de leg.3.l.vxorem. §.j.& eod.& l.Titia. §.qui in vita.de leg.2.& l.pen.de do.præleg. Bart.in l.ſi tibi.circa princ. de lega.1. cùm ſimil.alleg.ab Aymo.conſi.149.nu.15.& conſil.167. num.14.& conſil.187.nu.3.hac ratione inter alia dotem relictam in teſtamento & in codicillis,ſemel deberi,reſpondit Cum.in conſil.18. Sine diſputatione. ad idem Pau.de Caſt.conſil.405. Primò quæro:Cum maritus. lib.1.fallit,niſi aliud ex coniecturis poſſet apparere:vt per eundem Paul.de Caſtr.in conſ.383.Notandum eſt ad euidentiam.circa fi.eo. li.vt etiam ceſſet excluſio & pœna,fit benigna interpretatio : l.2.de liber.& poſth.& l.cum emptor.ff.ad leg.Fal.

4 Benigniorem † quoque interpretationem fieri debere pro fratre, & agnatione contra vxorem, tradit Petr.de Ancha.in conſil.356. Ex ſerie teſtamenti. col. fin.Afflic.in deciſ.44.num.27.

Benignior item, humaniórque dicitur interpretatio,quę magis conuenit naturali rationi,& per quam filij admittuntur,& extranei excluduntur, firmat Socin.in conſ.23.circa prædictam conſultationem. col. 7.ver.18.lib.1. Poſtremo recurrendũ ad tractatellum Matheſ.de elect.veri.opin. inſertum in primo tomo tractatuum,impreſſionis Venet.qui allegando opportuna iura,dicit Benignius eſſe iudicium & conſilium pro dote,pro matrimonio,pro teſtamento,pro libertate,pro religione,pro pupillo,pro vidua,vel alia miſerabili perſona,pro priuato contra fiſcum, pro validitate actus,ſiue ſit teſtamentum, vel alia vltima voluntas, ſiue eius pars, vt legatum, fideicommiſſum, vel aliqua ſubſtitutio,refert Alex.conſil.227.in fin.li. 6.& per Imo.in cle.2.col.1.ſub num.3.de elect.& prędicta intelliguntur in caſibus dubiis,non vero in claris vel in quibus lux veritatis præponderat pro vna parte,in quibus ceſſat interpretatio,& omnis alia debilior coniectura,per vulg.

*SVMMARIVM.*

1 *Aequa debet ſemper eſſe interpretatio voluntatis teſtatoris, quando venit declaranda,dicta hæc vide ibidem.*
*Aequitas eſt,dare parentibus & liberis,quòd ſentiens commodum,ſentiat onera, quòd participans cum alio conferat de ſuo:quòd quis admittatur potius quàm excludatur.*
*Quòd ſeruetur prohibitio domini,facta de bonis ſuis.*
*Concedere vni,quod alteri parum,aut nihil nocet.*
*Neminem cum aliena iactura locupletari debere,ex æquitate pacta interpretari.*
2 *Aequitas eſt fundamentum interpretandi leges & pacta, eſt & quædam facti conuenientia, ſiue quoddam conueniens, & alia de æquitate vide ibidem.*
3 *Aequitas eſt duplex:ſcripta & non ſcripta,ſcripta eſt,quæ in legibus reperitur,non ſcripta,quæ ſimilis eſt,& colligitur ex iuribus,Hæcq; dicitur à iure informata, quæ debet ſeruari, vbi deficit ius.*
4 *Aequitas largo modo pro paupertate exponitur.*
5 *Interpretatio in teſtamentis taliter debet eſſe æqua,ne aliis legatariis nimium præiudicet,etiam in iure ad rem.*
6 *Aequitas,humanitas,benignitas:hæc vocabula videntur in legibus importare ipſam æquitatem,adeò quòd vna eſt,& eadem humana,benigna & æqua interpretatio.*
7 *Interpretando voluntatem teſtatoris,propter nimiam ſubtilitatem,vt plurimùm erratur:& de ratione.*
8 *Interpretatio de æquitate poteſt tolli, demonſtrando in alia parte extare maiorem æquitatem.*
9 *Teſtamenta Iudæorum benignè aut æquè non ſunt interpretanda:at ſeuerè & rigorosè in eorum odium.*
10 *Aequitas non eſt ſeruanda Iudæis,ſed rigor.*

## SOLVTIO VI.

1 DENIQVE † æqua interpretatione ſemper declaranda eſt voluntas teſtatoris: Rom.in d.conſil.138. Nouè ſuperuenit: circa fin. verſ.Quinimò Aymo.conſil.3. num.23.& conſil.135.nu.37.& Menoch. de arbi.iudi.lib.2.centu.2.conſ.199.num.4.vbi plura per tot.caſ.illum adducit, quomodo ſit facienda interpretatio,ſicque magis ęquitati innititur Dec.conſ. 55.nu.38 lib.3.æquitatem enim eſſe, dare parentibus & liberis,probat text. in l.1. de leg. præſtan. & quòd ſentiens commodum,ſentiat onera.l.1.in princ.ff.ad Treb. & quòd participans cum alio conferat de ſuo. l.1.in prin.de colla.bono.& quòd quis admittatur potiùs,quàm excludatur : l.2. §.Africanus. ad Tertul.& quòd ſeruetur prohibitio domini facta de ſuis bonis. l.hac lege.C.de pact.conuent.& concedere vni,quod alteri nihil aut parum nocet : l.in ſumma. §.item Varus.& ibi gl.de aqua plu.arcen.& neminem cum aliena iactura locupletari debere. l. nam hoc natura de condit.indeb.ob hoc vltimum recederetur à perſona, quæ aliâs haberet diſpoſitionem declarare:vt latè probat Socin.conſil.44 in præſenti conſultatione. col.3. verſ.ſed aduertendum.lib.1. Ex æquitate etiam pacta debent interpretari:l.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſoc.tradit Bald.in conſil.434. Pactum inter locatorem.lib.1. idem in l.ſi defunctus, ſub nume.8. C. de ſuis & legi.
2 dicit quòd † æquitas eſt fundamentum interpretandi leges & pacta,æquitas autem dicitur quædam facti conuenientia, ſiue quoddam conueniens, ſecundum Bart.in l.1.in fi.C.de leg.& ibi Alber. de Roſ.colum. 1. & ibi alia de æquitate. & in l.placuit, C.de iudic. & in cap.fin.de tranſ. pluraque dicta moralia, & notabilia de æquitate, allegat Luc.de Pen.in l.2.colum. 2.C.ne fiſ.rem,quam ven.euin.lib.10.& Bald.in conſil.184.lib.5.tex.glo.Deci.& Cagnol.in l.in omnibus quidem.de Reg.Iur.

3 Et † eſt duplex æquitas:ſcripta, & non ſcripta:Alber.in d.l.1.col.fin. Scripta eſt illa, quæ in prædictis, & in aliis legibus reperitur : non ſcripta, eſt illa, quæ ſimilis eſt,& colligitur ex iuribus,& hęc dicitur à iure informata,quæ debet ſeruari,vbi deficit ius:Dec.in d. l.in omnib.quidem.ſub num.8. & non ea,quam quis aliter in ſuo cerebro fabricat,quę dicitur ęerebrina,& non attendenda:vt per Alber.in l.quòd ſi Epheſi.§.1. & ibi ſequitur, & comprobat Iaſ. ff. de eo,quod cer. lo.de hac intelligit Paul. de Caſtr.in l.1. in 4.not. de Iuſti. & Iur. notans contra idiotas mercatores facientes ſe magiſtros æquitatis,& contemnentes legiſtas,dicendo, quòd vadunt per cauillationes, & ipſi per æquitatem, tamen multo melius cognoſcunt Legiſtæ,quid ſit æquitas,quàm ipſi cognoſcant, quid ſit rigor,qui eſt oppoſitum æquitatis, cuius Legiſtæ habent notitiam tam per naturam, quàm per artem, & illi per naturam tantum, & proferunt aliquando iniquas ſententias confidentes de ſe ipſis : hæc Caſtr. & Bal.conſi.101.Super primo quæſito.c.2.vltra prin. lib.4.dicit,quòd homo debet ſequi æquitatem legis, & non proprij capitis,& procedere per viam ſilicatã. 1.per text.legum & conſiderare illas diligentius,cùm aliis alleg.per Tiraq.de retract.titu.1.§.35.glo.1.num. fin.vbi in pręcedenti plura circa æquitatem.Sicut di-
4 ctum eſt, † Interpretationem in teſtamentis non debere tantum fieri ex noſtra fantaſia,ex ſententia noſtri capitis,vt ſuprà in præced.dubi.ver. doctores etiã poſſunt,ne obiiciatur illud Apoſt. Noli plus ſapere, quam oportet ſapere, &c.Memineris quoque largè æquitatem exponi pro paupertate,tex. iuncta gl.in l. qui filium.§.Sabinus.ibi:Imperator noſter motus ex æquitate rei, glo.exponit.ſ.paupertatis. ff. ad Trebel.
5 Taliter etiam æqua † debet fieri interpretatio,ne aliis legatariis nimiũ præiudicet:vt declarat Abb. in con. 4.In quæſtione.col.3.lib.2.etiam in iure ad rem,Calde.in con.1.circa fin.in Rub.qui fi.ſ.leg.

6 Hæc autem vocabula,† humanitas,benignitas, & æquitas,videntur in legibus importare ipſam æquitatem,vt l.nulla.ff.de legi.& l.ſi ita ſcriptũ in prin.de li.& poſth.& l.ſi tibi pecuniam.in fin.ſi cer. pet. cum aliis ſuperius alleg.adeo,quod vna & eadem eſt humana,benigna, & æqua interpretatio,de his intelliguntur Glo.& Doct. dum in pleriſque locis dicunt, hic de benigna interpretatione,vel de æquitate,& ibi de rigore,vel de ſtricto iure,vel è contra ſoluẽtes contraria,vt maximè Glo.& doct.in l. legato generaliter. de leg.1.& glo.fin. in l.ſi fuerit.& in l. ſeq.de leg.3.& in l.Iulius.de condi.& demonſt.& alibi ſępe.At ſi cui videbitur,me hęc colligendo rem potius laborioſam peregiſſe,quam ſubtilem.Reſponderem, Hæc ſimilia magis facere ad interpretationem voluntatum vltimarum,quã ad dialecticas ſubtilitates, cũ paſſim di-
7 catur,† quod in interpretanda voluntate teſtatoris propter nimiam ſubtilitatem ſæpe erramus, quia animum teſtantis non videmus,ſecũdum Bal.in l. precibus.col.6.ver.dixi ergo de duabus.C.de impu. refert Iaſ.in l.ſi ſeruum Stichum, §.ſequitur.col.2.de verb. obligat.& alibi doct.referunt.

9 Oportet demum animaduertere, quod † interpretatio de æquitate, poſſet tolli, demonſtrando in alia parte extare maiorem æquitatem, ſicut dictum eſt ſupra de argumento ab abſurdo refutando, oſtendendo maiorem abſurditatem in partem diuerſam, nam vt bono reperitur melius,& meliore optimũ:l.vbi autem in prin.de verb.obli.ita æquo pro vno reperitur longè æquius pro altero:l.ſi ſeruus cõmunis. §. quod verò.ff.de fur.refert gloſ.in ver.ius eſt ars.in fin.in l.1. de Iuſti.& Iur.cum ſimil.& cõgruenter per Lud.Zũt. Parmen.ſuo reſpon.pro vx.num.771.772. Quomodo enim poteſt eſſe,quod ęquitas ſit ab vtraque parte,dicit Cyn.in d.l.1. col.2.ver.dixi, quod reperitur. C.de legi.quod non poteſt dari certa regula,ſed quod poteſt eſſe ſecundum diuerſas conſiderationes,quarum vna pręualet alteri,& ſic ſecundũ diuerſas qualitates ex probabilib.concluditur cõtrarium adducẽdo exemplum de Medea,quam poteſt ex probabilib. concludi,diligere filium,& non diligere:vt ibi per eũ,& per Alber.ſed cõmodius exemplũ videtur de caſu,d.§. quòd vero.nam diuerſitas tractatuum tollit omnia contraria:Ang.in l.qui autẽ in pr.ff.quę in frau.cred. vt ſuperius dictum eſt,& ad idẽ eſt text.not.in d.l. ita vulneratus.ad l.Aq.per quem Lau.de Palla.in tracta. de ſtatu.Quod ſtantibus maſculis,in col.17.nu.101.dicit,non eſſe nouum,per naturalem ęquitatẽ derogari alteri naturali æquitati:& l.quoties nihil.de reg.iur.

Vlterius limitari poſſe videtur, huiuſmodi beni-
9 gnas & æquas interpretationes non procedere † in teſtamentis Iudæorum, contra quos,& in odiũ eorum ſeueritas,& rigor iuris ſeruari debet,per glo.pen.in c. 2.de Iudæ.& latè tradit Iaſ.in l.ſi inſulã.col. 2. de ver.
10 oblig.quod in materia † æquitatis ſeruandæ non cõprehendatur Iudæus,cum rigor contra eum ſeruandus ſit,etiã vt probat Soc.in conſi.62.In pręſenti conſultatione.col.antepen.ver.tertio. hæc concluſio.lib. 1.& Alber.Bru.in tract.de ſtat.fœm. exclu.in 6.art.in primo memb.in 3.q.col.pen.& fin.firmat idem. Non videtur obſtare,quod æquitas concedendæ reſtitutionis in integrum minori,per l.1.ff.de minor.competat etiam Iudæo minori,vt tradit Corn.con.260.Viſa inquiſitione.in fi.lib. 3. quia quando quis eſt minor & Iudæus,attẽditur,quod eſt minor,& auxilium eſt ſibi tali dãdum ex naturali æquitate,vt dicit tex.in d.l. 1. quod eſt naturale, & non quod ſit Iudæus, quod eſt accidentale, attendendum eſt, per tex.in l.3.in pr. & ibi Bar.ff. de tute.quæ nam iura ſint ſeruanda Iudæis, plenè ponit Tho.Ferrati.in cau. 24. Quæritur per ſcribentes,& quæ eis fauorabilia ſint à iure tradita,plenius curam adhibuit colligendi Eman. Soarez ſuo the.recept.ſentẽ.litera I,nu.190.vſque ad nu.224.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio voluntatis teſtatoris debet taliter fieri:vt careat vitio,perplexitate repugnantia, correctione, & aliis vt ibidem,& vt minus lædatur Ius commune.*
2 *Fructus præbendæ ſuæ debet habere exiſtens in ſtudio, intellige non de loco ſtudij tantum Bononiæ,ſed de actu ſtudij:vt intellectus vitio careat.*
3 *Perplexitas & repugnantia debet ceſſare in ipſa interpretatione teſtamentariæ diſpoſitionis:& de ratione,& ratione rationis, vide ibidem.*
4 *Repugnantia nullum etiam ruſticum excuſat, & princeps contra perplexitatem diſpenſare non poteſt, Nec Deus poteſt ea quæ implicant contradictionem, ſecundum Theologos.*
5 *Contraria & repugnantia dicuntur, quorum finis eſt contrarius,& incompatibilis.*
6 *Perplexitas dicitur indiſſolubilis quæſtio ſibi inuicem contraria in conditionibus contrariis ſimul poſitis:& ibidem plura declarantur de perplexitate & repugnantia.*
7 *Copulatiua,quando exponatur ad euitandam repugnantiam,& alia in propoſito.*
8 *Lex voluntate alterius aliter non coniecturatur, quando aliud de voluntate diſponentis apparet euidenter,à mente certa & clara diſponentis non diſceditur,etiam quæ ſequatur annullatio totius actus.*
9 *Paria ſunt,inepto modò dare,& nolle dare.*

## SOLVTIO VII.

PRæterea quidem his modis voluntas
1 teſtatoris interpretanda eſt, † vt careat vitio,perplexitate,& repugnantia. Ne videatur ſtatim ſe correxiſſe, ceſſet contrarietas,ne ſit inanis & fruſtratoria diſpoſitio ſine effectu operandi,& vt minus lædatur Ius Commune,de his enim ſigillatim videndũ eſt, quod vitio huiuſmodi interpretatio carere debeat, vltra tex.generaliter in verbis legis loquentem. in l.in ambigua.ff.de legi.in terminis noſtris gl.eſt in l.qui dotem. de do.pręleg.& adducit Fulgo.conſ.86.ex facto proponitur.verſus fi.ver.& cum benignius. & Pau.de Caſt.con.214.Super primo & ſecundo quęſito.col.2. & conſi.241.Super hoc puncto. col.2. ver. item quia verbum.lib.2.dicitur autem vitio carere, quãdo non eſt contra ius commune,& operetur in eo, in quo poteſt,& nullum reſultat inconueniens,vel aliud,quod impediat ipſam defuncti voluntatem, vt patet per exempla in dictis locis expreſſa,& in legib. alleg.per Alber.in d.l.in ambigua. & in l.benignius. præceden
2 te.vbi in d.l.in ambigua.tractat de q.quod † exiſtens

in ſtudio, poſſit habere fructus ſuæ prebendæ, quod
intelligatur non de loco ſtudij tantum Bononiæ, ſed
de actu ſtudij, vt intellectus vitio careat. facit tex. in
c. tuæ fraternitatis. de cleri. non reſiden.
3 † Perplexitate & repugnantia pariter carere debet,
vt per Alex. conſ. 55. Proſpectis his. col. 3. li. 4. per tex.
in §. quibus, in prima conſti. C. & in l. Gallus. §. fi. ver.
Iuliano tamen. de libe. & poſthu. cum aliis, vt ibi per
eum, & per Aret. conſ. 9. Eleganter & vere. col. 1. Pariſ.
conſ. 3. num. 25. lib. 3. & Soc. Iun. conſi. 125. nu. 16. li. 1.
quia repugnantia, & perplexitas vitiat teſtamentum:
l. ſi Titius. de condi. inſtitut. & l. vbi repugnantia. de
Regul. Iur. & ibi Decius & Hieronym. Cagno. & Bar.
in l. quoties. §. ſi duo. circa princip. ff. de hæred. inſtit.
& in conſ. 156. Titius fecit teſtamentum. ver. præterea
quando. & in con. 81. Iacoputius. lib. 2. Alex. con. 41.
Viſo tenore. ver. quartò, quia. lib. 1. Iaſ. con. 8. pro iſta
infante, colum. 8. ver. decimo. & colum. 10. ver. tertio
decimo. & ſequent. lib. 3. & Aym. conſi. 79. num. 5. &
conſi. 143, num. 11. & conſi. 167. num. 8. eo. quod duo
accidentia contradictoria non poſſunt ſimul infor-
mare idem ſubiectum, not. Bald. in l. 1. in princip. C.
4 de lati. liber. tollen. à † qua quidem repugnantia nul
lus etiam ruſticus excuſatur, vt per Aym. in con. 249.
colum. 3. ver. quatto iſte teſtis. & Andr. Tiraquel. in
tract. de pœn. tempe. aut remit. in cauſa 11. num. 15. 16.
qui alios allegant, & contra perplexitatem princeps
diſpenſare non poteſt quia nec Deus poteſt ea, quæ
implicant contradictionem, ſecundum Theologos,
dicit Bal. in l. eam, quam. col. 7. ver. circa quintum.
num. 34. C. de fideicom. & ponit Nat. conſi. 270. nu.
5 ſeptimo † Contraria autem & repugnantia dicun-
tur, quorum finis eſt contrarius, & incompatibilis,
ſecundum Bal. in l. 1. in 8. not. C. ſi ſer. exter, ſe emend.
mand. cum pluribus alleg. à Hier. Cagn. in d. l. vbi re
pugnantia, ea vero: quæ habent eundem effectū, non
ſunt contraria, licet videantur in ſuperficie contraria:
6 gl. fi. in c. quotidie. de conſe. diſt. 2. † perplexitas etiam
indiſſolubilis quæſtio dicitur ſibi inuicem contraria
in conditionibus contrariis ſimul poſitis, vt patet per
caſum d. l. ſi Titius. & ibi Bal. & per Imo. in l. qui 400.
in prin. ad l. Fal. Quæ cum vitiēt teſtamenta, & inter-
pretatio eſſe debet ad teſtamenta eadē cōſeruanda. d.
l. Gallus. §. fi. ver. Iuliano. & per alleg. ſupra in dub. 2.
ver. itaque innuente. Non ſolum ideo ipſa interpre-
tatio ab omni repugnantia, & perplexitate debet eſſe
aliena, ſed omnem, ſi qua ſit in teſtamento, perplexi-
tatem & repugnātiam diſſoluere & remouere debet,
id enim verum eſt, quando poteſt aliquo modo re-
moueri, & diſſolui, vt dicit Ang. in l. 1. col. fi. ver. ſed v-
bi perplexitas. de condi. inſt. quod quidem poteſt co-
gnoſci, inſpiciendo ipſam perplexitatem, quæ ſi indu
catur ex verbis teſtatoris, & non poſſit aliqua expo-
ſitione ſeu diſtinctione remoueri & ſeparari, ceſſat
interpretatio ipſa & diſpoſitio vitiatur: d. l. ſi Titius.
& d. l. vbi repugnātia, quæ lex loquitur, vbi repugnan
tia eſt inſeparabilis, Abb. in l. 2. de acqui. hæred. & vbi
præciſè excludit conſenſum, Bal. in l. 1. in fi. ff. eo. vel
concernit voluntatem, idem Bal. in auc. hoc locum.
col. 2. ver. primo caſu. C. ſi ſecund. nup. mul. per l. ſi ita
ſit aſcriptum. de leg. 1. idem Bald. in l. fi. col. fi. C. de hæ
red. inſti. dicit, quod omnino impertinens locutio fa-
cit rem in mente conceptam non valere, ſi poſſit ſepa
rari, & diſſolui, adhibenda eſt interpretatio ſeparādo
vnum ex perplexis, ſiue de iure, & conſeruatur diſpo-
ſitio per l. ſi quis ita. in prin. de condi. inſt. firmat Bar.
in d. l. 1. col. pen. ſub ver. veniamus ad impoſſibilitatē.
eo. ita debet intelligi ſecundum ſenſum, qui non vi-
tiat diſpoſitionem. Pau. de Caſtr. in conſi. 241. Super
hoc puncto. col. 2. item quia. & ver. ſeq. lib. 2. & vt per
Oldra. in conſ. 108. Titius. col. pen. ver. ſed in contra-
riū, & Bal. in con. 254. Titius. li. 2. & Ang. in con. 222.
Caſus. Ser Nicolaus. reſoluendo etiam copulatiuam
in diſiunctiuā, vt l. ſi Titio fundus. de vſufru. leg. quan
do eſt poſita inter duo incompatibilia, Bal. in d. auc.
hoc locum. col. 2. ver. 2. caſu. & in l. fi. col. 2. C. de co-
dici. & Rui. conſi. 111. nu. 8. li. 2. ſiue de facto poſſit ſe-
parari, valet ſimiliter diſpoſitio eo modo, quo poteſt,
Bar. in d. l. 1. col. pen. et in l. ſi alienum. in prin. ff. de hę
red. inſt. vbi in q. ſi monachus fuerit inſtitutus hæres,
cum hoc: quod nihil acquiratur monaſterio, vel Ab-
bati, poteſt de facto talis modus vel conditio adim-
pleri, quod Abbas conniuentibus oculis patiatur mo
nachū habere, de hoc tamen videndi ſunt doct. in l.
Lucius. §. tres hæredes. ad Trebel. alibi etiā cōmodius
occurret dicendum. Si autē nō ex verbis, ſed aliunde,
præter propoſitum teſtatoris, vel ex aliquo accidenti,
perplexitas euenerit, non vitiat, et tollitur eo modo
quo poteſt, vt per Bar. et alios in d. l. qui 400. in prin.
ad l. Fal. et Pau. de Caſt. in d. l. ſi Titius. et Imo. in d. l.
1. col. pen. de condi. inſt. clare diſtinguit, et ſeptem fal
lētias ſeu reſtrictiones ad ipſā reg. adducit Hier. Cag.
in d. l. vbi repugnātia, vt per eos latius videri poteſt.
7 Super expoſitione † copulatiuæ in diſiunctam, ad
euitandam repugnantiam, conſiderandum eſt, quod
vbi ex verbis teſtatoris apparet copulatiuam debere
ſtare, et non diſiunctiuā, quod poteſt apparere, quan-
do in eodem capitulo vel ibidem proximo bis eſt po
ſita, quia geminatio impedit fieri poſſe aliam inter-
pretationem, quam verba ſonant, Goz. conſi. 30. nu.
3. et vbi in eadem ſcriptura teſtator, quando voluit,
ſciuit exprimere deſiunctiuā, itaque vbi non expreſ-
ſit, noluit adeſſe, arg. l. 1. §. ſin autem. de cadu. tol. et
quando ad caſus copulatos aduenientes ſint poſitæ
dictiones reſtrictiuæ, tunc & eo caſu, quæ reſtrictiuæ
ſunt, vt per Dec. conſ. 263. col. 2. et con. 314. num. 4. et
non recipiunt alium intellectum, nec aliquam mo-
dificationem ſeparatam à verbis, Soc. conſi. 251. col. 4.
ve. poſtremo. li. 2. quia vbi teſtator ſtrictè locutus eſt,
ſtrictè eſt accipiendum, et reſtringitur etiam actus fa
uorabilis, Bal. in l. fi. C. de poſtu. et in conſ. 262. Reco-
lo. circa fi. li. 1. Tunc cum mens diſponentis ſit clara,
et verba aliter nō poſſint exponi, ceſſat reſolutio co-
pulæ in diſiunctiuam, vt per Bar. in con. 155. Facti con
8 tingentia circa fi. ver. nec poteſt dici. & † lex aliter vo
luntatem alterius nō coniecturatur, quando aliud de
voluntate diſponentis apparet euidenter, l. licet. et ibi
Bar. in primo not. de leg. 1. Nam à mente certa et cla-
ra diſponentis non diſceditur, etiam quod ſequatur
annullatio totius actus, vt per Bar. in con. 156. Titius
fecit teſtamenrum. in fi. et Soc. in l. 3. in 4. not. de reb.
dub. facit, quod tradūt Bar. et Bal. in l. 1. et fi. ff. de iur.
codici. et ſi talis reſolutio fieri non poſſit ad tollendā
contrarietatem pro validitate diſpoſitionis, et eius ve
rificatione ſibi imputet teſtator, qui ex ſuis verbis de
monſtrauit repugnantiam, et noluit aliter intelligi,
niſi vt locutus eſt, per ſupradicta, ita ſibi imputet, di-
cit Bar. in d. l. 1. col. pen. ver. veniamus. de condi. inſt.
pro dicto allego optimum tex. in l. ſi in teſtamento.
ff. ſi quis om. c. teſt. ibi, ſua enim culpa teſtator ſub hac
conditione hæreditatis partem dedit, quam potuit
9 purè dare, &c. Et † dare inepto modo euidenter prę-
ciſeq́; et nolle dare, paria ſunt, vt l. fi. de manu. teſta. et
gi. in l. 1. §. ſciendum. ne magiſtr. conuenien. et l. non
ſolum. ff. de act. et oblig. et l. an inutilis. in pr. de acce-
ptil. et pulchrè Soci. con. 98. col. 4. lib. 3.

SVMMA-



*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio voluntatis defuncti ita fieri debet, ne videa-
tur ſtatim ſe correxiſſe, intellige, quando coniuncta ſcri-
ptura, & continuato ſermone fieret mutatio diſpoſi-
tionis.*
2 *Intellectus l. non ad ea. de cond. & demon. & procedit d. l.
in legatis, non in hæredum inſtitutione, ibi, & quomodo
procedat.*
3 *Verba potius reputantur ſuperflua et impropria, quam in
ducatur correctio.*
4 *Correctio euitanda in ſtatutis, in inſtrumentis, in ſententia,
& in contractibus: quia in dubio mutatio voluntatis nō
præſumitur, intellige & declara hanc regulam vt per
Alcia.*
5 *Mutatio voluntatis in dubio non præſumitur,*

## SOLVTIO VIII.

1 SVBSEQVENS eſt, † interpretatio-
nem voluntatis defuncti taliter fieri,
ne videatur ſtatim ſe correxiſſe: l. non
ad ea. de condi. & demonſtr. quam le-
gem ſic dicens, allegat Oldra. conſil. 8.
circa fin. & Alex. conſi. 47. Circa primum. col. 5. ver.
quia reſpondeo. lib. 1. & alibi doct. allegant ſtatim,
ibi in d. l. non ad ea, quam legem cum l. quod tradi-
tum. Pau. de Caſtr. & Imo. intelligunt, quando con-
iuncta ſcriptura & continuato ſermone fieret muta-
tio diſpoſitionis, ex interuallo autem diceretur quan
do diſceditur ab ordine verborum, circa eundem le-
gatarium prolatorum, vt ibidem per Alber. & Paul.
de Caſtro, & Imo. quibus addo tex. not. in l. libertus.
de adi. leg. quo caſu fieret correctio, vt in tex. d. l. non
2 ad ea, † quam procedere in legatis, & non in hæredū
inſtitutione, ibidem tradunt doct. per gloſſ. in l. ſi te
ſolùm. ff. de hæred. inſti. quomodo procedat d. l. non
ad ea. vide latè per Corn. in con. 308. Quod dicta Do
mina. lib. 4. Alex. conſi. 59. Attentis. col. 5. ver. & pro
3 confirmatione. lib. 3. † & verba potius reputantur ſu
perflua & impropria, quā inducatur correctio: Grat.
con. 8. num. 11. 12. lib. 1.
4 † Quæ quidem eadem l. non ad ea. allegatur etiā ad
interpretationem ſtatutorū, ne videatur inducta cor-
rectio: vt per Dec. conſ. 283. col. 3. circa fi. ver. ſecunda
ratio. & Aym. con. 307. ver. ſecundò reſpondeo. & ad
interpretationem contractuū: Rom. in l. ſi quis cum
aliter. in fi. de verb. oblig. & per Alex. conſi. 49. in fin.
lib. 2. & inſtrumentorum, Dec. con. 12. col. fi. ver. item
correctio. & conſi. 500. num. 8, quid in ſententia, vide
5 Roma. in l. ſi tibi. num. 14. ff. ſi cert. pet. † quia in dubio
mutatio voluntatis non præſumitur; l. quinquagin-
ta in fi. & l. eum, qui. ff. de prob. & l. Lucius Titius. la
1. de leg. 2. intellige demum & declara hanc regulam,
vt per Alc. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 28.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio voluntatis teſtatoris taliter fieri debet, vt e-
uitetur contrarietas in ipſo teſtatore.*
2 *Contrarietas eſt euitanda in interpretatione voluntatis
teſtatoris, quod procedit etiam in ſtatutis, in confeſſioni-
bus, in inſtrumentis, in teſtibus, in articulis & ſententiis,
& generaliter in qualibet diſpoſitione, etiam verba im-
propriando.*
3 *Interpretanda ſunt verba teſtatoris, vt nullæ humanæ co-
gitationi ſint contraria: & talis debet eſſe interpretatio,
vt ſaluentur verba & mens teſtatoris quod non ſit deri-
ſoria diſpoſitio, ſed aliquod emolumentum contineat.*

## SOLVTIO IX.

1 VT † contrarietas ceſſet, ſimiliter eſſe faciē-
dam declarationem, ne ſit ſibi ipſi cōtra-
rius teſtator diſtinguendo & ſubaudiēdo,
poſt alios ponit Iaſ. con. 18. col. pen. ver. 5.
& con. 38. lib. 1. Soc. Iun. con. 125. nu. 15. 16. 17. li. 1. Dec.
con. 38. col. 3. in fi. & ſeq. & con. 278. col. 3. & con. 317.
col. 2. & conſi. 337. col. fi. con. 386. col. 2. vltra med. &
Cur. Iun. conſ. 145. nu. 14. Pariſ. con. 40. nu. 36. & conſ.
91. num. 38. & conſi. ſeq. num. 29. 30. lib. 2. & conſ. 25.
num. 42. lib. 3.
2 † Quod procedit etiam in ſtatutis: Bal. in l. fi. in fi. C.
per quas perſo. Alex. con. 141. nu. 7. lib. 2. & Dec. conſ.
320. num. 11.
In confeſſionibus tradit Alex. con. 171. num. 12. lib.
6. & Iaſ. in l. fi. §. idem quæſiit. col. fi. ver. bene facit. de
cond. indeb.
Et in inſtrumentis & teſtibus: Bal. in l. item viden-
dum. in prin. ff. de peti. hæred. Alex. in conſ. 56. nu. 5. &
con. 105. nu. 6. lib. 2. & conſ. 121. nu. 3. lib. 5.
Item in teſte, Bal. in l. data opera. ſub nu. 35. C. qui
accuſ. iterum in inſtrumentis, Deciſ. conſi. 500. nu. 67.
In articulis & ſententiis, idem Deci, conſi. 358. nu.
4. conſ. 517. nu. 4. Alex. con. 124. in fi. li. 2. Aymo conſi.
79. num. 5.
In teſte, idem Dec. con. 362. col. 2. & generaliter in
qualibet diſpoſitione, idem Dec. conſil. 295. col. 2. &
conſ. 374. nu. 2. & conſ. 391. col. pen. & d. con. 366. col.
2. Aym. con. 70. nu. 5. & conſ. 297. col. 6. ver. 10. diſpo-
3 ſitio: † Quinimo interpretanda ſunt verba teſtatoris,
vt nulli humanæ cogitationi ſint contraria, inquit
Ang. in conſ. 266. Punctus talis eſt. poſt prin.
Item talis eſſe debet interpretatio, vt ſaluentur ver
ba, & mens teſtatoris, quod diſpoſitio non deriſoria
ſit, ſed aliquod emolumentum contineat: Pau. de Ca.
in con. 383. Notandum eſt. lib. 1. & non ſit inanis & ſi-
ne effectu operandi, l. ſi quando. in prin. de leg. 1. & l.
Meuius. in prin. de leg. 2. tradi. Alex. con. 250. Quo ad
primum. li. 6. & in omni materia eſt capienda huiuſ-
modi interpretatio, ne diſpoſitio reddatur eluſoria:
Cur. Iun. conſ. 62. ſub nu. 3. 4. & con. 145. nu. 24. in 9.
col. ſub ver. 3. principaliter. quinimo contra naturam
ſuam verba latè interpretando, quando aliàs diſpoſi-
tio fruſtratoria redderetur, per bona iura probat Iaſ.
in con. 173. Videretur. col. pen. in princ. ſub ver. 2. mo-
ueor. li. 2. De regula autem, quod verba non debeant
intelligi ſine effectu operandi, alibi in ſeq. lib. dicen-
dum erit, interpr. 3. dubi. 2. ver. 5.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio eſt admittenda, ita vt minus, quam ſit poſſi-
bile lædatur Ius Commune.*
2 *Teſtamenta ſecundum ius Commune interpretari debent:
communis eſt concluſio, etiam ſi latiſſimè eſſet fienda in-
terpretatio, ſiue dubium ſit in tempore, ſiue ſit dubium in
diſpoſitione ipſa, qui ſint vocati, quot ſint vocati ſucce-
dentes ab inteſtato, &c.*
3 *Secundum ius commune voluntas teſtatoris præſumitur
talis, qualis de iure eſſe debet, & non contra ius, & in du
biis interpretatur conformis diſpoſitioni iuris, prout eſt
ab inteſtato.*
4 *Præſumitur teſtatorem in dubio voluiſſe facere quod à iu
re Communi diſponitur.*
5 *Teſtamentum, ſeu teſtatoris diſpoſitio, dicitur interpreta-
ri ex regulari diſpoſitione ſtatuti, prout ipſum diſponit*

 *ab in-*

*ab inteſtato. Nam teſtator dicitur ſe conformare cum*
*diſpoſitione Iuris comunis, vel Municipalis, prout viget,*
*quod procedit etiã in bonis ſitis extra territoriũ ſtatuẽtiũ*
6 *voluntates contrahentium, interpretantur & conforman-*
*tur cum diſpoſitione ſtatutorum, ſecundũ ordinem ſuc-*
*cedentium ab inteſtato.*
7 *Voluntas teſtatoris præſumitur magis eſſe conſona iuri ſta-*
*tutario, & conſuetudini loci, quam Iuri Communi ſi Ius*
*Commune eſſet diuerſum à ſtatuto.*
8 *Iuris mentione habita inter Hebræos, intelligitur de iure*
*Hebraico.*
9 *Voluntas teſtatoris: quando non intelligatur eſſe confor-*
*mis Iuri Communi.*
10 *Diſpoſitio teſtatoris, vt lex eſt ſeruanda.*
11 *Interpretatio ambiguæ volũtatis teſtatoris, fieri debet prius*
*ſecundum ius Municipale, ſi extat, aliàs ſecundum ius*
*Commune, quæ ſic etiam dicitur pia & fauorabilis.*

## SOLVTIO X.

1 VT minus † lædatur Ius Commune, quàm
fit poſſibile, eſt queq; admittenda inter-
pretatio, tradit Aret. conſ. 12. col. fi. nor. e-
nim. & cõmunis concluſio eſt, Teſtamen
ta deberi interpretari ſecundum ius commune: l. quã-
quã & ibi Bal. not. C. de teſt. mili. & Bal. in l. precibus.
col. 6. ver. 9. oppo. de impub. Ioan. de Ana. con. 66. in
2 fi. & con. 99. col. fi. & Rom. con. 138. in fi. † etiam ſi la-
tiſſima eſſet fienda interpretatio, idem Rom. in l. ſtipu
latio iſta. §. in ſtipulationibus, col. 2. de ver. obligat.
per l. ex facto, de vulg. & pupil. Siue dubium ſit in ver
bis teſtatoris, quia huiuſmodi verba redigenda ſunt
ad iuris intellectum & effectum: l. hæc conditio. de
condit. & demonſtr. dicit Pau. de Caſt. con. 161. Viſo
puncto. col. fi. lib. 1. & Petr. de Ancha. in conſi. 20. Pro
clariori. circa fi. & con. 163. Viſis & diligenter. col. 2.
circa fi. & Dec. con. 278. col. pen. Siue dubium ſit in
tẽpore, ſcilicet quando incipiat ab intellectu iuris, in-
terpretatur incipere à die aditæ hæreditatis, probat
idem. Pau. de Caſt. in conſi. 292. Circa primum. col.
2. ver. ſuper tertio. & in conſi. 371. Viſo puncto. col. fi.
lib. 2. & quando venerit, dicente teſtatore, ſe grauare
hæredem decedentem, antequam res ſuas poſſit admi
niſtrare, intelligitur antequam peruenerit ad 25. an.
l. fin. iuncta ibi gloſſ. & per docto. ibi de condit. & de-
monſtrat. aliàs circa temporum declarationem ma-
gis opportunè & plenius erit tractandum. Siue du-
bium ſit in diſpoſitione ipſa, qui ſint in ea compre-
henſi, & vocati: quòd vocati cenſeantur ſuccedentes
ab inteſtato, & eodem ordine, & conformiter, ſecun-
dum ius commune: l. cum ita. § in fideicommiſſo. &
ibi gl. & l. pen. §. fratre. de leg. 2. & l. fi. C. de verb. ſig.
Aret. conſi. 145. Reſpondendo. circa fi. & Barba. conſi.
3 63. Et quidem viſo. col. 4. lib. 2. dicit, † voluntatem te
ſtatoris præſumi talem, qualis de iure eſſe debet. &
idem conſi. 20. col. pen. lib. 1. & Iaſ. conſi. 143. col. 3. li.
4. & non contra ius. Bal. in l. 2. in fin. de condi. inſert.
& Corn. conſi. 37. In hac conſultatione. col. 2. ver. ac
etiam ex eo. & conſi. 47. Videtur prima facie. colum.
penul. & con. 55. Pro deciſione. lib. 1. firmat in dubiis,
voluntatem teſtatoris interpretari conformem diſ-
poſitioni iuris, prout eſt ab inteſtato. & Socin. in l.
cum auus. col. 11. de condit. & demonſt. per l. ſi duo. &
ibi Bal. not. de acquiren. hæred. & Dec. conſi. 278. Nõ
4 leuis. colum. penult. ver. decimo. dicens, † teſtatorem
in dubio voluiſſe facere, quod à iure Communi diſ-
ponitur: per Barto. in l. vxorem §. teſtamento. el 2. de
leg. 3. ad idem Pariſ. conſ. 73. nu. 40. lib. 2. Rub. Alex.
conſi. 129. in fi. Goz. conſi. 4. num. 16. Soci. Iun. conſi.
133. nu. 23. 24. & con. 140. num. 7. 8. 9. lib. 1. faciunt ea,
quæ ſuperius fuere dicta in dubitatione præcedenti,
ver. & à legibus.
5 Similiter etiam † diſpoſitio teſtatoris dicitur in-
terpretari & regulari à diſpoſitione ſtatuti, prout diſ-
ponit & ipſum ſtatutum ab inteſt. Barto. & poſt eum
omnes, qui ſcripſerunt in l. hæredes mei. §. cum ita. ad
Trebel. & Pet. de Anch. poſt eum Iaſ. in l. tres fratres.
col. 2. ver. ſexto. ff. de pact. idẽ Iaſ. in l. ſi quis id quod.
col. 4. ver. octauo. de iuriſd. om. iudi. & Alex. & alij in
l. Gallus. §. 1. de lib. & poſthu. idem Alex. conſi. 15. Viſo
teſtamento. lib. 4 ſubſcribendo conſi. Riminal. quod
eſt con. 36. lib. 1. Corn. conſi. 124. Ardua. colum. 5. ver.
quia cenſetur. lib. 2. & con. 298. Circa hanc. col. 3. ver.
teſtator. lib. 4. dicens, quod teſtator cenſetur ſe con-
formare cum diſpoſitione Iuris Communis, vel Mu-
nicipalis, prout viget, & Barba. conſi. 10. col. 1. lib. 2. &
Iaſ. con. 84. Puto. col. 1. & 2. lib. 1. & conſi. 215. Ex. Va-
lentia. colum. pen. & fin. lib. 2. & Soc. conſi. 90. Abun-
dè. lib. 1. & conſ. 51. Viſa facti narratione. colum. 4. &
ſequen. lib. 4. Ruin. conſi. 151. In cauſa illorum. colum.
5. & ſequen. lib. 2. quod procedit etiam in bonis, ſitis
extra territorium ſtatuentium, vt per Aym. conſ. 250.
6 col. 1. in quibus locis etiam doct. tradunt † voluntates
contrahentium interpretari & confirmari cum diſpo-
ſitione ſtatutorum ſecundũ ordinem ſuccedentium
ab inteſtato: per Bar. in l. vt iuriſiur. §. ſi liberi. de oper.
liber. & Alex. conſi. 79. in fi. lib. 4.
7 Vbi autem eſſet diuerſum † de iure Cõmuni à iure
ſtatutario, præſumitur voluntatem teſtatoris magis
eſſe conſonam iuri ſtatutario, & conſuetudini loci,
quam Iuri Communi: Soc. conſ. 36. Rectè ac maturè.
col. pe. ver. quinto probatur. li. 1. & Ruin. con. 4. Quo-
8 niam. col. pe. & fi. lib. 2. vbi † ex mentione iuris habita
inter Hebręos intelligitur de iure Hebraico. Intellige
prædicta, quando diſpoſitio poteſt adaptari ſtatuto,
& ſtatutum loquatur in ceſſione vel excluſione per-
ſonarum, de quibus agitur: vt per Alex. d. conſ. 15. lib.
4. & Rui. conſ. 143. Prima quęſtio. col. 3. ver. nõ obſtat.
lib. 2. & Pariſ. conſ. 78. nu. 19. li. 2. vbi tradit, non proce
dere in teſtamento extranei, et in perſona, quæ non
excluditur per ſtatutum à ſucceſſione grauati.
9 Iſtę prędicta † intellige procedere regulariter, quę
ideo limitantur non habere locum in caſu l. ex facto.
§. ſi quis rogatus. Ad Trebell. et in caſu l. fin. C. de ver.
ſign. et in caſu, quo teſtator reliquit fratri et filiis, qui
ſimul admittuntur ad legatum, et de Iure Communi
admitterentur ordine ſucceſſiuo, et quando verba te-
ſtatoris nõ conuenirent diſpoſitioni iuris vel ſtatuti,
per Alex. conſi. 176. Viſis narratis. col. 2. ver. non. obſt.
prædictis. li. 7. et per Cor. conſ. 83. Videtur. et cõſ. 197.
Circa primum. col. pe. et fi. lib. 1. et conſ. 138. Placet. in
fi. li. 2. et con. 202. Pluries. col. 5. ver. nec obſtant. et cõ.
229. In hac conſultatione. col. pe. li. 3. et Cur. Iun. con.
128. Præſupponitur. ſub nu. 9. et Pariſ. d. con. 78. num.
25. lib. 2. et non procedunt quando ſunt vrgentes con
iecturæ contrariæ voluntatis teſtatoris, et quando te-
ſtator ſubſtituit pupillo fratres, vnum vtrinque con-
iunctum, et alterum ab vno latere, vt per Rip. in l. Lu
cius. in fi. de vulga. et pupil. et Aym. conſ. 180. Quan-
do. col. fi. vbi etiam dicit, quod non habent locum in
caſu omiſſo, et per eundem latè in d. con. 250. Iam re-
uocatur, quando ſunt præſumptiones in contrarium.
et Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. ſuſceperit liberos. qui
in nu. 101. allegat concor. ad prædicta. et in nu. 108. et
ſeq.



ſeq. tenet limitationes prædictas: & latè, & vtili-
ter Albert. in tract. de ſtat. fœmin. excluſ. in 5. arti.
in 12. q. Alcia. de præſumpt. in regu. 3. præſump. 32.
10 Super demum putarem, poſſe concludi, quòd † vbi
expreſſa diſpoſitio teſtatoris, & de his, ſuper qui-
bus pot diſponere, ea vti lex ſit ſeruãda, vulga, §. di-
ſponat. Iſt. de nupt. vbi verò ſit tacita & ambigua,
quia in his non in expreſſis, eſt neceſſaria interpre-
tatio: Iaſ. conſ. 43. col. 3. vltra med. lib. 3. & ex ordina-
tis, per eum in teſtamento, vel extra, non poſſit habe-
11 ri declaratio ſuæ voluntatis: † hęc interpretanda ſunt
ſecundum ius Municipale, ſi extat, aliàs ſecundũ Ius
Commune omni neceſſaria interpretatione, prout
conuenit ſubiectæ materiæ: nam fauorabilis, pia, &
amplectenda eſt interpretatio, per quã reducimur ad
Ius Commune: per gl. in ver. numerandum. in c. 3. de
præbend. 6. tradit Socin. conſi. 81. Non eſt dubium.
col. 4. ver. idem, quando. lib. 3. Alex. conſi. 8. nu. 6. &
conſ. 49. nu. multas not. deciſ. huic dicto accommo-
dat Felin. in c. cum acceſſiſſent. col. 3. & ſeq. de con-
ſtit. & Corn. conſ. 22. col. 2. ver. quia contractus. lib. 1.
in Sylu. num. q. fi. quomodo ſit iudicandum. ver. item
in dubio amplectimur. & Aym. conſ. 99. nu. 9. & cõſi.
135. nu. 38. & Iaſ. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de
pact. intellig. in habente poteſtatem conficiendi a-
ctum, per quem ſic quæritur fieri huiuſmodi reditio, vt
per Roch. de Cur. in c. fi. nu. 272. de conſuetudin.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtamenta plenius ſunt interpretanda, plenior dicitur cõ-*
*paratione reſpectu plenæ, quæ fit in contractibus: pleniſſi-*
*mè fit in beneficiis principum, & in donationibus.*
2 *Interpretatio dubitationem præſupponit, qua ceſſante, nec*
*plena, plenior, aut pleniſſima requireretur, & dicitur*
*ad plenum, plenius, & pleniſſimum, ad commodum*
*recipientis, & præiudicium concedentis reſpectiuè, ſanè*
*intelligendo ſecundum poſſibilitatem verborum de his*
*quæ circa contractum, teſtamentum, & principis be-*
*neficium.*
3 *Interpretatio plena & æqualis fit in contractibus non pro*
*vno cõtra alium, cum æqualis vltrò citroq; in his ſit ob-*
*ligatio, plenior verè fit in teſtamentis, & de ratione ibi-*
*dem: latiſſima in beneficiis principum, ob eorum libe-*
*ralitatem.*
4 *Interpretatio ſtricta pro legatariis fieri debet, ſecundum*
*aliquos, contra, quòd latè fieri debeat, ibidem demon-*
*ſtratur.*
5 *Interpretatio multifariè fieri poteſt, plenè, plenius, & ple-*
*niſſimè.*
6 *Comparatiuum eſt medium inter poſitiuum & ſuperla-*
*tiuum, & vt medium participat de extremis.*
7 *Interpretatio plenior teſtamentorum participat de inter-*
*pretatione plena contractuum, ratione hæredis obligati*
*legatariis ex quaſi contractu: hinc eſt, quòd ſtricta ſit in-*
*terpretatio pro legatariis contra hæredem in aliquibus,*
*ſicut fit in contractibus.*
8 *Actus neceſſarij ſunt ſtricti iuris; idem ratione præſumptæ*
*voluntatis teſtatoris, de grauando hæredem minus, quã*
*fieri poſſit.*
9 *Interpretatio plenior, quo ad hæredem; ſed ſtricta ne dum*
*in legatis, ſed & in fideicommiſſis, eſt facienda, & quo-*
*modo hæc intelligenda, vide ibidem.*
10 *Textus præfertur Gloſſæ, & ei magis creditur.*
11 *Legata ſunt largè, & plenius interpretanda, quomodo, ac*
*de ratione, vide ibidem.*
12 *Verum non dicitur, nec quod eſt dicendum, niſi lege ap-*
*pareat approbatum.*
13 *Lex quod non probat, nec creditur verum.*
14 *Intellectus ſeu reſponſio ad leges tenentes in legatis ſtrictè*
*eſſe procedendum, & interpretandum.*
15 *Interpretatio plenior ex parte legatarij, quomodo dici po-*
*teſt participare, cum ſuperlatiuo pleniſſimæ interpreta-*
*tationis beneficij Principis.*
16 *Interpretatio plenius fienda eſt de voluntatibus defuncto-*
*rum: regula hæc eſt generalis, quæ fortius procedit ex*
*perſona teſtatoris, legatarij, ex re legata, ex patrimonio*
*defuncti, ex cauſa, ex loco, ex verbis amplis, & cum ten-*
*dat ad ampliandum fauorem & reſtringendum odium.*
17 *Interpretatio ſtricta ſit, vbi ſunt coniecturæ reſtringentes*
*in contrarium plures adducuntur ibidem; vt fallentiæ*
*ad regulam, quòd plenior in teſtamentis ſit interpretatio*
*& ibidem, vſque ad finem.*
18 *Dominium rei tacitè legatæ, non tranſit ipſo iure in lega-*
*tarium. Quod ſic generaliter intellectum, in hac ſpecie*
*patitur difficultatem.*
19 *Tacita voluntas teſtatoris, quomodo non aliter poſſit in-*
*terpretari,*
20 *Tacitũ in vltimis voluntatibus habetur pro expreſſo, ma-*
*ximè, quando expreſſum ſequitur tacitum.*
21 *Conſulens quandoque adducit non multum pertinentia*
*ad colorandum conſilium.*

## SOLVTIO XI.

ITEM alius, & quidem notus, & fre-
quens eſt interpretandi modus, qui ita
fit, vt in teſtamentis pleniorem adhi-
beamus interpretationem: l. in teſta-
mentis. de Regu. Iur. & ca. cum dilecti.
1 de donat. † Plenior dicitur comparatiuè, reſpectu
plenæ, quæ fit in contractibus, & pleniſſimæ, quæ fit
in beneficiis principum, & in donationibus, vt d. cap.
cum dilecti. & habetur per gloſſ. & doct. in l. fin. ff. de
conſtit. princip. & glo. in l. princeps. de verb. ſignific.
2 † Plena autem plenior & pleniſſima (præſuppoſita a-
liqua dubitatione: quia aliàs non eſſet locus inter-
pretationi: l. continuus. §. cum ita. de verb. oblig. &
l. pediculis. §. argento. de auro & argen. lega.) dicitur
interpretatio ad plenum, plenius, & pleniſſimum
commodum recipientis, & præiudicium concedẽn-
tis reſpectiuè, & ad hæc congruenter adaptetur ver-
ba d. l. in teſtamentis, & d. c. cum dilecti. & iam clarè
docto. omnes in d. l. fin. dum reſpondent oppoſitio-
ni d. l. 2. §. meritò. & §. ſi quis à princip. ne quid in lo-
co publ. intelligunt pleniſſimam interpretationem
procedere in præiudicium concedentis, vbi ponunt
exempla. & maximè Alber. col. 3. de plena, pleniori,
& pleniſſima, ſanè intelligendo ſecundum poſſibi-
litatem verborum: & de his circa contractum, & te-
ſtamentum, & beneficium principis: ibidem addu-
3 cit rationem diuerſitatis idem Albe. quòd ideo † ple-
na & æqualis interpretatio fit in contractibus non
pro vno contra alium, quia æqualis, & vltrò citròque
in his eſt obligatio: l. de Regul. Iur. & plenior fit in te-
ſtamentis: quia ſunt in fauorem legatorum tantum,
& in fauorem teſtatoris, cuius mortui amplius non
reddit arbitrium: l. 1. de ſacroſanct. eccle. latiſſima in
beneficiis Principis, ob eius liberalitatem, vt ibi per
eum. Non inſiſtendo, niſi vbi expedit, & in terminis
noſtræ propoſitæ materiæ circa rationem plenioris
interpretationis teſtamentorum non placet. I. ratio
4 Alber. ob fauorem legatariorum tantum, † quia imò
pro legatariis fieri debet ſtricta interpretatio, vt per
Dec. in d. l. in teſtamentis, neque alia, quia generalis

eſt ob fauorem teſtatoris,per d.l.1. de ſacroſan.eccle.
neque propriam noſtræ cóclusionis credo rationem
eam eſſe adductam,per Dec. in d.l. in teſtamentis.ob
intereſſe publicum circa conſeruationem teſtamen-
torum : quia conſeruare, defendere, & exequi teſta-
menta, eſt vnum factum, quod poſſet eſſe etiam ple-
nè interpretando, prout contractus interpretantur,
qui etiam vti lex debent ſeruari : l.1.§.ſi conueniat.ff.
depoſi. & l,1. in princip. & l.iuriſgentium.§. prætor
5 ait.ff.de pact,Et † aliud eſt,interpretari, quod multi-
fariam fieri poteſt plenè,pleniùs & pleniſſimè : d.cap.
cum dilecti.d.l.in teſtamentis.& d.l.1. de conſt. prin-
cip.Boer.deciſ. 172. num.17.Ideo propriam exiſtimo
rationem plenioris interpretationis eſſe à legibus in
ſpecie noſtra inductam in gradu comparatiui : quia
6 † comparatiuum eſt medium inter poſitiuum & ſu-
perlatiuum, medium autem participat de extremis,
ſubtiliter inſpiciendo in noſtris terminis, probat tex.
in l.vbi autem.in pri.de verb.oblig.vt per Iaſ.in l.iu-
bere col.6.de iuriſd. om. iud. & comparatiuum ple-
nius participare de poſitiuo pleno,expreſsè dicit Bal.
7 in l.per hanc,ſub num.23.C.de tempor.appel. † ple-
nior interpretatio teſtamentorum participat de po-
ſitiuo plenæ interpretationis contractuum ratione
hæredis obligati legatariis ex quaſi contractu: vt l.a-
pud Iulianum.ff.qui.ex ca.in poſſeſ.ea.& §.hæres.In-
ſti.de oblig. ex qua. contract. cum ſimil. allega. per
Pariſ.conſi.2. nu.31.lib.3. Exinde eſt,quòd ſtricta in-
terpretatio ſit pro legatariis contra hæredẽ in aliqui-
bus:vt l.nummis.de leg.3.& l.ſi ita ſit aſcriptum.in fi.
de leg,1.& per Deci.in d.l.in teſtamẽtis.de quo etiam
inferiùs dicam, prout ſtricta ſit interpretatio in con-
tractibus:l. Arrianus.de actio.& obligat. & l. ſemper
in ſtipulationibus.de Regu.Iur.cum ſimil. quia obli-
gatio ex contractu iam facto,eſt neceſſaria:l.ſicut. C.
8 de actio.& oblig. † actus autem neceſſarij ſunt ſtricti
iuris:Aret.in l.ſcire debemus. col.3.de verb. oblig.&
ratione præſumptæ voluntatis teſtatoris de grauan-
do hæredem minus,quàm fieri poſſit:l. qui concubi-
nam. §.qui fundum.de leg.3. & l.vnum ex familia. §.
ſi rem. de leg.2.Participat etiam cum ſuperlatiuo ple
niſſimè interpretationis beneficiis Principis & meræ
donationis in eo,quod ſuperat poſitiuum,relinquen-
do eius formam in extremo: Bart. in l.legata inutili-
ter.circa princ.de lega.1.ex eo,quòd diſpoſita à teſta-
tore dependent ab eius ſola voluntate libera:l.1.ff.de
teſta,l.illa inſtitutio.in princip.de hæredib.inſtit. ho-
norando, & diligendo hæredem pleniori honore:l.
filium.§. ſed ſi portionis.de leg.præſtan.l.ſi patronus
de confir.tut.& donando legatario.l. legatum. de le-
ga.2.ſicut beneficium Principis à ſua proficiſcitur in-
dulgentia:d.l.fin.de conſtit. princip. & donatio pro-
uenit à liberalitate, & munificentia donatoris: l.1. in
princ.ff.de donat.iſta ergo eſt vera ratio plenioris in-
terpretationis in teſtamentis, tradita in gradu com-
paratiui, quam hucuſq; neque in dicta l.in teſtamen-
tis.nec alibi per docto.vidi tactam, quæ quidem no-
bis ſeruit pro habenda cognitione & ſolutione huius
contrarietatis, quæ eſt inter docto. quòd aliqui vo-
9 lunt † pleniorem interpretationem habere locum in
teſtamentis,quo ad hæredis inſtitutionem: quo verò
ad legata,fieri ſtrictam interpretationẽ : vt defendere
nititur Iaſo, in l.quod Seruius.col.2.in fin.ff. de con-
di.ca.da.& Deci.in d.l.in teſtamentis:& in conſ.355.
col.fin.& Aym.conſ.25.nu.24.& conſ. 86. num.7. &
conſ.208.nu.4.vbi non ſolùm in legatis,ſed etiam in
fideicommiſſis, præſuppoſita validitate actus, ſub-
iungit fieri ſtrictã interpretationem, & in conſi. 297.
col.1.fatendo contrarietatem doctorum,in hac re vi-
detur facere eandem concluſionem, quòd legatum
debeat ſtrictè interpretari, niſi ſit factum coniunctæ
perſonæ,vel ſit factum verbis vniuerſalibus,vt ibi per
eum contrarium tenet Hieron. Cagno. in d. l. in te-
ſtamentis. dicendo, non deberi reſtringi.regulam.d.
l.quòd ſolum loquatur in parte teſtamenti in inſti-
tutione hæredis,& non in totum.& ſic etiam in lega-
tis,cum generaliter loquatur,reſpondendo etiam con-
trarijs,vt ibi per eum, & Ioſeph.Aſiſien.in deciſ.Pe-
ruſi.23.num.20 & ſequen.& Nat.conſil.626. num.5.
cum ſequent. & ita puto tenendum, vt etiam in le-
gatis ad fauorem legatarij eſſe latè interpretandum
dicit Alex.conſi.58.col.fi.ver.vnde licet.lib.3. & Cor.
conſ.207.col.7. verb.nec videtur ratio.libr.2.& Bart.
in l.Seio.§.vxori.circa fi.de an.leg.& Nat.d.conſ.626.
col.fi.idem firmat deciſ.Neap.per Afflict.in deciſ. 44.
nu.24.quando nulla in contrarium apparet coniectu
ra,addo,ꝙ Alber.in d.l.in teſtamentis. exponit, ideſt
in quibuſlibet vltimis voluntatibus, & diſpoſitio-
nem ſui natura latam,vt in legatis, ponit Imo. in ru-
bri.colum.2. ſub num.5.ſolut.matri.& gloſſ.in l.Lu-
cio.de leg.2.in dubio pro legatario benigniùs & ple-
niùs interpretatur, allegando d.l. in teſtamentis. ad-
do etiam text. expreſſum in l. plenum. §. ſed ſi peco-
ris. ff. de vſu & habit. loquentem in legato, vbi ſunt
hæc verba : neque enim tam ſtrictè interpretandæ
ſunt voluntates defunctorum, vt ibi gloſſ. in verb.
ſtrictè, exponit, imò largè, allegando dict. l. in teſta-
mentis, vnde ſuperflua videtur omnis diſputatio,
cum habeamus tex.& caſum legis:Bald.in l. cum an-
tiquioribus. columm. penult. verb. nunc antequam.
C.de iure delib. & in l. ancillæ. circa princip. de fur.
idem Bald. de pace iuramen. firman.§. indices. verb.
ſed adhuc.dicit: Moneo te,quòd in dubio à text. & à
regula non recedas.cum ſimilib.alleg. ab Aym. con-
ſil.4.numer.21.conſi.11.nume.6.conſi.47.numer.2.&
conſi.92. nume.1.rurſus ad hoc propoſitum adduco
Oldr.conſi.258. Innocentium.colu.2.verb. item non
10 obſtat.dicentẽ,† textui magis credendum eſt, quàm
Gloſſæ.& Bald. conſ. 493. Multiloquium. colum.1.
verb.in prima parte.li.4.dicentem,quia gloſſ. ordin.
eſt magnus teſtis, ſed vbi eſt caſus legis, textus præ-
ualet Gloſſæ.Magis igitur,atque magis in iſta re,cum
habeamus gloſſ. & regulam & text.tenenda eſt hæc
11 ſententia, quod & † legata ſint non ſtrictè, ſed lar-
gè, & pleniùs interpretanda, addita etiam ratione
plenioris interpretationis in vltima voluntate, quia
præſumptiuè creditur teſtator quid voluiſſe, ſed
clariùs non expreſſiſſe, mortis cogitatione turba-
tus,ſecundum Salyc.in l.ſi creditoris. ad fin. C. de fi-
decommiſ.

Ad contraria reſpondetur, quòd non reperitur a-
liqua lege cautum, legata eſſe ſtrictè interpretanda.
12 Ergo non † verum. & non dicendum. §. optimum.
in auct. de non eligen. ibi, nec quælibet eſt lex tale
quid dicens,& ſimilis tex.in l.3.§. fi.ff. de præuari. &
Bal.in l.ſi vt proponis. vltra princ.C.de rei vendi.di-
13 cit,† quòd lex non probat, non credo verum.& l.il.
14 lam.de collat.† leges verò,quæ ad concluſionẽ con-
trariam allegantur. ſ. l. nummis. & l. qui concubi-
nam.§.cum ita,de lega.3.& l.ſi ita relictum.de lega.2.
& l.ſi ita ſit aſcriptum.& l.apud Iulianum.§.ſcio. de
leg.1. licet dicatur de ſummis vel quantitatibus in-
certis minorem quantitatem vel ſummam venire in
legato, id tamen prouenit quia plurimæ ex dictis le-
gibus ſtatuunt minimum venire in legato;præſuppo-
nendo in dictis caſibus eſſe in electione hæredis
damna-



damnati, quãtum velit dare, qui ideo minimum præ-
ſtaret,vt videre eſt ex d.l.qui concubinam.§.cum ita.
ibi. Seruius, Ofilius minimam,quia cum hæres dare
damnatus eſſet, in poteſtate eius eſſet, quàm partem
daret.eadem ratio aſſignata eſt in tex.d.l.ſi ita relictũ.
in fi.quæ generalis ratio valdè ponderanda & notan-
da eſt:l.cum pater.§.dulciſſimis. de leg.2.& l. regula.
§.fi.de iur.& fact.igno.& Bal.in conſi.433. Domina
Ioanna.circa fin.lib.3.ſicut & doctrina debet eſſe val-
lè generalis,& comprehendere omnia,quęcunque &
vbicunque poſita, vt per eam tradatur perfectè prin-
cipium, medium, & finis, nihil ſcientiæ habeat inco-
gnitum:vt not. dicit Bart.in l.vbicunque. column.4.
ab ver. redeo ad quintum.ff. de inter.acti. & Bartoſ.
in ſummario.d.§.ſcio.dicit,debetur minimum,ſi hæ-
res vult.& in l.legato generaliter.de lega.1.vltra med.
videtur ſentire, in caſibus dictarum legum venire
minimum, ob electionem, datam hæredi, inducen-
tem præſumptionem, quòd eligeret minimum, per
text.in dict.§.cum ita.quo caſu dicit Bart.d.l. ſi ita ſit
aſcriptum. non contradicere, ſed quando eſſet data
electio legatario,verba d.legis.ſi ita ſit aſcriptum,fue
runt taliter compoſita, quòd nullo modo poteſt in-
telligi relicta optio,ita debetur, quod minimum eſt
vt bi per eum,ex eo : quod ita lex ſtatuit: vt dicit Bal.
in l.ſi ita ſit aſcriptum.in 3. not. & etiam minimum
non venit, quando veriſimilitudo eſt in contrarium
colligenda, ex his, de quibus per Socin. in l. cum te-
ſtamento. de reb.dub.ſi hæc iura procedant in caſi-
bus,vbi data eſt electio hæredi,qui ideo daret mini-
mum, ſentit in ſpecie Nat.conſi. 626.num.1. exinde
non debet inferri generalis concluſio, quòd legata
debeant ſtrictè interpretari ex natura eorũ, quia mi-
nimè id generale, nec eſt vſquequaque verum, cum
plurimi ſunt caſus dubiorum legatorum, in quibus
datur etiam electio legatario : vt latè deduxi ſuprà in
præceden.dubit. ver.tertio caſu.vbi eſt videndum, in
quibus caſibus profectò dici non poteſt, legata forè
ſtrictè interpretanda, cum legatarius ipſe habeat eli-
gere:& conſequenter interpretari. Quinimò ex parte
legatarij poteſt dici pleniorem interpretationem
participare etiam cum ſuperlatiuo pleniſſimæ inter-
pretationis beneficij Principis,quia legatario, verbis
legati executiuis ad neutrum directis datur electio,
ſicut datur in gratiis & beneficiis ſimiliter verbis ex-
ecutiuis ad neutrum directis : per l.2.C. de caſtrenſi.
& miniſter:lib.12.tradit Bald.in l.qui duos.de lega.1.
& in l.Lucio.de leg.2. Si quidem non omni reſpectu
ſit ampla interpretatio in legatis:quando.n.interpre-
tandum ſit quantum veniat in legato, vbi ſint verba
ambigua, magis ſit interpretatio pro hærede, quàm
pro legatario: d.l. ſi ita ſit aſcriptum, cum aliis ſuprà
alleg.vt dicit Corn.in conſ.203. Quamuis, in fi.lib.1.
& alij docto.in locis ſuprà in contrarium allegatis:id
euenit tunc,vt minùs ſit obligatus hæres ex illo qua-
ſi contractu,quo tenetur legatario, quo caſu reſpectu
perſonæ hæredis in medio interuenientis & obligati,
& honorati lata,& plenior interpretatio in teſtamẽ-
tis participat cũ poſitiuo plenæ interpretationis cõ-
15 tractuum,vt ſuperiùs dictum eſt, & propterea † tam
in legatis, quàm in aliis diſpoſitis,in vltimis volun-
tatibus, non ſit plena interpretatio, vt in contracti-
bus,neque pleniſſima,vt in beneficiis & meris dona-
tionibus: d. c. cum dilecti.vbi ſolùm vertitur præiu-
dicium concedentis, ſed plenior in gradu compara-
tiuo,quia licet interueniat fauor, & libertas teſtato-
ris,quod debet facere interpretari pleniſſimè in ſu-
perlatiuo,vt facit in mero donatore, in d. capit. cum
dilecti.cum ſimil. Alleg.per Alexan.conſ.8. col.2.nu.
6.lib.4.etiam per d.capit. cum dilecti.idem Alexand.
in conſ.193.col. 3. ver. ergo in caſu.lib. 2. dicit in do-
nationibus & beneficiis fieri largiorem interpreta-
tionem, quàm in vltimis voluntatibus, tamen præ-
iudicium hæredis, ne nimiùm grauetur, facit, talem
interpretationem perſiſtere in comparatiuo, ſuperã-
te poſitiuũ, ob liberalitatem & fauorem defuncti, &
ita ex hac noua ratione & cõſideratione,ni fallor,ve-
ra in terminis noſtris compoſita eſt dicta contrarietas
doctorũ,& defenſa generalis regula:d. l. in teſt. Non
refert,ꝙ gl.& docto. (textus legum credo nunquam)
vtuntur his vocabulis latè & largè.quia quandam de-
monſtrant amplitudinem & habentur pro ſynonymis
cum vocabulo,Plenius,vel,Plenior,quo leges vtũtur
& cum eo,non ſtrictè:vt d.§.ſed ſi pecoris.
16 Quæ autem generalis regula † de voluntatib. de-
functorum pleniùs interpretãdis fortiùs procedit, cũ
ex perſona teſtatoris, legatarij, ex re legata, ex patri-
monio defuncti,ex cauſa,ex loco,ex verbis amplis,id
magis fieri ſuadetur:vt per Deci.in conſ.289. & cõſi.
534.nu.5.& Aym.conſ.297. & cum tendat ad ampliã-
dum fauorem & reſtringendum odium,per l.cũ qui-
dã.de liber.& poſth.& c.odia.de reg.iur.in 6.de quib.
magis ſpecialiter tractabitur infrà.
17 Sed non † procedit:quia ſtricta ſit interpretatio,vbi
ſunt coniecturæ reſtringendæ in contrarium, vt per
Afflic.in deciſ.44.nu.24.Aym.conſ.98.

Item in caſu penali ſit ſtricta interpretatio in te-
ſtamentis,Deci.conſi.290.col.3. & conſi.336.col.fin.
& Ruin.conſil.127. col.3.nu.6. lib. 2. Albenſ.conſil.
57.nu.4.& vbi tractatur de onere imponendo: Bald.
in conſ. 487. In iſto puncto. lib.2. & in l.fi.C.de reb.
alie.non alie.

Item non habet locum lata interpretatio, quando
propria verborum ſignificatio repugnat, niſi aliud
conſtet de mente teſtatoris: per l.non aliter. de leg.3.
tradit Alex.conſ.1.in fi.lib.1.& pulchè per Ang. conſ.
428.Anaſtaſius.col.pen.ver.nũc ad obiecta. & Ceph.
conſ.14.nu.22. & ſeq.quia verba. quæ ſunt arctatiua,
reſtringunt etiam actum fauorabilem. Bal. conſ.262.
Recolo.ad fi.lib.1.repeti.conſ.456.lib.5.

Item limitatur procedere ſecundum ſubiectã ma-
teriam, ita ꝙ huiuſmodi plenior interpretatio nõ ex-
cedat terminum, aliàs à iure diffinitum,vt ſi factum
ſit legatum portionis fructuum perpetuò alicui eccle
ſiæ,ſeruetur terminus præfixus à l.ſi vſusf.de vſu. leg.
vt non excedat centũ annos,vt per Alex,conſ.60. ver.
& per hoc apparet.lib.1. quia interpretatio debet eſſe
probabilis, conſueta,& non inuſitata, Gloſſ.& Bal.in
l.pen.de leg.1.

Item non larga,ſed ſtricta ſit interpretatio,vbi agi-
tur de adimenda & corrigenda alia diſpoſitione teſta
toris:vt arguit Cur. Iun.conſ.103. Circa ingenioſam.
in prin.cui addo Alex.in conſ.169.Viſo themate. col.
2.ver.moueor,quia,& ver.5.quia.lib.5.

Item exorbitans à Iure Communi limitat, & facit,
ꝙ verba teſtatoris propriè & ſtrictè capiantur:l.vxori.
§.1.& ibi Glo.Bar.& Alber.de leg.3.

Item larga non ſit interpretatio, quando diſpoſi-
tio eſt determinata ad certa bona, & hoc ſaltẽ reſpe-
ctu diſpoſitionis:vt per Bart. ſeu quem alium, in l. ſi
arrogator.col.10.ver.item diligenter.ff.de ado.

Item tacita voluntas non interpretatur ita latè : ſi-
cut expreſſa.vt per bonas deciſ.probat Aym. in conſ.
34. num. 3. vbi tradit, clauſulam codicillarem tacitè
ſubintellectam in teſtamento inter liberos non in-
ducere fideicommiſſum in odium poſthumi, igno-
ranter

ranter præteriti,eãdem rationem, quòd tacitum non
ita extendatur,ſicut expreſſum: adducendo, in conſi.
292.col.4.ver.vel & meliùs,& per Port.Imo.cõſ.122.
18 num.8.& ſeq.& nu.12.& facit, quòd † dominium rei
tacitæ legatæ non tranſit ipſo iure in legatarium:Bar.
& doct. ibi communiter ſequuntur in l. ſeruum filij.
§.fi.de leg.1.ſicut tranſit dominium rei legatæ expreſ-
ſè.l.à Titio. ff.de fur. quod in ſpecie noſtra ſic gene-
raliter intellectum ſentio pati aliqualem difficulta-
tem : pro cuius faciliori declaratione & reſolutione,
puto, tacitam voluntatem poſſe conſiderari triplici-
19 ter. † Primò,quando inducitur & habetur ex aliqui-
bus certis & particularibus factis, in tacitis. n. tacitè
loquimur rebus ipſis & factis, dicit Bald.in l. potuit.
in fi.C.de iu.delib. vt latiùs ſupra dictum eſt in præ-
cedẽti dubit.ver.item voluntatis interpretatio, tunc
non poteſt latiùs extendi & interpretari,niſi eatenus
quatenus ſe extendunt actus ex quibus reſultat : ita
loquitur Pau.de Caſt. in conſil. 334. Viſa appellatio-
ne.col.3.ver. nam actus.lib.1.pro principali deciſ. al-
leg.per Aym.in d. conſ. 34. dictum eſt etiam ſuprà in
d.præced.dubi.ver.item factum declarans.vbi omni-
no eſt videndum. Secundò, quando inducit ex ſola
legis interpretatione & extenſione ſub intellecta, tũc
non poteſt recipere aliam magis latam interpreta-
tionem ex prohibito concurſu duorum ſpecialium:
l.1.de dot.promiſ.propriè ex legato tacito non tranſ-
ferri dominium,ne concurrat duplex ſpecialitas, in-
quit Aret.in l.3.col. pen.in pr.de lega.1. cum ſimil.ad
hoc cumulatis,per Rui.conſi.29.col.fi.lib. 4. Vltimò
eſt quandoq; alia tacita voluntas,quæ non eſt omni-
no tacita, quia poteſt ex indiciis & coniecturis pro-
bari, ideo cum accedat magis ad naturam expreſſæ,
quàm tacitæ, & habent effectus expreſſæ, vt poſſit ex
eã agi,per not.in l.cum proponebatur.de le. 2. & per
Bar.in l.1.in princ.de tacita vulgari.& in l.2. in prin.
col. pen. de tacita pupillari expreſſa verbis generali-
bus,vel probata ex coniecturis,& in l.in teſtamento.
ver.tamen quantum.C.de teſta.mili.& in l.centurio.
de vulg.& pupil.& in conſ.56.incip.Bar.fecit.ver. re-
ſpondeo.& Bald.in d.l.centurio.col.fi.& in l.fi.ver.ad
primum dico.C.de inſti.& ſubſti.& in cõſi.170.Qui-
dam Nicolaus. col.2.lib.5.tunc lata interpretatio, &
ſic tex.in d.l.in teſtamentis.locum habet, etiã in iſta
tacita voluntate,quæ ſufficit pro legatis, & fideicom-
miſſis:dict.l. cum proponebatur. ob quam legem ſe-
quimur mentem teſtatoris tacitam, ſicut expreſſam,
dicit Curt.Iuni.conſ.73.Subtilia.col.5.ver.reſponde-
tur.num.15.& Ripa.in l.1.nume.40.de vulg. & pupil.
20 † ita in vltimis voluntatibus tacitum habetur ꝓ ex-
preſſo:Bart.in l.quicquid aſtringendæ.in prin. col. 1.
ver.cũ ergo. de verb. oblig. maximè,quando expreſ-
ſum ſequitur tacitum: Bal.in l.fi.col.2.in 10.oppo.C.
de hær.inſt.& faciliùs tacita voluntas : quàm expreſ-
ſa, capit interpretationem à lege, probat Crot.in l.fi-
liusfamilias.§.Diui.num.60.de leg.1. & d. l. in teſta-
mentis.procedit in quibuſlibet vltimis voluntatibus.
vt ibi declarat Alb.ita, quòd iſto vltimo caſu in ma-
teria noſtra non videtur tuta allegatio illa Aymo. d.
conſ.24.num.3. quòd voluntas tacita non ita latè in-
terpretatur, &c. meritò ibi tranſit ad alias rationes.
21 Quandoq; enim † conſulens adducit non multùm
pertinentia ad colorandum conſilium:Gozad.inquit
in conſ.96.nu.8. & Corne.conſ.1. poſt prin.lib. 4. &
ad ornatum conſilij inquit Ro.conſ.103.ad fi.

Certi quoq; iuris eſt, largam interpretationem in
teſtamentis non fieri in præiudicium iuris tertij arg.
l.impuberi.ff.de adminiſtrat.tuto.dicit Bal.in l.præ-
cibus.col.11.ver.item non obſt.lex in teſtament. Glo.
& doct.in l.fi.ff.de conſt.prin.cum ſimil.ſuprà in præ-
cedenti dubit.ſub ver.quarto caſu & vltimo.allegatis
de præiud.non illato iuribus tertij.

Item ſtrictam interpretationem cenſeo faciendam
in relictis, per teſtatorem aliqua neceſſitate cogente,
vt in eo,quòd pater pro validitate teſtamenti tenetur
aliquid filio relinquere iure inſtitutionis.§.cæterùm.
in aucten.vt cum.de appel.cogno.gl.fi.in l.3.§. ſed v-
trùm.de minori. poteſt poni exemplum in caſu l. hac
edictali.C. de ſecun. nupt.& in caſu ſtatutorum,quã
doque mandantium de parte bonorum certo modo
vel in perſonas certas diſponi, quòd in his ſimilibu
caſibus verba teſtamenti debeant intelligi, prout ſo-
nant, & aliter non extendi,quia in neceſſitatibus ne-
mo liberalis exiſtit:l.rem legatam. de adimen. lega. l
vnum.§. ſi de Falcidia.de leg.2.ita per hanc regulan
ſubtilis Aret.in l.ſcire debemus.col.3.ver.oportet er-
go. de ver. obligat. tradit, hanc doctrinam,quòd ge-
ſta aliqua neceſſitate nihil amplius præſtant, quan
verba ſonant, & ſignificant,quod mandat ſemper te-
nendum menti,pro quo facit,quod dicit Bart. in l.ũ
te.C.ne vx.pro mar.quòd geſta non voluntariè, non
extẽdũtur vltrà,quàm gerantur, actus enim præter tu
neceſſitatis eatenus extenditur, quatenus ſe extendit
neceſſitas: Dec.conſ.63.col.pen.in fin.& conſil.103.
col.5.in prin.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio ſtrictè:limitatè,& taxatiuè fiẽda eſt æ illis, quæ teſtator diſponit limitatè,ſtrictè,& taxatiuè à quibuſdam aſcriptis cõditionibus,videlicet ſtrictè,linitatè.*

2 *Limitata cauſa dicitur, quæ limitatũ producit effectum, limitata cauſa priuilegij,facit priuilegiũ non trahi extra ſuos limites,& limitata voluntas vltra limtes ſuos non extenditur,& de his ibidem plura exempla.*

3 *Verba, & eo caſu,limitant,fideicommiſſum non trahi extra illum caſum,& ſic ſtrictè interpretatur.*

4 *Verba, Tunc, &,eo caſu, ſæpiùs ſolita apponi per teſtatores in ſubſtitutionibus,dicitur importare excluſionem ad alios caſus,& taxatiuam expoſitæ diſpoſitionis, ibidem de ſimilibus dictionibus taxatiuis & reſtrictiuis.*

5 *Taxatiua, Tantum facit ceſſare etiam interpretationem piam,& ſubintelligitur in legato,facto alicui legatario, cum tendat ad diminuendum ius legatarij,& in diſpoſitiua ſummæ intelligitur taxatiua, & in oratione affirmatiua,quod ponit,affirmat, & excludit ac negat omne aliud,poſitum autem in negatiua affirmat,& aliud implicat,de quo minùs videbatur ineſſe.*

6 *Conditio ad caſum ſuæ adimpletionis ſub quadam ſpecifica forma,reſtringit diſpoſitionem, & certum eſt, verba conditionum intelligi ſtrictè ad literam.*

7 *Relatiuum reddit cõditionale tantum ſuum antecedens, quod reſpicit,ſiue eſt ſubſtantia, ſiue qualitas, ſiue accidens ſit diſpoſitionis.*

8 *Conditionalis diſpoſitio limitans certas perſonas vel certum tempus ſemel adimpleta non egreditur illud tempus,neque eas perſonas.*

9 *Stricti iuris omnia ſunt regulariter, fallit,ſi expreßè reperiatur contrarium, & ideo ſtricto potiùs, quàm largo ſignificatu, ſunt intelligenda:& quæ ſint ſtrictè intelligenda,vide ibidem.*

10 *Stricti iuris vide ibidem,congruuntur hæc.*
*Prohibitiones alienationis.*
*Verba ſententiæ & laudi:nam quælibet ſententia eſt ſtricti iuris.*

*Compromiſſum.*



*Compromiſſum.*
*Mandatum,*
*Statutum.*
*Reſcriptum.*
*Conſuetudo.*
*Cauſa pœnalis.*
*Donatio.*
*Arbitrio omnia.*
*Commißiones.*
*Delegationes.*
*Omne extendens ius commune,& ab eo exhorbitans.*
*Subſtitutio.*
*Renunciatio.*
*Stipulationes.*
*Validatio actus ex plenitudine poteſtatis.*
*Statutum prohibens appellationem.*
*Diſpenſatio.*
*Animus fœneratorum,& ſimilium:nõ autem nobilium*
*Actio,qua conuenitur fideiuſſor.*
*Verba à lege vel ab homine prolata,in quantum verba ſunt ſtricti iuris.*
*Priuilegium legitimandi ſpurios, adeò,vt non comprehendat ſpurias.*
*Conditio pariter ex lege.*
*Licentia teſtandi de bonis eccleſiæ.*

11 *Interpres vltimarum voluntatum debet conſiderare,an ſit in odioſis,an in fauorabilibus : quia fauorabilia ſunt amplianda,odioſa verò reſtringenda.*

12 *Odioſi qui ſint caſus à doctoribus reputati,& ſic ſtrictè interpretandi aliqui,ibidem ſunt expreßi,vt odioſa eſt exhæredatio.*
*Materia excluſionis filij ab hæreditate paterna.*
*Fideicommiſſum inquantum dicitur onus.*
*Ademptio in totum vel in parte.*
*Omnis receſſus à Iure Communi.*
*Odioſum eſt,quòd vnus teneatur pro alio.*
*Diſpenſatio.*
*Legitimatio in præiudicium tertij.*
*Omne etiam dicitur odioſum,quod non iure communi, & non ſua obligatione quis cogitur facere.*
*Plenitudo poteſtatis.*
*Prohibitio de non alienando.*
*Appellatio ab interlocutoria.*
*Diſpoſitio de primogenito,vel maiore natu aliis præferendo, eſt odioſa.*
*Verba prolata in odium,interpretantur eße diſpoſitiua.*
*Diſpoſitio odioſa & irrationabilis dicitur in totum vel in parte,auferens vel diminuens alicui libertatem diſponendi de rebus ſuis.*
*Diſpoſitio continens inæqualitatem.*
*Impetrationes ſubuertentes ius ordinarium.*
*Odioſum non comprehenduntur ſub verbis generalibus, & ſub generali diſpoſitione.*
*Odibilis eſt ſpurius legitimatus,non expreſſa qualitate ſpurietatis,nec ſub generalibus verbis priuilegij comprehenditur ſpurius,ex ſacrilego vel monacha.*
*Odioſi teſtatoris non veniunt ſub nomine proximitatis.*
*Odioſus poteſt dici,qui aliquid conſequitur contra voluntatem teſtatoris.*
*Spurius aut inimicus teſtatoris non poteſt nominari ab habente facultatem à teſtatore nominãdi aliquem, cui ſit danda hæreditas.*

13 *Diſpoſitio teſtatoris an & quando ſit odioſa vel fauorabilis:nam principalis intentio inſpicitur & attenditur an fuerit in fauorẽ alicuius,vel in odium : quod poteſt pluribus modis interpretari,vt inſpici debeat, quo propoſito,& qua mente actum ſit.*
*Odioſa quidem dicitur diſpoſitio,cum cauſa vel ratio finalis reſpiciat odium, delictum, vel malos mores,ſecùs,ſi reſpiciat fauorem alicuius, licet inde ſequatur alterius odium,quia dicitur fauorabilis.*

14 *Odium & fauor vbi concurrerent, præualet fauor in ſeparabilibus,aliàs odium attenditur, quaſi id tunc inſpiciatur,quod nocet,& attenditur,quod impedit vel prohibet.*

15 *Odioſa cenſetur diſpoſitio,licet pro aliquibus fauorabilis videatur,ſi facta ſit tamen contra ius ipſum : ſed intellige,vt ibi.*

16 *Cautio de non offendendo data,& de pœna exigenda, odioſa eſt,& reſtringibilis.*

17 *Interpretatio lata regulariter eſt facienda in teſtamentis cui maximè fauorabilia accedunt.*

18 *Fauorabilia quæ ſint,vide ibidem aliqua expreſſa,vt inſtitutiones hæredum,& ſubſtitutiones directæ.*
*Pupillari: ſubſtitutio,vulgaris ſubſtitutio.*
*Cauſa filiorum præ omnibus intra legitimam teſtatoris & in dubiis opinionibus,æqua & fauorabilis eſt illa pro filiis.Fauorabilis eſt materia, propter agnationem conſeruandam.*
*Cauſa teſtati.*
*Moniales,quàm monachi,in legato ambiguo ſunt magis fauorabiles.*
*Alimentorum præſtatio in domo habitationis cum hæredibus eſt fauorabilis pro hæredibus,& ratione.*
*Dilatio fauore hæredis.*
*Dilatio data ad certum tempus ætatis legatarij fauore legatarij,vel ad aliud tempus, reſpiciens quandam perfectionem in legatario,vt eccleſiæ conſtruendæ.*

19 *Fauore hæredis eſt tempus datum in legato dotis pro filia nubenda,qui interim non tenetur ad fructuum reſtitutionem.*

20 *Fauore grauari dicitur poſita conditio,quæ ſæpißimè ſolet poni in ſubſtitutionibus fideicommiſſariis,ſi deceſſerit ſine filiis.*

21 *Filij ſunt poſiti in conditione ad excludendum ſubſtitutos,& materia ipſa eſt fauorabilis & largè interpretanda ad excluſionem ſubſtitutorum.*

22 *Fauorabilior eſt admißio, quàm excluſio, ſecundario dici poteſt eſſe etiam fauore filiorum poſitorum conditione.*

23 *Fauor filiorum eſt,qui excluſis ſubſtitutis ſuccedant ab inteſtato,patribus grauatis.*

24 *Fauorabilior eſt promißio,quàm prohibitio alienationis: fauorabilis eſt exceptio ei,pro quo facta eſt à teſtatore & latißimè interpretanda.*

25 *Verba, Pro eo, debent interpretari, cuius fauore opponuntur.*

26 *Fauor eſt eorum,quibus plus reliquit teſtator,& quibus diſponens prodeſſe voluit,cui teſtator magis fauet,eidem magis & Lex fauet.*

27 *Exceptio omnis eſt fauorabilis, & quòd verba enuntiatiua habeantur pro diſpoſitione.*

28 *Diſpoſitio eſt fauorabilior in vltima voluntate, quàm in contractu & inter viuos, quæ ſunt frequentiora, ſunt fauorabiliora in promißis.*

29 *Legitimatio eſt fauorabilis interpretatio,excludens odiũ, etiam cum annullatione actus.*

30 *Aditio hæreditatis actus eſt fauorabilis,& de ratione.*

31 *Fauorabilis eſt prohibitio detractionis Trebellianicæ.*

32 *Fauorabile generaliter omne dici poteſt,cuius contrarium apparet odioſum.*
*Redactio ad priſtinum eſt fauorabilis,fauorabile eſt aliquem poſſe diſponere de bonis ſuis, & inde colligitur, quòd fauorabilis ſit reuocatio fideicommißi, filiis dans libertatem diſponendi ademptam,per onus contrarium fideicommißi.*

33 *Inductum*

*33 Inductum in fauorem alicuius non debet operari contrarium,& in eius odium verti.*

*34 Renunciatio facta,valet per ſentientes fauorem,ex teſtamento tam in legatis,quàm in fideicommiſſis.*

*35 Fauorabilis vbi non ſit caſus,nec odioſus,& ſic medius,tunc media via interpretatur,ſecundum ius commune,vel ſecundum voluntatem interuenientis in tali caſu,& in caſibus fauorabilibus ſit interpretatio & extenſio ad ſignificatum,etiam improprium.*

## SOLVTIO XII.

1 RVRSVS exiſtimo † ſtrictè,limitatè,taxatiuè,& quadam præſcripta forma intelligenda & interpretanda ea, quæ teſtator diſponit limitatè,taxatiuè,& quibuſdam aſcriptis conditionibus,hęc autem ſingula ſuis rationibus, & iuribus opportunis probantur.Nam vulgò ſcitur,limitatam cauſam & diſpoſitionem,limitatum producere effectum :l.2.ff.de his,quæ in teſta.delen. l.in agris.de acq.re.do. Limi-
2 tata † cauſa priuilegij,facit priuilegium non trahi extra ſuos limites.Glo.in c.cum ordinem, de reſcript.& ibi Feli.col.4. & ſeq. accumulat more ſuo plures not. deciſ. in diuerſis materiis,quæ poſſunt imaginari cadere ſub hoc dicto. ad idem Iaſ. in l.3. C. de tranſact. & leges concor.in hoc plures ſimiliter congerit And. Tiraquel.de retract. tit.1.§.32.glo.1.num.49.50. & in tract.ceſſ.ca.in prima part.num.142.ea enim quę ſunt limitata non debent extendi:l.non modus. ibi Bald. C.de ſerui.& aq.refert Iaſ.conſil.231.iſtæ duæ mulieres.colum.2.lib.2.ad idem Dec.conſil.551. col.penul. & ita limitata voluntas vltra limites ſuos non extenditur:l.fin.& ibi Bart. C.ne vxo.pro ma.cum rela. per Aymon.conſil.98.colum.penul.num.14. & conſ.312. col.3.& conſil.317. in fi. namque paria ſunt,limitatè diſponere, & diſpoſita limitare: per l.Lucius. §. quæ habeat.ff.ad Treb.dicit Paul.de Caſt.in conſil.85.Viſis dictis.nu.5. lib.1.& in propoſito inductã eſſe limitationem ex his verbis, reliquit victum & veſtitum iuxta & ſecundum facultates hæreditatis ſuæ: & propterea relictum reſtringi, vt non debeatur habitatio, niſi quatenus reperiatur in hæreditate,tradit Ludoui. Bologn.in conſil.48. Gonfortus.circa fi.& ex verbis.
3 eo caſu contingente, eſſe limitatum † fideicommiſſum,non trahi extra illum caſum, & ſic ſtrictè interpretari probat Dec.conſi.236.In caſu propoſito allegando Petr.de Ancha.conſil.356.Ex ſerie teſtamenti. col.2.Rom.conſ.131.Prima dubitatio.& conſ.138.No-
4 ua ſuperuenit. vbi ver.Tunc & eo caſu † ſæpius ſolita apponi per teſtatores in ſubſtitutionibus,dicitur importare excluſionem ad alios caſus, & taxatiuam, ac reſtrictiuam expoſitæ diſpoſitionis, vt referunt doct. in pleriſque locis,vt per Socin.conſi.259.col.3.lib.2. & conſil.5.col.pen.lib.3.Deci.conſil.89.col.3. & conſil.273.col.2.conſi.287.num.10.& 214.num.4.& conſil.332.Pariſ.conſil.86.num.34.lib.2.& Rub. Alexandri.conſil.31.num.5.& Aym.d.conſ.89. num.5.& ſeq. vbi alia verba ponderat, inducentia reſtrictionem. ſ. ex expreſſione propriorum nominum grauatorum, ex dictione, dictis, ex reſtrictione ad certos nominatos ad certa bona,modis præmiſſis,ita quòd his ſimilibus caſibus non ſolùm non largè interpretatur voluntas teſtatoris,ſed ſtrictè etiã fauorabilis,vt Aymo. ibidem num.14.& alibi dicetur de iſtis reſtrictiuis,vt infrà lib.ſeq. interpret.4.dubit.2.ſolut.3. ſimiliter ob taxatiuam, appoſitam à teſtatore, relinquente Titio ſoli, relictum ita eſt ſtrictum, quòd non tranſit etiam ad hæredem legatarij: l.non ſolùm. §.tale.& ibi Bart.
5 de lib. leg. † Taxatiua tantum facit etiam ceſſare interpretationem tam piam:l.cum auus.de cond.& demonſt.vt per Ruin.conſil.3. num.26.lib.2. Quinimò diligenter notandum eſt, quòd quotieſcunque alicui eſt factum certum legatum in tempore, quo ipſo legato,aliàs plus eſſet habiturus, cum tendat ad diminuendum ius legatarij,in huiuſmodi legato ſubintelligitur taxatiua,arg.l.alimenta.§.baſilicæ.& l.ſtichus. in prin.de alimen.leg.tenet Bal.in d.l.precibus.col.3. ver. circa ſecundum. quem in hoc non video ibi per doct.reprobari.ſequitur Alexand.in l.2.in princ.col. antepen. ver.fortiùs dicit Bald.de vulg.& pupil.vt in diſpoſitiua ſummæ intelligitur taxatiua. Alex.in l.cũ furti.ff.de in lit.iur.& in l.rogaſti.§.1. & ibi Iaſ.ſi cert. peta.ideo taxatiua in oratione affirmatiua, quod ponit,affirmat, & excludit ac negat omne aliud: in oratione autem negatiua poſitum affirmat, & implicat aliud,de quo minus videbatur ineſſe:vt declarat Bar. in l.1.in prin.col.1.ff.ſi quis ius dic.non obtem.& ibi doct.communiter ſequuntur, & text. in propo.& ibi Bart.in l.3.de adim.leg. & in l. Mæuio.§.fin.de leg.2.
6 † Conditio quoque ad caſum ſuæ adimpletionis ſub quadam ſpecifica forma reſtringit diſpoſitionem. l. qui hæredi. in princ. & l.Mæuius. & l.cui fundus, de cond.& demon.dicit Bar.in l.1.§.bonorum.ff.ad Trebel.certum eſſe verba conditionum intelligi ſtrictè ad literam,refet Aym.conſ.208.vbi per alia hanc concluſionem comprobat.addo Pet.de Anch. in d.conſ.356. ex ſerie.col.2. verſ.tertiò hoc probat.vbi maximè firmat in conditione voluntaria, quæ ideo apponitur à teſtatore,cõſiderante magis implendi modum, quam effectum, vt impleatur in forma ſpecifica, ita quòd non poteſt extendi ad alium caſum : vt etiam tenet Soc.in conſ.259.Viſis & conſideratis.col.2. circa fin. lib.2.Dec.conſ.63.col.3.circa fi.& conſ.89.col.2.vltra med.& Pariſ.conſ.89.num.19.lib.2.

Intelligenda ſunt præmiſſa ſtrictè fore interpretanda,duntaxat in partibus diſpoſitionis limitatis vel taxatis,vel conditionatis,& non in aliis,ſiue ſubſtantiam,ſiue qualitatem reſpiciunt,probatur ex communi doctrina Bar.in l.Stichũ qui meus erit. de l.1.et in l.pri.in prin.in 5.q.prin.de cond.et demon.quæ eſt ꝙ
7 † relatiuum reddit conditionale tantum ſuum antecedens,quod reſpicit,ſiue ſubſtantia, ſiue qualitas,ſiue accidens ſit diſpoſitionis,defendẽdo ab impugnatione,Aret.ſequitur,et cum hac cæteros tranſire,dicit Iaſ.in d.l.Stichũ. col.4.et ad not.q.adducendo ſequitur Ruin.conſi.37.col.pen. ver.nec obſtat.lib.2.Nam
8 † diſpoſitio conditionalis, et limitans certas perſonas,vel certum tempus ſemel adimpleta,non egreditur illud tempus,neq; illas perſonas:l.ex facto.§.item quæro.de vulg.et pupil.et l.ſtatuliberum. §.fin.de l.2. et l.Stichus.§.Titia.de ali.leg.ponit Pariſ.conſ.58.nu. 5.lib.2.et aliâs non eſſet diſpoſitio limitatiua,ſed deſtructiua totius intentionis diſponentis.

9 Sciendum denique eſt,quòd † omnia regulariter ſunt ſtricti iuris, niſi expreſſè reperiatur contrarium, & conſequenter ſtricto potius,quàm largo ſignificatu ſunt intelligenda,per §.actionum.Inſtit.de actio.& l. cõſtitutionibus.ad Municip.& l.quicquid aſtringendæ.de verb.oblig. probat Calc.conſ.20. Iſta quæſtio. col.4.nu.10.ita expedit vſu quandoq; reperire ſpecialiter,quæ ſint ſtricti iuris,& ſic intelligenda ſtrictè,ponam obiter,quæ mihi nunc ſuccurrunt memoriæ.

10 † Talia enim ſunt prohibitiones alienationis:Soci. conſil.13.col.fin.verb.reſtat. lib.3.Et verba ſententiæ & laudi,Alex.conſ.46.viſis.col.2. ver.& dato.lib.1.&

Dec.



Dec.conſi.348.col.fi.& Cuma.conſi.19.col.1.& quælibet ſententia eſt ſtricti iuris,Bal.in l.cum hi.§.ſi cui. ff.de tranſact.concord.citat. Couar.cap.5.ad fin.lib.3. vari.reſoluti.& Vaſq.in l.cum duobus.num.13.C. de inof.teſta.& compromiſſum, Blanch. de compro.in 6.par.num.5.Mandatũ,ſtatutum,& reſcriptum, Aym. conſ.274.col.antepen.& pe. Conſuetudo,idem conſio.30.nu.5.vltra eum adde Bal.in c.1.in prin. de feu. cogni.Cauſa pœnalis, Cur.Iun.conſ.149.nume.1.& Dec.conſ.406.ad fin.donatio,Grat.conſi.99. numer. 21.lib. omnia arbitria, commiſſiones, delegationes, & omne extendens Ius Commune, & ab eo exorbitans,Bald.in l.non ſine.ſuprà fin.C.de bon. quæ lib. cum alleg.ab Andr. Tiraq. de retract. in præfa.num. 62.& ſubſtitutio poteſt dici ſtricti iuris, per ea, quæ tradit Bald.in l.in teſtamento,col. fin. ver.vndecimò. C.de teſ.mil.Renunciatio,Dec.cõſi.551.num.1.Tiraq. in l.ſi vnquam. in præf.nu.128. ſtipulationes Iaſ. in l. quicquid aſtringẽdæ. in 1.not. validatio actus ex plenitudine poteſtatis, Alex.conſ.84.col.fin.ver. nec eſt putandum lib.3. ſtatutum prohibens appellationem. Alex. conſ.96. circa fin. lib.2.Dec.conſ.49. Diſpenſatio,Spec.in tit.de diſpen.§.poſtremo. col.2.ver. quid ſi diſpenſatum eſt.Abbas in ca. quia nu.3. de præben. Bal.in l.1.C.de indict.vid.tollen.& Capra conſ.1.col. 2.Animus fæneratorum, & ſimilium, eſt ſtricti iuris, non ſic verò nobilium:Bal.in l.filia.nu.4. C. de lega. dicitur. n. quid eſſe ſtricti iuris, duplici reſpectu primò,eorum reſpectu,quæ ſunt bonæfidei,ſecundò,eorum reſpectu,quæ ſunt propriè & ſtrictè interpretanda:vt per And.Tiraq.de retract.tit.1.§.35.glo.1.nu.1.2. & ſeq. vbi latiſſimè de his tractat ex omni authorum genere: item ſtricti iuris eſt actio, qua conuenitur fiin l.ſine hærede.in prin.de admi.tu.& per Dec.in cõ. deiuſſor, ideo contra eum non iuratur in litem, Bart. 93.col.pen.ver.ſecundo prẹmitto,& in conſ.107.col. pen.ver.præterea,quod in prẹſenti.& verba à lege vel ab homine prolata,in quantum verba, ſunt ſtricti iuris:no.Bald. in l.3. C.de adulteri.Priuilegium legitimandi ſpurios eſt ſtricti iuris : ita eſt ſtrictè interpretandum,quod non cõprehendit ſpurias : Ancha.Regien.in q.62.in 1.par. Quælibet lex eſt ſtricti iuris,ſic eſt condictio ex lege:Bal.in l.non ſolum.§. de vno.de ritu nupt.licentia teſtãdi de bonis eccleſiæ eſt odioſa:Dec.con.612.nu.3.& 4.idẽ de verbis legis eſſe ſtricti iuris:Bero.con.63.nu. 19.lib.1.

11 Præterea,† qui facturus eſt interpretationem, prẹcipue animaduertere debet,an ſit in odioſis, vel fauorabilibus:quia odia ſunt reſtringenda, & fauores ampliandi:vt dictum eſt, c.odia.de reg. iu. in 6.& l.cum quidam,de lib. & poſthu. proſequendo limitationes ſtrictarum interpretationum etiã in vltimis voluntatibus in odioſis caſibus, puto extra rem non eſſe,hic aliquos caſus,qui per doct.reputãtur odioſi, ſpecialiter exprimere.

12 Nam primum odioſa eſt † exhẹredatio:ideo ſtrictè interpretanda, & non extendenda : d. l. cum quidam.cum ſigna:ibi in glo.Materia excluſionis filij ab hæreditate paterna odioſa eſt:Soc.con.77.col. 3.ver. ſi dicatur.lib.3. & con.21.col.4.ver. confirmo.lib.eo. Et omnis materia excluſionis dicitur odioſa, & ſtricti iuris:Aym.in conſi.259.col.pen.verb.ſexto. fideicommiſſum, inquantum dicitur onus, eſt odioſum: Aym.conſi. 180. col.2.verſi.ſecundo reſpondeo.quatenus ibi dicat dicta lex, in teſtamentis intelligi reſpectu inſtitutionis hæredum tantum, non credo id ſimpliciter verum. per ſuperius dicta. Ademptio in totũ vel in parte dicitur eſſe diſpoſitio odioſa : Alex. conſ.169. Viſo themate col. 2. in fi. ver.quinto. lib.5. odioſus dicitur omnis receſſus à Iure Cõmuni:Corn. conſi.241.col.2. in fin. ver.tertio pro hoc.lib.2.Aym. conſi.30.ſub num.2.Odioſum eſt, quòd vnus teneatur pro alio: Dec.conſi.38. col.fin. conſi.359.& conſi.491.in prin.Iaſ.in l.de quibus.col.17.de legi.& Socin.conſ.271.col.fi.lib.2.diſpenſatio pariter eſt odioſa:Dec.conſi.294.num.3. et conſi.541.nu.8. et Iaſ.in l.fin.col.8.ff.de conſt.prin. licet facultas diſpenſandi ſit fauorabilis:Rip.lib.2.reſpe.c.1.legitimatio in prẹiudicium tertij odioſa, et reſtringenda : Alber. Brun. conſi.15.nu.13.et omne dicitur odioſum, quod non Iure Communi,et non ſua obligatione quis cogitur facere:per l.ſi vero.§.fin.ſol.matr. tradit Bart.in l.talis ſcriptura.in princ.de leg.1.et plenitudo poteſtatis res odioſa dicitur: Aym.conſi.222.col.3. Prohibitio de non alienando eſt odioſa. Ruin.conſil.120. col.2. ſub nu.6. lib.2. odioſa eſt appellatio ab interlocutoria:Bal.in l.eos.§.1.num.2.ad fi.de appel.Nec non & diſpoſitio de primogenito,vel maiore natu aliis prẹferendo,odioſa eſt, & cõtra naturalem rationem:Bero.conſ.120.nu.71.lib. 11.verba prolata in odium interpretantur eſſe diſpoſitiua:Bal.in l.codicillis.§.matre.de leg.2.odioſa,& irrationabilis cenſetur diſpoſitio in totum,vel in parte,auferens vel diminuens alicui libertatem diſponendi de bonis ſuis:l.ſi fratres.§. idem reſpõdit.ff.pro ſoc. not.tex.in l.2.ff.ſi quis à pa. fu.manu.Corn.conſ.89.Viſo ſupraſcripto.col.2.in fi. & col.ſeq.lib.3.Aym.conſ.25.nu.4.Quod ſimpliciter limitare ius liberum eſt odioſum, not. Bal.in l.filiuſfam.§.diuus.2.de leg.1.per l.pen.ff.de pact.odioſa etiam dicitur diſpoſitio, continens inæqualitatem, Aym.conſ.173.nu.3. odioſæ ſunt impetrationes ſubuertentes ius ordinarium:Bal.in l.in teſtamento.circa fi.de teſt.mil.& Corn.in conſ.proxi.alleg.& conſ. 220.col.2.in fi.lib.2.ita quòd odioſi non comprehenduntur ſub verbis generalibus & ſub generali diſpoſitione:l.Lucius.§.Lucius. il 2.de leg.2.Alexan.conſ. 87.prope fin.lib.3.vbi ſpurius legitimatus non expreſſa qualitate ſpurietatis odibilis,quia ſpurius ex ſacrilego,vel monacha,non comprehenditur ſub generalibus verbis priuilegij, ſub nomine proximiorum, non veniunt odioſi teſtatores : Socin.conſ.37.col.2. ver.primò,quæ.lib.3.per eandem concluſionem,habens à teſtatore facultatem nominandi aliquem, cui ſit danda hæreditas,non poteſt nominare ſpurium, neque inimicum teſtatoris, firmat Soc.in l.vtrùm. §. cum quidam.col.4. ver.tertiò no.de reb.dub. videnda tamen ſunt no.in l.cum quidam.de leg.2.item odioſus poteſt dici is qui aliud conſequitur contra voluntatem teſtatoris per rationem decidendi : l.cum pater.§.libertis. de leg.2. tradit Aret. conſ.67. Diligenter.in tertio dub.refert Iaſ. in conſ.124. col.3.ver. & ſi diceretur.lib.3.

13 Vt autem cognoſcatur, an † diſpoſitio ſit fauorabilis vel odioſa, inſpiciendum eſt, in cuius fauorem vel odium principaliter, & ex principali animo, & intentione diſponentis dirigatur : nam principalis intentio inſpicitur, & attenditur : l.ſi quis nec cauſam.in prin.ff.ſi cert.pet.cum concord.ibi alleg.à Iaſ. in gl.in c.intelligentia.de verb.ſign.& in c.cum dilecti.in gloſ. 2. de donat. & Cald.in conſ. 14. in tit. de verbo.ſignif. & Franch.in c.ſciant.in fi. de elect.in 6. Glo.magiſtra.in ca.renouantes. 22. diſtinct.& Rom. conſi. 39. In præpoſita.verb.vt enim cognoſcamus. per l.qui exceptionem,& ibi Bar.& alij tradunt.ff.de condit.indeb.

Idque propriè verum eſt in interpretatione fienda, vt cum quid poteſt pluribus modis interpretari, inſpiciendum ſit,quo propoſito,& qua mente actum

f ſit:

ſit:vt l.in fraudem. in princ.ver. & ideo.ibi, conſiderabit,quo propoſito id fecerit,& ibi Bal.ſignanter id not.ff.de milit.teſt.& in l.non aliter.in prin.de leg.3. & l. ſemper in ſtipulationibus.de Reg.Iur.

Si igitur cauſa vel ratio finalis diſpoſitionis reſpicit fauorem alicuius, licet inde ſequatur alterius odium, dicitur tamen diſpoſitio fauorabilis: ſi verò reſpicit odium, delictum, vel malos mores,eſt odioſa:l.qui exceptionem. ff.de cond. indeb. & ibi Bart. Bal.Caſtren.& Iaſ.& Bal.in l.1.in fi.C.de ſecun.nupt. & in l.fin.ad fin. ff.de legi.tut.cum concordan.alleg. ab Alber.Bru.in tract.de ſtat.fœm.exclud.in arti.col. penul.vbi concludit,eſſe Comm.Opin. quod per dictam rationem ſtatutum excluſiuũ fœminarum,proficiens agnationi, eſt fauorabile, cum alleg.ab Andr. Tiraq.de retract.tit.1.§.30.glo.1. num.5. & ab Aym. conſ.118.num.9. id maximè deprehenditur, vbi ceſſante cauſa vel ratione finali ipſius fauorabilis diſpoſitionis ceſſaret odium alterius:vt per gl.fi.in l.libertum.de ritu nupt.ſentit Bald.in l.2.col.2. C.de in ius vocan.dum dicit: Quia vbi non eſſent maſculi, tunc fœminæ non excluderentur,atque è conuerſo,ceſſante cauſa odij, vt in Macedoniano, ceſſante ſcientia creditoris, ceſſat conſequens fauor filiifamil. vt non poſſit ſe tueri auxilio Macedoniani ſenatuſconſul.l. 3.ff.ad Maced.Præterea dicit Bald.in conſil.433.Domina Ioanna.lib.3. quando odium eſt cauſa fauoris, eſt odioſum, quando fauor eſt cauſa odij, dicitur fa-
14 uorabilis, & vbi pro † vna parte principaliter maximè diſpoſitio eſt fauorabilis, & conſequenter odioſa pro alia,vt non cenſeatur diuerſo iure, in totum reputatur fauorabilis, vt per Dec.in d.l.2. de in ius vocan.& Aym.d.conſ.118.num.10.& And.Tiraq. de retract.in præfat. num.65. vbi etiam videas ſubiungere:Quòd ſi concurrant fauor & odium, potiùs debet conſiderari & præualere ipſe fauor,niſi fauor & odiũ poſſint recipere ſeparationem: quia tunc attenditur odium,vt ibi per eum, num.66. quaſi id inſpiciatur, quod nocet Gl.Mag.in l.1.de reg.Cat.quod intellige, vt per Iaſ. in conſi.147. colum.3.in fi.& ſeq. lib.2. & attenditur,quod impedit vel prohibet, Bart. in l.ſufficit.ff.de cond. indeb.& Bald.in l.Athletæ. §.dat remiſſionem.vltra med.ff.de excuſ.tut. & Luc.de Pen. in l.ſi quis decurio.col.fin. C.de decur.lib.10. Aliud
15 etiam aduertendum eſt, quòd † ſi diſpoſitio pro aliquibus fauorabilis videatur, nihilominus, ſi facta ſit contra ius, odioſa cenſetur, & ſtrictè interpretanda eſt,per ea, quæ tradit Corn.conſi.89. Viſo ſupraſcripto.col.2.& ſeq.lib.3. & Aym.conſ.25.num.4.ſuprà alleg.& And.Tiraquel.in d.præfat.num.66.maximè quando eſt contra primæuum ius, vt hæc concordetur cum illa de ſtatuto,excludente fœminam, contra l.maximum vitium.de liber.præte. communiter approbata, vt per Alber.Bru.in loco ſuprà alleg. & niſi concurrat cum tacita voluntate hominis erga ſuccedentes ab inteſtato, vt concors ſit illa firmata per Aym.d.conſ.118.nu.9.& maximè id etiam videtur verum in diſpoſitione hominis,vt loqui videatur Aym. d.conſi.25. num.4. & Andr. Tiraq,in d.præfat. num. 65. & per not. in l.nemo poteſt de leg.1. demum, vbi non agitur de obligatione ſeu pœna,tunc agi dicitur de mero fauore: Bal.in l.Gallus. §.& quid ſi tantum, col.2.ver.item infero.de liber.& poſthum. cautio de
16 non offendendo † data:& de pœna exigenda, odioſa & reſtringibilis eſt:Hercul.Peruſ.in tract.de cauti.de non offend.c.1.ad fin.

His ergo præhabitis pro cognitione fauorabilis vel odioſæ diſpoſitionis cum aliquantiſper dictum ſit de odioſis,& quę ſint ſtricti iuris vti continuando præcedentia proxima de ſtricta interpretatione, re-
17 uertendo † ad latam interpretationẽ regulariter fiendam in teſtamentis:d.l.in teſtamentis.de Reg.Iur.cui maximè fauorabilia accedunt,d.ca.odia. cum ſim.de his quoque,aliqua breuiter exprimam.
18. Primùm ſuccurrit, quòd † hæredum inſtitutiones & ſubſtitutiones ſunt fauorabiliores legatis:Glo.Bartol.Bal.& Imo.in l.ſub conditione.ff.de hæred.inſtit. Bal.ibi intelligit de ſubſtitutionibus directis,& Imo. ibi,rationem aſſignat: quia ab inſtitutionibus, & nõ à legatis,dependet virtus & effectus teſtamẽti.§.ante hæredis. inſtit. de lega. & dum legatario datur fauor, debet eſſe abſque defraudatione hæredis: text. in l.fin.§.ſed & ſi.com. de leg. cuius hæc ſunt verba, nedum legatarium ſatis eſſe fouendum exiſtimamus, hæredis commoda defraudentur, pupillaris ſubſtitutio fauorabilis eſt filio, Alexan.in l.centurio, colum. 20.ver.tertio probatur.de vulgar.& pupil.& Iaſ.in l. ſi à ſubſtituto.in prin.de leg.1.& Bald.in conſi.35. pater filio.lib.2.Soc.iun.conſ.95.num.19.lib.1. Vulgaris ſubſtitutio eſt fauorabilis ſicut inſtitutio,Caſtren. in l.cum proponas, num.2. C.de hæred.inſt. fauorabilis eſt cauſa filiorum præ omnibus intra legitimam auc.ſi qua mulier.& ibi Bal.Sali.& Iaſ. C.de ſac.ſan. eccleſ.concordan. colligendi curam habuit Cephal. conſ.85. num.31. Sed vltra legitimam, maiorem, velne eſſe fauorem eccleſiæ, ſiue donatariæ, ſiue ſubſtitutæ magna eſt altercatio doctorum ſuper intellectu c.fin.17.q.4.vt per Socin.in l.cum auus. col.20. ver. ſecundum corollarium.de cond.& demonſt.& Barba.conſ.38.colum.3.lib.3.& per Fely.in c.in præſentia.colum.21.ver.quartò quæro.de probat.aliter non
* inſiſtam,cum ſit * Comm. Opin.doct. Vltra legitimam in reliquis bonis parentum eſſe maiorem fauorem eccleſiæ, quàm filiorum, vt per Fel. in dicto loco, & Dec. conſ. 526. num.3. & conſ. 495. num. 24. & conſ.529. colum.pen. & Cur.iun.conſ.35. nu.7.& Andr.Tiraq.in l.ſi vnquam. in ver. donatione. num. 326.de reuoc.donat.& Pedemon.deciſ.110.nu.fi.Niſi eccleſia ſit vocata in aliquibus conditionatis & limitatis caſibus,quia vltra hos caſus magis fauetur filiis, vt per Dec.in conſ.391.col.fin.& Pariſ. conſ.86.num. 72.& ſeq. lib. 2. & niſi pro filiis appareat veriſimilis mens teſtatoris,vt per Soc.iun.conſ.125.lib.1.vbi nu. 28.in totum dicit pro filiis eſſe Com.Opin. pro filiis latè inſiſtit Barbát.d.conſ.38. colum.3. & ſeq.lib.3.& latiùs Socin. Iun. conſ. 189. num. 76. cum ſeq.lib.2. Et alias in dubiis opinionibus æqua & fauorabilis dicitur,quæ facit pro filiis,probat Pariſ.in conſ.30.col. pen.lib.3.& æquiſſimum eſt primò dare liberis,probat text.in l.æquiſſimum.in princ. ff.de bon poſſ.ſecundum tab.fauorabilis eſt materia propter agnationem conſeruandam: Dec.conſ.442. colum.2.nu.12. latè Bru.de ſtatu.fœm. exclud.in 3.& 4.art.cauſa teſtati,tanquam fauorabilior præualet, per plura probat Bal.in l.1.ver.vnde ſtatutum.C.de indic.vid.tollen.text.in l.quamdiu poteſt.ff.de acq.hæred. & in l. ſi pars.de inof.teſta.Dec.conſ.11.circa fin.cum ſimil. magis fauorabiles ſunt in legato ambiguo moniales, quæ præferuntur monachis. Cyn.in l.cùm multæ in fi.C.de don.ante nupt.& ibi Bald.& Ang.ſequuntur refert & ſequitur Dec.in l.fin.col.fin.ver.ſed contrarium. C.de edic.di.Hadr.tol.fauore hęredum dicitur præſtatio alimentorum in domo habitationis cum hæredibus ob cõmodiorem & faciliorem præſtationem, & ob ſeruitia obſequialia in domo, ſecundum qualitatem perſonarum exhibenda:Bar.in l.Cayo.§. Imperator.circa fin.de adim.leg.Paul.de Caſt.in l.illis libertis.de condit.& demonſt. Alex.conſ.100.Su-

per



per primo.col.2.ver.nam eo ipſo.lib.1. & doct.in l.1. C.de lega.& per Ang.con.150.Donatus.col.1. & ſeq. Fauore etiam hæredis cenſetur data dilatio ad ſoluendum legatum ſimpliciter, ita quod interim lucratur fructus,niſi dilatio ſit ad certum tempus ætatis legatarij,vel ad aliud reſpiciens quandam perfectionem in legatario.vt Eccleſiæ conſtruendæ:quia tunc dicitur fauore legatarij,& interim ſibi debentur fructus, l.ſi ita relictum.§.Pegaſus.de leg.2.& ibi Bar. & in apoſtil.ad eum.& ibi Bal.& Alber.& Paul.de Caſtr.& l.eum,qui.& l.liberto.§.filium.& ibi Glo. & Doct.de annu.lega.& l.Lucius.§.hęredum.&ibi etiam Glo.&
19 Doct.ad Trebel.† In legato tamen dotis pro filia nubenda tempus interim eſt ad fauorem hæredis, qui ideo non tenetur ad reſtitutionem fructuum:l.pen. & ibi not.Bar.de opt.lega.quando autem dilatio eſt data fauore hęredis,poteſt quandocunq; ante dilationis finem ſoluere:Bar.in l.ſi cum præfinitione. in fin. ff.quando dies leg.ced.fauor. præcipuus exhibetur. religioni:l.ſunt perſonæ.in fi.ff.de reli.& ſumpt. fun. Bar,in l.pater.§.Tuſculanus,in fi.de leg.3. plena gloſ.
20 eſt in c.fi.de teſta.† fauore grauati dicitur poſita cõditio,per quã ſepiſſmè ſolita poni in ſubſtitutionib. fideicommiſſariis,ſi deceſſerit ſine filiis,&c.hac ratione,quia non teneretur ſimpliciter reſtituere, ſicut teneretur,ſi ſine conditione rogatus eſſet,vt tradit Are. conſi.1.col.2.ver.Præmitto pro declaratione, aliam rationem adducit Bar.in conſi.130.Pater dedit dotẽ. per l.Lucius.ff.de hære.inſti.quia filius grauatus decedens cum filiis,quod faciat, quod vult, idem in l.ſi cum dotem.in prin.circa fi.ſolut.matri. vti liberatus ab onere fideicommiſſi:Bal.con.216. Verba teſtamenti,lib.1.Alex. con.109. Videtur.col.2. lib.2. Cur.Sen. conſi.49.num.14. Sunt enim filij poſiti in conditione ad excludendum ſubſtitutos,& materia ipſa eſt fauorabilis & largè interpretanda ad excluſionem ſubſtitutorum,cùm ſubintelligeretur,& ſi non eſſet hoc expreſſum de filiis ſiue liberis,vt l.cum auus.de cõdi. & demonſtra.& l.cum acutiſſimi.C.de fideicom. hæc ponit Capra in conſ.22. Punctus. Quidam Thadeus.
22 col.pen.ver.quod & demonſtratur,†aliàs autẽ fauorabilior eſt admiſſio, quam excluſio,Bal. in l.in ſubſtitutione.poſt prin.de vulg.& pupil.& probat tex.in l.1.§.qui operas.ff.ad Tertul. licet & poteſt dici ſecundariò eſſe etiam fauore filiorum poſitorum in conditione,vt videtur probare tex.in l.generaliter.C. de inſtit.& ſubſti.ibi,& hanc legem in perpetuum valiturã inducimus, tam patribus, quam liberis gratam, &c
23 eorum enim eſt fauor, quod excluſis ſubſtitutis ſuccedunt ab inteſtato patribus grauatis,per gl.commu-
24 niter approbatã in d.l.Lucius.† fauorabilior eſt permiſſio,quam prohibitio alienationis,Soc.conſi.266. col.19.ver.amplius dico li.2.fauorabilis eſt exceptio ei,pro quo facta eſt à teſtatore, & latiſſimè interpretanda,l.ſi fundum ſub conditione.§.qui fundum, & ibi tradit Bald.de leg.1.facit,quod ſcribit Ang.conſi. 68.Martinus col.2.de rebus exceptis à ſtatuto. Nam † pro eo verba debent interpretari,cuius fauore apponuntur,per l.nec ſemel §.1.ibi,niſi forte euidens, &c. ff.quando dies leg.ced.dicit Bal.in l. Lucio. de leg.2.
26 facit tex.in l.nulla.ff.de legib.Et † in fauorem eorum quib.plus relinquit,videtur teſtator feciſſe,dicit Bar. in l.cũ res.§.culpa.in fi.de leg.1. Atque diſpoſitionis interpretationem in fauorem eius eſſe faciendam,cui diſponens prodeſſe voluit per l.fideicõmiſſa.§. interdum.de leg.3.& per alia iura,firmat Pau. de Caſtr. in conſi.52.Super primo quæſito,quãta ſit legitima.co. 1.li.1.& eſt tex.not.in l.cum pater.§.donationis. in fi. de leg.3.cui enim teſtator magis fauet eidẽ magis lex fauet,dicit notãter Bal.in l.1.col.1.ver.ſeptimo oppo. C.de inſtitu.& ſubſt.& Ang.Are.in Rub.col.6.ver.ca-
27 piamus tertium.inſt.de excep.dicit,† Omnem exceptionem eſſe fauorabilem,& per Dec.in con.41.nu.2. & Soci.in l.ſi is.qui ducenta.§.vtrum.col.pen.de reb. dub.& mera fauorabilis eſt interpretatio,quod verba enunciatiua habeantur pro diſpoſitione,not.Bal.in l.
28 2.C.de neceſ.ſer. hær.inſtit. Eſt quoq; fauorabilior diſpoſitio in vltima voluntate.quam in contractu, & inter viuos,probat Iaſ.in conſ.130.In caſu.col.4.ver. item dicta Charetta, lib.4. Et quæ ſunt frequentiora, ſunt fauorabilia in permiſſis intelligo, probat Andr. Tiraq.de retract.tit.2.§.11.glo. 7.nu.8. fauorabilis eſt legitimatio.Nat.con.623.nu.9.fauorabilis eſt interpretatio excludens odium, etiam cum annullatione
30 actus,not.Aret.in l.2.de lib.& poſthu. † fauorabilis etiã actus eſt aditio hæreditatis, Bal.in l. duo fratres. ff.de acqui.hæredi.quia per eam cõfirmantur omnia in teſtamento diſpoſita,l.ſi nemo.ff.de teſta. tut. & l. eam,quam.C.de fideicom.& ea non facta reddit quẽ inteſtatũ:l.inteſtatus.ff.de verbo.ſignif.ita quãdo dubia eſt ratione pluriũ teſtamentorum ſuſtinetur ex eo teſtamento,quod valet,vt per Ang. in conſi. 183. Ber. col.2.quod eſt idẽ inter conſ.Petri de Anch.con.203. ex Themate.licet contra tenuerit idẽ Petr.de Ancha. in con.357.Quia pręſupponitur.de quo alibi dicetur,
31 fauorabilis † eſt prohitio detractionis Trebellianicæ. Marzar.Vincẽt.in mate.fideicom.par.2.in q.48. verſ. ego àlias.
32 Et generaliter † fauorabile omne dici poteſt,cuius contrarium apparet eſſe odioſum,arguendo ab oppoſitis,l.manumiſſiones.de iuſti.& iu.cum vulg.Reductio ad priſtinum ius fauorabilis eſt:Pariſ.con.35.col. pen.nu.37.lib.2.fauorabile eſt,quem,poſſe diſponere de bonis ſuis:Ruin.con.114.nu.10.li.2.allegat.l.dudũ. C.de cõtrahen.empti.melior tex.in l.2.ff.ſi quis à pa. ſu.manumiſ.etiã in l.ex facto.§.1.de vulg.& pupil. ex iſta ratione reuocationem fideicõmiſſi eſſe fauorabilem filiis dantem libertatem diſponẽdi ad emptã per ius contrariũ fideicõmiſſi,arguit Soci. Iun.con. 127.
33 num.11.lib.1.Et conſequenter † quod cauſa & fauore alicuius inductum eſt, non debet operari cõtrarium, & in eius odium verti,ſunt etiam tex.in materia vltimarum voluntatum,vt in l.in ratione.la.2.§.tametſi. ff.ad l.Falci.& in l.cum pater.§.curatoris, de leg.2.& in l.alimentorum. de aſſign.libert. cum ſimilibus. ad plures caſus ampliat hanc regulam Alexand.con.32. lib.5.& Dec.con.12.nu.5. & latius Feli.in c. dilectus. el.2.col.5.de reſcript.exinde probat Dec. in con. 238. Pręponitur in fin.vbicunque cauſa & modus reſpicit
34 fauorem legatarij, legatum non reſtringitur. † Cui quidem fauori teſtamẽtorũ tam circa legata, quam fideicommiſſa,ſicut aliis ſuis fauoribus quilibet renuntiare poteſt, per l.1. & l. cum proponas. C.de pact.& alia ponit Abba.in con.11.Tria ſunt.col.1.lib.1.refert Aym.in conſi.80.in fi.
35 Vbi demum reperitur caſus † medius non fauorabilis,nec odioſus media via interpretatur ſecundum ius commune,vel ſecundum voluntatẽ interuenientis in tali caſu,vt per Bar.in l. talis ſcriptura. in prin. ſupra fin.de leg.1.&in caſibus fauorabilibus fit interpretatio, & extenſio ad ſignificatum etiam improprium,Iaſ.in l.1.§.1.col.2.in 4.no.ff.de in ius voc. Et hęc potius generaliter pertractata ſufficiant.Cæteris in ſequentibus,vt dixi ſuperius,eo,qui omnia poteſt, volente,ſatisfaciam.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio non poteſt niſi ſemel fieri,& qui habet po-*



*teſtatem*

*teſtatē declarandi verba ambigua,ſi ſemel declarauerit, iterum declarare non poteſt,nec licet amplius pœnitere,*

1 *Declaratio non diſponit,ſed diſpoſitum detegit.*
3 *Teſtimonium debet eſſe vnum,certum,& non varium, aliàs varianti non creditur.*
4 *Variatio in interpretandis vltimis voluntatibus non admittitur regulariter.*
5 *Diuerſitas perſonarum,factorum, & rerum , facit in iure diuerſa & alia cenſeri*

## LIB. I. INTERPR. I. DVBIT. V. ET VLTIMA.

POſtrema nunc dubitatio declaranda eſt, an & quando interpratio facta ſit,ea poſſit variari: Capio itaque alteram regulam,traditam per Bald.in l.de die.in prin.col.ſi.ff. qui ſatiſ.cog. præcedentem eam,quam ſumpſi ſupra in prin.præcedentis 4.Dubit.Quod interpretatio debet eſſe apta & veriſimilis, quæ exponat,&c.& altera præcedens,quæ
1 re vera debet ſequi,modo hic adducta ſit,† Quod interpretatio non poteſt, niſi ſemel fieri, per not.in l. quicquid aſtringendę.de verb.oblig.ibi.in 3.glo.ver. nec rurſus.& ibi Bar.ſupra ſi.ver.ſed pone. dicit ibi eſſe caſum ſingulariſſimum,& neſcire alibi.& ibi Ang. circa fin. dicit, & iſtum caſum alibi non inuenies, ſ. quod qui habet poteſtatem declarandi verba ambigua,ſi ſemel declarauerit,iterum declarare nō poteſt: & ibi Pau.de Caſt.circa fin.dicit,quod poſtquam declaratio eſt ſemel facta ab habente facultatem declarandi rem ambiguam ,non eſt licitum pœnitere,& quod ſemper ad hoc allegatur illa glo.& fortè non eſt alibi.idem ibi Imo.verſus ſi.dicit,ſi ſemel declarat,nō poteſt variare:& Aret.ibi col.2. ver.in glo.poſita. idē ſequitur allegando etiam tex.in l.fin.& quod ibi not. Bal.C.de codicill.idem ibi Alexan.col.penult.ver. ex qua habes,dicit, Perpetuo habes notare, quod habēs poteſtatem interpretandi non poteſt interpretari, niſi ſemel,ibi etiam Iaſ.col.penul.& fin.dicit iſtam cōcluſionem glo. eſſe communiter approbatam , & defendit ab impugnatione Matheſ.in not.pen.allegando alios.d.glo.approbantes,& adducit rationem , ſecundum Comen.quod poſt interpretationem declarans & interpretans nō poteſt variare & mutare propoſitum,quia qui declarat,dicit,quod ſic à principio intellexit,ideo ſi poſtea contradicat , nunc eſt ſuſpectus,ita non admittitur eius variatio,& aliud non al-
2 legat.Ego addo & comprobo , † quod declarare non aliud diſponere eſt,ſed diſpoſitum detegere & manifeſtare,quod eſt facti iam determinati certum teſtimonium , per text.& ibi not.in l.hæredes palam. §. quid vero.ff.de teſta. teſtimonium ideo debet eſſe v-
3 num certum,& non varium:l.eos.ff.de falſ.† alias varianti non creditur , per not.in d.l.eos. & per glo.in c.ſuper his.de pœn.& in c.dilectus.de tempo. ordin. cum ſimil.ita declarans,non poteſt variare, quia ſibi non crederetur etiam forſan in eo , quod prima vice declarauit,ad Bar.in d.l.eos.& Aym.con.6.Et de iure acquiſito per primam declarationem alij præiudicare non poteſt:per l.ſi.ff.de pact.tradit Roma.con.125. Mater & ſoror,circa prin.& ita ad principalem concluſionem hanc concord. allegat & probat And.Tiraq.in l.boues. §. hoc ſermone de verb.ſignif. in reg. nu.40.vbi in reg.& fallentiis aliqua tractat,quæ huic noſtræ dubitationi conueniunt:licet enim d.gl.& ibi doct.præalleg.in d.l.quicquid aſtringendæ pro materia tituli loquantur in interpretatione cōtractuum, quod ſemel facta non poſſit variari,tamē generaliter loquuntur,etiam ſentientes idem in materia vltimarum voluntatum , & tanto fortius,cum ibi. & l. quis ex pluribus.& in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum,&in l.eum,qui certarum.§.1.eo.de verb.obli.in electione, dicant,eſſe locum variationi in contractibus,non vero in vltimis voluntatibus, de quo ſtatim infra dicā, eò igitur magis variationi locum in his nō eſſe, circa declarationem,ſeu interpretationem,vt etiam expreſſè dicit Pau.de Caſtr.in l. qui duos. de leg. allegando not.in d.l.quicquid.vbi Iaſ.etiam per d.l.ſi. C. de co-
4 dicil.in pen.col.dicit,† in vltimis voluntatibus non eſſe permiſſam variationem,idem Bal. in l. huiuſmodi.§.Stichum.de leg.1. Quid de prælatorum electione.eſt gloſſ.in c.de Siracuſanæ.28.diſtin.& hæc ſit vna regula pręmiſſa ex doctr.Bal.in d.l.de die.in prin. col.ſi.vt dictum eſt, & per Sebaſt. Medi. tract. de reg iu.reg.4.in ampli.nu.4.50.

Eſt autem vidēdum,quas exceptiones patitur hęc regula, vt id commodius ſciri poſſit,inſpicienda ſunt, quæ ſcripta fuere ſuperius in dub.3. vbi habetur, per quos,& à quibus facienda ſit interpretatio: Quia plerunque diuerſitas perſonarum, factorum , & rerum, facit in iure diuerſa , & alia cenſeri.l.ſi non ſortem.§. libertus.ff. de condi. indebi. & l. Pedius. de incend. rui.naufr.cum ſimil.hic igitur repetam, à quibus ibi dictum fuit.fieri interpretationes, & à quibus ſimiliter eorum poſtquam factæ ſint interpretationes poſſint variari,ſigillatim videbimus.

1 Primò,de notario,ſeu ſcriptore,ſeu alio interpretante ſcripturam teſtamenti dubiam.
2 Secundò.de interprete declarante obſcurum , & ignotum idioma.
3 Tertiò,de legatario eligente.
4 Quartò, de hærede interpretante & declarante.
5 Quintò,de teſtatore ipſo declarante, & alio , cui teſtator credi mandauerit.
6 Sextò,de quolibet in ſui pręiudicium declarante.
7 Septimò,de executore teſtamentario.
8 Octauò,de doctore interpretante.
9 Nonò,de legibus,ſtatutis , vel cōſuetudine interpretantibus.
10 Decimò,de iudice.
11 Vndecimò & vltimò , de principe interpretante.

### SVMMARIVM.

1 *Notarius,ſeu alius interpretans,poſtquā ſemel validè ſcripturam dubiam teſtamenti declarauit , ei eſt interdicta variatio , idem in teſte à tabellione, quia ſemel functus eſt officio ſuo.*
2 *Error in interpretatione,vbi allegaretur,& de eo conſtaret coram iudice,poſſet alia vice,& ſic bis interpretari.*

### SOLVTIO I.

NAMQVE primo de notario, ſeu alio interpretante,dicendum eſt , in eo dictam regulam firmam permanere:
1 quia † poſtquam ſemel valide ſcripturam dubiam teſtamenti declarauerit, ei eſt interdicta variatio,per eandem glo.in d.l.quicquid aſtringendæ , in teſte,& tabellione , & quia ſemel functus eſt officio ſuo tradunt Bart. in l.ſi librarius.ſub ver.quandoque conſtat.de reg.iu.& Bal.in l. fin.col.pen.ver.Quarto quæritur.C.de eden.refert & ſequitur Feli.in c.ex literis.colum.2.de fide inſtru. etiamſi facto eſſet facta declaratio,nō poſſe eam poſt modum variari,per eandem glo. ſing.ſemper ad hoc allegari ſolitam, firmat Alex.conſ.55.Quoniam.col.

3.v



3.ver.non obſt.quod libellus.lib.5. cui regulæ in re, de qua agimus,non puto conuenire exceptiones ſeu limitationes,quæ fieri poſſent,vel ob probabilem errorem,vel ob aliam iuſtam cauſam,de quibus per Feli.in d.c.ex literis.& Calca.conſi.48.& con.70. quando Notarius haberet aliquid corrigere,addere, mutare,vel diminuere,ſed ſolum habet hic ſcripturā abbreuiatam,& non bene intelligibilem , vel verba aliqua obſcura declarare,vt in princ.d.dubitat.3. dictū fuit, quia declaratione rite facta, credo non debere eum admitti ad eandem declarationem denuo faciendam,
2 & variandam per d.regulam. † Quando autem conſtaret de errore primæ declarationis, & ex interuallo vellet errorem corrigere,vt per canon.in d.c.ex literis,& per doct.in l.imperator.de ſtat. homi. & in d. l. ſi librarius.authore iudice,non poſſet, niſi aliena vice,& ſic bis admit:arg.l.ſi.in ſi.ff.de bon.aut.iud.poſſi.pro notabiliſſimo caſu ad euitandas variationes, fraudis ſuſpicionem inducentes,cum tex.in l. 2. in ſi. de reſcrip.li.6.allegat Aret.in d.l.eum, qui certarum. §.1.col.pen.de ver.oblig.& And. Tiraq.in d.§.hoc ſermone.in reg.nu.20.vbi & nu.28.cum ſequent. iura & author.adducit quod in caſibus,in quibus variare licet,id non poſſe fieri,niſi ſemel.

### SVMMARIVM.

1 *Interpres,qui ſemel declarauit ignotum idioma non poteſt amplius variare.ſeu declarare.*
2 *Interpres idiomatis non naturaliter,ſed per peritiam,quādo poſſit variare,declaratur,reprobata ratione, Iaſ.in l. 1.§.ſi.de verb.oblig. hinc infertur,quod ſententia, lata ex examine iſtius,non tranſit in rem iudicatam, ſi reperiatur aliu s magis peritus circa meliorem & veriorem interpretationem d.ſcripturæ ignotæ.*
3 *Teſtes producti de peritia ſemoto timore ſubornationis poſſunt de nouo ſuper eiſdem,vel de directo contrariis poſt didicit teſtificata examinari.*
4 *Euidentia facti ſemper facit admitti probationem, nullo ſubornationis timore attento.*
6 *Legalitas & probabilitas perſonarum plura operatur in iure pro fide eis adhibenda.*

### SOLVTIO II.

SECVNDO in interprete,declarante ignotum idioma, videtur ſimiliter d.reg.non
1 pati exceptionem: quia † aut accipiatur, non vt teſtis,ſed arbiter, arbitrator, menſor,vel ſimilis ,ſecundum Bar.in l.1.§. ſi.circa prin. de verb.oblig.& tunc non poteſt variare ſuam declarationem iam factam , etiāſi errauerit:l. quia arbiter.ff. de arbit.& tot.ti.ff.ſi menſ.falſ.mo.dix. ex eo. quod ex falſa menſura dicitur ibi dari actionem , & non iterū per eundem fieri menſurationem , aut accipiatur vt teſtis,ſicut vult,&conatur defendere.Iaſ.in d.§.ſi.quē credo bene loqui in eo,qui declarat ſuum proprium, & naturale idioma,veluti Germanus teſtificetur de idiomate Germano,quod naturaliter abſque alio ſtudio vel peritia ſcit,& ab incunabulis didicit, & tunc etiam ex interuallo non poteſt variare, nec ſe corrigere per tex.in c.præterea.de teſti. cog.& ibi Ab.col.2. dicit,quod ille tex.eſt no.valde,& quotidie allegatur per Legiſtas,& Canoniſtas, & ibi propriè latè omnes Cano.tradunt.& Bar.in d.l.eos.&in l.ſi poſtulauerit. §.pen.ff.de adul.& in l. repeti.in prin. de quæſ. & in d.l.quicquid aſtringendæ. & ibi Moder. idem exiſti-
2 mo in eo, † qui ſcit alienum idioma ex inſtructione vel peritia,vt quia Latinus didicit ſermonē Græcum vel Gallicanū,ita aſſumptus ad interpretandum in locis Italiæ, dicitur quidam declarator. vt per Doct.in d.§.ſi.cum ſemel declarauerit,non poteſt variare per allegat.ſupra,ſed quod dictum iſtius habeatur prò dicto meri teſtis,& non vt periti iudicio intellectus potius deponentis ex peritia , quam habet de alieno, & extero idiomate,quam de proprio ſenſu auditus,non ſentio cum Iaſone in dicto §.fin.ſed cum Bar. ibidem dicente,ſed certè non eſt teſtis,&c. quia non inſiſtendo in doctri.Bart.in l.Theopompus.de dot. prælega. ratio adducta per Iaſ. quod interpres huiuſmodi ſit teſtis,cum habeat deponere id,quod audiuit ab alio, non eſt bona,& confundit,quia ſcire exterum idioma plus conſiſtit & ſtat in peritia , & notitia illius idiomatis,quam in ſenſu auditus , quod manifeſte patet: ecce decem homines audiunt ſimul quendam exterum,ſeu Græcum,ſeu Germanum loqui ſuo ſermone Græco,vel Germano ex iſtis decem non eſt niſi vnus,qui intelligat hunc ſermonem , qui cum habeat apud nos deponere ſeu interpretari,ergo in eo magis operatur peritia illius ſermonis exteri, quam diſcurſu ſui intellectus percipit & pertinet. quam operetur ſenſus auditus,cum nouem alij fuerint cū eo audientes,tamen neſciunt deponere , quia ſermonem non intellexerunt,in hoc dicitur deponere magis vt peritus iudicio ſui intellectus, circa interpretationem & declarationem ignoti ſermonis,vel ſcripturæ exteræ: arg.l.quæritur & ibi not.per Bar.de ſtat.hom.ita etiā inferuntur hæc,quod ſententia lata ex examine iſtius ſi reperiatur alius magis peritus circa meliorem,& veriorem interpretationem d.ſcripturæ,& ſermonis exteri,& ignoti in loco,non tranſit in iudicatum , quia poſſet reſcindi alio melius interpretante per ea, quæ tradit Alex.in l.ſi ab hoſtibus. col.3.ver.circa prędict. ſol.matr.& poſt alios Cano.Fel.in c.propoſuiſti. col. pen.ver.quarta concluſio.de probat. vbi dicit , iſtam
* eſſe * Com.Opin.&aliud,quod poſſet eſſe vna fallētia dictę regulę,quod volens iſte interpres forſan melius inſtructus,& informatus poſt factam declarationem variare,ratione ſuę variationis aſſignata, vel aliquid corrigere , quod arbitrarium ſit, vt conſiderata qualitate perſonæ , quantitate interualli , colloquio partium,& ratione variationis & correctionis reddita,& aliis circunſtantiis, iudex correctionem admittat,vt dicebat Hoſt.prout eum etiā refert Ioan. And. in d.c.pręterea.circa fin.quod placet Abb.ibi colum.
3 penult.in vlt.glo.facit,quod † quando ſunt producti teſtes de peritia ſemoto timore ſubornationis ea ratione,quod ſicut non obſtat ſententia, vt dictum eſt, multo minus publicatio, poſſunt de nouo ſuper eiſdem,vel de directo contrariis poſt didicita teſtificata teſtes examinari : vt per Feli. plures concord, allegando in ca.fraternitatis.col.6.de teſti.& ibi Soci. in char.ſi.ver.trigeſimus primus,& in ſuis fallentiis regulæ 403.idem eſt, quando de ſermone vel ſcriptura
4 interpretata ſemper poteſt conſtare,† quia vt de re apparente per euidentiam poteſt ſemper fieri & admitti probatio , & nullus eſt ſubornationis timor , Bald. in l.ſi quis teſtibus.in ſi.C.de teſti. & dicunt doct. in locis hic ſupra alle.cū ſimil. cumul. per Marſ.in rub. de prob.num.161.cum ſequent. corroborando etiam dictū Hoſti.de qualitate perſonæ teſtis, & producentis,attendi poſſunt plura circa legalitatem perſonarum,quæ in ſimil.doct.tradunt:nam creditur inſtrumento confecto in longinquis partibus ob legalitatem productis:Spec.in titu.de inſtr.edi.§.reſtat,co. 3.&Bar.in §.eos.in auc. vt iud. ſine quoquo ſuffr.di-
5 cit.quod † inſtrumēta & teſtes producti à perſona fide di-

de digna boni præſumuntur,& quod eorum dicta &
inſtruméta vera ſunt,pro dicto Iacob.de Bell. allegat
cum aliis ſimil.Pari.de Put.de ſyndi. in dictione , te-
ſtes.ver. fui ſemel rogatus:col. pen.probitas enim &
bonitas,legalitas,excellentia,& bona opinio famaq́;
probata hominis plura operatur in iure , quod rece-
datur à regulis iuris cõmunis , vt credatur teſti famu
lo:Rom.in conſil.420.Propoſita quæſtio.verſi.tertio
idem & teſtibus ſingularibus:Aym.in tract.de antiq.
temp.in 1.par.nu.296.& fratri pro fratre : Marſi.ſing.
273.Teſtibus mollibus.Aym.conſi.7.nu.28. Iaſ. in l.
iuriſgen.§.hodie tamen.col.3.ff.de pact.& alia,ſi ſpe-
cialiter ac nominatim ſciri oportuerit, adeundi ſunt,
Feli.in c.literas.col.4.de præſump.Iaſ.conſi. 170.col.
4.lib.2.Dec,conſi.463.nu.24.Aym. conſi.267.nu.9.
Goz.conſi.11.num.10.Abb.in c.niſi.de præben.& in
c.fraternitatis.in fi.de teſti.Guliel.de Benedic.in cap.
Raynutius. in verſi Adiectæ impuberi. num.20.cum
ſequen.de teſt.Marſi.in l. 1.§.ad quæſtionem num. 7.
& ſequent. ff.de quæſt.& in pract. crimi.§.1.nu.8. &
ſeq.& omnium locupletiſſimè Andr.Tiraq. in tract.
de pœn.tem.cauſa 51.prout in ſummariis ſuis ibi vi-
deri poterit.Sed quod ad rem noſtram pertinet,nun-
cupatim exprimitur:Bal.in d.c.præterea , vt refert,&
ſequitur Marſ.in d.§.ad quęſtionem.nu.11.dicit teſtis
poſtquam depoſuerit,non poſſit corrigere dictũ ſuũ:
hoc tamẽ fallit,niſi teſtis ſit perſonalegalis,bonę con
ditionis,vitæ & famę,quia poterit ſuum dictũ corri-
gere,nec præſumitur ſubornatus , in ſimili ſequitur
Iaſ.in d.con.170.col.4.eſt enim notiſſimum in mate-
ria probatoria , quantum iudicis arbitrium polleat.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatarius cum ſemel rem elegerit,variare amplius non poterit in exemplo not.legati.*
2 *Electio ſemel facta ex vltima volũtate,nõ variatur,quod diuerſum eſt in contractibus , in quibus datur variatio.*
3 *Variatio electionis admittitur,& in vltimis voluntatibus antequam ſit acquiſitum dominum rei electæ legatario, & quando rite & rectè non eſt facta electio.*
4 *Legatarius vſus poterit variare incipiendo habitare vnam partem domus,& poſtea aliam partem.*
5 *Actus defunctorum ſicut viuentium , non poſſunt ſtare in ſuſpenſo.*

## SOLVTIO III.

TERTIO de legatario eligente, tenendum
eſt , quod magis dicta regula procedit,
1 † quia ſtatim facta electione per legatariũ
res efficitur ſua,ideo nõ poteſt variare , vt
altera m rem eligat, quia deſiit iam eſſe legatum, per
tex.in l.ſerui electione in prin.de leg.1.in l. apud Au-
fidiũ.de opt.lega.de legatariis,quibus ſunt relictę ex-
penſæ pro ſtudio,& pro libris neceſſariis,ſi voluerint
ſtudere Iuri,vel Medicinæ,vno incipiente ſtudere Iu
ri,& altero Medicinæ,hic volens redire ad ſtudiũ Iu-
ris,& variare quidẽ nõ poteſt,ex facto reſpondit Bal.
2 con.412.Verba teſtamenti. li.1.de † electione fienda
ex vltima voluntate non varianda , latè firmat Crot.
con.11.nu.19.& ſequent. ita eſſe hac ratione, & quia
actus defunctorũ,ſicut viuentium , non poſſunt ſtare
in ſuſpenſo:per l.fi.in fin.com.prędi.diuerſum eſſe in
contractibus.ſ. electionem poſſe variari,per l.ſi quis
ſtipulatus ſit Stichum,in prin.& l.eum,qui certarum.
§.1.de verb.oblig.ponunt doct.in l. ſerui electione.&
in l.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.in d. l. eum. qui
certarum.§.1.cum omnibus citatis , per Andr. Tiraq.
in dicto §.hoc ſermone.in 15.limit.num.9.& Albert.
in d.l.ſi quis ſtipulatus ſit dicit , quod ratio rationis
eſt,quod diu ſtare non poſſunt in ſuſpenſo defuncto
rum voluntates,ſicut viuẽtium,quia Reipublicæ in-
tereſt,vt ipſæ defunctorum voluntates ſuum ſortian-
tur effectum,per l.vel negare.quem teſta. ape.id autẽ
verum eſt,ſi ſtatim facta electione rei legatæ electæ
3 acquiratur dominum legatario,† aliàs, vt in contra-
ctibus,admittatur variatio, Angel.& Paul.de Caſtr.in
d.l.ſerui electione,& Are.in l.qui ex plurib.circa fi.de
verb.oblig.melius putat & probat Iaſ.in l. huiuſmo-
modi.§.Stichum.col.fi.de leg.1. Quod euenit, quãdo
electio ſit rite & recte facta , quæ ſecundum gloſſ. &
doct.in d.l.ſerui electione, in prin. requirit ſex vel o-
cto,vt ſit valida & inuariabilis. Primum. ſ. quod fiat
de rebus teſtatoris : Secundum totis rebus eligendis
exhibitis,& preſẽtatis:Tertiũ hæreditate adita: Quar
tum,quod eligens ſit maior.Quintum, quod firmiter
& certè fiat:Sextum,quòd eligens ſit ſui iuris : Septi-
mum,quòd fiat poſt diem legati cedentem:Octauum
quòd fiat formiter,vt diſpoſitum eſt à teſtatore. Et ſu
per his ſingulis inſiſtit Iaſ.in d.l.ſerui electione,vt ibi
per eum.Tandem dicta regula limitatur, quod varia-
re poteſt electio,& iterum fieri,quando prima electio
fuit inualida,vt latè per And.Tiraq.in d.§.hoc ſermo
ne.in 1.limit.& plures caſus cumulat Felin. in c.in li-
teris.de offic. de leg. in quib.primo nulliter agẽs põt
poſtmodum variare valide agendo, quam ſimiliter li
mitationem ſublimat,ſeu declarat octo modis.Primo
videlicet,niſi ſcienter facta fuerit electio nulla:Secun
do,niſi referatur ad factum,& non ad ius,Tertio,niſi
de iure quærendo.Quarto,niſi de iure alieno. Quin-
to,niſi de iure deuoluto. Sexto , niſi de iure ſpeciali.
Septimo,niſi defectus ſit in materia.Octauo niſi ele-
ctio ſit nulla ope exceptionis,& non ipſo iure , vt ibi
ſuper his ſingulis ſimiliter latè per eũ ad quem pro
quodã iudice his relatis cum occurrerit, vos remitto.
4 Alia † limitatio poteſt addi in legato vſus,quod li-
cet vſuarius vno tempore cœperit vti vna parte do-
mus tamen alio tempore poterit variare & vti alia
parte domus,per text.in l.penult. §. licet ff. de vſu &
habit.hoc ibi Alber.dicit ꝙ euenire ratione ſeruitutis
perſonalis,quæ eſt indiuidua,prout eſt vſus , per l. v-
ſus pars.ff.eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Variare non poteſt hæres poſt primam electionem à ſe factã ſua declaratione,& de ratione,ibi.*
2 *Hæres eligens ante tempus,poteſt variare,& antequam ſit acquiſitum dominium legatario rei electæ.*
3 *Declaratio quæ poſſet recipere variationem in tempore, non poteſt fieri ante tempus.*
4 *Variatio electionis per hæredem poſſet fieri , quando electio eſſet nulla,vel eſſet erronea,vel ſic ſuadente ſubiecta materia,vel æquitate ,*

## SOLVTIO IIII.

QVARTO † hæres quoque poſt electio-
nem ſua declaratione à ſe factam ea-
dem ratione dominij per primam ele-
ctionem acquiſiti legatario non poteſt
variare , vt propriè ſunt caſus in d.l. huiuſmodi.
§.Stichum. & in l. ſtatu liberum. §. fin. de leg. 2. &
in l.fideicommiſſa. §.ſic fideicommiſſum. de leg.3.
& in ſpecie tradit Pariſ.con.11.num. 39. lib. 3.in caſu
autem



autem iſto d.regula poſſet limitari,vt variatio admit-
teretur , quando adhuc non eſſet acquiſitum domi-
1 nium legatario : † vt quia hæres grauatus reſtituere
cum moreretur , & eligat perſonam , cui ſit dandum
ante tempus, tunc poteſt variare : l. vnum ex familia.
in princ.& ibi Bartol.in fin.de leg.2.ponit Iaſ. in d.l.
ſerui electione.in prin.colum. 1. ver. ſecundò limita.
& And.Tiraquel.in d.§.hoc ſermone.in 23.limit. nu.
5.& Iaſ.in d.§. Stichum.colum.fin.vt dictum eſt ſuprà
2 proximè , quod † exemplùm procedit, quando reſti-
tutio eſſet facienda vni ex pluribus , qui electus ante
tempus poſſet non viuere tempore mortis hæredis,
ideo iſta ratione hæres poteſt variare,vt per Ang.in l.
ſtipulatio iſta. §.inter certam, de verb.oblig.& gloſſ.
Bart.Bal.& alios in l.poſt mortem.C.de fideicom. &
in l.cum pater.§.à filia.de leg.2.& per hunc tex. in di-
cto §.à filia.tenet Bart.in l.omnes populi.in 5.q.prin.
3 q.1.col.4.de iuſt.& iur.quòd † declaratio quæ poteſt
fieri ante tempus , item poſſet d.regula limitari ex a-
liis cauſis, vt ſi vel eſſet conuentum poſſe variari , vt
4 per Tiraq.in d.§.hoc ſermone.in limit.12.† vel aliqua
ratione prima electio eſſet nulla per eundem in limi.
prima,& per ſupra dicta de legatario,& Bero.conſ.23.
num.19.lib.2.vbi in caſu pueri honeſtè nati eligendi
moriente filio hærede ſine filiis, vel eſſet erronea , vt
per Iaſ.in l.fi.col.1.in 2.limit.C.de codi.& per Tiraq.
in loco allegato,in limit. 21. vel ſic ſuadente ſubiecta
materia,vel æquitate,per eundem ibi in 18.& 19.limi.
& ex aliis in diſcurſu ibi aliarum ſuarum limit.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtator à quo dependet omnis diſpoſitio,& eius deſtructio, poteſt , quotieſcunque voluerit , variare ſuam primam declarationem aut voluntatem.*
2 *Teſtator , & interpretari , & mutare poteſt ſuum teſtamentum.*
3 *Voluntas teſtatoris vna eſt, & firma declaratio , & inuariabilis,quoad eum iam mortuum.*

## SOLVTIO V.

QVINTO de teſtatore ipſo, & alio, cui
teſtator mandauerit credendum,quo ad i-
1 pſum † teſtatorem,à quo dependet omnis
diſpoſitio,& eius deſtructio, propriè d.re-
gulam limitari,& ſemper variationem fieri,& admit-
ti,quotieſcunque teſtator voluerit, per l.hæredes pa-
làm.§.ſed & ſi notam. ff. de teſta.tradit Angel. in d.l.
quicquid aſtringendæ.circa fin.qui dicit,quòd milies
interpretari poteſt , quando deſtructio voluntatis ad
interpretantem ſpectat,ponendo exemplum in teſta-
tore , cuius voluntas ambulatoria eſt vſque ad mor-
tem:l.quod per manus.de iur. codicil. & cum Angel.
Alexand.ibidem colum.pen. ex qua habet perpetuò,
refert Andr.Tiraq.in loco ſæpiùs ſuprà alleg. in reg.
nu.46. & in limit. penult. & ante eos idem ſenſit Al-
ber.in d.l.quicquid aſtringendæ.colum.penult.quòd
2 † teſtatoris non ſolùm ſit interpretari,ſed etiam mu-
tare,per d.§.ſed & ſi.notam.& per Felin.in c.cum ve-
niſſent.col.2.de iudi.
Quod quidem poteſt dici verum,dum teſtator vi-
uit,ſed eo mortuo,cuius amplius non redit arbitriũ,
l.1.de ſacroſan.eccleſ.& quando ſuum eſt † confirma
3 tum teſtamentum:vt dicit Apoſt.ad Hebr.cap.9. non
poteſt eſſe locus variationibus , ſeu mutationibus,
quas fecerit teſtator,quia tunc vna eſt ſua voluntas &
firma declaratio , quam poſtremam manifeſtauit. §.
poſteriore.Inſt.quib.mod.teſta.infir.l. ſi mihi & tib.
§.in legatis. de lega. 1. & l.diui. l. ſi tibi. & l.libertus.
de adim.lega. cum ſimil. Quo ad alium , cui teſtator
voluerit credi , ſecundum diſtinctionem Bartol. in l.
Theopompus.de dot.præleg.ſiue,vt arbitrator,dicat,
quod ſibi videtur,ſiue vt teſtis deponat,quod ſibi di-
xit teſtator , eadem ſunt dicenda circa variationem,
quæ dicta fuere ſuprà ſecundo loco de interprete, in
his , quæ poſſunt conuenire,vt per Bero.conſi.23.col.
3.lib.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius quæſitum legatario facit,quòd quis non poteſt variare. nec eius hæres variare poteſt.*
2 *Variatio ſeu inconſtantia impeditur ex quinque ibidem traditis.*
3 *Res integra quando dicatur vel non in iudiciis,in contractibus innominatis,& nominatis.*
4 *Variatio , inconſtantia , & pœnitentia quando admittatur.*

## SOLVTIO VI.

SEXTO de alio quolibet in ſui præiu-
dicium interpretante vltra ea,quæ fue-
runt dicta ſuprà in dubita.3.ver. ſunt &
alij. poteſt exemplum poni de caſu l. ſi
Titius.de lega.2.vbi habens debitorem
obligatum alternatiuè in x. vel in Stichum , duobus
legauit , vni. x. alteri Stichum , ab euentu ſolutionis
factæ à debitore , declaratur huiuſmodi legatum , &
1 ſic interpretatio certo modo fit ab alio, † quem ideo
crederem , non poſſe variare poſt ius quæſitum lega-
tario,per reg.mutare.de reg.iur.in 6.& ibi Dyn.in ca.
quod ſemel.eo.& in terminis,per Pariſ.con.11. num.
39.li.3.vbi nec eius hæres poteſt variare. idem in cõſ.
17.nu.24.eo.in ſumma,ſecundum glo. Bald. Paul. de
Caſt.& Imo.in l.ſi cum dotem.§. eo autem tempore.
2 ſolu.matri.ſunt † quatuor,& ſecundum Imo.quinq;,
quæ variationem & inconſtantiam impediunt. Pri-
mum eſt,vinculum obligationis,iam mutuo conſen-
ſu contractæ:l.ſicut.C. de act.& oblig.& in l.in com-
modato. §. ſicut.ff. commo. Secundum, eſt ius alteri
3 quæſitum:l.fi.ff.de pact.& l.id,quod, de reg.iur.† Ter
tium,quando res non eſt integra,quod in iſta re acci-
dit poſt litem conteſtatam: l.ſi pluribus.in fi. de lega.
1.& l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.de verb. oblig. &
ibi docto. omnes tradunt , quæ autem faciant , rem
non eſſe integram in iudiciis , in contractibus inno-
minatis, & in contractibus nominatis , videte Bar. in
l.ab emptione.col.pen.ver.quæro, quæ faciunt. ff. de
pact. Bald.in l.ſi inter.C.com.vtri.iud.& pleniùs in l.
mandatum.col.pen.ver.ſecundò quæritur. C. mand.
Card.in cle. procuratorem.col.3.de procu. quãdo in-
teruenit ſtipulatio.Fab. de Monte in tract.de emp. &
vend.in q.5.num.52.quando interuenit iuramentum:
Bauer.in tract.de virt.iur.num.5. Quartum eſt,quan-
do diſpoſitio ipſo primo actu ſecum traxit executio-
nem:l.apud Aufidium.de opt.leg.no.in d.l.huiuſmo-
di.§.Stichum.de leg. 1. Quintum , ab hoc quarto de-
pendens,quando diſpoſitionis qualitas, vt eſt vltima
voluntas,non patitur in ſuſpenſo ſtare, & in penden-
ti:vt l.fi.com.præd.& no.in l.eum,qui certarum. §. 1.
de verb.oblig.& in aliis locis ſuprà alleg.

4 Præterea,† quando variatio,inconſtantia,& pœni-
tentia,admittatur, vel ne,videte plenas diſtinctiones
per Dyn.in d.c.mutare. & in c.quod ſemel. Bart.in l.
de reb.ff.re.amo.Abb.poſt antiquos in l.in cauſæ. in
prin.ff.de procu.Bald.Imo. Alex.Iaſ.& Rip. in l.ſi ex
toto.§.fi.de l.1.& And.Tiraq.in tract. de retra. tit. 1.
§.24.glo.1.nu.7.& Gui.Pa.in paruo tract. de pœnitẽ-
tia iuris : Pau. de Caſt.in l.ſi conſtante.§. quoties.in
vlt.no,ſol.mat.Dec.conſi.340.col.3. idem Tiraq. in l.
ſi vnquam. in ver.reuertatur. num.37. cum trib. ſeq.
de reuo.dona.Abb.in c.noſtri.& in c.publicato.de e-
lect.Bal.in l.1.col.pen.& fi.C.de fur.Bal.appellat hoc
brocardum in l.ſi quis iuſiurandum.C.de reb. cre. &
de iureiur.& And.Tiraq.in d.§.hoc ſermone.in limit.
9.num.10.

*SVMMARIVM.*

1 *Executor teſtamentarius poſtquam declarauit, in quam cauſam piam velit pecuniam expendi, amplius variare & mutare cauſam ſemel declaratam non poteſt.*

2 *Epiſcopus exequens voluntatem teſtatoris, quando non ritè fecit, poteſt variare.*

## SOLVTIO VII.

1 Septimò, † Executor teſtamentarius,
poſtquam pecuniam exequendam in
cauſam piam elegerit, & declarauerit,
in quam piam cauſam ſit expendenda
non poteſt ampliùs variare & mutare
cauſam ſemel declaratam:vt in terminis probat Abb.
in conſ.11.Tria ſunt,in vlt.dub.lib.2.per d.l.apud Au
fidium.& d.l.huiuſmodi.§.Stichum & d. l. ſtatulibe-
rum.§.fin.& ex eo, quòd habens commiſſionem eli-
gendi facta electione, functus eſt officio ſuo, & non
poteſt mutare voluntatem,per c.publicato.& c. cum
inter.de elect.& c.ſi compromiſſarius.eo.lib.6.& c.in
literis.de offi.dele.& l.iudex.ff.de re iud.& alia,vt ibi
per eum. Id verum puto, ſi electio vel declaratio ſit
ita complete & formiter & validè facta, quòd omni-
no dici poſſit eſſe acquiſitũ ius perſonæ ſeu loco de-
claratio,per dicta ſuprà de hærede quarto loco, & ni-
hil ipſi executori ſuperſit ad agendum:per not. verba
l.pen.in fi.C.de his.quib.vt indig.& no.per glo.Bart.
& alios in d.l.ſerui electione. maximè ſuper illis ver-
2 bis,Volo eligere. Item † limita in Epiſcopo executo-
re,qui licet poſſit dare hæreditatem ſpurio teſtatoris,
qui non poteſt moleſtari,poteſt tamen ipſe reuocare,
quod fecit,quia non ritè facit,tradit Bald.in l.id quod
pauperib.col.fin.ver.aduerte,quia hoc concludit. C.
de epi.& cler.

*SVMMARIVM.*

1 *Doctor interpretans in cauſa diuerſa poteſt mutare, & tenere opinionem, quæ ſibi magis placet, cum in nullius detrimentum vertatur, ſecùs, ſi in alterius præiudicium verteretur, & niſi ſuum eſſet dedecus ob erubeſcendam varietatem iudicij, & maximè, vbi non reddat rationem probabilem contrarietatis.*

2 *Opinio Doctoris dicitur probabilis, & non neceſſaria.*

3 *Contrarietas in doctore facit: quòd minùs ei credatur.*

4 *Baldus aliquando ex ſuo capite, & ſine intellectu, locutus eſt, & ſine iure, & eius cerebrum continuè voluebatur, ſicut auis in aëre, & in quocunque difficili articulo ſolet varius reperiri, circa hanc rem plura de Bald. ibidem.*

5 *Relatio doctrinæ ponderanda eſt, & non opinio doctorum, & non quis dicat, ſed quid dicatur, attendendum.*

6 *Bar. & Bal. quales diiudicentur per Pau. de Caſt.*

7 *Doctor interpretans in eadem cauſa, & in eodem teſtamẽto, qui poteſt interuenire tripliciter, aut conſulendo, aut aduocando, aut iudicando, & in his tribus ſic eſſe debet, in conſulendo cautus, in patrocinando fidelis, in iudicando iuſtus.*

8 *Doctor aduocando interueniens, dicitur etiam quodammodo interpretari.*

9 *Aduocatus bonus alicui magis prodeſſe poteſt, quàm bonus iudex.*

10 *Aduocatus iure vtens officio ſuo, duriorem melioremq; vitam agit, quàm Fratres Mendicantes.*

11 *Iudex in cauſis ſemper debet ſequi veritatem, aduocatus verò poteſt ſequi veriſimile, quomodo hoc intelligatur.*

12 *Doctor aduocando poſtquam ſententiam ſuam vni parti propalauit, & patrocinium præſtare cœpit, eam nullo modo reuocare poteſt ſuam partem deſerendo, aduerſam adiuuando: nam vti præuaricator eſſet puniendus.*

13 *Doctor conſulendo voluntariè vni parti, ſi ſibi punctus facti varietur, poteſt mutare & variare interpretationẽ, & conſilium ad gratiam alterius partis.*

14 *Diuerſitas punctorum facit emanari diuerſum conſilium.*

15 *Doctor conſulendo voluntariè vni parti, ſi ſibi non varietur punctus facti, & cognouerit certè, ſe erroneum cõſilium dediſſe, non vertente tamen alterius præiudicio, poterit tale conſilium reuocare, erroneum corrigendo.*

16 *Doctor conſulendo deciſiuè ex commiſſione iudicis vel partium, ſicq; iudicando quodammodo, non poteſt variare ſeu mutare cõſilium, etiam ſi errauerit: & de hoc plura ibidem.*

17 *Doctores conſulentes omnimodo debent cauere à variationibus; tanquam ab igne ob linguarum malignitatẽ, etiam in quocunque caſu.*

18 *Regulæ iuris ſunt ſeruandæ, ſi abeſt error; & quandoque faciunt recedi à verbis & à mente teſtatoris, & nunquam eſt conſulendum contra conſcientiam, & in caſu variationis opinionum doctorum, cui opinioni magis ſit ſtandum.*

19 *Opinio doct. quæ ſit tenenda in caſu variationis.*

## SOLVTIO VIII.

Octavo de Doctore interpretante,an
poſſit mutare conſilium,videndum eſt.
Aut in eadem cauſa, & in eodem teſta-
mento loquimur, aut in diuerſa cauſa.
1 In† cauſa enim diuerſa nihil videtur im
pedimenti,qui mutare & tenere poſſit interpretatio-
nem & opinionem,quæ ſibi magis placeat,cũ in nul-
lius detrimentum vertatur, quod alterius præiudiciũ
impedire conſilij mutationem liquet, per d.reg. mu-
tare.cum concor.niſi quòd ſuum eſſet dedecus, ob e-
rubeſcendam varietatem iudicij:l.fi.in fi.C. de mod.
mulct.vbi præſertim huiuſmodi contrarietatis pro-
2 babilem rationem non redderet,& † aliâs ſua opinio
dicitur probabilis,& non neceſſaria:per gl.& doct.in
l.1.C.de leg.quandoquidem etiam ratione reddita ob
3 contrarietatem ei † minùs eſſet credendum,vt de do-
ctoribus.ſibi contrariis dicit Aym.conſi.12.ſub num.
7.per l.qui falſa vel varia. ff. de teſt. & conſi. 125. ſub
numero.20.

Attamen cognoſcens vel dubitãs forſam id ſæpiùs
ſibi potuiſſe euenire: Bald.in l. Labeo. de ſerui. ruſti.
præd.dicit gl.ibi facere ad excuſationem doctorũ qui
diuerſis temporib. per imbecillitatem memoriæ vel
propter mutationem opi.fecerunt diuerſa conſilia.

4 Nam † Bal.aliquando ex ſuo capite,& ſine intelle-
ctu locutus eſt,& ſine iure, & eius cerebrum cõtinuè
voluebatur,ſicut auis in aëre,vnde in quocunque dif-
ficili articulo ſolet varius reperiri, alios dicentes alle-
gat Aym.conſi.285.ſub ver.11.& alia de Bal.quòd tan
tum ſubtilizauit,quòd ſeipſum fregit, & volat modò
ſurſum,modò deorſum,modò à dextris, modò à ſini-
ſtris, & nunquam perſiſtit in eodem, & quandoque
adeò altè volat, quòd euaneſcit ab oculis debilium,
& habuit ingenium volatile propter copiam rerum,
dabat quoque reſponſiones fugitiuas,ipſe dubitabat,
ne aliàs contrarium dixerit:quia intellectus eius non
erat ſemper in eodem torrente, eius intellectus voli-
tauit ad extranea in virgulis cancellatis, quia ſomnia
bat in Peruſio,loquitur aliquando ex ſuo volatili in-
genio,& non appenſatè, fuit ſubtiliſſimi ingenij, &
talis, quòd ex nimia ſubtilitate licet non malitioſè
frequenter variabat,more ſuo ſibi contrarius ob inge
nij ſui altum acumen,diuerſis temporibus diuerſa &
contraria fundamenta faciebat, ob cadentem noſtrũ
ſermonem de variatione doctoris interpretantis,hæc
de Baldi variatione dicta recenſui, quæ cum ſuis au-
ctorib.alle.Neuiz.in ſua ſyl.nup.in 5.li.fo.mihi. 189.
vbi etiam de Bald. auctoritate & excellentia plurima
alia dicta & laudes refert And.Tiraq.in l.ſi.vnquam.
in ver.donatione ſub nu.273.ſatis enim nunquã poſ-
ſet laudari, cùm ius noſtrum mirum in modum am-
pliauerit,ornauerit,ſi quod pulchrũ dictũ extat in iu
re cuiq; profeſſioni conſonum à Baldo inuentũ eſt,
idem Tiraq.in tract.ceſ.cau.de Baldo dicit, in 7.limi.
Quoquo te vertas,illum vbique reperies, & ſententia
Baldi,non habentis contradicentem, in conſulendo,
& iudicando,tenẽda eſt: Alex.conſ.145.lib.5.& in l.ſi
ab hoſtib.col.2.ſol.mat.Fulg.cõſ.26.in fi.& Dec. cõſ.
283.ſub nu.3.variationes autẽ Baldi in locis variis re-
putari & haberi poſſunt tot diuerſæ auctoritates di-
uerſorum doctorum,cnm quæque earum ſuis funda-
mentis fulcitæ ſint,vt tenet Neuiz. in dicto loco alle-
gãdo Iaſ.in l.Gallus.§.ille caſus.col.2.de lib.& poſth.
5 dum Bald.ab Alexan.defendit: quia † ratio doctrinæ
ponderanda eſt,& non opinio doct.Cur.Senio.conſi.
77.Super motiuis.circa fi.& non,quis dicat,ſed,quid
dicatur, attendendum: Alber.in l.Labeo.de ſuppell.
lega.Audi adhuc,quæ reliquit ſcripta Pau.de Caſt.in
6 l.aduerſus.in fin.C.ſi aduer.rem iudi.de † Bartolo &
Baldo verba vulgaria hæc: Et per certo fù vn polito
Dottore,& ſeppe bene anco lui indurre piu ſutilmen
te che Bartolo.Mà pur Bartolo generalmente ſeguita
meglio il vero che Baldo,de his eſt magnum teſtimo
nium Pau. de Caſtr. à varietate cauendum tamen, vt
modò dicam.

7 In cauſa vero † eadem & in eodem teſtamento Do-
ctor interpretans, aut interuenit aduocando, & pa-
trocinando,aut conſulendo voluntariè vni parti, aut
conſulendo deciſiuè ex commiſſione à iudice, vel à
partibus facta:in his enim tribus,ſcilicet in conſulen-
do cautus, in patrocinando fidelis : in iudicando iu-
ſtus Iuriſconſultus eſſe debet,dicit Archidia.in c.non
8 licet.11.quæſt.3.Primo caſu † aduocando etiam inter-
ueniens dicitur, quodammodo interpretari, vt indi-
cant verba l.aduocati. C. de aduoc. diu. iudi.ibi : qui
diminuunt ambigua facta cauſarum, ſatis dicitur in-
terpretari clienti ſuo, qui ab eo deſiderat conſilium
veritatis, & auxilium defenſionis iuſtitiæ, & bonas
allegationes : per quas enim maximè in paſſibus du-
biis animus iudicantis ad cognoſcendam iuris verita
tem adducitur & informatur, not. Bald.in auctẽn.iu-
bemus. in princ.C.de iudi. meritò dicebat Fulg. in l.
quòd ſi nolit.§.mancipium. ff. de ædi.edict. quod melius
eſt habere bonum aduocatum, quàm bonum iudicẽ:
9 † qui dicitur docere iudicem,& cliẽtulos ignaros,per
10 d.l.aduocati.† & iure vtens officio ſuo, duriorẽ me-
lioremq; vitã agit,quàm Fratres Mendicantes ſecun-
dum Hoſt.in procem. ſuæ ſum. col.4. refert Rip. in l.
Centurio.col.6.ſub num. 17.de vulga.& pupil.& Pe-
trus Lenauderius in tract. de priui.doct.in 3.parte,in
1.quæſt.in fi.Quod autem dicit Cicero in lib.2. Offic.
11 in cap.Prima † igitur iudicis eſt ſemper in cauſis ve-
rum ſequi,patroni nonnunquam veriſimile, etiam ſi
minùs ſit verum, defendere, intelligitur reſpectiuè,
ſecũdum terminos,de quibus loquitur, ſcilicet,quòd
melius eſt,vel minus malum, non tamen ſemper, ſed
aliquando aduocatum defendere nocentem, quàm
accuſare innocentem:at iudex id nõ debet facere, ſed
ſemper veritatem ſequi,& per Ancha.in conſ.219.Mi-
rum.ad fi.licet in iudice etiam tantundem vel ſimile
aſſentire videtur Iuriſconſul.in l.abſentem. in princi.
ff.de pœn.his notis verbis, ſanctius enim eſſe impu-
nitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem
damnare. Sed noſtrum non eſt hîc vlteriùs deſcribe-
re partes Aduocatorum.De his videndi ſunt ſpeciales
tracta. Specu. Caccialup. Lancelo. Poli. Cum enim
fuerunt eorum officio rectè & ſincerè functi,æquo a-
nimo ferant,ſi placeat iudici,contrariam ferre ſenten
tiam,quia & Paulus Iuriſconſult. coram Prætore pe-
tens, vt Aduocatus non obtinuit: vt in l.quæſitum.§.
cum vir.de lega.3.Quantum verò attinet caſui noſtro
12 id omnino ſeruandum eſt, quòd poſtquàm † doctor
aduocando ſententiam ſuam vni parti propalauerit
& patrocinium præſtare cœperit,eam nullo pacto re
uocare poteſt,ſuam partem deſerendo, diuerſámque
partem adiuuando, aliàs vti præuaricator puniendus
eſſet,vt l.1.ff.de prę ua.latè ponit Paris de Put.in tract.
de ſyndi.in Rub.de exceſſi. aduocat. & audiui quen-
dam ſimilem,quem etiam noui magnum aduocatum
in Ciuitate magna fuiſſe à parte ipſa prodita punitũ,
& gladio peremptũ,ſi non iure, tamẽ vulgo probãte.

13 Secundo caſu, † conſulendo voluntariè vni parti,
& tunc aut ſibi variatur punctus facti, & poteſt mu-
tare,& variare interpretationem & conſilium ad gra-
tiam alterius partis, quia quælibet mutatio facti to-
tam iuris deciſionem mutare facit:Specu. in titul.de
aduo.§.nunc tractemus.col.1.Alber.in l. ſi ex plagis.
§.in cliuo.ff.ad leg.Aquil.Deci.in l.quandiu.num. 4.
C.qui admit.in nouis addit.& in conſ.584.num.1. &
conſ.599.num.6.& in l.precibus.col.2.in 2.not.C.de
impub. vbi dicit, quòd Socin. in eadem cauſa magni
ponderis pro vtraque parte variato facto couſuluit,
qui ſecum de hoc loquens, aliqualirer erubuit, quia
(dicit ibi Dec.)licet de rigore iuris hoc fieri poſſit ſal-
ua conſcientia,non poteſt tamen euitari maxima ſu-
ſpicio voracitatis,& auaritiæ ad lucrum, hoc ideo nõ
debet fieri,quia non omne quod licet, honeſtum eſt:
l.ſemper.de reg.iur.idque faciendum, ſi viſum fuerit
in melius mutare opinionem, videtur innuere clau-
ſula illa proteſtatiua ſolita poni in conſiliis volunta-
riis,ſaluo ſaniori conſilio,vel meliori firmiorique iu-
dicio,ſententia,& opinione,ad l.Claudius.ad fin. qui
pot.in pig.hab.& ibi Barto.dicit, quòd ita multi di-
cunt in ſuis conſiliis & diſputationibus, vt per Hier.
Cagn.in l.nemo poteſt mutare.de reg.iur. Mutatio
quoque verborum etiam modica, valdè mutat effe-
ctum.Specul.in tit.de exceptio.§. viſo. circa princip.
Exiſtimo iſta de cauſa,& cũ iſto iuris miniſterio Scæ-
uolam Iuriſconſultum in legibus, nomini ſuo aſcri-
ptis,ſæpiùs reperiri eum affirmatiuè, vel negatiuè re-
ſpondere, ſecundum ea, quæ proponebantur, quaſi
omnino

omnino ſuum reſponſum eſſet accommodatum & reſtrictum omni proprietati,& qualitati facti propoſiti,itaq; ſi aliter reperiretur ſe habere factum , quàm propoſitum fuerit , reſponſum datum aliter non haberet locum , ſed diuerſum, & mutatum intelligeretur,ſic ab huiuſmodi more Scæuolæ Iuriſcon.Dec.in ſuis conſiliis frequenter capit exordium , prout Bald.
14 dicit conſ.241.Caſus talis.in fi.lib.1.† Quare ſecundū diuerſitatem punctorum ſe reddere diuerſum conſilium inquit idem Bal.conſ.12. Quidam nomine Angelutius.lib.2.refert Dec.in d.l.precibus.colum.2.ita tunc ſecundum diuerſitatem terminorum omnes opinio.potuerunt dici veræ:Bal.in l.Mæuio.in prin.in
15 fi.de lega.1.aut non† variatur punctus facti,& tunc:ſi cognouerit certè conſultor ſe erroneum conſiliū dediſſe,cum alterius præiudicium non vertatur, poterit tale conſilium reuocare, & errorem corrigere: vt per Bal.& Ange.in l.Labeo.de ſeruit.ruſtic.præd.& Bald. in l.fi.§.ſed cum in ſecundam.in fin.per tex.ibi. C.de furt.& in aliis allega. per Dec.& Hiero.Cagno.in d.l. nemo poteſt mutare:quia ſapientis eſt,& licitum corrigere ſuum errorē,& nō expectare ſe corrigi ab alio. §.1.in fin.in auten.de nupt.glo.in l. nonnunquam.ff. de collat.bon.plenè poſt Alex. tradit Iaſ.in l. ſi ex toto.§.fi.col.pen.& fin.de lega.1.& in l.edita.col.4.in 5. not.C.de edend.pèr Aym.conſ.236.ad fin.& Hieron. Cagn.in d.l.nemo poteſt mutare. num.4.vltra oſtenſionem erroris data excuſatione humanæ imbecillitatis iuxta illud:Nemo ſapit omnib.horis.&, Quandoque bonus dormitat Homerus. in d.ſyl. nupti.lib. 5.in 3.limitat.fol.mihi.207. ad executionem quoque ſui conſilij licebit dicere, malè fuiſſe ſibi narratum factum.ſic admonet Raphaël. Fulg.in l.2.col.2.ver.tollite ſimilem.ff.de inoffio.teſtam.vel præfari, quòd facti narratione prolixa diligentiùs ponderata, ex quibuſdam in facto pro veris præſuppoſitis per literas intimatas, prout mutando ſuum conſilium fecit Ancha.conſi.221.Viſa dicti facti narratione.Non tamen puto, quòd poſſit conſulere pro altera parte , per ea, quæ dicta ſunt ſuprà, quando interuenit aduocando: nam dicit Paris de Put. in tracta.de ſyndic.in Rub.de exceſ.aduoc.vt ſuprà alleg.& circa fi. ꝙ aut tanquam cōſultori.aut aduocato,ſi nudata ſibi ſint ſecreta cauſæ & ſolutum condignum ſalarium,non debet cōtrariis partib.conſulere,ſecùs , ſi ſolum fuiſſet tentatus à parte,quia poſſet cōſulere,& aduocare pro altera parte,vt ibi per eum.

16 Tertio caſu,quando † conſuluit deciſiuè ex commiſſione iudicis vel partium : tunc non poteſt variare ſeu mutare cōſilium,etiam ſi errauerit , per legem, quia arbiter.ff.de arbit.& quia functus eſt officio ſuo, æquiparando eum iudici delegato , ſecundum Bal.& Philip.Franc.in d.c.mutare.in princ.de reg.iur. in 6. approbant Dec. & Hiero. Cagno.in d.l.nemo poteſt mutare.& Dec.in l.1.§.ſi quis.ff. quod quiſque iur. & in l.ædita.col.2.num.11.12.C.de æded.vbi ſimilia & plura de variatione tradit , & eſt plena apoſtil. ad Alexand.in l.in ratione.la.1.§.ſi filio.ad fi.ad l.Falc.quę deciſio redditur dubia ex eo,quòd Ioan. Andr. dicit in additio.incip.Similia occurrit hic.ad Specu in tit. de requi conſi.in 4.col. quod in continenti talis conſultor poteſt mutare conſilium , & ex interuallo poterit ſi bona ratione vel lege:per l.diui.de iu.patron. & loquitur Ioan.Andr.in cōſultore requiſito ad conſulendum iudici pro deciſione cauſæ, ſecundum titu. & materiam ibi pertractatam : argumen. l. Imperator.ff.de in di.adiect.idem ſentit Bal.in d.l.fin.§.cum in ſecundam.in fi.cum dicat,illū, qui malè conſuluit poſſe conſilium emēdare,etiam ſi non emendet , non debet iudex errorem conſultoris ſequi. Solutio dubitationis eſſe poteſt,quòd ſi conſultor ſiue ex conuentione partium , ſiue ex lege aliqua municipali talem & tantam habeat auctoritatem , ſiue poteſtatē , quòd iudex,ſiue partes,non poſſunt euitare,quin cauſa ſuo conſilio decidatur,prout Bart.doct.& alij tradunt in l.ſi conuenerit.ff.de re.iudi.tunc dato, & prolato cōſilio,non poſſet illud mutare.per doct. Bald. & aliorum in d.c.mutare.& in d.l.nemo.& quia non poſſet mutare,& tollere ius parti, pro qua eſſet latum conſilium,per dictam reg.mutare , & argumen. l. Paulus la 1.& l.iudex.ff.de re iudic. & quia conſultor accedit potius ad viam diffinitiuæ,quàm interloquutoriæ,dicit Præp.Mediolan.in c.cum ceſſante.col.16.in 19.fallen.de appellat.& in ſpecie tradit Scala Patauinus in tract.de conſi.ſapien.c.23.lib.3.ſi autem talem poteſtatem non habeat ſuum conſilium, eſſet vti voluntariè habitum,& ita tunc procedere debeat circa variationem & mutationē ea,quæ dicta ſunt ſuprà, quoad conſilium voluntariè datum,per eadem iura , aucto-
17 ritates & rationes. Quocunque † caſu tamē doctores exclamant,Doctoribus conſulentibus eſſe cauendum ab huiuſmodi variantibus,tanquam ab igne, ob malignitatē linguarū:vt per Angel.in d.l.Labeo.& Iaſo. in l.ædita.col. 4. in 5.not. C.de edend.Deci.& Cagn. in d.l.nemo poteſt mutare, certè erubeſcenda eſt iſta varietas,dicit Bal.in l. de tutela.nu.4. C. de in integr. reſtitu. mino. ſi enim in quolibet alio vicio inconſtantiæ contrarium virtuti conſtantiæ ſuſpicionibus malis plenum eſt, hoc præcipuum eſt in doctore reſpondente de iure & iuſtitia, quæ diffinitur conſtans & perpetua voluntas,&c. vt vitium hoc contrarietatis euitetur:Quiſque diligenter ſtudeat,antequam reſpondeat, & ſemper ſequitur veritatem & æquitatē, dicit laborioſus & aliorum collector Neuiz. in dicta
18 ſylua.nupt.in 5.lib.fol.190.† non poterimus errare,ſi faciamus fundamenta in regu. iu. dicit Bald. in conſ. 36.factum ſic ſe habere videtur,lib.1.receditur enim à verbis & mente teſtatoris : vt ſeruentur regulæ iuris, vt probat Alexād.conſ.162.Circa primum.col. ſi.vet. ad prædictorum confirmationem. lib.2. & nunquam contra conſcientiam eſt conſulendum,Ang.in l.1. C.
19 de fal.c.in caſu † autē variationis opinio. doct.cui opinioni magis ſit ſtandum,ponitur in d.ſyl.nupt.d.li. 5.fol.190.nu.26.per Hiero.Cagno.in d.l.nemo poteſt mutare.& Cur.Sen.in conſ.64. Antiquiſſima.col.12. in fi.& conſi.77.Super motiuis.in fi.& Pariſ.conſ.65. num.23.lib.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Valor monetæ legatæ attenditur ſecundum tempus conditi teſtamenti,& poſtea mutari non poteſt,niſi ex mente teſtatoris aliud comprehendatur,reſpiciens futurum.*
*Fallit,ſi verba teſtatoris ſint talia, quòd etiam futura comprehendant,quia tunc variatio contingeret:idem dicendum eſt in acceſſoriis,ad rem primo legatam.*
2 *Qualitas requiſita pro conditione legati , cum ſemel euenerit conditio, ceſſante poſtea qualitate , non tamen variatur interpretatio,vt legatum non ſemper debeatur.*
3 *Veneti non ſeruant iura communia,quo ad authoritatem neceſſariam,ſed quoad probabilem, bene animaduertūt, prout ſit in Conſiſtorio Principis,vbi non lex,ſed ratio legis attenditur.*
3 *Piſaurum ciuitas antiquiſſima & nobilis.*
5 *Implementum conditionis , an & quātum durare debeat, quæſtio ibidem declaratur.*
6 *Lex interpretando voluntatem teſtatoris,ſi faciat fundamentum in factis,cauſis,qualitatibus , vel effectibus momentaneis ex certo tempore verificatis, & executis, non mutat interpretationem ſemel factam.*



7 *Lex ſi ſe mutat in ſucceſſiuis , & ſucceſſio tempore adimplendis,verificandis,& exequendis , factis, qualitatibus, actibus,cauſis,& effectibus,tunc mutatur & variatur interpretatio,prout variantur ipſæ cauſæ.*
8 *Lex aliquando vel conſuetudo interpretatur ſecundum poteſtatem , ſtatum, vel qualitatem perſonæ honoratæ, vel grauatæ diſpoſitionem teſtatoris,quæ ex re diſpoſita ſuppoſita ex pluribus inditiis,prout quandoque qualitas ipſa perſonæ honoratæ vel grauatæ variare contigerit,ſi alio tempore huiuſmodi qualitas mutaretur , tunc lex vel conſuetudo mutatur ſuam interpretationem conuenientem qualitati mutatæ.*
9 *Varietas temporis,facit variare verborum interpretationem.*
10 *Subſtitutio vulgaris habet diuerſam interpretationē,ſcilicet,vel ſi inſtitutus ſibi non quæſierit hæreditatem,vel mutata conditione alium hæredem non fecerit, ſicq; ſecundum varietatem temporum variatur interpretatio diſpoſitionis.*
11 *Mutata perſona, mutatur & iuris diſpoſitio,ſi & propter variationem qualitatis perſonæ, cui adijcitur , eiuſdem verbi variatur interpretatio.*
12 *Mutatio qualitatis & conditionis perſonarum & rerum plerūque producit varias iuris interpretationes, & effectus,& iuris diuerſa miniſteria importat.*
13 *Mutata qualitate & ſtatu rerū, extinguitur eius effectus prioris ſtatus , & res ipſæ, ſecundum præſentem ſtatum iudicantur & regulantur.*
14 *Qualitas rerum mutatur,& ſequitur conditionem perſonarum ,quibus res ipſæ acquiruntur,& ibidem plura de mutatione qualitatis perſonarum .*
15 *Monachus effectus Epiſcopus,non deſinit eſſe monachus.*
16 *Tabellio effectus doctor,non deſinit eſſe tabellio.*
17 *Mutatio qualitatis ſi fieret bona gratia , & illam,qui habet auctoritatem dandi huiuſmodi qualitatem, nō admittitur,qod eſt acquiſitum cum qualitate ſic mutata.*
18 *Lex aliquando diſpoſitionem teſtatoris expreſſam variando facit aliā interpretationem ex aliqua ſuperueniēte per teſtamentum vel poſt mortem teſtatoris , quam ſic nihilominus feciſſet teſtator,ſi de tali mutatione,& cauſa ſuperuenienti cogitaſſet.*
19 *Promiſſio facta per hæredem de ſtando certo teſtamento cū conſenſu teſtatoris,non tenet per aliud teſtamentum factum,reuocans illud promiſſum obſeruari.*
20 *Mutatio morum adminiſtratoris dati facit præſumi mutatam voluntatem eius, qui adminiſtrationem conceſſit.*
21 *Pater legans filio religioſo ordinis prædicatorum cum clauſula,quod plus non petat,aliis filiis inſtitutis,cum ſubſtitutione inuicem inter eos facta mortuis filiis omnibus, vocatur religioſus,non obſtante illa clauſula.*
22 *Scientia teſtatoris multa operatur circa mutationes ſubſecutas.*
23 *Verba diſpoſitionis relata ad certam perſonam,vel ad certum tempus, intelliguntur cum hac conditione tacita, ſi res permanſerit in eodem ſtatu.*

## SOLVTIO IX.

NONO de legibus,ſtatutis, vel conſuetudine interpretantibus, inſiſtendo ſuper his,quandoque reperiuntur teſtatorum voluntates interpretari , poſſunt conſiderari aliqui caſus.Namque aliquando lex vel conſuetudo interpretatur verba teſtatoris ad proximum ſenſum teſtatoris, qui naſcitur,& eſt eodem tempore , cum ipſorum verborum prolatione:licet alio tempore ſuper eiſdē verbis mutetur interpretatio legis , vel conſuetudinis eiuſdem, non tamen variatur prima interpretatio : quia ſenſus teſtatoris per verba iam emiſſa oſtenſus, non muta-
1 tur. † Ecce iam annus eſt elapſus: Teſtator legauit mihi decem;lex interpretatur,ſecundum monetam tunc currentem,non poſtea incipientem currere, vt tradit Bald.in conſ.407. In quæſtione quæ vertitur. col.fin. ver.aut diſponit ſuper alio.lib.1. latius in legato monetæ interpretationem à conſuetudine, datam ſecundum tempus teſtamenti,poſtea non poſſe mutari,probat Soc.in conſ.6.Prædicta conſultatione col.2.lib.1. quod procedit,niſi verba teſtatoris ſint talia, ꝙ comprehendant etiam futura: quia tunc variatio contingeret,prout magiſtraliter,& ad plenum tradit Bart.in l.ſi ita eſſet.de aur.& arg.leg. idem eſſet dicendum in acceſſoriis ad rem primò legatam:Roma.in ſing.497. incip.tex.in l.ſi ita.

2 Aliquando legis interpretatio ſit ſuper† qualitate requiſita pro conditione aſcripta legato : ſi enim ſemel euenerit conditio,& poſtea qualitas ceſſet tamen non variatur dicta interpretatio , vt legatum ſemper non debeatur, quia firmum remanet conditione ſemel impleta:vt ſi legatum factū ſit mulieri vel filiæ, ſi erit vel remanſerit vidua, quandocunque erit vidua, legatum debetur, & non admittitur,ſi iterum nubat. tex.eſt in l.fin.C.de indic.vidu.tollen.& ibi Bal.circa prin.& ibi Paul.de Caſt.in §.ſed quia dicit, quòd de facto habuit Venetiis in quæſtione magni legati facti filiæ,ſi vel cum erit vidua,& vertente coram M.Ciuibus,qui cum eſſent deliberati in contrarium , videntes ſuum conſilium,& iſtum tex. mutauerunt propoſitum,& dederunt ſententiam pro legato,etiam quòd
3 legataria poſtea effecta vidua nupſerit. Quod† eſt contra aliquos aſſerentes Dominos Venetos in eorum iudiciis paruifacere iudicia communia,& verum,quo ad auctoritatem neceſſariam,ſed quo ad probabilem, bene animaduertunt, prout fit in Conſiſtorio Principis, vbi non lex, ſed ratio legis attenditur, & allegat Bald.in §.iniuria. col.pen.de pac.iur.fir. Pariſ.de ſyndi.in dict.teſtis.ver.fui ſemel.circa fi.Prædictam concluſionem refert,& comprobat And.Tiraq.in l.ſi vnquam.ver.ſuſceperit. ver.189. de reuo.donat.allegando inter cæt.Paul.de Caſt.conſil.184. Ex facto.lib.2. quod eſt domini Antonij de Andarellis de Gradaria,
4 quod eſt oppidum amœnum diſtrictum† PISAVRI PATRIÆ MEÆ: Cui etiam nominandi honoris gratia debeo, ſicut huius, vti loci celebris , & magis noti meminit Cic.in Orat.pro P.Seſtio.33. 4.Tomo. his verbis:Et idē M.Aulanum TRIB. MILIT. Antonij Capua præcipitem eiecit hominem perditum, & non obſcuræ PISAVRI. & in aliis Agri Gallici partibus in illa coniuratione verſatū,&c. Et quia antiquiſſima eſt CIVITAS, & quia munita mœnibus, VIRIS etiam armigeris eſt armipotēs,& tenaciſſima fœderis,quod promittit principibus ſuis:ergo NOBILIS eſt ciuitas,& hæc(quæ faciunt ciuitatem nobilem) not.Azo in ſumm.col.2.ver.ad prædicta.C.de cenſi.& cenſitor.lib.11.per l.1.in prin.ff.de cenſi.Eandem,quæ ſupra relata eſt, concluſionem firmat Pariſ. conſ.95.num.50.lib.2. poſt Ant.de Butr.latè in conſ. 30.& in ſpecie Bald.in conſil.42. Præmittendum eſt. lib.5.quæ quidem procedit, niſi qualitas perſonæ teſtatoris aliud ſuaderet, vt filius relinqueret matri, ſi remanebit vidua,vel maritus vxori ſimiliter,ſi remaneret vidua,non ſufficeret ſemel eſſe viduam,niſi perſeueraret in viduitate , cum mater ſecundo nubendo facit iniuriam filio , & vxor facit contriſtari animam prædefuncti mariti, vt diſtinguendo in materia tenet Ang.

Angel.in conſil.34.Conſtantinus Herculani. colum.
fina.& in l.in ſubſtitutione. de vulga. & pupilla. vbi
5 Imol,† videtur hoc impugnare, quod priuatio lega-
ti non inducatur conditione ſemel impleta, per
dictas ll.legis in ſubſtitutione. & l.ſi quis hæredem.
C.de inſtit.& ſubſti.& ibi Saly. nu.2.quæ indiſtinctè
loquuntur, & à verbis earum non eſt recedendum,l.
nō aliter.de leg.3.& ſecundum earum intellectum te-
ſtator videtur intellexiſſe,ex quo aliter nō diſpoſuit,
Aret.ibidem col.penul.ſequendo Angelum, reſpon-
det rationi Imol.quod parum vrgeat, quia cauſa po-
teſt reſtrigere,vel ampliare legatum, etiam impro-
priando verba, vbi reperitur alia lex. limitans dictas
ll.quæ eſt.l.Titio centum.in princip.de condit.& de-
monſt.de cauſa, propter quam præſumitur, teſtato-
rem voluiſſe implementum conditionis durare, ſuf-
ficit apparere verè,vel præſumptiuè, vt ibi per eum &
latius in 2.col.in fi.ſed ibidem Alex.verbis ſatis inuo
lutis ſequendo Rapha.videtur tenere cum Imo.exce-
pto caſu mariti legantis vxori, ſi vel cum erit vidua,
quod in tali legato procedat diſtinctio Ange. in caſu
filij,ſic relinquentis matri credo Imo. & alios bene
ſentire,quia fundamentum Ang.de iniuria illata filio
per tranſitum matris ad alia vota non videtur proce-
dere poſt mortem filij, quando legatum acquiritur
matri,quia poſt mortem de iniuria ceſſat querimo-
nia:l.final.de re dona.& iura alleg.per Angel.ſcilicet.
§.proſpeximus.in auct.de non eligendi. & §. venient.
in auct. de nupt. loquuntur de filiis viuis æqualiter
exhonoratis per ſecundas nuptias matris æqualiter à
matre tractandis:verum,filiis defunctis omnibus ma
ter nupta pleno iure retinet eorum ſucceſſiones, per
tex.in l.fœminæ.§.quod ſi nullam. & ex teſtamento
ſuccedit, ſicut quilibet alius. aucten. ex teſtamento.
ibi ſeq.C.de ſecun.nupt. Ergo & legatum à filio reli-
ctum debet conſequi eo modo,quo cōſequeretur alia
extranea mulier legataria,per dictam aucten.ticam,ex
teſtamento.

Redeundo ad principalē caſum,ſi lex interpretan-
6 do voluntatem † teſtatoris fundamētum faciat in fa-
ctis,cauſis,qualitatibus, vel effectibus momentaneis
ex certo tempore verificatis & executis, non mutat
interpretationem ſemel factam,per tex.in d.l.in ſub-
ſtitutione.& in d.l.ſi quis hæredem.vbi poſt alios Iaſ.
exinde facit regulam,& eam ad plures caſus ampliat,
& quatuor modis limitat,vt ibi per eum,& per Bart.
in l.ex facto.col.2.de vulg.& pupil.vbi magiſtraliter
diſtinguit, quo tempore requiratur adeſſe qualitas
aliqua,& ibi Rip.nu.29.& ſeq.

7 Si verò in† ſucceſſiuis & ſucceſſiuo tempore adim
plendis verificādis & exequendis factis,qualitatibus,
actibus,cauſis, vel effectibus ſe fundet,mutatur & va
riatur interpretatio,prout variātur & mutantur ipſæ
cauſæ,acta,vel tēpora,vt l.cum vnus.in fi.de ali.leg.&
l.ſi quis ita legauerit.de cond.& demonſt.& l.qui bo
na fide.§.1.de acqui.re.dom.Bar.& alij in l.ſi fideiuſ-
ſor.§.fin.de lega.1.& generaliter,vbi factum.vel quid
aliud requireretur durare & perſeuerare, vel ne, tra-
ctant doct.in d.l.in ſubſtitutione.in d.l.ſi quis hære-
dem.& in d.l.ſi fideiuſſor.§.fi.Imo.in Clemen.2. col.
3.de reſcrip.Bal.in l.minoribus. in fi.col. & ibi Alex.
& Iaſ.C.de his qui.vt indi.Ang.in l.ſi poſſeſſor. §.ait
ſenatus.ff.de pet.hæred.Bar. Pau.de Caſt.in l.nume-
rationibus.ff.de ſol.Bal.in l.ſi mater.C.de.dona.ante
nupt.Bart.in l.adulter. §.nupta.ff.de adulter.Paul.de
Caſt.in l.2.§.liberos.num.5. ff.de in ius voc. Afflict.
in decif.341.num.5.Bart.in l.3.in fi.ff.de fideiuſſ.Bal.
in l. 1. in fi.ſi aduerſ.delict. et in l.in quibus. ver.ſed
hic concurrit alia q.de ſecund. nupt. Tiraq. in d.l.ſi
vnquam.in ver.ſuſceperit.num.167.cum ſeq.et tract.
ceſſ. ca. in limit. 4.& 23. & Albertus Brunus,in tra-
ctatu de permutatione.ſeu perſeueret. Oldradus con
ſilio 141. conſilio 243. Baldus conſilio quinquageſi-
moſeptimo, numero ſecundo,libro ſecundo, & con-
ſilio quadrageſimoſecundo, libro quinto, & in l.ſi
quis ita.in principio.de conditione & demonſtratio-
ne.& Corneus in conſilio ſeptimo.columna ſecunda
et penultima,libro primp, et Decius conſilio cente-
ſimoſeptuageſimoſeptimo, columna finali. et magi-
giſtraliter Baldus in l.humanitatis. ſub numero vi-
geſimooctauo. C.de impub.et ali.ſubſtit. et Cagno-
lus in l.non videtur quiſque numero tertio,de regu-
lis iuris.

8 Aliquando et tertiò lex † vel conſuetudo ſecun-
dum poteſtatem,ſtatum,vel qualitatem perſonæ ho-
noratæ, vel grauatæ interpretatur diſpoſitionem te-
ſtatoris, quæ ex diſpoſita re ſuppoſita ex pluribus
initiis, prout quandoque qualitas ipſa perſonæ ho-
noratæ, vel grauatæ variare contigerit: ſi enim alio
tempore huiuſmodi qualitas mutata fuerit, tunc
conſuetudo vel lex mutat, et variare facit ſuam in-
terpretationem conuenientem qualitati mutatæ:per
textum in l.tertia.§.qui fideicommiſſariam.ff.de hæ-
redibus inſtituendis. vbi ſeruus, cui relicta eſt fidei-
commiſſaria libertas ſub conditione ab hærede gra-
uato purè, inſtitutus hæres interim eſt neceſſarius
hæres et veniente conditione fideicommiſſi efficitur
voluntarius, per textum,in l.pater Seuerinam.§.con
ditionum. de conditione et demonſtratione. vbi fi-
deicommiſſum datum ſub conditione,ſi tutelam ad-
miniſtrauerit vſque ad decimumoctauum annum
pueri, à principio ſuſcepta tutela poſt aduenientem
pubertatem,ſuſcepta cura debetur fideicommiſſario,
variando ſignificatum tutelæ primò propriè, poſtea
impropriè:per quæ iura loquēs in ſubſtitutione pri-
mò directa,poſtea effecta eſt obliqua:per gloſſam ma
gnam.in l.precibus.de impuberis. Paulus de Caſtro
in conſilio 410.Viſo facto, et dubiis.columna ſecun-
9 da,libro primo.dicit expreſſè † ſecundum varietatem
temporis debere variari verborū interpretationem,
et probatur per textum in l.ſi paterfamiliàs.ff.de hæ-
10 redibus inſtituendis.vbi † ſubſtitutio vulgaris habet
diuerſam interpretationem, ſcilicet, vel ſi inſtitutus
ſibi hæreditatem non acquiſierit, vel mutata condi-
tione alium hæredem non fecerit, et ibi nominatim
Baldus notat in quarto notabili quod ſecundum va-
rietatem temporum variatur interpretatio diſpoſi-
tionis, probatur etiam exemplo frequenti, quod v-
xor relicta domina et vſufructuaria omnium bono-
rum donec caſtam et vidualem vitam duxerit inſti-
tutis liberis, et ſubſtitutis extraneis, liberis viuenti-
bus, debere habere præeminentiam domus, et ali-
menta ex interpretatione conſuetudinis ſcriptæ in
curia Bulgari: vt per gloſſam Bartoli et alios in au-
ctentica hoc locum. C. ſi ſecun. mul. nup. et liberis
defunctis debet habere plenum vſumfructum ab ex-
traneis ſubſtitutis, ceſſante fauore liberorum, mu-
tatur dicta interpretatio à conſuetudine inducta, et
incipit interpretatio Iuris Communis, ſecundum
proprium ſignificatum illorum verborum: Domi-
nam et vſufructuariam,cum vt annuum relictum de-
beri incipiat ab extraneis ſubſtitutis: vt tradit Bar-
tolus in l.Titia autem.§.finali.verſiculo quæro,pone,
quòd filius.de legatis ſecundo.et in conſilio 170. Pe-
trus Maioli. in fine.et conſilio ſequenti, incipiente
Nicolaus ſer.Amati. Alexander conſilio quadrageſi-
moſecundo,libro ſecundo,et conſilio vigeſimonono
libro quarto.et Baldus in dicta l.finali. C. de indict.
vi du.



11 vidu.tollen.in hoc propriè dicit,quòd † mutata per-
ſona, mutatur etiam iuris interpretatio: per l. Pau-
lus.ff.de acquirenda hæreditate. & l.licitatio.in fine.
de publica. & l. 1. C.de impo. lucra. deſcrip. per ea-
dem iura, ſuprà allega.in eodem caſu; Romanus in
conſilio 516. In caſu propoſitæ conſultationis.in pe-
nultima columna,verſic.ſextò, quia. dicit,quòd pro-
pter variationem qualitatis perſonæ, cui adiicitur,
eiuſdem verbi variatur interpretatio: & facit gloſſ.
finali.in l.liberto. §. finali. de auro legato. quod eſſe
verum,& procedere ſingulariter,Bartolus in l.pupil-
lari.circa principium.de vulgaris & pupillaris.quan-
do ſignificatio variatur de vno eſſe ad aliud eſſe ſimi-
le, tendens ad eundem effectum: ſecùs, ſi variaretur
ad aliud contrarium eſſe, ibi Paulu de Caſtro, Ale-
xander columna prima.Aretinus columna ſecunda,
& Iaſ.colūna ſecunda.ſequuntur & approbant,& ſe-
cundum Aretinum ibidem in dicta ſecūda columna
dum limitat duobus modis. dicto §.conditionum.
poſſet dari alia declaratio in ſpecie propoſita, quòd
procedat,dum caſus,ad quem fit variatio, habeat ſal-
tem ex larga ſignificatione vocabuli quandam ſimi-
litudinem,& conuenientiam, ac proximitatem cum
caſu, à quo variando prouenit, vt ibi per eum, pro
quo facit,quod in habentibus ſymbolum facilior eſt
tranſitus:l.in rem.§.item quæcunque.ff.de rei vindi-
catione.& cap.cum apoſtolica.de his fi.à prælat.quæ
incidit in idem cum prædicta declaratione Bartolus
continente de vno eſſe ad aliud ſimile eſſe.Quoniam
12 plerunque videmus † mutationem qualitatis & con
ditionis perſonarum & rerum producere varias iuris
interpretationes & effectus, & diuerſa iuris miniſte-
ria importare: l.iuſiurandum ad pecunias.§.non ſem
per,ff.de iureiurando.& ibi plena gloſſ. de his obiter
ſuccurrentibus memoriæ aliqua proponam. Quali-
tatis enim, natura eſt ponere aliquid ineſſe præter
ſubſtantiam, & ſine ſubiecto eſſe non poteſt, vt po-
teſt conuenire omnibus prædicamentis, præſertim
in maleficiis, plenè tradit Baldus in l.ea, quæ. C. de
condictione indebiti.& Decius conſilio 508.numero
quarto. neque diuerſificat rem in ſpecie, nec alterat
ſpeciem:Iaſon in l.tertia.§.ex contrario,columna ſe-
cunda.in quinto notabili.de acquirenda poſſeſſione,
& variando etiam non facit eſſe aliam rem:& an ea-
dem.in principio.de exception.re.iudic.quod locum
habet in materia fauorabili: ſecùs, in materia ſtri-
cta, per ea, quæ tradit Ruinus conſilio 163. ſub nu-
13 mero decimooctauo,libro ſecundo.Sed quando† mu
tatur qualitas & ſtatus rerum, extinguitur omnis ef-
fectus prioris ſtatus, & res ipſæ ſecundum præſen-
tem ſtatum iudicantur, & regulantur in no.caſu,vbi
in loco erant plurima bona eccleſiaſtica emphyteu-
tica,ad quæ ex ſtipulatione paterna poſt mortem pa
tris vocati erant filij, & filiæ, & patre viuente hæc
bona ex indulto Apoſto.fuerunt liberata ab emphy-
teuſi, cum poteſtate vendendi,& in alios transferen-
di, interim pater certa quantitate relicta filiæ, fecit
taſtamentum, & fratres hæredes inſtituit, vnde fi-
liam non poſſe admitti ad dicta bona, vt mutata &
effecta propria patris contra teſtamentum, & non
poſſe petere conſuluit Petrus de Ancharano in con-
ſilio 143.Pro domina Paula fundando ſuam opinio-
nem in iuribus, loquentibus de mutatione ſtatus re-
rum,& conditionis perſonarum, vt ibi per eum, &
de quibus per Aymonem in conſilio 239.in princi-
14 pio.Quinimò† qualitas rerum mutatur: & ſequitur
conditionem perſonarum,quibus res ipſæ acquirun-
tur:l.Paulus. ſeu l.per procuratorem. & ibi Bartolus
ff.de acquirenda hæreditate.Alexander couſilio 101.
numero decimoſeptimo,libro primo.Guido Papa in
quæſtione 382.& in quæſtione 384. & Baldus in con
ſilio 139.Vbi quis ſortitur forum. libro tertio.Idem
Guido Papa etiam in quæſtione 208.& in quæſtione
261. Item mutatione ſtatus Domini reuocatur man-
datum abſque intimatione aliqua: vt per Socinum
conſilio 172.columna ſexta,verſiculo,tertium eſt.lib.
ſecundo.& de mutatione ſtatus mercatoris.inſtitoris
vel factoris, & procuratoris,in l.cum quis.in princi-
pio.& ibi Paulus de Caſtro.ff.de ſolutionibus.& l.ro
gaſti.§.ſi fugitiuus.& ibi doct.ſi certum petatur.Parīſ.
conſilio nonageſimoſexto.numero vigeſimoquinto,
libro tertio.quod vltimum maximè procedit, vbi ſta
tus mutatus eſt incompatibilis mandato: vt per Bal-
dum in l.mandatum.columna tertia. verb.modo ve-
nio.C.mandatis.aliàs ſecùs,per textum.in l.eum. §.1.
ff.de inſt. act. & per iura ibi allegata. in gloſſa Qui-
bus. de mutatione ſtatus & qualitatis poſſent dari a-
liquæ declarationes,ſeu limitationes habitæ, & cap.
ſecundo,incipiente, propoſita dubia.columna penul
tima & finali,lib.2.reſponſ.Rip.

Prima, ſi eſſent duæ qualitates concurrentes, &
eandem rem qualificantes, vna mutata, non dicere-
tur mutatus ſtatus rei, & diſpoſitio de ea facta maxi-
mè, vbi cum qualitate remanente res & diſpoſitio
ſtare poteſt:argumentum.§.affinitatis.Inſtitutionum
de nuptiis. & notatur per gloſſam, in verſiculo cre-
dere.in l.ſi ventri.§.in bonis. ff.de priuilegiis cred.&
ibi per Bartolum & Angelum, & latiſſimè per An-
dream Tiraquellum,in tractatu ceſſ. ca. in vigeſima-
ſecunda limitatione. vbi concordant. & declaratio-
nes adducit de duabus cauſis concurrentibus,quan-
do vna ceſſat, ſecunda, ſi remanerent reliquiæ mu-
tati ſtatus, etiam res ipſa adhuc eundem habere ef-
fectum: l.finali. ff. de decur. l.vnius. §. ſeruus. ff. de
quæſtionibus cum concordant. ſimiliter cumul. per
eundem Tiraquellum in dicto tractatu in limitatio-
ne decimaſexta. Tertiò,ſi mutatio fit in augmentum,
& in melius,augetur ſtatus & eius operatio, non ve-
rò mutatur,& diminuitur.l.penultima.de ſenat.c.ho-
noratus. & ibi gloſſa ſeptuageſimaquarta diſtinctio-
ne,&l.falſa demonſtr. §.primo. de conditione & de-
15 monſtratione.& ibi Baldus idem dicit † in qualibet
qualitate inſeparabili,inferendo, quòd Monachus fa
16 ctus epiſcopus, non deſinit eſſe monachus: † & ta-
bellio effectus doctor, non deſinit eſſe tabellio, per
illum textum. & Abbas in ca. quoniam. columna fi-
nali de officio delegato, intellige tamen, quando in
melius mutet non ſolùm,quo ad ſe, ſed etiam,quo ad
alios, quia licet procurator efficiendo ſe monachum
in melius mutet conditionem pro ſe & anima ſua,
non tamen ſic eſſet pro creditore, qui non poſſet ſic
de facili eum conuenire: vt dicit Paulus de Caſtro,
17 in dicta l.cum quis. in principio. Quarta † ſi muta-
tio qualitatis fieret bona gratia,& per illum, qui ha-
bet authoritatem dandi huiuſmodi qualitatem, non
amittitur quod acquiſitum eſt cum qualitate ſic mu-
tata: vt ſi legatum vel donatio facta fuerit religioſis
certi loci, cum hoc, quod ſi mutauerint habitum de
licentia Papæ,non aufertur legatum,neque donatio,
quia habitus mutatus per Papam, cenſetur ſurroga-
tus in alium habitum, qui habetur loco primi, per
doct.Ioannis Andr. poſt antiquos,quos refert in hac
quæſtione. in cap. primo. ſuper §. ad hæc. de relig.
domi.libro ſexto.& ibi ſequitur Gemi.& Phil,Franc.
dicit procedere, ſi talis mutatio fieret de ſcientia Pa-
pæ, intendentis præiudicare,intelligit,quoad præiu-
dicium donatoris reſpectu loci mutati,aliàs non præ-
iudicaret: per not.in c.ſi propter, de reſcript. faciunt

dicta in præcedenti dubitat. ſub verſi. ſi quidem interpretatio. vbi de interpretatione à Principe fienda dictum eſt.

18 Quartò, aliquando † lex expreſſam diſpoſitionem teſtatoris variando, facit aliam interpretationem ex aliqua mutatione cauſáque ſuperueniente, vel poſt mortem teſtatoris, prout talem diſpoſitionis interpretationem teſtator feciſſet, ſi de tali mutatione & cauſa ſuperueniente cogitaſſet, quia quælibet diſpoſitio intelligitur, rebus ſic ſtantibus. l. quod Seruius.& ibi glo.& docto. de condit.cau.da.l.quæro.§. inter locatorem. ff. locati.cum ſimilibus allegat. per Decium in conſilio 475. In cauſa, quæ Mantuæ.co-
19 lumna ſecunda, vbi † promiſſione, de ſtando certo teſtamento, cum conſenſu teſtatoris per hæredes facta, eandem promiſſionem non tenere per aliud teſtamentum factum reuocans illud promiſſum obſeruari, conſuluit per dicta iura generalia, & ego pro ſua concluſione allego textum expreſſum in l. cum quis decedens.§.primo in principio.Qui teſtament.de legatis tertio. quem textum miror non allegari in hac materia, in qua concordan. cumul. Tiraquel.in l. ſi vnquam.in præfat. num. 167.de reuocanda donatio. & ad plures caſus adducit Marc. in l.prima. §.finali, numero decimonono, cum ſequent.ff.de quæſt.in vltimis voluntatibus loquitur textus in l.in confirmando.cum duabus legibus ſequen. ff. de confirmat.tut.
20 & ibi Bartolus not.ob † mutationem morum adminiſtratoris dari præſumi mutationem voluntatis eius, qui adminiſtrationem conceſſit, & textus in l, Paulo Callimacho.§.primo.de legatis tertio.& in l.Mæuia. §.finali, de annuis legatis.& Baldus conſil. 396.Quidam habens vnum filium. libro tertio. conſuluit in
21 caſu teſtamenti, in quo † pater legauit filio regioſo Ordinis Prædicatorum, cum clauſula, quòd plus non poſſet petere aliis filiis hæredibus inſtitutis, & facta ſubſtitutione, ſi aliquis, vel aliqui dictorum filiorum in pupillari ætate, vel poſtea deceſſerint ſine filiis, ſubſtituit ſuperſtites, mortuis filiis inſtitutis, etiam vocari dictum religioſum, non obſtante cla. quòd plus non poſſet petere, quia intelligitur, viuentibus filiis cæteris, & ſic rebus ſtantibus, vt ibi per eum, quem refert vt loquentem in no.q. & ſequitur Aym. conſilio nonageſimoquinto.numero quarto.idem in teſtamento, continente legatum 300. factum Abbatiſſæ cuiuſdam Monaſterij,& cætera bona inter pauperes perſonas diſtribui debere, per dictæ Abatiſſæ executionem, poſtea dicto monaſterio effecto paupere, eandem Abbatiſſam poſſe diſtribuere alia bona in dicto monaſterio, conſuluit Petrus de Ancharano in conſilio octuageſimoquarto. Primò videtur dicendum, motus principaliter ob hanc regulam, quòd propter mutationem ſtatus eius, in quem diſpoſitio confertur, poteſt recedi à diſpoſitione teſtatoris, per dictam l.in cõfirmando,& alia iura probantia ob mutationem ſtatus rerum, poſſe à quacunque diſpoſitione etiam diuina diſcedi, vt ibi per eum, quem etiam refert, eandem regulam comprobando in teſtamentis, Decius in conſilio 335. Viſo conſilio. columna ſecunda. numero tertio. vbi plenè dictam regulam ampliat, idem in teſtamentis firmat Alexander & Iaſ. in dicta l. quod Seruius & ante iſtos Bartolus in l. quotiens. §. ſi duo.numero quinto. ff. de hæredibus inſtituendis.& Lau.Calcaneus in conſilio trigeſimotertio.Quidam Bonomus.columna quarta.ver.&hoc non obſtante.& Corneus conſilio 118. Videtur primo aſpectu.columna tertia.ver. præterea dicta clauſula.libro ſecundo.& conſilio trigeſimoprimo.Circa primum. columna tertia. ver. præterea dicta prohibitio.libro quarto.& Rubr.Alexandri. conſilio 147. Viſo inſtrumento.numero tertio.& Aymon.conſilio vigeſimoquinto, numero primo. & propriè in actu, dependente ex voluntate vnius, ſi res incidit in caſum veriſimilem & conformem voluntati diſponentis, cenſetur mutata prima voluntas, ita procedere præalleg.iura tradit Alciatus in tracta. de præſumpt. in regula ſecunda.præſumpt.16. numero quinto. ad prædicta facit, quòd ſecundum varietatem morum variantur hæc noſtra iura moralia: Bartolus in auct. ſed cum teſtator.poſt principium. C.ad legem Falcidiam.& ca.penult.de conſang.& affin. Pariſ.conſilio ſecundo num.136.lib.4.

Hæc poſſunt dici euenire ex interpretatione, inducta per legem mutantem diſpoſitionem teſtatoris ex cauſa ſuperueniente, cenſendo talem eſſe voluntatem teſtatoris, ſi cauſam ſuperuenientem cogitaſſet, etiamſi iudex ſit, qui exequatur talem tacitam voluntatem: quia facit ex facultate à lege conceſſa, dicit Baldus conſilio 129. Domina Franciſca. ver. in contrarium videtur primò. libro primo. reuocatur per legem, dicit Paulus de Caſtro in dicta l.cùm quis prædiorum.Ratio eſt, quia ad conficiendum velle, requiruntur tria: ſcire, velle, & poſſe. Poſſibilitas relata ad ſuum principium, id eſt, cauſam, intelligitur rebus ſic ſtantibus, per dictam l.quod Seruius, tradit Baldus in l.quidam.columna quinta.C.de iur.delibe-
22 randi.hæc etiam ſunt intelligenda, † niſi teſtator ſciuiſſet, talem mutationem & ſuperuenientem cauſam, & aliud non feciſſet, vt videtur ponderare textus. in l.vtilitatem. ff. de confirm.tut. vbi ſi non fuerit ignarus, ſcilicet eorum, quæ prætor ipſe de tutore comperta habet,& in dicta l.in confirmando.ibi, ante celata, vel ignorata,&c.nam & quæ ſit teſtator, videtur non attendere: l.ſi iam. in principio. de conditione & demonſtratione.& l.plenum.§.equitij.de vſu & habit.& ibi gloſſ.dicit tex. ſcientia defuncti interpretor
23 eius voluntatem, & per alia ibi allegata, item † ſunt intelligenda quando verba diſpoſitionis ſunt relata ad certam perſonam, vel certum tempus, quod tunc ſemper intelligitur tacita conditio, ſi res in eodem ſtatu perſeuerent: vt notat Paulus de Caſtro in dicta l. cum quis. in principio.ff.de ſolutionibus, aliàs verba indefinita & generalia, generaliter ſunt intelligenda: l. prima. §. generaliter. de legatis præſtandis.cum.vulgar.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex poſtquam ſemel eſt interpretatus ambigua verba teſtatoris, ſeu voluntatem ambiguam procedendo interloquendo, poſſet variare interpretationem, reuocando interlocutoriam: diffinitiuè autem ſententiando, & validè non poteſt mutare, nec reuocare ſententiam diffinitiuam, & ſic nec interpretationem.*

2 *Iudex quando poſſit ſuam ſententiam interpretari, ſi ſemel fuerit interpretatus verba ambigua ſuæ diffinitiuæ ſententiæ. non poterit ampliùs variare: per iudicem tamen appellationis poteſt interpretatio corrigi & mutari.*

SOLVTIO X.

DECIMÒ de iudice, qui interpretatus fuerit, & declarauerit ambigua verba voluntatémque ambiguam teſtatoris: vt l.voluntatis. & ibi per doctorem. C. de fideicommiſſ. quando poſſit ſuam declarationem variare & mutare, dicendum eſt, quòd





aut proceſſit interloquendo, & via interlocutoriæ,& tunc regula vtriuſque iuris eſt, quod poſſit variare & reuocare: vt l.quod iuſſit.ff.de re iudicata.& ibi Legiſtæ latè tradunt, & c. cum ceſſante. ibi plenè Canoniſtæ ſcribunt, de appellat. & in ſpecie de iudice interpretante, quòd poſſit variare & reuocare ſuam interlocutoriam, firmant Angelus & Alexander in l. quicquid aſtringendæ. de verborum obligationibus. & Peruſ. in decima fallentia. & Præpo. Mediol. in decimaquinta fallentia.in dicto can.cum ceſſante, Aut proceſſit diffinitiuè ſententiando, & validè, tunc non poteſt mutare, nec reuocare diffinitiuam ſententiam.C.de ſententiis & interlocut. Secùs ſi inualidè, vt l. ſi proponis. & l.ſequent. quomodo & quando iudex de aliis fallentiis, limitationibus, & declarationibus, videndi ſunt doctores in dictis locis, quando autem iudex poſſit ſuam ſententiam interpretari, eſt textus & ibi latè tradit Bartolus in apoſtil.ad eum in l.ab executore.in principio.ff.de appellationibus. vbi ſcilicet eſſet digna dubitatio: Alexander conſilio vigeſimoſexto in fine, libro ſecundo. & Papinianus in for.execut.ſentent.in gloſſ.P.nuntio. numero vndecimo. Siquidem fuerit iudex ſemel interpretatus verba ambiguæ ſuæ diffinitiuæ ſententiæ, non poterit ampliùs variare, per gloſſam in l.quicquid aſtringendę, firmat ibi Alexander columna penultima: verſiculo ex quo infertur & in dicta l. quod iuſſit. columna quarta, verſiculo ſecundò fallit. Sed per iudicem appellationis poterit interpretatio corrigi & mutari eo modo, vt diſponitur per textum. & ibi gloſſa, Bartolus, Angelus & Imola, in dicta l.ab executore in principio.

*SVMMARIVM.*

1 *Princeps poteſt interpretationem, quam circa teſtamentum fecit, variare ac reuocare: nam multa licent Principi, quæ non licent alij.*

2 *Princeps rogatus, vt reuocet primum reſcriptum reſcribendo ſi decernat, quòd fiat iuſtitia, nil hoc poteſt vltimo ſupplicanti, quia iuſtitia eſt, quòd ſeruetur dicta prima conceſſio.*

3 *Reſcriptum principis his formis, & quatenus debeat, quid importet, & de multiplici ſignificatu verbi debeat.*

4 *Ordo Iuris expreſſus in mandato hominis, dat formam mandato.*

5 *Reſcriptum ad preces continentes aliquid contra ius & aliquid ſecundum ius, ſi dicat, fiat, vt petitur, intelliguntur conceſſa ea, quæ ſunt ſecundum ius.*

6 *Princeps poteſtate ordinaria, qua vti præſumitur, non debet reuocare interpretationem per eum factam teſtamento, conuenientem iuri, & naturali æquitati.*

7 *Commutatio voluntatis teſtatoris dicitur iniqua, & non poteſt fieri ſine cauſa reſpiciente publicam vtilitatem.*

8 *Princeps declarando verbum, quod non erat dubium, & ſic faciendo nouam diſpoſitionem, non tollit ius quæſitum parti.*

9 *Princeps aditus non debet variare, nec mutare interpretationem ſemel factam, ſi ſit iuſta, quod cognoſci poteſt ex verbis ipſius primæ declarationis, ex actis geſtis in negotio, & ex qualitate rei.*

10 *Principis factum conuenit perpetuo eſſe ſtabile, nullam fouens malitiam ac diminutionem, variatio dicitur iniquitas, & inimica legibus.*

11 *Princeps reuocans primam commiſſionem, dicitur circumuentus, ſicque præſumitur in tantum, quòd eſt præſumptio iuris, & de iure, & contrarium probari non poteſt, ideóque valet prima conceſſio, & non ſecunda.*

SOLVTIO XI.

VNDECIMÒ & vltimò de Principe interpretante, videtur ſuperfluum, quærere vel dubitare, an premiſſa regula, quòd interpretatio ſemel facta, non poteſt variari, ſeu mutari, fallat, & exceptionem in eo patiatur: cùm ſit ſupra regulas, & ſupra leges: ca. propoſuit. de conceſſione præbendæ & inſtar ſit ſacrilegij dubitare de facto & poteſtate Principis: l.ſecunda.C. de crimine ſacrileg. quia tamen Princeps pollicetur, & benignè proteſtatur, ſe ſolutum legibus, velle ſe ſecundum leges viuere: l.princeps.ff.de legibus.& l. digna vox.C.eo.cum alleg.ibi in glo.

Ideo etiam legibus conſonum videtur dictam re-
1 gulam pati exceptionem in Principe, quòd † poſſit interpretationem, quam circa teſtamenta fecerit, variare & reuocare, per not. in cap.decet. de regulis iuris in ſexto.& in l.prima.§.finali.ff.de quæſtionibus: & ibi gloſſa dicit, quòd multa licent Principi, quæ non licent alij, & per textum in §.primo in auctentica de nuptiis.ibi: ſed etiam quæ à nobis ipſis ſancita ſunt: non enim erubeſcimus, &c. ſi enim interpretatio poteſt reduci in appellatione & corrigi per iudicem appellationis, vt diſponitur in dicta l. ab executore.in principio. maiori ratione poteſt mutari per ipſummet Principem, qui eſt omnium ſuperior, & iudex iudicum, & ab eo, tanquam capite, in omnes, veluti in Reipublicæ membra bonorum & poteſtatum munera diffunduntur, vt latè in ſimilibus deducit & probat Lucas de Penna in l.prædicta. columna quinta, verſiculo decimooctauo, ſic tex. C.de loc.præd. ciui. libro vndecimo. vbi expreſſè ſubiungit, quòd ſicut iudex variando poteſt reuocare ſuam interlocutoriam & quandoque diffinitiuam, ergo rationaliter poteſt Princeps, habens plenitudinem poteſtatis, cùm poſſit etiam diffinitiuam ab aliis latam pro libito reuocare: l.diui. poſt principium.ff.de pœnis, laudabiliùs & conſultiùs reuocat ipſemet, quòd ipſe egit, quàm per alium corrigatur, per iura ibi per eum allegata.

Itaque ex his & allegatis per Pariſ.conſi.num.120. libro quarto. Imò poteſt in principe fieri regulà in contrarium, quòd Princeps interpretationem ſemel à ſe factam poteſt variare & reuocare: Adeò, quòd &
2 eſt notabilis ac contingibilis doctrina, ſi † Princeps ſtante hac reuocatione poſtea ad ſupplicationem aduerſarij precantis aliam reuocationem reſcribat & decernat, quod fiat iuſtitia, hoc nihil prodeſt vltimò ſupplicanti, quia iuſtitia eſt, quòd ſeruetur dicta reuocatio, iſta eſt deciſ.Neapol. per Afflictum.in deciſ. 127.fuit dubitatum.in fine.pro qua facit, quod ſcribit Felinus in cap.cum olim. columna quarta.de re iudicata.dum dicit, quòd actus Principis debet eſſe ſtabiles,& perpetuò manſuri, dicto ca.decet.adeóque etiam ſi verba ſecundæ gratiæ viderentur reuocatoria primæ, tamen ſi de mente Principis non apparet clarè, nunquam præſumitur reuocatio, allegando deciſ. Rotæ.vt ibi per eum, quòd valdè facit, & comprobat dicta deciſione Neapolita. & facit, quod Decius in conſilio 198.verſiculo finali.dicit in commiſſione ſuper re iudicata.quòd fiat iuſt.iuſtitia eſt, quòd res iudicata non retractetur, per l.finalem.C.ſententi. reſcin. non poſſ. Secùs eſſet, ſi Princeps reſcriberet, vltimam ſupplicationem eſſe admittendam, ſi & in quantum de iure poteſt, quia dependeret ab eo, ſi de iure poſſet concedi reuocatio reuocationis, vt in ſimilibus probat Imola conſilio 146. columna prima refert Aymon. conſilio 266.columna prima qui fa-

ciunt differentiam, ſi diceret, ſi & quatenus debeat,
quòd non intelligatur conceſſum hoc caſu, quia de
honeſtate non debet iuri ciuili derogare ſine cauſa,
idem eſſet, ſi appoſitum fuiſſet vtrunque verbum,
Poſſit, & debeat, ex concurſu copulatorum, per l.ſi
hæredi plures, de condit. inſtit. de multiplici ſignifi-
catione huius verbi, debet, & quòd importat, vt plu-
rimum debitum honeſtatis, plenè tract. Corn. conſi-
lio trigeſimoſexto. Semper mihi. columna tertia, li-
bri tertij. idem etiam ſi appoſita fuiſſent verba, Prout
de iure, quia cætera verba reſcripti quo ad ius com-
petens partibus, & præcipuè ſupplicanti, & quoad
poteſtatem & debitum Principis limitant & redu-
cunt ad terminos & præcepta iuris ex natura dictio-
nis, Prout, quæ eſt limitatiua. l. edita. & ibi tradunt
doct. C. de eden. & Bart. in extra. ad reprimendum. in
verſic. Prout. Decius conſilio vigeſimoquinto, in fine,
& limitationem & formam dare in terminis impe-
trationis prætextu paupertatis reſtitutionis in inte-
grum ad perſequendum appellationem, tradit Decius
in conſilio 430. Viſa inſtitutione. numero quarto &
quinto per dictum Bartolum in l. diem. §. ſtari. ff. de
arbit. de compromiſſo facto in arbitrium, quòd de-
beret iudicare de iure, quod Barto. dictum per docto-
res eſt communiter receptum, allegatos ibi per eum,
& in conſilio 109. columna tertia in principio, & con
ſilio 434. numero ſexto, & per Alexandrum in con-
ſilio vigeſimoſecundo. Viſo titulo. columna penulti-
ma numero decimoprimo, libro quinto. vbi etiam in
ſpecie noſtra ſubiungit, quòd ordo iuris expreſſus in
mandato hominis, dat formam mandato, allegando
ca. cum dilecta. cum gloſſ. ibi in verſic. iuris ordinem.
& not. ibi per doctores de reſcriptis, quæ propriè lo-
5 quuntur in materia reſcriptorum: in † tantum enim
ius cordi eſt Principi, quòd ſi ad preces continentes
aliqua ſecundum ius eſt aliqua contra ius reſcribat
& ſubſignet, fiat vel conceſſum ſit, vt petitur, ſolum
intelligitur conceſſiſſe ea, quæ ſunt ſecundum ius, per
gloſſ. fin. in l. talis ſcriptura. de leg. 1. tradit Corn. con-
ſilio 119. circa primum columna quinta, ver. Quia
clauſula. libro ſecundo & conſilio 48. Quoniam in
præſenti. columna. pen. ver. & maxime libro tertio re
fert & ſequitur Rip. numero decimo octauo de re-
ſcript. quia reſcripta contra ius non valent, l. reſcri-
pta. de precibus imper. offe. & c. reſcripta. vigeſima
quæſt. ſecunda ideo & intentio Principis non præ-
ſumitur tendere ad id, quod eſt contra ius: c. pen. de
ca. mona. & l. ex facto. in prin. de vulgar. & pupil. &
toleratur verborum impropriatio potiùs, quàm con-
tra ius quid velle præſumatur Princeps: ca. ex parte
tua. & c. ſuper eo. de offic. deleg. per Deciſi. conſilium
vndecimo columna quarta ver. & reſcripta. & Card.
in conſi. 142. Videtur dicendum, in fin. idem latè pro-
bat inſignis Doctor D. Matth. Bru. in ſuo eleganti
tractat. de ceſſ. bon. in octaua quæſtione princ. nume-
ro octauo cum ſeq. verùm redeundo ad dictam regu-
lam, quòd Princeps poſſit interpretationem à ſe fa-
ctam pro libito variare, præmiſſo, quòd velit vti po-
teſtate ordinaria, & in ea perſiſtere, vt præſumitur
Alexand. conſilium 60. Viſa legitimatione. columna
antepen. ver. ſecunda ratio. numero trigeſimoſexto li-
bro ſecundo & Pariſ. conſilio 51. columna tertia nu-
mero quinto libro quarto puto dictam regulam pri-
6 mò † limitari poſſe, quòd ſi interpretatio teſtamen-
ti ſemel per Principem facta, conueniat iuri & natu-
rali æquitati, quòd ea reuocari non debeat, & ſi fue-
rit reuocata defectu poteſtatis et voluntatis, reuoca-
tionem non eſſe attendendam, longo apparatu oſten
dit Aym. conſilium 296. Quæritur ſuper teſtamento.
nam quod iure fieri prohibetur, ſe non poſſe facere
Papa inquit in cap. veniens. de accuſ. ibi, nec procu-
ratores eius in cauſa poſſumus recipere criminali,
&c. cum ſimil. ad id genus cumul. per Illud. Comi-
tem Montis Abbatis Io. Iacobum de Leo. de Piſau-
ro conciuem meum in ſuo ampliſſimo conſilio in-
ſerto inter conſilium. Alber. Brun. conſilio 114. poſt
numerum 154. & aliàs verba reſcriptorum, licet non
patiantur, debemus conformare æquitati: gloſſ. eſt.
in cap. paratus in verſi. verba vigeſima tertia quæ-
ſtione prima refert & comprobat Iaſ. in dict. l. ex fa-
7 cto in quarto not. & demum † iniquitas dicitur com-
mutare voluntatem defuncti, per text. in cap. con-
queſtus de fo. compet. ac hæreditatem habere con-
tra eius voluntatem: Ang. in conſilio 168. Teſtator.
columna ſecunda in princ. Secundò limitatur, non
poſſe fieri aliam variationem, vbi poſt interpretatio-
nem ſemel factam hac tali ſententia, vel aditione hæ-
reditatis, vel alio etiam ciuili modo, parti eſſet ius ac-
quiſitum, quia id etiam ciuili modo & iure, vti iure
gentium, acquiſitum per Principem tolli, vel alte-
rari non poteſt ſine cauſa, reſpiciente vtilitatem pu-
* blicam, vt eſt * com. opin. doctorum relata per
Aym. in conſilio ſeptimo columna tertia ver. ſecun-
dò reſpondeo. numero decimo & conſilio 135. co-
lumna tertia ver. ſecundò probari videtur, numero
vigeſimo & columna pen. ver. non ob. ſecundum. vbi
reſidet in hac opinione. & in conſilio. 172. columna
ſecunda ver. princeps non poteſt. numero tertio &
alibi in ſuis conſili. & ponit Car. Rui. conſi. trigeſi-
moprimo columna penul. ver. ſecundò dicitur libro
quinto & Pariſi. conſi. 101. columna decima ver. & li-
8 cet. Deci. numer. 79. libro primo. Namque † aliàs de-
claratio Principis non facta circa verbum aliquod
ambiguum, ſed circa id, quod non erat dubium de
iure, & ſic vim habens nouæ diſpoſitionis, non tollit
ius quæſitum parti, vt eſt doct. Pau. de Caſtr. in l. hæ-
redes palàm. §. ſi quia. column. ſecunda, ver. multo-
ties etiam Papa. ff. de teſta. ſequitur Dec. in conſilium
114. column. pen. in fin. & in ca. cùm veniſſent. colum.
9 prima de iud. Tertiò † limitatur, quòd ſi interpreta-
tio ſemel facta fuerit iuſta & æqua, princeps idem e-
tiam loco iudicis appellationis aditus, non debet eam
variare & mutare: vt per text. in d. l. ab executore. in
in princ. in his verbis, ita tamen, quòd in ea cauſa ap-
pellationis reddendæ hoc ſolum quæratur, an iure
interpretatum ſit, quod cognoſci poteſt ex verbis ip-
ſius primæ declarationis, ex actis, geſtis in negotio,
& ex qualitate rei: vti ibi per gloſſ. Bart. Ang. & Imo.
in fine colum. quòd verba eſſent omnino clara, nul-
la alia interpretatio admittenda eſſet: l. ille. §. cum in
verbis de legat. 3.
10 Atque in cæteris † factum Principis concernit
perpetuò ſtabile eſſe, nullam fouens malitiam ac
diminutionem, vt in auc. conſt. quæ de digni. §.
fin. & cap. decet. de regu. iur. in ſexto. variatio enim
dicitur iniquitas: l. ſi quis iuſiurandum. C. de rebus
cred. & inimica legibus. §. fin. in auc. de litig. & l. qui
falſa. ff. de teſti. ſi quidem in aliis ſit execranda præci-
puè damnanda, & exul eſſe debeat ab aula Princi-
pis, qui debet eſſe immobilis & conſtans, ſicut lapis
angularis, & Polus in cælo, & habere vnam linguam,
& non plures, & vnum calamum, & his verbis vti,
quod ſcripſi, ſcripſi: & ſemel locutus eſt Deus, &
quæ proceſſerunt ex labiis meis, irrita non faciam,
varietas erubeſcenda, conſtantia dilatanda & ſer-
uanda, ſine qua iuſtitia non poteſt eſſe iuſtitia,
hæc & alia moralia dicta de Principe, iuribus
& authoritatibus probantibus, proferunt Bald.
in conſi.



in conſi. 317. Pridie enim conſului. lib. 1. & Luc. de
Pen. in d. l. prædia. col. 5. ver. 18. licet inconſtantia. de
loc. præd. ciui. lib. 11. & Dec. in l. nemo poteſt. ver. fin.
11 de reg. Iur. & in conſi. 292. in fin. ita, quod † Prin-
ceps reuocans primam commiſſionem, dicitur cir-
cumuentus, per tex. in c. cum olim. de re iud. obliuio-
ne vel facto impetrantis ſecundum conceſſionem ſic
præſumitur, in tantum, quod eſt præſumptio iuris, &
de iure, & contrarium probari non poteſt, ideo valet
prima conceſſio, & non ſecunda: vt per Dec. plures a-
lios allegando in d. conſi. 292. colum. fi. ver. & ſi Prin-
ceps contraueniat. & in d. l. nemo poteſt. in fin. alio
autem nõ apparente in Principe, ſemper præſumitur
potius circumuariatio, quam variatio, dicit Fel. per il
lum tex. in d. c. cum olim colum. 3. allegando etiam
Card. in conſil. 142. Punctus, &c. ver. dicendum. qui
idem dicit in colum. fin. ſub ver. item ſi dicatur, ſuper
eo inſiſtit conſi. ſeq. vbi in his variationibus non diſ-
ſputari dicit, tam de poteſtate Principis, quam de nõ
plena ſcientia, ſeu facti informatione, prudenter igi-
tur matureque facto opus eſt, vt variatio nunquam
vel raro fienda ſit, qui tandem obreptitiè ſubrepti-
tiéve, quid prius vel poſterius à Principe obtinere ſtu
dent, pœna nullitatis imperatorum & temeratoris
eis irrogãda eſt, per l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. & l.
ſi legibus. C. ſi contra ius vel vtil. public. cum ſimil.
per hæc itaque huius primi libri interpretationi pri-
mæ, finis impoſitus eſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Media pariter concernunt ſua extrema.*
2 *Cognitio in homine ſit alicuius rei ambiguæ per gradus, & multa media.*
3 *Medium aliquod ſignificatiuum animi & intentionis facit ſciri ea quæ conſiſtunt in animo alterius.*

## LIB. I. INTERPR. II.

ALIA & ſecunda interpretatio ſubiũgen-
da videtur, qua, vt reſiduum tituli propo
ſiti eiuſdem primi libri commodius, ac
plenius declarari & expediri poſſit, inſpi-
ciendum & pertractandum eſt de duabus dubitatio-
nibus. Prima, per quæ media fieri poſſit interpretatio.
Secunda ex quibus locis media ipſa aſſumi poſſunt.
Cum enim, vt ſupra in præcedenti interpr. in dubit.
prima dictum eſt, interpretatio ſit congrua dubitatio
nis alicuius verbi vel orationis expoſitio, & declara
tio: dubitatio vero ſit animi paſſio cum ignorantia
extremorum, ſecundum Bal. in rub. vltra med. verſi.
dubitatio. C. de proba. oportet ideo reperire media i-
pſam interpretationem conficientia, per quæ bene
cognitis extremis dubitatio tota cum ſua ignorantia
remoueatur, conuertatur & reducatur in ſcientiam
1 certam, † quia media pariter cõcernunt ſua extrema,
dicit Iaſ. in l. 3. §. filius. col. 4. in primo not. de lib. &
poſthu. extrema autem dubitationis & ſuæ ignoran-
tiæ ſunt affirmatio & negatio ſpeciei propoſitæ, vltra
quæ nullus eſt hominis ſermo, vt etiam in d. prima
interpr. in dubit. 2. dictũ eſt. Quæ vbi effecta ſunt cer-
ta & nota. hominis animus quieſcit, & amplius non-
dubitat: arg. l. doce ancillam. C. de rei vend. antequam
2 † enim homo perueniat ad cognitionem rei alicuius,
tranſit per multos gradus, & per multa media, paula
tim per partes, in veri notitiam deuenit, dicit Bart. in
l. ea quidem col. 2. ver. deinde debemus. C. de accuſat.
& in l. ſi paterfami. circa med. ff. de hære. inſtit. dicit,
3 † quę conſiſtunt in animo alterius. non poſſunt ſciri,
niſi per medium. i. per aliquod ſignificatiuum animi
& intentionis: Quibus quidem mediis, vt cauſis effi-
cientibus repertis, neceſſe eſt, videre, ex quib⁹ ſpecie-
bus vti cauſis materialibus habeantur, vt de eo, quod
eſt in controuerſia, in dubia probationis luce conſta-
re poſſit. l. 3. C. de condit. ob turp. ca. itaque proſe-
quar primam dubitationem propoſitam.

## DVBIT.

PRIMAM namque dubitationem hanc aggrediendo, & eundo per terminos legales, quibus iura noſtra, doctoreſq; noſtri in ſimilibus vtuntur comprehendẽdo media huiuſmodi, per quę voluntas, ſeu mens teſtatoris ambigua, obſcura vel incerta, nota, claraq́ue nobis efficitur eſſe.

1 Per coniecturas.
2 Per indicia.
3 Per argumenta.
4 Per præſumptiones, &
5 Per veriſimilia.

*SVMMARIVM.*

1 *Cõiectura eſt veri ex aliquo alio ſic veriſimiliter ordinato accepto, ſeu reputato, & eſt propoſitio hypothetica, vt ſi hoc eſt, veriſimiliter eſt & illud.*
2 *Coniectura eſt æqua perſonarum, & rerum, & rationum comprehenſio, & collectio ad vnum directa, qua tantũdem quis mouetur ad credendum affirmatiuè, vel negatiuè, diſponentem voluiſſe, vel nocuiſſe conforme expreſſis, vel non expreſſis per eum.*
3 *Coniectura probatur diuerſimodè, vel tot teſtes requiruntur, quot ſufficerent ad probationem principalis diſpoſitionis, cum tendat ad aliam diſpoſitionem, addendo, vel diminuendo, vel corrigendo, vel alterando diſpoſitionem iam apparentem: vel tendat ad declarationem diſpoſitionis iam factæ, tunc duo teſtes ſufficiunt.*
4 *Coniecturæ, quando dicantur probationes.*
5 *Probationes dicuntur coniecturæ à conuerſione diffiniti.*
6 *Coniectura an ex diſpoſitis & expreſſis in teſtamento vel aliunde, & extra teſtamentum colligi & probari poſſit, maxime pro fideicommiſſo conditionali tranſmittendi ad ſuos, & pro coniectura poſitorum in conditione, quòd ſint vocati.*
7 *Cõiectura mentis teſtatoris poteſt colligi & haberi aliunde ex qualitatibus, dictis, & factis extra teſtamentum vt de tacita pupillari excludere matrem ex coniecturis.*
8 *Coniectura ſi requiratur ad dilucidandum ambiguum aliquid voluntatis teſtatoris ſapientis diſpoſitionem extẽdendo, vel includendo alias perſonas, quæ ſpecialiter expreſſæ non ſunt, coniectura debere probari, & apparere ex diſpoſitis in teſtamento, & nõ aliunde, niſi declarando, vt ibidem.*
9 *Coniecturæ neceſſariæ pro declaranda voluntate teſtatoris ambigua, ſicq; ad ſolam declarationẽ, tunc ſufficit eas haberi & colligi aliunde ex qualitatibus, ſ. factis vel dictis extra teſtamentum.*
10 *Corda hominum ſunt nota prudentibus per indicia & coniecturas.*
11 *Coniecturæ ſumuntur ex his, quæ fiunt ante actum, in actu, & poſt actum, & vt probent, debent eſſe probabiles, neceſſariæ & concludentes.*
12 *Arbitrium iudicis circa coniecturas, non debet eſſe liberum ſed à iure regulari,*

13 *Coniectura omnis dicitur ſemiplena probatio,& quid operetur.*

14 *Coniecturæ ſufficiunt ad plenam probationem, vbi probatio à communiter accidentibus eſt difficilis, vt in probatione furti,probantur,conuerſio in vtilitatem eccleſiæ,in vtilitatem minoris,confinia, & rerum identitas, alioſq; caſus vide ibidem,quæ coniecturæ omnes in vnum concurrere,& ad vnam fidem faciendam ſimul dirigi & tendere debent.*

15 *Coniecturis quod conſtat dicitur euidenter conſtare, manifeſtum etiam dicitur apparere ex coniecturis, intellige, vt ibidem.*

16 *Demonſtratio fit per coniecturas eius, quod conſiſtit in animo alicuius, & in tali non eſt neceſſaria plena probatio.*

## SOLVTIO I.

Vt de his omnibus ordine ſuo hic præſcripto videamus, prius de coniectura, quæ, qualis ſit,quomodo probetur, quídve faciat,videndum eſt.

1 † Coniectura autem eſt veri ex aliquo alio ſic veriſimiliter ordinato accepto, ſeu reputato, ſecundum Bal.in l.ea quidem.col.2. C. de accuſ. ſequitur Paris de Pu.de ſynd poſt dicti.Tortura. ver. aduertendum circa fin.per l.apud Labeonem.§.ſi quis virginem.ff. de iniur.idem Bald.in l.voluntatis. col.fi. C.de fideicom.dicit,quod coniectura eſt propoſitio hypothetica,vt ſi hoc eſt veriſimiliter eſt & illud,per l. quæſitum.ff.de acqui.re.domi.idem in l. continuus.§. cum ita ſtipulatus.in fin.de verb.oblig.Dicit,coniecturam eſſe quendam mentis conceptum iudicis, authoritate approbatum,& glo.in ver.coniecturam. in l. apud antiquos.C.de fur.dicit coniecturam eſſe ſenſum tacitè elicitum,& non expreſſum,vt ibi per Bar. Alber. & Sali.

Ego autem trado aliam deffinitionem magis ſpe-
2. ciei noſtræ conuenientem,quod † cōiectura eſt æqua perſonarum,& rerum,& rationum comprehenſio, & collectio ad vnum directa,qua tantundem quis mouetur ad exiſtimandum & ferè credendum affirmatiuè,vel negatiuè diſponentem voluiſſe, vel noluiſſe conforme expreſſis,vel nō expreſſis per eum,ita cōplectitur vtraque coniectura affirmatiua & negatiua, prout reperitur, & circa affirmatiuam probatur per iura de vocabulo ipſo.Coniectura,mentionem facientia:vt per tex.in l.cum pater.§.ab inſtituto. & in l.qui ſolidum.§.1.de leg.2.& in l. nec ſemel. §. ſi in habitationem.ff.quando di.leg.ced.& habetur in l.ſi ſeruus plurium.§.fin.& in l.licet Imperator.in prin. de leg.1. & in l.cum proponebatur.de leg.2.in l.3. C. de inof. teſta.

Circa vero negatiuam, probatur per text. in l.de pretio.de publicia.& in d.l.cum pater.§. euictis.& in l.1.§.ſin autem ad deficientis.de cad.tollen.&c.ad audientiam.de deci. & in l. ſi alienus, ibi:quia rogatus non eſt.de leg.2.& in l.Lucius.§.collegio.in fi.de l.3. & in l.facta.§.ſi heres ante.ad Trebel.cum ſimil.

Per quæ iura probatur vera d.diffinitio in omnibus,ſi rectè inſpiciantur.Nam coniectura dicitur ar.à ſimili:Bal.in l.data opera.co.4.ver.& adde ibi.C.qui accuſ.ideo ex diſſimilibus non fit coniectura,idē Bal. in l.fi.ſupra fin.ff.de hæred. inſti. ſed ex paritate affectionis:idem in conſi.433.Domina Ioanna.col.fin. li.3.& idem in l.1.col.3.ſub verſi.ſed contra iſtud. C. de priuil.dot.dicit,quod coniecturæ ſunt, quaſi connexuræ,& colligaturæ.

Probatur autem coniectura diuerſimodè: ſi enim
3 tendat ad aliā † diſpoſitionem addēdo vel diminuēdo,vel corrigendo,vel aliquo modo alterando diſpoſitionem,iam apparētem,tot teſtes requiruntur, quot ſufficerent ad probationem principalis diſpoſitionis: glo.& doct.in d.l.cum proponebatur, ſi vero tendat ad declarationem diſpoſitionis iam factæ, ſufficiunt duo teſtes:glo.& doct.in l.hæredes palam. §. ſi quid poſt.ff.de teſta.vt latè diſtinguendo plures caſus declarauimus ſupra in præcedenti interpretatione, dubitat.3.ver.dictum eſt.meliorem.

4 Tunc † coniecturæ à proximis ſic plene probatæ, reſpicientes principalem diſpoſitionem, potius dici poſſunt probationes,quam coniecturæ, vel præſumptiones,inter quas demum differentia aſſignatur per doct.in Rub. extra de prob. per Alex. & Iaſ.in d.l.licet Imperator,etiam tunc deffinitiones ſupra traditæ eis non conuenirent,ſed deffinitio propriè,per Bal.& Saly.in Rub.C.eo.& per doct.in d.Rub.extra.eo.pro
5 bationi tradita conuenit. Ergo dicunt † probationes à conuerſione deffiniti:l.1.§.dolum.ff.de dolo.Alias autem cōiectura,comprehendendo perſonas,res, rationes, & tempora, & ſimilia, & colligendo ad vnum debet elici,& probari ex vero, apparente legitimis modis probato:arg. l. comparationes. C. de fide inſtru.vt per Bald.in d.l.data opera.col. 5.ver. & vbi arguimus.

6 Verum † an ex diſpoſitis & expreſſis in teſtamento vel aliunde,& extra teſtamentum colligi & probari poſſit,non parua hæc difficultas videtur:nam Bald. primo cœpit in l.1.C.de his,qui an.ap.tab. dicere in q.illa:An fideicōmiſſum conditionale tranſmittatur ad ſuos,quod tranſmittatur,ſi non eſt omnino omiſſum,ſed ſequitur ad aliquid expreſſum, cuius dictum declarando Soc.in l.hæredes mei.§.cum ita.ad Treb. in col.& ſeq. dicit.intelligendum eſſe, ſi coniectura tranſmiſſionis huiuſmodi colligatur ex aliqua diſpoſitione,expreſſa in teſtamento,alias ſecus, idem Soci. tradit in conſi.6.col.3.ſub ver. reſtat nunc reſpondere.& in conſi.116.colu.1. lib.3. communiter moderni ſequuntur,vt per Deci. in conſi. 417.circa fin. & 465. col.fi.& conſi.515.col.1.conſi.574.col.pen.Curt.Iun. con.16.col.3.& Pariſ.conſ.31.num.11.& conſ.14.nu. 25.lib.2.vbi generaliter idem inferunt in probatione coniecturæ inducentis fideicommiſſum, & vocationē filiorum poſitorum in conditione pro limitatione.gloſſ. vulg. in l.Lucius.ff.de hæred.inſti.quod coniectura debet colligi ex teſtamento,vt etiā per Soc.in l.cum auus.ad fi.de condi.& demonſt..& Pau. de Ca. in conſ.264.videtur dicendum ſub num.2.ver.& hoc quod.lib.2.

7 Quinimo † coniecturam mentis teſtatoris poſſe colligi & haberi aliunde,ex qualitatibus,dictis, & factis extra teſtamentum,probatur per doctr.Bart.in l.2. in princ.col.pen.de vulg.& pupil. circa coniecturas tacitæ pupillaris,excludentis matrem,& ibi docto. cōmuniter ſequuntur. & Ang.in l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius.ff.de vſu.dicit, quandoque animum teſtatoris probari ex coniecturis,propter verba ſua prolata ante teſtamentum factum:per gl.in d.l. cum proponebatur.vt dictum eſt ſupra in d.ver.dictum eſt,meliorem & probatur per tex.in l.in his,quę de cond.& demonſtra. Quam quidem difficultatem & contrarietatem tangit,ſed aliter ibi non reſoluit,Pari.in cōſ. 5.col.3.num.16 17..lib.3.

Ego vero putarem ſic poſſe reſoluere,& oſtendere vtramque opinionem in caſu ſuo veram eſſe. Nam ſi
8 † coniectura requiratur ad dilucidādum ambiguum vel obſcurum aliquod voluntatis teſtatoris, quod ſapiat diſpoſitionem extendendo, vel includendo alias perſonas, quæ ſpecialiter diſpoſitæ ac expreſſæ non ſunt,tunc vera eſt opinio Bal. declarata & approbata per Soci.& alios, quod coniectura debet probari, & apparere ex diſpoſitis, & expreſſis in teſtamento, & non aliunde,niſi probetur diſpoſitiuè per legitimum numerum teſtium requiſitum ad probationem vltimæ voluntatis,per glo. & doct. in d.l. cùm proponebatur,& per Bart.in d.l.2.in prin.col.pen.ver. quæro & reuoco.de vulg.& in d.l.in his,quæ.& in l.fi.in fin. principij de leg.2.& Dec. conſ.315. col.3.ver.ad hoc etiam reſpondetur. & Ant. Gomeſ..in ſuo comment. in.to.1.ca.5.de ſubſt. fideicomm. ſub num.24. verſi.etenim in cauſa.quid eſſet,vti particula principalis teſtamenti errore omiſſa: vt text. d. l. cum proponebatur.& non aliud teſtamentum:quia paganus non poteſt decedere cum duobus teſtamentis:l. ſi quis priore.ff.ad Trebel.Ratio eſt,quia voluntas teſtatoris, vt ſeruetur in diſpoſitiuis, debet probari legitimo numero teſtium:l.fin.C.de fideicomm.l.hac conſultiſſima. de teſta. vnde ſi coniecturis quandoque ſit probanda per iura ſuprà alleg.meritò coniecturæ debent colligi & probari ex diſpoſitis & expreſſis in ipſo teſtamento,iam legitimè probato, & non aliunde defectu probationis in diſpoſitis requiſitæ ad probandam vltimam voluntatem: & quia his legitimis probationibus ceſſantibus mens & voluntas teſtatoris non curatur, cum non appareat tranſiiſſe in diſpoſitionem,ſicut debet teſtator diſponere ad hoc, vt ſua voluntas attendenda & obſeruāda ſit:no.Bal.& Imo. in l.quidam cum filium.ff.de hæred.inſt. Alex.in l.3. in fi.C.de lib.præt.& in conſ.202. nu.3. & 7.lib.7. & Iaſ.conſ.29. col.pen.in fi.lib.2.Dec.conſ.63. col.3. & Pariſ.d.conſ.31.num.12.lib.2.facit tex.in l. ſi res obligata.§.1.de leg.1.dicit Bald.in l.1.§.ſi defunctus.ff.de reb.eorum, quòd non omnis voluntas patris eſt eius teſtamentum,quod ideo non eſſe,& non apparere,paria ſunt, l.in lege.ff.de contrah.empt.& voluntas hominis tacita non poteſt probari,niſi cōiecturis, Abb. conſ.67.col.2.nu.3.lib.2.

9 Si verò † coniecturæ ſint neceſſariæ pro declaranda voluntate teſtatoris ambigua, & ſic ad ſolam declarationem: tunc vera eſt alia opinio, quòd ſufficit eas haberi & colligi aliunde, ex qualitatibus factis vel dictis extra teſtamētum: vt per Afflic.in deci.44. & per alias ſuperiùs allegata. Ratio diuerſitatis eſt, quia iſto caſu numerus teſtium minus ſufficit, quàm ad probationem principalis diſpoſitionis teſtamentariæ,quia ſufficiunt duo teſtes:d.§. ſi quid poſt. cum aliis etiā ſuperiùs alleg. & per Pariſ.conſ.13. col.pen. in fin.num.14.lib.3. & quid declarans poteſt euenire extra teſtamentum:d.l.in his,quæ.per no.in d.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.de leg.1. igitur de hoc taliter adueniente,indicia,& coniecturæ admittuntur pro declaratione ipſa,vt etiam tradit Angel.in l.inter ſtipulantem.§.ſi Stichum.col.pen.ſub ver.in glo. hîc dixit de
10 verb.oblig.dicens etiam,† quòd corda hominū ſunt nota prudentibus per indicia & coniecturas: & ita diſtinctionem ac declarationem hanc puto non deſpiciendam.Rurſus Soci. dicit conſ.147.col. pen. ver. ex qua concluſione lib.1.quòd coniecturæ ſumuntur ex his, quæ fiunt ante actum, in actu & poſt actum:
11 † coniecturę autem ipſæ,vt probent,debent eſſe probabiles,neceſſariæ,& concludentes, Iaſ.in conſ. 143. Iſta quæſtio.col.3.in fin.& col.ſeq.in prin.lib.2. & in conſ.66. Viſo teſtamento.col. pen.ver. primò negando,lib.5.& in l.poteſt.col.2.de vulga.& pupil.& Soc. in conſ.62.viſo cap.in fin.lib.3.& Rip.in d.l.hæredes mei.§.cum ita colum.9.in fin.ver.item intellige.num. 3 .vbi etiam ſubiungit, ſic oportere eſſe neceſſarias & multùm concludentes coniecturas tales, nō autem quæ ex fantaſia imaginantur,& quæ ex noſtri capitis ſententa diuinantur, dicit Cor.conſil.61. Poſt redditum.col.1.ver.& ſuper hac.lib.2.& Aym.conſ.161.nu. 12.& Bald.in conſi.78.Textus.lib.3.dicit de veriſimilibus debere conſtare per probationes,& non per diuinationem,& Paul.de Caſtr. in d.l.in his. quæ dicit non eſſe ſtandum interpretationi ex bono & æquo, ſecundum caput noſtrum, ſed ſecundum iuris deciſionem, cum concord.per Tiraq.de retractu, tit. 1.§. 35.gl.1.nu.fi.facit tex.in l.fi.ibi,nulla coniectura, imò magis diuinatione.C.de contr. emp.& aliâs generale eſt in materia probationis,ꝙ ſit neceſſaria & concludens.c.in præſentia.de proba.cum vulg.& demum ſicut de aliis probationib. coniecturarum & indiciorū probatio commiſſa eſt arbitrio iudicis,Alex.in conſ. 58.Habita.in fin.lib.3.

12 Tamen huiuſmodi † arbitrium non liberum eſſe, ſed à iure regulari debet,vt in ſimilib.latè per Marſ.in l.quæſt.num.17.ff.de quæſt.& in conſ.63.num.16. & Blanch.in repet.l.fi.nu.40.& ſeq.ff.eo.

Quid autem coniectura faciat, in promptu eſt videre,quomodo ſit vel parum,vel mediocriter,vel magis & efficaciùs,& dilucidius id dubium,de quo quęritur,& verſus quod directas videtur,ad hoc etiam & applicari & repeti poteſt,tu magis ſcire potes, &c.vt l.3. ff. de teſti. de ea tamen in ſuis caſibus quandoque
13 traditur,quòd † omnis coniectura dicitur ſemiplena probatio:glo. in ver.inuenerit.in §.2. incip. ſi quis igitur,& ibi Angel.in fin. in auc. de inſtr. ca. fin.dicit Bald.in conſ.380. Tres ſunt caſus. ver. videndum eſt ergo,lib.5.quod animus iudicantis à coniecturis formatur,ſi teſtes tres ſunt ſine coniecturis ex vna parte, ex alia duo cum multis coniecturis vero proximis, tres nō præponderant duabus: quia multæ bonæ cōiecturę vim vnius teſtis habēt,per l.2.§.1.de excuſ.tut.
14 & cum ſimil.cumul.per Aęm.conſ.158.nu.11.& † cōiecturæ vbi probatio à communiter accidentibus eſt difficilis,ſufficiunt ad plenam probationem,plura allegat Iaſ.in l.prætor ait.§.fi.col.pen.& fin.ff.de eden. & in l.cum ea,quę.col.fi.C.de tranſact.& ſufficiunt ad probationem furti:Alex.conſ.146.lib.6.Pariſ.156.nu. 16.lib.4.

Et vbi coniecturis aliquid poteſt probari, duæ ſufficiunt:vt per Aym.conſi.156.ſub numer.7.coniecturis enim poteſt probari conuerſio in vtilitatem Eccleſiæ:Bald. conſil. 353.Sicut ciuitas.num.1.lib.3.Deci. conſi.36.colum.1.ſub num.8.idem de verſione in vtilitatem minoris:Bal.in l.1.& fi. C.ſi aduer.cred.& ꝓbantur confinia:Dec.in conſ.190.col.1.& idētitas rerum:Afflic.in deciſ.23.num.3.Rui.conſi.50. libr. 1.& conſi.65. num. 10.lib.5. valor bonorum coniecturis probatur:Alci.conſi.116.nu.3.li.5. & alios quàm plures caſus ſtudioſus lector inuenire poteſt,qui ſanè cōiecturis probantur,vbi præſertim caſus ſunt difficilis probationis, vt dictum eſt etiam ſuprà in præcedenti interpr.dubi.3.ſub ver.item à ſtatutis,vbi aliqui caſus probationis difficilis ſpecialiter poſiti ſunt, quòd cōiecturis probari poſſint:quæ quidem omnes in vnum concurrere, & ad vnam fidem faciendam ſimul dirigi & tendere debent:per tex.in l. qui ſentētiam. C.de pœn.& in l.qui in prouincia.§.1.ff.de ri.nupt. & §.in his verò ibi, vt ex pluribus comparationibus, &c. in auc.de inſtr.ca.& fid.

15 Quod † enim coniecturis conſtat,dicitur euidenter conſtare: tex. not. & vulg.in l.licet imperator. de leg.1.& ibi not. omnes doct. qui text.ſolet ſæpiùs ad id allegari: vt per Bald. in l.prætor. circa prin.de no. ope.nun.& per Abb. conſi.75.col.5.lib.1.& per Iaſ.in

l.qui filiab.§.ſi quis ita.in 4.no. de leg.1. & conſi.25.
ad nu.2.lib.1.& Laur.Calca. conſi.23. col.1. & idem
Iaſ.in d.l.licet imperator,latè inſiſtit,ampliando ma-
teriam, quod etiam manifeſtum dicitur apparere ex
coniecturis,& limitãdo duobus modis: Primò, quòd
procedat in coniecturis legitimis à iure probatis. Se-
cundò,quòd apparens per coniecturas, licet dicatur
euidens, non tamen dicitur euidenter expreſſum, vt
ibi per eum in 3.col.& per Dec. quomodo cõtrà,in l.
1.ad fin. C.de collat. Declaro primam limitationem,
habitam ab Alex.ibi,dum dicit, Intelligas id tantùm
procedere in caſibus, in quibus reperitur hoc à iure
expreſſum, aliâs per ſolas coniecturas euidens & ſuf-
ficiens probatio non inducitur,dico autem hos caſus
intelligendos,in quibus vera & concludens probatio
haberi non poteſt à communiter accidentibus, vt ſu-
prà dictum eſt, tunc admittitur probatio per conie-
cturas, quæ ex iuris diſpoſitione pro veris probatio-
nibus habentur, ita quòd probatio etiam ſub condi-
tione conceſſa iſto caſu per præſumptiones & conie-
cturas admitteretur:& tenet Feli.in Rub.col.2.in fin.
ver.ſed aduerte. de proba. quẽ refert & ſequitur Rip.
in l.ait prætor.§.ſi iudex.in fi.ff.de re iud. & latiùs ꝓ-
ſequitur, reſpondendo contrariis, & tenet iſtam par-
tem,quam exiſtimat veriſſimam, Dec.in d. Rub. col.
12.& ſeq.& in l.1.ſub num.7,Ce teſt. mil. quem puto
rectè ſentire, quia iura, habentia coniecturas in ſuis
caſibus prædictis, pro veris probationibus vſquaque
non eſſent aliâs generalia,& potius verbis, quàm re-
bus impoſita viderẽtur, contra l.2.in fin. com.de leg,
& quia fauor probationum eſt ampliandus, l. pen. in
fin.de hæret.cum ſimil. Idémque coniecturis proba-
tum dicitur, & operatur veluti expreſſum: Bald.in l.
centurio.circa.fi.de vulg.& pup.Ang. in conſ.331. In
reſtitutione.col.1.Alex.conſ.201.Perſpectis.col.3.ver.
confirmantur prædicta.lib.9.& Pariſ.conſ.90.nu.41
lib.2.operatur etiam,quòd poſſit deferri iuramentum
in ſupplementum probationis: Bald.in l. ſi fundum.
in fi.C.de rei vendi.cum pluribus concor.relatis per
16 Tho.Gram. in conſ.crim.27. in fin. † demonſtratur
quoque id per coniecturas, quod conſiſtit in animo
alicuius,& in tali non eſt neceſſaria plena probatio:c.
pen.§.1.de procu.lib.6.& ibi Gemi. in 4. not. & Phi-
lip.Franch.in 3.not.vbi etiam,quid factum, vel dictũ
non crederetur verum ob ſuſpicionem inter perſonas
prohibitas geri tale factum, id credibile efficitur, &
probatur coniecturis:vt per Alci.in tract. de præſum.
reg..1præſump.16.

Hæc de coniecturis dicta ſatis commune habent
cum cæteris præmiſſis,mediis,indiciis, argumentis,
præſumptionibus,& veriſimilibus,quia iura & doct.
his quandoque promiſcuis & quaſi indifferenter vno
pro alio vtuntur: de premiſſis aliis tamen ſuo ordine
dicere ſequar.

### *SVMMARIVM.*

1 *Indicium in criminalibus inſeruit pro dilucidatione occultorum,& ſecretorum delictorũ,ita in ciuilibus inſeruit pro declaratione, & cognitione alicuius facti ambigui iuxta eius vrgentiam.*

2 *Indicium in criminalibus inducit ſemiplenam probationẽ pro tortura inferenda,in ciuilibus verò habens pro ſe ſimilia indicia in ſupplementum pro plena veritatis probatione poteſt iurare.*

3 *Iuramentum dicitur tortura ſpiritualis.*

4 *Indicium eſt ſignum indicatiuum alicuius facti, dictum ab indicando,& demonſtrando,& prouenit ex probabilibus,& non neceſſariis,à quibus poteſt abeſſe veritas,& non veri ſimilitudo veri.*

5 *Indicium duplex,ſemiplenum,vel dubitatum,& plenum indubitatum,declara,vt ibidem.*

6 *Indicium deffinitur eſſe ſignum extrinſecum modis legitimis certam præbens & demonſtrans intellectui noſtro quandam lucem,quandoque minùs claram,quandoque ſemiclaram,quandoque plenè claram,per priora extantia poſteriora ſeparatim,vel ſimul & reſpectiuè, quandoque ſuſpicandi,quandoque opinandi, vel quandoque credendi aliquod eſſe,vel non eſſe,dependẽs vt plurimùm ab actu,vel ab animo hominis.*

7 *Signum facit cognoſci rem ſignatam, ne poſſit ſummitti, & manifeſtum reddit omnibus qualis ſit,& quandoque oſtendit traditionem, & ſi verbis vehementiùs manifeſtetur,quàm ſignis,ſecretum voluntatis hominis.*

8 *Exteriores actus ſignificant veros rerum habitus,vt per tõſuram,monachus verè profeſſus demonſtratur:& per clericam clericus,& per ſtigmata miles,extrinſecum eſt oſtenſiuum intrinſeci.*

9 *Indicium per ſe à remotis probatum requiritur per duos teſtes,à proximis per vnum bonum teſtem,vel per alia, & aliorum concurſu ad vnum factum conſonante per plures teſtes etiam ſingulares.*

10 *Intellectus eſt magis capax & facilis ad percipiendum, quàm quòd elocutione percipiatur.*

11 *Probatio ſemiplena dicitur,quando circa proxima negotia probatur per vnum teſtem idoneum, & quando plena dicatur.*

12 *Priora & poſteriora ſatis declarant, iuncto etiam ſimul vtroque,& ex contextu,ſimul totius Scripturæ teſtamẽti iuncto.*

13 *Iudex per gradus tres ad notitiam veritatis ſic gradatim peruenit,videlicet ſuſpicionem,opinionẽ,& credulitatẽ.*

14 *Animus præſumitur talis,qualia ſunt hominũ verba aut facta,& declaratur ex factis præcedẽtibus, & ex poſtea factis ab euentu.*

15 *Indicium eſt triplex,leue,graue,& concludens, declaratur ibidem.*

16 *Indicium quo numero appelletur, nõ eſt vis, ſed an vnum ſufficiat vel plura requirantur, ſtatur arbitrio iudicis, fallit,vbi per ſtatutum plura indicia requirantur, tunc non ſufficeret vnum.*

## SOLVTIO II.

INDICIVM vocabulum eſt frequẽs,
& valdè notum Criminaliſtis, qui de
indiciis multos ediderunt tractatus, in
ciuilibus rarò,præſertim in legibus ip-
ſis inuenitur: eſt in tex.l.indicia.C. de
re vendi.& l.fin.C.famil.ereiſcun.in reſcriptis docto-
rum in materia declarationis vltimæ voluntatis quã-
doque legitur,vt in d.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.de leg.
1.in Alexand.in conſil.100.colum.pen.lib.4.& in Pa-
1 riſ.conſ.3.num.13.lib.3. & alibi.Nam † vt in crimi-
nalibus inſeruit pro dilucidatione occultorum & ſe-
cretorum delictorum,ita in ciuilibus inſeruit pro de-
claratione & cognitione alicuius facti ambigui, iux-
ta eius vrgentiam,ſicut idem ignis,ſiue in lucerna, ſi-
ue in candela nocte ardens lumen præbet legentib.
ſcribentibus,diuerſáque alia facientibus: Nihilomi-
nus diuerſi ſunt indiciorum effectus, licet ad vnum
veritatis habendæ tendentes in criminalibus & in ci-
2 uilibus. † Nam in criminalibus habens contra ſe in-
dicia ſemiplenam probationem facientia pro verita-
te eruenda ſubiicitur torturæ corporali:vt l.1.§.1.ff.de
quæſt.& l.milites.§. oportet. C. eo. in ciuilibus verò
habens pro ſe ſimilia indicia, facientia ſemiplenam
probationem in ſupplementum pro plena veritatis
probatio-



probatione poteſt iurare:per not.in l. admonendi.ff.
3 de iu.iur.quod quidem † iuramentum dicitur, quo-
dãmodo tortura ſpiritualis,vt per Abb.in c. per tuas.
col.pen.ver.ego ſimpliciter de probat.refert & ſequi-
tur Soci.conſ.253.col.2. ver.2.etiam, ꝙ in criminalib.
efficaciora & clariora iudicia requiruntur, quam in
ciuilibus.l.ſi.C.de probat.

Etſi dicatur indicium minùs, quàm ſemiplena ꝓ-
batio:vt per Glo.& Bal.in l.cùm probatio. ff.de pro-
bat.intelligitur de ſimplici indicio ſolo,non quando
iunctum eſt cum aliis adminiculis,ſimul facientibus
ſemiplenam,& quandoq; plenã probationem, vt per
Glo.in ver.legitimis.& Doct.in l.2.ff.de excu.tut.

4 Eſt autem † indicium ſignum indicatiuum alicu-
ius facti,dictum ab indicando & demonſtrando:l.ſo-
lent,de præſcrip.verb.& l.ſi quis adulteri.C. de adul.
ponit Gandi.de malef. in tit.de quæſt.& tort.ſub ver.
ſed quæro quæ,& qualia,& referunt alij in huiuſmo-
di tract.& Alber.de Roſ.in d.l.indicia. & prouenit ex
probabilibus,& non neceſſariis,quibus poteſt abeſſe
veritas, & non veriſimilitudo veri, quæ probabilia
quandoque talia ſunt, quòd iudicis animum mouent
ad plenè credendum,ita aliquid eſſe: quandoq; ſunt
talia, ſi frequenter & facilè contingunt adeſſe, quòd
exinde dicatur graue indicium. Si verò hæc facilè ab
alio,de quo quæritur,contingunt abeſſe,dicitur indi-
cium leue,ita eſt doct.Bal.in l.non hoc.in fin.C.vnde
leg.vbi etiam dicit,quod leuia indicia ſunt minùs, q̃
ſemiplena probatio:per not.in d.l. cùm probatio idẽ
Bal.in d.l.ea quidem.col.2.habendo ſolùm rationem
5 ſemiplenæ, & plenæ probationis,dicit eſſe † duplex
indicium ſemiplenum,vel dubitatum, & plenum in-
dubitatum.

Semiplenum eſt, quod formiter mouet animũ ad
credendum, vel non credendum: Plenum verò eſt,
quod demonſtrat rem per ſigna differentia, quibus
firmatur animus in aliquo, tanquam in exiſtente, &
nõ curat plus inueſtigare,allegãdo d.l.indicia quo ad
plenam & ſemiplenam probationem, clarius tradit
Bar.in d.l.admonẽdi. Alio modo nõ minus breuius,
quàm dilucidius deffinit Io.And. in addi.ad Spec.in
tit.de prob.§.ſi.ver.13.per indicia,quod indicium eſt
notabile ſignum alicuius rei ad ipſius habendam ve-
ritatem. Hæc Franc. Brun.refert. in tract. de indic.&
tort.in 1.par.in 1.quæſt.

Vnde ex prædictis,& ex mente aliorum, plenius
tamen & clarius,quam ſinguli alij faciant, cõcluden-
6 do.Exiſtimo † indicium eſſe ſignum extrinſecũ mo-
dis legitimis certum præbens, & demonſtrans intel-
lectui noſtro quandam lucem,quandoque minùs cla-
ram,quandoque ſemiclaram,quandoque plene clarã
per priora,extantia,poſteriora ſeparatim vel ſimul,&
reſpectiue,quandoque ſuſpicandi, quandoque opi-
nandi,vel quandoque credendi aliquod eſſe, vel non
eſſe dependens, vt plurimum ab actu, vel ab animo
7 hominis.Indicium: † quia modum vel actum verbi
indicat Signum, quia facit cognoſci rem ſignatam,
ne poſſit ſummitti: & manifeſtam reddit omnibus,
qualis ſit,vt capit.ſi iudex, de ſenten.excomm.li.6.&
l.1.§.ſed & & §.ſi dolium.ff. de per.& com.rei vendi.
& quandoque oſtendit traditionem. Iaſ.in l.3.col.4.
verſic.ſexo principaliter limita.C.de rei vend. per l.
quod ſi neque.§.fi.ff.eo.de peri.rei vendi. & per alia,
quæ in ſimilibus de ſigno tradit Paris. de put. in tra-
ctat.de ſyndi.in dict.Nuncius, in princip. licet enim
verbis vehementius,quam ſignis manifeſtetur ſecre-
tum voluntatis hominis:Ang.in l.fin.ff.de hær.inſti.
tamen ſignis generalius,& quod verbis non poteſt,
declaratur,vt per tex.in c.cum apud.in fi. de ſponſa.
8 Extrinſecum, † quia per actus exteriores habitus re-
rum ſignificantur:vt per tonſurã monachus verè pro-
feſſus demonſtratur, & per clericam clericus, & per
ſtigmata,miles,vt tradit Bald.in conſi.9. Factum ta-
le eſt,in fi.lib.1.& extrinſecum eſt oſtenſiuum intrin-
ſeci:§.pauonum.& ibi gloſ.fin.Inſt.de re.diui.& gloſ.
9 in cap.3.de præſumpt.Modis legitimis certum † quia
vel per ſe à remotis probatum requiritur per duos te-
ſtes.gloſſ.Bart.& Doct.in l.fin. C.fam.erciſc.à proxi-
mis,per vnum bonum teſtem:Bart.in l.maritus. ff.de
quæſt.vel per alia,& aliorũ cõcurſu ad vnum factum,
conſonante per plures teſtes,etiam ſingulares:Franc.
Brun.in ſuo tract.de indi. in quæſt.2. pri.par.nu.5. &
per Io.Andr.in ſuprà alleg.addi. Et demonſtrans in-
10 tellectui noſtro:† quia intellectus eſt magis capax, &
facilis ad percipiendum, quàm quod elocutione ex-
primatur:l.quo enim.§ j.ff.rem ra.hab.Quandam lu-
cem,quia lux perſpicua eſt probationi:vt in l.3.ibi:in
dubia probationis luce cõſtiterit.C.de cond.ob turp.
ca.Quandoque minùs claram: quia tunc dicitur mi-
nus, quàm ſemiplena probatio: Gloſ.& Bald. in d.l.
11 cum probatio.Quandoq; ſemiclaram:† quia tunc di-
citur ſemiplena probatio, quando circa proxima ne-
gotia probatur per vnum teſtem idoneum,ad Bart.in
l.maritus.& in l.fin.ff.de quæſt.& in d.l.admonendi.
col.4.& ibi per Iaſ. Quandoque plenè claram: quia
tunc dicitur plena probatio: d.l.iudicia. & per Bald.
in d.l.ea quidem.col.2. Per priora,extantia,poſterio-
12 ra ſeparatim vel ſimul.† Quia priora & poſteriora ſa-
tis declarant:d.l.ſi ſeruus plurium. in fi.de leg.1. & l.
legatorum petitio.§.1.& ibi Bal.de leg.2.per l.ſi cum
fundum.de verbor.ſignific. & cap.mandata. in fin.de
præſump.iuncto etiam ſimul vtroque, per ea, quæ in
iſta ſpecie ſcribit March.Blanch.in ſuo tract.de indi.
ad d.l.ſi.de quæſt.in princip.col.10.num.66.& Aym.
conſil.313.col.fin.verſic.decimò.& Barb.inter conſil.
Alexand.conſil.52. Circa hanc dubitationem. col.5.
num.23.24.lib.4.& ex contextu ſimul totius ſcriptu-
ræ teſtamenti iuncto: l.nummis.de leg.3. & l.ex ver-
bis.C.de don.inter vir. & vxor. & l.cum delanionis.
§.quòd ſi æuum. de fun.inſtru. & l.Mæuia. de manu.
13 teſta.& reſpectiuè quandoque ſuſpicandi,&c.† Quia
iſti ſunt tres gradus,per quos,ſcilicet ſuſpicionem,o-
pinionem,& credulitatẽ, iudex ad veritatis notitiam
ſic gradatim peruenit: per not. doctr. Bartol. in d.l.
admonendi.col.4. quam communiter doct. ſequun-
tur. Aliquod eſſe,vel non eſſe, quia omnis probatio
tendit ad demonſtrandum fidémque faciendum de
eo,& ente aliquo,de quo dubitatur,arguitur vel quę-
ritur:d.l.3.de cond. ob turp.ca.per not.in l.4.de leg.
1.& per Cano.in Rub.de proba.& ſi in rem. ff.de re.
vendi.& non eſſe in rerum natura etiam inſpicitur,vt
qualitas adiecta ceſſet:vt l.ſi Titio.in prin. ff.quando
di.leg.ced. Dependens vt plurimùm ab actu,vel ani-
14 mo hominis. † Quia ita adducit Bal.in d.l.non hoc.In
fi.Animus enim præſumitur talis, qualis ſunt homi-
nis verba aut facta:l.Labeo.de ſupel.leg.l.Paulus.rem
rat.hab.per Oldrad.in conſil.53. Conſueuit dubitari.
col.2.& declaratur ex factis præcedentibus: Alexand.
conſil.1.col.penult.in fi. verſic.comprobo prædicta.
lib.3.& ex poſtea factis ab euentu:Bart.in l.ſi concu-
bina.§.j.rer.amot.& in l.cætera.§.fin.de leg.1.ſic puto
in omnibus ſuis partibus iure probatã deffinitionem.
quàm hic de indiciis,vltra alios tradidi.

Et conſequenter vltra Bal.in d.l.ea quidem,dicen-
tem indicium eſſe duplex,vt ſuprà dictum eſt.
15 Ego verò dico eſſe triplex:leue,graue,& cõcludens,
leue eſt, quando frequenter & facilè id abeſſe ab illo
contingat, poteſt ideo dici minùs, quàm ſemiplena
probati-

probatio,graue eſt,quando facilè & frequenter contingit adeſſe,& poteſt dici ſemiplena probatio, concludens eſt,quando neceſſariò vel probabiliter adducimur ad aliquid credendum,ita vt dictum eſt, tradit idem Bald.& probat in d.l.non hoc.& Bar.in d.l. admonẽdi. col. 4. Etenim dixi indicium dubitatum vel ſemiplenum, & indubitatum vel plenum, in ſingulari:quia ita dicit Bald.in d,l.ea.quidem.col.2.& ante eum Ioan.An.in d.addi. licet plura indicia, & plures circunſtantiæ poſſint concurrere, ſicut ad faciendam plenam probationem,plures teſtes requiruntur,l.vbi numerus.ff.de teſti. dicitur indiciũ in pleniori ſignificato,ſicut dicitur probatio,& poteſt ſumi pro plena probatione;vt expreſsè dicit Abb.in c.tertio loco.col. 4,ver.aduerte.de proba.vbi dat not.doctri.quomodo capiantur indicia & de intellectu dictæ l.indicia.

16 Nihilominus † vis non eſt, in quo numero appelletur,ſed an ſufficiat vnum indicium,vel plura requirantur;de pluribus videtur tex.in l. prædiis.§. Titio. de leg.3,tamen ſtatur arbitrio iudicis:Bart.in d.l. fin. col,fin. de quæſt,ponit Marſil. in pract. crimi. §. diligenter,num, 177. Niſi per ſtatutum requirantur plura indicia,tunc non ſufficeret vnum: vt per Alexand. conſ.18.col.fi.verſ.præterea.lib.1.& Corn.58.col.2.in fi.ver.eſt etiam ponderandum. & in conſ.198. col. 3. ver,his tamen non obſtantib.lib.2. Ex quibus in hac materia poſſant haberi indicia,in ſequent. dubit. dicendum erit.

*SVMMARIVM.*

1 *Argumenta appellantur, quibus etiam teſtatoris voluntas interpretatur,& apparere poteſt.*

2 *Argumentum eſt, præmiſſa inueſtigatione,copulatio ſeu collatio argutè facta plurium ad vnam concluſionem medium in concluſione deductum probans.*

3 *Argumentum ſicut ambiguitatem factorum dilucidat,ita iuris quæſtiones decidit.*

## SOLVTIO III.

1 ARGVMENTA †appellantur,quibus etiã teſtatoris voluntas interpretatur, & apparere poteſt:vt l.quem hæred. de reb. dub. ſicut generale eſt, motum animi iudicis confirmari ex argumentis:l.ob carmen.§.1.ff.de teſti. & l.diuus.de cuſt.reo.& c.forum.de verb.ſignif.

2 Eſt autem†argumentum præmiſſa inueſtigatione, copulatio,ſeu collatio argutè facta plurium ad vnam concluſionem,medium in concluſione deductũ probans:vt d.c.forus.& per Bal.in d.l. ea quidem col. 2. & Par.de Put.de ſyndi.in dictione,Tortura.ver.aduertendum.nu.9.Pau.Grillan.in tract.de quæſt.& tor.in 3.queſt.nu.8.& Grammat.con.1.nu.67.Inſerto,in fin. ſuatum deciſi.Dicitur enim argumentum argutè inuentum:d.c.forum.

Et ego putarem poſſe quoque dici, argumentum ex eo,quod ſit argutia mentis, veluti teſtamentum appellatur ex eo,quod ſit teſtatio mẽtis,vt in pri.Inſt. de teſta.Quia mentis argutia &ſubtilitas totum facit in inueſtigando,quæ proponenda, quæve concedenda ſint,vt neceſſariè cadat concluſio manifeſtans dubitationem,de qua vertitur quæſtio: ſicut etiam dicitur,quod voluntas defuncti totũ facit:l.ex facto proponebatur.§.terũ.ff. de hære.inſt. & mens prior atq; potentior eſt.l.Labeo.circa fi.de ſupel.leg. ſanè quẽ-
3 admodum†ambiguitas factorum argumento dilucidatur:ita quæſtio iuris argumẽto deciditur: vt l.quęſitum.§.duobus.& l.ſi ſeruus.§.huiuſmodi.de leg.1.l. quiſquis mihi.de leg.3.& l.filioſa. de cond.& demon. & l.qui filium.§.Sabinus.ad Treb.& ibi glo.not.& l. argumento.in princ. de aur. & arg.leg.& l.ſi vſuf.§.1. quan.di.leg.ced.& l.ſi quis obrepſerit.ff.de falſ.proinde vbi text.non eſt expreſſus in materia,ad quam allegatur, ſolet allegari in argumentum,inducendo ſubtiliter,& argutè per locum à ſpeciali vel à ſimili,vel alio modo,vt tradit Abb.in d.c.forus.in 3.not.

Cum autẽ expedierit videre pleniùs,& ſcire de argumentis & eorũ locis,videndi ſunt Bal.in l.cõuenticulam.de epiſ.& cler. Alb.de Roſ.in dictionario in litera.Argumentũ : Bertach.in ſuo ampliſſimo dictio.in d.litera,Argumentum.Nic.Euer.in ſua cent.ſpeciales etiam tract.Claudij Cantiunculæ & Pet.And.Gamaræ.& Neuiz.in ſylua nupt.in 1.lib.poſt nu.161.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio nil aliud eſt, quàm quædam ſuſpicio in animo iudicis, vel cuiuſcunque, cauſata ex variis coniecturis,vel indiciis, vel argumentis,vel parùm,vel magis,vel efficaciùs vrgens:prout ipſa indicia,coniecturæ, & argumenta.*

2 *Præſumptio hominis,quando probet plenè,vel ſemiplenè, vel minus quàm ſemiplenè,quod ſufficiat ad effectum aliquem,dari non poteſt certa doctrina,ſed committitur æquo arbitrio iudicis.*

3 *Præſumptio eſt argumentum ad credendum vnum factum, ſurgens ex probatione alterius confecti,ſecũdum Arch. & eſt cognitio,reſultans ex circunſtantiis, quæ variat, fortificat,& debilitat animum iudicantis,prout ſuadebunt circumſtantiæ,ex quibus reſultat.*

4 *Iuriſta ſemper debet põderare vocabula more Stoicorum, qui ſtudioſè exquirunt,vnde verba ſint ducta.*

5 *Præſumptio vocabulum eſt cõpoſitum ex præpoſitione præ, quæ ſignificat antè,vel priùs,& ex nomine,ſumptio verbale,à verbo ſumo ſumis,quod poteſt ſignificare ſuſceptionem,captionem,& electionem:ita ibidem vide nouam declarationem circa verbum,Præſumere.*

6 *Præſumptio vt inducatur,debet proponi,& allegari à parte cum circunſtantiis ſuis, & quando,& quomodo poſſit allegari,an in allegationibus,plenè diſcutitur.*

7 *Inſtrumentum de alieno protocollo extractum de iudicis commiſſione,de ſtilo probat abſque eo,quod probetur de tali commiſſione:fallit parte opponente in proceſſu, de talis commiſſionis defectu.*

8 *Præſumptio eſt inclinatio animi boni viri ad eliciendum alterum extremorum ex intellectu,proueniens ex coniectura nobili.*

9 *Præſumptio eſt in re dubia vnius partis altera partis omiſſa ſumptio,quaſi præ alia ſumptio.*

10 *Præſumptio hominis eſt ſpecies quædã probationis,& materia probationis eſt arbitraria iudici, qui allegatis circunſtantiis ad vtranq; partem vertentibus extimabit de eius comparatione facta, & pro ea parte præſumet,pro qua magis vrgent coniecturæ.*

11 *Præſumat quomodo ius, quod comprehendi ac cognoſci poſſit,qualiterq; diuerſi & plures caſus præſumantur, & non præſumantur, & vltra alios ſparſim poſitos in quatuor locis poſuit Luc.de Pen.*

12 *Præſumitur pro negatiua,re dubia exiſtente,cum probatio incumbat dicenti non neganti.*

13 *Præſumitur pro negatiua inteſtati,& non pro affirmatiua teſtati,& præſumitur negatiua vera,niſi probetur affirmatiua,& ibi plura,pro qua parte præſumatur.*

14 *Præſumitur ſecundùm ius,& non ſecundùm factum voluntatis teſtatoris in dubio.*

15 *Præſumitur pro debito qualitatis perſonarum, officij, poteſtatis, loci, originis, qualitatis, quantitatis, rerum,& patrimonij;charitatis,cauſæ,modi ſoliti,& cõmuniter accidentium; de quibus ſigillatim : vide de his plura in materia.*



16 *Iudex arbitrium ſuum ſecundum ius regulando ex factis propoſitis præſumere debet, poteſt enim ex modica, & aliquali occaſione inclinante & ſuperãte pro vna parte.*

17 *Præſumptionem aliqualem habere magni eſt effectus,probationibus hinc inde paribus exiſtentibus,& de ratione.*

## SOLVTIO IIII.

PRæſumptiones hoc in loco poſt coniecturas, indicia, & argumenta bene cadunt tractãdæ,
1 cum † præſumptionem nil aliud eſſe quàm quandam ſuſpicionem in animo iudicis, vel cuiuſcunque cauſatam ex variis coniecturis,vel indiciis, vel argumentis,vel parùm,vel magis,vel efficaciùs vrgentem, proút vrgent ipſa indicia, coniecturæ & argumenta, talem ipſam ſuſpicionem eſſe dicat Abb.in cap.4.col. pen.de præſump. quem ibi Fel.ſequitur, & loquitur de præſumptione hominis,quæ magis propoſito noſtræ materiæ conuenit de præſumenda voluntate teſtatoris,omiſſis aliis præſumptionibus iuris, vel iuris & de iure,de quibus per doctor.in d.c.4.& in auct.ſed iam neceſſe. C. de dona. propter nup. & alibi paſſim doct. tractant caſu : quia non eſt materia, quæ poſſit tractari per certas regulas, ſed magis indicatur ſecũdum accidentiam factorum, vt dicit Barto. in l.fin.in princ.in fin.ff.quod met.cau.licet eam tractare Andr. Alciat.in ſuo tracta.de præſumpt.aſſumpſerit per tres regulas.Prima, quòd qualitas naturalis ſemper adeſſe præſumitur: Secunda,quòd mutatio non pręſumitur: Tertia,quòd ſemper capienda eſt præſumptio in meliorem partem,de aliis tamen præſumptionibus,non profitetur,ſe velle differere,niſi de præſumptionibus iuris,vt apparet in principio ſui operis.

2 Sed† minus dari poteſt certa doctrina de præſumptione hominis, quãdo probet plenè,vel ſemiplenè, vel minus, quam ſemiplenè, quod ſufficiat ad effectum aliquem:verum committitur bono & ęquo arbitrio iudicis,qui inſpectis, & prius diſcuſſis circunſtantiis,in facto aparentibus, aſſumet eam partem, quæ magis conſona veritati ſibi videbitur, & ſi male arbitrabitur,per iudicem appellationis corrigitur: vt hæc tradit Abb.in d.c.quãto.co.pen.quoniã materia probationum arbitraria eſt iudi. Ant. de But.in c.ex literis.in 6.not.de proba.Dec.conſi.463.col.fi.nu.23. & omne,quod lege certa non poteſt determinari,intelligitur remiſſum arbitrio iudicis:l.1.in fin.ff.de iu. delibe.l.mora.in princ.ff.de vſu. Bald.in c.5.num.14. in fi.de mil.vaſ.qui contu.dicit,quando lex committit aliquod arbitrio iudicis,intelligitur in his,quæ animi conſilio reguntur,non his, quæ ſpecificata ſunt à lege.per l.1.§.calumniaioribus. ff. ad Turpil.l. ſi in lege.in prin.loca.ſubiungens, quod in iſtis arbitrariis,ſi leſio ſit parua,non appellatur. Item de pręſumptionibus ſatis magiſtraliter tractat Gandi. in tracta. malefici.in rubric.de præſump.& indi. circa princ.& Spec.in eo.tit.de præſump.& Archid.in c.oues.6.q.1.
3 dicit,† quod præſumptio eſt arg. ad credẽdum vnum factum,ſurgens ex probatione alterius cõfecti, & Alexan.in conſ.89.Viſo themate.col.2.ver.ſimiliter eſt certum.lib.3.allegans Calde.in cap.veſtra.de cohab. cler.& mulier.dicit, quod præſumptio eſt cognitio, reſultans ex circunſtantiis, quæ variat, fortificat,& debilitat animum iudicantis, prout ſuadebunt circunſtantiæ,ex quibus reſultat:quod idem eſt cum eo, quod dicit Abb.in d.c.quinto.col.pen.& in c.is, qui. in fi.poſt plenam gl.ibi de ſponſ.& Gram.in deciſ.28. ſub nu.21.vnde in his vti generalibus, & valde notis
4 non me extendendo:cum†Iuriſta debeat ſemper ponderare vocabula:Bald.in l.fit vt proponis.C.de exec. rei iud.more Stoicorum,qui ſtudioſè exquirunt, vnde verba ſint ducta,inquit Cicero in 1. de Offic.quia in minimo verbo conſiſtit magnus effectus: Paul.de Caſt.in l.fi.§.1.nu.2.in fi.de indic.vidu.tol.

5 Pondero vocabulum hoc, †Præſumptio,quod eſt compoſitum ex præpoſitione,præ,quæ ſignificat antè,vel priùs,& ex nomine, Sumptio,verbale à verbo, ſumo, ſumis, quod ſignificare poteſt ſuſceptionem, captionem,& electionem, vt in communi dictionario Calepini,in ver.ſumo.

Exinde infero, quòd vbi iudex, vel quilibet alius exiſtit in incerto aliquo circa partem, vel affirmatiuam,vel negatiuam,dubius & titubans,& prę oculis habitis,& cognitis allegatis, & propoſitis accidẽtiis, & circumſtantiis diuerſis,modò ad vnam,modò alteram partem inclinantibus, præſumit pro vna parte, & ad eam animi ſui motum inclinat.

Iſtud autẽ præſumere,nihil aliud eſt,quàm capere, ſuſcipere & eligere priùs vnã partem, quam alteram, & illam ſic tenere ante alteram,& illi ſtare ſecundum vim circumſtantiarum & inclinationis huiuſmodi, donec fuerit pleniùs certificatũ : & hãc arbitror propriùs dici pręſumptionẽ iudicis,ſeu alterius,probatã ab etymologia vocabuli ſeu alluſione,cum qualitatibus ſuis ſubſtãtialibus requiſitis:ad not.& per doc.in l.in princ.ff.de acq.poſſ.quaſi inter duas partes priùs vnius,quàm alterius partis ſumptio & captio ſit.

Etenim probo ſingula prędicta ſubſtãtialiter conuenire præſumptioni: dixi,Exiſtit in incerto aliquo. Quia vbi ſit incertum,nec poſſit clarè probari, locus eſt præſumptioni : per text.in l.ſi fuerit.§.fin.de reb. dub.& in l.continuus.§.cum ita.in fi.de verb. oblig. veritati enim,& veræ probationi cedit pręſumptio:l. nuptura.in fi.ff.de iur.dot. l.diuus.de in integr.reſt.l. ſi chirographum.de probat.ca.is qui.de ſponſa. Dec. conſ.400.col.4.vltra med.dixi,circa partem affirmatiuam vel negatiuam. Quia omnis noſtra contentio & difficultas in omnib.ferè negociis conſiſtit in monoſyllaba,eſt, non, & ſic in affirmatiua vel negatiua, vt dictum eſt ſuprà in interpretatione præcedenti. in dubit.2.ver.fi. & iuxta verbum Euangelicum,Sit ſermo veſter,eſt eſt,non non:vt c.& ſi Chriſtus,de iureiuran.dixi,& præ oculis habitis & cognitis, allegatis & propoſitis accidentiis,&c.quia ſi velit rectè diſcer-
6 nere debet cuncta rimari.c.fi.30.queſt.5.†vtque præſumptio inducatur,debet proponi,& allegari à patre cum circunſtantiis ſuis:l.ſi adulterium. §.Iidem Pollioni.ff.de adulter.Bal.conſi.403. Ioan.col.pen.num. 6.lib.3.quod procedit in circumſtantiis,dependentibus ex facto proprio eius,cui præſumptio debet prodeſſe,quia ſunt facti & animi : Bal.in c.ſi quis per 30. col.3.ver.quærit hic glo.ſi de feu.fu.contro.inter domin.& latè per plura docto. dicta diſcurrit.Couarru. in c.Raynutius.ſuo §.11.ſub nu.1.& 2.de teſt.ſecùs eſt, ſi ex facto alieno,quia ex præſumptione elicita ex facto alieno iudex poteſt ſe fundare abſque allegatione, Bart.in l.cum quid.col.pen.ff.ſi cert.pet. & poſt alios ibi Dec. col. pen. num.24. Alex.in l.qui in aliena. in prin.col.pen.ver.extra glo.de acq.hæred. Aret.conſi. 109.Clariſſime.col.4. ver.venio ad quartum ſecùs eſt etiam. ſi ex actis appareat, & poſſit colligi de facto partis in iudicio propoſito,etiam tacitè inferẽte præſumptionem : quia abſque alia allegatione poteſt attendi,Roma.in conſi.77.Pater Reuerende. & Dec.in d.l.cum quid.nu.25. & in conſ.267. col.fi.& in l. non

hoc

hoc.nu.3.C.vnde leg.Abb.& Felyn.in c.afferre.col.3.
de præſumpt. & Fel. in c.cum ordinem.col.9. & ſeq.
de reſcrip.vbi & Alexand.in l.1.C.vt quæ deſ.aduo.&
Rip.in l.4. §. hoc autem de damn. infec. diffusè tra-
dunt,quando iudex, parte non petente, non propo-
nente,non allegante, poſſit concedere & pronuncia-
re aliquid,ponit etiam Dec.in d.l.cum quid.num.25.
non eſſe neceſſariam allegationem præſumptionis,
vbi proceditur ſummariè & de plano, quatenus autẽ
Alex.in d.l.1.col.2.Dec.in d.l.cum quid.num.24.& a-
lij dicunt,ſufficere allegationem fieri poſt concluſum
in cauſa,in allegationibus iuris, allegãdo ſolùm Ant.
de But.in c.peruenit.col.2.de empt. & vendit. eſt ad-
uertendum, quòd Anton. de But.loquitur, ſufficere
hanc allegationem fieri infra tempus allegationum,
dummodo ex actis actum pateat,hoc idem ſentit Bar.
per eum ad hoc alleg.in l.eum, qui ita.colum.fin. de
verb. oblig.quod ſufficit allegari tempore allegatio-
nis,id quod natura ſui ineſt actioni propoſitæ, idem
eſſe in allegatione præſumptionis iuris de clandeſti-
na poſſeſſione, contra deducentem titulum in poſ-
ſeſſorio reintegrandæ,tradit Tobi.Peruſ.conſ.24. nu.
18.ſecùs.ſi venit extrinſecùs,quia debet opponi à par-
te,& ſic ex mente Bart. & Anton.de Butr.ſi quid non
ineſſet ſui natura, vel ex actis non pateret, non ſuffi-
ceret allegari in allegationibus iuris tantum, hac in
ipſa re videtur ſentire Alcia. in d. tract.de præſum. in
reg.2.præſumptio.21.nu.4. dum allegando hoc dictũ,
quòd ſufficit,allegationem fieri in allegationibus iu-
ris,dicit hoc dictum indiget altiore indagine,quia vi
detur cõtra doctr.ibi allegatam ſecundum eum: ego
enim puto quod aliquid conſiſtens in facto allega-
tum in allegationibus iuris non releuet allegantem,
niſi aliquo modo conſtare poſſit iudici, vt iudici ex
actis,vt in notorio probat Iaſ.in l.ſi verò.§.1.co.ſi.ver.
ſecundo aduerte. ff.qui ſatiſd. cog. & tanto magis in
præſumptione iudicis ſeu hominis.i.faciendo per ho
minem non prolata à iure de circunſtantiis requiſi-
tis,prout pars prætendit,requiritur probatio iuridica
vt per Felin.in c.prudentiam.§.ſexto.col.2.in fin.ver.
non obſtat verbum de offic.deleg.& per tex.in l.an in
totum.C.de ædifi.priua.dicit Pet.de Ancha. in conſi.
383.Primo,& ante omnia. circa ſi.quod circũſtantiæ,
quæ habent variare arbitrium,& declarationem iudi
7 cis,clare probari debent:facit,† quod inſtrumentum
de alieno protocollo extractũ de cõmiſſione iudicis
de ſtylo probat abſque eo,quod probetur de tali cõ-
miſſione, niſi in proceſſu de tali defectu cõmiſſionis
pars opponat,& non ſufficit,quod opponat in allega
tionibus iuris extra proceſſum per partem traditis:vt
per Guid. Pap. in q.404. licet de iure limitarem iſta,
niſi allegationes iuris eſſent de actis, & deberent in
actis redigi,& de eis eſſet danda copia parti: vt tenet
Iaſ.in l.2.col.2.de eden.ibi ſequitur Dec.in col.5.quã-
do tales allegationes fuerunt inſertę in actis,quia tũc
operantur in proponendo,allegando, & opponendo
in facto,prout operantur aliæ ſcripturæ proceſſus,eſt
eadem ratio:ergo idem ius:l.à Titio.de verb.oblig.&
quia tũc dicitur cõſtare iudici ex actis per ſupra alle.
quod ſecus eſſet,ſi non eſſent de actis,ſed exhiberen-
tur iudici pro eius animi informatione,vt vidi com-
muniter ſeruari,ita per Guid.Pap. in q.241. an aliqua
exhibita.Et generalis regula eſt in reſpicientibus vti-
litatem priuatam à iudice aliquid nõ pronũciari, niſi
petatur.per not.in d.l.4.§.hoc autem iudicium.&ibi.
tex de dam. infect. & per Guid. Pa. in q.221.item di-
cta die.& alibi per doct.huius verò,& ſimilium reſpi-
cientium iudicialia proprius erit locus infrà lib. vlt.
dixi,præſumit pro vna parte,& ad eam animi ſui mo
tũ inclinat:quia propriè Bal.in rub.col.2.C.de prob.
8 dicit,† ꝙ preſumptio eſt inclinatio animi boni viri ad
eliciendum alterum extremorum ex intellectu, pro-
ueniens ex cõiectura nobili.Circa alia & quòd ſtatur
præſumptioni, donec aliter probetur veritas,dictum
eſt ſ.per l.nuptura.in ſi.ff.de iur.dot. cum aliis alleg.
ſecũdum vim circumſtantiarũ:quia dicit Abb.in d.c.
is qui.circa ſi.ꝙ præſumptio facit gradum ſecundum,
quod indicia ſtringunt,& cum aliis ſuperiùs alleg.ita
probata eſt diffinitio per me ſuperiùs adducta, & di-
citur generalis deffinitio de his,quę remiſſa ſunt arbi
trio iudicis,tex.& gl.in l.ſuus.§.puto. ff.de hær.inſti.
quę poteſt ſatis conferre ad cognitionẽ materię præ-
ſumptionum cum allegandis etiã inferiùs, poſtquam
prædicta ſcripſeram,reuidi Alber.in l.ſiue poſſidetis.
C.de prob.qui ibi in 2.col.eodẽ modo videtur deffi-
nire dicens ꝙ pręſumptio eſt in re dubia vnius partis
altera partis omiſſa ſumptio,& ibi Bal.circa ſi. dicit,
9 ꝙ præſumere † pertinet ad legem, vel legis miniſtrũ,
deponere ad teſtẽ,perſuadere ad Aduocatum,vel ora
torem. Ita ſimpliciter iſtius vocabuli præſumere ex
præpoſitione, præ, & verbo, ſumere, ſignificationem
tangit.Alciat.d.tract.de præſump.par.2.in prin.

Igitur non diſcedendo à pręſumptione iudicis,ſi-
ue hominis,operæpretiũ eſt videre,ſi poſſit ſuper hac
ſpecie aliqua certa regula ſeu doctrina tradi pro qua
10 parte prius debeat præſumi. † Cum enim huiuſmodi
præſumptio ſit quædam ſpecies probationis, vt per
Abb.& alios in rub.de pręſump.& materia probatio-
nis ſit arbitraria iudici,doctrina,quę poteſt inde tra-
di,eſt talis,ꝙ allegatis & præpoſitis circunſtantiis ad
vtramq; partem vertentibus iudex æſtimabit de eius
cõparatione facta, & pro ea parte præſumet,pro qua
magis vrgent coniecturæ:vt l.ſi defunctus.C.arb.tut.
& l.nec ei.§.1.ibi,vt eſtimetur ex cõparatione earum,
&c.ff.de adop.& l.inter duos.in prin.ver.in propoſi-
ta.de reb.dub.ibi:quia cõparatio poſterioris deceden
tis ex facto prioris mortui ſumitur.& vbi coniecturę
ſint pares ab vtraq; parte, ſeu valde ambiguæ ad eſſe,
& non eſſe,itaq; vacillat pro neutra parte pręſumere,
tunc regulare debet iudex ſuũ arbitrium ſecundum
regulas iuris,per alleg.à Mar.Blãc.in l.ſi.de quęſt.pro
ſuo tract.de indic.nu.40.41.& fundando ſe in regulis
iuris,errare non poterit,ſecundũ Bal.in conſ.36.Factũ
ſic ſe habere videtur.nu.1.lib.1 quia ad eum,vti mini-
ſtrum legis,ſicut ad legẽ,præſumere pertinet,vt ſ.alle
gaui Bal.dicere in d.l.poſſidetis.circa ſi.eo.ꝙ præſum
ptio eſt ſpecies probationis:Abb.in d.rubr.& Tiraq.
in l.ſi vnquam.in ver.donatione. nu.158.de reuocan.
don.& probatio ſit iudici:l.15.ff.de probat.& l.2. in
princ. C.commu.diuid.cum ſimil. Debet ergo iudex
in præſumendo ſequi veſtigia legis & iuris.
11 Quomodo † autem ius præſumat,poteſt cõprehen
di,& cognoſci ex text.& glo.& ſcriptis magiſtralibus
Doct. continentibus in pluribus & diuerſis materiis,
qualiter diuerſi & plures caſus pręſumãtur,& qualiter
non pręſumantur.Nã vltra alios caſus ſparſim in aliis
locis poſitos,in quatuor locis poſuit Luc.de Pen.Pri-
mò.in l.quicunq;.C.de apoch.public.lib.10. colligit
caſus 108.in quibus ius præſumit in bonam partem:
deinde in l.quemadmodũ. C.de agric.& cenſ.cumu-
lauit alios caſus 223.in quibus ius præſumit in malã
partem,deinde & tertio loco, in l.1. C.de quæſtio.&
magiſ.lib.12.congeſſit caſus centũ,in quibus ius non
præſumit.Deinde & vltimò.in l.Princeps.C.de prin-
cip.agen.in reb.cod.li.12.enumerauit alios caſus, cen
tum & decem,in quibus modò in periculũ, modò in
vtilitatem,modò in damnũ ius præſumit,& per quàm
plures promiſcui caſus,in quibus modò in vnã modò,
in



in alteram partem ius præſumit, recollegit Gui. Pap.
in ſuo tract.de præſump.& poſtremo magis ordina-
tè de his Alc.compilauit ſuum tra.de præſump.

Etenim horum & ſimilium caſuum præſumptorũ,
ſummã aliqualiter perſcrutando, vt aliqua ſpecialius
attingantur,quæ ſaltem frequentius accidunt.

Primo propoſita affirmatiua & negatiua, de qui-
bus,vt præfertur, omnis actio eſt, re dubia exiſtente,
12 præſumitur pro negatiua,† cum probatio incumbat
dicenti,& non neganti.l.2.ff.de probat.& l.actor. C.
13 eo.Nam ſuper iſta † affirmatiua teſtati,& negatiua in-
teſtati,vt exẽplis vtar propoſitæ materiæ noſtræ prin
cipalis præſumitur pro negatiua inteſtati, quia eo i-
pſo,quod allego teſtamentum, non factum, probata
eſt mea intẽtio,niſi per aduerſarium aliud probetur:
ita dicit Bar.l.is poteſt.col.pen.ver.quinto dicit gl.ff.
de acq.hære.Cor.con.197.col.2.ver.& ſi rationes. li.
4.quod declarãdũ eſt,vt per Are.ibi.d.l.is poteſt.col.
pen.& in l.ſed & ſi de ſua.col.pen.& ſi.&Hier.Cagn.
in l.ſi emancipati.nu.35.cum ſeq.C.de collati.Nega-
tiua enim præſumitur vera,niſi probetur affirmatiua
Bal.in l.1.§.ſi magiſtratus.ff.de magiſ.conueni.& di-
citur probata pro aliquo ex eo,quod aduerſarius nõ
allegat affirmatiuam:Aym.conſi.1.in ſi. facit Bald.in
conſ.466.Ad intelligentiam.col.2.ver.non ob. ſi di-
cas.lib.5.vbi dicit,veritatem apparere,ex quo non re
uocatur in dubium:idem Dec.con.7.col.2. Negatiua
etiã dicitur magis negare, quã affirmatiua affirmare,
idem Dec.in con.3.col.2.circa ſi.& con.581.col.3.in
ſi.vbi in materia teſtamenti non expreſſum dicit in-
telligi non diſpoſitum, niſi contentio huiuſmodi eſ-
ſet ſuper validitate teſtamenti, quia preſumitur pro
teſtamento:l.ſi pars.ff.de in offi.teſta.cum ſimil.

Item pro parte:fouente religionem, & piam cau-
ſam præſumitur,quia ſi apparent duo teſtamenta,vel
facta ſine die, vel eadem die, & non apparente,quod
ſit vltimum,ſi in vno adſit legatum ad piam cauſam,
in alio non continens legatum ad pias cauſas præſu-
mitur poſterius & valere:vt per Roma.in auctẽ.ſin
militer.col.18.ver.duodecimo.C.ad l.Falc.vbi in con
tractibus,in iudiciis,& in vltimis voluntatibus, col-
legit fauores à iure traditos piis cauſis, & ex traditis
ibi, & alibi per doct. præſumptiones, pro cauſis piis
poſſent adduci ad plurimos caſus,de quibus dicetur
alibi.Item dubio exiſtente inter qualitatem, actum,
vel potentiam accidentalem, vel naturalem, præſu-
mitur pro naturali.l.3.in princip. de tutel. & l.ſi quis
poſthumos.in princ. de libe.& poſth. præſumi enim
ſecundum naturalem ęquitatem:Alci.facit ſuam pri-
mam reg.in d.tracta.de præſump. poſſem caſus mul-
tos adducere,in quibus ſecundum naturalem affe-
ctionem,& naturã rei, actus, & negocij præſumptio
elicitur, ſed eos, ne fiat confuſio, reſeruo tractare in
ſeq.dubita.vbi de locis,ex quibus hæc media haben-
tur,dicendum eſt.
14 Item in † dubio ſit præſumptio voluntatis teſtato-
ris,ſecundum ius,& non ſecundum factũ:l. hæc con-
ditio.& ibi gl.in ver.coniunctiones.& Bart.in l. Mu-
tianæ.col.ſi.ver.ſed quæro quid in dubio. de cond.&
demonſt.& per docto. in l.quoties.qui ſatiſd.cogan.
15 Item † pro debito qualitatis perſonarum, officij po
teſtatis,loci,originis,qualitatis,quantitatis,rerum,&
patrimonij,charitatis,cauſæ,modi ſoliti, & commu-
niter accidentium fieri debet præſumptio, quoniam
hæc ſummatim & breuibus diſcurrẽdo, vt de his me
16 expediã hoc in loco. † Debitum qualitatis perſonam
facit,quod ſi teſtator ſit parens boni conſilij, ſalutis,
dilectionis & præcipuè prouiſionis, ſit præſumptio
pro liberis:l.ſi.in prin. C.de cur.fur.no.in l. quidam
cum filium.ff.de hære.inſti. c.afferte. de præſumpt.l.
iſti quidem.in ſi.ff.quod met.cau.l.cũ auus.de cond.
& demonſt.& l.cum acutiſſimi. C. de fideicom.& l.
Lucius.in ſi.ff.de hære.inſt.non tanta eſt præſumptio
pro liberis naſcituris:l.qui filiabus.in princ.& ibi gl.
& docto.not.de lega.1.adducit cum aliis concor. Ti-
raq.in l.ſi vnquam.ver.filios. num.1.de reuoc.donat.
17 † qualitas enim perſonarum inſpecta tam in præſu-
mendo,quam aliter intelligendo diſpoſitiones & ne-
gocia,multum confert,& attenditur per multas deci-
ſio.in diuerſis caſibus, probat Felin. in cap. cauſam,
quę col.13.ſub ver.quinta declaratio.de reſcri.Corſe.
in ſuis not.in ver.conditio perſonæ.Matth.de Afflict.
in deciſ.401.Steph.de Fede.de interpr.in 3.par.num.
47.66.67.& per not.in l.ex facto,§.ſi quis rogatus.ff.
ad Trebel. veriſſimum eſt autẽ,vt alias, aliud ex per-
ſona locoque ſit æſtimandum,dicit tex.in l. pen.in ſi.
de condi.& demonſt.
18 Debitum † officij facit,quod pater præſumitur de-
diſſe dotem de ſuo filiæ etiam quod aliter exprime-
ret,quando eſt ſoluendo,vt l.ſi.de dot.promiſ.& qui-
libet præſumitur diligens in officio ſuo:c. ad audien
tiam.§.ſi.de præſcrip.l.2.C.de off.ciui.iudi.Bal.in l.1.
C.de priui.fiſ.c.ſuper.de renuncia. Aym.con. 29. nu.
19 6.cum ſimil.† Et feciſſe quis præſumitur,quod facere
debebat,Bal.in l.cum ipſe.col.2. ſub ver.quæro.l.C.
de contrah.em. & factum præſumitur nomine eius,
ad quem tale factum & negotium pertinet: Paul. de
Caſt.in conſ.84.in ſi.li.1. & Alex.con.40. ſub nu.6.li.
5.cum aliis ad hæc ſimil.allegari ſolitis.
20 Debitum † poteſtatis facit, quod omnis diſpoſitio
præſumitur ad poſſibile,tam circa diſponentem,quã
perſonas & res diſpoſitas:l.1.§.lex Falcidia.&ibi Bar.
&l.Plauti⁹.in prin.la 2 ff.ad l.Fal.&l.vbi. in prin.&l.
poſtulante.§.ſi.ad Treb.Bal.in l.peto.in ſi.de lega.11.
dicit,quem videri velle, quod eſſe poteſt,& nõ aliud
Bar.in auctẽn.excipitur.C. de bon. quæ liber.Roma.
con.409.Quoad primum.circa ſi.Dec.con.218.col.2.
nu.3.& con.294.in ſi.plures caſus ponit Aym.in con.
11.id enim eſt præſumendum, quod de iure fieri po-
teſt,dicit gl.2.in l.Caius.ff.ſolu.matr.
21 Debitum † loci facit, quod non præſumitur violen
tia & metus,vt l.ſi.in prin.ff. quod met.cau. & dimi-
nui ſolemnitates teſtamentorum,vt l.ſi.C.de teſtam.
ita quod præſumatur grauior iniuria.§.atrox.Inſti.de
iniur.& Bal.in c.vel ſi cum filia.qui.mod.fe.amit.di-
cit,quod Locus eſt vnum de decem prædicamentis,
ſecundum Ariſtotelem,quod pręedicamentum in iure
ciuili eſt neceſſarium in dependentibus à loco, ſicut
ſunt indicia,per l.pen.de iuſt.& iure,ſecundum eum,
& per l.nam quod liquidæ.§.ſi.de pen.leg.& d.l.pen.
in ſi.ibi,aliud ex perſona locoque ſit æſtimandum.de
cond.& demonſt.
22 Debitum † originis facit, quem præſumi bonum
vel malum,vt l.quod ſi nolit.§.qui mancip.ff.de ędil.
edict.& aliquid cognoſci etiam, quod adſint alia ac-
cidentia,vt l.cũ filius.§.hæres.& ibi gl.de leg.2. & a-
liquid eiuſdem iuris eſſe,prout erat id, à quo habuit
originem,gl.in l.obligationum fere.§.placet. ff.de a-
ctio.& oblig.& tex.in l.hæc actio.ff.ſi meſ.fal.mo. di.
item qualitas rerum relictarum facit præſumi cuius
contemplatione ſit factum legatum:vt per Soci. in l.
2.col.pen.de reb.dub.
23 Quantitas † etiam rerum & patrimonij portionis
præſumi facit totum onus expenſarum alicuius ope-
ris non ſpectare ad eum,cui operis cura à teſtatore
impoſita eſt:vt tradit Bar.in l.Titius.de lega.3.
24 Quantitas † patrimonij facit præſumi, teſtatorem
noluiſſe dare tantam pecuniam cuilibet filiarum, vt

per Iaſ.in l.qui filiabus,§.ſi quis ita.in 4.no.de lega.1.
& taxari legatum,poſitum,in arbitrio boni viri:l.1.in
fi.de le.2.ſimiliter de quantitatē relictorum fieri præ-
ſumptionem,ponit Bene.Capra in conſi.60.col.1.

25 Sequitur debitum†charitatis,quæ facit præſumi,
& ampliari relictum vltra conſuetum modum:l. Au-
relius.§.Titius teſtamento.& ibi gl.de lib.lega. & gl.
in ver.maxime.in l.ſi is qui.§.1.de reb.dub. & l.ſi ſer-
uus pluriū.§.fi.de leg. 1.cum ſimil. Cauſa relictorum
etiam facit præſumi , & intelligi , qualis ſit voluntas
teſtatoris:l.cum pater. §. dulciſſimis.de leg.2.Pau.de
Caſt.in conſ.332.col.1.lib.1.Soc.inter con. Cur.Seni.
conſi.40.nu.25.& alibi per doct.

26 Modus † quoque diſponendi oſtendit qualitatem
diſpoſitionis:l.non codicill.& ibi per Bal.C.de teſta.
& ex eo modo legati qualitas ipſius declaratur, dicit
Alber.in l.Seiæ.§.fi.de fun.inſtr.

27 Item †à ſolito præſumptiones & argumenta va-
lent , & plurimum attenduntur in omnibus mate-
riis:vt per Dec.poſt alios ibi in l.certi condictio. §.ſi.
nummos.col.2.in 4.not.ſi cer.pet.& Nic.Euer.in ſua
centu,locorum legalium in loco 63. ab vſitato ſeu à
ſolito.Poſtremo,ex communiter accidentib. fit præ-
ſumptio à communi curſu:Bal.in con. 351.Io. & Fe-
de.col.2.ver.item prædicto Federico.li.5.& in l. cum
in te.ver.gl.quærit,C.de dona. ante nupt.dicit,quod
communiter conſueuit fieri, præſumitur factum , &
de hoc latè per eum,& alios in l.neque natales.C. de
proba.& per Aym.con.40.nu.2.3. & in con.276.col.
2.ver.6.iuuatur.& conſ.280.col. 4.ve.3.nos videmus.
& per Nico. Euer.in d. loco. 93. Hæc ſufficiant non
tractando , quia de his & aliis conferentibus no-
ſtro principali inſtituto alibi latius & ſuo ordine
differendum erit , ſed innuendo dicta ad aliqualem
arbitrij iudicis in præſumendo inſtructionem oſten-
28 dendo † quemadmodum iura mouentur ad præſu-
mendum , ita iudex arbitrium ſuum ſecundnm ius
regulando ex factis præpoſitis præſumere debet, po-
teſt enim ex modica & aliquali occaſione inclinante
& ſuperante pro vna parte,pro ea præſumere,arg.l.er
go.§. adiectis.ff.de fidei com.liber.facit illud Teren-
tianum in Andria , dum in dubio eſt animus, paulo
momento huc illuc impellitur. meminit Corn. con.
40.Circa hanc conſultationem. col.6.ver.nihilomi-
nus ego.lib.3.inclinando in eam opinionem aliqua-
liter innuentibus verbis teſtamenti.quod legatū do-
tis factum filiæ ſit purum,& non conditionale, vt ibi
per Iaſ.in l.ſi duo patroni.in prin.col.1.in 3.not.ff.de
29 iu.iur.dicentem, †probationibus hinc inde paribus
eſſe magni effectus habere aliqualem præſumptio-
nem;quia hæc præfertur, & ibi ante eum per Bart. &
per Ab.in c.tráſmiſſæ.in fi.qui fi.ſint legi. & per Bar.
in l.fi.ad fi.C.comi.vel epiſto.Tiraq.in tract.le mort
ſaiſit.6.par.decla.5 nu.15 in cæteris autem me remit-
to ad loca ſuperius dicta plenius continentia mate-
riam præſumptionum.

## *SVMMARIVM.*

*1 Veritas à coniectura & iudicio,poteſt abeſſe ,ſed non veri-
ſimilitudo veri.*

*2 Præſumptiones ſunt fundatæ ſuper veriſimilibus.*

*3 Veriſimilia ſunt quæ dant fere ſpiritum & eſſe his ſpecie-
bus probatoriis,in quibus inſpicitur, non quod poſſibile,
ſed quod veriſimile eſt.*

*4 Veriſimile adducitur ad interpretationem voluntatis te-
ſtatoris.veriſimile & credibile reputatur idem.*

*5 Voluntas reducta in quæſtionem, vt bene intelligatur, eā
declarari via veriſimilitudinis,neceſſe eſt reperire cir-
ca materiam ſubiectam & rem,de qua agitur, aliquid
verum,cui aſſimilari poſſit id, de quo dubitatur, proce-
dē lo de vno particulari ad aliud particulare,per oſtē
ſionem eiuſdem vel maioris rationis aſſimilationi dan-
do duo extrema.*

*6 Veriſimilitudo qualiter,& quomodo percipitur.*

*7 Veriſimilitudinis medio declaratur id , quod eſt in cauſa
dubium , ſi eadem,vel maior ratio de vno ad alterum
militat.*

*8 Veriſimile quod non eſt,quomodo cognoſci poſſit.*

*9 Veriſimile magis quod ſit,vide exempla legum.*

*10 Veriſimile vt cognoſcatur,requirit quandoque duo,quan-
doque tria,vel plura particularia , & hæc inſpicienda
ſunt,vbi quæritur de aliquo veriſimili vel non veriſimi
li,quod tunc inueniatur particulare illud, quod ſit ve-
rum,cui aliud particulare æquiparari poſſit,quod ſimi-
le vero eſſe quæritur.*

*11 Veriſimile poteſt appellari credibile,conſentaneum,& poſ-
ſibile,quia ſemper intellectu præſidet vnum quod pro
vero tenetur,& cui cætera eſſe ſimilia , vel conſona vi-
dentur,*

*12 Veriſimile pro diſpoſitione extēdenda vel declarāda quan
do probari debeat ex ipſo teſtamento,vel ex diſpoſitis in
eo,vel ex legitimo numero teſtium,vel quando poſſit ap
parere,& ſumi ex factis dictis probādis extra teſtamē-
tum,& per duos teſtes,hæcq; concluſio vera demōſtra-
tur,quoad tendentia ad declarationem.*

*13 Concurſus,vel conflictus,& repugnantiæ veriſimilium,cō-
iecturarum,indiciorum,argumentorū , ac præſumptio-
num,ſolent,quandoque adeſſe adeo,vt non ſolum his nō
eluceſcit veritas,ſed obumbratur,& quæ reconciliatio
horum conflictorum fieri poſſit,& quomodo.*

*14 Veriſimiliora ſunt ea,& magis tenenda, quæ iuri commu
ni conſonant.*

*15 Coniecturæ & præſumptiones,quæ ſint efficaciores,& quo-
modo hoc cognoſci poſſit , vt eſt præſumptio vehemens
naturalis,quæ excludit quamlibet contrariam opinio-
nem,& vehementiores ſunt,vt demonſtrat ordo literæ:
ſpecialis præualet & præfertur generalis quæ habetur,à
remotis facilius tollitur,præſumptionem adeſſe aliqua-
lem pro vna parte eſt magni effectus , exiſtentibus hinc
inde paribus probationibus.*

## SOLVTIO V.

VEriſimilia ſunt,quæ veluti ſal, aut aroma-
ta præſtant condimenta aliis præmiſſis
mediis,coniecturis,indiciis,argumentis&
1 præſumptionibus : nam † de coniectura,
& indicio,à quibus poteſt abeſſe veritas , ſed non ve-
riſimilitudo veri , ſimul dicit Bal.in l. non hoc.circa
fi.C.vnde leg.argumenta fore veriſimilia eſt text.in l.
2 milites.§.oportet,C.de quæſtio, † præſumptiones ſi-
militer ſunt fundatæ ſuper veriſimilibus:l.cum de in-
debito.§.1.ff.de prob.&c.quia veriſimile. de preſum.
3 Quinimo†veriſimilia ſunt,quæ dant fere ſpiritum,
& eſſe his ſpeciebus probatoriis,in quibus inſpicitur
non quod poſſibile , ſed quod veriſimile eſt : Andr.
Tiraq.in d.l.ſi vnquam.in præfat.nu.48.in fin. & nu.
59.& vbi non adeſt veriſimile,imago videtur falſita-
tis.Bald.in l.1.col.3.de ſer.fug.cum multis ad hæc per
Iaſ.in l.ſi extraneus.col.2.& ſeq.ff.de condict.ob cau.
& Barba.conſi.43.col.1.ver.& præmitto. lib.1. & per
Tiraq.in d.præfat.poſt nu.37.& Gram.deciſ.28.nu.1.
4 & Aym.conſi.75.col.pen.Adducitur enim quoq; ve-
riſimile ad interpretationem voluntatis teſtatoris,vt
l.cohæredi.§.qui patrē de vulg.& pup.l.cum res.ver.
1.de leg.1.Afflict.in deciſ.44.num.18.Alex.conſi.179.
col.



col.pen.ver.ex quibus etiā.li.5.Aym.conſi.25.nu.25.
& conſi.135.nu.33.& alibi maximè in con.297.col.6.
ver.vndecimo.

Veriſimile & credibile,&reputatur idem:vt l.cum
in teſtamento.de reb.dub.d.l.cum de indebito.§.1. &
Tiraq.in d.præfa.nu.61.quid autē ſit veriſimile,quan
tum operetur,quantū ue debeat attēdi in interpre-
tatione,vt ſit veriſimilis,plura dixi ſupra in præceden
ti interpretatione,in dubit.4.ver.hæc etiam compræ-
hendunt,quæ hoc in loco etiam caderent, ſed omit-
tuntur,cum in loco dicto ſupra videri poſſint.

Veruntamen adhuc exiſtimo nō ab re eſſe aliqua-
liter inquirere,ſuper quæſtionibus voluntatū vltima
rum,pro clariori intelligentia,quo cognoſci poſſit &
debeat id,quod eſt veriſimile , quia vtroque termino
affirmatiuo & negatiuo in ſimil.tex.gl.& doct.vtun-
tur, hæc eſt bona pars operis laborisq. noſtri. Ideo ſu
peruacua repetitio ac longa cūctatio eſſe non poteſt.
Cum enim omnis fere huiuſmodi quæſtio verti con
tingat,an quis vocatus & admittendus ſit in diſpoſi-
tione,vel ne,cognito,quod ſit excluſus , res eſt expe-
dita:cognito autem, quod ſit vocatus,poſſunt exinde
oriri facti quæſtiones ſuper prædicamentis , ad quid,
ad quantum,ad quale,& ad alia,de quibus per Bal.in
5 l.volūtatis.col.2.C.de fideicom.† Bene intellecta vo
luntatis quæſtione,quæ & qualis ſit,ſi quæratur,eam
via veriſimilitudinis declarari , & dirimi neceſſe eſt
circa materiam ſubiectam , & rem,de qua agitur , re-
perire aliquod vero,cui aſſimilari poſſit , id quod ver
titur in dubio propoſitæ quæſtionis procedendo per
oſtenſionem eiuſdē vel maioris rationis,de vno parti
culare ad aliud particulare,pro congrua ſimilitudine
habenda:duo enim extrema requirit aſſimilatio:ideo
ſi deficit exemplar,deficit exemplandum, inquit Bal.
in l.omnia.C.de epiſc.& cler. & declaraui in ſupradi
cta dubit.4.vltra princ.hæc in ſe vera ſūnt,& poſſunt
comprobari ex eo,quod tradit Ange.in con. 261.Pun
6 ctus.col.3.ſub ver.pro hac opinio.facit,vbi dicit,†ve
riſimilitudinem percipi ex multis ſecundum naturā
ſubiectæ materiæ,vt ibi per eum,dantem aliqua exē-
pla,& prout ſuadet ratio ſubiectæ materiæ,& ſubiun
gentem:ſi autem nullæ veriſimilitudines ſumi poſ-
ſunt,aliquo modo oſtēdentes intentionem diſponē-
tis,tunc ad verborum ſignificatum recurritur: l. non
aliter.de lega.3.ſi verborum ſignificatus nō eſt certus
neceſſario,attenditur minimum , & vbi etiam mini-
mum nō apparet diſpoſitio, vt incerta penitus vitia-
tur,& nihil operatur,vt ibi per eum,& ante eum per
Dyn.in c.inſpicimus.de reg.iur. in ſexto,& facit text.
in l.cum pater.§.cum imperfecta.de leg.2.ibi,ſi dicto
ſcriptum congruat,& ibi per gl.& Bal.ſentit veriſimi
le,quod non ſit extraneum:igitur vis tota conſiſtere
videtur in inſpiciendo & percipiendo rationē huiuſ-
modi particularium de ſubiectis materiis , & facta
comparatione eorum,vt in ſimili dicit tex.in l.nec ei.
§.1.ver.& primum quidem.ff.de adopt.eſt gl. expreſ-
7 ſa in ver.veriſimile.in l.cum res.§.1.de leg.1.†Si eadē
vel maior ratio de vno ad alterum militat,medio ve-
riſimilitudinis id declaratur,quod dubium eſt in cau
ſa,vt videre eſt in caſu not.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.
ad Trebel.vbi dubiū de portione vltimi grauati dece
dentis ſine liberis recurrendo ad verum apparens ex
teſtamento,quod eſt fideicōmiſſariam eſſe vocatam
ad totam hæreditatē,& ſic ad ambas portiones duo-
rum hæredum grauatorum decedentium ſine liberis,
verum per maioritatem rationis ſimile repertum ſol
uitur,quod d.fideicommiſſaria ex voluntate teſtato-
ris tanto magis debet conſequi dictam portionem v-
nam,& percipitur ex caſu l.cum auus.de cond.& de-
mon.& l.generaliter.§.fi.C.de inſt.& ſub.& l.cum a-
cutiſſimi.de fideicom.vbi poſt mortē grauati filij,vel
nepotis etiam naturalis non facta expreſſa mentione
decedentis ſine liberis,eiſdem liberis ſuſceptis ſuper-
ſtitib.dubium fideicōmiſſi dandi fideicōmiſſario,etiā
de liberis teſtatoris ſoluitur , non dandū eandem ra-
tionem piæ voluntatis teſtatoris remanendi bona li-
beris grauati æſtimando cū ea ratione, quæ fuit dan-
da bona eadem grauato viuenti, vt per gl.in d.l.cum
acutiſſimi.in tex.d.l.generaliter.§.fi.per verba nega-
tiua dicitur,non eſſe veriſimile,patrem, ſi de nepoti-
bus cogitaſſet,talem feciſſe ſubſtitutionem.

8 Hoc quidem † nō veriſimile cognoſci poteſt,inſpi-
ciendo particulare verum in materia ſubiecta , quod
eſt,vt filius vel nepos etiā ſecundum caſum d. l. cum
auus inſtitutus viuens habeat bona,& eo mortuo,ſui
liberi habeant,ex coniectura pietatis teſtatoris,vt ſic
dicentis,licet non fuerit ſcriptum , per d.l.cum auus.
& conſequenter ſubſtitutus nō habeat, & hoc verum
particulare comparādo cum altero particulare,quod
mortuo grauato cū liberis ſubſtitutus habeat bona,
vt ad hunc effectum facta eſt ſubſtitutio, & liberi nō
habeant,vt excluſi à ſubſtituto, hoc vltimum inueni-
tur,non eſſe ſimile primo vero,cum eadem ratio pie-
tatis teſtatoris ſit,bona data filio vel nepoti eo mor-
tuo,deuenire ad grauatos liberos accedente etiam ra
tione Iuriſc.in l.Lucius.in fi.ff.de hæred.inſt.ita ergo
probatur dictum non veriſimile ſcriptum , in d. l.ge-
neraliter.§.fi.ob diuerſitatem rationis vnius particu-
laris & alterius.

9 Rurſus aliud † exemplū eſt de magis veriſimili ex
iam d.l.cohæredi.§.qui patrem.vbi quæſtio volunta-
tis de ſubſtitutione reciproca poſtea generaliter facta
an comprehendat cæteros hæredes pro certa parte&
ad inuicem ſpecialiter ſubſtitutos , an alios cohære-
des pro reliquis partibus datos, ſoluitur comprehen
dere cæteros cohæredes omnes medio hoc magis ve
riſimile propter dictam ſpecialem ſubſtitutionē,hu-
iuſmodi autē magis veriſimile cognoſcitur inſpiciē-
do vnum particulare de ſpecialiter ſubſtitutis, et alte
rum de generaliter inſtitutis ac ſubſtitutis , compa-
rando vtrumque ſubſtitutioni reciprocæ generali ter
mino vero ad quem , et de quo quæritur in eadē ma-
teria ſubſtitutorum,et cui cum reperiatur alterū par
ticulare de generaliter magis ſimile,quam ſi particu-
lare de ſpecialiter ob maiorem conformitatem et ra-
tionem generalium ad inuicem , quam ſpecialium,
ad quæ non referuntur generalia:gloſ.et doct. in d.§.
qui patrem. ergo pro parte cæterorum cohæredum
ſic probatur magis veriſimile.

Rurſuſque aliud exēplum eſt de veriſimili, ex ca-
ſu.l.quidam teſtat.in prin.de leg.vbi dubium vel de-
monſtrationis,vel cōditionis exortum ex facta poſt-
ea in alios caſus tranſlatione pecuniarum legatarum
ſoluēdarum,de aliis locis et vſib. à teſtatore deſigna
tis ſoluitur eſſe demonſtrationem potius, quam con-
ditionē,et ita legatū deberi medio veriſimile , quod
quidem veriſimile deprehenditur,inſpiciendo parti-
culare verum,quod eſt legatum à principio purè da-
tum, vt dicitur in textu. Cui potius eſt ſimile parti-
culare demonſtrationis,quam particulare conditio-
nis aſſignata,ratione differentiæ , quod illa deſigna-
tio perſonæ et loci:ex quibus ſoluerentur pecuniæ le
gatæ,oſtēderet hæredibus ipſam demonſtrationē vt
commodius præſtarent legatum , et non conditionē,
quæ eſt nō ſolum nō ſimilis,ſed cōtraria dicto parti-
culari vero puri legati , alia diuerſa ratione etiā ſub-
ſiſtente inter demonſtrationem et conditionē, quod
demonſtratio etiam falſa,et non exiſtens,non nocet,

ſed conditionis defectus vitiat diſpoſitionem : vt l. demonſtratio.§.1.de cond.& demon,cum ſi. ita ergo probatur,dictū veriſimile potius pro demōſtratione quam pro conditione,& ſic pro debito legati vigēte.

Ex his autem ſic adductis, pluribus alijs caſuū legū&exēplis de veriſimili omiſſis,colligi poteſt,quod
10 pro † cognitione veriſimilis oportet quādoq; tria vel plura particularia attendere:duo.n.inſpicienda ſunt, vbi quæritur de aliquo veriſimile,vel non veriſimile quod tunc inueniatur particulare illud , quod ſit verum,cui æquiparari poſſit aliud particulare, quod ſimile vero eſſe quæritur,& vero fiat de ſimili comparatio,& experimentum,ſicut lapide lydio tangendo, auri & argenti bonitas probatur, de ſimili comparatione cum aliquibus alijs , ex quibus ſumitur veriſimile,per l.1.& l.vtrum.§.fi.tradit Soci.in l.cum in teſtamento.de reb.dub.& concurſus rationis eiuſdem, vel maioris de vno,& ad alterum particulare , prout conuenit,eſt,qui probat veriſimile, ſicut de ſimilitudine probāda docet Bal.in l.1.circa prin.de iuſt.&iu. à quo habui hunc terminum vnum & alterum particulare ſæpe dictum,& quo vtor in hac ſpecie,& vbi inueniuntur plures differentiæ, quam conſonantiæ, illa non dicuntur ſimilia,dicit Bal.in l.1.in 2. not.C. de iur.emphyt.quia ex diuerſis ceſſat illatio: l.Papianus.de minor.cum vulg.

Tria vero vel plura particularia ſunt attendenda: quando plura ad inuicem vertuntur in cōtrouerſia, & pro vnoquoque nititur eſſe veriſimile , tunc reſpiciendum eſt particulare, quod eſt principale,& cui vnumquodq; cæterorum contendit eſſe magis ſimile. poſtea cætera conſpicienda ſunt,&rationibus omniū hinc inde & adinuicē bene pēſatis,& adaptatis,quod apparebit magis ſimile principali vero particulari, ꝓ eo erit magis veriſimile,vt probatur exēplis ſuprà adductis,maximè ex caſu d.l.cohæredi.§.qui patrem. & d.l.quidam teſtamento.in prin.& in his verum attendendū puto tā de iure,quā in facto.cui æquiparatio fieri tractatur,vt liquere poteſt p dicta & ſim.iura.

11 Non refert,quod † veriſimile poteſt appellari credibile conſentaneum & probabile , vt per Tiraq. in dicta pręfat.nu.61.quia ſemper intellectu pręſidet vnum quod pro vero tenetur,& cui cætera eſſe ſimilia vel cōſona videtur,aut quod faciat quid aliud probabile,& credibile,vt facile probari, & credi poſſit.Tamen de vocabulis diſputatio pertinacius reliquenda eſt, Abb.in c.quanto.col.de præſump. Adde quod apparens ex veriſimili dicitur eſſe tacite actum , Soc. in l.vbi.in 2.not.de reb.dub.

Enimuero id arbitror ſummopere aduertendum,
12 quod ſi † veriſimile propoſitum tendat ad extendendum includendū,excludendum , vel ad aliud,ſapiens nouā diſpoſitionem , huiuſmodi veriſimile quidem apparere & probari debet ex ipſo teſtamento, vel ex diſpoſitis in eo vel ex legitimo numero teſtiū,requiſito ad probationem vltimæ voluntatis, ſi vero tendat ad declarationem vel demonſtrationem perſonarum rerum,qualitatum,quantitatum , & ſimilium, poteſt tunc etiā ſumi & apparere ex dictis factis & probandis extra teſtamentum , etiā numero duorū teſtium, per ea,quæ declaraui, & probaui ſupra in hac eadem dubit.ſuper medio primo de coniecturis,& me ad ibi dicta remitto,concluſio hæc etiam vera demonſtratur,quoad tendentia ad diſpoſitionem ex iuribus ſupra allegatis,& quo ad tendentia ad declarationem, probatur per l.ſi ſeruus plurium.§.fi.& l.cum res. §.1. & per not.in l.legato generaliter.& in l. ſi domus.in prin.de leg.1. & per Soc.in d.l.cū in teſtamento.itaq; hoc in loco & in alijs præcedentib. medijs dicta admoneo notanda,cordique tenenda : quia non ita dilucide planeque alibi declarata inueniuntur.

Quoniam pręmiſſa media recenſendo,ſolent quā-
13 doq; † cōtrouerſiæ,conflictus & repugnantiæ coniecturarum,indiciorum,argumētorū, præſumptionum &veriſimiliū oriri,ita quod non ſolū his nō eluceſcit veritas,ſed obumbratur,ideo conuenit aliqua adducere,quibus horum conflictuū reſolutio & repugnātium reconciliatio fieri poſſit,quæ quidem expleri & expediri poſſent ſolis ſonoris & elegātibus verbis in ſimilibus,per iuriſc.habitis,in l.ob carmen.§.fi.ff.de teſti.vbi ex natura & qualitate negocij cōfirmare debet iudex motum animi ſui , & ex argumentis , quæ rei aptiora,& vero proximiora comperierit , non reſpiciendo multitudinem,ſed ea,quibus potius lux veritatis aſſiſtit.& de quibus latè per Bald.in l. teſtium. col.fin.C.eo.

14 † Veriſimiliora namque ſunt ea,& magis tenenda, quæ iuri communi cōſonant,multos concor.allegat Feli.in c.auditis.col.12.ver.in quantū poſtea.de pręſcrip.& Aym.conſ.75.nu.24.inde eſt,quod exiſtentibus pro malitia & bonitate alicuius contrarijs adinuicem probationibus,cæteris paribus , præferuntur probationes pro bonitate,quia iſtæ potius ſunt conformes iuri communi,ſecundum quod quilibet præſumitur bonus,ita arguit Petr.de Ancha.in con.253. In quæſtione presbyteri Caroli,ſequitur Fel.in c.fin. col.3.ver.in gloſſ. in verbo, pręſump.quia etiam iſtę probationes de bonitate ſunt magis amicæ & conſonantes naturæ cumulo authoritatum, probat Aymo. con.6.nu.63.& conſi.8.nu.7.& conſ.9.nu. 8.& conſ. 21.nu.6.& con.145.nu.15.& alibi.Atque pręualet ille intellectus,in quo eſt maior proprietas verborum,& ille,in quo maior eſt ratio dubitandi , & ille,per quē minus iuri communi derogatur,& ille,qui conuenit Rub.& præualet intellectus in materia ſtricta,qui eſt in ſtricto ſignificatu:& ille,qui facit actū valere, hæc colligit ſingula ſuis authoritatibus,cōprobādo Dec. in l.quoties idem ſermo.in fin.de reg. iur. de præſumptione,ex proprietate verborū præferenda,tex.& ibi Alc.in l.quiſquis.de verb.ſign.item quando idem dicit vnum,& ſcribit aliud dictū,præualet ſcripto,not. Bar.in l.quoties.§.1.in 2.not.ff.de hære.inſtit. exinde eſt etiam proprius ad rem noſtram , quod exiſtentib. paribus coniecturis de ſana mente , vel de dementia teſtatoris,præferuntur illę de ſana mēte,vt magis cōſonantes iuri communi,cuius regula eſt,Quod in dubio quilibet ſanæ mentis præſumitur : l. nec codicillos.& ibi Bal.C.de codicil.tradit Cor. coſ.219. Licet videatur col.pen.in fi.ver.& magis li.1. refert & comprobat Dec.in l.furioſū.col.2.nu.19.20. C. qui teſta.fa.poſ.&Iaſ.in con.124.dico,col. pen.in fi.ver.primo quia.lib.1.ad idem Corn.con.91.in fi.li.4. id enim facit naturalis qualitas, quæ ſecundum naturam adeſſe præſumitur,& transfert onus in negantem probandi cōtrarium:vt per Bar.in l.2.ff.de proba.item exiſtentibus præſumptionibus,& in genere,& in ſpecie quodāmodo diuerſis,præualent hæ, & attenduntur, quæ ſunt in ſpecie:vt l.cum de indebito.in prin.& ibi not. Bar.ff.eo.& Pariſ.conſ.29.nu.87. lib.2. & intelligitur de ſpecie,de qua agitur,per d.l.ob.carmen.§ fi.

Item in conflictu veriſimilium & præſumptionū, illud dicitur veriſimilius,& attendendum, quod magis adhæret loco,à communiter accidentibus,vt frequētiorib.ad quæ ſe aptat lex,& iudex eius miniſter: vt firmat Bal.conſ.390.tā profunde.col.2.vltra med. ver.venio ad ſecundum.lib.2.& quod plerunq; fit,eſt veriſimilius,dicit Ful.con.131.Gaſpar.col.pen. quod conſilium aſcribitur Iacobo de Fabris:idem ibi in vltima





tima ſubſcriptione,circa fi.firmat per argumentum à communiter accidētibus ipſe Fulgo. ſubſcribens:eſt tex.in l.in obſcuris.de reg.iu.&c. inſpicimus.eo. in 6.

Vlterius plurium indiciorum aliqua ſunt fundata in facto , aliqua in verbo , potiora quidem ſunt, quæ factis oſtenduntur , quam quæ verbis: nam magis filius præſumitur , qui alimentetur vt filius,quàm ille, qui nominatur filius , & magis probatur vxor , quæ honorificè in veſtimentis, alimentis, menſa , & lecto tractetur, quam ea , quæ vocatur vxor:hæc eſt doctr. Bal.in l.non ignorat.col.1,circa med.C.qui accuſ. idē in l.1.col.3.C.de priuil.dot.quod per coniecturas alimentorum exhibitorum vxori tanquam dotatę probatur vera confeſſio dotis,comprobat Aym.conſ.40. col.2.num.4.& circa doctr.Bal.in d.l. non ignorat.latè ſcribit Pariſ.con.10.maximè poſt nu. 61.li.2. facit, quod ſcribit Soc.con.37.circa fi.li.3.vbi in conflictu coniecturarum cedit cōiectura ſolius nominationis. Ratio eſt,quia efficacior fit declaratio facto, quā verbo,per alleg.ſupra in præcedenti interpr.dubit.3.ver. item voluntatis interpretatio , hoc vltimum fallit in his,de quorum ſubſtantia ſunt verba:quia potius verba attenduntur,quam facta,ita tradit Bar. in l.de quibus.col.2.ver.5.oppono.ff.de legi.

Ad cognoſcendum,quæ ſint efficaciores coniecturæ & præſumptiones, aliqua tradit Step.de Feder in tract.de interpr.iu.in 3.par.nu.53.56.vehemens naturalis præſumptio excludit quamlibet contrariam opinionem:l.eum,qui probabilem.& ibi Bal.not.C.de epiſc.& cler.item vehementiores ſunt coniecturæ vt demonſtrat ordo literæ in tex. l. ſi ſeruus plurium §. fi.de leg.1.vt ibi per Imo.Alexan.Aret.& Iaſ.qui dicit
* ita eſſe magis *Com.Opin.item ſpecialis præualet & pręfertur generali probationi : Alexand.in d.l. ſi prius col.8.in fi.de no.oper.nunc.& con.77.nu.9.li.1.Aym. con.143.nu.2.& alia vide per Barb.con.29.col.2.li.1. & coniectura,quę habetur à remotis,facilius tollitur, vt per Soc.Iun.con.128.nu.68.69.lib.1.Quibus accedat,quod dixi ſupra ver. præſumptiones in fi. quod exiſtentibus paribus hinc inde probationibus eſt magni effectus,pro vna parte ad eſſe aliqualem præſumptionem:quia pro ea præualent probationes , vt per Iaſ.in d.l.ſi duo patroni.col.1.in 3.not. de iureiur. cum alijs,per me ibi alleg.ſupra.

LIB. I. INTER. II. DVB. II.

SVPEREST altera dubitatio exponenda ex quibus locis aſſumi poſſunt ſuperius enarrata media.primum quidem, hos circa locos exquirendos proteſtor( vt quandoque dixi) me nolle aſtringi regulis logicalibus , ſed legalibus velle vti,& quemadmodū inter legendum comperi leges , glo. & docto. tractare & interpretari vltimarum voluntatū quæſtiones, ex eis didici & extraxi aliquos locos ſeparatim infra aſcribendos, cuique applicando ſuos declarationum caſus, prout ſonus atque vis loci expoſtulat,ſollicitā non adhibēdo quoque curā,vt proprij eſt,ſpeciales huiuſmodi loci deſignati ſint , ex quibus nominatim ſingula media prædicta aſſumpta eſſe cōſpiciantur,ſicuti forſan pollicitatio præmiſſa innuere videtur. Sed obſeruando rē,& non verba:vel magis, quam verba,l. promittendo.in prin.ff. de iur.dot. expedit principali inſtituto incūbere.quod propoſita ſpecies interpretationū huiuſmodi proſequatur ex certo & clariori ordine, quo poſſit doctrina clarior haberi , faciendo,vt poſſibile, erit de his doctrinā manifeſtā,vt verbis vtar Iuriſc.in l.1.in prin.ff.de excu.tut.Hoc tamen vnum non omittendū eſt,quod loci iſti ſint de contingentibus vt plurimum & apparētibus extra teſtamentum,ac à remotis,vt fit,vbi à proximis haberi non poteſt interpretatio:vt per Bal.in l.fi.circa prin.C.de hæred.inſt.atque vt plurimum circa generalia , vt ſuperius dictū eſt in hoc primo lib.fore obſeruandum,à proximis verò,& expreſſis , & dependentibus ex teſtamento ipſo loci ſunt in ſequentibus libris reſeruati.

Qui ergo hic ponendi ſunt,tales ſuccurrūt , & ſoluuntur.

1 Ex bono & æquo.
2 A natura.
3 A conſanguinitate.
4 Ab amicitia & inimicitia.
5 Ab affectione,& charitate.
6 A contemplatione.
7 A ſubiecta materia.
8 A conuenientia.
9 A conſuetudine.
10 Ab arbitrio viuentium.
11 Ab auditu.
12 A neceſſitate.
13 Ab euentu.
14 Ab effectu.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio dubitationum quæ extra teſtamentum incurrunt ex bono & æquo faciēda eſt,ea vero,quæ ex ipſo teſtamento oriuntur , neceſſe eſt ſecundum ſcripti iuris rationem expediri.*

1 *Interpretatio debet habere iſtos duos bonos comites.ſ.bonum & æquum.*

3 *Intellectus l.in his,quæ,de cond.& demonſt.vide fere per totam ſolut.hanc,lex hæc in his quæ , licet habeat verba & duo reſponſa ſua ſatis clara & aperta,tamen diuerſimode reſtringitur,& intelligitur per glo . & docto.vt refert,vt ibidem.*

4 *Proprius & verus intellectus qualis ſit in d.l.in his. de condi.& demonſt.*

5 *Teſtamentum dicitur alterum ius ſcriptum , & loco iuris habetur.*

6 *Verba teſtatoris,quando ſunt clara,& certa, nullam recipiunt interpretationem.*

7 *Hæres ex modico defectu non confecti inuentarij infra certum tempus à teſtatore præfixum , perdit magnam hæreditatem.*

8 *Aequum dicitur,& eſt ſeruandum omne, quod dicit teſtator etiam ſi de iure communi eſſet iniquum.*

9 *Interpretatio fit ex bono & æquo ſecundum diuerſitatem circunſtantiarum.*

10 *Ex bono & æquo:hæc particula , licet exponatur diuerſimodè,tamen ad rem noſtram hanc cōmodiorem & propriorem,& æqui adducit Ariſtoteles interpretationem.*

11 *Aequum & bonum de æquo & bono quomodo ſe habeant ad inſtam , vide ſecundum Ariſtotelem , cuius ſententia ibidem refertur.*

12 *Ex bono & æquo poſſunt interpretari & determinari,quæ accidunt extra teſtamentum,id eſt extra,vel preter diſpoſitionem eius,cum teſtamentum ſit ius & lex circa diſpoſita in eo.*

13 *Iudex debet arbitrari ex bono & æquo in non expreſſis per legem vel per teſtatorem:& ideo appellatus eſt bonus vir quæ ex ipſo teſtamento oriuntur,& apparent in eo debet tunc expediri ſecundum ſcripti iuris rationem,vt in eo eſt ſcriptum.*

14 *Ex bono & æquo in contingentibus extra teſtamentum, locus eſt interpretationi,quæ fit,nō præferendo perſonas odioſas perſonis prædictis,& ſeruando æqualitatem*

## SOLVTIO I.

PRIMO itaque ex bono & ęquo locus
habetur ex iam quandoque alleg. l. in
his,quæ. de cond. & demonſtr. Cuius
1 hæc ſunt integra verba:† *in his,quæ extra
teſtamentum incurrunt,poſſunt res ex bono
& æquo interpretationem capere,ea verò, quæ ex ipſo teſta-
mento oriuntur,neceſſe eſt ſecundum ſcripti iuris rationem ex-
pediri.*
Primum dicã,quatenus ex bono & æquo capienda
ſit interpretatio, huc accedere omnia, quæ ſuprà in
præceden.interp.in dubit.4.allegaui de benigna,hu-
mana & æqua interpretatione facienda,& hac ratio-
ne locus iſte de interpretatione ex bono & æquo cõ-
munis eſt,& ſe immiſcere debet, cum & in omnibus
locis hac in dubi.annotatis,vnde Bal.in d.l.in his. di-
2 cit,† quod interpretatio debeat habere iſtos duos bo
nos comites. ſ.bonum & æquum, merito vt fidus A-
chates,cæterorum primo ſe offert, & præmittitur.
3 Atque prius aliqualiter conſiderando ſuper † in-
tellectu d.l.in his,quæ comprehendo quod licet ha-
beat verba & duo reſponſa ſua ſatis clara,& aperta,ta
men diuerſimodè intelligitur & reſtringitur, per Gl.
& per doct. ibi.Nam Glo.ad primum reſponſum de
his,quæ extra teſtamentum incurrerent, ſimpliciter
exponit,vt mentis & verborum eius interpretatio al-
legando leges aliquas,quæ loquuntur de dubiis con
tingentibus extra teſtamentum partim determina-
tis per ipſas leges,partim per iudicem diffinientis: &
ad ſecundum de his,quæ ex ipſo teſtamẽto oriuntur
exponit vt legatorum vel fideicõmiſſorum relictorũ
probatio,allegando leges de verbis teſtamenti inſpi-
ciendis,& tenendis,niſi aliud appareat:Bar. intelligit
primum dictum & reſponſum, quando verba teſta-
menti ſunt certa, ſed ſuper his occurrit dubitatio,
quæ ſic dicitur extra teſtamentum,& hæc determina-
tur ex bono & æquo, & ſecundum intelligit quando
dubium eſt de verbis teſtamenti,eſſe de ipſo teſtamen
to,& debere expediri,ſecundum ſcripti iuris rationẽ,
& reſtringi, hoc eſt,quod habeantur probationes re
quiſitæ ad probandum teſtamentum: Alber.de Roſ.
ſummando eſſe recurrendum ad iuris interpretatio-
nem,quando voluntas eſt dubia per verborum obſcu
ritatem, alias verbis eſſe ſtandum, exponit primum
dictum extra teſtamentum, id eſt extra ſolemnitatem
teſtamenti,quando quæſtio eſt de volũtate,& ſecun-
dum dictum ex ipſo teſtamento,exponit,id eſt, teſta-
menti ſuperficie,quod præſupponatur.Sed quæritur,
an ſit ſolemniter factum, & exponenda verba primæ
glo.ibi interpretatio dicit:Quia verba erant dubia,&
verba vltima gl.ibi probatio dicit. Quorum verba e-
rant clara,quæ expoſitio de directo eſt contra expoſi-
tionem,& intellectum,traditum ibi per Bar. Imo.ſe-
quitur Bar.ſubiungendo alium ſenſum in ſecũdo re-
ſponſo, quod vertente dubio inter partes an aliquid
ſit relictum in teſtamento, recurrendũ ſit ad ſcriptu-
ram teſtamenti:Nicol.de Neap.Cum.& Pau.de Caſt.
intelligunt, quando verba teſtamenti ſunt clara,eis
eſſe ſtandum, licet ſint rigoroſa,quando vero eorum
ſenſus & ſignificatus,non eſſet clarus,ſit interpretatio
ex bono & æquo:& Socin. conſiderando tres caſus.
primum,quando dubitatur, An à teſtatore fuerit fa-
ctum aliquid,tunc debet probari legitimè.ſecundum
Regulas Iuris.ita intelligit 2.reſponſũ,& ſequitur in-
tellectũ Glo.& Bart. Secundum, quando conſtat de
diſpoſitione,& verbis teſtatoris,ſed verba ſunt obſcu
ra circa interpretationẽ,tunc fieri debet interpretatio
ex bono & æquo: ita intelligit primum reſponſum,
ſequendo Glo.& Bar.Tertiũ,quando verba ſunt legi-
timè probata,& clara,tũc illis eſt ſtandum, licet eſſet
diſpoſitio rigoroſa,ita loquitur ſecũdum reſponſum,
ſecundum eũ,qui in hoc ſequitur, Nic.de Nea.Cum.
Paul.de Ca.exiſtẽte tamen dubitatione ſuper verbis
certis,eſſe fiendã interpretationem ex bono, & ęquo
ſequendo,Bar.vt per.eum ex quibus patet, verũ eſſe,
quod dixi hãc legẽ diuerſimode intelligi & reſtringi,
reſtrictionẽ autẽ eſſe maximè ad ſecundũ reſponſum,
quod dubitatio,orta ex ipſo teſtamẽto,quaſi nõ poſ-
ſit eſſe in alio,niſi in probatione requiſita ad proban
dum teſtamentum ſecundũ Bar.cum tamẽ poſſit eſſe,
& circa inſtitutionem hæredũ, & circa præteritionẽ
filiorum,&alia ſolemnia vltra probationem,ideo hoc
ſentiens Albericus, Ex ipſo teſtamento,exponit ſim-
pliciter.i.teſtamenti ſuperficie, & fingatur, vt cum a-
4 gitur,an ſit ſolenniter factũ.† Vnde veriorẽ ad hanc
legem puto intelligentiam datam à Nico. de Neap.
Cum.& Pau.de Caſt.quam tandẽ ſequi videtur Soc.
vltimo eliciẽdo duo not.Primũ,quod in re dubia in-
terpretatio ſit ex bono & æquo. Secundũ,quando ver
ba ſunt clara quantumcunq; rigoroſa, his ſtandũ eſt,
& nullã recipiũt interpretationẽ,quia ſufficit pro ra-
tione voluntas. idem vbi videtur ſentire Bald.dum.ſ.
illam legem ſummat, in incertis, & non certis,locus
eſt coniecturis ſeu præſumptioni. Veruntamẽ ego exi
ſtimo.quod verus & proprius fuerit intellectus Iuriſ.
in promulganda d.l.in his,quæ.quod faciendo men-
tionẽ de bono & æquo, & de ratione Iuris ſcripti ha-
buerit teſtamẽtũ pro iure ſcripto,ideo dicat,Ea vero,
quæ ex ipſo teſtamento oriuntur,& poſſunt eſſe hęre
ditates,legata:fideicõmiſſa,modi,conditiones, & alia
quęcũq; diſpoſita,& quæſtiones ſuper inde ortæ, cũ
ſint verba indefinita æquiparata vniuerſalib.l. ſi plu-
rib.in prin.de lega.2. l.quidã.de vi. tri.ol.leg. & talia
oriantur,&habeantur ex teſtamento per iura nota.ne
ceſſe eſt.quia ius ſcriptũ de neceſſitate eſt ſeruandũ,l.
3.C.de leg.l.nemo de ſen.& inter.om.iud.&c. erit au
tem.diſ.4. ſecundũ ſcripti iuris rationem expediri.i.
5 finiri,& determinari,† quia teſtamentũ ſic dicitur al-
terũ ius ſcriptũ &loco iuris habetur,vt l. verbis ff.de
verb.ſignif.& §.diſponat in auct. de nupt. &c.vltima
voluntas.13.q.2.& talis eſt intellectus,quem,vt dixi
veriorem ſentiunt Nico.de Neap.Cum.Pau.de Caſt.,
& Bal.etiam,& vltimo Soci. dum notat,eſſe ſtandum
verbis quantũcunq; rigoroſis.per l.proſpexit.in prin.
ff.qui,& à qui.ibi glo.ſatis expreſſè ſentit, d.l.habere
locũ etiam in teſtamentis dum notat eſſe ſtandũ ver
bis legis dictæ ſic ſupra.de lega.3.l.nõ aliter.quæ qui
dem in verbis teſtamentorum loquitur, & ſubiungit
6 Soci.† quãdo verba teſtatoris ſunt clara & certa,nul
lam recipiunt interpretationem, quia ſufficit pro ra-
tione voluntas pro hoc vltimo nihil allegat,ego autẽ
allego tex.in l.cum quidã in fin.C.de neceſ.ſeru.hær.
inſt.bis repetentem hæc verba, quia teſtator voluit,
& mortuo pupillo neceſſarius, quia & hoc teſtator
7 voluit.per quam legem † ex modico defectu non con
fecti inuentarij infra certum tempus à teſtatore prę-
fixum,hæredem perdere tantam & magnam hæredi-
tatem, probat Pau.de Caſtr.in conſi.292. Circa pri-
8 mum dubium.colu.4.ver. ſuper quinto.lib.2.† Nam
quod vult teſtator, dicitur æquum,& eſt ſeruandum,
etiam ſi de Iure communi eſſet iniquum, vt per gloſ.
in l.ſi debitor. ff.ad L. Falc. intellectum enim huiuſ-
modi eſſe verum & proprium legis noſtræ latoris in
hac poſitione demonſtrat præcedens poſitio ſeu re-
9 ſponſum † de incurſis extra teſtamentum poſſe fieri
interpretationem ex bono & æquo.ſ. ſecundum di-
uerſitatem circunſtantiarum dare effectum interpre-
tationi,



tationi,vt & ipſa habet diuerſa ſignificata,ſicut dictũ
eſt ſuprà in præceden.interp.in dubit.1.Nam & ſi di-
uerſimodè exponatur particula hæc, Ex bono & æ-
quo, vt per Gl.& doc. in l.de iuſt.& iu. Tiraq. de re-
tract.tit.1.§.35.glo.1.nu.26.& ſeq.& præce.& Benue.
Strac. in ſuo eleganti tract. de mercatura. in vltima
10 par.in prin. Tamen † ad rem noſtram commodiorẽ,
quam alij faciant, & propiorem boni & æqui expoſi-
tionem videtur adducere Ariſtoteles Ethicorum lib.
5.cap. 10. Quem, vt antiquitate Philoſophiæ peritia
ſummâque authoritate aliis præcellit,ita mihi in hac
re ſequi viſum eſt,dicit ipſe differẽs de bono & æquo
11 quomodo ſe habeat ad iuſtum, † quòd bonum & æ-
quum eſt iuſtum, ſed eſt melius præſtabilibus aliquo
iuſto.ſ.legitimo & cõcreto per legiſlatorem, & ſic eſt
emendatio huiuſmodi iuſti redacti in legem ſupplẽ-
do in eo vniuerſaliter:in quo lex licet vniuerſalis defi
cit non ſuo defectu ſeu peccato, nec legiſlatoris, ſed
ob incomprehenſibiles caſus continuò à rerum natu-
ra productos,exinde habuit Iul.Iuriſcon. quod dixit
in l.neque leges.ff.de legi.quòd non poſſunt ſcribi le
ges taliter, vt poſſint omnes caſus comprehendere,&
dixi ſuprà in procemio..ver.omnes quidem.Cùm igi-
tur ſubiungit Philoſophus, Lex vniuerſaliter loqui-
tur,in his autem quippiam accidit præter vniuerſale
tunc.ſ.ex bono & æquo emendatur defectus in eo ac-
cidente,quod legiſlator omiſit,& peccauit abſolutè
locutus, quod ſciens Iuriſcon.in l.Mæuia.§.vxore.de
an.leg.in ſimilibus reſpondit,non poſſe abſolutè re-
ſponderi,cum multa oriri poſſent,quæ pro bono ſint
æſtimanda:ideóque huiuſmodi varietas viri boni ar-
bitrio dirimenda eſt,ſunt hæc verba tex.quæ propriè
menti Ariſtot.conueniunt, & eodem modo emenda-
retur per legiſlatorem,ſi adeſſet,& ſi ſciuiſſet, ita legẽ
tuliſſet,quod comprobat communem doctrinam gl.
& doct. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.idem ſen-
tiens,expreſsè meminit Alci.lib.3. poſt prin.de verb.
ſigni.& in parergôn iu.lib.11.ca.11.non tamen aliter
noſtram ſpeciem aperiens,de qua agimus, & per l. ſi
domus.§. in pecunia. de leg.1. vbi de tempore per le-
giſlatorem non determinato, ſed determinando per
prætorem ex bono & æquo.Quapropter omiſſis ver-
bis non neceſſariis ad rem noſtram concludendo, A-
riſtoteles ſubiungit hæc verba: Atque hæc eſt natura
ipſius boni & æqui,emendatio legis ea ex parte, qua
deficit ob vniuerſale, & poteſt exponi.ſ.quòd aliquid
accidit ex vniuerſale non terminatum per legem re-
ctè,quia lex non potuit comprehendere omnes caſus
in vniuerſali ipſo:cum itaque verum ſit,bonum & æ-
quum eſſe qd melius,præſtabilius,vniuerſalius,perfi-
ciens,adiuuans,& adæquans res hominum, quàm ſit
lex & ius ſcriptum,exinde tale quod homo eligens,&
agens ſit bonus,& æquus, atque ſuum exercitium eſt
ars ipſius boni & æqui:d.l. in prin. de Iuſt. & Iur. Et
12 † teſtamentũ,cum ſit lex & ius circa diſpoſita in eo.
d.l.verbis.d. §. diſponat.ergo verus intellectus d.l. in
his,quæ. deprehenditur eſſe,quòd ea, quæ accidunt
extra teſtamentum, id eſt, extra, vel præter diſpoſita
in teſtamento poſſunt interpretari, id eſt,determina-
ri & declarari ex bono & æquo:quod tale eſt, vt ſuc-
currit in ſupplementum,&defectum legis ſcriptæ ex
ſententia Philoſophi ſuprà adducta. optimè facit tex.
in l.2.§.item Varus.ff.de acq.plu.arcend.ſic loquens:
hæc æquitas ſuggerit,etiam ſi iure ſtricto deficiamus:
intelligit ius ſtrictũ pro expreſſa iuris deciſione:Petr.
Andr.Grammat.in c.1.ſeu in tract.de permut. beneſi.
col.5.nu.31.vbi latè de intel.d. text. etiam poteſt dici
in hac ſpecie in defectum expreſſæ legis teſtamenta-
riæ,& certæ diſpoſitionis Iuris communis,& de ſimi-
libus, incurrentibus extra teſtamentum,poteſt poni
exemplum,vt in caſu,d.l.Mæuia,§. vxore, cum ſimil.
quæ adduxi ſupra in præced.interpr. in dubit. 3. ver.
cum autem teſtatoris, vbi tractatum eſt de interpre-
13 tatione fienda à iudice,† qui in ſimilibus non expreſ
ſis per legem,vel per teſtatorem,cum debeat arbitrari
ex bono & æquo. d.§.vxore. & d.l. quod ſi Epheſi. de
eo,quod certo,exinde appellatus eſt bonus vir.l.con-
tinuus.§.cum ita.de verbo.oblig.ea verò quæ ex ipſo
teſtamento orientur,id eſt,poſſent apparere diſpoſita
in eo, oportet expediri & finiri ſecundum ſcripti iu-
ris rationem.ſ.vt in eo ſcriptum eſt,& ſicut ius ſcriptũ
ſeruatur authoritatibus,& rationibus ſuprà adductis,
14 vt nimiam moram ſuper his ſingulis nõ traham.† In
ontingentibus itaque extra teſtamentum ex bono
& æquo,locus interpretationi eſt,per d.l.in his,quæ.
& per Soc.conſi.37.in fi.lib.3. Quæ ſit non præferẽ-
do perſonas odioſas perſonis prædictis, & ſeruando
æqualitatem,vt ibi per eum,& aliis modis ſuprà po-
ſitis in præced.interpr. in dubit.4.& in not. in l.cum
hi.§.vult igitur.ff.de tranſact.& dicendis in ſequẽtib.

*SVMMARIVM.*

1 *Voluntas teſtatoris ex loco à natura mediantibus ſuis medijs poteſt declarari,& interpretari,dum eſt dubia.*
2 *Naturalis æquitas quæſtiones voluntatum tacitarum teſtatoris determinat, ex qua præſumptione poſthumus rumpit teſtamentum & clauſulam codicillarem.*
3 *Naturalis æquitas rationem habens à natura inſitam mouet ad dandum perſonis coniunctis,& ideo eſt contra naturalem affectionẽ quòd hæreditas vadat ad extraneos, & auferatur his,qui ſunt de ſanguine.*
4 *Naturalis charitas ſeruatur, quæ maximè valet circa interpretationem teſtatoris.*
5 *Natura per doctores multifariè accipitur,& dicitur cuiuſcunque rei primordium, per quod vnumquodque habet ſuum proprium eſſe,& quandoque ponitur pro æquitate,quandoque pro curſu rerum naturalium.*
*Item pro iure ſanguinis,quandoque pro motu, qui animantibus ineſt.*
*Item pro iure immutabili.*
6 *Natura nos docet,& hoc,quoad perſonas,vt votum parẽtum ſit,ducendi vxores, cauſa poſteritatis conſeruandæ.*
7 *Verum & proprium eſt à dictamine naturali nihil ita verum,ſicut natura,quæ neſcit mentiri.*
8 *Naturalis intellectus fecit,ſic teſtator poſt mortẽ hæredem, ſtubſtituat maiorem de certa domo, debet intelligi de maiore natu & ætate,non ſcientia,pecuniis, aut dignitate,ac diuitiis.*
9 *Naturalis ratio coniecturando voluntatem teſtatoris inter alia, facit, quòd ſubſtitutio de nepotibus ſubſtitutis, & fratre in quadam domo poſt mortem omnium hæredum mortuo vltimo filio hærede ſine filiis, & cæteris cohæredibus prædefunctis verificatur ita per cauſam naturalem, & iure ſanguinis ambigua teſtatoris volũtas,reſoluitur pro nepotibus.*
10 *Naturalis coniectura pietatis tollit aliam coniecturam legis,filia in ſua dote inſtituta,& alenda,donec nupſerit, & pupillariter cum extraneis ſubſtituta impuberibus fratribus inſtitutis, in pupillari ætate defunctis, debet habere ſuam hæreditatis portionem, & conſequi alimenta,donec nubat.*
11 *Naturalis affectio operatur erga filias adæquandas, & eſt magis conueniens voto parentum, & naturæ,filios non nominatos filij inſtituti ſubſtituti alteri filio etiam ſubintrare in ſubſtitutione præmortuo patre.*

12 *Verba teſtatoris debēt interpretari ſecundum quod ratio nis & neceßitudo ſanguinis dictat.*
13 *Verba ſubſtitutionis ſimpliciter prolata, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, intelliguntur non de legitimatis, ſed verè & naturaliter legitimis.*
14 *Verba debent intelligi de legitimitate naturali, & quãdo poſſunt intelligi de actu naturali & ciuili, debent in dubio intelligi de naturali.*
15 *Naturalis filius dicitur, qui natus eſt ex muliere ſoluta & ſoluto, etiam quòd non adſit legitimus concubinatus.*
16 *Verba in fideicommißis debent intelligi naturaliter, & nõ ciuiliter,*
18 *Natura rei declaratur voluntas diſponentis, & hoc, quo ad res, quod procedit etiam in materia ſtricti iuris, etiam verba impropriando, & etiamſi interuen ſſet iuramentum.*
18 *Natura rei præualet menti diſponentis, & diſpoſitioni legis generaliter loquentis.*
19 *Natura vſusfructus finiendi per mortem vſufructuarij facit, quòd mortuo vſufructuario, finitur onus vſufructuario impoſitum ex ipſo vſufructu, quòd videbatur vlteriùs durare ex verbis diſpoſitionis.*
20 *Natura rei oſtendit, quòd dictio, In perpetuum, cui ſubſcribitur, durat, quantum ipſa res.*
21 *Natura legati pactorum, proteſtationum, & negotiorum, facit iſta intelligi ſecundum naturam eorum.*
22 *Natura & qualitas rei verba præciſa etiam recipere facit interpretationem & ſuppletionem, ſuper quo proferuntur; ita quòd natura rei etiam commutabilis facit intelligi diſpoſitionem de ea factam ſic eſſe commutabilem.*
23 *Vſus teſtatoris derogat naturæ rei.*
24 *Logiſta pro materia aſſumit ſibi facta hominum ſecundum Dial.*
25 *Natura actus præſtat argumentum ad regulandum & intelligendum ipſum actum: de hoc ibidem plura.*
26 *Requiſita ad teſtamentum faciunt illud eſſe teſtamentum, etiamſi teſtator illud appellauerit contractum, codicillum, vel donationem.*
17 *Naturalis ratio ſufficit allegari abſque alia lege, & reſtringit generalem diſpoſitionem legis.*

## SOLVTIO II.

1 SECVNDÒ † à natura, perquàm frequens locus eſt, ex quo intelligentia rerum dubiarum & declaratio ſumi poſſunt, vt fertur etiam eueniſſe ad concordandam, & dilucidandam antiquiſſimi Chaos obſcuritatem, & confuſionem, vt per Ouidium, 1. Metamor. *Hanc Deus & melior litem natura diremit*, dicit Bal. conſi. 235. Quæſtiones tacitarum. lib. 4.
2 vt à propoſito non diuertam, quòd † ex naturali æquitate præſumendo legiſlator teſtatoris voluntatum tacitarũ quæſtiones determinat. per l. 3. C. de inoffic. teſta. ex qua præſumptione dicit, poſthumum rumpere teſtamentum, & clauſulam codicillarem, quando poſthumus magis diligendus eſt, quàm inſtitutus, & in diſpoſitionibus teſtamentariis, quòd natura non concedit, non obſeruatur, tex. in l. 1. §. ſin verò talis. de caduc. tollen.
3 Addo, quòd † naturalis æquitas, rationem habens à natura inſitam, mouet ad dandum perſonis coniũctis, per tex. & ibi glo. in l. 1. in princip. ff. de leg. præſtan. proinde eſſe contra naturalem affectionẽ, quòd hæreditas vadat ad extraneos, & auferatur his, qui ſunt de ſanguine: dicit idem Bald. in l. 1. ver. in text. ibi: aduerſus. C. de his, qui ante aper. tabu. idem Bald.
dicit in conſi. 156. Clauſula codicillaris, col. 2. ſub ver.
4 conſideratis li. 2. quòd naturalis † charitas ſeruatur,
quæ maximè valet circa interpretationem teſtatoris,
& text. in l. Aurelius. §. Titius teſtamento. de lib. leg.
dicit quod præſumptio propter naturalem affectum
facit videri omnia patri conceſſa. & ibi gl. dicit, quod
facit intelligi vltra conſuetũ modum. idem Bal. conſi.
40. Quidam magnus. colum. fin. vltra med. lib. 3. dicit,
quod debeamus naturã ſequi, quæ nos dirigit ad intellectum
verum, leges plurimas & deciſ. multas doctorum
fundantes ſe in naturali ratione, & naturam
ipſam pro ſolido ac præcipuo teſtimonio adducẽtes,
colligit Andr. Tiraq. in tract. ceſ. ca. in prima limitat.
num. 67. vſque ad num. 78. & Riminal. Iun. conſi. 67.
nume. 13. & ſeq. conſil. 246. nume. 96. 97. adde & not.
text. in l. fin. C. quorum bon. ibi: cum prudentium
omnia reſponſa, & lex ipſa naturæ ſucceſſores eos
faciant, eos, ſcilicet conſanguineos, repulſo viro, exponit
ibi Glo. ex qua agnatos conſanguineos præferri
cognatis, arguit & conſuluit Bero. conſi. 95. nu. 15.
16. 17. lib. 2.
Antequam vlteriùs progrediar, non prætermittam
5 ꝑ aliquali notitia ipſius naturæ proferre, quòd † natura
per doct. multifariam accipitur: vt per Alber. in
dict. in ver. natura & per Bald. in l. 1. §. libertatibus, de
caduc. tollen. dicentem, quòd natura dicitur cuiuſcunque
rei primordium, per quam vnumquodque
habet ſuum proprium eſſe: Item quandoque ponitur
pro æquitate: Item quandoque pro curſu rerum naturalium:
Item pro iure ſanguinis: Item pro motu,
quia animantibus ineſt: Item pro iure immutabili: vt
ibi per eum.
Vt etiam aliquali ordine in his procedamus: Poteſt
ex natura ipſa intelligentia quãdoque haberi de
perſonis, quandoque de rebus: & quandoque de acti-
6 bus. † De perſonis primum dicit tex. in l. liberorum.
ver. fin. ff. de verborum ſignific. Natura nos quoque
docet, vt votum parentum ſit ducendi vxores, cauſa
poſteritatis conſeruandæ, filiorum appellatione nepotes
contineri, quod intelligendum eſt, vt ibi per
Bart. & per Bald. in l. maximum, col. 4. ver. ex prædi-
7 ctis, de liber. præter. qui notanter dicit, † quod eſt ex
dictamine naturali, eſt verè & propriè: quia nihil eſt
ita verum, ſicut natura, quæ neſcit mentiri: ex naturali
affectione teſtatoris erga ſubſtitutum vulgarem
cognoſcitur, & deciditur, quòd ſubſtitutus iſte non
excluditur per patrem inſtituti, decedentis, hæreditate
non adita, intra annum: vt per Bald. in l. 3. colum.
2. numer. 4. ſub verſi. ex hoc etiam. in fin. C. de hæred.
inſtitut.
8 Ex † naturali intellectu pariter in quæſtione tali:
Si teſtator poſt mortem hæredum ſubſtituat maiorem
de certa domo, debet intelligi de maiori, nõ ſciẽtia,
pecuniis, dignitate, aut diuitiis: ſed ætate: quia verba
habentia naturalem intellectum: debent intelligi
naturaliter: l. fi. de his, qui ven ætat. impetr. & c. ſuſceptum.
de reſcript. lib. 6. ita tradit Felyn. poſt alios per
eum relatos, in rubr. colum. pen. de maiorit. & obed.
Barba. in conſi. 10. col. fin. lib. 2. & Dec. conſi. 541. col.
9 3. num. 13. ita † quòd ſubſtitutio de nepotib. ex fratre
ſubſtitutis in quadam domo poſt mortem omnium
hæredum, mortuo vltimo filio hærede ſine filiis & cæteris
cohæredibus prædefunctis verificatur, coniecturando
voluntatem teſtatoris inter alia, ex ratione naturali,
ponit Abb. in conſ. 58. Quidam Nicolaus. col.
penult. circa fin. ver. & ex ratione. lib. 2. idem per Raphaël.
Fulg. conſil. 86. Ex facto proponitur. circa fin.
quòd ambigua voluntas teſtatoris reſoluitur pro nepotibus
in ſuo caſu, per cauſam naturalẽ, & iure ſan





guinis, per l. 1. in ver. naturalis. C. vnde vir & vxor. cõ-
ſiderato naturali & ardenti amore patris erga filiam,
10 & fauore alimentorum, & eò, quòd, † coniectura naturali
pietatis tollit aliam coniecturam legis, conſuluit
Bald. conſ. 320. Ser. Petrus. lib. 1. quòd filia in ſua
dote inſtituta, & alenda, donec nupſerit, & pupillariter
cum aliis extremis ſubſtituta, & impuberibus
fratribus hæredibus inſtitutis eis in pupillari ætate
defunctis, debet habere ſuam portionem hæreditatis,
& conſequi alimenta, donec nubat, vt ibi per eum, i-
11 dem † de naturali affectione erga filias adæquandas
tradit Ludo. Bolog. in ſuo conſ. 9. colum. penult. ver.
vel dicendum, per elegantia verba text. in l. non ſine
circa med. C. de bon. quæ lib. ibi: cauſas benignè atq;
naturalis iuris moderamine temperare. idem in conſ.
12. ver. & non habet obſtare. tenet, magis eſſe conueniens
voto parentũ & naturæ filios inſtituti filij ſubſtituti
alteri filio non nominatos etiam ſubintrare in
ſubſtitutione præmortuo patre, & quòd ex naturali
ratione bona parentum deferantur ad filios plura allegat
Socin. conſ. 26. col. fi. lib. 4. Item attende verba
Bal. in l. Lucius. la vltima. ff. de hæred. inſtit. dicentis,
12 † Verba teſtatoris debent interpretari, ſecundum
quod ratio naturalis, & neceſſitudo ſanguinis dictat:
per quæ verba patrem habere maiorem affectionem
ad proprias filias, quàm ad vlteriores, & quàm ad naſcituros,
firmat Curt. Sen. in conſ. 52. col. 5. ver. corroborantur.
13 Verba † ſubſtitutionis ſimpliciter ꝓlata, Si deceſſerit
ſine filiis legitimis, intelliguntur non de filiis legitimatis,
ſed verè & naturaliter legitimis: quia debet
attendi cauſa naturalis, & propria, & non accidentalis,
per plura iura probat Ioan. Calderin. in conſ. 1. an
legitimatus. Rub. qui filij ſint legitimi, aliâs conſ. 465.
Non ſufficit enim ciuiliter factum pro adimplenda
conditione impoſita à teſtatore: l. ſi ita quis. §. fin. de
leg. 2. idem firmat Alexandr. conſil. 94. Conſideratis.
14 col. 3. ver. & quia. lib. 1. quòd † verba debent intelligi.
de legitimitate naturali, idem in conſi. 4. Ponderatis.
col. 2. lib. 4. dicit, quando verba poſſunt intelligi de actu
naturali & ciuili, debent in dubio intelligi de naturali,
per d. l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impetr. & per
alia allegata ibi per eum. idem probat Iaſ. conſ. 51. Circa
primum dubium. col. pen. lib. 3. quia verba teſtatoris
debent intelligi naturaliter: & ſecundum veram
15 naturalitatem, quòd † ob id filius natus ex muliere
ſoluta, & ſoluto etiam, quòd non adſit legitimus con-
16 cubinatus, dicitur naturalis filius. idẽ quòd † in fidei-
cõmiſſum. de cond. & demonſtr. tradit Curt. Iunior
conſ. 54. num. 14. & conſi. 146. col. penult. nu. 26. eandem
doctr. de verbis intelligendis naturaliter & non
ciuiliter per alios allega. comprobat Thom. Gram. in
conſi. ciui. 105. col. penult. nu. 11. Hæc quidem loquũtur
de perſonis demonſtrandis intellectu vel ratione
naturali, alia poſſent adduci, ſed vt recidentia in idem
omittuntur.
17 De rebus dicitur † ex natura rei declarari voluntatem
diſponentis: l. cum vſusfructus. de vſufr. leg. &
per Bar. in l. Caius. de an. leg. & Oldr. conſ. 243. Factũ
tale eſt. Rectores. vltra med. & Aym. conſ. 186. col. 113.
nu. 5. vbi plenè allegat, & quòd procedit etiã in materia
ſtricti iuris, etiam verba impropriando, & etiã ſi
18 interueniſſet iuramentum: & † quòd natura rei præualet
menti diſponentis, vt ibi per eum, & in alio ſuo
conſi. 231. col. antepenul. ver. ſextò pro reſponſione.
& eſt text. in l. Iulianus. in fi. ff. ſi quis om. ca. teſt. quod
natura præualet etiam diſpoſitioni legis generaliter
loquentis, vbi pater ſubſtitutus filiæ omittendo cauſam
teſtamenti, non facit contra edictum, eò, quòd
naturale votum, quòd ipſi filia, & non ipſæ filiæ ſuccederet,
dat ſibi arbitrium eligendi, quomodo velit ſuccedere:
vt per gloſſ. & doct. ad idem text. in l. Titia. in
19 prin. de an. leg. vbi † natura vſusfructus finiendi per
mortẽ vſufructuarij, facit, quòd mortuo vſufructuario,
finitur onus vſufractuario impoſitum ex ipſo vſufructu,
quod ex verbis diſpoſitis videbatur de-
20 bere vlteriùs durare. dictio, † inperpetuũ, ex natura
rei, cui aſcribitur, durat, quantum ipſa res: Alber. de
Roſ. in l. annuam. co. & tex. & ibi not. in l. 1. ff. pro ſoci.
& per Alexand. conſ. 60. Omiſſo. lib. 1. Dictio, hæres,
continens non ſolùm proximum hæredem, ſed ad vlteriores
relata. l. hæredis appellatio, de verb. ſignifica.
ex natura vſusfructus relicti alicui remanſuri etiam
apud hæredem, reſtringitur ad primum hæredem: l.
antiquitas. C. de vſu, & habi. ponit Bald. in l. fin. col.
1. in 5. oppo. C. de hæred. inſti. clarior eſt tex. in l. ſi pe-
21 culium. la 1. in princ. de pec. leg. quòd † adiectio, facta
contra naturam legati, pro non facta habetur. &
ibi Alb. dicit, quòd pacta & proteſtationes factæ cõtra
naturam negotij, de quo agitur, pro non adiectis
habentur.
22 † Quinimò natura negotij facit pacta & renuntiationes
reduci ad eam, & ſecundum eam intelligi, per
plura allegata à Deci. in conſi. 521. num. 12. & ſeq. cum
nu. 16. & ab Andr. Tiraquel. in præfat. num. 131. l. ſi vnquam.
de reuocan. donat. & in l. boues. §. hoc ſermone.
in lim. 18. huic conforme ponit ſingulare verbum,
Franc. Crem. in Singu. 75. incip. Habebam, quòd legatum
certæ partis reditus annui ſuper monte Senen.
non ſemel tantùm, ſed annuatim præſtari, & ſolui debet,
ſecũdum naturam ipſius reditus, per l. defuncta.
§. fi. ff. de vſufru. dicit etiam Alexan. in conſ. 36. col. 3.
23 ver. præterea videmus. lib. 4. quòd † verba præciſa etiam
recipiunt interpretationem, & ſuppletionem ex
natura & qualitate rei, ſuper qua proferũtur, ita quòd
natura rei etiam commutabilis, facit intelligi diſpoſitionem,
de ea factam, ſic eſſe commutabilem: argu.
l. & vno loco. & l. damni infecti. de damn. infect. dicit
Petr. de Ancharan. in rep. c. canonum ſtatuta. in q. 14.
prin. col. 2. de conſt. Notat. & Bald. in l. fin. in prin. ff.
de conſt. princ. quòd natura rei debet inſpici, & inde
ſumere debemus modum ſignificandi: quia intellectus
imitatur rationem & naturam. Aduerte tamen,
24 quòd quando † magis admittitur & attenditur, quo
ad vſum hominis inductum eſt, & ei expedit habere,
quàm attendatur naturalis maturitas rei, per tex.
in l. penul. de vſufruct. leg. ſic & vſus teſtatoris derogat
naturæ rei, probat l. ſi cui. de leg. 3. & not. in l. Labeo,
de ſuppel. leg. res etiam alterius naturæ aſſumit
naturam rei, cui attribuitur, & cuius cauſa parata eſt:
l. 3. in prin. ibi, ſed ſunt, qui putant, & ibi no. Albe. eo.
de ſuppel. leg.
De actibus demum & factis, dicit Bald. in Rub. col.
25 pen. ver. & not. quòd omnis ars. de Iuſt. & Iur. † quòd
legiſta, pro materia aſſumit ſibi facta hominum, facta
enim ſuam naturã habent, & illa ordinat, & ipſa
interpretatur, idem Bald. in l. cum dotem. ver. ſecundò
dicit. C. de iur. dot. dicit, colligendum eſſe argu-
26 mentum à natura actus. † nam cui conuenit natura
actus, ei & conuenit eius ſpecies. idem in l. errore, in
princip. C. de teſtam. quòd ex natura actus ſubauditur
verbum orationem perficiẽs, vltra alia, vt ibi per
eum, & verba impropriando propter naturam diſpoſiti,
dicit idem Bald. in l. cum virum. colum. 2. ver. &
ſcias, quòd quando de fideicom. Natura actus legati
præſtandi Rectori Eccleſiæ pro celebratione Miſſæ,
eò quòd Miſſa non poteſt celebrari ſine clerico, includit
etiam clericum in participatione emolumenti:

vt probat Gemi.conſil. 48. Adeò pleniſſimè. Condi
tio exiſtens de natura actus,non impedit , quin dica-
tur,quid ſimpliciter dictum,vel factum:Iaſ. in l. Gal-
lus.§.quidam rectè,colum.2.ver.primò diligenter, de
lib.& poſth.licet ibi arguat in contrarium, & natura
facti , quod ſcilicet non poſſit adimpleri per alium,
legato effecto caduco,nõ ſequitur onus, eũ ad quem
lucrum peruenit.l.1.§.ſin verò talis.de cadu.tol.Rur-
ſus verba impropriantur , vt intelligantur ſecundum
naturam actus, & verba generalia,& vniuerſalia pa-
riter ſecundum naturam actus reſtringuntur , & in-
telliguntur : plura ad hæc allegat Aymo.conſil. 245.
col.3.ver.preterea cum natura.& conſi.256.colum.4.
ſub ver.ſed hic dubitatur. paruæ impreſſ. primæ. vbi
hæres ſecundum naturam actus, id eſt, feudi, intelli-
27 gitur de hærede ſanguinis,per auctor.ibi alleg.† Vo-
catio ſeptem teſtium & inſtitutio hæredis , erit teſta-
mentum,licet teſtator appellauerit illum contractũ,
vel codicillum, vel donationem: Bald. in l.teſtamen-
tum.& ibi per alios.C.de teſta.& in l.fin.col. fin. ver.
ex.quæro,de codicil.quia requiſita ad actum,faciunt
eum cognoſci eſſe talem , & ſic declarari voluntatem
diſponentis: l.nõ codicillum.C.eo.de teſta. cum plu-
ribus in ſimili cumulatis ab Aym.in conſ.214.& Alb.
Brun. in tra.de forma , in art.de pot.& effect.for.co-
lum.5. in 6. effectu. Denique ſufficit, quòd allegetur
naturalis ratio , & iuſtitia abſque alia lege: l. ſcire o-
portet.§.ſufficit.& ibi Bald. no.de exec.tu.refert & a-
lios Iaſo.in aut.ſi qua mulier.col.4.ver.& pro Bal. C.
de ſac.ſanct. Eecleſ. quæ etiam reſtringit generalem
diſpoſitionem legis:vt per Abbat.in c. propoſuit.co-
lumna ſecunda , ver. ex predictis,tene.de appella-
tione.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſanguinitas perſonarum declarat ambiguam diſpoſitionem circa perſonas,de quibus teſtator ſenſerit.*

2 *Voluntas teſtatoris præſumitur conformis diſpoſitioni Iuris Communis ab inteſtato,& dirigitur in coniecturas, demonſtrando etiam eſſentiam perſonæ legatariæ.*

3 *Teſtator præſumitur magis diligere illos de agnatione & cognatione ſua,quàm extraneos , ita proximior in gradu præſumitur magis dilectus,& natus , quàm naſciturus:& deſcendens,quàm tranſuerſalis.*

4 *Dubium de legato,an ſit res aliena legata , de qualitate rei legatæ interpretatur ad maius commodum legatarij ex eius conſanguinitate.*

5 *Coniunctus ſanguine,ſiue cohæres,ſiue in conditione poſitus habens proinde præſumptam mentem teſtatoris, excludit & ſubſtitutum vulgarem, & ſubſtitutum pupillarẽ, & fideicommiſſarium.*

6 *Dubium de die appoſita præſtationi fideicommiſſi , vel legati,an faciat conditionem,vel diem,quod multùm refert circa tranſmiſſionem prædefuncto fideicommiſſario,vel legatario ante diem , ſi quidem fideicommiſſarius, vel legatarius ſit de conſanguineis , & coniunctis, non conditio,ſed dies reputatur , & habet locum tranſmiſſio.*

7 *Dubium de cauſa relicti,vel dati conſanguineo etiam pauperi , vel pro meritis potius,quidem ex cauſa conſanguinitatis , quàm ex alia, relictum , vel datum præſumitur.*

8 *Præſumptio inducta ex conſanguinitate , præfertur aliis præſumptionibus.*

9 *Dubium vbi ſit, ratione prælationis in pluribus caſibus etiam vltimarum volunt. vtique conſanguinei præferuntur.*

10 *Dubium vbi extat de ampliatione, vel diminutione , & reſtrictione , interueniens conſanguinitas remouet reſtrictionem , & diminutionem , facitque legata ampliari.*

11 *Conſanguinitas quomodo probetur , per quos poſſit probari.*

12 *Conſanguineus,vel propinquus in hac ſpecie accipitur vſque ad ſeptimum gradum.*

13 *Iudex æſtimat,quæ ſit coniuncta perſona,& quomodo intelligantur coniuncti.*

14 *Conſanguineorum appellatione non veniunt baſtardi,ſed fœminæ,ſic in caſu,in quo prohibita ſit alienatio per teſtatorem fieri,conſenſu conſanguineorum.*

## SOLVTIO III.

TERTIO à conſanguinitate coniectura,
ſeu præſumptio proxima prædictis vti or-
ta ab ipſa natura , accedit ad interpreta-
tionem dubiæ voluntatis teſtatoris circa
1 plurima.Nam primò † quandoque, quoad eſſentiam
perſonæ,dubium eſt,de quo ſenſerit teſtator,vbi ſunt
duo tutores,executores, eiuſdem nominis vel cogno-
minis,vt in caſu.l. duo ſunt Titij.ff.de teſta.tut. præ-
ſuppoſita validitate huiuſmodi diſpoſitionis,ſola au-
tem probatione deficiente,de quo ſenſerit teſtator, vt
ibi per Bart. Bald. & Alber. ſequentes opinio. Petri,
quæ videtur ſequenda vti tendens ad validitatem a-
ctus,per l.quoties.de reb.dub.cum vulga.poſſet qui-
dem apparere de voluntate teſtatoris , probando v-
num ex illis nominatis conſanguineum teſtatoris, vt
ibi ſentit Bar. non ponendo exemplum in magis a-
mico , vt facit , ſed allegando notam ſæpè allegatam,
& ſæpiùs allegandam:l.ſi ſeruus plurium. §.finali. de
leg.1.quæ cum ſuis gloſſ. & not. ibi per doct. eſt cla-
uis tituli præſentis tractatus , & facit ibi dum ad de-
clarationem coniecturarum ponitur inter alia perſo-
næ neceſſitudo:ibi Glo. exponit,id eſt , conſanguini-
tas , & ponit pro ſexta coniectura , veriſimilitudo e-
nim colligitur ex neceſſitudine & coniunctione per-
ſonarum: ſic placuit Prudentibus rationem affectio-
nis habendam:per l.cum ſeruus.ff.de manda. & dict.
l.ſi ſeruus plurium.§.fin.l. Aurelius. §. Titius. de lib.
leg.dicit Oldra.in conſ.95.Ex forma.col.3.ver.veriſi-
militudo.Quam ſententiam comprobo, quòd veriſi-
militer iſte vnus tutor nominatus , ſic probatus con-
ſanguineus teſtatoris,debet eſſe etiam conſanguineus
pupilli , cui datus eſt tutor , vt pater per ſenſum.l.1.ff.
de teſta. tut. conſanguineis autem aliàs ab inteſtato
competit legitima tutela pupillorum de iure.vt l.1.ff.
2 de leg.tut.Ergo † in dubio voluntas teſtatoris præſu
mitur conformis diſpoſitioni iuris cõmunis ab inte-
ſtato:Cor.conſi.37.col.2.& conſ.47.col.pen. & con-
ſi.55.col.4.lib.1.& alibi. Quòd enim intentio & vo-
luntas teſtatoris dirigatur in coniunctos, demõſtran-
do etiam eſſentiam perſonæ legatariæ , probat tex.in
c.requiſiſti.de teſta.per hæc expreſſa verba:Si verò re-
linquatur illud Epiſcopo , à propinquo præſumitur
eſſe relictum,non intuitu Eccleſiæ,ſed perſonæ & ibi
communiter Canoniſtæ & Legiſtæ in l.2.de reb.dub.
tradunt ex legato, facto & conſanguineo prælato ec-
cleſiæ ; habenti adminiſtrationem, vt eſt Epiſcopus,
Abbas,vel Rector parochialis Eccleſiæ, qui dicuntur
prælati, & habentur ad ſimilitudinem tutoris vel cu-
ratoris,vt ibi exemplificat Paul. de Caſtr. intelligitur
legatarius prælatus, & non Eccleſia. Quod diuerſum
eſſet ab extraneo, vt in d.c.requiſiſti.Niſi in vtroque
caſu qualitas rei legatæ aliud ſuaderet : vt exemplifi-
cat & tradit poſt alios Soci.in d.l.2. col.pen. inſpecto
d.textu



d.textu.in cap.requiſiſti.ibi,non intuitu Eccleſiæ,ſed
perſonæ.Niſi fortè contrarium probaretur.
3 Secundò,quandoq; quoad † perſonas magis dele-
ctas,dubium eſt de voluntate teſtatoris,tunc quidem
præſumitur teſtator magis diligere illos de agnatio-
ne & cognatione ſua, quàm extraneos , per l. genera-
liter.§.cum autem.C.de inſti.& ſubſti.& l.cum auus.
de condi.& demon.& l.cum acutiſſimi. de fideicom.
& l.Lucius.& ibi Bald.& Imo.not.ff.de hær.inſti.tra-
dit Sign.in conſ.206.In quæſtione & Alex.conſi. 130.
Attentis verbis.col.2.ver.comprobatur.li.2.& in cõſ.
213.Ponderatis.lib.6.plenè Soci.conſ.26.col. 2. ver.
& vt dixi.lib.4.& Aym.conſi.297.col.2.ver.tertiò ar-
guitur. & proximior in gradu præſumitur magis di-
lectus:l.cum ita. §.in fideicommiſſo de leg.1. & l. pe-
to.§.fratre de leg.2.cum ſignatis ibi in gl.Pau.de Caſ.
conſ.159.Super primo quæſito.in prin.li.1.Rui.con-
ſi.141.col.3.num.7. lib.2.ita,quòd ſi factum ſit legatũ
Franciſco, alio cognomine nõ expreſſo , & duo ſunt
Franciſci , ſi vnus ſit coniunctus teſtatori alter non,
vel non tantum,magis propinquo debetur legatum:
l.ſi fuerit.de reb.dub.à contrario ſenſu, in prin.& ibi
Alex.in Apoſtil.ad Bart.& ibi Soci. in 3.not. ſequitur
Tho. Gram.in conſil.ciuil.31.nu.7.& nu.præced. vbi
alia adducit , pertinentia ad fauorem coniunctionis:
nam ſecundnm ordinem proximitatis. præſumitur
prædilectio : not.Imo.in l.hæredes mei.§.fin. ad Tre-
bel.& deſcendentes præſumũtur magis dilecti , quã
tranſuerſales,per d.l.cum auus.& d.l.cum acutiſſimi,
& per alia,firmat Alex.conſ.17. Circunſpectis verbis.
col.1.num.2.lib.7.& nati,quàm naſcituri , per not.in
d.l.qui filiabus.in prin.de leg.1.Bar.in conſ.130.Pater
dedit.vltra med.Alex.conſ.29.præclaræ. col.penul.in
prin.lib.3.cum aliis concord. alleg.per Aym.cõſ.173.
column.penult.num.2. & latiùs per Andr.Tiraquel.
in dict.l.ſi vnquam,in ver.filios.nume.1.& Iaſ. conſil.
140. colum.6. libr.2. cum aliis alleg. infrà in 5. loco
ab affectione ad propoſitum maioris vel minoris af-
fectionis.
4 Tertiò,quandoq; eſt dubium † de legato ipſo, eò,
quòd ſit legata res aliena : ſiquidem legatum à teſta-
tore neſciente rem alienã, factum eſt coniunctæ per-
ſonæ, valet, vt l.cum alienam.& ibi Gloſ. & doct. C.
de leg.
Quartò , quandoque dubiũ eſt de qualitate rei le-
gatæ,vt puta,de qualitate pecuniarum legatarum , &
tunc ratione conſanguinitatis legatarij fit interpre-
tatio de maiori qualitate: d.l.ſi ſeruus plurium. §.fin.
& ibi Glo.& doct.
Quintò,quandoq; dubium eſt de quantitate, & in
ea taxanda vtique habẽda eſt ratio conſanguinitatis;
vt l.pen.in prin.de alim.leg.& per Corn.in conſi.38.
col.2.lib.1.
5 Sextò,quandoq; † coniũctus ſanguine,ſiue cohæ-
res,ſiue poſitus in conditione , habens proinde præ
ſumptam mentem teſtatoris, excludit & ſubſtitutum
vulgarem : Bart.in l. quidam teſtamento. & ibi Aret
colum.penult. de vulg.& pu. & ſubſtitutum pupilla-
rem:l.pen.C.de impub. & fideicommiſſarium , Bart.
& alij in dict.l.pen. & in d.l. hæres mei.§. cum ita. ad
Trebel.
6 Septimò,quandoque dubium eſt † de die,appoſi-
ta præſtationi fideicommiſſi vel legati an faciant cõ-
ditionem,vel diem: quod multùm refert circa tranſ-
miſſionem prædefuncto , fideicommiſſario , vel lega-
tario ante diem: ſiquidem fideicommiſſarius vel le-
gatarius ſit de conſanguineis & coniunctis, non cõ-
ditio,ſed dies reputatur , & locum habet tranſmiſſio,
per caſum in l.Seius Saturnius.ff.ad Treb.ponit Bald.
in l.ſi.vltra pri.C.quando dies le.ced.
7 Octauò,quandoque etiam vertitur in dubium † de
cauſa relicti vel dati cõſanguineo etiam pauperi , vel
pro meritis potiùs , quidem ex cauſa conſanguinita-
tis,quàm ex alia relictum vel datum præſumitur,per
plura probat Dec.conſi.120.col.fin.Gram.in deci.62.
nu.29.cum aliis concordan.alleg. per Tiraq. in d.l.ſi
vnquam.in ver.donatione.num.22.23.24.Aym.conſ.
8 18,in fin. † Præſumptio enim inducta ex conſangui-
nitate,præfertur aliis præſumptionibus:per l.tutor.§.
quæ tutorib.ff.de excuſ.tut.ad hoc allegari , ſolitam,
& d.c.requiſiſti,dicit Pau.de Caſ.in conſ.571.Premit-
tendum eſt.col.fin.ver.poſtremò.lib.1.& Dec.d.conſ.
120.col.fi. Ratio & affectio ſanguinis.quando manet
ad legandum illa,dicitur eſſe cauſa finalis, per l.ſi pa-
ter.C.de hær.inſt.adducit Soc.in l.ſi ita legatum.col.
1.ad fi.de cond.& dem.& Gram.in deciſ.73.nu.15.in-
tellige,niſi paupertas perſonæ magis vrgeat, vel con-
currat reſpectus animæ dantis , per allega.à Menoch.
conſ.167.num.5.& ſeq.
9 Nonò,quandoq; eſt dubium ratione † prælationis
in caſib.plurib.etiam vltimarum voluntatum vtique
cõſanguinei præferuntur ,vt latè per Tiraq.de retract.
in præfat.nu.44.cum aliquib.præced.& ſeq.& in ca-
ſu diſcordiæ plurium executorũ,debet epiſcopus ad-
hærere illis executorib. qui ſunt conſanguinei teſta-
toris:Alex.in l.iuriſgentium.§.hodie.ſub nu.5.ver.de-
10 bebit tamen.ff.de pact.Poſtremò generale eſt, quãdo
dubium de ampliatione , vel diminutione , & reſtri-
ctione legatorum extat , interueniens conſanguini-
tas, remouet reſtrictionem & diminutionem , & fa-
cit legata ampliari: Glo.in l.ſi is , qui 200.§.1. de reb.
dub.& eſt tex.in d.l.Aurelius.§. Titius teſtamento &
Corn.conſ.156.Licet in hac conſultatione, circa fi. &
conſ.204.Circa primũ.col.2.in prin.li.4.& Dec.conſ.
69.col.3.& conſ.289.col.2.in fi.& alibi,atq; generali
ter, quos fauores in iure habeat cõiunctio ſanguinis
partim exprimendo , partim ſe remittendo, vide per
Tiraq. de retract.in præfat.nu.40. vſque ad nu.56. &
Aym.conſ.39.in fi.& facit venire futura:Soc.in l.1.col.
11.in fi.ver.ſecundus caſus.de reb.dub.& gl.in l. Pau-
lo.§. 1.de leg.3.
11 Quomodo † autem conſanguinitas probetur, tra-
dunt doct. in c.licet ex quadam.de teſt. Soci. in con-
ſil.47.In præſenti conſultatione.colum.3.ver.poſtre-
mò non omitto.li.4.Dec.in l. non hoc. colum.3. nu-
mer. 5.C.vnde legi. & conſ.524.colum.1.conſil.531.
colum.2.
Per quos conſanguinitas poſſit probari , habetur
in c.1.& 3.35.q.6. Pau.de Caſt.conſ.56.Super.1.col.fi.
12 lib.1.† Conſanguineus etiam vel propinquus in hac
ſpecie accipitur vſq; ad ſeptimum gradum, vt per gl.
in d.c.requiſiti. in ver.à propinquo. & ibi Imo.circa
fi.& Io.And.in fi.dicũt,Agnatos vſque ad 7.& cogna-
tos ad 4. gradum eſſe accipiendos. ibidem Ant. circa
fi.dicit doct.tranſite cum glo.ſed credit hoc eſſe arbi-
trarium iudici,vt inſpiciatur ius locis in quantũ con-
ſuetudo ſit , quod ſe appellent propinquos , & affe-
ctio inter eos vigeat, & duret , ſicque vſque ad talem
gradum intelligatur propinquus; allegat Bart.in l. cũ
alienam.C.de leg. qui hoc dicit in ſi. & ante eum ibi
13 gloſſ.in ver.vxori.dixit, † quòd iudex æſtimat, quæ
ſit coniuncta perſona.& ibi Saly.ſequitur in 3.col.&
ad eum plena apoſtil. quomodo intelligantur con-
iuncti, & ibi Alex.in 2.col.& Iaſ.col.pen.dicit , quod
hoc communiter tenetur. Conſanguineorum autem
14 appellatione non veniunt baſtardi,ſed † fœminæ be-
ne veniunt in caſu , in quo teſtator prohibuit aliena-
tionem fieri ſine conſenſu conſanguineorum , con-
ſuluit

ſuluit Ang.conſil.191.Super puncto. Adde, cum mei cauſa grauatur conſanguineus meus, videor ego grauari; Bald.in l.ſi quam in fi. C.de oper. liber.quod facit contra eos, qui cum nequeant grauare clericos, grauant eorum conſanguineos.

### *SVMMARIVM.*

1 *Amicitia quomodo et conſanguinitas, valet ad interpretandam voluntatem teſtatoris.*

2 *Amicus & propinquus,in quo conueniant, & an dicta de propinquo extendantur ad amicum,magna eſt inter doctores difficultas.*

3 *Amicitiæ minoris vel maioris pro cognitione effectus, de quo quæritur in propoſita ſpecie,inſpicienda eſt intentio & diſpoſitio teſtatoris,vel ad plures, vel ad vnum directa.ſi ad plures, vno exiſtente amico, ſimpliciter alio non magis amico diſponenti intelligitur eſſe in diſpoſitione vocatus magis amicus, vbi plura declarata de hoc vide ibidem.*

4 *Diſpoſitio cum reſpiciat vnum & charitas,& amicitia vigeret inter teſtatorem & perſonam vocatam in diſpoſitione attendenda ſit illa circa ampliationem & declarationem habendam ratione affectionis perſonæ,nominatæ in diſpoſitione,pro modo dilectionis.*

5 *Coniectura vehementior ex amicitia,quàm ex conſanguinitate,qui ordo attendendus eſt ad cognoſcendum,quæ ſint fortiores coniecturæ ibidem,ex traditis in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi.de leg.1.*

6 *Amicitia quomodo probari poßit, & qualiter intelligatur iſte amicus,non eundo ad Philoſophos,non humaniſtas, nec ad amplos tractatus de amicitia,ſed ad iura noſtra, doctores noſtros,dic,vt ibidem explicatur.*

7 *Amicitia probatur ex frequenti conuerſatione cum amicis,etiam de non ita exacta, ſed mediocri intelligendo, & ex aliis coniecturis, cum oriatur ex affectione animi, qui non niſi coniecturis probari poteſt; ſicut ex his propoſitis, & probatis iudex arbitrabitur, cum talia ſint remiſſa arbitrio iudicis.*

8 *Amicus probatur, quem teſtator in ſuo teſtamento appellat amicum ſuum.*

9 *Amicus,vbi ſit,quem iudex arbitratus fuerit cauſa cognita eſſe amicum,iura debent intelligi loqui de eo,quo ad interpretationem vltimæ voluntatis in extendendo & ampliando ad caſus ibidem expreſſos.*

10 *Odioſi excluduntur à fideicommiſſo, dando agnatis, aut proximioribus de familia, ob inimicitiam & odium cum teſtatore excluditur in fideicommiſſo, dando illi de parentela maſculina,etiam quod ſit de proximioribus,vel æqualis in gradu.*

11 *Odioſus teſtatoris eſt,qui effectus eſt eius inobediens,& diſpoſitio teſtatoris, ſemper debet interpretari,vt nõ comprehendat odioſos.*

12 *Odioſi excludendi ſunt ex verbis generalibus regula hæc eſt vera,quam limita,vt ibidem.*

13 *Fideicommiſſarius ſpecialiter vocatus ob inimicitiam cũ teſtatore,vel ob offenſam,illatam filio grauato,priuatur fideicommiſſo,vt nepos ex teſtamento auito.*

14 *Inimicitiæ non excludunt,quando ſine culpa legatarij interuenerint; vbi de quæſtione latiſsime.*

15 *Lex,cum tabulis,§.1.ff.de his, quibus vt indign. quomodo conſideretur,& iudicatur pro opin.Bar.*

16 *Intellectus l.4.de admen.leg.ſuper qua fundatur prima ratio Iaſ.*

17 *Remiſsio offenſæ & iniuriæ ſuſceptæ inducitur per reconciliationem cum ipſo offenſo.*

18 *Intellectus l.ex parte,de adi.leg.ſuper qua cauſatur ſecũda ratio Iaſ.*

19 *Teſtamentum vltimum,licet imperfectum poſſet ſufficere ad reuocationem legatorum.*

20 *Intellectus gl.l.athletæ.§.dat remiſsionem. de excu. tut. ſuper qua oritur tertia ratio Iaſ.*

21 *Gloſſa ſit ſecundum ſubiectam materiam text. quem exponit,expedit per gloſſas textũ cuicunque facultati cõueniat aperiri.*

22 *Inimicus teſtis qui repellatur,ex quacunque parte proceſſerit inimicitia,& fuit quarta ratio Iaſ.*

23 *Bartol.opinio.in l.cum tabulis.paragraph. prim. Digeſt. de his,qui.vt indic. comprobatur, & defenditur diffuſiſsimè.*

24 *Pater non poteſt imputare filiæ innuptæ poſt 25. annos viuenti inhoneſtè.*

25 *Intellectus ad text. l.cancellauerat.ff. de his, quæ in teſt. delen.*

26 *Voluntas teſtatoris non præſumitur mutata ex factis licitè contra eum,& iure permittente,& culpa ceſſante legatarij pro commodo ſuæ rei familiaris, pro licita defenſione perſonæ, & honoris legatarij, Iure Communi vtendo quis non dicitur facere contra voluntatem teſtatoris,& vtens iure ſuo,nemini facit iniuriam.*

27 *Ius ipſum interpretatur voluntatem teſtatoris ſibi conformem.*

28 *Inimicitia ex quibus oriatur, & probatur coniecturis, & per duos teſtes, vt quid extrinſecum non ex teſtamento veniens.*

29 *Inimicitia quæ oritur inter viuos,& poſt mortem detegitur,ſimilis eſt poſthumo,qui rumpit teſtamentum,quãtum ad legatum,& fideicommiſſum.*

## SOLVTIO IIII.

QVARTO ab amicitia,& inimicitia locus ad præſumendum voluntatem teſtatoris ſubſequitur,ſed ab amicitia magis ad proxima venit cum præcedentibus de conſan-
1 guinitate: quia † quod ratione affectionis, propinquitatis diſponitur., locum ſibi vendicat in amico, ſunt duæ gl.in d.c.requiſiſti,de teſt.vna in ver.præſumitur,altera in ver.non eſt,& ibi not.Abb.in co.pen. ex glo.ibi & ex gl.in c.2.eo.lib.6.quæ vult, ſecundum eum,quod ſi quis reliquit executorem amicum ſuũ, etiam ſub nomine dignitatis, eo mortuo executoris officium non tranſit ad ſucceſſorem. Vide tamen quòd gl.in d.c.2. loquitur in propinquo, & nullum verbum in eo,de amico, ſed Alciat.in l. latæ culpæ.§. amicos,de verb.ſigni.ſimpliciter dicit, Quicquid cognationis fauore introductum eſt,ad huiuſmodi amicos extenditur, allegando ſolùm in margine more ſuo: d.c. requiſiſti. & in conſideranda affectione tantum operatur amicitia, quantum coniunctio ſanguinis:author.aliorum probat Corr.in memor. in ver.amor licitus.Imò plus nota verba hæc,ca.18.in fi.prouerb.lib.Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit,quàm frater.ex Valer. Max.in procem. lib.4.cap. 7.habetur:Amicitiæ vinculum ſanguinis viribus eſſe certius & exploratius,recenſet Arius Pinel.in l.2.ſub num 6. C. de bon. mater. licet enim non modica ſit
2 difficultas inter doctores † an quod dicitur de propinquo extendatur ad amicum, vt per Alex. in l. exigendi,col.2.C. de procur. qui relatis authoritatibus doctorum hinc inde contrarium in hoc tenentium, inclinat in partem negatiuam, quòd non extendatur, quia potentior eſt affectio ſanguinis, cuius non poteſt tolli ius.l.ius agnationis.ff. de pact. quàm ſit amicitiæ,quæ faciliter tollitur.l.3. in fin. de adimen. leg. Iaſ. verò in d.l. exiſtendi col.3. pariter relatis opinionib. dicitur tenendo partem affirmatiuam, quòd

negaitua



negatiua procedit in ſimplici amico, & prima affirmatiua magna,& ſingulari amicitia iuncto:vt Neuizan.etiam conſi.57.num.14. in hoc,quod amicus nõ admittatur pro amico, ſicut coniunctus pro coniuncto:Fel.in c. coram. col.1. de offi. deleg. dicit eſſe com.opin.

Tamen cum nos ſumus in interpretanda voluntate teſtatoris, qui plerunque non ita proprie, ſed abuſiue,& non propriis nominibus ac vocabulis loquitur & ſentit: vt l. non aliter.§.1.de leg.3. & cuius voluntatis veſtigia iudex ſequi debet, ſicut venator leporem.ſecundum vulgar.dictum Bal.in l.penul.C. de neceſ.ſer.hære.inſti. & ibi tex. ſunt expreſſa verba hæc,quia ſemper veſtigia voluntatis ſequimur teſta-
3 torum, † ergo inſpicienda eſt intentio & diſpoſitio teſtatoris pro cognitione minoris, vel maioris amicitiæ,& effectus, de quo in propoſita ſpecie quæritur.Nam aut diſpoſitio ambigua reſpicit plures aut vnum,ſi plures reſpiciat,tunc ille,qui eſt amicus ſimpliciter,vel eſt magis amicus quam alius diſponendi intelligitur eſſe in diſpoſitione vocatus, non habita diſtinctione,an cadat in deffinitione nominis amici: de qua in tex.d.l.latæ.§.amicos.vt deprehenditur per docto.Bart. in d.l. duo ſunt Titij.de teſt.tut.in fin.vbi ſimpliciter quærit,quomodo poſſit probari, de quo teſtator ſenſerit.Reſpondet,per amicitiam, quam habebat magis cum vno,quam cum alio,& ſentiit text. à contrario ſenſu in l. ſi fuerit,in princi. de reb. dub. ibi:Et duo ſint æqua charitate cõiuncti, quaſi ſi vnus ſuperat alium in charitate apud teſtatorem præferatur alij,& habeat legatum:vt ibi per Soci. in 3.not.& per Imo.in l.ſi tẽpus.§.quoties, circa med. ff.de hær. inſtit. & dictum eſt ſupra in præcedenti loco à conſanguinitate,idem dicit ſimpliciter Bal. in l.voluntatis,col.fi.ver. item legatum, C.de fideicom. quod legatum præſumitur relictum amico.vel ei, qui magis meruit & Pariſ.conſ.3.colum.6.num.47.lib.3.de eo, qui fuit magis amicus,intelligitur,Imo.in l. tempus. §.quoties.ff.de hæred.inſtitu. & in iſtis ambiguis ſufficit vnum in modico ſuperare aliud, vt demonſtratum eſt ſupra in præceden.dubit. verſi. præſumptiones in fi.quia ex leuibus tamen legitimè probatis ſignis probatur etiam animus teſtatoris in fideicommiſſis,& legatis,vt per nutum,l.nutu.de leg.3.l.& in epiſtola,C.de fideicom. & ibi Glo. & docto. not. & ſicut ex leuibus ſignis legitimè probatis quis conuincitur de grauiſſimo crimine hæreſis, ſecundum com.doct.Ioan.And.Gem.& aliorum in c.vt officiũ. §.1.de hæret.lib.6.

4 Si vero diſpoſitio reſpiciat † vnum,tunc primum in hac reputo tenendum, quod circa ampliationem & declarationem & coniecturam habendam ratione affectionis perſonæ nominatæ in diſpoſitione charitas & amicitia vigens inter teſtatorem, & perſonam vocatã in diſpoſitione attẽdẽda ſit,ſicut neceſſitudo & cõſanguinitas,vt ſimul iſtæ qualitates,& charitas, & neceſſitudo ponuntur tex.d.l.ſi ſeruus plurium. §. fi.& ibi gl.exponit,charitas,id eſt,dilectio.Alber. exponit.i.amicitia,& probatur hæc expoſitio per tex.in
5 l.ſi fuerit,in prin.de reb.dub.alleg.in d.gl.imo † vehementior eſt coniectura ex amicitia quam ex conſanguinitate,cum præcedat in ordine in d.tex.§.fi.quem ordinem eſſe attendendum ad cognoſcendum, quæ ſint fortiores coniecturæ, ibi firmat Alexan. dicit, id eſſe benè no.quia perſepè accidit in interpretationibus vltimæ volũtatis ibidem Iaſ.atteſtatur, ita eſſe magis com.opi.poteſt.ergo dici & extendi,quod coniecturas demonſtret amicitia in caſibus ſupra expreſſis de conſanguinitate vt per gl.in d.c.requiſiſti, & ibi Abb.not.idem tradit in c.quoniam Abbas.col.4.ſub ver.ſed conclude.de offi. deleg.& ibi Fel.col.3.ver.capio illud.ſequitur & cõprobat Alex.& Iaſ.in d.l.cum alienam.C.de leg.

6 Sed videre oportet,qũo poſſit † probari huiuſmodi amicitia, & qualis intelligatur iſte amicus, non eundo ad Philoſophos, humaniſtas, nec ad amplos tractatus de amicitia,ſed ad noſtra iura,& ad noſtros doctores præcipuè Guiliel.Benedict.in c. Rainutius. 2.par.ver.ſi abſque lib.more.1.nu.5.6.de teſta. habemus text. in d.l.latæ culpæ. §. amicos. de verb. ſign. cuius hæc ſunt verba: *Amicos appellare debemus non leui noticia coniunctos, ſed quibus fuerunt iura cum patrefami. honeſtis familiaritatis quæſita rationibus:* ibi Alci.poſt primum arctiſſimum, ſecundum non ita ardens, & tertium vulgare genus amicitiæ intelligi de illa prima arctiſſima amicitia, quod eius cauſa iura concedunt operari aliqua per eum adducta, & quod noſtris tẽporib.ita rara,vt prodigij loco ſit, ſi alicubi reperiatur.Inferens ſecundum genus amicitiæ, non ita ardentis & deſcriptæ, in d.§.amicos. licet de hac leges loquantur, quæ cauſa amicitiæ aliquid concedunt, vel vetant,tamen non operari, & non habere cognationis fauorem,vt diſponunt iura ſupra allegata, niſi ſit illud primum arctiſſimum genus, quod quidem videtur implicare contradictionem, vt lex deſcribat talem amicitiam, de qua leges non loquantur, coniecturandã,ſicut de conſanguinitate, & taliter, quod fere nunquam fauor amicitiæ,vel ad præſumendum, vel ad aliud obtinẽdum in iure noſtro in aliquo no-
7 bis opitularetur. Vnde exiſtimo ſic dicendũ, † quod amicitia probatur ex frequẽti cõuerſatione cũ amicis,etiam de nõ ita exacta,ſed mediocri intelligendo, Bal.in c.1.in prin colum.4.num.14. de prohib. feudi. alie.per Fed. & ex aliis coniecturis, cum oriatur ex affectione animi, qui ideo non poteſt probari, niſi coniecturis:vt not.Abb. per illum tex.in c.repelluntur in 1.not. de accuſ. Quamobrem ſicut iudex æſtimat, quæ ſit coniuncta perſona, vt dictum eſt ſupra in præcedenti loco, ita propoſitis ſibi, & probatis coniecturis, & ſignis de conuerſatione frequenti, & honeſta, de mutuis beneficiis adinuicem collatis, de nominatione amici inter eos habita vel audita, & ſic de nomine,de tractibus beneuolis & amicis & charitatiuis, & de communi opinione, & fama hominum de huiuſmodi amicitia in loco arbitrabitur ipſe Iudex,qui ſit amicus,& qualis amicitia,& an iura huiuſmodi de effectib.amicitiæ in eis locum habeant:& ita firmat Paul.de Caſt.in d.l.cum alienam, col.1.vbi ſuper illis verbis tex.vel ali, tali perſonæ.dicit,hoc relinquitur arbitrio iudicis, qui ſit talis,cui veriſimiliter teſtator reliquiſſet, vt ſi erat familiaris dilectus,&c.Idem,quod committitur iudicantis arbitrio cognoſcere qualis ſit amicitia, firmat Alex.in conſi.78.In cauſa & lite.col.2.ver.non obſt.etiam li. 1.non refert,quod loquatur in caſu repellendi aliquẽ à teſtimonio:quia exempla non reſtringunt, & eadẽ non eſt in aliis caſibus, Idem quæ perſona dicatur dilecta teſtatori remiſſum eſſe arbitrio iudicis,ſequendo glo.& doct.in d.l.cum alienam, ponit Marſil.in l. quæſtionis.nu.28.ff. de quæſt. vt è conuerſo de inimicitia cauſa cognita decernitur, qualis ſit pro fide habenda,aut non habenda,per tex.in l.1.§. præterea. ff.de quæſt.& per gl.in ver.inimicos,in c. cum oporteat.de accuſ.& de hoc non puto dubitandum.Namque aliis ſignis amicitiæ probatis iudex procliuior eſſe debet in arbitrando illum cui teſtator aliquid cõmiſerit vel reliquerit fuiſſe teſtatoris amicum, & non leui notitia coniunctum actu ipſo legandi & fi-

 dendi

dendi concurrente & oſtendente meritum, & dilectionem legatarij,& teſtatoris ad inuicem, & hæredis vel fideicommiſſarij: l. nec adiecit. ff. pro ſocio. amiciſſimos.in prin.ff.de excuſ.tut.& l. ſi patronus. de confir.tut eo maxime† etiam accedente,vbi teſtator ipſe in ſuo teſtamento hunc talem appellat amicum ſuum,per not.in l.neque profeſſio.C.de teſta.& in l.ſi.ff.de proba.

9 De eo igitur,† quem iudex cauſa cognita fuerit arbitratus,amicum eſſe, iura intelligi debent loqui,& quoad interpretationem vltimæ voluntatis in extendendo,declarando & ampliando,ſicut de conſanguineo ſuperius dictum eſt,& quoad clauſulam codicillarem ſubintellectam, & clauſulam derogatoriam derogatoriæ prioris teſtaměti ſimiliter ſubintellectã vt p Bal.in l.ſi iure.C.de teſt.manu.& Ro. conſi.179. Ampliſſime doctor.col.pen.& ſi.& ſequitur Iaſ. in d. l.cum alienã.col.2.ver.3.limita.con.70.col.ſi. lib.1.& Gram.in deciſ.62.col.5.Io.Dilec. Duran.in ſuo tract. de arg.teſtan.in tit.6.de leg.cau.in fin. & quoad hoc, quod relictum in vltima voluntate minus ſolẽni factũ perſonæ,quã multũ teſtator diligebat,debetur,& actio datur,ac ſi eſſet ſolẽnis diſpoſitio, circa tamen legata & fideicõmiſſa tantũ,vt mirabili doctrina firmat Matth.in ſuis ſingul.in ſingu.41.incip.Nota mirabilẽ.per caſum in l.in teſtamẽto.ff.de fideicõ.liber. & ibi.glo.in l.eam.quã,& ibi Iaſ.col.9.ver. circa decimum caſum.ſequitur de fideicom.& clarius refert & approbat in l.nõ dubiũ.col.ſi.C.de teſta. cum cõcor. alleg.per.And.Tiraq.in d.l.ſi vnquam. verſi. libertis, nu.103.104.

Ab inimicitia vero ſumitur indicium voluntatis teſtatoris ad reſtringendum & adimendũ legatũ aut
10 fideicõmiſsũ†Nam à fideicõmiſſo dando agnatis aut proximioribus de familia excluduntur odioſi per tex.in l.Lucius §.Lucius Titius Damã.de leg. 2. in fideicõmiſſo dãdo illi de parentela maſculina etiam ꝙ ſit de proximiorib.vel ęqualis in gradu ob inimicitiã & odiũ cũ teſtatore excludendũ firmat Soc.in conſi. 37.Viſo teſtamento.col. 4.ver.1. quia lib.3.idem per Gorn.conſ.229.col.2.ſub ver. tñ his non ob.lib.3. & Alexandri.in reper.§. quidã recte.nu.91. l. Gallus.de liber.& poſth. Menoch.con. 30. nu.15.16. quia in generali ſermone ad perſonas relato perſonę teſtatori odioſę non includũtur:Doct.oẽs dicũt in d.§.Lucius Titius Damã.& hoc fundamentũ verũ in facto dicit Soci.ſufficere ad victoriã in caſu de quo in d. conſ. querebatur.Idẽ in fideicõmiſſo dãdo illi quẽ hæredes aut alius nominauerit nõ poſſe nominari inimicum teſtatori per d.tex.tradit Soc.in l.vtrũ.§.cũ quidã.co. 3.ver.3.nota.de reb.dub. Itẽ in fideicõmiſſo verificato ob caſũ ſequutũ alienationis factæ cõtra ꝓhibitionẽ teſtatoris nõ debere dare illi ad quã res alienata peruenit,eoq; præſumatur odioſus teſtatori,adducit Iaſ.in conſi.124. viſo teſtamento ſer. Antonij,col. 3.ſub ver.& ſi diceretur.lib.4.motus per illud, quod decidit Are.in conſi.67.Diligenter & maturè. in 3.du
11 bio, † inobediens teſtatori etiam effectus eſt eius odioſus:Alex.conſi.136.col.ſi.lib. 1. & quia diſpoſitio teſtatoris ſemper debet interpretari, vt non comprehendat odioſos teſtatori,per d.tex.in §.Lucius Titius Damam.Bal.& Imol.in l.ſi ab hoſtibus.§. ſi vir.ſolu. matrim.& Bal.in c.fin.col.1.de præſump. per eum alleg.idem per d.tex.in §. Lucius Titius Damã, arguit Io.de Ana.in conſi.80.Viſis & intellectis.col.fin.ver. circa vero aliud quod tutor ob commiſſum dolum debet priuari legato,quod ideo datur ob meritum,& ob demeritum eo priuari debet allegando Pau. Cy. & Bald.in l. actionę,circa ſi. C. de tranſact. regulam ſumptam ex d. §. Lucius Titius Damam. & probat Bald.in l.in ipſius,in fin.C.famil.ercis.idem in l.pen. §.matre.de leg.2.etiam per tex.ibi dicit verba etiam per modum conſilij; in odium præcedens alicuius perſonæ prolata interpretari eſſe diſpoſitiua, quod non eſſet,niſi in odium ſic eſſet dictũ:vt per doct. in d.§.matre.

12 Quæ † regula de odioſis excludendis ex verbis generalibus ita vera eſt, quod procedit etiã in priuilegiis.quæ latiſſime interpretanda ſunt:vt per Bald. in l.teſtamenta.ff.de teſta.milit. & per Alexan. in conſi. 87. In cauſa mota.circa fin.li.3.& in aliis caſibus con cord.adducit Aym.conſi.256.col.pen.ver.quinto adduco.& conſi.284.colum. 2. videtur & procedere in deſcendentib.à tali odioſo, per reg.adductam à Dec. conſi.589.num.6.conſi.472.num.6.7.à Cur. Iun.cõ. 157.col.1.num.3.ab Aym.conſi.163.num.5. & clarius à Pariſ.conſi.20.num.47. in 3. quod quidem intelligendum eſt,ſicut declarat Bartol.in l.liberorum.ſub num.16.ff.de verbo. ſignifi. & Bal.in l. maximum vitium.ſub num.2.verſ.non obſtat.ff. de contratab. C. de liber.præter.

Limita tamen prædicta non præcedere, quando omnes incluſim verbis generalibus pariter eſſent odioſi teſtatori,aut vnus ſolus, & ipſe idioſus reperitur,in quo poſſint verificari verba ipſa generalia,quę vt non ſint ſine effectu operandi, comprehendunt eos,qui reperiuntur,quales ſunt: per tex.in l.fundus, qui locatus.cum l.ſeq. de fundo.inſtr. dicit Bar.in d. l.in ipſius.in ſi.cum concord.alleg.ab Aym. in conſi. 162.nu.4.& conſi.227.col.ſi.verſi.poſtremo, niſi verba cum ſimil.ad l.ſi quando,in prin.de leg.1. & ca.ſi Papa.de priui.in 6.

Limita quoque,niſi ſit ſimpliciter odioſus, & teſtator deceſſerit confeſſus,& contritus, quia pæſumitur odium remiſiſſe in extremis ſuis, & ſic debeat articulari,& probari,eum deceſiſſe in hoc ſtatu,& tunc ſic ille talis odioſus admittetur ad commoda relictorum per teſtatorem,vt declarando tenet Bal. in l. id, quod pauperibus.col.pen.nu.34.C.de epiſ.& cler.

Vlterius non ſolum ad excludendum generaliter
13 vocatos ob odium cum teſtatore, † ſed etiam ad excludendum à legato & fideicommiſſo ſpecialiter, & nominatim vocatos ob inimicitias cum eodem teſtatore,& non remiſſas ac reconciliatas interpretatur voluntas teſtatoris mutata:vt l.3.§.ſi.de adimen. lega.& l.ſi inimicitiæ.in prin.ff.de his,qui. vt indig. atq.etiã ob inimicitiam,vel offenſionem, illatam filio grauato,nepos priuatur fideicommiſſo ex teſtamento auito,late probat Crot.in l.fili⁹ familias.§. diui.in char. ſi.num.171.de leg.1.& Ioan.Bapt.Plot.conſi.54.num. 40.& ſeq.

Hæc autem differunt in hoc, quod ſub generalibus verbis comprehẽſus excluditur odio inducto,ob leuem offenſam:vt videre eſt tex. d. §. Lucius Titius Damam.& l.teſtamento centurio. ff. de manu. teſta. poſt Rapha.Cuma.pro not.probat Socin.in d. conſi. 37.col.2.circa ſi.ver.addo circa vnum.lib.3. idem tenet Bal.in l.athletæ.§.dat remiſſionem. circa prin.de excuſ.tut.Sed vocati ſpecialiter & nominatim, & illi,quos dixi alios non reperiri,& propterea,& ſpecialiter vocatos etiam ſub generalibus verbis neceſſario comprehendi,non excluduntur ob inimicitias, ſcilicet leues,debet intelligi dictum Alciati,in l.2.nu.38. verſic.alioquin ſi quis.de nul.& pup. niſi capitales & grauiſſimæ ſint inimicitiæ, vt ſonant verba tex. in d.
14 l.3.in ſi.l.ſi inimicitiæ.& † quales requiruntur in hoc inimicitiæ,& quales iniuriæ atroces,declarat Bart. in d. l. 3. fin. plane non excludunt huiuſmodi inimicitiæ,



tiæ quando ſine culpa legatarij interuenerint: l.cum tabulis.§.1.& ibi Bar.not.& mandat tenendũ menti: ff.de his,qui.vt indig.

Licet Iaſ.in l.ſi filiam.col.C.de inoffi.teſt. in l. hæreditas.C.de his,qui.vt indi.audacter.reprobet,&cõtra Bar.teneat.ſequiturRipa in c.1.col.5.de iud.& in l.ſi.q.45.nu.151.C.de reuo.donat.& Loper Hiſpan.in Rub.de donat.inter vi.& vxo.§.78.col.antepe.& Vaſquius alius Hiſpa.in tract.de ſucceſſionum progreſſu.lib.3.§.27.nu.9.& Io.de Ami.con.4.

Tamen ego puto non ita de facili à Barto. diſſentiendum:tum ob eius apud nos ſupremam auctoritatem : tum lege, & ratione,quibus Bart. nititur, tum etiam reſponſionibus,& rationibus, quibus refutari poſſunt,rationes Iaſonis quatuor,quibus contra Bar. mouetur.

Primum,quanta ſit authoritas Bart. nemo eſt,qui neſciat,de hoc vti vulgaria omitto ſua præconia à doctorib.de quib.vltimo per Zuchar.in rub.num.19.C. de pact.& ab ipſo Iaſone paſſim relata. Deinde ſententia Bar.probatur per tex.& glo.in d.l. cum tabu-
15 lis.§.1.Nam† primo inſpiciendum eſt, quod ille tex. eſt ſub tit.ff.de his, quib. vt indi. & ſecundum quem titulũ ideo intelligi debet : l. Imperator. de in di.adiect.Cum ſub d.titu.ponantur cauſæ, quibus debeat quis hæreditate,legato, aut fideicommiſſo priuari, vel non priuari,merito iuriſconſ.voluit ibi ponere d. tex.quo deciditur, quod liberta legataria alioquin debens,abſque eo, quod cum ea ſtuprum committi dicatur,præſtare patrono concubinatũ, & hunc denegans patrono, habenti aliam concubinam, non amittit legatum ab eodem patrono ſibi relictum, quod amitteret ex denegatione illa,vt lex iſta faciat ad ſuum titulum,ſi patronus non haberet aliam concubinam, vt ibi ſentit gloſſ. quia omnino liberta teneretur præſtare concubinatum patrono,cum honeſtius eſt,vt libertam concubinam habeat, quam matremfam.per tex.in l.prima, in princip. ff. de concubi.quæ ideo priuando eum tali concubinatu, infert ei iniuriam:l.ait prætor.§.permittitur.ff.de minor. & l.1.in princ.de iniur.& maxima iracundia & iniuria ſua reputaretur ad furorẽ,præſertim rei venereæ ablato ſibi iure ſuo,ita quod hæc ſatis induceret tacitã patroni voluntatem reuocatoriam legati facti tali libertæ,ſic recuſanti:vt ſentit tex.in d.l.cum tabulis.§. 1.à contrario ſenſu ſi patronus non haberet aliã concubinam.Ergo iſte patronus de iure, non valens habere duas concubinas : vt per glo.ibi: culpa ſua patitur hanc iniuriam,& libertę non debet adimi legatũ, & ita videtur vera dicta ſententia Bar. quod propter inimicitiam ſine culpa legatarij interuentam non reuocatur legatum.

16 Non † obſtat prima ratio Iaſoni d.l. 4.de adime. leg.quaſi appareat ex illo tex.per teſtatorem fuiſſe factam offenſam legatario, & nõ per legatarium teſtatori per hæc verba, & pœnituerit teſtatorem prioris offenſæ,quia reſpondetur non neceſſario ex illo tex. apparere, ex qua parte fuerit,facta offenſa, neque etiam ex culpa cuius,ſed decidi ex reconciliatione, facta inter teſtatorem & legatarium, reintegrari legatum,& illa verba,Et pœnituerit teſtatorem, &c. ſunt continuata ad rationem ibi in tex.aſſignatam: ambulatoria enim voluntas,&c.& ſic tacite voluntatis reuocatoriæ relictorum inductæ propter inimicitiam, cauſatam ab offenſis pœnituerit teſtatorem,&ex iſta vltima pœnitentia inferatur dicta ratio, quia ambulatoria eſt voluntas,&c.ita proprie,& tantundem dicitur in text.l. cum hic ſtatus. §.pœnitentiã ff.de donat.inter vir.& vxor.vbi dicitur, & appellatur hæc ſuprema & vltima pœnitẽtia.idẽ tex.in d.l.in ipſius. vbi ex remiſſione offenſæ,& ex meritis poſterioribus deprehenditur nouiſſima voluntas diſponentis : vnde per Alexan.conſi.159.colum.fin.lib. 7. & per omnes doctores paſſim ex iuribus prædictis habetur
17 †per remiſſionem offenſæ, & iniuriæ ſuſceptæ induci reconciliationẽ cum ipſo offenſo, ad quem,& non ad offendentem,pertinet facere pacem, & remiſſionem,dicit Bal.poſt.gl. in d.l. athletæ.§.dat remiſſionem.ver.item ex glo.Ergo magis tenendum videntur illa verba.Et pœnituerit teſtatorem prioris offenſæ debere intelligi offenſæ,ſcilicet ſuſceptæ per teſtatorem,& non per eum legatario illatæ,vel ſcilicet effectus reuocationis inductæ per offenſam ſuſceptã: pro qua expoſitione in ſimilib.allego. glo. in ver. offenſam.in l.donationes.§.1.ff.de donat. quæ exponit offenſam reſpectu reuocantis donationem in ſignificato paſſiuo,& reſpectu eius, cui aufertur donatum in ſignificato actiuo,& ita ſecundum ſubiectam materiam,d.l.4. puto hũc intellectum veriorem, quem Iaſ.contra Bar.adducit.

18 Secũda † ſua ratio elicita ex l.ex.parte.eo.de adimen.leg.ex eo, quod ibi teſtatorem grauiſſimis inimitiis perſecutum eſſe dicitur, quaſi inferendo, inimicitias proceſſiſſe culpa teſtatoris,& non tantum in his verbis neceſſario non inferentibus. teſtatorem fuiſſe,qui dederit culpam,quantum in verbis.Bar.ibi ſe fundat,dicit ipſe,quod Bar.in ſi. faciendo differentiam inter inſtitutionem, & legatum in primo caſu, diſtinguit, cuius culpa proceſſerint inimicitiæ inferendo,quod non ſit differentia,quoad reuocationem legatorum,ſecundum eum in d.l.hæreditas, & alia dicit in d.l.ſi filiam, qui parcat mihi. non dicit Bart.in d.l.ex parte.

Hæc etiam ſua ratio non obſtat, quia rectè perpendendo d.l.ex parte.& Bar.ibi non faciunt contra ſententiam Bart. ſupra relatam.Nam verba tex.in d.l.ex parte:ibi cum teſtator inimicitiis grauiſſimis proſequutus, Poſſunt retorqueri contra Iaſ. quod teſtator id fecerit culpa legatarij prouocatus vera, vel quam opinatur veram:quia nemo gratis præſumitur aliquẽ inimicitiis perſequi:vt not Bal. in l.cancellauerat. in in ſi.ff.de his,quæ in teſt.delen.

Et vltra inimicitias in d.l. ex parte. interuenit vl-
19 timũ teſtamentum, licet †imperfectum, tamen poſſet ſufficere ad reuocationem legatorum: vt ibi in gl. & Bal.in l.fideicommiſſum. circa ſi. C. de fideicom. ita verba d.l.ex parte.nihil faciunt,neque etiã, quod ibi dicit Bart.quia quando quærit de ratione diuerſitatis ſuper illa l. inter hæredem & legatarium refert ſe ad glo. & aliam diſtinctionem, non proſequitur in fine inter hæredem & legatarium,vt male pręſupponit Iaſ.ſed ſolum in ſi.quærit, an propter inimicitias tantum quis poſſit expelli ab inſtitutione, Et in hoc diſtinguit, ſi inſtitutus præbuerit cauſas inimicitiæ grauiſſimis modis,vt ibi per eum excluditur. Si vero teſtator, vel extraneus cauſas inimicitiæ dederit, & non ipſe inſtitutus, tunc habet locum iſta lex : quia non repellitur ab hæreditate,hæc ſunt verba Bar.Ecce declarat,quomodo in vltimo caſu habeat locum illa l.quia exprimit, quod inſtitutus non repellitur ab hæreditate. Ergo nulla conſequentia poteſt fieri in verbis Bar.quod in caſu non datæ cauſæ inimicitiarum per legatarium locum habeat illa l. excludẽs legatariũ propter inimicitias : quia de legatario nullum verbum in vltima q. ibi : neque poteſt intelligi in reſponſione & concluſione Bart.ibi adducta : arg. l.ſi defenſor.§.1.de inter.acti.& ne intelligeret de legato, Bart. expreſſit,quia non excluditur ab hæredi-

20 *Affectio maior cognoſcitur ex maiore honoratione & vtilitate vniuerſali, quàm in re certa ex pluribus prælegatis, & ex maiori prouiſione.*

21 *Affectio & dilectio maior eſt circa hæredes inſtitutos, quã ſubſtitutos.*

22 *Poſitus in conditione eſt magis dilectus, quàm ſubſtitutus.*

23 *Affectio & dilectio maior eſt circa filios hæredis inſtituti, quàm ſubſtitutum in portione inſtituti.*

24 *Affectio maior ex conuerſatione augmentata præfertur.*

25 *Frequentatum magis attenditur, & præualet.*

26 *Affectio maior eſt & amicitia cum magis vicinis, vel de eadem ciuitate, loco, vel patria.*

27 *Affectio ſuos gradus habet ita erga res, ſicut erga perſonas: diligit enim quis res plus perſeueraturas, & plus diligit ea, quæ ſuo ſudore acquiſiuit, quàm à parentibus acquiſita, & magis meum dicitur, quod per meã probitatem quæro, quàm quod per anteceſſores habeo.*

28 *Bona relicta faciũt hominem magis fœlicem, iuxta illud, Res non parta labore, ſed relicta, &c.*

29 *Affectio & dilectio illa eſt attendenda, quæ erat tempore conditi teſtamenti.*

30 *Affectio varios effectus operatur, aliquando ex dilectis præfert magis dilectos, & in alimentis legatis magis videtur dilectus à teſtatore legatarius, quàm hæres: prout in caſu incertitudinis perſonæ, cui ſit legatario dandum, legatum remanet penes legatarium.*

31 *Paritas affectionis vbi eſt, inducitur & paritas in portionibus diſtribuendis.*

32 *Præfertur ex duobus electis in diſcordia eligere debentiũ, qui fuit magis dilectus à teſtatore.*

33 *Affectionis paternæ effectus eſt, vt ſi pater habens amplum patrimoninm, & plures filios & filias, legando domum cum his, quæ ibi ſunt filiis maſculis intelligitur velle in legato etiam venire merces, quæ ibi ſunt ad tempus.*

34 *Affectio operatur quod actio competat ex conuentione facta per coniunctum cum alio ad commodum agentis & dolum excludit.*

35 *Affectio quandoque operatur reſtringendo diſpoſitionem in fauorem affectione iuncti: vt enim magis dilectus, ſic melioris conditionis, quam minus dilectus, ceſſat extenſio ſubſtitutionis facta in vnum caſum ad aliũ, quæ alias fieret, & ratio maioris affectionis ad perſonam in vno capitulo expreſſam, fuit, quod clauſula in fine poſita non referatur ad omnia: Hacq; ratione charitatis affectionis perſonæ, & exiſtentis in medio ſubſtitutus, non admittitur eadem ratione affectionis inter alia cõpendioſa ſubſtitutio non continet pupillarem, & ex hac ratione prelegatum factum vxori, non venit in reſtitutione fideicommiſſi per eam grauatam præſtandi,*

36 *Affectione certæ perſone quid datum eam non tranſgreditur.*

37 *Affectio operatur mirabilem effectum, & nunquam obliuioni tradendum, quod ex teſtamento minus ſolenni facit, quæcunque legata deberi perſonæ valdè dilectæ teſtatori.*

## SOLVTIO V.

QVINTO ab affectione, & charitate lo-
cus proximus ſuperioribus proximis
1 copulatus ſubſequitur: quia † affectio
& charitas inter conſanguineos & ami-
cos, & benefactores verſatur & viget: l. ſcripto
in fin. ff. vnde lib. l. non ſolum. §. 1. de ri. nup. cap. af-
ferte. cap. literas. de præſump. l. 3. in princi. ff. de teſt.
Affectio enim præbet efficacem locum interpretatio
ni fiendæ. per tex. in l. capienda. §. 1. de reg. iur. cuius
verba ſunt hæc quod factum eſt, cũ in obſcuro ſit ex
affectione cuiúſque capit interpretationem. Raph.
Fulg. conſil. 70. Proponitur colum. fin. in princip. per
hæc verba loquitur. Hanc quoque interpretationem
& mentem ſuadet affectio & charitas teſtatoris ad
perſonas tam honoratas, quàm oneratas, quæ affe-
ctio & charitas ad declarationem voluntatis teſtato-
ris conferunt, vt & augeant interdum, atque reſtrin-
gant, per dictam legem, ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg.
1. & l. Quintus Mutius. in fi. de aur. & arg. leg. & l. cùm
alienam. C. de leg. Fortiùs Socin. conſi. 23. Circa præ-
dictam. colum. 7. verſic. decimonono probatur. lib. 1.
his verbis loquens: Quotieſcunque agimus de inter-
pretanda, aut coniecturanda, ſeu præſumenda teſta-
toris voluntate, quando aliqua ineſſet dubietas, ſem-
2 per coniectura ſumitur ex affectione, † & præponde-
rat non ſolùm aliis cõiecturis, ſed etiam verbis, dum-
modò verba poſsint habere aliquam dubitationem,
&c. per dictam legem, cum auus. & dictã l. cùm acu-
tiſsimi. cum aliis ibi allegat. per eum, & propter affe-
ctionem receditur à regulis Iuris Communis: Deci.
in l. ſi actionem in. prin. C. de pact. & à generalitate
& proprietate verborum, Iaſ. in l. ſi pater. ad fi. de vulg.
& pupil. Idem Socin. in conſil. 37. Viſo teſtamento.
col. pen. in fi. ver. præterea. lib. 3. dicit, quòd tota iſta
materia fundata eſt in affectione, cui fuerit teſtator
magis affectus. idem per Pariſ. conſi. 73. numer. 37. lib
2. & Ripa in l ex facto. in prin. colu pen. numer. 7. ad
Trebel. & Aym. conſil. 62. nu. 8. Cum itaque in inter-
pretatione teſtamentorum omnis intentio ſit circa
3 inueſtigandam voluntatem teſtatoris, † & ad id tan-
tum polleat affectio, conſequens eſt, fore inſpicien-
dũ affectionem teſtatoris erga quam perſona ſit pro
declaranda ſua voluntate obſcura, tum in ſubſtitutio-
ne vulgari, in qua iſta de cauſa hæres ſubſtitutus venit
primus hæres vti affectus teſtatori, & non hæres hæ-
redis vti non veniens iudicio teſtatoris: proinde eius
non habens affectionem per tex. in l. qui liberis. §. hæc
verba de vulg & pup. & ibi Bar. Bal. Pau. de Ca. Imo.
Aret. & alij inter alia tradunt hac ratione affectionis
teſtatoris erga primum hæredem, non venire hære-
dem hæredis, ſed ipſum primum hæredem tantùm,
ex comm. opin. doct. clarè & indubitanter id procedit
in ſubſtitutione vulgari, per quã ſucceditur teſtatori;
tradit Iaſ. in l. Lucius. colu. pen. ver. ſed aduerte ſubti-
liùs. de vulg. & pup. Tum in ſubſtitione pupillari,
quando ſunt inſtituti & ſubſtituti ad inuicem pupil-
lariter diuerſi filij ex diuerſis vxoribus, quòd ab vno
latere coniunctus vti æqualiter cum aliis à teſtatore,
dilectus ſuccedit cum aliis vtrinq; coniunctis, vt per
Are. in d. l. Lucius. & ibi Iaſ. tandem ſequitur, dicens,
quòd ita eſt de mente Bart. & doct. ibi, licet non ex-
primant. & ibi Rib. col. fin. idem probat dicẽs in ſpe-
cie, quòd pro iſta opinione ſtringit vna ratio, quòd in
interpredanda pupillari inſpicimus affectionem te-
ſtatoris, & non pupilli, vbi etiam in fin. ad ducit hanc
concluſionem, & limitationem menti quidem tenẽ-
4 dam, quòd † affectio teſtatoris præualeat illi præſum
ptioni, quòd cenſetur teſtator ſe conformare cum diſ
poſitione iuris: affectio. n. teſtatoris vincit affectionẽ
legis, dicit Bal. in l. precibus in fi. C. de impub. quod
verum eſſe deprehenditur, cum huiuſmodi præpon-
derat ceteris coniecturis, vt per Soci. ſuprà proximè,
licet contrarium teneat Rui. in conſ. 107. nu. 7. 8. lib.
5 2. Tum † etiam in fideicommiſſaria in vocatis ab vno
latere & vtrinque coniunctis grauato, quòd ab vno
latere coniunctus cum aliis admittatur hae ratione,
quòd non coniunctio ſanguinis, ſed affectio & votũ
teſtatoris eos ſimul coniungentis in inſtitutione at-
tenditur, vt firmat Alexan. in conſ. 30. Viſo teſtaméto
Albertini



Albertini. colum. 1. ver. Tamen in hoc. li. 2. duplicato
ſub nu. conſ. 16. li. 6. & Dec. concil. 304 col. 1. numer. 2.
Bero. conſil. 90. col. fin. & conſil 145. col. pen. & fin. li.
2. Hier. Gabri. Eugub. conſi. 121. col. 2. & ſeq. & iſta eſt
* Commun. *Opin. vt Ripa refert in d. l. Lucius. col. fi.
& generaliter idem Ripa in l. Lucius. col. fi. & genera
liter idem Ripa in l. filiusfam. §. Diui. col 7. num. 31. de
6 leg. 1. Et † omnibus iſtis tribus ſubſtitutionibus, vul-
gari, pupillari, & fidei commiſſaria, conſiderata affe-
ctione reſpectu teſtatoris, & non eius, cui facta eſt ſub-
ſtitutio in caſu, quo teſtator poſt mortem filij decedẽ-
tis in pupillari ætate, vel aliâs, quandocunque ſubſti-
tuit eos, ad quos de iure ſpectat ſucceſsio fratrẽ teſta-
toris excluſis vterinis coniunctis pupillo admitti, co-
ſuluit Io. Ant. Rub. Alexan. in conſ. 126. Viſo teſtamẽ-
to Matthæi: ſuper quibus tamen eſſet videndus Soci-
conſil. 249. lib. 2. cuius proximitas debeat attendi, de
quo erit alibi dicendum. Interdùm † attenditur affe-
7 ctio alterius, de quo teſtator expreſsit, quæ tunc tan-
túm etiam operatur, quód abſque aliis præceptiuis &
grauatiuis inducit fidei commiſſum pro eo, pro quo
manifeſtata eſt talis alterius affectio à teſtatore ipſo,
vt eſt caſus in l. Pamphilo. in prin de leg. 3.
8 † Cognoſcitur autem affectio & demonſtratur re-
ſpectu perſonarum, rerum, & ſuos gradus habet, &
effectus operatur declarando, ampliando, vel reſtrin
gendo voluntatem teſtatoris: de quibus ſingulis ali-
qua breuiter videnda ſunt.
Nam primùm non cadit affectio erga incertos, i-
deo nec affectionis ordo cadere poteſt, per not. in l.
qui filiabus. in prin. de leg. 1. & in l. ſi cognatis. de reb.
dub. ait Soci. conſ. 112. ſupraſcripti. colum. 3. in princ.
ſub ver ſecundo, contra Bal. lib. 1. quia amor & odium
non poteſt cadere inter ignotos, & propter hoc ma-
trimonium nunquam poſſe contrahi inter abſentes,
niſi fama vel alio modo contrahentes ſe nouerint.
per gloſſ in c. nec illud. 30. queſtio. 5. dicit Philipp.
Franc. in c. fin. colum. 2. verſ. in ea gl. de procur. li. 6.
idem, quòd comuniter inter ignotos affectio non ſo-
let haberi, per l. ſed & ſi ſic. §. fi. de le. 3 inter alia reſpõ
dendo, & limitando d. l. quiliberi. §. hæc verba tradit
Alex. in conſ. 36. Viſo themate. col. fi. verſ. Item ſecun-
dum. lib. 3. ſimiliter affectio maximè particularis non
habetur ad non natos: Cl. & doct. in d. l. qui filiabus.
Idem Alex. cõſ. 29. Præclarè. col. pen. verſ. qui reſpon-
deo. co. lib. 3. vel ipſe dicit ibidem, non tanta habetur:
quanta ad exiſtentes in rerum natura, & per Bart. in
conſ. 30. Pater dedit dotem. cum concor. alleg. per Ti-
raq. in d. l. ſi vnquam. ver. filios. nu. 1.
9 Demonſtratur † enim teſtatoris affectio, & dilectio
erga aliquam perſonam. Primò, quòd ſit de ſua aſcen-
dentia vel deſcendentia, & agnatione: l. liberorum.
de verbo. ſignific. l. Iſti quidem. in fi. ff. quod met. cau.
l. Aurelius. §. Titius teſtamento. de lib. leg. & plures
concord. cumulat Tiraquel. in d. l. ſi vnquam; in præ-
fa. nu. 9. 10. 11. & per not. in d. l. cum auus. de cond. &
demonſtr. & in d. l. cum acutiſſimi. & quòd amicitia
ſecum ſit iuncta, vt ſuprà dictum eſt in 3. loco, à con-
ſanguinitate, & loco præcedenti ab amicitia. Oſten-
ditur etiam huiuſmodi affectio ex hæreditate, fidei-
commiſſo & legatis à teſtatore relictis. l. filium. §. ſed
ſi portio. de leg. præſtan. l. Publius. §. fin. de condit. &
demonſt. & l. hæredes mei. §. cum ita ad Trbel. l. lega-
tum. de leg. 2. & doct. in d. l. qui liberis. §. hæc verba
Petr. de Anchar. conſil. 130. Pro & contrà. col. 1. dicit,
quòd voluntas ex affectione colligitur, quod certum
eſt, teſtatorem non habere affectionem ad eos, qui
non vocantur ſuo iudicio, ſed extrinſecùs. per l. ſed &
ſi ſic. §. j. de leg. 3. vbi ſimiliter concludit in ſubſtitu-
tione non venire hæredem hæredis. & facit text. in l.
credendum. §. ſi verò. ff. qui pet. tut.
10 Demonſtratur † etiam dilectio eius condolentis &
lachrimantis de anguſtia & infortunio alicuius, ſicut
arguebatur de Saluatore noſtro dilectione vniuerſos
mundi homines ſuperante, dum erat in actu reſurgẽdi
Lazarum à mortuis, lachrimatus eſt. Dixerunt ergo
Iudæi, Ecce quomodo amat eum. Ioan. c. 11.
11 Ex † coniugio affectio quoque & dilectio immen-
ſa demonſtratur inter coniuges, ita quòd inter mari-
tum & vxorem potiùs eſt vnitas, quàm coniunctio,
plures authoritates legum & ſacræ Scripturæ allegan
do. tradit Oldrad. in conſ. 95. Ex forma iſtius ſtatuti.
col. 3. dicens inter alia veriſimilitudinem colligi ex di
lectione & affectione perſonarum, in hoc etiam plu-
ra allegat Tiraq. in d. l. ſi vnquam. in præfat. num. 12.
& Neuiz. in ſyl. nup. lib. 3. num. 11. 12. 13. Soc. Iun. con-
ſil. 76. num. 134. lib. 1. & Bald. in conſi. 109. Illa verba.
in fi. lib. 3. dicit quòd ex affectione mariti benigniùs
interpretanda ſunt verba, vt ampliandi, & non taxan-
di cauſa poſita ſint. eſt text. in l. vxorem in princip. de
leg. 3. & ibi per Alber. & Cephal. conſil. 416. num. 36.
& ſeq. Quoniam bona pars teſtamentorum commu-
niter continent ius vxorium, quod ſic appellat, text.
in l. qui concubinam. in princ. eo. Ideo de eo alibi la-
tiùs ſuo loco erit dicendum, infrà lib. 4. interpr. 1. Du-
12 bit. 10. Præterea † habetur affectio ad res, eò quòd fue-
rint maiorum, & præcipuè domus: vt l. lex quæ tuto-
res. §. nec domum. C. de adm. tu, & l. ſi in emptionem.
de minor. quæ affectio realis facit valere nudam pro-
hibitionem alienationis factam à teſtatore. Glo. Bal.
& Moder. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. &
alia, vt per Tiraq. de retract. in præfat. num. 44. vſque
à num, 53. & in præceden. num. & Bar. in conſ. 54. An-
gelus Maciæ. col. 2. in princ. aſſignando rationem in
caſu ſuo: quare ſubſtitutio non referatur ad filiam, di-
cit. quia pater magis affectauit bona ſua deuenire ad
filios maſculos, quàm ad fœminas. & Bald. in conſi-
328. Determinatio lib. 5. dicit affectione paterna con-
ſtare ſi res filio aſſignata conſiſtebat in affectione, pu-
ta domus, per d. l. lex quæ. & d. l. ſi emptionem, & iſta
ratione affectionis paternæ concludit prælegatum
domus factum filio, non comprehendi in reſtitutione
fideicommiſſi vniuerſalis.
13 Habet namq; † affectio ſuos gradus erga perſonas.
vel res maioris: vel minoris, prioris vel poſterioris cha
ritatis vel dilectionis, & ſucceſsiuæ vocationis: vt l.
cum ita. §. fin. de leg. 2. & l. fi. C. de verb. ſigni. Alexan.
in conſil. 204. Perſpectis. colu. 2. verſ. nec mirandum.
num. 10. lib. 6. & Ancha. conſi. 237. Quia primò. colu.
fi. ver. ſunt namque. & per Socin. in d. conſil. 12. col. 3.
verſ. ſed ac hoc reſpondetur. lib. 3. Vnde ſcire oportet,
quomodo id procedat. & percipi poſſit: quia frequen
ter controuerſiæ & litigia ſuperinde oriuntur. quili-
bet enim aſſerit & vult eſſe ille magis dilectus à teſta-
tore, & quęrit eſſe gallinæ, vt vulgo dicitur, filius albę,
& cæteris præferri in honore, & commodo: in onere
vero ſtudere Ariſtotelis poſteriori. Igitur aliqua pro-
feram, quibus iura noſtra intelligunt. quem maiori
affectione proſecutum, & aliis præferendum.
14 Primum autem illi ſunt † magis dilecti (vt ſuprà
proximè dictum (qui ſunt nati, & noti, quam naſci-
turi & ignoti: Alexand. d. conſi. 36. col. fin. lib. 3. & Iaſ.
conſil. 140. col. 5. ver. tertio facit. lib. 2. & Aym. conſil.
173. num. 12. & conſanguinei maiori dilectione ſunt
iuncti, quàm extranei: Tiraqu. in tract. de retract. in
præfat. num. 41. cum ſequen. & pulchrè Saly. in l. 1. nu.
5. de his, qui ante ap. tab.
15 Secundò, maiori † affectioni ſunt iuncti filij, quàm

nepotes:Ioan.Ant.Rub.Alexandri conſi.37.colu.fin
ver.quartò confirmatur.licet in cæteris non approbẽ
ſuam concluſionem, ibi in dict.conſi.& probat text.
in d.l.liberorum.ad fi.hinc eſt,quòd ſi quis inſtituat
hæredes ſuum filium & nepotes ex affectione ordi-
nata,ſolus filius viuens eſt hęres,& ordine ſucceſsiuo
procedit ſuccęſsio inter iſtos:vt per Gloſ.Bart.&alios
in l.Gallus.§.quidam rectè:de liber.& poſthum.Idem
in ſubſtitutione facta de filiis & nepotibus, quòd ne-
pos ſtante filio non ſuccedit, quia inter liberos ordi-
nem facit ordinata charitas,ſecundum Bal.in conſil.
340.Si pater.lib.5.& Paul.de Caſtr.in conſil.159.Su-
16 per primo quæſito.in princ.lib.1.vbi dicit,quòd † in
conſortia ſunt gradus,ſi tamen ex filiis aliqui habitãt
penes patrem in patria , aliqui extra patriam , maior
affectio eſt erga habitantes in patria:Pariſ.in conſ.26.
col.8.ad num.47.lib.3.& iuxta illud prouerbium vul
gatũ: Lontano dall' occhi , lontano dal cuore.& ma-
ior præſumitur affectio ad propinquiores , quàm ad
remotiores:Barba.in conſil.61.Scribitur.col.3.verſic.
Item eſt etiam aduertendum.lib.1.præſumitur magis
dilectus frater,quàm nepos ex fratre : Rui.conſ.164.
colum.2.numer.4.lib.2.Idque diffuſiùs in interpre-
tatione ſtatim ſubſtitutionum erit tractandum , præ-
ſertim in lib.3.interp.3.dubit.4.magis videtur teſta-
tor dilexiſſe hæredem,quàm venientem ab inteſtato:
Bald.in l.peto.in fi.de leg.1.

17 Tertiò , † maior dilectio eſt erga ſuos deſcenden-
tes,quàm tranſuerſales, per iura nota.tradit Alexand.
conſil.17. Circumſpectis.col.1.num.7.lib.7. & Pariſ.
conſil,22.colum. pen.num.63.ita enim probat ordo
iuris ſuccedẽdi ab inteſtato, per text.in auc.ceſſante.
C.de legit.hæred. & in Corpore , vnde ſumitur , vt
per Bald.conſi.40.Quidam magnus nobilis.colum.1.
ver.in contrarium lib.3.vbi latè in materia determi-
nat hanc q. quòd facta ſubſtitutione fratri vniuerſali
hęredi decedẽti ſine liberis maſculis de filiabus ipſius
teſtatoris,& earum filiis, & mortuo fratre hærede cũ
filio & filia locum habet ſubſtitutio pro filiabus te-
ſtatoris,& earum filiis ratione prædicta:& vbi de in-
tellectu l.1.C.de cond.inſer,

18 Quartò,† prædilectus præſumitur primò nomina-
tus, per l.quoties.in prin.de vſufr. &l. hæredes mei.
§.fin. ad Trebel.Abb.in conſil.65.Ad deciſionem.co.
2.ſub ver.venio ad ſecundum:lib.2.dicit,quòd præce-
ptum teſtatoris de maritandis neptibus in ſua fami-
lia,vel extra familiam eo modo , quo poteſt,debet ex
ordinata affectione primò exequi in vna de ſua fa-
milia priùs nominata:& Alex.conſ.1.col.4. verſic. ſe-
cundo probatur lib.1. dicit , quòd primò vocatus vi-
detur magis dilectus : idem in conſ.130. Videtur pri-
ma faciè.col.1. in fi.ſub ver. Quod autem ita.lib.2.&
conſ.36.Viſo themate.col.pen.in princ.lib.3.& conſ.
229.Ponderatis.col.2.ver. Tamen præmiſſis.lib.6.&
Cor.conſ.226.Quandoq;.col.pen.in princ.lib.4.per.
Publium.§.fi, de cond.& dem.& Pariſ.conſ.18.col.11.
nu.73.& conſ.70.col.3.ſub nu.11.lib.2.& Aym. conſi.
62.col.2.num.7.& conſ.147.col.1.nu.2. & Soc.conſ.
49.col.2. & alibi per doct. In quibus locis maiorem
affectionem teſtatoris in quibuſcunque diſpoſitioni-
bus fauorabilibus ex priori denominatione demon-
ſtrari omnes concedunt , quia alioquin ordo ſermo-
nis debet ſeruari.§.inordinatum.in fi,in auct.de hęre.
& falci,& l.cùm pater. §.pen. de leg.2.& Bart.in l.2.
§.priùs.in vlt.diſtinctione de ordine locutionis,& ibi
alij doct.tradunt,de vulg.& pupil.

19 Quintò maior † affectio ad nominatos in ſpecie,
vel nominatim habetur , quàm ad nominatos in ge-
nere:d.l.cum ita.§.in fideicommiſſo.de leg.2.Alexan,
d.conſ.36.col.penul.lib.3.Curt.Iun.in conſil.57.circa
fi.& conſ.ſeq.& Ruin.conſ.101.col.4.in fi.& ſeq. ſub
num.10.lib.2.& Dec.conſ.480.col.4.num.11.&Aym.
conſ.77.col.4.nu.12.

20 Sextò,dilectio † maior cognoſcitur ex maiori ho-
noratione & vtilitate vniuerſali , quàm in re certa ex
pluribus prælegatis,& ex maiori prouiſione:auct.hoc
amplius. & ibi Cyn. C. de fideicom. & idem Cyn.in
d.l.fin.in prin.com.de leg.Barb.in conſi.59.colum.2.
lib.1.& pulchrè Rom.conſil.408. In propoſita quæ-
ſtione.Socin.in conſil.49.col.5.ver.accedat, quòd ex
diſpoſitione.lib.1.allegando l.generaliter.in princ.de
inſt.& ſubſt.& Corn.conſil.72.colum.pen.lib.2.Soc.
conſ.5.colum.fin.lib.3.Ruin.conſi..3. col.4.num.15.
16.lib.2. Aym. conſ.147. col.1. num.2. & conſil.161.
num.4.5.& conſil. 297.colum.2. vbi plures concor-
dan.allegando , adducit maiorem teſtatoris affectio-
nem habitam eſſe primò ex priori nominatione, vt
dictum eſt : deinde ex eo,quòd plus honorauit in tot
prælegatis: poſtremò,ex eo , quòd legatarij ſint de a-
gnatione teſtatoris: quia eius cognomen & arma ſeu
inſignia ferunt: maior enim dilectio dantis recipien-
tem ex vberiori datione habetur per ſententiam Eu-
angelicam,Lucæ 7.ibi:quis ergo eum plus diligit,&,
quia is,cui plus donauit , &c.rectè iudicaſti : vt per
Luc.de Pen.in l.fin.col.2.C.quando & qui.quar.par.
lib.10. & è contrà ceſſat affectio teſtatoris erga eum,
cui nihil reliquit:l.cum quidam.C.de lega.Tamen in
re legata magis eſt dilectus legatarius,quàm hæres,&
per conſequens præfertur legatarius: Bald.in l.ſi quis
eum. de condit. & demonſt. qui dicit hanc rationem
menti tenendam.

21 Septimò, magis ſunt dilecti † hæredes inſtituti,
quàm hęredes ſubſtituti:vt per Alexan.conſ.93.Aliàs
conſultus.col.3.ver.& ſi aliter.lib.3.ſuper doct.Bar.in
l.Gallus.§.etiam ſi parente.ver.quæro iuxta prędicta,
teſtator.de lib.& poſth.volentis,quòd ſi teſtator filio
inſtituto decedenti ſine liberis ſubſtituerit Titium,&
eius hæredes,mortuo filio ſine liberis,ſed cum hære-
dibus extraneis, iſti hæredes filij, tanquam magis di-
lecti præferuntur hæredibus extraneis Titij, & magis
dilecti dicuntur: quia ſicut teſtator prædilexit filium
magis, quàm Titium,ita & eius hæredes prædilexiſſe
præſumitur:arg.l.Publius.in fi.de condit.& demonſt.
quæ doct.licet habeat contradicentes, tamen eſt ma-
* gis * Communis,vt ipſe Alexan.dicit in d.conſi.&ſic
ab ea in conſulendo et iudicando non eſſe diſceden-
dum , ſed tenendum cum opin.Bartol.tanquam ma-
gis communi, dicit Iaſ.in d.§.etiam ſi parente.col.7.
ſequitur Ruin.conſi 148.col.2.et ſeq.et conſ.178.col.
4.ver.in contrarium tamen lib.2.Ang.Aret. in tract.
de teſta.in gloſ.79.nu.11. Item magis videtur prædile-
ctus cohęres,quàm veniẽs ab inteſtato:Imo.in l.peto.
22 in princ.de leg.1.Item† poſitus in conditione eſt ma-
gis dilectus,quàm ſubſtitutus:per tex.in l.cum pater.
§.volo.de leg.2.et tradit Corn.conſi.159.col.5.verſ.et
præcedẽtia.li.4.Præfertur vocatus ſub vocabulo ſpe-
ciali,vocato ſub vocabulo generali:Cur.Iun.conſ.58.
col.2.num.4.Ruin.conſ.101.nu.10.lib.2.

23 Octauò.† filij hæredis inſtituti magis dilecti ſunt
quàm ſubſtitutus in portione inſtituti: l.cum auus.&
l.cùm acutiſſimi.præalleg.& ibi doct.& Alex.conſil.
167.colum.3.ver.Nec præſumitur teſtatorem.libro 5.
Barb.conſil.10.colum.2.lib.2. Corn.conſi.298.col.4.
lib.4.& Socin.Iun. in conſil.126. num.20.24.lib.1.vt
proximè dictum eſt.

An vero filius magis dilectus, quàm pia cauſa &
Eccleſia, latè dixi ſuprà in præcedenti interpretatio-
ne.in dubit.4.ver.His ergo præhabitis.





24 Nonò.† affectione exiſtente(vt præmiſſum eſt)in-
ter amicos & cõſanguineos maior affectio & dilectio
eſt,cum illius amicis,vel conſanguineis , cum quibus
magis aſſiduè conuerſabatur teſtator , & hæc affectio
ex conuerſatione augmentata, præfertur , vt probat
tex.in l.pen.in prin.ff.de caſtr.pec. & clarior text. in
l.cum allegas.C.eo.libr.12.& ibi gloſſ.not.quòd con-
ſuetudo auget affectionem parentelæ : idem ibi not.
Luc.de Pen.qui etiam amorem inter fratres poſt pa-
rentum & filiorum amorem eſſe primum & maiorem
dicit,& idem frequentem conuerſationem augere af-
fectionem inter amicos & conſan guineos,ponit in l.
quicunque.col.pen.verſi. 171. præſumitur aſſidua.C.
de apoch.pub.li.10.Idem not. & ſequitur Bal.in l.pa-
rentes.col.1.ver. aut eſt productus per fratrem. C. de
25 teſti.facit,quòd † magis frequentatum exercitium at-
tenditur & præualet : l.legatis. §. ſi vnus.de leg.3.&
quod per illum tex.tradit Bar.in l.prædiis. §. qui do-
mum.eo.tit. de domo exiſtente in confinio duarum
parochiarum & ſimiliter habẽte aditum per vtramq;
parochiam.q fit de illa parochia,per quam habet adi
tum magis frequentatum: idem probat Bart. in l.ſer-
uis.§.lecticariis.eo.&quòd ſenſerit de Eccleſia,in qua
magis conuerſabatur,Cyn.in l.1.co.2.ver.ſextò quæro
de ſacroſanct.Eccl.ſequitur Socin.in l. quæ conditio.
26 §.fi.col.fi.ver.quartò.de condi.& demon.† Item ma-
ior affectio eſt & amicitia cum magis vicinus vel ea-
dem ciuitate,loco,vel patria,probat d.l.ſi ſeruus plu-
rium.§.fi.de lega.1.ibi:deinde regionis. & l.qui habe-
bat.in princ.ibi:dulciſſimæ patriæ meæ.de leg.3. & l.
nulli.l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſ. & cle. & gl.
in ver.pauper.in c.1.de teſta.in 6.quòd pauperes intel
ligantur de domicilio teſtatoris , ſecundum tamen
doctr.Fed.de Sen.in conſi.33.Faciunt verba Terentij
in Heau.circa princi. dum dicit, tamen vel virtus tua
me vel vicinitas , quod ego in propinqua parte ami-
citiæ puto:ex tex.& quæ ibi not. Bar. Paul. de Caſtr.
Soci.& alij,in l.quæ conditio.§.1.de cond.& demon.
& Barba.inter conſil. Alexand. conſ. vltim. colum.2.
num.6. lib. 4. & facit glo. in cap.fin.de cleri. peregri.
quòd electio facta pro vno de gremio Eccleſiæ præ-
fertur electioni factæ etiam per maiorem partem pro
alio de alia Eccleſia.

Decimò , dictum eſt de gradibus & differentiis af-
fectionum , reſpectu perſonarum , non quodammo-
27 do † idem eſt etiam reſpectu rerum,quia diligit quis
res plus perſeueraturas,& quis plus diligit ea,quæ ſuo
ſudore acquiſiuit,quàm à parẽtib.acquiſita:no. Ang.
in l.3.§.fi.ff. quod met.cau. & in l.ille à quo.§. ſed &
quia.in fi.ff.ad Trebel.& Arch.in c.pen. in fin.12.q.1.
notãdo idem dicit,quòd magis dicitur meum , quòd
per meam probitatem quæro , quàm quod per ante-
ceſſores habeo,per l.ſi quid bello.& ibi expreſſiùs per
gl.ff.de capt.& poſtl.reuer.& Plato in lib.de Repu.in
primo dialogo dicit,hæc ego ideo interrogaui inquã:
quoniam mihi videbaris non multùm diuitias ad-
mirari,quod quidem plurimum faciunt, qui ſibi eas
non peperere, qui autem illas parauerunt duplo ma-
gis,quàm alij amant , quemadmodum & Poëtæ poë-
mata ſua,& filios patres diligunt , eodem modo , qui
acquiſiuere pecunias,&c.Ariſt.lib.9.Ethicorum.c. 7.
dicit , præterea q̃ facta ſunt cũ labore,ea magis dili-
gunt oẽs,vt & pecunias magis diligunt, qui acquiſie-
runt,quã qui ab aliis acceperũt.Ita quòd hæc facerẽt
ad reſolutionẽ quæſtionis , quòd ſi teſtator relinque-
ret vxori ſuæ bona,quæ magis clara habet, intelllige-
retur potius de bonis acquiſitis per teſtatorem,quàm
p anteceſſores ſibi relictis,vel aliter ſibi donatis nul-
28 lo ſuo labore interueniente, † licet huiuſmodi bona
ſine labore quæſita ſint inter ea , quæ faciũt homi-
nem magis fœlicem, iuxta illud Epigram. Martialis:
*Vitam quæ faciunt beatiorem , Iucundiſſimè Martialis hæc
ſunt: Res non parta labore,ſed relicta.* & cætera.Circa præ-
29 dicta aduerte † affectionem,ac dilectionem eſſe attẽ-
dendã, quæ erat tempore conditi teſtamenti , vt per
Soc.in d.l.quæ conditio.§.fi.col.fi. ver. 4. de cond.&
demonſt.

Effectus autem varios habet & operatur huiuſmo-
30 di affectio : † aliquando enim ex dilectis præferendo
magis dilectos,vt in caſib.ſuprà expreſſis habetur,&
in l.cum ita.§.in fideicõmiſſo.de leg.2.&in l.Publius.
§.fi.de cond.& demon.& per Bal.in l.pen.col.2.verſ.
pone enim , quòd habens filium. C.de hæred. inſt.&
per Soci.in d.conſ.37. col.pen. ver.Præterea ; ex quo.
lib.3.eadem ratione arguit Barba.in conſ.63.Præcla-
rè.in princ.lib.2. ſed aduertatur,quod ibi malè,& in-
aduertenter loquitur allegando tex.in l.cum alimen-
ta.iuncta glo.in verſ. debebat ex teſtamento Titij. de
alim.leg.quia iſta glo.in qua cum tex.in princ.l. facit
tantum tumorem iactantiæ more ſuo , eſt poſita in §.
ſequenti , habenti diuerſum caſum , ita quòd princi-
pium illius nullam rationem facit de charitate hære-
dis,in taxandis alimentis , niſi ex facultatib. defuncti
charitate eius,cui ſunt relicta alimenta,in quibus ali-
mentis legatis dicerem eſſe magis dilectum legatariũ
à teſtatore,quàm hæredem,per doctr.Bald.in dict.l. ſi
quis eum,per tex.ibi in fin.de cond. & demon. ſentit
Bar.in l.quem hæredi.de reb.dub.dum in caſu incer-
titudinis perſonæ, cui ſit à legatario dandum legatũ,
dicit ideo,Remanet penes legatarium:& per tex.in l.
pater.§.Tuſculanus.de leg.3.& per Dec.in l.2.colum.
2.ver. vlteriùs contra com. C. de inſt. & ſubſtit.facit
text. in l. fundus. ff. ſi vſufruct.pet.vnde in hoc puto
Barb.errare.

In ſpecie noſtra puto etiã procedere talem præla-
tionẽ ,quando conſtat per caſus ſupradictos de prædi
31 lectione:† ſi verò non conſtaret , & eſſet par affectio,
etiã æqualis debet eſſe tractatus:l.pen.§.1.de rit.nupt.
& per gloſ.pen.in ver.ordinem.in §.inordinatum. in
auct.de hæred.& falci.ad hoc Bald.in l.Lucius.§.Lu-
cius Titius.el 1.de leg.2.notat,quòd vbi eſt paritas af-
fectionis, inducitur paritas in portionib. diſtribuen-
dis,etiam ſi nomen proprium & appellatiuum con-
currant,ad nomen tamen indifferens , vt in caſu d. §.
Lucius Titius.ſecundum eundẽ Bald.ibi, & per Dec.
in l.ſi.in fi.C.de impub.& al.ſubſt.& per Socin.in l.1.
col.3.ver.Tertius caſus eſt.de reb.dub.vbi futura non
cedunt legato,quando par affectio eſt inter legatariũ
& hæredem,quo ad teſtatorem,per Bald.in l.in teſta-
mento,col.3.ver. quintò quæritur. C. de teſtam. mil.
vbi etiam paritas affectionis teſtatoris erga filios di-
uerſarum matrum inducit paritatem inter ipſos filios
ſubſtitutos:vt per Bar.& alios in l.Lucius.de vulga.&
pupil. & facit,quod tradit Bar. in l.ſi cognatis.in fi.de
reb.dub.

Quandoque operatur declarando incertitudinem
perſonarum,vt ſi duo ſunt tutores vel legatarij eiuſdẽ
nominis,quòd voluntas teſtatoris ſit, comprehende-
re eum qui magis erat amicus,vt dictum eſt,teſtatori:
vt per Bart.in d.l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam.tut.ſe-
quitur Dec.conſi.289.colum.pen.ver.octauò coadiu-
32 uatur.in fi.Et ſi † teſtator reliquerit mille Titio,quæ
det illi,quem declarauit ſibi,& hæredi ſuo,& legata-
rius,& hæres fuerunt diſcordes in declarando , quòd
vnus declaret vnum , & alter alium , debet inſpici,
quod eſt veriſimilius ratione affectionis teſtatoris,di-
cit Bart.in l.quem hæredi.de reb.dub.quem ibi doct.
ſequuntur facit tex.iuncta gl.fi.in l.4.ff.pro leg.

33 Interdum operatur † ampliando,vt ſi pater habẽs
amplum patrimonium,& plures filios,& filias legan-
do domum cum his,quæ ibi ſunt filiis maribus,intel-
ligitur velle in legato etiam venire merces, quæ ibi
ſunt ad tempus contra legem ex facto: ff. de hæred.
inſt.& hoc ratione dilectionis paternæ pro ſingulari,
ponit Roma.in ſuis ſing.ſub num.643.incip. Regula
eſt, quòd ſi teſtator. per l. quæſitum.§. ſed & ipſe Pa-
pinianus. de fun.inſtr. Idem de bonis mobilibus, e-
tiam non ſolitis eſſe in loco,de quo legatum loquitur
ibi tamen repertis tempore mortis teſtatoris, ratione
affectionis inter alia, ampliando legatum venire fir-
mat Socin.Iun.in conſ.98.num.22. lib.1.idem eadem
ratione affectionis ſub legato domorum,quæ ſunt in
ciuitate, venire domum, quæ extra muros ciuitatis
ſita eſt in ſuburbiis,primò arguit & adducit Aymo.in
34 d.conſ.297.colum.1.in fin. † operatur etiam affectio
vt parum digrediar,quòd actio competat ex conuen-
tione,facta per coniunctum cum alio ad commodum
agentis vt per tex.in l.Caius.in fi.ſol.matri.ponit no.
caſum Bal.Nouel.in tract.de dot.in 4.par.in q.pen.in
fi.Dolum quoque excludit affectio,vt per l.pen.§.fin.
ff.quod falſ.tu.

35 Quandoque operatur etiam † reſtringẽdo diſpo-
ſitionem in fauorem affectione iuncti, quia vt magis
dilectus ſit melioris conditionis, quã minùs dilectus,
ceſſat extenſio ſubſtitutionis, factæ in vnũ caſum ad
alium,quæ aliàs fieret,vt per gl.& ibi Bar. in l. ſi ma-
ter.§.1.de vulg.& pupil.ponit Alexand.in conſ.1.col.
4.ſub verſ.ſecundò probatur.lib. 1. idem Alexand. in
conſi.226. Ponderatis verbis teſtamenti.col. 2. circa
med.lib.6.dicit,quòd ratio maioris affectionis ad per-
ſonam in vno capitulo expreſſam, facit, quòd clau-
ſula in fine poſita non referatur ad omnia: hac ratio-
ne quoq; charitatis, & affectionis perſonæ exiſtentis
in medio,ſubſtitutus non admittitur,vt per Barba. in
conſ.55.col.8.verſ.ad iſta reſpondeo. lib.2. Eadem ra-
tione affectionis inter alia cõpendioſam ſubſtitutio-
nem non continere pupillarem, adducit Pariſ. conſi.
73.col.5.num.73.cum ſeq.lib.2.Idem Pariſ. in conſi.
79.col.3.eo.lib.quòd ex hac ratione inter alias ratio-
nes, ibi per eum adductas prælegatum factum vxori,
non veniat in reſtitutione fideicommiſſi,per eam gra-
uatam præſtãdi, vt deciſio Bald. in conſ. 57. Quia
illud. libr.1.etiam fundata eſt in affectione teſtatoris
mandantis aliquid detrahi,vt æs alienum, quod etiã
ſic probatum non ſit, tamen detrahitur, & non ve-
nit in reſtitutione fideicommiſſi,ratione paternæ af-
fectionis,etiam reſtringitur ſubſtitutio,habens verba
apta ad pupillarem & fideicommiſſariam: quòd ſo-
lùm ſit pupillaris:vt per Socim.Iun.alios etiam alle-
gando in conſi.95.col.5.nu.20.lib.1. alia etiam opera-
tur,vt colligi poteſt per dicta ſuperiùs,& in locis à cõ-
ſanguinitate, & ab amicitia, & per Tiraq.in l.ſi vn-
quam.in præfat.num.25.cum ſeq. quæ nota. & adde
36 quòd † quid datum affectione certæ perſonæ eam nõ
trãſgreditur,per tex.in l.pen.de ſerui.leg. vbi Bar.no.
doctr.tradit,quomodo cognoſcatur,aliquam conceſ-
ſionem eſſe realem, vel perſonalem, & quòd tandem
contemplatio perſonæ legatarij,& eius qualitas,facit
& reddit conceſſionem perſonalem,quæ tamen facta
mulieri, ea viuente, comprehendit etiam eius mari-
tum;vt per Alber.ibidem. Poſtremò nota mirabilem
effectum, & nunquam obliuioni tradendum, quem
37 facit & operatur † affectio,quòd facit ex teſtamento
minùs ſolemni, quæcunque legata deberi perſonæ
valdè dilectæ teſtatori, per gloſſ. in l.teſtamento.ff.
de fideicomm.libert. quam omnes doctr.ſequi & ap-
probare atteſtatur, & pro ſingulari firmat, Iaſ. in l
non dubium.colum.penult.ad fi.ver.fallit in caſu ſin-
gulari.C.de teſta.

*SVMMARIVM.*

1 *Voluntas teſtatoris dubia ex loco à contemplatione poteſt interpretari,ſynonyma enim eſſe videntur,affectio,intuitus,& contemplatio.*

2 *Contemplatio eſt mẽs tacita & veriſimilis coniectura præſumptæ voluntatis:valet enim contemplatio ad interpretandum voluntatem teſtatoris.*

3 *Verba diſpoſitionis non ita attendenda ſunt,ſicut perſona, cuius contemplatione facta eſt diſpoſitio, & ſemper debemus conſiderare, non ipſam diſpoſitionem ſimpliciter,ſed in qua contemplatione fiat.*

4 *Contemplatio principaliter id reſpicit, ad quod intentio teſtatoris dirigitur,dando,proſpiciendo,vel magis prouidendo.*

5 *Teſtator vbi expreſſit, cuius gratia, beneficio, affectu, intuitu,reſpectu,vel cõtemplatione quid fecit,reliquit, vel diſpoſuit,id eſt,tenendum ac obſeruandum, teſtatore autem non exprimente, tunc opus eſt coniecturis, & præſumptionibus.*

6 *Intellectus & declaratio l. fideicommiſſa. §.interdum. de leg.3.*

7 *Teſtator aliquãdo prouidet alicui dando ipſius intuitu ſolo,etiam quòd aliæ perſonæ mixtæ ſint in negocio huiuſmodi prouiſionis, aliquando prouidet dando vni, ſcilicet filio,ſed cõtemplatione alterius, modis ibidem expoſitis.*

8 *Contemplatio eius eſt, cuius commodum principaliter reſpicit diſpoſitio teſtatoris,& illud dicitur ordinari fauore alicuius,quod fit principaliter eius fauore,& non ſecundariò.*

9 *Principale propoſitum attenditur, & non, quod venit per conſequentiam, & præceptum,factum cohæredi, qui ſoluat æs alienum creditoribus, non præbet actionem eis, licet verba in eos per teſtatorem ſint directa: ſed cohæredibus præbet actionem,quorum intereſt ſolui æs alienum,ne conueniantur à creditoribus pro portionibus hæreditariis.*

10 *Commodum diſpoſitionis eum, quem reſpicit, oſtendit legatarium,vel fideicommiſſarium, etiam quòd verba non ſic loquantur.*

11 *Legatũ eccleſiæ,clerico,prælato,præsbytero, canonico,capitulo nomine proprio vel appellatiuo, aut dignitatis nuncupatis, aut ciuitati, ciuibus, decurionibus nominibus propriis vel appellatiuis,& dignitatis ab extraneis,vel à conſanguineis, cuius contemplatione intelligatur factum,an eccleſiæ locorum ciuitatis vel perſonarum.*

12 *Alimenta ſunt relicta alicui in domo teſtatoris,vel hæredum, vel penes quoſcunque cum hæredibus ſeu alio ſteterit,ſi caſu, & non culpa legatarij impedirentur præſtari, hæc tamen legatarius non amittit, ſed ſibi omnino debentur.*

13 *Legatum alimentorum,ſeu alterius rei, poteſt deprehendi etiam per cõiecturas, quòd reſpiciat etiam vtilitatem aliquam hæredis,aut eius,cum quo debet morari legatarius:tunc hæredis contemplatione,ſeu eius,cum quo debet morari legatarius, dicitur, teſtatorem feciſſe:coniecturæ ibidem declarantur.*

14 *Legatum,factum filiofamil.præſumitur regulariter factum contemplatione filij, & non patris, generalis eſt regula,quod plerunque veriſimile eſt,teſtatorem contemplatione magis filij, quam patris vſumfructum ei reliquiſſe.*

15 *Dict o,plerunque,dicitur regulam inducere.*

16 *Legatum filiofam.factum,ſi non poteſt ei quæri,ſed patri tantùm, tunc dicitur relictum contemplatione patris: idem,ſi relictum ſit filiofam.non exprimendo ſolum nomen patris pro demonſtratione legatarij,ſed etiam pro patria poteſtate,aut pro alio iure,aut commodo, quòd ſpectet ad patrem,tunc etiam præſumitur factum contemplatione patris.*



17 *Legatum factum filiofa.præſumitur factum contemplatione patris,cum quo teſtator cõiunctione vel conſanguinitatis,vel amicitiæ,vel meritorum talem habebat quòd debuerit ei legare.*

18 *Pater vbi ſit inſtitutus hæres, & factum legatum filio in eodem teſtamento,dicitur legatum factum contemplatione filij,& vt valeat, cenſetur factum filio ſua propria affectione.*

19 *Legatum pro dote factum filiofam. tendens ad exonerationem patris, contemplatione patris factum præſumitur exemplum in dote,data ab auo,ſeu ab alio filiæfa. habenti patrem.*

20 *Doctorum relationibus paſſim fidendum non eſt,ſed in fonte ſpeculari oportet,vnde oriuntur deciſiones.*

21 *Auus dicitur dotare nepotem contemplatione filij, & quòd ſiue fuſius ſit pauper,ſiue diuus auus,ſemper in dubio dicitur dotare nepotem, contemplatione filij ad effectum huiuſmodi dotis imputandæ in legitimam filij.*

22 *Cõtemplatio plures inducit effectus,vt quòd hæreditas ſeu legatum ſpectet non ad eum, in quem verba ſunt directa,ſed in quem directa eſt intentio, & pro cuius cõtemplatione factum deprehenditur teſtamentum,item ſi deficiat perſona ſeu locus, in quem verba diſpoſitionis ſunt directa pro contemplatione alterius, non deficit tamen diſpoſitio,quin eo modo,quo poſſit,ſortiatur effectum,pro cuius contemplatione facta eſt, item facit mutare naturam rei,& inſtitutio,legatum,ſeu alia diſpoſitio facta contemplatione alicuius certæ infirmitatis & certi temporis non operatur, ſecuto caſu ex alia infirmitate vel alio tempore.*

23 *Donatio inter viuos,facta contemplatione legati,intelligitur reuocata reuocato legato.*

24 *Lucrum, à quo quis remouetur contemplatione alterius, applicatur illi perſonæ,cuius contemplatione fit priuatio,amotio,vel prohibitio.*

25 *Excluſus à teſtatore contemplatione rei,aliter ſibi nõ aſſignatæ,eandem rem poteſt retinere ex voluntate teſtatoris ſit declarata.*

26 *Ius quæſitum ſic declaratum & competens ex contemplatione verbis diſpoſitionis in alias perſonas, locum habet in vltimis voluntatibus, & non in contractibus.*

*Fallit tamen in contractibus extante ſtatuto, prout extat Piſauri,quod quis poſſit pro alio ſtipulari,& recipere promiſſionem de dando, & is,pro quo facta eſt promiſſio abſq; alia ceſſione,poſſit agere & excipere, tunc ſicut in vltimis voluntatibus poterit experiri is,cuius contẽplatione facta eſt promiſſio.*

*Fallit, quando vir, cui facta eſt talis promiſſio dotis, eſſet mortuus.*

## SOLVTIO VI.

1 SExtò à † contemplatione ſequitur lo-
cus,vt dependens pariter & connexus
ſuperiori deprehenditur,ex dicta l.pen.
de ſer.leg.in fi.præcedentis loci. Ab af-
fectione proximè alleg. quæ dicit, Ne
quod affectu filiæ,&c.ibi Bar.& Alber.exponunt da-
tum contemplatione perſonæ, ad idem text. in l. qui
tutelam.ff.de teſta.tut. ibi: Nõ affectione propria de-
ſignatur contemplatio.ad idem tex.in d.ca.requiſiſti.
de teſt.ibi:non intuitu eccleſiæ,ſed perſonæ, &c. de-
monſtratur, quaſi ſynonyma eſſet affectio, intuitus,
2 & contemplatio:nam † contemplatio eſt mens taci-
ta,& coniectura veriſimilis præſumptæ volũtatis per
l.ſed & ſi quid.ff.de vſufru.& l.cum te fundum.C. de
pac.inter empt.& vendi.dicit Fabia.de Gioc. in auct.
nouiſſima.ſub nu.79.C.de inoffi. teſtam. Ita ergo va-
let contemplatio,& locus optimus eſt ad interpretã-
dam voluntatem teſtatoris:nam dicit Bald. in conſil.
141.Punctus talis eſt.Quidam reliquit.in fi. li.5. quòd
in vltima voluntate tantum operatur contemplatio,
quantum propria demonſtratio: per l. fideicommiſ-
ſa.§.hæc verba.§.plerunque.§.interdum.de leg.3.& l.
3 qui filium.in prin.ff. ad Treb.& † non videntur tan-
tum attendenda verba diſpoſitionis,quantum perſo-
na,cuius contemplatione facta eſt diſpoſitio,per l.iſti
quidem.§.fi.ff.quod met.cau.& l. ſeruo legato.§.ſi te-
ſtator.de lega.1.& l.3.§.nũc de effectu.& l.quis reum.
§.1.de liber.leg.adducit Aym.conſ.91.col.2.num.6.&
in conſ.231.col.pen.verſ.nonò conſidero. quòd ſem-
per debemus conſiderare non ipſam diſpoſitionem
ſimpliciter,ſed in qua contemplatione fiat per l.ſi pa-
ter.§.qui duos.& ibi Bald.vlt.not.ff.de adop. idem in
l.aditio.in fi.ff.de acq.hæred.dicit, id quod mea con-
templatione diſponitur meum eſſe videtur,quæ qui-
dem contemplatio videtur præferenda aliis reſpecti-
bus,vt ſi mei contemplatione expendam centum ad
tui vtilitatem,non poſſum à te repetere, per text.in l.
creditor.§.1.ff.manda.pro ſing.& not. po. Roman.in
ſing.645.impenſa facta.& per Soc.in l.2.col.pen. ver.
circa tertiam.de reb.dub.vbi dicit,eſſe deciſionẽ mi-
rabilem, quòd intuitus perſonæ præfertur priuilegio
4 Eccleſię & fauori animę:vt ibi per eum.Vigor.† autẽ
& efficacia contemplationis id principaliter reſpicit
ad quod intentio teſtatoris dirigitur, dando, proſpi-
ciendo,vel magis prouidendo, quod eſt,quòd in vl-
timis voluntatibus inſpicere non oportet, ad quem
dirigatur ſermo,ſed ad quem voluntatis intenſio:per
tex.in l.peto.in prin.& l.cum pater.§. donationis. de
leg.2. Verum quia hîc & vbique noſtrum eſt, omni-
no quærere & perſcrutari de huiuſmodi voluntatis
intentione vbi obſcura ſit, quomodo percipi & de-
clarari poſſit.

Inſiſtendo nunc ſuper cõtemplatione, licet varia-
tio & difficultas aliqua ſit inter docto. circa data vel
relicta,cuius intuitus vel cõtemplatio an dãtis vel re-
cipientis,aut alterius perſonæ debeat attendi, vt per
gl.& doct.in l.ſi verò.§.item quicquid.ff.ſol.matri,&
in l.ſed & ſi plures.§.in arrogato.de vulga.& pupil.&
in fi.C.de vſufr.& in d.c.requiſiſti.cum aliis cumula-
tis per Tiraquel.in tractat.ceſſan.ca. in 20.lim. num.
11.Tamen rem breuiùs & clariùs,quo fieri poſſit, ex-
5 plicando, dicendum eſt, † Si teſtator expreſſit,cuius
gratia, beneficio, affectu, intuitu, reſpectu, vel con-
templatione quid fecerit, reliquerit, vel diſpoſuerit,
id quidem tenendum & obſeruandum eſt, vt l. ſed &
ſi quid.ff.de vſufr.l.filiusfa.§. Diui. de leg.1. & tunc in
claris ceſſant coniecturæ.l.ille.§.1.de leg.3.cũ vulg.vt
propriè.& in terminis inquit Roma. in auc. ſimiliter
col.1.ver.ſed circa iſtud.C.ad l.Fal.ſi verò nõ expreſ-
ſerit,tunc opus eſt cõiecturis,argumentis,& præſum-
6 ptionibus:in hoc itaq; capio not.verba tex.† in d.l.fi-
deicommiſſa.§.interdum.ibi,multum autem intereſ-
ſe arbitror,cui voluit proſpectum, cuiuſque contem-
platione teſtator fecerit.&c. Quæ enim verba conti-
nent duo, ſermone ipſo quodam modo diuerſa, ſed
effectu eadem, ſunt eadem effectu, quia intentio vo-
luntatis teſtatoris relinquendo & prouidẽdo eodem
modo directa videtur in eum,cui proſpectum voluit,
& in eum,cuius contemplatione diſpoſuerit,ſunt duo
quaſi diuerſa locutione ipſa, tum ob copulam, quæ

pro,&

pro,&.quæ ponitur inter diuerſa.gl. & ibi Bar.not in
7 rub.ff. de iu.& fac. ignoran. tum quia † teſtator.ali-
quando prouidet alicui dando ipſius intuitu ſolo, e-
tiam,quòd aliæ perſonæ mixtæ ſint in negotio hu-
iuſmodi prouiſionis,vt in exemplo,& caſu dict.§. in-
terdum , vbi intentio principalis reſpicit in dando
Titio petitionem fideicommiſſi, pro eo ſoluendi pu-
blico,vel meliùs in exemplo, & caſu d.l. qui tutelam
in princ. ff.de teſta.tut. vbi legata filio ipſius, & non
patris contemplatione relicta , non amittuntur per
excuſationem patris à tutela, aliquando prouidet te-
ſtator dando vni,ſcilicet filio,ſed contemplatione al-
terius,vt in caſu d.§.in arrogato.Ergo hæc duo , qua-
lia ſint, proſequendo, ſcire oportet,quòd vbi plures
diuerſimodè ſint nominati in aliqua teſtatoris ordi-
natione,vel diſpoſitione,dando vni pro alio,vel pro-
uidendo alij,commemorando alium,vel locum,Col-
legium,vel Vniuerſitatem,vel perſonam, cuius pote-
teſtati ordini vel monaſterio alius obnoxius eſt, vel
alicuius intereſſe poſſit à teſtatore mandata exequi,
tunc ambiguitas & quæſtio voluntatis exoriri po-
teſt, quæ vtique declaratur cum deprehendi & ap-
parere poſſit, cui voluit proſpectum cuiúſque conté-
platione teſtator fecerit,vt verba text.præalleg.ſonãt.

Primùm is,cui voluit proſpectum teſtator , poteſt
apparere & cognoſci,inſpiciendo totam ipſius diſpo-
ſitionis ſcripturam & perſonas omnes in ea compre-
henſas:l.ex verbis.C.de.don.inter vir.& vxo.ibi,cum
igitur lecto teſtamento animaduertimus,& à contra-
rio, text.in l. nummis.in fi.de leg.3.ibi, neque ex cõ-
textu teſtamenti poſſit apparere.Nam † cuius princi-
8 paliter intereſt diſpoſitioné adimpleri, & cuius prin-
cipaliter commodum, & vtilitas deprehenditur eſſe
maior,ille eſt, cui teſtator voluit prouidere & conſu-
lere,vt probatur per Bart.in l.cum res.§.culpa.de leg.
1.& per Bal,in l.1.col.1.verſ.vnum ſcias.C. de leg. di-
centem, quòd illud dicitur ordinari fauore alicuius,
quod fit eius fauore principaliter, & non ſecundariò
per l.rogaſti. in princ.ff.ſi cert.pet.& meliùs,per not.
in l.qui exceptionem.in princ.de condit.indeb.& per
l.non verè dicitur.ff.ex quibus cauſ.maio.& ibi Bald.
9 quòd principale propoſitum attenditur, & conſide-
randum eſt,& non id , quod venit per cõſequentiam,
idem dicit Bal. not.in l.non ſolùm.§. ſed & ſi fortè.ff.
de in integr.reſtit.& per l.quamuis.de aur.& arg.leg.
& in terminis,per tex.in l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.de
leg.1.vbi præceptum teſtatoris factũ cohæredi, quòd
ſoluat æs alienum creditoribus, nõ præbet actionem
creditoribus,licet in eo verba ſint directa , quia eorũ
commodum parum eſt, & venit in conſequentiam,
& aliâs ſine legato huiuſmodi habent actionem ad
eorum creditum,ſed cohæredibus actionem præbet,
quorum intereſt,ſolui æs alienum,ne pro eorum hæ-
reditariis portionibus à creditoribus conueniantur,
& ita maius & principalius eſt commodum iſtorum
cohæredum:ergo eis eſt prouiſum de principali vtili-
tate & actione , vt ibi etiam cõmuniter doct. tradunt
10 idem per tex.in d.l.3.§.fi.de liber.lega.vbi quis † non
ſcriptus in teſtamento : ſentiens tamen maius com-
modum, dicitur etiam legatarius : idem per tex. in d.
l.qui filium.in princ. ff. ad Trebel. vbi commodum
præcepti,per teſtatorem facti filiæ,ne teſtetur , donec
liberos habeat, reſpiciens fratrem venientem ab in-
teſtato , facit eum fideicommiſſarium etiam non
nominatum in teſtamento: ita per hæc vel ſimilia iu-
ra conſuluit Ruin.conſi.26. columna ſecunda. lib.2.
quòd legatum & legati actio facti illis de Freſcobal-
dis ad beneficium,commodum,& vtilitatem Alexan-
dri,ſpectet & competat ipſi Alexandro,& quòd ſuper
eodem legato idem conſuluerit , vide in conſil. 70.
eo. lib. ad idem text. in l.ſi cui.§.ſi Titio. & ibi doct.
de leg.1.

Secundum eſt, vt de eo, cuius contemplatione te-
ſtator fecerit clarius ex contemplatione ipſa con-
ſtare poſſit,aliqui caſus ſeparatim conſiderandi ſunt.
11 Primus caſus eſt,quando factum † eſt eccleſiæ,p̃-
lato,adminiſtratori,præſbytero,clerico,canonico.ca-
pitulo,collegio,nomine proprio vel appellatiuo, aut
dignitatis nuncupatis,aut ciuitati,ciuibus decurioni-
bus ſeu conſiliariis, & ſenatoribus,vel prioribus,An-
tianis, aut aliis adminiſtratoribus nominibus pro-
priis,vel appellatiuis,& dignitatis ab extraneis , vel à
conſanguineis,cuius contemplatione,An Eccleſiæ lo
corum,collegij,vniuerſitatis, dignitatis , an perſona-
rum intelligitur factum , & conſequenter quibus ſit
acquiſitum, plures traduntur diſtinctiones , declara-
tiones, & concluſiones,quæ ſi hoc in loco tractaren-
tur ſigillatim, verboſos quidem commentarios ſape-
rent,atque locus iſte ſuos nimium tranſgrederetur li-
mites:de his ideo videndi ſunt,Cyn.Alber.& Saly.in
l.1.de ſacroſan.eccleſ.Saly. & Pau. de Caſtr. in l. non
plures.C.eod.Bartol.Alber.Pau. de Caſtr.& latiſſimè
Soci.in l.2.& in l.cũ ſenatus.de reb.dub.Bal.& Rom.
in auc.ſimiliter.C.ad l.Falc.& Canoniſtæ in c. requi-
ſiſti.de teſta.Fed. de Sen.in conſ.20. In ciuitate Peru-
ſij.Bened. Capr.in conſ.155. Cum vt in facto. de Mo-
nacho hærede vel legatario vide Felin.in c.in præſen
tia.col.fi.de proba.& Soc.in l.filiofa.de condit.& de-
mon. poſt Bal.& Imo.ibi, expreſſio nominis proprij
legatarij,etiam prælati, facit, quòd legatum eius per-
ſonam non egreditur,Pancirol.Regien.conſi.132.nu.
1.& ſequen.

Secundus caſus eſt inſiſtendo hic ſuper propoſita
12 materia demõſtrationis per contẽplationem,† quan-
do alicui ſunt relicta alimenta in domo teſtatoris vel
hæredum,vel penes hæredes,vel quoſcunq; cum hæ-
redibus, ſeu alio ſteterit, ſi caſu,vel non culpa legata-
rij impedirentur præſtari alimenta, hæc tamen lega-
tarius non amittit, ſed ſibi omnino debentur : quia
ipſius legatarij contemplatione in dubio relicta cen-
ſentur:l. Caio.§.1.l.libertis.§.1.de adi.leg.l.1. & ibi gl.
& doct.C.de leg.& Alber.in l.filiæ.§.Titia.col.fi.ver.
aut dubitatur.de condi.& demon.quod maximè pro-
cedit,attenta qualitate legatarij.cuius intereſſe appa-
ret eum alio loco & modo , vt teſtator ordinauit : vt
per Corn.in conſ.156.Licet in hac conſultatione.lib.
4.etiam diſcedendo è domo,& ab hæredibus, contra
expreſſam ordinationem teſtatoris , non perdit lega-
tum alimentorum nouerca , quando ſuſpicione ho-
neſtatis non poteſt permanere cum priuigno hærede:
vt per Bald.in l.ſi ea.C.de condi.inſer. refert Aym.in
conſi.267.lib.3.verſ.ſextò in terminis.Idem per Ang.
& Salyc.in d.l.1.vt legataria non incidat in ſuſpicio-
nem mali nominis , cum ſim. per Borgni. Feuizan.
tract.de vſufr.muli.c.9.nu.138.pag.559.limita hoc ha
bere locum ſolum in legato alimentorũ , vt per doct.
in d.l 1.de lega.& per Dec.in conſ.485.col.penul.ver.
vltimò non obſtat.

13 Tertius eſt caſus , quãdo † legatum alimentorum,
ſeu alterius rei, poteſt deprehendi etiam per cõiectu-
ras,quòd reſpiciat etiam prouiſionem , & vtilitatem
aliquam hæredis aut eius, cum quo debet morari le-
gatarius,coniecturæ enim poſſunt colligi tum inſpe-
cta qualitate legatarij,tum etiam hæredis , tum quo-
que cauſa aliqua expreſſa,reſpiciente hæredem : tunc
quidem contemplatione hæredis, ſeu eius , cum quo
debet morari legatarius,teſtatorem feciſſe dicitur, vt
ſic legatarius poterat eſſe vtilis ei , cũ quo morari de-
bebat:



debat:vt poſt Odofr.conſiderat Albe.in d.l.1.de leg.
quia poterit eius negocia gerere & adminiſtrare , iu-
xta caſum l.Seio.in princ.de annu.leg. & ibi Bart.&
ille,cum quo debet ſtare legatarius , eſt ita debilis &
deſtitutus,quòd indiget auxilio & opera legatarij , vt
cum eo habitet:vt l.ſed & ſi hoc.in fi.&l. illis libertis
in fi.de cond.& demon. & ibi Paul.de Caſt.& l.quin-
tus §.fin.de an.leg.& per Ang.Are.in tract.de teſta.in
gl.20.Signo.de Hom.in conſ.179.In themate præſup
poſito.in fi.ponit exemplum in filia infante cum qua
mater legataria debebat morari,vt meliùs & hone-
ſtiùs poſſet nutriri & cuſtodiri:Petr.de Anch.in conſ.
237. Quia in primo quęſito.firmat in vxore legataria
debente morari cum ſocru infirma, & ſanè matre te-
ſtatoris, vt ſuæ ægritudini & debilitati prouectæ æta-
tis ſuccurreret,idem per Ruin.in conſi.42.col.penul.
num.21. lib.2.ex his autem cauſa dicitur expreſſa, vel
quæ poteſt colligi,& quã debemus conſiderare,quo-
modo ex ea motus fuerit teſtator ad legandum : quia
propter fauorem filij , vt legatarius cum eo libentiùs
ſtaret,motus fuit ad faciendum ei legatum , ſecũdum
Imol.in d.l.illis libertis.&not.Bar.in l.ſi pupilli.§.itẽ
ſi procurator.col.fin.in princ.ff.de neg.geſt.quod ex-
preſſio cauſæ præſumitur fieri contemplatione eius,
ad quem illa cauſa ſpectat,& legatum ipſum determi
natur,ſecundum ſuam cauſam, ſibi annexam : Bar.in
d.l.Seio.in prin.Quæ quidem contemplatio hæredé,
vel eum,cum quo legatarius morari debeat: reſpiciés
hunc nobis iuris articulum declarat, quòd per morté
iſtius cùm quo erat morandum legatarius amittit le-
gatum:vt in prædictis locis habetur,quorũ aliqua al-
legando latè proſequitur Dec. in conſ.485.duplicato
in conſ.537.& idem in conſi.526.Fallit,quãdo eſt mi-
xta etiam contemplatio & fauor concurrit legatarij,
quia mortuo huiuſmodi hærede legatũ durat ; vt per
eundem Dec.in conſ.601.col. pen.Quod procederet,
ſatis affectione legatarij præpõderata,vt ibi per eum,
alioquin ; quæ magis principalis eſt intentio & con-
templatio,ea tenenda & obſeruanda eſt,per ſuprà al-
legata,& per Bartol. in l.qui concubinam.§.vxori.de
leg.3.vbi de conditione deficiente, & per glo.& doct.
in l.1.C.de inſt.& ſubſt.& Bal.in conſ.140.Caſus talis
in fin.li.5.& Ang.in conſi.301.Factum tale.in 3.dub.

Quartus caſus eſt , quando hæredem inſtituen-
14 do aut legando ſimpliciter † relictum eſt factum filio-
fam. præſumitur regulariter factum, contemplatio-
ne ipſius filij,& non patris:per text.in l.fin.in fi.C.de
vſufr.qui licet quodammodo diſpẽſatiuè , ſecundum
Imol.in l. filiofam. de condi.& demonſt.loquatur in
vſufructu, tamen generalem regulam facit , per hæc
verba,Cum plerunque veriſimile eſt teſtatorem con-
templatione magis filij , quàm patris ; vſumfructum
15 ei reliquiſſe, per dictionem † plerunque, quæ dicitur
regulam inducere:l.ſi pactum.ff. de proba. expreſsè
dicit Sali.in d.l.fin.col.2. verſic.contra hanc ſol.& in
proprietate firmat Bar.in l.ſi filiofam.la 2.de don.ca.
mor.& in vſufructu ſtare in pendenti , quoad acqui-
ſitionem , ſecundum deciſ.d.l.fi.in omnibus ſic con-
templatione filij factum legatum tenet; Imo.in d.l.
filiofa.& Ang.Aret.in tract.de teſta. in gl.21.col.pen.
verſi.Item legatum relictum filiofam.& in glo.37.&
firmat Pau.de Caſt.in l.quamuis.C.de fideicommiſſ.
& Roma.in l.qui in aliena.§.interdum.in fi.ff.de acq.
hæred.& latè declarat Bero.in conſ.26.nu.34.& ſeq.
lib.2.& conſi 155.col.fi.lib.3.& Bald.in l.fi.C.quibus
ad libert.procul.not.illum textum valde,quòd quan-
do quid legatur vel relinquitur alicui,præſumitur re
lictum propria eius contemplatione, & non alterius,
idem in rebus donatis dicit ipſe,
16 Primò † fallit dicta regula in filiofa.quando legatũ
ei factum, non poteſt ei quæri, ſed patri tantum, per
rationem l.cum aliquis.C.de iure delib.tradit Bar.in
d.l.ſi filiofa.q̃ tunc dicatur relictum contemplatione
patris,idem Bar.in d.l.fi.C.de vſufr.& ibi Bal.circa fi.
& Ang.& Salyc.ſequuntur ea ratione,vt conceſſio po
tius valeat,quàm pereat,per alleg.ibi per eos.

Secundò fallit, ſi relictum ſit filiofam. non expri-
mendo ſolùm nomen patris pro demõſtratione lega
tarij,ſed etiam pro poteſtate patria,in qua cõſtitutus
eſt legatarius,vel pro alio iure,aut commodo , quod
ſpectet ad patrem tunc etiam relictum præſumitur
factum contemplationem patris,& ei eſſe aquiſitum,
per tex.in d.l.filiofa.& ibi Alber.Bal.Pau.de Caſtr.&
Imo.de cond.& demon. Bar.& alij in d.l.fi.Ab.in ca.
Rainutius.col.2.in fin.de teſtam. dubitat quaſi,quòd
hæc commemoratio patriæ poteſtatis hodie nihil im
pediat , quin acquiratur proprietas filio , ſed tota vis
eſt , ſi ex cõceptione verborum huiuſmodi relicti co-
gnoſci & percipi poſsit,principalem teſtatoris inten-
tionem eſſe directam in patrem,vel in eius vtilitatem
ius,fauorem, aut auxilium,neceſsitatem vel exonera-
tionem,vt ſic dicatur eſſe factum contemplatione pa-
tris:d.l.cum pater.§.donationis.de leg.2.& d.l.fidei-
commiſſa.§.interdum.de leg.3.& per ea , quæ tradit
Petr.de Anch.in d.conſ.227.
17 Tertiò † fallit,vbi affectio conſanguinitatis.vel a-
micitię,vel meritorum patris potuerit eſſe talis,quod
mouerit teſtatorem ad relinquendum filio beneficio
patris: vt dicit text.in l.ſed & ſi plures.§.in arrogato.
de vulg.& pupil. & ibi in d.l.fin.C.de vſufr.doct.tra-
dunt, quia tunc quoque patri videtur acquiſitum le-
gatum , ſic ſua contemplatione factũ.intelligitur au-
tem de contẽplatione immediata,& proxima : vt per
Barr.in d.§.in arrogato.& Bald.in conſ.30.Præſuppo
ſito ſtatuto. verſi.in contrarium videtur lib.1.& non
de remota,per l.ſocium,qui in eo.§.1.& ibi Bar.ff.pro
ſocio.idem in patruo, inſtituente hæredem nepotem
ex fratre,eſſe id factum contemplatione fratris ,& ſic
patris hæredis,firmat Soc.iu.in conſ.33.lib.1.Paul.de
Caſt.in conſi.69.Sic d.Cornelia li.2.& Alex.in conſi.
179.Viſo proceſſu.col.1.lib.5.ea enim eſt ratio cogna
tionis,quæ id facit per d.text.in §.in arrogato. & per
Cor.in conſ.103.Videtur primo aſpectu.col.2.ver.ta-
men prædictis.lib.4. Non poſſet tamẽ pater adire vel
repudiare hæreditatem,ſic relictã filio , vel in aliquo
præiudicare filio : vt per Cuman.in conſil.73. D.To-
meus.vbi etiam arguit filium à conſanguineo eſſe in-
ſtitutum,non contemplatione patris, licet in hoc ibi
ſe non firmet,& ſi pater repudiauerit ſua contempla-
tione relictum filio, vtiq; acquiritur filio:Dec.in l.1.
18 col.10.nu.24.qui adimit.Item † intellige hoc nõ p
cedere, quando pater eſſet inſtitutus hæres in eodem
teſtamento,in quo factum ſit legatum filio à conſan-
guineo, vt dicatur factum contemplatione patris ac-
quiſitum ei:quia vti legatum ſibi à ſeipſo non valeret
l.planè.§.ſi duobus.de leg.1. vt ergo valeat , cenſetur
factũ filio ſua propria affectione:vt tradit Ruin.conſ.
72,Habita ſuper his.col.2.lib.2. poteſt id confirmari
alia ratione,quòd teſtator in ſuo teſtamẽto dando pa
tri & filio videtur patrem remouere ab eo,quod dedi
filio .arg.not. per gl.& Saly.in auc.item hæreditas.C.
de bon.quæ lib.facit ratio text.in l.quod in rerum.§.
quod ſi poteſt.de leg.1.ibi:& magis eſt , vt quod alij
deſtinatum eſt,id ademptum eſſe videatur.
19 Quarto † fallit,quando illud,quod relinquitur fi
lio,ſeu filiæ,pro dote,tendit ad exonerationem patris,
qui ideo liberatus remanet , quia alius pro alio erga
ſuum filiũ fecit,quod ipſe facere tenebatur,ita eiuſdẽ

patris contemplatione factum præſumitur, vt exemplum ponitur in dote ab auo,ſeu ab alio data filięfa. ſcilicet habenti patrem:l.dedit dotem.& ibi Bar.ff.de coll.bon.& in con.131.Primo arguitur.Angel.in con. 78.Ioannes Philippi.Pau.de Caſt.in d.con. 96.ſi dicta Cornelia.lib.2. Alexand.conſi.179. colum.1. lib. 5.& conſi.42.Conſideratis.verſi. aut nos dicimus.li. 7.& Dec.in conſi.81.colum.pen.vbi declarat in auo dotante quando filius eſt pauper, & non poſſet filiam dotare, quod cenſeatur iſto caſu ex ſua obligatione auus dotare neptem contemplatione ipſius neptis:vt per Bald.in auct.res quæ.colum.1. com.de leg.& in l.fin.colum. penu. verſic.ſed pone, quod vnus.C.de dot.promiſ.& late comprobat Ruin.conſi. 30.Circa primum. colum. 2.& ſequent.& conſi. 138. Præſuppoſito.colum.penultima,& fin.vbi dicit, ita.
* eſſe Commu.*Opin.& in conſi.148. Videtur colum. penu.& in conſi.196.colum.penu.libr. 2. & in conſi. 194.colum.2.& ſequent.eo inſiſtit ſubtiliter in declarando doctrin.Barto.in dicta l. fin. C. de vſufruct.ita etiam eſſe Commun. Opin.atteſtatur Aym.in conſi. 219.licet datum vbi tamen credo vitio ſcriptoris ſeu impreſſoris,non quod Auctor rectum neſciat, cum hodie inter recentiores nomine & re eminentem locum obtineat,licet bis ſit repetitus error,quod quando filius nihil habet in bonis, auus dotando neptem præſumitur dotare contemplatione filij: quando verò filius eſt diues,contemplatione neptis, allegando Dec. & Rip. ita limitare, & iſte ſcilicet Ripa in l. in quartam,colum.37.num.204.& 207.ad l.Falci.dicit, hoc in aduertenter,ſed Dec.in dicto conſi.81.colum. penu.verſi.& ſic concludendo dicit totum oppoſitum,& verius,quod quando filius eſt pauper,& non poſſit dotare ſuam filiam, onus dotandi ſpectat ad auum,qui ideo dotando neptem non poteſt dici facere pro exoneratione filij,qui tale onus non habet, niſi quando eſt diues,ſecundum Commu. Opin.relatam per Socin.in conſi.33.col. fin.lib.3.& ſic conſequenter,nec contemplatione filij, ſed ipſius neptis, ne remaneat in dotata ob ſui patris impoſſibilitatem eam dotandi: quare filio patri neptis tunc in legitimam talis dos non imputabitur,quando dos ab auo data nepti computatur filio in legitimam: id ſemper intelligitur, vbi filius tenebatur dotare, ſecundum quod not.Bal.in d.auc.res quæ.col.1.quod verum eſt ſi eſt ſoluẽdo, alias auus tenetur dotare,vt ibi per Bal. hæc eſt ſententia Alexan. in d. l. in quartam colum- penu.verſic.ſed iuxta hoc poteſt dubitari.quem profe ſecus. tamen dicens inaduertenter allegat Ripa in d.l.in quartam. num. 204. non ſolitus allegari per And.Tiraquel.alioquin tamen allegando eum in tractat.ceſ.ca.in 1.part. litera F.num. 109. cum honoris præfatione ita inquit,vir recentioris quidem ætatis,ſed quem non merito multis antiquioribus æquare poſſumus,is eſt Franciſcus Rip.qui tamen(quia homo)vt dixi, errauit, prout etiam facit Menoch.conſil.151.num.11.authoritate Alex. faciendo limitationem,quod quando filius eſt diues,auus dicitur dotare,contemplatione neptis, & non filij.& Alex.infert contrarium,quando filius eſt diues, dos ab auo data nepti computatur filio in legitimam, quod nil aliud infert,niſi quod fuerit data contemplatione filij exonerando & releuando eum à dote, quam poſſet,& teneretur dare ſuæ filiæ per d.l.fideicommiſſa.§.inter dum.& d.l.filiofam,ſecus eſt ſi filius ſit pauper:idem Alex.clarè ſentit conſi.154, colum.2.ad fi.num.4.lib. 7.ita intelligit Dec.in d.conſi.81.col.pen.& in conſi. 66.in fi.& Rui.in d.conſi.148.colum.pen. in fi.lib.2.
20 & nemo id aduertens inficiabitur. Porro non† paſſim relationibus doctorum fidendum, ſed in fonte, ex quo oriuntur deciſiones,ſpeculari oportet:hic bene cadit illa Ciceronis ſententia in 2.de Oratore, in hæc verba:Tamen & tardi ingenij eſt,riuulos conſectari fontes rerum non videre, etiam ętatis eſt vſque noſtri à capite, quod velimus arceſſere, & vnde omnia manãt,videre,& tex.in c.ieiunium.76. diſt. dicit, cogimur itaq.ad Hebræos currere,& ſcientiæ veritatem de fonte magis, quàm de riuulis quærere. & ibi gl.vnde Felin.in c.ſicut.col.14.ver.vnde caueatis.ſub pri.ſal.de re iud.dicit,caueatis à recitationibus illorum,qui non viderunt in fonte ea,quæ allegant,quia facerent vos cum eis ſæpe erubeſcere,faciunt & alle. in ſyl.nup.li.6.in prin.in prædicto tamen articulo vide quomodo contrarium teneat Alciat.de præſump. reg.1.præſump in.17.fi.& Io.Cep.in con.105.vbi nu.
21 29.30.† ſiue filius ſit pauper,ſiue diues,auus tamen in dubio ſemper dicitur dotare neptem, contẽplatione filij,ad effectũ dotis huiuſmodi imputandæ in legitimã filij:& alias latius dixi in cõtingẽtia facti,con.65.

Habemus itaque ex contemplatione expreſſa vel comprehenſa in teſtamentis plures declarationes, & plures effectus.

22 Primo,quod† hæreditas,ſeu legatum ſpectet non ad eum,in quem verba ſunt directa, ſed in quem directa eſt intentio & pro cuius contemplatione factũ deprehenditur teſtamentum,& diſpoſitio in eo: d.l. ſed ſi plures.§.in arrogato.& d.l.peto.in princ.& d.l. cum pater.§.donationis.& d.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.& d.l.fideicom.§.interdum.& d.l.filiofam.& per Doct.in locis ſupra alleg.

Secundo,ſi deficiat perſona,ſeu locus,in quem verba diſpoſitionis ſunt directa pro contemplatione alterius,tamen diſpoſitio non deficit, quin eo modo, quo poſſit ſortiatur effectum, pro eo,cuius contemplatione facta eſt,pulchrum caſum decidit Barto.in con.26.Teſtator in teſtamento depoſuit,qui talis eſt quod teſtator mãdauit in domibus, quas habebat in tali caſtro,Eccleſiã ad honorẽ Beatæ Mariæ Virginis,& Beati Nicolai Cõfeſſoris conſtrui,& eandẽ eccleſiam conſtruendam hæredem vniuerſalem inſtituit,teſtator ſuperueniens dictas domus alienauit,cũ tamen cultus diuinus ſuperſit, cuius contemplatione facta comprehenditur inſtitutio,debet exequi voluntas teſtatoris eo modo,quo poſſit,vt ibi per Bart. allegando l.peto.§.mater.de lega.2. & alia iura & rationes.& dicit Angel.in con.101. Conſiderãdum eſt, circa med.quod ſequenda eſt teſtatoris contemplatio.& Bal.in con.63.Factum tale eſt.col.1.lib.1.dicit, quod natura contemplationis eſt, vt acquiſitionem pareat,per c. requiſiſti. de teſta. contemplatio vim habet repræſentatiuam,per l.aditio.§.fi.& ipſe Bald. not.de acquir.hære.

Tertio,contemplatio perſonæ facit mutari naturam rei: not. Albert. in l.penultim. de ſerui. leg. ad idem tendit,quod not.tradit Abb.in conſi 93.In quæſtione.lib.1.quod cum delegatio à Sede Apoſtolica non poſſit fieri, niſi perſonis conſtitutis in dignitate eccleſiaſtica:cap.ſtatutum.de reſcrip.in 6.Delegatio facta Theſaurario talis eccleſiæ,cum ſit canonicus iſte Theſaurarius,valet delegatio, habita contemplatione dignitatis canonicatus,quæ præualet, & attendenda etiam,quod nõ ſit expreſſa, ſed ſolum inſpecta per delegantem.vt ibi latè & ſubtiliter per ipſum Abb.& inſtitutio,legatum,ſeu alia diſpoſitio, facta contemplatione alicuius certę infirmitatis.& certi temporis non operatur ſecuto caſu ex alia infirmitate: vel alio tempore:l.1.de Reg.Cat.et l.alũnæ. §.fi.et ibi Bar.de
23 adim.lega.† Atque donatio inter viuos contemplatione legati facta,intelligitur reuocata reuocato legato:Ruin.con.61.Caſus.col.pen.lib.2.

Quarto ad propoſitum de contemplatione perſonarum,quibus vel auferatur lucrum, vel earum gratia inducitur prohibitio aut priuatio:Socin. in conſ. 5.col.fin.lib.1.facit,& adducit quatuor regulas. Pri-
24 mam,quod,† quando quis remouetur à lucro contemplatione alterius,tale lucrum applicatur illi, cuius contemplatione remotus eſt:per l.ſi legatarius.cũ ſigna.ibi in gl.C.de leg. Secundam, quandocunque quis à ſtatuto,vel à teſtatore prohibetur alienare contemplatione alterius,ſecuta contrauentione, iſte,cuius gratia facta eſt prohibitio,admittitur ad reuocandum:l.filiusfa.§.Diui.de leg.1. Tertiam, quotieſcunq; aufertur alicui,tanquam indigno, ablatum applicatur illi,cuius contemplatione aufertur:l.poſt legatum.§.amittere.ff.de his, qui. vt indign. Quartam, quod ſi quis traxerit clericum ad vetitum examẽ,debet perdere cauſam,& applicatur clerico tracto,cuius & magis ſui ordinis contemplatione emanauit publica & generalis prohibitio:vt c.ſi diligenti, iuncta gl. in ver.perdant.de for.competent. & harum quoque regularum plurib. iurium allegationibus roborauit & confirmauit Socin.in loco præallega. & in conſil. 84.col.3.verſi.circa ſecundam.eod.lib.1. vbi eaſdem
25 regulas adducit,& eadem iura allegat:quinimo† excluſus à teſtatore contemplatione rei aliter ſibi non aſſignatæ, eandem rem poteſt retinere ex voluntate teſtatoris, ſic declarata per text.in l.emptor. in ſi. de
26 rei vendi.Hæc plane† de iure quæſito,& ſic declarato,& competente ex comtemplatione verbis diſpoſitionis,directis in alias perſonas,intelligenda ſunt in vltimis voluntatibus, & non in contractibus: vt per gloſ.& doct.in d.l.ſeruo legato. §. ſi teſtator. per l. ſi pro te.& ibi gl.& Bal.expreſſe not.C.de dot.promiſ. & adducit Aym.in con,238.col.pen.ver.4. principaliter conſidero. Fallit tamen in contractibus, etiam in caſu dictæ:l.ſi pro te.quando extaret ſtatutum(Piſauri extat)quod quis poſſit pro alio ſtipulari, & recipere promiſſionem de dando,vel faciendo,& is,pro quo facta eſt promiſſio abſque alia ceſſione, poſſit excipere & agere,quia tunc ſicut in vltimis voluntatibus,poterit experiri,cuius contemplatione facta èſt promiſſio:vt per Alex.in conſ.63.Stantibus. col.fin. lib.4. & Soc.in conſ. 6. circa fi.li.4. quod eſt conſilium Hieronymi de Zanettis de Bononia. & Deci.in l.certi condictio.§.ſi nummos.col.2. in 3.not. ſi cert. pet. & fallit,quando vir,cui facta eſt dotis promiſſio eſſet mortuus,vt per Gui.Pap.in deciſ.375.

*SVMMARIVM.*

1 *Voluntas teſtatoris anceps poteſt interpretari ex loco,ſumpto à ſubiecta materia,*
2 *Subiecta materia eſt optima ſermonum interpres.*
3 *Materia præſtat nobis interpretandi materiam.*
4 *Materia in ſpecie noſtra,eſt actus hominis ſtabilis,vti cauſa efficientis,habens eſſe ſuum a iure,vti cauſa formalis & ſubiecta dicitur:prout diuerſimodè & ſeparatim demonſtratur ſubiici & ſupponi his de quibus prædicatur.*
5 *Subiecta materia ſemper eſt conſideranda,cum ea concurrit,& conforme eſt cogitatum teſtatoris.*
6 *Teſtator volens quid vendi,non intelligit hoc gratis facere:ſed vendere ſuo precio.*
7 *Verba in contractibus,in ſtatutis, in vltimis voluntatibus, & in quibuſcũque ſcripturis,debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam,maximè circa materiam legatorũ etiam verba ipſa impropriando & habẽdo ad naturam actuum propoſitorum, & ad effectus eorum dimittendo nudum ſonum verborum.*
8 *Modus tractandi in qualibet ſpecie,eſt per exempla quæ magis mouent,quam verba.*
9 *Neptis nondum nata,nec concepta:viuente auo,& relicto dotium,facto ab eo ſuis neptibus,non poteſt dici dotata ab auo:vt excludatur per ſtatutum: tanquam dotata ſtante patruo.*
10 *Aetas perfecta,qua debeant adminiſtrare tutores dati in teſtamento,intelligitur completis 24.annis, ita tutor datus puberi exponitur pro curatore.*
11 *Verba ſuis,tuis,intelliguntur:vel de liberis,vel de hæredibus extraneis,ſecundum ſubiectam materiam.*
12 *Verba inepta pro inſtitutione hæredis ex ſubiecta materia important inſtitutionem.*
13 *Monachus inſtitutus hæres cũ hoc, quod nihil acquiratur monaſterio, poteſt accipere de hæreditate, conniuentis oculis:abbatis pro ſuo vſu.*
14 *Legatum,factum ſpurio,vel pauperi ſimpliciter, intelligitur factum ex cauſa alimẽtorum ei debitorum, ita ſuadente ſubiecta materia.*
15 *Qualitas perſonarũ intellectum dat variis diſpoſitionibus.*
16 *Verba debent intelligi & interpretari propriando & impropriando,reſtringendo vel ampliando, quod debeant intelligi modo, quo poſſunt mirificari ſecundum ſubiectam materiam,declarando & adducendo addentia. vt ibi.*
17 *Natura actus poteſt eſſe regularis vel ordinaria, irregularis,vel extraordinaria:interpretatio fieri debet ſecundũ naturam actus regularem & ordinariam,ſicuti ſtatutũ debet interpretari ſecundum ius commune, regulare & extraordinarium,& aliquid excedens ſuos terminos,facit excedi à non ſuis terminis.*
18 *Ius Commune,non ſpeciale,vel extraordinarium,eſt attendendum,& commiſſio punitionis intelligitur de communi ordinaria,& non de extraordinaria.*

## SOLVTIO VI.

1 SEptimo† à ſubiecta materia, quæ eſt actus omnium præcedentium & ſequentium locorum comprehenſiuus, merito locus ſumi poteſt ad eandem vltimarum voluntatum interpretationem. nam Bal.in l.1.col.5.ſupra & prope verſ.venio ad ſecundam.C. qui accuſ. in hæc verba de ea loquitur:
2 † Maius dicitur multitudine, ſecundum ſubiectam materiam, quæ ſermonum eſt optima interpres, & Abb.in conſi.93.In quæſtione.col.2.verſ.ſed his non obſtantibus.lib.2.allegando Ioan.Andr.Bar. & iura, dicit,quod ad coniecturandam qualitatem diſpoſitionis non debemus ſimpliciter & principaliter conſiderare,an ſit in ea expreſſum nomen proprium vel appellatiuum,ſed primo recurrere ad ſubiectam materiam:iterum dicit Bal.in l.pen.C.de liber.& eor.liber.quod ſermones ſunt examinandi ſecundum ſubiectam materiam. & in l.precibus.col.8. ver.fallit in milite.de impub.& ali. ſubſtit. dicit,vnde non debemus iudicare in verbis,ſed intelligere ſermonẽ iuxta ſubiectam materiam:& in l. omnes populi. circa fin.
3 de Iuſt.& Iur.dicit,† quod materia præſtat nobis interpretandi materiam,idem firmat concor.allegando Menoch.de arbi.iud.lib.2.centur.2.caſ.199. nu.2.
4 Eſt autem† materia in ſpecie noſtra actus hominis ſtabilis,vti cauſæ efficientis,habens eſſe ſuum à iure, vti cauſa formali,per, doctr. Bal. in ſimilibus in rub. col.fi.de Iuſt.& iur.& ſubiecta dicitur,prout diuerſimodè & ſeparatim demonſtratur ſubiici & ſupponi

 his,

his,à quib.prędicatur:quia talia ſunt ſubiecta,qualia
prædicata demonſtrant:l. fundum. de fundo inſtr. l.
nam quod liquidæ.§.ſi cui penus.de penu.leg.l.1.C.
de diuer.reſcrip.& l.fi.§.cui dulcia,de vin.trit.& oleo
legat.cum aliis allegatis per Iaſ.in con.24.col.1. in fi.
li.1.Nam eo quod Titius inſtituit hæredem, demon-
ſtratur eius teſtamentum:l.non codicillum.C.de teſt.
& eo,quod rogauit hæredem,vt alium hæredem face
ret,demonſtratur fideicom,vt l.ex facto.in prin.ff.ad
Trebel.& vbi æſtimatio ſeu præcium nominatur, ex-
inde demonſtratur contractus emptionis & venditio
nis:l.cum dotem.C.de iure dot.cũ concordan. alleg.
per Tiraq.de retract.tit.1.§.1.gl.2.nu.1,& eo,quod in
inſtrumẽto donationis ex verbis plurimum inter vi
uos aſcripti ſunt quinq; teſtes,demonſtratur donatio
cauſa mortis,vt per Corn.in conſi. 124. Licet in hac
conſultatione col. 2.ver. tametſi donatio.lib.quarto
Lud,Gozad,in conſi.80.num.15.& Aym.in conſ.139.
circa fin.
5 Etenim † ſubiecta materia ſemper conſideranda:
l.1.de vſufruct. leg.l. quibus diebus. §. Dominus.de
condit.& demonſt.l. ſtipulatio iſta. §. hi qui ſunt. de
verb.oblig.dicit Pariſ.conſi.94.colum.3. num.9.libr.
2. Quia etiam cum ſubiecta materia concurrit, &
conforme eſt cogitatum teſtatoris, probat text. iun-
cta gloſſ,in l.ſi ancillæ.de condit.& demonſt. vbi co-
gitatum teſtatoris vadit ad poſſibilem ſtatum mate-
riæ conditionis impoſitæ, & tex.in l. ſi fideiuſſor. §.
6 meminiſſe.de lega.1.†vbi teſtator damnatus ad ven-
dendum, non tenetur hoc gratis facere, ſed vendere
ſuo precio.Ecce,quod teſtator mandando fieri vendi
tionem intelligit precio ſuo, quod eſt de materia
ſubiecta, & de ſubſtantia venditionis & emptionis:
7 §.precium.Inſtit.de emp.vendit. Quamobrem † ge-
nerale eſt, & in contractibus, in ſtatutis, in vltimis
voluntatibus, & in quibuſcunque ſcripturis, verba
debere intelligi ſecundum ſubiectam materiam pro-
priè vel improprie,vt dicit Alber.in l.ſi vno.in prin.
ff.locat.qui text.ſolitus eſt principaliter in hac mate
ria allegari,cum.l.inſulam.de præſcript.verbis, & l.
ſtipulatus ſis.ff.de vſufruct.cum aliis ibi ſign. in glo.
in verſi.veriſimile, maximè circa materiam legato-
rum:& l.quoties idem ſemo. de Regul.Iur. per quæ
iura & ſimilia doctor. inferunt,quod in quacunque
diſpoſitione verba ſunt intelligenda ſecundum ſub-
iectam materiam,ipſa verba etiam impropriando
& trahendo ad naturam propoſitorũ actuũ, & ad effe
ctus eorum dimittendo nudum ſonum eorundem
verborum,vt latè per Nic. Eueraldum in ſua centur.
locorum legalium, in looc 46.à ſubiecta materia,re-
miſſiue per Hieron.Cagno.in Rubr.nu. 22.ff.ſi quis
ius dic.non obtemp.& per Tiraquel. in l.ſi vnquam,
in verſ.reuertatur.num.37.38.de reuo.don.& March.
Blanch.in tracta. de compro. in ſeptima quæſtio. in
verſic.prorogatio. colum. 3, ſub numero 55. Dec. &
Hieron.Cagno.in d.l.quoties idem ſermo.
Subiiciam de vltimarum voluntatum diſpoſitio-
8 nibus,vti de noſtra ſpecie,aliqua†exempla: per quæ
etiam traditur modus tractandi in qualibet ſpecie, ſe
cundum Bal.in d.rub.col.fi.de Iuſt.& iur.& quæ ma
gis mouent,quã verba:l.vt reſponſum.C.de tranſac.
Vnum enim notatu dignum ponit exemplum Bal.
in con.407.Pũctus talis eſt.Antonius lib.3.quod tale
9 eſt:†Auus habens plures filios maſculos,& nullã ex
eis neptem,in ſuo teſtamento inſtitutis filiis& ſubſti
tutis ad inuicem decedẽtibus ſine filiis maſculis reli
quit certam dotem nepti ſuperſtiti ex aliquo filio de
cedente,mãdãdo reliquum hæreditatis peruenire ad
alios filios maſculos, euenit, quod vnus ex filiis poſt
mortem patris accepit vxorẽ,& filiam vnicã procrea-
uit,& ab inteſtato deceſſit,quærebant patrui vigore
ſtatuti,excludentis filiam dotatam, excludere iſtam
filiam ab hæreditate patris,eo quod eſſet dotata ab
auo,Bal,reſpõdit ibi inter alia,per iſtam regulam, de
verbis intelligendis ſecundum ſubiectam materiam
in tractatu ſucceſſionum, illum non poſſe dici auum
neptis nondum conceptæ & natæ, & propterea eam
non poſſe dici dotatam ab auo:vt ibi per eum.
10 Ponit†exemplum aliud Bened. Capra in conſi.
110.Cum prout in facto.Tutores à patre in teſtamen
to dati filiis impuberibus,cum plenaria adminiſtra-
tione bonorum &perſonarum ipſorum filiorum,do-
nec erunt in ætate perfecta, deſinant eſſe tutores, &
adminiſtrare dictis filiis,effectis puberibus. & com-
pleta ætate 14.anno.eo, quod vſque ad hanc ætatem
poſſunt eſſe tutores, vt verba hæc conueniant ſubie-
ctæ materiæ.ponit in ſimili aliud Angel.in l. 2. circa
prin.C.de confirm. tut. De tutore, dato in teſtamen-
to in 18.ann.quod poſt 14.an.intelligatur,vt curator
exponẽdo verba ad ſubiectam materiam habilẽ, per
caſuml.pater Seuerinam. §. conditionum. de cond.
& dem.refert Alciat.in ſuo li.de verb.ſign.li.2.pag.2.
11 Aliud ponit Guid.Pap.in quæſt.548. Mulier.refert
idem Alciat.in eo loco, quod mulier in teſtamento
hæredem inſtituens filium, & ei ſubſtituens filiam &
ſuos cenſeatur intellexiſſe de liberis ſuæ filiæ, etiam
quod mulier non poſſit propriè dici habere ſuos li-
beros,& in poteſtate,ſed poteſt dici improprie,ſecun
dum ſubiectã materiã,prout poteſt adaptari per iura
ſolita allegari,& ibi alleg.per eum, in idem incidit,
quod ponit Imo.in conſi.21.In caſu pręmiſſo de ver
bis,His,Tuis,Suis,Veſtris, quod etiam in vltima vo-
luntate intelligãtur de hæredibus extraneis, vel de-
ſcendentibus, prout ſuadet conueniens materia.
12 Ponit†aliud Soc.in con.33.col.5.li.1.de verbis ine
ptis ad inſtitutionem hæredis, quod tamen impor-
tent inſtitutionem vigore iſtius doctr. de verbis in-
telligendis ſecundum ſubiectam materiam.
Poteſt inferri aliud exemplum: Cum Monachus
poſſit pro ſuo vſu aliquid habere,cõſentiente Abbate
13 vt not.in c.ſi.qui cler.vel vouen.quæſtio illa,† quod
Monachus inſtitutus hæres cum hoc, quod nullum
ius acquiratur Monaſterio,vel Abbati,vel non poſſit
moleſtari ab Abbate,vel à ſuperioribus, determina-
tur,quod conniuentibus oculis ſuperiorum ſic paten
tium habeat Monachus vſum pro victu & veſtitu hę
reditatis ſibi relictæ,ſic ſuggerente,& permittente di-
cta materia ſubiecta,ſecundum id,quod poteſt habe-
re Monachus:ex quo habetur ratio deciſ. Bart.ſic tra
dentis in l.ſi alienum in princi.ff.de hæred.inſti.con.
firmatur ex eo,quod in ſimili tradit Card. in con.17.
Circa primum dubium.in pen.col.
14 Poteſt item † exemplum aliud adduci de ſpurio,
cui ſolum poteſt à patre relinqui pro alimentis: cap.
cum haberet.de eo,qui duxit eam, quã pol. per adul.
quod ſi reperiatur ei à patre ſimpliciter quid relictũ,
& non dicatur, pro qua cauſa,ſubiecta quidem ma-
teria alimentorum ſpurio debitorum interpretari fa-
cit cauſam intelligi pro alimentis ipſis: vt per Pau.de
Caſt.in conſi.5. Quicquid dicatur. col.2.verſ. viden-
dum eſt igitur.lib.1.refert & comprobat Aym.in con
ſil.219.col.pen.ſicut conceſſio annua facta pauperi,
præſumitur facta in cauſam alimentorum:l.ſi cui an-
nuum.de an.leg.& l.cum hi.§.ſi in annos.ff. de tranſ.
licet ex his aliqua,relatas interpretationes habeant
potius ex qualitate perſonarum, tamen id non ſit ex-
15 tra materiã ſubiectam, † quia qualitas perſonarum
inſpecta eſt,quæ intelligentiam verborũ ad eas rela-
torum



torum præbet,& ſenſum actui gerendo aptiorem &
conuenientiorem,per l.plenum.§.equitij.ff.de vſu &
habit.& l. cum filio. de legat. 3. cum multis deciſio.
Doct.comprobat Hier.Cagnol.in l.quoties idem ſer
mo.num.5. notum eſt enim, in quocunque actu pri-
mo de perſonis inquiri:l.quidam. §. denique.de iure
codicil.cum ſignat.ibi in gl.& ex perſonarum quali-
tate intellectum dari variis diſpoſitionibus,per mul-
tas deciſ.congeſtas à Felin.in c.cauſam,quę.col.3.ſub
ver.quinta declaratio de ſcriptis & alibi à nobis di-
16 cetur.Hoc autem perſpicuũ eſt,†verba debere intelli
gi & interpretari ſecundum ſubiectam materiam ea
impropriando, reſtringendo, vel ampliando, quod
intelligi debeant eo modo, quo poſſunt verificari: l.
fundus,qui locatus.de fun.inſtru.& d.l.quibus dieb.
§.Dominus.& ibi Bar.Caſtren.& Soci.& in l. hære-
dibus.§.fi.ff.ad Trebel.& l.mulier:de condi.inſti.ibi.
Quia impoſſibilis ad agnatos hæc conditio:l.1. §.lex
Falcid.ibi:quæ tamen locum habere.ff.ad l.Falcid.&
ibi Bar. & l. qui dotem.de dot.prælegat.Si non poſ-
ſunt verba aliquo modo verificari.hæc ſit vna fallen-
tia dictæ regulæ:nam Bar.in d.l.hæredib. §. fin. dicit
fideicomm.eſſe nullum ex conditione impoſita con-
ſtituto in ſacris ordinibus, decedenti ſine liberis ex
ſuo corpore deſcendentibus: qui a iure non poteſt
habere liberos. & per Deci.in conſ.299.col.pen.ver.
nõ obſtat.Vbi etiam habetur,quod attenditur mate-
ria vnius particulæ diſpoſitionis, ad quam non refer
tur qualitas,quæ non poteſt referri, & clarius de vna
particula diſpoſitionis intelligenda,iuxta ſubiectam
materiam ipſius particulæ,dicit Pau.de Caſt.in con.
222.Super primo dubio.co.1.ver.nec obſtat,quod in
pluribus.lib. 2. huc tendit,quod procedit dicta regu
la,quando error eſt in nomine appellatiuo actus cum
magna diſſimilitudine alterius actus:prout ex tradi-
tis per gloſ.& doct. in l.ſi quis in fundi vocabulo, in
prin.de leg.1.ponit Iaſ.in d.l.inſulam.circa fi.de prę-
ſcrip.verb. ſentit. Bar. in l.vbi ita donatur.poſt prin.
ff.de dona.c.mor.quia exinde comprehẽditur diſſen-
ſus in ſpecie actus, non valet ideo,vt valere poſſet:l.
1.§.fi.& vtrobique Bar, & Bal. de iure codicil. actu i-
pſo peccante in forma:vt per Soc.in l.in teſtamento.
in fi.la prima.de condi.& demon.
Secundo limita,quod verba non intelliguntur ſe-
cundum ſubiectam materiam,quando verba ipſa ca-
rerent efficacia,& actus non ſortiretur effectũ, vt per
Iaſ.in l.iuriſgentium.§.quod fere.in prin.per tex. ibi.
ff.de pact.ſequitur Nicol,Eueral.in d. centuria loco-
rũ lega.in loco 46.à ſubiecta materia. in fi. quod cõ-
probatur ex eo quod verba non debent eſſe ſine effe-
ctu operandi:c.ſi Papa.§.1.de priui.li. 6.cũ vulg.eo e-
tiam,quod verba nõ poſſunt egredi & dimittere pro
prium vel improprium intellectum, & ſignificatum:
l.Labeo.ver.verum ſi ea.& ver.fi.de ſuppel. leg. alias
eſſet ſententia ſine verbis,quæ attendi non debent.l.
3.de reb.dub. et ibi Bar. et alij.& Rui.in con. 28.cir-
ca fi.et con.ſeq.nu.12.lib.3.et Ripa in l. hæredes mei.
§.cum ita.nu.35.et ſeq.ff.ad Trebel.
Tertio fallit,et limita,quod verba in probationib.
fiendis non intelliguntur ſecundum ſubiectam mate
riam ſeu intentionem,probare volentis,vt per Abba.
in c.in præſentia.col.5.ver.et ex his.et ex text.not. de
probat.ſequitur Dec.in con.321.col.4. ver. dicit not.
Abb.refert.et comprobat id etiam procedere in pro-
batione,quæ fieret per inſtrumentum:Aym.in conſi.
318.ver.non obſtant verba faciũt not.per Bar.et alios
in l.veteribus.ff.de pact.et facit:quod in materia pro-
batoria indefinita non æquipollent vniuerſali:Iaſ. in
* l.2.col.fi.de li.et poſth.veram et Com. * Opin. eſſe
dicit Curt.Iun.in con.17.col.pen.vera etenim, et nu.
14.et Aym.in con.33.col.4.num.16.
Quarto poſſet limitari. Quoniam natura actus in
reſpicientibus maxime priuatam vtilitatem, poteſt
pacto inito,vel aliter alterari:vt l.naturalis.§.ſed ſi fa
cie.de præſcrip.ver.per Bar.et alios in d.l.vbi ita do-
natur.et Aym.in conſi.77.col.2.nu.3. vnde verba in
parte ſaltem alterata,tunc non recipiunt interpreta-
tionem,ſecundum ſubiectam materiam vel naturam
actus ſed ſecundum eorum proprietatem,per ea,quæ
ſubtiliter probat Soc.in con.257.Viſis inſtitutis.col.
17 pen.et fin.lib.2.vbi etiam ſupra ſi.tradit,quando†na
tura actus poteſt eſſe regularis vel ordinaria, irregula
ris vel extraordinaria, quod interpretatio fieri debet
ſecundum naturam actus regularem, et ordinariam
et non extraordinariam, prout ſtatutum interpreta-
ri debet ſecundum ius commune regulare,et non ex-
traordinarium:vt per Pau.de Caſt.in l.fi,§.in compu-
tatione.in fi. C.de iu.delib.late comprobat Iaſ.in re-
pet.l.omnes populi,col.fin.de Iuſti.et Iur,pro quibus
facit, quod aliud excedens ſuos terminos facit ex-
cedi à non ſuis terminis:glo.in l.fi.in fi.de ed.di.Adr.
tol.et in l.pen.C.in quib.ceſ.long.temp. præſcrip.et
18 ibi Doct.no.Et†quod Ius Commune,et non ſpecia-
le vel extraordinarium ſit attendẽdum:l. ergo.§.1.ff.
de fieicom.liber.l. inter ſtipulantem.§.ſacrã.de verb.
oblig.cum ſimil.et facit.quod ſcribit Are.in con. 58.
Diligenter.col.6.circa fi.quod commiſſio punitionis
intelligitur de communi ordinaria, et non de extra-
ordinaria punitione, quæ licet breuiter tractata, ta-
men notanda et memoriæ mandanda ſunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Voluntas teſtatoris obſcura interpretanda venit in loco, ſumpto à conuenientia.*

2 *Aequitas conuenientia dicitur, qua æquitate nil conuenientius,nílve aptius eſt pro interpretatione fienda.*

3 *Reſcriptum Principis, talis circa petita facit, prout ſibi conueniens videbitur,id eſt,inſpecta æquitate, & aliis ibidem expoſitis.*

4 *Verba debent conuenire perſonis & rebus, de quibus eſt ſermo,vt conueniat diſpoſitio maxime in vltimis voluntibus.*

5 *Verba ibi prorſus à ſenſu diſcrepant,& ei extranea ſunt, non valet,quod ſenſum eſt.*

6 *Mens diſponentis attenditur,de qua poteſt conſtare etiam quod proprietas verborum aliter ſonare videatur,ita & pro validitate actus,& ſufficit in aliquo verba conuenire menti*

7 *Verba vulgariter,pupillariter,& per fideicommiſſum, ſingula ſingulis,prout poſſunt conuenire, & adaptari, referuntur.*

8 *Conuenientia circa perſonas & res,præbet declarationem.*

9 *Conuenientia loci hoſpitalis,& eius hoſpitalis, & pauperum legatum alimentorum interpretatur & declarat.*

10 *Enunciatum à teſtatore, facit eum intelligi de perſonis, quibus & non aliis conuenit illud denuntiatum.*

11 *Interpretatio ſemper debet fieri,quæ ſit conformis verbis & perſonis,ad quas ſermo dirigitur, exemplum vide ibidem de legato lecti vel veſtium facto.*

12 *Legatum lecti vel ſimiliũ à marito facto vxori viduæ interpretationem capit,vt poteſt apparere ex intentione teſtatoris.*

13 *Mulier ſi fuerit teſtatrix,quod à ſua ſucceſſione non cenſeatur excludere fœminas.*

14 *Legatũ factũ mulieri nuptæ,quod induatur veſtib.nigris intelligatur de veſtibus nigris, congrnis mulieri nuptæ*

15 *Scientia,vel notitia teſtatoris qualitatum legatarij, vel
*rerum multum facit.*

## SOLVTIO VIII.

1 OCTAVO † à conuenientia locus ſe-
quitur nó incongruè,ſumptus ad pro-
poſitam ſpeciem interpretationis,quia
conuenientia dicitur ipſa æquitas ſe-
2 cundum Bar.in l.1.in fi.C.de leg.† qua
quidem æquitate, nihil aptius, níl ve conuenientius
eſt pro interpretatione facienda, vt dictum eſt ſuprà
in præcedenti interpretatione in dub.4.ver. denique
æqua interpretatione.Quæ ibi dicta ſatis ad iſtum lo
3 cum conferunt, † cóferunt quoque ad reſcripta ſæ-
pius ex ſignaturis Principum emanata,quòd talis fa-
ciat circa petita,prout ſibi cóueniés videbitur,id eſt,
inſpecta æquitate,& aliis hic expoſitis, conuenientia
autem attendenda eſt,& circa verba, & perſonas, &
res,quæ licet reſpiciant ſcripta, & contenta in teſta-
mento,quorum locus eſt tractandorum in ſeq. lib.2,
Tamen aliqua obiter hic quoque pro ordine præſcri
pto obſeruanda dicam.
4 Itaque notiſſimi iuris eſt,debere† verba conueni-
re,vt diſpoſitio conueniat:l.4.§.toties.& ibi Doctor.
not.de dam.infect.l.hoc accuſare.§. fin.de accuſ. & l.
quod conſtitutum de teſtam.milita.& l.ita autem.in
ptin.ff. de adminiſt. tut.cum concordantibus nimis
abundáter ad hoc generale dictum more ſuo collect.
per Tiraq.in d.l.ſi vnquam.in verſi.libertis. num.12.
ſed adhuc ad rem noſtram de teſtamentaria diſpoſi-
tione,quòd verba conueniant,libet adducere iura a-
liqua,ſcilicet tex.in l.talem.§.fin.ff. de hæred.inſt.ibi
neque verba omnino repugnant, & tex.in l.ſi frater.
ibi.ſed ſi verbis fideicommiſſi,&c. C.de fideicommiſ.
& tex.in l.ex verbis.C.de don.inter vi.& vx.ibid.ſed
ita demum ſi relinquenda ſtudio huiuſmodi verba
fuerint aſcripta,&c.& gl.in ver.verba. in l.ille à quo.
§.1.ff.ad Trebell.quæ vult,quod ſi verba non ſunt a-
pta menti.non valeat fideicommiſſum, & Alber. in l.
3.§.conditio legati.de adimen.lega.dicit, quod ſi ver
ba voluntati coaptari poſſunt, vtrunque debet ſer-
5 uari,ſi vero † verba prorſus à ſenſu diſcrepant, & ei
extranea, non valet id,de quo ſenſum eſt, & textus
iuncta glo.in ver.item quæſiit.in l.prædia.§.1.de fun.
inſtruct.vbi quid non expreſſum non debetur ei,erga
quem licet appareat pleniſſima voluntas teſtatoris.
& Alex.in conſi.139.Circa primum.col.2.ver. ſolum
reſtat.li.6.dicit,quando verba ex propria, vel impro-
pria,ſeu larga ſignificatione à iure data non poſſunt
adaptari ad coniecturandam mentem teſtantis, tunc
nullo modo teſtantis mentem attendimus: & plura
ad hæc ſimilia omitto his,quæ dicéda reſeruo in ſeq.
li.& aliqua fuerunt dicta ſupra in præceden. interp.
in dub.4.poſt prin.
6 Intellige†tamen,poſſe recedi à proprietate verbo-
rum,quando conſtat,aliam fuiſſe intentionem diſpo
nentis:l.non aliter.de leg.3.aut quando res,de qua a-
gitur,non valeret:§. quoties. Inſtit. de inut.ſtipul. &
adducit Cardin.in conſ. 11. Pro enucleatione. col.2.
ſub ver.oppoſitum, qua propter licet verba non con
ueniant,ſufficit, quod mens concurrat, ita declarat
Deci.in c.1.col.penult.in fi.verſi.ſucceſſiue. Abb. de
elect.qui allegat Bart.in l.qui ſe patris.col.fi. C.vnde
lib.qui idprobat ibi in ver.puto glo.noſtram.& Bar.
in l.curatores,col.2.ver. dicédum eſt ergo.C. de neg.
geſt.& ſubiungit Dec.licet in totum verba non con-
ueniant quatenus tamé poſſunt adaptari, diſpoſitio
ſeruari debet,allegando Roman.in conſi.434. In quo
quæritur qui facit in ver.ſecundo ad idem. vel ſi ver-
ba diſpoſitionis pro maiori parte conueniant, dicit
Tiraq.in d.verſ.libertis.num.2. in fin. ſemper etenim
inhærendo declarationibus, quas per decem de his
concluſiones tradit Soc.in d.l.3.col.pen.& fi. de reb.
dub.conueniétia igitur:prout res expoſtulat.eſſe de-
bet,& circa mentem teſtatoris, vel verba,vt probat
tex.in l.1.in fi.prin.de pen.leg.ibi: niſi fortè aliud té-
7 pus,vel mente,vel verbis,&c.cum ſimil. † Quando
etiam in aliqua diſpoſitione apponútur plura verba,
vel plures clauſulæ.verbi gratia:In teſtamento verba
hæc ſunt ſcripta,vulgariter,pupillariter & per fidei-
cómiſſum,ſingula ſingulis,prout poſſunt conuenire,
& adaptari,referuntur,& debent referri,tradit Guid.
Pa.in q.533.Teſtator in fi. Ang.in l. quæſtionem. C.
de fideicom.Soci.Iun.in con.125.nu.14.15.li.1. & Gl.
in l.ſi negotium.C.de negot.geſt.& per Iaſ.in con.24.
col.2.lib.1.& facit tex.in §.ſed quia ſanè.Inſtit. quib.
mod.teſt.infir.è conuerſo,ſi verba hæc adiiciant,Vul
gariter,Pupillariter,alia verò verba &effectus ſubſti-
tutionis conueniant fideicómiſſariæ, & nó vulgari,
vel pupillari ſubſtitutioni,erit quidem fidei commiſ
ſaria:vt probat Aym.conſ.305.
8 Item † circa perſonas & res conuenientia præbet
declarationem,vt probat text. iuncta gl.in l.quæſitú.
in fi.de fun.inſtru.vbi gl.fi.expreſſè dicit,ſumpta præ
ſumptione in hoc tali dubio,tam ex rei legatæ,quam
ex legatariorum ipſorum qualitate, vel cóuenientia,
dicit gl.Quæ conuenientia ibi erat reſpectu filiæ le-
gatariç,& rei legatæ ſibi cóuenientis.& tex.in l.quá-
uis de cond.& demonſt.ibi:& niſi ita obſeruetur,&c.
qui tex.probat,circa diſpoſita per teſtatorem debe-
re obſeruari quandam conuenientiam, prout curſus
rerum,& fragilitas humana patitur.& ibi per Paul.de
Caſt.qui dicit, quod dicta lex eſt pulchra in ratione
ſui,& Soci.in 2.not.
9 Et exinde habetur,† quod in legato alimentorum
& omnium neceſſariorum & incumbentium, facto
ho ſpitali pro eius interpretatione,& declaratione &
executione,fore obſeruandá quandá mediam viam
conuenientem loco hoſpitalis,&eius facultatibus,&
qualitati pauperum,qui ibi debent hoſpitari & rece-
ptari,docet Pau.de Caſt.con.437.Super dictis quçſi-
tis.in 2.quæſi.lib.2.Et in legato dotis, facto à marito
de maiori ſumma,quam conſtat eſſe ipſa dos, habita
tamen conuenientia ſummarum & donationis pro-
pter nuptias & iocalium, facientiú ſummá legatá, ex
hac conuenientia legatum totum à teſtatore fuiſſe
habitum occaſione dotis eleganter probat Aym.in
con.149.col.2.ver.ſecunda coniectura.nu.5.
10 Item †aliquod enunciatum à teſtatore facit illud
intelligi de perſonis,quibus & non aliis, conuenit il
lud enunciatum,vt l.3.in prin.ff.ſi liber.inge. eſſe di.
& facit l.non codicillum.C.de teſta. Et ſubſtitutio fa
cta imparib. perſonis intelligitur ea eſſe, quæ pariter
conuenit omnibus,vt l.nam hoc iure.§.ſed ſi alter.de
vulga.& pupil.& l.2.& l. quamuis. C. de impu.ſem-
11 per†enim debet fieri interpretatio, quæ ſit cóformis
verbis prolatis, & perſonis, ad quas ſermo dirigitur:
not.Philip.Franch.in c.1.col.4.in 13.not.de teſt. in 6.
Vlterius, generale eſt, et quando dictum legatum
declarationem recipere æqualem et conuenientem
qualitati,et conditioni perſonæ legatarij: vulgata l.
plenum.§.equitij.de vſu et habit.l.ſtipulatio iſta.§.ſi
qui ſunt.de verb.oblig.et ibi Iaſ.hanc regulam exam
plificat:et extendit ad aliquos caſus.Qui autem reſpi
ciant noſtram materiá,ſunt tales, quod ſi teſtator re-
linquat vxori ſuæ lectú ſuum,non venit culcitra de
ſerico,qua teſtator vtebatur diebus feſtiuis,quia cul-
citra



citra de ſerico non conuenit mulieri viduæ:eadem ra
tione veſtimentis conuenientibus viduæ debet indui
vxor,quæ de mandato teſtatoris ſit ab hæredibus tra
ctanda honorificè,& eo modo & forma, prout facie-
bat ipſe teſtator,vt tradit Bal.in l.1.ſupra.fi.C.de lega.
qui loquitur ibi de legato, quòd vxor debeat tractari
honorificè,&c.& de legato lecti ſui ponit in d.§. equi
tij.ſed Bar.in l.librorum.§.fin.de leg.3. & in l.fi. vxo-
ri.de aur.& arg.leg.tenet contrarium, quòd ſub lega-
to lecti venit culcitra de ſerico: videtur ſequi Angel.
Aret.in tract. de teſta.in glo.49. in fin. ta men vltimò
dicit,cogita.
12 Ego † putarem,fore inſpiciendam bene intentio-
nem teſtatoris,quæ ſi comprehendatur eſſe, legatum
lecti fuiſſe factum vxori pro commoditate ſuæ per-
ſonæ,& illud haberet, in quo poſſit dormire pro ſua
vita ducenda maximè vidualiter, quòd tunc non ve-
niat culcitra de ſerico,&alia ornamenta,quæ de com-
muni obſeruantia regionis non conueniunt lecto ſi-
milium viduarum, ſi verò apparere poſſit, legatum
huiuſmodi fuiſſe factum, nó tantùm pro vita ducen-
da & cómoditate dormiendi,quia forſan in alia par-
te teſtamenti liquet de pleno alimentorum legato v-
xori facto,ſed pro quodam maiori lucro vxoris, & vt
ei magis benefaceret, etiam quòd forſan tranſiret ad
ſecundas nuptias, ea adhuc recentis ætatis exiſtens,
quadam licentia vel permiſſione teſtatoris ſic appa-
rente,tunc venirent culcitra, & alia etiam feſtiua or-
namenta lecti, iuxta tex.in d.l.librorum.§. fi.& d.l.fi.
§.vxori.& ibi Barto.& Alber.in fin.ita videtur eſſe de
mente glo.in l.quos nos.§.fi.de verb.ſignific. quia la-
tiſſ.interpretatio fit in legato facto vxori,Bal.in conſ.
459.Quidam li.1.Idem in his ſimilibus fore tenendú
medium,quod eſt viri prudentis, & legis à prudenti-
bus inſtitutæ,per l.qui lancem. de aur.& arg.leg. niſi
ſecùs præſumendum ſit ob eximiam nobilitatem te-
ſtatoris atque legatarij in legato equi armati, tradit
Bal.in l.1.C.de verb.ſignifi.Idem in legato pro veſtié-
dis tot famulis,vel tot mulieribus in ſuo funere,debe
re intelligi ſecundum qualitatem perſonarum, po-
nit Ang.Aret.in d.tract.de teſta.in gl.48.ver.ſed quid
13 ſi teſtator.† Idem ratione qualitatis perſonæ,ſi mulier
fuerit teſtatrix, quòd à ſua ſucceſſione non cenſeatur
excludere fœminas:vt per Soc. in l.cum auus.col.44.
14 ver.tertius caſus,de condit. & demonſtrat. † Idem in
legato facto mulieri nuptæ, quòd induatur veſtibus
nigris, quod intelligitur de veſtibus nigris congruis
mulieri nuptæ:Rapha. Fulgo. in conſi. 27. Propoſita
quæſtione.Et plura alia ſimilia poſſent adduci, quæ
omittuntur:quia ſatis nota videntur, cum omnia de-
cidantur eadem ratione conuenientiæ qualitatis per-
ſonarum, de quibus plura cumulat Marſi. in Rub.de
proba.nu.13.cú ſeq.& Rui.coſ.4.col.pen.lib.2.& Fel.
in diuerſis diſpoſitionib. & deciſionib.inſtitutionum
& ſtatutorum,vbi verba non conueniunt caſui occur
renti,nec diſpoſitio conuenit,plenè adducit in c. nó-
nulli.col.35.ver.vbi ver.& ſeq.de reſcript.
Quæ quidem omnia intelligenda ſecundum qua-
litatem perſonarum poſſunt limitari non procedere,
quando ex tali intelligentia reſultaret maior vel par
iniquitas, vel quando repugnaret mens diſponentis.
vt dicit Aret.in conſ.58. Diligenter conſideratis. col-
7.ver.Nec obſt. quòd verba,allegádo Bar.in l.hos ac-
cuſare.§.omnibus.de accuſ.qui loquitur de diſpoſitis
in ſeruum non attendendis, quæ non cadunt in per-
ſonam ſerui. Animaduertendum quoque eſſe text.ip-
15 ſum in d.§.equitij,quòd † vt qualitas legatarij alteret
naturam legati,neceſſe eſt,qualitatem huiuſmodi no-
tam fuiſſe teſtatori,& quaſi notitia hæc teſtatoris to-
tum faciat:vt ibi per glo.dantem concord. leges,& ex
ſcientia defuncti interpretantem eius voluntaté, de-
bet etiam ſemper intelligi vniformiter qualitaté per-
ſonæ conformando diuerſitati temporum:prout ſua-
debit ipſa qualitas eſſe ſibi neceſſarium,vt per Imo.in
l.cétùrio,col.8.ver.Ité aliud,quod dicitur.de vulga.&
pupil.pro quo facit tex.in l.cum vnus.§.fin.de ali.leg.

### SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris poteſt interpretari à conſuetudine.*
2 *Cóſuetudo priùs attendenda eſt patrisf.teſtatoris, deinde*
*regionis,& hæc conſuetudo interpretatiua non requiri-*
*tur eſſe præſcripta.*
3 *Conſuetudo patrisf.teſtatoris,quando non debeat attendi,*
*vide ibidem tres limitationes.*

## SOLVTIO IX.

1 NONO à † conſuetudine ſuccedit locus
optimus ad interpretandum,ſicut con-
ſuetudo ipſa optima dicitur interpres,
l.ſi de interpretatione.ff.de legi.ex con
ſuetudine cuiuſque interpretantur eius
geſta,& verba,per l.vel vniuerſorum.ff.de pigno.acti.
& l.qui ſemiſſes.ff.de vſu.& alia inquit Corn. in con.
ſil.283.pars dicti.col.3.ver.quod etiam.lib.4.& Bald.
in l.fin.in fi.de ſacroſanct,Eccleſ. dicit: Conſuetudo
in ſuo municipio poteſt dare intellectum; & quendá
modum ſignificandi vocabulis,ſicut etiam locum ab
vſitato,ſeu à ſolitis,vel à cóſuetis,cum pluribus iurib.
allegatis hæc ſimilia probantibus.ponit Nicol.Euer-
al.in d.centuria locorum legalium, in loco ab vſita-
to,&c.63. Cuius quidem loci à conſuetudine hîc ego
memini potiùs pro quadam ſerie indicanda eorum,
ex quibus vltimarum voluntatum interpretationes
capi poſſunt,quàm neceſſarium eſſet:quia ſuperiùs in
præced.interpret.in dub.3.ver.item voluntatis inter-
pretatio.cum ſeq.& in ver.item à ſtatutis,ſumpta oc-
caſione & materia, à quibus interpretatio huiuſmodi
fieri poſſit, latè demonſtratum & tractatum eſt de v-
ſu,& cóſuetudine defuncti, quaſi facto ſuo ſic nobis
interpretatus fuerit ſuam voluntatem, & de conſue-
tudine communi ſimiliter eandem interpretationem
nobis oſtendente,& de earum probationibus per iu-
ra & deciſ.ibi alleg.ad quæ ibi dicta pro loco iſto ex-
pediendo me remitto.
2 Solùm moneo ordinem circa propoſitá interpre-
tationem à conſuetudine,vt forſan dictum eſt,eſſe ta-
lem,quòd priùs & ante omnia conſuetudo,& ſolitum
patrisf.teſtatoris,deinde regionis conſuetudo, in qua
verſatus fuerit,exquirenda ſit,vt probat litera text. in
l.ſepiùs allega.ſi ſeruus plurium.§.fin.de leg.1. & in l.
nummis.de leg.3.& in l.penult.in princ.de alim. leg.
* & ita eſſe * Com.atteſtatur Iaſ.in d.§.fin.& per Deci.
in l.vt liberis.col.3.nu.12.C.de colla.vbi etiam in col.
ſeq.num.19.alios allegando dicit vnum, quod eſt ad-
uertendum, quòd non requiritur iſtam conſuetudi-
nem interpretatiuam eſſe præſcriptam.idem tenet A-
lexand.in conſ.170.col.fin. ver. nec requiritur. lib. 2.
& Aymo.in conſ.101.in fi.& conſ.201.col.5.& Bello.
conſ.1.num.3.
3 Sed † limita conſuetudinem patrisfam.ſic creden-
tis & in cauſam finalem nominantis, non eſſe atten-
dendam, & non operari circa demonſtrationé ſigni-
ficatiuam conſanguinitatis vel affinitatis:l.neq; pro-
feſſio.& ibi gloſſ.& doct.C.de teſta.& l.ſi pater, C.de
hæredi.inſti. & ibi Iaſ.col.1. ver, nam ſecundum.hoc

ex doct.Cyni,& Alber.ibi in q. de vetula habente fi-
liam & neptem,& ſolita appellare filiam ſuo nomine
proprio, & neptem filiam , & inſtituente ſimpliciter
hæredem filiam , intelligi de filia,vt magis dilecta &
propinqua,per l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.infert
aliam limitationem,quòd vſus loquendi particularis
ipſius teſtatoris non attenditur,quādo repugnat prio
ritas gradus , & præſumpta teſtatoris voluntas ex or-
dinata charitate.

Præterea limita , quando ex ſtatuto, vel ex præce-
pto teſtatoris , verba teſtamenti eſſent intelligenda
propriè ad literam ſine aliquo extrinſeco ntellectu,
prout dixi ſuprà in præced.interp.in dub.2.verſ.quę-
nam interpretatio.& verſ.ſeq.tunc non attenditur cō-
munis vſus loquendi: quia non eſt propria ſignifica-
tio,ſed figuratiua,vt per Bart.in l.cum delanionis. §.
aſinam.de fun.inſtru.& in l.Labeo.ſub ver.dicitur hic
non enim,de ſuppel.lega.& ibi in apoſtil.

*SVMMARIVM.*

1 *Voluntas teſtatoris dubia, & obſcura poteſt interpretari ab arbitrio viuentium.*

2 *Intellectus l.quoniam.in prin. C.de nat.lib. demonſtrans euidentem errorem eorum, qui talem legem allegant ad hoc, quòd teſtatoris voluntas interpretetur ex arbitrio aliorum viuentium.*

3 *Voluntas teſtatioris ambigua,quando, & quomodo poßit declarari ex arbitrio viuentium.*

4 *Arbitrium boni viri,vel liberum arbitrium, verba importantia,vide ibidem.*

5 *Arbitrium boni viri intelligi poteſt illud,quod quis in reb. ſuis faceret,vel quod vellet ſibi fieri,intellige, quando à lege, vel ab homine aliquid ſit commiſſum arbitrio alicuius,& non aliter.*

6 *Verba, eius arbitrio,important,vt illud faciat, quod in re ſua faceret,etiamſi minùs diligenter faceret, aliâs re aliena cōmiſſa eius arbitrio,illud tunc debet facere,quod faceret diligens paterfam.*

7 *Verba hæc,vt viuere debeat,vt bonus filius,vel vt tibi placuerit, vel dare alicui plus, intelliguntur arbitrio boni viri.*

8 *Incertitudo legati commißa alicui in ſecreto, vel ſecundū eius conſcientiam,debet declarari arbitrio viuentis nominati.*

9 *Verba hæc,Ad arbitrium boni viri in teſtamento poſita,in portant conditionem,*

10 *Remiſſa conſcientiæ alicuius, intelligitur de conſcientia regulata à iure cum requiſitione hæredis,de cuius agitur præiudicio.*

11 *Arbitrium viuentium nihil habet agere in omißis per teſtatorem, quæ remanent in diſpoſitione iuris, ſuper quibus non debemus diuinare ex capite noſtro,niſi quatenus cōiecturæ concludant ad mentem teſtatoris.*

12 *Error ſæpè fit in coniecturando mentem teſtatoris, quia eius animum non videmus.*

13 *Teſtamenta debent interpretari arbitrio boni,diſcreti, & ſapientis viri.*

14 *Verba teſtamenti ſi poſſunt adaptari ad ſenſum,quem capere volumus, fit interpretatio ſecundum illum ſenſum, aliâs non diſcedimus à verbis,*

SOLVTIO X.

DECIMO † ab arbitrio viuentium qui-
1 dam locum ſumere voluerunt ad inter-
pretandas voluntates defunctorum ex-
preſsè exponendo , vt dubium aliquod
de voluntate teſtatoris defuncti intelli-
gatur declaratum ex arbitrio & opinione aliorum
viuentium, quòd cenſeatur id voluſſe ; quod alij vi-
uentes ſani & recti iudicij veriſimiliter æſtimarent:
vt per Pet.de Anch.in conſ.237. Quia in primo quæ-
ſito.in col.2. circa princ.& conſ. 302. De viribus ad-
ditionis.circa med.& Io.de Ana.in conſil.28. Viſis &
ponderatis.colum.2.verſ.ſuperuenit.Ang.& Calca.in
conſ.48. Viſo dicto caſu.col.6. ver.Nam voluntates.
& Aymo.conſi.98.in fi.& conſ.151.in fi.& conſ.245.
col.6.ver.Declaratur etiam.refert Hier.Zanch. in re-
pet.§.cum ita.nume.135.l.hæredes mei. ad Trebel.o-
mnes allegando tex. quem ad hoc dicunt ſingularem
in l.quoniam, in princ.C.de natur.liber. Cuius verba
reuera ſunt hæc : Quoniam deſideria morientium ex
arbitrio viuentium non ſine iuſta ratione colligimus,
2 &c.Sed † puto dictum textum non eſſe intelligendū,
parcant tanti viri , & tale dictum non ita ſimpliciter
procedere,vt per eos adducitur. Quia cauſam ſeu ra-
tionem & dictum dictæ l. ſimul iungendo intelligi-
tur, quòd deſideria morientium colliguntur ex arbi-
trio viuentium.ſ.eorumdemmet,quando viuebant,&
non aliorum viuentium , prout allegant prædicti ad
hoc d.l. expreſsè liquet ex dicto ipſo ibi continente,
quòd ex eo, quòd quis filium naturalem habens il-
lum , dat & aggregat curiæ , quod dicitur arbitrium
viuentis,idem , determinatio facta in vita manifeſtat
certiſſimè eundem filium debita affectione elegiſſe
ſuum vniuerſalem ſucceſſroem , quod dicitur deſide-
rium morientis, id eſt, eius quod deſiderat eſſe poſt
mortem , vnde verius & magis conſonans verbis &
menti d.l.crederem eam poſſe allegari ad hoc , quòd
voluntas alicuius poſt mortem colligitur, & habetur
ex eo, quod dixit vel fecit intuita, & ſic iungi,& addi
his quæ ſuperiùs dicta fuere in præced. interpreta.
dub.3.ſub ver.quarto caſu.de interpretatione haben-
da ab ipſo teſtatore,ex his , quæ viuens operatus eſt,
vt ibi,& per Gloſſ.in ver.conſuetudinem.in l.nomen.
§.1.de lega.3.ita in ſpecie arguit Signor.cōſ.175.nu.6.

Etiam ſolam rationem d.l.quoniam. intuendo vi-
detur ſtare non poſſe , quòd voluntates teſtatorum
ita ſubiiciantur arbitrio aliorum viuentium: nam te-
ſtator aut diſpoſuit certè & clarè,& debet ſua diſpo-
3 ſitio ſeruari.l.illi.§. 1.de leg.3. † Aut diſpoſuit ambi-
guè & obſcurè,& ſtatur declarationi , quæ poteſt ha-
beri ex mediis,& locis ſupradictis, & inferiùs dicen-
dis , per quæ arbitrium viuentis poteſt diſcurrere &
colligere declarationem ipſam,per not.in d.l.ſi ſeruus
plurium.§.fin.& in l.voluntatis. C. de fideicommiſſ.
cum ſimil. ſi verò nō poſſit haberi declaratio ex præ-
dictis mediis, & locis, aut ambiguitas eſt in ſcriptura
teſtamenti.vel in idiomate , vel in verbis ob diuerſos
intellectus vel alternatiuam , vel generalitatem , vt
quando ſit certum de incertis , vel incertum de cer-
tis , tunc arbitrium viuentium quorum eſſe , & qua-
le eſſe debet , & quantum , & quomodo poſſit decla-
rare , plenè demonſtratum eſt ſuprà in dicta præce-
dente interpr. in dubi. 3. & 4. per totam , aut ambi-
guitas eſt in ſenſu , vel in alio incerto , quod ſi ſapiat
ſubſtantiam,& firmitatem diſpoſitionis,pendere non
poteſt ex alieno arbitrio,nec conferri ad decreta alie-
næ voluntatis:l.illa inſtitutio.in prin.& l.captatorias.
ff.de hæred. inſti. cum ſimil. ſi verò firmitate diſpoſi-
tionis exiſtente ſolum dependente à voluntate teſtan
tis ſapiat aliam quandam incertitudinem in arbitrio
viuentium,circa quando,quale,& quantum,tunc de-
pendent arbitrio viuentium , & debet eſſe tale arbi-
trium boni viri inſpectis circunſtantiis,vt l.3.in prin.
de an.leg.& l.1.& ibi Gl,& Doct.latè tradunt, de leg.
2.& l.ſi filiæ, de le.3. ſi remanet in libero arbitrio ali-
cuius,id



cuius,id etiam ſeruatur,quod ſibi libet:l.ſi ita legatū.
§.illi.de leg.1.

4 De † verbis autem,importantibus arbitrium boni
viri, vel liberum arbitrium,ponit & declarat Bar.in l.
ſi ſic.in princ.de leg.j.& ibi alij,& in l.fideicommiſſa.
§.ſi ſic.de leg.3.& in l.filiusfam. de don.Angel. Aret.
in tract. de teſta. in gloſſ.16. num.2.Alex.in conſ.47.
columna quinta. ver. ſed in teſtamento , libr.1.plenè
Guid.Pap.in quæſt.475.& Dec.in l.perſonam. §. ge-
5 neraliter. de reg.iur. vbi etiam † ponit arbitrium bo-
ni viri intelligi illud, quod quis in rebus ſuis faceret,
vel quod vellet ſibi fieri,allegando Bar.in l.1.ff.de ſo-
lut.qui.ibi.de hoc dicit in principio columna ſecun-
da.& Rom. in rub. ff.de arb. qui id dicit in 2.colum.
verſ. item quintò. & cum Dec. in hoc dicto tranſit
Hieronym.Cagnol.in dicto §.generaliter,ſed hoc di-
ctum ego dico eſſe intelligendum cum grano ſalis,
ſcilicet,quando à lege,vel ab homine aliquid ſit com
miſſum arbitrio alicuius,& non aliter : vt not. decla-
rat Bartolus in dict. l.1.in princip.dum reſpondet op-
poſitioni d.l.ſi.conſtante.§.ſi maritus. ſol.matr.& di-
6 cit,verba,Eius arbitrio,† hoc importare, vt faciat il-
lud,quod in re ſua faceret,ſcilicet etiamſi minùs dili-
genter faceret , quia aliter, & quando res aliena non
ſit commiſſa eius arbitrio , illud debet facere , quod
faceret diligens paterfamil. vt ibi per eum,ſic intelli-
gendo factum arbitrio boni viri,vt vltra Bar. & alios
probatur per tex.in l.j.§.cauere. ff.vſufruct. quemad-
modum caue.iuncta Gloſſ.ibi.& tex.in l.ſed cum fru-
ctuarius. ff. de vſufruct.& nota hanc declarationem,
7 ne decipiaris in dictis Doctorum, itaque † factum a-
liquod à teſtatore diſpoſitum, nō habens tam à teſta-
tore neque à lege certam dete[illegible]inationem , vt quod
quis à teſtatore commodum ha[illegible]ns , debeat viuer[illegible] ,
vt bonus filius, intelligitur arbi[illegible]o boni viri. vt [illegible] -
dit Corn. in conſil.3. Super dicto t[illegible] nate. columna
prima.verſi.& licet ibi dicatur , libro ſecundo.Idem
Corn.in conſil. 173. Circa primum. columna tertia.
ver.ſed dubium facit.lib.3.dicit , quòd habens facul-
tatem alienandi à teſtatore conceſſam,prout ſibi pla-
cuerit , intelligitur poſſe vendere arbitrio boni viri,
quod arbitrium regulari debet ratione,& non volun
tate,per iura alleg.ibi per eum.& in conſil.64. In ca-
ſu præſentis conſultationis. columna ſecunda. ver.
tamen præſuppoſito. libr.4. allegando eaſdem ratio-
nes & iura,dicit,quòd ex tali arbitrio boni viri ſuper
dicta alienandi facultate poſſet fieri alienatio ad pias
cauſas,& quando ſimpliciter teſtator mandat dari a-
licui plus,&non dicat quantitatem,intelligatur arbi-
trio boni viri,per l.cum filius.§.pater. & ibi not. per
Bartol. de leg.2.dicit Hieron.Cagnol.in dict.§.gene-
raliter.nu.2.

8 Item † quandoque incertitudo remanet in arbi-
trio viuentium expreſsè à teſtatore nominatorum,
vt in legato certæ rei facto Titio erogandæ , vt ei im-
poſuit in ſecreto , vel ſecundum ſuam conſcientiam,
valet & debet declarari per nominatum, vt per Bar-
to.in l.quem hæredi.de reb.dub.& in l. Theopom.de
do.præleg.Ange.Aret.in tract.de teſta.in gloſſ.70.No
9 ta inſuper, quòd verba hæc † in teſtamento appoſita
Ad arbitrium boni viri , important conditionem : vt
firmat Alex.in conſ.72.Viſo proceſſu, circa fin. lib.5.
10 Item † quando eſt remiſſum conſcientiæ alicuius,in-
telligitur de conſcientia regulata à iure cum requiſi-
tione hæredis,de cuius præiudicio agitur, vt latè tra-
dit Petr.de Ancha.in conſ.383.Primò,& ante omnia,
11 col.1.Aut demum † teſtator omiſit omnino diſpone-
re,& viuentes ſuperinde nihil habēt arbitrari, ſed re-
manēt ſub diſpoſitione iuris communis:l.ſi cum do-
tem.in princip. ſolu.matri. & l. commodiſſimè.de li-
ber.& poſth.& ibi latiſſimè per Doct.quia non debet
quis velle diuinare:& ex capite ſuo fabricare, & ima-
ginari voluntatem teſtatoris,quę non exhibetur pro-
bata legitimis modis, vt diuinationem fugiendam &
claritatem præcipuam adeſſe in teſtamentis mandat
Impera.in auct. de teſta.imperfect.§.1.& Cur. Senio.
in conſ.29. colum. pen. dicit , Ex capite noſtro con-
iecturando voluntatem defuncti non debemus in-
telligere fuiſſe locutum in alio caſu, quàm cogitaue-
rit, & expreſſit per verba clara & aperta : & Corn. in
cōſ.61.Poſt reditum.colum.1.ver.& ſuper hac inſtat.
lib.3.dicit, nō debemus diuinare mentē , & ex noſtro
capite ſententiam dicere,hæc eſt mens teſtatoris,ideo
recedamus à verbis:quia ibi in col.pen.ver.& non vi-
deo.dicit, quòd animaduertatur , quod tunc demum
receditur à verbis,quando conſtat de mente , & non
aliter,per l.non aliter. de leg.3. & Ripa. in l. hæredes
mei.§.cum ita.col.9.in fin.num.34. dicit coniecturas
oportere eſſe neceſſarias , & multùm concludentes:
non autem quæ ex noſtra fantaſia imaginantur ad
mentem teſtatoris percipiendam.idem in ſimili dicit
Aymo.in conſi.161.num.12.& alibi etiam dixi,& cum
dicto Apoſtoli,Noli plus ſuper quàm oportet ſapere.
12 Et hoc eſt,quod etiam cōmuniter dicitur,quòd † ſæ-
penumerò erramus in coniecturanda mente teſtato-
ris,quia eius animum nō videmus:vt per Iaſ.in conſi.
108.col.2.& in conſ.143.in prin.lib.4.& Dec. in conſ.
89.col.2.licet enim dicat Bald.in conſil.40. Quidam
13 magnus nobilis.col.fi. vltra med.lib.3.quòd † teſta-
menta debent ſane interpretari & arbitrio boni viri
& diſcreti,& dicat Aret.in conſ.fi.quòd ad bene & re-
ctè iudicandum in cauſa voluntatis teſtatoris vnuſ-
quiſque ſecundum ſeipſum, conſcientiam ſuam & ra-
tionem naturalē conſiderare debet,& dicit Cur.Seni.
in conſi.32.Super teſtamentis.col.8.ver. Nam verba.
quod debet coniecturari ex eo,quod quilibet videtur
ſapiens feciſſet,aliqua allegando:cui addo Bal.in l.de
quibus.col.10.ver. quo ad quintum. ff. de legi. quòd
conſtare tacitum per coniecturam eſt id , quod vide-
14 tur hominibus peritis & ſapiētibus.Tamen hæc † o-
mnia intelligenda ſunt,ſi verba teſtamēti poſſint ad-
aptari ad ſenſum , quem capere volumus:aliâs ſi non
poſſint adaptari, talem ſenſum capere non debemus,
poſito,quòd apud nos ſit præſumptio,teſtatorem ſen
ſum illum habuiſſe ſecundum Pau.de Caſt. in conſil.
152.Prę́ſens dubium videtur formari.in fi.li.1.per l.in
ambiguo.in fi.de reb. dub. & l. ſi alij de vſufr.leg.quē
ſequitur,& dicit in hoc rectè conſuluiſſe,Alex.in con-
ſil.139.circa primum.col.3.verſic.vnde ſatis in ſpecie
lib.6.& alibi diffuſiùs de verbis. cum ſenſu & mente
attendendis,dicendum commodiùs incidet:ita intel-
ligendam d.l. quoniam, C. de nat.liber. & dictum il-
lud de arbitrio viuentium circa interpretationem vo-
luntatum teſtatorum intelligendum arbitror.

*SVMMARIVM.*

1 *Voluntas teſtatoris ſumit quoque interpretationem, dum eſt dubio ab aditu.*

2 *Aditus vel ad hortum,vel ad coquinam,demonſtrat, quādo ſub legato domus veniat coquina vel hortus,& ſi ſint plures aditus ad ſimilia hæc acceſſoria:attenditur aditus magis frequens.*

3 *Aditus ad rem legatam,debet eſſe per locum minùs damnoſum,& exiſtens intra parietes domus legatæ ei cedit intelligēdo acceſſoriis coniunctis rei legatæ,& niſi contra aditum adſit deſtinatio ipſorū acceſſorū ad aliū vſum.*

4 *Auditor*

4 *Aditus facit ad plures quæſtiones,& quomodo ad rem legatam debent præſtari.*

SOLVTIO XI.

1 VNDECIMO ab † aditu locus quandoque poſſet præſtare teſtatoris voluntatis quæſtioni declarationem, quæ inter hæc exiſtit, quæ proueniunt ex teſtatoris vſu quippe voluntatem ipſius teſtatoris demonſtrante: l. damnas.§.1.de vſufr.leg.& Glo.in l.ſi cui, de lega. 3. Semper autem demonſtratio huiuſmodi reſpicit ea, quæ ſunt acceſſoria rerum aliquarum principaliter le-
2 gatarum: vt † quando eſt legata domus habens balneas vicinas, vel hortum vicinum ex aditu per ipſam domum,vel hortum,vel balneas iudicatur ſub legato domus cedere balneas,vel hortum:vt l.prædiis.§.balneas.& §.qui domum.de leg. 3. & ibi Bart.& Albert. quod procedit,etiam ſi legatur habitatio domus, per l.fin.de ſerui.vrba.prædi. tradit Alc.in conſ.223.Viſis verbis.colum. 1. lib.2.idem per dict.l.prædiis. §. balneas. cum ſequent. venite coquinam ſub legato domus,per quam maximè apparet aditus magis frequẽs ad ipſam coquinam ponit Alexand.in conſi.54.Ponderatis.ver.tantò magis.lib.3. concedit Pariſ. conſil. 80.num.4.19. lib.2.& ſi plures ſunt aditus ad ſimilia hæc acceſſoria,attenditur aditus magis frequens:Bar. in dict.§. qui domum.refert Dec.in conſ.109. colum.
3 2.ver.quintò hoc etiam. † & debet eſſe aditus per locum minus damnoſum:Bald.in conſ.24.Quidam Vanes.lib. 5.quando etiam hæc acceſſoria per alia loca haberent aditum, ſi tamen intra parietes domus legatæ ſint,ei cedunt, vt declarat Alexand.in conſ.204. Perſpectis,colum.1.ver.& poſito,quòd dicta apotheca.lib.6. & plures deciſ. ad hæc ſimilia allegat Iaſ. in l.ſi.col.3.in princ.ff.de conſt.princ.non verò cedunt, quando verè non coniuncta & acceſſoria non ſunt rei legatæ,& contra aditum adſit deſtinatio ipſorum acceſſoriorum ad alium vſum:vt per Bal.in d.l.fin. in prin.de ſerui.vrba.prædi.& ibi Angel.& Paul.de Caſ. & Carò.Ruin.in conſ.71.Circa proceſſum.col.2.ver. non obſtat inſuper.lib.2.vt quando eſt etiam legatus fundus prope domum,ad quem eſt aditus per ipſum fundum , non venit domus in legato : l. teſtatrix. in
4 princi.& ibi Bald.ſi ſerui. vendi. De † aditu vide plures quæſtiones per Ang.in l.quod conclaue. de dam. infect.& debetur parti ſuperiori legatæ: Socin.in cõſil.233.col.1.lib.2. & quomodo per hæredem aditus ad rem legatam debeat præſtari legatario,habetur in l.ſeruum.§.fin.de leg.1.& ſeruitus per aliam rem propriam ad domum legatam: Capra de reg. com.concl. 111.num.28.Nota , quæ non ſunt adiacentia , neque deſtinata ad perpetuum vſum rei legatæ , non cedere legato,tradit al legando iura Iaſ. in conſ.91. Requiſitus.in 2.dub.lib.1.idem de hac q.de legato domus,an veniat hortus,plura ponit in l.ſi. colum.3.ff. de conſt. princip.& dicetur in lib.4. interpret.1. dubit. 7. ver. acceſſoria.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris poteſt interpretari neceſsitate, quæ ſumi poteſt duobus modis:declaratiuè,quòd teſtator voluerit prouidere,& diſponere in caſibus neceſſariis, reſtrictiuè & correctiuè , quòd ſenſerit ſuam legem teſtamentariam reſtringi,& corrigi per neceſsitatem.*

2 *Neceſsitas actus faciendi aliquid per teſtatorem pro validitate ſuæ diſpoſitionis facit interpretari verba talis diſpoſitionis dicere, & eſſe talia prout ipſa neceſsitas requirit.*

3 *Diſpoſitio teſtatoris debet in dubio trahi, & interpretari ad caſum magis neceſſarium, vt ad ſubſtitutionem directam,quæ eſt magis neceſſaria,quàm fideicommiſſariam.*

4 *Neceſsitas debiti vbi vrget,inducta à lege, facit interpretari legatum factum creditori eſſe factum animo cõpenſandi:exemplum,ibidem.*

5 *Legatum,factum alicui pro neceſsitatibus ſuis, exponitur pro alimentis: quia alimentorum expenſa dicitur neceſſaria.*

6 *Neceſsitas famis crudelior, & maior omnibus eſt, & eſt neceſsitas,quando non habet aliter,vnde ſe ſubueniat pro neceſſariis ſuis poteſt dari religioſo,vel monacho vſusfructus.*

7 *Verba,Pro ſua neceſsitate, quòd poſsit vendere, quinque requiruntur,vt valeat vẽditio,quòd neceſsitas ſit euidens quod in eum modum ſit vendenti poteſtas permiſſa:quòd in cauſam neceſſariam non ſit ſuperflua quãtitas,quòd reſpectu loci, & tẽporis adſit opportunitas, & quòd ceſſet omnis fraus.*

8 *Relictum in ſubſidium exponitur pro neceſsitatibus.*

9 *Neceſsitas eſt triplex, Fatalis, vt ſi quis incidat in latrones.Naturalis,vt infirmitas,neceſsitas alendi familiã. & neceſsitas data opera,vt in contrahẽte debita,ſpõte, vel committente maleficium,& quomodo quis dicatur eſſe in neceſsitate,vel non eſſe.*

10 *Neceſsitas non dicitur ex eo proueniens,quæ quis ſponte fecit,niſi ad illud faciendum cogi potuiſſet.*

11 *Neceſsitas reſpectu futuri dicitur,non præteriti, & multis modis accipitur.*

12 *Verba pro neceſsitatibus,non faciunt conditionem,ſed demonſtrationem,& important alimẽta , & quòd non ſubſint neceſsitates.*

13 *Neceſsitatis cauſa ceſſante quando ceſſet,quod ſtatutum, vel introductum eſt propter neceſsitatem.*

14 *Neceſsitas,quæ non ſubiacet legi,ſed ipſa ſibi facit legem interpretationem reſtrictiuam , & correctoriam inducit.*

15 *Neceſsitas naturalis ſubeſt,vt hærede ſimpliciter prohibito alienare , quia perpetuò viuere non poteſt, exinde ſit , quòd moriendo teſtatus , vel ab inteſtato ceſſat prohibitio,& neceſſaria dicitur alienatio , & vbi neceſsitas eſt condere teſtamentũ loco,& tempore , quibus non poſſunt haberi ſolemnitates requiſitæ, neceſsitas reſtringit,limitat,quòd minor ſolennitas ſufficiat, veluti tempore & in loco peſtis valet teſtamentum cum minori numero teſtium.*

16 *Teſtamentum poteſt probari per teſtes , quando propter inundationem aquarum , vel magnas niues teſtator ruri exiſtens non potuit habere notarium,ſine quo per ſtatutum erat prohibitum teſtari,eadem ratione valet teſtamentum peregrini coram duobus, vel tribus teſtibus,cum plures habere non poſsit.*

17 *Teſtamentum vti legem reſtringi & limitari à neceſsitate generale eſt,tam circa ipſum teſtamentum , quàm in eo diſpoſita.*

18 *Neceſsitas reſtringit verba generalia ad cauſam ipſius neceſsitatis.*

19 *Actus humani noſtri regulantur à poteſtate & voluntate.*

20 *Neceſsitas dicitur eſſe quoddam accidens , & inſtans dupliciter negatiuè, & affirmatiuè,præter vel contra voluntatem noſtram, culpaq; noſtra ad id principaliter ordinata ceſſante.*

21 *Neceſsitas negatiuè comprehendit caſus nobis impoſsibiles de iure,& de facto,ibidem declaratur.*

22 *Neceſsitas affirmatiuè continet caſus poſsibiles , & neceſſariò conſiciendi,& ſequẽdi pro perſonarum,ac rerum conſeruatione,tam ad priuatam,quàm ad publicam vtilitatem.*



23 *Neceſsitas conſideratur & operatur circa tempus inſtans, & non in præteritum,vel in futurum,ſed quando vrget,& eatenus operatur,quatenus ſit neceſsitas,& nõ extenditur vltra:& ea,quæ non voluntariè geruntur, non extenduntur vltra,quàm gerantur.*

24 *Neceſſarius actus non dicitur, qui habet originem à voluntario actu , neceſsitatem omnino excludit libera voluntas.*

25 *Neceſsitatis præſidium non ſuffragatur ei, qui volens affectauit,& incidit in ipſam neceſsitatem:ſic affectata, & procurata non prodeſt affectanti,& procuranti.*

26 *Neceſsitas eſt triplex:præciſa, cauſatiua, & honeſtatis, & ſua poteſtas tanta eſt,vt ſit ſupra omnes hominum leges interpretatiuè , & diſpenſatiuè ad plures deciſ. ibidem.*

SOLVTIO XII.

1 DVodecimò, † à neceſſitate locus interpretandi teſtantium voluntates ſequitur,& ſumi poteſt duobus modis.Primò declaratiuè,quòd teſtator ſenſerit,& voluerit prouidere & diſponere in caſibus neceſſariis.Secundò reſtrictiuè , & correctiuè , quòd ſenſerit teſtator ſuam legem teſtamentariam reſtringi,& corrigi per neceſſitatem,ſicut reſtringitur,& corrigitur omnis lex communis, ipſa communi lege etiã ſic volente.

2 Primò † verba teſtatoris intelliguntur & exponũtur eo modo,quo de neceſſitate ſunt intelligenda.Vt de patre , qui tenebatur filiæ relinquere iure inſtitutionis: prout debet relinquere, per text. in §. aliud in auth.vt cum de appel.cognoſ. vt conſuluit Bartol. in conſi.151.Marſilius , licet aliqui tenuerint contrariũ, etiam in caſu , quando ſimpliciter reliquerit dotem: vt per Ruin.in conſi.17.num.3.& num.9.lib.2.tamen ita eſſe Comm.Opin.defendẽdo,& contrariis reſpõdendo,dicit Deci.in l.humanitatis. in 2.col. in 2.not. C.de impub.& de teſtatore,qui dixit,Si vxor ſua prægnans eſſet.intelligitur , quandocunque ex ipſo teſtatore prægnans eſſet: l.placet.de libert.& poſthum. & debet interpretari teſtamentum valere & teſtatorem ſenſiſſe de caſibus neceſſariis,naſcẽdo ex diuerſis prægnationibus filio & filia,prout euenire poteſt, per no. in l.Gallus.§.videndum.& ita tradit Bal.in conſi.128. Ad intelligentiam. lib.1. item neceſſitas rei familiaris circa alienationem rei legatæ,facit voluntatem teſtatoris perſiſtere, quod legatum non extinguitur : vt l. fideicommiſſa.§.ſi rem.de lega.3. & plenè per Bart.in l.rem legatam.de alimen.leg.duabus autẽ cauſis exiſtentibus:& voluntaria,& neceſſaria , præſumitur teſtator diſpoſuiſſe ex cauſa neceſſaria,per alle.ab Aym. in conſ.149. nu. 12. vbi de marito exiſtente debitore vxoris de certis ſummis pecuniarum pro iocalib.veſtibus nuptialibus , & donatione propter nuptias, quod erat debitum neceſſarium , apparens ex inſtrumento,& cauſa legati , quod dicitur donatio exiſtente,quæ eſt voluntaria,cum maritus iſte legauerit vxori certam ſummam præſumitur quidem ſenſiſſet de di-
3 cta cauſa neceſſaria,non autem voluntaria:† quia diſpoſitio teſtatoris in dubio debet trahi interpretando ad caſum magis neceſſarium:adducendo in ſpecie Bal.in conſ.35.Pater filio.col.2.per l.1.§.quid ergo,de vent.inſpi.& l.quod Labeo.de Carb. edict. tenentem ibi, quòd ſubſtitutio directa ſit magis neceſſaria, quã fideicommiſſaria,& ad illam dirigi voluntatem teſtatoris,eadem & ſimilia ad hoc idem dictum Aym.in aliis conſ.allegat:vt in conſ.135.num.12.& nu.34. & in conſ.272. col.2. ver.6. cum ſi.& conſ.297. ad fin. & conſ.301.nu.6.& conſ.304.nu.5.& conſ.308.in fin. ad idem Grot.in l. qui Romæ.§. duo fratres. num.24.de verb.oblig.

4 Exinde eſt,quòd † debitor legando creditori non videtur animo compenſandi legare,niſi euidenter appareat de voluntate teſtatoris compenſare volentis,vt.creditorem.de leg.2.ſed de huiuſmodi voluntate compenſandi dicitur conſtare ex cauſa debiti,quãdo eſt neceſſaria cauſa : vt l.ſi cum dotem. §. ſi pater. ſolut matrim.& ibi Doct.& in auth.præterea.C.vnde vir.& vxo.ponentes exempla in patre obligato à lege dotare filiam,aut filio dare legitimam , cui ſi fecit legatum.videtur animo compenſandi feciſſe,ita de aliis obligatis neceſſario prima originali cauſa inſpecta, tradit Aym.cõſ.131.col.pen.& ſi. de quibus legati animo compenſandi factis,vel ne,alibi dicetur:hîc autem ſi biter id tactũ eſt,vt cognoſcatur,q̃ declaratio à neceſſaria cauſa haberi poſſit , alibi etiam dicendum incidet, quatenus diſpoſitio teſtatoris ex neceſſitate quadam de eo intelligatur,quod operari poſſit,vt infrà li. ſeq.interpret.3.dub.2.ſolu.5.

5 Quomodo enim † intelligantur legata, quandoq; facta pro neceſſitatibus,vel in neceſſitate , videndum eſt, quòd legatum factum alicui pro neceſſitatibus ſuis, exponitur pro alimentis , per l. penult. §.fin.& l. fi.de adim.leg.tradit Aym.in conſ.199.colum.2.num. 4.Nam expenſa alimentorum,dicitur expenſa neceſſaria,not. Bald.in l.ſiue hæreditaria.ff.de neg. geſt. Et neceſſitas famis,crudelior & maior omnibus eſt:Dec. in conſ.555.num.12.& de ea per tex. & Albert.in l.2. C.de patr.qui fil.diſtr.de cuius legis intellectu & aliis in materia congerit Tiraq. de retract.tit.1.§.26.glo.ſi nu.14.vſque ad nu.19.& ſeq.& neceſſitas eſt. quando non habet aliter,vnde ſubueniat:c.quanto de conſue. Abb.conſ.17.verſus ſi.lib.1.Pro neceſſariis ſuis poteſt dari religioſo vel monacho vſusf.vt per Abb.in c.niſi in ſi.de præben.& quid,ſi hæc verba adiecta ſunt certæ quantitati,et legatum diu ſteterit occultum,declarat Bal.conſ.135 Bartholom.lib.1.

7 Item, quando teſtator diſpoſuit , † quòd ſua vxor poſſit vendere pro ſua neceſſitate,quinque requiruntur, vt valeat venditio. Quòd neceſſitas ſit euidens: quòd in eum modum ſit vendenti poteſtas permiſſa: quòd in cauſam neceſſariam non ſit ſuperflua quantitas,quòd reſpectu loci et temporis adſit opportunitas:vltimum,quòd ceſſet omnis fraus,et ſic confeſſio vendentis interueniens eſſet ſuſpecta, vt magiſtraliter tradit Bald. in conſil. 322. Præmittendum. in fin. lib.1.refert Aym.in conſil.241.colum.15.ver.ſecundò reſpondeo.

8 Relictum in † ſubſidium idem importat,quod pro neceſſitatibus: Ang.in conſ.393. Pietus. ver. non ob. ver.alibi Bal.conſ.20.Quid importent iſta verba,lib. 2.dicit , ſuper expoſitione iſtorum verborum , quòd non obſtante ſubſtitutione poſſit alienare pro ſuis neceſſitatibus , et pro redemptione perſonæ : quòd
9 † triplex eſt neceſſitas,fatalis,vt ſi quis incidat in latrones: naturalis,vt infirmitas et neceſſitas alendi familiam: et neceſſitas data opera , vt ſi quis contraxit debita ſponte,vel commiſerit maleficium, et ſic pro quibus neceſſitatibus poſſit alienari ibi Bal.declarat: et in l.illud circa princ.de ſacroſanct.Eccl.quomodo quis dicatur in neceſſitate,refert An.Aret.in tract. de teſta.in gl.67.in fin.et Boer.in deciſ.44.num.27.
10 † Quomodo verò quis dicatur non eſſe in neceſſitate aliqua , adducit Alex.in conſil.72. Viſo proceſſu

col.fin

col. fin. lib. 5. Neceſſitas enim non dicitur ex eo pro-
ueniens, quòd quis ſpontè fecit : Bald. in d.conſi. 20.
& in l.magis.§. ſi pupillus.ff.de re.cor. notandum di-
cit Tiraq.de retract.tit.1.§.1.glo.14. nu.15.16. & facit
l.qui id, quòd ff.de don. Ecôtrario autem dicitur ne-
ceſſitas vigere ex eo, quod quis ſpontè fecit, ad quod
tamen aliquo reſpectu poterat cogi ad plura eſt text.
& ibi Bar.& Bal.in l.nouiſſimè.ff.quod falſ.tu. & Bar.
in l.ſi non ſortem.§.ſi quis filio.& §.ſi quis quaſi.& i-
bi Bald.in §.indebitum. in fin. & Bar.in l.is,cui. ff.de
cond.indeb.& in l.creditor.in prin.ff.de ſolu.& ibi in
Apoſtil.Bal.in l.cum aliquis.in prin. C.de iure delib.
Afflict.in deciſ.150.nu.16.& ſeq. & Deci. in conſ.22.
num.2. & conſ.63. col. pen.in fin.& in l.& ſi tibi pe-
11 cunia. nu.5.ſi cert.pet.† & dicitur neceſſitas reſpectu
futuri & non præteriti:Bald.in d.conſ.332. in fi.lib.1.
atque multis modis accipitur, interdum pro ipſa coa-
ctione, pro munere publico, pro legis prohibitione,
vel metu, interdum pro ægritudine vel alio impedi-
mento:vt per Luc.de Pen.in l.nemo. C.de an.& trib.
lib.10.& aliqua per Franc.Marza. Vincenti. in mate-
ria fideic.in 2.par.q.41.

12 Item,† verba pro neceſſitatibus, non facere condi-
tionem & adiecta certæ quantitati, continet debitum
legati etiam quòd non ſubſint neceſſitates, probat
Corn.in conſi.187. Circa hanc conſultationem.colu.
pen.in ver.his tamen non obſtantibus, lib.2.ſed face-
re demonſtrationem,& ſic importare alimenta, quæ
poſſunt peti, etiam pro annis præteritis, quibus lega-
tarius ignorauit legatum ſibi factum, vt per Petr. de
Ancha.inter conſil. Cald. conſi.20. An ſi legatur ali-
cui, in tit. de teſtam. refert & ſequitur Aymo. conſil.
277.col.9.ver.ideo ſi fiat.Reſpectu verò certę neceſſi-
tatis, relictum debetur tempore neceſſitatis. l. nec ſe-
mel.§.ſi in habitationem.ibi Bar.ff.quãdo di. le. ced.
& Bal.in auct.ingreſſi.col. pen.in fi.ver. ſed nunquid
13 inſpicimus.C.de ſacroſan.Eccl. † Neceſſitatis autem
cauſa ceſſante, quando ceſſet, quod ſtatutũ vel intro-
ductum eſt propter neceſſitatem, tracta.Tiraq.in trac.
ceſ.cau.in 1.par.in ver.Neceſſitatis.num.179. & Rip.
in tract.de peſte.in 2.par.princ.Rub. de priuileg. vlt.
vol.num.28.& ſeq.

14 Secundo,† reſtrictiua vel correctiua interpretatio
diſpoſitionis teſtatoris à neceſſitate inducitur: habẽ-
te huiuſmodi ſupremam poteſtatẽ ſupra omnes diſ-
poſitiones:quia neceſſitas non ſubiacet legi, ſed ipſa
ſibi facit legem:c.remiſſionem.1.q.1.& c.2.circa fin.
de obſer.ieiu.cum alle.ibi in gl.& gl.in l.1.in ver.ex-
pedire.ff.de offi.conſ. per Affli.in §.2. num.16.de iu-
re protomiſ.cum vulg. Nam vbi neceſſitas proceſſit
ex facto teſtatoris, quod bona legata ſeu fideicom-
miſſo ſubiecta, debeant alienari, in alienatis reſtrin-
gitur ſeu corrigitur non habere locũ diſpoſitio ipſius
teſtatoris;l.cum fidei.§.1. ff.de fideicom.liber.cũ con
cord.ibi in glo.in ver.pendeat.& per gl. & Doct.in l.
filiusfam.§.Diui.de leg.1.& in l.Marcellus.§.res,quę.
ad Treb,& vbi neceſſitas reſpicit quodammodo vti-
litatẽ publicam pro dotibus conſtituẽdis, facit ſup-
pleri de rebus fideicõmiſſo ſubiectis,& ſic certo mo-
do reſtringit diſpoſitionem teſtamentariam, per tex.
15 Glo.& Doct.in auc.res,quæ comm.de leg.† Et vbi na
turalis neceſſitas ſubeſt, vt cum hæres fuerit ſimplici
ter vel generaliter prohibitus alienare, quia non po-
teſt perpetuo viuere, exinde fit, quod moriendo teſta-
tus ſiue ab inteſtato, ceſſat prohibitio alienationis,&
ſic ad hæredes dicitur alienare, & neceſſaria dicitur
alienatio, ſic limitans dictam prohibitionem, vt l.pa-
ter.§.fundum.de leg.3.l.1.§.non ſolũ,& ibi gl.in ver.
neceſſitate, vt leg. ſeruan.cau. caue.pl enę tradit Alex.
in conſ.55.Ponderatis.col.2.& ſeq.lib.3. & in conſil.
155.Viſis & accuratè.circa pri.li.2.& Cur.Sen.in cõſ.
46.Sæpè reuoluta.col.14.ſub ver.ad tertium.& Iaſ.in
conſ.101.Super præmiſſa conſultatione.lib.1.& conſ.
31.Nobilis Do.Ioannes.col.3.lib.3.Et vbi neceſsitas
eſt, condere teſtamentũ loco & tempore, quibus non
poſsint haberi ſolemnitates requiſitæ ad ipſum teſta-
mentũ, tunc neceſsitas ipſa reſtringit & limitat, quòd
minor ſolennitas ſufficiat, vt tempore, & in loco pe-
ſtis valeat teſtamẽtum cum minori numero teſtium,
concord.alleg. Marſ.in l.1.§. præterea. num.121.ff.de
quæſt.& Ripa in d.tract.de Peſte.in 2.par.2.par.prin-
cipalis Rub.de priuil.vltim.vol.maximè in graui pe-
16 ſte.Rol.à Val.conſ.81. nu.21. lib.1.† & ſimiliter, quòd
poſsit probari teſtamentum per teſtes, quando pro-
pter inundationem aquarum vel magnas niues teſta-
tor in rure exiſtens, non potuit habere notarium, ſi-
ne quo per ſtatutum erat prohibitum teſtari; vt per
eundem Marſ.in d.§.præterea. num.133.Eadem ra-
tione valeret teſtamentum peregrini coram duobus
vel tribus teſtibus, cum plures haberi non poſsint:
Marſ.ibidem num.123.quod intelligitur locum ha-
bere, ſi peregrè moriatur : Paul.de Caſtr.in l.nutrito-
17 ribus.C.com.de ſucceſſ.† Namque demum generale
eſt teſtamentum vti legem:§.diſponat. in auc.de nup.
reſtringi, corrigi & limitari à neceſsitate tam circa
ipſum teſtamentum, quàm diſpoſita in eo, ſicut leges
& ſtatuta reſtringuntur,& limitantur à neceſsitate, vt
plures caſus & exempla plura in diuerſis factorum
ſpeciebus colligunt,& ponunt in diuerſis locis Doct.
relati à Neuiz. in Syl.nupt.in lib.5.num.47.48.& à
Tiraquel.in d.tract.de retract.tit.1.§.26.gl.1.num.18.
& Aym.conſi.6.nu.91.& in conſ.215.& Pariſ.in conſi.
32.li.2.qui plurima ſimilia allegat de neceſsitate pro
confirmatione teſtamenti, tempore peſtis facti co-
ram quinque teſtibus : idem in conſil.ſequen. In his
28 †quoque, ſi verba eſſent generalia, reſtringuntur ta-
men ad cauſam neceſsitatis : Bald.conſ.187. Gene-
ralitas.li.4.& plura etiam per Ro.in conſ.218.Ex The
mate.col.2.plures quoque deciſ.à neceſsitate indu-
ctas, in omnibus caſibus congerit Rol.à Val.in conſi.
30.nu.13.cum ſeq.& conſ.80.nu.1.& ſeq. lib.3.& Pet.
Gerard.in ſing. vlt. ſuorum ſingul. Quoniam Andr.
Tiraquel.in d.num.18.inquit:¡Si vellet ibi Doct.dicta
in hac ſpecie adijcere, priùs deficeret dies. Pro omni-
bus his dictis & exemplis putaui breuem terminis
noſtris legalibus conuenientem ipſius neceſsitatis
deffinitionem, ſeu deſcriptionem adducere, quoad
fieri poſsit, magis generalem, & comprehendentem
exempla, & dicta omnium Doct.in materia. Quod
hucuſque non reperij per aliquem fuiſſe factum, niſi
quoad impenſas neceſſarias, tradunt gl.Bar.& Alber.
in l. & in totum.& in l. impenſæ.ff.de impen.in reb.
doct.fact.& generaliter de impenſis eſt tex.in l.im-
penſæ.de verb.ſign.

Conſiderabam neceſsitatem huiuſmodi in termi-
19 nis legalibus ſic poſſe diffiniri,& demonſtrari.†Præ-
mittendo priùs quòd humani actus noſtri regulantur
à poteſtate, & volunate, ſecundum Boerium & Bal.
eum allegãtem in rep.l.1.col.antep.ſub.ver. vnde ego
dico.C.de ſac.ſan.eccle. & alibi per Doct.allegatum.

20 Eſt enim†neceſsitas quoddam accidens & inſtans
dupliciter negatiuè,& affirmatiuè, præter vel contra
voluntatem noſtram, culpáque noſtra ad id princi-
paliter ordinata ceſſante, ita neceſſarium dici duo-
bus modis, ſcilicet negatiuè & affirmatiuè, dicit Bal.
in auct.niſi.col.1.ſeu 2. ver. neceſſarium autem.C.ad
Treb. allegãdo not.in c.1.de reg.in 6.ſed aliter non
declarat, ego enim declaro negatiuè. ſ. quòd negat
potentiam



potentiam noſtram quod aliter nõ poſſumus facere,
etiam ſi velimus, affirmatiue, quod debemus taliter
facere etiam, ſi nolimus quodammodo.

21 Primo modo†negatiuè comprehenduntur caſus
de iure & de facto impoſſibiles nobis, ita cùm pote-
ſtas denegatur, voluntas remanet inanis, & cogitur
non agere perfectè,& non operari : exinde autem ſe-
quitur, neceſſitatem ſubeſſe negatiuam, vt ſunt con-
ditiones impoſſibiles, & quatuor modis impoſſibi-
les, vel de natura, vel de iure, vel ex perplexitate, vel
de facto quando vitient teſtamentum, vel quando vi
tientur late declarãt Bar.& alij in l.1.ff. de cond.inſt.
& gloſ.& Doct.in §.impoſſibilis.Inſt. de hæred.inſt.
& caſus in l.hoc modo.de condit. & demonſt.& ſub
iſta neceſſitate negatiua ſunt caſus poſiti per Marſ. in
d.§.præterea.num.113.cum ſequen. quod ob impoſ-
ſibilitatem præſtandi cautionem fideiuſſoriam in
promittente de non oſtendendo ſufficiat nuda cau-
tio, cum generali obligatione bonorum : idem in vſu
fructuario, idem in appellante excuſando à non pro-
ſecutione appellationis ob impoſſibilitatem ; idem
in emphyteuta, non ſoluente canonem ob inopiam,
idem in teſtamento cum paucioribus teſtibus condi
to tempore peſtis, propter impoſſibilitatem & diffi-
cultatem habendi plures teſtes:idem in contractu, ro
gato per vnum Notarium, cum duo Notarij requiſiti
per ſtatutum non potuerint haberi ob difficultatem
aliquam euenientem:idem in aliis caſibus ſuis autho
ritatibus firmatis, vt ibi per eum, in quibus propter
impoſſibilitatẽ ceſſant leges & ſtatuta,& per alios al
leg.per Tiraq.in d.nu.18.quos aliter hic non tranſcri
bo:quia per eandem rationem ſunt determinati ex
dicta neceſſitate negatiua quæ ideo ſufficiat, ſic gene
raliter demonſtrata,& diffinita.

22 †Secundo modo affirmatiuè continentur caſus
poſſibiles,& neceſſario conficiendi, & ſequendi pro
conſeruatione perſonarũ,& rerum tam ad priuatam,
quam publicam vtilitatem, natura etiam ſic ordina-
ta,& poteſtate maiori, ita quod facere cogimur etiam
inuiti, vt conſeruentur perſonæ, res priuata & publi-
ca vtilitas,& magiſtratus,& maioris poteſtas, & cur-
ſus naturæ, vt eſt caſus alimentorum nobis neceſſa-
riorum, etiam ſi nolimus, vt dixi certo modo ſi volu-
mus viuere, vt deſideramus naturaliter, quia ſine his
viuere non poſſumus : l. legatis.de adim.leg. l.verbo
victus.de verb.ſigni.eſt tex.in d.l.ſiue hæreditaria ff.
de neg.geſt.& caſus nuptiarum eſt neceſſarius modo
legitimo pro conſeruatione generis humani, non
quòd quis cogatur nubere, ſi nolit, ſed cogitur exple-
re ea, quæ pro nuptiis ipſis dãtur, ſcilicet dotes.l.qui
liberos.ff.de rit.nupt.& per not.in l.1.ſol.matr.& iſta
ex neceſſitate, publica vtilitate verſante in ſubſidium
alienantur res fideicommiſſo ſubiectæ, per text.in d.
auct.res quæ.Quod procedit, etiã ſi dictæ res nõ eſ-
ſent alienatæ vel obligatæ, quia pro obligatis haben
tur, ex quo neceſſario erant obligandæ per patrem
teſtatorem, obligatum dotare filiam:ideo etiã ſua ex-
preſſa prohibitione non valentem remouere talem
neceſſitatem & prouiſionem: d. auct.res quæ.vt not.
Pau.de caſt.in con. 80. Quia per ſupraſcriptum. lib.
1.& Alex.in conſi.56. Conſideratis col.2.ver. verum.
quia in hoc, lib.1.& latè Soci.in conſ.75.lib.1.ſaltem
aliis rebus non exiſtentibus,& dicetur alibi, pro con
ſeruatiõe vitæ ſoluitur lex ieiunij;d.c.2.de obſer.ieiu.
& permittitur offenſio &percuſſio contra aggreſſorẽ
l.vt vim.de iuſt.& iur.& permittitur furtum;vt ca. ſi
quis.de furt.Et eſt caſus impenſarum pro conſerua-
tione rerum neceſſariarum:d.l.impenſæ. de impenſ.
in reb.dot.& d.l.impenſæ.de verb.ſignifi.Et eſt caſus
belli:vel penuriæ pro conſeruatione publicæ vtilita-
tis & tuitione, multifariam violantur,& franguntur
immunitates & exemptiones, & coactè fiunt vendi-
tiones & ſolutiones collectarum & ſubſidiorũ:vt plu
res deciſiones particulares ponunt Alex.Iaſ.Socin.&
Ripa.in l.ſi ex toto.in princi.circa vlt.col.de leg.1.&
Felin.in c.querelam.Poſt gloſſ.ibi colum. fi. de iure-
iuran.& Alexan.in conſi.216.Nec arguendi.colum.5.
ver.9.lib.2.Pau.de Caſt.in l.diuus.in princ. ff.de pet.
hæred.Vtque à natura eſt caſus mortis, quæ eſt neceſ
ſaria, ita quod ſucceſſio & alienatio per eã obueniẽs
tollit prohibitionem alienationis factam à teſtatore,
vt ſupra dictum eſt:non poteſt enim non exiſtere cõ-
ditio mortis:l.hæres meus.in prin.de cond.& de mõ.
& aliis caſus à natura prouenientes tempore factio-
nis teſtamenti non impediunt teſtamentũ ſuis inter-
uallis.diſpenſando legem diſponẽtem teſtamentum
vnico contextu debere fieri:vt habetur in l. hæredes
palam.§.ſi.ff.de teſta.& in l.caſus, & in l.cum anti-
quitas.C.eo. Vtque eſt caſus authoritatis Magiſtratus
rectè procedentis, cui debemus neceſſario parere, vt
c.quod quis mandato.de reg.iur.in 6.&ibi.gl.et Dyn.
ponens exempla.et l.3.§.1.ff.de reb. eo.ibi : quia non
ex tutoris vel curatoris voluntate, ſed ex magiſtratuũ
authoritate, et ibi magis eſt, vt pareat. hæc enim alie-
natio non ſponte tutorum fit.et l.3.ff.de fun.do.Vtq;
eſt caſus obligationis anteceſſoris vel authoris : vt l.
cum fidei.§.1.ff.de fideic. liber. et l.vnum ex familia.
§.ſi de Falcidia.et l.peto.§.prædiũ.de leg. 2. vt verba
hæc à teſtatore prolata, poſſit et debeat habere, im-
portant neceſſitatem:Alex.con.223.in fi.lib.2.et his
ſimiles plurimi caſus ſunt nobis inuitis procedentes
ad eſſe eorum neceſſitate affirmatiua.

23 Dixi quoddam accidens, et inſtans,†quia neceſſitas
conſideratur et operatur circa tempus inſtans, et nõ
in præteritum vel in futurum, ſed quando vrget, et
eatenus operatur, quatenus ſit neceſſitas, et vltra non
extenditur, vt per Dec.conſi.22.nu.2.et conſi.63.col.
pen.in fi.et con.403.nu.18.allegando Bar.in l.1.§.nũ-
ciatio.col.3.in fi.ver.quãdoque iuris.de no.ope.nũc.
qui id ibi dicit per l.1.in fi.de fer.et l. Senatus.de off.
pręſi.idẽ dicit Bar.in l.ſed et ſi.§.ſed ſi dies.ff.de iudi.
et idem Bar.in l.cum te.in vlt.lect.C.ne vx. pro mar.
quod ea, quæ voluntariè non geruntur, nõ extendun-
tur vltra, quam gerantur: Idem Dec.in l.quæ propter
neceſſitatem.nu.3.de reg.iur.

34 Dixi pręter vel contra voluntatem noſtram,†quo-
niam neceſſarius actus non dicitur, qui habet originẽ
à voluntario actu:l.magis. §. ſi pupillus. de reb.eo.vt
ſupra fuit dictum, et libera voluntas omnino exclu-
dit neceſſitatem:vulg.l.rem legatam.de adi.leg.

Vltimo dictum eſt, culpa noſtra ad id principaliter
25 ordinata ceſſante:†quia præſidium neceſſitatis non
ſuffragatur ei, qui volẽs affectauit, et incidit in ipſam
neceſſitatem:l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſ-
da.cog.et l.2.§.pen.et ſi.et ſi quis caut.et ibi exempla
plura adducuntur in text.et vtrobique glo. et Doct.
Quod cauſa, quæ alias prodeſſet ſi effectata ſit, et pro
curata non proſit procuranti:et affectanti, facit regu-
lam generalem, et plures not.deciſiones in diuerſis
materiis adducit Iaſ.in l. ſi vero.in prin.col.ſi. ff. qui
ſatiſ.cog.et concord.etiam alleg.Hieron.Cagn. in l.ſi
quis maior.nu.97.C.de tranſac.neceſſitas enim con-
tingens oneris ſoluendi deuoluti in aliquem odio et
culpa ſua, eam non excuſat, per text.in l.ſeruus plu-
rium.§.pen.de leg.1.Quando tamen culpa non eſt im
mediatè ordinata ad caſum neceſsitatis ortæ, ſed ad
aliud tẽdebat, nõ nocet, nec aufert præſidiũ neceſsita
tis, qualecunque ſit proficuũ oppreſſo ab ipſa neceſ-
l ſitate

ſitate: vt reſpondet Pariſ.in d.con.32.col.5. num. 32. 33.lib.2.& in conſi.53.col.pen. nu.68.69. lib. 4. nam per gl.Bar.Pau.de Caſt.& Alex.in l.2.§.ſed ſi nõ propter.ff.ſi quis caut.habetur,quod culpa ad aliud tendens,vel ordinata non nocet, quia præſidio impedimẽti quis ſe tueri poſſit. Verum culpa eſſet,& nocẽs, ſi quis non cogitauerit, quod de facili neceſſitas poterat euenire in quantũ incidit & ſic præcogitãdo potuiſſet eam euitare per iura,& deciſ.alleg.ab Aym.in con.97.nu.4.et in con.70.col.pen. circa fin. nu. 11.et in con.179.col.2.nu.5.et à Franc.Balb.in tra.de preſcrip.in 4.par.4.par.principalis.ver.3. principaliter.col.fi.Quod quidem verũ eſſet, vbi hoc euitare fuiſſet in ſola poteſtate ſua,et nõ in poteſtate aliena, et cum ſolemnitate aliqua, per tex. iuncta gl.in l.qui cum maior.§.ſed ſi minor.ff.de bon.liber.et in l.apud Iuli.
26 §.fi.de leg.1.et l.nepos Proculo.de verb.ſig.† Scitur quoque neceſſitatem triplicem eſſe: præciſam:cauſatiuam:et honeſtatis:Gaſp. Valla in l. Imperium.col. 14.nu.37.de iuriſ.om.iud.et Bal.in l.Gallus. in pr.co. 2.de liber.et poſth.Itaque cum ſit tanta vis atque poteſtas neceſſitatis,quæ eſt ſupra omnes hominum leges interpretatiuè et diſpenſatiuè,nõ puto extra rem ſuper ea me aliquantiſper moram trahentẽ hæc pauca adduxiſſe,præcipue in demonſtrando et comprobãdo eius diffinitionem,ſeu deſcriptionẽ: Quæ quidẽ pro centum exemplis et particularibus deciſionibus legum et doctorum ſufficere debet, quam ideo notaui nouam et vtilem,et alibi non ſic declaratam: ſi tamen velis plures particulares deciſ.à neceſſitate inductas videre,adeas Alber.Brun.in tract.de for.in art.de pot. for. in vlt. membro,in 33.fallen. fol. mihi 63. et Tiraq.in libel.de pœn.temper. in 33.cauſa. Dec.in l. 1.nu.35.de offi.eius.

## SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris ambigua poteſt interpretari ab euẽtu, vbi incertitudo eſt circa rem relictam, circa perſonam, cui relinquitur,diſpoſitio ipſa varias ab euentu capit interpretationes,& mutationes.*

2 *Euentus,qui ſequitur de re legata, facit iuris declarationem,dum incertitudo ſit iuris teſtatoris in d. re legata nondum deducti in ſuo eſſe finali & perfecto,ſed quod perfectionem & executionem ſuæ cauſis in pendenti maneat.*

3 *Euentus attenditur ſecundum eius diuerſitatem, & poſt teſtamentum conditum,& poſt mortẽ teſtatoris,quando ſcilicet legatum eſt purum,ſub conditione non exiſtente legato conditionis euentus attẽditur: quia vbi eſt cõditio,apparet,non eſſe inſpiciendum tempus teſtamenti, ſed aliud futurum tempus.*

4 *Euentus demonſtrat incertitudinem exiſtentem rei legatæ vel iuris teſtatoris,circa quantum,quãdo eſt augmẽtum vnius rei accidentis alteri rei legatæ,tuncq; acceſſoriè ex vtraque remanente in ſuo eſſe, & in ſua ſubſtantia,intellige augmento inferiori à re legata.vt ibi.*

5 *Legatum rerum plurium alternatiuè ex euentu ſolutionis ſic & alias inducitur interpretatio,& declaratio voluntatis.*

6 *Euentus caſualis vel momentaneus non facit ad excludendum vel includendum, vt in legato fundi cum ſuis rebus aliquo de eis caſu,& non perpetuo abſente à fundo, non excludit à legato,ſic & abſentia clerici cauſa ſuæ eccleſiæ,vel de mandato ſuperioris, non nocet, ſi ſit propoſitum reuertendi.*

7 *Euentus conditionũ venit ad declarandum omne legatũ rerum incertarum ob euentum conditionum appoſitarum,idem inſtitutione hæredis ſub conditione.*

8 *Euentus in declaratione perſonarum legatarij vel fideicõmiſſarij facta ex aliquo futuro euentu deſignato in teſtamento,ſufficit ad declarationem ipſius,ibidem proſequere,& not.exẽpla de legatis factis vxoribus futuris.*

9 *Euentus quando declarat incertitudinem perſonæ incertæ de incertis,impugnando Saly.in l.id quod pauperibus.C. de epiſc.& cler.*

10 *Euentus in perſonam teſtatoris reddens eam inteſtabilem, vel in perſonam hæredis,legatarij, vel fideicommiſſarij, reddens eum incapacem, quomodo varias teſtamento præbet interpretationes.*

11 *Euentus caſuum conuenientium vulgari pupillari, vel fideicommiſſariæ, ſubſtitutioni oſtendunt nobis ſubſtitutionem ipſam,prout eſt vel vulgaris, vel pupillaris, vel fideicommiſſaria.*

## SOLVTIO XIII.

1 DEcimotertio ab † Euentu quoq; ſit alicuius dubitationis interpretatio declaratiua: vt l. qui res.§. rem autem. ff.de ſolu. & l. iure noſtro. §.fin. ff.de teſt.& tut.l. rem non nouam. in fi.C. de iudi. l.1.§.id,quod natura.ff.ad legem Fal.& in l. aut facta §.euentus.de pœn.& l.ſed & ſi quis.§.interdum.de vſufr.& l.ſi ſic.§.fin.de leg.1.& c. ſi forte. de elect.in 6. quæ quidem iura & & ſimilia quoque Docto,allegãt cum illo Ouidiano carmine: *Exitus acta probat,careat ſucceſſibus opto, Quiſquis ab euentu facta notanda putat,* vt per Alber.Saly.in d.l.rem non nouam, in fi. & Oldr. in conſi.22.Ad quæſtionem.col.2.ver. ſed verius videtur.Marſi.conſi.7. num.11.& Aym.conſi.49.ad fin.& conſ.192.col.antepe.nu. 19. & con.287.col.pen.ver. ex præmiſſis ad mortem.& alibi.

Sed accedendo ad ſpeciem noſtram pro declaratione incertæ diſpoſitionis teſtamentariæ,quid alicuius facti vel rei euentus facere poſſit, videndum eſt, Nam omiſſa nunc latiori diſcuſſione materiæ incertitudinis,ea ſolum intuendo,quæ euentu declarari videntur,quandoque incertitudo eſt circa rem relictã quandoque circa perſonam,cui relinquitur; quandoque diſpoſitio ipſa varias ab euẽtu capit mutationes & declarationes.

2 Primo caſu,ſi ea ſit incertitudo iuris teſtatoris in re legata,nondum deducti in eſſe ſuo finali & perfecto, ſed quo ad perfectionem, & executionem ſuæ cauſæ in pendenti maneat, tunc eiuſdem iuris declaratio quidẽ fiet ex euẽtu,qui ſequitur de re legata,per caſum apud Iulianum.§.ſi Titius.de leg.1.vbi eſt caſus, ſi emptor legauerit rem emptam venditori, quid veniat in hoc legato, an pretium, an res,an pretium & res vel liberatio, ex euentu declaratur an fuerit pretium ſolutum, & an tradita res, vt ibi per Bart. & alios Doct.qui legũtur d.§.ſi Titius.ſub l.cum ſeruus. Euentus autem huiuſmodi attenditur ſecundum eius diuerſitatem, & poſt teſtamentum conditum, & poſt mortẽ teſtatoris:vt per Bar.Pau.de Caſt. in d.§.
3 ſi Titius,quando legatum eſt purum:† ſi verò ſit ſub conditione euentus, etiam conditionis attendendus eſt:l.1.§.ſin autem aliquid ſub conditione.de cad.tol. & l.in facto.in fi.princ.de cond.& de m.cum ſimil.ex eo enim quod teſtator appoſuit conditionem, apparet,quod nõ vult,quod inſpiciatur tempus teſtamenti,ſed aliud futurum tempus.Hoc enim facile dignoſcitur ex ferioſa teſtatoris diſpoſitione per verba conditionalia explicata futurũ tempus reſpicientia: creditur enim ſemper teſtatorem ita ſentire, prout verba



ba demonſtrant,nullamq; præſeferant dubitationẽ, quod voluntati eiuſdem obſiſtant, alioqui tunc verſaremur in obſcuro,& agendum eſſet de interpretatione illius voluntatis,quæ nec videtur,nec amplius
4 reditura ſperatur.Euentus † demonſtrat incertitudinem exiſtentem rei legatæ,vel iuris teſtatoris, circa quantum,quando eſt augmentum vnius rei accedẽtis alteri rei legatæ,tuncq; acceſſoria ex vtraque remanẽte in ſuo eſſe&ſua ſubſtãtia,intellige in augmẽto inferiori à re legata in explicando legato:quando vero augmentum eſt iuris plenioris, abſorbentis ius ſemiplenum legatum, & principaliter,& non acceſſoriè obuenientis,tunc legato non cedit, in q.de emphyteuta, legante rem emphyteuticam, & poſtmodum acquirente directum dominium, quod quidem non veniret in legato,contra Bar. diſtinguentem circa modum legandi indiſtinctè, eo,quod quis ſemper cenſeatur legare ius, quod habet:tenent Bal. Saly.& Pa.de Ca.in l.vxor.C.de lega.& Pa.de Ca.Alex.& Ia. in d.l.ſeruum filij.in prin.ad fi.Secus eſt, quãdo proprietati legatæ ſuperuenit vſuſfructus,quia vti acceſſorium cedit legato: vt per Alex.& alios in d.l.ſeruũ filij. & alibi latius erit tractandum de augmentis & acceſſoriis legatorum:hæc autẽ obiter dicta ſunt pro exemplis eorum,quæ poſſunt declarari ab euentu.Itẽ ſi incertitudo ſit ob alternatiuam capiẽtem rẽ legatam aliã re,exiſtente alternatiue debita teſtatori, declaratur ex euentu ſolutionis poſtmodum factæ, an valeat legatum,per tex.exemplum dantem, & ibi gl.
5 & Doct.in l.ſi Titius.de leg.2.Sic & alias ex† euẽtu ſolutionis factæ inducitur interpretatio, & declaratio voluntatis, tradit Signo.Homo,in conſ.175. In quæſtione præſentibus introcluſa.verſus fin.ver.prætetea hæredis.nu.7.vltra iura allegata per Signo.ibi allego tex.not.declarat Bar.in l.Mæuius.§.duobus.ſeu duobus.ſeu duorum in 3.par.prin.in 4.oppo.num. 10.de
6 leg.2.† At euentus caſualis, vel momentaneus non facit ad excludendum vel includendum, vt in legato fundi cum rebus ſuis, ſi aliqua de ſuis rebus caſu,& non perpetuo abſit à fundo,non excluditur à legato: vt l.quæſitum.in princip.de lega.3.& l.Seiæ. §.Pamphilæ.de fund.inſtru.& l.teſtamento.de adim.leg.& quod ibi no.Bar. Abſentiam clerici cauſæ ſuæ Eccleſiæ,vel de mandato ſuperioris non nocere, ſi ſit propoſitũ reuertẽdi:vt per Soci.in l.ſi quis ita legauerit. in 5.& vlt.not.de condit.& demonſtrat.Et è conuerſo res aliqua ibi caſu reperta,& non ſolita ibi eſſe,nõ includitur legato:dict. l. quæſitum. §. fin.& l.ſi chorus.eo de leg.3.& l.ex facto.§.cæterum.la 2.ff.de hæred.inſtit.

7 Denique † omne legatum rerum incertarum ob euentum conditionum appoſitarum ab euentu ipſarũ conditionum venit declarandũ:l.Stichum,qui meus erit.de leg.1.cum cõcor.idem in inſtitutione hæredis ſub conditione: vt per Bart.in l. ſi quis ita ſcripſerit. ff.de hæred.inſt.

8 Secundo caſu,quotieſcunque† incertitudo perſonæ legatarij ſeu fideicommiſſarij poteſt verificari ex aliquo futuro euentu deſignato in teſtamento, is quidẽ euentus ſufficit ad declarationem perſonæ ipſius legatarij,vel fideicommiſſarij : vt l.ſi ſeruus legatus. §. huiuſmodi.& ibi Bar.de lega.1.& l.quidam. de reb. dub.& ibi etiam latè per Bart.diſtinguentem in materia incertitudinis.& l.quidam.e.& per Saly.in l.id, quod pauperib.C.de epiſ.& cler.& Ang.Are.in §.incertis,Inſt.de leg.& in ſuo tract. de teſt.in gl.7. & gl. 15.dũmodo euentus ipſe ſit clarus abſque aliqua dubitatione perſonarum adimplentium euentum ipſum: vt l.ſi fuerit.de reb.dub. Idem firmat. Bal.in conſi.188.Punctus.Primo quæritur.lib.5. quod valet legatum factum futuræ vxori filij teſtatoris,per l.vter ex fratrib.& l.ſeq.de cõd.inſt.eo.n.quod declaratur perſona ex futuro euentu, & vbi teſtator refert ſe ad certum factum, per quod factum declaratur perſona, valet relictum, vt de legato facto futuræ vxori omn ino incertæ,per l.hoc legatum.circa fi.de leg.3. ibidem Bald.tradit.Atque eo ipſo, quod relinquitur vxori alicuius certi viri,euentus cuiuſque vxoris per eum ducendæ,declarat,legatũ deberi omne ſuæ vxori:vt probat Alex.in conſi.171.Viſo proceſſu.lib.2.ita quod vbi ex poſt facto à teſtatore,præſertim deſignato,poteſt verificari perſona legatarij, valet legatũ nõ
9 obſtante eo,quod † Saly.in d.l.id, quod pauperibus dicit ineſſe verum,quando factum impoſitum incerte de incertis,pro verificatione ſuæ perſonæ concerneret commodum teſtatoris: vt in caſu d.l. quidam. & l.ſi quis ita.de reb.dub.alias ſecus,quod nõ valeat per exempla d.§.incertis,aſſignando rationem,quod adimplens factum impoſitum, poſſet eſſe talis perſona,cui teſtator non eſſet relicturus:quia reſpõdeo, quod Sal. non poteſt ſe fundare in exemplis d.§.incertis.quæ text.ibi non firmat, ſed refert eſſe de iure antiquo,& eſſe de his factam emendationem,& correctionem in Codice,qui & ſi non reperiretur, ſecundum Gl.ibi,cum tamen ibi dicatur, incerta illis modis eſſe emendata & correcta, vt ibi etiam Gl.firmat, videtur ſeruanda diſpoſitio de correctione,& qui velit dicere de permiſſione, probet:arg.l.cũ de lege,& ibi no.per Gl.ff.de prob.& §. qm vero.in aut.de teſti. & no.per Gl.in l. admonendi.ff. de iureiu.& ibi per Bar.in 2.col.& ibi per alios,& per Bal.in l.1. ad fi.C. epiſ.& cler.cum concord.quod ſtetur in legi. referenti,ſi non apparet de relata,& de euentu explendo,nõ concernente cõmodum teſtatoris in caſu legati, facti incertis:de certis vt d. l. quidam & d. l. ſi fuerit. &d.l.ſi ſeruus legatus.& huiuſmodi videtur eadẽ ratio cum caſu legati facti,incertis de incertis conſiderato per Sal. ſatis eſt pro euitanda ratione: Saly. de perſona ſic incerta verificata per talem euentum, cui teſtator non fuiſſet relicturus,quod talis perſona teſtatori ingrata excluſa cẽſetur à generali diſpoſitione p tex.& ibi no.per Doc.in l.Luci' §.Lucius Titius Damam.de leg.2.Et quia d.§.incertis. loquitur de iure antiquo,ante ius digeſt.& ibi Io.Fa.volentẽ indiſtinctẽ per euentum ex poſt facto declarari legatariũ incertum de incertis,& ita valere legatũ de iure Digeſtorũ,ſequitur latius reſpõdẽdo Saly.Soc.in d. l.quidam in 4.col.Hæc faciũt pro teſt. illius Ciuis Vicentini,inſtituẽtis hæredem illum qui erat Poteſtas Vicentiæ per quinquenniũ, & vltra ſucceſſorẽ de quinquennio in perpetuum,& l.ſi quid relictũ ſit. de le.2.

10 Tertio caſu ipſa † diſpoſitio teſtamentaria varias interdum ab euentu capit mutationes, & declarationes,vt ſi contigerit teſtatori poſt teſtamentum conditum mutare ſtatum in deterius, & in talem incidere, quod non habeat teſtamenti factionem, modo irritũ ſit teſtamentum,ſi non ſit appellatum & teneat ſententia,modo reconualeſcit in integrũ dãnatio Principis indulgentia reſtituto:vt hæc cum ſuis exemplis ponuntur in tex.l.ſi quis filio.§.irritum,vſque ad §.fi. ff.de iniu.rupt.teſt.& l.eius. qui.de teſt. & ibi. Doct. & in §.alio. Inſt. quib.mod.teſt.infir. de quib. ſingulis melius tractandis commodior alibi locus erit in ſeq.lib.Item ſi euenerit hæredi,legatario,vel fideicõmiſſario incidere in ſtatum,in quem non habeat paſſiuam teſtamenti factionem, ita quod relicta in eam cauſam peruenerint, à qua incipere non poterant, pro non ſcriptis habentur:l.3.& ibi Bar.& Albert.ff de

de his,quæ pro nõ ſcrip.hab.Si vero moriatur hęres,
viuo teſtatore,caducum efficitur teſtamentum:l.1.§.
cum triplici.de cad.tol.adducit Old.in cõſi.141. Thema
tale.circa prin.Idem in legato,quod efficitur caducum,
ſi legatarius moriatur ante teſtatorem,& ſi
appoſita fuerit prohibitio,quod ipſe legatari⁹ vel ſui
deſcendentes, non poſſint alienare rem aliquam de
legato facto:vt eſt elegans & pulchrum cõſiliũ Nic.
de Ric.& aliorum,ibi ſubſcribens,inter conſi.Ang.in
conſi.57.Domina Andrea.Et quando in his ſubſtitutio
vulgaris, vel fideicommiſſaria, vel clauſula codicillaris,
non ſuffragatur,latè ſcribit Socin.in cõſ.140.
lib.1.Quando vero & vulgaris vel fideicommiſſaria
ſubſtitutio ſequentis gradus,vel clauſula codicillaris
defendat teſtamentariam diſpoſitionem in caſibus,
ad quos peruenit,tradit Bal.in conſ.167.Thema proponitur.
lib.2.Dec.in conſ.242.& con.529.Pariſ.con.
62.& con.64.li.2.& Soc.iun.conſ.42.li.1.& alibi,&
11 per Moder.in auct.ex cauſa.de lib.præt. † Interdum
euentus caſuum cõuenientium vulgari,pupillari, vel
fideicommiſſariæ ſubſtitutioni,oſtendunt nobis ſubſtitutionem
ipſam prout eſt vel vulgaris, vel pupillaris:
vel fideicommiſſaria:vt per Doct. in l.1. & 2. &
in l.Centurio.& in l.nam hoc iure.de vulg.& pup.in
l.precibus. C.de impub. Nam ab euentu futuro cognoſcimus,
an tacita pupillaris inſit in vulgari,matrę
exiſtente in medio,quia ſi mater ſuperuiuit, & velit
ſuccedere, ceſſat pupillaris: ſi vero non ſuperuiuit,
vel repudiat,adeſt pupillaris,& dicitur ineſſe à princ.
vt l.fi.& ibi Bald.Saly.& alij,C.de inſt.adducit in ſimili
Rui.in d.con. 194.col.3.nu.4.li.2. Poſtremò generaliter
intellige argumentum ab euentu concludere
cum cauſis immediatis,declarat Bal.con.136.proponitur
ad finem lib.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Voluntas teſtatoris dubia interpretationem recipit ab effectu,qui locus eſt ſuapte interpretans, & oſtendens finale complementum intentionis, & voluntatis teſtatoris,vti probatio ſenſitiua.*
2 *Imbecillitas intellectus eſt,quærere rationem,vbi ſenſum habemus.*
3 *Animus præſumitur ab effectu,& cum habemus effectum parum curamus de nomine:vnde teſtator dicens. Facio Titium legatarium in bonis meis,hæres erit vniuerſalis, & ille intellectus ſemper aſſumi debet,quem eſſe verum effectus demonſtrat.*
4 *Effectus rei,& non nominis expreſſio, vt puta alterius contractus attendi debet,optima eſt probatio, & præualet ſono verborum,& de modo non curatur, dummodo effectus habeatur.*
5 *Maritus relinquens vxori ſuæ mille tenẽda & vſufructanda toto tempore vitæ ſuæ,& donec caſte & vidua vixerit,& poſt eius mortem ea mille Titio reliquerit,tranſeunte vxore ad ſecunda vota,& aliter, non expectata morte vxoris,legatum debetur Titio,hoc habito pro eodem effectu conditionis mortis adimpletæ, & eſt Comm. Opi.vbi late de quæſt.& defenditur Com.Opin.*
6 *Intellectus l.vxori vſufructum de vſufr.leg.& l.cũ hæres. §.ſeruire Ti o de ſtatu lib.*
7 *Tempus,quo aliquid debet impleri, & expediri, dicitur formam actus introducere.*
8 *Forma in quibus caſibus reſpicienda eſt non procedit,quod dicitur,nihil referre,quid ex æquipollentibus fiat,& maximè in forma,inducta per tempus.*
9 *Legata data ex tempore, ante tempus peti non poſſunt.*
10 *Conditio, vbi eſt,& dies certa etiamſi pro adimpleta haberetur conditio, tamen ante diem non datur petitio.*
11 *Legatum præſtandum poſt mortem perſonæ honoratæ,& grauatæ,dicitur eſſe ſub conditione, quæ ſufficit adimpleri per alium modum ſimilem,& eiuſdem effectus,cuius eſt modus mortis expreſſus.*
12 *Maritus relinquens vxori vſumfructũ, quamdiu vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit,& ſi aliam vitam elegerit,& ad ſecunda vota trãſierit,relinquit illum filiabus ſuis donec maritentur vxore mortua, relicta vna filia, non maritata,debebitur vſuſfructus l.filiæ, & non redit ad hæredem,latè probatur contra Soci.*
13 *Similitudo ſufficit adeſſe in eodem effectu, de quo agitur faciendi finire vſumfructum in vxore, & transferri in filiam, quod ita fit per mortem,ſicut per tranſitum ad ſecunda vota, & teſtator expreſſe attendendo ſimilitudinem in effectu,& non in verbis.*
14 *Intellectus & reſponſio ad doctrinam Io.And.limitant regulam voluntariæ conditionis, non extendendæ ad aliũ caſum ſimilem,& extendendæ eam in caſu ſecundarum nuptiarum,de caſu mortis per teſtatorem.*
15 *Conditio,ſi deceſſit ſine filiis, adimpletur, ſi grauatus efficiatur presbyter,attento effectu,quod presbyter non poteſt licitè habere filios,plene diſcutitur,& comprobatur opin.Alex.*
16 *Cœlibatus in ſacerdote videbatur etiam requiri ſecundũ leges Romanorum,apud quos etiam ſacerdotium erat in ampliſſimo dignitatis gradu.*
17 *Subſtitutio ſub duplici conditione,Si talis fiat presbyter,& poſt mortem deficiente illa presbyteratus,quia moritur, non effecto presbytere,pro non ſcripta,& habita,non extinguitur ſubſtitutio,& fideicommiſſum verificatum,ex alia conditione mortis grauati,*
18 *Vtile per inutile non variatur in teſtamentis.*
19 *Effectus à teſtatore conſideratus,inſpecto finali exitu,ſi nobis id demonſtret,quomodocunque verba repugnent, id ipſum quidem attendere debemus.*
20 *Effectum attendi,generale eſt in quacunque diſpoſitione,& finem rei ad quem principaliter tendit, & dirigitur intentio diſponentis.*
21 *Inducta ad vnum finem, & effectum,non debent operari contrarium,vel alium effectum.*
22 *Regulæ duæ videntur eſſe in hac ſpecie interpretandarum vltimarum voluntatũ ſibi contrariæ.Prima,quòd in diſpoſitionibus vel conditionibus teſtamentariis non curatur de modo, dummodo habeatur effectus, vel nihil referre,quid ex æquipollentibus fiat.*
*Altera,quod conditiones debent impleri in forma ſpecifica quomodo intelligantur, & concordentur, vide ibidem late.& nu.30.*
23 *Intellectus l.fideicommiſſa.§.ſi cui de leg.3.nu.27.*
24 *Dictio Quaſi,eſt ſimilitudinis.*
25 *Dictio,Sed,eſt aduerſatiua, poteſt tamen poni ac exponi alias prout eſt neceſſarium.*
26 *Contrarius, vel ſibi diſcors,quis non eſt ita faciliter, & non præſumitur, ſe ipſum corrigere,ſicut diuerſi ad inuicem facilius ſunt diſcordes.*
27 *Intellectus,& alio modo ad d.§.ſi cui.l.fideicommiſſa.de leg.3.*
28 *Continuatio multum confert ad intelligentiam legum & materiæ iuris.*
29 *Conditio neceſſaria ſecundum communem concluſionem non ſtat in neceſſitate,ſed in coniecturata mente teſtatoris:vnde vbi tractatur de effectu attendendo,vel de forma ſpecifica,in his voluntas teſtatoris eſt, quæ operatur:poteſt itaque conditio neceſſaria impleri per æquipollens,etiam ſi eſſet expreſſa cum taxatione.*
30 *Conditio voluntaria debet impleri in forma ſpecifica atq; neceſſaria,etiam per æquipollens, quia in neceſſaria teſtator cogitauit de effectu, in voluntaria de forma,vt ibidem declaratur.*

31 Con-



31 *Conditio voluntaria formaliter in aliis,non in pupillo & furioſo,ne datio pereat ex eorum imbecillitate, ideo ſit tutori & curatori.*
32 *Dare alicui vel alij de voluntate illius, non æquipollens ſed idem reputatur.*
33 *Cõditio in perſona,vel in actu,quæ vel qui ex diſpoſitione legis compatitur, vel ſubrogatur illi,quam expreſſit teſtator:poteſt impleri, & in ipſa perſona, vel actu, per exempla ibidem.*
33 *Conditio habetur pro impleta, quando ſtaret per eum, in cuius perſona debet impleri,vel ille,cuius perſona eſſet conditio implenda, conſentiret,alio modo eam impleri, vel haberi pro impleta.*
35 *Conditio quando non poteſt impleri in forma,quæ teſtator expreſſit, tunc per caſum & modum æquipollentem, prout erit poſſibile,poſſet impleri.*
36 *Conditio voluntaria,vbi talis eſt,quod teſtator etiam in conditione voluntaria magis inclinat, & videtur velle effectum rei,quàm modum, & formam implendi conditionem,hoc caſu non curatur de modo implendi, dummodò habeatur effectus,ſic prædominante voluntate teſtatoris.*
37 *Conditio,quæ ſit voluntaria,quæve neceſſaria,quomodo cognoſci poſſit,ibidem exponitur.*
38 *Regula,non curamus de modo,dummodo habeamus effectum,intelligitur demum,niſi modus ſit prohibitus,vel ſit de ſubſtantia,ſicut effectus, vt de modo iudiciario.Non enim ſufficeret habere effectum iuſtæ ſententiæ, niſi per modum debitum iudiciarium prolata fuiſſet.*

## SOLVTIO XIIII.

DEcimoquartò, & vltimò, ſupereſt ab
1 † Effectus locus, ſuaptè interpretans &
oſtendens finale complementum intentionis,
& voluntatis teſtatoris, &
2 multum efficacior:quia † rationem quęrere,
vbi ſenſum habemus,eſt infirmitas ſeu debilitas
intellectus,ſecundum Bal.in Rub.col. fi.ſub ver. ſexto.
ff.de re.diui.refert & exorditur in ſimili loco 9.ab
Effectu Nico.Euerar.in centu.locorum lega.vbi plura
de huiuſmodi loco allegat, & declarat,quomodo
procedat augmentatio talis. Nam & vlterius Bal. in
3 princ.conſtit.ff.§.hæc autem tria.in fi.dicit,quod † animus
præſumitur ab effectu:idem in l.id quod pauperibus,
col.1. ver.contrarium eſt. C. de ep.& cle.dicit,
cum habemus effectum, parum curamus de nomine,
vnde ſi teſtator dicit,Facio Titium legatarium
meum in bonis meis,iſte erit hæres vniuerſalis:per l.
verbis.ff.de verb.ſignific.& not.in l.quoties.C. fami.
ercíſ. ſecũdum Bal. ibi in d.l.id,quod intellectus ille
ſemper aſſumi debet,quem effectus eſſe verũ demonſtrat,
inquit Iaſ.in conſ.128.col.3.ver.Quarto facit.li.
1.& plura iura & deciſiones in ſimili de effectu rei etiam
adducit Steph. de Fed.in tract.de interpre. iud.
4 in 1.parte.col.5.ver.ſextum argum.eſt num.41.† Effectus
rei, & non expreſſio nominis, vt puta alterius
contractus, attendi debet ad plures deciſi. habetur
per Dec.in conſi.77.col.& conſi.90.col.fin. & conſi.
164.num.3.conſi.589.circa fi.Hier. Cagno.in l.cuius
effectus.nu.3.de Reg.Iur.Aym.in conſ.20.num.5. &
conſi.214.& conſi.293. col. pen. & alibi. Rei autem
effectus optima eſt probatio,dicit Ripa reſpon.lib.1.
cap.13.num.17.

In tantum enim effectus alicuius diſpoſitionis inſpectus
à teſtatore, eius voluntatem nobis oſtendit,
quod non curamus de verborum ſono,cui effectus ipſe
repugnaret,iuribus ſoli.Probat Aym.conſi. 305.
col.2.num.2.neque de modo,per quem ad ipſum effectum
peruentum fuerit & inde dicimus, Nihil referre,
quid æquipollentibus fiat,vt l.3.C.de inſt.&
ſubſt.& Cyn.Bar.Bald.& alij in l.mulier.in princip.
ff.ad Trebel.& l.ſi ita eſſet.quando di.leg.ced.Exinde
5 determinatur quæſtio,quòd ſi † maritus reliquerit
vxori ſuæ mille tenenda, & vſufructanda toto tempore
vitæ ſuæ,& donec caſtè,& vidua vixerit,& poſt
eius mortem dicta mille reliquerit Titio,eadẽ vxore
tranſeunte ad ſecunda vota, hoc habito pro eodem
effectu conditionis mortis impletæ,& aliter non expectata
dictæ vxoris, deberi legatum Titio, tradit
Ioan. And.in addi.Spec.in rub.de ſecun. nup.& Bar.
in auth. hoc locum.col.5.de ſecun.nup.Paul.de Caſt.
& Alex.in d.l.mulier.& in d.l.3.de inſt.& ſubſt.& ibi
* Iaſ.dicit ita eſſe Com.*Opin.allegando concor.& reſpondendo
contrariis,hanc Com.opin.etiam ibi fatetur
Deci.licet in fi. ſequatur & comprobare conetur
contrariam opin. Roma.in l. ſi quis hæres.ff. de
acqu.hæred. maximè per l.vxori vſumfructum. de vſufruct.
leg.& per l.cum hæres.§.ſeruire Titio.de ſtatulib.
Tamen cenſeo non diſcedendum à Communi
Opin.quàm aliter hîc improbare non inſiſtam,cum
ſatis appareat comprobata per Doct.in dictis locis,
& per regulam noſtram,conſiderati effectus ſecuti in
finiendo vſumfructum legatum per tranſitum ad ſecundas
nuptias,vt finiendus erat,& cedenda dies legati
per caſum & modum mortis expreſſum à teſtatore,
ita quòd non refert,quid ex æquipollentibus eueniat
per dicta iura,ſolùm & breuiter vltra alios reſpondeo,
non obſtare d.l.vxori vſumfructum:d.l.cum
6 hæres.§.ſeruire Titio. quia ibi certum † tempus fuit
præfixum, & limitatum, ne prius diſpoſitio ſortiretur
effectum:vnde non mirum, ſi intra illud tempus
quicquid aliud accidat, etiam aperiens viam, diſpoſitio
hæc locum habere non poteſt,niſi toto tempore
tranſacto,quoniam ex vi temporis limitati intelligitur
excluſa in alio tempore,vt in ſimili inquit Alex.in
conſi.68.Circa præmiſſam,col.2.ver.Præterea ſtatutum.
lib.4.per doctr.Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.
col.2.ver.ſed opponitur.ff.de offi.procon.allegando
l.ex facto.§.item quæro.de vulg.& pup. & l.ſi vnus.
§.j.ff de pact. & per Tiraq.de retract.tit.2.§.j.glo.2.
7 nume.47.Tempus † enim,quo aliquid expediri, vel
impleri debet,dicitur formam actus introducere:authen.
quæ ſuplicatio.& ibi Bal.& Iaſ.plenè not.C.de
precibus imper.offer.Cur.Iun.in conſi.66 numer.4.
cum concordan. alleg.ab Aym.in conſi.230.ver.tertio.
qui & ſi loquantur de tempore ſtatuto à lege,tamen
idem dicendum videtur de tempore ſtatuto ab
homine,vt eius forma non poſsit tranſgredi etiam ex
generali arbitrio conceſſo:vt probat text.in l.ſi in lege,
in prin.ff.loca.ibi iuncta gl.in ver. quod lege exponente,
id eſt pacto,& ibi per Paul.de Caſt.& tex.in
d.§.item quæro.& per Pariſ.in conſil.19.num 55.cum
ſep.lib. 2.& per tex.in l.Thais.§.intra certa.ff.de fidei
8 com.liber.† in reſpicientibus autem formam nõ procedit
illud dictum,nihil referre,quid ex æquipollentibus
fiat:vt per Bald.Angel. & alios in l. 1.de lib.&
poſth.& Soci in conſil.24.col.7.in princ,& conſi,55.
coll.2 ver.quoniam iſta.lib.1.& Iaſ.in conſil.97.colu.
pen li.4 & Dec. in conſil.455.col.pen. & maximè in
forma, inducta per tempus,per iura ſuprà alleg.

Secundò,& clarius non mirum,etiam ſi in caſibus
d.l.vxori vſumfructum.& d.l.cum hęres §.ſeruire Ti-
9 tio.† non debetur & peti non poteſt legatum vſusfructus
& libertatis,etiam quòd conditio ſit vel habeatur
pro adimpleta,quia vltra conditionem ibi legata
erant data ex tempore; vt expreſsè dicit text.in d.§.
ſeruire Titio.Ideo ante tempus nõ poſſunt peti:l:1.§.

ſi.ff.quando di.vſuſfr.leg.ced.& in l.illa ſtipulatione.
de verbo.obliga.quam pro ſe,& nõ bene allegat Dec.
in d.l.3.in fi.& l.ſi peculiũ. §.pen.& fi.de ſtatulib.eſt
Glo. & ibi Bald.num.1.l.3.de condi inſti.quia habe-
re ante tempus, eſt habere plus quàm ſit legatum &
datum:per tex.in §.plus autem: Inſti.de act.ibi,in ver.
tempore.ſunt hæc verba : Eadèmque ratione , qui
præmaturè petit,plus petere videtur , hac eadem ra-
tione mouetur Iuriſcon. & eandem ſentit in d.§.ſer-
uire Titio.in illis verbis,ſic ibi prolatis:etenim abſur
dum eſt,maturiùs eum liberum effici,& hoc ideo eſ-
ſet,quia ante diem,vt dictionem ſimilẽ præmaturè.i.
ante tẽpus.de quo dixerat teſtator, exponunt Alber.
& Imo.in d l.mulier.in prin.& nõ,quod non imple-
ta conditione eſſet abſurdum , &c.prout dicta verba
10 Dec.pro ſe adducit.†Nam vbi eſt conditio,& dies cer
ta,etiam ſi pro adimpleta haberetur conditio,tamen
ante diem non datur petitio,per d.l.in illa ſtipulatio-
ne.& l.ſi dies in prin.ff.quãdo di.leg.ced.& verba illa
in d.§.ſeruire.cum conditionẽ,nõ implet,intelligitur
in tẽpore dato,quia ibi Iuriſc.in decidendo,quòd nõ
debetur libertas,niſi trãſierit annus,quo debebat ſer
uire Titio,rationẽ adducit:quia videtur non tantum
ſub cõditione ſeruiẽdi Titio,ſed etiã tempore data li-
bertas.ſ.poſt annũ,quo ſeruire cõpleuerit : & ita iſta
ratio legati dati ex tempore certo ſola eſt,quæ impe-
dit legatum peti ante tẽpus,vt verba, & mens d.text.
in d.§.ſeruire.& in d.l.vxori vſumfructum , & in d.l.
in illa.& in d.l.ſi dies.clarè demonſtrant:ſed in quæ-
ſtione noſtra legati poſt mortem vxoris ſola condi-
tio mortis adeſt , & non certum tempus aliquod:
11 quia†legatum præſtãdum poſt mortem perſonæ ho-
noratæ,& grauatæ,dicitur eſſe ſub conditione: l.hæ-
res meus.in prin.de condi.& demon.& l.cum hæres,
qñ.di.leg.ced.ita etiam reſpondetur per Aret.in d.l.ſi
quis hęres.& per Iaſ.in d.l.3.quę quidẽ conditio cum
ſit appoſita in tempore,quo ampliùs legatum nõ po-
teſt eſſe penes vxorem per modum mortis,non ſtan-
dum eſt in hoc verbis teſtatoris , per l.non aliter.de
leg.2.vt concludit Dec.in d.l.3.in fi.ſed volũtati,quæ
eſt,quòd ſufficit conditionem adimpleri per aliũ mo-
dum ſimilem eiuſdem effectus,cuius eſt modus mor-
tis expreſſus per d.l.mulier.in princ.ad Treb.& d.l.ſi
ita eſſet.quando di.leg.ced.cum aliis ſuprà alleg.& i-
ta eſt defenſata Com.Opin.& tenenda in conſulendo
& iudicando,& nullo modo eſt recedendum ab opi-
nione tantorum virorum:& licet Rom.& pleriq; mo
dernorum diſputatiuè attentauerint contrarium , vt
inquit Soci.in conſil.30.Viſo teſtamẽto Ludouici.li.
3.vbi per rationẽ d.Com.Opi.decidit ſimilem quæ-
12 ſtionem de vſufructu , †legato vxori,quam diu vixe-
rit,& vitam vidualem ſeruauerit , & ſi aliam vitam e-
legerit,& ad ſecunda vota tranſierit , relicto filiabus
ſuis,donec fuerint maritatæ,mortua vxore,ſuperſtite
vna filia non maritata ,ad hanc filiam vſum fructum
pertinere,& non redire ad hæredem , licet in eadem
quæſtione contrarium , quòd per mortem vxoris ſe-
cutam non fuerit expleta conditio ſubſtitutionis in
vſufructu impoſita per modum tranſitus ad ſecun-
das nuptias:idem Soci.tenuerit in conſi 5.eo.lib.3.&
vſumfructũ redire debere ad hæredem credo potius
fuiſſe motum aliqua varietate facti collecta ex teſta-
mento,& caſu illo, & ibi adducit in col.pen.ver.quar
tò,& vltimò,quàm ex aliis fundamentis ibi factis cõ-
tra. opin.com.Quia reuera non ſubſiſtunt, & ſua ni-
mia ſubtilitate franguntur. Nam primum de diſſimi-
litudine mortis vxoris ſecutæ & tranſitus ad ſecunda
vota impoſiti pro conditione non valet, & non pro-
cedit:quia ſufficit, adeſſe ſimilitudinem in eodem ef-
fectu,de quo agitur & arguitur, faciendi finire vſum-
fructum in perſonam vxoris,& transferri in perſonas
filiarum,quod contigerit per mortem , ſicut contin-
geret per tranſitum ad ſecunda vota expreſſum à te-
ſtatore:ſufficit enim , eſſe ſimilitudinem in eo reſpe-
ctu,de quo agitur,etiam ſi in aliis ſit diſsimilitudo:vt
probat Abb.in c.translato.ſuper glo.ſi de conſti.per
cap.cum dilecta de confir.vti.vel inuti.refert & ſe-
quitur pro not.Deci.in d.ca.translato.in pri.lect.col.
penult.vbi hoc per plura confirmat:attenditur etiam
ſimilitudo,quo ad effectum.licet non ſit,quo ad ver-
ba:l.qui liberis , in prin.& ibi Bal.Aug.& Alexan de
vulg.& pupil.& Bal.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.
col.1.circa fi.de lib.& poſth.

Secundum de conditione voluntaria , non exten-
denda ad alium caſum,etiam nihil valet,quia & ſi vo
luntarium videatur vxori tranſire ad ſecunda vota,
vel à principio fuerit teſtatori volũtarium apponere
conditionem tranſitus ad ſecunda vota, pro tranſla-
tione vſuſfructus in filias:tamen poſtquam fuit reli-
ctus prius vxori,vt in ea finiretur,& deberet in aliam
perſonam transferri,erat neceſſarium,vel quòd vxor
moreretur,vel quòd tranſiret ad ſecunda vota:ergo di
cta cõditio impoſita de tranſitu ad vota ſecunda , iu
re debet dici quodam modo neceſſaria,& non volun
taria.vt infrà latiùs declarabo.

Tertiò de doctrina Io.And.limitante regulam vo-
luntariæ conditionis: non extendendæ ad alium ca-
ſum ſimilem, & extendente eam in caſu ſecundarum
nuptiarum de caſu mortis per teſtatorẽ appoſito pro
conditione,vti non procedente in diuerſo & oppoſi-
to caſu.Ideo remanere firmam dictam regulam,ſimi-
liter non refragatur. Quia primò ſumus in conditio-
ne neceſſaria,vt demonſtratum eſt. Deinde maior &
efficacior ratio eſt in caſu iſto circa extẽſionem vnius
caſus ad alium caſum ſimilem , quàm ſit in caſu do-
ctrinæ Ioan.And.& dictæ Com.Opi in quo erat fa-
cta ſubſtitutio poſt mortem vxoris,quod eſt longius
tempus,quàm tempus ſecundarum nuptiarum,& ta-
men dando maius commodum filiabus , ſeu Titio
ſubſtituto,quaſi contra voluntatem teſtatoris conſe-
quenti ante tempus à teſtatore expreſſum extenditur
ipſa ſubſtitutio ad prius tempus ſecundarum nuptia-
rum:Igitur eò magis in caſu iſto,dicendum eſt,teſta-
torem voluiſſe ſuas filias habere vſum fructum poſt
mortem vxoris,quem eis priús reliquit poſt ſecundas
nuptias eiuſdem vſufructuariæ vxoris: ideo ſeuerius
& libentius eſſe faciendam talem extenſionem : arg.
c.quia prior.cum ibi ſigna.de Reg.iur.in 6.& in auth.
multò magis.C.de ſacroſan.Eccleſ.& per ea,quæ alle-
gat,& firmat idem Soci.in d.conſi.30.quibus,vt po-
ſterioribus(ſi credendum ſit numero conſiliorum in
eo volum.)magis ſtandum eſt,per ea,quæ in ſimil.al-
legat & cumulat Cur.Sen.in conſil.1.col.4.ver.vlti-
ma enim opinio.vbi in eadem col.plurima adducit
de laudibus , doctrina, & excellentia Io.Andr.cuius
authoritate etiam in caſu iſto magis tenẽdum ita eſt,
& cum conſi.cum aliter fieri nõ poſsit,vt aliâs eidem
Socin.ob diuerſitatem ſuorum conſiliorum in eadẽ
cauſa ſe dixiſſe refert Deci.in l.precibus.col.2.num.
4.C.de impub & cum d.doct:Ioan.And.tranſit idẽ
Soci.in l.1.in prin.col.13.de vulg.& ab eas communi
ſententia in iudicando,& conſulendo,non eſſe rece-
dendum , dicit quoque Iaſ.in d.l.Gallus.§.& quid
ſi tantum. colu.9.de lib. & poſth. in 1.lect.& col.4.
in 2 lect.

Item per d.regulam eiuſdẽ effectus,reſultantis,in-
terpretando voluntatem teſtatoris ab effectu ipſo cõ
ſuluit Alex.in conſil.100.Viſa parte teſtamenti.lib.4.
in



in quęſtione tali,quod teſtator duobus filiis Thadeo,
& Antonio,hæredibus inſtitutis,Thadeum ſubſtituit
Ant.ſi erit preſbyter , & poſt mortem ſuam: mortuo
namque Ant.non effecto presbytero,& ſine filiis ſu-
perſtite Thadeo,conſuluit ibi Alex.& dicit,quòd ita
audacter iudicaret, Thadeum deberet admitti ad hu-
iuſmodi fidei commiſſum,etiam quòd non fuerit ve-
rificata conditio presbyteratus Antonij formiter,ſed
habendo , quòd fuerit verificata in effectu per mortẽ
Antonij,ſine liberis,eò quòd conditio talis presbyte-
ratus ad alium effectum.per teſtatorem nõ fuerit ap-
poſita,niſi ob carentiam filiorum,quæ cõuenit pres-
16 bytero per canones prohibito accipere vxorem:†ad-
do,videri eſſe eandem prohibitionem per leges ciui-
les Romanorum : per tex.ſing.in l.vitricus.ff.de do-
nat inter vir.& vxo. accedente ratione text. in l.non
diſtinguemus, §.ſacerdotio.ff.de arbi.& quòd inter
ampliſsimos ciuitatis gradus erant ſacerdotia:vt Cic.
Oratio.pro C.Rabirio Poſthu.ideo eueniente caſu
mortis Antonij ſine liberis eſſe adimpletam condi-
tionem ipſo effectu,quem dummodò habeamus, nõ
curamus de modo, per d. l.de inſti. & ſubſtit. & d.l.
mulier.vt latiùs circa hęc inſiſtendo ibi,per eum in d.
conſi.habetur. Quam quidem deciſ. Alexand. non
eſſe veram,nec vllatenus tenendam dicit Iaſ.in d.§.&
quid ſi tantum.col:9.in 1.lect.tribus fundamentis:vt
ibi per eum,& in l.in prin.in col.7.ver.quarto adde.
de vulg.& pup.dicit,quòd ſi vera eſt,profectò eſt mul
tum notabilis,ſimpliciter refert Aym.in conſ.59.col.
fin.num.5. & Iaſ.conſil.203.col.3.verſi.ſexto facit.li.
2.& Dec.conſil.227.colum.fin.num.12 latè compro-
bando ſequitur Cepha. conſi.166 num.47.& ſeq.ad-
de pro hac deciſ.Alex.facere, quod dicit Rom.in cõ
ſil.438.In cauſa conſultationis.col.4.circa prin.verſ.
ſed hic Lucius. quòd ſecundum mentẽ teſtatoris ſit,
illum filium non procreare filios,quem voluerit fieri
presbyterum.

Sed puto iſtam deciſionem Alexandri poſſe ſalua-
ri in caſu ſuo : quia cum ille Antonius fuerit graua-
tus,ſub duplici conditione, ſi efficiatur presbyter,&
poſt mortem,quæ etiam importat conditionem,d.l.
hæres meus.in princ.de condi.& demon.vt etiam ibi
17 Alex.in d.conſil.Præſupponit.de†duplici iſta condi-
tione,ſi non valet conditio presbyteratus: vt ibi ar-
guit Alexan. & Iaſ. ſuprà in ſuo tertio fundamento,
per l.quoties.de cond.& demon.cum cõcordan. Er-
go debet haberi pro non ſcripta,& pro nihilo.quę i-
deo ſi non fuerit verificata non extinguit fidei com-
miſſum verificatum ex alia valida conditione mortis
grauati: l.cum tale.§.reſcriptum.& ibi per Bart.& a-
lios, ff.eo.de cond.& demon.ita reperi poſtea tenere
Boer.deciſ.354.ſub num.13.facit regula,Non præſtat
impedimentum,quod de iure non ſortitur effectum:
ca.non præſtat.de reg.iur.in 6.& facit,quod quæ ha-
betur pro non adiecta,vt eſt conidtio, ſi erit presby-
ter,non impedit conditionem validam.per l. Titiæ.
18 de con.& demon.& †in teſtamentis vtile per inutile
etiam non vitiatur:l.2.de his,quæ pro non ſcript.ha-
bent.& l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de te-
ſta.tradit Iaſ.in l.2.§.ſed & ſi mihi.colu.5.ver. quartò
adde.de verb.oblig.vbi materia dictæ regulæ , Vtile
per inutile.de Reg.Iur.in 6.ita defenditur d.deciſ.A-
lexan.in caſu ſuo,cum fuerit verificata cõditio fidei-
commiſſi per mortem Antonij hæredis grauati, per
d.l.hæres meus.in prin.ſine liberis, ita quòd non ob-
ſtat l.cum auus.de condi. & demon.nec l.cum acu-
tiſsimi.C.de fideicom.& in hoc neſcio videre aliquã
difficultatem:atque exiſtimo, hanc defenſionem de-
ciſ.Alex. eſſe ita tutam, ſicut illa,quam fecit ille Mo-
dernus Apoſtillans conſilia Alexand.ad d.conſil.10.
quem aliter nominare nõ licet,culpa ſui.quia voluit
ſapere plus quàm oportet ſapere: Alex.in l.Gallus.§.
ſi eius,qui.num.2.de lib.& poſth.

19 Item & tertiò,quomodocunque†verba videantur
repugnare aliquid.ſi tamen id effectus inſpecto fina-
li exitu à teſtatore conſideratus nobis demonſtrat,id
ipſum quidem attendere debemus , vt in quæſtione
ſubſtitutionis his verbis factę vulgariter & pupillari-
ter,non vulgarem, neque pupillarem,ſed fidei com-
miſſariam ſubſtitutionem ab effectu tractus tempo-
ris in ea comprehẽſi pluribus modis & particulæ ad-
iectionis ſine liberis & grauaminis vltimo morienti
impoſiti,ſic fidei commiſſariam oſtendere, determi-
nat Aym.in conſil.305.per deciſio.Oldra.in conſi.45.
Cum in narratione.& alia ibi alleg.per eum idem in
d.conſil.59.Conſiderato effectu quòd hæres non du
cta vxore ſteriſſet cum vxore teſtatoris ſeruiendo fi-
lialiter etiam,quòd non paruerit teſtatori pręcipien-
ti,quòd deberet infra annum vxorem ducere cum ea
ſtando,& ſeruiendo vxori teſtatoris,eum non eſſe pri
uatum hæreditate inter alia ex dicta ratione effectus
ſecuti de ſeruitio filialiter pręſtito conſulendo reſpõ
dit:de effectu matrimonij teſtatorem cogitaſſe , qui
reliquerit.10.Bertæ ſi Seio per patrimonium copula-
bitur,tradit Bald.in conſil.200.In cauſa iſta.colu.1.
ver.pone teſtator.lib.3.idem in conſil.422.Statutum
& conſideratio.eo.lib.dicit ex verbis iſtis,in reliquis
verò totum,&c.appoſitis in ſubſtitutione cęteri ean-
dem ſubſtitutionem directam & pupillarem , ex eo,
quòd qui vult effectũ,vult id.per quod talis effectus
conſequitur,per l.3.ff.de mili.teſta.& l.illud.de acqu.
20 hærede. Namque generale eſt,in†quacunque diſpo-
ſitione attendi effectum, & finem rei,ad quem prin-
cipaliter tendit & dirigitur intentio diſponentis,quã
quidem intentionem conſequens eſt , etiam ab ipſo
effectu nobis manifeſtari : l.2.in fi.com.de leg.l.pro-
mittendo.in prin.de iur.dot.Alexand.in conſil.211.
Viſa facti narratione.col. fin.verſi. vnde non eſt curã
dum.lib.2.Afflict in deciſ.378. Quidam debitor.nu.
5.Ruin.in conſil.20.colum. penult. & fin. & conſil.
42.col.5.ſub num.12.lib.2.& Dec.in conſil.77.col.3.
ver.Præterea in tali conditione.& Soci.in l.hæc con-
ditio.§.j.in 2.not.de condi.& demonſtr.cum aliis al-
21 legatis in prin.huius loci:†nec non conſequẽs eſt in-
ducta ad vnum effectum non operari contrarium.l.
legata inutiliter.de leg.1. & legata.de adim.leg. & v-
trobique Docto.adducunt ad plures.quæſtiones ,&
in l.cum tale. §.fin. de condit.& demonſt.neque de-
bere operari alium effectum:l.eum,qui.ff.de vſucap.
ca.ſi cui.de præben.in 6. c.1.& ibi Gem.not.de iure-
iur.eo.lib.gloſ.fin.in l fin.C.quando lic.ab emptio.
diſce.cum ſimil.

22 Sed animaduertere oportet † ad duas regulas in
hac ſpecie ſe ad inuicem ferè ſibi opponentes & con-
trarias.Vna eſt noſtra,de qua ſuprà dictum eſt,in diſ-
poſitionibus,vel conditionibus teſtamentariis,non
curamus de modo , dummodò habeamus effectum,
vel nihil referre,quid ex æquipollentibus fiat:d.l.3.d.
l.mulier.in prin.

Altera verò eſt,quòd conditiones debent impleri
in forma ſpecifica:l.qui hæredi.& l.Mæuius.de con-
dit,& demon.Vtramque enim regulã fœdere diſtin-
ctionis ex ſententia Pet.declarant Bart. & commu-
niter Doct.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum , & in d.
l.mulier,& in d.l.3.Quòd aut ſumus in conditione
neceſſaria ad actum vel effectum actus, & tunc ſuffi-
ciat eam impleri per æquipollens,vel ſimilem modũ
tendentem ad eundem effectum cum modo expreſ-

ſo, per d.l.3.& d.l.mulier.in princ.& d.§.& quid ſi tantum.cò, quòd teſtator cenſetur magis effectum cogitaſſe, quàm modum, & talem conditionem ineſſe & dici intrinſecam in actu ipſo, & non eſſe propriè conditionem, per l.3.de leg.1.poſt antiquos tradit Alber, in l.fidei commiſſa.§.ſi filio de leg.3.& Bald.in d.§.& quid ſi tantum.col.2.inſpiciendo exemplũ & caſum d.l.3.& d.l.mulier.in prin.de fidei commiſſo reſtituẽdo filiofam.quòd neceſſaria vel intrinſeca ſit conditio, quòd fiat ſui iuris, vt poſsit acquirere fidei cõmiſſum, & non patri, in cuius eſt poteſtate, per l.placet.ff. de acq.hær. Quod quidẽ fieri põt emancipatione vel morte patris, vel aliis modis, de quib.habetur tot.tit. Inſt, quib mo.ius pa.po.ſol.adcò quòd iſti modi cenſentur ineſſe tali cõditioni, quæ ideo vno expreſſo poteſt adimpleri per alium habentẽ eundẽ effectũ liberandi filiũ fidei cõmiſſar.à patria poteſtate, valentem poſtea ſibi acquirere fidei commiſſum, per dicta iura: adhuc cõcluſioni de directo videtur obſtare tex.in d. l.fidei commiſſa.§.ſi cui.vbi conditio fidei commiſsi alicui reſtituendi, ſi morte patris ſui iuris effectus fuerit, non videtur ad plenum per emancipationem impleta, ſed quòd requiratur mors patris, vt ad fidei cõ. admittatur. De hoc contrario gloſſ.& Docto.in.d.§.ſi cui. & in d.l.3.& in d.l.mulier.tractarunt, dantes varias ſolutiones, & diuerſos intellectus d.§.ſi cui.ſuper quibus ego non inſiſtam hic, vt longas diſputationes euitem, & me remitto ad glo.& Doct.in dictis locis, & in l.cum filiofa.de leg.1.Solùm legendo atque perlegendo literam d.tex.§.ſi cui.cum.§.ſi filio, præcedẽ-

23 te, dicerem † illum text.poſſe intelligi dupliciter, vno modo præſupponendo, quòd ſiue pater hæres, ſiue extraneus hæres damnatus ſit reſtituere alicui filiofa cum expreſſa conditione, ſi morte patris ſui iuris effectus fuerit, quòd huiuſmodi conditio poſsit dici verificata & adimpleta per emancipationem id probantibus verbis, d.§.ſi cui.ibi: & emancipatione ſui iuris factus ſit, non videri defeciſſe conditionem, hoc modo inducendo, defeciſſe conditionem, eſt vna negatiua, conditionem non eſſe impletam, vt expreſsè dicit & probat Dec.in conſi.227.In caſu ad me tranſmiſſo. col.2.in princ.ſub verſ.ſecundò ſaltem.ſic dicens conditio, quę non impletur, dicitur defeciſſe, per l.1.C.de indic.iud.tol.& l.1.§.ſin autem aliquid.C.de cad.tollen.addo & per l.filius familias §.cum quis.de leg.1. & per meliorem tex.in l.tutor datus.ff.de teſtam.tu. ibi, ſed & ſi ſub conditione fuerit tutor datus, deficiẽte conditione tutor non erit, & cum multis ſimil.& non videri, eſt altera negatiua quiſq.autem ſcit, duas negatiuas facere vnam affirmatiuam: l.duobus.ff.de verb.ſign. Quæ ergo affirmatiua talis intelligitur in caſu d.§.ſi cui.quòd emancipatione cõditio ibi aſcripta adimpleta videtur, cui intellectui non aduerſantur verba dicti tex.ibi ſequentia: ſed cum mors patri contingat, &c.quia hæc verba poſſunt ſtare ſimilitudinariè, & non aduerſatiuè: non aduerſatiuè demonſtratur, cum iam ſit per præcedentia verba inducta affirmatiua conditionis impletæ, & per hæc dicta verba ſequentia inducatur eadem affirmatiua, ergo ex his non habetur aduerſatius intellectus, ſed ſimilitudinarius, ſi ita diceretur, cõditio videtur impleta per emancipationem, ſicut per mortem patri contingentem, vt talem ſimilitudinem in conditione eadem facit idem Vlpianus auctor d.§.ſi cui.& Iuriſconſ.in d. l.ſi ita eſſet.ff.quando di.leg.ced.& hunc intellectum

24 eſſe talem, innuit dictio, † Quaſi, in d.§.ſi cui.quæ eſt ſimilitudiuis nota: l.ſi procuratorem.in fin.ff.de procu.& l.diuortio.§.ſi fundum.& ibi Bart.ſolu.matr.cũ ſim.non obſtat ibi in dictis verbis ſequentib. prima

25 dictio, † Sed, quæ licet ſit aduerſatiua, tamen poteſt poni ac exponi aliter, prout eſt neceſſarium, per not. in l.eas cauſas.de cond.& demon. Igitur d.§.ſi cui.cõcordatur cum d.l.mulier.& cum d.l.ſi ita eſſet.vt in talem concordiam facilius ineũdum eſſe videtur? cum idem Iuriſc.Vlpianus fuerit auctor dictarum legum, vt in principio earum præſcriptũ legitur, quod valde ponderandum eſt pro concordia legum, & qua-

26 rũcunque aliarum diſpoſitionũ, quia † non ita de facili quis eſt ſibi ipſi contrarius, vel diſcors, & nõ pręſumitur, ſe ipſum corrigere: arg.not.per Bal.in l.fi.in fin.C.per quas perſo.no.acqui.& not.in.l.non ad ea. de cond.& demon.ſicut diuerſi adinuicẽ faciliùs ſunt diſcordes: vt l.item ſi vnius.§.principaliter.ff.de arbi.

27 Alio & ſecundo modo poteſt † intelligi tex.in d.§. ſi cui.§.ſi filio.& Bal.in d.§.& quid ſi tantum.in col.2. ſub verſ.ſecundo caſu.allegat ſub d.§.ſi filio.& poteſt dici, quòd cum in filio dictum ſit fideicommiſſum à patre hærede inſtituto præſtandum filio non expreſſo, cum pater moreretur, ſed intellecto hoc per alia verba teſtatoris, de quibus ibi diceretur intelligi relictũ in id tempus, in quo ſui iuris filius efficitur, quid dicendum, ſubſequendo & continuando §.ſi cui.ſi fuerit relictum filio fidei cõmiſſum hoc expreſſo, ſi morte patris fuerit effectus ſui iuris, ex iſta continuatione, & ex iſta expreſsione intelligente forſan Iuriſcon. quòd teſtator noluerit dari fidei commiſſum filio, niſi fuerit effectus ſui iuris cum iſta qualitate expreſſa mortis patris, & effectus fuerit ſui iuris emancipatione, quòd faciebat dubium, ne ſemel ſui iuris effectus emancipatione, amplius conditione expreſſa mortis patris effici poſſet; & ſic deficiente dicta conditione ceſſaret fideicommiſſum? hoc non obſtante, cũ patri mors contingat habita conditione, tunc pro impleta verè per emancipationẽ, & ſimilitudinariè per mortem per dictam dictionem, Quaſi, vt ſuprà dictũ eſt. facit l.Iulianus.la 1.in fi.de cond.& demon.filius habebit fideicommiſſum, & , vt ceſſet contrarietas d.l. mulier.& d.l.cum ita eſſet.& d.l.3.C.de inſti.& ſubſt. poſſet dici, hic adeſſe voluntatem præciſam teſtatoris, ſic intellectam à Iurecon ex dicta continuatione,

28 & expreſsione, & reſolutione per eum facta.

Nam † continuatio multùm confert ad intelligentiam legum & materiæ iuris: l.2.de ſtat.hom.& dicũt Doct.in locis communibus de continuatione rubricæ, ita legis ad legem, glo.in l.3.in prin.& in §.ex contrario.ff.de acqui.poſt.glo.1.in prin.paragraphum ad paragraphum continuat, refert Franc.in rub.in prin. de teſta.in 6.ſimiliter inſpicere totam legem, antequam reſpõdeatur.l.inciuile.ff.de legi. vnum eſt præcipuè inſpiciendum, pro concordia iſtarum legum, quòd tex.in d.§.ſi cui.non negat, imò concedit, vt demonſtraui, conditionem impoſitam, Si filius ſui iuris factus fuerit, morte, patris intelligi verificatur emancipatione.ſic alio modo æquipollẽte, ſi expectatur ibi mors patris, vt ad fideicommiſsum admittatur; hoc facit voluntas teſtatoris comprehenſa & intellecta, vt oſtenſum eſt; ad hoc optimè facit tex.in l. ſed ſi mors.§.cum igitur.de dona.inter vir.& vxo.allegatus per d.glo.fin.in d.§.ſi cui.cuius quidem intellectus videtur verior & minùs deſtruens literam, vt ſuprà demonſtratum eſt, ſuper quo etiam latè inſiſtit Soci.Iun.in d.l.cum filiofam.verſ.venio ad apparatum.col.1.& ſequent.de leg.1.& demum ſuper eo cogitandum reliquit.

29 Non deſtruendo hanc communem cõcluſionem † de conditione neceſsaria, quòd non ſtet in neceſsitate, ſed in coniecturata mente teſtatoris, ſecundum Dec.in d.l.3.col.1.conceditur, quòd, vbi tractatur de effectu



effectu attendendo, vel de forma ſpecifica, in his voluntas teſtatoris eſt, quæ operatur: vt per Soci in d.§. & quid ſi tantum.in vlt.no.& per vulg.l.in conditionibus.in princ.de cond.& demon. Poteſt itaque cõditio neceſſaria impleri per æquipollens, etiam ſi eſſet expreſſa cum taxatiua: vt per Iaſ.in d.l.3.column. penult.verſ.adde, quòd iſta regula.C.de inſt.& ſubſt. Denique de argumento ab æquipollente, & de deciſionibus pluribus, ad hoc pertinentibus, tractat Nic. Euer.in locis lega.in loco.55.ab æquipollentibus, vt ibi per eum.

30 Aut ſumus in † conditione voluntaria, & tunc debet impleri in forma ſpecifica, per d.l.qui hæredi.in princ.& d.l.Mæuius.de cond.& demonſtratio eſt, & dicit Bart.in d.§.& quid ſit tantum.colum.2.quòd in prima conditione neceſſaria teſtator cogitauit de effectu, & in hac ſecunda cogitauit de forma, quia voluntariè poſuit talem conditionem, valens aliam, ſi voluiſſet, exprimere longè diuerſam & diſſimilem, ideo cum volũtas teſtatoris elegerit & reſtrinxerit ad vnam, ea nõ poteſt variari, & expleri debet in ſua forma expreſſa etiam de facto, vt ſonant verba d.l. Mæuius.& in hoc Doct. communiter ſequuntur Bart.in dict.§.& quid ſi tantum. dicit Curt.Iun.in conſil.89. colum.2, num.6.& Pariſ. in conſ.89.columη.3.num. 19.lib.2.quatenus Dec.in d.l.3.col.1.& latiùs in rub. col.antepen. extra de proba, velit contra iſtam communem incluſionem inſtare, adducendo aliquos caſus de conditione voluntaria vti ſoluendi pupillo, & poteſt ſolui tutori, & dandi ſeruo poteſt dari domino conſentiente ſeruo, & ſic per æquipollens, & nõ for-

31 maliter implenda. Reſpõdetur, † quòd poſſit impleri ſoluendo tutori, & curatori furioſi, hoc conceditur fauore pupilli, & furioſi, ne perdant, ſi eis ſolueretur: vt per gl.in d.l.Mæuius, & ibi Imo.not, idem Imo. & Socin.in d.l.qui hæredi.in princ.ita in aliis ſaluando conditionem talem formaliter implendam in perſonis expſſis, in pupillo & in furioſo ſecùs, niſi dãdo tutori, & curatori, ne datio ex illorum imbecillitate pereat, ſentiunt expreſſa verba tex.in l.ſi ſeruus decẽ ſolu.eandem ſpecialitatem in perſona pupilli vel furioſi in illis verbis vtilitatis cauſa eſſe recipiendam,

32 firmat tex.in l.Stichum.§.vſumfructum.ff.eo. † quod poſſit dari domino conſentiente ſeruo reputatur idẽ, & non æquipollens: quia ſatis videtur factum cõditioni, ſi in ea implenda interuenerit perſona ſerui etiam conſentiendo alij dari, ſentit gl.in verſ, dederit. dum dicit? Quia à perſona non eſt recedendum, in d. l.Stichum.d.§.vſumfructũ, videtur text, in l.mortuo, in fi.ff.de ſtatulib.

33 Primò tamen hac etiam ratione † intellige, cõmunem iſtam concluſionem non procedere, quãdo alia perſona, vel alius actus ex diſpoſitione legis comparatur & ſubrogatur illi perſonæ, vel actui, quam, vel quẽ, expreſſit teſtator, vt conditio verificanda in hærede procedit in poſſeſſore bonorum: l.in conditionibus.§.pen.de cõd.& demon. Idem in hærede hæredis: l.paterfa.de vulg.& pup.& l.ſi peculium.§.hære. ff.de ſtatulib. Idem in conditione dandi & ſoluendi, ſi fuerit expleta compenſatione vel acceptatione, ſufficere d.l.ſi peculiũ.§.quòd ſi hæredi.& l.Iulianus. la 1.de cond.& demon.hæc ponit Alcia.in ſuo lib.de verb.ſign.in 3.lib.pag.67.ſub ver.quinta principalis regula.& ſub hoc cadit, quod dicit Bart. in l.pater.§. hæreditatem.de leg.2.de grauato, ſi deceſſerit ſine liberis, ingrediente monaſterium.

34 Secundò † intellige, non procedere, quando ſtaret per eum, in cuius perſona debet conditio impleri, quia habetur pro impleta: l.iure ciuili.de cond.& demonſt.vel ille, in cuius perſona eſſet conditio implẽda, conſentiret alio modo eam impleri vel haberi pro impleta: l.legatum.C.de condi.inſer.Bal.in l.fin. C.ad l.Falcid.tradit Socin.in d.l.Iulianus.col.2.in 3. not.& Iaſ.in d.§.& quid ſi tantum.in col.7.ver.limita dupliciter.

35 Tertiò † intellige, quando conditio nõ poteſt impleri in forma, quam teſtator expreſſit: quia tunc etiã poſſet impleri per caſum & modum æquipollentem prout poſſibile erit, per l.legatum.ff.de admin.re.ad ciui.perti.firmat Bar.in l.1.col.pen.ver.venio ad impoſſibilitatem de facto. de condi. inſti. in quæſtione legati fratribus facti, vt celebrent miſſas, & fuerit interdictus locus, & ne miſſæ ibi celebrentur, conuertendi in alium honeſtum finem, & per l.legatum.de vſufruct.leg. ſequitur Aret.in d.§.& quid ſit tantum col.6.ſub ver.vltimò adde, & Iaſ.ibi in col.7. verſi.2. no.limita.in princ.lect. & per tex.in l.qui dotem.de dot.præleg.

36 Quartò † intellige, quando teſtator etiam in cõditione voluntaria magis inclinat, & videtur velle effectum rei, quàm modum & formam implendi conditionem, non curaremus iſto caſu de modo implendi, dummodo haberemus effectum, ſic prædominante voluntate teſtatoris regina, d.l. in conditionibus. ex ſententia Bart. ponit Socin.in d.§.& quid ſi tantum. col.1.in vlt. not.ſequitur Dec.in conſ.227.verſus fin. ver.Nõ obſtat, quod ſuprà dicitur.& in conſ.427.col. fi.nu.11.& Soc.Iun.in conſ.42.nu.25.& in conſ.92.in fi.& in cõſ.102.col.pen.nu.32.lib,1.& Pariſ.conſ.20. col.4, nu.41.lib.3.

Ex his autem poſſunt declarari omnia contraria, quæ contra d.communem concluſionem adducunt Are.& cetæri, in d.§.& quid ſi tãtum.& in l.1.in prin. de vulg.& pupil.& in d.l.3.omitto hoc in loco proſequi materiam prædictis ſociam de extenſionibus caſuum, tractatam per Bart.& alios in d.§.& quid ſi tantum.quia vereor, ne etiam in his, quæ circa conditionem neceſſariam & voluntariã tetigi videar aliquantulum me eſſe digreſſum à propoſito loco voluntatis defuncti declarandi ab effectu: ſed cuilibet patêre arbitror, quòd habens præ manibus quæſtionem de effectu habito, etiam de modo non curando, coactus fuerim non omittere huius & voluntariæ conditionis differentiam, perquam ſatis deuentum eſt ad cognitionem noſtri effectus propoſiti; ſcio enim alibi aptius in ſequentibus libris materiam conditionũ, & extenſionum incidere poſſe, hæc tamen hic forſan quandoq.non diſplicebunt: ideo quoq.Bal.in l.precibus, col.8.ver.item ſępè.C.de impub.dicit.quòd nõ videtur eſſe magna digreſsio, vbi ſimilitudinis retinetur imago, bene conferunt, quæ ſcribit Dec.in l.1, num.13.ſi cert.pet.quæ nam dicantur pertinentia, & non ſuperflua.

Itaq; his dictis, adhuc video, nõ eſſe prætermittendum, quomodo poſſumus cognoſcere, quæ ſit neceſſaria, & quæ ſit voluntaria conditio, ſi enim volumus cognoſcere effectum diſpoſitionis, oportet, quòd cognoſcamus eius ſpeciem & naturam, dicit idem Bal. in conſil.170.Quidam Nicolaus, colum.1.circa fin. lib.5.

Pro cognitione autem conditionis neceſſariæ & voluntariæ, Iaſ.in d.l.3.col.1, C.de inſt.& ſubſt.dicit,

37 † adeundum eſſe Bar.in d.§.& quid ſi tantum.ſubiũgit ſtatim: Vel dic, quòd conditiones, quæ conſiſtunt in dando, debẽt impleri in forma ſpecifica, quia ſunt magis præciſæ: ita loquitur d.l.qui hæredi.in prin.& d.l.Mæuius.ſecùs in aliis, quæ non conſiſtunt in dãdo, quia poſſunt in ſua forma, vel per æquipollẽs impleri, ita

pleri,ita dicit intelligendum, quãdo teſtator dicatur conſideraſſe potius effectum, quam formam: Aret.in d.§.& quid ſi tantum.col.5.ſub verſ.vltimò adde.dicit diſtinguendo.Aut eſt conditio, cuius implementum non eſt in poteſtate honorati, ſed à fortuna dependet,& tunc implementum tale poteſt fieri per æquipollens,licet hęc dicta ſint excerpta ex d.l.qui hęredi.& ex d.l. Mæuius. tamen id clariùs pleniúſque percipi videtur ex doctr.Bar.in d.§.&quid ſi tantum. Nam ſecundum eum neceſſaria conditio de vno modo neceſſaria ad actum, altero modo ad effectum actus, de primo modo & ſuis ſimilibus habentur exẽpla in d.§.& quid ſi tantum, & ibi gloſ.& Doct.& in l.1.in princip.de vulg.& pupil.ibi maximè per Soc.in 10.col.verſ.octauò no.limit.quæ ſcilicet ſunt neceſſaria ad ſubſtitutionem vulgarem, idem poteſt dici de neceſſarijs ad alios actus,quòd ſufficiat conditio impleri per modum, habentem effectum eundem, qui ſufficiat ad ipſum actũ,vt per Corn.in conſ.276. col. fin.lib.3. de ſecundo modo ad eſſentiam effectus acquiſitionis exempla habentur de legatis, factis filiofam.ſi fuerit effectus ſui iuris,& de alio contingente neceſſariò ad aliquam acquiſitionem: vt in caſu l. liberto.§.fin.de an.leg.voluntaria conditio dicitur eò, quòd ſit in voluntate teſtatoris eam ponere vel facere legatum purum:vt dicit Bart.in l.vxori vſumfruct. de vſufruct.leg.vel vno,vel alio modo ponere,vt dicit tex.in d.l.Mæuius.

38 Principalem regulam,† non curamus de modo habito effectu, intellige demum, niſi modus ſit* prohibitus,vel ſit de ſubſtantia,ſicut effectus, vt de modo iudiciario:non ſufficeret enim habere effectum iuſtæ ſententiæ,niſi per modum debitum iudiciarium prolata fuiſſet,vt per Abba. poſt Ant.de But.in cap.vniuerſitatis.in pen.gloſ.de ſent,excomm. & Bald.in l.1. num.11.C.ex delict. defunct.in quant.hæred. vbi locus ab effectu non ſufficit,niſi ſumatur ab auctoritate iuſdicentis,exinde firmando,bannitum ex interlocutoria decapitatum,non dici ſeruum pœnæ,& inteſtabilem mortuum.

# DE INTERPRETATIONE VLTIMARVM VOLVNTATVM

## LIBER SECVNDVS.

EXPEDITO ſuperiori libro circa generalia tractatus aſſumpti de interpretatione vltimarum voluntatum, vt plurimùm verſando,& circa ea, quæ extra teſtamentum incurrunt, interpretationes, vt pollicitus ſum, tractando,nunc deuenire incipio ad ea, quæ ex ipſis teſtamentis oriuntur:hoc ideo præſenti libro ſecundo videndum eſt de interpretationibus, ſeu declarationibus, quæ concurrunt teſtamenta & alias vltimas voluntates ipſas: CIRCA PROBATIONES, VALOREM, VERBA, MENTEM, ET SENTENTIAM, omittendo aliter facere ſolemnem tractatũ de teſtamentis,quia de his,& ff.& C.& extra,de teſtament.& per Doctores generales,& ſpeciales non deſunt pleniſſimi tractatus, ſed ea quidem agenda duxi,quæ non ſic alibi acta reperiuntur,queve magis ad præſentis tractatus titulum pertinere videbuntur. Vt igitur in æquiuoco non procedamus, ſed ordine diſtincto & congruo,eo maximè, de quo præmiſſum eſt,ſcilicet per interpretationes ſeparatas, ſeu declarationes incidentium dubitationum.

Diuido librum hunc in quatuor interpretationes, ſeu declarationes, his accommodando ſingulis ſuas dubitationes,quæ videbũtur per eas declarari oportere,itaque interpretatio erit.

Prima,circa eſſentiam,& probationes vltimarum voluntatum.

Secunda,circa validitatem & vigorem.

Tertia,circa ſcripturam,& verba.

Quarta,circa mentem & ſententiam.

Prima autem interpretatione duę principales dubitationes ſoluuntur.

Prima quæ,qualis,quotuplex ſit vltima voluntas.

Secunda, qua præparatione,quáve probatione de ea nobis conſtare & liquere poſſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtitutio omnis à diffinitione proficiſci debet.*
2 *Ens eſt ſubſidium naturæ.*
3 *Forma & ens conuertuntur.*
4 *Forma diſpoſitionis eſt eius perfectio.*
5 *Diffinitio eſt in iure fallax.*
6 *Vltima voluntas quanam dicatur.*

### LIB. II. INTER. I. DVB. I.

VT ergo intelligamus,quæ,& qualis ſit vltima voluntas, de cuius interpretatione iam tractare incepimus, imitando Ciceronem in 1.lib. de Offic.præcipientem, à diffinitione debere proficiſci omnem de aliqua re
1 inſtitutionem,† vt intelligatur,quid ſit id,de quo diſputatur, ad rem admodum commodiùs diuus Hieronymus in prologo in Eſaiam ait, nec facilè quempiam poſſe iudicare de interpretatione, niſi intellexerit antè, quæ legerit. Quia ſubiectum naturæ eſt
2 ens,† dicit Baldus in l. cum fratrem. colum. fin. ver. in contrarium.C.de his, quib. vt indig. & forma &
3 ens conuertuntur,† cùm forma diſpoſitionis non a-
4 liud,quàm eius perfectio, † dicit idem Bal.in l.1.§.ꝑ ſecundo.verſus ſi.de cadu.tollen.Ita quoq; antiquiores illi Iuriſconſulti in explicandis iuris articulis plerunque tradere ſolebant diffinitionem eius, de quo erat titulus ꝓpoſitæ materiæ,vt de tutelæ diffinitione loquitur tex.in l.1.ff.de tut.ne longiùs progrediamur,de diffinitione teſtamenti loquitur tex.in l.1. ff. de teſta.vbi Bar,latè defendit tamen Iuriſconſulti diffinitionem,& ibi per alios in §.1.Inſti.eo.

Ego verò in diffinitione ſolius teſtamenti nõ perſiſtam, quia tractatus iſte non eſt de interpretatione teſtamenti tantum,ſed vltimarum voluntatum:quarum plures ſunt,vt inferius dicetur,ſpecies: ſed ideo magis latum,& generale vocabulum vltimæ voluntatis diffiniendum ſumpſi,vt omnes ſpecies complectar nõ tantum ipſam diffinitionem, quæ in iure no-
5 ſtro fallax eſt:† l.omnis definitio.de reg.iur.attendendo,quantum, vt hac occaſione declarandi omnes eius particulas magis aptè,& diſtinctè procedam, & aliqua notabilia in materia proferam,in hoc ſequẽs Rochum de Curte qui ſuum tractatum de iure patronatus compoſuit, diſcurrendo ſingula verba diffinitionis ipſius iuris patronatus.

Eſt enim,Vltima, Volũtas,Vnius,Hominis, Habilis,Diſpoſitio,de eo quod fieri vel capi velit poſt mor
6 tem ſuam † mortéque ipſa effecta irreuocabilis & firma per alium adimplenda.

Ad ſingula verba hæc declaranda aggredior.

Qualis eſt vltima voluntas per diffinitionem ſoluitur,& per ſingula hæc præmiſſa verba,eſt enim

1 Vltima.
2 Voluntas.
3 Vnius hominis.
4 Habilis.
5 Diſpoſitio.
6 De eo quod fieri vel capi velit poſt mortem ſuam.
7 Mortéque ipſa effecta irreuocabilis & firma.
8 Per alium adimplenda.
9 Quotuplex ſpecies X.vltimarum volũtatum traduntur.
10 Quomodo cognoſcantur codicilli ſine teſtamẽto per clauſulam codicillarem.
11 De effectibus clauſulæ codicillaris.
12 Signa donationis cauſa mortis factæ in teſtamento.
13 Signa donationis cauſa mortis factæ extra teſtamentum.
14 Signa donationis inter viuos multa enumerantur & probantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Vltima quare dicatur voluntas.*
2 *Communis contra Bart.quòd ſcilicet per clauſulam derogatoriam caſſans irritans aliud omne teſtamentum, non ſit ſublatum primum teſtamentum,habens clauſulam derogatoriam*
3 *Paganus non poteſt decedere cum duobus teſtamentis, nõ conſtito,quòd duobus ab eodem factis, quod eorum ſit poſterius.*
*Fallit,ſi hæres vnius ſit in poſſeſſione.*
*Vel hæres ſit de ſuccedentibus ab inteſtato,vel pia cauſa eſſet hæres inſtitutus.*
4 *Vltima derogant prioribus.*
*Amplia in præſentatione.*
*Amplia in vltimo ſolito teſtatoris,etiam in vna vice inducto.*
*Amplia in inueſtitura.*
*Vide tamen Fuſcium ſingula.35.litera A,*
*Amplia in vltima conſuetudine feudi, vel emphyteuſis.*
*Amplia in recuperatione feudi.*
*Amplia in euentu poſteriori vltimi ſtatus beneficij.*
*Amplia in electione,*
*Amplia in conſuetudine.*
*Amplia in vltima opinione gloſſa,vel Doctoris.*
5 *Fallit,niſi vltima opinio ſit relata cum coniunctione aduerſatiua,licet,vel quamuis,*



SOLVTIO I.

1 VLtima dicitur, quia alia eam non ſequitur:† l.2. §. legitima. ff.de ſu.& l.hæred. & poſt eam alia facta non eſt:l.1.§. 1.ff.de bon.poſſeſſ. ſecund.tab. licet ſola promulgata & condita ſit:l.illa verba. ff. de verbor. ſignifi.vel mille ante eam factæ ſint: quia vltima valet & attenditur.§.poſteriore.Inſtit.quib.mod. teſta. infir.cum ſimil.alleg.per Pariſ.in conſi.10.columna. li.3. etiam ſi vltima valeret de iure ſpeciali.idẽ Pariſ. probat conſ.34.num 5. lib.2.hac ratione doct. in l.2. de liber.& poſthu.communiter damnant opin.Bart volentis per vltimum teſtamentum ſimpliciter reuocans omne aliud teſtamentum,cenſeri eſſe inductam ſpecialem pœnitentiam & reuocationem prioris teſtamenti,habentis clauſulam derogatoriã ad ſequẽtia,per tradita in l.ſi quis.in princip. de leg.3.quãdo præceſſerit vnum teſtamentum tantum: hanc autem opinionem reprobant, quoniam dicunt, etiam pluribus teſtamentis ab eodem factis aliter nõ poſſe accidere, niſi quòd dicatur vnum vltimum præcedere,
* & ita in hoc eſſe Com.* Opin.contra Batt.atteſtatur
2 & defendit † Alexan.in conſ.25.num.3.lib.3. & cõſ. 44.circa fin.lib.4. & conſ.156. nume.3. & conſi.163. numer.7. lib.7. licet cum Bart. videatur tenere Soc. conſ.2.col.4.lib.3.tamen id dicit facere, concurrente quadam generali reuocatione, & quòd eſſet periculoſa opi.Bart.propter authoritates in contrarium, forſan de hoc erit iterum dicendum infrà lib. 4. de clauſulis derogatoriis,interpr.vlt.dubit.2.in 4.conſideratio.

Exinde etiam dicitur, quòd apparentibus duobus teſtamentis, ab eodem factis, & non conſtito, quod eorum ſit poſterius & vltimum:quia paganus nõ po-
3 teſt decedere cum duob.teſtamentis,† Pariſ.d. conſ. 10.in prin. Neutrum valet.vt per gloſſ.in d.l.1.§.ff.de bon,poſſ.ſecund.tab.& ibi Bart.& Alber.& gl.& Alber.in col.fin.& Iaſ.in col.pen.& Dec.in col.fin.l.vlt. C.de edic.Di.Adri.tol.quod tamen Doct. limitant, & declarant præualere teſtamentum, in quo inſtitutus hæres eſt in poſſeſſione,& hac occaſione ibi Dec. enumerat plura commoda poſſeſſionis,vel hæres eſt de ſuccedentibus ab inteſtato, vel pia cauſa, & ſi in vtroque eſſet pia cauſa hæres, præferretur pauperior, & magis fauorabilis cauſa, vt per eos in dictis locis.

Nam generale eſt, vltima eſſe attendenda, & de-
quæramus.13.perſonas prohibitas teſtari, quas ibi
Bart. reducit ſequens Iac.de Are, ad quinque regu-
las: quas etiam ibi examinat declarando, quæ per
ſtatuta municipalia poſsint diſpẽſari, quod poſsint
teſtari,vt ibi per eum,& per Ab. latè in rub. extra de
teſtamen. ponentem XVIII. CASVS DE PROHIBITIS
ad teſtandum. & per Aret. in tract. de teſta.in princ.
colum.3.& ſequen. & in Gloſſ.j. & 2.ponit & Ioan.
Dilec.in ſuo tract. de ar. teſtan. in primo tit. de his,
qui non hab.teſt.fac.Aliquas perſonas ex poſitis per
alios dando, vt in toto illo ſuo opere vtitur,cautelas
& remedia,quibus prohibiti poſſunt euitãdo prohi-
bitiones validum actum aliquo modo facere: vt la-
tiſſimè Philip.Franc.in rub.de teſta in 6.per 26.quæ-
ſti.princip. ponit. & examinat de his 26. prohibitis
teſtari,de aliquibus eorũ,ſi tibi occurrerit videre, vt
ſecurius ad eũ accedas,breuitatis gratia remittẽdo te
ad dicta p eũ,ſufficiat hic ſola nominatio ꝓhibitorũ.
Ponit.n. & q̃rit, DE IMPVBERE, PRODIGO, FV-
RIOSO, MVTO & ſurdo: DE CAECO, DVBIO ſui
ſtatus, obſidibus, CAPTO ab hoſtibus: DE DEPOR-
TATO & DAMNATO ad metallum, DE DANDO
ad mortem per ius commune & ſtautum, de Ban-
nitis & per Nel. intracta. de Ban.in quæſt.52.ſecun.
temp. DE DAMNATIS ad perpetuum carcerem, DE
REO CRIMINIS læſæ maieſtatis, DE INTERFICIENTE
ſe ipſum, DE HAERETICIS, infidelib. paganis & iu-
dæis,de excommunicato, DE VSVRARIO manifeſto,
de filiofam. & filia famil. de ſeruo, DE CLERICO ſe-
culari, de bonis eccleſiæ,de Heremita,de Archiepi-
ſcopo,& alijs prælatis,de bonis eccleſiæ, DE CARDI-
NALE, de bonis eccleſiæ, DE PAPA, DE Imperatore
DE REGE, DVCE, Marchione, & Comite,de digni-
tatibus & earum iuribus, de Monachis, & Moniali-
bus, Conuerſis,ſeu oblatis,de Monacho, ſeu Cano-
nico regulari promoto ad Epiſcopatum,Cardinala-
tum,vel Papatum, de habentibus licentiam teſtandi
à Papa,de his,vt dixi,ibi pleniſſimè examinat.
Ego verò pauca aliqua addam: Miles Hieroſoly-
mitanus prohibetur teſtari de ſtabilibus:vnde ſi licẽ-
tiam obtineat à Summo Pontifice teſtandi de ſtabili
bus vſque ad certam ſummam,poteſt de his teſtari,&
veniunt mobilia deſtinata, & præparata ad vſum i-
pſorum bonorum ſtabilium comprehenſorum in te-
37 ſtamento; vt ex facto reſpondit † Rupe.Alexand.in
conſi.61.tota difficultas,licentiam teſtandi poſſe con
cedi per Papam Epiſcopo:vel Cardinali de bonis Ec-
cleſiæ:latè defendi Alexand.in conſil.101.Super pri-
mo. col.2.lib.7. Vbi etiam dicit: licentiam præſumi
eſſe datam:ſi diu fuerit obſeruatum teſtamentum: i-
dem præſumi: datam licentiam eſſe ex longiſſmo tẽ-
38 poris curſu firmat† Aret.in conſi.36.Caſus talis.colu.
1.quod conſilium eſt in eodem facto & caſu:conſi.A-
lexan.quod quidem dictum de licentia præſumenda
ob longiſſimum tempus intellige,vt per Felin. in ca.
ſicut.col.19.de re iudi.Sub huiuſmodi licentia teſtan
di de bonis acquiſitis & acquirendis ex bonis & fru-
ctibus Eccleſiæ veniunt penſiones bonorum locato-
rum debitæ ex fructibus recollectis tempore mortis
39 prælati,vt idem † Alexand.firmat in conſ.15.Ad pri-
mum lib.2. Vbi dicit de acquirendis ex iuribus Eccle
ſiæ,& quod appellatione rurium veniunt prædia &
poſſeſſiones,per alleg.ibi per eum.De licentia autem
conceſſa teſtãdi per ſummum Pontificem Monacho,
etiam profeſſo ordinis militię Ciſterciẽ.quod valeat,
pleniſſimum conſilium edidit Socin.in conſ.13.Præ-
ſens conſultatio.lib.1.Et talis licentia conceſſa pro
certa ſumma,intelligitur vltra id, de quo poteſt Præ-
latus diſponere de iure communi,niſi in conceſſione
ſit dictum pro cauſis, de quibus alias iure communi
poterat diſponere, & etiam intelligitur deductis ex-
penſis ad quas tenebatur ipſe prælatus defunctus, vt
reſpondit in eo facto,† Paul.de Caſtr.in con.273.Ad
40 primum.& in conſi. 285. Ad primum.lib. 2.& intel-
ligitur ſine præiudicio alterius:Deci.in conſ.157 cir-
ca fi.& Barb.in conſi.33 .col.2.in 1.vol.Vbi etiam vi-
de,quod late defendit huiuſmodi licentiam teſtandi
de bonis acquiſitis de rebus Eccleſię,quando incerta
eſt,& teſtamentum eius vigore factum non valeret in
præiudicium Eccleſiæ,vt ibi per eum in d.conſi.33.li.
1.Vide tamen,quod licentia alias generalis & indif-
ferens intelligitur,& declaratur prout fuerit actus vi
gore licentiæ factus:iſta eſt doctrina Bal. in c.1.nu.3.
quid iu.ſit ſi poſt ali.vaſal.
Nota inſuper.quia quilibet prima facie valde du-
bitaret,quod talis licentia conceſſa Cardinali per
ſummum Pontificem,vti odioſa & exorbitans intel-

ligitur & reſtringitur ad vnum teſtamentum ſemel
factum quo ideo facto, expirat licentia, & ſi aliud cō-
deret, teſtamentum non valeret, ſed primùm valere
debet, per reg. l. boues. §. hoc ſermone. de verb. ſign.
in eodem caſu per plura iuris fundamenta, compro-
41 bant † Deci. in conſil. 512. & Socin. Iun. in conſil. 89.
lib. 1. Vbi etiam inferunt, talem licentiam teſtandi
non continere facultatem codicillandi, vlteriùs ibid.
Socin. Iun. circa fin. col. tangit ipſam licentiam expi-
raſſe & finiſſe per mortem Pontificis concedentis. fa-
ciunt ad hoc plures deciſ. alleg. per Tiraquel. in d. §.
hoc ſermone. in reg. num. 70. cum ſeq.

Verùm principalem dubitationē reſoluendo hu-
iuſmodi licentiam complecti, & vltimum teſtamen-
tum ex recentiorum plena allegatione probat Burſa.
Mant. conſ. 30. nu. 56. quam opinionem puto veram,
42 quaſi hæc licentia adaptanda ſit legibus, per † l. ſi
quando in princ. C. de inoff. teſt. & legum diſpoſi-
tio dictat, quòd teſtatoris voluntas ſit ambulatoria
vſque ad mortem: l. 3. de adim. leg. idem firmat Gab.
Eugu. conſil. 83. num. 27. Quando tamen licentia di-
ſponendi de bonis feudalibus nō expiret morte con
43 cedētis † vide per Rui. conſ. 7. lib. 2. & Afflict. in deciſ.
128. nu. 5. & ſeq. & capi. deciſ. 136. ſub nu. 6. Card. in
clem. fin. in 5. q. de elect. & ibi Imo. ad prin. & Abb. in
c. pen. col. fi. de cleri. non reſiden. latè reſpondit Nat.
conſ. 647. num. 4. 5. 6. lib. vlt.

Sed quæritur, quando Papa conceſſit licentiam
Epiſcopo vel Cardinali teſtandi de bonis acquiſitis,
intuitu Eccleſię, ſi iam teſtamētū fecerit, an id valeat?
44 † Paul. de Caſt. in l. ſi iam facta. in prin. de condi. & di-
mon. ponens hanc quæſtionē, dicitur placere, quòd
valeat eò, quòd teſtamētum tempore mortis vires ſu-
mat, & verba licentiæ futuri temporis ob id trahan-
tur ad iam factum teſtamentum, arg. l. talis ſcriptura.
in fi. de leg. 1. Soc ibidem in d. l. ſi iam facta. arguen-
do contra rationes Pau. de Caſt. ſuam concluſionem
iſtam valde dubiam reputat, & aliter quæſtionem nō
ſoluit, verè eſt dubia d. concluſio, quā ſic poſſe decla-
rari, & ſolui putarem: Diſtinguendo; aut Epiſcopus
vel Cardinalis, cui poſtmodum eſt data huiuſmodi li
centia, erat clericus ſecularis, qui aliâs eſt habilis ad
45 teſtandum: † c. quia nos. de teſta. & auct. presbyteros.
1. C. de epiſ. & cleri. & tunc, quia teſtādo etiam de bo-
nis acquiſitis intuitu Eccleſiæ videtur alienare bona
Eccleſiæ: l. peto. §. fratre de leg. 2. & ita arguit Abb. in
c. cum in officiis. col. 2. ſub. ver. ſecundò fallit. de teſta.
quod conſuetudo teſtandi de bonis Eccleſiæ non va-
leat in bonis immobilibus, eò, quod nō poſſunt alie-
46 nari ſine ſolemnitatibus † vt c. ſine exceptione. 12. q.
2. videtur etiam ſic teſtari de bonis alienis, quę perti-
nent ſaltem adminiſtratione ad Papam ſub plena &
libera diſpoſitione clem. 1. in fi. vt lit. pend. vt geren-
tem Dei vicem in terris: c. quantò. de tranſla.

Vnde cum legatum rei Eccleſiæ valeat in hoc, ꝙ
47 debeatur æſtimatio legatario, † ſecundum Bal. Imo.
Alex. Aret. & Iaſ. in l. apud Iuli. aliàs ſub l. cum ſeruus.
§. conſtat. de leg. 1. reprobata ibi opin. Bart. ibi dicit
Iaſ. in l. cum alienam. col. 4. in fi. C. de lega. commu-
niter reprobari, Bar. in hoc. & Alex. latè firmat in cōſ.
9. Viſis dicto themate. col. pen. ver. item & aliter li. 2.
eò, quòd bona Eccleſiæ poſſunt alienari ſeruatis ſolē-
nitatibus, & non cum tanta difficultate, prout bona
Cæſaris, de cuius ſola volūtate poſſunt alienari, ideo
non valet legatum, propter hanc difficilem recupera-
48 tionem, † per tex. in d. §. conſtat & iſta ratione Bal. &
alij ibidem tenentes, vt ſuprà contra Bar. dicūt opin.
Inno. & Bart. procedere in bonis Eccleſiæ Romanæ,
quæ non poſſunt alienari inconſulto ſummo Ponti-
fice, ſed ex iſtamet ratione corrueret opin. Bald. & a-
liorum ſtante generali prohibitione à Paulo II. inſer-
ra, in Extrauag. poſt Clemen. in tit. de reb. Eccle. non
alien. incipiens: Ambitioſæ cupiditati. emanata de
non alienandis bonis cuiuſcunque Eccleſiæ, incon-
ſulto Romano pontifice, & hanc rationem ſentit Ab.
in conſ. 45. Videtur primo. col. fin, lib. 2. eò, quòd ad-
ſit eadem difficultas, quæ aſsignatur in d. l. apud Iul.
§. fin. de illa cōſtitutione Paulina. vti nota & in iudi-
ciis allegari ſolita, abſq; alio obſeruanda, probat Bero
conſi. 92. nu. 30. & ſeq. li. 1. cum alleg. à Burſa. Mantu.
eam tamen Mantuæ non vſu receptam, dicente in
conſil. 55. num. 20. ſic etiam non vbique vſu receptā,
& niſi Eccleſia volente dicit Franc. ſarmen. tractat. de
redi. Eccle. par. 1. c. 2. num. 20. cum tamen res aliena
49 poſsit legari de voluntate. & conſenſu Domini, † l. ſi-
cut. §. venditionis. ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſol. &
ponunt Doct. in d. l. cum alienam. videtur ergo in i-
ſta quæſtione, quo ad teſtamentum, iam factum de
rebus intuitu Eccleſiæ acquiſitis, ſufficiat conſenſus
& voluntas Papæ, concedendo etiam poſtea licentiā
teſtandi, per doctri. Bar. & aliorum communiter in l.
ſi quis mihi. §. iuſſum. ff. de acq. hæred. quòd voluntas
ſeu conſenſus, requiſitus ad actum, ſufficit, quòd ante
vel poſt actum etiam ex interuallo interueniat, latiſ-
50 ſimè de his tractat † Soci. in conſ. 15. lib. 1.

At Epiſcopus vel Cardinalis, cui poſt teſtamētum
factum, data fuit licentia teſtandi, erat religioſus &
regularis, ita quod omnino erat inhabilis ad teſtan-
dum; vt per Philip. Franch. in d. Rub. in 14. q. princi-
pal. vlt. q. 26. de teſta. in 6. & Iaſ. in auct. ingreſsi. col.
2. circa fi. C. de ſacroſan. Eccl. & tunc videtur, quòd te
ſtamentum, factum ab inhabili, etiam ceſſante im-
pedimento, non conualeſcat: vt l. 1. §. 1. de leg. 2. Quā-
obrem & indiſtinctè l licet opi. Paul. de Caſtr. prædi-
ctam, vt ſub l. 1. hæc conditio filiæ meæ. §. ſi ſic. de con
di. & demonſtr. ſimpliciter referant. & ſequantur A-
lex. in l. & militibus, circa prin. C. de teſta. mili. & Iaſ.
in d auct. ingreſsi. col. 11. ver. limita iſtū tex quòd ſuf-
ficiat licentiam Papæ ſuperuenire, allegando Bal. in
l. fi. col. pen, C. vnde leg. & Pau. in d. l. & militibus. i-
dem referat, & Cur. Iu. in conſ, 103. col. 2. nu. 7 & Marſ.
in l. pen. nu. 50. de queſt. & in pract. crim. §. 2. nu. 54.
51 Tamen † cenſeo dictam concluſionem non eſſe ſim-
pliciter veram, ſed oportere, quòd habens huiuſmodi
licentiam, poſtmodum confirmet teſtamētum prius
factum, ſi velit illud valere. Nam clericis non licet fa-
cere teſtamētum, niſi de rebus propriis, & non de bo
nis Eccleſię vel acquiſitis de fructibus Eccleſię, de qui
bus omnino clericus prohibitus eſt teſtari, vt rema-
52 neat Eccleſiæ, † vt c. 1. 12. q. 5. c. 1. c. cum in officiis &
c. quia, de teſta, adeo, quòd ſi velint eis licere & poſſe
de bonis Eccle. teſtari, neceſſe eſt, quòd prius habeāt
à Summo Pontifice licentiam, ſic de eis teſtandi, quæ
vbicumque & paſsim per Doctores appellatur licen
53 tia, arguendo à nomine, per no. † in l. 1. in prin. ff, de
acqu. poſſ. & l. in fi. ff. de mili teſta. & arguendo ab ef-
54 fectu, cum nō liceat teſtari, niſi de rebus propriis, † vt
dicit tex. in d. c. 1. 12. q. 5. & Papa cōcedat de rebus Ec-
cleſiæ poſſe teſtari, hæc conceſsio quidem dicitur licē
55 tia. Quæ ideo ſemper debet præcedere actum, † Bar. in
l. ſi autem plures. ff. de aq. plu. arcen. & Doct. com-
muniter in d. §. iuſſum. notat Gem. in cap. 2. colu. 1. ne
cler. vel monach. id 6. ergo ex iſta ratione, & quia ca-
none prohibente teſtamentum de rebus Eccleſiæ per
clericum ante licentiam factum ab initio fuit inuali-
dum, & nullum: l. non dubiū. C. de legi &c. quæ con-
tra ius. de Reg. Iur. in 6. Vnde licentia poſtea à Sum-
mo pontifice ſimpliciter obtenta teſtādi de rebus Ec
Eccleſiæ



cleſię non conualidat teſtamentum, priùs factum, per
reg. l. omnia de Reg. Iur. cuius verba hæc ſunt, omnia
quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatim euentus
capiunt, ſi initium quidē ſine vitio ceperint: per quā
legem & ſimiles dicit Albe. in l. 1. §. hi, quibus. de leg.
56 3. † quòd teſtamentum, factum ab hæretico poſtmo-
dum reuerſo ad fidem, non reconualeſcit hac ratio-
ne, quia ab initio fuit nullum: ſimiliter teſtamentum
factum à damnato crimine læſæ maieſtatis, & gratia-
to, ac in integrum reſtituto aduerſus condemnatio-
nem, non reconualeſcere, eò quòd à principio fuerit
nullum, reſpondit Cur. Iur. in conſ. 100. Præſupponi-
tur. col. fin. niſi fuerit reſtitutus ex vniuerſali pace, ſic
diſponente Principe: quia tunc teſtamentum recon-
ualeſceret, Bald. in conſ. 243. Quidam nobilis. in fin.
lib. 1. & in ſpecie d. opin. Paul. de Caſt. reprobat Iaſ. in
d. l. & militibus. ex eadem ratione, quando teſtamē-
tum à principio eſt nullum, non procedit tex. in l. ſi
quis à filio exhæredato. §. irritum. ver. qua ratione. ff.
de iniu. ru. teſt. vbi conceſſio teſtandi extenditur ad
iam factum teſtamētum, quia ibi à principio erat va-
lidum: ſecùs, ſi fuiſſet nullū, vt ibi ſentit Alber. & poſt
eum Io. de Imo. allegando. l. 1. §. 1. de leg. 3. & ſic non
procedit dicta concluſio, eò etiam, quòd iſtæ diſpen-
ſationes ſunt odioſę, vt per eūdem Iaſ. in d. l. & mili-
tibus. & ibi etiam Dec. idem ſentit, quando principiū
eſt vitioſum, quod poteſt intelligi, quando eſt contra
ius per d. reg. quæ contra ius. idem Dec. in l. 2. col. 3.
verſ. ſecundò limita. de bo. poſ. contra tab. quando te-
ſtamentum erat nullum à principio præteritione filij
nati, qui ſi moriatur, viuo teſtatore, nō reconualeſcit
57 ipſum teſtamentum, per l. ſi † filius, qui in poteſtate.
de liber. & poſth. ſicut reconualeſcit: ſi ab initio fuiſ-
ſet validum, vt ibi per eum, faciunt alleg. per Car. in
conſ. 105. Super præmiſſo caſu & quod in ſpecie dicit
ibi in 4. col. verſ. ſextò. quòd poteſtas ſuperueniens
58 non validat actū, geſtum ab inhabili. † Quamuis e-
nim hæc ſit materia brochardica, vt Doct. dicunt, de
nouo ſuperueniens ius, quando ſufficiat & remoueat
defectus iam facti & præcedentis actus tamē gl. Dy.
& Philipp. Franch. in c. non firmatur. de Reg. Iur. in
6. Glo. Dec. & Hier. Cagn. in l. quod initio. ff. eo. tra-
dunt hanc communem ſolutionem, quòd exiſtente
actu nullo ab initio ex impedimēto perpetuo, vel in
qualitate, & ſublato obſtaculo impedimenti, & ſub-
ſequente nouo conſenſu tacito vel expreſſo requiſito
ad actum, ſi actus ipſe ſit, & redditur validus, prout
nunc. Ita teſtamentum ab Epiſcopo, vel Cardinale
factum de rebus Eccleſiæ ante licentiam ſic teſtandi,
datam à Papa, re vera auferentem obſtaculum impe-
dimenti, ita demum valet, ſi de nouo teſtator dicat,
illud velle valere, & idem eſt, ac ſi nouum teſtamentū
faceret: arg. l. qui ex liberis. §. fi. de bo. poſ. ſecundum
tab. & per Glo. in d. l. 1. §. 1. de leg. 3. & faciunt verba
tex. in d. §. irritum ver. Qua ratione. ibi: dubitari non
oportet, quin ſi voluerit id valere, feciſſe id credatur.
Non facit contra id, vt dicatur teſtamentum valere i-
pſo iure abſque alia noua voluntate teſtatoris, per ea,
quæ tenet Bar. in d. l. ſi quis filio. §. quatenus. quia in
q. iſta non cadit diſtinctio. Bar. an volens, vel inuitus
teſtator mutauerit ſtatum, ſed cadit deciſ. tex. & ibi
no. per Doct. in l. eius, qui in princip. ff. de teſta. quòd
quando à principio teſtamentum eſt nullum, ex ſola
ceſſatione obſtaculi, non redditur validum: quia de-
ficit extremum à quo, atque ita in terminis d. q. vide-
tur expreſsè ſentire Bal. in l. fi. co. antepenult. ſub ver.
eſt quartus caſus. C. vn. leg. dum ponit quæſtionem
de monacho, qui facit teſtamentum ante profeſſio-
nem, & nihil. reliquit monaſterio, ob quod rumpitur
tale teſtamentum, ſecundum aliquos, ſi Papa poſteà
conceſſit ei, poſſe teſtari de omnibus bonis, collatis
Monaſterio, & iſte non facit nouum teſtamentū, ſed
voluit primum remanere, dicit ibi Bal. & certè poteſt
confirmare, quia poteſt de nouo ordinare: ad hęc no.
Bal. in l. ſeruis. C. de leg. dat pulchram doctrinā, dicēs,
59 † quòd in vltimis voluntatibus principium conſiſtit
in cauſa efficiente, vt non ſit in perſona teſtatoris im-
pedimentum, quando facit teſtamentum, quo facto,
ſi ceſſet impedimētum, quādo valeat, vt ibi per eum,
dantem plures fallen. ad regul. Catoni. & ibidem per
Iaſ. in ſimili, & ſecundum d. §. irritum. ſentit idē Pau.
de Caſtr. in l. & militibus. dum dicit, Si apparet de vo
luntate eius, quòd vult mori cum illo teſtamento,
quod quaſi videtur de nouo confectum ex noua vo-
luntate, quòd mandat tenendum menti: & ita debet
intelligi Iaſ. in d. l. auc. ingreſſi. col. 2. qui allegat Bal.
& Pau. de Caſt. in dictis locis, dum loquitur de licē-
tia teſtandi per Papam, conceſſa Monacho poſt factū
teſtamentum: quia Doct. vel. Gl. debet intelligi ſecū-
60 dum deciſ. quam allegat, † ſecundum Bart. in l. non
ſolùm. §. ſi deliberationis verba. de liber. leg. ſuffice-
ret apparêre de noua voluntate Epiſcopi vel Cardi-
nalis poſt dictam licentiam teſtandi per probationes
requiſitas in vltimis voluntatibus, ſecundum ius Ca-
nonicum: vt tenet Bal. in l. ſi quando. in prin. circa fi.
C. de inof. teſtam. latè comprobat Barb. in tract. de
61 præſtan. Cardi. in 4. q. col. fi. † vbi etiam reſtringit li-
centiam, datam Cardinalibus teſtandi, quòd nō poſ-
ſint relinquere perſonis penitùs extraneis. Aduerte
tamen, ꝙ iſta noua voluntas & eius probatio debet
eſſe talis, vt valeat, & appareat eſſe teſtamentum, & in
vim teſtamenti valeat, & non, vt codicillus: quia Car-
dinalis, habens licentiam teſtandi ex priuilegio, non
poteſt facere codicillum, ſicut facere poteſt habēs fa-
62 ctionem teſtamēti de iure communi: † ita arguit So-
ci. in d. conſi. 13. col. 5. ver. 17. ſequitur Dec. & Soci. Iu.
vt ſuprà dixi. Soci. Sen. ad hoc allegat Angel. & Imo.
in l. ſi ſeruus communis Mæuij. de ſtipu. ſeruo. quos
volui videre in fonte, vt quandoque hortatus ſum,
faciendum eſſe, & relationi aliorum non ſemper ſtā-
dum: Equidem in meis libris, nec in d. l. ſi ſeruus cō-
munis Mæuij, neque in toto illo tit. de ſtipula. ſeruo.
inuenio Ang. nec Imo. qui dicant, aliquod verbum
de codicillis, vel non codicillis fiendis per Cardinalē
qui fuerit regularis, habentem licentiam teſtandi,
prout eos allegat Soc. niſi quòd in d. l. ſi ſeruus com-
munis Mæuij in princ. dicunt, quòd nunquam repe-
ritur hæreditas eius, qui habet ius teſtandi ſolùm ex
priuilegio: & hoc facit pro vel contra patrimonium
Cardinalium habentium poteſtatem teſtandi de bo-
nis quæſitis contemplatione Cardinalatus ſolùm ex
diſpoſitione ſummi Pontificis, & propterea non dari
curatorem eorum hæreditati iacenti, & contra eam
non currere præſcriptionem, & vt dixi de codicillo
fiendo, vel de Cardinale, qui fuerit regularis, nullum
verbum. niſi Soc. velit ex eorum dicto inferre dictam
ſuam concluſionem hoc modo, quòd habens factio-
nem teſtamenti ſolùm ex priuilegio, non poteſt face
re codicillum, quia cum ſua hęreditas nullo tempore
inueniatur, vt Ang. & Imo. demonſtrant, non reperi-
tur aliquis eius hæres, qui poſſit adimplere diſpoſita
in codicillo, quæ ſunt adimplēda per hæredem ex te-
ſtamento vel ab inteſtato fideicommiſſum, vel lega-
tum ſoluendo: ideo pro confirmatione codicilli re-
quiritur aditio hæreditatis, etiā ab inteſtato, per tex.
in l. 2. ff. de fideicomm. liber. firmant Glo. Bart. & Bal.
in l. qui filio. §. 1. ff. de hæred. inſtit. & Barto. in l. ſi in
teſtamento. ff. ſi quis om. ca. teſta. & Iaſ. in l. eā quam.
col. 5.

col.5.C.de fideicomm.& in auct. ex cauſa.col.fin. de
libert.pręte.& Guid.Pa.in q.323.Paria ſunt,ergo non
reperto hęrede,codicillus efficitur,& habetur pro nõ
ſcripto:ad l.1.§.& cum triplici.de cad.tollen. Ita hac
ratione Cardinalis regularis prohibetur facere codi
cillum, arg.reg.cum quid prohibetur de Reg. Iur. in
6.quòd enim regularis etiam Cardinalis effectus non
poſſit facere teſtamentum,probat Bal.& ibi latè Pau.
de Caſt.in auct.licentiam.col.1.C.de epiſ.& cler.Nõ
valet etiam codicillus,quando nullus ſit, qui habeat
63 reſtituere, † vt dicit Alexand.in l.non codicillum.
circa fin.C.de teſta. Quod nota pro ſolutione Soci.
circa dictam allegationem dicti Ang.& Imo.per eum
factam.
Sed iterum aduerte, quòd Rip.in l.2.colu.2.circa
prin.de leg.1. in Cardinale, habente diſpoſitionem
teſtandi,facta argumentatione, quòd non poſſit co-
dicillari,eò, quòd in diſpenſationibus non fit exten-
ſio ex maioritate rationis,tenet contrarium,ꝙ poſſit
etiam codicillari, allegando text.in l.1.§. in filij.ff.ad
Trebel.
64 Quod puto verius,† per reg.cui licet. de Reg.Iur.
in 6.& per Glo. & Dy.in exemplo cui conceſſum eſt
teſtari, vt in filiofam.de pecu.caſtrenſi, quod poſſit
etiam donare cauſa mortis:& quia d.licentia teſtan-
di conceſſa à Papa, intelligitur ſecũdum Ius canoni-
cum,vt dixi per doctr.Bald.in d.l.ſi quando.in fin.de
iure enim canonico non videntur fieri iſtæ ſubtiles
differentiæ inter teſtamentum & codicillum, ex eo,
quòd ſub eadem rub.miſcuit, & de teſtamentis,& a-
liis vltimis voluntatibus, & in nigro pariter promi-
ſcuè tractatur de teſtamentis & aliis vltimis volunta-
tibus,per totum tit.extra de teſta& .lib.6.eò maximè,
quòd de teſtamento ad codicillum non eſt propria
extenſio, ſed comprehenſio: quia codicillus dicitur
teſtatio mentis,ſicut teſtamentum,vt per gl.1.in prin.
inſt.de teſta,& appellatione teſtamenti venit codicil-
65 lus,† vt latè probat Iaſ.in conſ.174.Viſo & diligẽter
cõſiderato.col.fi.lib.4.Ad aliud de confirmatione co
dicilli per aditionem hæręditatis,reſpondetur, quòd
aditio hæreditatis eſt introducta de iure ciuili, quæ
66 non requiritur de iure gentium,† ſecundum Bal. in
l.non dubium.in 8.opp.C.de teſta.& ius canonicum
67 videtur ſe reducere ad ius gẽtium: † vt in c.relatum.
1.de teſtam. dicit enim Bal.in conſ.448. Quæritur in
68 primis.col.2.vltra med.lib.1.† quòd clericus non eſt
ſubiectus regulis iu.ciu.ſed ſoli iuri gentiũ:facit ſen-
tentia eorum,qui nolunt requiri aditionem hæredi-
69 tatis ad pias cauſas,† Barb.cõſ.8.col.9.lib.1.& Soci.
conſ.116.col.6.lib.1. & officio iudicis eo modo, quo
poſſet,in ſubſidium poſſet exequi omnis talis vltima
70 voluntas, etiam in codicillo contenta,† arg.l. Quin-
tus.de an.leg.& l.in teſtamento.1.de condi. & demõ.
& l.hæreditas.in fi.ff.de pet.hęre.Bal.in l.fi.col.3.nu.
12.C.de codicil.& in l.1.col.fi.ſi quis om.ca.teſt.& l.
planè.2.§.1.ver.is autem, ad quę.de leg.5.& no.in.l.1.
C.de ſacroſanc. Eccl.& c.vltima.13.quomodo.2.Sed
pone,quód Cardinali regulari data eſt licentia teſtã-
di,remoto defectu vno Cardinalatus,& non dicit de
defectu alio inhabilitatis ob regularitatem, videtur,
quòd non valeat licentia huiuſmodi: quia diſpoſitio
71 circa vnum defectum non porrigitur ad aliũ:† l.cum
propter.& ibi expreſsè no.Bar.de leg. præſtan.opor-
tet enim omnia obſtantia remoueri, & ad impedien-
72 dum ſufficit vnum ex obſtantibus remanere,† l.ſi nõ
lex.in princ.& ibi Bart.Bald.& Imo. no.ff. de hæred.
& Bal.in l. cum quidam.§. quod dicitur. ff. de acqui.
hæred, bene faciunt adducta per Barba. in conſ. 43.
Præclarè.colu.17. ver. & etiam eſt aduertendum.lib.
1.& per Dec.conſ.208.col.pen.num.13.
Item licentia teſtandi data Monacho, intelligitur
de bonis,quæ tenet de facto, cum de iure non habeat
73 proprium, † vt tradit Bal.in l.1.col.3.in 5.oppo.C.ſi
ſer.exte.ſemen. Huiuſmodi tamen licentia & teſta-
mentum inde ſubſecutum, non præiudicaret ei, cui
dicta bona forſan vigore prioris teſtamenti, ante in-
74 greſſum Monaſterij facti erant acquiſita, †vt latè ex
facto reſpondit Goza. in conſi.41. Quæritur, an fra-
ter Dominicus.
Adde de excommunicato, quod habet factionem
teſtamenti, quando non ſit publicè excommunica-
75 tus,ex cauſa, quæ reddat eum intelligibilem, † latè
probat Corn.in conſil.180.Multitudo.colum. penu.
in 12.quæſt.libro quarto.& Bar.in conſi.238. exiſtens
Petrus.
Item filiusfam. clericus etiam in minoribus ordi-
nibus conſtitutus de bonis ſuis aduentitis,poteſt fa-
76 cere teſtamentum, † per text.in auct. Preſbyteros.1.
D.de epiſ.& cler.& Glo in c.quia ingredientibus.19.
q.3. Io.And.Ant.de Bu.& Abb. in c. quia nos de te-
ſta.per d.auct.Preſbyteros. & per generalitatem tex.
in d.c.quia.ponit Ioan. Dilect. in ſuo tract. de ar. te-
ſtan.in tit.1.de his,qui hab.fact.teſta. in cau.1. in fin.
quia quicquid filiusfam.ex cauſa aduentitia acquirit
ſibi,pleno iure acquirit,quando eſt clericus,per d.iu-
ra dicit Bar.in conſi.61.filiusf.preſbyter. circa fin. &
vt dixi ſuprà,ſecundum Bal.in d. conſ.448. Clericus
non ſupponitur regulis iuris ciuilis,ſed ſoli iurigen-
tium:quo attẽto,vt miles cœleſtis militiæ de ſuis bo
nis,vti de peculio quaſi caſtrenſe,meritò poteſt facere
teſtamentum per dicta iura,& deciſ.alleg.& plenè e-
tiam firmat Philip. Franch.in d.tub.in q. princip.18.
de teſta.in 6.& Iaſ.in l.filiæ licet.col.2.C.de colla.di-
citur enim inprima addi.ad deciſ.178.emancipato.
Rotæ Rom.in not.quòd canones non multũ curant
di patria poteſtate,& de ſuis effectibus,ita de iure ca-
nonico, quicunque ordo liberat à patria poteſtate,
per gl. in ca.indecorum. de æta. & qualitate. firmat
Ang. in auc. conſt. quæ de difini. & ab iſta ſententia
nullus videtur diſcrepare,niſi Deci.in d.l.ſenium.nu.
15.C.qui teſta.fa.poſſ.qui dicit,quòd non videtur be-
ne probari iure, reſpondendo ad d. auc.preſbyteros.
quod non debet attendi,quia,vt conſtitutio Impera-
toris, loquens de clericis, etiam fauorabilis cenſetur
abrogata, per text.in ca. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de
conſt.& ad dic.quia nos.dicit, quòd neque ſpeciali-
ter, neque generaliter comprehendit derogationem
iuris ciuilis de filiofam.& quòd generaliter illius tex.
non videtur in ampliando poteſtatem teſtandi, quo
ad perſonas,ſed in reſtringẽdo,quo ad res,quòd poſ-
ſit clericus de bonis aliunde habitis teſtari, ſed non
de acquiſitis,intuitu Eccleſiæ,& quòd ita ampliatio-
nem,ſed diminutionem inducit,ſecundum eum.
Dico autem, has obiectiones Decij de facili poſſe
tolli,& dictam ſententiam expreſſo iure probari,per
tex.in d.auct. preſbyteros, & per auctoritatem Glo.
& doct. in locis ſuprà alleg. qui etiam pro iure ſuffi-
ceret,vt dixi ſuprà in procemio:Nam d. auc. preſby-
teros, eſt merè priuilegiata clericorum filiorumfa m.
in omnibus,quę diſponit,& reſpectu dominij omniũ
rerum ſuarum,& facultatis de eis diſponendi,reſtan-
di,& alienandi,quæ exceptis bonis caſtrenſibus, vel
quaſi prohibentur aliis filiisfam. laicis: ergo debet
ſeruari,vt de lege Imperatoris merè priuilegiatiua cle
ricorum,vt per cap. nouit. de iudi. firmat Abb.in d.
ca.Eccleſia Sanctæ Mariæ. col.6.in primo caſu. ver.
dicit enim hæc eſſe vera,& ibi Fely.approbat,in col.
15.ver.duobus tamen caſib.& ibidem ipſemet Deci.
in



in 10.col.in 3.concl.ver.ſed tamen. Idem confirmat,
per hæc expreſſa verba ſua,iſta differentia nõ videtur
vera de iure:quia vis tota conſiſtit in materia, de qua
agitur: ſi enim fauorabilis ſit,ita,quòd in effectu pri-
uilegium contineat,habebit locum in clericis, etiãſi
de ipſis ſpecialiter loquatur,&c.Intelligendo,ꝙ non
ſit fauorabilis, per modum ſuperioritatis prohiben-
do,vel præcipiendo,ſecundum eum,& Alex.in conſ.
111.col.2.lib.7.Quod quidem nõ facit d.auc.preſby-
teros.quæ nõ poteſt inficiari,quin ſit merè fauorabi-
lis& priuilegiatiua clericorum,nihil prohibendo vel
præcipiendo eis,ſed dando ampla iura in rebus ſuis,
& pro tali valida,& ſeruanda paſſim per Gl.& Doct.
iuris canonici allegatur,pariter ſua reſpõſio data d.c.
quia nos.non procedit:quia non eſt neceſſarium ap-
parere, quòd voluerit derogare iuri ciuili generaliter
loquendo,vt comprehendat filiosfa.cum hoc non ſit
derogare, ſed cõfirmare ius ciuile ſimiliter emanatũ,
per d.auc.& per.l.ſacroſanct. ibi præcedentẽ in om-
nibus ferè conforme de clericis filiisfa.ibi nominatis
cum tex.in d.c. quia nos. generaliter nominante cle-
ricos:quia tex.ideo generaliter de clericis loquẽs,de-
bet generaliter intelligi de filiisfa.& de aliis:quia ita
ſunt clerici filiifa.ſicut alij ſui iuris, merito Io. And.
Ant.de But.Abb. & alij intelligunt illum text.loqui
etiã de filiisfa.quorum quidem authoritati debemus
acquieſcere, per vulg. quod enim eſſe verum, etiam
ſuadet ibi dictio,Liberè diſponere,&c. quæ excludit
omnem contradictionem, requiſitionem vel impe-
77 dimentum alicuius,† no.Ant.de Bu.& Abb. in cap.
lator.de homi.Iaſ.in l.1.colum.1.ver.iſtis adde. C.de
ſacroſanct.Eccleſ.& in l.ſi quando. in princip. C. de
inoffi.teſta.& Soci.in conſi.13.in fin.lib.1. in quibus
locis iura. & Doct. vt plurimùm de hac dictione, li-
berè loquuntur in diſpoſitione teſtamentaria, idem
eſt de filiofa. cuius pater eſt effectus Monachus, vel
78 hæreticus, quòd poſſit facere teſtamentum, † tenet
Barto. & ibi in Apoſtil.in l.pater furioſo.ff. de iure
perſo.
Vlterius Ang.in §.ſiue igitur.colum.7.ver.ſi filius.
in auct.vt cum de appel. cognoſc. videtur limitare &
reſtringere dictam concluſionem, quòd filiusfa. cle-
ricus poſſit teſtari de quaſi caſtrenſibus acquiſitis
poſt clericatum, & quód ſuum teſtamentum non ex-
pugnatur per querelam, neque de nullitate:& ita di-
cit ſe intelligere §.preſbyteros.ex quo extracta eſt d.
auc.preſbyteros. ſubiungens,quòd eſt in fauore cle-
ricorum:quod dictum corroborat, quòd ſuprà dixi,
d.auct.eſſe merè fauorabilem clericis,& quaſi ex hoc
intellectu, tradito per Ang. inferatur, quòd clericus
filiusfam. non poſſit facere teſtamentum de bonis
aduentitiis,acquiſitis ante clericatum:id enim verum
eſſe videtur ex verbis tex.in d. l. ſacroſanctæ. circa
principium.C.de epiſ.& cleri. ibi: ea quicunque in
eodem clericatus gradu locóque viuentes, acquirere
& habere potuerint,&c.idem indicatur ex auc.licen-
tiam.ibi ſubſequente,quæ volẽs epiſcopum poſſe di-
ſponere de bonis acquiſitis ante epiſcopatũ, & poſt
epiſcopatum expreſſit,idẽ expreſſiſſet d.auc. preſby-
teros.ſi voluiſſet clericum filiumf.poſſe teſtari de bo
nis habitis modo aduentitio ante clericatum: cap.ad
audientiam.de deci. & l.1.§.ſin autem ad deficientis.
de cadu.tol. quamuis hæc limitatio ſeu reſtrictio vi-
79 deatur colorata & probabilis, contrarium † tamen
credo verius, quòd clericus filiusfa. indiſtinctè poſ-
ſit teſtari de omnibus bonis aduentitiis, ſibi quan-
docunque & quomodocunque acquiſitis per text.
in d.auc.preſbyteros.& in d.cap. quia nos. quæ iura
in iſta ſpecie ſunt attendenda & ponderanda, quo-
modo loquãtur: nam d.aut.dicitur ius nouiſſimum,
& generaliter,ac indiffinitè determinat omnes cleri-
cos,etiam exiſtentes in patria poteſtate, res quolibet
modo veniẽtes ad eorum dominium habere ſub ſua
poteſtate,& in his poſſe teſtari,non diſtinguit,quan-
do res venerint ad eorum dominium ante vel poſt
clericatum,neq; nos debemus diſtinguere: l.de pre-
cio.de publi.ſufficit, quòd habeant res in eorum do-
minio,poſtquam ſunt effecti clerici, & volunt teſta-
ri,vt qualitas iuncta verbo,ad ipſius verbi tempus re
feratur:l.Titius.ff.de mili.teſt. cum ſimil. & diſpoſi-
tio legis conueniat,vbi eius verba conueniunt:l.hos
accuſare.§.omnibus.ff.de accu.cũ vulg.dictio,Quoli-
80 bet modo,habet maximã vim generalitatis:† c.quo-
rundam.ver.ſi.de elect.in 6.ſimiliter tex.in d.ca.quia
nos.loquitur generaliter,& per verba in præteritum,
quo ad res acquiſitas clerico,& cum adiectione,libe-
rè diſponere, vt ſuprà ponderaui,ita ex generalitate
dictorum iurium filiumfam.clericum poſſe teſtari de
bonis omnibus aduentitiis,firmat Iaſ.in d.l. filiæ li-
cet.col.fi. in prin.C.de colla.quinimò iura ciuilia,de
clericis loquentia, reſtringendo diſpoſitionem poſt
clericatum quaſi ſuperioritatem habent in clericos,
81 non valent.& ſunt abrogata, † vt declarat Dec. in d.
c.eccleſia S.M.in loco ſuprà alleg.præterea bona cle-
ricorum quãdocunque acquiſita, ſemper ſequuntur
conditionem eorum perſonæ,ex cuius mutatione e-
82 tiam mutando ſtatum vel qualitatem, † arg.l. licita-
tio.§.pen.& fin.ff.de publi.& ca.1. de iur. patro.in 6.
& per Pau.de Caſt.in conſ.8.iſta bona.col.fi.lib.1. &
Alex.in conſ.101.Viſis inſtrumentis col..pen.ſub ver.
ergo ſi apparet.li.1.Guid.Pa.in q.208.261.283.& 384.
in tantum hæc vera ſunt,quòd clericus teſtando non
tenetur ſeruare ſtatutum loci reſtringens in teſtamẽ-
tis ſolemnitates iuris communis, vt ſi ſtatutum di-
ctat, aliquem non poſſe facere teſtamẽtum ſine præ-
ſentia parrochiani, & aliter factum non valeat, hu-
iuſmodi ſtatutum quidem locum non habet in teſta-
83 mento clerici: † vt tenet Salyc.in auc. caſſa. colum.
pen.ver.ſecundò circa actum.C.de ſacroſanct.eccleſ.
refert & ſequitur Alex.in conſ.210.Ponderatis.col.2.
ver.item iura allegata.li.2.vbi in diuerſis materiis ha
betur amplum conſilium, quòd ſtatuta clericorum
non ligant clericos.
Si quidem clericus cõdemnatus ad carcerem per-
84 petuum efficitur inhabilis ad teſtandum,†vt per Bal.
in conſ.448. Quæritur in primis.lib.1.Fulg.in conſi.
44.Quidam eſt pater,etiã ſi aufugiſſet ex carcere, re-
manet in eadem inhabilitate,vt ibi per eum. Aduer-
tendum tamen eſt, vt ſæpenumero poteſt euenire,
quòd ſi clericus etiam in minoribus fuiſſet condem-
natus ſententia capitali à iudice laico, & ſic quilibet
condemnatus à iudice in competente, non amittit fa
85 ctionem teſtamenti:vt per Bal.in l.eius qui.§.1. ff.de
teſta. Nullus enim maior defectus eſt in condemna-
tione vel ſententia aliqua, quàm ſit iudicis incom-
petentia, de qua etiam quòd ſtatutũ prohibeat, poſſe
opponi contra ſententiam aliquam exceptionem,
86 vel nullitatem,ſemper poteſt opponi † per gl.fi.vul.
in clem.1.de ſeq.poſ.concor.alleg.Dec.in conſ.8. ſub
num.7.& in conſ.520.in fi.& alibi per Doct.& eſt cõ-
munis & nota ſententia, quam pariter in clerico ca-
87 pitaliter condemnato per poteſtatem, † firmat Bal.
in l.ſi quis filio.§.quòd ſi quis. in fin.de iniu. & rupt.
teſta.quòd non facit eum inteſtabilem, per text. ibi.
in §.ergo.
Quæritur,an filiusfam.& quilibet alius miles no-
ſtri temporis in teſtamentis præſertim, habeat priui-
legia,quæ dãtur militib.à iure:vt per to.tit.ff.de mil
teſta.&

teſta.& C.eo.Reſpondetur,Habere,ſi ſit ſtipendiatus
armis incumbens,& continuò paratus militiæ pro
88 ſuo Principe,& verè exerceat militiã,† Bal.in l.1.col.
fin. C. de iur. & fact.igno. & Pau.Leon. in tracta. de
ſubſti.compen.nu.112.vſque ad nu.123.& Odd.Peruſ.
de compendioſa partic.5.q.3.præmiſ.3.char.fi. per l.
1.ff.de bon.poſ.ex teſta.mil.Soc.in conſ.33.Circa p̃-
ſentem.col.2.verſ.circa ſecundum breuiter.lib.3.vbi
de communi concluſ. Rom.in conſ.43. Ad primum.
colum.1.ſub ver.ad quartum.& Pau.de Caſt.in conſ.
414.Viſo & examinato.colum.2. lib.2. vbi plura di-
cit,& no.loquitur & Deci.in conſ.579.Viſo conſilio.
colum.2.& poſt alios ibi Rip.in l.centurio.colum.3.
num.9.10.11.de vulg.& pup.& Bero.conſi.124.num,
13.lib.2.

Pone quòd filiusfa.ſe abſentauit à patria, vel eius
pater ſe abſentauit,ita quòod ignorat,an pater viuat,
vel mortuus ſit:ſic dubius remanens de ſuo ſtatu, nõ
poteſt facere teſtamẽtum,& ei, qui velit poſtmodum
defendere tale teſtamentum, incumbit onus probã-
di de morte patris,qui etiamſi prædefunctus eſſet tẽ-
pore conditi teſtamenti filij, qui tamen eſſet ambi-
guus & incertus, de hoc non valere huiuſmodi teſta-
89 mentum ex facto,reſpondit † Corn.in conſ.68.Pla-
cet mihi.col.pen.& fi.lib.1. & in conſ.204. Quanquã
videatur.lib.3.

Si quidem filiusfa.Doctor legendo à publico, vel
gerẽdo officia,vel etiam à priuatis ſuperlucratus fue-
90 rit,tale lucrum eſſet ſuum periculum quaſi caſtrẽſe:†
l.fori.& ibi gl.Cal.& Saly.in l.fi.C.de inof.teſta.ideo
de hoc poſſet facere teſtamentum, per d.l.fi.ſecùs eſt
de acquiſitis,per procuratorẽ ſeu Notarium à priua-
91 tis perſonis:vt per Doct.in dictis locis,† & Alex.cõſ.
133.col.2.lib. 7.

Item contrahens inceſtas nuptias, quod pluries
vidi euenire,non poteſt facere teſtamentum, niſi re-
linquendo filiis,filiabus,nepotibus,& neptibus,pro-
nepotibus, & proneptibus, ſi habet ex ſuo legitimo
matrimonio,& aſcendentibus,patri,matri, auo, & a-
92 uiæ,& ex latere fratri,ſorori,patruo,& amitæ, † vt p
tex.& ibi Bal.& alij no.in l.ſi quis inceſt.C.de inceſt.
nup.& hoc eſt vltra pœnas impoſitas per ius authen-
ticorum, vt dicit Ang.ibi in d.l. ſi quis inceſt. in fine.
quæ quidem pœnæ à iure ciuili impoſitæ procedunt
& irrogantur contra committentes tales nuptias in-
ceſtas de iure ciuili:non autem de iure canonico, vt
puta non procedunt in ducente in vxorem eam, cu-
ius ſororem prius carnaliter cognouerat, vt tradit
Petrus de Ancha. in conſilio.391. Videtur prima fa-
cie.& probat Alexand.in conſi. 229. Ponderatis his,
colum.5. verſ. & tantò magis.lib.6. & ita reprobatio
Deci.in ſuo conſilio 158.ibi apoſtillans ſequitur alle-
gando Alcia.in c.cum contingat.de iureiur. vbi pro-
priè ſub num.53.54.& 55. referet dictum conſilium
158.Dec.cum aliis concord.& ſequendo Ancha.in d.
conſilio 391.id comprobat,& contrariis reſpondit,vt
93 ibi per eum:& nõ procedũt in eo,qui iuſto † errore
ductus contraxit tales nuptias, & dummodò ſtatim
certionatus huiuſmodi coniunctionem diremerit,
per text. in l. qui contra. C.eo. & dummodò non ſit
commiſſum inceſtum cum perſonis, prohibitis de
iure diuino, à quo nullo errore poteſt excuſari: vt
94 † dicit Petr. de Ancha.in d.conſ.391.verſ.poſtremò.
Procedunt hæc etiam in presbytero, habente filium
ex coitu reprobato,vt non poſſit teſtari extra perſo-
95 nas prædictas,† Bero.conſi.163.nu.21.lib.2.

Item adde, quòd mulier,quæ cõmiſit adulterium
in præiudicium filiorum,& mariti,non poteſt teſtari
96 de dote,vt ex facto reſpondit Rom.in conſ.286. Hęc
Iuliana.

Inhabilis quoque eſt,ad faciendum teſtamentum
luxurians contra naturam, etiam de hoc nefandiſſi-
97 mo ſcelere,ſi à iudice non fuerit condemnatus, † vt
latè defendit Anaſtaſius Platus Mediola.in ſua queſt.
in hoc ſolo articulo diſputata,& inſerta inter conſilia
Barb.li.1.in fi.refert & ſequitur And. Titaq.in l.ſi vn-
quam.in ver.reuertatur.numer.384.de reuo.dona.&
Viuius in ver. Sodomiæ. in 1.lib.de com.opin. ſentit
Socin.in l.quidam relegatus. circa princip. de rebus
dubiis. antiquos concordan. ita allegando tenet Be-
nedict.Capra in tract.regu.conclu.102.num.201.

Cæcus item non poteſt facere teſtamentum, niſi
98 ſeruatis ſolemnitatib. traditis, † in l. hac conſultiſſi-
ma.C.qui teſta.fac. poſſ.ita,quòd ſtatutum mandans
quemlibet poſſe teſtari coram tribus vel quinque te-
ſtibus,non comprehendit teſtamentum,Ceci. Bal. in
l.ſi quæramus.ff.de teſta.& ibi Imo.in fi.& Aret.circa
fi.latè probat,& ſequitur Ang.Aret.in tracta.de teſta.
in gloſſ.6.ſecundum mortem,poſt princi.Sed diuerſę
ſunt opin.inter Doct. an dictæ ſolemnitates debeant
ſeruari inter liberos teſtãte patre cæco debere ſerua-
ri,tenebat Fulg:in d.l.hac conſultiſſima.& in conſil.
41.Caſus talis,idem firmat Cum.in conſ.112. Si teſta-
tor.& Paul.de Caſtr.in conſ.362.Super primo dubio
lib.2.& ſatis in hanc opin.inclinat Corn.in conſ.86.
Quamuis videatur.col.pen.& fi.lib.3.idem, quando
præcedit aliud teſtamentum cum clauſula derogato-
ria tenet Socin, in conſ.163. Non fuiſſe opus. col.1.2.
& ſeq.lib.2.

Alia eſt opinio,quòd non requirantur ſeruari, vt
per Bal.Ang.& Salyc.Paul.de Caſt.& Alex,in d.l.hac
conſultiſſima. Card.cum alio ſecum conſulente, in
conſ.141. verſ.non valere,& Iaſ.in conſi.26. Omiſſis
lib.1. hanc eſſe comm. adducit concord. Rol. à Val.
conſi.28.num.19.lib.1.vbi etiam ponit hæredis inſti-
tutionem, in qualibet parte huius teſtamenti ſtare
poſſe.

Alia eſt opinio,ſublimitans duas prædictas præce-
dentes opin.quòd ſi teſtamentum patris ſeu inter li-
beros contineat non modicam inæqualitatem ſine
ſolemnitatibus requiſitis,valere nõ debet, vt per Iaſ.
in d.l.hac conſultiſſima.colum.2.verſ.ſed certè,& ibi
Dec.in 4.col.nu.37.& 30.alleg.etiam Rom.in conſi.
179.Ampliſſimè.col.6.verſ.ſecundo,& dicendo hanc
opinionem eſſe æquiorem,idem firmat Rub. Alex.in
conſ.6.col.pen.& fi.ſub num.5.& 7.adeò,quòd ſi non
contineat inæqualitatem notabilem, debet valere ſi-
ne dictis ſolemnitatibus, quòd & mihi placet, & vt
per Alber.Bru.in tract.de for.& ſolem.in art.fin. co-
lum.2.& ſeq.& per Couar.in c.Rainutius.§.1.num.3.
de teſta.

Nota quæſtionem de facto:Vidi teſtamentum cę-
ci inter liberos factum ſine ſolemnitatibus, quia ita
voluit teſtari,nõ obſtante eo,quod ſibi Notarius plu-
ries tale teſtamentum non valere ſine ſolemnitatibus
iuris dixit, & proteſtatus eſt,cæcus dicebat, quid ad
me,nolo ſeruare alias ſolemnitates,& ſic eo volente,
factum fuit teſtamentum in forma communi: dice-
bam proinde, teſtatorem voluiſſe hoc teſtamentum
99 non valere,† vt per Rom.in d.conſ.179.Ampliſſimè.
col.pen.in fi.ver.ardor amoris.& Dec.in l.2.col.pen.
C.de bon.poſ.ſecund.tab.& per alleg.à R pa.in l.1.§.
ſi quis ita.col.7.verſ.quartò fallit.nu.29.de ver. obli.
& D.in l.reprehendenda.ad fi.in 7.no.nu.8.de inſtit.
& ſubſtit.

100 Poſtremò quæritur,An pacto,ſtatuto,† vel cõſue-
tudine,poſſit tolli factio teſtamenti.

De pacto,præſertim inito,& plerumque fieri ſolito




in tractandis matrimoniis de certo modo per filium
maritum,ſeu vxorem filiam ſuccedendi parentibus,
vel de non auantagiando maſculos vel fœminas, vel
inter fratres,& eorum filios,ſimiliter certo modo ſuc
cedendi,inter patrocinandum,conſulendum, & iudi
candum,habui pluries in facto reſpondere:ſemper e-
nim placuit:diſtinctionem hanc tenere, quod verbis
pacti diligenter inſpectis.

Aut reperiuntur verba ipſa concepta modo & for-
ma:conuenienti contractui, & obligationi, inter vi-
uos adimplendæ,poſt mortem promittentis per hæ-
redem,vt,Promitto tibi bona mea poſt mortẽ meã:
ſi non eſt de omnibus bonis,valet hęc promiſſio con
101 tra hęredes promiſſoris:† vt l.1.C.vt act.ab hæred.&
contra hæred.ſi eſt de omnibus bonis,non valet, vt
tollens promittenti factionem teſtamenti: l. ſtipula-
tio hoc modo cõcepta.de verb.oblig.& ibi poſt alios
Alex.& Iaſ.tradunt,Roma.in conſ 171.Pro deciſione.
in prin.& ita eſt Com.Opin.vt per Dec.concord.refe
rentem in l.fi.col.10.nu.30.C.de pact.

Aut verba pacti.ſunt concepta per modum & for-
mam,importantem ſucceſſionem, vel obuentionem
poſt mortem promittentium,vel directa ſunt ad bo-
na ipſa,vt quod ſuccedes mihi, vel bona mea erunt
tua,peruenient, vel diuidantur æqualiter, tunc tale
pactum,vt contra bonos mores, & tollens factionem
teſtamenti, non valet, & quia pacto non datur ſuc-
102 ceſſio & hæreditas: † l.pactum, quod dotali.l.licet
per locũ à ſpeciali.C.de pact.l.hæreditas.de pact.con
uen.& l.ex eo.de inut.ſtipul. hanc diſtinctionem ad-
ducit Bar.in conſ.212.Promitto ſequitur Alex. in cõ.
28.col.3.lib.3.Dec.in con.225.& con.236.col.pen.in
fin.& conſi.613.col.2.Cur.Iun.in conſ.15.col.2.& in
con.81.col.1.Alci.in d.l.pactum quod dotali.& Dec.
in l.pactũ,quod dotali.col.2. C.de collat. dicit,quod
volentes facere huiuſmodi pacta videant de verbis
congruis,& quod de his conſulant peritiores, com-
probat Aym.in con.129.col.2.&Pariſ.in con.23.col.
8.nu.54.55.lib.2.& alias in materia, vide Doct. in d.
l. ſtipulatio hoc modo concepta. & in d. l. pactum
quod dotali.in l.fi.C.de pact.Bal.in conſi.440.Factũ
tale eſt.lib.1.Dec.in conſi.184.col.4.& conſi.236.Nõ
parua.col.fi.Iaſ.in conſi.60.col.3.lib.3. Pau.de Caſt.
in conſi.375.Ne ſub æquiuoco.col.1.lib. 1.& Bero. in
deciſ.204.nu.5.& ſeq.aliqui volunt ſuper certis bonis
tale pactum valere:vt per Iaſ.in conſ.17. Dubium fa-
cere videntur,col.pen.in fi.lib.3.& Pariſ.in conſi. 26.
col.19.nu.10.lib.2.eo,quod remaneat factio teſtamen
ti in aliis bonis:Alij vero contradicunt, tale pactum
valere,etiam ſuper re certa, quia arbitrium teſtandi
liberum, non poteſt quis ſibi tollere etiam ſuper vna
re:probat Aug.in conſi.66.Comes.colum.fin.Petr.de
Anch.& Imo.in rub.in fi.de teſta. refert & ſequitur,
vbi eſt eadem ratio in quota,&in certis bonis.Dec.in
d.l.pactum.col.fi.C.de pact.& ibi tenet Alci. in ver.
rurſus ſequitus, per l.fin.ff. de ſu.& legit.hæred.idem
ſequendo,ang.in d.conſi.66.probat Dec.in conſi.11.
col.3.in fi.ver.& ſpecialiter.& Rui.con.178.col.3.ſub
nu.8.lib.1.& eſſe omnium receptiſſimam ſententiam
tenet Ale.con.9.col.1.li.1.quod verius credo quando
pactum,vt vltima voluntas,conceptum, deſignat nõ
præſentem obligationem, ſed futuram ſucceſſionem,
vt fateatur etiam Pariſ.in d.conſi.26.col.19.num.111.
quia remanet alia ratio prohibitiua talium pactorũ,
ſcilicet votum captandæ mortis,quod eſt contra bo-
nos mores:vt dicunt in d.l.ſtipulatio hoc modo con
cepta.& d.l.ex eo.C.de inut.ſtipul.& propterea talia
103 pacta iuramento non firmantur,† per tex.in ca. non
eſt obligatorium.de reg.iur.in 6.vt etiam Doct.dicũt
in locis ſupra alleg.non obſtat,quod Dec. in d.l. pa-
ctum quod dotali.col.1.de pact.dicat, has leges, quæ
dicunt eſſe cõtra bonos mores,intelligi de bonis mo-
ribus ciuilibus,& d.c.non eſt obligatorium, intelligi
de bonis moribus,de iure canonico, quorum tranſ-
greſſio inducit peccatũ,quia dico,quod votũ captan
dæ mortis eſt cõtra bonos mores,etiam de iure cano
104 nico:† vt probat tex.in c.ne captandæ in pr.de con-
ceſ.præben.in 6.& inducit peccatum contra illud di-
uinum præceptum, Diliges proximum tuũ, &c. nec
rem cupies alienam:& per Summiſtas ſuper his, quia
abſque dubio votum captandæ mortis alienę eſt pec
catum mortale,ideo in hac ſpecie loquitur,& d. c.nõ
eſt obligatorium:quod quidem votum ceſſat, quan-
do ſemper eſt in libertate proximi poſſe de ſuis bonis
diſponere,& non habere ſpem certam huiuſmodi il-
licitis pactionibus firmatam, ea habendi poſt ipſius
proximi mortem,vt docet communis experientia er-
ga eos,quorum ſucceſſionem ab inteſtato, vel ex te-
ſtamento,ſed reuocabili,ſuperare poſſumus.

Alia quoq; poteſt aſſignari ratio, ne ſucceſſio poſt
mortem alterius etiam in re particulari poſſit haberi
ex pacto:quia ſubſtantia, & valor pacti dependet ex
conſenſu duorum vel plurium,l.1.in prin. ff. de pact.
ſucceſſio vero poſt mortem alterius, non poteſt habe
ri,ne dicatur captatoria,niſi ex voluntate vnius ipſius
defuncti:l.illa inſtitutio.ff.de hære.inſt. vt dictum eſt
ſuprà hac ead.dubit.in ver. vnius. & ita concluditur
pacto non poſſe tolli & amitti libertatem teſtandi,vi
105 de decem ampliationes ad hoc collectas,† per Dec.
in d.l.pactum,quod dotali.de pact quam quidẽ con-
cluſionem etiam limita,vt ibi per Dec.in d.l. pactum
quod dotali.& per Iaſ.in conſ.211. Præſens conſulta-
tio.li.2. limitationes autem hic aliter breuitatis gra-
tia non referam.

Statuto etenim & conſuetudine factio teſtamen-
ti poteſt tolli,limitari & reſtringi:poteſt tolli ex cau-
106 ſa,vt probat† Ang.in conſ.25.Videtur prima facie&
con.323.Dominus Blanchi.ex cauſa, quæ reſpicit pu
blicam vtilitatem vel delictum prohibiti teſtatoris,
intelligit Dec.in conſi.361.Omiſſa.col.pen.ver.ſecun
do reſpondetur,& ex ea cauſa,vt puta ad tẽpus, quod
minor 20. an.non poſſit teſtari, Pariſ.conſi. 16.col.1.
& ſeq.li.3.vti comprehenditur tamen innupta,qu.m
nupta minor, in ſtatuto & conſuetudine, quod his
auferatur libertas teſtandi, etiam, probat Dec.in d.l.
pactum, quod dotali.col.pen.de pact. & in l.nec ex
prætorio.de reg.iur.& Aym.in conſi. 117. vbi ſub nu.
7.9.dicit,talem conſuetudinem eſſe fauorabilem. ex
eo,quod ex iuſta cauſa eſt inducta vt bona remaneãt
in agnationibus & coniunctis proximioribus, vale-
re ſtatutum,quod ex teſtamento non ſuccedat, præ-
ſertim fœmina, & non eſſe contra bonos mores, &
non tollere liberam teſtandi facultatem, comprobat
Rui.in conſi.151.In cauſa illorum.circa fi.lib.2.& Pa-
riſ.in conſi.54.Circa præſentem,col.2,num.3.lib.2.&
d.conſi.16.poteſt enim ampliari, limitari et reſtringi
tam reſpect uperſonæ teſtatoris, quam perſonæ eorũ,
quibus relinquitur,et quàm ſolẽnitatis ipſorum te-
ſtamentorum:prout ex diuerſis reſpectibus et ratio-
nibus huiuſmodi limitationes et reſtrictiones requi-
rentibus in locis et prouinciis particularibus moti
fuerunt ſtatuentes et ſuperiores locorum ad promul
gandum ſuper his ſtatuta et inducendum conſuetu-
dines: nam vidi extare ſtatutum in loco, quod mu-
lier habens virum non poſſit facere teſtamẽtum abſ-
que conſenſu viri,opponebatur tale ſtatutum no va-
lere,vti tollens factionem teſtamẽti: ita Pau.de Caſt.
Alex.et Aret.tenere,et videri eſſe veram et commu-

nem ſententiam refert Iaſ.in l.ex facto.col.3.in 7.nu.
106 in pri.de vulg.& pup.†Ego ex facto deciſiuo reſpō-
di valere, & teſtamentum ſine conſenſu viri factum
eſſe nullius momenti, & meum conſilium, quod eſt
conſi.127.lib.1.fuit per iudicem ſecutum,& poſtea in
appellationibus per alias duas ſententias conformes
approbatum,motus hac ratione, quod tale ſtatutum
non prohibet vxorem teſtari abſolutè, ſed addit for-
mæ traditæ à iure communi,vt vltra ſeptem teſtes in-
teruentiat conſenſus viri, quod poteſt à ſtatuto fieri
quia forma teſtamenti eſt de iure poſitiuo:probat A-
lex.in con.65.Quoniam omne.col.3.ver.ſed præmiſ-
ſis.lib.6.ideo à ſtatuto talis forma poteſt mutari, & ei
addi.vt no.Doct.in l.omnes populi.de iuſt.& iu.& in
l.cunctos populos.de ſum. Trin. & fid.cath. & in l.ſi
non ſpeciali.C.de teſta.& Bal.in l.3.ff.eo.vbi dicit in
ſpecie,quod ſtatutum valet,& poteſt diſponere,quod
non valeat teſtamentum mulieris ſine præſentia con
iunctorum,& quod filiusfam.poſſit teſtari, & ſic po-
teſt diſponere tam de iure formæ teſtamenti, quam
de iure perſonæ:idem tenet & firmat Iaſ.in d.l. ex fa-
cto.in prin.col.3.dicens,quod ita conſuleret & iudi-
caret,miror tamen,quomodo dicat ibi opin. Pau. de
Caſt.eſſe veram & communem,cum neq; vera,neque
communis ſit: ita enim tale ſtatutum valere, firmat
Aug.in conſi.86.Item ſtatuimus.& in conſi. 126. Te-
ſtamenti,ſentit & Bal.in l.velles.C.de reu. don. Bart.
Bal.Sal.& alij in l.1.C.vnde vir & vx.& latè per Ang.
Aret.in tract.de teſta.in glo.6. & in terminis per Soc.
Iun.in con.41.col.1.& ſeq.li.1.& Tiraq.poſt ll.connu
biales.glo.3.nu.90.& ſeq.dicit enim pulchrè Bald.in
l.teſtamento.ff.de hær.inſt. quod ſtatuta poſſunt de-
trahere viribus & naturæ teſtamētorum, quia publi-
ca vox ſtatuentium poteſt derogare & detrahere pri-
uatæ voci teſtatoris, & in ſpecie comprobat Vaſq.
Hiſp.in tract.de ſucceſſ.progreſſ.lib.2.§. 13. de pupil.
ſubſt.par.1.nu.17.vſq; ad nu.25.& latè probat Bened.
Capra in conſ.21.Cum duob.& Dec.in conſi. 455.Po
nit valere.Io.Dilectus in tract.de at.teſt.in ti.1.de his,
qui non ha.teſt.fac.in cau. 2. allegando Pet. de Anc.
& Calder.etiam ita tenere.quod dicit procedere,niſi
factum fuerit in fraudem alicuius certæ mulieris, al-
107 legando†Dec.in d.conſi.361.Omiſſa.qui hoc tenet
in 5.col.quod decretum communis Ianuæ cuidā ſuo
ciui,ne faceret teſtamentum,non valet, vt ibi per eū,
dicit etiam Io.Dilect.ibi,quod vxor non poteſt hære-
dem inſtituere maritum,ſibi conſenſum præſtantē in
108 teſtamento,ex communi Doct.Opin.† atteſtata per
Dec.in conſi.612.Concluſionem. dando ibi cautelā,
quomodo conſentire debentes teſtamento ex forma
ſtatutorum poſſint in eo hæredes inſtitui. & per Ti-
raq.de leg.connub.in glo.8.num.114. hac ratione ad-
dita quod maritus conſentiens pro ſolēnitate & for-
ma,non poteſt hæres inſtitui, ſicut non poteſt vnus
teſtis teſtamentarius:vt §.ſed neque.inſt.de teſta.& l.
qui teſta.in prin.ff.eo.& vt per Petr. Pechium de te-
ſta.coniug.lib.3.cap.1.
109 Cum hoc† ſtatutum reſpiciat inhabilitatem perſo-
næ,mandando,mulierem non poſſe teſtari ſine præ-
ſentia quarundam perſonarum,non valet accedere
extra territorium ſtatuentium pro faciendo teſtamen
to:quia quocunque vadat mulier, ſecum fert inhabi-
litatem ſuæ perſonæ, per ſuum ſtatutum irrogatam:
arg.l.ex ea.ff.de poſtu.Itaque teſtamentum extra ter-
ritorium ſtatuentium non ſeruato ſtatuto factum,
non valeret,vt tradit Bald.in conſi. 418.Super primo
puncto.lib.4.& Bened.Capra in d.conſi. 21. Contra-
rium de directo conſuluit Corn.in conſ.241. de duo-
bus col.1.& 2.lib.2.motus,quod tale ſtatutum nō in-
habilitat perſonam, ſed quandam ſolemnitatem in-
ducit,& quod ſit odioſum. Dico equidem, non eſſe
diſcedendum à prima opin.Bald.& Capræ, quia non
poteſt inficiari in caſu iſto,quin ſtatutum dicatur in-
habilitare mulierem,& perſonam ſuam, non ſeruan-
do in ſuo teſtamento adhibitionem & præſtationem
cōſenſus mariti:& duorum proximiorum: & iſte re-
ſpectu etiam tale ſtatutum dicitur fauorabile, proui-
dendo fragilitati mulierum, & commodo mariti ſui,
& proximorum:ita quod perſona ſic inhabilitata:nō
poteſt extra territorium & ſtatuentium teſtamentum
facere,non ſeruata forma ſtatuti, ſecundum theori-
cam Bar.per omnes approbatam,in l. cunctos popu-
los.in 6.q.de Sum.Tri.& fid.catho.& in rep.l.de qui-
bus. ad fin.ff. de l. ita vltra prædicta adhuc firmant
Bal.in conſi.60.Quædam ſoror.li.5.& Rom.in conſi.
39.In propoſita q.in princ.vbi probant, hoc ſtatutū
inhabilitans perſonam ligare eam,quocunque vadat,
& principale inſpecta inuentione dici fauorabile: &
Car.Rui.in conſi.160.Primo videndum eſt.col. 2.ſub
nu.4.lib.4.dicendo,prout alij dicunt, quod de facili
ſtatutum redderetur eluſorium, quod non eſt tenen-
dum,atteſtatur ita Com Opin. eſſe,à qua non eſt re-
cedendum,licet ſimilia ſtatuta eſſe contra diſpoſitio-
nem iuris communis, ideo ſtrictè interpretanda di-
cat Ang.in l.non idcirco.C.de codicil. idem nouiſſi-
mè firmat Gabr.Eugubi.conſi.1.num.7.prædicta au-
tem procedunt,etiā ſi mulier eſſet alibi nupta, quod
teſtando tenetur ſeruare ſtatutum loci ſuæ originis,
111 †vt firmat Capra in d.conſ.21.in col.penu.eo, quod
per actum teſtandi non retrahitur à ſeruitiis viri, à
quibus dummodo non retrahat in cæteris, remanet
originatia ſuæ patriæ,& ſubdita ſtatutis eiuſdem pa-
triæ ſuæ: glo. & Bar.in l.originem. C. de municip.&
orig.lib.10.& in l.fi.§.item reſcripſerunt.ff.ad Munic.
Saly.in l.cunctos populos.col.pen.ver. item attende.
de Sum.Tri.& fid.catho.ponit Pet. Pechius in tract.
de teſt.coniug.lib.3.cap.9.Corn.in d.conſi.241.col.2.
verſ.ſecundo,pro hac parte.lib.2.& in conſ.177.in fi.
lib.4.Dec.in conſi.223.in fi.verſ.tertio,non obſtat. &
Rui.conſi.49.nu.9.10.lib.3. contrarium non audet
firmare Aym.conſi.271.col.4.ſub ver.quarto dico.cir
ca bona,ſita in territorio ſtatuentiū,firmat Pet.Pech.
de teſta coniug.lib.3.ca.9.ſi vero ſtatutum exciperet
præterquam in caſu, quo mulier eſſet conſtituta in
periculo mortis,quod poſſit tūc teſtari ſine talib. cō-
ſenſibus, quomodo ſit intelligendum, plenè tradit
Corn.in conſi.53.In hac conſultatione.& con.131.In
hac conſultati one. lib.4.& in conſi.154.Licet in the
mate.lib.3.qui videtur tenere contrarium eius,quod
tenuit in dictis aliis duobus conſiliis, & alias in caſu
neceſſitatis ceſſat huiuſmodi ſolemnitas conſenſuum
112 †Alexan.in l.1.de lib.& poſth.& Feli.in cap.cum ac-
ceſſiſſent.col.9.& ſeq.de conſti.laborans in extremis
quomodo & quandiu dicatur, Marſ.in pract.crim.§.
& quia,num.16. qui ſi ſtatutum requirat præſentiam
duorum proximiorum ex linea paterna,ſi extant, ſin
autem linea materna, quomodo debeant iſti admit-
113 ti ad intereſſendum teſtamento,† Barto.in conſi.10.
Viſo ſtatuto,dicit quod admittuntur illi,ad quos ſpe
ctaret ſucceſſio mulieris teſtatricis,et ſi vnus reperia-
tur de linea paterna,ille poteſt interuenire cum alio
de linea materna,reſoluendo pluralitatem in ſingu-
laritatem,ipſos,ideſt:aliquem ex eis, vt ibi per eum,
et per Bald.in l.in coniunctione. verſic. penu. C. de
nupt.et Barto.in l.Stichum.in fi.de leg.1.et quod illi
debeant interuenire,ad quos pertinet ſpes ſucceſſio-
nis,dicunt Bart.Bald.et alij,quos refert,et tamen nō
ſeruari de conſuetudine et ſufficere, dummodo ſint
duo



duo conſanguinei, quamuis non ſint de proximiori-
bus,ex dicto Iacob.Butr.in l.1.C.vnde vir & vx.dicit
Iaſ.in l.tranſactionem.in fi.C.de tranſact.& in l. fi.in
114 fin.C.de verb.†Et ſi appellatione propinquorum &
proximorum veniant tam maſculi, quam fœminæ,
in materia ſucceſſionis & indifferenti,ratione ſic in-
tereſſe proximioris mulieris, eam poſſe interuenire,
& conſentire alij mulieri teſtatrici, videatur conclu-
dere in ſtatuto huiuſmodi.Bal.in conſi.122.Super pri
mo puncto.lib.4.per l.ait Traianus. ff. de iu.fi.in te-
ſtamento,quod non poſſit alienari ſine conſenſu con
ſanguineorum,venire etiā mulieres conſanguineas,
firmet Aug.in conſi.191.Super puncto.col.2.Tamen
cum ſtatutum loquatur de conſenſu propinquorum,
requiſito ad integrandam perſonam alterius,tunc de
maſculis,tantum intelligendum eſt, allegando eoſdē
Bal.in l.1.col.fi.ver.ſed quid ſi ſtatutum.C.qui admit
ti.& Ang.in l.fi.de verb.ſign.tenet Dec.in d.l.1. col.3.
verſ.Ad aliud dictum.ſub nu.15. vnde vir & vx. & de
proximiore in ſucceſſiōne,Alex.in l.fin.C.de teſtam.
milit.

Ex facto,ſuper ſtatuto Bononien. requirente in
teſtamentis mulierum vel infirmorum,quod ſit vnus
ſacerdos, qui cum vno ex teſtib. teſtamentariis vel
Notario,dicāt ſe cognoſcere teſtatorem, & eum eſſe
ſanæ mentis,cum clauſula vel decreto annullatiuo e-
uenit teſtamentum factum eſſe præſentibus tribus
religioſis,& aliis ſeptem teſtibus laicis omnibus, aſ-
ſerentibus ſe bene cognoſcere, teſtatorem & eum ſa-
næ mentis,ſanique intellectus fuiſſe reſpondit Iaſ. in
conſi.97.Statutum Bononienſe.lib.4. huiuſmodi te-
ſtamentum non valere,eo,quod non eſſet ſeruata for
ma ſtatuti ſpecialiter & formaliter,vt loquitur,ſed ge
neraliter per tres religioſos& ſeptem teſtes omnes di
centes cognoſcere teſtatorem & eſſe ſanæ mētis, cum
nominatim vnus ſacerdos cum vno ex teſtibus teſta-
mentariis, vel notario requirantur per ſtatutum ad
id atteſtandum, octo fundamenta adducendo, ten-
dentia ad id,& conſulendo, quod non ſufficit ſeruare
formam ſtatuti per æquipollens,ſed debere ſeruari in
115 forma expreſſa& ſpecifica,†per doctr.Bal.& aliorū,
in l.1.de libe.& poſth.vt per eum,in d.conſil.de quo
idem Iaſ.mentionem facit in d.l.1. col. pen.ſub verſi.
decimo & vltimo.Non vidi hanc deciſionem Iaſonis
reprobari per aliquem ex Modernis Doct. quos po-
tui videre,niſi quod ſuper eo ſtatuto Bononienſe oc-
currente caſu,quod Notarius vltra numerum ſeptem
teſtium in protocollo aſcribendo nomen cuiuſdam
Domini Alexandri non exprimendo,quod erat ſacer
dos in contractū conditi teſtamenti,vt mandat ſtatu-
tum exprimi conſtito de errore Notarij in exprimen
do,quod re vera interuenit ſacerdos teſtamento, de
quo erat contentio,conſuluit teſtamentum ipſum va-
lere,Pariſ.in conſ.61.Aduerſus teſtamentum.lib.3.in-
ter alia allegando,fore attendendam mentē ſtatuētiū
& licitum eſſe,formam huius ſtatuti & ſolemnitatē
adimpleri,vt ibi num.35.36.ſubiungens ibi nu.38.nō
viſo dicto conſi.Iaſ. quod ſi Iaſ. oppoſitum conſul-
uiſſet, non bene dixiſſet, neque conſuluiſſet intelli-
gendo de eo conſi.de quo idem Iaſ. vt ſupra memi-
nit in d.l.1.de lib.& poſth.& quod eſt illudmet ſuprà
allegatum.
116 Ego vero dicto †con.perlecto,& conſiderata con
tingentia facti in eo comprehenſi, tantundem cen-
ſeo eum non bene dixiſſe,neque bene cōſuluiſſe:mo-
ueor equidem ex fundamentis,ibi per eum & plenè
alleg.pro contraria parte,quam veriorem puto, quæ
enim fundamenta tendunt ad hoc, quod inductum
pro forma poteſt impleri pinguius,plenius, & per
magis pollens,quippe reddens ſuam formam plenio-
rem,& ampliorē,pro quo maximè eſt deciſio Petr.de
Anc.in repet.canonum ſtatuta de conſt. char. mihi
19.in prin.quæſt 14.vtrum ſtatuta recipiant interpre
tationem in ſecundo membro de reſtrictiua interpre
tatione.verſic.quid dices,ſi in aliquo actu, vbi ponit
quæſtionem de ſtatuto requirente in actu præſentiā
vel conſenſum adhibendum quatuor virorum, alias
non valet, quod ſunt de forma & ſolemnitate, quia
procedit vlterius ſtatutum irritando,ſecundū doctri.
Bald.& aliorum in d.l.1.de libe.& poſth. ſi interue-
nerint quinque vel plures viri, an actus reddatur in-
ualidus,tanquam non ſeruata forma, arguendo pri-
mo pro inualiditate ob omiſſionem modi & formæ,
vitiantem diſpoſitionem,per l.qui Romæ.§. flauius.
de verb.obligat.&c.Piſanis de reſtitutio. ſpoliator.&
c.cum dilecta.de reſcrip. decidit contrarium, dicens,
ſe ita reperiſſe cōſultū: quia ſi lex ad ſolemnitatem
certum numerum ſtatuat, ampliatio numeri non vi-
tiat actum:l.hæredes palam.in prin.ff.de teſta.l. cum
tabulę.de bon.poſſ.ſecundum tab.cum aliis alleg.ibi
per eum, & d.l. hæredes palam.proprie loquitur in
terminis noſtris de ſolemnitate probatoria teſtamen
ti quod ſi plures teſtes fuerint adhibiti, ſufficit ſolē-
nem numerum adeſſe,ad idem d.l.cum tabulæ.vbi ſi
plurium ſigilla fuerint in teſtamento, ex quibus ap-
pareant ſeptē non vitiata,vtique ſufficiunt ſecundum
has leges de teſtamētis loquentes,debet interpretari
dictum ſtatutum Bononienſe inductum ad amplia-
tionem & obſeruationem iuris communis,ad remo
uendas falſitates iuri tam odibiles & præcauendas:l.
2.de nox.act.&c. cum dilectus.de conſuet.& Barr.&
alij in l.1.§.lex.Falcidia.ff.ad leg Falcid. etiam ſi eſſet
ſtatutum correctorium iuris cōmunis, recipit inter-
pretationem paſſiuam à iure communi,ita eſſe com-
117 munem ſententiam,†dicit Pau.de Caſt.in conſ.249.
Statutum Paduæ.col.2.verſi.Non obſtat,quod ſecun
do,lib.2.dicendum eſt,ergo tres ſacerdotes deſcripti
in teſtamento loco vnius requiſiti à ſtatuto,qui cum
Notario,vel vno ex teſtibus teſtamentariis, debeat
cognoſcere,teſtatorem & eſſe ſanæ mentis,et iſti tres
cum omnibus teſtamentariis, ſi dixerint ſe cognoſce
re teſtatorem,et eſſe ſanæ mentis:nō vitiant teſtamen
tum,poſquam non deeſt vnus ſacerdos cum vno te-
ſte teſtamentario cognoſcens teſtatorem,vt ſtatutum
requirit,et ſic adeſt forma huiuſmodi ſeruata ſuffi-
ciens etiā in ampliori numero,per d.l. hæredes, et d.
l.cum ſecundæ.et per d.deciſ.Pet.de Anchar.Quibus
addo ſimilem adductā per Signo.de Homod.in conſ.
17.Statuto communis Nauarræ. de ſtatuto ſimiliter
in actu,requirente quatuor homines,et octo interue-
nerunt,decidit ibi Signo.quod numerus ad ſolemni-
tatem alicuius actus et perfectionem ampliatus, non
vitiat per dicta iura,et alia ibi allegata per eum, quæ
etiam Iaſ.in d.conſi. partim allegauit pro dicta parte
contraria ſuæ opinioni, ex quibus,tamen ipſe Iaſ.nō
reſpondet.Poteſt ideo dici,illud ſuum aſſerere parum
118 eſſe,non reſpondebo contrariis, †vt dicebat Bal.in
ſuo cō.ſchiſmaris.inſerto in ſua lectur.C.ſi quis aliq.
teſt.prohi.ver.fi.Sed quia facit tex.in l.fi.C.per quas
perſon.& quod ſcribitur in Rhetor. ad Herenniū in
119 lib.1.per hæc verba,†tota ſpes vincēdi ratioq; per-
ſuadendi,poſita eſt in confirmatione et confutatione,
et c.Allegata vero per eum pro ſua opinione capien-
do in ſumma vim fundamentorum congruè, poteſt
reſponderi,non refragari,

Quoniam verum eſt de iure communi, teſtes de-
bere videre et cognoſcere teſtatorem quēlibet, vel ſi
ſit mulier,vel infirmus,vel ſanus corpore,debent etiā

119 cognoſcere,quod ſanus ſit mente,per not. † in l.ſi
non ſpeciali. & in l.iubemus. C. de teſtam.Si viſum
eſt ſtatuenti in teſtamentis mulierum & infirmorum
pro maiori cognitione perſonæ teſtatricis, & ſuæ ſa-
næ mẽtis addere vnũ ſacerdotem , qui cum Notario,
vel vno teſte ex teſtibus teſtamẽtariis ſpecialiter co-
gnoſcant,& perſonã teſtantem,& ſuam mentem.hoc
ad alium effectum non eſt,niſi vt veritas in his neceſ
ſariis qualitatibus ad eſſentiam teſtamentorum ma-
ximè perſonarum à ſtatuto comprehenſarum magis
eluceſcat,& manifeſta fiat , vt dictatius commune de
maiori numero teſtium in teſtamentis adhibendo:l.
hac conſultiſſima.in fi.C.qui teſtam.fa.poſ.& l.fi. de
fideicomm.Ergo effectus huiuſmodi non ſolum cum
fuerit ampliori numero ſacerdotum habitus, non cũ
vno teſte,ſed cum omnibus aliis ſeptem teſtibus te-
ſtamentariis,reddit actum validum & firmum, per d.
l.hæredes.in princip. & d. l.cum ſecundæ. ſecundum
quas leges debet intelligi & interpretari dictum ſta-
tutum,vt dictum eſt:quia re vera talis ſacerdos requi
ſitus per ſtatutum cum alio, non gerit, niſi officium
teſtis ſed etiam habitus per æquipollens non vitiaret
actum,& ſufficeret,vt in terminis dicti ſtatuti probat
Pariſ.in d.conſi.61.num. cum ſequentib. & idem in
conſi.99.Iſte Ioan.Franciſcus.col.3.num.15.cum ſeq.
d.lib.3.vbi in ſimili ſtatuto alio Bononienſi, requi-
rente probationem per inſtrumenta , ſeu teſtes,dicit
ſufficere eius formam eſſe ſeruatã per probationem
confeſſionis,& longe pinguius , & non obſtare dicta
Iaſ.in d.l.1.& ſi in d. conſilio aliter diceret , repetit &
male ſentiret , & contra communes & veras conclu-
ſiones,& quia quando forma eſt cõſtituta ad certum
120 finem,ſufficit impleri per æquipollens,† vt per Bal.
in d.l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit,col.2.ff. de iu
reiu.vbi docet duodecim modis dici formã,& Pari.re
fert in dictis conſi.& Hiero.Cagno.in l. fin.col. pen.
num.218.C.de tranſact.id præcipuè verum eſt in for
ma ſolemnitatis probatoriæ,quando habetur idẽ ef-
fectus probationis per æquipollens:vt tradit Soci. in
d.l.1.circa fin.de lib.& poſt.& in ſpecie Bero.conſ.11.
num.12.lib.2.Accedente alia communi concluſione,
quod ſtatuentes interrogati de his caſibus obſeruan
tibus formã ſtatuti in latiori & ampliori forma plu-
ribus perſonis adhibitis,quam ſtatutum requirat, ve
riſimiliter reſpondiſſent,ita actum magis valere, igi-
tur hæc veriſimilis eorum reſponſio habetur pro diſ-
121 poſitione.† per glo.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pact.&
ibi idem Iaſ.dicit, hoc etiam habere locum in ſtatu-
tis:ita in ſimili etiam hoc argumento vtitur ipſe Iaſ.
in conſi.174.in fi.lib.4.& cũ concor.cumul. per Mar.
in l.ſed ſciendum.ff.de parti.& Tiraq.in præfa. num.
56.in l.ſi vnquam.de reuoc.don.Quod autem Pet.de
Anch.in conſ.mihi.422.Viſo puncto.dicit,teſtamen-
tum nullum eſſe , ob non ſeruatam formam ſtatuti,
requirentis vltra quinque teſtes vicedominum in ſi-
gillatione teſtamenti,procederet, ſi ſacerdotes in ca-
ſu ſtatuti Bononienſis eſſent comprehenſi in nume-
ro ſeptem teſtium;nõ vero,quando eſſet vltra ſolem-
nem numerum teſtium etiam in numero maiori,quã
requirat ſtatutum : vt idem Pet. de Anch. voluit in
ca.canonum ſtatuta in loco ſuprà alleg. Ita cum tres
ſacerdotes cum ſeptẽ teſtib.veriſimiliter nominatim
deſcripti & expreſſi omnes fuerint præſentes & co-
gnoſcentes,teſtatorem & eſſe mentis ſanæ, non gene
raliter,ſed ſpecialiter hoc munus teſtificandi dicun-
tur compleuiſſe, & quilibet de ſenſu ſuo : arg. l. Iulia-
nus.in pr.de leg.3.&c.ſolitę.de maior.& obed. credi-
122 tur enim † inſtrumẽto ſic dicenti:l.cum precibus.C.
de probat.& l.optimam.in ff.de contra.& com. ſtip.
123 & quia expreſſa verbis generalibus,& ſpecificata † æ-
quiparantur:l.Lucius.de vulg.& pupil.& l.precib.ad
fi.C.de impu.cũ ſimul ſatis eſt,quod in numero triũ
ſacerdotũ ineſt vnus ſacerdos:& in numero ſeptẽ te
ſtium ineſt vnus teſtis,qui ſimul cognoſcunt teſtato-
rem,vt diſponit ſtatutum,per tex.in l.1.§. ſi ſtipulãti.
de verb.obli.vbi poſt alios idem Iaſ.col.2. ſub ver.4.
diligẽter.dicit,quod qui adimplet pinguius , dicitur
124 adimplere in forma,& text.in l.cũ furti.ff. de in lit.
iur.& in l.qui quartam.in prin.de leg. 1. & ibidẽ Iaſ.
eadem repetit,quod dicitur de forma ſpecificè adim-
pleri,quando adimpletur pinguius,per tex. in.ſi quis
mihi bona.§.pen.ver.ſi ex parte.ff.de acq. hære.& in
l.3.§.ſi pluſquã de ſtatulib.vbi conditio alias in for-
ma ſpecifica adimplenda,dandi 10.ſi dederit 20.dici-
tur adimpleta cum concor.per Tiraq.de retract.§.36.
gl.2.nu.59.etiam ſi adeſſet dictio taxatiua , per l.cum
in teſtamento.ff.de verb.ſign.
Non obſtat dictum Bal.in l.fi.col.1.ver.ex hoc colli-
gitur.C.de ſuis & legit. quod formæ nihil addi vel
detrahi poteſt,quia ad hoc allegãdo Bar.in l. Gallus.
non dicit,in quo loco,ſed de forma loquitur, in §.&
quid ſi tantũ.debet intelligi ſecundũ deciſ.quam alle
125 gat vulga.doct.† Bar.in l.non ſolum.§. ſi liberatio-
nis.de li.leg. ſed Bart.in d.§.& quid ſi tantum. plures
126 caſus diſtinguendo adducit,inter alia,† quod proui
ſio facta in vno caſu porrigitur ad aliũ omiſſum quã-
do ex virtute caſus expreſſi poteſt intelligi omiſſus,
& quando caſus omiſſus eſt ſimilis expreſſo & habet
eundem effectum,vt poteſt accommodari ad exẽplũ
caſus noſtri, quod caſus expreſſus vnius ſacerdotis
ineſt ſub caſu omiſſo maioris numeri:& caſus ipſe o-
miſſus maioris numeri habet eundem effectum cum
caſu expreſſo vnius ſacerdotis,vt ſupra demonſtratũ,
ergo dictum Bal.eſt pro hac parte.
127 Non poteſt enim addi vel detrahi formæ † intelli-
gitur addi,quod vitiet actum,& ſit quid inhabile,vel
incompatibile,vt l.actus.de reg.iur.& l.Pædius. ff.de
arbit.per quod incidamus in caſus regu.Vtile.per in-
utile vitiatur.& per quod etiã veniamus contra men
tem diſponentis.l.diligenter. in prin. ff.mand.&c.cũ
dilecta. de reſcrip. Si vero additum non vitiat,
quia ſit quid habile& compatibile,non dicitur addi,
alterare vel mutare,cũ forma in ſuo eſſe remanet inte
128 gra,& illæſa:† d.l.hæredes.& d.l.cum ſecundæ.& l.ſi
is,cui.in prin.cum ſign.ibi in gl.ff.quemad.ſer. amit.
exinde dicimus,abundantem cautelam non nocere.
129 † l.teſtamentum.C.de teſta.et l.quæſitum. §. pen.de
fun.inſtru.Intelligitur detrahi , quod ſit de ſolemni-
130 tatibus:† l.ſi vnus.de teſta.ſi vero non ſit de ſolẽni-
tatibus,ſed de ſerie teſtamenti, quando omiſſum fue-
rit per teſtatorem,vitiat,quando per tabellionem, no
cet:l.errore.C.eo.Idem ſi nõ addatur vel detrahatur,
ſed peruertatur ordo formalis:l.2.§.prius de vulga.et
pupil.iſta eſt doct.Alber.de Roſ.in d.l.teſtamentum.
et partim Signo.de Homod.in d.con.17.
Ex quibus colligo hanc concluſionem,quod for-
ma huiuſmodi ſtatutorum in teſtamentis,vel in con-
tractibus requirentibus vltra ius cõmune certas per-
ſonas pro teſtimonio perhibendo et ferẽdo,vel con-
ſentiendo, ſeu auctorando , non vitiatur,ſi perſonæ
131 plures,quam requirãt ſtatuta,interuenerint,† ſic hu-
iuſmodi forma poteſt impleri pinguius et in amplio
ri numero,per ſupra alleg.et plenè per Crot.con.150.
num.22.et ſeq.dummodo cum numero habilium re
quiſitorum non miſceatur inhabilis : vt in not.caſu
conſuluit Socin.in conſ.37.Circa prædictam.lib.1.et
dummodo ſuper numero perſonarum non adſit ta-
xatiua,vt aduertit Signo.in d.conſ.17.col.fi.et prout
latè



latè tradit Alber.Brun,in tract.de forma.& ſolem.in
arti.de pot.& effec,for.ſolem.col. 2. & ſequ. Si qui-
dem prædicta videantur quoque vulgarium auribus
applaudere:vt Iaſ.etiam fatetur in dict.conſi.97.col.
2.profectò eo magis tenenda ſunt,dicit Pau.de Caſt.
in conſ.300.Viſo quodam proceſſu.col.2.vltra med.
lib.2.quòd debemus cauere,ne dicamus aliquid iu-
dicando vel conſulendo , quod videatur vulgo ini-
quum,quanquam de iure ſcripto, poſſit illa vulgi o-
132 pin.cauillari:allegat not.† per glo. in l. ſi maior an-
nis.C.de tranſact. & Bal.in conſ.496.Pũctus queſtio
nis.col.1.in fi.4.dicit,quia mundus ita approbat,non
audeo damnare:idem Bal.in cap.1.col.penul.de ſuc.
feud.dicit de Bartol.quòd ſemper tenebat opiniones
multum placentes laicis , & hoc fecit opinionibus
ſuis multum honoris,& in tit.de pace Conſtan.verſ.
Opizoni.in fi.dicit,quòd intellectus omnis eſt extra
neus , qui non ſonat auribus vulgi. & tex. In clem.
paſtoralis.§.fi.& ibi concor.in glo.in ver. vulgi.de re
iud.licet opin. vulgi reprobet tex. in l. ſi dictum. in
princ.ff.de euic.
Itẽ prædicta magis procedunt,quando non conti-
net neceſſariam formam ſed quandam iuris commu
nis diſpenſationem,vt ſtatuto extante, quòd in villis
valeant teſtamenta,facta coram quatuor teſtibus &
ſacerdote,teſtamentum factum coram ſeptem teſti-
bus vtiq; valebit:quia per huiuſmodi ſpeciales diſpẽ
133 ſationes non receditur à iure cõmuni:† l. 3.ff.de mi-
li.teſta.&l.fi.C.de.teſt.tradit Bal.in con.355.Præmit-
tendum.lib.5.vbi ponit,quòd ſacerdos adhibitus lo
co Notarij,videtur etiam adhibitus loco teſtis:per l.
Domitius.ff.de teſta.& ſufficit fama publica de tali,
quòd ſit ſacerdos,vt ibi per eum.
134 Poſſunt autẽ ſtatuta † loci mandando in teſtamen
tis adhiberi maiorem numerum teſtium corrigere
diſpoſitionem:capit.cum eſſes:& c.relatum.de teſta.
probat Bal.in conſ.352.In puncto iuris communis&
in conſi.404.Præmittendum eſt ad euidentiam. ver.
ſuper 2.lib.4.Alexa.in conſi.209.Statutis.col. 2. ver.
ſed præmiſſis.lib.2.
Si fuerint talia ſtatuta confirmata à Papa,dicũtur
135 iura canonica dicit † Angel.in conſi.88.Item ſtatui-
mus.& Barba.in conſi.14. Clementiſſimi. colum. 5.
in fi.lib.2 & debent confirmare principaliter,quãdo
ſunt contra ius commune, aliàs generalis confirma-
tio non ſufficeret,vt per Corn.in conſ.36.Si rectè cõ
ſideretur.in fi.lib.3.& Caro.Rui.in conſ.164.circa fi.
lib.2.Statutum autem mandans ſeruari ius ciuile,nõ
intelligitur de iure ciuili,abrogato per ius canonicũ,
vt tradit Capra in conſi.70.Punctus quæſtionis.Cat
tinus.col.pen.& fi.
Vlteriùs oportet animaduertere,quòd ſi quis velit
infirmare teſtamentum ex eo, ꝙ propinqui à ſtatuto
requiſiti non interuenerunt , ei probare incumbit,
teſtatorem tempore teſtamenti habere propinquos
136 habiles ad conſentiendum teſtamento,† per ea,quæ
firmat Pau. de Caſtr.in conſi.124.In cauſa,quæ ver-
titur.col.fi.verſ.2.lib.1.Cor.in conſi. 241. De duob.
col.3.ver.& huiuſmodi ſtatuta.lib.2.& Alex.in apo-
ſtil.ad Bart.in l.ſi tertius.in princip.de aq.plu.arcen.
Quia huiuſmodi ſtatutũ,requirens propinquos con
ſentire teſtamento,vel contractui mulierum,vel mi-
norum,intelligitur,ſi propinqui extant vel reperian
tur in loco,aliàs ſine his poteſt mulier vel minor te-
137 ſtari,vel contrahere:dicunt † Ang.Raph.& Alex.in
l.turpia.ſub.§.ſi Titiæ per illũ tex.de legat.1. cũ aliis
concord.alleg.per eundem Alex.in conſi.206. Pon-
deratis.circa fi.ver.ſuper vltimo.lib.6.& ſi vnus tãtũ
138 extaret & reperiretur,ille ſolus ſufficeret:† Bal.Sal.
Pau.de Caſt.& Alex,in l.1.C.vnde vir & vx.
Nota tamen,quòd cõſtito extare propinquos abſ-
que alia probatione de habilitate,præſumũtur habi-
les:prout etiam quilibet &ad teſtandũ & alios actus
faciendum habilis præſumitur,niſi contrarium pro-
betur,poſt Abba.&Imo.firmat Felin.in c.præſentia.
col.5.verſ.in tex.ibi:quare.de proba.& allegãs inha-
139 bilitatẽ debet eam probare,† vt ibi per eum,& non
obſtaret,quòd propinqui eſſent minores 25.an.dum
modo maiores 14.& ad contrahendum habiles,licet
læſi poſſent in integrum reſtitui,vt per Bar.in conſi
94.Statuto cauetur.lib.2.impreſ.Vene.& Bal.in l.in
coniunctione.in fi.C.de nupt.in primis lectũ.
Quid,ſi iſti propinqui nolint conſentire teſtamẽ
to,vt mulier decedat ab inteſtato et ad eos ſucceſſio
perueniat,ponit quæſtionem Bal.in l.ſi quis inter.§.
1,ff.de excu.tut.et decidit,quòd poſſunt compelli ad
intereſſendum perſonaliter remediis prætoriis,per l.
fi.ff.de ſuſpect.tut.quod mandat menti tenendum,
vt probat Alex.in l.fi.in fi.C.de procu.vel poteſt præ
tor mandare:quòd teſtetur:et vel contrahat ſine tali
conſenſu,et plenè per Alex.in l.ſi cũ dotem.§.eo au
tem tempore.col.pen.ſol.matr.quando ſcilicet pro-
pinqui recuſant conſentire ſine cauſa,vt ibi per eum,
et per Fel.in c.cum acceſſiſſent col.9.ver.confirmari
poteſt.de conſt.
Quandoq; autem ſtatuta reſtringunt factionem
teſtamenti,quoad perſonam teſtantem: quandoque
quoad perſonã , cui relinquitur: quandoque quoad
res & bona. Primo caſu ſtatutũ mandans mulierem
vel inter filios primi,&ſecundi matrimonij,vel inter
alias perſonas de ſua dote certo modò teſtari , & di-
ſponere,comprehendit tam nuptam, quàm viduam:
140 † Bald. Paul.de Caſt.& Iaſ.in d.l.1.C. vir & vx. A-
lex.in conſi.55.Conſideratis.col.fi.lib.1. & Iaſ.in cõ.
204.Opinionẽ,lib.2.loquentes ſuper ſtatuto Bono-
nien.mandante , quòd mulier teneat relinquere ter-
tiam partem dotis augmenti, et aliorũ bonorũ per-
ſonis in eo nominatis,ſuper quo etiam orta quæſtio-
ne de muliere indotata,quę aliunde habuerat bona,
de his poſſe liberè teſtari,et eam non comprehendi,
ſub d.ſtatuto ex facto reſpõdit Soc.in conſ.110. Viſo
ſtatuto.lib.3.Quando enim perſonæ ſunt ita per ſta-
tutum aſtrictæ , certo modo teſtari fauore certarum
perſonarum,non poſſunt aliter, quàm ſtatutum diſ-
141 ponit,teſtari † etiam ad pias cauſas,vt copioſè et no
tanter probat Abb.in con.63.Videtur primò,lib.1.et
Crot.in repet.§.Diu.nu.90.l.filiusfam.de leg.1.valet
etiam,quòd mulier minor 20.an. non poſſit de dote
teſtari,† Pariſ.conſ.16.lib.3.Et ſufficit, quòd talis fa-
142 ctionis teſtamẽti reſtrictio appareat in rubrica ſta-
tuti,habente orationẽ perfectam,ſimili modo,quòd
extantibus filiis ex primo matrimonio mulier in al-
terius matrimonio,non valeat inęqualiter teſtari in-
ter eos,et in fine nigri ſtatuti fiat extenſio etiã ad vi-
rum,quod hæc rubrica comprehendat etiam virum,
vt non poſſit aliter teſtari inter filios diuerſorum ma
trimoniorum , plura tradens de rubrica ſtatutorum,
143 habente orationem perfectam,attendenda † com-
probat Alex.in conſ.6.Attentis verbis.li.7.et in con.
1.col.3.lib.4.Cor.in con.184.Licet prima facie. col.
pen.& fi.lib.1.& in conſ.82.In hac conſultatione.co .
2.& ſeq.lib.2.Dec.in rub.de conſti.et Aym.in conſi.
61.nu.1.et latè Pet.de Ger.in ſing.7.quando verò ru-
brica habet orationem imperfectam,valet ad decla-
144 rationem nigri,† Alex.conſ.101.num.4.lib.3.Dec.in
conſi.386.col.pen.et quando per nigrum reſtringi-
tur,Soc.in conſ.128.nu.8.li.4.verum huiuſmodi ſta-
tutum tum comprehendit forenſem teſtantem in lo

44 coſtatuti,†vt per Bartol.in l.cunctos populos.in 3.q.
ver.ſed circa hoc dubitatur.de Sum.Trin.& fid.cath.
& ibi materia,& per alios.

Secūdo caſu,quo ad perſonam,cui relinquitur te-
ſtamenti factio,reſtringitur, vt in Statuto Parmenſi:
45 prohibente,maritū†poſſe relinquere vxori vltra cer-
tam ſummam.Et enim de validitate iſtius Statuti nō
46 eſſe dubitandum.& non habere locum†in donatio-
ne cauſa mortis,firmat Dec.loquens in Statuto Me-
diolanen.in conſ.196.In caſu propoſito.de quo tamē
in ver.explicatum. Superinde dubia quæſtio oritur.
An idem ſtatutū pariter intelligatur prohibere vxo-
rem ne poſſit relinquere marito vltra dictam ſum-
mam,ſuper qua ad partes arguendo,& demum reten
to argumento à correlatiuis,ſuper inde etiam allegā-
do plurima,quæ poſſint dici de correlatiuis huiuſmo
di ſtatutum pariter in vxore teſtante,habere locum,
47 † latè reſponderunt Cur.Sen.in cōſi.11.Statuto Par
menſi.& Iaſ.in conſi.112.noua offertur quæſtio.li.1.
Contrarium arguendo ab omiſſis & à diuerſitate ra-
tione impedientium correllationes tenent in eodem
Statuto Parmenſi,Soci.in conſi.75.Difficultatem.li.
3.in ſimili Statuto Papien.Cur.Iun.in cōſil.6. Circa
has.quorum hinc inde ſingulas rationes ſi referre,
diſcutere,refutare,refutandas & probandas compro
bare vellemus, bonam partem chartarum articulis
noſtri tractatus deſtinatum occuparemus,ſed vt pau
cis me de hac quæſtione expediam,intentioni ſtatu-
entium caſum,quem voluerunt ſtatuto comprehen
di exprimētium rationes,Soci.& Cur.Iun.puto ma-
gis conuenire,ita etiam tenet Anchar.Regien. in ſuo
tract.quæſt.q.27.lib.1.

147 Quid de ſtatuto,prohibente † aſcendētes poſſe re-
linquere extraneis vltra tertiam partem de aliis dua-
buspartibus quomodo poſſunt diſponere, quæſtio-
nem perſcrutando has partes venientibus ab inteſta
to app licari,prout,inter eos teſtator diſpoſuerit,pro
bat Cum.in conſil.113.Statutum.vide Paul.de Caſt.
148 conſ.222.lib.2.Qui autem dicantur extranei, † idē
Cum.in conſ. 119.Ioannes.in fi.& latius ſuper inter
pretatione eiuſdem Statuti,& quòd duobus modis
149 dicantur † extranei,eleganter tractat Fulgo.in cōſi.
150 99.Magiſter Guadagninus.Imò multis † modis di-
citur extraneus,vt per Luc.de Pen.in l.1.col. antepe.
C.de impo.lucra.deſcrip.lib.10. & Bal.in l.ſi emanci
pati.col.1.in 3.oppo. C.de collati.& l.legatum eſt.§.
hæredi.de leg.1.& l.fi.C.quor.bon.

Et in pluribus ciuitatibus,&in ciuitate Piſa.patria
mea,quam libet nominare, ſicut nominauit ſuā Vl-
pianus iuriſconſ.in l.1.ff.de cenſi,Extat ſtatutū,quòd
nullus de ciuitate vel comitatu poſsit vendere, alie-
nare, ſeu aliquo titulo etiam in vltima voluntate,&
donatione cauſa mortis transferre alicui forēſi bona
immobilia ſub pœna conſiſcationis bonorū,& quòd
ipſo iure ſint nulli contractus, vel vltima voluntas.
151 Primum namq; verum eſt,hoc ſtatutum valere, † vt
eſt comm.ſententia Bart.& aliorum in l.filiusfam.§.
Diui.de leg.1.vt poſt alios ibi in Rep. per Crot.co.21.
nu.75.& plenè per Cur.Sen.in con. 27. Magnificus.
col.5.ver.capio ſecundum paſſum.& Pau de Caſt. in
conſi.89.Poſſet quis dicere.poſt prin.li.2.& Cagn.in
l.fi.nu.179.C.de pact.& maximè,cum non compre-
152 hendat omnia bona,ſed immobilia tantum,†vt per
Bal.in l.fi.col.2.verſ.ſed pone in quibuſdā.C.de pac.
& inductum eſſe ob publicam vtilitatem, vt prædia
poſſeſſa per terrigenas,à quibus pro republica perci-
piūtur collectæ,non tranſeant ad forenſes, à quibus
non ita habentur collectæ.l.reſcripto.§.ſciēdum.11.
de nume.& honor.& ibi Bart.vt per Corn.in conſil.
78.Quanquam videatur.col.1.li. 1. ideo hac ratione
153 hoc ſtatutum eſſe fauorabile,proba†Alex.in conſi.
166.Viſis,quæ ſubtiliter.col.pen.ver.poſſet etiam re-
ſponderi.lib.6.& Barb.in conſ.43.Præclare.col.11. &
ſeq.lib.1.& in con.48.col.2.lib. 2. etiam ſi ſtatutū ſit
154 pœnale,†& Calca.in conſi. 126. Quantū ad primū,
col.1.in fi.vbi etiam dicit,quòd ſic alienans contra
tale ſtatutum,poteſt dicere contractum nullum, &
155 venire contra factum proprium,eſſe fauorabile, † e-
tiā tenet Rip.in d.§.Diui.col.16.nu. 80. & Cur. Iun.
conſi.129.col.4.nu.10.licet reſpectu prohibitorū ſic
alienare dici poſſit odioſum & iniquum, quia tollit
Dominus ſuarum rerum liberam adminiſtrationem
& diſpoſitionem,†per tex.in l.2.ff.ſi à pa.fue. manu.
& in l.dudum.C.de contrah.empt.in ſpecie adducit
Fulg.in con.215.In primo,col.fi.ver.porrò &ſi lex.&
Cor.in con.111.Licet videatur.co.1.in fi.lib.3.&Rip.
in c.2.clerici.col.2.nu.4.lib.1.reſpon.vbi allegat Bar.
in d.conſi.43.col.11.& ſeq.lib.1.qui dicit totum op-
poſitum eius:ad quod allegat Rip. quia cōcordat cū
Alexa.& Cor.vt modo ſuprà eos allegaui, quòd hu-
iuſmodi ſtatutum ſit fauorabile,& publicam princi-
paliter reſpiciens vtilitatem,& hoc magis videtur te
156 nendum,†per l.qui exceptionem.in prin.ff.de con-
di.in deb.& ibi not.per Bart.&alios:ideo contractus
157 cōtra hoc ſtatutū factus,non firmatur iur.†Barb.d.
conſ.43.col.11.li.1.&Cor.d.con.78.cōſ.2.li.1.&Rip.
in d.§.Diu.nu.80. & Rom.conſi.509.col.3.ver.cæte-
rùm. Stat hoc ſtatutum etiam ſub vtilitate publica.
quia ſi forenſis à publico debet conſequi præmium,
158 poteſt id conſequi,ipſo ſtatuto non obſtante;†Bart.
in l.ſi quis in graui.§. vtrùm.& ibi Bal.in §.hi quoq;
ad Sylleia.& eadem ratione tale ſtatutum nō impe-
dit,quod pro muliere terrigena non poſſit conſtitui
& dari dos marito forenſi de bonis ſtabilib.& de his
etiam poteſt lucrari portionem datam ab alio ſtatu-
to,diſponente de lucro dotis,ob mortē vxoris,vt la-
159 tè†tradit Cur.Sen.in d.conſ.27.Magnificus.col. 6.
& ſeq. vbi latiſſimè more ſuo allegat deciſi. alias, &
Phanu.Lucen.in tract.de lucro dot.in gl.9.nu.28.

Item poteſt ſtatuto non obſtante relinqui forenſi
res immobilis ſub modo,vt vendat habili,&ſic habe
160 bit preciū,† per gl.in c.1.de relig.domi.in 6. ponit
Bal.in l.cum quæſt.in fi.C.de leg.& concord. allegat
atteſtans de communi opin.ſic eſſe Alex.conſ.88.exi
mile.col.1.lib.2. & Dec.conſ.559.nu.4.

Item forenſis emens,non amittit pretium : quod
donec ſibi ſit reſtitutum, poteſt ipſe retinere rem:
161 † Bal.in l.fin.com.de leg. pro ſingulari ponit Cre-
men.in ſing.96.Statuto cauetur & latius comprobat
Calc.in d.conſi.126.col,fi.Præterea huiuſmodi ſtatu
tum non ligat clericum,quin poſſit de bonis ſuis ſta
162 bilibus diſponere,& alienare forenſi,cui velit, † vt
per plura argumenta probat Rip.in d.c.2.col. 2.ſeq.
li.1.reſpon.latè comprobat Rimi.Iun.conſ.15.num.
85.Non ligat etiam forenſem,poſſidentem bona in
territorio ſtatuentis,quin poſſit ſimiliter de his diſ-
163 ponere,†ſicut velit:Bart.in l.multum de verb. obli.
refert Rip.in d.c.2.ſeu reſponſo.nu.11.12.

Nota etiam,quòd mulier alibi nupta cum ſequa-
tur domicilium mariti forenſis,& non poſſit ſubdita
appellari:neq; collectari in loco originis,prohibetur
164 acquirere per hoc ſtatutū,†vt p Pau.de Caſt.in cōſ.
89.Poſſet quis dicere.li.2.refert Crot.in d.§.Diu.nu.
87.addo Aret.in l.ſi per impreſſionem.in fi.C.de his,
quæ met.ca.latè allegando,ſic concludit nouel. An-
cha.Regien.in q.9. Quo autē ad alia extra obſequia
mariti,cum remaneat originaria & ſubiecta tali ſta-
tuto ſuæ originis;Sal.in l.cunctos populos.col. pen.
verſi.



verſi.Item attende.num.15.de Sum. Trinit. & Corn.
conſ.202.col.2.& 5.lib.2.& Ruin.conſ.49.col.penu.
num.9.10.lib.3.& latè dixi conſ.85.num.32.& 59.li.
1.nō poſſet ideo teſtari de bonis ſitis in territorio ſuę
originis & ſtatuentium etiam inſtituendo maritum
165 forenſem, Capra conſi.21.col.3.verſic. quod & per-
ſuaderi poteſt.& col.pen.verſi.nec obſtat,ſi dicatur.
cætera quo ad capacitatem ipſorum forenſium,dicē-
tur infrà lib.3.interpret.1.dubit.4.verſic. de qualitate
hæredum.

Tertiò caſu,quo ad res & bona factio teſtamenti
reſtringitur per ſtatutum eiuſdem modis & exemplis
vt dictum eſt in duobus præcedentibus caſibus,circa
dotem certis modis ex ſtatuto per mulierem diſpo-
nendam inter filios primi & ſecundi matrimonij, &
de bonis immobilibus non alienandis forenſibus,&
de aliis bonis,vt ſuprà ꝓhibitis diſponi.ſed quęritur,
166 Si legetur forēſi res ſtabilis,an ſaltē æſtimatio†de-
beatur legatario,ſi teſtator ſcienter forenſi legauerit,
debetur æſtimatio: ita habetur reſponſum per tex. in
l.fideicommiſſa.§. ſi ſeruo.de leg.3.& in dict.l. filiuſ-
fam.§.ſi quid alicui.de leg.1.& in d.l.ſed ſi res.eo. ſe-
167 cùs ſi ignorāter,vt † per gl. & Bar. in d.l.multū. de
verb.ob.Bar.& alij in d.l.ſed ſi res.& in d.§.ſi quid a-
licui.& Salyc.in l.ea lege.col.penu. & fin. C.de con-
di.ob cau.& proprius tex.& Doct. ind.§.ſi ſeruo.hoc
168 autem non procederet,neque † res,neque ęſtimatio
deberetur,per tex.in l.1.C.de contract.iud.ita in ter-
minis reſpondit Roma.in d.conſ.509. Circa propo-
ſitam.col.3.ver.his tamen non refragantibus.& facit
regula.Non præſtat impedimentum.de Reg.Iur.in 6.
ita ſentit & probat Alex.in l.cum ſeruus.§.cōſtat.co.
fi.de leg.1.& Bar.& alij in l.multum.ff.de ver.ob.

169 Item vbi ſtatutū † diminuit vel auget in teſtamē-
tis condendis ſolennitates iuris communis, vt quòd
teſtamentum debeat fieri coram decem teſtibus, vel
coram quatuor,vel duobus teſtibus & ſacerdote, te-
ſtamentum quidem his ſtatuariis iis ſolemnitatibus
conditum comprehēdit bona vbicunque ſita,etiam
extra territorium ſtatuentium,vbi vero ſtatutum ha
170 bilitat †perſonam inhabilem de iure communi, vt
quod filiusfam.poſſit teſtari, vel inhabilitat, vt non
poſſit relinqui vxori, tunc teſtamentum ab iſto tali
factum, non extenditur ad bona extra territorium
ſtatuti ſita circa habilitatem vel inhabilitatem prædi
ctam,vt has duas concluſiones poſt antiquos probat
171 †Bar.in l.cunctos populos.in 7.quæſt.& ibi Bal.col.
10.ver.Deinde quæro circa ſtatuta permiſſiua. & Sal.
col.4.& ſeq.Iaſ.col.Antepen.vſque ad fin.C. de Sum.
Trini.& Alexan.in conſi.128.Conſideratis. col.2.lib.
1.& conſi.44.Videretur.col.fin.lib.5.& Pariſ.con. 12.
col.fi.lib.3.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio dicitur proprie,quæ in vltima fit voluntate,ibi Rebuffus in concordatis pagi.345.Rui.conſi.121.in 2. Pariſ. conſil. 33. num. tertio volumine Gozadi. conſi. 104.num.6 Viuius communi opinio.verſ.diſponere ibi communem dicit.*
2 *Licet poßit importare actum valere viuos.*
3 *Voluntas teſtatoris colligitur ex forma diſpoſitionis.*
4 *Diſponere quis dicitur,per verbum,Inſtituo,relinquo,do, lego,& ſimil.*
5 *Diſpoſitio,ſi caret quatuor his ſubſtantialibus,nihil operatur,quæ nullo modo poßunt intelligi,vel ſuppleri.*
6 *Voluntas quomodo inducatur in diſpoſitionem,in vltima voluntate præcipuè.*
7 *Propoſitum in mente retentum, nihil operatur, & non ſufficit,teſtatorē voluiße, niſi diſpoſuerit:nu.7.et nu.11.*
8 *Tacitum habetur pro expreſſo, quando tranſit in diſpoſitionem.*
9 *Non ſufficit dicere,Iſta eſt voluntas teſtatoris,ſed quòd fuit voluntas & diſpoſitio teſtatoris.*
11 *Nuda voluntas non conſtituit teſtamentum.*
*Amplia,vt hic plurifariam.*
12 *Voluntas in mente retenta,dicitur potiùs cogitatio propoſitum,vel deſtinatio,quàm voluntas.*
13 *Voluntas tantum ex coniecturis expreßis,& in teſtamento diſpoſitis,colligitur,& tranſit in diſpoſitionem.*
14 *Volūtas tacita,& à iure præſumpta,vt diſponat,ſufficit,*
15 *Voluntas tacita operatur ex interpretatione iuris,& nō hominis.*
16 *Voluntas nuda ac tacita in adimendo legato,vel dādo ſufficeret, ſecùs in hæredis inſtitutione.*
17 *Variæ ſunt hominum voluntates.*
18 *Diſpoſitiones legales quænam ſint.*
19 *Teſtator poteſt diſponere id,quod eſſet de iure ab inteſtato ſeruandum,& valet diſpoſitio in vim teſtamenti.*
20 *Teſtator poteſt facere diſpoſitionem limitatiuam,reſpicientem,vel aliquid ſubſtantiale ipſius diſpoſitionis,vel accidentale.*
21 *Teſtator poteſt facere ceſſare legis prouiſionem,ſi ſit prouiſio iuris ſpecialis,vel extraordinaria.nu.22.*
23 *Diſpoſitio teſtatoris, etſi ſit exorbitans & reprehēſibilis, tamen ſeruari debet.*
24 *Legatum factū Eccleſiæ,quæ eſt immunis, vt tamen ſoluat communia onera, & collectas, velit teſtator, eſt validum.*
25 *Prouiſio teſtatoris facit ceſſare prouiſionem legis, etiam canonicæ,non modo legalis.*
26 *Verba teſtatoris in exorbitantibus à iure communi propriè & strictè intelligi debent.*
*Teſtator poteſt diſponere,quòd bona ſua non tranſeant ad Monaſterium:ibi.*
27 *Lex,vel ſtatutum non fit abſque ratione.*
28 *Ratio eſt conſideranda in ſtatutis.*
*Sed voluntas in teſtamentis,quia voluntas pro ratione habetur:ibidem.Et ſufficit dicere,Sic voluit, ſic iußit teſtator,ſic placuit teſtatori,nec aliud quærendum.ibi.*
*Extenſio non fit in teſtamentis ſicut in legibus:num. 29, limita,vt hic.num.32.& 33.*
*Voluntas teſtatoris ſine ratione de facto debet obſeruari, & iuxta verborum corticem.*
*Limita in voluntariis & non prohibitis, & impoßibilibus:vt ibid.*
31 *Ratio,quæ vnica imaginari poteſt in teſtamento, habetur pro expreſſa.*
32 *Legis natura eſt,reſpicere futura.*
33 *Diſpoſitio autem teſtatoris reſpicit præſentia.*
34 *Deceßiſſe ex pluribus decedentibus,quis prius,vel poſterius.*
35 *Vitam & mortē quis probare debet,qui in ea ſe fundat.*
36 *Diſpoſitio hominis in dubio verificatur,& procedit in caſu vero,& non ficto, ſaltem non habente eundem effectum cum caſu vero.*
37 *Prohibitio teſtatoris,ne bona ſua poßint alicui acquiri ex diſpoſitione legis.*
38 *Prohibitus ex ſtatuto diſponere,poteſt ex hominis licentia diſponere.*
39 *Diſpoſitio teſtatoris facta ad executionem legalis diſpoſitionis,debet interpretari,ac intelligi,ſecundum legis diſpoſitionem.*
40 *Teſtatoris diſpoſitio cenſetur conformis iuri communi & non contrà.*
41 *Diſpoſitio legis,quando ab hominis diſpoſitione diſternatur,remißione hic.*
42 *Diſpoſitiones Principis,teſtatoris,ac ſtatuti,in aliquibus æquiparantur.*

43 *princeps quando poßit plus quàm lex.*
44 *Arguitur a diſpoſitione iudicis, ad diſpoſitionē teſtatoris,*
45 *Diſpoſitio ſtatuti fortior eſt, quàm teſtatoris, vbi de excluſione à ſucceßione, & à legitima agitur.*
*Amplia, vt hic.*
46 *Teſtator in aliquibus ita diſponit, vt ſtatutum, puta in auferendo hæredi beneficium inuentarij.*
*Diſpoſitio expreſſa teſtatoris tripliciter ſumitur.*
47 *Generaliter & ſpecialiter differentia.*
48 *Diſpoſitio expreſſa verbis generaliter tantum operatur*
49 *quantum verbis ſpecialibus.*
*Limita, vt hic.*
50 *Regula, Expreſſum verbis generaliter, tantum operatur, quo ad omnia, quantum ſpecialibus expreſſum, quo ad ſpecificata.*
51 *Inſtitutio hæredis fieri debet nominatim, & verbis expreſſis, etiam generaliter procedit.*
52 *Expreſſum per relationem, quid propriè dicatur.*
53 *Sed dicitur in ſpecie, non indiuiduò, & nominatim.*
54 *Diſpoſitio tacita, quanam ſit?*
55 *Et in quibus habeat locum expreſſum, & non tacitum, & ſimilia.*
56 *Tacitum & ſubintellectum à lege operatur eo efficaciori modo, quo à lege ipſa ſubintelligitur.*
57 *Mortuo inſtituto viuo teſtatore, ſubſtitutus ſuccedit ex vulgari ſubſtitutione.*
58 *Expreßio vitiatur, quando non vitiatur tacitum, numero 58. & 59.*
60 *Diſpoſitio tacita dicitur ſubauditus intellectus.*
*Et qui indirectè colligitur ibi.*
61 *Et quæ collecta ex mente, & identitate rationis ſufficit pro ea, quæ expreſſa requiritur, vt eſt regula.*
*Limita, vt hic.*
62 *Tacitum non habetur pro expreſſo, nec operatur, quando vitiaret.*
63 *Amplia etiā, vbi ex iuris diſpoſitione requiritur expreßio.*
64 *Procurator nō poteſt expreßè renuntiare appellationi, ſecùs, ſi tacitè, non appellando, vel non proſequendo.*
65 *Taciti & expreßi par eſt virtus, quando ſumus in his, quæ tacitè veniunt ex natura actus.*
*Et quando procedunt ex eadem potentia cauſa efficientis: nu. 66. Limita vt hic, nu. 68. ſublimita, num. 70.*
67 *Amplia, vt procedat in vltimis voluntatibus.*
69 *Expreſſum facit ceſſare præſumptum.*
71 *Prouiſio hominis facit ceßare prouiſionem legis, quando ſunt circa idem: ſecùs ſi tendunt ad diuerſa.*
72 *Vel quando tacita prouiſio eſt maioris effectus, quàm ſit expreſſa.*
73 *Tacitum in ſe differt, quando ineſt obligationi, vel executioni.*
74 *Tacitum dicitur venire ex diſpoſitione legis, & non hominis.*
75 *Statutum loquens de ſubſtitutionibus, comprehendit etiam tacitas.*

## SOLVTIO V.

DISPOSITIO propriè dicitur, quę fit in
1 vltima voluntate: † §. diſponat. in authentic. de nupt. & gloſſ. penu. in auth.
de hæred. & Falcid. & §. penult. Inſtit
qui, & ex qui. ca. manu. non poſ. gloſſ. &
Bartol. in rub. ſolu. matrim. licet ibi Alexan. in 4. co.
verbum, Diſponere, conuenire etiam ad actus inter
viuos velit, vt ibi Ripa num. 17. tamen etiam propriè
adaptari, & conuenire ad vltimam voluntatem probat
Soc. in conſ. 13. Præſens conſultatio. col. 6. ver. ſecundò
probatur: lib. 1. vbi allegat iura, & dictū Pſalmi
88. Miſericordias Domini, ibi: diſpoſui teſtamentum
electis meis & in Acti. Apoſt. c. 2. circa fi. ibi: vos
eſtis filij Prophetarum, & teſtamenti, quod diſpoſuit
Deus ad patres veſtros, idem probat Iaſ. in con. 189.
Vertitur in præſens. col. 2. in fin. ver. ſtat ergo. li. 2. vbi
per eadem iura, et authoritates dicit, verbum, Diſponere,
propriè ſpectare ad teſtamentum, ſeu ad vltimā
voluntatem, & ex propria ſignificatione importare
vltimam voluntatem: eadem repetit & probat idem
Iaſ. in conſ. 130. Inſtitutio. col. 4. ver. item pro iſta parte.
lib. 4. & in l. pen. col. 4. C. qui teſtam. face. poſ. idē
firmat Car. Rui. in conſi. 7. col. 4. nu. 9. & conſi. 121.
col. 1. num. 4. & conſi. 153. co. pen. num. 12. li. 2. in qui
bus locis habetur, quòd tale verbū diſponere poteſt
2 etiam importare actum inter viuos: vt per † Pariſ. in
conſi. 33. num. 60. & ſeq. lib. 3. licet propriùs conueniant
vltimæ voluntati, & etiam iuri: hinc autem dicimus,
teſtatorem in dubio voluiſſe teſtari, ſecūdum
diſpoſitionem iuris vel ſtatuti, vt per Alex. in con. 5.
col. 2. ſub ver. id idem. lib. 3. & Corn. in con. 61. co. 2.
& conſ. 198. col. pen. li. 1. & alibi. dicit enim Bal. in l. 1.
in fi. ff. de inof. teſta. quòd quælibet diſpoſitio, in qua
diſponitur per modum quotæ in dubio dicitur eſſe
teſtamentum. Vnde dicendum eſt, voluntatem te-
3 ſtatoris colligi ex forma diſpoſitionis, † ſecundum A-
ret. in l. ſi ſtipulatus. col. 13. ver. dicendum eſt ergo. de
verb. oblig.

Diſpoſitio verò ipſa formatur, & fit ex quatuor, ex
perſona diſponente, de qua dictum eſt ſuprà in verſi.
præced. Ex perſona, in quam confertur diſpoſitio, de
qua dicetur in ſequenti li. vt eſt hæres, & legatarius,
vel fidei cōmiſſarius. Ex re, de qua diſponitur, ex verbo
diſponente, vt inſtituo, relinquo, do, lego, & ſim.
4 iſta eſt doct. † Bar. in l. 1. col. 6. ver. quarto principaliter.
& in l. demonſtratio. in prin. col. 2. ver. vt ergo intelligas.
de cond. & demon. Adeò, quòd ſi deficit vnū
ex iſtis quatuor ſubſtantialibus, vel de his, nō poteſt
ſubintelligi, vel ſuppleri, non valet diſpoſitio, & nihil
operatur, vt ſi teſtator diceret, volo quod bona mea
ſint ſub fideicommiſſo, vbi non poteſt apparere perſonā,
in cuius fauorē ſint directa iſta verba, nulla
5 eſt diſpoſitio fideicommiſſi, † vt ponit Pariſ. in conſi.
72. Quęris à me. col. fi. li. 2. eſſe enim debet, cui detur,
dicit tex. in l. quidam. in prin. in fi. ff. de iur. codicil.
idem eſt, vbi deficit res, quàm debet capere diſpoſitio:
l. ex facto etiam. ff. de hæred. inſt. l. Titia in prin.
de leg. 2. At ſecùs eſt, quando verbum diſponens ſub
intelligi & ſubaudiri poteſt: vt per tex. in l. 1. §. pen. &
fi. ff. eo. de hære. inſti.

Quomodo autem voluntas inducatur in diſpoſitionem,
maximè in vltima voluntate, plenè tradunt
6 † Bar. & alij in l. ſerui electione. in prin. de leg. 1. & in
l. Pamphilo. §. propoſitum. de leg. 3. de iſtius. §. propo
ſitum. intellectu, multùm inſiſtit, & ſua requiſita enumerat,
Gram. in ciuil. conſi. 53. In cauſa hæreditatis.
& dicetur infrà, in ſeq. dubit.

Nempe ſcitur palàm, & in centum locis reperitur
adductum, & allegatum hoc dictum, quòd non ſufficit
teſtatorem voluiſſe, niſi diſponat, & voluntas
7 tranſeat in diſpoſitionem, ſolet allegari † tex. in l. qui
dam cum filiumfa. ff. de hęre. inſt. vbi eſt caſus, quod
teſtator volens ſuam hæreditatem peruenire ad filiūfa.
ſed quòd pater hæredis nihil de ea habere poſſet,
tractatu priùs habito cum iſto filiofa. hæredem inſtituit
filiifam. amicum aliter non rogando eum, vt
reſtitueret hæreditatem filiofam. vt teſtatoris voluntas
erat, hoc faciendo neſciretur à patre hęredis, decidit
ipſe Iuriſcon. ab hærede ſcripto non poſſe peti fideicommiſſum,
niſi probetur, teſtatorem hoc diſpoſuiſſe
expreſſè ſequendo ſuam fidem. & ibi Bald. not.
non



non ex omni voluntate teſtatoris agi, ſed ex ea, quæ
tranſit ad diſpoſitionem, vnde non ſufficeret, teſtatorem
velle, niſi diſponat, & ex teſtamento ſimiliter nō
agi niſi expreſsè vel tacitè in eo diſpoſitum ſit, etiam
tacitum haberi pro expreſſo, quādo tranſit ad diſpo-
8 ſitionem. & ibidem † Imo. in 2. colum. notat & dicit,
quòd non ſatis eſt dicere, Iſta eſt voluntas teſtatoris,
ſed debet dici, Iſta fuit volūtas & diſpoſitio teſtatoris
9 ideo debet ſeruari: quod eſſe bene notandū dicit † A-
lexan. in l. 3. in fi. & ibi Iaſ. col. 1. C. de libe. præt. & vt
dixi in locis quàm pluribus per Doct. allegans, præ-
cipuè per Alex. in conſ. Ponderatis. col. pen. verſ. bene
facit tex. lib. 3. & in conſ. 202. Viſo themate. colum. 2.
ver. pro hoc etiam facit. & circa. fi. li. 7. & Cur. Senio.
in conſ. 43. Quia inquit. col. 10. ver. quia non ſufficit
& in conſ. 46. Sepè reuoluta. col. 12. ver. ſecunda vera
eſt. Iaſ. in conſ. 41. In hac ardua. col. 7. ver. pro iſta etiā
lib. 1. & in conſi. 143. Iſta quæſtio. col. 5. verſi. nono, &
vltimo. & conſi. 220. Nodoſa. col. 6. ſub verſ. quintò in
fauorem. lib. 2. & in conſi. 29. Videretur. col. penul. in
fine. lib. 3. & Socin. in conſil. 140. Quoniam præſens.
col. 5. ſub verſ. ſed de prædictis. lib. 3. vbi dicit, Voluntatem
ſeruari, ſi teſtator diſpoſuit, vel colligitur ex diſpoſitis,
aliud non releuat imaginari teſtatorem ita
ſenſiſſe, & voluiſſe, vt ibi per eum. & in l. 3. num. 5. de
reb. dub. & Dec. in conſ. 63. Diligenter conſideratis.
col. 2. & conſ. 205. In cauſa iſtorum, col. 3. ſub verſ. ſed
de his. & conſil. 287. In ciuitate. col. fin. ver. ſed ſupradictis.
& conſ. 384. In caſu propoſito. col. fin. ver. non
obſtat & conſil. 465. Perſcrutatis. col. 2. ver. non obſtat.
& conſi. 513. In ciuitate noſtra col. penul. ver. & in
probando. & Pariſ. in conſi. 31. Cōſiderato. col. 3. nu.
12. & conſ. 44. ſubſtitutio. col. 4. num. 25. & conſi. 86.
ad veram. col. 4. circa fin. num. 21. lib. 2. & Tiraquel.
in l. ſi vnquam. in ver. libertis. num. 20. & Natta conſ.
667. num. 15. in quibus locis huius dicti totum ſit fundamentum
in tex. d. l. quidam cum filiumfam. & no.
ibi per Bal. & Imo. & Tiraquel. in dicto. verſ. libertis.
numer. 21. alios text. allegat ad hoc, ſcilicet. in l. penul.
§. fina. ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum tabulas, ibi: nec
putauit quiſquam nuda voluntate conſtitui teſtamentum.
& in l. iubemus. C. de teſtam. & in l. ſi alij.
in fine. de vſufruct. leg. ex mente aliorum ibi per eum
alleg.

Addo etiam facere tex. in l. ſi res obligata. verſ. 1.
de leg. 1. vbi teſtator eo animo fuit, vt res ab hypotheca
liberata præſtaretur fideicommiſſario: quia tamen
de ea re liberanda non apertè ſenſit defectu nō expo
ſitæ diſpoſitionis ex teſtamento agi non poteſt pro li
beratione dictæ rei, ſed aliis remediis ſubſidiariis ex
interpretatione iuris, vt ibi per Doct. præcipuè p Iaſ.
in col. 5. in fin. & col. ſeq. vbi etiam infert ad ſententiam
allegatam ex d. l. quidam cum filiumfam. & ibi
not. per Bal. & Imo. Item facit text. in l. fideicōmiſſa.
§. 2. de leg. 3. vbi teſtator commendando aliquem, ex
quo oſtendit animum, vt bene ſit commendato, tamen
aliter non diſponendo fideicommiſſum, nō debetur
commendato: quia commendare aliquem, non
eſt inducere voluntatem ſuam ad diſpoſitionem, hoc
dicit in effectu ille tex. Item in hoc ſonant verba tex.
10 in l. ſi ſpōſus. §. fi. ff. de dōnat. inter vi. & vx. ibi: † ſæpè
enim credimus aliquid defunctum voluiſſe. & tamen
non rogaſſe, &c. licet ibi gl. contrà allegat in arg. d. l.
quidam. & non ſoluit, ſed ibi Alber. ſoluit, qui dicit
illum textum eſſe multum notabilem ad vltimas voluntates.
facit etiam tex. in l. 1. ſi defunctus. ff. de reb.
eorum. voluntas teſtatoris, puta de rebus vendendis,
de qua non cauetur in teſtamento, non eſt attendenda,
& ibi Bal. not. quòd non omnis patris volūtas eſt
eius teſtamentum, nec omnis eius voluntas eſt ſe-
quenda per filium: huius autem ſententiæ ratio aſſi-
gnatur, quòd deſtinatio ſeu propoſitum in mente re-
11 tentum nihil operatur: † l. ſi rependi. C. de cond. ob
cauſ. pluribus dictis ad hoc accumulatis per Tiraq. in
d. ver. libertis. num. 21. 22.
12 Addo, quod dicit † Pau. de Caſtr. in l. recuſari. ff. de
acqui. hære. quòd voluntas in mente retenta, dicitur
potiùs, cogitatio vel propoſitum, vel deſtinatio, quàm
voluntas, & quòd ad exteriora debet eſſe proceſſum,
vt ſit voluntas.

Declaratur prædicta concluſio, primò, quòd ſuffi-
cit voluntatem tacitè apparere ex coniecturis colle-
ctis, expreſſis, & diſpoſitis in teſtamento tranſiſſe ad
13 diſpoſitionem, † vt tradit Cur. Iun. conſ. 121. Præſup-
ponitur. col. 6. ſub. 11. 12. 13. & Socin. Iun. in conſi. 42.
Viſo teſtamento. col. 7. nu. 26. lib. 1. Secundò, q ſuffi-
cit voluntatem etiam tacitam eſſe præſumptam à iu-
14 re, vt diſponat, † per l. 2. ff. ad Municip. tradit Bal. in l.
1. ſi is, qui ff. de exe. act. refert Tiraq. in d. l. ſi vnquam.
ī d. ver. libertis. nu. 43. Addo, quòd expreſsè Imo. in d.
l. quidam. cum filium. in 2. col. voluntatem tacitam
operari intelligit ex interpretatione iuris, per l. cum
quid ſi cert. pet. & l. triticum. de verb. oblig. & non ex
15 interpretatione hominis. † Rui. conſ. 177. col. fin. nu.
13. lib. 2. Tertiò, quòd in dando vel adimendo legato
ſufficeret tacita vel nuda voluntas, ſecùs eſt in inſti-
16 tutione hæredis, † vt l. 3. §. fin. & ibi Gloſſ. & l. ex par-
te. de adimen. lega. & l. denique. §. interdum. de pecu.
leg.

Cum igitur voluntas parui ſit momenti, quæ non
pertranſit ad diſpoſitionem, & variæ diuerſæque ſint
17 hominum volūtates: & l. quia poterat. ff. ad Treb. &c.
quia. de conce. præben. & iuxta illud: *Velle ſuum cuique
eſt, nec voto viuimus vno*, ex his quoque variis ac diuerſis
voluntatibus fiant diſpoſitiones, cōſequēs eſt, quòd
variè, & diuerſæ, ac multiplices ſunt teſtamētariæ di-
ſpoſitiones. Nec placet, eas contingi ſub certo nume-
18 ro: vt And. Gam. in tract. de extenſ. ſub nu. 85. † colle-
git diſpoſitiones legales redigendo ad numerum ſex
eſſe, ſcilicet, Primā, vocari primariam. Secundā, limi-
tatiuā: Tertiam, correctoriam. Quartam, correctam.
Quintam, Exorbitantem. Vltimam, pœnalem, licet
& teſtamētariæ diſpoſitiones poſſint operari aliquos
ex eiſdē effectib. in patrimonio teſtatoris & hæredis,
quos operantur cōmunes legales diſpoſitiones in v-
niuerſo imperio: poſſet. n. teſtator diſponere id, quod
eſſet de iure ab inteſtato ſeruandū, & talis diſpoſitio
19 nihilominus valet in vim teſtamēti, † vt inquit. Alex.
in d. conſ. 202. Viſo themate. col. 2. ver. pręterea nō eſt
inconueniens. & in conſ. 88. col. 2. nu. 2. li. 7. per l. 2. ff.
de iniuſt. teſta. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autē. C. de
teſta. Poſſet etiā facere diſpoſitionē limitatiuā, reſpi-
cientem vel aliquid ſubſtantiale ipſius diſpoſitionis,
20 vel accidētale, † vt per Ruin. in cōſ. 37. Circa legatū.
col. pen. ſub ver. Nec obſtat. nu. 7. lib. 2. & Pariſ. in cōſ.
58. Circa primum. col. 2. nu. 5. lib. 2. Poſſet etiā teſtator
21 ſua diſpoſitione facere ceſſare prouiſionem legis, † l.
ſi fundum. §. Stichum. & ibi Bal. de leg. 1. & l. eum qui
in fi. ff. de his, qui. vt indi. Quod procedit, quando ſit
22. prouiſio iuris ſpecialis vel extraordinaria, † Iaſ. in l. 3.
col. 2. in 3. not. de leg. 1. Poſſet etiam eſſe diſpoſitio te-
ſtatoris exhorbitans, & reprehēſibilis, nihilominus
23 debet ſeruari, tradit † Pau. de Caſt. in cōſ. 185. Subſcri
ptus egregius D. Conſultor. in fi. lib. 2. quod enim in-
ſpecto iure communi eſt iniquum, inſpecta volunta-
te teſtatoris eſt æquū & præualet: vt eſt gloſ. not. in l.
ſi debitor. ff. ad l. Falc. & quilibet in re ppria pōt di-
ſponere, & moderare, prout vult: l. in re mandata, C.
manda.

manda.per quá regulam ex facto valere legatũ fundi
factum Eccleſiæ diſponente teſtatore, quòd Eccleſia
aliâs immunis teneatur pro dicto fundo ſoluere cō-
24 muni onera & collectas,notanter reſpōdit † Petr.de
Anc.in cōſ.218.Dubiũ fuit.vbi etiã firmat pmiſſionē
teſtatoris facere ceſſare prouiſionem canonicam &
legalem,per alia iura ibi alleg.per eum in exorbitan-
te tamen à iure communi, verba teſtatoris propriè &
25 ſtrictè ſunt intelligenda,& Bart.in l.vxori.§.1.de leg.
26 3.† idē tenet Dec.in conſi.259.Viſis.col.3.per reg.d.
l.in re mandata,teſtatorem poſſe diſponere,quòd bo-
na non tranſeant ad Monaſterium. Poſſet etiam te-
ſtator facere ſuam diſpoſitionem pœnalem,dummo-
do legibus non interdictam , vel probroſam, vel im-
poſſibilē,vt l.1. C.de his quæ pœnæ nom.& ibi doct.
tradunt.

Veruntamē conferendo popoſitæ materiæ inter-
pretationis vltimarum voluntatum , adducam bre-
uiter differentias, & conformitates aliquas inter
legales,ſtatutarias,& teſtamentarias diſpoſitiones.

Primò lex vel ſtatutum non promulgatur abſque
27 ratione: † c.erit.diſtin.4.Bal.in l.quod verò.ff.de le-
gi.& in l.ſi quis ſeruo.col.fi.ver. ex his apparet. C.de
28 fur.† vbi dicit,quòd in ſtatutis eſt cōſideranda ratio:
At in diſpoſitione teſtamētaria eſt pro ratione volũ-
tas,quia ſic voluit,ſic iuſſit teſtator , per tex.in l.cum
quidam. in fin.C.de neceſſ. ſer.hæred.inſti.vnde dicit
Angel.in conſil.374.Viſo teſtamento,& codicillo.in
fi.quod teſtator diſpoſuit in teſtamento, oportet ſer-
uari,nec aliud debemus inquirere, niſi quia placuit
teſtatori.idem in conſi.396. In conſultation. colum.
pen.circa fi.ver. Quid præterea,inquit:aliud non di-
camus,ex quo ſic placuit teſtatori,cuius eſt pro ratio
ne voluntas,& dicit Bal.in l.ſi quis.§.certum.circa fi.
C.de ſecun.nup.in 2,l. ct. quòd in diſpoſitione legis.
magis ratio, & in diſpoſitione hominis, magis volũ-
tas attendenda eſt,idem probat Alcia.in ſuo 3.lib.de
verb. ſig.char.1.Rurſus dicit Angel.in l.3.C.de inſtit.
& ſubſti.quòd in teſtamentis quicquid negamus, aut
concedimus,pro ratione ſolùm allegamus voluntatē
defuncti : ex hoc autem infertur,quòd extenſio non
29 fit in teſtamentis,ſicut in legibus & ſtatutis, † vt per
Stepha.de Fede.in tract.de interpr.iu.in vlt.par. col.
7.num.5.dicentem ꝙ voluntas teſtatoris ſine ratione
tantùm de facto obſeruari ſufficiat , & iuxta verbo-
30 rum corticem,† per l.Mæuius. de condi. & demōſt.
Quod verum eſt in voluntariis iuxta declarationem
Bar.& aliorum in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. de li.
& poſt.& nō in prohibitis & impoſſibilibus:§. aliud
quoque capitulum.in auc.vt cum de appel.& d.l.1.in
fi.C.de his,quæ pę.no.cum ſimi.& non tollitur,quin
etiam in teſtamentis poſſit imaginari ratio quinimò
quando vna tantùm poteſt aſſignari, habetur pro ex-
31 preſſa,† gloſſ.in l.quamuis.C.de fideicom.& ibi Bal-
circa prin.dicit, hoc procedere non ex interpretatio-
ne extenſiua,ſed intellectiua,quod cōfirmat id, quod
modò dixi,in teſtamentis non fieri extenſionem niſi
32 quantũ mens † & voluntas teſtatoris capiat:l.ſi quis
ita.§.ſi quis cum ignoraret.ff.de teſta.tut.vbi eſt tex.
not.ad hoc,pro quo propriè facit,quod dicit Imol.in
l.ſi verò.quàm legit ſub l.dotalē.§.de viro.col.5. ver.
Item hîc extenſione.ſolu.matri.in diſpoſitione homi
nis non fieri extenſionem ad aliũ caſum, etiam ſi ſub
33 ſignificatione lata comprehendatur, † per c.fin.& c.
cum illis. de præben.in 6.& c.ſuſceptum.de reſcript.
in eo.lib.refert Caro.Ruin.in conſ.29.Quia teſtator.
col.3.in fi.num.8.lib.2.

Secūdò,natura diſpoſitionis legis,eſt reſpicere fu-
tura,per leges & conſtitutiones.C. de legi.& c.fin.de
conſti. Diſpoſitio verò teſtamentaria comprehndit
præſentia,per l.ſi ita.de aur.& arg.leg.tradi Corn. in
conſ.14.Circa primum.col.pen.lib.1.Notabilis eſt e-
tiam differētia inter diſpoſitionem legis,& hominis,
quòd de pluribus ſimul.decēdentibus, agendo ex di-
ſpoſitione legis, præſumit lex,quem prius vel poſte-
34 riùs deceſſiſſe,† vt in l.qui duos.§.cum in bello. agē-
do verò ex diſpoſitione hominis.non conforme cum
diſpoſitione legis, ei qui ſe fundat in vita vel in mor-
te,incumbit onus probandi,aliâs non obtinet ex di-
35 ſpoſitione hominis,†vt declarat Bar.in l.quod de pa
riter.de reb.dub.ſequitur Alexan.in conſil.129.Viſo
themate.in verſ. Nec etiam prædictis ob. lib.2. vltra
rationem Bar. aſſignatur alia ratio, quòd diſpoſitio
hominis in dubio verificatur, & procedit in caſu ve-
36 ro,& nō in caſu ficto,† ſaltem non habente eundem
effectum,cum caſu vero, per l.ex ea.§.inſulā de verb.
oblig.& l. cum pater.§. habetur. de lega.2.& not.per
Bald.& Imo.in d.§. & quid ſi tantum ponit Alexan.
in conſ.4.Ponderatis.col.2.lib.4.vbi in not.caſu ſub-
ſtitutionis vocantis maiorem natu eo admiſſo & de-
cedente huiuſmodi ius maioritatis non tranſmitti-
tur ad filios minores,ſed vadit ad alios , comprehen-
ſos in ſubſtitutione,habentes verè qualitatem maio-
ritatis,vt ibi per eum.Prohibitio teſtatoris , ne bona
ſua poſſint alicui acquiri , non continet , quin poſſit
37 acquiri ex diſpoſitiōe † legis:Bar.in l.2.§.1.de legat.
pręſtan.&è contrà,prohibitus per ſtatutum diſpone-
re,poteſt ex licentia teſtatoris diſponere:caſum & de-
38 ciſ.† ponit Socin.in conſ.48. In conſultatione.lib.1.
Quando verò diſpoſitio teſtatoris, facta eſt ad execu-
tionem diſpoſitionis legalis,debet interpretari & in-
telligi ſecundum ipſam diſpoſitionem legalem , tra-
39 dit † Pau.de Gaſt.in conſ.64.Licet plura.circa fi.lib.
2.cenſetur autem in dubio,teſtatorē velle facere ſuam
diſpoſitioneum conformem iuri communi , & non
40 contra ius,† not.Bald.in l.2.in fin.C.de condi.inſer.
Qualiter autem diſpoſitio legis à diſpoſitione ho-
41 minis diſcernatur, vide † Alci.in l.4.§.Cato.nume.
88.& Rip.in l.ſi inſulam.colum.13.num.60. de verb.
obligation.

Tertiò in aliquibus æquiparantur diſpoſitiones
42 Principis,ſtatuti,& teſtatoris,† vt per Bald.in l.cum
quidam.col.2.C.de verb.ſig.& Roma.in conſ.65. Vi-
ſo themate.col.pen.ver.cum igitur verba.& Lud.Bo-
logn.in conſ.32.Viſo igitur caſu.colum.penul.Prin-
43 ceps vbi poſſit plus quàm lex † vide Luc. de Pen.in l.
1.col.antepen.C.de expen.Iud.li.11. Idem de diſpoſi-
tione iudicis,& teſtatoris,quæ æquiparantur,& de v-
44 na arguitur ad alteram.† Alex.in l.filiusfam.§.Diui.
col.5.nu.5.de le.1.In aliquibus,vt in excluſione à ſuc-
ceſſione,a legitima fortior eſt diſpoſitio ſtatuti quam
45 ſit diſpoſitio teſtatoris,† Deci.in conſi.299. In cauſa
mihi commiſſa.col.3.& in l.nec ex prætorio.de Reg.
Iur. vbi plura accumulat,quæ poſſunt diſponi per ſta
tutum,quæ non poſſunt per hominem,& vt in dero-
gandis ſolemnitatibus,Iaſ.l.teſtandi.C.de teſtam.vbi
etiam in fi.ponit plura,in quibus teſtator aliter diſpo
nendo poteſt derogare legibus,vt quòd non tranſeat
in legatarium dominium rei legatæ , niſi apprehenſa
poſſeſſione:& quòd datio cohęredis extranei vel ſub-
ſtituti vulgaris,non tollat exiſtentiam ſui hæredis,&
quòd legatum conditionale tranſmittatur , & quòd
tacita conditio impediat tranſmiſſionem : & quòd
tranſmiſſibile non tranſmittatur ; vt ibi per eum , &
per Moder.in l.nemo poteſt de leg.1.In aliquibus e-
tiam diſponere poteſt teſtator , ſicut ſtatutum , vt in
46 auferendo hæredi beneficium inuentarij,†per Aym.
in conſil.174.Nobilis.colum.2. numer.6. cum aliis
& alibi de poteſtate teſtatoris erit dicendum.

Reuertor iterum ad doctri. Bald.in l.quidam cum
filium.ff.de hæred.inſt. volentis , debere attendi vo-
luntatem teſtatoris,quando tranſit ad diſpoſitionem
expreſsè vel tacitè:ergo eſt duplex expoſitio , expreſ-
ſa,& tacita.

Expreſſa diſpoſitio dicitur tribus modis.Vno mo-
do,quæ fit verbis generalibus.Alio modo,quæ fit ver
bis ſpecialibus.Vt alio ac vltimo modo quę fit verbis
particularibus ſingulariter,& in indiuiduo,per com-
47 munem theori. † Bar.in l.1.in prin.in 2. col. de vulg.
& pup.& ibi Soc. in col.7.& Ripa.in col.8. & ſeq.&
Alex.in conſi.95. Diligenter in princ.lib.5. quod non
reprobat in parte contraria, quam ibi tenet, & quod
per exempla faciendo tres principales concluſiones
corroborando , quámque pluribus particularibus
not.deciſionibus & limitando diffusè pertractat Ri-
pa.in d.l.1.à colum.7.vſque ad 10.à num.49.vſque ad
num.76.

Dicitur etiã expreſſa diſpoſitio , quæ voce vel ſcri-
ptura à natura verborum expreſſorum & prolatorũ
taliter eſt compoſita & demonſtrata,ꝙ intellectus in
ea intelligenda non laborat, & neceſſariò talis appa-
ret,qualis eſt:l.certum.ff.ſi cert.peta.§.ſi verò expreſ-
ſim.in auth.de hæred.& Falc.Bald.in l. ſed & ſi quis.
§.quęſitum.colum.3.ſub ver.Venio ad quęſtiones.ff.
48 ſi quis caut.† vbi etiam not.declarat,quomodo ali-
quid dicatur generaliter,& quomodo ſpecialiter.Idē
Bal.in auct. hoc inter liberos in prin. C.te teſtam. &
Ang.in conſi.332. An in reſtitutione. ante fi.& Soci.
in conſ.172.Multùm.col.4.ver.Primò tamen.lib.2.&
Rui.in conſ.79.Viſo ac perlecto.circa fin.lib.2. Tan-
tum enim operatur expreſſa verbis generalibus,quã-
tum verbis ſpecialibus,quo ad cōcluſionem & exclu
49 ſionem rei,† l.ſi chorus in prin.de leg.3.&l.ſi duo.&
ibi Bar.ff.de ad.tut.non autem procedit,quo ad alia,
inquit Iaſ.in conſi.31.Nobilis Do.Ioan.col.pen.verſ.
non quoque obſtant.lib.3.quo ad alia maximè , quæ
traduntur per Bar.in d.§.quæſitum.col.1. & per glo.
in ver.ſpecialiter.in l.ſi quis mihi.§.iuſſum.ff.de acq.
hæred.hæc autem alia ſunt exceptiones:primum ve-
rò dictum habetur pro regula,Quod verbis generali-
bus expreſſum,tantum operatur,quo ad omnia,quã-
tum ſpecialibus expreſſum , quo ad omnia ſpecifica-
50 ta:vt firmat † d.gl.in d.§.iuſſum.& Dec.in conſ.259.
Viſis his.col.2.ver.Nam etiam expreſſum. & gloſſ.in
d.§.quæſitum,& ibi Alex.in col.2.nu.11. & per Ayni.
in col.162.Nobilis Aubertus , vbi per dictam regulā,
& plura iura,& deciſiones,eam corroborātes,probat
inſtitutionem hæredis,quæ alioquin nominatim, &
51 verbis expreſſis fieri debet:† l.iubemus.C.de teſtam.
poſſe validè fieri verbis generalibus,ex quibus intelli
gatur hæres inſtituta perſona quæ ſub ipſis verbis eſt
comprehenſa:vt ibi per eum. Nimia autem hic eſſet
prolixitas, recenſere & numerare alios modos , ſub
prædictis tamen tribus comprehenſos,quibus in iu-
re quid dicitur expreſſum, & eſſet auferre partem a-
liquam:3.interpret. infrà eo ſequenti conuenientem.

Dum recordor,tamen non omittam hunc expreſ-
ſionis modum per relationem,per quam licet verè &
52 propriè dicatur aliquid intelligi,† ſecundum Bald.in
conſi.212.Ea,quæ veniunt,lib.5.Fely.in c.inter cæte-
ras.col. 2. & alibi per Doct. nihilominus huiuſmodi
expreſſio per relationem dicitur in ſpecie fieri , & nō
in indiuiduo,& nominatim not.& dicit,vtile eſſe ſci-
53 re ad multa; † Bar.in l.Titius.de libe.& poſthu. & in
l.turpia.§.fi.de leg.1.per caſum.l.ſi pater filio. de vul.
& pupilla.refert & ſequitur Ruin.in conſ.165. Circa
caſum.colum.pen.num.8.lib.2.non ſufficit etiam ex-
preſſio per relationem,quando aliquid debet ſpecia-
liter exprimi,probat Dec. in cōſ.573. In caſu propo-
ſito.in fin.

54 Tacita verò diſpoſitio, † ſecundum Bal.in l. Cen-
turio.col. fin.ver.ego reſpondeo.de vulg. & pup. du-
pliciter dici poteſt. Vno modo eſt tacita habita pro
expreſſa,ex iuris pręſumptione per l.cum quid.ſi cer.
pet.& l.triticum.de verb.oblig.dicit etiam Imo.in d.
l.quidam cum filium.& tunc iſta non operatur idem
quod expreſſa,quando in medio eſt perſona , quã lex
non vult eam excludere ſua præſumptione,vt per ta-
citam pupillarem comprehenſam in expreſſa vulgari
non excludatur mater,vt per ipſum Bald.in d.l.cētu-
rio.Altero modo eſt tacita.quæ probatur ex indiciis,
& coniecturis.Tunc iſta tantum operatur, quantum
expreſſa,vt ibi per eum,& per Alex.in conſ.201.Per-
ſpectis.col.3.ver.confirmatur prædicta.li.6.& Afflict.
in deciſ.44.num.14.15.& Socin.in l.cum auus.num.
62.de condi.& idem. Quia imò ſicut expreſſa dicitur
tribus modis.in genere,in ſpecie,& in indiuiduo,idē
correlatiuè videatur in tacita,dicit Dec,in l.ſicut cer-
ti.col.3.in 3.not. C.deteſta. mil. vbi etiam ex ſenten-
tia aliorum dicit tacitũ eſſe,quod venit in conſequē-
tiam.ad illud,quod eſt expreſsè diſpoſitum , & quod
venit virtualiter,& ſolum colligitur per rationem in-
tellectus,intellectúque magis percipitur, elocutione
exprimatur: in tacita enim loquimur tacitè de rebus
ipſis & factis:l.de quibus.in fi.ff.de legi. Bald.in l.po-
tuit.in fi.C.de iu.delib.& in l.fi.nu.5.de inſti. & ſub-
ſtit.& dicitur tacita , quæ ab antecedente vel conſe-
quente colligitur:Ripa.in l.in quartam.num.33.ff.ad
leg.Falc.hæc eadem refert Hiero. Cagno.in l.expreſ-
55 ſa.in fi.de Reg.iur.† vbi ipſe & prius Dec.adducunt
plures caſus,in quibus operatur expreſſum , & nō ta-
citum,item operatur expreſſum, vt verba ſonant. ta-
citum verò & ſubintellectum à lege operatur eo effi-
56 caciore modo, quo à lege ipſa ſubintelligitur , † vt
tradit Dec.in conſ.1.colum.pen.ver. hoc probatur in
ſimili,& Rui.in conſil.140.Viſo , & bene intellecto,
colum.7.lib.2.

Rurſus dicendum eſt de tacita, quod quædam eſt
interpretata ſola legis interpretatione & extenſione
ſubintellecta,& quædam ex tacita,ſed non eſt omni-
no tacita,quia poteſt colligi ex verborum ſenſu,licet
ſpecificè & formaliter non ſit expreſſa ſua forma , vt
exempli gratia , de vulgari & pupillari comprehenſa
in compendioſa dicitur, poteſt dici tacita.ſ. ſpeciali-
ter, & expreſſa.ſ. generaliter , quæ ideo extincto ex-
preſſo non euaneſcit : quia magis accedit naturæ ex-
preſſi quàm taciti, quia ſenſus verbi generalis inclu-
dit omnia,quæ ſub genere illo poſſunt contineri , &
maximè in fauorabili materia vltimarum volunta-
tum:l.ſi chorus.in princ.de lega.3. De omnino tacita
non poteſt ita dici, quia extincto expreſſo euaneſcit:
iſta eſt doctr.Bal.in conſ.170. Quidam Nicolaus.col.
2.ver.Reſponde , diſtinguendum eſt lib.5. & de qua
vide Zanch.in §.cum ita l.hæredes mei. num.145.ad
57 Trebel.† ex quibus concludit, ibi mortuo inſtituto
viuente teſtatore ſubſtitutum ſuccedere ex vulgari
ſubſtitutione.idem in ſimili,per Bar.in conſi.48.Gal-
lus Faloppi. ver.ſed ſic occurrit , quando etiam non
eſt eadem ratio vitiãdi vel tacitum,per ſe ſtare poteſt,
vel æquè principale,tunc expreſſo vitiato nō vitiatur
58 tacitum,† vt per Pau.de Caſt.in conſ.incipiendo à ſe
cundo.col.2.ver.nec ob.nu.3. & ibi Apoſt.li.2.idem,
quando tacitum reſultat ex verbis expreſſis,ſatisfacit
59 formæ,† Rui.in conſ.56.col.pen.nu.19.lib.2. de quo
tractando locus eſt latior in ſeq.lib.

Diſpoſitio tacita etiam dicitur intellectus ſubau-
ditus,

60 ditus,† idem Bal.in l.2.C. de condi.inſer. & qui in-
directè colligitur,Dec.in cõſ.597. In cauſa Mutinẽſi.
prope fi.& quæ diſpoſitio tacita & collecta ex mente,
& identitate rationis ſufficit pro ea,quæ expreſſa re-
61 quiritur,ita eſſe regulam,tradit† Iaſ.poſt Bar.&alios,
ibi in l.prætor ait.in prin.col.3.ff.de no.ope.nun.vbi
ad hanc regulam adducit quatuor fallentias. primã,
quòd regula non procedit, quãdo aliquid requiritur
expreſſum verbis, & pro forma: Ripa.in l. ſtipulatio
iſta.in prin.num.60.de verb.oblig.Secundam,quan-
do debet fieri mẽtio expreſſa reſpectu certæ perſonę,
in magna dignitate conſtitutæ. Tertiam quando eſ-
ſemus in materia odioſa.Quartam, quòd regula non
habet locũ,quando lex requirat aliquid fieri expreſſe
pro eo,quod factum ſimpliciter eſt contra iuris di-
ſpoſitionem,vt ibi per eum has fallentias ſuis iurium
allegationibus confirmantem.Quintam addo fallen-
tiam conformem cum d.ſecund. fallentia , quòd iſta
regula non procedit , vbi ſumus in aliqua magna &
notabili re: quia niſi de ea expreſsè dicatur,nulla ver
borum generalitate includitur : probat Old. in con-
ſil.185.Thema tale eſt.Titius Canonicus,verſi,tertiò
eſt conſiderare.Ad idem colligendo deciſ. hinc inde
in materia.quæ videntur diuerſæ vel contrariæ, facit
eandem regulam Feli. in c.tranſlato.col.1.2. & ſequ.
de conſti.quòd illud tacitè reſultãs,habeatur pro ex-
preſſo,exceptuando duos caſus.l.quando illud reſul-
tans non eſt tale , quod de neceſſitate inferatur,ſed
perſuaſiuè,vel argumentatiuè, & quando lex vel ſta-
tutum facit mentionem de tenore , vbi per eum,quẽ
ſequitur Cur.Iun.in conſi.159.Habita diligenti con-
ſideratione.col.2.in fi.& col.ſeq.

Alius caſus poteſt exceptuari , quòd tacitum non
habetur pro expreſſo,& non operatur,quando vitia-
62 ret,† vt l.ſi quis à filio.in prin.de le.1.& ibi Bal. not.
& Dec.ĩ d.l.expreſſa nu.2.de Reg.Iur.& Alex.in cõſ.
59.Attentis.col.5.ver.nec obſtãt ea.lib.3.item tacitum
non ſufficit , vbi ex iuris diſpoſitione requiritur ex-
63 preſſum,† vt in deciſ.Rotę.380.Si iudex.in no.Caſus
autem , in quibus expreſſum quandoque plus,quan-
doque minus operatur,quàm tacitũ , poſt alios vide
per Iaſ.in l.cum quid.ff.ſi cert.pet.

Adde etiam,quòd procurator non poteſt expreſsè
renuntiare appellationi.poteſt tamen tacitè, non ap-
64 pellando,vel non proſequendo appellationem, † vt
tradit Peru.in c.ex ratione.col.8. ver. Circa quartum
impedimentum de appel.tunc verò par eſt virtus ta-
citi & expreſſi,quãdo ſumus in his quæ tacitè veniũt
65 ex natura actus,† vt per Iaſ.in d.l.cum quid in ſecũ.
lect.col.3.& quando tacitum & expreſſum procedũt
66 ex eadem potentia cauſæ efficientis,† ſecundũ Bald.
in l.in teſtamento. ff. de teſta.tut.per l. de quibus in
fi.ff.de leg. Quod maximè procedit in vltimis volũ-
tatibus,in quibus ſequimur mentem teſtatoris taci-
67 tam,ſicut expreſſam,† l.cum proponebatur.de leg.2.
dicit Cur.Iun.in conſ.73.Subtilia.col.5.num.15.Vide
tamen,quod Bald.in conſi.40. Quidam magnus no-
bilis.circa fin.lib.3.dicit, parum referre.vtrùm ſubſt.
ſit dubia,quia tacita,an ſit dubia quia de mente teſta
toris nõ cõſtat,per not.in l.verbis ciuilibus. de vulg.
& pupil. Quando etiam concurrunt tacitum & ex-
preſſum,non eſt par virtus taciti & expreſſi : quia ex-
68 preſſum facit ceſſare tacitum:† l.cum ex filio. §.1. de
vulg.& pupilla.& l.doli clauſula.de verb ob.& l.ſan-
ctio legum.de pœn.& per Iaſ.in conſ.220.Nodoſa eſt.
69 col.pen.in prin.lib.2.† vbi etiam infert quòd expreſ-
ſum facit ceſſare præſumptum,& ius accreſcendi ex-
preſſum præfertur tacito,& ſubſtitutus veniens ex ex-
preſſo indicio teſtatoris excludit coniunctum,veniẽ-
tem ex tacita ſubſtitutione,per ius accreſcendi.Ratio
prædictorum eſt,dicit ibi Iaſ. quia omne tacitum ve-
nit ſuppletiuè,ſed expreſſum non recipit ſupplemen-
tum,ſecundum Bal.in l.fin.C.de don. propter nupt.
70 Quod † verum eſt,& procedit,quando expreſſum &
tacitum tendunt ad eundem finem,& effectum,ſecùs
eſt,ſi diuerſos effectus reſpiciunt, vt quando expreſſa
prohibitio teſtatricis reſpicit fauorem filij , & tacita
prohibitio tendit ad fauorem fideicommiſſarij,vt ad-
ducit Dec.in conſ.386. Licet col.4. ver.tertio & vlti-
71 mo.† vbi etiam infert, quòd prouiſio hominis tollit
prouiſionem legis,quando ſunt circa idẽ, ſecùs ſi tẽ-
dunt ad diuerſa,allegando Alber.in l.fi.circa fi. C.de
pact.conuen. & ſecùs eſt, quando tacita prouiſio eſt
72 maioris effectus,quàm ſit expreſſa,† vt dat exemplũ
Pau.de Caſt.in l.teſtamento.ſub nu.3.C.de impu. &
aliis ſubſti.tacitũ in ſe etiam differt,quando ineſt ob-
73 ligationi vel executioni,vt declarat† Iaſ.in l.itẽ quia.
col.fin.ff.de pact. quod reputat pulchrum & vtile in
omni materia.Præterea nota,ꝙ tacitum dicitur veni-
74 re ex diſpoſitione legis,& non hominis,† Dec. in d.
l.cum quid. col.1.in 4.nota. & comprehenditur ſub
ſtatuto,quod loquens de ſubſtitutionibus , intelligi-
75 tur etiam de tacitis:† Bald.in conſ.212, ca,quæ. in fi.
lib.5.& quę omnia de expreſſo & tacito hîc adducta,
etiam menti tenenda ſunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Mortis capio dicitur cum nomen ſpecialis diſpoſit. deficit.*
2 *Mortis capio etiam ſine voluntate morientis eſſe poteſt.*
3 *Verbum,Facere,omnem faciendi cauſam omnino comple ctitur.*
4 *Factum præualet verbo.*
5 *Mors intelligitur,etiamſi ſit naturalis,vel ciuilis.*
6 *Et intelligitur mortuus , ſi grauatus ingreditur monaſte- rium incapax.*
7 *Quid ſi diſpoſitum à teſtatore exequatur in vita ipſius.*

## SOLVTIO VI.

DE eo,quod fieri, vel capi velit,poſt mor
tem ſuam. Sequitur particula hæc alia
ſuperius præmiſſæ diffinitionis vltimæ
voluntatis. Quæ præter illam vel capi,
comprobatur per text. in l.Mæuius. de
condi.& demon.& Soc.in l.ſi iam facta,ſub nu.3.co.
dicit,quòd teſtator nihil præcipit,niſi poſt mortem,
& in hac parte redditur diffinitio magis generalis,
quia poteſt conuenire diſpoſitioni poſt mortem,non
ſolùm diſponentis,ſed alterius,& cum nomen ſpecia-
1 lis diſpoſitionis deficit,appellatur mortis capio,† vt
l.qui pretio.& l. mortis cauſa capimus. in princ.& l.
mortis cauſa capitur. in princ.& l.inter mortis. ff.de
dona.ca.mor.etiam ſine voluntate morientis poteſt
2 eſſe mortis capio,† Aret.in l.in repudianda.ff.de acq.
hære.& latè per Bar.in d.l.qui pretio.de eo,quòd fie-
ri,&c.Nota ex hoc verbum, Fieri, adaptari etiam in-
ſtitutioni hæredis, vt ſi teſtator mandat de omnibus
ſuis bonis aliquid fieri;vt puta monaſterium , inter-
pretatur quidem inſtitutio hæredis facta de Monaſte-
rio,ſecundum Bal. & Imo. circa princ.in d.l.f. vbi e-
tiam Aret. Eccleſiæ futuræ conſtruendæ poſſe hære-
ditatem vel legatum dari. adducit text.in c. nos qui-
dem.extra de teſta. & Bar.in l, ſeruus. in fi. de admi.
lega.quia verbum Facere , omnem faciendi cauſam
3 omnino complectitur:† l.verbum facere,cum cõcor.
ſignatis ibi in gl.de verb. ſigni, imò factum præualet
verbo,



4 verbo,† Bal. in conſi.8.erant quinque in fi. li.1.cum
aliis concordan.alleg.ab Aym.in conſ.106. Honora-
tus.nu.2.& ſeq.Poſt mortem autem intelligitur , vel
quod ſit mors naturalis,vel ciuilis, quæ habeat eun-
dem effectum,quem habet naturalis omnimodo,† vt
per Barto.& alios in d.l.1 ,vbi inferunt per teſtatoris
ingreſſum Monaſterij religionis, quæ non poteſt ali-
quid habere & poſſidere in communi vel in priuato
& proprio confirmari teſtamentum,& verificari etiã
conditionem mortis impoſitam grauato ingreſſo Mo
naſterium religionis incapacis bonorum , in proprio
6 vel in communi,† ſecundum Bar.& Bal. in l.cum pa
ter.§.hæreditatem.el.1.de leg.2.ita eſſe Comm.Opin.
Doct.atteſtantur Alexan.in conſi.13.Circa primum,
col.1.& 2.lib.3.& Socin.in conſi. 92. Circa primum.
col.2.lib.1.& Dec.in con.419. Viſo eleganti.col.1.&
Pariſ.in con.65.nu.7.lib.2.licet contrarium putet ve
rius,Feli.in c.in præſentia.col.pen.de proba.Quid e-
nim ſi diſpoſitum à teſtatore in ſua vita exequatur,
7 †vide text.Glo.& Doct.in l.Lucius,la 1.& in l. lega-
tum eſt.de leg.2.& in l.filia legatorum. C. de lega. &
Affli.in deciſ.275.Teſtator quidam legauit. & Pariſ.
conſi.60.Prima facie.col.5.ſub nu.30.& ſeq.& conſi.
ſeq.col.5.nu.28.lib.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Ambulatoria eſt hominis voluntas vſque ad mortem.*
2 *Teſtamentum viuo teſtatore nihil valet.*
3 *Teſtator prohibens alienare in vita,intelligitur permiſiſ- ſe alienare poſt mortem,ſeu in vltima voluntate,vel,ab inteſtato.*
4 *Præſeruans ſibi facultatem diſponendi in vita & in mor- te quid reſeruatum intelligitur.*
*Et Decij opinio ſaluatur ibi.*
5 *Prohibitus diſponere in vita & morte,nõ poteſt de re pro- hibita contrahere,neque teſtari.*
6 *Teſtamentum fit irreuocabile, non modo per mortem na- turalem,ſed & per ciuilem, vt ſi quis ingreditur mona ſterium incapax.*
7 *Mors contingit tripliciter,ſed ſemper venit Dei diſpo- ſitione.*
8 *Mortis tamen appellatione venit mors naturalis, non ciui lis,niſi in caſibus à iure expreſſis,& hæc communis.*
9 *Velle quis dicitur nuncupatim moriendo cum vltimis vo luntatibus.*
10 *Mors omnia ſoluit,& mors omnia non ſoluit: de quo plu- res caſus ibidem vide.*
*Et quando mortuus & viuus æquiparantur. nu.11.plures adducuntur caſus,in quibus mors non ſoluit.*
12 *Scriptura mortui ſtatur,quando ſcribens fuiſſet probata vita & legalis.*
13 *Mors præueniens illius , qui aliquid facere debebat infrà certum tempus , pro conditione diſpoſitionis inter alias perſonas,facit conditionem haberi pro impleta.*
14 *Alienare prohibitus abſque licentia Titij , mortuo Titio, & non data licentia,pro denegata cenſetur.*
*Quæ fieri poſſunt in articulo mortis.nu.15.remiſſiuè.*
16 *Quid dicatur eſſe in articulo mortis,*
17 *Mors ſemper eſt timenda.*
18 *Morte nil certius:nil incertius hora mortis,*

## SOLVTIO VII.

MOrteque ipſa effecta irreuocabilis& firma
hæc penultima ſupradictæ deffinitionis
particula probatur.Quoniam dum homo
viuit,vſque ad eius mortem ambulatoria
1 eſt ſua voluntas,† vt l.4.de ad.leg. poſt mortẽ vero,
vt amplius redire non valens,neceſſario efficitur irre
uocabilis;& confirmatur , vt l,1,de ſacr.ſan.eccl.&c.
cũ Marthę.§.cæterũ ſicut de celeb.miſ.quod extraxit
ab Apoſt.ad Hebræos c.9.ſic ſcribente: Vbi enim te-
ſtamẽtũ eſt,mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris: te-
ſtamentũ enim in mortuis confirmatũ eſt, alioquin
2 nondũ valet,dum viuit,qui teſtatus eſt : vt dicit † Bal.
in l.extraneũ.in prin.C.de hęred.inſt.quod teſtamen
tum mortem teſtatoris requirit.& gl.2.in l.qui duos.
§.1.de manu.teſtamẽ.& Guliel.de bened.in ca. Ray-
nutius.ver,mortuo.1.num.2.Dicit enim Bar.in conſ.
76.Pater filio.ver.me tamen ratio. quòd quãuis diſ-
ſpoſitio teſtamenti fiat in vita teſtatoris,tamen viuen
te teſtatore non dicitur teſtamentum:ideo ibi not.tra
dit,quod conuẽtio ſeu reſeruatio huiuſmodi, vt quis
in vita ſua poſſit diſponere pro libito ſuæ volũtatis,
non intelligitur de teſtamento,quia diſpoſitio teſta-
menti non dicitur fieri in vita,cum effectum non ha-
beat in vita,ſed poſt mortẽ,vt ibi per eum : ſed intel-
ligitur de diſpoſitione inter viuos , ſequitur Alexan.
in d.conſi.13.Circa primum.col. 5. ver. pro hoc bene
facit.lib. 3.exinde idem Alex.in conſi.55.Ponderatis.
3 col.pen.ver.& licet ſubſtituerit.eo.lib.† dicit, quod
eo ipſo,quod teſtator prohibet alienare in vita,intel-
ligitur permiſiſſe alienare poſt mortem,ſeu in vltima
voluntate , vel ab inteſtato , vide tamen quo caſu, &
quomodo,contra d.con.76.Barto.arguit & tenet Iaſ.
in conſi.130. Inſtitutio facta lib. 4. conſilium Barto,
videtur etiam ſequi Dec.in conſi.30.col.pen. in prin.
& conſ.251.In cauſa magnificę.col.2.ver.non obſtat
alia.vbi ſubiungit,quod ſi dicatur poſſe diſponere in
vita,& in morte,quod non cenſetur pręcisè reſeruata
facultas teſtadi,cum ſit reſeruata ,etiam poteſtãs diſ-
ponendi in vita,diſponendo in vita,non eſſet de eiſ-
dem retẽta facultas teſtandi,probat Cur.Iun. in con.
25.Habita diligenti conſideratione.colu.2. & Aym.
conſ.222.colum.1.& quatenus ibi in col.pen.Aym.vi
deatur reprobare Dec.in d.con. 751.In caſu reſerua-
tionis diſponendi in vita,& in morte , vt dicatur re-
ſeruata omnino facultas teſtandi, etiam cum illa ad-
iectione in vita,puto ſi diligenter inſpiciatur totum,
quod ſuper hoc ibi Dec.ſcribit,quod non commerea
4 tur reprehendi,†quia concluſio Decij reſidet in hoc,
quod in caſu reſeruationis diſponendi in vita & in
morte,habens talem facultatem,diſponat in vita, ex-
inde remanet ablata facultas teſtandi, id totum attri
buendo primæ donationi ſic reſeruanti,ibi per eum,
alleg.ergo prima donatio ipſa , vt auferens facultatẽ
teſtandi,valet,habito effectu non curando de modo,
per vulg.quod aliter non diſcutio: cum meam ſit ex-
tra materiam,prohibitus diſponere in vita,& in mor
te,non poteſt de re prohibita facere contractum,ne-
5 que teſtamentum,†Bero.con.84.nu.29. lib.2. & vide
Clar.ſuo §.donatio.q.19.in fin.

Etenim morte efficitur irreuocabilis vltima volun
tas.ſ.naturali:idem dicendum eſt de ciuili, quando e-
iuſdem omnino effectus eſt,vt ſi teſtator ingreſſus fue
rit religionem fratrum minorum, eius teſtamentum,
ſicut per mortem naturalem confirmatur irreuocabi
liter ex parte teſtatoris,ita per ingreſſum huius reli-
6 gionis,†ſecũdum Bar.in auc.ſi qua mulier.col.3.ver.
ex prædictis venio. C.de ſacr.ſan.eccl. & ibi Bal.col.
3.ſub verſ.4.teſtamentum. & poſt alios ibi Iaſ. col.
7.ver.iuxta iſtam partem.& Corn.in conſi.258. Quo
ad primum.col.3.lib.3.Ruy.in conſi.98.col. penu. &
fin.lib.2.

Mors autem dicitur tripliciter euenire,naturaliter,
vt naturalibus & ſolitis infirmitatibus, vel caſu for-
7 tuito , & humanis caſibus idem operatur: † Bald.in
l.1.ver.collige,quod ex iſta alternatiua. C. de his,qui
ante aper.tab. & de pace.Conſtan. §.hoc quod nos.

col.2.ſub nu.8.& con.8.nu.2.lib.4.& pulchrè.Pet.de
Ancha.in cle.1.col.2.vſque ad fin.de pœn. & remiſ.&
ſemper venit Dei diſpoſitione:glo.in ver. cõmutatio.
in fi.inſt.de cap.dimi.in prin.& ibi Ange. Aret. cum
concordantibus alleg.ab Alex.in l.Gallus.§. & quid
ſi tantum.nu.7.de libe.& poſthu. & ibi Iaſ.in 2. col.
quomodo & quando mors naturalis,& quando ciui-
lis aduenit & operetur.

Et ſecundo modo ſpiritualiter, vt in fratre mino-
re,& tertio modo per damnationem, vt in deportato
& aliis damnatis,ita per Bal.in l.1.§.in primo. col.2.
de caduc. tollen. Attende tamen, quod appellatione
mortis intelligitur de naturali, niſi in caſibus à iure
8 expreſſis,ſecundum Comm.Opin.canoniſtarum,† re
latam per Gomes.ſuper reg. Cancel.in reg.de imp.be
ne.per ob.fa.cat.in q.5.verſus fi.& per Pariſ.in conſi.
5.nu.149.& ſeq.lib.4.

9 Nuncupatim in vltimis † volõtatibus quis morien-
do dicitur velle:l.vxorem.§.Scæuola.ibi Bar.de leg.3.
& l.fideico.§. ſic fideico.eo.per quę iura & ſimil.latè
diſcutit Alex.in con.127.Stantibus.li. 3.quando pro
actu,vel quo ad ſubſtantiam,vel quo ad exercitiũ, vel
executionem poſito in voluntate alicuius per eius
mortem inducatur declaratio voluntatis.

Plurimos alios effectus quos in iure noſtro mors
inducit,non eſſet indecens, neque ingratum hoc in
loco adducere,ſed breuitatis gratia remiſſio habea-
tur ad Marſ.in l.fin.num.30.cum ſeq.ff.de quæſt.Qui
ſub hoc articulo iuris,quod mors omnia ſoluit & tol
lit,& ſub hoc ſecundo,quod imo mors non ſoluit,ſed
mortuus & viuus æquiparantur, plures caſus ponit
cum ſuis iuribus & authoritatibus. Pro ſecuriori &
magis certa remiſſione (vt quandoque feci) non pi-
get ipſos caſus hic trãſcibere, omittendo iura & au-
thoritates eorum reciden. ad ipſum Marſi. ſuper pri-
mo articulo,quod mors omnia ſoluit, tradit ibi ſub
10 num.28.† quod mors accuſatoris facit perire omnẽ
inſtantiam iudicij, & extingui omnem actionem, &
alia quæcunque acta:Item mors donatoris, vel do-
natarij tollit ingratitudinem commiſſam contra do-
natorem.Item mors mariti aufert actionem, ſeu ac-
cuſationem contra mulierem,quæ commiſit adulte-
rium.Item morte Domini finitur: felonia commiſſa-
per vaſallum contra ipſum Dominum. Item morte
vaſalli ceſſat oppoſitio cauſæ contra Dominum, ob
quam poſſet priuari proprietate.Item mors mandan
tis tollit mandatum. Item morte ſocij finitur ſocie-
tas.Item morte Clerici ceſſat irregularitas.Item ſtan
te ſtatuto,quod vxores & filij rebellium non poſſunt
ſtare in ciuitate,mortuis rebellibus poterũt ibi ſtare.
Item morte delegãtis expirat iuriſdictio legati. Item
crimina morte extinguuntur.Itẽ pœna ſtatuti de vul
nerãte homine ceſſat contra vulnerantẽ mortuũ. Itẽ
mortuo non poteſt legari,nec dari hæreditas.Itẽ mor
te tolluntur iura & fauores,qui poſſent haberi ex prę
ſentatione epiſtolæ,vel literarum. Itẽ corpus mortuũ
non poteſt baptizari.Itẽ pro animali mortuo nõ ſol-
uitur gabella,alias ſoluẽda pro animali. Quod ſi quis
ſit obligatus,dare non liberatur dando mortuũ.Item
morte concedentis ad beneplacitũ,finitur beneplaci
tum.Itẽ repræſaliæ nõ poſſunt exequi cõtra mortuũ.

Super ſecundo,quod mortuus, & viuus æquiparã-
11 tur,ſimiliter idem ibi cõgerit aliquos caſus.† Primo,
quod excommunicatio impedit communicari cum
mortuo,& incurritur percutiendo clericũ mortuum.
Item morte non finitur crimen hæreſis.Item ſi viuus
non poterit ſtare in ciuitate,mortuus non poterit e-
tiam ibi ſepeliri,nec illuc portari.Item ſi bannitus po
teſt offendi ex ſtatuto,procedit dum viuit.Item mor-
te inimici,non finitur inimicitia. Item per ſtatutum,
mandans eſſe,qui inſtrumentum conſiſſeonaũ cũ to-
tra debitorem poterit retineri corpus mortui debito-
ris ne ſepeliatur,donec de debito fuerit ſatisfactum.
Iſti caſus ponũtur ibi per Marſ. & quemlibet eorum
cum expedierit poterit ibidem videri & recurſum ha
beri ad eum,quem refert alia adducens Boer.in deciſ.
316.prę ſuppono.nu.10.11.& ſeq.idem in deci.304.&
circa nu.57.quod recte exhæredatus & bannitus in-
ſucceſſibilis ex forma ſtatuti,frater minor & hæreti-
cus habentur pro mortuis.Vlterius mors Notarij o-
mittentis ponere aliqua ſolemnia in inſtrumento,fa-
cit id ſemiplenè probare, & mors ſcribentis habetur
pro iuramento, quando neceſſarium eſſet iuramen-
tum,& facit ſcripturam priuatam probare,quę viuẽ-
12 tis non probaret, vt authoritates allegat † Aym.in
conſ.274.col.1.& in con.287.col.8.& alibi. Intelligi-
tur,quando ſcribens,dum viueret,eſſet probæ & lega
lis vitæ,ſentit Soc.in conſi.161.pro deciſ.col. fin. ver.
nec obſtat, ſi dicatur.lib.2.& Fel.in c.2.col.6.in 3.fal-
len.de fi.inſtru. Mors quoque ante tempus interue-
niens alicuius perſonæ aliquid debentis facere intra
certum tempus, pro conditione diſpoſitionis inter
alias perſonas,facit cõditionem haberi pro impleta.
13 † vt per Ang.in l.ſi eum.§.1.ff.ſi quis caut.Et quando
hæres,vel alius prohibetur alienare ſine licẽtia Titij,
Titio mortuo,licentia alienandi non conceſſa habe-
14 tur licẽtia pro denegata,vt ſubtiliter probat † Ruin.
in conſi.126.Viſa prohibitione.col.3. lib.2.& quam-
plurimos alios caſus poterit ſtudioſus lector reperire
quos operatur mors,& quos colligẽdi curam habuit
Seba.Med.tractatum componendo aſcripto tit.Mors
omnia ſoluit,quæ autem poſſint fieri in articulo mor
15 tis,† Dec.in conſi.175,In cauſa falſitatis.col.7. verſi.
Quarto non ob.ponit Papam poſſe facere expeditio
nem,& quem poſſe facere teſtamentum & poſſe con
trahere matrimonium,& poſſe examinari in teſtem.
16 Quãdo vero quis dicatur eſſe in articulo mortis,† vi
de Apoſtil. ad Pau.de Caſtr. in l. quamquam. C.ad
leg.Falcid.& Iaſ.in l.1.§.is videtur.colum.penu.num.
10.ff.ſi quis ius di.non obtemp. declarat Ripa tract.
peſt.particu.nu.3.num.47.2.par.prin.Poſtremo, cum
mors in omni ætate ſit timenda iuxta verbũ Domini,
17 Eſtote parati,&c.pcipuè † poſt quinquageſimũ annũ
ſecundũ inferiores cauſas poteſt ſatis timeri, poſt In-
no.dicit Ab.in conſ.63.vt veritas.col.3. lib.2. & in c.
quoniam frequentet.in pr.col.9.ſub ver. Tertio prin
cipaliter.vt lit.non cont.vbi dicit, minorem partem
hominum attingere hanc ætatem,ſubeunt not.verba
tex.in l.ſenatus.§.mortis.ff.de dona.cau mort. ibi ſi
quidem terra marique,tam in bello quam in pace, tã
domi,quam militiæ multis generibus mortis pericu-
lum metui poteſt.Nihic enim certius morte, nihílve
18 eſt incertius hora eius:† Bal.conſ.133. & quod.in pr.
lib.3.ſuper his tandem vidi ſpecialem tractatum per
Seb.medi.tit.mors omnia ſoluit. Materia autem pro-
bationis de morte valde conueniens præſenti tracta
tui,vt reſpiciens iudicialia,cum probationes regula-
riter non fiant,niſi poſt lit.cont.Rub.& tot tit.extra,
vt lit.non cont.pertractanda reſeruatur infra li. vt.v-
bi inter cætera de iudicialibus agendum eſt.

## SOLVTIO VIII.

PEr alium adimplenda,hæc vltima ſupe
rius præmiſſæ diffinitionis vltimæ vo-
luntatis particula,cum reſpiciat adim-
plementum & executionem vltimarum
voluntatum,per quos quidem id expe-
diendum fuerit,pariter cadit infra vlt.lib. dicendum,
ideó de hoc eſt illuc accedendum.





## SVMMARIVM.

*1 Teſtamentum minus ſolemne,non dicitur teſtamentum,ſed vltima voluntas.*

*2 Quod ſunt ſpecies vltimarum voluntatum, hic enumerat.*

*3 Differentia inter vera legata, & fideicõmiſſum remiſſiuè.*

*Statutum prohibens coniugẽ legare,vel quoquo titulo coniugi relinquere,non habet locum in donationibus morte confirmatis:num.4.& eſt fauorabile:nu.19. vt eſt commune.ibi.*

*5 Statutum vetans legare,vel alio modo relinquere bona,poſſeſſiones,&c.non habet locum in vniuerſali hæredis inſtitutione præſertim de ſuccedente ab inteſtato.*

*6 Vltima voluntas cur ſic dicta.*

*7 Morte confirmatum capit naturam vltimæ voluntatis.*

*8 Vltimæ voluntatis propriè duæ ſunt ſpecies, teſtamentum & codicillus,tertia large donatio cauſa mortis.*

*Statutum loquens de vltima voluntate, quod eſt propriè intelligendum,non comprehendit niſi teſtamentum & codicillum, non donationem cauſa mortis, quæ magis contractui accedit,nu.9.ſed magis communis eſt, quod dicatur vltima voluntas:num.11.12. limita vt hic,nu.10.& ſeq.*

*Et confutatur opinio Decij in conſi.196.ibi.*

*14 Statutum,quod minor, vel mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, non poteſt abſque eorum conſenſu donare cauſa mortis,num.3.Amplia,num.15,limita,vt ibi.num.14.*

*Paria ſunt alicui relinquere, vel eum facere hæredem:nu.17.ſecundum communem vſum loquendi.*

*18 Statuta intelligi debent ſecundum communem vſum loquendi.*

*Amplia etiam in materia pœnali & odioſa.ibi.*

*19 Codicillus non comprehenditur in ſtatuto, faciente mentionem de teſtamento,vt hic.*

*20 Teſtamentum duplici modo ſumitur in ſcriptis, & nuncupatiuum ſine ſcriptis.*

## SOLVTIO IX.

EXplicatum eſt ſuprà, quæ,qualis nunc
dicendum eſt, quotuplex ſit vltima
voluntas, quam quidem eſſe multipli-
cem,inficiari non poteſt, quod oſten-
dunt rubricæ ſic pluraliter ſonantes
de teſtamentis,& vltimis voluntatibus, extra. & lib.
6.& text.in l.fin.§.fi.C.de codicil.ibi. in omni autem
vltima voluntate excepto teſtamento, &c. quinimo
teſtamentum minus ſolemne, non dicitur teſtamen-
1 tum,ſed vltima voluntas:† l. ſi vnus.C.de teſta.Bart.
in l.1.col.fi,de ſac.ſan,eccl.& in l.nemo poteſt in prin
de leg.1.ideo Philip.Franch.in d.rub.l. 6.col.fi.dicit,
quod vltra teſtamẽtum ſunt quatuor ſpecies vltima-
rum voluntatum,quarũ prima eſt codicillus,ſecunda
eſt,donatio cauſa mortis:tertia,eſt cauſa capio,quar-
ta & vltima,eſt quæ locũ habet in certo caſu, de quo
in l.licet.C.de pact.& ibi iura alia & loca adducit, in
quibus quæque harum ſpecierum vltimarum volun-
tatum pertractantur:dicit autem Ang. Aret. in tract.
de teſta.in gl.102.incip.Et cuiuslibet alterius:de qua
2 tuor eiſdem ſpeciebus vltimarum voluntatum.† Pri-
ma teſtamenti,ſecunda Codicilli, tertia donationis
cauſa mortis.quarta anormalæ,& in genere:vt d. l.li-
cet.omittit illam de mortis cauſa capione At Guid.
Papa in q.543.vltimarum,tradit octo ſpecies vltima-
rum voluntatum.vnam,quæ teſtamentum in ſcriptis
appellatur,aliam,quæ teſtamentum nuncupatiuum.
aliam,quę dicitur codicillus.aliam,quæ fit à patre in
ter liberos;aliam,quæ fit à milite;& quod iſtas quin-
que ſpecies ponit glo.ordinaria ver. vltimo.in §.fi.in
auct.de hæred.& Falc.& aliam,& ſic ſextam ſpeciem,
quæ fit à ruſtico ruri,velit loco campeſtre cõmorãte.
aliam, quæ dicitur donatio cauſa mortis.aliam,& ſic
octauam,quæ fit per epiſtolam,ad vnamquanq; iſta-
rum allegando iura,vt ibi per eum.aliam, & nonam,
poſſem addere ſpeciẽ vltimæ volũtatis, quę eſt de pa-
tre donante filio,vel de coniuge donante alteri con-
iugi,ſecuta traditione rei donatæ, & perſeuerante do
natore in eadẽ voluntate vſque ad mortẽ, ex qua dici
tur donatarius habere in vim relicti:l.ſequẽs quęſtio.
& ibi Bar.& alij de leg.2.& Bal.in auct.ex teſtamẽto.
C.de collat.& gl.fi.& doct.in l.res.C.de don.inter vi.
& vx.cum ſimil.alleg.per Tiraq.in l.ſi vnquã.ver. li-
3 bertis.nu.122.C.de reuo.dona.† vbi decem differen-
tias poſt Bal.in d.auct.ex teſtamento.tradit,quæ ſunt
inter vera legata & fideicõmiſſa, & huiuſmodi dona-
tiones ſunt morte firmatæ.Addo, & quod ſtatutũ prohi-
bens coniugẽ legare,vel quoquo relicti titulo relin-
quere cõiugi,nõ habet locũ in iſtis donationib. mor-
te confirmatis,licet vim relicti habeant, tamen non
dicũtur eſſe relictũ,ſed tertia ſpecies ſeparata à dona-
4 tione inter viuos & à legato.ſeu relicto, † ſecundum
Bar.& alios in d.l.ſequens quæſt.ita conſuluit Alex.
in conſ.26.Viſo & conſiderato.col.fi.ver. Nec prædi
ctis obſtat ſtatutum.li.2.ſequitur Ruy.in conſ. 44.Vi
ſo ac perlecto,col.pen.in fi.nu.25.lib.2.pro quo facit,
quod fortius adducit Fulg.in con.215.In primo.col.1.
5 ver.rurſum & tertio.& col.ſeq. † ſtatutũ vetãs legare,
vel alio modo relinquere bona,poſſeſſiones,&c. non
procedere in inſtitutione hæredis vniuerſali maximè
facta de ſuccedẽte ab inteſtato,vt ibi per eũ:cui addo
Bal.in conſ.349.Statuto Placẽtiæ.in fi.li.1.& Ruin.in
con.139.Viſo themate.col.pen.li.5.aliã quoq.& deci-
mã ſpeciẽ vltimæ voluntatis.poſsẽ addere, quę eſt de
illo conſenſu,præſtito per viuentẽ aliis paciſcentib.
de ſua hæreditate,quod ſi iſte conſenſus perſeuraue-
rit vſque ad vltimum vitæ ſpiritum conſentientis di-
citur conſentiens in eadem vltima voluntate durare,
l.fi.& ita ibi ſummat Ang.in pr.C.de pac.& Cur.Iun.
in con.98.habita diligenti conſideratione. col.2. ſub
ver.conſenſus igitur dicit,quod notanda ſunt illa ver
ba.& in eadem vltima voluntate durauerit, & quod
ex his clare conſtat,Ang.appellare talem conſenſum
valere in vim vltimæ voluntatis.Idem ſenſit Pariſ. in
conſ.26.col.3.nu.10.lib.3.

In ſumma,dici poteſt vltima voluntas omnis diſ-
poſitio,quam diſponẽs poteſt reuocare,ſed in ea per-
ſeuerat vſq.ad mortẽ, quæ eã irreuocabilẽ reddit &
firmat, vt dictum eſt ſupra in ver,Morteque ipſa. &
6 propterea appellanda eſt vltima voluntas,† ad.l.cum
hic ſtatus §.ait oratio.& §.ſeq.& §.ſi nurus.ff. de do-
nat.inter vir.& vx.& d.l.licet,& l.fi,C.de pact.& l.in
donationibus.C.ad l.Falc.& l.2.de do.cau.& not.nu.
& l.fi.fami.erciſ.& l.vxorem.§.pen,de leg. 3.& l.4.de
adim.lega. &c.cum Marthæ, de celeb. miſ, & per
c.filio,cuius.C.fam.erciſ,dicit Bal,in l.2.in 2.oppo.C.
7 de condi.ob cau.† quod confirmatur morte,ſapit na
turam vltimæ voluntatis cum ſimil.ratio enim eſt cũ
diſponens non poteſt actum reuocare dicitur actus
inter viuos.l.vbi ita donatur.ff.de don.cau.mor.

Quamuis autem præmiſſæ ſpecies vltimarum vo-
luntatum iure probentur diuerſis reſpectibus, vt ſu-
8 pra dictum eſt,† nihilominus propriis ſumptis nota-
bulis vltimarum volũtatum duæ ſunt ſpecies,ſcilicet
teſtamentum,& codicillus,& largo ſumpto vocabu-
lo tertia ſpecies dicitur vltimæ volũtatis donatio cau
ſa mortis,vt ſpeciales tituli de his trib. ſpeciebus vl-
timarum voluntatum extant & oſtendunt.ff.& C.de

teſtamen.de iur.codicillo.ſeu de codicil.de don.cau.
mort.ſatis exprimit Alex. in l.ſenium.col. pen. ad fi.
ſub ver.in gl.fi.C.qui teſt.fa.poſ.& Ant.de But.in rub.
ver.pen.extra de teſt.
Quare ex his infertur, quod ſtatutum loquens de
vltima voluntate vt propriè & ſtrictè intelligendum,
per vulg. comprehendat ſolummodo teſtamentum
& codicillum,& quæ ex his proueniunt meram vlti-
9 mam voluntatem reſpicientia,† vt per Bart.& doct.
in l.2.de legat.primo,non vero porrigatur ad dona-
tionem cauſa mortis, vt magis participantem de con
tractibus inter viuos,per gloſſ.in ver.legatum. in l.2.
in princip.de do.præallega.firmat Barto.in l.quæ ſub
conditione.in princ.in vlt.not.de condi.inſti. & in l.
hac conſultiſſima.col.pen.verſi.tamen non traho. C.
qui teſta. fact.poſſ. Alex.in conſ.76. viſis dubitatio-
nibus.col.pen.verſi.vnde ſtatutum.lib.5. & latè Dec.
in conſ,196.in caſu propoſito.Quod ſanè intelligen-
dum eſt niſi ſtatutum loqueretur diminuendo ſolem
nitatem probatoriam,vt ſi diceret, quod teſtamentũ
valeat factum coram duob.teſtibus, tunc enim com-
prehenderet donationem cauſa mortis quod valeret
10 coram duobus teſtibus,†ſecundum Bald. Ang.Saly.
in l.fin.C.de teſtamen.per l. ſi quis.in princip. §.pri-
mo,de l.3.& l.cum hic ſtatus.§.ſi miles. ff. de dona.
inter vir.& vxo.probat Iaſ.in d.l.2.col.2. verſic.bene
verum eſt.de leg.1.dicens non eundo per mendicata
ſuffragia eſſe tex.in l.Marcellus.ff.de dona. cau.mor.
vbi habetur,quod remiſſio ſolemnitatis in teſtamen-
to extenditur etiam ad donationem cauſa mortis &
ibi glo.expreſſe infert numerum teſtium diminuen-
dum,licet faciendo vim in d.text.l.Marcellus.dimit-
tendo deciſionem dicat articulum ſatis dubitabilem
Abb.in conſi.40.factum in effectu,circa fi.lib.2.Item
11 ſecundo intellige,† quando ratio ſtatuti ita militat
in donatione cauſa mortis,ſicut in alia vltima volun-
tate,vt in ſtatuto prohibente maritum in vltima vo-
lũtate non poſſe relinquere vxori vltra tertiam partẽ
bonorum,ſuper quo ſtatuto licet Dec. in d. conſilio
196.conſuluerit,non comprehendi donationem cau
ſa mortis,tamen Ripa.in d.l.2.col.5. ſub nu.14.de le.
1.credit cõtrarium eſſe verius,tum propter rationem
ſtatuti,quæ applicatur ad caſum donationis, tũ quia
donatio cauſa mortis facta vxori confirmatur morte
mariti, ideo debet habere vim fideicommiſſi, vt ibi
per eum,quod & mihi magis placet per ea quæ in ſi-
milibus terminis firmat Pau.de Caſtr. in conſi. 438.
quantum ad primum.col.pen.ſub 2.quæſito ver. nec
eſt ratio.lib.2.vbi non eſt dare diuerſitatem rationis
inter teſtamentum,& donationem cauſa mortis, te-
net ſtatutum ſimile diſponens non licere aſcend en-
tibus relinquere extraneis vltra tertiam partem bo-
norum,quod debet eſſe rationabile,non minus intel
ligi de donatione cauſa mortis, quam de teſtamento
quod eſt magis fauorabile, ſubiungendo etiã eſſe in
caſu ſtatuti quando donatio cauſa mortis eſt facta in
teſtamento in defectum validitatis teſtamenti,prout
etiam erat in caſu d.conſi.Decij, quod debeat inſpici
principale factum diſponentis contra ſtatutũ capiẽ-
do teſtamentum in quo eſt factum relictum, vt de fa
cto geſtum & conſideratum à diſponente, & non in-
terpretatio iuris de donatione cauſa mortis, vt ſecun
daria intentio diſponentis, vt ibi per eum allegãtem
bona iura,cuius deciſio facit valde cõtra.d.conſ.Dec.
nam dicit Abb.in d.con.40.col.2.li.2. quando dona-
tio cauſa mortis fit in teſtamento vel in codicillis ex
toto ſapit naturam vltimæ voluntatis, confirmatur
quoq; iſta concluſio contra Dec. quod effectus diſpo
ſitionis bonorum facta à marito vltra & contra ſta-
tutum,ita operatur poſt mortem in donatione cauſa
mortis quomodocunque fuerit facta,& non prius,ſi-
cut in qualibet alia vltima voluntate,quo caſu eiuſdẽ
etiã effectus dicitur donatio cauſa mortis, quẽ habet
vltima voluntas,nec ex quacunque parte abſimilis ei
intelligatur,vt ſunt clara verba text.in l.fina.in fi. C.
de dona.cau.mor.vt per doc.in d.l.2.de leg.1. & Cu-
ma.in con.vlt.colum.2.& Fulgo.in conſi. 88.viſis ſu-
perius allega.col.1.& Bal.in conſ.194. quæritur vtrũ
vſuratius.lib.2.dicit,quod licet in contrahendo con-
tractui magis accedat,tamen ſecus eſt quo ad acqui-
ſitionem fiendam,quia demum poſt mortem quæri-
tur,&c.non obſtat quod Dec.ibi faciat maximũ fun-
damentum in ſtipulatione notarij facta pro donata-
rio,abſente,quia reſpõdetur,quod alias ſine dicta ſti-
pulatione,vel pacto non valeret donatio cauſa mor-
tis,gloſ.& doct.in l.1.C.de dona.cau.mor.& tex.in l.
inter mortis.ff.eo.Bal.& alij in d.l.ſenium. & facit d.
ſtipulatio,vt ex ea poſſit agi ſecundum Bart.in l. 1.ff.
eo.ita loquuntur allegata per Dec.non vero, quod ta
lis donatio non ſit morte confirmanda,& nõ habeat
effectum vltimæ voluntatis,per d.l.fin.C.eo. & quod
in hac ſpecie eadẽ ratio non militet in ea,ſicut in alia
vltima voluntate,ergo ſuperius allegata procedunt.
Item non obſtat, quod mortis cauſa donatio lar-
go ſumpto vocabulo dicatur vltima voluntas, & ſta-
tutum ſit proprie & ſtrictè intelligendum, ita quod
non debeat extendi ad hãc donationẽ, quia reſpon-
detur,quod donatio cauſa mortis nõ dicitur etiã pro
12 priè contractus,quinimo potius vltima volũtas: †d.
l.fin.C.de donat.cau.mor.& eſt communior opinio
Docto.vt per Marſ.in ſig.136.Longa profecto. & ta-
men ſtatutum,prohibens,ne mulier poſſit contrahe-
re,ſeu minor,abſque conſenſu duorũ conſanguineo-
rum continet, quod non poſſit etiam donate cauſa
13 mortis:†vt eſt famoſum conſilium Petri de Anch.in
con.384.Dubium in iſta quæſtione,hac præcipua ra-
tione mouetur, quod donatio cauſa mortis, quoad
ſui ordinationem & modum diſponendi, magis par-
ticipat de contractu,per not.in l.2. de do. præleg.ita
eſt Com.Opin.quam late approbat & defendit Ripa
in d.l.2.col.10.de lega.1.& Ruin.conſ.52.Ex his quę.
col.pen.& fi.lib.1.intellige tamen, niſi tale ſtatutum
contineat & habeat verba talia, quæ nequeant ada-
14 ptari donationi cauſa mortis,†vt per Bal.in con.108.
Domina Ioanna,col.pen.in fi. ver.7. & vltimo.lib.2.
vel quãdo poſſunt adaptari:vt per Abb.in d.con. 40.
Factum in effectu.col.2.li.2.ita dicendum eſt,ſtatutũ,
loquens de vltima voluntate per modum poſſibilita-
tis faciendi,vel non faciendi, & quo ad effectum,ne
bona tranſeant ad certum genus perſonarum,cõpre-
hendere etiam donationem cauſa mortis,quia in his
duobus modis & poſſibilitas faciendi, vel non fa-
ciendi,& effectus ipſius donationis,hæc donatio ma-
gis participat de vltima voluntate:vt per Doct.& ma
15 ximè per†Aret.in d.l.2.de legat.1. non refert, quod
Ioẽnes Dilectus in ſuo trac.de art.teſtan.in tit.de his
qui ha.fac.teſta.in can.13. incip. Maritus ſimpliciter
loquatur.Dec.in d.conſ.196.quia licet magna ſit au-
thoritas Dec.tamẽ maior eſt authoritas Pau.de Caſt.
& Ripæ in locis ſupra allegatis, tenentium contra
rium,et horum omnium maiores ſunt rationes ſuprà
allegatæ.
Addo etiam,quod dictum ſtatutum, ne maritus
poſſit in vltima voluntate relinquere vxori vltra ter-
16 tiam partem bonorum,reputatur fauorabile† ſecun
dum Bart.in l.cunctos populos.in 6.quæſtio. princi.
de Summa Trin.et fid.cath. cum quo ibi communi-
ter Docto.tranſeunt,non eſt quoque merè correcto-
rium



rium iuris communis,tale ſtatutum,ſed potius limi-
tatorium,meritò in vtroque caſu ex identitate ratio-
nis poteſt extendi ad vltimã voluntatem,etiam nun-
cupatam donationem cauſa mortis, per ea, quæ tra-
dit Curt.Sen.in conſ.11.Statuto Parmenſi.col.2.ver.
ſecundò me mouet.& Iaſ.in l.2.col.2.verſ.ego noui-
ter.C.de in ius voc.& in conſi.174.Viſo.col.fin.verſ.
Nec prędictis habet.lib.4.ex quibus apparere poteſt.
valde dubiam eſſe concluſionem hanc, quam tenet
Fulgo.in conſ.215.In primo.& Cor.in conſ.189.Ali-
quandiu.lib.1.ponit Ioan.Dilect.de ar.teſt.lit.6.cau.
44.quòd ſtatutum prohibens maritum legare vel a-
liquo modo relinquere vxori,non habet locũ,ſi vxo-
rem inſtituat hæredem,quia reſpõdetur, quòd etiam
relinquere alicui,vel facere eum hęredem paria ſunt,
18 † ſecundum communem vſum loquendi,ſecundum
quem ſunt intelligenda ſtatuta,† Bar.in l.liberorum.
§.quod tamen Caſſius.de leg.3.cũ concor.quod pro-
cedit in qualibet materia,etiã pœnali & odioſa,con-
cor.allegat Aym.conſ.308.col.3.adde quoque ſtatu-
tum, faciens mentionem de teſtamento, vbi non vi-
get eadem ratio,& vbi de ſolemnitatibus agitur,& in
codicillo eſt relicta vna res, non continere codicil-
19 lum,probat † Pariſ.conſ.51.col.fin.lib.4.
Redeundo ad ſuprà dictas vltimarum voluntatum
tres ſpecies, & teſtamenti, & codicilli,& donationis
cauſa mortis,de his non multùm expedit amplius lo
qui,cum ampliſſimos tractatus habeant in legibus
ipſi,in glo.in lectu.Docto. in dictis ſuis ſpecialibus,
titu.ff.C.Inſtit.de teſta.& de codicil.& de donat.cau.
mor.& extra.& lib.6. de teſtamentis ſufficiat memi-
nere,duas eſſe ſpecies:vna eſt,quæ vocatur teſtamen-
tum in ſcriptis,altera,dicitur teſtamentum nuncupa
20 tiuum:†de quibus in dictis rub.& titu.& ſpecialiter
tractat Ang.Are.in tract.de teſta.in gl.5.incip. Suum
teſtamentum.vbi vide, & de quibus præſertim circa
probationes aliqua dicuntur in ſeq.dubit.

*SVMMARIVM.*

1 *Mens & voluntas teſtatoris eſt inſpicienda.*
2 *Teſtamentum vt teſtamentum,nec codicillus vt codicillus valet,ſi aduerſatur teſtatoris voluntas.*
3 *De mente teſtatoris quomodo dicitur conſtare.*
4 *Teſtamentum quando teſtamentum dicatur, licet codicillus enutrietur.*
5 *Potius valet,quod apte ſentitur,quam vitiet, quod ineptè profertur.*
6 *Expreſſio codicillorum vim habet clauſulæ codicillorum.*
7 *Teſtamentum ſi quis feciſſe dicatur, in quo legauit 10. ſi de inſtitutione non conſtat hæredis, non teſtamentum ſed erit codicillus.*
8 *Limita,vt hic.*
9 *Teſtari,vel codicillari,quomodo cognoſci poſſit.*
10 *Si non valet,vt ago,prout ago,quomodo valeat,vt valere poteſt in hac materia.*
11 *Codicilli fiunt quatuor modis:modus autem reducitur ad duos:nam aut fiunt ex teſtamento, aut ab inteſtato. & num.12.*
13 *Ea quæ niſi in teſtamentis fieri poſſunt,ſi fiant in codicillis, debent expreſſe confirmari per teſtamentum, alias non tenent.*
*Amplia,vt hic.*
14 *Codicillis ademptio hæreditatis,datio tutoris,directa inſtitutio non fit.*
15 *Nec prohibitio Trebellianicæ.*
17 *Confutat Ioan.Dilec.de Arte teſtan. titu.de mutati.teſt. cauſ.8 in princ.*
17 *Gloſſæ ſtandum eſt,vt textui,vbi deſicit textus.*
18 *Trebellianica non detrahitur per filios purè à parentibus in codicillis grauatos,ſed ſolùm detrahunt legitimam.*
19 *Prælegata particularia in teſtamento,non cenſentur adempta per ſubſtitutionem vniuerſalem, in codicillo additam.*
*Inſtitutio de re particulari,filio facta,codicillis, non adimi nec reuocari poteſt.num.20.vt eſt communis.*
*Limita,vt hic.*
22 *Correcta,ſi poſſunt diſponi in codicillis,ea vti vltima ſunt obſeruanda.nu.21.in cæteris non reformatis, nec mutatis,rata remanet prior diſpoſitio,in teſtamento facta.*
23 *Inſtitutio de filiis æqualiter facta à patre, in codicillis mutari diſtribuendo & diuidendo inæqualiter poteſt.*
24 *Diſpoſitio facta in teſtamento & in codicillis, debet interpretari,ne contradicat,ſed concordetur,ſed ſi cõtradictio euitari non poſſet, ſtaretur diſpoſitioni in codicillis,vti poſtremæ.*
*Prædicta in codicillis perinde habentur,ac ſi in ipſo relicta eſſent teſtamento.nu.25.limita,vt hic.*
6 *Codicillis pluribus mori quis poteſt.*
*Codicillis declaratur, quod inſtitutus priuetur, tanquam indignus hæreditate,num.27.& fiſcus capiat.*
28 *Codicillis declaratur,quòd ſubſtitutio in teſtamento facta detegatur pupillaris,ita quòd in totum mater excludatur.*
*Codicillis quæ diſponuntur,& de validitate ipſorum,nu. 29.vbi remiſſiuè.*
30 *Clauſula codicillaris ſolet apponi in teſtamentis, vt ſuppleatur defectus.*
31 *Diſcuſſio non eſt prætermittenda eius,quod eſt neceſſariũ, pro intellectu materiæ.*
32 *Clauſula in teſtamento appoſita, nihil operatur, niſi appareat manifeſtè, quòd de voluntate teſtatoris fuerit appoſita.*
*Limita vt hic.*
*Sublimita etiam,vt hic.*
33 *Codicilli eduntur etiam re ipſa,vt hic.*
*Codicilli largo modo teſtamentum dici poſſunt,ibi.*
34 *Clauſula, Volo teſtamentum meum valere omni meliori modo,& clauſula codicillaris,ſi non valet iure teſtamenti,&c.æquipollent.*
*Amplia,vt hic.*
35 *Verba,valeat iure teſtamenti,& cuiuſcunque voluntatis intelligitur, id eſt, ſi non valeat iure teſtamenti, valeat iure codicillorum.*
36 *Clauſula codicillaris etiam habetur, ſi teſtator iurat vel mandat hæredi teſtamentum obſeruari.*
37 *Clauſula omni meliori modo,æquipollet clauſulæ codicillari,quæ ſufficit,ſi per æquipollentia verba appareat.*
38 *Clauſula omni meliori modo ſemper intelligitur in teſtamento inter liberos:idem clauſula codicillaris:nu.39.*
40 *Legata & fideicommiſſa,deficiente teſtamento, quando debeantur.*
41 *Clauſula codicillaris ſubintellecta,quando non procedat.*
42 *Et diſpoſitio operetur, alia non ſubſiſtente cauſa, refertur etiam ad futurum.*
43 *Lex reſpicit futura.*
44 *Lex non verbis,ſed rebus eſt impoſita.*
45 *Lex teſtatoris voluntatem plenius interpretatur.*
46 *Verbum infinitiuum, Valere,in clauſula codicillari importat etiam futurum.*
47 *Similiter verbum, poteſt.*
48 *Clauſula codicillaris,ſi non valet,&c. non reſpicit futura,limita,vt hic.*
49 *Tacitum non operatur ad inualiditatem, quantum expreſſum,rationem differentiæ habes hic.*
*Aymonis tutam non eſſe deciſionem,conſ.43.num.4.*
51 *Teſtatum quem deceſſiſſe,late per codicillos.*
52 *Clauſula codicillaris,& aliæ,ac voluntas teſtatoris,ita eſt,*

*ex primenda, vt ſi poßibile eſt, euitetur quæſtio,*
53 *Teſtatus conſultus perite dicitur, qui ſolenniter adhibuit tabellionem, qui præſumitur peritus.*
54 *Clauſula codicillaris ex vſu magis notariorum, quàm ex voluntate teſtatoris appoſita cenſetur, ſed contrà, nu. 56. & hæc verior & frequentior traditio.*
*Idem de iuramento, & cæteris renunciationib. ibi.*
55 *Notarius tenetur apponere clauſulas ſolitas & conſuetas: nu. 56. et de voluntate teſtatoris præſumatur appoſita: vt eſt communis.*
57 *Regulare eſt, quod reperitur in teſtamento ſcriptum, præſumatur de voluntate teſtatoris appoſita.*
*Clauſulæ appoſitæ in teſtamento per Notarium, etiam earum prorſus ignarum, non vitiat inſtrumentum, num. 58. licet eorum omnino grarus præſumatur Notarius, ibi.*
58 *Notarius non præſumitur apponere clauſulas, niſi rogatus, nec præſumitur aliud ſcripſiſſe, quàm veritas dictet.*
*Vel teſtator ſibi iniũxit, ibi. nec à ſeipſo appoſuiſſe, ſed prout onus officij ei dictat.*
60 *Verba Notarij, quo ad ſcripturã, ſũt verba ipſius, ſed quo ad ordinationẽ, dicũtur verba partis diſponentis.*
61 *Notarius præſumitur in ſcribendo appoſuiſſe verba impor tantia teſtatoris voluntatem.*
62 *Verba Notarij ſunt intelligenda ſecundũ iuris interpretationem.*
63 *Præſumitur pro Notario.*
64 *Clauſulæ appoſitæ per Notarium contra veriſimilẽ mentem teſtatoris, & diſponentis, vt quòd ex earum amplitudine enormißimum infertur damnum parti, potius de ſtylo Notarij, quàm diſponentis voluntate cenſentur appoſitæ.*
64 *Verba teſtatoris in dubio referuntur ad intellectũ Iuris: nu. 65.*
66 *Clauſulæ appoſitæ per Notarium recipiuntur, ſi rationabiliter contra mentem non ſunt diſponentis, aliàs ſecùs.*
67 *Clauſulæ conſuetæ apponi ſemper & eodem modo recipiuntur, ſecus ſi diuerſimodè aliquando apponuntur.*
68 *Clauſulæ quæ ſunt de natura actus cenſentur appoſitæ ex voluntate diſponentis: ſecùs, ſi ſunt contra ſubſtantialia diſpoſitionis: quia non poſſunt à conſuetudine recipere vniforme ſupplementum.*
69 *Clauſula codicillaris ſub dictione, Etc. vt abbreuietur ſcriptura, quando comprehendatur: & poßit extendi, ibi.*
70 *Notarius ſemper videtur habere cõmißionem à partibus vt faciat inſtrumentum, quanto efficacius poteſt.*
71 *Clauſulæ ſub dictione, Etc. quando per Notarium extẽdi poßint, & eo mortuo, per alium extenditur Notarium. num. 72.*
37 *Extenſio ex dictione, Etc. quomodo fieri debeat in ſcriptura Notarij.*
74 *Stylo altimo Notarij ſtatur, quando ſtylus appareret varius.*
75 *Clauſula codicillaris, expreſſa in teſtamento, quibus verbis concepta inſpicitur, & quando diuerſis, quo pacto intelligatur: vide hic.*
76 *Copulatiua inter incompatibilia reſoluitur in diſiunctiuam.*
77 *Diminutiua ſaltem importat, quod eſt minus.*
78 *Clauſula codicillaris per verba negatiua: Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum: quid importet.*
79 *Paria ſunt, Relinquere à venientibus ab inteſtato. vel dicere, Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicilorum.*
*Amplia, vt hic.*
80 *Clauſula codicillaris: Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum: reſpicit impedimentum validitatis teſtamenti, quod poßit eſſe tempore conditi teſtamẽti, nõ quod futurum eſt, quo teſtamẽtum rũpi poſſet.*
*Amplia, vt hic:*
81 *Verbum, Poteſt, eſt extenſiuum ad omne tempus, etiam futurum.*
*Limita, vt hic.*
83 *Verba neceſſaria referuntur ad principalem diſpoſitionẽ,*
84 *Negatiua magis negat, quàm affirmatiua affirmet.*
85 *Negatiua protrahitur ad infinitum.*
86 *Affirmatiua ſufficit, q ſemel verificetur, licet non duret.*
87 *Verbum, valeat, ſubiunctiui modi, poteſt eſſe futuri temporis.*
88 *Verbum quod poteſt intelligi in præterito & futuro, cõplectitur vtrunque tempus ad clauſulam codicillarem.*
89 *Verbum quod poteſt intelligi in præſenti, & futuro, præſens vt medium inſtans futuro eſt propinquius, & cito adhærentius, quam præteritum.*
90 *Verba ſubiunctiui, ſiue ſint præteriti temporis, vel præſentis poſſunt habere ſignificationem futuri: vt eſt Cõmunis.*
91 *Imperfectum omne tendit in futurum.*
92 *Teſtamentum nullum præteritione filij nati, recõualeſcẽs per mortem iſtius filij, viuo teſtatore, nõ ſuſtinetur per clauſulam codicillarem, conceptam alio filio exhærdato querelante, & irritante ipſum teſtamentum.*
93 *Teſtamentum inualidum effici, vt omne, quod in eo ſit, non valeat.*
*Clauſulæ codicillaris animaduerſio, quomodo ſit cõcepta nu. 94. & futurum reſpiciat.*

## SOLVTIO X.

DE codicillis autem dicendum eſt: Primò quandoque dubitari, vel teſtatorum, vel potius Notariorum imperitia, an ſcriptura vel diſpoſitio aliqua pro teſtamento, an verò pro codicillo habenda ſit, vt quando euenit appellari codicillum, habentem conuenientia teſtamento, vel è conuerſo?
1 Pro cognitione debemus conſiderare & inſpicere
mentem teſtatoris, & eius verba, † ſecundum Spec. in
titu. de inſtr. edi. §. compendioſe. col. 8. ſub ver. & not.
quod cum vltima voluntas. vt ſi mens & voluntas te
ſtatoris ſit pręciſa & clara ad teſtandum, & non ad co
dicillandum, quod vt teſtamentum non poteſt valere, neque etiam vt codicillus valet, quem teſtator no-
2 luit valere: per † l. 1. ff. de iu. codicil. quam ibi Bal. ſum
mat, quod diſſenſus in ſpecie vltimæ voluntatis facit
eam non valere, vt valere poteſt.
De huiuſmodi enim mente conſtare poteſt ex verbis expreſſis ab ipſo teſtatore, ante vel tempore teſtamenti, & poſt, vt infra dicetur in 4. dubit. vel ſi teſtator ſic dicens, Se velle facere teſtamentum, & non co
dicillum, ſit iuris peritus, qui veriſimiliter bene co-
3 gnoſcit differentias teſtamenti C codicillorum, † ar.
l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. de orig. iur. & l. pen. in fi. de cond. & demon. & not. per Bal. & Doct. in l. 1. C. qui & aduer. quos. & per gloſ. in l. profeſſio. de mun. patrimo. lib. 10. & Ripa in l. 1. §. ſi quis ita. col. 7. verſi. quarto. nu. 29. de verb. oblig. licet iſtam rationem de iuriſperito impugnet Lanfran. de Ori. in rep. l. centurio. col. 6. de vulg. & pup. quando teſtator eſt in extremis conſtitutus, in ſimili, quod ſupra adducit Pau. de Caſt. in con. 15. Incipiendo. col. 3. li. 2. proinde habetur certum, quod teſtator voluerit teſtari, vel codicillare, & ſtamus certo: vt ſequendo diſtinctionem Dy. tradunt Bar. Bal. & Cuma. in d. l. 1. in pr. de iure codicil. & vt, ſi verba demõſtrent adeſſe requiſita in teſtamento, ſubſcriptiones, vel præſentia ſeptem teſtium rogatorum inſtitutiones, ademptiones hæreditatis, ſubſtitutiones directas, dationes tutorum, & ſimilia





4 conuenientia ſoli teſtamento, licet enuntiatiuè ap-
pelletur codicillus, valet tamen, vt teſtamentum: † firmat Io. And. in addi. incip. Ad intellectum ad Spe. in d. §. compẽdioſè. & in loco ſuprà alleg. ſequitur Alex. in conſ. 53. In cauſa & lite. col. 2. & conſil. 194. Viſis. in
5 prin. li. 7. quia potius valet, quod aptè ſentitur, quàm
vitiet, quod ineptè profertur, in terminis † dicit Bald.
in l. imperator. col. 1. ver. Item pone. de ſtat. hom. Ad-
6 uerte tamen, quòd iſto caſu expreſſio codicillorũ ha-
beret vim clauſulæ codicillaris: † Saly. in l. non codicillum. col. fi. C. de teſtam. itemè conuerſo, ſi dicatur. Titius fecit teſtamentam, in quo apparet, quòd legauit Sempronio 10. & de inſtitutione hæredis non apparet, quia erit codicillus & non teſtamentum, quod
7 iſto caſu intelligitur, l. codicillus. † l. fi. & l. illud. in fi.
de iure codi. & in d. l. non codicillum. & ibi poſt alios
latè tradit Iaſ. C. de teſtam. refert Afflict. in deciſ. 134.
8 Quædam mulier. ad fi. & habetur per Bart & alios in
d. l. 1. & fi. de iure codic. vbi in d. l. 1. † Cuma. circa pri. dicit tandem in dubio, ſi poteſt, intelligitur velle teſtari, vt capiendo in maiori, & potiori ſignificato, per not. in l. his verbis ff. de hæred. inſt. & l. 1. §. fi. ſi ag. vectiga. Sin autem intelligitur velle codicillari, vt actus valeat, per l. quoties in actionibus. & ibi in gl. de reb. dub. cum ſimil. & idem dicit Bald. in d. l. 1. quomodo enim poſſit cognoſci, quem voluiſſe teſtari, vel codi-
9 cillari, † poſt gl. & Bal. not. declarat Paul. de Caſ. Imo.
& Alex. in l. verbis. de vulg. & pupil. ex his deprehenditur, actũ valere eo modo, quo poteſt, niſi agens expreſsè contrarium ſentiat, & niſi contrario vel diuer-
10 ſo modo, ſed ſimili modo valere poteſt, de quo dicto
brocardico † latè tractat Bar. Caſt. Cuma. Alexan. Iaſ. & Ripa in l. 1. §. ſi quis ita. de verb. oblig. vbi Ripa clarius procedendo, facit reg. ad quam adducit ampliationes, & poſtmodum fallen. quem vide, & Bal. Saly. & alios in d. l. non codicillum. & Bal. in conſ. 272. caſus talis. col. 2. ver. Quid ergo dicendum. li. 2. Anton. de But. Abb. & Felyn. in ca. cum ſuper. de effic. deleg. imo. & Soc. in l. in teſtamento. la 1. in fin. de condi. & demon. ſed Ripa in d. §. ſi quis ita. hoc dictum clariori ordine declarat, quàm alij faciant.
Deinde ſciendum eſt, quatuor modis fieri codicil
los, vel ante, vel poſt teſtamentum, vel cum ipſo teſta
11 mento in eius defectum, vel nullo teſtamento con-
dito, † per tex. in l. conficiuntur. in prin. de iur. codic.
rectè tamen inſpiciẽdo reducuntur ad duos modos,
12 quòd codicilli fiunt, aut ex teſtamento, aut ab inteſta
to, ſecundum Cuma. ibi. † & Bal. in l. fin. ſupra fin. C. eo. quando autẽ præcedunt, vel ſequuntur teſtamentum, per hoc cenſentur confirmati abſque eo, quòd ſpecialiter dicatur: §. non tantum. & ibi gloſ. Inſtit. de codicil. & in l. ſiue. C. eo. & valent ex tempore ipſorum codicillorum factorum, glo. Cyn. & Albe in d. l. ſiue. quod verum eſt in his, quę per codicillos poſſunt diſponi: de his verò, quæ non poſſunt fieri, niſi per teſtamentum, vt inſtitutio hæredis, datio tutoris & ſimilia, ſi in codicillis fiant, debent tunc expreſsè con-
13 firmari, per teſtamentum aliter non valent, † Cyn,
Pau. de Caſtro & Alexand. in d. l. ſiue. & præſuppoſita eorum validitate, circa eorum iuris intellectum referũtur etiã ad tempus teſtamenti: Fulg. in d. l. ſiue. Cephal. conſi. 525. num. 11. vbi aliqua de conuenientia codicillorum cum teſtamento; vnde ſi teſtamentum periret, & non valeret, codicilli quoque ſic ſeparatim à teſtamento facti, non valerent: l. ab inteſtato. in fi, & Alber. in l. ſi quis. §. teſtamentum. de iur. codicil. & ibi tex. eo, quod codicilli facti ante vel poſt teſtamentum ab eo dependere dicuntur, ideo rumpuntur teſtamento rupto: ponit & Papien. in princ. in for. libel.
pro leg. rei ſing. in gloſſ. non valet, niſi à principio teſtamentum fuiſſet nullum: Bart. & alij in l. legata inutiliter. de leg. 1. Cyn. in l. 1. ver, tertiò quæro. C. de codicil. & ibi Alber. Pau. de Caſt & Alexan. ſequitur, & Rui. in conſi. vlt. col. 1. lib. 3.
Quoniam codicilli ſeparatim facti à teſtamento ſæpius contingunt fieri poſt teſtamentum vel poſt alios codicillos, addendo, admendo, corrigendo, declarando, ad ea quę prius diſpoſita fuerunt, diligẽter animaduertendum eſt, quæ, & qualia ſint huiuſmodi addita, adempta, correcta, vel declarata: nam ſi talia ſint, quæ per teſtamentum omnino fieri debent, vt datio, ademptio hæreditatis, datio tutoris: directa ſubſtitutio, hæc in codicillis diſpoſita nõ valẽt:
14 † l. 2. C. de codicil. & §. pen. inſtitut. eod. ne confunda
tur ius teſtamentorum & codicillorum, vt ibi tex, inquit: vt per Corn. in conſil. 306. Opportunum. col. 1. li. 3. Pariſ. in conſilio 35. Abſoluto. col, 2, lib. 2. hac autem ratione, et ne in totum eximatur te, euacuetur inſtitutio hæredis, nullo effectu remanente penes hæredem, in teſtamento inſtitutum, in codicillis Tre-
15 bellianicam non poſſe prohiberi, † et per gloſſ. fin. in
d. l. 2. hoc ex preſsé ſentientem, tradit Bal. in conſilio 474. Ad euidentiam. in fi. lib. 2. ſequitur et comprobat Iaſ. in conſi. 99. Diuidam. col. penult. circa fi. verſ, et multò minus. lib. 4. licet non viſo Iaſ. dictum Bal. confirmante, Io. Dilect. de ar. teſta. in titu. de mut. teſta. in cau. 8. in princ. putet, hoc dictum Bald. non eſſe verum, ea ratione, quòd et ſi directò in codicillis, tamen per indirectum et via fideicommiſſi poteſt adi-
16 mi hæreditas, † hoc nihilominus benè ſciuerunt Bal,
et Iaſ. illud dictum firmantes: quorum rationibus nõ reſpondet Io. Dilect. et maximè ad gloſſ. fin. in d. l. 2. quæ cõfundit rationem de fideicommiſſo adductam per eum, dum propriè in codicillis valere fidei cõmiſſum aſsignat rationem, eò, quia non aufert totum, quia non quartam, à contrario ſenſu dictæ gl. vult in codicillis ademptionẽ quartæ non valere, cui gl. cum de hoc non habemus textũ, vt textui ſtare debemus,
17 † dicit Fulgo. in l. 3. in fin. C. de codicil, ita videtur te-
nendum, ne adempta quarta in totum auferatur, vel detur hæreditas in codicillis, per quos quod non poteſt fieri vna via, non poteſt fieri & alia ad totum, per reg. c. cura quid vna. de reg. iur, in 6. remiſſa adẽptione ſolummodo fienda in teſtamento, prout ſonant iura, loquentia de tali ademptione & prohibitione, vt minus ius teſtamentorum & codicillorum cõfundatur, vt propriè loquitur tex. in d. §. pen. Inſtit. de codicil. & modus retentionis ex ſen. conſi. Trebel. ſeruetur: vt mandat tex. in l. filij. C. famil. erciſcun. et in d. l. 2. in fi, de iure codicil. Ita reperio, quòd Cur. Iun. in conſilio 70. Tota vis. in fi, etiam ſequitur Bald. in d. conſilio, et dicit, ſe exiſtimare, durum eſſe iudicare contra illum in hoc non habentem contradicentem.
Aliàs autem huiuſmodi detractio Trebellianicæ non fieret pro filijs purè à parentibus grauatis in co-
18 dicillis: quia ſolam legitimã poſſunt detrahere, † per
cio. ff. in l. Papinianus. §. meminiſſe. de inoffi. teſta. et gl. Bar, Bal. et alij, in l. quanquam. C. ad l. Falc. Guid.
* Papa in q. 52. et in q. 513. et Commu. Opin. eſt, vt per
Alex. in conſi. 26. Circa primum. col. fi. li. 1. et in conſi. 142. Circa primam. col. 4. el ſeq. li. 2, Dec. in conſ. 320, et Aym, in conſi. 242. ſub nu. 4. Idem ſi in teſtamento ſint particularia prælegata, non cenſentur adempta per ſubſtitutionem vniuerſalem, additam in codicil-
19 lo, † vt latè tractat Cuma. in conſi. 44. Videtur in hac
conſultatione. col. 2. et ſeq. lib. 2. faciunt adducta per Ancha. in conſi. 436. In his dubijs. col. 1. in fi. et Capra in conſ. 133. Circa predicta. circa fi.

His conſequens eſt,quòd inſtitutio de re particu-
lari,facta filio,non poteſt adimi,nec reuocari in codi
20 cillis.† Bal.in l.omnino.in prin.col.1.ver.tertiò quę
ro.& ibi Saly.in verſi.quartò abextra.& Pau.de Caſt
circa fi.C.de inoffic.teſtamen.& Bal.in auct.ex cauſa.
col.9.ver.ſextò quæro.de libe.præter.refert & cōpro-
bat Ruin.in conſi.23.Ex themate. col.3.lib.2.Ita eſſe
Comm.Opin.dicit Io.Anto.Alexandri.in conſi.164.
Circa primum.colum.1.quem vide,quomodo ibi ex
alijs fundamentis tenet contrarium , etiam inſtituto
ſic in re particulare datus eſſet cohæres vniuerſalis,
poſt Bal.& Saly.in d.l.omnimodo.tradit Iaſ.in conſi.
223.in fin.lib.2.

Si quoque correcta poſsint diſponi in codicillis,ea
21 vti vltima ſunt obſeruanda.†l.ante tabulas.in fi.& l.
diuus.§.licet de iu codicil.& l.ſi mihi.§.in legatis.de
leg.1.cum ſimil.In cæteris verò non reformatis , nec
mutatis, remanet rata prior diſpoſitio,facta in teſta-
22 mento,†per tex.not in l.alumnæ.§ qui filius.de adi-
men.lega.per quem tex.magis comprobatur conſul-
tatio Pariſij in conſi.34.col.3.& ſequen.lib.2.vbi in
ſtitutionem æqualiter factā de filijs,per patrem poſſe
in codicillis quodammodo mutari, diſtribuendo, &
23 diuidendo bona inter filios inæqualiter , †probatur
per l.quoties.& ibi gl.& Doct.& l.fi.C.fam.erciſcun.
vt dixi,etiam bene probat text.in d.§.qui filius.ita e-
nim diſpoſitio,facta in teſtamēto & in codicillis,de-
bet interpretari , ne contradicat,ſed concordetur : ſi
verò contradictio non poſſet euitari, ſtari debet diſ-
poſitioni,factæ in codicillis,vti vltimę per dicta iura:
24 †ita Pariſ.dicit in d.conſ.34.col.pen.nu.50.& in cōſ.
25.col.3.nu,19. & col.5.nu.41.lib.3.& per ea,quæ dicta
fuere ſupra,hac eadem dubit.in ver.vltima.

Modificationes tamen , & clauſulæ limitatiæ , &
modificatiuæ,diſponēdo aliquo modo factę in teſta-
mento,vt quod non conſignentur,neq; dentur lega-
tarijs bona ſtabilia legata,donec aliquibus diſpoſitis
in teſtamento non fuerit ſatisfactum de fructib.per-
cipiendis,vel ad ſimilia referuntur, locum habente-
tiam ad legata bonorum ſtabilium, facta in codicil-
lis,vt not.determinat Capra in conſil.3.col.3.in du-
bio,quia relicta in codicillis,cenſentur relicta in te-
ſtamento,& perinde habentur,acſi in ipſo teſtamen-
25 to deſcripta eſſent.†l.2.§.codicillorum.de iure codi-
cil.ita, quòd clauſulæ teſtamenti cenſentur commu-
nes & relatæ in codicillis,vt ibi per eum limitantem,
& intelligentem , niſi quatenus ex tenore codicillo-
rum appareret de contraria mēte teſtatoris,quæ ideo
vt vltima eſſet attendenda,per ſ.2. C.de codicil.&§.1.
inſti.eo.& l.1.de ſacroſan.eccle.& per ſuprà allega.&
quod dictum eſt de diſpoſitis in teſtamento & codi-
cillis:idem dicendum eſt de diſpoſitis in pluribus co
dicillis,quos quidē poteſt quis facere,& cum eis plu-
26 ribus mori,† vt l.in fi.eo.& l.C.3.eo.

Declaratio in codicillis poteſt fieri taliter,quòd hę
res inſtitutus erit priuatus tota hæreditate:vt ſi codi-
cillator dixerit, Suum hæredē ſcriptum eſſe indignū
27 ſua hæreditate,per tex.† in l.hæreditas & ibi Doct.C.
de his,qui.vt indign.& tunc hæreditas applicatur fi-
ſco,vt ibi diſponitur : poteſt etiam teſtator facere de-
clarationem talem in codicillis,quòd ſubſtitutio fa-
cta in teſtamēto detegatur pupillaris,ita,quòd in to-
28 tum mater excludatur,†ſecundum Bal.in conſi.439.
In primis videndum. lib.2.ponit Io.Dil.de ar.teſtan
in tit.de mut.teſta.in cauſa.8.nu.3.& inter liberos va
let pupillaris in codicillis:Cur.Iun.in conſ.71.nu.2.

Quæ deniq; poſsint diſponi in codicillis,vel ne,&
29 de eorum valore,& reuo.†vide Doct.in l.1.& 2.C.de
codicil.& in §.1.Inſt.eod.Specul.in tit.de inſtru.edi§
viſo.Bal.in conſ.62.Diſpoſitio codicillaris.lib.5.Cor.
in conſ.170.Licet in hac conſultatione.col.3.lib.3.vbi
latè de intellectu l. Scæuola.ff.ad Sen. conſ. Trebell.
Dec.in conſ.361.Omiſſa.col.4.Pariſ.d.conſ.35.col.2.
& ſequ.lib.2.Fernan. Vaſqui.Hiſp.in tract.de ſucceſ,
progreſ.lib.3.§.30.in tit.de codicil.

His breuiter à longe quodam indice vix oſtenſis
de codicillis,à teſtamento ſeparatim factis , nunc de
codicillis in defectum teſtamenti cum teſtamento
ipſo factis , per communem & vulgarem clauſulam
codicillarem,aliqua dicenda eſſent,& quidem plura,
vt magis hi codicilli frequentes ſunt ac ſæpiùs,inſcio
teſtatore ſoliti per Notarios poni facere in omni teſta
mento plerunque neſcientes quid agunt ſed in his
quoq, moram non longam trahendam duxi , ne ni-
mia à principali noſtri operis tit.fiat digreſsio,quam
uis tractare iſta, quodāmodo ſit etiam interpretato-
ris teſtatoris voluntatem,quæ demum in teſtamētis
& codicilis conſiſtit per not.in l. ff. de teſtam.& in
§.1.Inſt.eod.conſueuit namque clauſula codicillaris
30 apponi in defectū teſtamenti.†per l.Lucius. §. filiā.
de leg.2.& not.in l.1.C.de codicil.&in auct.ex cauſa
de libe.præte.dicit Bald.in conſ. 69. Factum tale eſt.
Quidam circa prin.li.2. prætermittenda enim nō eſt
diſcuſſio eius,quod eſt neceſſariū pro intellectu ma-
31 teriæ,†not.Alex.in l.ſi patroni.§.qui fideicommiſſa-
riam.col.3.nu.5.in 6.not.ff.ad Trebel.

Primum igitur tenendum eſt, clauſulam codicil-
larem nullum teſtamēto ſubſidium afferre,niſi in eo
31 per teſtatorem expreſſa conſpiciatur,†per tex.in l.ſi.
C.de codicil.ibi: nec tranſducere liceat ad fidei com-
miſsi interpretationem , velut ex codicillis vltimam
voluntatem,niſi id ille complexus ſit , vt vim etiam
codicillorum ſcriptura debeat obtinere:vt ibi omnes
not.& in l.1.ff.eo.id autem ſufficit apparere etiam ta-
citè,vt ſi quis adhibendo ſolēnitates tam in teſtibus,
quàm in verbis directis inſtituendo vel ſubſtituendo
diceret,ſe facere codicillum, & hæc ſua diſpoſitio nō
poſſet aliquo defectu valere vti teſtamentum:huiuſ-
modi enim expreſſio codicilli tunc haberet locum
&vim clauſulę codicillaris:vt not.declarat.Saly.in l.
nō codicillum.col.fi.C.de teſta.dicens,ſic per talem
codicillarem clauſulam obliquari directam inſtitu-
tionem,per not.in auct.ex cauſa.de libe.præter.& ſic
procedere text.in l.Scæuola.ff.ad Trebel.Idem tradit
Saly.ipſe in l.ſi idem.circa fi.C.de codicil.quod poſ-
ſet procedere,vbi inſtituti non eſſent,aliâs ſucceſſuri
ab inteſtato,vt poſſint reperiri , qui eiſdem inſtitutis
debeant iure fidei commiſſi reſtituere,vt declarat A-
lexan.in d.l.non codicillum.in fin.vt per Io.Andr.in
additio.ad Spec.in tit.de inſtru. edi.§.compendioſè,
col.7.verſ.& not,quod cum vltima voluntas. in verſ.
codicillum.

Tacite etiam , & re ipſa demonſtrantur codicilli,
vbi coram ſeptem teſtibus Notarius diceret,Talis fe-
cit teſtamentum ſuum,& tamen in eo non ſcripſit hæ
redum inſtitutionē,ſed ſolum legata & fidei cōmiſſa:
teſtamentum enim iſto caſu accipitur pro codicillis,
qui largo modo poſſunt dici teſtamētum: vt ex fact-
33 dicit,ſe reſpondiſſe†Pau.de Caſt.in l.pen.poſt princ.
ff.de his,quæ inteſta.delen.comprobat Iaſ.in d.l.non
codicillū.ver.quid,ſi aliquis conuocatis.tacitèquoq;
& per ęquipollentia verba,cēſetur appoſita hęc clau-
ſula codicillaris,vt per clauſulā,Omni modo melio-
ri,quod de iure poteſt valere.& ſimilia verba,demon
ſtrantia præciſam & reſolutam voluntatem teſtatoris
circa validitatem ſuæ diſpoſitionis,per tex.in l.codi-
cillis.§.fin.de leg.2.vbi pro ſingulari & notatu digno
tradunt Bar.Bald.Cuma.& Imo.Iaſ.in conſi.8.Super
duobus



duobus.col.3.in ver.ſexto.lib.3.Cor.in conſi.44.Vi-
detur in hac conſultatione.colum.4.verſic.quicquid
autem.lib.3.Vital.in tract.de clauſ.ver.Clauſula iſta,
Volo teſtamentum meum haberi pro legitimo.dicit,
quòd iſtæ duæ clauſulæ,Volo teſtamentum meū va-
lere omni meliori modo,quo poteſt , & clauſula co-
dicillaris,Si non valet iure teſtamenti , &c. æquipol-
34 lent:† & Dec.in conſ.14.col.2.verſ.confirmatur hoc.
& Fulgo.in conſi.43. in primo.col.2.verſ.ſed nemo,
qui ſapiat.Idem,ſi aliquo & quocunque modo appa-
ret per teſtatorem venientes ab inteſtato , eſſe graua-
tos,per tex.& ibi glo.in l.Lucius.§.filium.de leg.2.e-
tiam teſtamento effecto quaſi caduco , vt ibi in tex.
Item hæc verba,Valet iure teſtamenti , &, cuiuſcun-
que vltimæ voluntatis,recipiunt hanc interpretatio-
nem,id eſt,ſi non valet iure teſtamenti,valeat iure co-
35 dicillorum:† Bal.conſ.504.Caſus talis. Quædā Do-
mina Catharina.num.3.lib.5.Idem eſt, ſi teſtator iu-
rauerit,vel mandauerit iurati per hæredem de obſer-
uantia teſtamenti , ita quòd perenixæ voluntatis in-
tentionem ad omnem ſucceſſionis ſpeciem directa
36 clauſula codicillaris demonſtratur : † l.cum pater.§.
filius matrem.de leg.2.& ibi Bartol. Bald. Cuma. &
Imo.inferunt ex eo, quòd iuramentum idem impor-
tat,quod clauſula,Omni modo meliori , quo poteſt,
& importat clauſulam codicillarem, quæ licet nō ſit
quandoque expreſſa, ſufficit tamen , quòd de ea poſ-
ſit apparere per æquipollētia verba,& quòd ita ſit de
37 mente teſtantis, † vt ibi Bal.& Imo. & alij dicunt in
locis ſuprà alleg. & aduerte ibi Cuma. dicit reſpectu
iuramenti hæredis iuſſum teſtantis non egredi extra
perſonam hæredis,intellige etiam hæc de iuramento
teſtatoris,vel hęredis,vt per Iaſ.in l.eam quam.col.8.
in fin.& col.ſeq.C.de fideicommiſ. Deinde pro con-
cluſione eadem,quòd de fideicommiſſo ex codicillis
in teſtamento non intelligatur,niſi ſit expreſſum , ad
tex.& ibi glo.in verſ.valuit.in l.cohæredi.§.cum filię.
de vulg.& pupil.adducitur ibi per d.gl.fallentia, niſi
teſtamentum ſit inter liberos, per d.gloſ.tenet ibi in
d.§.cum filiæ. Imo.circa fi.dicens,quòd in teſtamen-
to inter liberos ſemper intelligitur clauſula , Omni
38 meliori modo,quo valere poteſt.† & ibi Iaſ.in col.fi.
notat,quod in teſtamento inter liberos ſemper intel-
ligitur clauſula codicillaris , quamuis non exprima-
39 tur,nec à teſtatore,nec à Notario,dicens , † quòd idē
ibi Alexan.& Aret.tenent,qui nihil addunt: eandem
fallentiam tenet Alex.in d.l.fi.col.2.verſ.not. in verſ.
illud.C.de codicil.vbi addit gl.& ibi Fulgo. in l.filij.
C.famil.erciſcun.& Imo.in cap.Raynutius.col.28.de
teſta.eandem ſequitur Iaſ. in conſ.26. Omiſſis. col.2.
verſ.illud etiam.lib.1.& Dec.in conſi.242.col.fi.verſ.
ſecundo poteſt reſponderi & Pariſ.in cōſ.62.col.2.in
fi.nu.13. 14.lib.2.vbi etiam ad hoc alleg.Alex.in plu-
ribus conſ. & Boër.in deciſ.33.nu.10.& in deciſ. ſeq.
qui tamen, quo ad clauſulam , Omni modo meliori,
quo poteſt valere,videtur tenere contrarium , ꝙ non
importet clauſulam codicillarem , cum de ea non ſit
expreſſum,vt requiritur,per d.l.fi.de codicil. ſed non
puto diſcedendum à tot & tantis deciſ. ſuprà alleg.
Idem Boër.quo ad clauſulam codicillarem, ſubintel-
lectam in teſtamēto inter liberos,tenet in deciſ. 240.
ſub nu.6.per d.gl.in d.§.cum filiæ,dicit ipſe , ab om-
nibus approbatam : idem etiam allegatis contrariis
ſtatim,poſtmodum ſe corrigens tenet, & comprobat
Fernan.Vaſq.Hiſp.in tract.de ſucceſſio. progreſſu.li.
3.§.30.tit.de codicil.num.43.

His ſubſequentem caſum alium intelligendi &
præſumendi abſque alia expreſſione cla.codicillarem
ob vehementem dilectionem , & licitum amoris ar-
dorem teſtantis erga vocatum in diſpoſitione,ponūt
doct.allegat. per Tiraq. in l. ſi vnquam.in ver. liber-
tis.nu.103.& ſequen. & dictum eſt ſuprà in præcedi.
in vlt.interpr. in dub.2.ver.quarto ab amicitia. in fi.
& per Boër.in deci.34.in fi.per Gabri.Roma.de com.
opin.lib.4.titu.de teſta.conclu.5.num.2.vbi plura de
valore fideicommiſſi ſine expreſſione , de his & aliis
caſibus,quibus,deficiente teſtamento legata & fidei-
40 commiſſa debentur,vide gloſ.in ver.traditur.† &ibi
Doct.in l.eam quam.C.de fideicom. prædicta tamen
de clauſula codicillari tacitè intellige & limita non
procedere in odium,& ad excluſionē poſthumi igno
41 ranter præteriti,† vt probat Aym.in conſ.34.Propo-
nitur in facto. proinde non diſcedendo à declaratio-
ne,quam ſuprà dedi in præced.lib.in 1.interp.in dub
3.ver.item tacita voluntas.

Prædicta quoque intelligi,quo ad effectū operan-
di huiuſmodi clauſulam codicil.ſubintellectam cen-
ſeri conceptam eo modo & forma etiam verbis futu-
ri temporis,quibus melius poteſt,& neceſſarium eſt,
operari pro contingentia caſus , contra vnam ratio-
nem, quam adducit accidenter Aym.in d. conſil. 34.
col.fin.verſ.tertiò reſpondeo, quæ mihi in propoſita
noſtra ſpecie non placet:quia ſententia dictorum iu-
rium C.d.l.cum pater.§.filius matrem.& d.l.codicil-
lis.§.fi.& d.glo.in l.cohæredi.§.cum filiæ.& deciſ.ſu-
prà alleg. generalis eſt,& generaliter debet intelligi,
etiam reſpectu temporis , per ea , quæ adducit idem
Aym.in conſi.153.col.2.num.4.& conſ.84 col.penū.
nu.13.vt enim diſpoſitio operetur,alia cauſa nō ſub-
42 ſiſtente,refertur etiam ad futurum,† vt probat Alex.
in conſ.68 Viſis & opportunè.ſub ver.quinto proba
tur.nu.7.lib.5.& lex trahit ſuā diſputationem ad tem
43 pus futurum,& euenientis caſus:† l.leges & conſti-
tutiones.C.de legi.tradit not.Bal.in l.ſi.in princ.ver.
Itē quæro.com.de leg.& rebus,& nō verbis impoſita
44 eſt,† l.2.in fi.C.eo.& c.4.de priuileg.& c. commiſſa.
de elect.in 6.Ideo latius & pinguius lex ipſa teſtantis
45 voluntatem interpretatur:† l.generaliter.§. cum au-
tem.C.de inſti.& ſubſt. & l.nam hoc iure.in prin. de
vulg.& pup. præterea Bar.Bal.& omnes in d.§. filius
matrem.& in d,l.codicillis.§.fi.& Imo.Alexan. Aret.
& Iaſ.in dicto §.cum filię.clauſulam codicillarem in-
ferunt ex alia cauſa omni modo , de quo melius va-
lere poteſt, deſignata per dicta iura : nempe verbum
46 infinitiuum,Valere , † importat etiam tempus futu-
47 rum:†ſimiliter verbum, Poteſt,quod eſt extenſiuum
etiam ad futum : cum , nulla præcedente conditio-
ne,intelligatur adiectum in diſpoſitione, vt in ſpecie
ponit Barto.& Imo.in l.ſi ita quis. in princip. de leg.
2.refert Corn.in.conſ.133.In hac conſultatinne. col.
2.ad fi.lib.3.

Verū eſt,ſi d.codicil. clauſula exprimatur per ver-
bum præſentis temporis,ſi non valet.quod non ope-
48 ratur ad futuram inualiditatem, † per deciſ. alleg.ab
Aym.in conſ.34.nu.4.Secùs eſt,ſi nō exprimatur, ſed
tacita ſubintelligatur in caſibus ſupradictis:quia taci
tū nō tantū operatur, maximè ad inualiditatē actus,
49 quantum operatur expreſſum:† l.ſi ita legatum.§.il-
li,ſi volet.de le.1.& ibi Bal.dicit , quòd ratio differē-
tiæ eſt : quia tacitum non ineſt conditionaliter, ſed
expreſſum conditionaliter exprimitur: & l.nonnun-
quam.de cond. & demon.& l.expreſſa. de Regu.iur.
& ibi not.& concord. allegant Dec. & Hier. ideo ta-
citum ſemper operatur ad actus validitatem veluti
benigniorem partem,magis legibus amicam : d.§.il-
li,ſi volet,l.quoties.de reb.dub.Præſumptio enim va
liditatis actus præualet aliis præſumptionibus: Dec.
in l.poſtquam liti. colum.3.numer.23. C. de pact. &
in

in l.in contrahenda.nu.6.de Reg.Iur.cum vulg.ita in
his iura & ex eorum ſententia Doct. latius in forma
ampliori præſumunt & interpretantur teſtantis vo-
luntatem,vt modo magis generali, & ſic quandocũ-
que deficeret,quò melius poteſt, valeat & exequatur
etiam ab inteſtato,quod ſic clarè exprimit Bald.in l.
fi.col.3.ver.nunc aliqua de clauſula.C.de codic.per l.
ſi miles.ff.de mili.teſta. & Bart. in l.1.in 7.q.ff.eo.&
50 hoc ego verius puto. † & non eſſe bene tutam deciſ.
Aym.in d.conſ.34.quo ad rationes, adductas ſimpli-
citer contra cla.codic.ſubintellectam modis, quibus
ſuprà dictum eſt.

Item prædicta intellige,& conſidera,ſi procedunt,
quando in proœmio teſtamenti dictum fuerit, No-
lens inteſtatus decedere.&c,quaſi velit valere,vt teſta
mentum,& non,vt codicillum, per ea, quæ adducit
Cur.Sen.in conſ.75.Andreas ad fi. refert Socin. Iun.
conſ.111. nu.6.li.1. Addo Bal.in conſ.114. Quæritur,
vtrùm præterita filia.lib.4. Et reſponde, per codicil.
51 quem poſſe dici decedere teſtatum largo modo † per
ea,quæ ſcribit Iaſ.in conſ.174.Viſo.co.fi.li,4.ad hoc
allego.Cor.in conſ.237. Viſo themate.col.4.ver. nec
ob adducta.lib.4.

At nihilominus,vt diſputationes & iurgia ceſſent,
cautius & melius eſt, quod hæc codicillaris clauſula
cum aliis,prout teſtator diſponere voluerit, formiter
& clarè exprimatur: ita,n. clarè & dilucidè voluntas
teſtatoris eſt exponenda,& dictanda, & demum ſcri-
benda ex bono conſilio,quod nunquam, ſi poſſibile
52 eſt,ambiguitatem aliquam patiatur: vt per tex.in l,
nam hoc iure.circa fi.ibi:vel certæ euitandæ quæſtio-
nis gratia,ſpecialiter, &c. de vulg.& pup.& ibi not,
Bal.Imo.& Are.& tex.in §.1.in auct.teſta.impe.fac.i-
bi,ſicut claritas maximè ſuper defunctorũ diſpoſitio-
nib.& not.dicit Bar.in conſi.244.Fuit quidã de Aſſi-
ſio.col.pen.ver.reſpondeo imo,ꝙ conſultus & peritè
teſtatus præſumitur,qui ſolẽniter adhibuit tabellio-
53 nem,qui etiam præſumitur peritus:† Cor.in cõſ.195.
circa fi.lib.1. Bene ideo vſus inoleuit, ꝙ ferè in om-
nibus teſtamentis per Notarios ſcriptis expreſſa re-
peritur, ſed plerunque non ita clarè & formiter, ita
ſolere ex teſtamentis communiter apponi,dicit Ang.
in conſ.120.D.Antonia.in fi.exinde Bar.in l.1.in q.in
fi.ff.de iur.codicil.dicit,hanc clauſulam poni,ſic ma-
gis eſſe de cõſuetudine Notariorum,q̃ ꝙ teſtator de-
54 liberet,quid importet,† refert Barb.in conſ.60.Et q-
dem viſo puncto.col.1.li.2.& Iaſ.in conſ.6.Exhiben-
tur duo.col.5.ver.5.principaliter.li.3.& Cur.Sen.cõſ.
3.ſupra fi.quod eſt Vincẽtij Palleotti.& Cur.Iun.cõſ.
101.colum. fin. cum concord. loquentibus etiam de
iuramento,& aliis renuntiationibus alleg.per Tiraq.
in l.ſi vnquam.in præfat. num.126. C. de reuo. don.
qui tamen poſt aliquos dicens, ibi dictam clauſulam
ideo non debere attendi, & pro non appoſita habe-
ri,ſecundum Bar. nimis latè negatiuè in hoc loqui-
tur,quia Barto.in dicta l.1. in 6.quæſt.in fin. non di-
cit ita formiter de clauſula codicillari, quòd non de-
beat attendi,& pro non appoſita haberi,ex quo con-
ſueuit poni de conſuetudine Notariorum,ſed corro-
borando opinionem ſuam, quòd clauſula codicil.
concepta etiam verbis futuri temporis.Si non valet,
vel valebit,&c.non ſuſtinet teſtamentum, quin rum-
patur natiuitate poſthumi,ignoranter præteriti, in-
cidenter dicit,maximè,ſi illa clauſula ponatur,magis
eſſe (dicit ipſe) de conſuetudine Notariorum,quàm ꝙ
55 teſtator,& c.† vnde ad hoc Aret.in conſi.vlt. circa fi.
dicit, quòd cauillare verba magnorum doctorum,
& ventilare ſingulos apices,non eſt bonum, nec be-
ne factum.

Sed in hac re,quicquid dicat Ancha.Regien.in ſua
quæſt.11.num.12.& ſequen.lib.2.verior,& magis fre-
quens concluſio videtur, quòd ex quo d. clauſula,vt
omnes fatentur,de conſuetudine Notariorum appo-
nitur, quando teſtator vocat & rogat Notarium,vt
ſcribat ſuum teſtamentum,velle videtur,quòd ponat
in inſtrumento clauſulas ſolitas,& cõſequenter,clau-
ſulam codicillarem,quam Notarius exprimens & po
nens in inſtrumento teſtamenti, dicitur quidem id
56 facere voluntate teſtatoris: † vt tradit Alexan.in cõ-
ſi.142.Circa primam.col.4.verſi.ſubdit etiam.lib.2.
& in conſ.1.colum.7.ver.quinimò.vt dicit. num.22.
lib.5.& in conſ.33.In cauſa & lite.colum.2. in fi.ſub
verſic.nec ad hoc obſtat.lib.6.& Corn.conſi.158.Pro
deciſione.colum.penul. lib.2. & in conſi.150.Prima
facie.colum.3. ver.nec etiam obſtat.lib.3. Dec.in l.vt
liberis.colum.4.ver.ex ſupradictis infert.num.14.C,
de colla. & Ruin. in conſi.15. Viſo themate. colum.
fin.lib.2. Ripa.in l.centurio.char.7.ſub numer.83.&
ſequen.de vulga.& pup.& Bero. conſi.16.num.20.&
ſequen.lib.2.& Neuiz. conſi.28. num.14. & ſequent,
Zanch.in §.cum ita num.419.l.hæredes mei.ad Tre-
bel. & Dec.in conſi. 490. Viſis & circumſpectis.co-
lum.penult.verſic.non ob.quod obiiciatur.num.10.
dicit, quod dictum Bartoli in dict.l.1.de iur. codicil.
communiter reprobatur,vt etiam reprobat Franc.in
c.1.col.39.verſi.quinto.quæritur.in fi.de teſta.in 6.&
Gra.conſ.112.num.25. & ſequen.lib.2. vbi de comm,
eſſe enim regulare,quòd quæ reperiuntur in teſtamẽ-
to ſcripta propter Tabellionis fidem,præſumi eſſe de
57 voluntate teſtatoris,† alios allegãdo, dicit Soci.Iun.
in conſi.101.Cum in præſenti. col.2. num.8.lib.1.&
Aym.in conſ.75.Accuſator.col.1.nu.4. aliquos ex ꝑ-
dictis,& alios concord. allegando, dicit, Notarium
poſſe apponere clauſulam codicillarem.licet teſtator
eum non rogauerit,nec ipſe virtutem eius intelligat:
dicit enim Bal.in l.nam in hoc iure,§.fin.col.fi.quòd
licet tabelliones neſciant quin velint dicere verba
vulgariter,&c.tamen eorum ignorantia non vitiat in
ſtrumentum:quia eius contingit,ſicut illi, qui bene
58 cantat,non tamen per rationem, † vt per Porr.Imo.
in tract.com.concl.18.conclu.li.4.Nihilominus ſem-
per Notarius præſumitur peritus,per not.in l.1.C.de
vſu,dicit Bal.in l.1.ad fin.ff.de hæred.inſt. & Bar. Ce-
pol.in l.quòd ſi nolit.§.quia aſſidua.num.41.ff. de æ-
dil.edict. per l.fi.circa fin.C.de fideiuſſ.& ibi tex. in,
d.§.quia aſſidua,ad hæc ſolitus allegari,Hiero. Ca.in
l.ſi librarius,numer,50.de Reg.Iur. & ibidem nu.10.
12.dicit,Notarium cenſeri rogatum à teſtatore, vel à
contrahentibus, ad ponendum clauſulas conſuetas,
& quòd poſitæ cenſentur in dubio de mente volũta-
téque teſtatoris,vel contrahentiũ: Deci. conſi.63.ad
nu.6.ad idẽ pulchrè & not.dicit Gui.Pa.in q.129.ſed
quomodo poterunt,quòd non præſumitur not,aliud
ſcripſiſſe,quàm ei fuerit dictum,& iniunctum per te-
ſtatorem, & quòd in tabellione attenditur ſcientia,
quam habet, vt tabellio,id eſt,vt perſona publica, &
59 non vt perſona priuata,† Bald.in l,errore.col.1.C.de
teſta. & ſic non à ſeipſo,ſed ratione officij præſumi-
tur Notarius ponere clauſulas in inſtrumẽto,cui cre-
ditur:l.cum precibus.C.de proba.ſecundum Alex.in
conſi.125.Viſis,& cõſideratis.col.pen.ver.non obſtat
quòd Notarius,li,1,ſequitur Capyci.in deciſ.159.ſub
60 num.42.† Nam verba Notarij,quo ad ſcripturam,di
cuntur verba ſua;quo verò ad ordinationem & diſpo
ſitionẽ,dicuntur verba partis diſponentis:vt per Bal.
in conſ.263.Verba inſtrumenti.col.1.ſub ver.in con-
trarium videtur.lib.1.& in l mater.col.2.ver.preterea
61 verba C.de rei vendi.& Dec.in conſi.450. † Pulchrè
dicit



dicit Bar.in l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tut.eſſe præſu
mendum,quòd Notarius in ſcribendo appoſuit ver-
ba importantia voluntatẽ teſtatoris, & ſic verba No-
tarij intelligenda eſſe, ſecundum interpretationem
62 iuris,per no.† in l.1.C.de vſu.& in l.ſciendũ.de verb.
obliga.cum ſimi. de præſumptione pro Notario, &
63 eius inſtrumento,alleg.& cumul.† per Alci.& ibi in
addi.in tract.de præſumpt.in reg.3.in præſum.13.per
totam; & per Tiraq. in tract.de conſt. in 3. par. in li-
mit.31.quæ eſt vltima.vbi occaſione conſtituti appo-
nendi in inſtrumentis venditionum ad alias mate-
rias de clauſulis conſuetis apponendis & extenden-
dis per Notarios deci.concord.congerit,& maximè,
quando poſita per Notarium non præſumuntur,nec
cenſentur eſſe contra veriſimilem mentem diſponẽ-
tis:Galiau.in l.1.in prin.col.3.nu.3.de verb. oblig.re-
fert Ant.Gabr.Rom.tract.de Com.Opin lib.6.tit. de
conſuet.concl.pen.nu. 5. & maximè, quando ex ea-
rum amplitudine enormiſſimum damnum infertur
parti:ideo tunc potius de ſtylo & conſuetudine No-
tariorum,quàm de partis voluntate cenſentur appo-
64 ſitæ,ita parti non nocent concord.allegando,†tenet
Bero.in quæſt.125.num.fi.Comprobãtur hæc,quo ad
clauſulam codicillarem, de facili & de congruo mẽ-
tis teſtatoris eſſe per Notarium concipiendam,com-
plendam,& ſcribendam, verbis etiam futuri tempo-
ris,ſi non valeat,valebit,quia cum tabellio ſcribit te-
ſtamentum alicuius,ſcire debet ſe legem ſcribere:.ad
§. diſponat.in auct. de nup. natura enim legis eſt, vt
futuri caſus proſpiciantur & prouideantur.l.leges &
conſtitutiones C. de legi. & demum verba teſtatoris
65 in dubio referuntur ad intellectum iuris, † probat
Petr.de Ancha.in conſ.120.Pro clariori.circa fin.& in
conſ.163.Viſis,& diligenter.col.2.verſi. his non ob-
ſtan.& Pau.de Caſt.in l.Gallus.§.1.col.1.ver.& ꝙ di-
ſpoſitio.de liber.& poſth.& Bar.in l.vxorem.§.teſta-
mento.de leg.3.

Prædicta autem de clauſulis conſuetis apponendis
& ſupplendis,declaranda & intelligenda ſunt,vt ope
rentur,& ſtetur eiſdem clauſulis,quando id,quòd im-
portatur,non poteſt dici rationabiliter contra men-
tem diſponentis,ſecus,ſi veriſimiliter eſſet contra di-
ſponentis mentem, & ita diſcretum iudicem debere
66 conſiderare:† Lancel.Galli.in d.l.1.in princip.col.2.
ver.item contrà facit.de verb. oblig.refert Tiraquel.
in d.vlt.limit.nu.14. & quando clauſulæ ſunt cõſue-
tæ apponi,ſemper & eodem modo,non ſic verò,ſi ſo-
67 leant diuerſimodè aliquando apponi,† Ripa in l.qui
Romæ.§.duo fratres.col.10. verſi.ſecundo limitatur,
num.49.ff.eo.refert Tiraq. in d.l.limit.vlt.num. pen.
ſentit Bar.in l.Seio.§.Medico.de an.leg.Item, quan-
do ſumus in his, quæ ſunt de natura actus:ſecus eſſe
videtur in his,quæ ſunt ſubſtantialia diſpoſitionis:
quia non poſſunt recipere à conſuetudine vniforme
68 ſupplementum:† Dec. in l.vt in liberis.col.4.verſ.ſi-
militer pari ratione.nu 18.C.de collat.

Quid, ſi clauſula codicillaris non reperiatur ex-
preſſa in teſtamento,ſed poſſet comprehendi ſub no-
ta,ſeu diſtinctione, Etc. quam Notarij plerunque &
nimis frequenter,ſub ea omittendo etiam ſubſtantia-
lia in inſtrumentis apponunt, volentes ſcripturã ab-
breuiare,iuxta gloſſ.in verſ.prætermiſſa.in l.teſtamẽ-
tum. C. de teſta. & hominum negotia & ſubſtantias
inuoluunt:vnde Rui.dicebat in l. Gallus.§.2.col.2.de
liber.& poſthu.

Quòd tria deſtruunt mundum:Recipe Medicorũ,
Item mercatorum,Etc. Notariorum,addo quartum,
Et exceptiones Aduocatorum, ſcilicet cauillationi-
bus,impoſturis,technis vtentium: aliâs autem exce-
ptiones ſunt arma defenſiua reorum, quos iuſtè de-
fendere tam fauorabile eſt, quam fauorabiliores ſunt
rei:ad l.fauorabiliores.de Reg.Iur.

Reſpondetur primò.Poſſe comprehendi & conti-
neri ſub illa nota.Etc. quando principium orationis
ſeu principalis clauſulæ truncatæ ſeu abbreuiatæ per
dictã notam demonſtrant, pro ea extendenda & cõ-
plenda,prout ex conſuetudine,& ipſius actus,& ſer-
monis natura requiritur extendi & compleri, quòd
ſubſequi debet d. clauſula codicillaris: quæ ideo ibi
commodè ſecundum communem formam teſtamẽ-
torum incidere ſolet, vt ſub huiuſmodi; & non dixi,
eſſe ſuum vltimum teſtamentum,&c.quod,vel quam
valere voluit, &c.ſic ſolet extendi,iure teſtamenti,&,
Si dicto iure non valet,ſeu non valebit,valere voluit
iure codicillorum: ita debere intelligi contenta ſub
dicta nota,&c. probant iura & deciſiones poſt alios
69 adductæ per † Iaſ.in d.l.Gallus.d.§.2.incipiens. Idẽ
credendum.col.2.ver.circa primum & per Aym.in d.
conſ.34. circa fin.ver.quarto reſpondeo. & accuratè
in terminis per Pancir. Regien.conſ.95. per tot.ſecus
eſſet,ſi dictam dictionem,Etc.immediatè per præce-
derẽt aliæ clauſulæ,vel ſermones alia diuerſa cõtinẽ-
tes,quàm clauſulam codicillarem,veluti præſentibus
& cæ.continentur teſtes vocati & rogati, ſecundum
Bald.& Saly.in l.hac conſultiſſima in prin. C. de te-
ſtam.& Alexan.in conſil.14.lib.6.& actum &c. cõti-
netur & extenditur teſtamentum lectũ publicanum
& eſſe perfectum: Bald.in auct. quod ſine poſt princ.
ver. quicquid dicat Bar.C.eo.Pau.de Caſtr.in conſil.
111.Viſis,& ponderatis.col.1.ver.breuiter in hoc.&in
conſ.307.Ad primum quæſitum.col.pen. circa fi.lib.
1.& Socin.in conſ.173.Reuerende.colum.2.Ruin.in.
conſ.159.Donatio,de qua agitur.col.4.in princ.lib.4.
vbi infert & cõcludit,ſub dicta clauſula cæterata cõ-
prehendi perfectionem & complementum teſtamẽ-
ti,etiam quo ad rogatum, nomen & publicationem
Notarij,Hiero. Cagnol.in d.l.ſi librarius.num.71. de
Reg.Iur.& Io.Ant. Alexandri.conſ.14. col.2.num.8.
Ex quibus apparet non verum Angel.conſi.402.Te-
ſtator. licet in ſeq.conſ.videatur ſe corrigere,& idem
in aliis ſimilibus clauſulis abbreuiatis inſertis in aliis
teſtamenti partibus,in vel ſub quibus non poteſt cõ-
muniter cadere d.clauſula codicil.dicit enim in ſimi-
li.Bald.in conſi.107.Anno Domini.circa fin.lib.2.re-
ſpectum ad formularia conſueta habendum fore; idẽ
in rub.C.de reuoc.his,quæ in frau.credi. verſi.& no,
quòd Bar.dicit prout in communi formulario tabel-
lionum continetur, fortius hæc procedunt, quando
Notarius poſuerit,ſe fuiſſe rogatum ad plenum,vt in
hac eadem materia plura alia dicit, & probat Socin,
Iun.in conſ.124.colum.9.nu.43. li.1.ſemper enim vi-
detur Notarius habere commiſſionem à partibus, vt
70 faciat inſtrumentum,quantò efficacius poteſt, † per
l.fi.C.de fideiuſ.dicit Cuma.in l.huiuſmodi in prima
lect.col.2.nu.6.de leg.primo.

Verùm vbi cadit ſecundum præmiſſam declara-
tionem;quando,per quem,& quomodo, poterit ex-
tendi & exprimi inſpiciendum eſt:.quando enim ab-
breuiatura huiuſmodi in teſtamento in ſcriptis pro
ſui validitate ſcripturam requirente adeſſet,non poſ-
ſe eam aliter extendi,niſi quatenus à principio appa-
ret ipſa ſcriptura, per l,contractus, C.de fine inſtru.
poſt Specu.in tit,de inſtr.edi.§.oſtenſo colum.7.verſ.
quid ſi abbreuiatura,tradunt Barto.& alij ſcribentes
communi ſentẽtia in d.l. Gallus.d.§. idem credendũ,
& Felin.concord.referens in c.cum P.tabellio. col.2,
circa fi.verſ.primus eſt, quando.de fide inſtru. niſi ex
præcedentibus vel ſequentibus aliquod omiſſum ꝑ-
cipere.

cìperetur,poſſe comprehendi etiam ſub dictione,&c.
quia tunc haberetur pro expreſſo:l.1.§.ſin autem, &
ibi Bar.& Imo.& l. quoties.§.1.ff.de hæred.inſt. po-
nunt Lancel.Gali.& Rui.in d.§.idem credendum.in
pen.col.& in prędicto caſu denegatę extenſionis hác
non debere fieri,etiam authore iudice,intelligit Soc.
in dicto §.idem credendum.colum.2.verſic. ſed circa
præmiſſa.

Si verò adeſſet in nuncupatiuo teſtaměto per No-
tarium in ſcripturam redacto , poſſet ipſemet Nota-
rius omnem abbreuiaturam extendere præſumendo
pro eo, vti informato de intentione & voluntate di-
ſponentis, prout communiter faciunt Notarij ex eo-
rum protocollis, & primis imbreuiaturis extenden-
do, complendo cum omnibus clauſulis extenſis, &
ponendo tam teſtamenta,quàm alia inſtrumenta , in
libro,quam appellant, Extenſorum, intelligendo de
71 clauſulis,ab eo poni conſuetis: † Iaſ.in d.§.idem cre-
dendum.col.4.verſi.tu aduerte,vt in ſpecie de clauſu
la codicillari dicit Alex.in conſ.53.In hac cauſa & lit.
col.2.ad fi.in verſ.Nec ad hoc obſtat.lib.7.& Corn.in
conſ.62. Aliâs conſului.col.fi.ver.tum etiam.lib.2. &
in conſ.225. Antequam.in fin.lib.3.& non mutando
ſubſtantiam, nec alternando diſpoſita , plenè ad hoc
negotium reſpondit Cepha.conſ.88.

Si Notarius de teſtamento rogatus non viueret,&
dubitari contingeret de huiuſmodi extenſionibus,
fiědis per alium Notarium,& quomodo,& qua con-
ſuetudine Notarij rogati,vel communi , authore iu-
dice & cauſa cognita hæc ſunt expedienda,vt latè po
72 nunt Legiſtæ † in d.§.idem credendum & Iaſ.in l.ar-
gentarius.in princ.col.1.ff.de eden.& in ſpecie Bero.
conſ.2.lib 2,num.13.& ſequen. & Canoniſtæ in d.ca,
cum P.tabellio.vbi poſt Card.Felin.in co.3.ſub verſ.
ſecũdus caſus eſt,ponunt vnum, quod eſt notatu di-
gnum,quòd dato actu totaliter perfecto,clauſulæ in-
choatæ non extenſæ neque etiam abbreuiatæ per di-
ctionem,&c. poſſunt extendi, ponendo ſolita , vt ibi
per eum:pro quo facit tex.& quod ibi not.Bar.Bald.
& alij,in l.cum pater §.cum imperfecta.de lega. 2. &
tex.idque ſecundum ea intelligi,quæ ibi not.per Bal.
Ang.Saly.Caſtr.Alexand.& Iaſ.in d.l.errore.C.de te-
ſta.& per Imo.in l.2.circa fi.ff.de hæred.inſti.& Bald.
in conſ.428. Caſus talis eſt. circa.fin.lib.3. vbi etiam
dicit,per dictionem,&c.demonſtrari, aliquid ſcribě-
dum ſupereſſe.

Aduerte quoque Notarios in ſuis ſcripturis ſolere
hanc dictionem , &c. ponere & ſcribere in variis &
diuerſis modis,ſignis,inductionibus, & tractibus ca-
lami, in hoc & in extenſionibus ſolitarum clauſula-
rum ipſorum Notariorum conſuetudo intuenda &
attendenda eſt , ex inſpectione aliarum ſuarum ſcri-
73 pturarum,† vt per Albe.in l. Mela.in prin.de ali.le.&
Moderni in d.§.idem credendum.& Alexan.in conſ.
14.Viſis, & conſideratis.col.pen.ver. Poſtremò.lib.6.
& Boer.in deciſ.37.in fin.Pariſ. in conſ.48. in fin.lib.
1.& ita eſt Communis Opin.vt ibi Pariſ. dicit.& A-
lexand.in conſ.163. Viſis narratis.circa fi.lib.7.& vbi
dicit Comm.eſſe Opin.& ſi ſtylus Notarij appareret
varius,ſtaretur vltimo,eſt demum recurrendum ad i-
pſum Notarium , quomodo intelligit & interpreta-
74 tur dictam abbreuiaturam, &c.tradit † Corn.in cõſ.
316.Videtur prima facie col.4.ver.& quando eſſet.li.
3.& per ea,quæ dixi ſupra in prima interpr.in 3.dub.
circa prin.circa interpretationem fiendam à Notario
quæ nota etiam conuenientia noſtra ſpecie de inter-
pretatione vltimarum voluntatum.

Cum igitur huc peruentum fuerit,vt expreſſa in te-
ſtamento d.codicillaris clauſula legatur,attendědum
eſt , quibus verbis concepta ſit:quia diuerſas recipit
interpretationes,prout diuerſitas formæ & ſcripturę
75 ſuadet: † nam ſi verbis concepta ſit copulatiuis , vt
quando dixit teſtator,voluit valere iure teſtamenti&
codicillorũ,ſi vtroque modo poſſet ſimul valere,non
eſſet dicta clauſula tunc ſubſidiaria, ſed ampliatiua
remediorum eſſet honorato,qui haberet eligere,quo
remedio vellet experiri,& vno electo , non poſſet ad
aliud redire , ſecundum tex.in d.l.fin, & ibi Doct. C.
de codicill.ſi iure autem teſtamenti non poſſet vale-
re,tunc eſſet ſubſidiaria, ex ipſius actus natura,teſta-
mento non habente requiſitam ſolennitatem,non ex
formatione ipſius clauſulæ,vt tradit Bald. in d.l. fin.
colum.3.ver.quandoque tamen,&tunc,vt eſſet etiam
repugnantia horum actuum contrariorum teſtati &
inteſtati copulatiua,poſita inter incompatibilia , re-
76 ſoluitur in diſiunctiuam,† per l.ſi Titio fundus.de v.
ſufr.leg. dicit Bar.in d.l.fi.colum.fi.et in conſ.10. Vi-
ſo ſtatuto.in fin.et Vital.in tract.clauſ.in ver. clauſu-
la codicillaris.Luc.de Pen.et Bar.in l.1.in 2.quæſt.de
iur.codicil.et datur electio honorato:vt d.l.fin. ſimi-
liter,quando diceretur,voluit valere iure teſtamenti,
vel iure codicillorum , non verò ſic daretur electio,
quando verba ſic ſtarent: voluit valere iure teſtamẽ-
ti,vel ſaltem iure codicillorum: quia diminutiua ſal-
tem importat,quòd ſi nõ valet primo modo expreſ-
ſo iure teſtamenti,deueniatur ad id , quod eſt minus,
77 ad ius codicillorum, † arg.l.1.C.de emen. propinq.
tradit Bar.in d.2.quæſt. et vt latè et not.declarat Bal.
in conſi.60. Factum tale eſt quidam, lib.2. vbi plura
allegat ad cognoſcendum,qualis ſit,et quid importet
dicto,Saltem,et de verbo,Poteſt , extenſiuo ad tem-
pus optimum ; per l.ſi ita quis. de leg.2. et de modo
concipiendi dictam clauſulam,ſic dicendo , Si hære-
ditas ſua non deuenerit iure teſtamenti, voluit deue-
nire vel acquiri iure codicillorum , idẽ in iſta forma,
inſpiciente finalem acquiſitionem,eſſet vti verbis co
pulatiuis, pertineat iure teſtamenti et codicillorum,
vel verbis diſiunctiuis, pertineat iure teſtamenti, vel
ſaltem iure codicillorum , quia omni caſu hîc finalis
acquiſitio inſpicitur:ideo eſſet valde vtilis hæc forma
ad effectum tranſmiſſionis, quia ſi hæres non tranſ-
mitteret hæreditatem,tamen tranſmitteret fideicom-
miſſum:l.cogi.§.idem Metianus.ff. ad Trebell.et vti-
lis eſſet ad alios effectus,vt ibi per Bal.in d.conſil.69.
mirantem,quomodo iſtæ formæ non ſint in vſu.pro-
pter imperitiam hominum : quæ quidem formæ , vt
ſua eſt ſententia , conſiſtunt in verbis, Deueniat , vel,
perueniat,vel,acquiratur,eo quòd reſpiciant finalem
acquiſitionem ad meliorem effectum , qui poſſet ſe-
qui et haberi ex iure teſtamenti,vel ex iure codicillo-
rum,ratio poteſt aſſignari : quia d.verba ſunt cõmu-
nia. quæ cõueniunt acquiſitioni tã via directa, quàm
obliqua,vt tradit Bar.in l. centurio.col.fi. de vulg. et
pupil.et in l.Lucius.§. filiam. et ibi Bald. Imo. et alij
de leg.2.

Alij autem et magis frequenti communi forma
concipitur hæc clauſula,ſcilicet ſub conditione nega
tiua,Si non valet iure teſtamenti,valeat iure codicil-
lorum,cùm enim hoc modo cõcepta videtur omni-
no ſubſidiaria , et facta in defectum teſtamentorum,
debet quidem taliter,et congruis verbis formari , vt
78 valeat cunctis defectib.teſtamẽti ſuccurrere,† vt for-
mam ponit Specul.in tit.de inſtrum.edi.§. compen-
diosè.col.9.ver.ſi quis vult igitur. et latius Alber. in
auct.ex cauſa.col.14. ver.hoc autem modo.nu.56. C.
de libe. præte. quandocunque et quomodocunque
teſtamentum corrueret et poſſet in codicillos cõuer-
ti,et valere , quod nihil aliud eſt,niſi cum diſpoſitio
teſtatoris



teſtatoris deſinit poſſe adimpleri via teſtati , quæra-
tur ſi poſſit adimpleri via inteſtati , per dictam clau-
ſulam , ſic formiter appoſitam , quæ ſanè importat,
quod ab inteſtato ſuccedentes cenſeantur rogati ad
præſtandam fideicommiſſum hæredibus ſcriptis in
teſtamento,& legata ſoluenda legatariis:l. cohæredi.
§.cũ filiæ de vulga. & pupil. & Glo. & Doct.in l. ex
teſtamento.C.de fideicomm.cum concord.alleg. per
Dec.in conſi.478.col.2.num. 5.Paria enim ſunt, Re-
linquere à venientibus ab inteſtato,& dicere, Si non
79 valet iure teſtamenti,valeat iure codicillorum, † di-
cit Bar.in conſi.20.factum ſic ſe habet.col.2. verſic.
paria ſunt.& doct.firmant in d.auc.ex cauſa de liber.
præte.& in l.ex ea.§.fin.ff.de teſta. & Pau. de Caſt.in
con.394.Videndum eſt,vtrum col.2.verſ. ſed quæro.
li.1.& Guid.pa.in quæſt.323.Paria nempe ex his gra
uaminibus valde poſſunt grauari veniẽtes ab inteſta
to,quia prius ex tacita voluntate defuncti cenſentur
vocati & onerati,vt l.conficiuntur.§.1.de iure codi-
cil.& l.ſi pater.§.fi.de fideicom.libe.intellige de quo-
libet ſuccedente ab inteſtato,dummodo ſimpliciter,
& non nominatim appareat grauatus, vt per Bart. in
l.cum pater.§.cum æſtimaret de leg.2.& in con. 204.
Factũ eſt tale &.Saly.Pau.de Caſt.Fulgo.in l.non iu-
ſtam.C.ad Treb.& gl.1.in l.1.§.penu. de leg.3. quam
ibi ſequitur Bart.videtur tex. in l.ſi quis , cum teſta-
mentum.§.1.& ibi Bar.de iure codicil. & tex. in d.l.ſi
pater.in fin.

Primum,quia multum refert,an d.clauſula ſit con-
cepta per verba præſentis temporis vel futuri ; ideo
ſcire oportet vim,& ſignificationem verbi in ea appo
ſiti,circa tempus,vel præſens,vel futurum.

Nam ſi diceret,Si non valeat iure teſtamenti,valeat
iure codicillorum,reſpicit impedimẽtum validitatis
teſtamenti,quod poſſet eſſe tempore pręſentis cõditi
teſtamenti,non vero,quod futurum eſt,quo teſt. rũpi
80 poſſet,†vt l.ſi ita ſcripſiſſet.de l.2.& ibi expreſſim no.
Batt.Alb.& Bal.& Imo.& Bal.in d.l.fi.col. antepe.de
codicil.& ibi Saly.§.fi.ver.5.cum ſimil.alleg.& Aym.
in d.con.34.nu.4,& ab aliis in d.auc.ex cauſá.

Idem,ſi diceret,Si non valet iure teſtamenti, valere
voluit iure codicillorum,& omni iure , quo melius
valere poteſt,quod,licet verbum,Poteſt , ſit extenſi-
81 uum ad omne tempus , etiam futurum, † vt l. ſi ita
quis.de leg.2.tamen cum ſe referat non ad conditio-
nem,Si valet,ſed ad diſpoſitionem , & in ea ponitur,
quæ,deficiente cõditione,ſubſequitur,non importat
futurum tempus,quo teſtamentum non eſſet valitu-
82 rum,†ſecundum Bar.in l.ſi ita.col. fi. ver. quæro ſci-
tis.de au.& arg.leg.ſequitur Imo.in d.l.ſi ita quis.re-
probando Bal.ibi,quod non bene intellexerit Bar.in
loco hic alleg.

Idem puto,& ex facto iam reſpondi conſi.31. nu.5.
& ſequent.lib.1.eſſe conceptam verbis præſentis tẽ-
poris huiuſmodi formam clauſulæ codicil. Hanc di-
xit eſſe ſuam vltimam voluntatem , quam valere vo-
luit iure teſtamenti,caſu, quo iure teſtamenti valeat.
alias valere voluit iure codicillorum,quia verba iſta,
Voluit,& valeat,ſunt primum tẽporis præteriti per-
fecti, & alterum,temporis præſentis ſubiunctiui , ita-
que referuntur ad tempus pręſens conditi teſtamen-
ti.Iulianus.§.fin.de leg.3.& d.l.ſi ita legatum.de aur.
& arg.leg.& l.ſi quis vinum.§. item.de vi. trit. legat.
cum ſimil.illa adiectio,caſu quo etiam , quod poſſet
importare conditionem,per l.à teſtatore. de condi.
& demonſtra. cum alleg. ab Aym. in conſi. 28.col.1.
cum tamen reſpiciat verbum præſentis temporis,
Valeat non facit conditionem,vt per Bar.in l.1.col. 2.
verſ.primo ergo.ff.eo.& dictio,Alias,in hac parte ,eſt
inducens contrariam conditionem præmiſſæ diſpo-
ſitioni ,cum ſit præſentis tẽporis,poteſt exponi, alias
id eſt,ſi non valeat iure teſtamenti,valere voluit iure
codicillorum,vt ex præmiſſa diſpoſitione,per ea,quæ
tradit Bart.in d.l.1.col.4.in 4.& 5. quæſt. & Socin. in
con.51.col.fi.ver.4.principaliter.lib.1.& verba acceſ-
83 ſoria referuntur ad principalem diſpoſitionem : † l.
prædiis.in prin.& ibi Batto.de leg.3.& Cle.1. in fi.de
præben.non obſtat,quod Ioan.And.dicat in addi. Ad
Specu.in d.tit.de inſtr.edi.§.compendioſè.col.8.ver.
item vide.in ver.non valeat.quod verbũ Valeat,reſpi
ciat futurum,quia ipſe ibidem, & iura , quæ allegat,
loquuntur,quando præcedit negatiua,nõ valeat,quæ
ſemper, & magis negat , quàm affirmatiua affirmet,
84 †Glo.in ver.à ſuſpenſis:ante med.in ca.cum dilectus
85 de conſ.& negatiua protrahitur in infinitum, † gloſ.
in fi.in l.hoc genus de condit.& demon. vt in ſpecie
adducit Dec.in con.490.col.3.nu.6.affirmatiua verò
86 ſufficit ſemel verificari, licet non duret † per reg.l.ſi
quis hæredem,& ibi not.per doct.C.de inſt.& ſubſti.
& in l.in ſubſtitutione.de vulg.& pup.& l.ſi ita quis
ſtipuletur.de verb.oblig. Ad quã quidẽ affirmatiuã,
quæ eſt hic,illa particula,quam valere valore voluit
iure teſtamẽti,refertur altera particula hęc,cauſę,quo
iure teſtamenti valeat,vt ſermonis commixtio & con
tinuatio oſtendit:l. cum delanionis.§. quod ſi æneũ.
de fundo inſtruct.l.nummis.in fi. de leg. 3. quæ ſanè
altera particula caſu,quo,&c.cum alia conſequẽti cla
uſula alia,& deficit cum ſemel valuerit iure teſtamẽti,
vt priùs diſpoſuit teſtator, ita in ſimili firmat Signo.
in conſi.233 Quidam Alber.col.fi.ver. Præterea hæc
clauſula,& Bal.in con.44.Præſuppoſito, quod dictus
ſtator.lib.4.& per.Bar.& alios in d. l. ſi ita ſcripſiſſet
de leg.2.

Vide tamen,quod alias forſan ſi incipiat dicere nõ
valeat,&c,Verbum hoc,Valeat , ſubiunctiui modi,
87 poteſt eſſe futuri temporis,per † d.addi.Ioan.And.&
doctr.Bar.in d.l.1.in 7.quæſt.de in. codicil. & in ter-
minis firmat Corn.in con.320.Dubia.col.fi.lib.4.vbi
dicit,hanc interpretationem eſſe faciendã, vt eo mo-
do fauorabilius vltima voluntas valeat , & verbum,
quod poteſt intelligi in præterito & in futuro , com-
plectitur vtrumque tempus,ad dictã clauſulam codi-
88 cil.† not.Bal. in l.cum pater. §.fidei tuæ. de leg.2.&
Ang.in l.ſi ſeruitus.co.2.ver.in vltimis autem volun
tatibus.ff.de ſerui.vrb.præd. vbi not. doctr. tradit ad
cognoſcendum verba futuri temporis,& fortius vide
tur poſſe procedere in verbo,quod poteſt intelligi in
præſenti & in futuro , quia præſens vt mediũ inſtans
futuro eſt propinquius & cito adhærentius,quã prę-
89 teritum. † Cogita ideo ſuper Aym.conſi. 69. † quia
90 Bar.quem doct. communiter referunt & ſequuntur
dicit in d.l.1.in quæſt. 7. de verbis ſubiunctiui , ſiue
ſint præteriti tẽporis,vel præſentis,quod poſſunt ha
bere ſignificationem futuri,per iura ibi alleg. per eũ,
intelligendo maximè,quod præcedant per negatiua,
Si non valeat per ſupra proximè alleg.

Magis deprehenditur, futurum tempus facere hu-
iuſmodi conceptionem,Si non valeret iure teſtamen
ti valeat iure codicillorum : quia eſt verbum ſubiun-
ctiui temporis,præteriti imperfecti : & omne imper-
91 fectum tendit in futurum:†vt expreſſe docet Bart. in
quæſt.7.de iu.codicil,& Bald.in d.l.fi.in col. penult.
ver.deinde reſpiciamus.de codicil.comprobat Corn.
in conſi.118.Videtur primo.col.penult.ver. ſed dato,
quod non procederet. lib.2. & in conſi. 408.Pro de-
ciſione.colu.2.lib.3.& Capra in conſi. 106. Punctus.
Quidam Ioannes,col.fin.ver.ſed dato ſine præiudi-
cio.& Dec.in conſ.242.In caſu propoſito.col.fin.ver.

ſed reſpondetur breuiter.
Verum hanc concluſionem declara:& intellige, vt
per Ang.Ca.Imo&.Iaſ.in l.cum ſtipulemur. de verb.
oblig.quod teſtamẽtum nullum præteritione filij na-
ti,& reconualeſcens per mortem iſtius filij,viuo teſta
tore,non ſuſtinetur per clauſulam codicil.ſic conce-
ptam,alio filio exhæredato, querelante, & irritante
ipſum teſtamentum:quia iam ſecundum tempus præ
92 ſens verificata eſt,circa validitatem teſtamenti,condi
tio illa.Si non valeret,vt ibi per† Ang.& alios alleg.
& per Aym.in d.con.79.ver.& licet iſta.
Item continet futurum tempus, hoc modo conce-
pta,Si non poteſt valere iure teſtamenti, &c.ob ver-
bum,Poteſt,extenſiuum ad futurũ,per d. l. ſi ita quis
in prin.de leg.2.ibi.firmant Pau.de Caſt.Imo. & Bar.
in d.l.ſi ita eſſet.col.fin.ver.quæro ſcitis.in fin. de au.
& arg.leg.& comprehendit futurum caſum inualidi-
tatis teſtamenti,& etiam contingentem poſt mortem
teſtatoris,vt contra Bar.ſecus ſentientem probat Cu
ma.in d.l.ſi ita quis.tota enim validitas & robur te-
ſtamẽti,& dictæ clauſulæ perfectè cognoſcitur & ſor
titur effectum poſt mortem teſtatoris:ca. cum Mar-
thæ.§.cæterum de celeb.miſ. cum vulg. quia nihil in
teſtamento valet, quoties ipſum teſtamentum non
93 valet,verba† tex.in l.1.§.2.de leg.3.Et viuo teſtatore,
nulla ſua voluntas dicitur voluntas:not.Bal. in l.con
ficiuntur.§.fi.ff.de iu.codicil.
Sed paſſim doct.ponunt pro communi forma, tẽ-
pus futurum demonſtrante,quod dicatur,Si non va-
let,vel valebit iure teſtamenti,&c.vt per Bart.in d.l.1.
in 6.quæſt.de iu.codicillo.& in d.l.ſi ita ſcripſiſſet. &
ibi Bal.& Imo.de leg.2.& alibi per Docto. Porro his
omnibus conſequens eſt, diligenter animaduertere,
quomodo dicta clauſula in ſui principio concepta ſit
94 † vt in ſimili reſpicit Iur.in l.ita ſtipulatus ſum. §.
itaque poteſt. de verb. oblig.nam ſi incipit à condi-
tione,expoſita verbo ſimpliciter præſentis temporis,
vt ſæpius dictum eſt,Si non valet iure teſtamenti,&c.
vel valere vult iure teſtamẽti,&c. ipſum præſens tẽ-
pus conditi teſtamenti debet attendi circa validita-
tem,iuxta verbi ſignificationem,per l.fin.§.1. de leg.
2.per Alber.in l.1.§.fin.de leg.3.& d.l. ſi ita ſcripſiſſet
& Sal.in d.l.fi.§.fi.ver.5.de.codicil.etiã quod ſequen
tia verba dictæ clauſulæ tempus futurũ reſpicerent.
per doct.Bart.in d.l.ſi ita col. fi.ver. quæro ſcitis. ſu-
pra proxmè alleg.& cõmuniter per Doct.receptam,
adeo,quod defectus poſtea ipſius teſtamenti ſubſe-
quentes non reputantur per dictam clauſulam,vt ha
betur in locis ſupra alleg.Secus eſt autem, ſi eius ini-
tium complectitur etiam futurum, forma & modo,
quibus dictum eſt:vel inceptum ſit dicere,Si non va-
lebit,&c.& vt per Sal.in d.l.fi.& d.§.fi.ver.nunquid,
ſi clauſula.poſt Bal.in col.pen.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtamentum:dum poteſt valere:non trahitur ad fideicomiſſum,per clauſulam codicillarem.*

2 *Codicillus requirit numerum quinque teſtium, etiã quod ſunt mulieres coram non rogati.*

3 *Codicilli non tenent ratione defectus voluntatis imperfectæ,vt ſi teſtator morte præuentus complere nequiuerit, vel non fuerint pubicati,coram teſtibus.*

4 *Teſtamentum,ſi non ſit ſuſpectum de falſitate, per contractionem duorum teſtium de ſeptem.*
*Et teſtator ſit habilis ad teſtandm:ibi.*
*Velis cui dandum eſt,ſit capax:ibi.*

5 *Teſtamentum,in quo adſit clauſula,Et valeat iure cuiuſlibet alterius vltimæ volũtatis,quo melius valere poteſt quomodo interpretari debeat.*

6 *Subſtitutio,quæ à principio valuit iure directo,per clauſulam codicillarem,quæ non reſpiciat futurum,non trahitur ad fideicommiſſum.*
*Amplia,vt hic.*

7 *Limita vt hic.*

8 *Clauſula codicillaris,quando facit valere teſtamentum in fideicommiſſi,natiuitate poſthumi ruptum.*
*Et quando non.ibi.*
*Et quid,ſi teſtator tantum vixit,quod potuit mutare,& non mutauit:ibi.*

9 *Clauſula codicillaris,vt operetur,requiritur, quod tempore teſtamenti adſit hæres ſcriptus, cui fideicommiſſum præſtari poſſit.*

10 *Stante ſtatuto,quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant teſtamento confecto,in quo maſculus ſit inſtitutus eo mortuo,& fœmina præterita, teſtamentum non ideo minus ſuſtinetur per clauſulam codicillarem; ideo ipſa non poteſt dicere teſtamentum nullum, & vendicare hæreditariam portionẽ:nec teneri,reſtituere hæredi maſculi fideicommiſſum,quia maſculus potuit tranſmittere hæreditatem hæredi ſuo,vt eſt communis.*

11 *Clauſula codicillaris non operatur contra mentem & voluntatem teſtatoris:exempla pete.vt hic nu.13. & quando potuit.nu.14.*

12 *Clauſula codicillaris efficit, vt generalis repetitio omniũ in teſtamento contentorum & relictorum ſit facta.*

15 *Clauſula codicillaris non operatur,quod vulgaris ſubſtitutio conuertatur in fideicommiſſariam.*
*Sed tamen vide poſtea.*

16 *Clauſula codicillaris efficit quod ſub reciproca ſubſtitutione inducatur fideicommiſſaria,contra Dec.*

17 *Voluntati teſtatotis non eſt aduerſandum.*

18 *Clauſula codicillaris operatur, vt venientes ab inteſtato cenſeantur rogati reſtituere hæredibus ſcriptis in teſtamento irrito.*
*Amplia,ſi ſuccedentes ex teſtamento ſint rogati.*
*Exempla pete,vt hic.*

19 *Clauſula codicilla operatur ab inteſtato, & ad teſtamentum,& omnifariam, & omnibus modis quibus codicilli fiunt.*

20 *Clauſula codicillaris non operatur contra teſtamentum fratris,in quo fratrem hæredem inſtituit turpem perſonã & eſt communis.*
*Limita,niſi fideicõmiſſum eſſet dandum, non turpi perſona perſona turpi inſtituta licet.nu.21.ſumita,vt ibi.*

22 *Teſtamentum,in quo frater fratrem præteriit, inſtituta turpi perſona,non ſolum,quo ad legitimã rumpitur, ſed etiam in totum,& hæc Communis.Nec ſaluatur ex clauſula codicillari.vt hic.*

23 *Incapax ex teſtamento,non eſt capax in codicillis.*
*Quod directa prohibetur per indirectum non admittitur ibi.*

24 *Fraus fieri non debet legi in prohibito diſponere vno modo,quod diſponat ad alium modum.*

25 *Clauſula codicillaris non debet operari in fauorem hæredis ſcripti,vbi culpa & defectu illius rumpitur teſtamentum.*

26 *Clauſula codicillaris nõ operatur,vbi ſit adita hæreditas.*

27 *Et ſi venientes ab inteſtato nolũt audire,non propter hoc tanquam bona vacantia fiſcus rapit: niſi propter delictum:ſed fideicommiſſum euaneſcit.*

28 *Rogati tam ex teſtamento, quam ab inteſtato reſtituere hæreditatem:ſi nolunt adire: coguntur ex ſen.conſulto Trebelliano:quo ceſſante:Principis auxilio.*

29 *Clauſula codicillaris concepta his verbis,Si nõ valet:&c. grauatus vt purè non detrahit:niſi vnam quartam.*

30 *Sed ſi dicat,Si non valebit, verificatur, vt poſt mortem teſtatoris rumpatur agnatione poſthumi, & tunc grauatus,vt ſub conditione,cui deberetur legitima ſtatim mortuo teſtatore,& quarta Trebellianica,verſo teſtamento in codicillum & fideicommiſſum, poteſt detrahere duas quartas.*

31 *Teſtametum per clauſulam codicillarem ſuſtineri quod habet inſtitutionem hæredis certorum bonorum particularium,& reſtrictiuè iuris accreſcendi comprehenſa & nullo dato cohærede.*



## SOLVTIO XI.

Reliquum eſt videre de aliquibus dictæ
clauſulæ effectibus, atque de eorum di
uerſitate,pro diuerſæ ipſi⁹ clauſulę for
matione & expreſſione, vt præmiſſum
eſt:nam primo certum eſt, dum poteſt
teſtamentum valere per dictam clauſulam,non trahi-
1 tur ad fideicommiſſum,†dicit Bal.in con.69.Factum
tale eſt.Quidam circa prin.lib.2. Ang. cum pluribus
aliis inter conſi.Pet-de Anc.in conſi.203.Ex thema-
te prædicto.col.2.in fi.ver.item non valet.Cum vero
teſtamenti defectus inſurgunt,refugium eſt ad d.clau
ſulam,per quam quoque certum eſt,non reparari,niſi
in quantum ad validitatẽ codicillorum requiſita ad-
fuerint,& vt codicilli poſſint valere, ſcilicet,vt adſit
2 numerus quinque teſtiũ,† Imo in l. codicillis §. fi in
fi.de leg.2.etiamſi ſint mulieres pro teſtibus: Iaſ.in l.
fi.circa fi.C.de codicil.etiamſi non rogati ſint teſtes,
vt ibi in tex.ad fi.& nõ ſit defectus voluntatis imper-
fectæ,quod antequã eſſet cõpleta,teſtator fuerit mor
3 te præuentus.†Bar.in d.l.1.in 4.quæſt.de iur. codicil.
& non ſit defectus publicationis coram teſtibus:Rui.
in conſi.193.num.9.lib.2.& teſtamentum non ſit ſu-
ſpectum de falſitate ob contradictionem duorum te
4 ſtium de ſeptẽ teſtibus adhibitis in teſtamẽto,† Soci.
in conſi.28.col.2. lib.3. & teſtator ſit habilis ad te-
ſtandum:l.Diui.§.codicillos.eo.de iur. codicil.& l.2.
de lega.1.atque is,cui dandum eſt,capax exiſtat, Bal.
in d.l.fi.col.3.ver.& per hoc apparet. & in l. Titia. ff.
de inoff.teſta.& quando dicit, Et valeat iure cuiuſli-
bet alterius vltimæ voluntatis,quo melius valere po
5 teſt:quomodo hæc verba interpretantur, †vide Bart.
in d.l.1.in qu.pen.& Vital.de clauſulis,in ver.clauſu-
la codicil.appoſita.
Diuerſitas autem effectuum d. clauſulæ manifeſta
eſt ex eius conceptione,per verba vel præſentis tem-
poris,vel futuri in ſui initio,vt dictum eſt,quod con-
cepta verbo temporis præſentis,Si non valet iure te-
ſtamenti, &c. teſtamentum non conuertit in codi-
cillum,cum teſtamentum ipſum corruit ex defecti-
bus,eueniẽtibus ex poſt facto, vt poſthumi agnatio-
ne,minima capitis diminutione, vel ex ipſo teſtamen
to,hæreditate non adita;vt per Specu.in dicto §.com
pendioſe.col.8.verſicu.item vide.Bald. in loco ſupra
proximè alleg.& per omnes in d.l.ſi ita ſcripſiſſet. &
in d.l.cum ſtipulamus.de verb.oblig. Exinde eſt vnũ
valde notandum,quod ſubſtitutio, quæ à principio
valuit iure directo,per d.clauſulam, non reſpiciẽtem
6 futurum,non trahitur ad fideicommiſſum, † vt not.
intelligit Imo.in l.verbis.col.1.de vulga.& pupilla.&
ibi Aret.ſequitur in col.pen.in fi.& ſimiliter recipro-
ca eos,inuicem ſubſtituit, non valet in futurum, vti
fideicommiſſaria,per dictam clauſulam, conceptam
verbo præſenti:Ripa in l.Lucius.col.penu.num. 45.
ff.eo expreſſe ſentit Soc.in conſi. 6. In præſenti con-
ſultatione.col.2.circa med.lib.3.& Ioan.Ant.Alexan.
in conſi.129.col.pen.circa fin. Simulatque enim va-
let teſtamentum, ceſſante dicta conditione, Si non
valet clauſula ipſa,ceſſat,& nihil operatur. Fulgo.in
d. auc.ex cauſa.col.pen.ver.concluditur ergo. & Sal.
in d.l.fin.§.fi.ver.5.& Corn.in conſi.54. Duo in pun-
cto.col.2.ver.cum igitur in fi.lib.3.& Socin. in conſi.
.140.Conſiderato teſtamento.col.4.ver. ſed iſtis non
obſtantibus.lib.1.vbi vero clauſula ipſa reſpicit tra-
ctum futurum,Si nõ valebis,operatur in caſibus prę-
dictis, quod teſtamentum & diſpoſitio in eo ſuſtinen
7 tur iure fideicommiſſi,†vt habetur in dictis locis,hic
& ſupra alleg.
Proſequar itaq; alia quæ dicta clauſula poteſt, vel
non poteſt operari etiam in ampla forma expreſſa.
Prima ſe offert illa perplexa doctorum altercatio, &
non modica difficultas, quando iſta clauſula poſſit
via fideicommiſſi ſuſtinere teſtamentum, ruptũ na-
tiuitate poſthumi,etiã ignoranter præteriti,de ſcien-
ter præterito,non fit dubium.In qua re Bal. Ang.Pau.
de Caſtr.Alex. Corn. Barba. Iaſ.Steph. Bertrand.ſibi
ipſis contrarios,deprehendit Tiraqu.in d.l. ſi vnquã.
in ver.donatione largitus.num.269.de quæſt. ita,ibi
allegat concordantes tenentes eſſe Com.Opin.dictã
clauſulam conuertere in fideicommiſſum, ruptũ na-
tiuitate poſthumi præteriti,de quo ſufficit cogitaſſe
generaliter per illa verba dictæ clauſulæ temporis fu
8 turi,Si non valebit: † Pau. de Caſtr. in conſi.15.Inci-
piendo à ſecundo.col.2.ver. breuiter. quando. lib.2.
Alex.in conſi.123.diſcuſſis hæſitationibus. colu. fin.
ver.& hoc verum.lib.1.& alibi in alleg.per Tiraquel.
in d.loco,ad quem fit remiſſio pro cumulo allegato-
rum in hac ſpecie,& ad Pariſ.in conſ.64.col.3.nu.17.
lib.2.& Bero.in conſi.12.lib.2.Sed tamẽ opinio Bar.
in d.l.1.in 6.quæſt.& in conſi. 235. Lapſus fecit teſta-
mentum tenentis,in hoc caſu dictam clauſulam non
operari,eſſe magis æquam & tenendam; & de facto
fuiſſe obſeruatum per duos ſenatores ſui Principis,di
cit Iaſ.in d.auc. col.penu.allegando Aret.in conſi. 24.
Quatuor dubia.& in conſi. vlt. reddendo etiam du-
biam illam limitationem,quando teſtator poſt nati-
uitatem poſthumi tanto tempore ſuperuixerit, quod
potuerit mutare teſtamentum, ſi voluerit, quam re-
ſolue,vt ſubtiliter per An.in conſi. 10. Iſta quæſtio.
col.fi.& conſi.364.Pierus.col.2.ad fi.& colum.ſequ.
vbi not.ſentit,quod dicta clauſula non debeat atten-
di, quando poteſt deprehendi de tanta imprudentia
teſtatoris in formando teſtamentum:ita & compro-
bat Ioan. Ant.Alexandri,in conſi.112.Viſo teſtamen-
to,dicens,hanc ſententiam eſſe magis communem,
& magis æquam:idem in conſi.125. Præſens caſus.e-
tiamſi adeſſet clauſula, formiter concepta, quod vale
ret etiã iure donationis cauſa mortis, vt ibi per eum,
idem quoque tenet Io.Dilect.de teſta.in tit.3.in cau.
10.incip.Poſthumus, quod per natiuitatem poſthu-
mi,dicta clauſula non obſtante, teſtamẽtum rumpi-
tur,tam quoad vniuerſale fideicommiſſum, quam &
quo ad particularia legata,quæ teſtator veriſimiliter
non feciſſet,ſi de poſthumo cogitaſſet,vt ibi per eum
cui addo Card. in conſi. 20. Cum in teſtamento, &
Rip.in l.ſi vnquam.in quæſt.21.numer.42. C. de re-
uoc.dona. & latè defendit.opi. Bar. Rui.in conſi. 2.
& conſi.6.lib.3. Bertrand. conſi.170.lib. 1. & Socin.
Iun.conſi.153.lib.2.& pro communi,æqua, & ſem-
per ſecuta per Senat.Medio.eam tenet Clar.in §. te-
ſtamentum.in quæſt.46.& per Gabri.Roma. de Cõ-
mu.opin.lib.6.de clauſ.concluſ. & inuoluendo plu-
ra ſed puto non diſcedendum à dict. opin. Bartol.
pro qua alibi conſului,vt patet conſi.67. lib.2.& per
duos celeberrimos Doctores Bononiẽſes ita iudica-
tum vidi:& ita teneo conforme,cum noſtra lege mu
nicipali prudẽter edita pro rigoroſitate iuris,& opi-

nionibus doctorum amputandis, quod clauſula co-
dicillaris non ſortiatur effectum per ſuperuenientiã
liberorum: de quibus non fuit expreſſe cogitatum in
teſtamento, vt cauetur Statuto Piſauri in additioni-
bus. rub. 15. fol. 125.

Item aduertendum eſt, quod vt d. clauſula poſſit
operari, requiritur tempore, quo deficit teſtamẽtum
adeſſe hæredem ſcriptum, cui poſſit præſtari fideicõ-
miſſum, vt alias inquiritur de perſona, cui ſit dandũ,
9 † per tex. & ibi Gloſ. in l. quidam referunt. in princip.
per hęc verba. Nullius enim momẽti eſt legatũ, quod
datum eſt ei, qui tempore codicillorum in rebus hu-
manis non eſt, licet tempore teſtamenti fuerit: eſſe e-
nim debet, cui detur. ff. de iur. codicill. ita in quæſt. de
filia excluſa per ſtatutum, donec & quouſque ſuper-
fuerit maſculus, & præterita per patrem, inſtituentem
filium maſculum, appoſita dicta clauſula in teſtamẽ-
to, Si non valet, vel non valebit iure teſtamenti. &c.
poſt mortẽ maſculi etiã cũ filias, & ſic remoto obſta-
culo de fratre maſculo per ſtatutum, prout et nunc,
ipſam filiam præteritam poſſe dicere teſtamentum
paternum nullũ, & ſuam portionem hæreditatiã ven
dicare, & non teneri ad reſtituendum fideicõmiſſum
10 hæredi maſculo hæredi ſcripto, † contra Bar. in l. fin.
§. fi. ff. ad Tertul. firmãt. Bal. & Sal. in l. 2. de lib. præte.
& Imo. in l. ei, qui ſoluendo. col. fi. ver. circa tertium.
ff. de hæred. inſtit. & quod maſculus viuens fuit hæ-
res, & in morte deſinit per ſtatutum eſſe hæres: ideo
ad filiam ſuam non potuit tráſmittere aliquod fidei-
commiſſum, per reg. Nemo plus iuris. de Reg. Iur. li-
cet Alex. in d. l. 2, videatur ſequi Bar. tamen contrariũ
defendit, dicendo ita communiter Doct. tenere. Cor.
in con. 126. Principale dubium. col. pen. lib. 2. Siquidẽ
dies fideicommiſſi ex dicta clauſula reſtituendi ceſſiſ
ſet in vita hęredis ſcripti, tale fideicommiſſum, etiam
non agnitum, tranſmitteretur ad hæredem ſcripti hę
redis, ſicut cætera fideicõmiſſa tráſmittuntur virtute
officij iudicis ſtatim, cum ceſſit dies cõpetentis pro
eis conſequendis, vt ſimiliter contra Bar. in d. l. 1. in
1. q. de iure codicil. poſt alios per eum alleg. ſic atte-
ſtando, eſſe Cõmunem Opinionẽ, tenet Dec. in conſ.
478. In cauſa Domini Aureli. col. 3. & in conſ. 490. Vi
ſis & circunſcriptis. col. fi. ita contra Bar. in hoc ſacrũ
Conſilium Neapolitanum iudicauit, vt per Capyc. in
deciſ. 86. In cauſa Ioannis Baptiſtæ. facit tex. in l. Sem
pronius in princi. de vſufru. leg. & in l. 3. §. fin. de his
quæ pro ſcrip. haben.

Oportet quoque animaduertere, clauſulam iſtam
non operari in eo, quod videtur eſſe contra mentem
& voluntatem teſtatoris, atque attendendas eſſe con-
ditiones in teſtamento aſcriptas, ipſum fideicommiſ-
11 ſum reſpicientes, nam demonſtratur, † præſertim in
eo, quod hæres grauatus, ſi deceſſerit ſine filiis ad re-
ſtituendum. N. ſi viuẽte teſtatore cum filiis nomina-
tur, & teſtamentum effectum caducũ, quæratur ſuſti-
neri per clauſul. codicillarem: reſpondetur, id quidẽ
non poſſe obtineri, ne fideicommiſſum detur contra
mentem teſtatoris: qui noluit deberi, decedente hæ-
rede grauato cũ filiis, vt ſubtiliter & latè probat Soc.
in conſi. 140. Conſiderato teſtamento. col. 4. & ſequ.
lib. 1. vbi dicit, generalem repetitionem omnium con
tentorum & relictorum in teſtamẽto eſſe factam per
clauſulam codicillarem, & ſub eiſdem cõditionibus,
12 † idem firmat, & conſi. 218. col. 5. lib. 2. & Rui. in conſ.
163. De duobus. col. 5. ver. ſed. his non obſtãtib. lib. 2.
& per Dec. in con. 342. col. pen. ver. tertio. & verſic.
ſeq. idem Socin. in conſi. 77. Viſis teſtamento in fin.
13 lib. 3. † dicit, dictam clauſulam non operari: quando
deficit voluntas teſtatoris: quia non venit caſus ab eo
prouiſus, ſicut etiam non deberetur ex teſtamento, i-
ta nõ debetur virtute clauſulæ codicillaris, vt ibi per
eum, & per Bero. conſi. 63. in fi. lib. 2, & quia d. clauſu
14 la intelligitur, niſi teſtatorem pœnituerit, † dicit Bal.
in l. eam, quam col. 15. ſub nu. 20. & verſi. extra quero.
D. de fideicom. eadem ratione, ne fiat præter volun-
tatem teſtatoris, vulgarem ſubſtitutionem nõ debere
conuerti in fideicommiſſariam, per dictã clauſulam
15 declarat † Dec. in l. precibus, col. 12. ſub num. 18. C. de
impuber. & in conſi. 205. in cauſa iſtorum. col. fin. in
fin. & in conſi. 248. col. fin. & conſi. 287. col. 2. in fin.
& in conſi. 291. Viſis & diligenter. col. 2. & in conſi.
384. in fin. licet hæc ſua declaratio videatur dubitabi
lis ex eodemmet conſi. Bald. in conſi. 319. Quidam
Nicolaus. lib. 5. quod pro ſe Deci. alleg. nam dicit ibi
Bal. in 2. col. clauſulam codicillarem videri appoſitã
in omnem caſum, in quo teſtamẽtum, factum ab eo,
qui teſtari potuit, deficit, & res reducitur ad cauſam
inteſtati: quia clauſula appoſita in defectum teſtamẽ
ti, venientes ab inteſtato onerare cõſueuit, hæc verba
Bald. & aliquid per Cur. Iun. in conſi. 139. in fi. & cla-
rius per Aym. in con. 22. col. pen. ver. 5. principaliter
declarationem iſtam Dec. quando d. clauſula verbis
præſentis temporis, Si non valet, concepta eſt, defen-
dit Ripa in d. l. Lucius. col. pen. de vulga. & pup. vt ſu
pra dictum eſt, & Aym. in loco proximè alleg. probat,
vbi eſſet vulgaris expreſſa, & ibi infert, quod tamen
contra Dec. in ſua declaratione eſt Com. Opin. quan-
do eſt talis clauſula cõcepta per verba præſentis, &
non futuri temporis, firmat Hier. Cagnol. in d. l. pre-
16 cibus. nu. 198. & vt per Soc. in conſi. 6. col. 2. li. 3. † &
contra Dec. latè inſiſtit Grat. conſi. 8. num. 13. & ſeq.
li. 2. generaliter enim obſeruandum eſt, nihil vnquã
debere concedi, vel attẽdi, quod voluntati teſtatoris
videatur aduerſari: l. † ſi quis vnum. §. item ſi quis. de
vi. trit. leg. cum vulg.

Scitur dictam clauſulam operari, quod venientes
ab inteſtato cenſeantur rogati ad præſtandum fidei-
commiſſum hæredibus ſcriptis in teſtamento irrita-
17 to, † vt dictum eſt ſupra: idem iuris eſt, ſi ſuccedentes
ex teſtamento ſunt iſti tales rogati, vt ſi quis teſtamen
to condito, in quo certos hęredes fecerit, alius fecerit
teſtamentum, in quo alios hæredes inſtituerit, clau-
ſula codicillari appoſita, id quod ruptũ fuerit aliquo
defectu qui poteſt reparari per dictã clauſulam, nem
pe hæredes inſtitudi in primo teſtamento, tenentur
vigore dictæ codicillaris clauſulæ fideicommiſſum
dare hæredibus ſcriptis in ſecundo teſtamento, per l.
ſi quis, cum teſtamentum. in prin. de iur. codicil. tra-
dit Corn. in conſi. 245. Licet in hac conſultatione. li.
3. & Guid. Pap. in quæſt. 513. De retractatione. & Soc.
Iun. in conſi. 106. Pulchra profecto. col. penu. num.
37. lib. 1. per doctr. Barto. communiter approbatam
in d. l. 1. in 1. quæſt. eſt enim notabile de iſta clauſula,
quod non ſolum operatur ab inteſtato, ſed ad teſta-
mentum, & omnibus modis, quibus fiunt codicilli.
18 † dicit Bald. conſi. 65. Proponitur, quod Putius in
fin. lib. 2.

Quæro, Nunquid per dictam clauſulam ſuſtinetur
teſtamentum fratris, ruptum per querelam alterius
fratris, ob turpitudinem & infamiam hæredis inſti-
tuti, ita quod frater quærelans teneatur fideicommiſ-
ſum præſtare hæredi ſcripto? Talem clauſulam ope-
rari etiam in hoc caſu, ex facto reſpondet Angel. in
conſi. 171. Petrus Capotranci, ſeu incip. Super pun-
cto prædicto. eo, quod codicilli non ſubiacent quere
læ ex eo, quod non fuerit in teſtamento inſtitutus.
qui de iure debuerit inſtitui, & ex eo, quod perſonis
infamibus à nõ militibus poſſunt legata vel fideicõ-
miſſa



miſſa relinqui: videntur ſentire Bart. Imo. & Alexan.
in l. ſi patroni. §. actiones. ff. ad Trebel. ſequendo ibi
dictum Dyni, volentis in teſtamento rupto per que-
relam fratris, inſtituta perſona turpi, per l. fratres. C.
de in offic. teſtam fieicommiſſum non eſſe nullum,
quando fuerit repetitum ab inteſtato, dictum conſi.
Angel. & Barba. in cap. Rainutius. de teſtamen. ſim-
pliciter allegando tenet, & dat pro cautela ſuſtinendi
teſtamentum huiuſmodi, Ioan. Dilect. de art. teſtan.
in titul. 3 cau. 16. cum iſta opinione tranſit Afflict. in
deciſio. 125. vbi & deciſio 204. ſequendo opin. Angel.
in l. 1. ff. de inoff. teſtam. dicit ſacrum Conſilium Nea.
politanum tenere, quòd ſufficiat fratri querelanti te-
ſtamentum dari quartam partem pro legitima, & ſe-
quitur Hier. Cagnol. in l. prima. ff. de in offic. teſtam.
20 num. 13. † Contrarium tenent ambo Rapha. Cuma.
& Fulg. inter conſ. Paul. de Caſtr. in conſi. 268. Ad pri
mum videtur. col. penult. & fin. lib. 1. & inter conſil.
Fulgo. conſi. 71. eo, quòd iure veteri teſtamentum per
querelam ruptum non vertebatur in fidei commiſ-
ſum, ex ea clauſula per leg. Titia. ff. de inoffic. teſta-
ment. quæ per iura noua non reperitur correcta in
tranſuerſalibus, & hoc odio turpium hæredum inſti-
tutorum, & ex eo, quod dicta clauſula poſſet inſeruire
ad alios effectus, quàm ad rupturam per querelam,
vt ibi per eos: hanc ſententiam firmat Paul. de Caſtr.
in d. l. ſi patroni. d. §. actiones, vbi dicit, quòd habuit
in facto, & conſuluit apud Vincentiam, quòd eadem
ratione reſcindetur fideicõmiſſum vigore dictæ clau-
ſulæ, qua reſcinditur inſtitutio directa, ne hæreditas
fraterna ſit apud turpem perſonam, ne ita querela fiat
ludibrio, quare fieri debet extenſio etiam ad rupturã
dictæ clauſulæ codicillaris ſubſidiariæ pariter reſcin-
dendæ, per eandem querelam, per regulam, quam fa-
cit, & adducit Dec. in conſil. 377. Conſultus. col. 1. ver.
ſecundò præmittẽdum eſt, eandem opin. probat Bar-
ta. in ſuo reper. in ver. clauſula codicillaris ſub nume.
40. Cremen. in ſingul. 90. incip. Tu ſcis, quòd fidei-
commiſſum. & Iaſ. in d. l. fratres. in duobus locis. in
col. 2. verſi. quartò. & in col. 3. niſi fideicommiſſum eſ
ſet dandum alij, quàm perſonæ turpi inſtitutæ, vt ibi
21 per eum. idem † probat Lud. Bologn. in conſil. 15. in
fin. & Ruin. in conſil. 5. col. fin. lib. 3. refert & ſequitur
Gabr. Roma. de Commu. Opin. lib. 6. de clauſ. con-
clu. 7. in fin. Goza in conſil. Videtur prima facie. col.
1. verſ. præterea. vbi licet ponat in contrariis, tamen
ibi in col. penult. ver. non obſtant contraria. id firmat
dicendo, eſſe veram, ſi hæres inſtitutus ſpurius non
fuiſſet legitimatus, & præ cæteris ætate noſtra inter
excellentiſſimos modernos, excellens & celeberri-
mus Iuriſcon. Phi. Dec. clariùs reſpondendo contra-
riis comprobat & firmat, dicens, iſtam concluſionem
eſſe veriſſimam, in conſil. 530. Viſo puncto, & ſeptem
dubiis. in 7. & vlt. dubio. reperitur inſertum poſt con
ſil. 561. idem tenet Fab. de Gioc. in auc. nouiſſima. col.
pen. num. 224. C. de inoff. teſtam. Et hanc ſententiã,
quod dicta clauſula non operatur ad fauorem hære-
dis turpitudine vel infamia notati inſtituti in teſta-
mento rupto per querelam fratris, amplector, & te-
neo, vt per Doct. communiter approbatam, vt poteſt
liquere ex alleg. ſupra veriorem per iura & rationes,
alleg. in dictis locis, maximè per Dec. & pro commu-
ni refertur per Roll. à Val. in conſil. 87. num. 12. lib. 3.
idem probat Bero. cõſil. 20. col. fin. lib. 2. quicquid di
cat, & teneat, & malè iudicio meo, Anchar Regien. in
q. 11. li. 1. ſuarum quæſt. famil.

Et per hanc nouam rationẽ, quam ab alio adhuc
non vidi ſic adductam, & per quam (ſi diligenter in-
ſpiciatur) omnia contraria penitùs tolluntur.

Nam præſuppoſito, conſanguineo fratre honeſto
non ingrato, & teſtamentum fratris querelante, qui-
libet inhoneſtus & infamis alias ab inteſtato nõ ſuc-
cedens hæres inſtitutus excluditur ab hæreditate ob
incapacitatem ſuæ perſonæ inductam odio ſui & tur-
pitudinis, vt omnes Doct. in d. l. fratres conſentiunt,
& huiuſmodi incapacitas eſt principalis ratio quere-
læ & rupturæ teſtamenti, quia turpitudinis cauſa ceſ-
ſante, & conſequenter dicta incapacitate ab ea indu-
cta frater omnino excluſus eſſet ab hæreditate alte-
rius fratris teſtatoris alium capacem inſtituentis, vt
abſque dubio verum eſt.

His ergo ſimul datis & ſuppoſitis terminis, & qua-
litatibus, quemadmodum turpis perſona excluditur,
& non poteſt capere directam hæreditatem ex teſta-
mento: quia ei auſertur à fratre querelante, nõ ſolum
22 pro legitima, † ſed quidem in totum, ſecundum
Commun. Opin. Doct. atteſtatam per Deci. in d. cõſ.
530. In quinto dubio. & per Iaſ. in conſil. 71. præſen-
tem dubitationem. lib. j. ſequitur Clar. lib. 3. recep.
ſenten. in §. teſtamentum. in q. 50. ita non poteſt ca-
pere fideicommiſſum ex codicillis: iſtam conſequen
tiam & regulam, facit & probat Bal. ſæpè alleg. in d.
l. fin. colu 3. in fi. ſub verſ. & per hoc apparet. C. de co-
dicil. vbi quando dicta clauſula operatur: quia qui
non eſt capax ex teſtamento, non eſt capax ex codi-
23 cillis, † arg. ff. de prob. l. qui teſtamentum. & l. cum
quis decedens. §. Titia. de leg. 3. hæc verba Bal. cum
quo ibi omnes poſt eum ſcribentes pertranſeunt ean
dem conſequentiam facit tex. in §. legari. Inſt de lega.
Hanc ſimilitudinem etiam Dec. in d. conſil. 530. in 7.
dub. ſeu in additione, vt ſuprà inſerta in col. pen. &
fin. verſ. & vlteriùs iſta concluſio. adducit ad regu-
lam, quod directo prohibetur, per indirectum conce-
di non debet, ſed propiùs tangit, & gladium apponit
ad radicem, prout ſuprà adduxi. Enimuero dare tur-
pi perſonæ, & auferre fratri via indirecta per fidei cõ-
miſſum, quod non poteſt dari via directa per inſtitu-
tionem, & debet auferri, per. d. l. fratres. non eſſet cau
tela, ſeu remedium, vt tradunt in contrarium allega-
ti Doctores, ſed eſſet fraus, & quid factum in fraudẽ
legis de vno modo diſponendi ad alium, quod fieri
24 non debet, † per d. l. cum quis decedens. § Titia. in fi.
& per not. in l. fraus. ff. de legi. Ex his quoque notabi-
lis concluſio poteſt colligi. quòd vbi culpa & defectu
hæredis ſcripti rumpitur teſtamẽtum, dicta clauſula
ad aliquod eius commodum non debet operari, nec
ex facto eodem, quo pœnam annullationis teſtamẽ-
25 ti ſentit, præmium fideicommiſſi conſequatur, † per
glo. plenam in l. ſi hæreditaria. & ibi Doct. ff. de neg.
geſt. & in l. non fraudantur. §. j. de Reg. Iur.

Præterea inſpiciendum eſt, quòd vt dicta clauſu-
la operetur, neceſſarium eſt, hæreditatem codicillan-
tis etiam ab inteſtato eſſe aditam per ſuccedentes ab
inteſtato, vel aliter grauatos ad præſtandum fidei-
26 commiſſum, quod aliàs non valeret, † vt per gloſſ. fin.
Bart. & Bald. in l. qui filio. in prin. ff. de hæred. inſtit.
Bartol. in l. ſi in teſtamento. in princ. circa fin. ff. ſi
quis om. ca. teſta. Bald. in l. Titia. ff. de in offi. teſta.
Iaſ. in d. auc. ex cauſa. circa fin. & in l. eam, quam. col.
6. de fideicom. & text. in l. 2. ff. de fideicomm. libe. &
tex. in §. j. & 2. Inſtit. de eo, cui liber. ca. bona addi.
quos text. Bart. allegat in d. l. ſi in teſtamento. quærit
autem Iaſ. in d. l. eam, quam. d. co. 6. quòd ſi nemo ex
venientibus ab in teſtato voluerit adire hęreditatem
non fiſcus, tanquam bona vacantia occupans, ſecun-
dum opin. Bald. tenetur præſtare fideicommiſſum-
ſed ſecundum opin. Pau. de Caſt. & aliorum, quando
fiſcus non occupat ex delicto, fideicommiſſum effici,

tur irritum, & alia diſpoſita per teſtatorem corruũt,
27 †vt ibi per eum. Verùm omittit, quod eſt melius, quo
nam remedio ſuccurretur fideicommiſſario pro con-
ſequendo fideicommiſſum ex d. clauſula codicillari
contra venientes ab inteſtato, quando non adierunt
& noluerunt adire hæreditatem. Reſpondeo breui-
ter, Cõtra eos dari & cõpetere remedium ſenat. conſ.
Trebell. vt cogantur adire quod competit tam con-
28 tra rogatos ex teſtamento, quàm ab inteſtato, † vt l.
1. §. hoc autem Senatuſconſultum. & l. recuſare. §. 1. ff.
ad Trebel. & quando alia remedia deficiunt à princi-
pe auxilium impetrandum eſt: l. ille, à quo. §. pen. & l.
2. verſus fin. ibi, ſed noſtro ſemper vtetur adiutorio. C.
com. de leg.

Rurſus diuerſi effectus dictæ clauſulæ verbo præ-
ſentis & verbo futuri conceptæ cognoſcuntur, quod
ſi verificatur in tempore præſenti, ſi non valet graua-
29 tus, vt purè non detrahit, niſi vnam quartam, † Barto.
Bal. & Salyc. in l. quanquam. C. ad l. Falcid. vt dictum
eſt ſuprà ſub hoc tractatu de codicillis, ver. quoniam
codicilli. ſi verò in tempore futuro, ſi non valebit, ve
rificatur, vt quãdo poſt mortem teſtatoris rumpetur
teſtamentum agnatione poſthumi, ſecundum ali-
quos, tunc grauatus vt ſub conditione, cui deberetur
legitima, ſtatim mortuo teſtatore, & quarta trebel.
verificatione poſtea facta de verſione teſtamenti in
codicillum & fideicõmiſſum, poteſt detrahere duas
30 quartas, † ſecundum Bald. in l. Papinianus. §. memi-
niſſe. in fin. ff. de inoffi. teſtam. & in l. filium. colum. 8.
verſi. item quæro, quid, ſi filius. C. famil. erciſ. probat.
Angel. in conſi. 99. Petrus de Vrbe. col. 1. in fi. & Alex.
in conſi. 142. Circa primam. col. 5. verſi. & per hoc pa-
tet. lib. 2.

Item nota, teſtamentum habens inſtitutionem hæ
redis certorũ bonorum particularium reſtrictiuè iu-
ris accreſcendi prohibitione comprehenſa, nullo da-
to cohærede, ſuſtineri per dictam clauſulam codicil-
31 larem † vt per Pariſ. in conſ. 17. in fi. lib. 3.

*S V M M A R I V M.*

*1 Contractus ab initio ſunt voluntarij, & ex poſt facto neceſſarij, adeò, quòd altera parte inuita non poſſunt reuocari.*

*2 Sed voluntates vſque ad extremum vitæ reuocari poſſunt.*

*3 Donatio cauſa mortis, an videatur vltima voluntas, an legatum, vel potius dicatur contractus, vel differat ab ea quæ inter viuos fieri conſueuit natura, vel cui aſſimiletur. & nu. ſeq.*

*6 Notariorum imperitia, vel nimia peritia deſtruit mundum, & ponit conſcientias virorum bonorum in magno diſcrimine: plura d. Alex. Stiaticus Bononiæ. in tractatu ſuo Tabellionatus. q. 7.*

*7 Clauſula codicillaris, ſi non valeret iure teſtamenti, vel codicillorum, valeat iure donationis cauſa mortis, intelligitur de donatione cauſa mortis, quæ eſt mera vltima voluntas, natura & effectu, & non de ea quæ in ſe continet contractum, & quæ non fit niſi pactione, & traditione.*

*8 Clauſula, Si non valeret iure teſtamenti, vel codicillorum, valeat alterius cuius libet vltimæ voluntatis, quomodo intelligatur.*

*9 Teſtamentum inter liberos, vel ſimplex voluntas etiam imperfecta, valet inter liberos, & duo ſufficiunt teſtes.*

*10 Limita non procedere inter extraneos.*

*11 Clauſula valere debeat iure codicillorum, nihil, vel parùm operatur in teſtamento inter extraneos, quia teſtator non poteſt tollere, vel minuere ſolemnia teſtamenti, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

*Clauſula prædicta quid operetur, poſita in teſtamento filijfamilias cum conſenſu patris, qui ſpecialiter requiſitus ad donatio. cau. mort. non cenſetur præſtitus ad cauſæ mortis donationem, per illa verba alterius vltimæ voluntatis, quæ debent referri ad ſimilem vltimam voluntatem, vt ſunt magis ſimiles teſtamento, codicillo, quam donatione cauſa mortis numero 12. limita, vt hic.*

*13 Donatio cauſa motris, quo ad ſui ordinationem, magis accedit contractui.*

*14 Donatio cauſa mortis, dicitur vltima voluntas.*

*15 Verba ſufficiunt generaliter verificari.*

*16 Actum magis faciũt cognoſcere requiſita ad actum, circa formam & modum interuenientia, quàm verba.*

*17 Interpretatio benigna, & præſumptio validitatis actus habenda eſt magis, quàm vt pereat.*

*18 Hæreditas dari poteſt pacto, vel donatione cauſa mortis.*

*19 Hæreditas, verbum, quandoque impropriatur, vt pro bonis accipiatur.*

*20 Idem in donatione cauſa mortis, vt donatio teneat.*

*21 Donatio cauſa mortis, vt ſit valida, requiritur capacitas donantis & donatarij.*

*22 Et quòd adſint quinque teſtes de iure ciuili.*

*Etiam mulieres. ibi.*

*23 Sed de iure canonico duo ſufficiunt cum parrochiano, vel duo alij loco illius.*

*24 Requiritur ſtipulatio, vel pactum pro eo, in quem diſpoſita in teſtamento diriguntur.*

*Donatio cauſa mortis fit inter præſentes, num. 25. & debet acceptari. num. 26.*

*27 Præſentia alicuius requiſita ad actum, non præſumitur, niſi appareat in ſcriptura.*

*28 Præſens & intelligens in dubio præſumitur conſentire, etiam ſi taceat.*

*29 Donatio cauſa mortis, hodie nudo pacto perficitur.*

*30 Et ſufficit ſola præſentia donatarij, quando dicitur in teſtamento, ſi non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorum, donationis cauſa mortis vel cuiuſcunque vlterius voluntatis: quia ſi præſens ſit donatarius & intelligens, licet tacens, valet teſtamentum in vim donationis cauſa mortis. & num. 31.*

*32 Promiſſio facta præſenti & tacenti eſt pactum, non pollicitatio & hoc communis.*

*33 Hæres, vel legatarius præſens teſtamento Notario non ſtipulante pro eo, & omnibus, quorum intereſt, vt fideicommiſſum, non vt donatio cauſa mortis, vel contractus valeret.*

*34 Donatio cauſa mortis, non requirit aditionem hæreditatis, ſed ſola morte teſtantis confirmatur.*

*35 Donatio cauſa mortis pœnitentia non reuocatur, mortuo teſtatore abſque hærede.*

*37 Donatarius grauatus, non eſt hæres ad reſtituendum bona aliis, non detrahit Trebellianicam.*

*38 Voluntas teſtatoris vbi dependet à voluntate hæredis, vel legatarij, vel alterius, vti captatoria, non tenet.*

*39 Limita in donatione cauſa mortis, quæ tanquam contractus poteſt ex alieno arbitrio pendere.*

*40 Filiuſfamilias poteſt donare cauſa mortis, ſed non poteſt teſtari.*

*41 Limita vt hic.*

*42 Si in teſtamento adſit clauſula, quòd ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, vel donationis factæ inter viuos præſenti & acceptanti, vel Notario tanquam publicæ perſonæ recipienti, ſi poſtea reuocetur, per ſecundum teſtamentum, cenſetur reuocata talis donatio. Et iſta eſt communis.*

*43 Limita, vt hic.*

*44 Cautelæ extraneæ & inſolitæ, reddunt actum inualidum.*

SOLV-



## SOLVTIO XII.

DE donatione cauſa mortis, alia vltimæ
voluntatis tertia ſpecies ſuperius præ-
miſſa, ſunt adhuc aliqua dicenda, cum
autem ab origine ſua cœpiſſet hęc dona
tio eſſet promiſcua inter viuorum con-
tractus, & vltimas volũtates, atque inter iſta, multùm
intereſſe quiſque ſciat, quòd contractus maximè ex
duorum vel plurium conſenſu dependentes firmio-
res ſunt, & non poſſunt altera parte in vita reuocari:
1 † l. ſicut. C. de actio. & oblig. & l. perfecta. de don. quæ
ſub mo. & §. 1. in fi. Inſt. de don. nec quidem reſcripto
principis reſcindi poſſunt: l. ſi donationem. C. de reu.
dona. & l. 2. C. de du. re.

Vltima verò voluntas non dicitur, niſi poſt mor-
tem diſponentis, qui viuens pro libito poteſt eã ſem-
2 per reuocare, † l. ſi mihi. §. in legatis. de leg. 1. & l. ſi qs
in prin. de leg. 3. vt dictum eſt ſ. verſi. morteque ipſa.
Pariter ideo cepit iſta mortis cauſa donatio defatiga-
re antiquos Iuriſconſult. & legiſlatores in diſcernen-
3 do decidendóque, † qualem communionem habeat,
& cum contractibus inter viuos, & cum vltimis vo-
luntatibus, & quod per omnia ſic ferè legatis connu
meretur, & eundem ſortiatur effectum, quem habẽt
4 vltimæ voluntates: † vt l. fi. C. de dona. ca. mor. & §. 1.
Inſti. de donat. & ibi in gloſſ. de pluribus differentiis
inter donationem cauſa mortis, & legata, facilè de-
mum ex legibus ipſis percipi poteſt, iſtam donatio-
nem magis comparari legatis, longéque differre ab
illa vera & abſoluta donatione inter viuos: vt l. ſena-
tus. in princip. & l. illud. in prin. ff. de dona. cau. mor.
5 & d. §. 1. Inſt. eo. † eo præſertim, quòd ſicut legatũ pœ-
nitentia reuocari poteſt: l. Marcellus. §. 1. & d. l. ſena-
tus. §. 1. in fi. ff. eo. & d. §. 1. Inſti. eo. & l. non omnis. in
princ. ff. ſi cert. pet.

Hoc autem vnum inſudare facit, & ingenia eleuare noſtros Iuriſcon. in reſponſis, præcipue ad perſcrutandum, & interpretandum quandoque eſſe donatio. cau. mor. & ſapere vltimam voluntatem hoc ſolo propoſito ſoláque intentione iſta ad cauſam faciente, vt potuit pœnitentia reuocari, & econtra quandoque eſſe donationem inter viuos, & irreuocabilis, & firma permanere cenſeatur, prout caſuum diuerſitates accidere ſolent: vt exorditur Marſi. in ſingu. 136. Longa profecto. Plerunque etenim, ac ſępius accidere conſueuerunt huiuſmodi anfractus inter coniuges, generum et ſocerum, vel ſocrum, et ſimiles, non tam affinitate, quam aucupandarum ſucceſſionum cupiditate coniunctos, vt facilius inducantur hi, proponitur blandis verbis poſſe fieri teſtamentum ſemper ad libitum teſtatoris reuocabile, vel donationem cauſa mortis, quæ ſimiliter vſque ad extremum ſemper poteſt reuocari, quam primum ad hoc reperitur materia bene diſpoſita, ecce tabellio magis forſan amicitia rogantis vel malitia, quam ſinceritate, ſcientia, vel conſcientia præditus, ſcribens tale teſtamentũ vel donationem cauſa mortis, apponit pleniſſimas et geminatas clauſulas ab omni parte pinguedinem profluentes cum conuerſione in caſu reuocationis teſtamenti in contractum donationis cauſa mortis, et puræ, et ſimplicis donationis inter viuos, cum ſtipulationib. pro omnibus, quorum intereſt, et c. cum promiſſionibus de non reuocando aliquo caſu, et de non contraueniendo, per hæredes, et pro hæredibus ſtipulando et paciſcendo, et in forma ampliori, qualis et quanta poſſit inueniri in ſumma et formulario Orlandini, et in cautelis Cæpollæ.

Quibus obtentis, incipiunt blandimenta deficere, deinde bona condimenta aliorum tendere: Ceres tandem & Bacchus è domo perpetuò exules fiunt, bonus verò teſtator vel donator, re bene intellecta, & experta bis, ter, quaterque, aliorſum & ipſe vadit eiſdem & blandimentis, & condimentis, quæ perdiderat inuentis memoriam tenens ſuę priſtinę intentionis reuocandi diſpoſita, quando ſibi libuerit taſtamentum, vel donationem, qualis fuerit, per eum conditam reuocat, alij relinquit bona ſua, & poſtremum ſuæ vitæ claudit diem, quiſquis obtinens teſtamentum, vel donationem quærit eius vigore cõſtitui bonorum poſſeſſor ſuum teſtamentum vel donationem contendens præualere: non poteſt enim vnius hominis, niſi vnum teſtamentum, & vna diſpoſitio valere, vt in præcedentibus dictum eſt, vtrinque conſuluntur peritiores, & vtrinque exhibentur diuerſa, vel diuerſa reſpõſa, exinde verum eſt illud, imperitiam vel nimiam peritiam tabellionum deſtruere mundum, & ponere bonorum virorum conſcientias in diſcri-
6 mine magno, † dicebat Bal. in conſi. 6. Viſo teſtamen
to Bartolucij, lib. 4. refert Iaſ. in conſi. 97. col. 2. lib. 4.
& in l. filius à patre. in prin. col. fi. de lib. & poſth. & fa
cere in teſtamentis pullulare multas difficultates, ait
Socin. in conſ. 12. in prin. lib. 3.

Itaque ſuper his pro clariori diſcuſſione, & reſolutione ſimilium quæſtionũ. de tribus quæri ac tractari oportet. Primò, qualiter donatio cauſa mortis ſub clauſula prædicta codicillari in teſtamẽtis inſeratur, conuertatúrve in contractum abſolutæ donationis inter viuos, quídve operetur. Secundò, de ſignis & coniecturis, oſtendentibus ipſam donationem, aliàs ſeparatim factam eſſe donationem cauſa mortis, & præmiſſam ſpeciem vltimæ voluntatis. Tertiò & vltimò de formis & qualitatibus demonſtrantib. eandem donationem eſſe meram, & ſimplicem donationem inter viuos, & irreuocabilem, & hæc mihi videntur vtilia ac ſæpiùs in practica, & vſu contingibilia, atq; noſtro tractatui ſummoperè conuenire, & quiſque poterit inſpicere, & inuenire quæque horum ad caſum ſibi contingentem facere poſſint, & de his ſibi inſeruire patrocinando, vel iudicando.

Ad primum igitur continuando ſæpè dictam clau
ſulam codicillarem breuiter reſpondendum eſt, cen-
ſeri inſertam ſub dicta clauſula, & factã donationem
cauſa mortis, ſi fuerit expreſſum, ita quòd poſſit com
prehendi, atque ſi interuenerit neceſſaria ad validi-
tatem ipſius donationis, nam exprimi ſolet, quan-
doq; expreſsè & ſpecialiter, quandoq; generaliter &
ambiguè, Primo modo exprimitur ſpecialiter, quan-
do dicatur, Si non valeret iure teſtamenti vel codicil-
lorum, valeat iure donationis cauſa mortis, vt de hoc
modo ponit Ang. de Aret. in tract. de teſtam. in glo. c.
incip. Donatione cauſa mortis, quæ eſt mera vltima
voluntas natura & effectu, & nõ de ea, quę in ſe con-
tinet contractum, & non poteſt fieri, niſi pactione, &
7 traditione: vt ſingulariter declarat † Bal. in l. legatum.
de leg. 2. Alio autem modo, & generaliter, quãdo di-
ceretur, Si non valeret iure teſtamenti, vel codicillo-
rum, valeat iure alterius cuiuſlibet vltimæ volunta-
tis, hoc modo expreſſo iure teſtamenti, & codicillo-
rum, de alio iure cuiuſcunque alterius vltimæ volun-
tatis, intelligitur de donatione cauſa mortis, quæ eſt
vna tertia ſpecies vltimæ volũtatis, vt præmiſſum eſt,
ita poſt alios, per eum allegat. † tradit Alexan. in l. ſe-
nium. colum. penult. in fin. C. qui teſtam. fac. poſſ. li-
cet ibi loquatur reſpectu conſenſus patris filiofam. l.
præſtiti ad teſtandum, quòd illo modo extẽdatur ad
donationem cauſa mortis, quam filiuſfamilias con-
ſentiente patre, & non teſtamentum facere poteſt: l.

tam is.§.1.ff.de donat.cauſa mortis, tamen & fortius
idem intelligi debet de diſpoſitione eius, qui liberè
teſtari poteſt: quia illa expreſſio cuiuſlibet alterius
vltimæ voluntatis facta expreſſione teſtamenti & co-
dicillorum, non poteſt referri, niſi ad donationem
cauſa mortis,quæ etiam eſt vltima voluntas:l.fin. C.
de donat.cauſa mort. Ergo perinde eſt,ac ſi ſpeciali-
ter eſſet expreſſa,argum.l.2.de liber.& poſthu. vt de-
ducit Alexan.in conſ.53.In cauſa & lite.colum.3.lib.
7.& in d.l.ſenium.quem ibi licet Deci.in col. penult.
mordeat, dicens concluſionem Alexan. procedere,
ſi exprimatur de donatione cauſa mortis, tamen e-
tiam in caſu ſuo à concluſione iſta.vt magis commu-
niter approbata per Docto.alleg.per Alexan.ibi,non
eſſet diſcedendum in practica. idem poſt Angel. &
Imo.firmat Are.in l.qui in poteſtate.col.2.ff.de teſta.
dicens, quòd non eſt ratio,cur ſub iſtis verbis dona-
tio cauſa mortis non debeat comprehendi, ita eſſe
Commu.Opin.dicit Socin.in conſ.125,Non inſiſten-
do.in prin.lib.2.idem tenet Fulgo. in conſi.88. Viſis
ſuperius.colu.1. dubium erat de conſenſu patris ſpe-
cialiter pręſtando filiofam.ad donandum cauſa mor-
tis,per tex.in l.filiusfamilias. §.fin.ff.de donat. quem
ſpecialiter per dicta verba intelligi expreſſum vo-
lunt Docto. in locis ſuprà allega.ſed tale dubium,vbi
ſint dicta verba generalia,ceſſare videtur in teſtamē-
to eius,qui liberam habet teſtamenti factionē, quòd
donatio mortis cauſa comprehendatur, & ambiguè,
quando fuerit dictum, Si non valet iure teſtamenti,
valeat iure alterius vltimæ voluntatis.Ambiguitas eſt
hic, quia ceſſat numeratio codicillorum, & ceſſant
verba generalia cuiuſcunque, vel cuiuſlibet alterius:
ad hoc pariter reſpondet Alexand.in d.l. ſenium.col.
fin. non intelligi de vltima voluntate, quæ ſit dona-
tio cauſa mortis,ſed de codicillis,qui maiorem habēt
ſimilitudinem cum teſtamento,quam donatio cauſa
mortis,& in hoc Doctor. videntur magis communi-
ter concordare,vt dicit Socin.in conſil. 112. Multum
abundè.colum.3.verſic.aliquando & tertiò.lib.1.ite-
rum repetito in conſi.172.libro ſecundo, idem tradit
Bald.in conſi.504.num.3.libr.5.& Alexand.in conſi-
lio 53.In cauſa & lite.colum.2.lib.7.Vnde ſi iure co-
dicillorum non poſſet valere, dicta verba intellige-
rentur de voluntate minùs ſolemni: vt de voluntate
ſimplici & imperfecta inter liberos,in qua ſufficiunt
9 duo teſtes,etiam ſi ſint mulieres:† dicta l.hac conſul-
tiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſtamen.& l.fin. C.fa-
mil. erciſcund.vt per Bar.in l.1.in penul. quæſt.ff. de
iur.codicil.quod procedere in teſtamento, facto in-
10 ter liberos,& non inter extraneos, credit† Pract.Pa-
pien.in forma libel pro leg.rei ſingul.in gloſſ.in ver-
ſic.valere debeat iure codicillorum.colum.fi.dicens
talia verba vel talem clauſulam nihil vel modicum
operari in teſtamento inter extraneos,in quo teſta-
tor nō poteſt tollere vel minuere ſolemnia teſtamen
11 ti,niſi in caſibus à iure expreſſis:† vt in l.nemo poteſt.
de legat.1.et l.teſtandi. C.de teſtam. quod nota pro
declaratione doctrinæ Bartol.in dict. penult. quæſt.
ſed vt vides Alexan.et Socin.in locis proximè alleg.
12 † loquuntur in tali clauſula poſita in teſtamento filij
fam.cum patris conſenſu,qui ideo ſpecialiter requi-
ſitus ad donationem cauſa mortis,per d.l. filiusfam.
§.fin.non cenſeatur præſtitus ad ipſam mortis cauſa
donationem,per dicta verba alterius vltimæ volun-
tatis,quæ debent referri ad ſimilem vltimam volun-
tatē,vt ſunt magis ſimiles teſtamento codicilli,quam
donatio cauſa mortis,quæ magis quo ad ſui ordina-
13 tionem contractui accedit,† vt per gloſ.in l.2.de dot.
præleg. per Doct.in l.2.de leg.1.& id in teſtamento fi-
lijfam. crederem poſſe procedere.

Verùm in teſtamento alterius aliàs habilis ad te-
ſtandum & diſponendum de bonis ſui,ſi interueniat
pactum, vel ſtipulaio pro eo,in cuius fauorem facta
eſt diſpoſitio, putarem dicta verba optimè poſſe im-
portare donationem cauſa mortis,cum verba conue
14 niant,quia dicitur vltima voluntas: † d.l.fi.C.de do-
nat.cauſa mortis,alioquin ſufficiunt verba generali-
15 ter verificari:† l.ſi duo.§.fi.ff.de admi.tutor.& l.ſi cho
rus.in princip.de legat.3.quando aliàs non tractatur
de præiudicio patris conſentientis.tenet Dec.in d.l.
ſenium. colum. fin. & requiſita ad actum circa for-
mam & modum interuenientia ſunt, quæ magis fa-
16 ciunt,quàm verba cognoſcere ipſum actum:† l.inſu-
lam.de præſcrip.verb.l.ſi vno.in prin.ff.loca.& l.non
codicillum.C.de teſtamen.& ibi Doctor.cum ſimili-
bus, accedente benigna interpretatione & præſum-
ptione validitatis actus magis,quàm pereat, quæ in
17 his fieri ſolēt,† vt l.quoties.de reb.dub.l.in teſtamen
tis.de reg.iur.cap.cum dilecti.de donat.& per hæc e-
tiam ita ſentit Corn.in conſil.237.Viſo themate.col.
4.lib.4.& Roman.in d.l.tam is.col.penul.verſi.item
vt donatio.ff.de donat.cauſa mor.vbi etiam circa fi.
ſubiungit,quòd intendens teſtari ſenſerit, quòd ſi nō
valet eo modo,quo agit,valeat omni modo, quo va-
lere poteſt.Et reſpondet ad vnam obiectionem, quæ
poſſet fieri de tranſlatione teſtamēti ad donationem
cauſa mortis,quòd in teſtamento ſubſit datio hære-
ditatis,quæ per pactum,& donationem cauſa mortis
18 non poteſt dari: † l.hæreditas.C.de pact.conuent.&
in l.licet. C. de pact. tamen vt id demum fieri poſſit
ibi Roman. in d. l. tam is. in fin.dicit, quòd tunc eo
ipſo verbum,Hæreditas, impropriatur, & hæreditas
19 aſſumitur pro bonis: † l. quæſitum. §. ſi ſeruus. &
quod ibi notat Bart. de legat.1. idem in terminis, vt
donatio cauſa mortis valeat,verbum, Hæreditas,im-
20 propriatur,& aſſumitur pro bonis,† ſecundum Laur.
Calca.in conſil.12.Ad primum.col.4.num.§. verſ.ad
hoc,vt donatio.& latè Goza. in conſil.87. Prima fa-
cie.col.4.ſub num.17.& verſ.non obſtant allegata.&
Soc in conſ.125.Non inſiſtendo.in fin.lib.3. Aym.in
conſil.139.col.2.num.6.

Neceſſaria autem ad validitatem donationis cau-
ſa mortis ſunt nota, primùm capacitas diſponentis,
21 & eius in quem dirigitur diſpoſitio, † vt l.omnibus,
& d.l.tam his.ff.de donat.cauſa mortis.& in d.l.2.de
legat.1.deinde numerus quinque teſtium etiam non
22 rogatorum,& ſi ſint mulieres,† vt eſt iure ciuili ca-
tum,per l.fin.C.de codicil.& l.fin. C.de donat.cauſa
mort.etenim non ſufficeret,quòd eſſent nominatim
deſcripti quatuor teſtes,cum adiectione,& quamplu
rium aliorum:vt per Bal.in conſi.108.Domina Ioan-
na.col.1.verſ.ſecundum dubium.lib.3.pro quo opti-
mè facit, quod ſcribit Aretin. in l.hæredes palàm in
prin.col.4.verſ.tertiò adde. ff.de teſtam.& Bar.Cep.
in ciuil.conſil.54.colum.3. in 2.dub. quod eſt conſil.
Collegij Patauini.

De iure canonico,ſufficiūt duos teſtes cum parro-
chiano,vel loco parrochiani duo alij teſtes,& ſic qua
23 tuor teſtes † tradit Socin.in conſil.130.Viſa.col.pen.
verſic.circa ſecundam. l.1. & Ruin. in conſil.51. Pri-
mo.colum.4.num.12.lib.1.Et inter alia principale,&
præcipuum eſt,quod requiritur ſtipulatio, ſeu pactū,
pro eo, in quem diſpoſita in teſtamento diriguntur,
24 † per gloſſ.in l.cum pater.§.Mæuio.de leg.2.& in l.2.
C. de iur.dot. & in l.1.& ibi Docto.C.de donat,cau.
mort et Alexan.in conſi.168.in fi.lib.5. iſta enim or-
25 dinatio fit inter pręſentes † l.inter mortis.ff.eod.præ-
ſentia donatarij non præſumitur etiam,quòd inſtru-
mentum



mentum dicat,talis donauit tali,ſi non dicit tali pręſenti & recipiēti,donatio non valet, cum non appa-
reat de præſentia,quæ non præſumitur,& debet pro-
26 bari,† vt per gl.ibi firmat Pau.de Caſt.in l.illud.col.
fin.C.de ſacroſanct.eccle. cum concordan. alleg. per
Bald.in tract.de præſcrip.in 4.quæſt.prin.in 3.quæſt.
& Ruin.in conſ.154. Quia dubitatur.col. penult.ſub
num.12.lib.5.per quæ remouetur determinatio Imo.
in conſ.8.In caſu præmiſſo.col. 2. verſi. circa ſecun-
dum volentis totum oppoſitum, & quia iura allega.
per eum loquūtur in actibus, redactis in ſcripturam,
per quam ſatis probatur,contrahentes fuiſſe præſen-
27 tes,† vt reſpondent Bal.in l.2.C.de ſtatu.& imagi.ibi
dicit, illam legem per aduocatos frequenter allega-
ri, quòd vbi ad actum peragendum præſentia alicu-
ius requiritur,ea non præſūmitur niſi probetur, quæ
ſi non apparet ex ſcriptura, obtinet illa lex, ſecun-
dum eum ibidem, probata itaque ſimpliciter præſen
tia hæredis vel legatarij abſque eo,quòd expreſsè ac-
ceptauerit,dubium eſt,an ſufficiat, reſpondet Angel.
in conſ.183.incipien. Ber. aliâs, Ex themate prædi-
cto.colum.verſic.item non valet, & dicit, oportere,
quòd valeat iure donationis cauſa mortis,ex quo te-
ſtator ita diſpoſuit,& poteſt eo iure valere,quia tem-
pore teſtamenti maritus fuit præſens & intelligens,
28 & in dubio pręſumitur eſſe conſentiens:† tale pactū.
ff.de pact,eo, quia donatio cauſa mortis hodie perfi-
29 citur nudo pacto,† per glo. in d.l. cum pater.§. Mæ-
uio.& in dicta l.2.C.de iur.dot. & idem conſilio An-
geli inſertum reperitur inter conſil. Petri de Anchar.
in conſilio 203.Ex thæmate prædicto.vbi in fi.legun-
tur nomina quinque aliorum Docto. de Bononia, &
de Capua ſe ſubſcribentium.idem non allegato dict.
conſilio Angeli firmat Socin.conſilio 112. colum.2.
verſic.aliquando & ſecundò lib.1.dicens,Quando te-
ſtator dicit illa verba, Si non valet iure teſtamenti,
valeat iure codicillorum, donationis cauſa mortis,
vel cuiuſcunque alterius voluntatis, ſi præſens ſit is,
in quem talia verba diriguntur,tunc valet in vim do-
nationis cauſa mortis,illo exiſtente pręſente & intel-
ligente,quæ præſentia cum taciturnitate inducit cō-
30 ſenſum:† l.qui patitur.ff.manda.& per alia alleg.ibi
per eum dicentem in hoc videri doctores concorda-
re:tamen non ita planè in hoc Doctor. videntur cō-
cordare:vt ex eo patet, quòd Bal.in l. Labeo.in prin.
ff.de pact.dicit,teſtamentum non tranſire in contra-
ctum ex illis verbis,Si nō valeat iure donationis cau-
ſa mortis, cum non ſit præſentia donatarij recipen-
tis.idem ſentit in dicta l. ſenium. verſi. modò firma-
tur.dum vult, quòd non ſufficit præſentia donatarij,
niſi appareant aliqua ſigna conſenſus, vt ibi Angel.
idem etiam ſentit, quod vltra præſentiam donatorij
debet demonſtrari conſenſus, per aliqua indicia &
ſigna.Idem Angel. in l.qui in poteſtate.ff. de teſtam.
clarius dicit,quòd ille,in quem confertur diſpoſitio:
debet eſſe præſens & acceptans, & quòd acceptatio
tranſit in pactum,magis in terminis, & ore rotundo.
tamen Bald.& Angel.ſic,vt dixi loquentes, non alle-
gando Aret.in dicta.l.2.colum.2.de legat.1. ponētem
in dubio, quod dicit Angel. in dicto conſil.183. Non
ſufficere ſolam præſentiam donatarij, niſi expreſsè
31 conſenſerit & acceptauerit,tenet & firmat † Deci.in
Rub.C.de Pact.& in dict.l.ſenium. colum.penult. &
in conſilio 245. colum. penult. ſimpliciter ſequitur
Ioan.Anton. Alexandri.in conſi.93.in fin. faciunt a-
liqua allegata per Tiraquel. in d.l.ſi vnquam.in verſ.
libertis. ſub num.68. ſed breuiter non eſt diſceden-
dum ab opin.Angel.& Socin.in dictis conſil. per tot
celebres Doctor. approbata,& quia pactum nudum
inducitur ex conſenſu duorum vel plurium, & con-
ſenſus in fauorabilibus, habetur ex pręſentia,& intel
ligentia etiam cum taciturnitate, per reg.qui tacet.
de reg.iur.in 6.& d.l.qui patitur.ff.manda ita contra
Dec.reſpondendo ſuis fundamentis,concludit Ripa.
in rub.colum.6.num.24. de verbor.obligation. & in
dict.rub.colum.2.C.de pact.vbi atteſtatur eſſe Com-
32 mun.Opin. † quòd promiſſio facta præſenti, & ta-
centi ſit pactum,& non pollicitatio. idem ibi Hiero.
Cagno.num. 16.17.& ſequen. contra Dec. dicendo,
quòd in hoc tam legendo, quàm conſulendo incidit
in foueam cæcorum,nec à vertice ad plantas in dictis
ſuis eſt ſanitas, & communiter per Modernos ſcri-
bentes poſt eum reprobatur,& diffusè etiam funda-
mentis contrariis reſpondendo, vt ibi per eundem
Cagno.& in l.ſemper, qui non prohibet. de Regulis
Iuris.

Quando autem hæres vel legatarius,nō eſſet præ-
ſens confectioni teſtamenti, debet notarius ſtipulari
pro eo,& omnibus,quorum intereſt, aliâs vt fideicō-
miſſum,& non vt donatio cauſa mortis, vel contra-
33 ctus valere,† vt per Bar.in d.l.tam is.§.1.& Bal.in l.2.
in prin.ff.de pact.Imo.in l.vt hęredibus.& in l.miles.
in prin.de leg.1.& Guid.Pap.in q.222.& Soc.in conſ.
125.Non inſiſtendo.lib.3.

Adducam etenim aliquos effectùs, inductos per
huiuſmodi donationem cauſa mortis, ex teſtamanto
tranſlatam.

Primò pro eius validitate, non requiritur additio
hæreditatis, ſed ſola morte teſtatoris confirmatur:
34 † Bal.in l.eam quam.col.4.ver.item not.aliū caſum.
& in l.cum virum.C.de fideicom.vbi dicit,ꝙ pro tali
donatione poſſet agi contra curatorem,datum hære-
ditatiacenti.

Secundò cauſa mortis donatio aliquo modò per
pœnitentiam reuocata à teſtatore non deficit,ſed re-
manet in ſua validitate teſtatore moriente ſine hære-
35 de.† per l.ff.qui ſine manu.ad liber.perue.tradit pro
dicto,aliâs inaudito Angel.in l.qui Romæ.§.Flauius.
de verb.obliga.vbi adducit rationem ſuprà proximè
adductam:quia pro ſui confirmatione, non requirit
aditionem hæreditatis,& ibi cum Ang. tenent Imol.
Areti.Alexand.limitat, quando non præceſſerit tra-
ditio,& Iaſon in colum.fin.impugnat,ſed pro defen-
ſione conſidera, ſi hæc reuocatio non poſſit opponi
à tertio ad not.per Bartolum & alios in l.ſecunda,de
exceptio.rei iudic.& ſequitur Alexand.in l. non om-
nis.ſi certum petatur,& ponit in ſuis ſingul.Marſil.in
ſingul.63.

Tertiò licet ex parte teſtatoris per pœnitentiam
poſſit reuocari, tamen non poteſt reuocari ex parte
eius,qui acceptauit. ſi fortè ſub ipſa donatio ne ineſt
36 aliquod onus, † per Gloſ.fin.in fin.in l.cum pater.§.
mater.de leg.2.firmat Alex.in d.l. non omnis in prin.
num.6.

Quartò,quando talis donatarius grauatur, & non
vt hæres ad ad reſtituendum bona aliis non detrahit
Trebellianicam,quæ detrahitur ab hærede vniuerſa-
37 le,& non ab acquiſitore particularium bonorum, †
per l.mulier.§.fi.ff.ad Trebel.tradit Alexand. in con-
ſil.247.in fin.libr.ſextò.refert Aymo,in conſi.130. in
fin,licet contrarium teneat Bald.in conſilio 390. Hæ
quæſtiones. nume.3. libr. vbi tamen loquitur in fal-
cidia.

Quintò mirabilem effectum operatur, & hic vtar
verbis Iuriſ. in l.quòd ſi vno.ff.de in di.adiect.ibi, &
adiicit mirari ſe, à nemine animaduerſum: nam ſci-
tur,

tur,vbi diſpoſitio teſtatoris pendet à voluntate hęre-
38 dis vel legatarij,vel alius vti captatoria nō valet: † l.
illa Inſtitu.in princip.& l.captatorias.ff.de hæred.in-
ſtit.& l.captatoriæ. de legat.1.cum ſimilibus, ſi lega-
tum vel inſtitutio hæredum patiens defectum talem
transfertur in donationem cauſa mortis , vtique va-
lida erit talis tranſlatio , quia donatio cauſa mortis
vti contractus poteſt ab alieno arbitrio dependere,
39 † per l.ſi quis arbitratu.de verb. obligat.& l. fi.C.de
contrahend.emp.iſta eſt ratio per gloſſ. in dicta l. ſe-
nium.aſſignata , quòd filiusfami. poteſt donare cau-
ſa mortis cum conſenſu patris , quia contractus po-
teſt dependere ab alieno arbitrio:non poteſt verò te-
ſtari cum dicto conſenſu: quia teſtamentum non de-
bet dependere ab alieno arbitrio : & in hac ratione
ibi communiter dict.gloſſ. approbatur per Doctor.
40 † in d.l.tam is.§.1. dummodo ſubſtantiale dictæ do-
nationis non conferatur in arbitrio hæredis vel le-
41 gatarij vnius ex contrahentibus, † per not.in l.in vē-
dentis.C.de contrahen.emp.Et hæc ratio poteſt ad-
di illi opi.quæ eſt,ꝙ filiusf. cum conſenſu patris cau-
ſa mortis , non poſſit donare ipſi patri : & hoc nota,
quando vides teſtamentum corruere , vt dependens
ab alieno arbitrio,quomodo potes ſuſtinere per clau
ſulam donationis cauſæ mortis.

Si quidem vlterius proceſſerit teſtator diſponen-
do vel in defectum teſtamenti, codicillorum , & do-
nationis cauſa mortis , vel in caſum reuocati teſta-
menti,quòd valeat,vt donatio mera , ſimplex , & in-
ter viuos,& quòd ita ex nunc donat hæredi vel lega-
tario præſenti,ſi ſit præſens, aliàs Notario pro eo ſti-
pulanti:tunc quando tractatur de huiuſmodi tranſla-
tione, & mutatione actus in pœnam mutationis te-
ſtamenti ſuper vniuerſali ſucceſſione , talis adiectio
vti auferens factionem teſtamenti , & contra bonos
mores non valet:Bar.in l.ſi quis in princ.colum.pen.
& ibi alij,de legat.3.& in l.ſtipulatio hoc modo con-
cepta,de verb.obliga. ita eſt omnium Doctor. Com-
42 mun.Opinio,† vt per Alexand.in conſi.25. Viſo te-
ſtamento.lib.3.repetito in 7.conſi.156. quod deciſi-
uè edidit ad conſultationē Illuſtriſſimi Comitis Vr-
bini,& modò Ducis , & per Iaſ.in conſi.122. In præ-
43 ſenti cauſa.lib.4. vbi verò agitur de tranſlatione rei
particularis, legatæ in donationem inter viuos , re-
ſpondendo contrariis , eam valere, defendit Dec. in
conſil.293. Viſo teſtamento. ſequitur Socin, Iun.in
conſi.143.colum.pen. lib.1. & ponit Ioan.Dilect. de
ar.teſtan.in teſtam.in tit.10.in cau.2.vt eſt Rom.con-
ſil.293.Præſuppoſito.ſed etiam in legato rei particu-
laris,non eo,quod factio teſtamenti in aliis bonis re-
maneat,ſed quòd non poſſit impediri reuocatio le-
gati,per d.l.ſi quis.in princ.per quam l.& per l. cum
precario. ff.de preca.Bartol. ibi in d.l. cum precario.
dat generalem doctrinam, quòd in omnibus depen-
dentibus à voluntate mea,non poſſum facere,& ma-
ximè in teſtamento,quin liceat mihi meam volunta-
tem mutare , & aliis efficacibus fundamentis huiuſ-
modi tranſlatione & cautelam non valere : probat
Ruin.in conſil. 129.Donatio.& in conſil.178. Quæ-
ritur. libr.1. quod forſan iuri magis conſentaneum
eſt, quia plures ſunt tenentes etiam in vna re factio-
nem teſtamenti non poſſe reſtringi & tolli pacto,per
tex.in l.ſi fratres.§.idem. reſpond. ſocietatem.ff. pro
ſoci. vt dictum eſt ſuprà hac eadem interpretatione,
ſub dictione, Habilis,verſicu. poſtremo quæritur,an
pacto. & quia à principio teſtator elegit legatum re-
linquere via teſtamenti, quod pluribus modis,& ta-
citè,& expreſsè poteſt reuocari & adimi, tot titul.de
adim, leg. & hanc viam cenſetur ſibi voluiſſe patere:
arg.l. ſi mulier.§. fin.ff.de eo , quod met.cauſa. quod
modo eodem tempore ſub conditione, Si reuocaue-
rit legatum , eādem rem donat legatario inter viuos,
videtur, quòd exiſtentia actus reuocationis pro con-
ditione aſcripti ſit, quæ tribuat donationem: l.1 §.ſi.
autem aliquid ſub conditione.de caduc.tol.l. cedere
diem.ff.de ver.ſignific. cum ſimilibus. Ergo ex reuo-
catione videtur inducta datio , & iſta ad inuicem ſi-
mul,auferre,& dare eidem,ſunt contraria : vnius exi-
ſtentia non poteſt aliud ineſſe producere,arg.l.ſi Ti-
tius.ff.de cond.inſtit. & not.per Barto.in l. in nume-
rationibus. ff. de ſolut. volentem, vnum actum non
poſſe parere plures effectus contrarios , & maximè,
quia etiam huiuſmodi cautelæ non ſolent apponi in
teſtamentis, quando reperiuntur appoſitæ , inſpecta
ſimplicitate teſtatoris, & ſagacitate legatarij , & aliis
circunſtantiis inſpectis.nō carent ſuſpicione : extra-
neæ enim cautelæ , & inſolitus contrahendi modus,
44 reddit actum ſuſpectum,† dicit Bal.in conſ.75. Spu-
rio.num.2.lib.2.Iaſon.in l.teſtamentum. C.de teſta-
men.Petr.de Gerard.in ſingu.77.Deci.in conſi.448.
num.23.Aymo in conſi.103.num.11.& conſ.238.col.
penul.& Pariſ.conſi.10.col.2.num.12. lib.3. & Socin,
Iun.conſ.77.nume.47.libr. Foler. in pract. cenſu.in
verſic.non vitiatas.nu.16.& ſeq.per tex.& gloſſ.& ibi
not.per Bal.in l.ſi quis ſub conditione.de cond.inſt.
ita contra Deci. in d.conſi.293.allegando Alex.Pariſ.
& Curt.Iun.tenet Hieron.Cagno.in l.ſi. nu.221.222.
& ſequen.C.de pact.& Clar.in §. teſtamentum. in q.
95. lib.3. licet in fin.dicat: Cogita tamen ita tenen-
dum eſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba prius ſunt diligenter inſpicienda , pro actus cogni-
tione.*
2 *Verbis ſtādum eſt,vt ſi dico,Emo,quod ſit emptio,ſi dico,
Loco,quòd ſit locatio.*
3 *Verba contractus ſunt forma.*
*Natura actus inſpici debet num.4.quæ prævalet verbis.*
5 *Verba magis deſeruiunt naturæ contractus,quàm naturæ
verbis.*
6 *Donatio cauſa mortis dicitur,vbi ſit mentio mortis.*
*Mentio autem mortis habetur , vt ſi dicatur, Promitto
bona mea poſt mortem meā.nu.7.vel aliter.prout hic.*
8 *Donatio facta ab eo,qui erat in periculo mortis,ſi non po-
teſt valere,vt donatio inter viuos , valeat vt donatio
cauſa mortis:argumento ſumpto ab oppoſitis.*
9 *Differentia inter donationem cauſa mortis , vel inter vi-
uos,etiam tacitè,& vbi non eſſet facta mortis mentio:
num.10.11.12.13.& ſeq.*
15 *Donatio cauſa mortis,ab effectu colligitur,quando donās
vult pro ſe donatum,dum viuit.*
16 *Amplia,vt hic.*
17 *Donatio cauſa mortis à qualitatibus & ſignis arguitur,
puta,ſi adhibiti ſint quinque teſtes.*
*Amplia,vt hic.*
18 *Talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata.*

## SOLVTIO XIII.

SEcundum quæſitum de ſignis , & de-
monſtrationibus cauſa mortis factæ
extra teſtamentum, clarè poteſt expli-
cari ex illa vulgata doctrina , quæ eſt,
quòd pro cognitione actus verba prius
ſunt



1 ſunt diligenter inſpicienda : † l.ſi quis ſtipulatus ſit
Stichum.in prin.de verbo.obligat.l.fideiuſſores ma-
giſtratuum.§.1.ff.de fideiuſ.l.ex verbis. C.de don.int.
vi.& vxor.cum ſimi.vt in ſpecie dicit Bal.in conſ.29.
2 Punctus.lib.2.† nam Bartol.in l.dotem.§. qui maxi-
mos.col.pen.in 5.q.ff.de publica.dicit , eſſe ſtandum
verbis,vbi dico,Emo,ſit emptio , & iudicetur ſecun-
dum naturam emptionis:vbi dico,Loco , ſit locatio,
comprobat Alex. in conſ.3.Viſo inſtrumento. col.1.
3 ver.poſſet diſcuti.lib.1.† & dicit Bal.in l.quoties.col.
1.verſi.ex hoc elicitur.C.de ſup.& le.quod verba cō-
tractus ſunt forma contractus : deinde natura actus
intuenda eſt,cum effectibus ſuis,quæ demum verbis
4 prævalet:† l.ſi vno.in prin.ff.loca.l.inſulam, de præ-
ſcri.verb.l.donationes in concubinam. §.1.ff.de do-
5 nat. † & per hoc dicit Bal.in l.2.verſic. ſed iuxta hoc
quæro.C.commod.quòd verba magis deſeruiunt na-
turæ contractus, quàm natura verbis: quem Dec.re-
ferens in l.ſi donatione.col.8.verſicu. extra gloſ. ſub
num.37.C.de collat.dicit:Si dicatur, Dono tibi iſtam
rem pro decem,iſta non videtur donatio,vt verba ſo
nant , vbi alia plura ſimilia allegat in materia , & in
conſ.90.col.fi. & Aymo in conſi.20. col.2. & in con-
ſi.301.colum.2.vbi alios allegando,tradit, Si apparet
cauſa , ob quam facta eſt donatio , quòd dicatur do-
natio facta ob cauſam,non obſtantibus verbis appo-
ſitis purè,merè , ſimpliciter , & ex mera liberalitate,
&c. quibus verbis repugnans effectus magis atten-
ditur: d.l.ſi vno.cum ſimil.quæ allegādo poſſem im-
plere folia,ſed vti vulga.& nota omitto , ne cōtra ea.
quæ diximus procemio,faciā:& hæc communia ſunt
ad demonſtrationem donationis & cauſa mortis , &
abſolutè inter viuos, quamobrem quotieſcūque pri-
mum in donatione. vel conceſſione aliqua à conce-
dente mentio mortis, comprehenditur,ea eſſe dona-
6 tio cauſa mortis,† Gloſ.in verſ.ſtipulatum.in l.Seia.
de do.præleg.Bar.Pau.de Caſt.Rapha.Cuma.Imo.in
l.Seia.§.fin.ff. de donat.cauſa mort.Bar.in l.quæ do-
tis.col.2.ff.ſolu.matri.& ibi Alex.col.3.verſ. quod ta-
mē limita primò,& ibi Iaſ.in 7.col.Bal.in l.2.ver. dic
ergo.C.de iur.dot.& Rom.conſ.228.col.1.Bar.in l.ſi.
col. pen. verſ.& ibi Deci.in 6.col. nu.20.dicit,ꝙ iſta
concluſio communiter tenetur.

Mentio enim mortis habetur his vel ſimilibus mo
7 dis:Promitto bona mea poſt mortem meam:† vt per
Barto.in loco hic proximè alleg.vt ſic,dono tibi poſt
mortem meam,vel, cum moriar.Pau.de Caſt. in d.l.
Seia.in princ.circa fin.de donat.ca.mor.vel ſic : *Qua-
ranta fiorini d'oro che ve preſtari, voglio che ſiano voſtri , s'io
moro:&c.* Bened.Capra in conſ.86.Quidam ſer.Cora-
dus.verſ.Circa ſecundum.vel ſic,donauit per meram
donationem cauſa mortis: vt per Bald. in conſ.108.
Domina Ioan.col.pen.verſ.4. eſt videndum.lib.3.vel
hoc modo,donauit poſt mortem,exiſtens in periculo
mortis , coram quinque teſtibus, & ab extra dicente
Notario,ꝙ poterat reuocari,non obſtante promiſſio-
ne de obſeruando,& non contraueniendo, nec iura-
mento obſtante,vt per Corn.in conſ.126.Licet in hac
conſultatione.lib.1.

Aut ſic,quòd donat poſt mortem ſuam,& non an-
te, vt amplè conſuluit Iaſ. in conſ.6.Primum dubiū.
col.3.lib.3.vbi in prin.inuehit contra Notarium, er-
rore vel imperitia ponentem clauſulam in inſtrumē-
to contrariantes,& ambiguas : verba hæc, Poſt mor-
tem meam,remaneant bona mea tali, important do-
nationem,cauſa mortis:Bal.in d.conſ.29.punctus.li.
2.Vel ſic:quis pro anima mea,& prædeceſſorum ſuo-
rum dedicauit ſe: & bona ſua hoſpitali , ad quod de-
berent peruenire bona ſua integraliter, eo moriente,
& poſt mortem ſuę vxoris,& ſuæ ſororis:idem,quan-
do ſit ab infirmo,& pro anima ſua, mortis cauſa do-
natio dicitur,& poteſt reuocari:vt per Alex.in conſi.
81.Viſo inſtrumento.

Vel ſic, & idem , quando non eſſet facta mentio
mortis,ſed facta eſſet donatio ab exiſtente in pericu-
lo mortis,& non poſſit valere,vt donatio inter viuos
8 valere,debet vt donatio cauſa mortis:† probat Soci.
in conſ.130.Viſa contingentia.col.pen.verſ.nec ſecū-
do loco.lib.1.repetito.in conſ.235.lib.2.eadem funda
menta adducit in conſ.137.Multùm eleganter. col.1.
& ſeq.eod.lib.ad probandum ab oppoſitis,ſi non, vt
cauſa mortis donatio valet,valeat vt inter viuos,vt in
ſequenti quæſito dicetur.

Vel ſic,etiamſi tacitè facta eſſet mentio mortis, vt
quando donans faceret mentionem de peſte , vel de
infirmitate,vel aliter , poſſet deprehendi , quòd præ-
9 cogitans de morte donat,† & per tex.in l.3.& ſeq.ff.
de donat.cau.mor.probat Ripa in tract.de peſte.in 2.
parte de priuileg.contract.cauſa peſtis.col.24.nume.
176.cum tribus ſequē. vbi de aliis coniecturis tradit
cognoſcendi donationem cauſa mortis abſque ex-
preſſa mentione mortis,& per Corn.in conſil.124.li-
cet in hac conſultatione.lib.4.quæ notanda ſunt pro
limitatione d.l.Seia. in fin.de donat. cau. mor.in eo,
quòd dicit, non tam mortis cauſa quàm morientem
donare.

Vel idem,quando verba inſtrumenti ſonant,quòd
donauit cauſa mortis,& interfuerunt quinque teſtes,
10 † vt latè probat Dec.in conſ.305.Iuridicam. col.1. in
fi.& in conſi.470.col.2.& ſeq.

Vel ſic, & idem,quando inſtrumentum dicit , Ta-
lis valde ægrotus ſpōtè,&c.& adhibito numero quin
que teſtium demonſtrari donationem cauſa mortis
11 reſpondit,† Lud. Goza.in conſ.80.In hac cauſa. col.
2.ver.tamen his non obſtantibus.

Vel & hoc modo,& his verbis,ſcilicet,& caſu quo
N.deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus ante
mortem dicti ſui mariti,vt ſuprà,quòd bona ſua poſt
mortem ipſius N. & d.ſui viri ſint & eſſe debeant i-
pſius A. & non ante , &c. ſic ſub commemoratione
12 mortis oſtendi donationem cauſa mortis , † conſu-
luit Ruin. in conſ.51. Primò,in col.4.& ſequen. lib.1.
idem in conſi.61.Caſus,de quo quæritur.lib.1. dona-
tionem,vel promiſſionem legati facti in teſtamento,
vt contemplatione dicti relicti factam concludit ſa-
pere donationem cauſa mortis & reuocabilem cum
ipſo legato,per l.cum quis decedens.§.1. de lega.3.&
per doctrin.Barto.in l.fin.ff.de ſolut.idem in ſimili in
donatione,& traditione facta de bonis promiſſis ſub
mentione mortis , non facta mentione pro hæredi-
bus , & in executione dictæ promiſſionis eſſe dona-
13 tionem cauſa mortis,& reuocabilem defendit ; † Pa-
riſ.in conſil.16. Circa primum. colum.1.2.lib.2.facit
doct,Bart. & aliorum , in l.nam ſi cum moriar. ff. de
condi.indeb. idem dotatis filiabus inæqualiter pro-
miſſionem à patre factam vni filiæ de certa ſumma
pro æqualitate danda poſt mortem ſuam dici potius
14 donationem cauſa mortis, reſpondit † Gramma. in
conſil.ciuil.125. In facti contingentia. Magis tamen
prædicta de mentione mortis expreſsè , vel tacitè
quod exinde oſtendatur donatio cauſa mortis , poſ-
ſunt declarari.

Primò ab effectu ipſo,quem inducit donatio cau-
ſa mortis,vt ea tunc ſit talis,quādo poteſt aliquo mo-
do deprehendi , quòd donans , vel concedens maius
commodum , & ius fortius , & maiorem vtilitatem,
vult ſibi in re conceſſa,& cenſetur reſeruatum , quàm
donatario & magis donatario,quā ſuo hæredi ipſius
conce-

concedentis, vt probat text.in l.1. & in l.ſenatus.§.1.
ff.de donat. cau. mor. quod ex eo intelligitur, quòd
15 donans pro ſe vult rem donatam, dum viuit, † vt per
Alber. in d.l.nam ſi cum moriar.circa fi. & Iaſ. in d.l.
quæ dotis.colu.8.in 5.limit. & per Ang. in conſ.254.
Domina Anton.& Iaſ.in d.conſ.6. Primum dubium.
col.4.verſ.2.principaliter.lib.3.
Secundò, quando percipi poteſt ex tractatu ali-
quo, vel ex præfatione aliquem cogitatione mortis
ægrotum,vel ſanum,faciendo expreſſam mentionem
mortis, vel dicendo, ſe, vel apparendo eſſe in aliquo
caſu,& periculo, quod poſſit oſtendere propinquam
mortem,& ſic eſſe motum ad donandum,adeò,quòd
occaſio,& cauſa finalis ad faciendam donationem vi
16 detur fuiſſe timor,† & periculum mortis,hęc ſanè di-
citur mortis cauſa donatio, probant text.in l.2.cum
quatuor ſeq.& in d.l.ſenatus.§.mortis,& in l.mortis.
cauſa capitur. §. ſine donatione. ibi, aut in periculo
mortis datur,aut cogitatione mortalitatis.ff.de dona.
cau.mor.& Roma.in conſ.513.In caſu propoſitæ.cir-
ca prin.& Cor.in d.conſ.124.colum.pen.& fin. lib.4.
& Rom.in d.l.quæ dotis.col.4.& Bald.in d.l.2.col.2.
verſic. dic.ergo. C.de iu.dot.dicens,quando eſt facta
mentio mortis per modum finalis cauſæ,quæ præſu-
mitur,niſi alia cauſa moueat ad donandum, tunc eſt
donatio cauſa mortis:& per d.l.Sei.& ibi not. de do.
præleg.Alex.in conſi.78.Viſis.col.1.ver. Præterea, vt
voluit.lib.4.& Dec.in d.l.fi.col.6.ver.in gloſſ.nu.20.
C.de pact.
Tertiò declaratur mortis cauſa donatio,vbi in ver
bis diſpoſitiuis fit mẽtio mortis,ita quòd tunc mors
videatur pro cauſa finali,non verò in verbis executi-
uis, eò, quòd tunc pro demonſtratione, & quadam
dilatione donationis exequendæ ponatur mors: iſta
eſt doct.Bal.in addi.ad Spec.de inſtru.edi.in col.pen.
ver. ſi quis donat. quam mirabilem & magnam fa-
cientes Doct. referunt & ſequuntur in pleriſq; locis:
vt Alex.in d.l. quæ dotis.col.4.in 7. fallen. & ibi Iaſ.
8.col.in 3.limita & in conſ.169. Duo teſtamenta.col.
pen.verſ.4. lib.4.& in d.conſi.6.colum.3.ver.confir-
mo & fortius.lib.3. & Dec.in d.conſil.305.col.penu.
pro qua concluſione facit tex.& quod ibi not. Doct.
in l.liber homo.la.3.§.pen.de verb.obliga. Quartò à
qualitatibus & ſignis conuenientibus donationi cau
ſa mortis,arguitur & probatur ipſa mortis cauſa do-
17 natio:vt ex nu.quinque teſtium adhibito, † Cor. in
d.conſ.126.col.2.ver. tertiò,quia li.1.& in d.conſ.124.
col.2.verſicu.tamen ſi donatio.lib.4. Iaſ.in conſi.60.
Spectabiles.col.4.verſ.3.in inſtrumento.lib.3.& in d.
conſ.6.colum.4.verſ.Item in iſto inſtrumento.eo. &
Dec.in d.conſ.305.in fin.& Aym.allegat in conſ.277.
colum.fin.& plenè Dec.in conſ.470.Duo dubia. col.
2.& ſequen.& vt quando diceretur de aliqua detra-
ctione quartæ non fienda,quando locum haberet in
donatione cauſa mortis, Iaſ.in d.conſi.60. colum.4.
verſ.2.quia. & vbi fieret reuocatio teſtamenti & eius
loco faciendo,& ſubrogando donationem: Corne.in
d.conſ.934.col.2.ver.tamen ſi donatio.lib.4.qualita-
tes enim diſpoſitionis demonſtrant eam: taliaque
18 ſunt ſubiecta,qualia oſtendunt prædicata:† l.non co
dicillum.C.de teſta.l. fin.§.cui dulcia. de vi. triti.ole.
lega.l.fundum.de fund.inſtruct.l.nam quod liquidæ.
§.ſi cui penus.de pen.leg.1.C.de diuer.reſcript.

*SVMMARIVM.*

1 *Donationis appellatione venit donatio inter viuos.*
2 *Donatio autem cauſa mortis eſt,vbi fit mentio mortis.*
3 *Donatio inter viuos colligitur ex verbis inſtrumenti facta mentione inter viuos.*
*Idem per illa verba, Titulo & cauſa donationis, inter viuos,purè,merè & ſimpliciter &c.*
4 *Idem,ſi dicatur titulo donationis irreuocabiliter, ita quod nulla ingratitudinis cauſa,vel offenſa,aut odio quoquo modo reuocari poßit.*
5 *Idem,ſi fuerit ſtipulatum, & pro donatario acceptatum, & pro hæredibus ipſius donatarij.*
6 *Donatio cauſa mortis non tranſit ad hæredem,præcedente donatario.*
7 *Item donatio inter viuos eſt,quando in donatione bonorum poſt mortem in vita donatoris inuenitur facta reſeruatio vſusfructus.*
8 *Idem, ſi apparet aliqua cauſa, quæ ſit diuerſa à cauſa mortis.*
*Amplia,vt hic.*
9 *Item eſt donatio inter viuos,ſi colligatur mentionem mortis habitam eſſe per modum cauſæ finalis,ſed per modũ dilationis.*
*Amplia,prout hic.*
10 *Item eſt donatio irreuocabilis inter viuos,quando intereſſe tertij continetur.*
*Exempla pete,prout hic.*
11 *Ius quæſitum tertio ex contractu aliorum, quando per contrahentem tolli poßit.*
12 *Ius quæſitum tertio ſtipulante Notario pro eo,non acquiritur irreuocabiliter, ante quam ille tertius ratificet.*
13 *Donatio facta abſenti,Notario pro eo ſtipulante,non eget ratificatione per donatorem.*
14 *Donatio cauſa mortis non eſt, ſed inter viuos,ſi ſit facta correſpectiuè ad alium contractum, factum cum donatario aliquo,non ſatisfaciente donatori ab eo deſideratum.*
15 *Contractus correſpectiui qui dicantur?*
16 *Voluntate codicillantis non reuocatur conuentum inter partes in contractibus correſpectiuis.*
17 *Donatio item inter viuos dicitur,licet mortis habita fuerit mentio, quado geminatum robur & firmamentum interuenit,ſcilicet pactum donatoris, & ſtipulatio pro donatario.*
*Exempla pete,vt hic.*
18 *Donatio videtur irreuocabilis inter coniunctos facta.*
19 *Donatio inter viuos eſſe dicitur ex verbis inſtrumenti,vbi adſit pactum,vt nullo caſu donatio cauſa mortis reuocetur.*
20 *Pactum non donationis reuocandæ,quando fuerit interpoſitum,vt donationem inter viuos oſtendat.*
21 *Clauſula, Quæ omnia donatur promiſit attendere, obſeruare,non contrafacere,vel venire,&c.importat,vt non poßit reuocare.*
*Alij tenent contra etiam ſtante iuramento,vt ibi.*
22 *Conciliatio autem opinionum vide.*
23 *Dictio,vt,modum ſignificat.*
14 *Ordo verborum hic non attenditur.*
25 *Donatio cauſa mortis,vel inter viuos,ex clauſulis Notariorum acceſſoriis, & ſub inuolucro verborũ appoſitis, nõ fit irreuocabilis,ſed oportet,vt adſint in ſubſtantialibus inſtrumenti, ita quòd appareat de voluntate, & intellectu contrahentium.*
26 *Clauſulæ à Notariis appoſitæ in acceßoriis,& ſub inuolucro verborum,non attenduntur.*
27 *Donatio irreuocabilis etiam ex verbis inſtrumenti deprehenditur:vbi verba ſunt lata, ampla, & prægnantia, dummodo abſit captio donatoris.*
*Exempla pete hic.*
*Et amplia,vt hic.*
*Limita,vt hic.*
28 *Clauſula,omni meliori modo quomodo debet eſſe poſita.*





29 *Donatio inter viuos eſſe videtur,ſi in inſtrumento ſint duo vel tres teſtes adhibiti.*
30 *Numerus autem ſuperabundans quinque teſtium non vitiaret.*
31 *Donatio inter viuos, vt dicatur,leuia ſufficiunt indicia.*
32 *Vt ſi iuramentum ſit oppoſitum.*
33 *Vel ſi teſtator viuens legatum tradit legatario.*

## SOLVTIO XIIII.

TErtium & vltimum de cognoſcẽda dona-
tione inter viuos ſupereſt exponendum,
quamuis id quoque ex his quæ fuerunt
dicta percipi poſſit,quia cognitis his,quę
mortis cauſa dicuntur donationes,vti oppoſitis ſaltẽ
quoad reuocationes,ob quas omnis noſtra contentio
eſt,cognoſcuntur,& hæ eſſe,vel non eſſe abſolutè do-
nationes inter viuos,tamen ſigillatim, & clarius di-
cendum eſt,quod ſimpliciter,& abſolute appellatio-
ne donationis intelligitur de donatione abſoluta, &
1 inter viuos,† glo.in verſ.Iulianus.in l. apud Celſum.
§.1.ff.de exce.doli.& in l.fi.C.de donat.cau.mor.Bar.
Bald.& communiter alij in l.quæ dotis. ff. ſol.matri.
Sed dubitatio exoritur, vbi generaliter, vel ſpeciali-
ter fit mentio mortis, quod tunc & in dubio ſit do-
natio cauſa mortis,& hoc in contractu ex titulo do-
nationis:ſecus, ſi ex alio contractu: quia ſemper cen-
ſetur inter viuos: & ſic poſt mortem ſortitur effectũ,
per l.1.C.vt act.ab hære.& contra hære. dicit Bal.in
l.ſi mortis.verb. quæro,nunquid per hęc verba.C.ad
Leg.Falci.etenim verum eſt,vbi facta eſt mẽtio mor-
2 tis eſſe donationem cauſa mortis, † vt ſupra dictum
eſt:hoc autem pro regula adducunt Alexand.& Iaſo.
in d.l.quæ dotis.ad quam ibi Alexan.appellando fal-
lentias octo,& Iaſ. limitationes octo tradunt ambo
eaſdem ferè, quæ & ſimiles cum tendant ad proban-
dum contrarium,ſcilicet mentione mortis, non ob-
ſtante eſſe donationẽ inter viuos,& irreuocabilem:vt
l.cum maritus.§.fi.ff.de pact.do.& l.Seia.§.fi.de don.
cau.mor.hancq; probari ex indiciis,& coniecturis:vt
per Bal.in d.l.ſi mortis.& in d.l. quæ dotis. ideo ego
non fallentias neque limitationes, ſed vocabulo ad
facti quæſtionem dilucidandam coniecturas,vel indi
cia appellando,quæ vt nũc ſuccurrũt memoria, duo-
decim adducam:quibus ſanè liquere poteſt diſpoſitio
nem aliquando mentionem mortis habentem eſſe
donationem inter viuos.
Primum indicium eſt,quod ex verbis inſtrumenti
3 habetur,vt per hæc verba expreſſa inter viuos, † Bar.
in d.l.fi.col.penu.verſi. & primo examinemus. C. de
pact.& per hæc verba donauit inter viuos donatione
pura,&c.Paul.de Caſt.in conſilio 381. Primo viden-
dum,circa princip.lib. 1. & propter illa verba titulo
& cauſa donationis inter viuos pure, mere & ſimpli-
citer,&c.Alexan.in conſi. 14. Circa primum. col. 1.
lib.1.& in conſi.78.Viſiſque eleganter. col. 1. verſic.
nam in prima. lib. 4.& Iaſ.in conſi. 169. Duo teſta-
menta.col.fi.li.4.& in d.l.quæ dotis. col.7. in 1.limi.
Soci.in conſi.53.In præſenti conſultatione.col.1.li.1.
Ripa in reſpon.9.Peſtiferatus.col.2.ver. prædictis nõ
obſtantibus.lib.3.& Ruinu.in conſi.182. In themate.
col.3.ver.ſed præmiſſis.libr.1. per quæ verba volunt
Doct. in dictis locis clare, & manifeſtè demonſtrari
donationem inter viuos,& de mentione mortis non
eſſe curandum.
Secundum eſt ſimiliter ex verbis inſtrumenti,quan
do ſignificant contrarium naturæ donationis cauſa
mortis quæ poteſt reuocari, ſicut legatum: Marſil.in
ſing.136.Longa.& dictũ eſt ſupra. verba enim aliqua
non ſunt magis ſignificantia contrarium, quam hæc
irreuocabiliter,ita,quod nulla ingratitudinis cauſa,
vel offenſa, aut odio quoquo modo reuocari poſſit,
per quæ verba non ſolum tranſgrediuntur termini
donationis cauſa mortis,ſed etiam meræ donationis
inter viuos,quæ ex cauſis ingratitudinis poteſt reuo
4 cari:† l. fi. C.de reuoc donat. ita Alex. in d.conſi.14.
col.1.in fi.ver.quinimo fortius.& Soc.in d. conſi.53.
col.2.ver.& prædicta ſola.
Tertium,vbi reperitur eſſe ſtipulatum & accepta-
tum pro donatario, & eius hæredibus ſignum eſt,
quod eſt donatio inter viuos, quæ poſſet tranſmitti
5 ad hæredes: † l.ſi pactum. ff. probat. donatio cauſa
mortis nõ tranſmittitur ad hæredes,ſi donatori præ-
6 decedat donatarius,† ſecundum Bal.in l.2.col.2.ver.
quid enim,ſi iſte filius.C.de iu. dot. comprobant A-
lex.in dicto conſi.14.col.2.verſic.poſtremo etiam. &
in d.conſ.78.col.2.verſi.prætera vt voluit.& Aret. in
conſi.74.Diligenter col.2.ver.3.moueor Socin. in d.
con.53.col.3.verſic.poſtremo etiam.& Iaſ.in d.l.quę
dotis.col.10.in vltim.limita.& in l.non omnis. colu.
penu.ff.ſi cert.pet.ibi Dec.in col.3.num.8. Ripa.in d.
reſpon.9.col.2.ver.confirmatur & tertio nu.7. Ruin.
in conſi.98. Viſa renunciatione.col. 7.nu.26. libr.1.
Boer.in deciſ. 353. Mulier contraxit matrimonium
ſub nu.12.
Quartum eſt,quando in donatione bonorum poſt
mortem in vita donatoris inuenitur facta reſeruatio
vſusfructus,quia per eam ſignificatur,dominum om-
nino in donatarium eſſe tranſlatum in vita donato-
ris,cui circa dictum vſumfructum ſua res non poſ-
ſet ſeruire,ita neceſſario oſtenditur donatio inter vi-
7 uos,vt ex facto reſpondit † Bald.in conſi. 107.Anno
Domini.& conſi.270. Quædam mulier.lib. 2. & A-
lexan.in d.conſi.14.col.2.ver.hoc etiam innuit. & in
d.conſi.78.col.1.ver. & quod dicta donatio. & in d.l.
quæ dotis.in 7.fallen. Afflict.in deciſ.275. Teſtator
quidam,num.2.
Quintum eſt, quotieſcunque poteſt apparere ali-
qua cauſa diſpoſitionis,quæ alia,& diuerſa ſit, quam
cauſa mortis, tunc apparere poteſt eſſe donationem
8 inter viuos,& non cauſa mortis,† ad hoc Bartol.in l.
nam ſi cum moriar.circa fin.ff.de condi.indeb.dicit,
quòd quando præceſſit aliqua cauſa promiſſionis ex
qua colligitur,quod non fuit donatio cauſa mortis,
ſed promiſſio inter viuos:eo caſu procedit l.1.C.vt act.
ab hære.& contra hære.l. hæreditarium. de bon.auc.
iud.poſſi.& l.fi.de contra.& com.ſtipula. & Iaſ. in d.
l.nam ſi cum moriar.quam legit ſub l. ſub conditio-
ne.in 3.not.corroborando dicit per not.doctrin.Bal.
in l.pro hæreditariis.in fi.quę eſt la.2.C.de hære.act.
& quando iudiciũ vnius diſponẽtis de reb.ſuis inter-
uenit cũ mentione mortis,tũc mortis cauſa donatio
cenſetur quia dependet ex voluntate vnius: ſecus,
quando iudiciũ duorũ interuenit, vt in promiſſione
quæ cauſam continet reſpicientem alterum, quam
diſponentem,ita quod oſtenditur donatio inter vi-
uos irreuocabilis:ad hoc clarius Bald.in conſi.488.In
quodam teſtamento.lib.4. tenet, irreuocabilitatem
induci ex eo, quod ſit inſerta cauſa donationis, vel
reſtitutionis,licet aliter non ſit ſpecificata cauſa cau-
ſæ,vt pone ex cauſa reſtitutionis: vt ibi per eũ, & cau
ſa hæc,vt alimenta præſtentur,ſequitur & Alex. in d.
conſi.78.col.2.ſub ver.Item cum promittat.lib. 4.&
Iaſo.in d.l.quæ dotis.in 9.col.in 5.limi. & Boer.in d.
deciſ.353.nu.1.vbi ita hoc locum habere dicit, quan-
do talis cauſa eſt finalis, quæ qualis ſit, & quomodo
cognoſcatur,poſt Bart.& alios in l.2.§.fi.ff. de donat

& in aliis pleriſque locis latiſſimè,vt ſibi munus in 1.
cumbens,Tiraquel.ponit in tracta.ceſſan.cauſa , in 1.
limita.
Sextum , & conſequenter,ſi colligi poteſt, men-
tionem mortis non eſſe habitam per modum cauſæ
finalis,ſed per modum dilationis,qui tunc eſt, quan-
do conſtat de alia cauſa,quæ mouerit ad donandum,
9 donatio exinde dicitur inter viuos,† per ſæpe allega.
doctr.Bal.in l.2.col.2.ver. Dic ergo. C. de iur. dot.&
in d.l.quæ dotis.& ibi Iaſ.in col.9.in 3.limita.& Soc.
in d.conſi.53.col.2.verſic.prædicta etiam confirman-
tur.& in conſi.137.Multum eleganter.col.2. ver.præ-
dicta.lib. 1.& Boer.in d.deciſ.353.num. 12. & in aliis
locis doct. referunt maximè donationis exemplum
inferendo,quando mentio mortis habita eſt in ver-
bis executiuis,& non in verbis ſubſtãtialibus, & diſ-
poſitiuis,hoc modo:Dono tibi proprietatem bono-
rum meorum , retento mihi vſufructu in vita mea,
ſcilicet,quod poſt mortem meã totum habeas , com-
muniter allegatur dictum Bal.in addi. in col. penult.
ver.ſi quis donat ad Spec.in titul.de inſtru. edi.quod
nihil aliud eſt , niſi quis non cogitatione mortis vel
periculo aliquo propinquæ mortis motus , ſed ſim-
pliciter,vel alia cauſa motus donat bona ſua, quæ da
ri,tradi,& concedi vult poſt mortem ſuam , ita quod
mentio mortis non eſt occaſio donationis , ſed taxa-
tio temporis , quando debeat exequi & ſortiri effe-
ctum:vt per Bald.Ange.& Rom. in d.l.quæ.dotis.&
Natta in conſ,115.Multa mihi.nu.5.& Corn. in conſ.
289.Circa primum.col.9. ver. Item alias. lib.4. plene
ſuper his inſiſtit,& reſpondit Rolan.à Val.conſi. 61.
lib.2.
Septimum eſt ſignum irreuocabilis donationis
10 inter viuos , quando intereſſe tertij continetur: † vt
eſt caſus in d.l.cũ maritus.§.fi.ff.de pact.dot. vbi mu
lier eum marito pactum iniuit , quod ſi in matrimo-
nio decederet,dos reſtitueretur ſuo fratri, qui in hũc
caſum,ſic etiã & ſtipulatus eſt,cuius quidem diſpoſi-
tionis reuocatio facta à muliere , non præiudicat fra-
tri,cuius reſpectu ideo eſt irreuocabilis,vt etiã addu-
cit Socin.in d.conſi.137.col.fi.et Boer.in d.deci. 353.
col.fi.et Natta in conſi. 104. Perlecto. col.6.num.10.
quãdo autem ius quæſitum tertio ex contractu alio-
11 rum poſſit per contrahentes tolli,† tradit Bar. & alij
in l.qui Romæ.§.Flauius.de verb.obl. Alex. in conſi.
27.Attentis narratis.col.1.lib.3.maximè,ſi ille tertius
non fuerit ſtipulatus,ſed pro eo Notarius ſtipulatus
fuerit,quo caſu ante ratificationem illius tertij plenè
& irreuocabiliter non eſt ei acquiſitum ius,concord.
12 † allegat Pariſ.in conſi.77.Subſcripſi,col.3. num. 28.
libr.1.& conſ.69.col.13.& ſequen.nu.120. & ſeq. li.3,
Hier.Grat.in conſ.25.num.37.lib.1.In oppoſitum iu-
ra,& concor.allega. Rui.in conſi.119.Primo, per or-
dinem.colu.3.ver.ſecundo principaliter. & in conſi.
126.Primo videndum.col.4.ver. ſed contrarium. nu.
10.& in conſ.172.Non eſt dubium.col.3.ver. ſed præ-
miſſis.nu.lib.1.& in aliis conſ.Lud.Goza. in conſ.87.
Prima facie.col.3.num.14.Io.Anto.Alex.in conſ.117.
Præſupponitur.& Aym. in conſi. 252.Proponitur.vbi
de contrarietate Caſtr. & Decij contrarium tenen-
tium allegando, dicit com. opi. eſſe, donationem fa-
13 ctam abſenti ſtipulante † notario abſq; ratificatione
donatarij valere, & non poſſe per donatorẽ reuocari.
14 † Octauum eſt,quod vbi colligi poteſt donationem
cauſa mortis eſſe factam correſpectiuè ad alium con-
tractum factum cum donatario , aliquo modo ſatiſ-
faciente donatori,& ab eo deſideratum , correſpecti-
uè enim ſunt plures contractus , quando expreſſe di-
citur,vel quando incontinẽti vnus poſt alium fit eiuſ
15 dem loco & tempore corã eiſdem teſtibus †vt exem-
pla,iura,& deciſ.ponit,& allegat Aymo in conſi.153.
num.8. & conſ.247. ſub num.3.& conſi.298. ſub nu.
13.& in aliis ſuis conſi.ex quibus correſpectiuis con-
tractibus cum habeatur cognitio cauſæ finalis dictæ
donationis,ad not.in l.2.§.fin.ff.de donat. vt in ſimi-
libus deducit idem Aymo conſil.245. Stephanus co-
lu.2.conſequens eſt , donationem magis ex alia cau-
ſa,quam mortis factam,perinde haberi , atque aliam
quamlibet inter viuos,vt ſonant verba text. in l.vbi
ita donatur.ff.de don. cauſa mort.vt in terminis non
tamen ita clare deducit , & probat Natta in d.conſi.
115.Multa mihi. allegando etiam Bald. in d. conſilio
270.Quædam mulier donauit. libr.2.facit, quod tra-
dit Cornel.in conſi.306. Opportunum.col.4. ver. ex
16 quibus omnibus,lib.3.† vbi concludit, voluntatem
vnius codicillando nõ poſſe reuocari aliqua conuen
ta inter partes in contractibus correſpectiuis , vt eſt
noſtra ſpecies , quodque ab vno reuocari non poſſit,
dicitur inter viuos.
Nonum & adducitur indicium firmæ donationis
inter viuos,licet mortis habita fuerat mentio , quan-
do geminatum robur , & firmamẽtum interuenerit,
ſcilicet pactum donatoris , & ſtipulatio pro donata-
17 rio,† vt eſt caſus d.l.cum maritus.§. fin. de pac. dota.
vbi & pactum mulieris poſt mortem de dando fra-
tri , et ſtipulatio fratris interuenerunt : ita intelligit
Bartol.in d.l.quæ dotis,licet ibi Imo.Cuma. et Alex.
impugnent,tamen eum defendit Aret. in alleg. con-
ſil.74.colum.2.verſic.ſecundo moueor.ſequitur Soc.
in conſi.53.col.2.verſ.confirmatur prædicta.libr.1.e-
tiam ſupra allega. & Boer.in d. deciſ.353.ſub nu.11.
Accedente maximè eo,quod Iaſ.cõſiderat in d.l.quæ
dotis.in col.8.in 2.limit.quod vltra illa duo, & pacti
donatoris & ſtipulationem pro donatario concurrit
tertium,ſcilicet coniunctio perſonarum, quod dona-
tarius erat frater donatricis, quæ quidem conſidera-
tio cõfirmatur,quia donationem irreuocabilem de-
monſtrari.ex eo,quod facta ſit inter coniunctas per-
18 ſonas,adducit † Bald.in conſ. 488. In quodam teſta-
mento.ver.ſed ad hoc reſpondet.lib.4.etiam alleg.ſu-
pra allegando Bar.in l.cum quis decedens.§.codicil-
lis.de leg.3.& glo.in l.ex hac ſcriptura.ff.de donat.&
vt per Soc.in conſi.137.col.2.verſi.ſed vlterius.li.1.&
Corn.in conſi.223.In hac conſultatione,col.fi.ver.I-
tem probatur ſatis.lib.1.
Decimum habetur indicium iterum ex verbis in-
ſtrumẽti,vbi legatur,pactum à donatore expoſitum,
vt nullo caſu donatio cauſa mortis facta reuocari
poſſit,quia donatio hæc magis cauſa donandi quam
mortis dicitur,& haberi debet ac ſi facta eſſet inter
19 viuos† per text.in d.l.vbi ita donatur. & in l.ſi alie-
nam.§.1.in fi.& in l.Senatus.§.mortis cauſa.ff.de do-
na.cau. mor. & valet hoc pactum etiam contra ſub-
ſtantiã actus,cum verborum donationis , cauſa mor-
tis & inter viuos ſignificatio patiatur, ita vnum con-
tractum transfundit in alium, vt per Bartol. et alios
in d.l.vbi ita donatur. Verum dubitatio modica non
eſt,quomodo inter doctores intelligatur tale pactum
non reuocandæ donationis eſſe interpoſitum , et de-
20 monſtrare vel ne donationem inter viuos: † nam A-
lex.in conſi.14. Aret. in conſi.74.col.2.Soci.in conſi.
53.lib.1.Iaſ.in conſi.168.col.fin.Rol.à Val.con. 8.nu.
26.lib.1.et Boer.in deciſ.353.ſub num. 11. ſæpe ſupra
allega.volunt:idem plures coniecturas de donatione
inter viuos congerit in conſi.81.num.37. cum ſeq. li.
2.dictum pactum haberi ex clauſula illa.Quæ omnia
donator promiſit attendere,obſeruare , non contra-
facere,vel venire,&c.inferendo aliqui , & ſic promi-
ſit



ſit non reuocare,& aliqui dicendo , quando expreſſè
clauſula contineret non reuocare,rem eſſe extra om-
21 nem contradictionem,is,qui dicit,eſt , † Natta in d.
conſi.104.ſub num.6.Alij vero,vt Bal.in l. cum quis.
ff.de condi.ca.dat.Alex.in d.l.quæ dotis. in 6. fallen.
Corn.in conſi.126.Licet in hac conſultatione. col. 2.
lib.1.& alij hos allegantes volunt iſto modo non in-
telligi pactum non reuocandæ donationis , etiamſi
adeſſet iuramentum , ſed hac pactum intelligi , vt in
acceſſoriis clauſulis poſitum ſecundum naturam con
tractus ipſius donationis cauſa mortis,rebus ſic ſtan
tibus,& niſi pœniteat,ſecundum ipſiuſmet donatio-
nis , principalis contractus naturam, per l.quæro.§.
inter locatorem.ff.loca.cum aliis ibi per eos alleg.&
hanc partem tenet Natta in d. conſi. 104. Adducen-
do,Sub iſtis implicitis & generalibus verbis non in-
duci interpretationem pacti de non reuocando do-
nationem alias reuocabilẽ,ne ſic pars capiatur:arg.l.
cum aquiliana.ff.de tranſact.& l.ſed & ſi quis.§.quæ-
22 ſitum.ff.ſi quis caut.† Dec.autem in l. non omnis.
colum.3.num.10.11.ſi cer.pet.& in l.fi.col.6.num.21.
C.de pact.& in conſi.305.col. penult. volens iſtas o-
pin.concordare conſiderat duos caſus.Vnum, quan-
do in verbis ſubſtantialibus contractus dictum fuit,
quod reuocari non poſſit, & iſto caſu eſt donatio in-
ter viuos:per d.l.vbi ita donatur, ponderando verba
d.l.vbi ita donatur cauſa mortis, & nullo caſu reuo-
catur, &c. quod ſic vno inſtanti , & eadem clauſula
verborum , fuit facta donatio cauſa mortis , ſimul cũ
qualitate illa , vt nullo caſu reuocetur. Alterum ve-
ro,quando fuit facta donatio cauſa mortis ſimplici-
ter, & in verbis ſubſtantialibus contractus, de reuo-
catione,nihil fuit dictum, ſed poſtea in clauſulis ac-
ceſſoriis,vt in illa. Quæ omnia donator promiſit at-
tendere,& obſeruare , &c. & iſto caſu procedit opin.
Bald.in d. l. cum quis. & aliorum eum ſequentium,
quod iſta remaneat donatio cauſa mortis, & non al-
teratur per contenta & dicta in clauſulis acceſſoriis,
per clem.1.in fin.de præben.& ſic etiam intelligit de
iuramento, vt per eundem Decium in locis allega.
cuius quidem ſententiam approbo, ſed non per mo-
dum neceſſariam illius primi caſus per eum conſi-
derati:quia d.l.vbi donatur , non præbet modum &
formam contrahendæ donationis cauſa mortis cum
pacto ſimultaneo de non reuocando , cum verbis i-
pſis ſubſtantialibus contractus , niſi quod proponit
breuibus verbis , quando fit donatio cauſa mortis,
quæ transmutatur in donationem inter viuos,quan-
23 do facta eſt ſub modo vt nullo caſu reuocetur.† vt de
ſignat dictio,Vt, poſita in d.l.vbi ita.& in d. l. ſi alie-
nam.§.1.& d.l.Senatus.§.mortis,quæ , ſignificat mo-
dum,vt per glo.in l.1.C.de his,quæ ſub mo.& l.1.2.&
3.de donatio,quæ ſub mo. qui autem modus iudicio
meo non refert, an cum verbis ſubſtantialibus con-
tractas donationis cauſa mortis inſeratur, vel alibi
cum aliis verbis inſtrumenti , dummodo appareat
ſpecialiter & nominatim poſitus, & ſcriptus per ver-
ba ſignificantia modum talem : quod donatio cauſa
mortis efficitur inter viuos , quando reperitur facta
ſub modo,vt nullo caſu poſſit reuocari,vt principali-
ter effectualiterque dicta iura proponunt & deci-
24 dunt,ita enim de ordine verborum non curatur:† l.
ſi ita quis ſubſtitutus.ff.de hæred.inſti.& ibi Bal.nor.
& Doct.in l.ambiguitates.C.de teſtamen. & in l.2.§.
prius.de vulg. & pupil. cum miniſterio dicit,vt nul-
lo caſu reuocetur,quia aliqui caſus ſunt , quibus po-
teſt reuocari,vt habetur in d.l.ſi alienam.§.1.& l. Se-
natus.§.mortis.ideo vt efficiatur irreuocabilis & in-
ter viuos,neceſſe eſt,eam fieri ſub modo, vt nullo ca-
ſu reuocetur , & talis modus debet ponderari per di-
25 cta iura , & non cum quibus verbis inſeratur , † ſed
quod ſit in clauſulis principalibus & ſubſtantialibus
inſtrumenti , ita quod appareat appoſitus & intelle-
ctus à contrahentibus , vt apparere debet de precio
in contractu emptionis & venditionis. §. pretium.
Inſtit.de emp.& vend. non vero debet poni per No-
tarios in clauſulis acceſſoriis ſub inuolucri verbo-
rum , promiſit attendere , obſeruare , non contraue-
nire,non reuocare , non contrafacere aliquo modo,
&c.per allegat. per Deci.in d. ſecundo caſu , & vt in
terminis tales clauſulas à partibus, & plerunque à
Notariis ignoratas non operari , & non attendendas
26 eſſe,† tradunt Angel. in conſilio 254. Domina An-
tonia.circa fin. & Cornel.in d. conſilio 126. colum.
final.verſic.& confert ad præmiſſa.libro 1.& Iaſon.in
conſilio 6.colum.5.verſic.quinto principaliter. & in
colum.6.ver.quarto reſpondetur.libr.3. & Gozad. in
conſi.80.col.2.num.15.& Natta in conſ.104. ſub nu.
6.ita puto tenendum & concordandum doct. in lo-
cis ſupra alleg.
Vndecimum eſt ſuperioris ſubſequens ſimiliter ex
verbis inſtrumenti colligendum. Quæ enim verba
vbi ſunt lata,ampla,& prægnantia, dummodo dona-
toris captio non comprehendatur, demonſtrant do-
27 nationem irreuocabilem, ad caſum † d.l.vbi ita do-
natur,vt quando verba ſic continent , quod donata-
rius poſſit diſponere de re donata , etiam ſi præce-
deret donanti,& ante conditionem impletam, ſic po
nit Pau.de Caſt.in conſi.330.Super quæſito.in princ.
lib.1.& quod donator promiſerit de bonis donatis
aliis non feciſſe,nec facere in futurum donationem,
traditionem, venditionem,alienationem,&c. promit
tendo donatori litem non mouere,nec mouenti con
ſentire,&c. hæc Alexa.in conſilio 78. Viſis colum.2.
ver.item dicitur,quod donantes.lib.4.& quando do
nator donationem fecit , & promiſit omni meliori
modo , via & forma quibus magis & melius potuit,
&c.quia meliori modo,& melius & magis datur,quã
donatur inter viuos, quam vbi cauſa mortis,ita non
obſtante mortis mentione oſtendi donationem inter
viuos,in ſpecie probant Corn.in conſi.289.Circa pri
mum.col.9. & ſeq.libr. 4. vbi & de aliis verbis præ-
gnantibus,& Ruin.in conſi.52. ex his,quæ.col. 3. ſub
nu.4.lib.1.& Pariſ.in conſ.35.col.3.poſt nu.17. & 90.
Pro reſolutione.col.2.ver.quæ etiam comprobantur.
nu.9.& ſeq.lib.3. Animaduertendo tamen, quod di-
cta prægnantia verba non ſint ad modum in clauſu-
lis acceſſoriis,vt in ſuperiori dictum eſt: & de clauſu-
la,Omni modo meliori , quomodo debet eſſe poſita
28 dicitur:† per Dec.conſ.14.col.3.& non ſint verba ita
generalia nudo & effuſo ſermone prolata,quæ poſita
videantur ad calorem,vt in ſimilibus, dicit Oldra. in
conſi.5.Titius dedit in fi.
Duodecimum indicium eſt donationis inter viuos
quando etiam ex inſpectione inſtrumenti apparet
duos vel tres teſtes eſſe ad eam per Notarium adhi-
bitos , vt adhibentur in contractibus inter viuos,
29 † vt Adducunt Alex.in d.l.quæ dotis.in 4.colum.in
vlti.fallen.& in l. ſtipulatio hoc modo concepta.nu-
me.15.de verb.oblig.& Iaſ.in d.l.quæ dotis.col.10.in
7.limit.Socin.in d.conſi.137.colum.1.libr.1. Pariſ. in
d.conſi.90.num.4.lib.3.& Aym.in conſi.177.colum.
fi.Rol.à Val.in col.8.num.22. lib. 1. ex eo enim fit(vt
aliqui volunt) quod alias , vt mortis cauſa donatio
non poteſt valere, requirens numerum quinque te-
ſtium:per l. fi. de don.cau.mor.& l. fi. de codicil. va-
let,vt poteſt valere inter viuos:per regu.l quoties. de
rebus dub.cum ſimil.non vero ita impedit , quod ſi

q 2 ſint

ſint quinque teſtes, quin valere tamē poſſit inter viuos, quia talis numerus teſtium poteſt etiam conuenire ad donationem inter viuos, ſaltem ad abundan-
30 tem cautelam, † quæ non nocet: l. teſtamentum. C. de teſta. & per alia in terminis probat Natta in d. conſi. 104. pen. & per alia indicia poſſet demonſtrari donatio inter viuos, habens mētione mortis, quę dimitto colligenda, prout diuerſitas factorum, & circumſtantiarum dabit: nam quæque leuia indicia ſufficiūt.
31 † vt latè tradit Corn. in conſi. 223. In hac conſultatione. col. 2. & con. 290. col. 2. in fi. lib. 4. & per Gram. in deciſ. 73. nu. 12. et etiam quando in inſtrumento do-
32 nationis adſit iuramentum: vt † per Iaſo. in con. 169. col. pen. ver. 3. li. 4. legatum quoque in teſtamento factum ſimpliciter per teſtatorem viuentem traditum legatario tranſitum facit in donationem inter viuos,
33 † vt eſt deciſ. Afflict. in deciſ. 275. Teſtator. Quæ omnia nota in practica: & nauſeam non faciant, quod ferè omnia videantur excerpta ex eodem fonte ſcriptorum, in l. quæ dotis. ſolu. matri. & in conſi. ſæpe ſupra eiſdem allegatis. Quemadmodum inſuaue & abſonū non eſt, ex eodem viridario enumerare, & capere plura delicatoria poma, & conſequenter non minus diffuſè, quā vtiliter, ni fallor, huius ſecūdi libri & primę interpretationis remanet reſoluta prima dubitatio. Quæ qualis, & quotuplex ſit vltima voluntas.

## LIB. II. INTERPR. DVBIT. II. SOLVITVR.

1. *Per preparationem ad teſtandum.*
2. *Per ſcripturam.*
3. *Per deſpoſitiones.*

### SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum factum eſſe prius eſt quærendum.*
2 *Voluntas priuilegiata illa cenſetur, quæ vere eſt cognita, & de qua conſtat per legitimas probationes.*
3 *Sciri perfectè non poteſt de quo non conſtat.*
*Interpretari non poteſt, quod non eſt in rerum natura.*
4 *Teſtamentum probatur per ſcripturam, & per teſtes.*
5 *Et hæc quidem legitima eſt probatio, quæ dicitur diſpoſitiua, declaratiua, tacita per intellectum & conſequentias, ac extra per ſenſum.*
6 *Poſſeſſor bonorum non conſtituitur hæres, niſi oſtenſo teſtamento, non cancellato, neque abolito, &c.*
7 *Tranſactio, vel pactum de his, quæ ſunt in teſtamento, non poteſt fieri, niſi dicatur inſpectis & cognitis verbis teſtamenti, nec ei renunciare: etiam cum iuramento ibi.*
8 *Teſtamentum non poteſt interpretari, niſi totum legatur, Nam præcedentia & ſequentia dant ſibi intellectum.*
9 *Hæres tenetur probare negatiuam, ſcilicet extare teſtamentum, & legatario edere: cum quo tranſegit, & dicat ſe læſum.*
10 *Legatum non eſſe factum alicui, probatur negatiua ex inſpectione teſtamenti.*
11 *Negatiuam probari, quando ſufficiat: non extare, ſcilicet teſtamentum, vel aliquem deceſſiſſe ab inteſtato.*
12 *Teſtamentum non extare, vel extare & inutiliter paria ſunt, nec opus eſt aliqua interpretatione, nec de fideicommiſſo agi.*
13 *Teſtamentum primum valere, ſuggeſtionibus falſo teſtatoris propoſitis, poſtpoſitis, quibus aliud factum proponatur, nec primum reuocatum eſſe, limita. nume. 15. & ſequen.*
14 *Mendax præſumitur in dolo, quoties mendatium reſultat in eius vtilitatem.*
17 *Teſtamentem non tenet, quando interceſſit dolus in præiudicium deſcendentium, non ſi in præiudicium tranſuerſalium, ſi tamen tranſuerſales poſſident, & doloſus petat vigore talis teſtamenti, repellitur exceptione doli mali.*
18 *Blandiri licet teſtatorem, vt quis fiat hæres, vel quid ſibi relinquat.*
19 *Sed non malitiis eum inducere vt fiat hæres.*
20 *Legatum non tenet factum ab vxore marito ob importunitatē, precibus importunis & ſæpius repetitis, ac blandis verbis coacta teſtamentum condere.*
21 *Teſtamentum pro parte reſcindi & annullari, & pro parte valere, ſententia iudicis effici poteſt.*
22 *Teſtamentum vxoris metu mariti factum non valet.*
23 *Teſtamentum primum tenet, & non ſecundum propter clamorem impeditum effici.*
24 *Teſtamentum fieri impediens querulis verbis, expreſſa tamen iam à teſtatore voluntate ſua, dicens memento mei vt magis ſibi, quam alteri hæreditas prouenit, indignus non efficitur.*
25 *Teſtari ab inteſtato ſuccedentes teſtatorem impedire poſſunt, dummodo teſtator infirmus teſtari eſſet paratus.*
*Duo probare debet, qui aliquem hæreditate priuari debere dicit, ob quod Teſtatorem teſtari prohibuerit: nume. 26, vt hic.*
27 *Teſtatorem teſtari voluiſſe non ſufficit ſola præparatione, vel ad teſtandum deſtinatione, ſed opus eſt diſpoſitione.*
28 *Inteſtatus quis dicitur, qui decreuit teſtari, ſed id adimplere nequiuit.*
*Præſertim, vt non cenſeatur reuocatum primum teſtamentum ibi.*
29 *Inteſtatus ſimiliter quis dicitur, qui fecit exponere voluntatem eius in ſcriptura, & ita ſibi placere dixerit coram duobus teſtibus, propoſuerit tamen poſtea ſolemniter teſtari.*
30 *Amplia etiam ad pias cauſas.*
31 *Inteſtatus etiam quis dicitur deceſſiſſe defunctis ægritudine peſtilenti aliquo morbo affectus: qui coram tribus teſtibus laicis, vt faceret teſtamentum, reſpondit, Voca Notariū, qui ſit rogatus: quod volo diſponere in hūc modum Quia volo &c.*
32 *Inteſtatus ſimiliter defunctus deceſſit: quia volens teſtari, poſt facta legata ſuis neptibus, ſtatim non facto hærede deceſſit, nec tenet teſtamentum etiam inter liberos.*
53 *Inteſtatus etiam quis dicitur, ſi volens teſtari dixit, Voca Notarium, & volo relinquere &c. licet exprimat, cui voluerit relinquere.*
34 *Inteſtatus quis etiam dicitur, ſi dixerit. Volo relinquere, & vna die ſcripſit teſtamentum, alia die teſtes ei ſubſcripſerunt abſque ſigillis, vel non interceſſit ſignum Notarij.*
35 *Teſtari etiam quis non dicitur præparans ſe ad id, ſcriptura facta de voluntate ipſius, eo propoſito, quod poſtea coram teſtibus ſe diſponere velle dixerit, prout in ea continetur.*
36 *Teſtamentum quoque imperfectæ voluntatis id eſſe quis dixerit, qui filiam in certa quantitate pecuniæ particulariter inſtituit, donec aliter prouiderit.*
37 *Teſtamentum ſimiliter non exiſtere, ſed ordinationem, & ad id præparationem eſſe, quando expoſita voluntate per ſcripturam penes Notarium, dixerit teſtator Notario, Cras reuertaris pro ea publicanda, quo reuerſo, & diſtulit teſtator publicationem.*
*Amplia etiam facta publicatione, ſi dixerit teſtator, Rogo vos, vt reuertamini huc: quia volo adaptare hoc nouum teſtamentum in alia forma, quando melius me habebo. vt ibid.*
38 *Vltima non eſt voluntas per verba iocoſa, vel blandiendi cauſa iactata, vt ſi quis dicat non animo diſponendi, Volo bona mea eſſe Monaſterij talis, &c.*
39 *Limita, niſi ſit infirmus, non habens liberos, & aliqui ad id vocati, & quis non habeat cognatos. ibi.*
*Teſtamentum non dicitur perfectum, neque completum fieri cœptum, & præparatum, quando teſtator non ſe firmauit in prolatis, vel diſpoſitis, ſed velle quid aliud pro complemento diſpoſitionis adiici.*
*Exempla remiſſiuè hic.*
40 *Verba iocoſa & iactatoria, vel blanda non diſponere, neq; contractum inducere.*
41 *Teſtamētum, vel diſpoſitio pro cōpleta habetur, vt ibi teſtator conſtat habuiſſe pro completa. Et ſatis dicitur conſtare, vbi teſtator non apparet voluiſſe aliud efficere, voluiſſe teſtari probetur.*
42 *Teſtamentum procedere, licet dixerit teſtator confecto ex publicato teſtamento, Notarie, vel teſtes, non fate altro tenete coſi fin dimane, vel reuertimini cras, quia volo addere, vel minuere.*
43 *Notarius poſt factum teſtamentum de inſtrumento ad petitionem teſtatoris, non poteſt aliud facere, quod nō appareat.*
44 *Teſtator pro perfecto quod diſpoſuit haberi, & quòd noluerit aliud facere deprehenditur, quando finita diſpoſitione teſtator non fuit morte præuentus.*
45 *Teſtamentum perfectum quibus modis dicatur.*
46 *Teſtamentum probatur per teſtes, quando ſcriptura Notarij eſt imperfecta, non lecta, vel publicata teſtibus, vel ſi ſit priuata ſcriptura, quæ non faciat fidem.*
47 *Aliud eſt teſtamentum, & aliud inſtrumentum, vel ſcriptura.*
*Inſtrumento imperfecto teſtamenti, & non probante, poteſt probari teſtibus: num. 48. & hæc communis.*
49 *Inſtrumento debiti annullato, poteſt teſtibus debitum probari.*
50 *Nomen hæredis teſtator exprimere debet,*
51 *Teſtamentum ad interrogationem alterius factum valet.*
52 *Et iſta eſt communis, quiſquis ille fuerit, qui interroget. Notarius vel alius.*
53 *Amplia, etiam ſi teſtator ſit infirmus, modo ſit ſenſatus, & articulatè, ac intelligibiliter loquatur.*
*Et ibi, quod teſtes non probent.*
54 *Limita, vbi adeſſet falſitatis aliqua ſuſpicio, vel rei geſtæ non ſincerè.*
*Sed importunè factum teſtamentum, vel aliis modis vt ibi remiſſiuè tenet.*
55 *Teſtari quem velle probatur per confeſſionem, cui creditur ad diſponentis voluntatis declarationem.*
56 *Teſtamentum ad interrogationē alterius non valet, in ſcriptis conditum, ſubſcriptum & ſigillatum à teſtibus, non in præſentia teſtantis, in manu Notarij, dicentis, vis hoc eſſe tuum vltimum teſtamentum: & reſpōdens teſtator dicat, quod ſic.*



### SOLVTIO I.

SEcundam dubitationem aggrediens qua præparatione, quáve probatione de vltimis voluntatibus conſtare nobis & liquere poſſit, dico id merito perquirendum, quoniam prius conſtare
1 debet teſtamentum factum eſſe, † dicit tex. in l. diuus
2 in princip. ff. de mili. teſtament. per quem tex. † dicit Bal. in l. ſacroſanctę. circ. fin. C. de epiſco. & cler. quod illa voluntas eſt priuilegiata, quæ eſt vere cognita, id eſt. de qua conſtat per legitimas probationes, dicit etiam Barto. in prima conſt. ff. in princ. col. fin. quod eſt impoſſibile perfectè ſcire, quod non conſtat, & quod non eſt in rerum natura, interpretari non po-
3 teſt, dicit Bal. in l. ſi vnus. §. ſed † ſi pactum. ff. de pact. ad hæc et cum ſimil. collect. per Menoch. de adipiſ. poſ. remed. 3. num. 168. et ſeq. Legitima autem probatio de teſtamēto fieri poteſt, per ſcripturam, et per te-
4 ſtes: † glo. in l. fin. C. de reb. credi. quam ibi approbant Bar. Alber. et Saly. et not. in l. 2. et in l. hac conſultiſſima. in princi. et in §. per nuncupationem. C. de teſt. in l. fi. de fideicom. de qua quidē probatione dicetur infrà, et quotuplex talis probatio dicitur, ſcilicet diſpoſitiua, declaratiua, tacita per intellectū. et per con
5 ſequentias et expreſſa per ſenſum: † vt per Bar. in l. teſtamento. colum. 2. ver. ſecundò præmitto. C. de teſta. mili. et in l. precibus. col. 2. ver. ſextò oppono. de impub. Sicut enim bonorum poſſeſſor hæres non conſtituitur à iudice, niſi oſtēdatur ei teſtamentum non cancellatum, non abolitum, &c. † l. fin. C. de edic. di. Adr. tol. et l. 1. §. ſufficit. ff. de bo. poſſeſ. ſecund. tab. vbi ſufficit eſſe certum, teſtamentum extare, et tranſactio pactioque aliqua nō fit de pendentibus ex teſtamen-
7 to, niſi inſpectis et cognitis verbis teſtamenti: † l. de his. ff. de tranſact. cui legi ſic diſponenti etiam cum iuramentò renuntiari non poteſt, ſecundum veram et Com. Opi. vt per Patiſ. in conſ. 95. Eſt ferè triennium. col. 4. in ſi. nu. 26. lib. 3. et Soc. Iun. in conſ. 129. Quantum ad primum. co. 11. nu. 26. et ſeq. lib. 1. vbi concor. allegantur, ita interpretatio aliqua de dependētibus ex teſtamento fieri non poteſt, niſi extet et exhibeatur teſtamentum, vt inſpici et perlegi poſſit, d. l. de his. et l. 1. quemad. teſtam. aper. vt ibi: neque apud iudicem exquiri veritas de his controuerſijs, quæ ex teſtamento proficiſcūtur, aliter poteſt, quàm inſpectis cognitiſque verbis teſtamēti, ſanè totum inſtrumentum debet legi, et id, quod continuatur cum ipſo, et non ſufficit legi principium ſine fine, nec finem ſine principio: quia priora et ſequentia præſtant ſibi vi-
8 ciſſim intellectum, † ſecundum Bald. in l. ciuile. ff. de leg. et per tex. et ibi alia alleg per eum, et in conſ. 301. Conſtitutio. col. pen. ver. ſed videndum eſt. li. 2. et in conſ. 136. Viſo teſtamento. col. fi. ver. item paria. li. 3. ideo quiſque peritus de pertinentibus ex teſtamento cōſultus nihil vnquā certi reſpōdere debet priuſquā ſibi exhiberi fecerit teſtamētum, atq; totū perlegerit.

Extare autem teſtamentum, vel non eſſe factum eſt mera negatiua, quæ probatur ex diſcuſſione in locis, et à perſonis, vbi veriſimiliter poſſit inueniri, et talis probatio incumbit ei, qui ſe hæredem dicit, qui ſi de teſtamento non probat, vel non doceat, quòd caſu perijt, creditur legatario, qui ſecum trāſegit, dicenti, ſe læſum et deceptum, cum hæres teneatur legata-
9 rio dare copiam teſtamenti: † l. 2. et ibi glo. et Doct. ff. de eden. vt tradit Barto. in conſ. 90. Dilecto Domino Franciſco, col. fin. atque è conuerſo, legatum non eſſe alicui factum probatur negatiua ex inſpectione teſta-
10 menti: † Bar. in l. fi. C. de reb. cred. & in l. Titię textores. in pr. de leg. 1. ex aſſertione negatiua, quando ſufficiat probari teſtamentum non extare vel aliquem
11 deceſſiſſe ab inteſtato: plenè † ſcribit Coua. lib. 2. varij reſolu. c. 6. nu. 5. Cum enim certum eſt, teſtamentum non eſſe factum, vel nō apparere, vel carere ſolemnitatibus, vel verum nō eſſe, dicitur veritatem adeſſe, vt neq; de fideicommiſſo, neque de aliqua obligatione, & minus de aliqua interpretatione teſtamenti quæri
12 debeat. † vt l. ſi veritas. C. de fideic. l. in lege. ff. de cōtr. empt. l. Paulus. de verb. ſig. & Oldr. in conſ. 248. Præſuppoſita cōſuetudine. col. pe. ver. ad tertiā quęſtionē:

Cum igitur contingat teſtamentum reperiri, vel probari poſſe. Videndum eſt primò de aliquibus, quę ſolent refricari in dubium, circa pręparationem ad illud condendum. Quæro itaque. De facto accidit, te-

ſtatorem inſtituiſſe hæredem quandam confraterni-
tatem relicta vxori certa parte vſusfructus,quo facto
poſtea teſtatore tendente ad mortem adhuc tamē eo
exiſtente in ſano intellectu maximus ſimulatus eſt
rumor in domo,ipſo teſtatore interrogante,quis ru-
mor eſſet?Fuit ei reſponſum : Videte antequam mo-
riamini,illi de cōfraternitate venerunt , & totam do-
mum veſtram ſubuertunt, volentes de omnibus bo-
nis veſtris hic repertis facere inuentarium.Quamob-
rem magna teſtator ira commotus , commiſit,vt ſta-
tim Notarius,& teſtes vocarētur , quia volebat aliud
facere teſtamentum : ita Notario & teſtibus ibi con-
uocatis,facit teſtamentum , alium,& non confrater-
nitatem prædictam amplius inſtituendo hæredem.
Dico , non vltimum teſtamentum,ſed primum vale-
re,& confraternitatem iure poſſe hæreditatem obti-
13 nere,†per doctr.Ange.in l.non enim.quæ eſt 4.ff.de
inoff.teſt. vbi teſtatore inducto ad mutandum teſta-
mentum , in quo erant inſtituti quidam pauperes,&
alios hæredes faciendum his ſuggeſtionibus falsò te-
ſtatori propoſitis,quòd illi pauperes non erant boni,
& quod non erat bona eleemoſyna,nec acceptabilis
Deo,eis relinquere bona : deciditur ibi,hæreditatem
fuiſſe ablatam illis ſuggerentibus vltimò inſtitutis,&
conceſſam pauperibus prædictis:per d.l.4. & ibi per
Ang.& in l.fi.C.ſi quis aliq.teſt.prohib.qui ibi id mā
dat menti tenendum : quia eſt caſus valde quotidia-
nus,Rapha.Fulgo.ſequitur in d.l.4.quam legit ſub l.
2.col.2.ver.in gl.de lineamentis.ff.de inof.teſtamen.
dicens. de hac materia ad iura ſpecialiora , ad l.Lu-
cius.§.Sempronia.de lega.2.& in auct.vt nul.iud.lice.
ha.§.& hoc peruenit , & alios allegando comprobat
Catel.Cot.in Memorial. in ver.teſtatorem inducere.
& probat Ruin.in conſil.2.Viſo teſtamento.col.pen.
ver.& nec habet.lib.2.vbi rationē adducit,quia men
dax præſumitur in dolo,quando dolus & cedit,& re-
14 dundat ad eius commodum:†vt l.& eleganter.§.fin.
& l.ſequenti:ff.de dolo.ſed tamen hoc non procede-
15 re,ibi dicit Ruin. † quando ſuaſum eſt ſimpliciter te-
ſtatori abſque vllo mendatio,vt vellet vltimum teſta
16 mentum mutare,† non procedit quoque,ſecundum
Bald.in d.l.ſi quis aliq.teſt.prohi. quando dolus bo-
nus interuenerit, turpem perſonā perſuaſit ei , quòd
illa perſona erat mortua, ideo quòd deberet me hæ-
redem inſtituere,iſto caſu valet teſtamentum,& talis
dolus bonus non punitur : quando dolus eſt malus,
commiſſus in præiudicium deſcendentium , videtur
tunc teſtamentum nullum:commiſſus verò in præiu
dicium tranſuerſalium teſtamentum non annullat,
ſi tamen tranſuerſales poſſident,& doloſus petat,vi-
gore huiuſmodi teſtamenti repellitur exceptione do
17 li,†per l.1.ibi,quàm in teſtamentis.ff.de do.ma.exce.
ſecundum Bal.in d.l.fi. col.fi.ver.extra quæritur.pro
ſingulari ponit Corſ.in ſing.ſub ver.hæres.inci. Ego
induxi.

Secundò licitum eſt blando ſermone inducere ali
quem ad inſtituendum hæredem ipſum blandientē,
18 vel ſibi relinquēdum aliquid:vt † d.l.fi.C.& ff.ſi quis
aliq.teſt.prohib.ſed non malitiosè inducere,vt intel-
19 ligit Bar.in d.l.Lucius.§.Sempronia.neq; etiam vale
re legatum , ab vxore factum marito , importunis &
reiteratis precibus & blanditijs ipſius mariti, & alijs
coniecturis apparentib.in tantum , quod videbatur
teſtamentum non fuiſſe conditum voluntate vxoris
20 libera,eſt deciſ.† Neap.Affl.in deciſ.69.Quædam do
21 mina Catharina † vbi etiam habetur , quòd ſenten-
tia iudicis teſtamentum poteſt pro parte reſcindi &
annullari, & pro parte valere : huic principali deciſ.
22 †adde Bal.in conſ.26.Punctus infraſcripti conſilij.li.
3.vbi de teſtamento vxoris inualido ob vehementem
timorem,& cauſam impreſſionis,& cōpulſionis ma-
riti. ¶Quid ſi aliquis fecerit rumorē in publicatione
teſtamēti, ita quòd Notarius & teſtes receſſerunt ali-
ter publicatione ſcripturæ teſtamenti nō facta ob ta-
lem rumorē,ſi poteſt per teſtes legitimè probari de ſe
rie huiuſmodi teſtamenti diſpoſita per teſtatorem,va
lent maximè ad incommodū ſic ſuo ex clamore im-
pedientis publicationem teſtamenti, vt primum te-
23 ſtamentum nō mutetur, †vt latè tradit Pet.de Anch.
in cōſ.337.De efficacia.& Calca. in conſ.91.Quātum
ad primum.col.5.ſub ver.Tertiò,quia eo ipſo.& Pau.
de Caſt.in conſ.456.Viſis & examinatis.ad fi.lib.1.&
Alb.Bru.in trac.de forma.in art.de poten.& effi.for.
col.pe.ſi tamen quis verbis perſuaſiuis,vel lamētato-
rijs accordando teſtatori,quòd ſibi , vel alteri magis
relinquat,interruperit verba teſtatoris,qui iam pro-
palauerat ſuam voluntatem , & ita teſtator fuerit in-
ductus,quod licentiauerit Notarium,& teſtes dicen-
do pro nunc ſe aliud nolle facere,non reputatur indi
gnus talis perſuadens & lamentans,nec culpabilis ad
24 aliquam punitionē,per multa defendit† Cor.in cōſ.
209. Quia primò.col.9.& ſeq.li.2.& videtur permiſ-
ſum ſuccedentib.ab inteſtato impedire vel Notariū,
vel alios,ne accedant & moleſtent infirmum,etiā cau
ſa teſtandi , dummodo non conſtet, quòd infirmus
25 volebat facere teſtamentū.†vt idem Cor.in conſi.84.
Diu poſt reditum.Qui.n.quærit aliquē priuari hære-
ditate vel condemnari,eò, quòd impedierit aliquem
non facere teſtamentū prohibendo Not.vel teſtes,ne
adſint vel faciendo eos recedere,duo probare debet.
primū.quod illo tēpore impedimenti volebat facere
teſtamentū alterum , quòd aliquis prohibuit vel im-
26 pediuit exprimendo modos impedimenti , † vt per
Bar.in d.l.fi.col.fin.ver.quæro qualiter.ff.ſi quis aliq.
teſt.prohib.ex facto reſponderunt Iaſ.in conſil.31.In
quæſtione.col.pe.& fi.li.1.& Soc.in cōſ.105.Viſo pro
ceſſu.col.2.li.3.& Gram.con.ciuil.26.& ſufficit dolus
in prohibēte.Cor.in conſ.110.Licet prohibens.circa
fi.l.4. & latiſsime per Pariſ.in conſ.67.Quærela poſt
nu.30.li.3. ¶Vlteriùs certum eſt,ſolā præparationem
ſeu deſtinationem ad teſtandū nō ſufficere , niſi fue-
27 rit deuentum ad diſpoſitionē,†per tex.in §.ex.eo au
tem.Inſt.quib.mod.teſt.infir.& in l.pe.§.fi.ff.de bon.
poſ.ſec.tab.& in l.fi.§.illud quoq; C.de cōd.per hęc
verba:Teſtator.qui decreuit facere teſtamētum, ſi id
implere nequiuerit , inteſtatº videtur eſſe defunctus:
28 †Bald.& Imol.in l.quidam cum filium.de hęr.inſt.&
Doct.in l.ſi is qui.ff.de teſta. non ſufficit maximè ad
reuocandum primū teſtamētum validū:vt per Oldr.
in conſ.119.Titius condidit teſtamentū,idem in teſta
tore, qui fecerat ſuam voluntatem exponere in ſcri-
ptura,& ita ſibi placere dixit coram duob. teſtib:ſed
quod tamē volebat differri vſq; ad horam veſperam,
& Notariū,et teſtes vocari et rogari de ſuo teſtamen
to,hac ratione ſolennitatis adhibendæ teſtatorē non
habuiſſe diſpoſitionē pro perfecta : ſed potius feciſſe
92 quandā præparationē,quā teſtamentū,†tradit Pa.de
Caſt.in cōſ.75.Viſa dicti facti.li.1.vbi in fi.ſingulari-
ter & valde notabiliter concludit,ex quo ad pias cau
ſas in illo caſu teſtamētū potuiſſet valere corā duob,
teſtib.tamen id nō poſſe procedere,quia teſtator ele-
git,velle teſtari magis ſolenniter Notario & teſtibus
30 rogatis:pro quo facit tex.†& quod ibi no.gl.& doct.
ff.de iur.codicil.& latiùs ſuper eiuſdem facti queſtio-
ne ipſe Pau. de Caſt. in conſilio.450. Viſa dicta facti
narratione.li.ſequitur Iaſ.in conſ.8.Pro iſta infante.
col.6.ver.tertio ad idem.li.3.& Pariſ.in conſ.24. col.
2.& ſeq.nu.11.12.ſeq.lib.3.





Idem in eo peſtifera infirmitate grauato, qui corā
tribus teſtibus laicis requiſitus , vt faceret teſtamen-
tum,dixit,Facias venire Notarium,qui ſit rogatus de
meo teſtamēto,quod ego volo facere,& volo omnia,
quæ habeo,ſint tuæ vxoris meæ attinentis,& ita volo
eſſe meum teſtamentum : id tamen non valere , quia
non teſtamentum,ſed deſtinatio atq; pollicitatio te-
ſtamenti fuit,cum perfectio fuerit remiſſa ad aduen-
tum & rogitum Notarij , qui adueniens reperijt vo-
31 lentem teſtari defunctum eſſe,† ita reſpondit Raph.
Fulg.in conſi.29.Punctus quæſtionis,idem in eo,qui
volens facere teſtamentum incipit facere aliqua le-
gata ſuis neptibus,& antequam perueniret ad hære-
dis inſtitutionem , deficit,& obijt,tale teſtamentum
non teſtari,vel teſtari volentis:per d.l.ſi is,qui.conſu
luit non valere etiam inter liberos,quo ad legata fa-
32 cta:†Abb.in conſ.105.Videtur primo.lib.2.etiam ad
pias cauſas nō valere, vti poteſt apparere,teſtatorem
velle quid aliud facere,& morte præuentus non fece
rit,tenet Ruin.in conſ.204.Viſo teſtamento lib.2.

Item ex eo, quod volens teſtari dicebat , Vocate
Nota.& volo relinquere,&c.etiam exprimendo , cui
33 voluerit relinquere,id pro teſtamēto non valere† plu
rima ad intellectum , l. Pamphilo.§.propoſitum.de
leg.3.conſiderans reſpondit Gram.in conſi.ciuil.53.
In cauſa hæreditatis.Item potius præparaſſe ad teſtā-
dum , quàm teſtatum eſſe illum , qui vna die ſcripſit
teſtamentum,& alia die teſtes ſubſcripſerunt, non ſi-
gilla : ſed ſigna tabellionatus apponendo aliter non
audita voluntate teſtatoris,ſe velle teſtari in ſcriptis
34 conſuluit, † Ruin. in conſilio 193. Viſo teſtamento.
libr.2.

Item præparationem ad teſtamentum , & non te-
ſtamentum oſtendi ex eo , quòd ſcriptura fuit facta
de voluntate alicuius,eo propoſito,quod poſtea corā
teſtibus diſponeretur,prout in ea ſcriptum erat,addu
35 cit Corn.in conſil.49. Videtur 1.col.2.ver. teſtamen-
tum autem.& conſi.77.in fi.lib.1.& præcipuè per ſu-
prà alleg.19.Oldradi.

Item eadem ratione imperfectæ voluntatis teſta-
mentum eius , qui filiam incerta quātitate pecunia-
rum particulariter inſtituit , donec aliter prouiderit,
vt dicetur infrà, & prouiderit in faciēdo ſubſtitutio-
nes aliorum hæredum,his aliter non prouiſis,non va
lere,per plura fundamenta eandē rationem imperfe-
36 ctę voluntatis concernentia,† conſuluit Iaſ.in d.cōſ.
8.lib.3.

Item ordinationē & præparationē ad teſtamentū
eſſe,& non teſtm̄, quando extra propoſita voluntate
in ſcriptura penes Notariū, dixerit teſtator Notario,
quòd cras reuerteretur,pro ea publicāda,& eo non re
uerſo plurib. vicibus ad effectum publicandi dictam
ſcripturam ſemper infirmus diſtulit in aliud tempus,
37 tale teſtamentum facere:†tenet idem Iaſ.in conſ.155.
In cauſa & lite.lib.4.vbi latè defendit d.conſ.Oldr.
119.Titius condidit teſtm̄ eſſe communiter per Doct.
approbatum,ſuper eodem facto idē conſuluit Dec.in
conſ.159.Caſus.qui.per ſimilia fundamēta cū Iaſone,
de eo tn̄ mentionē,non faciendo,quia forſan ſepara-
tim conſuluit,alibi Iaſ.ipſe in conſ.196.In prænotato
themate.li.2.ſequens Oldr.& Pau.de Caſt.in conſ.al
le. conſuluit non valere teſtamentum eius,qui poſt-
quam & Nota.coram ſeptem teſtib.publicauerit ſcri
pturam teſtamenti factam ordinatione forſan alio-
rū dixit Notario,Rogo vos,vt reuertamini huc,quia
volò adaptare iſtud meum teſtamentum in alia for-
ma,quando melius me habebo.

Item verba prolata ab eo non infirmo,non accerſi
tis aliquibus & habens agnatos ad inſtigationē dua-
rum monialium,& earum famulo ad ignem dicente:
Io voglio ch'il mio ſia del Monaſt.& verba iocoſa,vel
blandiendi,& iactandi cauſa dicta & non animo diſ-
ponendi,non importare vltimam voluntatem validā,
38 tradit † Corn.in conſi.149. Viſis nonnullis,li.2. vbi
ponderat tex.in d.l.Pamphilo. §.propoſitum. de leg.
3.niſi tria hæc concurrant,quod ſint accerciti aliqui,
& ſit infirmus,& non habens liberos& cognatos,nō
probatur de animo & intentione teſtādi,& diſponen
di,vt ibi per eum,& per Rui.in conſ.15.Viſo themate
col.2.ver.ſed tamen.præmiſſis.li.2.& Ripa poſt alios
in l.1.§.ſi quis ita col. 2.nu.8. & ſeq.de verb. obligat.
vbi plura de intellectu. dicti §. propoſitum.& latius
per Gram.in d.conſ.53.

Hos quidem caſus,per Doct.deciſos, vt ſupra recen
ſui,omittendo iura,& auctoritates alleg.per eos,quæ
in dictis locis poſſunt videri,vt breuiter cognoſcatur
teſtamentum non eſſe completum & perfectum , ſed
fieri ceptum & præparatum,quando apparet,teſtato-
rem omnino ſe non firmaſſe in prolatis vel diſpoſi-
tis,ſed velle quid pro perfectione & complemento
39 diſpoſitionis,†per d.l.ſi is,qui.& l.fideicommiſſ.§.1.
de leg.3.& vtrobiq; Doct.& Alb.in l. hac conſultiſſi-
ma.§.fi.C.de teſta.cum alle.ſupra.& per Pau.de Caſt.
in conſ.307.Ad primum quæſitum.col.pe. ver. ſuper
ſecundo li.1.vbi pro intellectu d.l.fideicommiſſa.§.1.
& gl.& de dictis doct.exemplum continens , non te-
ſtium,ſed pręparationem ad aliud,& per Dec.in con.
488.in cauſa& lite.&per Imo.in con.91.In cauſa,quę
vertitur.& Gram.in deciſ.62.& minus hęc ſimilia ver
ba prolata quibuſdā blandimentis & iactantiis, poſ-
ſunt inducere cōtractū inter viuos, & diſpoſitionem
40 †vt per Corn.in cōſ.129.Viſis verbis.lib.3.& Marſ.in
ſing.464.Cæpo.in l.ſciendum.in prin.de ædil.edict,
Pariſ.conſ.89.lib.3.& Gab.Rom.de com.opi.li.4.tit.
de teſta.conclu.9.de teſtamento non perfecto.

Verùm ibi conſtat, teſtatorem habuiſſe ſuam diſ-
poſitionem pro completa,valet teſtamentum, idque
dicitur conſtare,eo ipſo,quòd non apparet,teſtatorē
41 voluiſſe aliud,vel apparet noluiſſe aliud facere : †vt
per Bar.in d.l.ſi is,qui in prin.& ibi Bal.& Imo.in pr.
no.& Io.de Ana.conſ.57.Et ſi facta publicatione te-
ſtamenti coram Notario & teſtibus diceret teſtator
Notario,Non fate altro,tenete coſi fin dimane,vel di
ceret, Reuertimini cras, quia volo addere,vel dimi-
nuere, tamen non impediri perfectionem teſtamen-
42 ti,in primo caſu conſuluerunt† Ant.de Prato Vet.in-
ter conſi.Alex.conſ.73.Non puto,& ibi Alex.in conſ.
74.ſeq.lib.1.ea præcipua ratione,quòd poſt diem cra-
ſtinam eo aliud non faciente teſtata , & diſpoſita te-
manent in ſua validitate:arg.l. Imperator.& ibi not.
per Bal.ff.de poſtul.& l.ſtatuliberum.§. Stichum. de
lega.2.& quod etiam Notarius poſt factum teſtamen
tum de inſtrumento ad petitionem teſtatoris,nō po-
43 teſt aliud facere,quod non appareat:†vt per Bar.& a-
lios in l.2.§.ſi plura.ff.quemad.teſta.aper.in ſecundo
caſu.Caro.Rui.in d.conſi.15.lib.2.& quòd poſſet im-
portare additionem,vel diminutionem,per viam co
dicillorum,remanente firmo teſtamento , alia addu-
cendo,& contrarijs reſpondendo , & notabiliter de-
monſtrando , quomodo percipiatur propoſitum te-
ſtandi,& teſtamētum eſſe perfectum,vt ibi per eum,
& per Alex.in d.conſi.74.colum.1.& in conſ.114.Viſa
ſcriptura.num.7.lib.7.& Lau.Calca.in cōſi.91.col.2.
ver.ſimiliter non obſtat. & Ioan. de Ana. in d.conſi.
44 57.Viſis & cōſideratis.† quod habuerit teſtator,quod
diſpoſuit pro perfecto, & noluerit aliud facere , ſatis
ponderandum eſt , quando finita diſpoſitione ſtatim
teſtator non fuit morte præuentus, ſecundum Paul.

de Caſt.in l.iubemus.ver.item nota.li.2.C.de teſta.&
per Rui.conſ.1.col.pe.& fi.lib.2.& quib.mod.dicitur
45 perfectum teſtamentum,†tradunt Bal.in l.1.ff.de te-
ſta.& Imo.in d.l.ſi is,qui.¶Aduerte circa propoſitam
ſpeciem, quòd ſi ſcriptura Notar.ſit imperfecta, vti
non lecta, vel publicata teſtib.vel aliam habeat im-
perfectionem, ita quod nullam faciat fidẽ, vel alia ſit
ſcriptura priuata non faciens fidem,poſſet tunc pro-
bari teſtamentum, per teſtes, qui teſtamento inter-
46 fuerunt: †vt probat Bal.in l.Luc.ff.de teſtam.mil.&
Pau.de Caſt.in conſi.307.Ad primum.col.fi.lib.1.&
Alex.in d.conſ.74.colum.3.ver.præterea licet.lib.1.&
Laur.Cal.in d.conſi.61.col.2.& ſeq.& Rui.in d.cõſi.
1.col.6.nu.21.li.2.ratio eſt maximè in teſtamento ſine
ſcriptis:quia aliud eſt teſtamentũ, & aliud eſt inſtru-
47 mentum,vel ſcriptura,† vt per Bart.in l.ſi quis lega-
tum.colu.fin.ff.de falſ. meritò exiſtente inſtrumento
imperfecto,& non probante, poteſt per teſtes & ali-
48 ter probari de teſtamento, †per com. conclu. Imol.
Cuma.& Caſtren.Alex.Are,& Iaſ.in l.ſeruum filij.§.
eum,qui chirographum.de leg.1.Alex.in conſil.170.
Viſis ſtatutis,ver.pro hoc facit.lib.7.Fel.in c.capitu-
lum.col.6.de reſcr.volẽtium annullaer debitũ inſtru-
mẽto per ſtatutum,poſſe debitum probari per teſtes:
quia amota vna via probationis, non tollitur alia
49 quæ non reperitur amota.†arg.l.ſi domus,de ſer.vrb.
præd.dicit Bald.in l.pen.col.2.ver.tertiò quęritur.C.
de teſtamen. ita in facto obtinui, vt in meo conſil.
164.lib.1.

Idem quia ſæpè contingit,teſtamẽta præſertim in-
firmari tũ excitari & præparari opportunis,ac etiam
importunis, ſuggeſtiuis, & ſubdolis interrogationi-
bus,factis ab his,qui potius ægrotantis bonorum ſuc
ceſſioni,quàm eius ſanitati inuigilant, & ſtudent:igi
tur operæ pretium eſt,videre de huiuſmodi teſtamen
tis,factis ad interrogationem alterius, licet enim te-
50 ſtator nomen hæredis voce exprimere debeat:†l.iu-
bemus.§.ſi verò.C.de teſta.tamen idem eſſe,& teſta-
mentum valere,ſi interrogationi alterius,an velit ta-
51 lem facere ſuum hæredem, reſpondeat,quòd ſic:†eſt
gl.in d.l.iubemus.quam ibi Bar.Bal.Alb.Saly.ſequũ-
tur ita eſſe Com.Opi.Doct.in pluribus locis atteſtan
tur,vt ibi per Alex.& in conſ.12.Viſo inſtrumẽto.col.
3.lib.1.& in conſ.47.Abundè.col.2.ver. circa quartũ.
lib.2.& Corn.in d.conſ.77.Viſo dicto themate.col.4.
ver.non obſtant.li.4.& conſ.261.De duob.col.9.eod.
lib.& Iaſ.in conſ.124.Dico.in fi.lib.1.& Dec.in conſi.
489.In caſu occurrenti. col.3.nu.3.& alibi,maximè
per Io.Bap.Plot.in 1.vol.conſ. Ad cauſas vlt.volunt.
conſ.168.num.4.&.non refert,à quo interrogetur,ſi-
ue à tabellione,ſiue ab hęrede,ſiue ab alijs,vt aliâs re-
52 ferre aliquid tenent,ſequentes illum†Albertum Pa-
pien.relatum per Ioan.Andr.in addit.incipien. Qui-
dam Pyleus.in §.1.colum.3.de teſta.ad Specul.

Dummodo appareat,teſtatorem voluiſſe teſtari,&
eſſe in bono ſenſu,& poſſe articulatè,& intelligibili-
ter loqui, etiam ſi in maxima infirmitate ſit conſtitu-
53 tus,† vt declarant Doct.in d.l.iubemus.& in d.l.ſi is,
qui.& in l. quoniam indignum.C.de teſta. & in c.cũ
tibi.extra eo. Are. in l.hæredes palàm. in prin.fin.ff.
de teſta.Bal.conſ.55.lib.5.idem Aret.latè recenſendo
teſtes examinatos,quod non probent,in conſ.71.per
totum.& Alex. in conſ.33.Ponderatis verbis.col.2.li.
3.& Cor. in d.conſ.261. col.2.& ſeq.lib.4.vbi diffusè
exponit,quomodo intelligatur articulata locutio, &
Socin.in conſ.20.Abundè. lib.4.Dec. in d.conſ.489.
& in l.diſcretis.nu.17.qui teſta.fa.poſſ.& Rui.in conſ
2.& conſ.9.& conſ.12.lib.2.& Io.Dilect.de ar.teſtan.
in titu.4.caut.2. & per Modern. in l.1.§.ſi quis ita.de
verb.oblig.& eſt plena diciſ.Boe.in dec.35.Et videtur
primò.

Sin autem aliquid ex prædictis deficeret,vel adeſ-
ſet aliqua ſuſpicio falſitatis,vel rei non geſtæ ſincerè,
ſed ſuggeſtiuè, & importunè,tunc teſtamentum tale
54 non valeret,vt per Socin.in conſ.229.Primo aſpectu.
lib.2.& conſ.92.in cauſa D.Ant.col.8.lib.3.& cõſ.20.
col.2.& conſ.28.col.fi.& conſ.98.col.3.eo. & Socin.
Iun.conſ.194.num.26.& ſequ.lib.2.vbi tres frequen-
tiores limitationes adducit ad glo.in d.l.iubemus.&
Corn.in conſ.1.col.3.lib.4.Roma.in conſil.306.Pro-
poſita.col.fin.Paul.de Caſtr.in conſ.155.Viſo puncto
& allegationib.lib.1.Corn. conſ.319.co.4.lib.1.cũ a-
lijs allegatis per Aym.in conſ.10.ſub num.13.& conſ.
143.ſub num.13. & in conſi.117. Circa teſtamentum,
& idem Corn.in conſ.73.Viſo & diligenter.col.pe.li.
1.& conſ.319.col.3.lib.4.& Couar.in d.c.cũ tibi nu.
4.& Albe.Bru.in tract.de forma rub.de imple.& ob-
ſer.for.col.2.& ſeq.& Pet.Pech.de teſta.coniug.lib.1.
c.5.& magiſtrale collegij Patau.conſ.1.in 1.vol.diuer.
conſ.vlt.volunt.collectorum per Zilettum,& in eod.
vol.per Io.Bap.Plot. in d.cõſ.168.nu.4.5.Gab.Rom.
de com.opin.lib.4.tit.de teſt.concl.2.et Sil. conſ.54.
nu.10.et ſeq. et Gram. in dec.73.Ceph.cõſ.546.quem
autem velle teſtari ſufficit probari,per eius confeſſio-
nem,cui ſoli ad declarationem voluntatis diſponen-
55 tis debet credi per ea,que tradit†Alex.in conſ.75.Vi
detur.col.4.ver.ſed vbi agitur. nu.13.li.5.et ita etiam
ex facto reſpondi.

Verùm prædicta de teſtamento facto ad interroga
tionem alterius, limita non habere locum in teſta-
mento,in ſcriptis cõdito,in eo exempli gratia, quod
ſcriptum et ſubſcriptum et ſigillatum fuit à teſtib.nõ
in præſentia teſtatoris,et illud tenens in manib.No-
tarius,dicat teſtatori, Si velit illud eſſe ſuum vltimũ
teſtamentum,et ille reſpondeat, quòd ſic, id quidem
56 non valere, tenet conſ. † Neap. vt per Affl. in deciſ.
142.Vtrùm teſtamentum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Teſtamẽtum in ſcriptis ſit modo & forma,vt hic remiſſiuè.*
2 *Teſtamentum in ſcriptis probatur per ſcripturam, de eo factam,legitimè apertum, recognitũ ac publicatum, quòd ſi teſtibus coram iudice non ſit recognitum,ſubſcriptio,ſcilicet, & ſigilla, per quam fiat publicatio, priuata dicitur ſcriptura, non publica, niſi à Notario ſcripta & publicata,& ideo non probatur:nu.3.*
4 *Teſtamentum non probatur ſcriptura priuata.*
5 *Amplia etiam,quòd eſſet presbyteri,non Notarij.*
*Etiam ad pias cauſas.*
6 *Amplia etiam,quòd ſit ſcriptura patris recognita,carens die,& teſtibus de ea clarè & concludenter non deponentibus inter liberos.*
7 *Limita in teſtamento ad pias cauſas, quia ſufficit apponere annum,non diem.*
9 *Teſtamentum non probatur ſcriptura priuata diuerſis manibus limita,vt probet,quando duo,vel tres teſtes examinati,ad eam ſe referunt.*
10 *Limita, vt ſi per comparationem literarum ſcripturam patris eſſe probaretur: & ibi de comparatione legitimè facta remiſſiuè.*
11 *Teſtamentum in ſcriptis non probat, niſi ſit ſcripturæ expreſſio certa nominis hæredis,ſubſcriptio,ſigillatio,ſeptem teſtium recognitio, & publicatio,quòd ſi ex his vnum deficiat,non probatur teſtamentum.*
12 *Et ſi per teſtes, non per ſigilla habentia characteres, ſed per ſigna tabellionatus fuerit ſubſignatum,teſtamentum non tenet.*

15 *Teſtamen-*



13 *Teſtamentum facere in ſcriptis eſt periculoſum.Et magis tutum eſt teſtari ſine ſcriptis,vt ſit communiter.ibi.*
14 *Forma autem teſtamenti in ſcriptis habetur. Et valet huiuſmodi teſtamentum in tali forma,vt ibi.*
*Declarat & intellige,& amplia,vt ibi.*
15 *Limita,quod ſi non valet,vt in ſcriptis,valeat vt nũcupatiuum.*
16 *Teſtator implicitè & propriè nuncupaſſe,ac nominaſſe hæredes deſcriptos in teſtamento per relationem, quando videatur.*
*Amplia,vt ibi.*
17 *Non curamus de modo teſtandi,dummodo habeamus effectum.*
18 *Si non valeat, quod ago,vt ago,non valet vt valere poteſt in teſtamento,quod quis in ſcriptis facere intendit, & non ſecus.*
*Amplia,vt hic.*
*Limita,vt hic,num.19.& 20.*
23 *Teſtamentnm dicitur voluiſſe facere in ſcriptis teſtator, quando expreſſit teſtator,& adeſſet clauſula.omni meliori modo.*
*Et valeat vt nuncupatiuum, Communis eſt Opin. num. 22.*
24 *Quid ſcriptura ipſius teſtamenti aliqua ex parte eſſet imperfecta, qualis eſſet interpretatio.*
25 *Teſtameneum nuncupatiuum probatur per ſcripturam Notarij ſeu inſtrumentum publicum,in quo ſeptem teſtes rogati eſſent.*
*Cum inſtrumento ſtandum eſt,alio in contrarium non probato.nu.26.Amplia.*
27 *Etiam ſi Notarius eſſet rector,vel Canonicus alicuius eccleſiæ,& eſſet rogatus de teſtamento,in quo teſtator inſtituerat d.eccleſiam,vel ei legaret quicquam.*
28 *Amplia etiam, quòd teſtator faceret hæredem Notarij patrem.*
*Limita vt hic.*
29 *Notarius non ſibi poteſt aſcribere legatum in teſtamento,de quo ſit rogatus.*
*Notarius poteſt ſcribere in teſtamento ſibi mercedem taxatam per teſtatorem, dummodò non excedat iuſtum. ibi.*
30 *Notario non creditur, ſi quid ſibi commiſſum à teſtatore ſcribat in teſtamento,de quo ſit rogatus,ibi.*
31 *Notario nõ creditur,nec ſtatur eius ſcripturæ,in teſtamẽto ſcriptæ,de quo fuit rogatus,ſi dicat,Proximiores ipſius Notarij hæredes eſſe teſtatoris.*
*Scriptura presbyteri,non Notarij,non probat.*
32 *Teſtamentum,de quo not.ſit rogatus:vt probet,debet eſſe lectum & publicatum teſtib.Nec ſufficeret dicere ſimpliciter,Actum factum fuit præſens teſtamentum corã teſtibus rogatis.*
*Notarius apponens in abbreuiaturis actum,&c. rem perfectam oſtendit:num,33.ſi in fine abbreuiaturæ ſit appoſita,num.34.*
36 *Teſtamentum debet eſſe lectum & publicatum coram teſtibus,& nomina teſtium deſcripta cum duabus demõſtrationibus. numer. 35. vt Petrus Martini de Peruſio, qui teſtes debent cognoſcere teſtatorem,aliâs non probant.*
37 *Et teſtes ipſi debent eſſe habiles.*
38 *Inſtrumentum donationis cauſa mortis, in quo ſunt deſcripta nomina quatuor teſtium,cum adiectione,quàm pluribus aliis teſtibus,non probat*
*Limita,vt hic.*
39 *Pluralitas nominis non præſumitur,niſi probetur.*
40 *Inſtrumentum vt probet, quæ requirantur, vbi remiſſiuè.*
41 *Inſtrumentum probat,quando cõtrarium non probatur ſed ſi quid contrà probetur,nihil probat.*
42 *Stante ſtatuto, quòd inſtrumenta Notariorum forenſiũ non probant, Teſtamentum factum extra territorium ſtatuti:non comprehenditur.*
43 *Statutum, quòd de teſtamento debeant eſſe rogati tres Notarij, ſufficit vnum ſcribere,& quòd alij ſe ſubſcribant.*
44 *Notarij propria manu debent ſubſcribere originale & protocollum.*
45 *Limita. Niſi de commiſſione Notarij alius ſcriberet, & ipſe propria manu ſubſcriberet.*
46 *Limita,niſi ipſe notarius eſſet impeditus,quia poteſt cõmittere alij Notario,vt ſcribat & publicet pro ſua ſcriptura.*
47 *Notarius poteſt alio tempore ſcribere teſtamentum, poſtquam teſtator confecerit coram teſtibus,& manifeſtauerit.*
*Amplia,vt hîc.*
48 *Teſtamentum in liberculo Notarij repertum,ex defectu rogitus teſtium incongruè deſcriptorum, ante tenorem teſtamenti,puta præſentibus teſtibus,& poſt vltima teſtamenti verba intermiſſo ſpatio,apponendo ſex nomina hominum,non probat.*
49 *Teſtamentum in protocollo Notarij abſque ſigno & ſubſcriptione Notarij, habens omnes teſtes mortuos,non longo tempore confectum,non probat.*
*Idem propter defectum cancellationis in parte cancellata & ob defectum ſigni Notarij,vt protocollo, non tenet. ibi.Et defectu loci non deſcript: in inſtrumento,in quo fuerit factum.*
*Locus,vbi confectum ſit teſtamentum,præſertim eſt attendendus, & ideo in Portu Soldani factum teſtamentum ab ſtato,dicitur in loco ſuo factum,cum portus ſit communis:nu.50.vide Strácham de mercatura,tit.de Nauigatione,num.26.fol.171.*
*Teſtamentum per mercatorem Italum in Barbaria coram duobus teſtibus factum,valet:num.51.Stracha de mercatura.tit. de nauigatione:num.26.fol.171. vide leges Maris.*
52 *Inſtrumentum ex protocollo,quod habet diuerſas cãcellationes diuerſarum literarum, ac additiones abſque ſubſcriptione Notarij non probat.*
53 *Inſtrumentnm non debet leuari,& in publicam formam redigi,ſi ſit notula teſtamenti,ex quadam comparatione manu Notarij ſcripta,in quodam folio carente ſubſcriptione & ſigno Notarij, nec reperta in rogationibus Notarij,non probat,ſed contrà fuit conſultum, vt ibi.*
54 *Iudicis commiſſio requiritur ſpecialis, & non ſufficit generalis pro extrahendis omnibus abbreuiaturis Notarij mortui,cum reſtringitur ad habentes omnem ſolennitatem.*
55 *Teſtamentum iudicis mandato in publicam formam redigi,poteſt ſi per duos teſtes probaretur, vnam cartulã conglutinatam,cum aliis libris, vel protocollis Notarij eſſe ſcriptam manu ipſis Notarij continentem teſtamẽtum,& habentem cætera ſolennia & ſubſtantialia,dubio ſolùm exiſtente in ſcriptura.*
*Amplia,vt hic.*
*Et limita,hic.*
56 *Quid ſi exſtent apoſtillæ, cancellationes,& additiones in primis rogitis, vel protocollis Notariorum in margine, vel in corpore,vel poſt ſubſcriptionem, & in cauſa poſſeſſorij,vel petitorij.*
57 *Abbreuiatura Notarij in partibus non cancellatis, remanet in ſua fide.*
58 *Teſtamentum corroſum in parte ſubſtantiali non tenet: ſecus ſi in parte non ſubſtantiali.*
59 *Protocollo ſtatur, ſi in extraneo ſit diuerſitas: limita vt hic.*

60 *Proto-*

80 *Protocollum quodnam dicatur.*
61 *Teſtamenti diuerſa ſcripturæ quid iuris.*
62 *Protocollum debet exhiberi, ſi quis habeat extractum ſuſpectam, & debent hæredes producere & exhibere.*
64 *Amplia, etiam quòd iudex committeret exemplationem ſtante ſtatuto Piſauri, quòd inſtrumenta Notariorum iudicis auctoritate exemplata tanquam authentica, ſiue valida, etiamſi authenticum non conſtet Notarij de eo rogati, extra territorium, & vbique procederent.*
65 *Sententia in vna prouincia, vbique probat & debet exequi.*
*Amplia in ſcriptura ex archiuio, quia probat extra territorium, vbi iudex interuenit: num. 66. vbi communem dicit.*
67 *Teſt.mentum factum Venetiis cum minori numero teſtium, vbique valet.*
68 *Inſtrumento ſtatur, licet protocollum caſualiter ſit perditum, vel originale, & præſumatur, quàm quòd non fuerit factum.*
69 *Inſtrumentum exemplatum non probat, ſi de exemplo non conſtat.*
70 *Inſtrumentum ex Notarij mortui ſcripturis extrahi non poteſt, niſi fiat citatio, ſaltem generalis omnium, quorũ intereſt.*
*Amplia idem eſſe inſtrumentis extrahendis ex protocollis Notarij viui abſentis, vel impediti.*
*Limita, niſi de commiſsione iudicis antiquitus conſtaret: nu. 72. apparentibus enuntiatis in exemplo ſolennitatis: num. 73.*
74 *Enunciatio alicuius ſolemnitatis, non requiritur, vt antiquitas faciat probationem.*
*Inſtrumentum, vel teſtamentum regiſtratum probat, ſtatuto ita dictante: nu. 75. & 66. Et habetur loco originalis: num. 78.*
77 *Amplia in inſtrumento producto in iudicio, & regiſtrato, vt probet, etiam amiſſo originali.*
76 *Scripturæ deſumptæ ex archiuio publico, carente ſolennitatibus, adhibito teſtimonio officialis præſidentis officij ſtatur.*
80 *Teſtamentum exemplatum in libro regiſtri, ſtandum eſt, etiamſi originale Notarij appareat cancellatum.*
81 *Inſtrumento ſtatur, parte vocata, vel præſente, & iudicis auctorante regiſtrato, neque opus erit alia originalis productione. Idem ſi parte præſente, & non contradicente.*
82 *Inſtrumento originali, vel teſtamento caſu deperdito, tenor eorum probatur per duos teſtes.*
83 *Teſtes autem debent eſſe valde periti, qui bene cognoſcãt defectus teſtamentorum, vt magni Aduocati, & Doctores, vel periti, nobiléſve Notarij.*
84 *Notarius rogatus de inſtrumento, ſi negetur, quòd ſit Notarius, debet probari Notarius de tabellionatu, à producente inſtrumentum: quomodo autem quis probetur Notarius. 85.*
86 *Notarius in conficiendo teſtamento debet cognoſcere teſtatorem, & ſi habeat teſtamenti factionem, & quod nõ ſit ita infirmus, vel ſenex ætate, vel infirmitate adeò oppreſſus, vt animus eius eum oſtendat ad teſtandum non eſſe idoneum.*
*Vel freneticet, & velit ponere in teſtamento diſſonantia, vt ſcribat Not. in teſtamento cauſam: num. 86. prout quando exhæredat filium teſtator, nume. 87. & debet Not. curare, vt clarè & apertè exponat & declaret, & ſcribat voluntatem teſtatoris, prout ore diſpoſuerit. num. 88.*
89 *Notarij debent eſſe cauti, vt ſciant concipere verba ſecũdum mentem teſtatoris: quia minimo verbo conſiſtit magnus effectus.*
*Teſtamentum vulgari, Latinóve idiomate ſcriptum, vel partim vulgari, partim Latino exaratum valet: nu. 90. vel Græco, 91.*
92 *Cautela exprimendi vulgari ſermone mentem teſtatoris vel contrahentis, ſi literato Latinóve ſermone non poteſt bene exprimi.*
93 *Teſtamenta vulgari ſermone confici, & quòd teſtator poteſt loqui in prima perſona, vt fit Venetiis.*
94 *Teſtamenta confici, vt mos eſt regionis.*
95 *Notarius præſumitur peritus.*
96 *Nota, præſumitur appoſuiſſe verba, prout voluit teſtator.*
97 *Notariorum imperitia quid faciat, & eam exaggerat, ibi.*
98 *Notarij quando poſſint errores corrigere.*
99 *Notarius poteſt cogi publicare teſtamentum imperfectũ, ratione ſolennitatis, & non voluntatis.*
*Notarius poteſt cogi dare copiam particulæ teſtamenti, vt legati vel ſubſtitutionis pupillaris cum hæredis inſtitutione. num. 100. 102.*
101 *Notarius non debet exhibere teſtamentum iuranti, ſe habere intereſſe, & aliâs calumnioſè petenti exhiberi.*
102 *Limita, ſi quis vocaret Notarium coram iudice ad finem & effectum, vt exhiberet protocollum, vt videat, ſi faciat pro ipſo petente, & iudex illi copiam particulæ ſeco facientis ſibi decerni curet.*
104 *Notarius tenetur apponere ſolemnia in teſtamentis, aliâs tenetur pœna falſi, & ad intereſſe.*

## SOLVTIO II.

ITAQVE poſt cõgruas præparationes ad teſtandum voluntate teſtatoris redacta in diſpoſitionem, de ea probationem habere poſſumus duobus modis. Primo, per ſcripturam: Secũdo, per depoſitiones teſtium.

Primo, quo ad probationem ex ſcriptura, quemadmodũ vt certũ & notũ eſt teſtamentum, poteſt duob. modis condi. ſ. in ſcriptis, & ſine ſcriptis per iura vulgaria. Quandoq; autẽ fit teſtamentum in ſcriptis, mo-
1 do & forma, vt diſponit † in l. hac conſul. in prin. C.
de teſta. & inſt. eo. §. 1. & in Spe. de inſtr. edi. §. compẽdioſè col. antep. ver. teſtamentum verò ſolenne, cum
ſim. alle. per Pariſ. conſ. 19. colum. 1. lib. 3. probatur per
ſcripturam de eo confectam, & legitimè apertam,
2 recognitam & publicatam, † iuxta tradita in l. 2. & in
l. teſtamenta omnia. C. de teſta. & in l. tabularum. in
prin. per Bar. & Imo. ff. quemad. teſt. ap. Sed antequã
recognitio ſubſcriptionum & ſigillorum fiat per teſtes coram iudice, per quem etiam fiat publicatio, eſt
ſcriptura priuata, ſi non fuerit ſcripta & publicata per
Notarium, & non probat, vt dicunt Bar. & Imo. in d.
3 l. tabularum, † in prin. & Bar. in l. 2. C. certi enim iuris eſt, ſcripturam priuatam non probare teſtamentũ,
4 † Bal. in conſ. 266. Iſta eſt ſcriptura. lib. 4. & Corn. in
conſ. 49. Videtur prima. col. 1. lib. 1. & Io. Ant. Alex. in
conſil. 107. Deceſſit, etiam ſi eſſet ſcriptura preſbyteri
5 nõ notarij, non probat, etiam ad pias cauſas, † Dec. in
conſ. 120. col. 2. verſ. 2. principaliter. & Capra. in conſ.
57. per Dec. alle. etiam ſi ſit ſcriptura patris, & pro tali
recognita, quæ tamen non habeat diem, neque teſtes
de ea clarè & concludenter deponentes, non probat
6 teſtamentum inter liberos, † Abb. in conſ. 98. In quæſtion. libe. 2. Alex. in conſ. 76. Ponderatis his. lib. 3. licet allegationibus factis pro vtraque parte de ſcriptura patris ſine teſtibus indeciſum dimittat Bal. in cõſ.
169. Quod cedula. lib. 2. idem vt ſ. latè probat in cõſ.
123.



123. Diſcuſſis. col. 2. lib. 1. quo verò ad diem ſufficere
ponere annum, & hoc etiam non requirit in teſtamẽto ad pias cauſas, reſpondit Alex. in conſ. 4. Attentis
narratis. col. pen. ver. item non obſtat. & ver. ſequent.
7 lib. 7. vide tamen contra per alleg. † à Corn. in conſ.
308. col. 4. alias li. 3. & minus probat, qñ reperitur ſcri-
8 ptura diuerſis manibus, † Alex. conſ. 41. Viſo tenore
in prin. lib. 1. & conſ. 104. Stantibus rebus in prin. lib.
8. & Rui. in cõſ. 201. Viſo ac perlecto. col. pen. ver. poſtremò, nõ obſt. li. 2. ſed probat, qñ duo vel tres teſtes
9 examinati ſe referunt ad eam: † Alex. in conſ. 4. col.
2. lib. 7. ſuprà alleg. & qñ per comparationem literarũ
legitimè de ſcriptura patris factam, conſtare etiã probaret, tenet idem Alex. conſ. 114. lib. 7. vbi de comparatione legitimè fienda bene docet, & ſimpliciter,
10 † Iaſ. in conſ. 61. in fi. li. 1. & latè Corn. in conſ. 118. In
hac conſultatione. lib. 3. Animaduerto hîc, inſtans ſuper probatione teſtamẽti per ſcripturam eſſe digreſſum probationem teſtamenti in ſcriptis, ad quam rediens dico: cum plura requiratur, vt valeat talis probatio, ſcilicet ſcriptura, expreſſio certa nominis hæredis, ſubſcriptio, ſigillatio, ſeptem teſtium recognitio,
& publicatio, vt dictum, & ſi vnum ex iſtis deficiat,
11 totum teſtamentum corruit: † vt l. ſi vnus. C. de teſt.
per no. in l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſa. omne enim quod non poteſt conſtare, niſi ex pluribus requirit eorum concurſum, dicit Bal. in l. pen. col. fi. ver. itẽ
omne. C. de impub. & al. ſubſt. rurſus aduerte, quòd ſi
per teſtes, non per ſigilla habẽtia characteres, ſed per
ſigna tabellionum fuerit ſubſignatum teſtamentum,
12 non valet, † vt per Rui. in conſ. 193. Viſo. col. 4. verſi.
præterea in ſubſcriptionib. li. & plurima de huiuſmodi ſecreti teſtamenti confectione cõſultus tradit Rol.
à Val. conſ. 36. lib. 1. imò eſt valde periculoſum con-
13 dere teſtamentum in ſcriptis, † vt dicit Bar. in d. l. tabularum. in prin. ff. quemad. teſt. ape. & Iaſ. in conſil.
67. De iſto ſecundo, in prin. lib. 3. & vidi aliquos, qui
profitebantur, eſſe de magnatibus, & extra numerum
aliorum via communi & conſueta manu tabellionũ
ſua teſtamenta nuncupatiua facientium velle condere ſua teſtamenta in ſcriptis, eo prætextu, etiã quod
eſſent ſecreta, vt propriè conſiderat tex. in d. l. iubemus. & in d. l. hac conſultiſſima. C. de teſta. & horum
teſtamenta modò vnius, modò alterius ſolennitatis
defectu, nunquam vidi ferè poſſe ſuſtineri, & valere,
Vnde magis expeditum & ſecurũ eſt, quòd fiãt teſtamenta ſine ſcriptis manu publicorum Notariorum,
& ſi quis velit ſuum teſtamentum eſſe ſecretum, poteſt conuocare teſtes religioſos, vel alios, habita fide
de ſilentio, vel facere in ſcriptis cum ſubſcriptionibus
requiſitis, & aliter non manifeſtatis, contentis in teſtamento teſtibus, & not. in reſiduo chartæ eiuſdem,
quæ ſupereſt poſt clauſuram, vel ſub ipſa charta clauſa in latere ſuperiori, facere ſubſcribere manu publici
Notarij ad hoc ſpecialiter rogati, cum nomine & ſigno Nota. hoc ſimili modo.

Pateat vniuerſis hãc ſcripturam inſpecturis, lecturis, & audituris, quòd talis teſtator coram me Notario, & teſtib. hîc ſubſcriptis, publicè dixit, iſtud teſtamentum ſic ligatum, ſubſcriptum, & ſigillatum, eſſe ſuum teſtamentum, & hoc velle obſeruari, & valere omni modo meliori, quo valere poteſt, & poterit, rogans me Notarium, vt publicum conficerem inſtrumentum, coram teſtibus præfatis, ad hoc etiam rogatis, & ita feci propria manu hîc, ſcribendo, vel ſubſcribendo nomen meũ, ſignũque mei tabellionatus, quo in publicis inſtrumentis vtor, apponendo, ſub anno &c. indictione, &c. Pontificatu, &c. Et tale teſtamentum ſine alia publicatione & recognitione etiam, quod
14 teſtes præmoriantur, ſemper probat, & facit fidẽ, † vt
poſt Bar. in d. l. tabularum. & in d. l. C. quemadmodum teſta. aper. talem formam ſubſcriptionis notari
ponens tradit Imo. in d. l. tabularum, in prin. verſi. in
eadem gl. & Bal. in l. 1. col. 1. ver. ſi autem ſcriptura. C.
de teſta. Barto. in conſ. 62. Viſo teſtamento. lib. 2. impreſſ. Venet. & cõſultus latè reſpondit Raph. Fulg. in
conſ. 56. Quæritur. & Iaſ. in d. conſ. 67. circa prin. lib.
3. & Goz. in conſ. 3. col. 4. in prin. ſub num. 15. & ponit Io. Dilect. de arte teſt. ti. 2. can. 1. vbi quandoque eſt
ſic à Notario ſubſcriptum, ſi aliquo defectu non poteſt valere, etiam vti in ſcriptis, ſed vt nuncupatiuum
valet iſto modo nuncupatiuo, allegando Alex. in l. ſi
ſtipulet in fin. & in l. ſtipulatio hoc modo. colũ. 5. de
ver. obl. per doctr. Cy. in l. hac cõſultiſſima. §. per nũcupationem. C. de teſta. intellige, quando dicitur ſcriptum per teſtatorem, vel ſcriptum, & ſubſcriptum in
præſentia teſtatoris, & non aliter per modum interrogationis factæ à Notario, tenẽte ſcripturam in manu, vt dictum eſt ſuprà ſecundum Afflict. in deciſion.
143.

Sed audiui quandoque dubitari, quando non poſſet valere vt in ſcriptis, ſed vt nuncupatiuum, ſi poſſit attendi, quòd valeat, vti nuncupatum teſtamentũ.
Breuiter dicendum eſt, valere vti nuncupatiuum,
15 † ſecundum Cy. Alber. Paul. de Caſtr. Alexand. &
Iaſ. in d. l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem.
C. de teſtam. Paul. de Caſt. in conſil. 93. Viſo d. teſtamento. colum. fina. verſicu. 2. principaliter. lib. 1. & in
conſil. 414. Viſo & examinato. colum. 2. ver. 2. poteſt.
lib. 2. Alexand. in conſil. 176. Viſo proceſſu. colum. 2.
ſub num. 4. ver. nam vbicunque. lib. 5. & conſ. 125. Super his. col. 2. num. 5. ver. accedit id li. 7. Socin. in conſ.
147. Reſponde. colum. 2. lib. 1. repetito in lib. 2. conſi.
173. Boer. in deciſ. 240. Ex proceſſu moto. ſub num.
56. intelligendum enim eſt, poſſe valere vti nuncupatiuum, ſi teſtes ſeptem intereſſentes, & vocati ad teſtamentum legitimè depoſuerunt, ſe audiuiſſe teſtatorem dicere, illammet ſcripturam de identitate, cuius nulla ſit dubitatio, eſt ſuum teſtamentum, & ſe feciſſe, & facere teſtamentum, vt in ea, vel ſe feciſſe hæredes, & ſuam diſpoſitionem, & vltimam volũtatem,
vt in ea continetur: ſic enim poſſe implicitè per certã
relationem, & propriè fieri, & nominari hæredes deſcriptos in tali ſcriptura, firmãt omnes Docto. ſ. alle.
16 dicens, hanc eſſe cõmunem concluſionem. † Boer. in
d. deciſ. 140. ſub nu. 5. per doct. Bald. & Ange. in l. aſſe.
toto. ff. de hæred. inſt. Bartol. in l. ſi ita ſcripſero: de
cond. & demon. & ibi Soc. maximè in d. col. verſi. ſecundus, & in ſequenti defendit hanc ſententiam à
quibuſdam legibus obiectionibus in contrarium factis, idem tenere probat Aret. in d. l. hæredes palàm.
in princ. col. 2. quandoque relata ſcriptura eſt certa &
in dubia, & cum hac reſidet Iaſ. in d. §. per nuncupationem, dum ſuas oppoſitiones in contrarium factas
limitat per text. in l. quoties. §. ſi quis nomen. ff. de
hær. inſti. ibi, ſed indubitabili ſigno eum demonſtra-
17 uerit: † vbi Bal. dicit, dummodo habeamus certitudinem, non curamus de modo, & loquitur in inſtitutione hæredis: vera enim & ſpiritualis eſt expreſſio facta per relationem pluribus. & ibi per Angel. de ver.
obl. tradit Ruin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. colum. 30. nume. 77. de lib. & poſthum. vbi ita ſaluat opini. Bart. in d. l. ſi ita ſcripſero ab oppoſitione, d. l. iubemus. C. de teſtamen. & dicendum erit in ſequent.
lib. & ab iſta communi opin. non eſt diſcedendum
per vulg.

Huius principalis dubij reſolutio, vt ſuprà facta per Cy. & alios ſuprà allegatos, limitatur, non procedere

dere, quando conſtaret, teſtatorem voluiſſe teſtari in
ſcriptis, & non ſine ſcriptis, qua voluntate ſtante i-
18 deo ſi nõ valet, vt ago, &c.† per tex. & ibi gl. & Doct.
in l. 1. ff. de iu. codi. vt latè per Pariſ. in conſi. 19. Cõ-
ſideratis. lib. 3. ſed difficultas eſt, quomodo dicatur id
conſtare. vbi enim diceret expreſsè, ſe velle teſtari in
ſcriptis, & non aliter, vel ſuum teſtamentum valere,
vt in ſcriptis factam, & non aliter, eo modo ſic præpa
rando teſtari eſſemus in claris, in quibus nõ eſt locus
coniecturis, per vulg. & non eſſe dubium, dicit Cyn.
in d. §. per nuncupationem.

Vbi verò nihil diceret, quidam Ioan. de Bono,
relatus per Cyn. in dicto §. per nuncupationem. di-
cebat ſufficere, quòd tacitè teſtator id ageret, & per
coniecturas haberetur, quando teſtator ſolemnita-
tes adhibuit, quæ ſolùm conueniunt teſtamento in
ſcriptis faciendo per teſtes ſubſcribi, & ſubſignari,
19 † vt per Pariſ. in conſilio 46. in principio lib. 3. tunc
ſi non valet vt in ſcriptis non valet etiam vt nuncu-
patiuum: arg. l. non codicillum. C. de teſtat. vt latè
proſequitur Pariſ. in conſilio decimo nono, lib. 3. ſi
verò non apparet de iſtis coniecturis, tunc verum
eſt, teſtamentum poſſe valere vti nuncupatiuum,
20 † ſecundum iſtum Ioan. de Bono. idem ſequi vide-
tur Paulus de Caſtr. in dicta lege. hæredes palàm.
verſicu. quid autem. ſi omnes teſtes. nume. 5. & latius
Ruin. in conſilio 139. columna penultima. libr. 2. &
Pariſ. in dicto conſilio. 19. lib. 3. at Cyn. in dicto §. per
nuncupationem, dicit, non procedere iſtam opinio-
nem de coniecturis, quando adhibitis ſolemnitatibus
requiſitis in teſtamento in ſcriptis, interuenit etiã ſo-
lemnitas teſtamenti nuncupatiui: quia coram teſti-
bus teſtator nuncupauit nomen hæredis, dicit Cyn.
quod videtur eſſe de nomine hæredis nuncupatiuo
explicitè.

Et ego addo idem eſſe de nominato implicitè eo
modo, vt dixi ſuprà per communem Opi. Doct. ſuprà
relatã, quæ eſſet deluſoria, ſi cõiecturæ ſemper admit-
terentur de voluntate teſtatoris teſtandi in ſcriptis
& nõ aliter, ex eo, quòd cœpit adhiberi ſolemnitates
teſtamenti in ſcriptis, proinde nõ poſſe valere, vt nũ-
cupatiuum, admiſcendo etiam ſolemnitates nuncu-
patiui, quod nõ eſt dicendum, ſecundum Dec. in cõſ.
131. colum. pen. ſub ver. ſecundò non obſtat. & ita li-
cet tunc non valeat in vna forma tantùm, valebit te-
ſtamentum in altera, qui non ſunt materiæ, ſed di-
uerſæ formæ, quæ ſimul ſe compatiuntur: ita ibi Cy.
concludit in fi. cum quo ibi Alber. & doct. communi-
ter tranſeunt, & in ſpecie Soc. in d. conſ. 142. col. fi. ſe-
quendo Cy. & alios ſuprà relatos, dicit, teſtatorem vo
lentem teſtes ſubſcribere non videri ſe reſtrinxiſſe ad
teſtamentum in ſcriptis, ne videatur ſibi ipſi contra-
rius in principali ſua intentione teſtandi, quæ ſi non
poteſt exequi, & ſortiri effectum per viam teſtamen-
ti in ſcriptis, ſortitur viam nuncupatiui, qua poteſt va
lere, per text, in l. 3. ff. de mili, teſta. per quam. l. Ripa.
in l. 1. §. ſi quis ita. col. 5. & ſeq. nu. 26. de verb. obl. de-
clarat pro certo, debere teſtatorem certo modo velle
diſponere, aliâs in dubio præſumitur, voluiſſe facere
eum actum, qui valet de iure.

Probando demum, quòd teſtamentum in ſcriptis
tunc dicitur fieri, quãdo per teſtatorem ita fuerit ex-
preſſum, per arg, de contractibus ad vltimas volunta-
21 tes. †idem Soc. tenet in d. conſ. 142. col. 2. & probatur
manifeſtè, cui in hac ſpecie non congruè reſpondit
Ruin, id d. conſi. 193. col. penult. pro qua quidem re-
ſolutione videtur tex. etiam in l. fin. ff. de iu. codicill.
vbi nominatio conueniens vnius ſpeciei vltimæ vo-
luntatis diſpoſitioni, ſi non poteſt in ea valere, valet
in ea, in qua valere poteſt, & ibi Albe. dicit, tunc con-
ſtare, quem voluiſſe teſtari in ſcriptis, quãdo certum
ſit voluiſſe teſtari in ſcriptis, & aliam voluntatem nõ
poſſumus coniecturari, per l. continuus. §. cum ita de
verb. obl. quæ lex communiter allegatur, ꝙ in claris
non opus eſt coniecturis, ergo clarè ſentit Alb. quòd
certitudo voluntatis teſtandi in ſcriptis, non ſufficit
haberi per coniecturas, confirmantur prædicta, quòd
ſi probetur, teſtatorem dixiſſe, illam ſcripturam con-
tinere ſuum teſtamentum, & vltimam voluntatem,
demonſtratur noluiſſe ſe arctare, quod eſſet teſtamẽ-
tum, ſed etiam, quòd eſſet alia voluntas, ſi vt alia vo-
luntas vltima melius & formiter valere poteſt: vt ꝓ-
bat Corn. in conſ. 62. Aliâs conſului. col. pen. ver. pro-
quo faciunt. lib. 2. ita valere, vti teſtamentum nuncu-
22 patiuum, eſſe Com. Opin.† dicit Goza. conſ. 3. col. 3.
num. 11. & hanc ſententiam amplector conuenien-
tem validitati actus, etiam per regulas generales, &
quæ maximè procedit, quando in ſcriptura teſtamẽti
adeſſet clauſula, Omni meliori modo: vt in terminis
23 probant † Alex. d. conſ. 176. lib. 5. Affli. in deciſ. 144.
in quodam teſtamento, & Soc. in d. conſil. 142. col. 2.
& fi. lib. 1. vbi verò ſcriptura teſtamenti in aliqua par-
te eſſet imperfecta quomodo interpretanda ſit tradit
24 † Bal. in conſ. 235. Quòd dicta clauſula. lib. 5.

Redeundo ad primum modum præmiſſum pro-
bandi teſtamentum per ſcripturam, dictum eſt de te-
ſtamẽto ĩ ſcripturis, de neceſſitate ꝓbari per ſcriptu-
ram, idem dicendum eſt de teſtamentis ſine ſcriptis
factis per nuncupationem: iuxta d. l. hac conſultiſſi-
ma. §. per nuncupationem. & §. fi. Inſt. de teſta. cum ſi
mil. quòd probari poteſt per ſcripturam inſtrumenti
manu publici Notarij, continentem certam denomi-
nationem ſeptem teſtium rogatorum, & præſentium
ita eſt generalis & communis obſeruantia, & quoti-
die videmus, teſtamenta probari per inſtrumenta, in
quibus ſunt deſcripti ſeptẽ teſtes abſque eo, quòd a-
85 lij teſtes producentur:† vt per glo. in ver. oſtedit. in l.
fi. C. de fideicom. & ibi Bar. & alij, & in l. hæredes. pa-
làm. in princ. ff. de teſta. Gui. Pap. in q. 331. Cor. in cõ-
ſil. 319. in prin. lib. 1. & conſil. 261. col. 4. lib. 5. & Iaſ. in
conſ. 124. Factum ſic ſe habet. co. 1. lib. 1. cui quidem
inſtrumento, de tali teſtamento alio non probato in
26 contrarium ſtari debet, † Alexan. conſi. 33. col. 2. nu.
4. & ſeq. lib. 3. ita hoc eſt verum ex generali conſue-
tudine, approbante opinio. Ioan. in d. l. fina. C. de fi-
deicom. quod teſtamentum Notarij poteſt probari
per inſtrumentum ab ipſo Notario confectum de
ſuo teſtamento legitimo, numero teſtium, aliis requi
ſitis ad publicum inſtrumentum adhibitis, quia ex
tali inſtrumento aliis confertur beneficium: & pro-
uiſio, & non præiudicium & grauamẽ, niſi quatenus
agnoſcant eius voluntatem: vt tradit Signo. in conſi.
66. Factum tale eſt idem firmat Barto. in l. 2. de ſtipu.
ſeruo. & in l. ſeruus. ff: de teſtamen. & ibi Alexan. in a-
poſtil. & Paul. de Caſt. & Aret. ibidem comprobant,
& Paul. de Caſt. in conſ. 374. Viſis omnibus punctis,
circa prin. lib. 1. & Bal. in c. 2. col. 2. ver. quæro, vtrum
teſtator. de fide inſtrum. quinimò ſi tabellio eſſet Re-
ctor, vel Canonicus Eccleſiæ alicuius poſſet ſcribere
teſtamentum, in quo teſtator ſuam Eccleſiam hæredẽ
inſtituat, vel ei leget, & tale inſtrumentum probat in
27 fauorem Eccleſiæ: † pro ſin. ponit Matheſ. in no. 88.
in c. nota ſingulare dictum, ac etiam in fauorem pa-
28 tris, tradit † Bar. in conſ. 61. filiusfamil. loquens in fi-
liofamil. preſbytero not. aliâs non procederet, vt e-
tiam non valeret in fauorem filij: Bald. in conſil. 96.
Factum tale. lib. 2. & probaret in fauorem etiã ipſius
Notarij, pro relicto ſibi à teſtatore, facto de certa quã-

titate



titate pro mercede, & pretio ſcripti teſtamenti. Cu-
man. in conſi. 78. Quidam fecit teſtamentum. dum-
modo quantitas legata non ſit nimis exceſſiua, pro
debito dictæ mercedis, quia ſaperet legatũ, quod No
tarius non poteſt ſibi aſcribere, etiam in teſtamento
29 nuncupatiuo, †vt per Bar. in l. 1. §. ex illa. ff. de falſ. &
Ang. in l. 1. C. de his, qui ſibi aſcri. in teſ. & Bal. in cõſ.
92. Diſpoſitio. li. 5. ratio iſtius deciſionis eſt propter
commodum, quod ex legato cõſequitur, ſibi ſic aſcri
bens; ideo ceſſante commodo, ceſſat ipſa deciſio, &
pœna legis Corn. per l. ſi pater. ff. de falſ. tradit Iaſ. in
l. ſi is, qui pro emptore. col. 68. ſub ver. ſed redeundo.
nu. 377. de vſuca. non probaret etiam in eo, quod di-
ceret Notarius, in inſtrumento ſibi fuiſſe cõmiſſum
30 per teſtatorẽ, †idem Cuma, in conſ. 117. In teſtamẽto.
col. fi. ver. ſecunda inſpectio. Pariter non probat in fa
uorem notarij, qui ſcripſerit proximiores hęredes, &
qui vti proximior vult niti ex ſuo inſtrumento, de te
31 ſtamẽto tali confecto: vt per † Aret. in conſ. 88. In prę-
ſenti conſultatione. col. 2.

De ſcriptura presbyteri non Notarij, continentis
teſtamentum, vtique dicendum eſt, eam vti priuatam
non valere, & non probare: Capra. con. 57. Sequitur.
Dec. conſ. 120. col. 1. Pariſ. conſ. 146. num. 2. lib. 4. con-
cedit Affl. deciſ. 374. nu. 3. vbi quod vigore talis inſtru
menti etiam poſſidens ſpacio 30. annorum non præ-
ſcripſit.

Vt enim inſtrumentum Notarij probet teſtamentũ
inter cætera hæc debet continere, quod fuerit lectum
& publicatum teſtamentum teſtibus, alias non ſuffi-
ceret, quod diceret ſimpliciter, Actum, factũ fuit prę-
32 ſens teſtamentum coram teſtibus rogatis, &c. † vt per
Ang. de Are. in tract. de teſt. in gl. 106. inc. Factũ, lectũ.
& in §. fi. inſt. de teſt. Bar. & Bal. in l. ex ea ſcriptura. ff.
eo. & Bar. in l. fideicommiſ. §. 1. de leg. 3. Ang. in conſ.
402. teſtator. col. pen. ver. n. quia Notarius. & Cor. in
conſ. 308. pro deciſ. col. 3. ver. hæc quidem ſunt. lib. 3.
& Dec. con. 97. col. 2. ſub nu. 3. ver. 3. Menoch. con. 42.
nu. 15. Gram. in deciſ. 62. nu. 7. 14. Guid. Pa. in q. 538. in
quibus locis habetur, an id procedat in teſtamento
inter liberos, & per Couar. in c. relatum. nu. 11. de teſt.
vbi datis concor. & de communi ſententia iſta, ſed ſi
notarius apponit in ſuis abbreuiaturis actum, &c. ſi-
33 gnificat rem perfectã, † ſecundum Bald. in auc. quod
ſine, ſub num. 1. C. de teſt. ſequitur Pau. de Caſt. con.
111. Viſis & ponderatis. col. 1. & conſi. 307. Ad primũ
ſub nu. 3. lib. 1. & Ruin. conſ. 159. col. 4. ſub nu. 11. lib.
4. Bero. conſ. 1. nu. 49. & con. 16. nu. 23. lib. 2. quod ve-
rum eſt, ſi talis clauſula, actum, &c. ſit appoſita in fine
34 abbreuiaturæ, † Rol. à Val. con. 32. nu. 33, lib. 2. Gram.
d. deciſ. 62. nu. 6.

Deinde, quod contineat deſcriptionem proprio-
rum nominũ teſtiũ cum duabus aliis demonſtratio-
35 nibus, vt Petrus Martini de Peruſio, per doctri.† Bar.
in l. demonſtratio. in prin. in 7. q. de condi. & demon.
& per alias deciſ. latè tradit Alex. in conſi. 153. Vide-
tur prima conſideratione. nu. 4. li. 2. ponit Io. Dilect.
de ar. teſtan. in ti. 2. cau. 1. in fi. quia regulariter pro de
monſtratione, & verificatione perſonæ, & ſui corpo-
ris conſtare requiritur expreſſio proprij nominis, cũ
aliis duabus qualitatibus & demonſtrationibus, vt e-
tiã no. Imo. in l. in teſtamẽto. la prima. ff. eo. de cond.
& demon. cum aliis concor. alleg. per Dec. in con. 13.
col. pen. nu. 9. ver. regulariter enim ad demonſtran-
dum, & per Aym. in conſi. 169. ſub nu. 4. & Bar. In pri
ma conſt. ff. in §. nos vero, dicit, quod hoc in cõtract.
& in teſtamentis vtimur, quod in inſtrumento pona
tur perſonarum nomen vetus, & nouum, & cogno-
men. & Bero. in conſ. 1. nu. 40. li. 2. vbi plura de perſo-
na Notarij, & de protocollis, & de extẽſis, quomodo
impugnari poſſint, quod teſtes etiam cognoſcant te-
ſtatorem, alias ſi depoſuerint, non cognoſcere perſo-
nam teſtatoris, inſtrumentum & teſtamenti ſubſtan-
36 tia probatur: latè † tradit Sign. conſ. 149. Teſtamen-
tum maximè, quando Notarius non ſcripſit, ſe cogno
uiſſe teſtatorẽ: Bero. d. conſ. 1. nu. 43. lib. 2. ſentit Boſſi.
in ti. de falſ. ſub nu. 3. & alia ratio eſt vltra alleg. per
Alex. in d. con. 133. quia omnes non ſunt idonei & ha
biles teſtes ad teſtamentum: per §. teſtes. Inſt. de teſt.
ideo talis certa & clara tot demõſtrationibus expreſ
ſio nominis requiritur, vt cognoſcatur talis habilitas
teſtium, & non ſit ablata defenſio vnquam aduerſan-
ti; quia poſſibile eſt, quod teſtes, qui non fuerunt cer
tis demonſtrationibus neceſſariis, nominati ſunt in-
habiles, & ſic teſtamentum non fuit ſolẽne: ideo tũc
inſtrumentum non probabit. iſta eſt ratio, adducta
37 † per Imo. ex mente Bal. & Ang. ibid. in l. hæredes pa-
lam. in prin. ff. eo. ſuper illa qu. quod inſtrumentum
Notarij, continens expreſſionem nominum duorum
teſtium, & ſubdens alij quinque teſtibus præſentib.
ad hoc rogatis, non probat: quam rationem ibid. Are.
in 4. & ſeq. col. comprobat quibus etiam addo, quod
Bal. in conſ. 108. D. Ioanna. col. 2. ver. ſecundũ dubiũ.
li. 3. dicit, inſtrumentum donationis cauſa mortis, ha-
bens deſcriptionẽ nominum quatuor teſtium, cum
adiectione, quam pluribus aliis teſtibus, non probare
ex eadem ratione: quia inſtrumentum debet conti-
38 nere certa nomina teſtium: † §. ſed ſi inſtrumentum.
in aucten. de inſtru. cau. & fi. quia incertitudo vitiat
inſtrumentũ, vt ibi per eũ, quẽ alias allegaui ſuperius
quæ tamen non videntur procedere in alia materia
non requirente expreſſionem, ac demonſtrationem
perſonarum pro ſolemnitate & validitate actus, & in
qua ſufficit expreſſio proprij nominis perſonæ: cuius
enim proprij nominis pluralitas non præſumitur, ni-
39 ſi probetur, † vt per Bar. in l. ſi in rem. ff. de rei vendic.

Cætera autem requiſita ad inſtrumentũ vt valeat,
40 & probet poſt alios, † late ponit Felin. in c. 1. de fi. in-
ſtru. quantum probet & mirabiliter operetur in caſi-
bus, de quibus extat ipſum inſtrumentum, ſunt nota
& vulgaria dicta Doct. relat. per Iaſ. in l. Iuriſgentiũ.
§. quod fere. col. 1. ff. de pact. & Soc. in conſi. 213. lib. 4.
lib. 2. Aym. in conſ. 31. in fin. & conſ. 317. col. 1. & in a-
liis conſi. & Tiraq. de retract. tit. 1. §. 2. gloſ. 1. num. 20.
& ſeq. quæ quidem dicta ſic generaliter procedunt,
quando contra inſtrumentum nihil opponitur ſecus
41 enim eſt. ſi opponatur, † vt tradit Dec, in c. licet cau-
ſam. col. 7. in 13. not. de proba. & in conſ. 474. col. 1.
nu. 3. & Corn. in con. 216. Licet in hac conſultatione.
col. fi. ſupra fi. lib. 4. & Pariſ. in conſ. 19. Conſideratis
col. 3. nu. 23. lib. 3.

Quid enim, ſi extet ſtatutum, quod inſtrumenta
Notariorum forenſium non probent, id non habere
42 locũ in teſtamento, facto extra territoriũ ſtatuti. † Ex
facto reſpondit Corn. in conſ. 232. Circa primum. in
pri. quæſito. lib. 4. quid etiam, ſi ſtatutũ mandat, quod
de teſtamento debeant eſſe tres Notarij rogati, ſuffi-
cere, quod vnus Notarius ſcribat teſtamẽtum, & alij
43 ſubſcribant, † deciſiue conſuluit Dec. in conſi. 11. col.
6. & ſequent. vt per Bal. in l. ſi quis ex argentariis. §. 2.
in 5. not. ff. de eden. & Guid. Pap. in quæſt. 122. in fin.
& Corn. conſ. 243. col. fi. lib. 3.

Præterea, quando ſæpe inueniuntur teſtamẽta per
Notarios ſcripta in protocolliis, vel in foliis ſeparatis
vel in infiltiis, cum apoſtillis, additionibus, cancel-
tionibus, & quandoque diuerſarum manuum, &
ſine ſubſcriptionibus, an ex ſimilibus ſcripturis poſ-
ſint teſtamẽta probari, & Notariis præſertim defun-

ctis,qui originalia huiuſmodi ſcripſerunt,poſſint ex-
inde inſtrumenta leuari,& redigi in publicam formã
per alios Notarios,quibus commiſſæ fuerunt extra-
ctiones inſtrumentorum prædictorum tabellionum
defunctorum.

Ad hæc habui pluries in facto reſpõdere,ſuper qui-
bus longam moram non trahens, adducam aliquas
ſingulares,& notabiles deciſiones, quatenus memo-
riæ ſuccurrent.

Primum ſcire oportet,Notarium debere ſua manu
44 ſcribere primum originale & protocollum † probat
Alexan.in conſi.41.Viſo tenore.colum.1.ver.ſecũdo,
quia inſtrumentum.lib.1.conſi.153.nu. 10. lib.2.cum
concordant.alleg.ab Aym.in conſi.72.num.3. & Be-
ro,conſi.1.num.29.lib.2.maximè,quando non appa-
ret de commiſſione Notarij,quod alius ſcriberet te-
ſtamentum, & apparere debet de ſubſcriptione ma-
nus propriæ Notarij rogati, vt probetur teſtamentũ,
vt per eundem Aym.in d.conſi.Pariſ.in conſi.28.Vi-
ſis omnibus.num.28. vbi dicit ſufficere ſubſcriptionẽ
45 eſſe manu Notarij,†Idem Dec.conſi.447.num.10.&
quando eſt impeditus,poteſt alij committere,vt ſcri-
46 bat,& facere publicari pro ſua ſcriptura,†tradit Bar.
in l.1.ver.fi.ff.de offi.conſ.& vt per Rolan.à Val.con.
44.num.33.34.lib.1.& Alexand.in d.conſi.153. Vide-
tur prima.col.2.ver inſuper ad inualidandum. & ver.
ſequ.lib. 2. & poſſe Notarium ſcribere teſtamentum
nuncupatiuum alio tempore,poſtquam fuerit per te-
ſtatorem coram teſtibus vocatis factum, & manife-
47 ſtatum,†vt per Anto.de Prato veteri inter con.Alex.
conſi.73.col.2.verſ.arguit ſecundo. Alexan. in conſi.
ſeq.col.2.in fin.verſi.nam conficere ſcripturam.lib.1.
& plenius per Corn.in conſi.77.Viſo d.themate,col.
fin.lib.4.facit Ant.de Butr.conſi. 32. In quæſito. ſu-
pra fin. quinimo ex facto reſpondit Ruin.in conſilio
12.lib.2.Notarium poſſe de eo,quod dixerit infirmus
diſponendo coram teſtibus vocatis, poſtea conficere
inſtrumentum ad inſtantiam, ſeu habentis intereſſe,
ſuper quo tamen eſt cogitandum, ob ea, quæ dicit
Boer.in deciſ.35.num.5.& Guid.Pap.in quæſt.538.in
fin.& Dec.in auc. ſi quis in aliquo.colu. 7.num.29.
C.de eden.

Etenim teſtamentum repertum in liberculo alicu-
ius Notarij defectu rogitus teſtium incõgruente de-
ſcriptorum ante tenorem teſtamenti,dicendo præſen
tibus & poſt vltima verba teſtamenti intermiſſo ſpa-
tio apponendo ſex nomina hominum non probari
48 †ex facto reſpondit Corn.in conſi.308. P. deciſione.
lib.3.intellige,vt per Boer.in deciſ.34.Teſtamentum,
per conſi.Bar.153.Quæritur,ſi aliqua ſcriptura.

Idem aliud teſtamentum repertum in protocollo
Notarij carente ſigno & ſubſcriptione Notarij & ha
bente teſtes omnes mortuos non longe tempore fa-
49 cto,non probari,† idem Corn.tradit in con.70.Duo
veniunt in primo dub. in li.4. Idem ob defectũ can-
cellationis in parte cancellata, & ob defectum ſigni
Notarij in protocollo teſtamentum non probari, te-
net idem Corn.in conſ.118.Placet mihi, & defectu lo
ci non deſcripti in inſtrumento,in quo fuerit factum
idem in con.2.16.Licet in hac col.2.ver. his tamẽ nõ
obſt.eo.li.4.& Boer.in deciſ.33.Et iſta quæſt. nu. 27.
Alex.in conſi.59.Viſo proceſſu.col. 2.ſub verſi.nunc
venio.lib.2. imbreuiatura autem Notarij ſine ſigno,
non facit fidem:Bal.& Ang.in l.Lucius. ff. de teſtam.
mili.Menoch.conſi.42.num.9.Rimin.Iun.conſi.196.
num.61.

Nam locus facti inſtrumenti eſt attendendus præci-
puè in teſtamentis, quia ſi factum ſit teſtamentum
per Italum in portu alicuius ciuitatis Soldani,perin-
de eſt,ac ſi feciſſet in Italia in loco ſuo, quoniam por
50 tus dicitur communis omnibus gentibus, † vt tradit
Bal.in rub.col.4.ver.ſed quæritur, an portus ff. de re.
diui.ſequitur Ang.Aret.in §.littorum in fi.Inſti. eo.te
ſtamentum etiam per mercatorẽ Italum in Barbaria
valet coram duobus teſtibus de iure gentium vbique
51 ſeruando,dicit ſic cõſuluiſſe†Bal.in l.ius ciuile.ſupra
fi.de iuſti.& Iur.ſuum conſ.eſt in conſi.245.In Dama
ſco.lib.4.comprobat Roma.in l.ſi non ſpeciali. C.de
teſta.ſolos autem defectus ſubſcriptionis & ſigni in
protocollo ſupplet mors Notarij : concord.alleg.in
conſi.158.col.2.ſub nu.7.

Item inſtrumentum, ſumptum ex protocollo ha-
bente cancellationes diuerſarum literarum, & addi-
52 tiones & ſine ſubſcriptione Notarij ,non pobare,†la-
te inſiſtit Pariſ.in conſi.12.Tranſactio.col.15. & ſequ.
ſub num.119.cum ſequent.li2.item non debere leua-
ri,& redigi in publicum inſtrumentum notulam te-
ſtamenti ex quadam comparatione, ſcriptam manu
Notarij in quodam folio,carentem ſubſcriptione,&
ſigno Notarij,& non repertam in rogationibus No-
53 tarij ad effectum probandi teſtamenti,†plenè conſu-
luit Pariſ.in con.27.Notula lib.2. & vt per Ang.in l.
hac conſultiſſima.in prin.in fi. C.de teſta. Contra-
rium eodem caſu variando factum,quod folium,con
tinens notulam dicti teſtamenti, fuit repertum in v-
no libretto paruulo, in modum protocolli reducto
illius Notarij defuncti,cuius manu ex comparatione
apparebat ſcriptum:conſuluit Curt. Iun. conſi. 162.
Habita diligenti.vbi dicit,ſuper hoc fuiſſe emanatas
contrarias ſententias,ceſſantibus in facto ſuſpicioni-
bus ſententiam Cur.Iun.in hoc puncto veriorem eo
modo,vt intelligit Hieron. Cagnol. in l.ſi librarius,
ſub num.36,de Reg.Iur.ſcilicet cum cauſæ cognitio-
ne mandato iudicis,ita tradit Paul.de Caſtr.in conſi.
111.Viſis & ponderatis.col.1.ver.ſi vero quæritur.li.1.
& per Ruin.in conſi.159.Donatio.col.4.lib.4.& mul
tum ſingulariter Bal. in conſi.401. Punctus talis. col.
2.lib.3. & requiritur ſpecialis commiſſio iudicis,&
54 non ſufficit generalis de extrahẽdis omnibus imbre-
uiaturis Notarij defuncti:qui reſtringitur ad haben-
tes omnem ſolemnitatem:vt per Pau.de Caſtr.in con
ſi.291. Quia in puncto.col. fi. ver. ſuper ſecundo &
con.307.ſub nu.2.li.1.& conſ.195.col.2.li.2.Aym cõſ.
216.nu.7.8.vbi multa profitetur ſcripſiſſe ſingulariter
notanda tanquam ſucci & quæſtus plena, non æquè
clare ab aliis explicata,& ita obſeruaui & obtinui in
facto, & cum hoc temperamento per cognitionem
iudicis tolluntur & concordantur aliquæ ſuper his
Doctorum contrarietates,quando Notarius nõ ſub-
ſcripſit,non apparet etiam de ſcriptura Notarij, &
quod eſſet reperta in loco,in quo eſſent aliæ ſcriptu-
ræ publicæ,maximè teſtamentum tanti ponderis,in
quo ſolet committi fraus,ad quam euitandam leges
excogitauerunt plures cautelas, quã in contractibus
non poſſe leuari per alium Notarium inſtrumentum
vt per Boer.in deciſ.36.& videtur dicendũ.& Menoc.
conſ.42.nu.23.plura autem ſigna ſuſpicionis huiuſ-
modi imbreuiaturæ commemorant Anchar.conſ.131.
Caſt.conſ.195.col.2.lib.2.

Quando autem per duos teſtes probaretur vnam
chartulam non conglutinatam cum aliis libris, vel
protocollis Notarij eſſe ſcriptã manu ipſius Notarij,
continentem teſtamentum, & habentem cætera ſo-
lemnia & ſubſtantialia,dubio exiſtente ſolum in ſcri
ptura, debere redigi in publicam formam mandato
55 iudicis,† tradit Bald.in conſi.158.Si inuenitur.lib.2.
& Ang.in conſi.275.Thema,ſuper quo. idem in ſcri-
ptura manu teſtatoris reperta in foliis ſeparatis inter
imbreuiaturas



imbreuiaturas Notarij habente alia ſolemnia manu
eiuſdem probare,& valere teſtamentum, demum cõ-
cludit idem Ang.in con.402.Teſtator ſua propria ma
nu.col.fi.Io.Ant.Alex.conſ.14.Secus eſt,ſi reperiatur
ſcriptura teſtamenti penes teſtatorem in ſua capſa
ſaltem cum apoſtillis,& interlineaturis, partim ma-
nu teſtatoris,partim manu Notarij,quia non probat,
& non poteſt de ea leuari teſtamentum:Io.de Ana.in
conſ.28.Viſis & ponderatis.col.1.& ibi Lud.Bologni.
in addi.& Bero.conſi.1.nu.28.lib.1.

Vbi enim reperiuntur apoſtillæ,cancellationes, &
additiones in primis rogitis,vel in protocollis Nota
riorũ in margine,vel in corpore,vel poſt ſubſcriptio-
nem,& in cauſa poſſeſſorij,vel petitorij,quid iuris ſit
56 †vide Bar.Bal.Pau.de Caſt. Alex. Iaſ.in l. ſi vnus. C.
de teſta.Bar.Pau.de Caſtr.Imo.in l.fin.ff.de his, quæ
in teſt.delen. Angel. in conſi. 346. Titius & hæres.
Anchar. in conſi.431. Præmiſſa ſine allegationibus.
Alex.in conſi.14.lib.6.& Corn.conſi.28.col. 2. lib. 1.
Socin.in conſi.277.col.15.ver.nec obſt,dicta. lib.2.&
conſi.94.lib.1.& Deci.conſi.399.ſub num.8.& Felin.
in c.ex literis.colum. 4. verſic. quinta declaratio. de
fide inſtrum.Ioan.Ant.Alexandri in conſi.95.colu.2.
& ſequent.Signor.in conſi.224. In quæſtio. præſup-
57 poſita in fin.† vbi imbreuiatura in partibus non cã-
cellatis remanet in ſua fide.& Curt.Iun.in conſi.145.
col.8.num.17.Aym.in conſi.88 col.1. & ſequen. Pau.
de Caſtr.in conſi.131.Dubium facit.col.fi.lib.2. Tob.
Peru.conſ.80.num.1.& ſequ.& alibi.& aduerte,quod
Bald.dicit in l.penu.C. de teſta. eſſe de more Nota-
riorum prius ſcribendi inſtrumentum in baſtardello
ſeu libro paruo,& poſtea ex eo cancellare, & ponere
in libro extenſorum,& ſi teſtamentum ſit corroſum
in parte ſubſtantiali,ei nõ debet credi:ſecus, ſi in par
58 te non ſubſtantiali,† Barto.in l.1.§.ſi roſæ.ff.de bon.
poſ.ſecund.tab.

Si quidem reperitur diuerſitas inter protocollũ &
librum extenſorum,vel inſtrumentum extractum ſta
59 tur protocollo,† Bar.in l.Sempronius.de leg.2.Alex.
in conſi.79.Eleganter. col.2.ver. poſito, quod in in-
ſtrumento.nu.3.lib.5.& in conſi.105.Reuerende Do-
mine.col.1.& ſequen.lib.2.& Bero. conſ.1. num.31.li.
1.Socin.in conſ.277.lib.2.Socin.Iun.in conſ.124.nu.
14.lib.1.& non etiam extenſioni ſapientis, vt ibi. nu.
30.& intellige,niſi cõtrarietas, vel diuerſitas eſſet in-
ter duas copias,ab eodem Notario datas : quia nulla
probaret,per ea,quæ etiam tradit Curt.Iun.con.166.
col.4.nu.9.& iſto caſu non eſſet ſtãdum protocollo,
concordi forſitam cum vna copia, ob præſumptam
falſitatem ambarum dictarum copiarũ vt per Gram-
ma.in conſ.ciui.68.nu.58.

Et quod dicatur protocollum,& quomodo,& plu-
60 ra in materia ſupra tract.† vide Pariſ.in conſ.28.Om
nibus.col.4.& per tot.li.2.ſupra alleg.& Canon.ma-
ximè Felin.in c.pen.de fid.inſtru. & quando apparẽt
61 diuerſæ ſcripturæ de eodem teſtamento, † vide Bal.
in conſ.428.Caſus talis. lib.2.& conſ. 409. Quidam
nomine.eo.lib.

Vnde videntes contra ſe produci teſtamentum a-
liquod,& ſuſpicantes de defectibus & imperfectio-
nibus ſcripturæ originalis dicti teſtamenti, cauti ſint
ad petendum exhiberi originalem notam, quæ debet
62 exhiberi per hæredes Notarij†probat Alex. in conſ.
153.Videtur prima.col.fin.ver.ſit cautus reus.lib.2.e-
tiam ſi eſſet commiſſa exẽplatio authoritate iudicis
per ſtatutum,quo ſtante, poteſt committi parte non
citata,tamen quod facit iudex ſic committendo, non
præiudicat veritati, ſi dubitetur de veritate, debet
produci ſcriptura matrix & protocollum,vt ſingula-
63 riter determinat † Bal.in con.286. factum ſuper quo
in fi.lib.1.

Quod quidem notandum eſt ad ſtatutum, prout
extat Piſauri, quod inſtrumenta exemplata publica
manu Notarij auctoritate iudicis valeant, tanquam
authentica,& ſi authenticum non appareat eius No-
tarij,qui principaliter rogatus fuit : ita enim inſtru-
mentum teſtamenti vel alicuius contractus exempla
tum auctoritate iudicis in loco huiuſmodi ſtatuti
valeret,vbique etiam extra territorium ſtatuentium,
64 † per deciſ. Delphinalem Guid. Pap.q. 272.conſue-
tudo,ſicut ſententia iudicis in vna prouincia lata, v-
65 bique extra prouinciam probat,& debet exequi, † l.
à Diuo Pio.§.1.& ibi no.ff.de re iud.ita quod contro-
uerſia Doctorum,de qua per Felin.in cap.ad audien-
tiam.col.4.ver.ſecunda concluſio,de præſcrip.de ſcri
pturis habitis ex archiuio,quod probent,vel ne extra
territorium loci archiuij,non procedit in caſu,vbi iu
66 dex interuenit †per tex.& not.in d.§.1.l.à Diuo Pio.
& vbi actus ex lege loci recipit valorem & firmitatẽ,
per l.ſi non ſpeciali.& l.fi.C.de teſt. vt eſt illa Com.
Opin.Doct.quod teſtamentum factum Venetiis mi-
nori num.teſtium,ſecundum legem Venetam vbiq;
67 probet,†vt poſt Bar.& alios per Iaſ.in l.cunctos po-
pulos.in 1.lect.col.8.in 2.lect.col.19 de ſum.Tri.& fi.
cat.& Pariſ.conſ.12.col.pen.nu.46.li.3.Nam alias re-
gulariter ſtatur inſtrumeto in forma publica per No-
tarium,licet alia originalis ſcriptura, vel protocollũ
non appareat,quod potuerit perdi caſualiter, & hoc
68 præſumatur,quam quod non fuerit factum,† vt per
Alex.in conſ.175.Viſis narratis.col.2.ver.caſus noſter
etiam deciditur.lib.5.& Feli.in c.pen.col.1.de fid. in-
ſtru.non ſic eſt in inſtrumento exẽplato, non appa-
rente eo,à quo fuit exemplatum : quia non probat,
69 † Cur.Iun.in conſ.166.col.2.

Scitur & alias pro obtinenda commiſſione iudicis
de extrahẽdis inſtrumentis Notarij defuncti, requiri
citationem ſaltem generalem omnium, quorum in-
70 tereſt, vt poſt alios Canon.†per Felin.in c.fin.col.
2.eo.de fid.inſtru.vbi more ſuo facit regulam cum fal
lentiis:vt per Alex. in conſ. 198. Viſo proceſſu. col.2.
ver.circa ſecundum.li.7.& alia requiri, vt per Guid.
Pap.in quæſt.2.mortuo Ioanne.& in quæſt.118. No-
tarius & Boer.in deciſ.37.nu.7.In teſtamento loqui-
tur.Bar.in conſ.5.Viſa quædam petitione in fi.& alias
71 †inſtrumentum non probari per extractum Notarij
cui dicatur data per iudicem,aliquo tamen non cita-
to,licentia extrahendi ex protocollo defuncti Nota-
rij,pluribus rationibus probat Rolan. à Vall. quem
vide in conſ.32.lib.2.

Idem de inſtrumentis extrahendis ex protocollis
72 Notarij viui,ſed abſẽtis,vel aliter impediti, † eſt deci.
Afflict.ſexta. & vbi apparet ita exemplatum eſſe de
antiquo arbitrio iudicis abſque alio: probat Aret.in
conſ.36.col.fi.& Dec.con.36.col.1. intellige apparen
tibus enunciatis in exemplo ſolemnitatibus,quæ ſo-
73 lent enunciari,†vt per eundem Dec.in con.445. col.
pen.ſub nu.68.& alias enunciatio alicuius ſolemnita
tis non requiritur, vt antiquitas faciat ad probatio-
74 nem,† vt tenet Iaſ.in l.2.col.2.ver. nota tamen dili-
genter.C.de teſta.

Si autem alias non poteſt per ſcripturam probari
teſtamentum,niſi quod reperiatur regiſtratum in li-
bro regiſtri in loco publico per officiales publicos
cuſtodito,& ſcripto,& ſubſcripto,vt in plurib. locis,
pro euitandis falſitatibus,& maiori cautela conſer-
uationis inſtrumentorum, ad perpetuam geſtorum
negotiorum memoriam, tenentur & cuſtodiuntur
libri regiſtri,in quibus fideliter per officiales deputa

tos exemplantur inſtrumenta negotiorum , quæ ſal-
tem debent perpetuo apparere.

Valet enim ſtatutum annullás teſtamentũ non re-
giſtratum intra certũ tẽpus,& exinde fit præiudiciũ,
non ſolum hæredi,ſed etiam fideicommiſſariis,& le-
gatariis,negligentibus facere teſtamentum regiſtra-
75 ri,vt pleniſſime tractat† Alex.in conſi.65. Quoniam
omne datum lib.6.duplicato.in conſ.119.co.li.

Vtique probatur teſtamentum per huiuſmodi re-
76 giſtrum publicum.†auc.ad hæc.C.de fi.inſtru.ca. ad
audientiam.de præſcript.Angel. & ibi Alex. in 6.fal-
len.Dec.num.23.in 6.fallen.in auc. ſi quis in aliquo.
C.de eden.Bal.in c.1 .in fin.de fi. inſtrum. & in l. fin.
C.de re iud.vbi idem de inſtrumento producto in iu
dicio &regiſtrato,quod ex tali regiſtro probetur etiã
amiſſo originali,vel eo poſtea reperto abolito,vel vi-
77 tiato,†vt ibi latè in Apoſtil.& per Ang.in conſ.346.
Titius,vt hæres.col.1.Roman.in con.165.Liber regi-
ſtri.& Dec.in conſ.596.nu.4.& dicit Bal.in l.pen.col.
in fi.ſub ver.& adde mirabilem.C. de teſta. quod in-
ſtrumentum regiſtratum habetur loco originalis ſcri
pturæ , & eandem vim habet , & ex ipſo poteſt ſumi
exemplum,tanquam ex originali, & illud exemplum
78 probat,† & ita me patrocinante fideicommiſſum ſa
tis antiquum fuit obtentum vigore teſtamenti,& nul
libi reperti,niſi in li.pub.regiſtri,& omnino non in-
uentis antiquis protocollis illius Notarij rogati, &
ſubſcrpti in d.teſtam.& eius inſtrumento cæteras ſo-
lemnitatis habente.

Aduerte tamẽ,quod ſtatur ſcripturæ , habitæ ex ar-
chiuio,publico aliam ſolemnitatem non habenti,niſi
79 teſtimonium officialis præſidentis,d.archiuio†ſecũ-
dum Bar.in §.illud.verſus fi.in auc.de his qui ingred.
ad appel.refert Marſ.in rub.nu.284.de probatio.

Aduerte quoque de teſtamento exemplato in lib. re
80 giſtri,† ad ea,quæ tradit Cur.Iun.in d.conſ.166.col.
3.quod probet,etiamſi originale manu Notarij appa
reat cancellatum,vt per Ang.conſi.346.Titius. ad fi.
& in med.idem in inſtrumento parte vocata,vel prę-
ſente,& authoritate iudicis in actis regiſtrato , quod
ei credatur,nec opus erit iterum producere originale
Pedemon.in deciſ.1. nu.52. vel parte præſente, & non
81 contradicente.† Ab.in ca.cum in iure.col.2.nu.7.de
offic.deleg.

Quid,ſi inſtrumento originali deperdito,omni ſcri
ptura nuncupatiui teſtamenti penitus nõ inuenta,re
periãtur duo teſtes periti,qui viderint & legerint in-
ſtrumentũ deperditum,probata caſuali amiſſione ta-
lis inſtrumenti, poterunt iſti duo teſtes deponere &
82 probare de tenore dicti teſtamenti, † ita ex facto re-
ſpondit Iaſ.in conſi.42.Factum quæſtionis.lib. 1.per
Doct.Bar.communiter approbatam in d. auc.ſi quis
in aliquo.C.de eden.& per doctr. Bal. in ſpecie in l.
teſtium.col.2 .in vlt.not.C.de teſti.ſed nõ animaduer
tit Iaſ.quod allegato illo d.Bal.in d.l.teſtium.Aret. in
l.hæredes palá.in prin.col.pen.ver.2.adde. ff. de teſt.
dicit,quod iſtud dictum ipſe non admitteret in pra-
ctica,cum ſubtilius in teſtamentis,& diligentius,quã
in aliis actibus hominum cautum ſit,contra falſita-
tes per l.iubemus.C.eo.

Tamen reſponſum Iaſonis concurrentibus aliis,
vel ſimilibus coniecturis,per eum in ſuo caſu ponde-
ratis & conſideratis crederem verum , & tenendum
in practica.

Teſtes autem teſtificaturi,debent eſſe valde periti,
qui bene cognoſcant defectus teſtamentorum, vt ma
gni aduocati,magni doctores , vel notabiles Notarij,
83 †ſecundum Bar.in l.ſicut C.de fi.inſtru. Allexand. in
conſ.196.Viſo teſtamento.col.2.num.9 .lib.2, & Fel.
in c.ſicut.col.2.in pr.de re iud.alia requiſita in proba
tione deperditi inſtrumenti , vide per Affli. in deci.
274.Quæſitum fuit.& in deciſ.302.Aliud dubium.&
Marſil.in rub.nu.340.& ſeq.de proba.

Poſtremo,quia vniuerſa fides ſcripturæ inſtrumẽ-
ti dependet ex auctoritate Notarij , cuius ſcripturæ
probatio vti vnius & vocis mortuæ eſt cõtra ius gen-
tium.ſecundum Inno.in c.pen.de fide inſtrum. refert
Bal.in l.ius ciuile.ſupra fi.de Iuſt.& Iur.ideo non in-
congruenter poſſunt aliqua de Notariis ſubiungi cir
ca pertinentia maxima ad teſtamenta.

Primum,ſi negetur,& opponatur,illum eſſe Nota-
rium,qui fuit rogatus,& ſcripſit inſtrumentum, de-
bet probari de tabellionatu à producente inſtrumen
84 tum,per plura concord.† probat Soc.in con.33.Pro-
ſequendo ordinem.col.2.lib.1.& Aym.in con.72.nu.
2.& conſ.112.col.fin.& con.150.nu.2.cum aliis pluri-
bus concord.per Boer.deciſ.36.nu.10.

Modos autem probandi tabellionatum , tradunt
85 Canon. † in c.1.de fi.inſtru.& Alexand.in conſi.198.
Viſo proceſſu.colu.2.lib.7.Afflict.in deciſ.251.Deter
minatum fuit.Boer.in deciſ.36.Et videtur dicendum.
num. 11.Hos referam. probatur enim tabellionatus
pro inſtrumento facto,& habito ex longinquis par-
tibus per literas teſtimoniales cum inſtrumẽto aſcri-
ptas,qualiter ille rogatus de inſtrumento fuit , & eſt
legalis Notarius,&c.& ita vidi obſeruari de conſuetu
dine,de qua atteſtatur Paul.de Caſtr.in l.1.in fin. C.
vbi de ratioci.cum concor.alleg.per Dec. in l. 2. col.
11.ad fin.ver.& eodem modo.C.de eden.Felin.in c.1.
col.6.circa med. verſ.& adde. de fid. inſtrum. refert
Boer.in deciſ.154.Et dicendum eſt , num. 6. vbi dicit,
iſtam eſſe tutiorem cautelam probandi, & probatur
pro eodem inſtrumento ex partibus longinquis , ha-
bito per probitatem & legalitatẽ,perſonæ tale inſtru
mẽtum producentis,vt per Spec.in tit.de inſtr.edi.§.
reſtat videre.col.3.quia inſtrumẽta , producta à per-
ſona fide digna,pręſumuntur bona,& quod vera ſint
ar.tex.in §.eos.dicit ibi Bar.vel Iaco.de Beluiſ.in auc.
vt iud.ſin.quo ſupra refert cum pluribus ſimilibus.
Tiraq.in tract.de pœn.temper.in caſ.ſi.num.114.cum
ſeq.& firmat Pau .de Caſt.in con.394.Videndum eſt,
vtrum.lib.1.& Marſ.in l.ſi quis,ne quæſtio.nu.160.ff.
de quæſt.

Et probatur per præſumptionem antiquiſſimi tem-
poris : quando enim apparet , inſtrumentum eſſe fa-
ctum,iam ſunt centum anni,& ſic de antiquo tempo
re,neceſſe eſt,quod Notarius in eo nominatus fuerit
Notarius,vel alias in quaſi poſſeſſione Notariatus,
quia ex ipſo actu ita antiquo præſumptio iſta eſt.
not.Doct.Bal.in auc. quas actiones. circa fin. C. de
ſacroſan.Eccl.refert concor.& ſequitur Affli.in deciſ.
245.Magn.Nobiles.nu.3.& in deciſ.251. Determina-
tum fuit.proximè alleg.ad fi.Aym.in conſ. 274. in fi.
& latè in ſuo tract.de antiq.temp.in.3.par.nu. 18.vſ-
que ad nu.20.quod ſecurius procedit , quando plura
eiuſdem Notarij inſtrumenta antiquare patiuntur,vt
per Boer.in deciſ.36.col.pen.

Vt igitur documenta ſua nunc vera ſint, & appa-
reant,& præſumuntur perpetuo,& ſemper re , nómi-
ne,et fama duratura in æuum,cuncti tabelliones ca-
ueant,ſumma ope ſtudeant,et inuigilent in omnibus
hominum negotiis commiſſis ſcripturis ſuis, id eſt,
eorum fidei,ne propter ſuam requiẽ,et delicias cor-
rumpant vitas,vt inquit Imperator in auc.de tabelli.
circa med.i.hominum ſubſtantias quibus viuunt,vt
exponit Gloſ.in verſ.quoniam paucis.in auc.de refe-
rend.et glo.et text.in l.aduocati.C.de aduo.diuer.iu-
di.ſed pręcipue,atque prę cæteris in cõſcribendis te-





ſtamentis,omnẽ curam & diligentiã adhibeant, ac ſe
totos ipſos viſu,auditu&omnino ſuo intellectu prę-
beant,vt primùm caueant & cognoſcãt,perſonam te-
ſtari volentem,quod habeat teſtamẽti factionem , vt
iura docent,quæ ſcire tenentur.l.leges.C.de legi.l.2.
§.Seruius autem Sulpitius.de orig.iur & ne infirmus
vel ſenex ſit adeo ætate vel infirmitate cõfectus,quod
iam ſit animi iudicio ſequeſtratus:ita tabelliones ad
86 monet†Cyn.in l.ſeniũ.in pri.not.C.qui teſta.fa.poſ.
vt bene comprehendant,ſi teſtator freneticat , dicit
Alexan.in conſ.pen.verſus fi.li.1. & quando velit te-
ſtator aliqua diſſonãtia in ſuo teſtamẽto ponere,No-
tarius inſerat cauſam in teſtamento,quando talia ſcri
87 buntur:ita cõſilium præbet†Bar.in l.quidam in ſuo,
circa prin.ff.de conditi.inſt.vt in exhæredatione libe
rorum,per tex.in §.aliud quoque capitulum.in auct.
vt cũ appel cogno. & per tex. in l. pe.§. ſed vtrũ. ibi,
addita cauſa neceſſitateq; iudicij ſui.§.de cura furi.

Atque curet clare ea aperte exponere,declarare &
ſcribere voluntatem teſtatoris , prout ore ſuo diſpo-
ſuerit,vt nulla poſſit oriri dubitatio vel contentio ſuę
88 voluntatis:†l.nam hoc iure.§.fi.& ibi Aret.& alij no.
de vulg.& pupill.& §. nos omnia. in auct. de teſtam.
imperfect.E conuerſo iudicatur prudens teſtator,qui
de conſilio peritorum teſtatur , & de imperitia No-
tariorum non confidit , qui ſemper apponunt verba
ſtulta:not.Iaſ.in l.cum ex filio.in princ.in pri.not.de
vulga.& pupill.dicit etiam Paul.Caſtr.in l.fina.circa
89 med.C.de indic.vid.toll.† quòd Notarij ſint cauti,vt
ſciant concipere verba ſecundum mentem teſtato-
ris,quia in minimo verbo conſiſtit magnus effectus,
& Notarij imperiti frequenter errant, contra inten-
tionem teſtatoris.

Tamen refert , an vulgari ſermone,vel literali , &
90 Latino ſcribat inſtrumẽtum,†Alexan.in con. 48. In
cauſa & lite.col.2.verſ.nec obſt.quòd dictum inſtru-
mentum.4.li.5.& Hier.Cagnol. in l. ſi librarius.nu.
13.de Reg.iur.vbi ſubiungit cautelam exprimẽdi vul-
gari ſermone mentem teſtatoris,vel contrahentis , ſi
literato Latinoq; ſermone bene exprimi non poteſt.
91 †& Bal.in c.ad audientiam.el 1.de reſcript.dicit,non
vitiari teſtamentum,ſi partim fuerit ſcriptum in La-
tino, partim in vulgari loquela, & partim in Græco.
& nõ refert etiam,ponat teſtatorem loqui,vel in pri-
92 ma,vel in tertia perſona , †Iaſ.in l.ſi ſic.§.1.colũ.2.de
leg.1.& Bald.conſi.263.in fi.lib.1.& text.in c. pen.de
conuer.cõiug.vt ſeruatur Benfitijs, quòd inſtrumen-
ta teſtamentorum ſcribuntur vulgari ſermone,& te-
ſtator loquitur in prima perſona,ſic conſtat per The-
94 ma†conſi.Zaba.conſ.49.vt loquebantur etiam tem
pore Romani Imperij, vt ex pluribus caſibus legum
videre eſt:ſed mos regionis in his congruè ſeruari†po
teſt,l.quòd ſi nolit.§.quia aſſidua. ff.de ędil.edict.ve-
runtamen differentia eſt,an in prima.vel tertia perſo
na loquatur,vt in caſu,per Bar.in l.cum in teſtamen-
to.in fi.de aut.& arg.leg.& in l.ſi ita.in princ.nu.3.de
leg.1.licet enim Notarius præſumatur peritus,†gloſ.
in §.ſi ſcriptum.Inſti.de inut.ſtipul.et in l.1.C.de vſu.
et poſuiſſe verba,ſecundum quod teſtator voluit,†Io
de Imo.in l.1.§.ſi ex fundo.co.3.ver.nec obſtat etiam
quod dicit Bald.ff.hæred. et Bald. in l.errore.C.de
teſta.et præſumitur idem Notarius diligens : Aret.in
conſ.47.col.2.Tamen in centum locis(vt ita dicam)
legitur, quòd Doctores plurimum exclamant , et in-
uehuntur contra imperitiam Notariorũ ex ea oſten-
dentes præcipuè in teſtamentis,quantę confuſiones,
95 iurgia et diſcrimina oriuntur,aliquos referam. †di-
cit enim Bald.in conſi.46.Verba inſtitutionis.col.2.
ver.nec ob.illa adiecti.eq.lib.1.quòd licet quid ſit val
de rigoroſum,& contra mentem teſtatoris ex impe-
ritia Notarij,qui neſcit melius verba componere,ta-
men ſcriptura ſic loquitur,& quanquam dura ſeruan
da ſit.Item in conſ.6.Viſo teſtamento Bartolutij.lib.
4.dicit,quòd imperitia tabellionis deſtruit mũdum
& ponit conſcientias bonorum virorum in magno
diſcrimine,quem refert etiam Iaſ.in conſ.97.col. 3.li.
4.& in l.filius à patre.in prin.col.fi.de liber.& poſth.
& ibi Alexan.in col.4.ver.inducit tamen. Bald.dicit,
quòd cauſa difficultatis,teſtamentorum oritur ex im
peritia Notariorum , qui plerique ſunt imperitiores
ipſo teſtatore,idem Bald. conſ.484. Conſiderandum
eſt.li.2.dicit:Et ideo Notarij ex imperitia ſæpè erran-
tes,& vim verborũ neſcientes,magis afferũt alij dam
na:& Ang.in conſ.395.Punctus. Teſtator ſolùm.repe
tito in cõſ.342.in prin.miratur de noua forma teſtan-
di,dicit, cauſata à mera imperitia tabellionis , à quã
multoties cauſari vidit infinitos errores , & maximè
in vltimis voluntatibus, quarum iterum nõ redit ar-
bitrium:idem Ang.in con.338.Per Simon.de Regio.
in pri.iraſcitur his verbis , imperitia Notarij has vo-
luntates,& ſimiles teſtantium ſubuertunt ignorant
quid ſcribant:quid re vera teſtatores ſentiant & quid
verba denigratiua papyri , aut membranarum ſignifi
cent & importent:idem Ang.in conſ.372.Maritus fi-
lium.in fi.de ambigua volũtate,cauſata ab imperitia
Notarij,& Bal.in l.nam hoc iure.§.fi.de vulg.& pup.
dicit , quòd plerunq; tabelliones non intelligunt ſi-
gnificationes verborũ,& ſimiles ſunt cantoribus,qui
bene cantant per practicam,ſed non per rationem.&
Socin.in conſ.12.in prin.lib.3 inquit, quod tabellio-
nes eorum imperitia in teſtamentis faciunt multas
pullulare difficultates:ad idem ob imperitiã Notarij
reddi dubiam conſultationem,dicit Corn.in conſ.7.
in prin lib.1.voluntatem teſtatoris obumbratam,di-
cit Rui.in conſ.158.ſub nu.5.eſſe cauſam dubij:idem
dicit in conſil.185.in princip.Intentionem teſtatoris
reddi dubiam,idem in conſ.201.ſub nu.2.lib.2.& A-
lexan.in conſ.112.ſub nu.2.dicit,quòd Notarij com-
muniter ſunt practici,in titul.de iuris & fact.igno.&
dicit Pariſ.in conſ.10.col.2. nu.11.lib.3.quando teſta
tor eſt idiota , & ignarus Latini ſermonis , clauſulas
incognitas &inſolitas Notarius dicitur ponere ex ſuo
capite,& ſæpè Notarij apponunt verba ad placitum
ſuum in teſtamentis , dicit Imo. in l.1.§. ſi ex fundo.
col.2.nu 15.ff.de hæred.inſti.vbi etiam poſtea ſubiun
git,quòd debet præſumi , quòd non poſuit Notarius
verba,niſi ſecundũ quod teſtator voluit: ad hoc plu-
res concordantes alleg.Neuiz.conſ.28.nu.16.& ad ſu
periora,ſub num.11.& ſequen.Nihilominus,quando
videmus verba incongrua,inepta , ſuperflua , dimi-
nuta,inculcata Notariorum in teſtamentis,quantum
poſſumus, intentionem & mentem teſtatoris veriſi-
milem & communiter conuenientem rei ſubiectæ
materiæ coniecturari, & benigna interpretatione de
fendere , & adiuuare debemus, ne imperitia & error
Notarij noceat : l.errore.& l.ambiguitates. C.de te-
ſtam.vt in ſimil.idem dicit Pau.de Caſt.in conſil.121.
Viſa quadam petitione.col.fin.verſi nam de imperi-
tia.& in conſilo.149.clarum eſt.col.2.verſic.breuiter.
& in conſilio 308.in iſto facto.col.2.num.2.& conſil.
347.quia circa.col.2.lib.1.& in conſilio 43.ſubſtitutio
prædicta.colum .2.lib.2.& Alexan.in conſi.208.Pon
deratis.colum.2.nu.3.lib.6. & Pariſ.in conſ.73.colũ.
pen.nu.5.& ſequen. Nam demum non refert , quòd
tabellio ignoret ſignificatum & importantiam ver-
borum:Bald.in dicta l. nam hoc iure.§.fin. colum.fi.
Angel.in conſil.254.Domina Antonia.verſus fi.Bar-
ba.in cap.quoad tranſlationem de offic. de leg.ple-

nius diſcutiendo hanc opinionem veriorem, & ma-
gis communem dicit Hier. Cogno.in d.l.ſi librarius
ſub num.37.de reg.iur.

Quando Notarius errauerit,ſi,& quãdo poſſit cor
rigere ſuum errorem,qui ſit patens vel latens, in com
mittendo,vel in omittendo,de pertinentib. ad ſolen
nitatem inſtrumenti,& ſic ad Notarium,vel ad teno
rem, & negocium inſtrumenti, & ſic ad parem do-
98 ctrinam,ponunt† & tradunt Bar.Dec.& Hier.Cagn.
in d.l.ſi librarius. Bar.Bal.& Ange.in l.imperator.de
ſtat.homi.Bal.& Imo.in l.cum proponebatur.de leg.
2.Alexand.in conſi.190.Plura.col.1.lib.6.& conſi.163.
Viſis narratis.col.fi.lib.7.Calca.coſ.48. con.pe.& fi.
Socin.in conſi.94.col. pen .lib.1.Soc. Iun. conſ.101.
num.11.12.13. lib.1. Pariſ. conſil.61. num.89.lib. 3.

Poteſt enim cogi Notarius ad publicãdum inſtru-
mentum teſtamenti imperfecti ratione ſolennitatis,
99 non verò ratione voluntatis,† vt per Bal.in l.2.§.1.in
fi.ff.quemad. teſt.aper.& cogitur dare copiam parti-
culæ teſtamenti,vt legati vel ſubſtitutionis pupillaris
100 cum inſtitutione hæredis, † Bart. in l,vt bonorũ.ff.
de bon.poſſ.ſecund.tab.& Angel .in conſ.164.Super
101 puncto præfato.† vbi etiam tradit,Notarium nõ de-
bere teſtamentum exhibere probanti ſolùm per iu-
ramentum de ſuo intereſſe, aliàs cum calumnia pe-
tenti exhiberi , eandem concluſionem, quo debeat
dare copiam particulæ ſpectantis legatario firmat,
102 † Ripa in l.qui Romæ.§.duo fratres. nu.54.de verb.
103 obli.& Iaſ.in l.fi.C.de preci. imper.offer.† vbi etiam
tradit,putantem ſibi prodeſſe aliquod teſtamentum
poſſe vocare Notarium coram iudice,qui cogat No-
tarium ſibi exhiberi protocollum , vt videat ſi faciat
pro iſto ſic petente,faciet dare copiam particulę faci-
entis pro eo,& per Barto.in l.omnes populi in fin.de
iuſt.& iur.

Animaduertat iterum Notarius ponere ſolemnia
104 in teſtamentis,alioquin ſubijcitur pœnæ falſi,† vt l.
iubemus.C.de teſta.& damnum, quod facto ſuo in-
tuliſſet hæredi vel alij tenetur reſarcire actione in fa-
ctum,quanti dubius euentus extimarit:Pau. de Caſt.
in l.quotiens.§.tantundem.in fin.ff.de hered.inſt.Ple
raque alia generaliter pertinentia ad Notarios,tra-
ctat Hier.Cagno.in d.l.ſi librarius.& Borgni.Canai-
canus in ſuo tract.de tut.cur.& vſufruct.relict. muli.
c.9.ſub nu.136.vbi cum oportuerit,de his alijs viden
dum eſt.

*SVMMARIVM.*

*1 Teſtamentum probatur per teſtes,qui interfuerunt,et diſ-
poſita audiuerunt, & hæc efficacior & fortior eſt fides.*
*3 Item per inſtrumentum* Notarij *rogati.ibi.*
*4 Teſtes,vt probent teſtamẽtum,debent examinari ad per-
petuam rei memoriam,& publicari.*
*Sic inſtante hærede, fideicommiſſario,vel legatario:ibi.*
*Et lite conteſtata, vel non ſic actor,vel reus inſtans.*
*5 Item citata parte,& non citata,didicitis teſtificatis,ite-
rum examinari poſſunt.*
*6 Citatio autẽ ſit generalis per publicum proclamata,quan
do teſtes examinantur ad perpetuam rei memoriam qui
teſtamento adfuerunt , ſi non ſunt certi intereſſe præ-
tendentes,aliàs ſunt citandi per ſchedulas certi.*
*7 Examinatio teſtium ad perpetuam memoriam fieri poteſt
coràm iudice petentis,*
*Teſtes debent eſſe idonei teſtamentarij, aliàs non proba-
rent teſtamentum:nu.8.& religioſi ſunt idonei teſtes:
& debent cognoſcere teſtatorem:nu.9.10.*
*Teſtes ſeptem ad teſtamentum.*
*Teſtes quinque in codicillis.*
*In donatione cauſa mortis etiam.*
*12 Et alia vltima voluntate.*
*13 Limita in teſtamento militis quia quo teſtes ſufficiunt.
limita in teſtamento facto coram principe : quia abſq;
teſtes alio probatur.*
*14 Sublimita,non procedere in principe inferiore,quia debẽt
adeſſe duo teſtes.*
*15 Item limita in teſtamento in iudicio facto, & coram prin-
cipiſſa.*
*16 Limita in teſtamento inter liberos , quia duo teſtes ſuffi-
ciunt.*
*17 Sublimita non procedere,quando teſtamentum eſſet inua
lidum ratione præteritioniſs,vel imperfectæ voluntatis:
nu.18.quoad extraneos non valere,ſi duo teſtes non vi-
derint partem ſcribere , & audierint, teſtatorem dice-
re,illud eſſe ſuum teſtamentum.*
*19 Item limita in teſtamento ad pias cauſas : quia ſufficiunt
duo teſtes adeſſe : nu.20.ſi ſint matres , non fœmellæ.ibi
ſublimita,vt nu.21.& religioſi illius eccleſiæ , cui ſit re-
lictum ſunt idonei teſtes,at contrà tenet Pariſius.*
*22 Statutum tenet,quòd teſtamentum valeat ſubſcriptum,
& ſigillatum per teſtatorem,abſque teſtibus.*
*23 Quod intellige,vt hic.*
*24 Teſtamentum coram quinque teſtibus in rure,vbi plures
haberi nequeunt,valet.*
*25 Amplia tempore peſtis.*
*26 Teſtamentum principis abſque ſolemnibus valet.*
*27 Teſtamentum principis in ſuis terris eſt lex.*
*28 Contractus & pacta principum in ſuis terris ſunt leges:
nu.29.ſed non in præiudicium clericorum.*
*30 Teſtamentum factum à Chriſtiano in terris infidelium,
probatur duobus teſtibus, & valet.*
*31 Teſtamentum,factum in peregrinatione,probatur duobus
teſtibus.*
*32 Teſtamentũ factũ in terris iuriſdictionis temporali eccle-
ſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectis,valet coram duo-
bus teſtibus idoneis , & ſacerdote patrochiali , & eiuſ-
dem ſacerdotis etiam* Notarij *inſtrumento probatur:
Amplia.*
*Et quod loco ſacerdotis ſufficiunt alij duo teſtes,& ſic per
quatuor teſtes, probatur rectè.ibi:& hæc communis.*
*Limita,niſi ſtatuto prohibeatur:ibi.*
*Teſtes duo ſufficiunt ad declarãdum volũtatem dubiam
teſtantis.*
*33 Teſtes ſingulares,quo ad adminiculum & coadiuuandum
teſtamentum,iam factum ſufficiunt.*
*34 Subſtitutio omiſſa ſcribi per* Notarium *, quinque teſtibus
probari poteſt.*
*35 Et per duos teſtes in teſtamento inter liberos.*
*36 Etiam,quod voluerit* Notarius *in ſcriptura apponere,per
teſtes probari poteſt.*
*37 Omiſſum ſcribi per* Notarium*,quod tendit ad declaratio-
nem probari per duos teſtes,*
*38 Duobus teſtibus probari promiſſum per heredem legatario
relictum,ſtipulante pro eo* Notario.
*39 Teſtamentum ex defectu vnius ea teſtibus adhibitis proba-
re non poſſe,& corruere.*
*40 Teſtes teſtamentarij debent eſſe rogati , & certiorati , &
quòd non caſu vel fortuitò ſint,adhibiti.*
*41 Et debent eſſe vocati à teſtatore,vel à* Notario.
*42* Rogitus *teſtium in teſtamento probatur per ipſos teſtes ro-
gatos.*
*43 Et duo teſtes ad id probandũ ſufficiunt,vt eſt communis.*
*44 Teſtes teſtamentarij debent videre teſtatorem,non quod
ſint poſt parietem , vel cortinam.*
*45 Et debent cognoſcere teſtatorem.*
*46 Amplia in codicillis & donatione cauſa mortis procedere
ſuprà ſcriptura.*
*47 Limita ſuprà dicta in caſu peſtis ſeuientis.*

48 Teſtes



*48 Teſtes teſtamentarij etiam debent vno & eodemmet tẽ-
pore audire teſtatorem,loquentem voce articulata &
intelligibili,exprimere totam eius voluntatem.*
*49 Et debent concordare etiam in verbis,prolatis à teſtatore
aliâs non probarent teſtamentum ſecundum* Butri. *qui reprobatur.*
*50 Sufficit tamen,quòd ſint concordes in facto,& in ſubſtan-
tia,licet ſint diſcordes in verbis prolatis.ibi.*
*Et hæc communis.*
*Amplia,vt hic.*
*51 Limita etiam,vt hic.*
*52 Teſtes teſtamentarij poſſunt admoneri & inſtrui,vt depo-
nant veritatem,ac induci prece & precio,quando re-
cuſant,vt dicant veritatem.*
*53* Nec *ideo ſuſpecti dici poſſunt teſtes ipſi exorati,vt verita-
tem deponant.*
*54 Teſtes teſtamentarij,ſi ſint diſcordes, etiam in verbis poſ-
ſunt à iudice interrogari , ita & taliter , quòd veritas
detegatur,& hoc iudicis arbitrio.*
*55 Teſtes teſtamentarij in cortice verborum diſcordes,& par
tes contendant ita fuiſſe diſpoſitum,vel ita,vel non,non
probant.*
*56* Voluntas *teſtatoris ſola attendi debet, omiſſa verborum
omni formalitate.*
*57* Voluntas *teſtatoris partis confeſſione non probatur.
Limita,vt hic 62.*
*58* Confeſſione *non mutatur iuris diſpoſitio,& ſolemnitas ad
actum requiſita induci non poteſt.*
*59* Confeſſio *non inducit id,quod nõ dependet à poteſtate con
feſſionis.*
*60* Confeſſio *efficitur inualida ob errorem iuris in fideicõmiß.
& ſi ſuper tali confeſſione fundaretur ſententia dete-
cto tali errore inualiditatis, retractaretur per reſtitu-
tionem in integrum.num.61.*

SOLVTIO II.

Secundus nunc ſupereſt modus proban-
di teſtamentum, & vltimam voluntatem
per depoſitiones teſtium , qui vocati in-
terfuerunt , & palam diſpoſita à teſtatore
1 proferente audierunt : † l. conſultiſſima. §.penult.&
ibi glo.in verſic.diſpoſitiones. & l.fin. verſi.penul.C.
de teſtam. & glo. in ver. depoſitionibus. & ibi Doct.
de edic.diu.Adri.tol.Bal.& alij in l.2.C.de bon. poſ.
ſecundũ.tab.Quinimo aliqui antiqui dicebant,Teſta
mentum nuncupatiuum non poſſe probari , niſi per
teſtes.vt refert Glo.in l.hæredes palam in princ.ff.de
teſtam. & in l.fin.C.de fideicom. licet ex communi
conſuetudine & obſeruantia poſſit etiam probari p
2 inſtrumentum manus publici tabellionis † ſecundũ
Gloſ.in l.2.in prin.ff.quemad. teſt. aper. vt ſuperius
probatum eſt:nam ad probationẽ & teſtes & inſtru-
menta eandem vim obtinent : l. in exercendis.C.de
fide inſtr.tamen efficaciorem & fortiorem eſſe fidem
ſeptem teſtium deponentium de teſtamento , quam.
3 ſit fides ſolius inſtrumenti, † tradit Fulgo.conſil.20,
pro pleniori.col.2.

Vt ergo de ipſorum teſtium depoſitionibus con-
ſtet,neceſſe eſt, quod datis & productis capitulis,ſeu
articulis & interrogatorijs per iudicem examinen-
tur,& eorum examen in ſcripturam redactum publi
cetur ad perpetuam rei memoriam , iuxta practicam
4 & formam traditam † per Spec. in tit. de inſtr.edi.§.
compendioſè.ver. huius autem.,& per Bald,Salyc.&
alios in l.2.C.de teſta.& hãc examinationem ad per-
petuam rei memoriam fieri debere non ſolùm ad pe-
titionem hæredis , ſed etiam fideicommiſſarij , & le-
gatarij ſecundum Bald.in d.l.2.tradit Corn.in conſi.
298.Ante omnia.colum.1.& prout poſſunt.lib.1.& in
conſi.119.Circa primum.colum.6.ver.tamen.his non
obſtantibus. & in conſ.168.in præſenti.col.pen.& fi.
& in conſi.172;Primus. col.3.& ſequent.lib,2.in qui-
bus locis etiam concluditur tale examen poſſe fieri
lite non conteſtata vt per Barto.in auct.ſi quis ab ali-
quo.nu.5.C.de teſti.& ad petitionem eius, qui vel a-
ctor,vel reus futurus ſit:ex quibus patet.non bene lo
qui Pariſ.in cõſi.24.col.1.lib.3.tenentem contrarium
in legatario actore,qui Corn.etiam per eum alleg.in
d. conſi. concludit vt dixi.

Si verò tale examẽ fieret,parte non citata, non va
leret , tamen iterum parte citata non obſtante,quòd
eſſent didicita,ob eorum nullitatem,poſſet fieri pro-
5 bat† Pau.de Caſt.in conſ.96.ego Pau.de Caſt.lib.1.nã
quo ad probationem hiuſmodi fiendam & citatio-
nem habentium intereſſe,debent ſeruari termini: Ca
pra in conſi.20.Punctus. Quidãm Franciſcus. & per
Doct.in d.l.2. quæ incip. Publicati.

Dicuntur habere intereſſe & citandi ſunt ſpeciali-
ter,& nominatim,ſi cognoſcantur qui poſſunt habe-
re proximam cauſam ſucceſſionis ab aliquo , vel ali-
quo modo lædi tempore examinationis teſtiũ ſi non
ſint certi , debet citatio fieri generalis per publicum
6 proclama,† vt in ſpecie tradit Pau.de Caſt.in coſ.382.
Dubitatio poterat li .1.& iuxta vulgatem practicam.

Poteſt autẽ hiuſmodi examinatio ad perpetuam
rei memoriam fieri coram iudice petenti ſic exami-
7 nari, licet conueniendus haberet alium iudicem, † vt
per Socin.in c.cum ſit in 3.fallen.de for. compet.vbi
etiam remiſſiuè ponit , coram quo iudice poſſit fieri
publicatio teſtamenti.

Teſtes autem requiruntur idonei , aliàs teſtamen-
8 tum non probatur,† Ang.in conſ.128.In facto propo-
nitur.& Aym.conſi.72.num.5.& Cor.conſi.170.col.
2.verſ.& hoc.lib.3.& Socin.Iun. cõſi.89.colum.2.&
quòd cognouerint teſtatorem, aliàs ſubſtantia teſta-
9 menti reprobatur : vt diſcutiendo † latè tradit & fir-
10 mat Signo.conſi 149.& Boſſ.ti.de falſ.ſub num.3. † &
religioſi poſſunt eſſe teſtes ad teſtamenta, plenè Syl.
conſ.16.nu.3.& ſeq.

Secundò generalis & nota eſt regula,de iure ciuili
ad ptobationem teſtamenti requiri ſeptem teſtes vo-
catos vel rogatos,& ad probationem codicillorum,
donationis cauſa mortis, & cuiuslibet alterius vlti-
11 mæ voluntatis,ſufficere quinque teſtes† d.l.hac con-
ſultiſſima. §.per nuncupationem. & d.l.hæredes pa-
làm.in prin.§.in teſtamentis.& l.fi.C.de codicil.& l.
fin.C.de don cau.mor.§.fin.Inſt.de teſta.numerus e-
nim inſpiciendus eſt,quoniam vbi res per teſtium ſo-
lemnitatem oſtenditur,tunc numerus vel nimia ſub-
tilitas requirẽda eſt:lex etenim,ne quid falſitatis in-
currat,per duos fortè teſtes compoſitum teſtamentũ
maiorem numerum teſtium expoſtulat , vt per am-
pliores homines perfectiſſima veritas reueletur:hæc
ſunt notabilia & elegantia verba text.in l.fin. C.de fi
deic.Verùm,quia plures ſunt caſus.in quibus diuer-
ſis reſpectibus & rationibus diſpoſitum eſt circa nu-
merum teſtiũ ad probationem teſtamenti & vltimæ
voluntatis:horũ ideo hoc in loco meminiſſe nequa-
quam extra rem eſſe arbitratus ſum : tamẽ breuitatis
gratia ipſos caſus proferam pro iuribus & deciſioni-
bus eos firmantibus , partim remittendo me ad Fir-
manum in ſuo vulg. & ampliſſimo Repet. in dictio-
ne,teſtamentum qualiter,& quando fiat, & ad Iaſ.in
d.l.hac conſultiſſima.in prin.col.2.& ad Boer.in de-
ciſ.228.incip. Pręſuppono.vbi curã adhibuerunt iſti
Doct.proponendi,probandi, & colligendi caſus pręs-
dictos.qui quidem ſunt.

12 † De teſtamento militis,condito in expeditione
belli,quòd poſſit probari per duos teſtes.
13 † De teſtamento,ſeu per preces inſinuato coram
principe,quod valet,ſine alio teſte.
14 † Addo id nō procedere in principe inferiore, vel
niſi ſaltem probetur teſtamentum per duos teſtes, vt
per Socin.Iun.in conſ.138.nu.5.& ſeq.lib.1.
15 † Idem in teſtamento coram quocunque judice,
ſeu magiſtratu penes acta redacta: idem,ſi fiat coram
principiſſa.
De teſtamento condito inter liberos,quod proba
16 tur per duos teſtes,&† de quo latè per ipſum Boer.in
deciſ.240. Ex proceſſu. vbi & quid ſi tale teſtamentū
contineat inæqualitatem inter liberos, & Tiraq.in l.
ſi vnquam.in ver.donatione.du.125.de reuoc.don.&
de iu.primogen. quæſt.4.nu.4.& ſeq.et Pau. de Caſt.
conſ.444,Præmittendum eſt.ad fin.lib.2.et Couar.in
ca.Rainutius,§.1.num.3. de teſta.Gab.Rom.de com.
opin.lib.4.tit.de teſta.conclu.6.Socin.Iun.conſ.147.
nu.40.41,conſ.185.num.85.lib.2.et dicam infrà lib.4.
interpr.vlt,dub.2,verſ.intellige prædicta.
Addo, id non procedere , quando latè teſtamen-
tum eſſet inualidum ratione præteritionis, vel volū-
17 tatis imperfectæ,† vt per Bal.in conſ.196.Licet regu-
lariter.li.5.et Dec,in conſi.105.col.pen. quoad extra-
neos non valet,ſi duo teſtes non viderint patrem ſcri
bere,et audierint eum dicere, illud eſſe ſuum teſta-
18 mentum , Ruin. in conſ.193. Viſo teſtamento. col.3.
num.5.lib.2.
De teſtamento, facto ad pias cauſas , quòd poſſit
probari,per duos teſtes,addo, quòd iſti teſtes debēt
19 eſſe idonei,et non mulieres, † vt per Capram in cōſ.
75.Punctus,Iacobutius col.antepen. et in conſi. 162.
Quidam deceſſit.in fi.& Alexan.& in conſi.177.Viſo
themate.col.1.& ſeq.lib.2.& Pariſ.in conſi.24.col.3.
nu.13.& ſequ.li.3.Tamen,illi de eccleſia , cui factum
20 eſt relictū,vt fratres religioſi ſunt idonei teſtes : † idē
Capra in conſil.94.Subſcripſi licet cōtrarium teneat
Pariſ.d.conſ.24.num.36. & ſi ſtatutum extaret,quòd
teſtamentum non poſſet probari per teſtes,non pro-
21 cederet ad pias cauſas,† Io.de Ana.in con.57.De te-
ſtamento,facto vigore ſtatuti,vel conſuetudinis , ſeu
priuilegij requirentis minorem numerum teſtium:
Pariſ.conſi.68.col.2.nu.16 li.3.Adde valere Statutum
diſponens valere teſtamentum ſubſcriptum & ſigil-
22 latum per teſtatorem ſine aliis teſtibus,† vt per Col
leg.Padu,inter conſ.Alexan. conſi 87.Nos Doctores.
col.pen,libr.7.ſed differt, an ſtatutum diminuat nu-
merum teſtium,vel augeat : quia ſi diminuit,dicitur
diſpenſare ius commune:ideo poteſt etiam adhiberi
numerus teſtium,ſecundum ius commune , ſecundū
Bald.in conſi.355.Præmittendum eſt,lib.5.& ſi auget
numerum,dicitur derogare & corrigere ius commu-
23 ne,& debet ſeruari,† Bal.in conſi. 352. In puncto iu
ris & in conſi.404.Præmittendum.lib.4.
24 † De teſtamento facto ruri , coram quinque teſti-
bus vbi plures non potuerunt haberi.
Idē de teſtamēto facto tempore peſtis , quod pro-
25 betur per quinque teſtes:† adde Dec.conſi.284.Pariſ.
conſi.32.& ſeq.lib.
De teſtamento principis,quod valet ſine ſolemni-
26 tatibus:† adde Bal.in l.precibus.col.7.ver.dicimo ter
tio opp,C.de impub.dicentem , quod dictum eſt in
milite,trahi ad dominos terrarum , qui in ſuis terris
ſunt lex animata : ideo teſtamentum eorum ibi eſſe
27 legem:† arg.l.penul.C.de donat.inter vir.& vx.quod
dicit eſſe not,idem eſſe in pactis & contractibus fa-
ctis per iſtos dominos terrarum,& quod habeāt vim
28 legis,† tradit Bart.in conſil.72.Ex facto proponitur.
col.2.& ſeq.& latè defendit Dec.conſi.516.col.2.non
valeat tamen in præiudicium filiorum clericorum,
29 † Ruin.in conſ.23.Ex themate præmiſſo.col.5.num.
16.lib.2.
30 † De teſtamento facto à Chriſtiano in terris infide
lium quod valet & probari poteſt per duos teſtes.
31 † De teſtamento , facto in peregrinatione , quod
probetur per duos teſtes:adde Io.de Amicis in conſi.
39.num.10.
De teſtamento,facto in terris temporali iuriſdictio-
ni eccleſiæ immediatè vel mediatè ſubiectis , quod
valeat coram duob.teſtibus idoneis,& ſacerdote par
rochiali,& eiuſdem ſacerdotis etiam Notarii inſtru-
mento probatur:tradit Pariſ.conſi.51.col.2. lib.3.ad-
de loco ſacerdotis ſufficere alios duos teſtes , ſic per
quatuor teſtes poſſe probari,vt per Roman. in conſi.
192.Gem.in conſi.94.Calda.in conſi.8.in tit.de teſta.
Alexand.d.conſi.17.col.pen.num.9.lib.3.& con.276.
col.pen.lib.5.Dec,in d.con.284.col.4. vbi dicit iſtam
eſſe magis Commu.Opin.licet in hoc contrarium te
neat Caſt.in conſi.68.col.2.& conſ.77.lib.1.& conſi.
137.lib.2.tamen contrarium tenet in conſ.261.ad fin.
lib.4.& ita cum iſta magis communi tenendum eſt,
Clar.in §.teſtamentum.in quæſt.57. Niſi ſtatuta loci
aliud diſponant vt per Bald. in d. conſi.152. & conſi.
404 lib.4.Hic etiam recordari oportet,quod alias di
ctum eſt,duos teſtes ſufficere ad probationem decla-
rationis voluntatis teſtatoris aliquo modo dubiæ:
32 † Alexand.conſi.54.num.3.lib.3,conſi.100. nu. 12.li.
4.Cor.conſi.239.col.pen.lib.2.Calca.conſi.48.num.
6.imo vnum teſtem ſufficere,Pariſ.conſi.94.num.46.
lib.2.& Aymo conſi.93.num & alias dubium de ſo-
lemnitate per quot teſtes debet probari,declarat Bar.
in l.1.§.ſufficiat.ff.de bon.poſſ.ſecundum tab.& doct
in l.2.C.eo.Quo vero ad adminiculandum & coadiu
uandum teſtamentum iam factum ſufficit probatio
33 teſtium ſingularium:† Alexan. in conſ.4.nu.11.lib.7.
Corn,conſ.307,col.4.lib.3.Pariſ.conſ.33.circa fi.lib.2
& ſubſtitutio omiſſa per notarium ſcribi,poteſt pro-
34 bari per quinque teſtes,† Paul.de Caſtr.in conſi.304.
ſuper primo quæſito ad fi. & cōſi.18.li.2. & per duos
35 teſtes inter liberos:† idem in conſ.353 nu.1 eo,& Bar-
ba.in conſ.29.col.2.lib.1.etiam quòd teſtator noluc-
36 rit poni in ſcripturā,poteſt per teſtes probari† Alexā
in conſ.128.ſuper eo.lib.7.omiſſum verò ſcribi tēdes
37 ad declarationem poteſt probari per duos teſtes,† Pa
riſ.conſi.13.col.1.lib.3.vt ſuprà dictum;relictum pro-
miſſum per hæredem legatario præſenti vel notario
pro eo ſtipulanti vti contractus poteſt per duos teſtes
38 probari:† Cepol.in caut.177.ponit Albe,Bru.tract.de
forma & ſolem.rub.de pot.& effect. for.in vlt.effect.
in 35.fallē,& Iaſ.in l.2.col.3.verſ.primus eſt.C.de bo.
poſſ.ſecundum tab.Et nota quòd ſi teſtis vnus ex re-
quiſitis in caſibus prædictis non eſſet idoneus,tota-
39 teſtamenti probatio corruit† vt per Dec.in conſ.105.
colum.4.
Tertiò requiritur quod teſtes ſint rogati vel cer-
tiorati,ita vt nō caſu vel fortuito appareat ſe interue-
niſſe vel eſſe adhibitos ad teſtamentum, vt poſſint de
40 eo perhibere teſtimonium † d.l.hæredes palàm.§.in
teſtamentis.& ibi doct.ff.de teſta.& in in l.hac cōſul
tiſſima. in pr.C.eo.vbi præcipuè Iaſ.dicit ſufficere te-
ſtes eſſe vocatos vel à notario,vel à teſtatore,vel à quo
cunq.alio,& non obeſſe ſi aliqui dicant eſſe vocatos
41 à teſtatore,aliqui à tabellione, † & vt per Soc.in l.ſi
quis ita.nu.3.de reb.dub.& Cor.in conſi.148.colum.
pen.ver.nec obſt.quòd illi teſtes.lib.2.quod requiri-
tur de iure canonico , Alex. in conſil.70.in fin.lib.1.
Socin. in conſil.92.colum.3.verſi. quinimo diſputa-
tur.lib.



tur.lib.3.probatur autem de rogitu teſtium per ipſoſ-
42 met teſtes † Bar.& Bal.in l.Diuus.ff. de mili. teſtam.
& duo teſtes ſufficiunt ad probandum rogitum te-
43 ſtium † Bald.in l.2.colum.2.ver.pone in inſtrumen-
to.C.de bon.poſ.ſecundum tab.& Alexan. in conſil.
47.abunde.colum.1.lib.2.dicit ita eſſe commu.opin.
& Iaſ.in d.l.hac conſultiſſima.column.ſecunda. Item
requiritur vt teſtes poſſint probare teſtamentum,
quod in conſpectu videant teſtatorem remotis inter
44 mediis parietis vel cortinæ. † l.ſi non ſpeciali. & ibi
docto.C.de teſtamen.Corn.in conſ.10. colum.5. lib.
5.Iaſ.in conſil.97.col.2.verſ. ſed præmiſſis.lib.4.Dec.
in conſ.354. & conſequenter teſtes debent videre &
45 cognoſcere teſtatorem † Signor.in conſil.148. teſta-
mentum. A.& Boſſ.titu.de falſ.ſub num.3. alias adeſt
clauſula iuris annullatiua teſtamenti , vt in tex. d.l.ſi
non ſpeciali.
Quod non procedere in dnatione cauſa mortis
& in codicillis,ſcilicet quòd in his teſtes poſſint pro-
bare ſolummodo audiendo voces codicillantis , &
donantis abſque eo quòd viderint diſponentem , te-
net Socin.in conſi.130. viſa contingentia. colum.fin.
lib.primo,duplicato in conſil.235.lib.2.per ſign.125.
incipien. not. quòd licet regulariter. Matheſſilani.
quod intrepidè ſequitur Iaſ.in donatione cauſa mor-
tis , ſed in codicillis dubitat nihilominus quòd in
practica non diſcederet ab iſta deciſione, cum non
habeat contradicentem ſecundum ipſum Iaſ. in d.l.
ſi non ſpeciali.
Sed ego addo quòd reperitur contradicens in qua
cunque vltima voluntate,Corn.in d.conſi.18.princi-
pale dubium.lib.2.vbi validis & concludentibus ra-
tionibus probat eandem rationem eſſe in teſtamen-
to & in codicillis,& in donatione cauſa mortis,quòd
teſtes videre debeant diſponentem , idem non alle-
gato Corneo l.contradicēdo comprobat Dec. in d.
conſil.354.quibus aſſentior. maximè in infirmo co-
dicillante vel cauſa mortis donante,cuius vox ex in-
46 firmitate alteratur † vt dicit Cyn.in l. teſtium. colu.
pen.in 4.quæſt.in fin. C.de teſti.item limitat cū da-
retur caſus prohibiti aſpectus teſtatoris, vt tempore
47 peſtis † Pariſ.in conſi.33.lib.2. idem ſentit Corn. in
conſilio 166. minimè dubium eſt,lib.3. maximè ad-
miniculis extantibus , quòd diſpoſitio ſit ad pias
cauſas , & quòd vnus teſtis viderit teſtatorem, vt ibi
per eum.
Quartò poſtquàm teſtes viderint teſtatorem in a-
ctu teſtandi exiſtentem,requiritur etiam,& per quam
neceſſarium eſt , quòd ſimul & eodem tempore au-
dierint ipſum teſtatorem articulata voce & intelli-
gibiliter loqui , diſponere & exprimere totam ſuam
48 vltimam voluntatem† vt d.l.hac conſultiſſima.§.per
nuncupationem.& l.in teſtamentis. C. de teſta. & §.
fin.inſtitut.eo. & prout ſuprà in hac dubit.in verſic.
item quia ſæpè.declaratum eſt & per Ioan. Dilect.de
arte teſtan. titu.2. cau.7. & vltra generalia in mate-
ria teſtium de conformi & concordi teſtificatione,
modò vnum eſt reſpiciendum , quando in effectu &
principali intenſione diſpoſitionis teſtes ipſi ſunt cō-
cordes, quod Petrus inſtituit hæredem Franciſcum,
ſed diſcordes ſunt in verbis prolatis à teſtatore, quia
vnus dicit Petrum dixiſſe , relinquo Franciſcum hæ-
redem, & alius eum dixiſſe dicit,volo quòd Franci-
ſcus ſit meus hæres , ob hanc enim teſtium diſcor-
diam in cortice & ſono verborum in facto fuiſſe ter-
minatum,iſtos teſtes eſſe diſcordes,& ſingulares , &
propterea non probare,quia recitando verba ab alio
prolata debuerunt concordare etiam in verbis pro-
49 latis,dicit † Anto.de Butr.in c.nihil.de verb.ſig.quē
ibi Abb.ſequitur,Alex.in l.1.§.fi.circa fi.de verb.obl.
& Capra in conſil.75. Punctus.Iacobutius.colum.6.
num.28.29.
Quinimò ſufficere teſtes eſſe concordes in princi-
pali facto , & tendentes etiam per diuerſa verba. in
eundem rei finem & effectum & melius quàm per
vnum & præmeditatum ſermonem probare, videtur
communis concluſio per tex.in dicto cap.nihil. & in
50 cap.dudum † de conuer.coniug. & in l. qui ſenten-
tiam.& ibi Bald. & Ang.not. C. de pen. & Bald. in l.
de quibus.col.antepen. ff. de leg. cum pluribus con-
cord.alleg.à Iaſ.in l.2.colum.pen.C.de bono.poſſ.ſe-
cundum tab. addo text.in l.qui in prouincia. §.1. ibi
idcirco cùm hæc omnia in vnum concordant.ff. de
ritu nupt. & Ang. in l.item videndum. in princ.ff.de
pet.hæred. & in ſpecie probationis vltimæ volunta-
tis comprobat Alexan.in conſil.105.Viſo ac diligen-
ter. colum.fina. verſ.ſeptimo & vltimo. lib.4. firmat
Dec.in conſ.105.colum.2.in 2.dub.& in colum.pen.
verſi. non obſtant allegata ſupra. & clarius. Corn. in
conſ.172.Primus. colum.7. verſ. & ſunt omnes con-
teſtes.lib.2. vbi latè probat non eſſe curandum ſi te-
ſtes in verbis teſtatoris aliquantiſper differunt, dum-
modo omnes teſtificando in eundem finem & ſuper
principali intentione concorditer tendant , idem
Corn.in conſi.148.in hac colum.pen.verſ.nec obſtat
lib.3.& Barba.in conſ.29.illud afferam.colum.7.lib.
1.conſuluit,& dicit alias conſuluiſſe contra illud di-
ctum Ant.de Butr.in dicto cap. nihil. quia dicit ipſe
& in probatione teſtamenti ſufficere quòd teſtes re-
cordentur,& deponant de ſubſtantia facti , licet non
recordentur de propriis verbis, & inter alia pro hoc
allegat.l.non figura. ff. de actio. & oblig. & Pariſ.in
conſ.13.colum.1.lib.3.& Ruin.con.1. ſub.nu.20. lib.
2.& Neuiz.conſ.26.num.27.quæ quidem communis
concluſio etiam ex mente aliorum clarè probatur,
quòd ſolummodo ſit attēdenda veritas quæ habetur
ex æquipollentibus,& non formalibus verbis, docet
nos veridica ſacra ſcriptura per Euangeliſtas tradita,
quæ dicitur nouum teſtamētum.vt per Diuum Hier.
in Epiſt.ad Damaſcum, ibi de nouo nunc loquor te-
ſtamento.& Apoſt.ad Hebræ.c.9.ibi,& ideo noui te-
ſtamenti mediator eſt,&c.& in eadem ſcriptura hoc
nouum teſtamentum cōtinente quàm diuerſimodè
variiſque verbis narratum ſit, idem geſtum ac prola-
tum à piiſſimo Redempore noſtro,qui eſt ipſa veri-
tas,patet legendo Matth.c.26.& Luc.c.22.quod pon-
deratur in text.d.c.nihil,& ibi illud dictum Anto.de
Butr.patet ex prædictis non eſſe verum , ita etiam in
terminis arguit & quòd iudicando hanc partem te-
neret vti ipſam veritatem , cuius ſe amatorem dicit
Roſellus de Roſel.de Aretio inter conſ.Bal.conſ.445.
ſuper prædictis.col.2.verſ. modo dubium ſolum. nu.
3.lib.2.licet ibi Bal.in conſ.ſequen.in fin.velit ſimpli-
citer contradicere,eo quòd in caſu illo differentia te-
ſtium erat realis,& quòd eorum verba non conclude
bant in vnum finem, hoc ergo ceſſante vera remanet
iſta concluſio communis ſuprà pręmiſſa,quam etiam
veriorem dummodo teſtes ſint concordes in mente
& ſententia teſtatoris,& non ſit contentio inter par-
tes de forma verborum per dictum cap.nihil.dicit &
tenet ipſe Ant.de Butr.in cap.cum eccleſia.colum.8.
verſic.opp.quòd ex ſola veritate,de c.poſ.& proprie.
poſt glo.ibi.
Veruntamen reſpondendo atque remouendo ob-
ſtaculum omne ortum ex illo dicto Anton. de Butr.
& Abb. in d.c.nihil. & clarius exponendo materiam
iſtam etiam pro animaduerſione , & inſtructione ad
practicam ex mente doctorum in locis ſuprà allega-
tis

tis conſidero tres caſus in quibus poteſt tale dictum
procedere.

Primum ſi volens probare teſtamentum ad fauo-
rem ſuum per aliquem factum articulauit de verbis
præciſis & formalibus prolatis à teſtatore hoc modo
Petrus volens facere ſuum teſtamentum,hęc propria
& formalia verba ore ſuo protulit,laſſo tutta la mia
robba à Franceſco,& ſuper hoc articulo deponens v-
nus teſtis dicit Petrũ dixiſſe,faccio mio herede Fran-
ceſco.Tunc enim procedit quod dicit Abb.in d.cap.
nihil.quòd teſtes ſic in verbis diſcordes non probant
articulatũ teſtamentum,quia iſto caſu formalia ver-
ba dicuntur ſubiici probationi,vt ibi Abb. intelligit
& Cur.in tract.de teſt.in 11.conclu.& Felin.in c.licet
li.2.col.4.verſ.& vnum fortius.de teſt. Ideo ſit cautus
volens probare teſtamentum per teſtes, vt hunc eui-
tet ſcopulum,vel anfractum, quòd in articulis dedu-
cat, ponat & ſubiiciat probationi ſubſtantiam facti
teſtamenti,& non formalia verba prout in formatio-
nem habet à parte,vel à teſtibus ſe habere veritatem
articulando, & ponendo plura & diuerſa verba quæ
omnia & ſingula conueniant probationi principij,
medij,& continuati finis teſtamenti deducti, ad ver-
ba formalia nunquam ſe reſtringendo, ſed per ſimi-
lia verba vnum & eundem effectum importantia, &
ſic admonendo teſtes vt deponant, quos licitum eſt
admonere & inſtruere,vt aptè & congruè deponant
51 veritatem † Bald.in l fin. col.penul. verſi. quæ inſu-
per.C.ſi ex falſ.inſtr.& in l.3.§.fi. circa fin.ff.de cond.
ob turp.ca. & in ca.licet cauſam. colum.5. ſub num.
20.de proba. & poſſunt induci ad deponendum pre
cibus,& precio, vt dicant veritatem, quando recu-
52 ſant † Dec.conſi.89.colum.9.verſ.ſed ad iſta. & Syl.
nupt.lib.3. in car.pen. ſuprà num.62. & non ſunt ſu-
ſpecti,qui fuerint exorati precibus per partem, vt fe-
53 rant teſtimonium.† Abb.cap.3.num.3.de ſimo.ita ſe
ipſum declarat Abb.in d.c.nihil.ꝑ hæc ſua verba ibi,
reſtringe ergo iſtum text.ꝗ tunc non obſtat diuerſi-
tas narrandi, quando ſubſtantia facti ſubiicitur pro-
bationi duntaxat, & non verba materialia, & in hoc
Abb.concordatur cum præalleg. cõmuni concluſio-
ne de concordia teſtium reali & effectuali,& nõ ver-
bali,cui addo mirabilem concordiam teſtium & do-
ctrinam in propoſito adductam per Bart.in l. ſi fini-
ta.§.ſi ante hoc.in fin.de damn. infec. vbi dicit ſe per
text.ibi in verba æqualiter ſuſtinuiſſe teſtes, quidam
depoſuerũt filium inſtitutum maiori parte, filiam in
minori, alij dixerunt eos inſtitutos æqualiter, dicit
quòd reducebat ad concordiam æqualiter,id eſt, eo-
dem tempore ſed diuerſis portionibus, & per Gram-
mat.in conſ.50.col.pen.nu.42.& conſ.51.52.nu.2.vbi
latè de doctr.præalleg.Ant.de Butr.

Secundum quando teſtes ſunt tales, vel factum
tale eſt, de quibus iudex iuſtam poteſt habere ſuſpi-
cionis cauſam,ideo eos interrogare ad vnguem de o-
mnibus circunſtantiis, & intercipere ſeu inuoluere,
ſi poteſt, vt veram,vel falſam probationem detegat,
54 idque ſtat in arbitrio ſuo facere † vt not.Bal.in l.pri-
ma.§.editionis. colum.ſecunda,in 2. not.ff. de eden.
& Grammat. in deciſio.44.numero 41.42. tũc ſi ma-
gna appareat diuerſitas etiã in forma, & cortice ver-
borum,teſtes ſic diſcordes non probant, & habet lo-
cum dictum Anton.de Butr.in dicto,cap.nihil.vt de-
clarat Alexand.in conſilio 47.abundè. colum.ſecun-
da, verſi. nec obſtat quod not. Anton. numero octa-
uo,lib.ſecundo, & conſilio 111. Viſo ſuperiore. col.
pen.verſic.quinimò iſte teſtis lib.3.& Capra conſ.75.
colum.2.& ſeq.

Tertium & vltimum,ſi contentio inter partes exi-
ſtat non ſuper ſubſtantia teſtamenti, ſed ſuper ver-
bis,eo forſan quòd vna pars contendat fuiſſe diſpo-
ſitum per verba obliqua,vt hæreditas debeatur ex fi-
deicommiſſo forſan pro lucro Trebellianicę,& altera
pars dicat per verba directa,tunc etiam teſtes diſcor-
des in verborum cortice non probant vt declarat ipſe
Anton.in dicto capit.cum Eccleſia,in loco ſuprà alle-
gat.& Alexand.in dicta l.prima.§. fin.in fin. de verb.
obligat.& Corn.in conſi.2.colum.penult.& conſilio
63.colum.2.verſic.non obſtat.lib.1.& in dicto conſi.
171.colum.9.lib.2.& conſi.77. viſo dicto.colu.3.lib.
3.Bertra.in conſilio 212.num.12.lib.1.Dec.conſi.163.
colum.antepenul.& Catel.Cot.in memor.verſ.teſtes
concordes,& Iaſon in l.quæ extrinſecus.colum.2.de
verbor.obligat. Gab.Roman. de commu.opin.lib.7.
de criminal.conclu.4.num.23. quibus addo tex.quo
non poſſet allegari melior, in l.fi.C.de precib.imper.
offer. vbi cum ſupplicatur de aliquo facto depẽden-
te ex inſtrumento,ſufficit exponere in precibus ſub-
ſtantiam & effectum inſtrumenti,niſi inter partes de
ſenſu aliquorum verborum inſtrumenti dubitari cõ-
tigerit,quia tunc precibus verba ipſa inſtrumẽti ſunt
inſerenda,vt ibi text. mandat, & vt vtroque caſu ibi
dicitur vera precatio, & princeps verum poteſt dare
reſponſum, ita ergo teſtes in caſu dictæ communis
concluſionis concordes in effectu & ſubſtantia teſta-
menti eius veritatem deponere dicuntur,& in ſecun-
do caſu controuerſiæ verborum atteſtationes eorum
continere conformem probationem verborum,vt e-
xinde poſſit ferri vera ſententia.

Quam diſtinctionem,& declarationẽ nota(ni fal-
lor)veriſſimam, quicquid aſſerat Rolan. à Valle con-
ſilio 33. numero 30.& ſequen. lib.2. Námque omiſſa
omni formalitate verborum ſufficit demum liquere
de voluntate & intenſione teſtatoris circa ſuum te-
56 ſtamentum † per tex. in l. quoniam indignum. & in
l.in teſtamentis.C.de teſtamen.igitur conſequens eſt
à dictis teſtium ipſum teſtamentum probãtium ab-
eſſe omnem nimis ſcrupuloſam & præſcriptam ver-
borum obſeruantiam,atq; dicta ipſa eorum ſuſpicio-
ne non inuolutorum fore intelligenda nõ ſecundum
ſubtilitates iuris,vel calũniosè,ſeu captiosè,ſed ſecũ-
dum communem intellectum, & communem vſum
loquendi, & benignè iuuando & adaptando ad id
quod ſcire dicunt,& groſſo ac naturali modo,iſta do-
cto.in pleriſq; locis referunt,vt Innocen.in cap. cum
clamor.in fin.de teſti.Bar.in l.ſi quid earum. in prin.
de lega.3.Bald.in d.l.data.colum.6. verſi.deponit te-
ſtis falſum in qualitate.C.qui accu.& in l.2.verſic.&
not.quòd non debet.de tempor.appel.& in l. de qui-
bus.colum.fi.ff.de legib.Alexand. in conſil.43. num.
29.lib.4.& conſ.186.num.4.lib.7.in Apoſtil.ad Bart.
in l.ſi quis filiabus.ff.de teſtam.tut.Dec. in conſi.100.
col.1.vbi & alia de intellectu dictorum teſtium Iaſ.in
l.ſi fideiuſſor.§.1.verſi. circa illud.ff.qui ſatiſd.cogan.
& alibi ſæpè.

Poſtremò id ſuccurrit non omittendum, quid ſi
non ſcriptura vel depoſitione teſtium, ſed confeſſio-
ne aduerſarij conſtare poſſit de aliqua vltima volun-
tate, breuiter reſpondendum eſt,quòd de teſtamen-
to in quo numerus 7. teſtium requiritur pro forma
ſubſtantiali ſecundum communem opinio. doctor.
in l.prima. ff. de cond.indeb.& de qualibet alia vlti-
ma voluntate conficienda in ſcriptis,vt per l.fin.in fi.
C.de codicil.& in qua ſcriptura eſt de ſubſtantia, vt
Bald.in auct. ſed nouo iure.colum.fin.C.ſi cert.peta.
57 non poteſt conſtare per confeſſionem † vt per gl.&
doctor.in l.ſecunda.C.de bon.poſſeſſ.ſecundum tab.
Bald.in l.alia.nume.14.C.de his qui.vt indig.Iaſ.in l.
cum



cum quis.colum.4.C.de iu.& fac.igno.& in l.nemo.
numero 15.de leg.primo, ponit & late firmat Alber.
Brun.in tracta.de for. ſolem.in art. quotu. eſt forma.
colum.9. & 10. & in ar. de pot.& effect.for.in vlt. ef-
fect.in 25. fallen. quia confeſſio non poteſt iuris di-
ſpoſitionem mutare, & ſolemnitatem ad actum re-
58 quiſitam inducere † vt per plures deciſ.probat Aym.
in conſilio 29.colum.ſecunda,num.2.& conſilio 48.
colum.penul.in fin.numero ſeptimo, & conſilio 93.
numero 1. Afflict.deciſ.25. ad fin. eo quòd confeſſio
non inducit id quod non dependet à poteſtate con-
59 fitentis † notat Saly.in l.nõ nudis.C. de prob.& red-
ditur inualida confeſſio ob errorem iuris in fideicõ-
60 miſſo † tradit Cur.Iun.in conſilio 96. colum.penul.
num.6.& Socin.Iun.conſi.112.colum.2.num.3. libro
primo,idem in ſimili ſpecie Socin.ſen.conſ.92.num.
14.15.lib.3.& conſenſu hæredum teſtamentum nul-
lum non poſſe conualidari,tradit Iaſ.conſ.82.viſo te-
ſtamento.colum.fin. lib.3. & ſi ſuper tali confeſſione
fundaretur ſentẽtia detecta tali errore inualiditatis,
61 retractaretur per reſt.in integrum † per tex. & ibi gl.
Bart.Alber.& Pau.de Caſt.in l.penul.C.de confeſ.de
aliis verò vltimis voluntatibus poſſet conſtare per
62 confeſſionem quæ releuet approbando † ſecundum
Bal.in d.auct. ſed nouo iure.colum.fi.verſic.tamen ſi
negetur, & canon.in rub. de proba,& quæ excedit
omnes alias probationes,Bal.in conſ.192.proponitur
col.penul.ver.ſed ſupereſt.lib.3.Iaſ.in l.cum.te. C.de
tranſact.Aym.in conſ.61.num.3.

Ita hac interpretatione præſentem dubitationem
declarauimus,ipſámque huius ſecundi libri primam
interpretationem non minus amplè quàm vtiliter
expediuimus.

*SVMMARIVM.*

1 *Paria ſunt non eſſe,vel non conſtare,vel eſſe & non valere.*
2 *Paria ſunt non habere mandatum,vel habere,ſed inutili-
ter,plura ad hoc Mattheus Cherianus in ſuo de ratione
ſtudendi,& Iodocus in eius lib.parium vel ſimilium.*
3 *Teſtamentum non dicitur teſtamentum propriè, ſed abu-
ſiuè.*
*Et ideo non comprehenditur in ſtatuto de teſtamento lo-
quente.ibi.*
4 *Voluntas eſt pracipua in regulandis hominum diſpoſitio-
nibus.*
5 *Voluntas abeſt,vbi non adſit potentia.*

## LIB. II. INTERPR. II.

SEcunda ſequitur interpretatio circa
valorem & vigorem vltimarum volun-
tatum, quæ ſicut duo reſpicit declarã-
da. Primum quatenus & qualiter va-
leat ac teneat diſpoſitio. Secundum,
quantum vigeat.

Primum eſt, quod & conguenter præcedẽtia con-
tinuat & ſequitur: quoniam paria ſunt aliquid non
eſſe,vel non conſtare factum, & eſſe vel probari, ſed
1 eſſe inualidum & nullius momenti.† l.quoties.ff.qui
ſatis.cogan.& ibi glo.& doct.concord. adducunt,&
ad aliquas particulares deciſ.præſertim Alber. Iaſ. &
Soc.inferunt, & non habere mandatum, vel habere,
2 ſed nullum & inefficax, paria ſunt † not. Bald.in l.ſi
procurator. colum.fin.verſ.extra not.ff.de condi.in-
deb.& alia concor.ad hoc dictum allegat Ay.in conſ.
210.ſub nu.9.& conſ.273.col.7.ſub verſ.quinto dico.
Ruin.conſ.114.nu.4.5.lib.5.& in ſpecie teſtamentum
nullum non dicitur teſtamentum verè & propriè,ſed
3 impropriè & abuſiuè,† dicit Bal.in l.ſi pater.col.pe.
verſ.nunquid. C.de inſtit.& ſubſtit. & l.cum illud. §.
hæres.ff.quando dies lega.ced.exinde conſuluit Cor.
in conſ.126.principale dubium.col.3.lib.2.quòd ſta-
tutum deponens filios & nepotes debere obſeruare
teſtamentum patris & aui,intelligitur de teſtamento
valido,quia teſtamentum nullum venit appellatione
teſtamenti, Ant.de But.in conſ.25.in prin.

Quod illuc tendit quando nõ ſufficiat aliquid fie-
ri de facto,ſed fieri debet de iure, & quòd valeat de
quo latè per Alber.in l.pen.C.ſi mancip.ita fu.ali.&
de quo alibi erit dicendum,ſecundum quantum vi-
geat,polleat,& efficax ſit diſpoſitio.nam parum ope-
rantur cætera actus ſolemnia,ſi in agente deficiat po-
teſtas,quæ ſanè præcipua eſt in regulãdis actibus hu-
4 manis † vt in pręceden.interpr.in dub.primo ver.vo
luntas dictum eſt,& per Aym.in tract.de anti. in pri-
ma par.nu.94.alleg.tex.in c.cum ſuper.de offi. deleg.
vbi in ſecunda colum. ſub num.7.not.Abb. quòd ad
validitatem actus ſimul debent concurrere voluntas
& poteſtas,& vbi diuerſantur ſibi, nihil poteſt vali-
dum explicari, dicitur enim abeſſe voluntatem, vbi
5 deficit potentia. † l.4.ff.de acq.hær.ita per interpre-
tionem iſtam exponuntur duæ dubitationes ipſæ iã
expreſſæ.

Prima ſi & quando valeat,& teneat diſpoſitio.

Secunda qualem & quantam poteſtatem, & effi-
caciam contineat.

## LIB. II. INTERPR. II. DVBIT. I. SOLVITVR.

1 *Per cognitionem capacitatis perſonæ diſponentis,& eius in
quem confertur diſpoſitio,& maximè de bannitis,ali-
qua notabilia traduntur.*
2 *Per cognitionem formæ,& ſolemnitatis diſpoſitionis.*
3 *Per inſpectionem rerum diſponentis temporis,vel loci con-
diti teſtamenti.*
4 *Per clauſulam omni meliori modo.*
5 *Per interpretationem pro validitate tam ratione perſonæ
diſponentis,& perſonæ vocatæ quàm rei diſpoſitæ, mo-
di diſponendi,& ſignificati verborum.*

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtamentũ ex tribus validum eſſe deprehenditur ex per-
ſona,ex re,ex forma & ſolemnitate.*
2 *Actus fundatio in perſona conſiſtere debet.*
*Et primò de perſonis eſt quærendum tam agentium quàm
patientium.ibi.*
3 *Habilis quilibet præſumitur,etiam in accipiendo.*
4 *Capax quis dicitur relictorum,qui ſibi,vel alij acquirere
poteſt.*
*Incapaces autem ibi enumerat.*
5 *Excommunicatus teſtari poteſt,& hæc communis.*
*Fratres minores ſunt incapaces relicti.*
6 *Damnatus ad perpetuos carceres eſt incapax relicti.*
7 *Idem damnatus perpetuò ad triremes.*
8 *Damnatus in opus metalli fodiendi relicti eſt incapax acti
uè & paſſiuè teſtandi.ibi.*
9 *Teſtari nequit ſeruus effectus,nec eſt capax relicti.*
10 *Item fugitiuus exemptus à triremibus eſt incapax.*
11 *Banniti vt hic,non ſunt capaces hæreditatis, vel relicti,
aut legati.*
12 *Banniti à principe inferiore non amittunt iura commu-
nia,ſed iura ſuæ ciuitatis,à qua banniuntur,vt eſt cõ-
munis opin.*

13 Bannitus

13 Bannitus non capit ex teſtamento valido per ſtatuta ciuitatis bannientis ſed bene ex iure communi,

14 Bannitus ob pecuniariam pœnam non amittit teſtamenti factionem, ſecus ſi ex maleficio, pro quo de iure communi veniret deportandus in perpetuum.

Et ibi, quando bannitus æquiparatur deportato, vel relegato, & refert à quo ſit bannitus. ibi.

Et quòd bannũ debet inſpici, quomodo loquatur vt quis amittat iura ſuæ ciuitatis, vel iura communia.

15 Bannitus per interlocutoriam, non fit inteſtabilis.

16 Statuta loquentia de bannitis, ſunt ſtrictè intelligenda, & ideo caſus omiſſus habetur pro omiſſo.

17 Standum eſt pœnis ſtatutis contra bannitum ex ſtatuto, nec vltra procedendum.

18 Sententia diffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ cõtra bãnitum ſtrictè debet intelligi.

19 Statuti verba contra bannitum ſtrictè accipi.

Amplia & limita, vt hic.

20 Bannum ſecundum ſtatutorum diuerſitatem, & locorum conſuetudinem habet diuerſos effectus.

21 Verba ſententiæ banni & ſtatuti contra bannitũ ſunt diligenter inſpicienda, vt bannitus ſit incapax iuris communis, vel municipij. prout hic.

22 Bannitus, qui ex ſtatuto non poteſt offendi impunè, nõ perdit iura ſuæ ciuitatis, ideo poteſt hæres inſtitui, & in teſtamento valido de iure municipali.

23 Relegato poteſt imponi pœna publicationis bonorum, ob quam teſtamenti factionem non amittit.

24 Bannitus, qui impunè poteſt offendi, & qui ſit hoſtis ciuitatis, & alienus à iuriſdictione ſui iudicis, nõ debet audiri, & eſt incapax bonorum hæreditatis ex teſtamento, etiam validi de iure communi.

Limita in bannito ex contumacia, vt eſt communis. ibi

Diligenter tamen ſunt inſpicienda verba ſtatutorum in hoc. ibi.

25 Statutum expreſsè diſponens, quòd bannitis non reddatur ius, tamen poſſunt ſuccedere ex teſtamento.

26 Et licet pendente banno non poſſent agere vetante ſtatuto, poſſunt tamen cedere iura ſua, & precium conſequi.

27 Præſumptio in dubio eſt pro capacitate.

28 Statutum ſimpliciter diſponens bannitum eſſe extra protectionem communis, quomodo intelligatur.

29 Priuilegijs ciuitatis non gaudent, qui ſunt ſub protectione illius.

30 Cautela inſtituendi bannitum.

31 Bannitus poteſt hæres inſtitui, ſi non à pagano, benè per militem. num. 32. & per clericum.

Hæres, vel legatarius, ſufficit quòd ſit capax de iure gentium. ibi

33 Cautela eximendi à fiſco bona bannitorum contra fiſcum.

24 Incapaces hæreditatis, vel legati plurifariam.

De præmio incapaciũ, qui ſe accuſant, vel fiſco deferũt. ibi.

35 Banniti quando poſſint præteriri.

36 Incapax capiens, vt reſtituat, vel alienet, vt precium retineant.

37 Incapaci relictum non tenet, etiam ex cauſa mercedis.

38 Capacitas hæredum ſuorum, ac extraneorum, fideicommiſſariorum, & legatariorum, quando inſpici & attendi debeat.

39 Et quando tempore exiſtentis conditionis, vel acquiſitionis capacitas adeſſe ſufficiat.

## SOLVTIO I.

POſtquam ex modis ſuperius enarratis
quamlibet vltimarũ voluntatum ſpeciem factam eſſe conſtiterit, is cui interpretari eam incumbit prius diligẽter inſpicere debet ſi valeat, vbi enim
compertum habuerit non valere, expedita res eſt,
cum paria ſint, vt dictum eſt, quid non eſſe, & eſſe, ſed
inualidum & nullius momenti: valere autem cognoſcitur hæc tria præſertim inſpiciendo, perſonas, diſpo-
1 ſitionis formam & ſolemnitatem, & res † vt exorditur Signo. in conſ. 219. factum ſic ſe habet. colum. 2. &
Bald. in l. milites. C. de teſta. mili. dicit enim Bar. in l.
1. colum. 6. verſ. quarto principaliter. nu. 25. de cond.
& demonſt. quòd de ſubſtantia diſpoſitionis eſt perſona diſponens, & perſona in quam confertur diſpoſitio, & res de qua fit diſpoſitio, vt per Bald. in l. 1. circa princip. de leg. 2. in 2. col. vbi aliter dicit, in omni
teſtamento tria eſſe neceſſaria, res quæ eſt cauſa materialis, perſona quæ eſt cauſa efficiens, actiua vt teſtator, paſſiua vt hæres, voces ſeu vocabula quæ ſunt
cauſæ formales, quod incidit in idem, vt præmiſſum
eſt, & vt per Paul. de Caſtr. in l. quoties. §. 1. ff. de hæred. inſtit.

Primum de perſonis in quocunq; actu, & in quacunque diſpoſitione inſpiciendum nimis notum, &
vulgatum, quia primum fundamentum actus in per-
2 ſona debet conſiſtere † per l. quidem referunt. ff. de
iur. codicil. & l. liber. C. de pet. hæred. inquit Bald. in
l. 2. circa fin. C de bonor. poſſeſſ. contra tab. inueſtigatio enim efficaciæ cuiuſlibet actus ex ordine prius
fit perſonam facientis & eius poteſtatem perquirendo, dicit Oldrad. in conſilio 128. quoniam in princip.
eſt text. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. & perſona tam
agens quàm patiens diſquiritur, ſi illa ſit habilis ad
agendum, ſi iſta ad accipiendum, ita quòd pro cognitione validitatis diſpoſitionis vtraque teſtamenti factio & actiua & paſſiua concurrunt, de habili ad faciendum teſtamentum dictum eſt, & videatur ſupra
in præceden. interp. in 1. dubit. in verſi. habilis. de capace ad accipiendum, & teſtamenti factionem habẽte paſſiuam paucis rem expediendo dicendum eſt,
quemlibet eſſe capacem ni exceptus vel prohibitus
3 reperiatur † gloſſ. prima. in §. in hæredibus autem inſtit. de hæred. quali. & differen. & per alleg. à Felin. in
cap. in præſentia, ſub num. 11. de probat. & à Iaſ. cõſ.
37. ver. confirmãtur prædicta. & ver. ſeq. lib. 3. & dicitur capax relictorum in teſtamento, qui ſibi vel alij
4 acquirere poteſt. † teſtamenti inſtitu. eo. excepti autem vel prohibiti capere, vt d. gloſſ. prima dicit, ſunt
notati in §. legati. inſtit. de leg. vbi prohibitio notata
eſt de perſona incerta, de deportato, de damnato in
metallum, de ſeruo accuſato, de adultero cum domina, de Collegio non probato licito, de filio inceſtuoſo, de hæretico, de apoſtata, & de muliere nubente infra annum à morte mariti, & de his vide & proſequere vt per doctor. in dicto §. legati, & in legibus alleg.
in d. gloſſ. & per Luc. de Pen. in l. prima. C. de delator.
lib. 10. & per Specul. in titul. de inſtru. edit. §. compendioſè. colum. tertia. verſi. ſecundo appone contra teſtamentum, qui & addit de inſtituto non exiſtente in
humanis, & generaliter de indigno, extende idem in
excommunicatis ſecundum Ioan. Fab. in dicto §. legari. per tex. in cap. excommunicamus. §. credentes.
extra de hæred. intellige tamen vt per Feder. de Sen.
in conſilio 73. vetus querela. & in conſil 118. factum
tale eſt, & Barba. in capit. quia, de teſta. relatos per
Gual. de art. teſt. tit. 1. cau. 10. & Petr. à Duen. in ſuis regulis, reg. 272. & Clar. in ſuo. §. teſtamentum, in quæſtio. 24. loquens an poſſit teſtari, quòd poſſit, magis
5 communis opin. † Gabriel. Roman. de commu. opi.
lib. quarto, tit. de teſtam. concluſ. prima. Mich. Graſſ.
de commun. opin. lib. ſecundo, verſi. teſtamentum.
quæſt. 3.

Et idem in fratribus minoribus Sancti Franciſci
per



per clemen. exiui. de verborum ſignifi. & in damna-
6 tis ad perpetuos carceres † vt per Bartol. in l. ſecunda.
ff. de his quæ pro non ſcript. Fulgo. conſil. 44. quidam,
& Bald. conſi. 448. quæritur imprimis. colu. 2. in princip. lib. 1. & in l. 1. num. 3. C. qui non poſſ. ad lib. per-
7 ue. Angel. Aret. in dicto §. legari. † idem quoque dici
poteſt in damnatis perpetuò ad triremes, quia in opus publicum, ſicut in metallum fodiendum damnati
8 ſunt, ideo ſunt incapaces † per l. 3. ff. de his, quæ pro
non ſcript. hab. quia libertatem amittunt, & conſe-
9 quenter factionem teſtamenti actiuè & paſſiuè † per
l. eius qui in fin. & ibi per gloſſ. ff. de teſtamen. & ſentit Alber. de Roſ. in l. 1. col. 4. ver. ſecunda pœna eſt. C.
10 de hæred. inſt. etiam ſi per fugam, † vel aliter eximantur à triremibus, per Angel. in dicta lege, eius qui.
& ibi Aret. dicit in l. ſi quis poſt accuſationem. colum. 2. communiter doctores ita tenere, & Fulgoſ.
dicto conſilio 44. ad fin. & Burſ. conſilio 48. numer.
36. & ſeq.

Quid de bannitis noſtri temporis, an capaces ſint
ex teſtamento ad hæreditates, legata & fideicommiſſa, vide per Doctor. in d. l. prima. C. de hæred. inſtien.
Petr. de Anchar. conſil. 375. filio ſuo Tarlato Bald. conſilio 27. ad dictum condemnandum. lib. quarto. Ludouic. Bologni. conſilio 70. quidam Antonius, Bartol. in l. certa forma. & ibi, in addit. C. de iure. fiſ. lib.
10. & in qu. incipien. Luca. ciuitatis. & Bolog. in addi.
ad Matth. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtato in tertio artic. colum. 12. ſub verſi. conclude ergo numero 36. 37.
& col. 25. num. 44. & Nel. in tract. de Ban. in 1. part. 2.
temp. in q. 5. num. & in quæſt. 38. num. 38. & doctor.
in l. ſi cum dotem. §. ſi patri ſolut. matrim. & in l. ex
facto. §. ex facto. ad Trebell. & Moderni. in l. Gallus.
§. & quid ſi tantum de liber. & poſthum. in quibus locis & aliis ibidem remiſſis, cum doctores ipſi loqui
videãtur ambiguè, & diuerſimodè, pro clariori intelligentia in propoſito capacitatis puto inſpiciendum,

A quo ſit prolatum bannum.

Ex qua cauſa.

Qua forma verborum.

Et quomodo contra bannitos ſtatuta loquãtur.

A quo, quandoque à iure ipſo videri poteſt bannum eſſe prolatum, contra imponentes onera Eccleſiis, locis piis, & perſonis Eccleſiaſticis, vel inuadentes
bona Eccleſiaſtica, & requiſitos à iudice Eccleſiaſtico
vel laico emendare contemnentes. auc. item nulla
communitas. C. de epiſc. & cleric. contra quoſcunquæ hæreticos & eorum receptatores, vt in auc. credentes. & auc. Gazaros. C. de hæret. & Manich. iſtos
autem tales eſſe, vt incidant in dictum bannum, ſufficit declarari à quocunque iudice competente. per
doctr. Bartol. in l. eius qui delatorem. ff. de iur. fiſ. cum
concordan. alleg. per Tiraquel. in l. ſi vnquam in ver.
reuertatur. numer. 400. de reuocan. donat. Aut à Papa, vel Imperatore, vel eorum commiſſione & auctoritate contra aliquem pro crimine reperitur emanatum bannum, quorum propriè eſt deportare, vt l. 1. §.
hi quibus. de leg. 3. & l. 2. ff. de pœn. tunc quidem tales banniti æquiparati deportatis perdentes ea quæ
ſunt iuris ciuilis ſecundum Bar. in l. amiſſione. §. qui
deficiunt. ff. de cap. dimi. & Nel. in tract. de ban. in 1.
par. 2. temp. in 4. quæſt. & Ang. in dicta l. ſi cum dotem.
§. ſi patri. & in conſi. 14. nos Carolus. col. fin vbi dicit
quod poſſunt impunè occidi, & Ripa. in d. l. ex facto. §.
ex facto. col. fin. num. 18. ad Trebel. non poſſunt ergo
validè hæredes inſtitui, neque capere legatum ex te-
11 ſtamẽto. † dicta l. 1. C. de hæred. inſt. & d. §. legari. inſt.
de leg. & dicta l. 1. §. hi quibus. & l. quidam ſunt. ff. de
pœn. Si vero ab alio inferiore quis ponatur in bãnum,
iura communia non amittit, ſed ea tantum propria
iura illius ciuitatis, vel regni cui banniens præeſt. Bar.
in d. l. amiſſione. §. qui deficiunt. & in d. l. prima. C. de
12 hæred. inſtit. & ibi cæteri doct. † ita eſſe commun. opin. atteſtatur Angel. Aret. in §. 1. col. penult. ver. item
ſecùs. inſti. quib. mod. ius pa. pot. ſol. dicens à tali communi opinione in iudicando, & conſulendo non eſſe
recedendum, idem Alexand. in conſi. 26. circa primum.
col. 2. lib. 1. & in die. l. ex facto. §. ex facto. ad Trebel.
& ibi ripa ſub num. 15. col. pen. & latè Corn. in conſ.
55. Reperio. col. 4. & ſeq. lib. 2. & Marza. Vincen. conſ.
18. car. penult. & fin. itaque ex teſtamento valido per
ſtatuta propria illius ciuitatis vel regni capere non
poterit: ſecùs ex teſtamento valido per iura com-
13 munia † ſecundum & alios in locis allegatis inſpiciendo ſententiam banni, & ſtatuta quomodo contra bannitum loquantur, vt modo dicetur, prius tamen inſpiciendo quod ſententia banni valeat, maximè quod lata ſit à iudice competente: damnatus
enim ille eſt, vbi damnatio tenuit, dicit text. in dict.
l. 2. in fin. ff. de pœn. & in l. 4. §. condemnatum. de
re iudica.

Ex qua cauſa ſequitur, ſi leuis ſit puta, pecuniaria,
qua quis bannitus eſt, teſtamenti factio non amittitur: ſi verò criminalis ob maleficium pro quo veniret
de iure communi deportandus bannitus eſt, in per-
14 petuum non habet teſtamenti factionem, † ita tradit
Specu. in loco alle. de inſtrum. edit. §. compendioſè.
col. 3. verſic. quid de bannito, fuit diſtinctio. gloſ. in
§. relegati inſtit. quibus modis ius patro. pot. ſol. bannitum pro maleficio, pro quo de iure eſt pœna deportationis æquiparari deportato, aliâs æquiparari relegato, vbi bannitus fuerit pro maleficio, pro quo imponitur pœna relegationis. ſequitur Gand. in tract.
de malef. in rub. de ban. in princip. & ſic fore inſpiciendam cauſam banni, vt cognoſcatur bannitum eſſe in caſu, vel non poſſit hæres inſtitui vti deportatus,
vel poſſit vti relegatus

Quoniam comprehenditur, huiuſmodi diſtinctionem, an cauſa maleficij pro quo fuit prolatum bannum digna ſit pœna deportationis, vel relegationis,
poſſe locum habere, vbi emanauit bannum ab Imperatore, cuius eſt deportare, dicto §. hi quibus. non autem vbi ab inferiore, quia tunc inſpicitur forma banni, vel ſtatuti, quid contra bannitum imponat, vt per
Cym. Bart. Alber. & Alexand. ac alios in d. l. prima. C.
de hæred. inſti. & in d. l. ex facto. §. ex facto. & Alexan.
in conſil. 116. Animaduerſis. colum. 2. ver. illi gloſſ. etiam lib. 2. dum dicit, vt quia eſt bannitus ab eo, qui
habet ius deportandi, ita non tuta videtur diſtinctio,
adducit Curt. Iun. in conſil. 182. habita. colum. 2. ſub
num. 8. ſimilem diſtinctionem faciendo pro concordia doctorum ſuper hoc articulo, quando bannitus
æquiparetur deportato, & quando relegato, vt quando deportato amittat etiam iura communia in ſua ciuitate, niſi diſtinctione habita à quo emanauerit bannum, & in hoc commun. opin. doct. etiam in contrarium eſt, quòd amittat iura communia in loco ſuæ ciuitatis, vt latè defendit Corn. in dicto conſil. 55. colu.
3. & ſequen. lib. 2. à qua commu. opin. non diſcedendum dicit & comprobat Ripa in d. §. ex facto. co. pen.
verſi. quid tenendum & quod iſta commu. opin. procedit in dubio, quod intelligendum eſt, vbi bannum
prolatum eſt ſimpliciter, vel ſtatutum ſimpliciter loquitur abſque expreſſione, quod bannitus intelligatur priuatus etiam benef. iuris communis, vt ibidem
Ripa ſubiungit.

Qua forma verborũ fuerit latum bannum, & quomodo ſtatutum loquatur contra bannitos merito præ-

 miſſum

miſſum eſt, & videre oportet primo ſi per interlocutoriam latum apparet, non facit bannitum inteſtabi-
15 lem † per text. in l. ſi quis filio. §. eius qui deportatur. de iniu. rupt. teſta. ibi not. Bald. & Imo. idem Imol. in dicta l. eius qui. §. 1. de teſta. & ibi Aret. ſequitur, & per not. per gloſ. in l. 1. C. de modo mult. & prout latè diſcutit & tenet Bald. in l. fin. C. ſi non à compe. iudi. Si verò per diffinitiuam ſeu habentem vim diffinitiuæ ex forma ſtatutorum contra contumacem latum eſt bannum, eius verba, ſeu ſtatutorum ſunt attendenda, quomodo loquantur contra bannitum, quia ſunt ſtricti iuris valdè, ita quod quicquid expreſsè non reperitur in certum in banno & condemnatione intelliga-
16 tur omnino omiſſum, dicit † Bald. in dicta l. prima. col. 5. ſub ver. item ex formis. C. de hæred. inſti. idem ibi Cyn. circa fin. ex diſpoſitione Feder. de ſchalis, dicit eſſe ſtandum pœnis in ſtatuto contentis contra
17 bannitum non vltra procedendum, idem firmat † Nel. in dicto. tract. de ban. in quæſtio 4. ſub verſ. præterea. & in quæſtio. 55. ſecundi temp. Notum eſt enim propriè & ſtrictè intelligenda eſſe tam verba ſententiæ,
18 † per l. primam. C. ſi plu. vna ſenten. & per Bart. in l. ſi
19 expreſſim. col. 2. de appell. quàm ſtatutorum, † per l. quod conſtitutum. & ibi not. ff. de teſtam. milit. Bald. in l. maximum. num. 15. de liber. præter. cum ſimil. alleg per Tiraquel. in d. l. ſi vnquam. in ver. libertis. num. 4. in tantum quod parum refert cognoſcere cauſam criminis ſeu condemnationis, ſed pœnæ impoſitæ atrocitas ſeu ſententiæ intuenda eſt, maximè quo ad ſtatum banniti, vt primo. inſtitu. de capit. dimi. & l. quo ad ſtatum. ff. de pœn. vt per Aret. in d. l. eius qui. §. primo. col. fin. & Ludo. Bolegni. in conſilio 35. vt in præſenti. col. tertia. in 2. dub.

Dummodo in huiuſmodi pœnæ impoſitæ atrocitate non ſit expreſſus iuris error per text. in d. l. ſi quis filio. §. quod ſi quis fuerit. ff. de iniuſt. rupt. teſt. & ibi Bart. Paul. de Caſtr. & Imo. & non ſit ſententia lata à iudice incompetente hoc eodem. §. quod ſi quis fuerit. vt ſupra dictum eſt, & ſufficeret quod atrox pœna, ſcilicet mortis imponatur in defectum pœnæ pecuniariæ, tradit Signo. conſ. 182. quidam Bartholomæus. col. 2. attento euentu prout declarat Bald. in d. l. prima. col. 6. verſic. ſecundò quæro. C. de hæred. inſtit. ita ſecundum diuerſitatem ſtatutorum, & conſuetudinem
20 locorum bannum habet diuerſos effectus, dicit † Barto. in glo. in ver. Rebellis. in fin. in extra, qui ſint rebell. vnde prædictis bene inſpectis collige & fac breuem concluſionem non egrediendo hoc in loco materiem capacitatis hæredis, legatarij vel fideicommiſſarij, quod ſi verba ſententiæ banni, & ſtatuti contra bannitum taliter loquantur & contineant, quod bannitus poſſit æquiparari deportato, vel eo participet. vel de transfuga, poteſt quidem capere ex teſtamento valido de iure communi, non verò de iure municipali loci bannientis, & ſtatuentis: ſi autem magis participet de relegato omni iure, & omni modo erit capax. Necnon eadem verba ſi vltra loquantur, & contineant quòd apparere poſſit bannitum eſſe priuatum fauore, commodo, & protectione, etiam iuris communis omni iure etiam communi incapax effectus eſt iuris teſtamentorum ad bona ſita in territorio ban-
21 nientis & ſtatuentis, & non extrà: † vt per doct. in dicta l. prima. C. de hæred. inſti. & in dicto §. ex facto. maximè per Ripam & Angel in l. Antiſtius. §. iuſſu. ff. de acquirend. hæred. & Tiraquel. in §. primò, gloſ. 9. num. 27. & ſequent. de retract. tit. 1. & Marſil. in pract. crimini. in §. aggredior. num. 99. & ſequen. & in conſilio 57. col. 4 nume. 21. plenè Deci. conſil. 86. nu. 31. & ſequent. lib. 3.

Non omitto circa prædicta adhuc aliqua animaduertere. Primum, quòd bannitus qui ex forma ſtatuti non poteſt offendi impunè, non dicitur perdidiſſe iura ſuæ ciuitatis, ideo ſequitur deciſio quæſtionis propoſitæ, quòd poteſt hæres inſtitui etiam teſtamento
22 valido de iure municipali † ſecundum Bartol. in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. diminu. & Paul. de Caſtr. in d. l. prima. colum. fin. & Alexand. in dicto §. ex facto. circa fin. vbi dicit ſufficere, quòd poſſit impunè offendi, vt perdat iura ciuitatis, & neceſſariam non eſſe confiſcationem bonorum, per quam tamen in dicto conſil. 116. colum. 2. ver propterea. li. 1. dicit particulare eum deportato, non in tantum ideo putarem, quod per eam ſolam impediatur acquiſitio ex teſtamento fienda de futuro, quia non ſe extendit ad futuram bonorum acquiſitionem: per text. in l. ſi mandauero. §. is cuius. ff. manda. gloſ. in l. non ad ea. de conditio. & demonſt. Alexand. in conſilio 15. in fin. & conſil. 75. viſis. col. 4. verſ. in quantum autem. lib. 1. & Nel. in dicto tractatu de bann. in prima parte ſecundi temp. in quæſt. 18. & Hieron. Cagnol. in l. ea ſola. de regulis iuris, & quia relegato etiam poteſt
23 imponi pœna publicationis bonorum † l. relegatorum. §. ad tempus. & ibi gloſſ. & Bartol. ff. de interdic. & releg. & Alexand. in dicta lege prima. col. penult. verſic. extra gloſſ. & eſt text. in l. deportatorum. C. de pœn. per quam publicationem nec ipſe relegatus impeditur facere teſtamentum. Paul. de Caſtr. in d. l. eius qui. §. 1. col. 2. verſic. quæro ergo. ff. de teſtam.

Aliud eſt, quòd bannitus, qui poteſt impunè offendi eſt hoſtis ſuæ ciuitatis, & alienus à iuriſdictione ſui iudicis, non debet audiri ab eo, per quod ius commune in territorum ſuæ ciuitatis remanet offuſcatum & obumbratum, itaque ad bona ſita in dicto territorio eſt incapax iuris teſtamenti etiam validi de iure com-
24 muni † vt poſt Rayn. firmant Paul. de Caſtr. in dicta l. prima. vbi dicit vidiſſe conſultum ita, & cum pluribus conſuluiſſe, & id non fuiſſe tantum à Bartol. in dicta ſua diſputat. ſequitur in dicto §. ex facto. & Deci. in l. vt vim. colum. 5. ſub num. 14. de iuſt. & iur. & Iaſ. in d. l. 1. col. pen. in fi. ver. intellige verum. & in conſil. 166. videretur. colum. 3. in ver. quarto facit. lib 2. vbi dicit iſtam videri magis commu. opin. doct. & Ruin. in conſil. 49. ſi probatum eſt, colum. 2. lib. 4. vbi dicit, quòd iſta opi. videtur verior, alleg. etiam Alexand. in conſil. 23. & 75. lib. 1. cum alleg. & per Ioſeph. Aſſilien. in deciſ. Peruſ. 11. num. 7. & ſeq. viſa hac contrarietate, quòd imò eſt capax ad bona ſita in territorio, ſiue Ciuitatis deuoluta ex teſtamento valido de iure communi, & ita eſſe com. opin. à qua non eſſe diſcedendū dicit Ripa in d. §. ex facto. & probat concludenti ratione, quòd ficta confeſſio ex contumacia, & ſimiliter bannum non debent ampliari niſi in quantum loquantur, ita & ſtatutum contra bannitum vt ſupra demonſtratum eſt, & opportunè quòd diligenter inſpiciantur verba banni, & ſtatutorum contra bannitos, quod amplius & vltra non perdant, in quantum propriè continent dicta verba, Et banniens voluit, & potuit, ac ita ſequitur atteſtando eſſe commun. opin. veriorémque credit Clar. in §. teſtamentum. in q. 20. lib. 3. recept. ſenten. idem tamen lib. 5. §. fi. pract. crimin. in qu. 71. ver. dixit autem. his ſimilia diſtinguendo concludit eſſe ſtandum deciſ. doct. loquentium in terminis de bannito, vel ſequi opinionem ſolitam ſeruari loco iudicij, ſed quo ad noſtram ſpeciem capacitatis, vel incapacitatis tenendum eſt, vt hic ſcripſi. Non eſt verum quod Bar. id omiſerit in ſua diſput. cum in ver. dico talem exbannitum, ponat exbannitum, qui poteſt impunè offendi ſecundum formam ſtatuti, dicit hoſtem



hoſtem ſuæ ciuitatis, & perdere iura ſuæ ciuitatis, & non iura communia, ita quod poteſt hæres inſtitui in teſtamēto valido de iure communi, vt ibi in d. diſputat. concludit. & in d. l. 1. & communiter docto. tenent. ibi & in d. §. ex facto. vnde non bene dicit Iaſ. in d. conſil. 166. contrariam opinionem videri magis communem, quia etiam in contrarium atteſtatur de communi Corne. in d. conſil. 55. col. 4. ver. & Bald. etiam lib. 2. & Alexand. dicto conſ. 26. col. 2. num. 4. lib. 1. Non obſtat ratio Paul. de Caſtr. & ſequacium, quòd ſtatutum potuit obumbrare ius commune in loco ſuo, quia non ſequitur, ergo obumbrauit ex eo, quòd bannitus non debet audiri coram ſuo iudice, vti hoſtis, quia poſito quòd ſtatutum expreſsè diſponeret, quod bannitis non reddatur ius, poterunt tamen ſuccedere ex te-
25 ſtamento, † vt probat Bald. in d. l. 1. col. pen. verſic. ſed quid ſi ſtatutum. quamuis etiam non poſſent agere, donec ſunt banniti, poterunt tamen habere cum fuerint liberati à bãno, vel eo durante cedere iura ſua, &
26 pretium habere † ita in ſpecie reſpondet Ange. in addit. ad Bar. in d. l. certa forma. C. de iu. fiſ. lib. 10. & ſtatutum, cui indixit bellum, non aufert niſi iura conceſſa à ſtatuentibus, & non alia per plura ſimilia probando ita etiam in terminis reſpondet Cor. in dicto conſil. 55. col. 4. ver. nec obſtat ratio. in caſu autem cōſil. 49. Ruin. vltra quòd poſſet bannitus offendi, alia concurrebant, vt ipſe dicit ibidem in 2. colu. ſub verſi. & quamuis videatur, & in caſu conſ. 75. ſtatutum excludebat bannitum ab omni actu legitimo cum aliis verbis prægnantibus excluſiuis contra bannitum, vt in d. conſi. quamobrem ſic ſtatutis aliter non diſponentibus, & in dubio meritò dictam noſtram communem opinionem procedere dicit Ripa. in d. §. ex facto. col. penul. circa fi. ver. non obſtat, & in dubio
27 præſumptio eſt pro capacitate. † Bald. in conſil. 448. quæritur in primis. ad fin. ver. tertio quæritur. lib. 1. & in l. Lucius § 1. de leg. 1.

Aliud eſt animaduertendum, quod dubium proximè præcedens pro opin. Rayn. Paul. de Caſtr. & ſequacium volunt aliqui declarari vbi ſtatutum diſponeret ſimpliciter bannitum eſſe extra protectionem communis, quod intelligitur tam quo ad leges communes, quàm quo ad municipales ſecundum Bal. in l. 3. col. fin. ver. item habemus. C. ſi pend. appel. mors interue. quod ego putarem non ſufficere dicendo ſimpliciter extra protectionem communis ex eo, quia ipſe Bald. in d. l. amiſſione. d. §. qui deficiunt, in prima lect. exponit communis, id eſt, ſuæ ciuitatis, & qui non
28 ſunt ſub protectione illius ciuitatis non † gaudent beneficiis localibus per l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. dicit idem Bald. in auctēn. ſed omnino. colum. 4. in princ. in ver. dixi de perſona. C. ne vx. pro mari. ſed beneficiis legum communium gaudent, quibus ſpecialiter non ſunt priuati per l. præcipimus. in fi. C. de appel. ideo dicerem veram literam lecturæ Bald. in d. l. 3. ſtare debere, quod dicat ſtatutum bannitos eſſe extra protectionem iuris communis, vt non gaudeant beneficio iuris communis, ita tale dictum allegant Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi parti. col. 1. ver. ſecundò limita. ſolu. matr. & Ripa in d. §. ex facto. col. pen. circa fi. dicit enim Ioan. Andr. in addit. magna in ver. vt intra certum tempus. col. penul. ver. pro danda ſolutione. ad Specu. in tit. de accuſ. §. fi. in 3. par. bannitum ex teſtamento capere, & retinere omnia quæ non ſunt expreſsè adempta, ſummopere igitur attendenda ſunt, quæ per bannum ſeu ſtatutum bannitis ſint expreſsè
29 adempta, cautelam inſtituendi bannitum † vide traditam per Gualdenſ. de arte teſta. tit. 1. cau. 10. in fin. & per tex. & ibi Pau. de Caſt. in l. ſi ita quis. de leg. 2.

Scire quandoque etiam expedire poterit, bannitum, qui ex forma ſtatutorum hæres per paganum non poteſt inſtitui, per militem poſſe inſtitui, vt ſingulariter
30 † not Bald. in l. nam ſi miles. & ibi Angel. quam legit ſub lectura. l. ſi quis filio. §. ſi. qui incipit. filiiſfam. ff. de iniu. rup. teſtam. per tex. in l. neque. §. 1. ff. de milit. te-
31 ſtam. † & ibi Bar. declarat ſufficere, quod hæres, vel legatarius ſit capax de iure gentium.

Idem dicendum eſt de quocunque clerico bannitum inſtituente; qui dicitur miles cœleſtis militiæ ad
32 eum arguendo de milite armatæ militiæ † ſecundum Bar. & alios in l. affectionis. ff. de donat. & Dec. in conſil. 132. & Aym. conſil. 229. col. 1. faciunt adducta per Alex. in conſil. 210. ponderatis. col. 2. lib. 2. & quæ dixi ſupra eo. libr. in prima interpre. in dubi. 1. in dicti. habilis, ver. item filiusfam. clericus ad hæc poſtremo vide oportunas cautelas euitandi voragines fiſcales inhiantes potiùs bona ſubditorum quam punitiones delinquentium per teſtatorem prætereundo filium bannitum, vel inſtituendo eum ſi peruenerit ad gratiam Domini Decian. conſ. 86. num. 60. lib. 3. vel prohibente filios parum induſtrioſos, ne alienent bona extra familiam, niſi pro certis cauſis, & quid de filio
33 delinquente viuo patruo, & inquiſito eo mortuo † vide per Catel. Cot. in memor. in ver. teſtamentum in quo pater præterit filium bannitum.

Incapaces autem hæredes vel legatarij, quemadmodum pluribus modis dicuntur, aut delicto eorum, vt banniti per alleg. ſuprà & condemnati ad priuationē vitæ, libertatis, vel ciuitatis, aut delicto vel incontinentia aliorum, vt ſpurij per l. fi. ibi vitium paternum refrenandum. C. de natur. libe. aut alio reſpectu à legibus vel ſtatutis prohibiti capere, vel reputati indigni, aut funditus in totum, vel in partem, ita eius hæreditate vel legato honoratis vel oneratis diuerſimodè interpretatum & diſpoſitum legitur. vt per glo. Cyn. Bar. Bald. & alios in l. eam quam. C. de fideicom. & in l. hæreditas. C. de his qui. vt indign. & in l. quæ conditio. in princ. de cond. & demonſt. & in l. 1. de cadu. tollend. & Luc. de Pen. præ cæteris plenius declarat in l. 1. maximè in 4. colum. ver. ex his autem. C. de his qui ſe defer. lib. 10. vbi etiam plura diſcutit de præmio incapacium, qui ſeipſos accuſant, & deferunt fiſco, &
34 quando non valeat, vt etiam reſtituat piæ cauſæ, † vt per Bal. de Bartoli. inter conſi. Soci. conſi. 78. col. pen. lib. 1. & quando banniti poſſunt præteriri, dignoſcitur inſpectis his, quæ ſupra ſcripſi, & meminit idem Alci. in l. ſi filius. in fi. de lib. & poſth. & Dec. in conſil. 559. in cauſa venerabilis. vbi latè tradit, quando incapax capit vti alij reſtituat, vel poſſit vendere & retinere
35 pretium † per glo. in c. 1. de relig. domi. in 6. communiter approbatam, & de conſuetudine procedentem
36 ſecundum Dec. † in d. conſi. 1. Incapacibus iſtis relictū ex teſtamento factum non valet etiam ex cauſa mer-
37 cedis probetur, † vt ibi per Bar. & ob iſtam aſſertionem mercedis cauſæ in teſtamento factam ſufficeret probationem fieri per leuiora indicia argumenta, vel præſumptiones, Alexan. conſi. 18. conſideratis. li. 3. Aym. conſi. 40. proponitur. col. 2. in fin. num. 5. cum aliis multis concordan. alleg. per Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. donatione. nu. 100. & ſequen. de reuoc. donat. quibus item temporis capacitas hæredum ſuorum & extraneorum fideicommiſſariorum & legatariorum in-
38 ſpici & attendi debeat, & requiratur. † vide text. gloſ. & docto. in l. ſi alienum. §. 1. ff. de hæred. inſti. & in §. in hæredibus autem. inſti. de hæred. quali. & differen. Luc. de Pen. in l. j. C. de delator. l. 10. & quando ſufficiat adeſſe capacitatem & habilitatem tempore exi-
39 ſtentis conditionis vel acquiſitionis, † tradit Pau. de

Caſt. in conſi.301.prædicta dubia ver. ad primum reſpondetur.lib.2.& Socin.in conſi.81.non eſt dubium. col.4.ver.ſeptimo ſi toto.lib.3.& alia vt per Sig.conſ. 183.factum ſic ſe habet.col.fin.Alex.in l.intercidit.nu. 2.& l.eum qui.de cond.& demon.

SVMMARIVM.

1 *Voluntatis teſtatoris probationem tribus conſiſtere.*
2 *Teſtator præſumitur velle facere, quod de iure conceditur & quod credit facere, quod de iure teneatur, & eligere viam, per quam teſtamentum ſuum ſit validum, & non inualidum.*
3 *Teſtamenta ita ſunt interpretanda vt ſint valida.*
4 *Statutum diſponens non valere teſtamentū, vel aliam vltimam voluntatem abſque num. quinq; teſtium, non comprehendit codicillum, qui per fœminas probari poteſt ſecundum Corn. idem tamen contra alibi, & Are. vt hic.*
5 *Teſtamentum vbi non præſumatur validum, & teſtatorem noluiſſe valide teſtari.*
6 *Teſtamentum in fraudem legis, & ſi in eo quid mandari iuſſit teſtator in fraudem legis, debet interpretari non valere.*

## SOLVTIO II.

COGNITA diſpoſitionis validitate ob capacitatem perſonæ diſponentis & eius, in quam confertur diſpoſitio, deuenire oportet ad cognitionem formæ & ſolennitatis ipſius diſpoſitionis, quæ quidem in vltimis voluntatibus conſiſtit in duobus, in forma ſubſtantiali, quæ eſt voluntas defuncti, & in forma probationis, quæ conſiſtit in tribus & ſimilibus
1 requiſitis ad eius voluntatis probationem † ſecundum Bart. in l.cum quis.colum.3.C.de iu.& fac.ign.& in l.1. col.3.ff.de condit.indeb.voluntas autem qualis debeat eſſe, & quantum attendenda dictum eſt ſupra in hoc libro.in prima interpret.in prima dubitat.ver.voluntas.altera vero forma probatoria ſatis pertractata poteſt haberi ex dictis etiam ſupra eod.lib.in interpr.1.in dub.2.ver.itaque poſt congruas.& ex traditis.per Alber.Brun.in tract.de forma.in artic. de generali cogn. formæ ſolen. colum. 1. & ſeq.quoniam hæc valdè nota,& vulgata ſunt,ſuperuacuum aliter ſuper eis inſiſtere viſum eſt,hæc tamen nimiam propoſiti tituli de interpretatione vltimarum voluntatum digreſſionem non ſapere facilè cognoſci poteſt, quia dum quæritur de validitate actus, magis adhæretur defuncti vltimæ voluntati, quæ præſumitur adeſſe pro validitate ipſa.
2 † Soc.in l.ſi is qui ducenta.de reb.dub.per text. in l.3. ff.de milit.teſt.& Bal.in l.Titia.la prima.§.qui in vita in vlt.not.de leg.2.notat præſumptionem eius eſſe quod quis facit, credat de iure valere per l. non ſolum ff. de actio.& oblig atque ea cenſetur via electa, vt quis validum, & non inualidum teſtamentum faciat d.l.3. per quam viam ſic electam à teſtatore ex facto reſpondit Ang.in conſil.222.caſus eſt.valere relictum factum pro conſtruenda capella ſeu altare, & eo dotando in Eccleſia fratrum Heremitarum incapacium talis relicti, debere ideo deputari alios capaces miniſtros & ſeruientes dicto altari, à poſſibile de iure teſtari pro validitate, præſumendo ita eum voluiſſe, ne dicatur via electa ad ſubuertenda ſua iudicia; adducit Roman. in conſil.179 ampliſſimè doctor. colum.3.etenim hac ratione inuentam eſſe ac inductam interpretationem vt teſtamenta valida defendantur, † per
3 glo. in l. Gallus.§.quid ſi is. de lib. & poſth. latè ſupra demonſtratum eſt primo li. interpr. in dubit.2.verſ. itaque inuentæ. & modo dicentur aliqua ſub regula de interpretatione ſeu præſumptione fiendà pro validitate vt pœna euitetur per c. odia. de reg. in l.6. quæ quidē teſtatoris pœna dicitur nullitas ſuæ vltimæ voluntatis.l.fin.in fi.C.de poſth.hæred. inſti. & l. turpia.in princ.& ibi not.Bald. de leg.1.& Corn.in conſi.119.circa primum.col.2.ver.& pœna.lib.2.† vbi per
4 hoc dictum tradit ſtatutum diſponens non valere teſtamentum, ſeu aliam vltimam voluntatē ſine quinque teſtibus maſculis non continere codicillum, quin per fœminas probari poſſit, vide tamen quomodo idem Corn. tenet contrarium conſil.154.licet. col. 2.lib.3.& Ange. Aret in tract. de teſta. in gloſſ.9.Hæc autem de validitate interpretanda & præſumenda intelliguntur, vbi quantum in eo fuit teſtator ſolennitates in teſtamento adhiberi curauit, ſin autem non ſolenniter teſtari voluit, creditur illud ſuum teſtamen-
5 tum facere & valere nolle † vt per Roma. in d. conſil. 179.col.penul.ver.ardor amoris.per iura ibi alleg. per eum, facit.l.fina. ff. de manu. teſtam. & per Deci.in l.a. col.pen.C.de bono. poſ. ſecundum tab. & Ripa in l.1. §.ſi quis ita.col.7.ver.quarto fallit.num.29.de verbo. obligat.& Bald. in l. cum quis. col.3.C.de iur. & fact. igno.vt alias ſupra dictum eſt, ac etiam ſi in fraudem legis aliquid fieri mandauit, id non valere interpre-
6 tandum eſt.l.hoc modo. de cond.& demonſtr. † l. Seius,ad l. Falcid. & l. qui teſtamentum. ff. de probat. & alia incident alibi dicenda, ob quæ defuncti voluntatem inualidam & non ſeruandam dici & teneri expedit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtari nequit de bonis penes ipſum non exiſtentibus iure, vel priuatione, declara, vt infra.*
2 *Amplia in eo, qui hæredem facit, qui nulla bona in ciuitate reliquit.*
3 *Amplia idem in condemnato in ære & in perſona.*
4 *Cauſa teſtati reducitur ad cauſam inteſtati ceſſante lucro hæredis.*
5 *Inſtitutio hæredis facta à non habente bona in actu & teſtamenti factionem habente, valet, cum hæreditas damnoſa poſſit eſſe.in tellige, vt hic.*
6 *Legatum, quod non continet certam ſpeciem, vel quantitatem, non tenet.*
*Limita in annuo relicto.*
*Limita etiam, vt hic.*
*Legatū rei debetur, quando in communi & in ſingulari eſt commercium, res debetur.*
7 *Limita, vt non debeatur res, neque æſtimatio, vt ſi bona, vel res publica, vel Principis legatur, quia in commercio non ſunt legantis.*
8 *Quomodo res in commercio eſſe dicatur.*
9 *Teſtamentum non valet ratione temporis, puta de nocte, ſine luminibus, ſaltem tribus.*
10 *Teſtamentum eſt nullum ratione loci, non ſeruata forma ſtatuti loci in quo fit, ſi ſit in rem.*
*Limita, vt hic num.11.& 12.*
13 *Teſtamentum in eccleſia confectum valere.*
14 *Teſtamentum non tenet, vbi verba ſunt obſcura, ignota, inepto modo, & impertinenter concepta, & in mente retenta.*

## SOLVTIO III.

RES demum in diſpoſitione deducta pro validitate inſpicienda eſt. Nam quo ad hæredum inſtitutionem bonis non exiſtentibus penes teſtatorem iure vel priuatione, dicendum eſt eam inahem

&



1 & inualidam eſſe. † l.lex Cornelia, ibi, quia non efficitur per eam, vt is qui nulla bona in ciuitate reliquit,
2 hæredes habeat, † & ibi Bald.Ang.Caſt.& Alexan.not. de vulga. & pupilla.& inferunt idem eſſe in condem-
3 nato in ære & in perſona, † per not. in l. eius qui. ff. de teſtam.& per text.in auth.ingreſſi. C.de ſacroſanc. eccleſ.quia hæredes ceſſante lucro recuſant eſſe hære-
4 des: & exinde deuenitur ad cauſam inteſtati † vt inſt.
5 de l.Falcid.in princip. † dixi iure, vt in filiofam.& in ingreſſo monaſterium, priuatione, vt in damnato, quia aliàs inſtitutio hæredum facta à non habente bona in actu & teſtamenti factionem habente valet, cum hæreditas poſſit eſſe damnoſa.l.ſi hæreditatem.ff.manda. & l.ſi. in princ.C.de iure. deliberan. hoc eſt quod Alexan.in d.l.lex Cornelia.dicit, intellige, quod qui non habet bona, non poteſt teſtari, ſed perdidit ea quæ ſunt iuris ciuilis, alias ſecus vt ibi per eum, & per Bal. in conſil.244.proponitur. lib.5.dicentem eſſe duplicem rationem in damnato quod ſit inteſtabilis, quia ſunt confiſcata bona, & quia ſeruus pœnæ: idem dicendum eſt vbi deficit res quæ cadere debeat in inſtitutionem: vt l.ex facto etiam.ff.de hær.inſt. & l. Titia cum teſtamento.in prin.de leg.2.

Quo ad legatum vt valeat plura de rebus diſcurrendo, & tandem nullum eſſe legatum ſi non continet certam ſpeciem vel quantitatem vel factum niſi
6 in annuo relicto, concludit † Azo in ſum. C.de leg.& de rebus prohibitis vel conceſſis legari in titu.de leg. 2.& mixtim de lega. 3.tractari dicit Alber. de Roſ.in rubr. de lega. 1.vel aliter & clarius de rebus quæ reddunt legatum validum & inualidum, per leges ibi præcedent. & ſequent. Bald. in l. ſed ſi res de legat.1. concludit, quod interdum legatur res, & debetur res, quando in communi, & in ſingulari eſt commercium, interdum legatur res, & non debetur res nec eſtimatio, vt quando legantur publicæ res, vel bona Prin-
7 cipis, † interdum legatur res & non debetur res, ſed æſtimatio, vt quando legatur res aliena, vel de qua eſt
8 commercium in communi, vt ibi per eum † poſt glo. ibi in §.non ſolum. inſti. de leg. quomodo autem cognoſcatur rem eſſe vel non eſſe in commercio.not. doctri.tradit Bald.in l.3. col.fin.ver.ſed quomodo. C.de iur.dot.& Paul.de Caſt. in l. cum ſeruus.§.conſtat.de leg.1. & differt an legatum non valeat à principio poſt vel ratione teſtantis vel legatarij vel rei legatæ, vt per gloſ.in l.codicillis, in princ.de leg.2.& ibi Bart.& in l. 1.de regul.Catonia.

Item ratione temporis teſtamentum non valet, quando eſt factum de nocte ſine luminibus ſaltem tribus
9 ſufficientibus ad expellendas tenebras † vt ex facto reſpondit Iaſ.in conſilio 50. placet conſultatio.libro 3. Anchar.Regien.in quæſt.11.num.8.9. libro 2.& plenè Riminal.Iun.conſil.269.nume.17. cum ſequent. Item ratione loci poſſet contingere nullitas teſtamenti requiſita in loco in quo factum eſt teſtamentum, vbi maximè non in perſonam, ſed in rem loquimur ſtatutum
10 vel conſuetudo inducens talem ſolemnitatem † vt l.2. & ibi notat Bart. Bald. Angel.& Caſtr. C.quemadmo. teſtam. aper. Bartolus & alij in l.cunctos populos. in 6.q.de ſumma Trin.& fid. catho. & docto. in l. ſi non ſpeciali.C.de teſta. Abb. in conſ.52.in quæſtione Rainerij.colum.2.lib.2.& tex.& ibi Bald.& alij in l.penul. §.Romæ.ff.de excuſ.tut.& Gozad.in conſ.49.colum.4. numero 15.16.ita debere vbi emanat dubium circa diſpoſitionem propter naturalia, vel accidentalia ipſius diſpoſitionis, per l.ſi fundus.ff.de euict.tradit Bart.in l. numis.de leg.3.

Hoc tamen intelligendum eſt, quando ſtatutum augeret ſolemnitatem iuris communis, quia tunc diceretur derogare & corrigere ius commune: ideò deberet
11 ſeruari in loco † vt per Bald.in conſ.352.in puncto iuris & in conſ.404.præmittendum.lib.4.ſecus ſi diminueret, quia diceretur diſpenſare ius commune, & poſſet adhiberi etiam ſolemnitas iuris communis, idem
12 † Bald.in conſ.355.præmittendum eſt lib.5.vt aliàs dictum eſt ſupra eod. lib. in prima interpret.in 1.dub.in ver.habilis.& ver.ex facto.& plenè ad hoc vltimum ſcribit Alber.Brun.in tract. de forma ſolem.in art.quando cenſeatur forma vel ſolen.remiſ.col.5. ver. ſed hîc eſt aduertendum, Paul.de Caſtr. conſ.53. viſis actis. col. 1. lib.2.ne demum dubites teſtamentum in Eccleſia con-
13 ditum valere, † Silua.conſ.16.

De inualiditate autem, quæ reperitur ratione ſcripturæ, quæ ita obſcurè, confuſè & diminutè compoſita eſt, vt nullo modo intelligi ſeu interpretari poſſit, dictum eſt ſupra, lib.1.interpretatio prima, dubitat.3.ver. primo caſu.in fi.vel quę vti ſcriptura priuata non prob. vt dictum eſt ſupra eo.& interpret.præced.in dub.vlt. ver.itaque poſt congruas, & quæ nullitas reperitur ratione vocum & verborum quæ etiam ita obſcura, & ignota & inepto modo prolata ſunt & impertinenter, vt res in mente concepta non valeat † per not. in l.cum virum.C.de fideicom.tradit Bald.in l.ſi.col.fin.in q.de hær.inſt.& dicetur infra.eo.interpr.3.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula omni meliori modo operatur, vt quis non ſe reſtringat ad ſpecificatam diſpoſitionem, ſed ad viam & modum meliorem, & tutiorem.*
2 *Iudex ordinarius putans ſe eſſe delegatum per clauſulam omni meliori modo videtur proceſſiſſe tanquam ordinarius & non delegatus.*
3 *Clauſula omni meliori modo libellis ſex operatur effectus, vt hic enumeratis. Amplia & ſeptimo modo, vt hic.*
4 *Clauſula omni meliori modo, in contractibus quid operatur,*
5 *Clauſula omni meliori modo in quocunque actu adijci vtiliſſimum eſt.*
6 *Actum quis facere velle probatur, vt valeat omni meliori modo, licet clauſulam omni meliori modo nō apponat.*
7 *Regula ſi non valet quod ago, vt ago debet valere omni meliori modo.*
8 *Clauſula omni meliori modo, æquipollet dicto, ſi non valet vt ago &c. quod intellige. vt hic.*
9 *Item ſubintelligitur clauſula omni meliori modo, quod actus valeat eo modo, quo valere poteſt. vt hic.*
10 *Clauſula omni meliori modo, etiam ſubintelligitur ſemper in diſpoſitione, quæ fit inter liberos.*
11 *Limita dummodo per hanc clauſulam non inducatur fideicommiſſum contra poſthumum ignoranter præteritum.*
12 *Teſtator dicens hoc velle ſuum teſtamentum omnibus alijs præualere & pleniſſimam firmitatem tenere, intelligitur voluiſſe valere omni meliori modo, quo poteſt.*
13 *Clauſula ſubintellecta omni meliori modo, quid operetur, & quæ æquipollens.*
14 *Iuramentum ſupplet clauſulam omni meliori modo. Amplia vt hic.*
15 *Nihil refert per quæ verba ſunt teſtatorum diſpoſitiones, dummodo habeatur eorum intentio.*
16 *Clauſula omni meliori modo nil refert an appoſita ſit in initio, medio, vel fine teſtamenti, quia refertur ad præcedentia vel ſequentia, & ad totum teſtamentum, & ad ſingula in teſtamento contenta.*
17 *Clauſula omni meliori modo operatur, quod relictum ſimpliciter filio factum intelligatur titulo inſtitutionis, vt ſuſtineatur teſtamentum.*

19 Clauſula omni meliori modo, eſt huius naturæ, vt diſpoſitio
non reſtringatur ad ſpecificata tantum, ſed ad omnia
quæ faciunt valere actum.
20 Clauſulam codicillarem importat, clauſula omni meliori
modo.
21 Clauſula codicillaris multum refert, an ſit concepta verbis
præſentibus, vel futuris, præſertim reſpectu validitatis
ipſius clauſulæ propter præteritionem liberorum.
22 Clauſula codicillaris, vbi ſit adiecta clauſulæ omni melio-
ri modo, cenſetur concepta per verba futuri temporis
23 Verbum valere, in clauſula meliori modo, quo poteſt vale-
re, futurum reſpicit.
24 Verbum poteſt, in eadem clauſula futurum reſpicit.
25 Clauſula omni meliori modo importat clauſulam dero-
gatoriam, ad præcedens & ſequens teſtamentum. nu-
me. 26.
27 Limita, niſi clauſulæ derogatoriæ ſint geminatæ.
28 Clauſula omni meliori modo in teſtamento in ſcriptis ap
poſita, facit valere teſtamentum, vt nuncupatiuum, ſi
non poteſt valere vt teſtamentum in ſcriptis ſolennibus
adhibitis, vt teſtamento nuncupatiuo.
29 Clauſula omni meliori modo operatur, quòd verba dire-
cta ſubſtitutionum obliquantur ad fideicommiſſum,
perinde ac ſi adeſſet clauſula vulgariter, pupillariter
& per fideicommiſſum.
30 Et è conuerſo, quod verbum commune efficiatur dire-
ctum.
31 Clauſula omni meliori modo appoſita poſt clauſulam co-
dicillarē efficit, vt intelligatur prohibita Trebellani-
ca. & ſic obſeruetur teſtantis voluntas. num. 32.
33 Clauſula omni meliori modo efficit, vt quod diſpoſitio,
quæ non poteſt valere in parte, vel diuerſo iure non de-
bet cenſeri, & quod pupillaris non comprehenditur in
compendioſa facta perſonis imparibus, valet, vt ſic v-
tile per inutile non vitietur: & pupillarem compre-
hendat.
34 Clauſula omni meliori modo, &c. vt omnes comprehen-
dat modos, & caſus, quibus efficacius, validius ac me-
lius poteſt, actus non ſolennis efficiatur.
Amplia, & limita. vt hic.
35 Clauſula omni meliori modo, &c. facit fideicommiſſa-
rio licere fideicommiſſū propria authoritate accipere.

## SOLVTIO. IIII.

QVONIAM ſummopere confert vulgaris
clauſula omni modo meliori, &c. ad in-
terpretationem validitatis vltimarum vo-
luntatum & aliarum diſpoſitionum ideò
hoc in loco de ea proferre aliqua non impertinens eſ-
ſe videtur. Primum quilibet diſponens per appoſitio-
nem clauſulæ omni modo meliori, non videtur ſe re-
ſtrinxiſſe ad ſpecificam diſpoſitionem, ſed ad melio-
1 rem & tutiorem viam & modum. † Bald. in l. vinum.
colum. 4. verſic. item ideo peto. ſi cert. pet. Rom. in l.
edita. colum. 20. verſic. ſolet etiam. num. 51. C. de eden.
Alex. conſ. 8. col. pen. verſic. item & conſil. 112. verſic. &
quòd illa clauſula. lib. 3. & conſ. 176. col. 2. in fi. verſic.
ſecus quando apparet. lib. 5. Socin. conſ. 142. col. 3. verſ.
ſed tamen ex alio. lib. 1. Ruin. conſil. 9. ad fin. lib. 5. &
Aymo. in conſi. 305. colum. fin. ver. Quarto reſpondeo.
conſil. 326. num. 15.

In iudiciis apparet quòd iudex ordinarius credens ſe
delegatum, & vt delegatus proceſſerit, & verè non ſit
delegatus, per clauſulam ipſam, omni modo meliori,
in proceſſu appoſitam, cenſetur proceſſiſſe & validè ſua
2 poteſtate ordinaria vera & non delegata putatiua. † Fel.
in c. cum ſuper. col. pen. verſi. quid autem importet. de
off. deleg. Dec. conſil. 14. colum. 2. ver. & ſimiliter dixit
& conſ. 77. col. 2. ver. Et ſimiliter dixit.

Appoſitam in libellis dictam clauſulam ſex effectus
3 operari colligit † Socin. in conſ. 2. in 13. art. princ. nu-
mero 87. de libelli obla. Primum actionem competen-
tem intentatam videri. Secundum poſſe fieri probatio-
nes & attendi recipientes tam narrata, quàm concluſa
in petitione. Tertium aptis & ineptis actionibus facti.
Quartum ordine ſuo congruum remedium intelligi
deductum in petitione. Quintum per eam procedere
libellum ſine aliqua concluſione. Sextum & vltimum
poſſe fieri condemnationem ex cauſa probata, quæ e-
tiam fictè conueniat obligationi narratæ. Alium item
effectum operari, ſcilicet libellum alternatiuum vel in-
certum ſuſtineri ſuper electione facta per c. 1. §. fin. de
poſt. prelat. in 6. ponit Celſ. Hugo in tract. de clauſ. ſub
§. clauſulæ libellorum. nu. 297.

In contractibus, vbi valere non poteſt vt ſimplex
donatio, valet vigore expreſſionis clauſulę omni modo
4 meliori, vt conceſſio in feudum † Soc. conſ. 66. col. 4.
5 ver. confirmatur iſta concluſ. lib. 3. Denique † vtiliſſi-
mum eſt, quòd in quocunque actu adiiciatur hæc clau-
ſula, dicit Ripa in l. 1. §. ſi quis ita. col. 4. nu. 17. de verb.
oblig. vbi & nu. 25. ſequitur Soc. in d. conſ. 66.

Sed quæro vbi non reperitur in actu expreſſa, quan-
do haberi, vel intelligi poſſit pro appoſita.

Reſpondeo extra caſus incognitos & impotentiæ
diſponentis regulariter in dubio prēſumi diſponentem
6 velle actum valere omni modo meliori quo poteſt, † ſe-
cundùm Dec. per plura iura id probantem in d. c. cum
ſupra, col. fin. verſ. extra iſtos, ad hunc locum aſſerens
ſimpliciter contrarium ſe remittit in l. in contrahenda
nu. 14. de reg. iur. & breuiter procedit hæc regula extra
caſus traditos pro limitationibus ad ipſam clauſulam
omni meliori modo, &c. & ad illud ſi non valet quod
7 ago. &c. † de quibus per Bald. & alios in l. 1. de iu. co-
dicil. Salic. in l. non codicillum. C. de teſtam. poſt alios
per Iaſ. & Ripam in d. l. 1. §. ſi quis ita. de verb. obligat.
& Iaſ. in l. quoties in ſtipulationibus, eod. tit. & Socin.
in l. quoties. de rebus dubiis, per Felyn. & Dec. in d. cap.
cum ſuper. & Gozad. conſil. 78. col. penult. & Roma.
conſil. 294. hæc confeſſio. ad fin. & conſil. 517. in caſu
propoſito. col. 6. & Pariſ. conſi. 54. nu. 28. lib. 3. & Ruin.
conſil. 6. in fi. & num. 8. lib. 2.

Quæ quidem clauſula omni meliori modo, æqui-
8 pollet illi dicto, ſi non valet, vt ago &c. † per tex. & ibi
doct. in d. c. 1. de poſt. prælat. in 6. quod etiam quando ſi-
mili modo, & non contrario modo valere poteſt intel-
ligit Bald. conſil. 272. Caſus talis. verſic. quid ergo di-
cendum. lib. 2. & quando actus non peccat in forma,
ſed in materia, Bart. in l. 1. in prin. in fi. de vulg. & pup.
alioquin non valet vt valere poteſt, poſt Bald. & Imo.
tradit Soc. in l. in teſtamento. la prima, ad fin. de cond.
& demon. Ripa in d. §. ſi quis ita. num. 23.

Subintelligitur tamen, quòd valeat actus eo modo
quo poteſt valere, quando differentia eſt in modo con-
ſtituendi ſuper actu dependente à voluntate vnius, vt
eſt vltima voluntas & tractatur de validitate particula-
ris diſpoſitionis, vt de aliqua ſubſtitutione, & non de
9 tota diſpoſitione † per l. his verbis. de vulga. & pupil.
& l. Scæuola. ad Trebel. & per l. non codicillum. C. de
teſtam. tradit Bart. in d. §. ſi quis ita. num. 5. quem doct.
communiter ſequi dicit Curt. Iun. conſi. 114. colum. 3.
ver. quinimo & fortius. num. 9. & ſequitur Alber. Brun.
in tract. de forma. in Rub. de poteſt. & effect. for. & in
vltimo effectu. colum. 17. fol. mihi 54. vbi de clauſula
ipſa omni modo meliori ſcribit aliqua, & vt per Bart.
in l. Pamphilo. § fin. de legat. 3. & in l. in codicillis. in
princ. ad fin. de vſufruct. legat. & hanc concluſionem
intellige, vt per Iaſ. num. 16. & Ripam nu. 21. & ſequen.
in d. §. ſi quis ita.



Subintelligitur etiam ſemper in diſpoſitione, quæ
fit inter liberos clauſula eo modo, quo melius valere
10 poteſt, diſpoſitio † per gloſ. in ver. valuit in l. cohære-
di. §. cum filiæ. de vulga. & pupil. ibi Imo. circa fi. dicit
tenendum menti, & ibi Iaſ. circa fi. dicit, quòd in hoc
contrariatur nemo, ponit etiam Alexan. in conſi. 176.
col. 2. lib. 5. & Iaſo. aut. nouiſſima. collat. 5. quarto & vl-
timo. C. de inoffi. teſta. vbi hac ratione tradit non eſſe
neceſſarium exprimere titulum inſtitutionis, dum in
teſtamento aliquid reliquit pater filio, & hoc eſſe ve-
rum licet expedire vti aliis cautelis etiam inter liberos
deſignantibus titulum inſtitutionis teneat Gualden.
de arte teſtan. tit. 3. caut. 1.

Hæc autem intelligenda ſunt, dummodo per huiuſ-
modi tacitam clauſulam non inducatur fideicommiſ-
ſum contra poſthumum ignoranter præteritum, vt
11 per bonas & concludentes rationes probat † Aym. in
conſil. 34.

Et quando tacita non comprehenderetur, ſufficit
apparere per aliquod æquipollens exuberantem & ex
rixa teſtatoris voluntatem oſtendens, vt ſi dictum fue-
rit, volens hoc ſuum teſtamentum omnibus aliis præ-
ualere & pleniſſimum robur & firmitatem obtinere,
quia ex hoc datur intelligi, quòd voluit ſuum teſta-
12 mentum valere omni modo meliori, quo poſſet, † vt
in ſpecie firmat Alex. conſil. 50. col. fin. ver. poſtremo,
lib. 7. & Soci. conſil. 2. col. 3. libr. 3. & æquipollentem
clauſulam hanc, quicquid melius dici & eſſe poteſt di-
13 cit † Dec. in dicto conſilio 14. colum. 3. ad fin. ad hoc
tendit quod Bald. dicit licet quoad clauſulam in l. cum
pater. §. filius matrem. de leg. 2. q. ſi hoc tacitè perpen-
di poteſt, idem poteſt, ac ſi eſſet expreſſum, & tex. eſt in
l. codicillis. §. fi. eo. quem doct. omnes ibi ſumant ad
clauſulam, omni modo meliori, quæ ibi expreſſa dici
non poteſt, niſi per æquipollentia verba.

14 Idem eſt dum per iuramentum induci tradunt †
Bart. & alij in d. §. filius matrem. & Ripa in d. §. ſi quis
ita. nu. 27. Deprehendi voluntatem teſtatoris quòd va-
leat omni modo, quo poteſt meliori, etiam poſſet ex eo
quòd Notarius rogatus eſt ad plenum, vel ad conſiliū
ſapientis per ea quæ plenè adducit Soc. Iun. conſ. 124.
col. 9. & ſeq. nu. 44. & ſeq. lib. 1. pro quo facit quod ſcri
bit Pau. de Ca. in l. Gallus. §. inſtituēs. de li. & poſthum.
dicens teſtatorem non ſe ponere in dubio, ſed expri-
mere omnes caſus ſaltem per verba generalia, & hoc
facere pro Notariis vtentibus in inſtrumentis multi-
tudine verborum, vt res ſit magis clara idem in l. teſta
mentum. C. de teſtamen. non enim refert per quæ ver-
ba ſint factæ diſpoſitiones teſtatorum, dummodo com
15 prehendatur eorum intentio, † l. in legatis. C. de leg. &
l. ambiguitates. C. de teſta.

Non refert quoque quomodocunque habetur clau
ſula omni modo meliori, vel ſit poſita in principio, vel
in medio, vel in fine teſtamenti, quia refertur ad præ-
cedentia, vel ſequentia, ad totum teſtamentum, & ad
ſingulas partes teſtamenti, hæc ſingula dicta probant
16 † Fulgo. conſ. 90. q. Ioannis. col. 2. ver. tertio compro-
batur. Corn. in conſi. 62. col. 2. ver. vna quod ex quo. li.
2. & conſil. 18. col. 6. ver. intrepide ergo. lib. 3. Dec. d.
conſi. 4. ver. preterea illud ſaltem. Pariſ. conſil. 21. col.
fi. num. 53. lib. 3. & Aym. d. conſi. 326. col. 6. ver. nonò
conſidero. & Cuma. in l. his verbis. in princ. col. 1. num.
2. & colum. fin. verſic. facit etiam ff. de hæred. inſtit. &.
tex. eſt in c. 2. requiris. in princip. de appel. & in l. pen.
ad fi. C. de inſtit. & ſubſti t. ex quibus patet non valere
reſponſionem traditam per Bero. conſilio 118. nume.
29. libro 2.

Cæterùm aliqui differētiam faciunt, ſi clauſula hęc
ponatur in defectum diſpoſitionis expreſſæ, vt ſi non
valet iure teſtamenti, valeret iure codicillorum, & om
17 ni meliori modo, &c. † quòd tunc non poſſit referri
ad teſtamentum quòd valeat inſtitutio, ſed referatur ad
alias vltimas volunt. minus ſolennes quàm teſtamentū,
vt per Cuma. in d. l. his verbis. ſentit Alex. in d. conſil.
50. col. fi. verſi. nec ad hoc obſt. lib. 7. vel ponatur execu
tiuè ad aliam diſpoſitionem, quòd tunc eam minimè
augeat: Pariſ. conſi. 54. col. 4. num. 29. lib. 3. Hæc tamen
non procedunt, cum poſita ſit verbis vniuerſalibus ad
conſeruationem, & ampliationem roboris teſtamenti,
vt reſpondit Alex. in conſi. proximè allegat. & latius ſe
quendo Baldum probat Ang. in l. fi. C. de codicil. &
Ruin. conſi. 11. col. fi. lib. 2. vbi per clauſulam huiuſmo
di conceptam verbis vniuerſalibus tradit omnes effe-
ctus tolli, etiamſi plures ſint, exinde etiam demonſtra-
ri enixam voluntatem teſtatoris. Cuma. conſi. 52. ad
primum. col. pen. ad fin. accedentéque eò quòd ante
dictum diſponentem per appoſitionem huius clauſu-
læ non videri ad expreſſam diſpoſitionem reſtrinxiſſe:
Vnum etenim ſciendum & notandum dicit Bald. in l.
2. in fi. C. de edic. di. Adr. tollen. quòd qualitercunque
teſtamentum poſſit tolerari, præſumitur pro teſtamen
to per Ange. in conſ. 10. in fi. Dec. conſi. 509. nu. 3.

Vlterius modo dicēdum eſt de pluribus effectibus,
quos iſta clauſula in propoſita materia operatur.

Primus effectus eſt, quem operatur, quòd relictum
ſimpliciter factum filio intelligatur iure inſtitutionis
pro validitate teſtamenti, vt in filio titulus inſtitu-
18 tionis requiritur per tex. † in §. aliud aut. vt cum de
appel. cogno. firmat Bald. in l. quoties. C. de hære. in-
ſtit. ſequuntur. Pau. de Caſtr. conſilio 323. ſuper pri-
mo puncto. columna penultima. verſicu. confirmatur
etiam libr. 1. Alex. conſilio 112. lib. 3. & conſi. 176. col.
penult. lib. 5. & conſilio 53. colum. pen. verſic. accedit
ad hoc. libro 7. & Corn. conſilio. 62. colum. 2. libro 2.
& Ruin. conſil. 9. in fin. lib. 5. & dicto conſil. 11. numer.
4 & 5. lib. 2. & Pariſ. conſil. 3. num. 5. lib. 3. licet ab hoc
dicto videatur diſcedere Imol. ſequendo Franci. in ca.
1. colum. 22. verſi. Nemo quæritur de teſt. in 6. per tex.
in d. §. aliud. inducentem pro forma titulum inſtitutio-
nis in filio, tamen ab eo non eſt diſcedendum vti cōm-
muniter recepto, teſte Curt. Iun. conſilio. 73. colum. 8.
ſub numero 22. & exiſtente pro validitate teſtamenti,
l. ſi pars. ff de inoff. teſtam. limitat Bero. conſilio 119.
nume. 27. 28. libr. 2. quando relictum eſt factum per
verbum relinquo, non autem per verbum lego, quod
mihi non placet per generalem operationem huius
clauſulæ, quæ talem habet naturam, vt diſpoſitio non
reſtringatur ad ſpecificata tantùm, ſed ad omnia quæ fa
19 ciunt valere actum † Aym. con. 226. col. pen. ver. nono
conſidero. & conſ. 141. nu. 3. cum ſimil. inf. alleg. per ip-
ſum Bero. conſi. 82. col. fi. nu. 11. 12. lib. 11.

Secundus eſt, quòd importat clauſulam codicilla-
20 rem † Bart. Bald. & cæteri in dicta l. cum pater. §. filius
matrem. & in l. codicillis. §. fin. de leg. 2. & Vital. in
tracta. clauſula ver. clauſula iſta volo. fo. mihi. 11. dicit
æquipollere hanc clauſulam omni modo meliori, &
clauſulam codicillarem, & idem firmat Cornel. con-
ſilio 298. in princip. libro 1. & Iaſo. conſil. 8. colum. 3.
libr. 3. & Pariſ. conſilio 60. num. 26. & conſilio 61. nu-
mero 25. & conſilio 62. num. 16. libro 2. & paſſim doct.
ſequuntur, ſed hic poſſet excitari dubium: ſcitur mul-
tum intereſſe an codicillaris clauſula ſit concepta ver-
bis vel præſentis vel futuri temporis reſpectu maxi-
mè validitatis ipſius clauſulæ ob præteritionem libe-
21 rorum † vt per Bartol. & alios in l. 1. in 6. q. ff. de iu. co-
dicil. & in aut. ex cauſa. C. de lib. præter. & dictum eſt
ſup. in præcedent. interpretat. dum tractatum eſt de
22 codicillis, dubium † eſt an clauſula codicillaris deſi-

gnata per clauſulam omni modo meliori dicatur con-
cepta & haberi per verba præſentis vel futuri tempo-
ris, breuibus explicatur , & haberi pro concepta per
verba futuri temporis,ex verbis ipſius clauſulæ om-
ni meliori modo quo valere poteſt,tum ex verbo in-
23 finitiuo,valere quod oſtendit futurum tempus † glo.
in ver.daturum.in l.5.§.ſtipulatio. de verbo. obligat.
24 tum etiam ex verbo poteſt † quod eſt extenſiuum ad
futurũ.l.ſi ita quis.in prin.de leg.2.& ibi doct. not.ita
in ſpecie probant Cornel. conſil.133.col.2. ver.adeò
quòd.lib.3.& conſi.62.col.3.ver.& ſi dicatur. lib.2. &
Pariſ.conſi.60.col.4.num.26.lib.2.

Tertius eſt effectus ,quòd importet clauſulam de-
25 rogatoriam : tum ad ſequens teſtamentum † vt per
Cur.Iun.conſi.169.ſentit Bartol.in l. ſi quis in princ.
26 ad fin.de leg.3.tum etiam ad præcedens† vt dicit Bal.
in conſi.226.reperitur.in fin.lib.1.ſequuntur Soc.con
ſil.173.ad fin.lib.2.& conſi.2.col.3.nume.10.lib. 3. &
Rui.dicto conſ.11.col.penul.& fin.lib.2. & Dec. dicto
conſilio.14.col.4.& Gual.de ar. teſtan.tit 10.cau.1.nu-
me.4.in fi.& Pariſ.conſi. 24. col. 4.nu.31.libr.2.Burſ.
Mant.conſ.47.num.21.vbi ſæpius repetit hanc opin.
pro communi atteſtari à doct. niſi clauſulæ deroga-
toriæ ſint geminatæ:quia tunc non operatur deroga-
27 toriam†Alex.conſil.24.col.fin.num.14.ver. & ſapit.de
generali deregatione nouiſſimè tradit Tob. Peruſ.
conſi.22.num.11.

Quartus eſt appoſitu in teſtamento in ſcriptis quod
aliquo defectu non poteſt valere , vt in ſcriptis facit
hoc valere vt nuncupatiuum,dum ſolemnia adſint re
28 quiſita ad teſtamentum nuncupatiuum † Alexand.
conſi.176.col.2.lib.5.& Soci.conſi.142.col 2.& fi. li.
1.& conſi.173.ad fin.libr.2.& Afflict in deciſ. 144. vt
ſup.dictum eſt in præcedente interpret.in dub.2. ver.
ſed audiui.in fi.

Quintus eſt,quòd verba directa ſubſtitutionum o-
bliquantur ad fideicommiſſum,& perinde eſt ac ſi ad-
eſſet clauſula, vulgariter,pupillariter & per fideicom-
29 miſſum,† Fulgo.in conſ.43.in primo propoſitæ.col.
2.ver.ſed nemo.& Cornel.conſil.44.col.4. verſ.quic-
quid autem lib.3.& Aym.dicto conſ.305.in fi.deciſio-
nem Fulgoſij ſingularem appellat & ſequitur Curt.
Iun.conſ.72.colum.4.verſ.ergo in propoſitæ. & text.
ac doct.in dicta l.cum pater. §. filius matrem.& in d.
l.codicillis.§.fi.de leg.2.& è contra verbum commu-
30 ne per dictam clauſulam efficitur directum† Ioan.de
Ami.conſi.15.num.10.

Sextus eſt,per dictam clauſulam poſitam poſt clau-
ſulam codicillarem intelligitur prohibita detractio
Trebellianicæ: quæ fit contra voluntatem teſtatoris,
31 & non ſinit eam plenum ſortiri effectum † l. fin. C.
ad l.Falci.& l.qui totam.ff.ad Trebel. & per Bar. in l.
nemo poteſt.col.1.verſi. ſed iuxta hoc quæro. de leg.
1.& ea detractione ceſſante dicitur ſeruari voluntas
teſtatoris modo efficaciori,vt ipſa clauſula omni me-
liori modo deſignat,Imol in l.nemo poteſt col. 3. de
leg.1.ita in indiuiduo talem effectum ponit & probat
32 †Rui.conſ.47.in fi.li.2.& conſi.146.col.5. num. 6. li.
3.idem refert Goza.in conſi.45.in fi.eo modo iſto me
liori & validiori quem voluit teſtator, & per genera-
lem regulam quòd detractio Trebellianicæ poteſt
prohiberi,vt ibi per eum.

Septimus eſt,quòd diſpoſitio quæ non poteſt vale-
re in parte vel per partem, vtiatur, vel diuerſo iure
non debet cenſeri,& quòd pupillaris non continetur
in compendioſa facta perſonis imparibus , valet per
dictam clauſulam inducentem vtile per inutile non
vitiari,& validitatem eſſe in totum in quo poteſt eſſe,
& demonſtrantem voluntatem teſtatoris clariſſimam
33 comprehendi pupillarem † primum probat Alexand.
in conſilio 112. lib. 3. ſecundum Cornel. in conſilio
106.colum.2. & tertium probat Curt. Iun.conſil.114.
colum.3.& ſequent.numero 11.& idem facit d. conſil.
73. nume.22.& conſilio 86.colum 3.in princip.& fa-
cit quod dictum eſt importare clauſulam , vulgariter,
pupillariter,& per fideicommiſſum ſecundùm Fulgo.
conſil.43.num.2.

Octauus eſt effectus complectens regulam & fal-
lentias,& vniuerſalis eſt , quòd dicta clauſula , omni
meliori modo &c. operatur quòd modis ineptis non
expreſſis ſolẽnitatibus adhibitis ad actum requiſitis,
caſibus non incognitis,& per leges non prohibitis,di-
ſpoſitio omnes comprehendit modos,& caſus:quibus
magis efficacibus & validis , & melius poteſt ſortiri
effectum,nullum modum , viam , formam vel caſum
excludendo : qui fuerint in poteſtate diſponentis
34 † arg.l.Iulianus.de leg.3.c. ſolitæ. de maior. & obed.
& hæc generalis doctrina habetur ex locis ſup. alleg.
& per Aym.conſil.141.numero 3.& conſi.326.colum.
pen.num.15.Alci.conſi.142.num.7.lib.5.Pariſ. conſil.
54.num.28.lib.3.& Socin.conſi.12.colum.fin.libr.3.&
Menoc.de arbit.iud.in q.47.num.3. & ſequent.lib.1.
ponit non operari in actu nullo & per defectum po-
teſtatis,& cum modus ineptus exprimitur , recordari
quoque oportet omnes effectus permiſſos per dictam
clauſulam inductos non pro tacitis,ſed pro expreſſis
& nominatim factis actibus haberi , dici & operari
probat Ruin.conſil.107.col.pen.num.21.lib.1. & non
contra ius commune:Nat.conſil.402.num.27. Pariſ.
conſil.54.num.29.lib.3.vt effectus dictæ clauſulæ &
limitationes colligere aſſumpſit Ioſeph. Aſſiſſien. in
deciſio.Peruſ.117.par.2.effectus mirabilis exinde quo-
que habetur:quòd facit fideicommiſſario licere fidei-
35 commiſſum proprie authoritate accipere,ponit † Pa-
ſet. Ferrarien.ſuo conſilio 140.numero 10. allegando
Curt.in l.final.C.de edic.di.Addi.tollen. Addo Grat.
conſil.vlt.num.51.& vlt.lib.1.

*SVMMARIVM.*

*1 Teſtamentum vt ſit validum , interpretatio eſt facien-da. Amplia.*

*2 Et quòd ſit ſolemne,niſi contrarium probetur.*

*3 Et in benigniorem partem,*

*4 Et in meliorem partem.*

*5 Interpretatio ad hoc eſt,inuenta,vt potius actus valeat, aliàs diceretur crudelis.*

*6 Teſtamentum præſumitur validum multifariam idem in aliis diſpoſitionibus,ibi.*

*7 Præſumptio validitatis actus cæteris aliis & omnibus præfertur præſumptionibus.*

*8 Statur ei,quod ſufficit pro validitate actus.*

*9 Præſumitur , quòd quis faciat , quod credit de iure valere.*

*10 Et , quòd omni meliori modo valere poteſt, quod poteſt melius.*

*11 Et ſi valet plurifariã,vt fortiori quo poteſt modo teneat.*

*12 Donatio cauſa mortis à filiofamilias facta cum conſenſu patris præſente donatario tenet.*

*13 Nepos venit appellatione filij,quando aliàs diſpoſitio de filio non valeret.*

*14 Legatum factum miniſtro loci incapacis,vt valeat ipſi miniſtro,& non loco factum cenſetur.*

*15 Poſthuma vocata videtur,vt teſtamentum valeat.*

*16 Interpretatio vt actus valeat pro cauſa pia fieri debet.*

*18 Verba adoptari debent perſonis de quibus loquimur ad validum & non inualidum intellectum.*

*19 Poſthumæ relictum pro dote , ventre vniuerſaliter hærede inſtituto,*



*inſtituto,ſi mas naſcatur,& ſi fœmella centum pro dote,interpretatur iure inſtitutionis.*

*20 Filius inſtitutus in ſolo vſufructu,vt teſtamentum ſit validum interpretatur inſtitutio in plena proprietate reſpectu legitimæ.*

*21 Verba Idiotarum interpretantur idioto modo, vt trahantur in rectam ſententiam apud cognitionem habentes, pete exemplum,vt hic.*

*22 Vniuerſalis res diſpoſita interpretatur , vt fideicommiſſum valeat.*

*23 Legatum alienum reputatur, quando eſt dubium , an ſit legatarij:vel alienum,in legato vxori ſacto de rebus ſibi donatis.*

*24 Vſusfructus exponitur pro ipſis fructibus:vt actus valeat.*

*25 Actus vt valeat in omni materia,etiam odioſa & ſtricti iuris ſit interpretatio.*

*26 Hæreditas pro bonis exponitur:vt actus valeat.*

*27 Legatum vt ſit validum,intelligitur de parte,quæ non ſit legatarij.*

*28 Legatum vt valeat , in dubio comprehenditur res, quam Teſtator habebat.*

*29 Teſtamentum valet,vt codicillus,ſi modus diſponendi nutu: vel filiis præteritis vt teſtamentum non valeret, ne pereat fideicommiſſum à venientibus præſtandum ab inteſtato.*

*30 Teſtamentum valet vt codicillus,licet Teſtator prius dixerit ſe nolle teſtari,& poſtea diſpoſuerit.*

*31 Interpretatio ſit vt valeat diſpoſitio,nec ſit reuocata , vt ſit facta in tempore quo magis poteſt valere.*

*32 Diſpoſitio ſuſtinetur ex modis licitis,ſi plures ſimul illiciti exprimuutur.*

*33 Donatio inter viuos ſi non tenet,valet vt cauſa mortis,vt actus valeat.*

*34 Donatio cauſa mortis abſente donatario,ſi non poteſt valere:valet vt fideicommiſſum.*

*35 Codicilli,qui habent relationem ad teſtamentum nullum valent.*

*36 Spuriis pauperibus relictum,intelligi tur pro alimentis.*

*37 Legatum,vt ſit pro alimentis,ex modo & forma legandi volantas teſtatoris declaratur.*

*38 Interpretatio ſit pro ea ſignificatione,quæ facit valere actum,vbi ſit dubium in ſignificatione verborum.*

*39 Vt qui reliquit iure reſtitutionis pro iure inſtitutionis exponatur.*

*40 Verba teſtatoris appropriantur & extenduntur,vt teneat eius voluntas.*

*41 Singularis quæ ſunt numeri,reſoluuntur in ſingularitatem vt actus valeat.*

*42 Diſpoſitio ne ſit futilis latè interpretatur contra naturã.*

*43 Verba præſentis vel præteriti temporis, ſi poſſunt habere ſignificationem futuri,ſi aliud non repugnat,aſſumunt illam interpretationem,vt actus valeat præſertim in teſtamentis.*

*44 Et debeat trahi ad actus qualitatem,vt valeat.*

*45 Verba improprian tur , vt valeat actus ad multum repugnantia & fictionem contra fauorem dotis & piam cauſam.*

*46 Interpretatio pro validitate actus non ſit , quando non fuit ſeruata forma , neque interuenerint omnia neceſſaria ad validitatem actus: quia forma non ſeruata,actus eſt nullus.*

*47 Limita etiam,quando mens teſtatoris eſt certa contra proprietatem verborum:quia debet mens ipſa attendi, licet actus ſit inualidus.*

*48 Teſtamentum ex inſtitutione hæredis efficitur , non codicillus.*

*49 Actus validus non interpretatur ad grauamen de alio iure redimendo.*

*50 Etiam,quòd interpretatio validitatis eſſet nimis grauis, vel nimis oneroſa.*

*51 Interpretatio non ſit in duobus actibus ad validitatem vtriusque qui ſufficit quòd vnus actus valeat.*

*52 Interpretatio nõ ſit ita ampla validitatis omni modo,quo valere poteſt,niſi exprimatur.*

*53 Interpretatio validitatis non ſit,vbi verba cum aliquo ſignificatu proprio vel improprio,vel largo non conueniũt caſui,in quo valeat diſpoſitio.*

*54 Interpretatio,vt actus valeat,non ſit ſi vno nomine vel ex vno capite fiat actus,& eo valere non poteſt , ſed alio: quia non valet etiam iſto capite & nomine, quo valere poteſt.*

*55 Interpretatio validitatis actus non ſit vt ſi quis in dubio teſtatoris credulitas minime exprimat quem vt filium, vel fratrem cui reliquit, & non ſi filius vel frater,vt actu valeat:quia magis eſt vt actus ſit nullus.*

*56 Error in nomine appellatiuo vitiat diſpoſitionem.*

*57 Affectio naturalis,quæ inducit nominis præſumptionem ad inualiditatem,præfertur actus validitati.*

*58 Interpretatio validitatis nunquam ſit actus,ſi per eum arguitur teſtatoris dementia.*

## SOLVTIO I.

ALia ſequitur regula interpretationis pro
validitate vltimarum volũtatum,vbi etiam
teſtator nihil expreſſerit,ſe velle valere om
ni meliori modo, &c. & hæc regula à lege
inducta eſt , vt quando de validitate vel inualiditate
diſpoſitionis teſtamentariæ dubium excitatur , inter-
1 pretatio fit pro validitate † vt l.Titia cum teſtamento.
§.fi,de leg.2.l.quoties.de rebus dub.l.quibus diebus.§.
Dominus ſeruo.de cond.& demon.l.ſi pars.ff. de inoff.
teſt.cum ſimil.frequentiſsimas enim leges poſitas eſſe
teſtatorum voluntates adiuuantes , dicit text.in l. fina.
C.de poſthu.& teſtamentum validum & ſolenne præ-
2 ſumitur,niſi contrarium probetur † Deci.conſ.11.col.
6.verſic.teſtamentum enim, interpretatio eſt in beni-
3 gniorem partem,vt teſtamentum valeat † glo.fin.in l.
3.C. de in offic.teſtam. & valeat in meliorem partem
4 † gl.1.infin. in l.1.ff.de iudic.ad hoc inuenta eſt inter-
5 pretatio vt actus valeat, aliàs diceretur crudelis †.Bal.
conſi.46.verba inſtitutionis.verſic.dico igitur.& con-
ſil.129.Domina Franciſca.ver.in contrarium.lib.1.Ay-
mo.conſi.278.colum.5.& dictum eſt ſupra,lib.1.inter-
pret.1. dub.2. de præſumptione validitatis actus in te-
6 ſtamentis & in aliis diſputationib.plura cumulant† Iaſ.
in l.ſi tibi.colum.prima.& ſequent.ſi cer.peta.& Aym.
d.conſi.278.colum.5.& conſi.139.nume.6.& conſi.52.
& præſumptio validitatis actus præfertur omnibus a-
7 liis præſumptionibus † Dec.in l.poſtquam liti. nu.23.
C.de pac.& in l.in contrahenda nu.6.de reg.iur.& ſta-
8 re debemus ei quod ſufficit ad validitatem actus,† Bar.
in l.quod ſi dubitetur.ff.de acquir.hæred.nam præſum-
ptio concurrit quòd quis facit credat illud de iure va-
9 lere † Bald.in l. Titia. §. qui in vita. & in tertio not.
de lega. 2. & Paul. de Caſtr.in l. Mætius. in princip.
& Bartol.in l. Seiæ.§.Caio.de fundo inſtruct.& Rom.
in l.pro hærede.§.Papinianus.ad princip. ff.de acquir.
hæred.& Cæphal. conſ.88.nu.42. & valere velit omni
10 iure,quo melius facere poteſt.† l.3.& Bar.no.ff.de mi
li.teſt.ſi poteſt valere plurib.modis valet fortiori modo
11 quo poteſt†arg.l.ſi domus.ff.de ſerui.vrb.præd.&,l.ſi nõ
lex.de hære.inſt.& per Alex.in l.ſi ſeruus.§. ſi numerus.
col.2.nu.4.de le.1.& per glo.1.in fi.in d.l.1.ff.de iud.

Dubitationes autem,quæ interpretari ſolent ad va-
liditatem diſpoſitionum,vt ordine aliquo procedamus,
ſuper his frequenter exiſtunt.

Primo ſuper perſona diſponentis.

Secun-

Secundo ſuper perſona vocata in diſpoſitione.
Tertio ſuper re diſpoſita.
Quarto ſuper modo diſponendi.
Quinto ſuper ſignificatione verborum.

Primò ſuper perſona diſponentis interpretatio eſt
ad validitatem, quòd teſtamentum filiifamil. cum con-
ſenſu patris exiſtēte eo pręſente cui relinquitur condi-
tum, clauſula generali adhibita, quòd valeat iure alte-
rius vltimæ voluntatis, valet vt donatio cauſa mortis,
quæ & non teſtamentum, cum patris conſenſu fieri po
12 teſt. † l. tam is. §. primo. ff. de donatio. cauſa mortis, vt la
tè tradit Cor. conſ. 233. viſo themate. col. 3. lib. 4. idem.
in ſimili ſpecie per Fulgo. in conſil. 88. viſis. colum. 1.
& ſequen. quæ autem facit valere teſtamentum vel te-
ſtatoris ſcientia, vel ignorantia, vel dubitatio alicu-
ius rei, ea præſumitur probata, Ruin. conſil. 20. colum.
4. nu. 8. 9. lib. 2.

Secundo perſona ſeu nomen filiorum vocatorum
in diſpoſitione, ſi nō adſit, vt valeat ipſa diſpoſitio fiat
13 interpretatio, quòd veniat † nepos ſuperexiſtēs, probat
Alex. in conſilio 9. viſis verbis. colum. 1. & ſeq. num. 4.
lib. 1. & alij caſus dicentur alibi, quando appellatione
filiorum veniant nepotes, iſtum hæredem inſtituo, in-
telligitur iſte qui aderat, quia in dubiis interpretandum
eſt, quòd actus valeat. idem Alexand. conſi. 33. col. 3. nu.
10. lib. 3. legatum factum miniſtro loci incapacis, vt va
14 leat videtur ſibi & non loco factum † Bart. in l. annua.
§. 1. de an. leg. vt valeat teſtamentum etiam cenſetur vo
15 cata poſthuma. idem † Bart. in l. qui filiabus. in fi. prin.
de leg. 1.

Eadem interpretatio vt actus valeat fieri debet pro
16 cauſa pia, † quæ faceret actum valere, & exiſteret in
perſona vocata in teſtamento quod eſſet pauper & ha-
bente aliā qualitatem puta conſanguinitatis: quæ non
17 ſic faceret actum valere, inter alia adducit † Iaſ. conſil.
183. præſens conſultatio. col. 2. verſi. 7. facit. lib. 2. nam
verba adaptanda ſunt perſonis quibus loquimur ad va-
18 lidum intellectum & non inualidum † ſecundùm Bal.
in l. penul. in colum. fin. C. de hæred. inſtitu. vt etiam
valeat relictum certæ dotis factum poſthumæ in hac fa
cti ſpecie, ſi venter vniuerſalis hæres inſtitutus ſit, ſi na
ſcatur maſculus ſi verò naſcatur fœmina, & reliquit
centum pro dote interpretatur & ſuppletur iure inſti-
19 tutionis. † Capra. conſi. 32. cum viſo, col. prima. & vbi
filius eſſet inſtitutus in ſolo vſufructu, vt teſtamentum
valeat interpretatur hæc inſtitutio facta in plena pro-
20 prietate quoad quantitatem legitimæ † Anch. conſi.
128. ſi huic Franciſco.

Huiuſmodi quoque vltimam voluntatem inepto &
groſſo modo prolatam, Relinquo fratri meo filium
meum viuum & mortuum cum omnibus bonis filio
viuente pupillo fratrem tutorem poſtea curatorem ad-
miniſtratorem, & gubernatorem, & eo mortuo fratrem
pupillariter ſubſtitutum, interpretari vt valeat, reſpon-
dit Socin. conſ. 83. viſa ſcriptura. lib. 1. meminit in l. qui
duos. nu. 2. de rebus dub. quoad vltimum dictū dubitat
& aliter exponit Alcia. in l. in vulg. in fi. ff. de verb. ſigni
pro quo facit l. hęr. ad Statium. ff. de hær. inſt. & pro pri-
mo dicto facit Bal. in c. ex parte M. in fin. de appel. & a-
poſt. ad Bar. in l. manumiſſiones de iuſt. & iur. in vtroq;
tamen d. Soci. Iun. defendit in l. centurio. in fi. de vulg.
& pupil. & facit quod Ang. dicit in l. ſi cū ant. C. de don.
21 ante nup. † quòd verba idiotarum debēt ſemper inter-
pretari idioto modo: ita quod trahantur in rectam ſen-
tentiam apud cognitionem habentes.

Tertiò ſuper re diſpoſita poteſt cadere dubitatio an
particularis vel vniuerſalis ſit. vt, Mando reſtitui per fi-
deicommiſſum pecuniam meam vel cenſum meum, v-
niuerſalis res diſpoſita interpretatur: vt fideicōmiſſum
22 teneat † per text. in l. cogi. in princ. ff. ad Trebellia. &
quando dubium ſit res legata an propria legatarij vel
aliena exiſtat, vt valeat legatum, aliena reputatur in le-
23 gato vxori facto de rebus ſibi donatis † colum. 2. lib.
6. ad idem facit Bald. conſil. 271. iſte ſermo. lib. 4. &
Alexand. in apoſtill. ad Bart. in l. cum in teſtamento de
aur. & argen. leg.

Vſusfructus exponitur pro ipſis fructibus vt valeat
24 † actus, Aymo. conſ. 226. col. 2. nu. 7. & ſeq. vbi in om-
ni materia etiam odioſa & ſtricti iuris de interpreta-
25 tione fienda pro validitate actus plura adducit † & in
conſil. 139. num. 2. & conſil. 278. col. 5. & conſil. 284.
colum. 4. & conſil. 52. in materia ſtricti iuris eſt tex. in
l. ſi ſtipulatus fuero per te. de verb. ſign.

Nomen hæreditas exponitur pro bonis, vt actus
26 valeat † Socin. conſil. 125. in fi. lib. 3. & vbi dubium eſt
de parte rei legata, vt legatum ſit vtile & valeat intelli-
27 gitur de parte, quæ aliàs non ſit legatarij. l. † Mæuius.
& ibi glo. & doct. de lega. 2. vt quoque valeat vtile ſit
legatum in dubio qualitatis rei legatæ ſub legato inter-
28 pretatur res comprehēdi quam teſtator habebat † l. pe-
diculis. item cum quæreretur. & ibi glo. fin. not. quam
ibi ſignandam & menti tenendam dicit Bart. de aur. &
arg. leg. idem per Alber. in l. ſeruos autem. de leg. 3. &
Dec. conſ. 289. col. 2. verſ. ſeptimò hoc corroboratur.

Quarto ſi modus diſponendi vel nutu, vel filiis præ-
teritis vt teſtamentum non valeret, ne pereat, valeat vt
codicillus & fideicommiſſum à venientibus ab inteſta-
29 to præſtandum, † Bald. in l. & in epiſt. col. fin. verſic.
modo quæro. nu. 4. C. de fideicommiſ. & in l. his verbis.
in prin. ff. de hæred. inſtit. & ibidem per alios & idem
Bald. conſil. 174. quidam Dominus Rambaldus. lib. 3.
Fulg. conſil. 43. in prin. ad fi. conſil. 30. factum ſic ſe ha-
bet. col. fin. vbi etiam diſponens prius dixerit intentio-
nis ſuæ eſſe nolle facere teſtamentum, quod tamen ap-
paruerit poſteà per eum diſpoſitum valet vt codicillus,
30 vt probat † in d. conſ. 30. & capitur interpretatio vt va-
leat diſpoſitio, & non ſit reuocata, quòd ſit facta in tem
31 pore quo magis poteſt tenere † Paul. de Caſt. conſil.
197. viſis & examinatis. colum. 1. lib. 1. & Dec. in l. in
contrahenda. num. 8. de reg. iur. & ſuſtinetur diſpoſitio
ex modis licitis, licet ſimul plures alij modi illiciti ſint
32 expreſſis. † Abb. conſil. 63. vt veritas. colum. 4. ad fin.
verſ. non obſt. arg. lib. 2.

Actus donationis ſi non poteſt aliquo defectu va-
lere inter viuos, factus ab exiſtente in periculo, valet
33 vt donatio cauſa mortis † per hanc eandem vulg. re-
gulam, quod actus debet interpretari vt potius valeat,
quam pereat, tradit Socin. conſi. 130. viſa contingentia.
col. pen. lib. 1. duplicato in conſil. 235. lib. 2. vbi & in fi.
not. adducit quòd ſi defectu præſentiæ donatarij non
poteſt etiam valere vt donatio cauſa mortis propria va
34 let, vt impropria & vt fideicommiſſum, † idem Corn.
conſil. 154. col. pen. lib. 3. & Aymo. conſil. 139. col. fin.
num. 10. per dictam regulam valere codicillos ſe refe-
35 rentes ad teſtamentum nullum † conſuluit Ruin. conſ.
18. quæritur. col. 2. lib. 2.

Modus relinquendi ſpuriis ſcitur eſſe pro alimen-
tis: namque ſi ſimpliciter relinquatur ſpuriis pauperi-
36 bus, vt valeat, intelligitur pro alimentis, † Aymo. conſ.
219. col. pen. pro quo facit quod legatum fuerit in cau-
ſa alimentorum, quia expreſſè dixit, vel quòd ex perſo-
na legatarij facile præſumitur in Barto. in l. ſi cui. de
an. lega. vel ex re legata, quæ ſit proportionata ad cau-
ſam alimentorum, Aret. in l. cum ſeruus. §. conſtat. col.
3. de leg. 1. & facit quod tradit Bart. in l. quidam hære-
37 dem. de vi. tri. ol. leg. † ex modo & forma legandi vo-
luntas teſtatoris declaratur legatum eſſe pro alimentis,
Aymo. conſil. 32. col. fin. num. 6.

Quinto



Quinto dubium exiſtens in ſignificatione verborum
paſſim interpretatur pro ea ſignificatione, quæ actum
38 valere facit. † l. Titia cum teſtamento. §. 1. & ibi glo. &
doct. de leg. 2. & text. cum glo. in ver. non communica-
ri, in l. & puto. ff. famil. erciſ. Alex. conſ. 248. col. 2. nu. 6.
lib. 6. & Angel. in conſ. 278. punitus eſt Ioannes. ad fi. vt
in eo qui reliquit iure reſtitutionis pro iure inſtitutio-
39 nis interpretatur † Bald. conſ. 30. viſo teſtamento. lib.
5. verba teſtatoris extenduntur & impropriantur vt vo-
40 luntas eius valida † ſit, Roma. conſ. 31. viſis his ad fin.
Abb. in c. Raynaldus. col. 6. nu. 23. de teſta. & per Dec.
in rubr. col. 2. in fi. verſ. & ſi dicatur. de probat. & quæ
ſint pluralis numeri reſoluuntur in ſingularitates, vt a-
41 ctus valeat & non pereat † per l. falſa. §. fin. de cond. &
demon. Alex. conſ. 143. col. fin. ver. & ad obiecta, & latè
interpretantur contra naturam ſuam vt diſpoſitio non
42 ſit vana per plura iura † probat Iaſ. conſ. 173. filiæ quon-
dam. col. pen. ver. quinimo verba. lib. 2.

Verba præſentis vel præteriti temporis quando poſ-
ſunt etiam habere ſignificationem futuri, ſi aliud non
repugnat, aſſumuntur in illam interpretationem, vt res
43 potius valeat maximè in teſtamentis † Bart. in l. 1. in 7.
q. verſ. concludo ergo. ff. de iu. codicill. & debent trahi.
44 ad qualitatem actus vt certè valeat, & non pereat † Bal.
conſ. 46. verba inſtitutionis col. 2. ver. dico igitur. lib. 1.
ne legatum ſit inutile & valeat ſcriptura teſtamenti,
qua mandatur per ſuos hæredes debere exequi teſtamen
tum alienum, interpretatur, quòd hæredes mandantis
debeant ſoluere & ſatisfacere legatum factum in ipſo
alieno teſtamento, tradit Ang. in d. conſ. 228. etenim vt
valeat actus verba impropriantur etiam ad multam re-
pugnantiam & fictionem & contra fauorem dotis, &
piam cauſam, authoritates allegando ſigillatim probat
45 † Aymo. conſ. 278. col. 5. & conſ. 284. col. 4. & conſ. 222.
nu. 7. & alibi per eum & alios, & contra hæredem etiam
quòd duplici onere grauaretur, Ruin conſ. 98. nu. 15.
lib. 2. & Soc. Iun. conſ. 98. nu. 16. & ſeq. lib. 1.

Super his autem vti notis & vulgatis non libet
vlterius inſiſtere, niſi quaſdam ei datas declarationes
adducendo.

Nam primo declara, ſeu limita dictam regulam in-
terpretationis pro validitate actus non procedere, quan
do non fuerit ſeruata forma & non interuenerint om-
nia neceſſaria ad vtilitatem illius actus, quia tunc non
eſſet dubium de nullitate, vel validitate. ſed eſſemus in
46 claris quòd forma non ſeruata actus eſt nullus. † cap.
cum dile. de reſcrip. & l. cum hi. §. ſi prętor. ff. de tranſac.
vt per Imo. in l. 1. §. ſi ex fundo. nu. 54. ff. de hæred. inſt.
& Philipp. Franc. in c. 1. col. 19. verſ. item non obſtat. de
teſtam. in 6 & Soc. in l. quoties. ad fin. de reb. dub.

Secundo limita quando mens teſtatoris eſt certa con
tra proprietatem verborum, quia debet mens ipſa at-
47 tendi, licet ſequatur annullatio totius actus † per l. La-
beo. de ſupell. le. & l. in ambiguo, ibi tradit Soc. col. 2.
in 4. not. eo. de reb. dub. & per l. verbis ciuilibus. & ibi
Paul. de Caſt. & Alex. & Aret. de vulg. & pup. idem fir-
mat Iaſ. in l. quoties. col. fin. de verb. oblig. quòd potius
patimur diſpoſitionem eſſe nullam, quàm quòd fiat
contra voluntatem diſponentis, & hanc ibi Iaſ. datis
quatuor limitationibus, dat pro quinta limitatione ad
dictam regulam, ſentit Paul. de Caſt. conſ. 93. viſo dicto
teſtamento. col. fin. verſic. nec obſt. l. hac conſultiſſima.
lib. 1. vbi teſtator reſtrinxit ad vnum modum validita-
tis, puta teſtandi in ſcriptis vt ibi per eum & per Corn.
conſ. 202. col. pen. & fin. lib. 4. vbi dicit ex inſtitutione
hæredis demonſtrari teſtamentum, ideò non valere vt
48 codicillum, tradit † & per Dec. conſ. 362. ad fi. Ex qua-
tuor prima eſt, quòd actus validus non interpretatur ad
49 grauamen de alio iure redimendo † per l. quod in re-
rum. §. & ibi Bart & Bald. de leg. 1. & quando etiam in-
terpretatio validitatis eſſet nimis grauis, aut nimis one-
50 roſa † per Fulgo. in l. 2. §. ſi quis inſulam. de eo quod
cer. loc. alia eſt quòd in duobus actibus interpretatio
51 non fit ad validitatem vtriuſque, † quia ſufficit vnum
valere per l. ſi quis ante. ff. de acq. poſſeſ. idem per Goza.
Conſil. 78. num. 5. & Ruin. conſ. 175. colum. 3. verſ. nec
obſt. quòd non euenerit. lib. 2.

Alia tertia eſt, quòd non fit ita ampla validitatis in-
terpretatio omni modo quo valere poteſt, niſi expreſ-
52 ſum † ſit, per Ang. conſ. 294. ad fin. qui confuſè loqui-
tur, & contra iſtam faciunt ſcripta per Seb. Sap. in rep.
l. precibus. nu. 112. C. de impub.

Quarta eſt, quòd non procedit interpretatio validi-
tatis, vbi verba cum aliquo ſignificatu proprio, vel im-
proprio, vel largo non conueniunt caſui, in quo valeat
53 diſpoſitio † per l. tutores. §. 1. ff. de adminiſt. tut. & d. l.
verbis ciuilibus de vulg. & pup. vt per eundem Iaſ. in d.
l. quoties. & Soc. in ſimil. l. quoties. in princ. de reb. dub.
& Dec. has limitationes refert in l. in contrahenda. nu.
11. & ſeq. de reg. iur & ponit Alciat. de præſumpt. in reg.
3. præſump. 33. vbi ad fin. limitat & in odioſis. & Ruin.
conſ. 7. col. 5. nu. 12. lib. 3. hanc vltimam de verbis non
conueniētibus comprobat Tiraq in l. ſi vnquam. in ver.
libertis. num. 12. de reuoc. donat.

Tertiò vltra prædicta limita ſi vno nomine vel ex
vno capite fiat actus & eo valere non poteſt, ſed alio
non valet etiam iſto capite & nomine quo valere po-
54 teſt † per l. ſi is ad quem. ff. de acquir. hæred. & capit. ex
parte Aſtenſis. de conceſ. præbend. & l. 3. §. & ſi cum tu-
tor. ff. iudi. ſolu. & l. ſi ſeruus communis meus. §. ſeruo
capto. de ſtipul. ſerm. & per l. primam. §. ſi autem ex lo-
cato, ſi menſ. fal. mod. dix. tradit Roma. conſil. 646. Pri-
mus. colum. 2. & Ioan. de Ami. con. 115. col. fin. num. no-
no. & per reg. l. multum. C. ſi quis alteri vel ſi. quod po-
tui nolui &c. de qua plura per Marſi. in ſing. 262. & Par.
in conſi. 84. viſa. dicta. col. penul. verſi. aduertendum ta
men. lib. 1. cuius ratio eſt: quia voluntas repugnat pote-
ſtati, cum qua deberet concurrere ad validitatem actus.
l. 2. & ibi Bal. com. de leg. cum ſim.

Quartò limita, quòd in dubio teſtatoris credulitas
præſumpta, ex eo, quòd minimè expreſſerit aliquem vt
filium, vel fratrem cui reliquerit, & erronea ſit: quia ve
rè nō filius vel frater non eſt, magis operatur ad annul-
55 landum actum † per gloſ. in l. nemo. §. 1. de hæred. in-
ſtitut. quàm in dubio per dictam regulam præſumatur
actus validus, vt notabiliter limitatur per Iaſ. in l. ne-
que profeſſio. verſic. fi. C. de teſta. ratio eſt quia ad per-
ficiendum & regulandum actum vltra voluntatem &
poteſtatem concurrit & requiritur ſcientia agentis.
Bald. in l. quidam. col. 5. verſi. ex prædictis apparent. C.
de iu. delib. vbi notanter tradit de ſcientia & errore,
& ſecundum Philoſophum relatum per Bartol. inter
conſil. Alexand. conſil. 52. numero 27. lib. 4. & Affli.
in deciſ. 305. num. 7. & concurrit modus, Soc. iun. con-
ſil. 72. numero 15. 16. libro 1. & alia ratio eſt: quia fi-
lius vel frater, eſt nomen appellatiuum, quòd ponitur
ad & declarationem & demonſtrationem nominis pro
prij, Imo. in l. quoties paterfamil. ad Trebel. & error
56 in nomine appellatiuo vitiat diſpoſitionem † text.
gloſſ. & docto. l. ſi quis in fundi vocabulo. de legat.
1. & quia affectio naturalis inducens præſumptionem
nominis ad inualiditatem præfertur actus validitati,
57 † ſubtiliter probat Bal. conſi. 67. ſi dicta inſtitutio. cir
ca medi. lib. 1. & quia nunquam ſit interpretatio vali-
ditatis actus ſi per iſtam interpretationem argueretur
58 clementia ipſius teſtatoris, † no. Fulg. in l. fin. ad fin. C.
de hæred. inſtit.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtatoris diſpoſitio interpretari debet, vt quantum poterat diſponere, tantùm voluiſſe videatur.*
2 *Teſtator præſumitur cogitaſſe de eo, quo diſpoſitio ſua locum habere poßit.*
3 *Fideicommiſſum, vt perueniat ad quemquam intelligitur, ſi ſit capax, & quantum capere poteſt.*
4 *Teſtatoris diſpoſitio eatenus, quatenus poteſt adimpleri.*
5 *Stante ſtatuto, quòd ſpuriis non poßit relinqui, vel alias prohibitus capere, niſi tantùm, vt quòd plus eſt aufertur, dimiſſo eo, quod capere poſſunt.*
6 *Voluntas teſtatoris ſemper præſumitur pro eo, & ad id, quod facere poteſt, & eſſe poteſt.*
7 *Et id voluiſſe, quod eſſe poteſt, & non aliud.*
8 *Voluntas teſtatoris ſeruanda eſt in eo, quod ſeruari poteſt.*
9 *Commiſſario vno mortuo, alius dandus eſt à iudice, ſine quo aliter adminiſtrare erat prohibitus.*
10 *Monacho relictum, vt monaſterio non acquiratur vel Abbas eum non moleſtet, intelligatur omni modo, quo poteſt, vt de facto conniuentibus oculis monaſterium patiatur Monachum habere relictum.*
11 *Voluntas teſtatoris, ſi non poteſt directò, per indirectum, & omni modo poßibili debet ſeruari.*
12 *Et vbi per omnia non poteſt adimpleri, eo modo, quo poteſt, eſt adimplenda.*
13 *Et in eo, quod poteſt operari.*
14 *Et ſi directè non habet vigorem, trahitur ad fideicommiſſum.*
15 *Et verba ambigua intelliguntur, vt diſpoſitio poßit habere effectum.*
16 *Diſtributiua quiſquis hæres erit, &c. vno hærede inſtituto, qui habet inter plures diſtribuere, cùm non poßit referri ad inſtitutum ſolùm, comprehendit venientes ab inteſtato.*
17 *Voluntas teſtatoris ſi non poteſt impleri in toto, debet impleri quatenus eſt poßibile.*
18 *Et intelligitur de conditione, quæ poteſt verificari.*
19 *Et de hæredibus, vel filiis, quos grauatus poteſt habere.*
20 *Et eatenùs quatenus poteſt, eſt adimplenda.*
21 *Amplia, vt hic.*
22 *Forma teſtamenti debet ſeruari eo modo, quo poteſt.*
23 *Et onus poßibile attenditur.*
24 *Relictum bonorum capellæ conſtruendæ in Eccleſia mendicantium, vt ibi miniſtrari poßint, intelligitur de miniſtris capacibus, qui poßint relictum capere.*
25 *Tempus intelligitur & exponitur, vt tandem expleri poßit à teſtatore diſpoſitum.*
26 *Voluntas teſtatoris. ſi impleri non poteſt, prout voluit, adimpleri debet, prout poteſt.*
27 *Teſtatoris diſpoſita intelligi debere ad diſponenti poßibilem.*
28 *Promiſſum id quod fieri poteſt, non quod non poteſt, intelligi debet.*
29 *Teſtatoris diſpoſitio eſt de genere permiſſorum.*
30 *Legari omnia poſſunt, quæ non prohibentur.*
31 *Teſtator, quæ verè & realiter, quæ cauſatiuè, & quæ mediatè facere poßit.*
32 *Teſtator non præſumitur velle facere, quod eſt prohibitum & impoßibile.*
33 *Teſtator facere poteſt, quod vult in his, quæ dependent à voluntate defuncti, exprimendo.*
34 *Limita niſi diſponat contra legem contra pactum, & in præiudicium tertij.*
35 *Teſtator poteſt diſponere de bonis hæredis.*
36 *Et non præſumitur. ſed de ſuis diſponere voluiſſe.*
37 *Vt ex procemio teſtamenti, ibi de bonis ſuis volens teſtari, &c.*
38 *Ampliæ idem in legando.*
39 *Voluntas defuncti non porrigitur ad alienum peculium.*
40 *Teſtator poteſt diſponere de his, quæ ad fauorem ſpectant hæredis.*
41 *Teſtator poteſt diſponere de rebus alienis, ſed non in præiudicium dominorum.*
42 *Teſtator poteſt dare legitimam legatario, & dare libertatem in teſtamento ingrediendi poſſeßionem bonorum authoritate propria.*
43 *Quæ licentia colligitur ex coniecturis, & tacita voluntate.*
44 *Vt ſi prohibet vim fieri legatario, vel fideicommiſſario.*
45 *Limita non procedere, ſi teſtator non poßidebat bona illa tempore mortis.*
46 *Teſtator poteſt ſuſpendere actionem hæreditatis, quouſque quid tale fiat, vt & poteſt hæredem facere ſub conditione.*
47 *Teſtator omnia poteſt, quæ non prohibentur.*
40 *Facti impletio ſine iuris miniſterio turpis videtur, vel inualida.*
*Nec ſufficit impletio de facto, ſed de iure, limita vt hic.*
49 *Sermo habens relationem ad ius, intelligitur de actu de iure valido.*
50 *Et quando refertur ad merum factum, intelligitur de actu qualitercunque expleto.*
51 *Actus quando tendit ad conſequendam actionem, ſufficit fieri de facto, ſi non poßit de iure.*
52 *Et ſi tendit ad faciendum incidere in pœnam, ſi non poteſt fieri de iure, ſufficit de facto factum, ſecùs ſi de iure poteſt, quia non ſufficit de facto fieri.*
53 *Electio ſyndici fratrum Minorum facienda per fratres minores ex teſtatoris diſpoſitione, intelligitur de facto, prout ipſi fratres poſſunt.*
54 *De facto teſtatoris, id eſt, voluntate intelligitur.*
55 *Alienatio prohibita minori per teſtatorem comprehendit etiam nulliter factum, ſi teſtator eam prohibuit ſiem vt bona conſeruentur in agnatione, & ſic alienationem de facto, quia de iure non poterat.*
56 *Idem in alio prohibito alienare, ſed facta alienatio inualida, quia ſufficit conditionem impleri de facto, cùm nequeat de iure.*
57 *Factum non dicitur non iure factum in his, quæ de iure conſiſtunt, non in facto.*

## LIB. II. INTERPR. II. DVB. II.

SOLVITVR.

1 *Per ea quæ poteſt teſtator diſponere, vel poteſt perſonam cata capere, & de iure vel de facto.*
2 *Per ea quæ etiam non poteſt diſponere, & inualida eſt diſpoſitio in caſibus pluribus expreßis ad num. 45.*

PRÆMISSA dubitatione declarata circa validitatem, ſequitur item altera circa poteſtatem, & efficaciam vltimarum voluntatum: quæ quidem ſemper interpretari debeat, vt quantum poterat di-
1 ſponere tantum voluiſſe dicatur † per l. Lucius. §. penulti. ad municip. dicit Socin. Iun. conſilio 72. colum. vndecima. numero 55. & conſilio 74. columna ſecunda. numero quarto, & conſilio 112. columna penultima. numero 17. lib. primo. & de eo caſu per teſtatorem cogitatum cenſetur, in quo locum habere poſſit di-
2 ſpoſitio † l. ſi ancillæ. & ibi gloſſ. & l. ſequent. & l. quibus diebus. §. dominus. & ibi Socin. in tertio not. de conditio. & demonſtratio. & l. Plautius. in princip. ad legem Falcid. & l. qui dotem in pecunia. de do. præleg. fideicommiſſum factum vt perueniat ad aliquem intelligitur quando capere poſſit, & quantum capere poteſt.



poteſt. l. vbi. in prin. & l. poſtulante. §. fin. ad Trebell. ex die quod eſſe poteſt fit interpretatio, vt intelligantur verba gloſ. in verſi. ad annum. in l. qui duos. §. 1. de manu. teſta. ad dictam legem, vbi vide Bart. & doct. in l. cũ filiofamil. de leg. 1. & in l. fideicommiſſa. §. ſi filio. de legat. 3. & diſpoſitio teſtatoris eatenùs quatenus poteſt,
4 adimpleri † debet. l. Stichum qui meus, & ibi Bart. & docto. de leg. 1. per Dec. conſilio 50. vltra princip.
Hoc in loco puto non prætereundum, ſpecialiter notare ex illo dicto & quantum capere poteſt per dictam legem poſtulante. §. fin. poſſe iure decidi plures quæſtiones, vt ſi perſonis à lege municipali, vel communi vt ſpuriis vltra certam partem vel rem capere prohibitis, & plus permiſſo fuerit relictum, quòd ſuperfluum eis aufertur, dimiſſo eo quod poſſunt ca-
5 pere † per d. l. poſtulante. §. fin. & per ſimil. quòd voluntas teſtatoris ſemper præſumatur pro eo, & ad id
6 quod facere poteſt & eſſe poteſt † text. & gloſſ. in dicta lege, ſi ancillæ. de conditio. & demonſtrat. & nota. Iaſ. in l. Gallus. §. primo. num. 6. de liber. & poſth. ſic enim videtur voluiſſe quod eſſe poteſt, & non aliud
7 † not. Bald. poſt gloſſ. in verſi. ab his. in fin. in l. peto in princ. de leg. ſecundo. & in eo quod poteſt ſeruari, vo-
8 luntatem teſtatoris ſeruandam eſſe dicit † Paul. de Caſtr. in conſil. 218. ad primum & tertium. in fin. lib.
9 ſecun. † vbi ex duobus commiſſariis altero mortuo ſuperſtes ſolus non valens adminiſtrare recipit à Iudice alium ſurrogandum, vt voluntas teſtatoris ſeruetur, idem in relicto facto Monacho cum hoc, quòd nihil acquiratur Monaſterio, vel non moleſtetur ab Abbate, intelligitur omni modo quo poteſt, vt de facto conniuentibus oculis Monaſterium patiatur Mo-
10 nachum relictum huiuſmodi habere † Bartol. in aut. excipitur. C. de bon. quæ libe. & in l. ſi alienum. in princip. ff. de hæredi. inſtitu. & Caſtren. in l. Lucius. §. tres. ff. ad Trebell. & Abbat. in capite. ſecundo, columna ſecunda & ſequent. de ſtatu. mon. ſequitur idem Abbas conſilio 65. & primo numero tertio, & conſilio 63. vt veritas. columna fin. numero octauo, libro ſecundo, voluntas enim teſtantis ſi non poteſt directo per indirectum, & omni poſſibili modo debet ſerua-
11 ri. † Cum conſilio 52. ad primum in fin. & vbi per omnia non poteſt adimpleri, eo modo quo poteſt, ad-
12 implenda eſt. † Abb. conſil. 65. & primo numero 3. lib.
13 ſecundo, & in eo quod poteſt operari † Ruin. conſilio 136. num. 9. & conſi. 149. num 8. & conſil. 165. colum. fin. libro ſecundo, namque ſi directè non habet vigo-
14 rem trahitur ad fideicommiſſum † Paul. de Caſtr. conſilio 408. quia ſic occurrunt. in prin. verſi. ſecundo. & conſilio 410. viſo facto. col. 1. ver. quantum ad primum. lib. 1. taliter verba ambigua intelliguntur, quòd
15 diſpoſitio poſſit habere effectum † Cur. iun. conſil. 71. numero 6. vno hærede inſtituto diſtributiua, quiſquis hæres erit &c. quæ habet diſtribuere inter plures, cum non poſſit referri ad inſtitutum ſolum comprehen-
16 dit venientes ab inteſtato † Bald. in l. ſi quis cum nullum. in princip. de iur. codicil. voluntas teſtatoris ſi non poteſt impleri in toto, debet impleri quatenus eſt poſ-
17 ſibile † Aym. conſi. 1 num. 5. intelligitur de conditione,
18 quæ poteſt verificari † Dec. conſi. 299. col. pen. ad fin. & de hæredibus vel filiis, quos grauatus poteſt habere,
19 † idem conſilio 294. in fin. eatenus quatenus poteſt ad-
20 implenda eſt voluntas teſtatoris, idem † in conſil. 50. col. penult. admittendus ex vulgari, vel ex fideicommiſſaria, quæ efficax eſt per confirmationem ob exiſtentiam ſui hæredis, quæ non confirmat vulgarem
21 Bald. conſil. 363. factum tale. lib. ſecundo. forma teſta-
22 menti debet ſeruari eo modo quo poteſt † idem conſilio 60. quidam in morte. ad fin. libr. 5. & onus poſſibi-
23 le attenditur † idem conſilio. 161. quidam Mendicus. in fin. eod. relictum bonorum capellæ conſtruendę in Eccleſia Mendicantium, vbi miniſtri poſſint celebrare vt efficax ſit, intelligitur de miniſtris capacibus,
24 qui poſſint relictum capere † Ange. conſ. 224. caſus eſt, Iacobus, tempus quoque intelligitur & exponitur quo
25 tandem poſſit expleri diſpoſitum à teſtatore † Ancha. conſi. 219. mirum. & Rom. conſi. 134. col. pen. verſi. primo quia: quinimò ſi voluntas teſtatoris impleri non po
26 teſt, prout voluit, impleri debet prout poteſt † idẽ Roma. conſi. 409. quod primum, ad finem ver. dico tamen. nota hęc ſingularia dicta, quę ad plures quęſtiones poſſent inſeruire pro interpretatione vltimarum voluntatum circa earum vigorem & efficaciã, in ſumma id verum eſt diſpoſita per teſtatorem intelligi ad poſſibi-
27 lem diſponenti † Decis. conſilio 218. columna ſecunda numero tertio, & in rub. columna 12. verſic. quamuis iſta communis. de proba. idque verum eſt non ſolum in diſpoſitionibus vltimarum voluntatũ, ſed omnibus aliis vt ſortiatur effectum, & terminetur ad poſſibilia, vnde interpretatur promiſſum id quod fieri poteſt, & non id
28 quod fieri nõ poteſt, dicit Bal. conſi. 425. † quæſtio ſtat. vltra med. lib. 4. & tex. in l. Lucius. § penul. ff. ad muni. & plures caſus in diuerſis materiis & diſpoſitionib. ponit Aym. in conſi. 12. & conſ. 203. num. 12. cum ſeq. qui incidunt in dictum aliud, vt diſpoſitio aliquid operetur & in eo quod poteſt operari, de quo plura adducit Fel. in c. 1. col 4 ver. priuilegium. de reſcrip. & Aym. conſi. 227. col. fi. & conſi. 297. nu. 4. & latius dicendum erit infrà in ſequen. interp. dub. 2. in ſolu. 5.
Quoniam præſentis dubitationis declaratio pendet ex cognitione eius quòd valeat & poſſit diſponere teſtator, de hoc ideo videre oportet, cẽſetur autem omne permiſſum teſtatori diſponere quod expreſſè prohibitum non reperitur: quia ſua diſpoſitio eſt de genere
29 permiſſorum † Aym. conſi. 174. nu. 5. omnia poſſunt le-
30 gari quæ non ſunt prohibita † tex. & Bart. in l. cætera. in prin. de leg. 1. quę autem verè & realiter. & quę cauſati-
31 uè, & quæ mediatè poſſit facere teſtator, declarat † Bart. in l. 1. col. 3. num. 6. eo prius itaque permiſſa & poſſibilia teſtatori deinde prohibita & impoſſibilia explicabo in dubio enim non præſumitur velle facere, quod eſt
32 prohibitum & impoſſibile † Aym. conſi. 245. col. fi. ver. deinde conſidero, & in his quæ dependent à voluntate defuncti expreſſa vel præſumpta poteſt teſtator facere
33 quod vult exprimendo ſuam voluntatem † dicit Bart. in l. quoties. ſi duo. ver. ſecundo ob. ff. de hęred. inſt. & l. nemo. & ibi alij. de leg. 1. & maximè de reb. ſuis. l. teſtan. C. de teſt. l. in re mandata. C. man. & l. etiam. §. licet. ſol. matri. dummodo non diſponat contra legis prohibitionem, & contra pactum cum alio & non in pręiudicium
34 tertij † Aym. conſi. 241. col. 7. ver. ſupereſt vt reſpondeamus, & Pari. conſ. 24. nu. 76. lib. 2.
De bonis hæredis poteſt quoque diſponere teſtator
35 † Iaſ. conſi. 23. col. fin. lib. 1. & Aym. conſi. 133. nu. 3. 4. & d. conſ. 174. nu. 10. & Pariſ. conſ. 33. col. antep. nu. 84. libr. 3. commu. opin. per Beniten. in deciſ. Bon. vlt. in fi. licet in dubio hoc non præſumatur, ſed de ſuis bonis
36 propriis † idem Aym. conſilio 144. num. 8. & maximè quando in præfatione teſtamenti, prout communiter fit in omnibus teſtamentis, dicit volens de ſuis diſponere &c. ſic demonſtratur intentio ſua teſtari vel-
37 le de rebus ſuis & non alienis etiam hæredum † Corn. conſilio 114. in hac conſultatione. col. fin. verſi. coadiuuantur præmiſſa. libro 3. ſunt enim magis in legendis ſuis rebus, quàm in alienis comparandis, & in oneran-
38 dis hæredibus faciliores voluntates dicit text. † in l. vnum. §. ſi rem. de legat. ſecundo. ad alienum enim peculium voluntas defuncti porrigi non potuit, dicit

t 39 † tex.

39 †tex.in l.non videbitur.ff.de ſtatu lib.ac etiam de his
40 poteſt diſponere,quę ſpectant ad fauorē hæredis†Cur.
ſen.conſ.29.ad fi.& Aym.dicto conſi.174.nu.10. Car.
conſi.51.num.1.de rebus vero alienis poteſt ſcienter di
41 ſponere,non tamen in præiudicium domini† cap. fi-
lius.de teſt.ſed hæredis vt l.cum alienam.C.de leg.& i-
bi doct.de quibuſdam aliis quæ poteſt teſtator diſpo-
nere vide apud Iaſ.in dicta l.teſtandi.C.de teſt.& in l.
nemo.num.32.33.de leg.1.

Poteſt ſanè teſtator dare licentiam legatario, & li-
bertatem in teſtamento ingrediendi poſſeſſionem bo-
42 norū propria authoritate†not.Bart.in l.Titia.cum te-
ſta.§.1.de leg.2.Paul.de Caſt.in d.l.nemo.col.fi. Ang.
Aret.in tract.de teſta.in gl.28.poſt Bal. Sal.& Caſtren.
refert Iaſ.in l.non eſt dubium.C.de leg.ex coniecturis
& tacita voluntate:poteſt etiam deprehendi de iſta au-
43 thoritate conceſſa†Deci.conſi.418.col.2.num.4.5.vt
quando teſtator prohibet vim fieri legatario,vel fidei-
44 commiſſario in rebus ſibi relictis†Dec.conſi.243.col.
2.refert Plot.in l.ſi quando.vel de in litem.iuran.§.2.
nu.29.Sed hoc procedit & verum eſt,ſi teſtator poſſi-
45 debat bona eadem tempore mortis†Guid.Pap.in de-
ciſ.609.Poteſt & aditionem hęreditatis ſuſpēdere poſt
aliquod factum quouſque factum id impletum fuerit,
46 ſicut poteſt hæredem inſtituere ſub conditione†Pa-
hæredis facta filio de bonis maternis quòd non valet
96 †per l.mea reſ.de condit.& demon.tradit Bal.in l.ſci-
mus.in prin.col.fin. verſ. quæritur.C.de inoff. teſtam.
per Ruin.conſ.7.col.5.ſub num.11.lib.3.
Decimotertiò non valet legatum non expreſſa re
legata vel rei cuius commercium legatarius habere
non poteſt , vel tempore quo cedit dies legati,ſuſpen-
97 ditur legatarij ſtatus habilis ad legatum ipſum † hæc
ſingula probantur per text.in l. Titia cum teſtamento.
in princ. & in l. mortuo. §.Labeo. & in l.cum filius.§.
ſeruus. de legat. 2.Idem eſt legatum fruſtra factum non
98 apparente eo cui datum ſit † l.qui plures.de vſufru ct.
lega. eſſe enim debet cui detur dicit text. in l. quidam
referunt in princ.in fi.de iu.codicil.Idem nullum eſſe
relictum de eo quod ſui natura aliàs ſic eſſe debebit.vt
99 teſtator diſpoſuit. † l.qui fructus.de vſufr.lega. Idem
nullius momenti eſſe legatum de pecuniis debitis in-
100 ualidè ob perſonam debitoris † vt l.cum illud.§.1.ff.
quando di.leg.ced.
Decimoquartò non tenet legatum fructuum perci-
piendorum ex bonis teſtatoris,ſi de bonis percipi non
101 poſſunt † per l.cum certus.de vi.trit.ol.leg.& l.ſi de-
bitor. §.1. de contrahen. empt.tradit Paul.de Caſt.in
conſil.405.primo quæro.ſub num.2.lib.1.
Decimoquinto, vbi duo teſtamenta diuerſa ab eo-
dem condita reperiantur,& in vltimo apparet teſtato-
rem non reuocaſſe primum quinimo illud confirmaſ-
ſe ratione perplexitatis, & repugnantiæ , neutrum va-
102 lere † per l.Titius. ff. de cond.inſt.reſpondit Aymo.
conſil.143.num.4.5.
Decimoſextò dictum eſt legatum rei propriæ lega-
tarij non valere per l.proprias. C.de leg. idem eſt ſi fi-
lius hæres inſtitutus ſit in re propria etiam habita à pa-
tre habente etiam in eadem re vſumfructum,inſtitutio-
103 nem huiuſmodi nõ valere probat † Alex.conſ.20.pon
deratis.col.2.nu.9 & ſeq.lib.3.dupli.conſ.217.lib.6.
Decimoſeptimò relictum ab vxore factum marito
ſcienter exiſtenti in matrimonio prohibito,non valet,
104 ſecus ſi à marito vxori legatur † vt l.fin.de leg.1.in-
telligendum eſt,ſi vxor non ſcienter illegitimum ma-
105 trimonium contraxerit, † vt ibi Bar.Cuman.& Imo.
& in l.Claudius.de his,qui.vt indig.& in l.miles ita. §.
fin.ff. de milit.teſtam.vbi in dubio de hoc præſumitur
106 ignorantia, † idem Bar.in l.1.nu.4.C.de ſatiſd.
Decimooctauò,pro nihilo eſt præceptum teſtatoris,
quo omnino prohibetur libertas matrimonij,eo etiam,
107 quòd dependeat ab arbitrio alieno,† vt l.cum tale.§.
reſcriptum.& l.filiæ.in princ. de cond.& demonſt & l.
turpia.§.ſi Titiæ. de leg.1.& ibi Doct. & Corn.conſil.
105.in fi.lib.2.ſecùs eſt, ſi matrimonium non impedi-
tur,ſed differtur,alteratur reſpectu locorum,vel perſo-
narum,vel de conſilio alieno,quia in his teſtatoris præ-
108 ceptum ſeruari debet † vt per Caſtr.Alexan.& Iaſ.in
d.l.turpia.verſ.ſi Titiæ.Ioan.de Ana.conſ.15.& ibi Bo-
logn.in addit.ad Caſtr.conſil.300. Videtur dicendum.
lib.1.Angel. Aret.in tract.de teſtam. in glo.66.Aymo.
conſil.1.num.6.& ſequen.
Decimononò, conditio appoſita , Si deceſſerit ſine
liberis , nihil operatur : & fideicommiſſum nullum
eſt , quando decedens eſſet monachus vel clericus in
109 ſacris,† vt per Barto. & Caſtren. in l.hæredibus.§.1.ff.
ad Trebel. vbi hoc procedere aſſerunt , ſi dictum fue-
rit , Sine liberis ex ſuo corpore deſcendentib. vt non
intelligatur de eccleſia , ſed hoc procedere in ſimplici
110 conditione ſine filiis,† tenet Bart.in l.ſi ita quis.§.pri-
mo.de leg.2.& clarius Bal. in l.generaliter. §. 1.verſ.ſed
quid ſi.num.3.C.de inſtit. & ſubſtit.& Dec. conſ. 299.
colum. pen. verſi.ſeptima concluſio. quatenus fuerit
dictum , per talem conditionem fideicommiſſum in
ſacerdote grauato dici nullum, vide, & declara , vt per
Capr.in conſ.20.& dici nullum,eſt opin. ferè ab om-
nibus recepta, ſiue ante, ſiue poſt clericatum fuerit o-
nus fideicommiſſi impoſitum:Bero.conſ.73.col.3.ſub
nu.11.& ſeq.conſ.107. col.pen. num.31.lib.2. & plenè
Pariſ.conſ.109.in princ.lib.3.intellige,vt latiùs diſſer-
ui infrà lib.3.interp.3.dub.2.ſolu.vlt.ver.vlt.
Vigeſimò,conditio caſualis vel mixta appoſita in-
ſtitutioni factæ filio vel nepoti , reddit teſtamentum
111 nullum , & inualidum † per l. ſi pater. & ibi glo.&
Doctor. ita eſſe Commun. Opin. firmat & tenet Soc.
conſil.96.& conſilio ſequen. lib.3. niſi ſuſtineatur per
cla

cla.codicil.Ang.conſ. 54.Facti narratio.
Vigeſimoprimò, legatum vni parti vel ſectæ fa-
ctum ad æmulationem, & quod poſſet verti in perni-
ciem & damnum Reipub. non valet: à contrario ſen-
112 ſu,†tex.l.ſi quis à filio §.fi.de leg.1.vbi ponitur Barto.
Bald.& alij Doct.
Vigeſimoſecundò, inutile legatum eſt iuris, quod
113 morte teſtatoris extinguitur, † l. vxo. C.de lega.& l.
quod in rerum. §.1.& quod legatario non affert com-
modum.l.ſi autem.ff.eo. & l. Mæuius. §.debitor. & l.
ſequen.in princ.de leg.2.vt ſupra verſ.12.& eius quod
114 in rerum natura non eſt, † vt l.quidam hæredem. in
fi.de vi.trit.leg.
Vigeſimotertiò,non valet legatum ab hærede ipſo
115 ſibi præſtandum:† l.planè.§.ſi duobus.de lega. 1.cum
concord.alleg.per Pariſ.conſ.79.in princ. libr. 2. ratio
eſt impoſſibilitatis, quia obligatio perſonalis ex teſta-
mento deſcendens, non poteſt in eadem perſona acti-
uè & paſſiuè concurrere, vt adducit Fulgo. conſ.100.
Quidam A. verſ. in primo. refert & idem Pariſ. dicta
116 col.79.in prin.vbi & nu.31. †limitat,huiuſmodi lega-
tum hæredi fore præſtandum per fideicommiſſarium,
ad quem poſteà hæreditas eſſet reſtituenda, vt valeat,
vbi in teſtamento adeſſet cla. Omni modo meliori,&c.
de qua ſuperius dictum eſt.
Vigeſimoquartò, non tenet legatum, quantitate
non expreſſa,& abſq; culpa hæredis deficiente re, pro
117 qua ſit præſtandum pretium: † l.quidam teſtamen-
to.§.ſi tibi.& l. cum res. §.fi.l. Titiæ. §.1. de lega.1.& l.
vir vxori.& ibi declarat Bart.de dot.præleg.
Vigeſimoquintò, legatum à clerico factum concu-
118 binæ non valet.& applicatur fiſco.† Barto.in l.mulie-
rem.ff.de his quib.vt indi.Capr.conſi. 127.firmat, in
quocunque relinquente concubinæ, cum qua non
poſſet contrahere matrimonium, & in clerico, donan-
119 te concubinæ & inualide, † late tradit Dec. conſi.132.
& Aym.conſ.229.col.1.& ſequen.vbi,etiam ſi diceret,
ſe debere concubinæ pro pecuniis habitis, vel pro ſer-
uitiis etiam iuramento diſpoſitionem huiuſmodi pro
concubina non valere, defenditur, niſi debitum vel
120 ſeruitia aliter probentur, † Afflict.in deciſio. 102.al-
leg.in d. conſ.per Aym.
Vigeſimoſextò, inſtitutio hæredum eſt nullius mo-
menti, quando teſtator errauit in cauſa finali, cre-
dens hæredem coniunctum naturali vel legali coniun-
ctione: qui verò non eſt coniunctus validè, vt de eo,
121 quem credebat eſſe filium,& non eſt: text.†eſt in l. ſi
pater. & ſit in linea deſcendenti eſt error, & de eo,
quem credebat fratrem, & ſit in linea tranſuerſali.
tex.eſt in l.nec apud.C.de hæred.inſtit.& de eo, quem
credebat eſſe arrogatum vel adoptatum, & valide non
122 erat: tex † eſt in l. eam quam.C.de fideicommiſ.& in
123 l.ſeruo manumiſſo.ff.de cond. indeb. † vbi conditio
impoſſibilis, quam teſtator putabat poſſibilem, vi-
tiat diſpoſitionem teſtamentariam, & in his legibus
Doctor. tradunt & Bald. in l. quoties. in princip. ff.de
hæred. inſtit. & in conſilio 24. Statuto ciuitatis. lib.1.
& Angel. in conſilio 93. Viſis inſpectis. colum. 3.qui
loquitur etiam in Doctore, hæredem inſtituente fi-
lium arrogatum inualidè: ſequitur Iaſ. in l.neque.ad fi.
de teſtam. ſic error in filiatione reddit teſtamentum
nullum,per eadem & alia iura, vt tradit Bald.in conſil.
134.In primo teſtamento.ver. vel quia in dubio.libro
1.etiam ſi nepotes eſſent inſtituti ex filio naturali &
legitimo, quod eſſet falſum: Fulgoſ. conſilio 23. Sen-
gelpertus col.fin. verſ.ad ſecundum. facit Bald. conſi.
67.lib.1.& Barb.conſ.27.col.7.lib.1.& Corn.conſ.309.
124 col.2.lib.1.Idem,de errore in nomine patris,†Roman.
conſ.179.Ampliſſime.in princi.Idem inſtitutio eſt nul-
la de filio legitimato, cuius legitimatio ſit nulla, latè
probat Pariſ.conſilio 3.colum. 3.num.18. & ſequen.&
conſil.11.colum.3.num.14.lib.2.& Dec.conſilio 320.in
prin.& conſilio 453.in fin. Quod intelligendum eſt,ni-
ſi appareat de voluntate patris pro futura alia legitima-
125 tione validè fienda,vt ſubtiliter reſpondit†Dec.con-
ſilio 176.per totum.Idem de filio ſenis nato veriſimi-
liter, non ex ipſo ſene, inſtitutio non valet ab eo fa-
126 cta, vt erronea fuerit cauſa inſtitutionis:†Pariſ.conſ.
29.in fi.lib.2.Exinde vnum aduertendum eſt, quod
vbi deficit teſtamentum errore defuncti in coniun-
ctione perſonæ inſtitutæ valet pro venientibus ab in-
teſtato in tantum, vt teneantur ad præſtanda legata,
127 & fideicommiſſa,† per lect. Azo. omnes tenent in d.
128 l. eam quam. valet pro ſubſtituto † Capra conſilio 2.
in 7.Quæſi.num.20.id verum eſt, quando ſimpliciter
factum eſt legatum vel fideicommiſſum: ſecùs eſt, vbi
legatum nominatim factum eſt ab hærede ſic inualido
præſtandum, quia tunc legatum etiam non valet,
129 quod†probat Bald.in d.l.eam quam. colum 4.ſub nu.
15.verſ.& dicit glo.& quando aliâs ratione erroris vitia-
tur inſtitutio, vide Alexan. in l. ſi teſtamentum. ad fi.
C.de inſtit.& ſubſtit.
Vigeſimoſeptimò, non poteſt teſtator pro dilatio-
ne ſoluendi legatum dotis vxori, vel alicuius quanti-
tatis legatario mandare ſolui aliquid annuum, etiam
pro pœna, vel pro cauſa alimentorum, donec ceſſatū
fuerit ſolui legatum, quia vſuraria diſpoſitio eſt in to-
tum de iure canonico prohibita: & ſic in vltimis vo-
130 luntatibus nullo modo valet: †l.3.§.fin.de an.leg.&
ibi not.Bar & in l.2.de his quæ pœ. no.Petr.de Anch.
conſ.93.Verba teſtamenti. Rolan.à Vall. conſi.55.nu.
22.& ſequen. lib.2. Alexand. conſilio 27. colum.2.nu.
6.lib.4.& conſilio 74 .colum. penult. num. 6.lib.5.&
Barba.conſilio 66.colum.1.& ſequent.lib.2. & Socin.
conſilio 56.colum.1.lib.3.& Ruin.conſilio 53.numero
24.lib. 2.vbi tradunt non valere legatum viduæ de præ-
dio poſſidendo pro dote, & fructus non computentur
131 in ſortem, † & Paul.de Caſtr.conſ. 101. Quantum ad
tempus.li.1.vbi declarat,id procedere pro tempore poſt
mortem teſtatoris, ſed pro tempore decurſo in vita
teſtatoris, ſi mandat teſtator vltra ſortem aliquid ſolui
legatario,valet legatum,vt ibi per eum: valet quoque,
ſi alternatiue legat mille aut centum quolibet anno in
132 vita legatarij,†per Bald.in l.1.col.8.num.38.verſ.ter-
tio quæritur.C.de his quæ pœ.no.comprobat Soc.cōſ.
41.In præſenti conſultatione. col.5. lib.4. Valet etiam
legatum aliquid annuum ſoluendi pro aliquo legato,
quod intra tempus à teſtatore præfixum legatarius exi-
gere non poſſet.aliàs ſi exigere poteſt. & nō exigat,ſibi
133 imputetur,† & quid annuum ſoluendū ſapiēs vſuram
134 non debetur,†per alleg.deciſ.communiter approb.&
concord.collect.per Rebuf.in l.1.in glo.1.nu. 72.C. de
ſent.quæ pro eo.q.inter.& tradit Hier.Cagn.in l.cura-
bit.col.2.& ſeq.nu.8.cum ſeq. C.de act.empt.vbi alios
allegando, & per contraria articulum diſcutiendo, ita
cōcludit:& intellige,vt per Rip.in l.nemo poteſt.nu.23
de leg.1.& Alc.paradox.li.5.c.20.& idem declarat conſ.
8.In præſenti caſu dubitationem num.7. & ſequ.lib.1.
impreſ.Venetæ.
Vigeſimooctauò, ſicut non valet diſpoſitio teſtato-
135 ris contra ius: †l.nemo poteſt.de leg.1. & continens
136 præceptum nudum:†l.filiusfam.§.diui.eo. continens
quoque quid inhoneſtum vel illicitum, l. quædam.de
condi.inſtit. Ita non valet, quando non rationabilis,
vt quando ex facto alterius obligatio vel priuatio in-
137 duceretur: per text. † in l. paterfamil. teſtamento. ff.
de hæred.inſtit.& ibi not.Bart.Bald. Angel. Imo. & a-
lij.declarat Ruin.conſ.123.col.5.num.9. lib.2. vt dictū
eſt ſuprà



eſt ſuprà ea. dubit. 8.contra ius. Quomodo tamen e-
tiam vitiata priuatione valeat ipſa diſpoſitio ex capi-
138 te fideicommiſſi,† per l. cum ab vno. de legat.2.tra-
dit Bald.conſil.208.Punctus.Pater diligens,lib.5.Item,
non valet præceptum teſtatoris de vendendo rem im-
mobilem forenſi prohibito, per ſtatutum acquirere,
139 †Iaſ.plenè allegat in l.iuſtè.col.fin. ſub ver. quintò.
ff.de acquir.poſſeſſ.
Vigeſimononò,teſtator prohibere non poteſt ius
accreſcendi in hæreditate directè,vel indirectè,vt quid
140 factum contrà. † l.ius noſtrum.de Reg.Iur.quod te-
ſtator ipſe facere non poteſt, per d.l.nemo poteſt.tra-
dunt Deci. Cagn.& alij in d.l.ius noſtrum.Ripa in l.ſi
inſulam.col.14. ſub nu.60.de verb.oblig.Ang.Aret.in
tract.de teſta.in glo.57.in fi.& in glo.60.ita eſſe Com-
mun.opin.colligitur ex cōcordantibus,alleg.per Alex.
in l.quoties.colum.fin.C.de hæred.inſt.dicit Curt.Sen.
conſ.75.col.pen. Curt.Iun.conſ.112. num.1. & Dec.in
Rub.col.fin.& Hier.Cagn.in 7.euiden.nu.33.C.quan-
do non pet.par.ponit.& Viui.de Comm.Opin.in verſ.
filius inſtitutus.Quæ quidem concluſio limitatur, non
habere locum in legatis,& fideicommiſſis particulari-
bus,& in aliis.vt limitant Dec.& Cagnol.in d.l.ius no-
ſtrum.& Cagnol.in d.rub.col.fin.& Iaſ.conſil.8.col.8.
& conſil.61.col.pen.& fin.lib.3.& Bart.conſ.156.Ti-
tius maximè prohibendo ius accreſcendi per ſubſtitu-
tionem,quæ poſtea euaneſcat,& Aymo.in tract de an-
tiquit.temp.in quarta parte,ſub nu.71.verſ. ex quibus
vides. vbi concluſionem hanc declarare ſatagit, & na-
141 turalis æquitas etiam impedit ius accreſcendi,† per l.
planè.§.ſi coniunctim.de leg.1.tradit Bald. conſil.419.
Teſtator legauit.vltra med.verſic.præterea licet.lib.5.
& per Dur.de ar.teſtan.in tit.de lega.tit.6.in cau.15.vt
autem dicatur ius accreſcendi prohibitum per teſtato-
142 rem, oportet de hoc euidentiſſimè conſtare, † Ruin.
conſ.91.col.fin.num.15.lib.2.& Alex.conſ.162.col.fin.
ver.nec etiam prædictis.lib.2.& declara,vt per Ang. in
l.1.C.de teſtam.milit.& per Clar.in §.teſtamentum.in
quæſ.74.vide tamen,quādo iſto caſu poſſet agi contra
143 detinentem per denuntiationem Euangelicam, † vt
per Crot.in lege, re coniuncti. numero 174.de le. 3.&
Franch.in capite primo.colum.19.in 12.quæſt.de teſta.
in 6.ſequitur inferendo,quod de iure canonico teſtator
144 ius accreſcendi poteſt impedire, † Pariſ.conſ.69.col.
12.lib.2.
Trigeſimò, non valet teſtatoris præceptum, vt ſta-
ri debeat in perpetua ſocietate,vel communione, ſicut
145 tale pactum non valere, † per tex. in l.hoc iudicio.§.
ſi conueniat. ff.com. diuid. firmat Paul. de Caſt.in l. ſi
non ſortem. §. ſi centum. de cond.indeb. & ibi repro-
bata opin. Alexand. ſequitur Iaſ. in 2. colum. & prout
ſic tenet idem Alexand.conſ.29. col. penult. ſub ver.
in quantum autem. lib.5. & conſil. 110. col. 2. ver. pro
hoc etiam.lib.3.& Curt.Sen.con.53. col. 2. ver.& be-
ne facit. & Boer.deciſ.87. & plenè probat Socin. Iun.
in l. ſtipulationes non diuiduntur ſub numer.269. &
ſequent. de verborum obligat.valeat tamen, ne diui-
146 ſio fiat ad certum tempus, † vt habetur in dictis lo-
cis, & in dicto §. ſi conueniat. dummodò etiam com-
munio eſſet proficua, vt dicitur in text. dicto §.ſi con-
147 ueniat,ſic etiam valet ad vitā alicuius perſonæ. † Em-
man.Soar. in theſa. recep. ſent. in verſ. diuiſio. nume.
90. Rolan. à Val. conſ.84. col.2. lib.1. & hoc caſu in-
telligeretur communio ſeruanda quoad dominium,
non autem quoad fructus, & ius fruendi: quia de his
148 poſſet fieri diuiſio, alios allegando, † tradit Pariſ.
con. 69.col 4.num. 17.lib.2.& Socin.Iun.con.79.col.
2.numero 6.libro primo. Vbi atteſtatur ita eſſe veram
communem concluſionem, valeret etiam tale præce-
ptum, cum cauſa vel pœna ad fideicommiſſum indu-
149 cendum, vel per modum conditionis, † vt latè per
Ruin.conſil.134.& conſil.ſequ.lib.2. & Dur. in cau.8.
in fin. & per to. de arte teſtan.de var.præcep. tit.8. &
Curt.Iun.d.conſi.112.colum.1.& ſequen.& conſi.114.
col.3.& ſequent.ob clauſul.Omni modo meliori, &c.
& vt latè per Crot.in l.nemo poteſt.numero 134.& ſe-
quent.de leg.1.& ibi Ripa num.20. & Riminald. con-
ſilio 243. numero 69. lib.2. valeret etiam in aliquibus
150 bonis †Cur.Iun.conſil.111.in fin.poſſet tamen diuiſio
151 fieri de conſenſu prohibitorum,† Bald.conſil. 72.Fa-
ctum. ſuper quo.lib.2.&Iaſ.in conſilio 112.colum.pe-
nultima.verſic.item non obſtante. & Dur. Guald. in d.
152 ca.8. † niſi diuidentes ſint minores, & niſi ſit adiecta
applicanda aliis,vt ibi per eum: poſſet etiam fieri diui-
ſio contra tamen prohibitionem,quando eſſet proficua
153 minoribus,† Gram. in deciſ.7.
Trigeſimoprimò, pœna priuationis à teſtatore ap-
154 poſita non valet,quando eſt adiecta contra ius, † per
l. creditorem.ff. de oper. liber. ponit Bald. in l. prima.
col. 8. ſub num. 44. verſic. item concludendum. C.
de his,quæ pœn.no.& ibi per alios, & Ruin.conſil.20.
col.4. ſub num.5. lib. 2. & Paul. de Caſt. in l. Lucius.
155 §.tres. ff.ad Trebel.†vbi pœnæ infert appoſitionem nō
valere, quando præcedit præceptum impoſſibile de
iure,vel de facto, non debet etiam attendi præceptum
teſtatoris, quando tendit in euidens, & manifeſtum
156 damnum pupilli, † Aret. conſil.22. colum. penulti-
ma. cum concord. allega.per Aym. conſil.193. colum.
4.num.10.
Trigeſimoſecundò, non valet prohibitio, facta hæ-
redi vel legatario, ne inſtituat hæredem, etiam extra-
neum, veluti eius defectus talis ſit, qui à iure reiicitur
157 & reprobatur, † per l. quoties de condit. & demon-
ſtra. & l. prima.C.de his quæ pœn. no. vt ſingulariter
tradunt Io. de Ric. & alij Doct. Flor.inter conſil. An-
gel. conſ.57.D. Andrea.col. penult. allegando Iaſ. in
conſilio 142. col.penult. verſic. quinimò & tertiò.lib.
2.& conſil.164. col.penult.ver. bene facit. lib.4. & A-
lexand.conſil. 155. col.1.lib.2. & Curt.Iun. conſ. 160.
col.fi.numer.10. & quia conditio poteſt ſperni, quæ
vel ſpe præmij,vel metu pœnæ impedire poteſt liber-
158 tatem factionis teſtamenti. † ille autem.& ibi Glo.&
Doct.ff.de hæred. inſtit. & Bald. in d. l.1.col.8.verſic.
octauo quæritur.ſub num.45.quam concluſionem. nō
procedere in teſtatore diſponente, & ſic prohibente
cum iuſta & legitima cauſa, quia talis prohibitus erat
dilapidator, & prodigus, vel ſe reſtringente ad bona
159 ipſius teſtatoris, † reſpondit Iaſ.conſi.189.colum.3.&
ſeq.lib.2.& in l.filiusfam.§.diui.in 2. lect. col.22. ver-
ſic.& tenendo iſtam partem.de leg.1.
Trigeſimotertiò, in teſtamento declarare non po-
teſt teſtator aliquid, quod aliâs requirit præſentiam
160 partis,vel iuramenti præſtationem. † vt per Iaſ.conſ.
146.colum.penult.lib.2.&.Deci. conſilio 116. col.fin.
exinde eſt,non valere confeſſionem,factam in teſtamen
161 to parte abſente,vel non iuratam,† vt in princ.auth.
de iureiu.à mor. præſt.l.Aurelius. §.fin. de lib. leg. per
Bal.conſil.14.Antonius fecit teſtamentum ad fin.lib.2.
& Socin.conſil.294.verſic. ſecunda ratio eſt. li.11. Niſi
quod valeret talis confeſſio. quo ad indicium, etiam ſi
162 eſſet per teſtatorem reuocata,† ſecundum Bal.in l.1.
col.1.C.de fal. ca. per cap. cum dilectus. de ſucceſ. ab
inteſt.& ſic facit ſemiplenam probationem, ſicut alia
163 quælibet confeſſio, facta parte abſente,†dicit Socin.
in l.quibus diebus.§.qui dotalem in 2.not.cum ibi ſig-
na.in apoſtill. de condi.& demonſtr.& valeret, quo ad
declarandam mentem dubiam teſtatoris in præiudiciū
164 confitentis,& eius ſucceſſoris. † Ruin. conſil.147.ſub
numer

numer.9.lib.2.Verum etiam parte præſente valet con-
feſſio pro dote,vel donatione,vel alia cauſa in vim con
tractus, qui fieri poteſt etiam in actu teſtandi, & irre-
165 uocabilis † eſt, Gloſſ.Bart.& alij in l.hæredes palàm.§.
fin.de teſta.Oldra.conſil.114.Factum tale eſt.Quædam
mulier.Bald.conſil.488.In quodam teſtamento. lib.4.
Cum.conſ.61.Petrus hæres.Ab.conſil.85.num.2. lib.2.
Roman.conſil.171. & conſil.292. Socin.conſ.6.col.4.
verſ. circa tertiam. lib. 1. Alexand. conſil. 45.num 6.
lib.1.& Dec.conſ.293. colum.2. Ang.Aret. de teſta. in
gl.50.num.2.3. Quandoquidem vltima voluntas non
valeret, tamen contractus in ea factus valere poteſt,
166 quod dicit † Paul.de Caſtr.conſ.381.Primò videndum
eſt,col.1.ver.& poſito.lib.1. & hoc verum eſt, niſi con-
feſſio, ſeu contractus in teſtamento factus, ſit inter
167 perſonas ſuſpectas, † vt Bar. in l. cum quis dece-
dens.§.Titia.de leg. 3. Angel. conſil. 181.A.fecit teſta-
mentum. Roma. conſil. 44. col. 2. cum concord. aliis
cumul. per Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. donatione.
num.91.de reuocan.dona.vbi dicit, ſe credere, id eſſe
veriſſimum:hoc etiam procederet, quando huiuſmodi
168 confeſſio non eſſet erronea, † vt per Curt.Iun. conſi.
96.col.fin.& Soc.Iun.conſ.12.nu.1.& ſequent.lib.1.

Trigeſimoquartò, teſtator in datione tutelæ non
poteſt mutare ſeu alterare formam iuris, quin tutor
169 ſit datus perſonæ pupilli,& vniuerſitati rerum † vt l.
certarum.cum tribus ſequent. ff. de teſtam. tut. poteſt
tamen in matre tutrice filiis data mandare, quod non
poſſit adminiſtrare ſine conſilio, & conſenſu fratrum
170 ipſius teſtatoris, † vt concludit Bal. conſil.230. Viſo
teſtamento Gentilis. lib.4. allegat. ſupra verſ.7. in fi.
non poteſt etiam prohibere, quin mater non tranſiens
ad ſecunda vota per triennium penes ſe teneat filium,
171 † per cap.fin.cum glo.de conuer. in fid.tradit idem
Bald.conſi.126.Quidam Nobilis.lib.1.Nec poteſt pri-
uare matrem ſeu anormala tutela filiorum, non proui-
172 dendo de alio tutore:tradit † idem Bal.conſ.308.Te-
ſtator in teſtamento dedit.verſ. nam iſtud falſum eſt.li.
2.ea ratione,quia lex dat legitimam tutelam,non teſta-
tor:quia ergo eam non poteſt ſimpliciter adimere:vt l.
legitimos in prin.ff.de leg.tut.& miratur de Bar.qui de
hoc dubitauit, & velle contrarium videtur in l. miles.
§.ſexaginta.in fin.ff.de adult.dictum conſil. Bal.refert.
& ſequitur Dec.in l.fœminæ.num.18.de Reg.Iur.

Trigeſimoquintò, quia lex prohibet mulierem da-
173 ri tutricem pupillis: † l.fin. ff.de tut.& l. 1.C.quando
mul. off.tut. non poteſt etiam in teſtamento tutricem
non filiis & nepotibus mulierem, non matrem, non
174 auiam teſtator conſtituere, & minùs nuptam, † vt
in ſpecie reſpondit Grammat. conſi. ciuilium. conſil.
134.In themate propoſito. per d. l. fina. quæ loquitur
etiam in muliere tutrice data in teſtamento,vt ibi per
Gloſſ.& per l. iure noſtro. in princip. ff. de teſtam.tut.
quæ loquitur in matre etiam tutrice, in teſtamento
data, & hoc procedit de iure antiquo. ff.per d. l. fin. &
d.l.iure noſtro. hac ratione: quia virile officium eſt,
& munus maſculorum, d.l.fin. & l. tutela. ff.eo. de tu-
tel.& in l.fœminæ.de Reg.Iur.& per Socin.conſi. 20.
col. 4. verſic.nec opitulari. lib. 1.de iure autem no-
uo & nouiſſimo, ſecùs eſt in matre & auia, quæ poſ-
ſunt conſtitui tutrices, & dari per teſtatorem, & iudi-
cem, ſi volunt,conditione appoſita, Si coram iudice
nuptiis aliis & auxilio Sen. conſ. Vel renuntiauerint:
175 auth.matri & auiæ.C.eo. † quan.mul.off.tu.& in Cor-
pore authen.de hæred. ab inteſta. §. ex his autem. ibi,
*mulieres enim etiam nos*, &c. ita Commun. Opinio
eſt Legiſtarum & Canoniſtarum, quod mater vel a-
uia poteſt in teſtamento dari tutrix, & deputari, dicit
Abb.in cap.ex parte M. col. 3. ver. vlterius dubitatur.
extra de appel. & erit teſtamentaria voluntaria, dicit
Bart.in l.ſi quis ſub conditione.col.4.ver. quæro, quid
ſi mater.num. 14. ff.de teſta. tut. Ideò ſi voluerit tutelā
ſibi datam ſuſcipere. neceſſe eſt, conditionem impo-
ſitam à lege per eam adimpleri, renuntiando aliis nu-
176 ptiis, & Sén. conſ. Vel. † ſecundum Bart.in d.auth.
matri & auiæ.col.pen.ver.quæro, quid ſi mater. num.
17. & ibi Angel. col. 2.approbat Anton. de Butr.in di.
cap.ex parte M.col.2.in fin.vbi dicit, quod poterit eſ-
ſe tutrix in teſtamento dato ſeruata ſolennitate, cum
qua leges admittunt: & ibidem Abb. dicit, quod tu-
tela ſibi decreta eſt in ſuſpenſo,donec ſeruauerit ſolen-
nitatem contentam in d.authen. matri & auiæ quia ſo-
lennitas debet præcedere actum. Sed dubium eſt, ſi
teſtator faciat eam tutricem, etiam tranſeuntem ad
alias nuptias, vel quod ſalua ſibi tutela poſſit tranſire
ad ſecunda vota, an denuò nupta tutrix remaneat:
Bald.in d.cap.ex parte M. col. 2.reſpondit, remanere
tutricem,per text.in §.diſponat.in aut. de nupt. & ibi
ſequitur Franc.in 2.not. & late comprobat Goz.conſ.
18.ea præcipuè ratione,quod ſuſpicio matris in pupil-
lum tranſeuntis ad ſecunda vota remota ſit per teſta-
torem, per aliqua ſimilia,ibi per eum alleg. Quæ mi-
hi non placent, & non videntur ſoluere præſentem
dubitationem: quæ quidem in hoc videtur conſiſte-
re,an teſtator dando vxorem tutricem filiis commu-
nibus poſſit remouere conditionem hanc à lege no-
uiſſima impoſitam, ſi renuntiauerit aliis nuptiis, &c.
prout mulier tutrix etiam teſtamentaria renuntiare
tenetur: vt tenent Bart.Ang. Anton. de Butr. & Abb.
in locis ſuprà alleg. credo non poſſe. quia extat pro-
hibitio antiqui iuris, ne mater teſtamento poſſit tu-
trix filiorum conſtitui, nec ſententia iudicis confir-
mari, per text.in d.l. iure noſtro, quæ remanet firma
in eo, quo non reperitur correcta: l.præcipuus,in fin.
C.de appel.cum ſimil.reperitur autem correcta in ma-
tre & auia, conditione appoſita à lege, Si renunciaue-
rint,& c. quæ conditio legis dicitur continere non le-
uem ſolennitatem, & oportere, quod exiſtat,& ſic eſt
pro forma actus, ſecundum Bald. d. auth. matri & a-
uiæ.ſub nu.3. ſequitur Felin. in c. cum dilecta. col.6.
ver.ſecundum ſignum. de reſcrip. & per Iaſ. conſi.42.
col.2.ver.quartò facit.lib.3.& per Affli. in deciſ.38.nu.
5.Aym. conſ.265.ante nu.6.& Tiraq. de retract. tit.1.
§.1.glo.21.nu.13.Quæ forma & ſolennitas quando lex
expreſſè relaxari non permittit, non poteſt per homi-
177 nem mutari, per ſæpe alleg. † nemo poteſt. de legat.
1.& l.quidam decedens. in princ. ff. de adminiſtr. tut.
tradit Felin. in d.c. cum dilecta. col. 6. & col. 10.verſi.
amplia quintò.& dicitur forma non ſeruari, ſi fiat con-
178 trà, præter, vel vltrà, † vt ibidem per Felin.colum.9.
ver. amplia primò & ſic tollitur reſponſio Goz. in d.
conſ.18.ad fin.nu.18. ad d. l.nemo poteſt. quod ſic te-
ſtator diſponendo non faciat contra legem, ſed præ-
ter,cum & id fieri non poſſit contra formam à lege da-
tam,vbi enim lex diſponit, hominis diſpoſitio ceſſat,
per quam impediretur vel deſtrueretur legalis diſpo-
ſitio: not.Bal.in auth.hoc locum. C.de ſecund. nupt.
& quando lex vult vnum, & teſtator diſponit aliud,
179 ſtandum eſt legi aliter diſponenti, † vt in ſpecie re-
ſpondit,& alia adducit pro hac parte Grammat. in d.
conſil.134.numer.5.Pendente ergo dicta conditione
legis corrigentis, perinde eſt,ac ſi d.l. iure noſtro. non
eſſet correcta: argum.l.pecuniam.ibi,perinde eſt enim.
ſi.cer.pe.cum not. ibi per docto. vt interim tutela ma-
tri teſtamento patris fruſtrà data ſit, per d. l. iure no-
ſtro. Cum & ergo teſtator non poſſit dictam formam
& ſolennitatem mutare, & ea ſeruata mater tutrix te-
ſtamentaria tutelam ſuſceperit, ea nubente, finitur tu-
tela





tela ipſo iure, per text.in auth. ſacramenta. vt ibi per
Bart. & alios. C. quando mul. & in auth. eiſdem pœ-
nis.C.de ſecund. nupt. Quam iuris diſpoſitionem te-
ſtator mandando matrem nuptam durare in tutela,
ſimiliter mutare non poteſt, per alleg. deci. vt etiam
iudex non poſſet mutare. Aym.conſ.18.num.1.& conſ.
193.col. pen.nu.14.Factum iudicis,& factum teſtatoris
180 æquiparantur.not. † Bar.in l.centeſimis.§.fi.col.fi.de
verb.oblig.plus etiam in aliquibus poteſt iudex, quàm
teſtator: Paul.de Caſtr. conſil.131. Videtur dicendum.
col.fin.lib. 1.non obſtat text.in d.§. diſponat, alleg.per
Bald.in d.cap.ex.parte M.quia ſecum affert reſponſio-
nem,dum vbi dicit,vt dignum eſt.& gloſſ.exponit id eſt,
ſecundum leges & bonos mores,aliâs non valeret:nam
in matre nupta non ſolum viget ratio ſuſpicionis dila-
pidationis bonorum filij ob nouum maritum per l. lex
quæ.verſ.penul. C.de adminiſtr.tut.quæ ceſſat per ap-
probationem patris teſtatoris: vt Goz.reſpicit in dicto
conſil. 18. ſub nu. 17. Sed etiam aliæ concurrunt ra-
tiones, quæ triplices ſunt: primò,ratione morum in-
honeſtorum: ſecundò, ratione mutatæ affectionis in
liberos: tertiò, ratione præſumptæ dilapidationis: vt
probat Corn. conſil. 113. col. fin. lib.4.ſequitur Boer.
in deciſ.226. in princ. idem probat Aymo d. conſ.18.
num.1. Quæ ideo aliæ rationes militant, vt teſtatoris
huiuſmodi diſpoſitio contra bonos & inhoneſtos mo-
res non valeat, per alleg.ſup.verſic.ſecundò, quodcun-
que,& verſic.nonò contra. ita ſufficiunt ad impedien-
dum, argum. §. affinitatis. Inſti. de nupt. vt verè apud
graues viros, & quoſcunque ſani capitis quid inſipi-
dum, inhoneſtum, & ineptum paſſim reputabitur.
tutelam filiorum paruulorum teſtamento patris eſſe
conceſſam, matri etiam ad alias conuolanti nuptiais
idque veriùs, & tenendum arbitror, vt ſic etiam in
terminis conſuluit Ruin.conſ.87.lib.5.

Trigeſimoſextò, præmiſſa ratione,quòd contra bo-
nos mores teſtatoris diſpoſitio non valet,ſoluitur quæ-
ſtio quòd legatum vxori factum à marito,ſi ſtatim vi-
ro ipſo teſtatore mortuo,& ſic infrà annum luctus nu-
bat non tenet de iure ciuili:de iure canonico ſecùs vt
per Couar.in epit.de matr.par.2.cap.39.num.4.& ſeq.
Gabri.Roman.de commun.concluſ.lib.4 tit.de ſecun.
181 nupt.concluſ.5.in prin.& num.5.vbi de commun. † &
ſecùs eſt,ſi concedatur per teſtatorem, vxorem iterum
nubere:& nubat extra annum luctus,quia legatum va-
let,& ceſſant p næ l.fœminę.C.de ſecund.nupt.vt la-
tè firmat Rom.conſil.218.Ex themate & ſingul.248. &
Iaſ.in l.filium col.6.nu.13.C.famil.erciſ.& in l.ambi-
guitates.verſic.limita tamen.C.de indic.vidu.tol.& ceſ
ſat pœna ſtatuti prohibentis vxorē poſſe habere vſum-
fructum relictorum à marito poſt ſecundas nuptias:
182 † Bald.conſ.336. Iuxta caſum lib.1.cum concord. ad
hoc alleg.& cumul.per Anton.Gabr.Roman.in concl.
1.nu.29.tit.de ſecun.nupt.lib.3. de Commun.Opin.&
Cephal.conſil.59.num.7.& conſ.123.& Alex.de Nouo,
conſ.4.nu.1.licet contrarium teneat Boer.in quæſt 185.
nu.27.ſi per primum maritum data ſit licentia nuben-
di,quòd poſſit nubere etiam intra annum luctus, vide
& Guald.de teſtam.titu.de lega. cau.18.nu.4. non va-
let enim, quod ſcriptum eſt in teſtamento contra ius
183 vel bonos mores, † text.in l.ſi quis inquilinos.§.penul.
de leg.1

Trigeſimoſeptimò, verè probatur per inſtrumen-
tum vel teſtes,& aliter, quàm per teſtamentum, teſta-
mentóque ipſo relicta non poteſt diſponi, quod tar-
diùs, vel ex fructibus, vel aliter quàm diſpoſitum ſibi
184 de Iure Communi, ſoluant: † l.ex facto reſpondit
Paul.de Caſtr.conſil. 294.In cauſa, quæ vertitur.col.
1.lib.2.

Trigeſimooctauò, ſine cauſa non poteſt teſtator
impedire hæredem inſtitutum, ne ſe immiſceat ad mi-
niſtrationi bonorum hæreditariorum, ante quàm le-
gata & alia in teſtamento diſpoſita fuerint executio-
ni mandata per executorem deputatum, ex pluribus
185 rationibus, † tradit Petr. de Anchar.conſi.47.Pro cla-
riori deciſ.quia adminiſtratio bonorū, quæ iure munici
pali vel communi competit hęredi effecto domino per
aditionē hæreditatis,nō poteſt interdici per teſtatorem
ſine confirmatione iudicis quia hæres dominium habet
à teſtatore,ſed adminiſtrationem à lege,quæ ei non po-
teſt auferri:per l.penul ff. de pact.& per alia not. com-
probat Paul.de Caſtr.conſil.131.Videtur dicendum.lib.
1.& pro hoc etiam non valet appoſitio pœnæ à teſta-
186 tore facta, † vt defendit Anch.d.con.47.comprobato
per dictum Dominum Paul.de Caſtr. conſil.131.vt ge-
nerale eſt, approbationem perfecto inualido, teſta-
187 tore factam non valere: † Bartol. in l. 1.ff.de his, quæ
pœn.no. Bald.in l.1.nu.44.C.eo.Pariter aditio hæredi-
188 tatis nō poteſt à teſtatore remitti † Bart.in l.hęredis.ff.
quando di.leg.ced.& non poteſt facere, quod ille, qui
189 fuit hæres,non ſit vel non fuerit hæres, † Calda.conſil.
9.tit de teſtamen.

Trigeſimononò, quod ſæpius ſolent teſtatores ap-
ponere cōditionem ſeu modum, vt hæres vel legata-
rius habitet in certo loco,niſi tendat id ad commodum,
putà filiorum, vt infringens libertatem, & contra v-
190 tilitatem publicā non valet, † vt l.Titio centum.§.Ti
tio centum relicta.de cond. & demonſt. & ibi Doct. &
Bart. in l. libertis. §. fi. de alim.lega. & in conſil. 184.
Domina Nuta.plures caſus tendentes contra liberta-
tem hominis & contrariam diſpoſitionem non vale-
re,vide per Paul. de Caſtr. in conſ. 144. Pactum iſtud.
lib.2. & non valet modus impoſitus puellæ ſubſtitu-
tæ,vt monaſterium ingrediatur, nec conditio,quæ vi-
191 duitatem inducit, † tradit Bart.d.conſil.184.

Quadrageſimò, teſtatores quoque ſæpe faciunt exe-
cutorem ſeu fideicommiſſarium talem: & ſi noluerit,
vel non potuerit ipſe exequi, quod facere & ſubſti-
tuere poſſit alium fideicommiſſarium arbitrio ſuo:
talis autem diſpoſitio non valet, vti captatoria &
192 incerta: † Bartol. & alij in l.quidam. de rebus dub.
Bal.in l. captatorias. & ibi Roman.C.de teſta. mil.
& Bal.in l.& in epiſtola.ver.pen.C.de fideicomm.

Quadrageſimoprmò, pone, teſtator habens filium
ſeu filiam, volentem ingredi religionem, idque diſ-
pliceat patri, vel in monaſterio, nondum facta pro-
feſſione eum vel eam hæredem inſtituit, vel reliquit,
ſi non fiat Monachus vel non ſteterit in religione,non
valet quidem huiuſmodi conditio,& reiicitur, vt con-
193 tra religionem & votum caſtitatis: † ſed & hoc præ-
ſentit in authen.de ſanct.epiſc. & in c.in præſentia. de
proba.tradit Paul de Caſt.conſ.336.In hac ſubſtitutio-
ne.nu.2.lib.1.cum concord.alleg.per Deci.conſil.674.
Secus eſſet,vbi priuatio, vel ademptio relictorum reſ-
piceret Monachum iam profeſſum, demum appareret
teſtatorem nolle dare Monacho,& acquiri monaſterio,
194 tūc valeret & obſeruaretur huiuſmodi diſpoſitio, † vt
declarat Paul.de Caſtr.dicto conſil.336.& Pariſ.22.col.
2.lib.3.& Ruin.conſ.98.col.8.ſub nu.21.lib.2.

Quadrageſimoſecundò,teſtator non poteſt in teſta-
mento annullare donationem alij factam vel fiendam,
ſeu contractum cum alio,ne ſequatur deceptio aliorum
& quia legis eſt, & Principis annullare actum,& teſta-
tor non poteſt facere,quod leges in ſuis actibus non ha-
195 beant locum, per d.l.nemo poteſt, de leg. 1. † Re-
ſpondit Paul.de Caſtr. conſil.339. Dico,non obſtante.
col.2.ver.tertiò prædictis lib.1.

Quadrageſimotertiò, quoniam tranſiens. ad ſecun-

da vota teſtator vel teſtatrix habens liberos ex primo
matrimonio liberè,& ad plenum, non poteſt diſponere
in gratiam ſecundæ coniugis,vel eius filiorum:de his.i-
196 gitur accedẽdum eſt † ad l.hac edictali.& Docto.ibi.C.
de ſecund.nup.& Bald.conſil. 263. Secundæ vxori. lib.
3.& conſil.16.Quidam medicus. lib.5. & Ioan.de Ana.
conſil.67.& Aymo.conſil. 142.col.1.& conſil. 193.col.
4.& conſil.ſequ.& conſil.40.in fi. & Crem. in ſingul.
197 88.dicit,d.l.non procedere in filiis vulgò conceptis,†
& Tiraquel. in l. ſi vnquam. verſic. ſuſceperit. num.
107.in fin. de reuoc. donat. dicit eandem deciſionem
198 non habere locum in filiis à ſucceſſione excluſis,† ex
Fulg.conſil.97.Anton.Corn.conſ.51.lib.4.

Quadrageſimoquartò pro validitate teſtamenti non
ſolùm filius non debet præteriri, ſed etiam patri & ma-
tri debet aliquid iure inſtitutionis relinqui, aliâs teſta-
mentum non valet,niſi quatenus pro clauſula codicil.
199 ſuſtinetur, † vt per Bald.conſil.86.Veritas eſt lib.4.&
Capr.conſ.30.col.1.Hoc verum eſt,niſi teſtator habeat
filios,quos hæredes inſtituit,quia tunc præteritio matris
200 non reddit teſtamentum nullum,† Bart.conſil.215.An
ſi teſtamentum.

Quadrageſimoquintò,teſtamentum eius,cuius bona
201 ſunt confiſcata ipſo iure,de his non valet:per not.† tra-
dit Bal.in au.inceſtas in fi.C.de inceſt.nupt.refert & a-
lios,ac ſequitur Tiraq.in l.ſi vnquam.in ver.reuertatur
nume.331.de reuo.dona.

## LIB. II. INTERPR. III. DVBIT. I.

TERTIA ſequitur interpretatio circa ſcripturam & verba vltimarum voluntatum,quorum vtrumque ad oſtendendam,conſeruandam, manifeſtandámque nobis quãcunque hominum diſpoſitionem,tam, valdè neceſſarium eſt,vt meritò hac etiam in re noſtra id dici poſſit, ſine ipſis factum eſt nihil,ad alia non digrediatur,teſtamentum in ſcriptis conditum ſine ſcriptura vtique nihil eſſet,nuncupatiuum,omniſque alia vltima voluntas ſine inſtrumento Notarij, vel ſine publica ſcriptura de teſtium depoſitionibus confecta de facili è memoria hominum aufugeret, ac deficeret.Verba quoq; ea ſunt,quæ dum ex ore hominum emittuntur manifeſtum audientibus de eo,quod velint homines,faciunt, in corde autem vel in animo retenta nihil operantur, omittam pro his,quæ vulgo ſolent allegari.

Proinde duas proponam dubitationes, vnam in ſcriptura & ex ſcriptura ipſa declaranda,interpretando ſcripturam, ſic proſequitur, vt fideicommiſſum vtile fiat: Iuriſc.in l.Titia cum teſtamento: §.Lucius.in fi.de leg. 2.& Bald.conſil.336.amplius ſecundum. col. fi.verſic. aut dubitatum.lib.3.dicit, primò recurrendum eſſe ad ſcripturam, quæ eſt optima interpres mentis humanæ, alteram in verbis pariter ex verbis ipſis diſſoluendam, licet ſimul explicari poſſent,& vna in alteram quandoque incidat,quodque vni tribuitur,alteri quoque conuenire poſſet,tamen pro commodiori interpretatione ſic viſum eſt bipartiri.

Prima dubitatio itaque in ſcriptura, & quomodo ex ſcriptura reddatur certa.

Secunda in verbis, & quomodo ex verbis clara fiat.

### SOLVITVR.

*1 Per inſpectionem ſcripturæ non intelligibilis,cancellatæ, ignotæ,priuatæ,ineptæ, peccantis in Grammatica, imperfectæ,habentis verba ſuperflua.*

*2 Per rationem recti ſermonis.*

*3 In parte negatiua, vel affirmatiua, inſpiciendo ipſius ſcripturæ ordinem,contextum, præfationem, precedentia, media,ſequentia,partem aliam ab alia parte copulatã, alternatiuam,aut disiunctam, à ſufficienti partium enumeratione, negatiuas illatas teſtator non dixit, non expreſsit,non apparet,omiſit clauſulas finales, eiuſdem ſcripturæ vltima vel nouiſsima.*

### SVMMARIVM.

*1 Scriptura teſtamenti,quæ legi non poteſt,non valet.*
*2 Idem,ſi non poteſt intelligi,& eſt,ac ſi non eſſet facta.*
*3 Et attenditur,quod in ea veriſimiliter dicere debet.*
*4 Legi autem dicitur,quod oculis perſpicitur.*
*Vel quod extra ſcripturam ipſam intellectu percipitur, ibi.*
*5 Scriptura intelligitur, & legitur, quando oculi vident, quæ ſunt ſcripta,& intellectu percipitur,quod per ipſam ſignificatur.*
*6 Loquitur ſcriptura, quod apparet in ea ſcriptum.*
*7 Scriptura teſtamenti præſumitur cancellata in continenti tempore conditi teſtamenti.*
*8 Et præſumitur conſultò factum, iuſſu & de voluntate teſtatoris.*
*9 Limita,niſi eſſet penes perſonam ſuſpectam.*
*10 Limita,niſi eſſet ſola manu Notarij cancellata.*
*11 Limita, quando perſona, penes quam eſſet teſtamentum cancellatum,eſſet teſtatoris domeſtica, & in ſui fauorem cancellatio eſſet.*
*12 Falſitatis ſuſpicio magis tenetur in teſtamentis, quam in cæteris.*
*13 Scriptura ignota recognoſci debet per eum,quia eam ſcripſit.*
*Vel comparatione probari.*
*15 Vel legalitate,ſi eſt de longinquo.*
*Marſil.in d.l.ſi quis.num.179.& ſequen.ff.de quæſtio.Bellamera deciſ.540 Lanfr.de Oria.de fide inſtrum. num. 7.Alexan.conſil.98.in 6.vol.Papi.in forma libelli opponendi contra inſtrumentum in ver.tum quia eſt abſurdum.num.2.& in ver.Non fuit, nec eſt publicus Notarius. vide inter conſilia Portij pag.382. Socin.Iun.conſ. 36.in 2.*
*16 Et de fide ſcripturæ conſtare debet.*
*17 Scriptura carens debitis ſolennitatibus dicitur priuata, quæ eſt triplex,pete exempla,vt hic.*
*18 Scriptura teſtamenti, continens vltimam voluntatem, priuata, vt ſuum habeat probationis ſupplementum, requirit examinationem & publicationem coram iudice.*
*19 Examinatis ſcilicet teſtibus numero ſufficienti pro veritate habenda in ea contentorum.*
*20 Scriptura priuata abſque teſtibus nocet ſcribenti & eius hæredi. Et dicitur priuata,etiam ſcripta manu publica abſque ſolennibus, & non rogatur Notarius, vt Notarius.*
*21 Quæ non probat,nec in poſſeſſorio,nec petitorio*
*22 Etiam ſcripta à Plebano.*
*23 Vel alio,qui faciat ſe Notarium,ſed non apparet.*
*24 Scriptura non caret ſolennibus,ſi habeat ſufficientem teſtium numerum, ſignum Notarij, & quod fuerit lecta & publicata coram teſtibus,& amplius,vt ibi remiſsiuè videre liget.*
*25 Quid de ſcriptura teſtamenti ab ipſo teſtatore ſcripta,ibi.*
*26 Teſtamentum peccans in Grammatica, vel falſa latinitate,dummodo non aduerſetur voluntati teſtatoris,& voluntas teſtatoris percipiatur,nõ officit quibuſcunque*
*27 Teſtamentum non vitiatur propter latinitatem malam. etiam quod pro parte ſic factum in literali ſermone,& pro alia parte in vulgari loquela, item pro parte in Græco,& pro parte in Latino.*





*28 Leges non ſubiacent Priſciano.*
*29 Grammatica ars eſt,conſiderare voces,non ſenſus,ſed lex conſiderat ſenſus.*
*30 Mens eſt potentior,quàm vox dicentis.*
*31 Tenendum eſt,ſecundum quod eſt credibile,per teſtatorem fuiſſe cogitatum.*
*32 Scriptura ita abbreuiata,verbis mutilatis aliis omiſsis, ac imperfecta,vt deprehendi nequeat, quid intenderit teſtator,nihil operatur.*
*33 Amplia in diſpoſitione teſtatoris,ſi ex tribus duo verba deſint,vitiari diſpoſitionem.*
*34 Amplia in impertinenti locutione,quæ rem in mente conceptam facit non valere.*
*35 Vnica ſiquidem,non plures tolluntur ſuppletiones.*
*36 Litera non habens figuram, non quid dicat,ſed quid veriſimiliter debet dicere curandum.*
*37 Plus dictũ quam ſcriptũ intelligitur,& attenditur,ex verbis abbreuiatis, vel omiſsis,quæ ſunt expreſſa dant intellectum,quid teſtator intenderit,& hoc ſeruandum.*
*38 Teſtatoris ſupplere dictum, ne quid ineptè dixiſſe cenſeatur.*
*39 Suppletio multiplex eſt.*
*Ex natura.*
*Ex natura orationis.*
*Ex natura relationis.*
*Ex natura breuilocutionis.*
*Ex natura conſuetudinis.*
*Ex natura iuris.*
*40 Ex qualitate rei.*
*41 Amplia ſupra dicta, quando imperfectio reſpicit quædam accidentia ad demonſtrationem, ſecùs, ſi reſpiciat perſonæ defectum,quod ea non exiſtat,cui datum intelligi poſsit.*
*42 Eſſe vtique debet,cui detur.*
*43 Nec extrinſecus à iure ſuppletur perſona.*
*44 Scriptura dicitur imperfecta, quando aliquo modo eſt incerta.*
*45 Scriptura contraria voluntati teſtatoris, vel ea carens, non curatur.*
*46 Scripturæ ſtandum eſt in dubio, etiamſi aliter actum ſit, de quo non conſtet.*
*47 Scriptura teſtamenti apparens ſuperflua abundantibus, & nimis amplis verbis compoſita,nõ vitiat principalem diſpoſitionem, ſed eam magis facit manifeſtam.*
*Et declarant materiam, dummodo ſuperfluitas formam non deſtruat actus,ac nimiã fraudis inducat cautelam, dolive ſuſpectam.*
*48 Limita,vt hic.*
*49 Superfluitas verborum euitari debet, & fieri interpretatio,vt ſemper ceſſet.*
*50 Et detrahitur quod materialiter & ſuperfluè poſitum videtur.*
*51 Limita, quando aliter fieri non poteſt ſuperfluitas,vt valeat adimplendam diſpoſitionem.*
*52 Non ad eam impugnandam teſtatoris voluntatem, quia tunc vana eſt.*
*53 Dictio vulgariter appoſita ſubſtitutioni factæ alicui,poſtquam hæres erit,nihil facit.*
*54 Superfluæ enuntiationes non mutant rei veritatem.*
*55 Verba ex abundanti poſita,nihil proficiunt.*
*56 Et cum nihil important,videntur appoſitæ ex conſuetudine Notariorum.*
*Vel animo iocandi.*
*57 Vel quòd oſtendant loquentem non ſanæ mentis.*
*58 Scriptura diuerſa teſtamenti de eodem,eadem,die confecta,& ab eodem,quænam ſit attendenda.*
*59 Superfluitas quando noceat,vel ne, hic remiſsiuè.*
*Et bona cauſſa fuſius in tracta. de argumentis, in argumento à ſuperfluis.*

### SOLVTIO II.

IN ſcriptura poteſt accidere dubitatio
multifariè, multiſque modis, vel quod
legi,vel quod intelligi non poteſt, vel
quod ſit ignota, vel quod debitis ca-
reat ſolennitatibus, vel quod ſit ine-
ptè & perperam compoſita. Ad hæc ſingula explican-
da,dicendum eſt primùm, quod ſcriptura, & quæ le-
1 gi non poteſt,non valet. † vt l.1.ff. ſi tab. teſta. ext. Et
quæ non poteſt intelligi quid ſignificat, nihil opera-
2 tur,& perinde habetur, ac ſi facta non eſſet: † l. 2. de
his,quæ pro non ſcript.hab.& Bald. in l.fin. col. ante-
pen. ſub nu.35. verſi. nimiè autem. C.de hæred. inſt.
in hoc attendendum eſt, quod debeat dicere veriſi-
3 militer,† Bald.in conſil.196.colum.fin.in princi.lib.4.
Poteſt autẽ legi vbi oculis perſpiciuntur, quæ ſcripta
ſunt,& intelligi, vbi quid extra ſcripturam ipſam intel-
4 lectu percipitur,† vt l.1.§.legi autem.de his quæ in teſt.
delen.per Dec.& Cagno.in l.quo tutela.§.quę in teſta-
mento.de Reg.Iur.Ita ſimul legitur & intelligitur ſcri
ptura,quãdo oculi vident,quę ſcripta ſunt,& intellectus
5 perpendit,quæ per ipſam ſcripturam ſignificãtur: † vt
not.Angel.in auth.de tabel.col.1.ſcripturam loqui illud
6 quod apparet in ea ſcriptum,† & facit text.in l.vnum.§.
ſi omiſſa.& in l.cum pater.§.cum imperfecta. de leg.2.
quando; etiam ſcriptum plus ſignificat,quàm loquatur:
Bald.in l.fin.colum.7. verſic. modò venio. nu.36.de e-
dic.di.Ad.tol.Sed poſſet quandoque eſſe ſcriptura teſta-
menti cancellata, interlineata, deleta vel apoſtillata:
quia de hoc ſuprà,eodem libr.interpret.1.dubit.2.verſi.
præterea quoniam ſæpè tractaui.ideo cum acciderit du
bitari de his,illuc reuertere:adde tamen,quod vbi repe-
ritur ſcriptura teſtamenti cancellata,præſumitur id fa-
ctum incontinenti tempore conditi teſtamenti, & non
7 ex interuallo,† Bald. in l. noſtram. col.2. verſicul. ſed
nunquid.C.de teſta.& in l.1.in fin.ff.de his,quæ in teſta.
delen.quod dicit eſſe notandum, & ſequitur Imol. in l.
proximè. in fin. ff. eo. & præſumitur factum conſulto,
8 iuſſu & de voluntate teſtatoris,† Alexand.conſil.14.Viſis
& conſideratis.col.3.verſi.quartò confirmatur.libr.6.&
conſi.104.Stantibus.col.2.verſ.quintò,quia.lib.7.Aym.
conſil.228.ad fin.quod fortè poſſet limitari in perſona,
penes quam reperitur teſtamentum ſic cancellatum,
6 eſſet valde ſuſpecta†: arg.l. primæ.§.ſed ne.C.de Lat.
liber.tol.dicit Imol.in d. l. proximè.ad fin. ſequitur &
intelligit Alexand.in l.ſi vnus colum.penul.C.de teſta.
10 Et quando cancellatio eſſet manu ſolius Notarij, † vt
not. declarat Angel. conſilio 346. Titius. & quando
perſona, penes quem reperitur teſtamentum, eſſet
teſtatoris domeſtica, & ad fauorem ipſius domeſticæ
perſonæ tenderet illa cancellatio: quam diſtinctionem
11 & limitationem † reprobat Iaſo.in d.l.ſi vnus.numero
nono. quod imò teſtamento non reperto penes teſta-
torem, ſed penes tertium cancellatio præſumitur facta
per eum,penes quem reperitur teſtamentum.per l ma-
iorem.& ibi gloſſ. Cyn. Bald. & Salyc.C.de falſ. & ita
dicit eſſe tenendum, quod maximè verius videtur, in
teſtamentis pronior, & magis timenda eſt ſuſpicio fal-
12 ſitatis: † l.fi.C.de fideicom.l.iubemus.in fin.de teſtam.
idem videtur ſentire Felyn.in cap.coram,col.pen.verſ.
limita.ſecundò.de offic.de legat.

Secundò,vbi ſcriptura teſtamenti eſſet ignota, de-
13 bet recognoſci per eum,qui eam ſcripſit, † vt §.1.& §.
in his verò in auth.de inſtr.cau.& fin. & l.ſi quis Decu-
rio.& ibi Cyn. Bar. & Bald.C.de fal. & in l. ſcripturas.
qui pot.in pign.hab.vel probari per legitimam compa-
14 rationem,† Bald.in l.fin.colum.3.in 5.oppoſi.num.20.
de edic.di.Adrian.tol.Alex. d.conſ.14. col.4.ſub verſ.

ſexto.quod intellige,vt per Ruin.conſ.11.col.3.nu.7.li-
br.3.& cōſ.ſeq.col.4.vel ſi venit ſcriptura ex alia pro-
uincia de ſcribente.& eius fide conſueuit haberi cogni
15 tio per teſtimoniales ſuperiorum illius prouinciæ. †
Boer. in deciſ. 154. nu. 4. & 6. cum aliis allega.ſuprà
eo.libr.interpret.1. dubit. 2.verſic. poſtremò quia, &
per Marſi. in 5. ſi quis, ne quæſtio. num.172. verſ.alius
etiam modus. de quæſt. vbi dicit, quod ita practica-
tur.per totam Italiam, imo quaſi per totum orbem,
& ibi ſub nu.160.&174.idem tenet,quando produce-
ns ſcripturam maximè eſt perſona bonæ famæ non ſo-
lita committere falſitates,& ſic reprobat opini.Paul.de
Caſtr.in conſil.394. Videndum eſt,vtrùm fides.libro 1.
loquentis propriè in inſtrumento teſtamenti facti in
longinquis partibus per ignotum Notarium, & ignotis
teſtibus habitis.reſpondendo ſingulis rationibus & fun
damentis.Pau.de Caſtr.vt ibi per eum:ita enim de fide-
16 † ſcripturæ conſtare debet: l.teſtator.in princip. de le-
gat.2.& l.fin.in princ.ff.de probat.

Tertiò,quando ſcriptura debilis caret ſolennitatibus,
dicitur ſcriptura priuata, quæ eſt triplex, vt apocha
ſiue apodiſſa, alia, vt liber rationum, quæ eſt duplex.
vna, tenens medium inter priuatam & publicam ſcri-
pturam.vt eſt ſcriptura numulariorū,& bancheriorum.
altera omnino priuata.quæ non eſt facta ratione alicu-
17 ius officij,† ſecundum Bald.in conſil.149.Proponitur
quòd ex cauſa depoſiti. in fin.libr. 1. de quibus plenè
tractat Iaſo.in repet.l. admonendi colum.38.num.87.
cum ſequen.& Bal.in rub.in vltimis coll.C.de fide in-
ſtrum.vbi ad propoſitum noſtrum,in colum. fin. verſi-
cu.quartum ſupplementum tradit, quod in vltimis vo-
luntatibus,vt ſcriptura priuata.continens vltimam vo-
luntatem ſuū probationis ſupplementum, habeat.re-
18 quiritur eam examinari,& publicari coram iudice,† iu
xta terminos l. publicati. C. de teſtam. quod intelli-
gitur examinato teſtium numero ſufficienti ad proba-
tionem huiuſmodi vltimæ voluntatis,ſuper veritate cō
19 tentorum in ſcriptura. per not. † in d. l. publicati. per
ea,quæ latè ſuper hoc ſcripta ſunt,ſuprà eo.lib.interpr.
1.dubit.2.verſic.ſecundus nunc ſupereſt modus.Cæte-
rum ſcriptura priuata etiam ſine aliquo teſte, non no-
cet niſi ſcribenti, & eius hæredi, & dicitur ſcriptura
priuata etiam ſcripta à tabellione, dummodò ſolennia
non adhibuerit, & non fuerit rogatus, vt tabellio: vt
20 formaliter tradit† Bald.in l.ſuper chirographariis.in 2.
oppo.C.ſi cert.pet.& in conſi.438.Quia teſtes.in fi.li.
21 3.& non probat in poſſeſſorio.nec in petitotio, † per
l.ſi veritas.C.de fideicommiſ. idem Bal.in l. fi. colum.
3.in 5.oppo.ſup num.20. de edic.di. Adri.tol.etiam ſi
22 fuerit ſcripta à Plebano,non probat.†Capra conſi.57.
vel ab alio, qui faciat ſe Notarium.tamen non proba-
23 tur,† vt per Ancha.conſ.213.Pro iſto.col.fi.

Scriptura autem dicitur non carere ſolennitatibus,
quando ſufficientem teſtium numerum habet ſignum
Notarij,& continent,& publicata coram teſtibus, † &
alia,vt per glo.in l.penul.C.de tabul.lib.10.& Doct. in
c.2.de fide inſtru.& Alex.conſi.48.lib.5.Deci.conſ.97.
co.2.Pariſ.conſ.80 col.1.lib.4.Rui.conſ.9.col.fin.lib.1.

Quid de ſcriptura teſtamenti ſcripta ab ipſo teſta-
25 tore, † vide Doct.in auth.quod ſine. C.de teſta. Ale-
xand.conſil.76.lib.3.& d. conſi. 14.colum. 4.verſiculo
ſexto lib.6.& Ruin.conſi.11.& 12.lib.3.& Ioan.Anto.
Alex.conſi.14.

26 Vltimò dicendum eſt,† quando ſcriptura teſtamen-
ti ineptè perperamque compoſita reperitur, poſſe
euenire, vel in Grammatica, vel in eo, quod nimis
breue vel mutilum quid ſcriptum eſt,aut in eo, quod
è contrà quid ſcriptum eſt ſuperfluè, & nimis amplè.

Hæc non modicam in vltimis voluntatibus interpre-
tandis adferunt difficultatem, vt merito declaranda ve-
niant.& cōtingere ſolent tam teſtatoris,quam & magis
Notariorum imperitia,vel incuria.qui teſtamentorum
inſtrumenta ſcribunt:Deus ſcit,plerumque quia ſcrip-
tura imperfecta,quibus verbis truncatis,ſuperfluis,im-
pertinentibus adeò, quod eorum cauſa ferè omnia ſu-
per teſtamentis litigia oriuntur,quamobrem contra eos
multa inuehunt doct.relati ſup.eo. lib. interpret.1.du-
bit.2.verſi.& igitur documenta.

Primùm in Grammatica & in latinitate vitium vti-
que teſtamentis non officit.quibuſcunque dum modo
non contariis voluntati verbis cōſcripta ſint. & dum-
modo voluntas ipſa teſtatoris percipi poſſit: l.impera-
tor.la.1.de ſtat. homi. & ibi Bal.ponit aliqua exempla
Notariorum ineptis verbis vtentium in ſcribendis te-
ſtamentis?& Albert.Brun.in tract.de forma rub.exqui.
conſi.for.&.ſolem.col.26.verſ. inſuper quæro.fo.26.&
in cap.ad audientiam.il.1.de præſcript.& ibi doct. ma-
ximè Bal.qui dicit, teſtamentum non vitiari propter
malam latinitatem, etiam quod pro parte ſit factum in
27 literali ſermone & pro alia parte in latino:† l. Plautius,
& ibi Bart.de aur.& argen.leg.& l.errore.l.quoniam in
dignum & l.ambiguitates.ibique doct. C.de teſtam.&
Paul.de Caſt.conſil.308. In iſto facto. col.1. & ſeq. in
princ.lib.1. ſuper facto teſtamenti continentis verba
contra Grammaticam dicit, Malam latinitatem Nota-
rij non habere diſpoſitionem vltimę voluntatis vitiare,
ſed debere aſſumi illum ſignificatum,qui ex verbis veri
ſimilibus colligi poteſt,vt ibi per eum & Aymo conſ.
347.colam.2.numero 5. & Alex. in l. ſi quis mihi.§.ſed
quid ſi mandauit.ff.de acquir.hæredit.poſt Bald.ibi.di-
centem,quod impropria vocabula non nocent.& Bero.
conſ.82.nu. 5. lib. 2. quia leges noſtræ non ſubiacent
28 Priſciano per d.l.quoniā indignum. † inquit Bald. in
conſ 33.verba inſtrumenti. col.fin.num.2.libr.1. & in
l.in teſtamento. colum. penult. verſ.tu dic. C.de teſta.
milit.dicit,Grammaticæ artem eſſe,conſiderare voces,
& non ſenſus,ſed neceſſariam eſſe artem legum,quę ſen
29 ſus conſiderat, † pro hoc text.&c ibi glo. in l.2.inſi.
com. de leg. & in l. promittendo. in princip. ff. de iu.
dot.cum ſimil.namque prior atque potentior eſt mens
30 quam vox dicentis.† inquit text.in l.Labeo.ad fin.de
ſuppel. leg. & l.3.C.de liber.præte.& inepta ſcriptura
hæc,Si nullus filiorum ſuorum deceſſerit ſine filiis,&
cætera valet,vt exponatur id eſt aliquis meorum filio-
rum: Bald. in tractat.de ſubſtitut. in rub. de compen.
col.antep.nu 34.vt teneamus, ſecundum quod credi-
31 bile eſt,per teſtatorem fuiſſe cogitatum,per † text.in l.
cum inteſtamento.de rebus dub.

Alio autem modo, quo reperitur ſcriptura ita ab-
breuiata verbis truncatis aliis omiſſis & imperfecta
vt comprehendi non poſſit,quid voluerit ſentire te-
ſtator, nihil operari ex facto.† reſpondit Corn.conſi.
161.libr. 2.cui adde, quod ſi in diſpoſitione teſtato-
ris deficiunt ex tribus verbis duo verba, vitiatur diſ-
33 poſitio: † not.Imol & Caſtr.in l. 1.§.fina.ff.de hæred.
inſtit.& per Ruin.conſil. 177.colum. fin. libr.2.omni-
nò impertinens locutio,facit, rem in mente conce-
34 ptam, non valere, † Bald.in l. fin. colum.fi.verſic. 34.
35 C.eo. quia vna ſuppletio tollitur, ſed non plures,† di-
cit Bald.in d.l.1.in princip. ſub verſicul. quanto.ff.eo.
quando non habet figuram literæ, non curandum
36 quid dicat, ſed quid debeat dicere verſimiliter † idem
Bald.conſil.196. Super eo. colum. fin. in princip. libr.
4, ſiquidem abbreuiata vel omiſſa verba poſſunt in-
telligi & cōprehendi ex his. quæ ſunt expreſſa, quod
voluerit ſentire teſtator,ſeruandum eſt vt plus dictum,
37 quam ſcriptum, l.vnum.§.penult. l.cum pater. §.im-
perfecta.



perfecta.de leg.2.l.cum auus.de condit.& demonſtr.d.l.
errore.& l.verbum volo.C.de fideicommiſſ.ſuppletur
38 enim dictum teſtatoris, ne aliquid etiam ineptè † dica-
tur,Gloſſ. magna in l. quidam teſtamento. de vulga. &
pupil.& multiplicem eſſe ſuppletionem, magiſtraliter
39 declarat† Bald.in d.l.errore.& in d. l. verbum volo.vt
natura rei ſeu actus,ex natura orationis, quæ ad perfe-
ctum ſenſum conſonat,ex natura relationis, ex natura
breuilocutionis,& ex natura conſuetudinis, per allega.
ibi per eum,& per Stepha.de Fede.in tract.de interpre.
iu.in vlt.par.num.102.& valde notabiliter in materia.
per Bald. conſilio 235. Quòd dicta clauſula. libr.5. &
per Barb.conſil.5.libr.1.& Petr.Gerar. in ſing.41.vbi &
à iure fit ſuppletio.& Corn.conſi.28. colum.fin.& per
totum.libr.1.vbi in verbis his filij hæredi cuiuſdā teſta-
menti truncatè ſcriptis in litera d.plurimum perſiſtit,
quod debet exponi,vt dicat filij hæredes,& nō filij hæ-
redum,& nomē truncatum in parte expreſſum,vt Cen-
tius pro Vincentius,ponitur,Ange.& Imo.tradunt in l.
fina.ff.ad Trebel.& Cippum,ſupple domus.Corne.con
ſi.41.colum.2.& ſequen.libr.4.poſt modum,verba teſt-
menti etiam expreſſa & præciſa recipiunt ſuppletio-
nem ex natura & qualitate rei, ſuper qua proferuntur,
40 † Alex.conſi.36.col.3.verſic.præterea videmus.lib.4.

Hec procedunt, quando imperfectio reſpicit quę-
dam accidentia ad demonſtrationem: ſecus, ſi reſpi-
ciat defectum perſonæ, quod ea non exiſtat, cui da-
41 tum intelligi poſſit, † per l.qui plures. de vſufru.leg.
declarant Bartol.Alber. Bald. Ang. & Imo. in l.ſi quis
ita ſcripſerit.ff.de hæred. inſtitut. eſſe enim debet, cui
42 detur,† dicit text.in l.quidam. de iu.codicil.& extrin-
43 ſecus perſona non ſuppletur á iure:† l.ſi ita ſtipulatus
§. Gryſogonus. de verb. obligat. imperfecta quidem
ſcriptura dicitur, quando in aliquo modo eſt incerta:
44 † l.quidam in teſtamento.de leg.2.& ſcriptura contra-
45 ria voluntati teſtatoris,vel ea carens, non attenditur:
l.quoties.in princip. ff. de hæred. inſt. tamen in dubio
ſtandum eſt ſcripturæ,etiamſi ſecus actum ſit, de quo
46 non conſtet,† l.alij.& ibi Bart.de vſufr.leg. pro cuius
leg.ſi alij. intellectu, vide Pariſ. conſilio. 94.num.34.
& 45.& conſilio 97.num.17.cum ſequen.lib.2.

Alio & vltimo modo ſcriptura teſtamenti appa-
rens ſuperflua abundantibus, & nimis amplis verbis
compoſita principalem diſpoſitionem non vitiat, ſed
47 eam magis reddit manifeſtam: † l.1. §. hæc autem.ff.
de hæred.inſtit.l.pater.§.fundum. ibi gloſſ. de lega. 3.
l.qui fructus.de vſufruct.lega.l. ſpecies. l. pediculis.§.
Labeo.de aur.& arg. lega. l. quæſitum.§.pen. de fund.
in prin.de ſupel.leg. ſi ſeruo. in fi. de adi. leg. l. ſi Ti-
tio.§.1.quando di.leg. ced. l.ſi ita ſcriptum.§.1.de bon.
poſſeſ. ſecundum tab. & l.teſtamentum. C. de teſtam.
& ibi Doct. & in l. quæ dubitationis cauſa. de Regul.
Iur.declarant materiam, dummodo ſuperfluitas non
deſtruat formam actus, & nimiam inducat cautelam
fraudis dolive ſuſpectam, alioquin tollatur ſuperflui-
tas verborum diſpoſitionis diuerſis reſpectibus& ratio-
nibus.vt nihil operetur potius, quàm inducatur abſur-
dum &vbi cum ſuperfluitate mixtum eſt aliquid noui,
& quando ad diuerſum effectum replicatur, quod aliâs
eſt dictum, & quando exprimitur illud, quod tacite
inerat de iure communi, & ne reſultet contrarius in-
tellectus iuris communis,& cum conceditur, quod de
iure communi competit, & vt quid plus timeatur,&
quod implicitè venit, ſit explicitè dictum, & cum ex
conſuetudine ſit ſuperfluitas,& per eam ad cautelam a-
48 liquid exprimitur cauſa tollendæ dubitationis, † hæc
poſt Gem.& alios probant Cur.Sen.conſil.79.Domina
Franciſchina.columna 7.verſic.& ſi diceretur.& Felin.
in cap.ſolitæ. columna tertia.verſic. in quantum gloſſ.
de maio.& obed.Dec.& Hyer.Cagno.in d.l.quæ dubi-
tationibus.de Reg. Iur. & Tiraq.de retract.tit.1.§.21.
gloſſ.1.numero quinto,cum ſequen. Ruin. conſil.144.
columna teria numero ſexto & conſilio 161.colum.3.
nume.6.lib.ſecundo nihilominus ſi fieri poteſt,ſemper
49 interpretatio fit, vt ceſſet ſuperfluitas verborum,Pau.
de Caſtr. conſil. 43.Subſtitutio prædicta. colum. 2.&
conſil.222.Super primo.circa prin.lib. 2.Alexan. con-
ſil.17.colum.2.nu. 4.5.inferendo illud, vt verba non
ſint ſine effectu operandi, de quo alibi dicetur, vt in
ſequenti dubit. verſi. quintò generale eſt. quod enim
naturaliter & ſuperfluè poſitum videtur, detrahitur:
50 † l. quoties. §. ſi quæſita. & l. Cornelius.ff. de hæred-
inſt. & quando aliter non poteſt fieri ſuperfluitas, va-
51 let ad implendam diſpoſitionem, Alexan. conſil.214.
colum. penult. verſic. nec prædictis obſtat.libr.6.non
verò ad eam impugnandam: quia potius ſuperfluitas
vana eſt, quàm quod fiat contra voluntatem teſtato-
52 ris, † Alexandrum. Aretinum, & Decium allegando,
probat Aym.conſil.25.colum. fin.ſub num.30. & con-
ſil.70.prope finem, & facit. quod tradit Oldra. conſi.
53 45.Cum in narratione.† quod dictio,Vulgariter, ap-
poſita ſubſtitutioni factæ alicui, poſtquam erit hæres,
nihil operatur. & Pariſ. conſil. 73.nu. 51.lib.2.eo quod
huiuſmodi ſuperfluæ enuntiationes non mutant etiam
54 veritatem rei,† per l.ſi fortè.ff. de caſt.pecu. l. inſulam.
de præſcript.verb.vt ibi per eum,verbaque ex abundan-
55 ti poſita nihil proficiunt.† dicit gloſ.in ver.magna.in l.
Titia cum teſtamento.§.Lucius.de lega.2.quandoquidē
aliud non important,dicūtur appoſitę ex cōſuetudine
56 Notariorū,† Cur.Iun.conſ.145.col.6.nu.12.vel animo
iocandi,vel quod oſtendant loquentē non ſanæ mentis,
57 † Alexand.conſ.182.colum.fi.ver.accedit vltimò.lib.2.

Poteſt etiam eſſe quodammodo ſuperfluitas in ſcri-
pturis teſtamenti in eo,quod de eodem teſtamento re-
periuntur plures ſcripturæ factæ eodem die,& ab eo-
dem,& diuerſæ,quænam debent attendi magiſtraliter,
58 declarat † Bald.conſil.448. Caſus talis. lib. 3. & facit
Alexand. conſi.105. col.3.lib. 2. & aliqualiter quando
59 ſuperfluum vitiat, vel non 59 † tractat Marius Sala-
monius in repet.§.quidam rectè.num.12.l.Gallus.de li-
ber.& poſthum.

## SVMMARIVM.

1 *Sermo rectus in legendo & punctuando literam debet attendi.*
2 *Ratio recti ſermonis ſeruari debet, aliàs dicitur interpretatio inepta.*
3 *Et quando quæſtio determinari poteſt per rationem recti ſermonis,non diſceditur à verbis.*
4 *Et tanta eſt ratio recti ſermonis, quod interpretationem inducit contra voluntatem teſtatoris, ſaltem tacitam & veriſimilem, in eo, quod dicitur,teſtatorem vocaſſe in ſubſtitutione, quos prædilexit in inſtitutione,examplifica,vt hic.*
5 *Et ratione recti ſermonis ius vniuerſalis diſtributiui reſtringitur.*
6 *Et ratio recti ſermonis impedit reſtrictionem illam, quæ fit,vt quis cenſeatur minùs grauatus,quàm ſit poßibile.*
7 *Et illa,quæ fit,quod generalitas referatur ad diſpoſita.*
8 *Et relationem ad præcedentia ac repetitionem remouet.*
9 *Voluntas teſtatoris magis ex verbis, quàm ſignis colligitur.*

## SOLVTIO II.

COGITA quidem teſtamenti ſcriptura
eaque perſpecta, aliud circa interpre-
tationes valde neceſſarium ſubſequi-
tur. Ratio ſcilicet recti ſermonis, qui

1 debet attendi in legendo & punctuãdo literam,† ſecun-
dum Bald.in l.1.de liber.præt.refert Dec,conſil.14.col.
4.ad fi. dicitur enim interpretatio inepta,vbi non ſer-
2 uatur ratio recti ſermonis.† per l. Plautius.de aur. &
argl.eg.dicit Ange.in l. item videndum. ff.de petit.hæ-
red.& in l. fina.& ibi Imol.ff.ad Trebell. quando enim
quæſtio poteſt determinari per rationem recti ſermo-
3 nis,non diſceditur à verbis,† dicit Bal. in l.voluntatis.
colum. 1. de fideicommiſſ. & tanta eſt ratio hæc recti
ſermonis,quod interpretationem inducit contra volun-
tatem teſtatoris,ſaltem tacitam & veriſimilem , in eo
quod dicitur,teſtatorem vocaſſe in ſubſtitutione, quos
4 prędilexit in inſtitutione:†l. Lucius.§.pater.ff.eo.& l.1.
C.de impub. & al. ſubſtit. tamen duobus filiis vniuer
ſaliter inſtitutis ſubſtitutio facta , quod altero dece-
dente perueniat ad ſuperſtites , cum non poſſit verifi-
cari in ſolo maſculo ſuperſtite,habente etiam ad vni-
verſum voluntatem teſtatoris , continet quoque fi-
liam in certa re inſtitutam , ratione rect. ſermonis
pluralis numeri : Bart.& alij tradunt in d.l.fi.& Ruin.
conſilio 168.colum. 5. & ſequen. numero 12.lib.2.pro
Communi Opin. atteſtata ponit Clar. in §. teſtamen-
tum.q.76. in fi. & hac ratione,vbi eſſent vocati hære-
des alicuius , non habentis niſi vnum filium , venire
ipſum filium,& eius filios,& ſic ſecundos hæredes fa-
ciendo interpretationem contra voluntatem teſta-
toris, comprobat Corn. conſil. 309. In hac conſulta-
tione. colum. 2.lib. 1. hac eadem ratione tradit Bald.
in l. ſi quis. in princip.ff.de iure codicil. quod ſi inſti-
tuens vnum hæredem tantum dixerit, Quiſquis mi-
hi hæres erit, &c. comprehenduntur venientes ab in-
teſtato ratione huius diſtributiui , quiſquis, quod ha-
bet diſtribuere inter plures , & non poteſt referri ad
inſtitutum ſolum , facit Bart.in conſi. fin. Dominus
Cato. nu.1.& text.in l.ſi plures de lega.3. & diſiunctus
admittitur cum coniuncto. l.cohæredi. §.qui diſcretas.
& ibi Caſtr.& alij tradunt de vulga.& pupilla. adducit.
Bero.conſ.97. nu. 9. ius etiam vniuerſalis diſtributiui
5 reſtringitur ratione recti ſermonis , † vt per Alexand.
conſil. 13. ad fi. lib.5. item ratio eadem recti ſermonis
impedit rectitudinem illam , quæ fit , vt quis cenſeatur
6 minùs grauatus , quàm fieri poſſit.† Pau.de Caſtr.in l.
Titia.§.penult.in fi.de leg.2.& illa quæ fit quod genera-
7 litas referatur ad diſpoſita,† Ruin.conſil.33.col.3.nu.9.
libr.2.& relationem ad præcedentia ac repetitionem,
8 remouet,† Goz. conſilio 82. colum. 4.numero 14. &
alia operatur . vt facilè ſtudioſus lector addere poteſt,
quæ demum fieri dicuntur voluntate teſtatoris, quæ
nobis magis nota eſſe non poteſt, quod per eius ſermo-
nem propalata eſt,ſecretum voluntatis noſtræ patefe-
9 cit ex verbis vehementiùs,quàm ex aliis ſignis , †inquit
Ange. in l. fina. ff. de hæred. inſtit. cum vulga.ad hoc
allegat. per Curt. Iun. conſil. 169.colum.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Voluntatis quæſtio ex ſcriptura plerunque declarabitur.*
2 *Scriptura eſt optima interpres humanæ mentis.*
3 *Et ſcriptura & voluntas debent concordari.*
4 *Et ſcriptura eſt interpretatio ſpiritus.*
5 *Quod enim ſignificatum eſt , inſtrumento poſtulari poteſt.*
6 *Et nil aliud quærendum, niſi quod in inſtrumento eſt ſcriptum.*
7 *Scriptura tota debet inſpici.*
8 *Et in qua in eſt quid ambiguum,de quo quæratur tota in omni parte pertentanda.*
9 *Litera eſt punctuãda ſemper,vel finis orationis fieri debet, vel virgulanda ſecundùm iuris rationem,quod ius eſt ſequendum.*
10 *Teſtamenti non clauſulam vnam,ſed omnes inſpicere debemus,cum quandoq; quod dicitur vniuerſaliter augetur per genus ſubiectum poſt ſpecies.*
11 *Conſideranda eſt tota diſpoſitio,& non tota particula,vt cognoſcatur fauorabilis.*
12 *Ordo ſcripturæ palàm conſiſtit in eo , quod vnum prius, aliud poſterius apparet ſcriptum,ex quo quandoque diſpoſitio ponitur in obſcuro.*
13 *Verba intelliguntur per prius,non per poſterius.*
14 *Mens teſtatoris apparens per verba intelligenda in priori & potiori ſignificato , attendi debet,non attento ordine ſcripturæ.*
15 *Ordo intellectus magis curatur,quàm ordo verborum.*
16 *Ordo rationis potius,quàm verborum eſt ſeruandus.*
17 *Mens apparens per generalia , vel aliter eſt attendenda,non ordo ſcripturæ.*
18 *Ordo ſcripturæ non attenditur,vbi actus annullatur,*
19 *Et vbi ſunt verba tranſpoſita.*
20 *Mens teſtatoris dubia ante alias coniecturas quandoque ex ordine literæ eſt interpretanda , propter diſiunctiuam, vel alternatiuam : quæ cadat inter plures affectione & charitate teſtatori coniunctos,vt prius deficientibus admittuntur alij ſubſequentes,prout ordo ſcripturæ oſtendit.21.*
22 *Ordo literæ inſpicitur pro mente teſtatoris interpretanda.*
23 *Ordo ſcripturæ in fideicommiſſis attenditur, vt ſi ſint plures gradus,voluerit teſtator priores in ordine ſcripturæ anteferri,vt ordo ſcripturæ ſe habet.*
24 *Voluntas & intentio teſtatoris dubiæ,poteſt ex ordine ſcripturæ declarari,ſi poteſt, vt qui prior ſit in ordine & in voce,ſit prior in ſenſu.*
25 *Ordo ſcripturæ facit,vt ex ea ſumatur coniectura,quod ſi alia ſit validior coniectura,iſti ſtatur.*
26 *Ordo quo ad extenſionem prædilectionis , & quoad ordinem mentis & voluntatis,quæ ſit aliter in obſcuro colligitur.*
27 *Et quo ad ordinem vocabulorum,vt primùm dicatur principale,ſecundum, acceſſorium.*
28 *Ordo eſt probandus ab eo,qui ſe fundat in ordine, vbi ſit quæſtio voluntatis.*
28 *Amplia,vt procedat etiam in odio , & pœnis infligendis.*
30 *Ordo facit conditionem.*
31 *Et dicitur voluntas tacita,& non expreſſa , quæ ex ordine ſcripturæ interpretatur.*
32 *Ordo naturæ , vel formæ non præpoſteratur.*
33 *Verborum contextus totius ſcripturæ,quid ſenſerit teſtator,eſt oſtendendum.*
34 *Scripturæ vicinæ ſe inuicem declarant.*
35 *Legatum vxori ex tali fundo de x.corbibus frumenti omni anno,& de lib.x.coniunctim , non diuiſim eſt præſtandum tempore recollectus, quo frumentum datur,*
36 *Procemium teſtamenti inſpici debet,vt cauſam diſpoſitionis teſtatoris finalem habeamus.*
37 *Clauſula procemialis refertur ad omnia.*
38 *Et refertur ad ſequentia.*
39 *Procemium intentionem ambiguam declarat teſtatoris.*
40 *Scriptura præcedens,media & ſequens,ex aliis declarantur,ex Cicerone.*
*Præcedentium eſt virtus declarandi,*
*Supplendi,*
*Ampliandi,*
41 *Reſtringendi,*
42 *Prout interpretandi.*
43 *Et ex præcedentibus arguitur ad interpretationem ſequentium.*
44 *Clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſequentis , quam ſequens ad determinationem præcedentis.*





45 *Declaratio ſequentium ex præcedentibus euenire poteſt, ex memoratis quatuor interpretandi modis,vt diminutiuo,& reſtrictiuo modo habetur.*
46 *Scriptura præcedens certa & determinata declarat ſequentem generalem & obſcuram , ſalua ratione recti ſermonis.*
47 *Scriptura ſequens determinat præcedentem.*
48 *Etiam reſtrictiuo modo,vt ſequens ſcriptura ſpecialis reſtringat generalem, vt non includat,quod erat aptum includere.*
49 *Imò ſequentia magis referuntur ad præcedentia,quàm è conuerſo,quando ſunt diuerſa negotia.*
50 *Limita,vt præcedentia magis influant, quàm ſequentia.*
51 *Limita,vt præcedentia declarant ſequentia,vel ex ſequẽtibus declarantur,prout præcedens conſequens declaratur per ſpeciem ſequentem.*
52 *Media ex præcedentibus & ſubſequentibus colligi.*
53 *Et per media declarãtur extrema,& media per extrema, & extremum per aliud extremum.*
54 *Et vbi præcedentia & ſequentia ſunt difformia , iudicamus de medio ſecundùm id, quod ex præcedentibus,vel ex ſequentibus eſt minimum, niſi adſit dictio relatiua, quæ de ſui natura reſpicit præcedentia,& non ſequentia.*
55 *Præcedentia attenduntur.*
56 *Clauſula præcedens magis operatur ad ſequentem,quàm ſequens ad præcedentem:limita,vt infr.58.*
57 *Hæres cenſetur minus grauatus in legatis , quàm ſit poſſibile.*
58 *Legatum mihi factum,vt reſtituam amore Dei,cenſetur ad pias cauſas.*
59 *Trebellianica non detrahitur ex relicto ad pias cauſas.*
60 *Limita,vt hic remiſſiuè.*
61 *Medium quod non conueniat extremis,impedit qualitates extremorum.*
62 *Amplia,vt idem faciat medij directi amotio in finem.*
63 *Limita,quando medium impediens remouetur.*
64 *Limita vbi declaratio eſt poſita in medio diſpoſitionis alicuius: trahi enim debet ad omnem diſpoſitionem tam præcedentem,quàm ſequentem.*
65 *Teſtamenti pars vna,vel eius ſcripturæ ambigua per aliam magis certam in ſpecie,de qua dubitatur, interpretari & declarari.*
66 *Conditio in qualibet parte teſtamenti poſita facit ab initio inſtitutionem videri conditionalem.*
67 *Scripturæ vicinæ ſe inuicem declarant.*
68 *Teſtamenti pars vna per aliam declaratur.*
69 *Teſtamentum vnum per aliud non declaratur : & qualitas in vno non cenſetur repetita in alio.*
70 *Conditio appoſita,Si deceſſerit ſine filiis,an de maſculis tãtùm intelligatur,an & de fœminis:vide hic.*
71 *Teſtator quod non expreſſit,noluiſſe videtur.*
72 *Teſtator ſi in vna oratione perfecta fecit mentionem de maſculis,in alia parte & oratione perfecta de filiis ſimpliciter,non fit repetitio maſculinitatis, quia ſi noluiſſet teſtator,bene ſciuiſſet exprimere,vt eſt magis Communis Opin.ſed & alia opinio etiã videtur magis communis,& hæc ab authore comprobata.num.73. limita. vt nume. 75.76.77.78.79.80.81.82.83.85.88.89. 90.91.92.*
74 *Qualitates & circunſtantiæ caſuum occurrentes,ſunt conſiderandæ.*
84 *Verba geminata omnem interpretationem excludunt.*
86 *Conditio importat prælationem perſonarum ſecundum ordinem charitatis naturalis,non ſic operatur diſpoſitio in qua non cadit comparatio perſonarum.*
89 *Liberorum proprietas vocabuli eſt communis tam ad fœminam quàm maſculum.*
93 *Copula teſtamenti argumentum, præſtat ad interpretandum teſtatoris voluntatem.*
94 *Copula per,Et,per Quàm, per, Item.per,Etiam,inducitur.*
95 *Et per punctum , &, per, dictionem,Cum:an differant,& quando eſt inter perſonas ſeparatas,vel ratione ordinatæ charitatis iunctæ,vel inter ſeparatas,vel alteri acceſſorias.*
96 *Copula,etiam,fit ex adiectiuo,vt fundum inſtructum:nam idem eſt legare vti fundum , & omne inſtrumentum fundi,quàm hominis.*
97 *Dictio,Nec,habet incluſam copulam.*
98 *Idem de dictione,neque.*
99 *Copulata loco vnius habentur.*
100 *Et proximis proxima procedunt.*
101 *Propter vnitatem ſermonis quaſi in vnum corpus redacta.*
102 *Copula,Prout,diuerſimodè,in ſcriptura ponitur,vt quandoque inter genus & ſpeciem,ſpecies exabundanti videtur appoſita.*
103 *Et diuerſimodè operatur,exponitúrque vt ſi inter duo genera,& inter duas ſpecies,inter duo ſignificata,quæ poſſunt euelli de eodem corpore, interdum inter fundum, & vſumfructum,inter ſubſtantiam & qualitatem.*
*Exempla pete,vt hic.*
104 *Copula quandoque ponitur diſtributiuè,vel partitiuè & tunc ponitur in ſenſu diuiſo,quia diuidit.*
105 *Quandoq; ponitur complexiuè & vnitiuè, & tunc non geminat ſingularitatem,ſed ſenſus eſt plura in vnum venire effectum: exempla ponit.*
106 *Copulata eodem iure & modo cẽſeri,& determinari debent.*
107 *Copulatæ conditiones in diſpoſitionibus concurrere debent. Secùs in diſpoſitione legis , vel in reſcripto ſuperioris,in quibus inſpicitur,ſi vnum ex enumeratis copulatis ſufficiat ad inducendum effectum in lege vel reſcripto poſitum,vel ne.*
108 *Amplia in copulatis accidentaliter,ſcilicet in quolibet per ſe,quia in quolibet iſtorum verificari poteſt diſpoſitio.*
109 *Limita in minimis.*
110 *Procedunt in conditionibus voluntariis,& non in neceſſariis,& vbi fuerunt appoſitæ ad diuerſum effectum.*
111 *Copularum concurſus non requiritur, quando copula eſt ad plures effectus copulata,vel adſit dubium,& quando poteſt ſtare ampliatiuè.*
112 *Et locum non habent,quando copula ponitur inter cõtraria,vel in compatibilia,quia copula reſoluitur in diſiunctiuam.*
113 *Copula accipi debet extenſiuè,non reſtrictiuè.*
114 *Et vt magis copulet proxima,quàm remota.*
115 *Alternatiuè vel diſiunctiuè in teſtamento ſcriptum , diuerſam accipit interpretationem , prout ſit diuerſimodè poſitum:aut inter perſonas grauatas aut inter honoratas:aut ordinata charitate , vel affectione iunctas: aut inter res , vel ſpeciem, vel genus: aut inter ſummas & dilationes temporum : aut affirmatiuè, vel negatiuè.*
116 *Et per dictionem,Seu,aut,Siue,poſitam,intelligitur augmentatiuè,& ampliatiuè.*
117 *Quod intellige,vbi tractatur de ampliando legato , alias ponitur pro alternatiua , quando ponitur inter omnino diuerſa.*
118 *Copulatiua vel diſiunctiua ponuntur pro alia ſecundum ſubiectam materiam, & caſum accidentium, prout fit de aliis dictionibus.*
119 *Argumentum ab ipſius ſcriptura teſtamenti enumeratione,& percunctatione liquido conſtare poteſt , quid, quale & quantum in teſtamento diſpoſitum appareat nominatim hæredes enumerati & grauati ad ſoluenda legata æquales partes debent,nomine appellatiuo expreſſi,pro hæreditariis portionibus tenentur.*

120 Vt alias tali argumento à ſufficienti partium enumeratione quid antiquum diſſolui & declarari. Exempla ponit.

121 Quod procedit, quando partes ſunt ſufficienter enumeratæ, aliàs non.

122 Teſtamenti ſcriptura non probatur teſtamentum, ſi in ea quid ſcriptum non reperitur.

123 Legatum, vel fideicommiſſum non fuiſſe factum, probatur ex inſpectione inſtrumenti.

224 Negatiua probatur à ſufficienti diuiſione, & per inſpectionem libri.

125 Scriptura non dicens, nec nos dicamus.

126 Teſtator non dixit, nec expreſſit, nec apparet, vel omiſit allegare poſſumus. Exempla pete, vt hic.

127 Teſtator non dixit: ergo nec nos dicere debemus.

128 Sororis filij non veniunt in ſubſtitutione fideicommiſſaria vocante ſororem.

129 Teſtator quod non loquitur, velle, non præſumitur, & ideo in fideicommiſſo actiuo vocante aliquos paſſiuè, eos non contineri: quia nullibi hoc apparet expreſſum.

130 Voluntas teſtatoris eſt ex eo, quod non vocauit.

131 Subſtitutio non loquitur in caſu iſto, dici poteſt.

132 Limita in inſtitutione: quia vnus caſus comprehendit reliquum: ſecùs, in ſubſtitutione.

133 Subſtitutio dicitur conditionalis inſtitutio.

143 Conditio, ſaltem voluntaria, debet in forma ſpecifica adimpleri, nec porigitur ad alium caſum non expreſſum.

135 Fideicommiſſum pro nihilo habetur, ſi non apparet perſona, cui poſſit reſtitui.

136 Contra voluntatem teſtatoris fit, vbi conceditur, quod teſtator non dixit, vel expreſſit.

137 Omiſſum, vel non expreſſum in teſtamento, aliter probari poteſt.

138 Scriptum eatenùs præſumitur dictum, & non plus.

139 Omiſſum in ſcriptura, ſed non in prolatione verborum non vitiari: omiſſum autem in prolatione verborum diſpoſitiua & enuntiatiua pro omiſſo haberi.

140 Omiſſum & pro omiſſo habetur, quod non reperitur ſcriptum vel probatum.

141 Caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione Iuris Communis.

Amplia in ſubſtitutionibus. ibi.

142 Amplia regulariter in omnibus diſpoſitionibus.

143 Amplia ſiue omittatur à contrahente, ſiue à teſtatore, ſiue à Principe, ſiue à lege, vel canone.

Exempla vt hic.

144 Amplia in caſu deficientis ſubſtitutionis ex pluribus, ſubordinatè facti.

145 Amplia, etiamſi agatur de fauore piæ cauſæ.

146 Amplia, etiamſi caſus non ſolum ſit omiſſus, ſed dici poſſit contingens, præter diſpoſitionem teſtatoris, etiamſi in eo eſſet maior diſponendi ratio, quod intellige, vt hic & num. ſeq.

147 Amplia in ordinatione hominis: quia non ſuppletur, ſed caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & ſic lex quandoque extendit verba teſtamentis.

148 Limita tamen, vt iudex non ſic extendat, licet verba dubia declarat.

149 Limita, quoad legem, caſum omiſſum, quoad teſtatorem, non haberi pro omiſſo, quoad legem, quæ ſupplet, & prouidet in caſu omiſſo.

150 Et id venit ex tacita mera interpretatiua prouiſione legis, & non ex mera voluntate defuncti.

151 Amplia etiam, vt caſus omiſſus habeatur pro omiſſo in caſu omiſſo reſpiciente omiſſionem ſolennitatis, quæ etiam à lege non ſuppletur, ſed pro omiſſo habetur.

152 Amplia & in caſu omiſſo per alium caſum expreſſum reiectiuis, vel taxatiuis dictionibus appoſitis.

153 Teſtator, vbi ſtrictè loquitur, ſtrictè eſt accipiendum, & actus etiam fauorabilis tunc reſtringit.

154 Amplia & in caſu omiſſo, vbi agitur de pœna & odio, vt fortius caſus omiſſus habeatur pro omiſſo.

155 Amplia & in caſu omiſſo, vbi expreſſus eſt ſub conditione voluntaria conceptus, quòd habeatur pro omiſſo, quia debuit talis conditio adimpleri in forma ſpecifica: & eſt communis.

156 Amplia & in caſu omiſſo verſari quando perſonæ comprehenſæ in caſu expreſſo ſunt diuerſæ à comprehenſis in ipſo caſu omiſſo, & non ſunt eædem: quia de perſona non fit extenſio ad perſonam, etiamſi eadem mens & ratio teſtatoris militaret.

157 Quod procederet, vbi induceretur extẽſio de perſona grauata, ad non grauatam.

158 Idem, ſi extenſio reſpiceret mutationem perſonæ ſubſtitutæ quia caſus omiſſus non comprehenderetur.

159 Subſtitutio collata in perſonam vnius, non ſe extendit ad alterius perſonam.

Limita, vt hic.

Extenſio de perſona ad perſonam, non debet fieri in ſtatutis, & in aliis diſpoſitionibus.

160 Caſus omiſſus dicitur, qui in teſtamento videtur expreſſus num. 161.

162 Limita, vt hic, 163. 164. 165.

166 Voluntas eſt ſola ſeruanda, quæ ex verborum proprietate, vel ex eorum conſueta liqueret interpretatione.

167 Mens teſtatoris eſt attendenda, quæ conuenit verbis.

168 Mens teſtatoris colligi non poteſt, vbi verba deficiunt.

169 Limita in verbis dubiis, ſecus in certis tantum ad vnum caſum, non quæ poſſunt referri ad vtrumque caſum etiam omiſſum.

170 Amplia idem in coniecturis attendendis, quæ diſpoſitiuè expreſſis in teſtamento, & quæ non poſſunt dici omnino omiſſæ, ſed ſequuntur ad aliquid expreſſum.

171 Extenſio non fieret ad caſum non expreſſum, ſi propter aliquod inconueniens tacitè, vel expreſſè repugnaret voluntas defuncti.

172 Caſus omiſſus non dicitur, qui ex eo, quòd eſt expreſſum, ſequitur.

Subſtitutio in caſu iſto non loquitur.

173 Subſtitutio in vno caſu porrigitur ad alium: harum duarum regulam ad inuicem contrariarum conciliatio.

174 Finem diſpoſitionum ex ordine principij coniecturamus, vel debet ſequi, vbi eadem coniecturata ratio ſequitur.

175 Coniecturata mens teſtatoris ſatis apparet, ſi cõſideretur ordo teſtamenti.

176 Mens teſtatoris ex præcedentibus & ſequentibus verbis teſtamenti colligitur.

177 Cogitatum teſtatoris ex alia parte teſtamenti dignoſcitur.

178 Apparere euidenter dicitur, quod ex legitimis coniecturis apparet.

179 Clauſula in fine poſita, quando referatur ad omnia præcedentia, media & ſequentia.

180 Clauſula vna aliam interpretatur.

181 Clauſula in fine poſita, refertur ad præcedentia, quando commodè poteſt referri ad omnia, alias refertur ad proxima, vel ad quæ referri poteſt.

182 Præſertim, quando clauſula ſit appoſita in alia oratione, & in diuerſo capitulo.

183 Limita vbi eſt diuerſa ratio, quia clauſula in fine poſita, non refertur, niſi ad proxima.

184 Et ad ea, quæ commodè poteſt.

185 Ratio diuerſitatis, vel conformitatis ad denegandam, vel concedendam relationem, eſt ipſa, quæ conciliat omnia contraria, quia ex diuerſitate tractantur ſolui dicuntur.

186 Limita vt relatio non fiat ad annullandum actum.

187 Secus, ſi ex relatione reſultaret validitas actus.

Relatio



Relatio ceſſat, vbi fieret correctio eorum, ad quæ ipſa fieret relatio.

188 Amplia etiam, quando ex ipſa relatione induceretur iuris communis correctio, & ſtatutorum.

189 Ratio non debet fieri ad clauſulam habentem claram determinationem.

190 Relatio non fit non ad ea quæ acceſſoriè incidentur, cauſa damonſtrationis tantùm, ſunt poſita in oratione, in dubio.

191 Relatio fit ad ea, quæ ponuntur diſpoſitiuè, non ad ea quæ ponuntur exceptiuè.

192 Relatio fit ad ſubſtantiam perſonæ, & non ad alias qualitates, & adpoſita in diſpoſitione, non in conditione.

193 Relatio videtur facta ad dictum principale, non ad qualitates.

194 Clauſula in fine poſita, non reſtringit ea, quæ de ſui natura fauorabilia & amplianda nec refertur.

195 Clauſula finales important & includunt maiora expreſſis.

196 Clauſula in fine poſita non refertur ad alia, quando eſt poſita ad qualificandum certum capitulum, vt quando conditio, vel modus apponitur vni legato, non refertur ad aliud legatum.

197 Clauſula finalis qualificans ſic vnum capitulum, ab ea poteſt haberi declaratio verborum dubiorum alterius capituli.

198 Limita, niſi verborum, Referens, reſpiciens aliud verbum certi actus: quia id debet declarare, ad quod refertur, & non ad aliud.

199 Clauſula non refertur ad contraria.

200 Relatio non procedit ad ea, quæ eſſent contra intentionem diſponentis.

201 Relatio fit ad remota, ita dictante ratione, in quibus diſponentis intentio poſſit operari.

202 Clauſula ſpecialis & diſcretiua non refertur ad omnia.

203 Ratio ceſſat, quando abſurdum & inconueniens reſultaret.

204 Idem, ſi reſultaret contrarietas, vel repugnantia, vel abſurdum, & inconueniens.

205 Clauſulæ referendæ non habent locum ad omnia, quãdo implicant contradictionem, vel inducerent abſurditatem: & quando clauſula ipſa non eſſet perfecta, & non eſſet ſimpliciter poſita, ſed eſſet pars clauſulæ, & orationis: quia tunc non refertur ad alias clauſulas, quibus non ineſt, ſed tantummodo refertur ad illud, cui adijcitur.

296 Et quando ſequeretur abſurdum, vel inconueniens.

207 Et è contra, quando abſurdum eſſet, ſi relatio non fieret, vt ceſſet abſurdum, debet fieri.

208 Relatio non habet locum, quando proprietas repugnat.

209 Et quando habetur rectitudo & intentio iuris.

210 Nec ad extrema fit relatio.

211 Nec, quando diſponentis intentio haberet locum ſine alia relatione.

212 Non expreſſum in vno capitulo, ſed ſubintellectum, nõ porrigitur ad alia.

213 Clauſula vna interpretatur aliam, & per aliam.

214 Scriptura vna aliam interpretatur, & iuuat.

215 Clauſula non vna teſtamenti, ſed omnes ſunt reſpiciendæ.

216 Verè & propriè illud dicitur, quod per relationem ad aliud fit.

217 Scriptura nouiſſima ſpectanda & obſeruanda in legatis & teſtamentis.

218 Si poſteriora ſunt contraria primis.

219 Verba Scripturæ teſtamenti inſpici debent, vt cognoſcantur.

220 Voluntas primum ex verbis, quàm ex ſignis vehemẽtius deprehenditur, & voluntatis noſtræ ſecretum.

221 Voluntatis nullum eſt maius teſtimonium quàm qualitas inſpecta verborum.

222 Mens diſponentis ex verbis colligitur.

223 Etiam, quòd ſint impropria, vel imperfecta.

224 Et vbi verba prorſus deficiunt, mens teſtatoris non habetur.

Quia teſtantis animus non videtur.

225 Verba enim ſunt, ſicut corpus, mens ſicut anima.

226 Verba deficiunt, vbi omninò ſunt omiſſa.

227 Vel quæ prolata ſunt, quæ nullo modo intelligantur.

228 Inſtrumentum, quod intelligi verbis non poteſt, non valet.

229 Verba teſtamentorum ſunt rectè inſpicienda, & ponderanda, quod dictum pluribus aliis comprobat.

230 Punctatione diuerſas diuerſus reſultat intellectus.

231 Voluntas teſtatoris cognoſcitur ex forma verborum.

232 Vocabula debet ponderare Iuriſta, more Stoicorum.

233 Ordine verborum vis eſt intellectus in dubio.

234 Verborum interpretatio eſt facienda.

235 Et vbi ſit dignitatis perſonæ legatarij, non habetur conſideratio.

236 Et vbi interpretatio verbi eſſet antiqua, proprietas verbi ſola attenditur.

237 Dummodo propriè, vel impropriè conueniant voluntati teſtatoris. ibi.

238 A proprietate verborum non eſt recedendum, vbi interpretatio eſſet dubia.

239 Aequitas non attenditur, niſi verba id innuant.

240 Actus annullatur, vbi pugnant, vel diſcrepant verba.

241 Teſtatoris intentio habetur ex verbis.

Etiam ſi poſſit reprehendi eius diſpoſitio.

242 Et videatur indiſcreta, & irrationabilis, vel eam aliter neſciuerit exprimere teſtator, vel notarius: quia ſtatur verbis ſicut cantant, ſtari debet.

243 Verbis mentis conceptum demonſtrantibus durum eſt recedere, propter diuinationem mentis, quia multa potuerunt mouere teſtatorem, quæ non apparent.

244 Verba teſtatoris ſunt attendẽda, nec ab eis eſt recedendũ licet in contrarium ſint aliquæ coniecturæ, dummodo non ſint nimium efficaces, vel niſi à proprietate verborum ratio ſubiectæ materiæ ſuadeat.

245 Interpretatio ſemper fieri debet, quæ ſit conformis verbis & perſonis, ad quos ſermo porrigitur.

246 Sententia in teſtamento eſt tenẽda, vbi verborum ſignificatio non repugnat, vel voluntati teſtatoris ſit conueniens.

247 Significatio propria attenditur, alio non conſtito, quod aliter ſenſerit teſtator, vel aliqua veriſimilitudo non appareat.

Nec ſequimur minimum.

248 Limita, niſi eſſent huiuſmodi vocabuli plures ſignificationes propriæ, quia minimum inſpici debet.

249 Limita in odioſis, & ſtricti iuris, quia ſtatur minimo ſignificatui.

250 Interpretatio lata fieret, vt proprietas verborum ſeruetur, & in pœnalibus.

251 Et magis propria ſequenda eſt intelligentia quando duo, etiam ex proprietate ſermonis includuntur.

252 In materia exorbitanti & ſtrictè interpretanda.

253 Limita in vltimis voluntatibus, vbi ſit lata interpretatio.

254 Verbum, habens plures ſignificationes proprias, accipitur in ea ſignificatione, quæ congruit ſubiectæ materiæ, & debet intelligi naturaliter, non ciuiliter.

255 Propria verborum ſignificatio dicitur, quæ conſtat ſic oſtendere prolata verba, & ſignificare per auctoritatem ſeu leges, per diffinitionem, per Etymologiam, ſeu vocabuli alluſionem.

256 Verba ciuilia quænam dicantur.

257 Significatio eſt qualitas vocis propriè rẽ exprimens quomodo-

*modocunque manifeſta.*
*Ita in omni idiomate.ibi.*
258 *Propriè id dicitur,quod ſimpliciter profertur,non ſecundùm quid,& quod per prius,non poſterius.*
259 *Significatio appellatur ſecundum Legiſtas omnis vocabuli proprietas,quæ oritur ex prudentum authoritate, vel legiſlatoris, vel ex communi & rationabili intellectu.*
260 *Teſtantium verba ſunt intelligenda,ſecundùm ius ciuile,non canonicum.*
261 *Verbum omne ſpeciale dicitur propriè,ſicut ſuum genus.*
262 *Proprietatis verborum ſignificatio ex communi vſu fit.*
263 *Verbum,quod communiter poteſt habere plures ſenſus, debet intelligi ſecundum proprium ſignificatum.*
264 *Verborum impropria ſignificatio & locutio eſt illa, quæ à propria recedit ſignificatione, & à proprio rei deſignandæ effectu,& quãdo vnum vocabulum pro alio ponitur diſsimili,& quando ſubauditur aliqua diminutiua dictio, quaſi, ferè,& aliter ſignificet, quàm verbum ſonet.*
265 *Vocabulum improprium dicitur pro rarò, & per abuſum exit,vel per verbum generis.*
266 *Impropria ſignificatio attenditur, & non propria, vbi de mente teſtatoris conſtat,quæ dicitur Apparens: ſi ſecundùm propriam intelligatur,iniquitatem,ſeu abſurditatem continet.*
267 *Et vbi ratio non poteſt verificari, ſi intelligatur verba propriè.*
268 *Et tunc verba non repugnant teſtatoris,quòd ſatis eſt.*
269 *Verba impropriantur ratione perſonæ, vel ratione rei adiectæ,ad quam diriguntur.*
270 *Impropriatio fit quandoque,vt ſaluetur mens teſtatoris, & euitetur abſurditas.*
271 *Impropriatio verborum etiam fit per dictionem, aliquo modo.*
272 *Et per ſubiectam materiam.*
273 *Verba ſecundum voluntatem teſtatoris ſunt exaudiẽda.*
274 *Improprietates non ſunt trahendæ ad conſequentiam, ſed euitandæ.*
175 *Vocabuli ſignificatio ſtricta & larga cognoſcitur, ſi nomini adiungitur indiuiduum, ſtricta eſt, ſi ſimpliciter profertur,larga dicitur.*
276 *Largiſsima dicitur.*
277 *V erborum ſtricta ſignificatio in interpretandis teſtamentis non attenditur,nec diffinitio: quia teſtatores modo abuſiuè loquuntur,modò nec propriis nominibus & vocabulis vtuntur.*
278 *Et per ipſos teſtatores, vel ſcriptores fit inculcatio verborum non neceſſaria,vel multiplicatio,quæ rerum ſubſtantiam non mutat.*
279 *Et fit,vt dici poſſit pro cautela,vt res ſit magis clara.*
280 *A proprietate verborum diſceditur,vbi apparet manifeſtè de contraria mente teſtatoris.*
281 *Amplia,vel vbi conſuetudo regionis aliter ſuadet,vel ex conſuetudine teſtatoris,quia verbum futuri temporis refertur ad tempus teſtamenti.*
282 *Amplia per æquipollentiam rerum,vel propter æqualitatem inter fratres ſeruandam.*
283 *Amplia etiam in vulgari ſermone:quia,nullus intelligitur aliquis.*
284 *Amplia,vt plurale pro ſingulari accipiatur,& vniuerſale pro particulari,& diſtributiuè.*
285 *Amplia in diſpoſitione hominis & teſtamentis, vt potius communis intelligendi quàm loquendi modus attendatur,quàm propria ſignificatio verborum.*
286 *Amplia idem ratione ſubiectæ materiæ, vel veriſimilis mentis teſtatoris,vt à verborum vi recedamus.*
287 *Amplia vt ſeruetur regula in aliquo caſu ſic neceſſario diſponens,vt recedatur à verbis,& à mẽte teſtatoris.*
288 *Amplia,vt actus valeat,receditur à proprio ſenſu verborum.*
289 *Amplia etiam in his,quæ ſunt odioſa vel ſtricti iuris.*
290 *Procedunt ſupradicta,quando ex verbis prolatis, ac ſcriptis coniectura voluntatis colligitur.*
291 *Et quando in iudicio probaretur de alio cõmuni vſu loquendi,aliàs à ciuili ſignificato non eſt diſcedendum.*
292 *Verba diſpoſitionis ſi deficiunt,& ipſa quoque deficit diſpoſitio.*
293 *Teſtamentum vulgari ſermone confectum debet interpretari ſecũdum vulgarem ſermonem ſi Latino ſermone,ſecundùm Latinum,& ſecundum groſſum loquendi modum literaliter.*
294 *Et ſecundum diſpoſitionem iuris.*
295 *Etiam à Notario verba appoſita importantia teſtatoris voluntatem.*
296 *Et ſi verba ipſa in teſtamento ſint groſſo modo & naturali & vulgari à teſtatore idiota & illiterato:quia intelliguntur groſſo modo naturali,& vulgari.*
297 *Verba teſtatoris prolata à iuriſperitis ſunt interpretanda ſecundùm communem vſum intelligendi vulgarem.*
298 *Verba enim vulgaria,quæ ab vſu procedunt, ita intelliguntur,prout vulgus intelligit,& ibi ponit plura verba vulgaria à Doctoribus ſcripta.*
299 *Quod ignoramus,iuxta vulgare ponamus,dicunt Grammatici.*
300 *Verbum vulgare Laſcia,tantum importat,quantum Latinè legat & reliquit.*
301 *Qualitas perſonæ teſtatoris eſt multum inſpiciẽda in ſuorum verborum interpretatione.*
302 *Verba debent intelligi ſecundum ſtatum & conditionem verborum,& perſonarum Exemplificat ibi.*
303 *Nepos nõ venit,vbi teſtator ſit extraneus,vel tranſuerſalis,qui filium nominauerit.*
304 *Teſtator extraneus intelligitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis,& non ſtatutorum.*
305 *Verba prolata vulgari ſermone à perſona non intelligente & vulgari non eſt accipienda ſecundum rigorem, nec alteratione diſpoſitionis iuris,ſed ad conformitatem iuris.*
306 *Interpretatio groſſo fit modo,ſi teſtator erat perſona idiota,vnde ſi dixit parentelã,intelligitur de tota & non in ordine ſucceſsiuo,vt ſcilicet admittatur priores in gradu.*
307 *Verba intelliguntur quandoque groſſo modo ſecundùm conditionem perſonæ loquentis.*
308 *Verba prolata à legum conditoribus, vel peritis, debent interpretari,prout cadunt in idiota.*
309 *Vulgaris ſermonis ſignificatio attenditur circa verborum teſtatorum interpretationem.*

## SOLVTIO III.

NVNC videndum eſt, quomodo ex ſcriptura teſtamenti quid ambiguum reddi certum poſſit: voluntatis autem quæſtio ex eo ſcripto plerunque declarabi-
1 tur,dicit † text.in l. illud. §.1. de iu.codicill. optimam interpretem mentis humanæ ſcriptu-
2 ram eſſe,dixit † Bald. iam allega. conſi.336.col.3.lib.3.
3 debẽt ſimul cõcordari,& voluntas,& ſcriptura:† l.quoties.in prin.ff.de hæred.inſtit.eſt interpretatio ſpiritus
4 ſcripturæ,† Bald.conſi.275.col.5.lib.2.quod ſignifica-
5 tum eſt in inſtrumento poſtulari poteſt,dicit tex.† in l.
6 fin.de fal.ca.& ibi Bald.dicit tenendum eſſe menti† nil aliud inquiri,niſi quod ſcriptum eſt in inſtrumento,ad ad idem l.fideiuſſores magiſtratuum.ff. de fideiuſſ.& c. porrò.



porrò.de priuilegiis,& in terminis eſt text.in l. ex verbis.ibi,cum igitur lecto teſtamento.C. de donatio.inter virum & vxorem.& in l.ſi pluribus,ibi,niſi ipſe teſtator ex ſcriptura manifeſtiſſimus eſſet,&c.de leg.1.& Iaſ.cõſil.142.col.5.ver.quinto.lib.2.& Nat.conſi.578. nu.33.
7 cum ſimi.& tota ſcriptura debet inſpici† & legi.vt l. in ciuile.ff.de leg.& ibi Bal.& in conſil. 301. conſtitutio. col.pe.ver.ſed videndum.lib.2.& Cic.in Reth.lib.2.c. iuridicialis. ſub verſi.ex ambiguo, dicit, & eam ipſam ſcripturam,in qua inerit illud ambiguum,de quo quæ-
8 ritur,totã omnibus ex partibus pertentare.† & dicit Bal. in l.1.ver.& not.quod clauſula.nu.5.C.de libe. præter. literam etiam ſemper pũctuabis,vel finem orationis faciens vbi debes, vel virgulabis, ſecundum iuris noſtri rationem,quòd ius ſequi debemus,&c.refert Dec.cõſi. 14.ad fi.col.3.vlterius dicit Bal.in conſi.136. Viſo teſt. lib.3.vltra med.quòd non debemus inſpicere vnã clau-
9 ſulam teſtamenti,ſed omnes,† quia quandoque quod dicitur vniuerſaliter, augetur per genus ſubiectum poſt
10 ſpecies,† & Angel.in l.cum ex filio.in prin.circa med.
11 de vulg.& pupil.† dicit,quòd quis debeat conſiderare totam diſpoſitionem,& non totam particulam, vt cognoſcatur fauorabilis,tota itaque ſcriptura teſtamenti inſpecta,conſidero dubitationes exinde contingentes, prout diuerſimodè poſſunt euenire,pariter diuerſis modis poſſe diſſolui in partem negatiuam vel affirmatiuã inſpiciendo ipſius ſcripturæ

ORDINEM,
Contextum,
Præfationem,
Præcedentia,
Media,
Sequentia,
Partem aliam ab alia parte,
Copulata,alternatiuam,aut diſiunctiuam,
A ſufficienti partium enumeratione,
Negatiuas illatas,Teſtator non dixit, Non expreſſit,
Non apparet,omiſit,
Clauſulas finales, & eiuſdem ſcripturæ vltima vel nouiſſima,& horum ſingula capita breuiter explicabo.

ORDINEM ſcripturæ palàm eſt conſiſtere in eo quòd vnum prius & aliud poſterius ſcriptum appareat,ex quo ſanè interdum diſpoſitio ponitur in obſcu-
12 ro,vt† in caſu.l. Lucius Titio Seio. & ibi Bal.& Imo. ff. de hæred. inſtituend. vbi primo loco duobus hæredibus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis, & poſtea tribus aliis hæredibus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis, ordo ſcripturæ ponebat rem in ambiguo, quòd vltimi tres videbantur ſubſtituti duobus primis, nihilominus huiuſmodi ordine non ſeruato deciditur, quòd vltimi tres pro dimidia hæreditatis ſint hæredes, & duo primi pro altera dimidia ex mente teſtatoris, quæ ibi colligitur ex ſuis verbis exprimentibus illos æquis partibus hæredes inſtitutos,ex quibus ibid.Bald. & Imo.inferunt poſito dubio,an quis ſit inſtitutus,vel ſubſtitutus, quòd potius ſit inſtitutus, vt quid prius,& ſic verba quę poſſunt intelligi debẽt per prius,& nõ per
13 poſterius.† idem per l.hoc legatum.& ibi Bart.de lega. tertio.poſt Bald.& Imo.not.Socin.& concord.allegat. in l.qui hæredi.§. cum hæreditas. columna 2. in tertio not.de cond.& demonſtrat.& Bald.in l.legatis.de leg. 2.& in l.prima. C.de ſucceſſ.edic.& Dec.conſi.280.col. ſecunda verſi. & primo. ita mens teſtatoris apparens per verba intelligenda in priori & potiori ſignificato
14 debet attẽdi prætermiſſo ordine ſcripturæ† per dictam legem Lucius.& ibi not.per doct. ſic ordo intellectus
15 magis curatur,quàm ordo verborum † per l. talem. in princip.ff.de hæred. inſtit. dicit Bald. in l.fin. quæſtio. duodecima. C.eod. & ordo rationis quàm verborum
16 ſeruandus eſt† idem Bald. in lege prima, in 4. opposi. C.de his quæ pen.not. Cyn. & Bald. in auth. hoc amplius.C. de fideicommiſſ. idem eſt de mente apparente per verba generalia, vel aliter ꝙ attendenda eſt, & non
17 ordo ſcripturæ. † l.cum pater.§.fidei tuæ & ibi doct.de leg.2.& Bar.in l.æquiſſimum.§.ſi quis ita.l.1.ff.de bon. poſſ.ſecundum tab.& l.nec enim & ibi Alber.ff.de ſoluti.& Bar.conſ.vltimo.Dominus Caro.in fi.vbi in fideicommiſſ.per præmorientes grauatos præſtando ſu-
18 perſtitionibus veniunt prælegata† eò quòd ex intellectu teſtatoris primò relictum eſt grauato,deinde grauatur vt reſtituat ſuperuenienti, & aliter ordo ſcripturæ non debet attẽdi,vt ibi per eum,& latè per Ruin.conſ. 118.col.6.nu.81.lib.3.vbi etiã apparet quomodo diſponat ius in aliquo caſu,ibidem non curatur ſcripturæ ordo,d.§.fidei tuæ.& ibi Bal.& Imo.& vbi actus annullaretur,ſcripturæ ordo non attenditur, Dec.in l.in teſta. colum.6.num.12.C.de teſta.milit.Alex.conſi.112. nu.
19 ſecundo.lib.quinto. & vbi verba ſunt tranſpoſita.† vt l.quidam.& ibi gloſſ.de pec.leg. & per Socin. conſilio. 9.colum.4.lib.1.

Sed & interdum ex ordine literæ prius ante aliàs cõ-
20 iecturas† ſecundum mag.commu.opin.doct.in l.ſi ſeruus plurium.§.fin.de lega.primo interpretanda eſt mẽs teſtatoris dubia ob diſiunctiuam, ſeu alternatiuam cadentem inter plures affectiones & charitate coniunctos teſtatori, quòd prius deficientibus admittuntur alij
21 ſucceſſiuè ſeruientes,prout ſcripturæ ordo demonſtrat † d.l.cum mater.§.penul.ibi Imo.tradit pro mente teſtatoris interpretanda, ordinem literæ inſpiciendum fo-
22 re,& † l.hæredes mei.§.fina.ibi.Alexand.ad Trebel. & Signor.conſi. 173. A pater.colum.7.& Pari.conſil.21. num.10.cum ſeque.libro tertio & Cum.conſilio 106.& quando in fideicommiſſis ſunt plures gradus, cenſetur teſtatorem voluiſſe priores in ordine ſcripturæ ad-
23 mitti,vt ordo ipſe oſtendit † Alexand.in dicto §.fin.in ſecundo not.& text. in l.ſecunda.§.defertur.ff.de bon. poſſeſſ.ſecundum tab.item quando aliàs dubium eſt de voluntate,intentione teſtatoris, quòd poſſit ex ordine ſcripturæ declarari,id quidem declaratur per ipſam ſcripturam,vt qui prior eſt in odine & in voce prior eſt in
24 ſenſu† per tex.in l.generaliter.§. quis ergo. ff. de fideicommiſſ. lib. & l.cum in teſtamento. in princip.& ibi Bal.ff.de hæred.inſtit.& text.in l. quoties.in princip.ff.
25 de vſufruct. † & ibi Bald. nota. coniecturam ſumi ex ordine ſcripturæ, ſi autem extat alia validior, iſti ſtatur, & ibi Angel. not. ordinem quoad extenſionem prædilectionis, & quoad ordinem mentis & volunta-
26 tis, quæ ſit aliter in abſconſo † per l. Gallus. §. quidam rectè, de liber. & poſthum. & quoad ordinem vocabulorum, quod primum dicatur principale, ſe-
27 cundum autem acceſſorium, dicit probari † per legem,ſi ſeruus communis,de ſtipul.ſeruo latè Barto. Alexand.& Iaſo.in l.2.§.prius.de vulg.& pupilla.& pulchrè Socin.conſi.52.col.5.verſic. præterea ſi hoc libro primo.Bald.in l.ſi duas.de excu. tut.& Angel. in §.etenim in auth.de hæred.& Falci.Alber.in d.l.nec enim de ſolut.Dec.conſil.32c.colum.penult.verſic.nec obſtare videtur,& Caſſan.in cathalogo glor. mundi. in prima par.in vltimis conſiderationibus, vbi plura in diuerſis materiis ſcripſit,& poſt alios Feli.in c.cum dilecta.col. 3.verſi.ordo ſcripturæ. de reſcrip.& latè Nic.Euerar.in ſua centu.loco 1.ab ordine.& Alber.Brun.in tra.de rebus & diſpo.dub.verſi.ſequitur videre de ſitu,& in noſtris terminis Soci.Iun.conſil.71. colum.4.num.15. & ſeq.lib.1.demum aduerte quod fundans ſe in ordine, vel ex eo agens, vbi in ordine ſtat quæſtio voluntatis,
28 debet ipſum ordinem probare,tradit† Bal.in l.cum virum.colum.2.ver.ex hoc ſequitur. C.de fideicommiſſ.
&

& Saly.in l.cum hic.§.ſi.ambo.in ſi.ff. de donat. inter
vi.& vx.quod procedit etiam in odio & in pœnis infli-
29 gendis,vt ſcripturæ ordo attendi debeat†idem Bal. in
l.penul.ver.quæro quid in verbis.C.de verb.ſigni.quia
30 ordo facit conditionem, † idem Bald. in l. cum in te-
ſtamento.in princ.ff.de hæred.inſtit.& dicitur volun-
tas tacita & non expreſſa,quę ex ordine ſcripturę inter-
31 pretatur.†idem Bald.in d.l.cum virum.col.ſecũda.nu-
mero 19.ver.quo tacitè.Ordo naturæ vel formę non po
32 teſt præpoſterari†idem Bal.in ſi.col.3.in princ. nu.14.
C.de hæred.inſt.

Contextum verborum totius ſcripturę,quid ſenſerit
33 teſtator demonſtrare eſt † not. text. in l.Mæuia ff.de
manu.teſta. quem egregium textum appellat Iaſ.in l.ſi
quis ſtipulatus ſit Stichum. in princ.in tertio nota. de
verb.oblig.ad idem text.in l.numis.ibi, neque ex con-
textu teſtamenti poſſit apparere de lega.tertio. & in l.
156 etiam ratio & mens teſtatoris militaret† per l.ſi quis i-
ta.§.pen.ff de teſt.tut.& glo.in l. Titius.in prin.de libe.
& poſthu. probat Aret.in d.§. & quid ſi tantùm. col.3.
Abb.conſi.57.col.pen.lib.1.Iaſ. in l.cum res. col.3.in
6. not. de leg.1. & plenè reſpondendo contrariis in
conſi.220.col.4.& ſequen.lib.2. & conſil.228. col.2.&
conſi.29.col.2.ad fi.& ſequen.& conſi.30. col.2. lib.3.
& latè Tiraq.in l.ſi vnquam.verſ.libertis.nu:28.29.30.
& Dec.conſi.85.col.4.& conſi.118.col.4.& conſi.291.
colum.3.conſilio 314.colum.2.& alibi,Ioan.Ant.Ale-
xand.conſi.31.colum.2.ad fin.& Aym.conſi.98.colum-
na penult.num.13.& conſilio 161.colum.penul. num.
11.& Viui.in d.verſi.caſus.ad fin.quod procederet vbi
induceretur extenſio de perſona grauata ad non graua-
157 tam† Pariſ.conſilio 87.num.12.lib.2. & conſilio 14.
col.2.num.10.& conſi.20.col.5.num.48.lib.3. Idem ſi
exten-



extenſio reſpiceret mutationem perſonæ ſubſtitutæ
158 verum eſſe caſum omiſſum non comprehendi † poſt
Bartol.in l.Gallus in princ.num.9. de liber. & poſthu.
Alexand.in l.1.in princ.colum.4.verſi. & in quantum
Bar. hic de vulga. & pupil.& ibi Socin.col.10.ver ſe-
cundo limita.& Iaſ.conſ.29.col.pen.lib.3.& Cur.ſen.
conſ.29.col.pen.ver.accommodo etiam.& Bero. conſ.
63.ad nu.lib.2.dicens iſtã eſſe verã & cõmunem theo-
ricam, eſt text.ſecundum Bal.ibi in l. cohæredi.§.cum
159 pater de vulg. † quod ſubſtitutio collata in perſo-
nam vnius, non ſe extendit ad alterius perſonam: ex
quibus videtur magis fauere concilio ſuo quam veri-
tati aſſerendo opi. Ang. contrariam eſſe veriorem &
magis communem Pariſ.ſibi contrarius eſſe conſi.50.
colum.fin.& conſilio 66.colum.10.num.73.lib.3. dato
quod in contrarium non adſit ratio: verba & coniectu-
ræ quibus poſſit apparere teſtatorem ſenſiſſe de tali
extenſione:& prout latè reſpondet rationibus & iurib.
allega. per Angel. Galia. in dict. §. & quid ſi tantum.
num. 12. & Iaſ. in conſ. modo allega. ſic pro exten-
ſione quando appareret de mente teſtatoris etiam de
perſona ad perſonam reſpondit Curt. Iun.conſil. 121.
num.14 Marza.Vicen.conſilio 19.pag.78.verſicu.quar-
to reſponderi,Crat.conſilio 5. numero 45.& ſeq.lib.2.
cum concord. per Cephal. conſilio 114. num.30.hoc
verum intelligerem quando ex verbis prolatis & ſcri-
ptis poſſet colligi coniectura voluntatis. Caſtr.conſil.
264.videtur dicendum.ſub nu. 2.lib.2.Ripa in l.1.nu.
97.ver.ſed aduerte de vulga.& pupil.cum ſimil.Quin-
imo quod extenſio ad perſonas non debet fieri in ſta-
tutis & in aliis diſpoſitionibus per d. l.ſi quis ita de te-
160 ſtam.tu.addo tenere † Bar.in l.omnes populi.colum.
antepenult. verſ.item quæro quid ſi ſtatutum. nu. 63.
de iuſti. & iur. quoad perſonas nunquam fit extenſio
dicit Bald.in l.ſi quis. §. certum.ad fin.in 2.lectu.C.de
ſecund.nupt.idem de perſona ad perſonam non fieri
extenſionem, dicit eſſe caſum ſemper menti tenen-
dum Aret. in l. ſi quis hæres.§.ſi excluſus. ff. de acquir.
hæred. cum ſimil.allega. per Tiraquel.in l.ſi vnquam.
verſ.libertis.num.28.29. de reuoc. donat. quæ dicen-
tur de extenſionibus infra in ſequen. interpretatione
circa mentem & ſententiam, quoad caſum omiſſum
hoc de eis ſufficit tetigiſſe,non omitto orationem hu-
ius dicti habitam ex doctr.Bald.in l. fin. num.11.C.de
indic. vidu. tollen. quia mutata perſona mutatur eti-
am iuris interpretatio.

Vltimò vt omnes caſuum omiſſorum modi com-
plectantur & diſcutiantur & cognoſcantur, qui omiſ-
ſi non dicantur, prius fit regula, deinde limitationes
ſeu declarationes adducuntur breuiter tamen & ſuc-
cinctè procedendo.

Igitur regula eſt,quod caſus quilibet poteſt dici o-
miſſus, qui in ſcriptura teſtamenti non inueniatur
161 expreſſus,† l.Titiæ textores.in prin. de leg.1.l.ſi binæ.
de iniuſ.rupt. teſta. d.l.cum proponebatur.de leg.2.&
ſic omiſſus in diſpoſitione iuris communis, d. l. com-
modiſſimè. & l. ex his. de excuſ. tut. Memento tamen
ſi teſtator pollicitus ſit conditionem vel modum in-
ſerere, & hoc facere omiſit, non verificari diſpoſitio-
162 nem,l.penul.C.de inſti.& ſubſti.

Declarationes autem ſeu limitationes ad eandem
regulam haberi & adduci poſſunt ex traditis per docto.
163 maximè † per Iaſ.in d. l. commodiſſimè. & in l. cum
res.col.2.ſub 6.not.de leg.1. & in d. §. & quid ſi tãtum,
maximè per Ange. & in d. l. ſi cum dotem. in princip.
maximè per Bal.& in l. ſi extraneus. ff. de condi.ca.da.
& in l.fin.per Salyc.C.de poſthu. & per Bald.in l. 3.de
inſti.& ſubſti.& per omnes in l.1.de vulga. & pupil. &
per Viui.de commu.opin.verſ.caſus non expreſſus.

In ſumma tendunt ad hæc, quod caſus omiſſus in-
cluditur in expreſſo & trahitur ad prouiſum, & habe-
tur pro expreſſo, vbi in expreſſo & omiſſo concurrunt
eadem æquitas, omnimoda ſimilitudo, eadem mens
164 diſponentis,eadem ratio & cõiecturæ † Alexan.conſ.
130.in fin.lib.2.Barb.conſilio 10.colum.9.conſilio 30.
colum.4.Cur.ſen. conſ.52.colum.2.num. 51. & conſi.
76.colum.10.num.71.& ſequen. Iaſ. conſ.203. colum.
penul.lib.2.Aymo conſilio 130. num. 7. & conſil.326.
colum.5. verſ.ſeptimo conſidero.Pariſ. conſ. 17.num.
15.conſi.66.num. 61.lib.3.Io. Ant.Alexandri.conſilio
28.colum. 2.num.6.& ſequen. Bero. conſi.110.nu.36.
lib.2.

Porrò hæc intelligenda ſunt, quod ſi omiſſum in
ſcriptura teſtamenti vni prouiſum obſeruare volumus
& de eo nullatenus ex ſcriptura mentio comprehen-
di poteſt, neceſſarium eſt hoc per aliâs legitimas ad
probationem vltimæ voluntatis probationes requi-
165 ſitas probari† per glo. & doct.in d.l. cum proponeba-
tur.alioquin coniecturæ mens, eadem æquitas, ratio,
& omnimoda ſimilitudo,pro caſu omiſſo debent col-
ligi, & apparere ex verbis, ex diſpoſitis & expreſſis in
ipſa ſcriptura teſtamenti:vt per gloſſ.in verſic. volun-
tas in l.penul.de leg.1.quæ iuncto text. dicit ſolam vo-
luntatem ſeruandum: quæ vel ex verborum proprie-
tate vel ex eorum conſueta interpretatione liqueret
166 † & per Ripam in l.hȩrȩdes §.cum ita.colum 9.num.
33.ad Trebel.& Ruin.conſi.128 ad fi.lib.3.& Iaſ.conſ.
167 228.colum.pen.ad fin.ver.imprimis ergo.lib.1.† pro-
bantes mentem teſtatoris eſſe attendendam quæ con-
uenit verbis idem plenè per Cur.ſen.conſi. 29.colum.
antepenult. & pen. quæ quidem verba vbi deficiunt,
mens teſtatoris nequaquam colligi poteſt, neque ad
168 caſum improuiſum:expreſſe † dicit Petr.de Anchar.
conſ.166.iſte magiſter in fin. & Ruin. conſilio 43. col.
fin.lib.3.cum ſimil.de mente & intentione diſponen-
tis colligenda ex verbis expreſſis in ſcriptura ad ple-
num per Tiraquel.in l.ſi vnquam in ver.libertis, nu.
5.vſque ad num.18. de reuoc.donat.hæc quoque ſanè
intelligenda ſunt de verbis ambiguis: quæ poſſunt re-
ferri ad vtrumque caſum etiam omiſſum non de cer-
169 tis tantum ad vnum caſum,† vt per Cyn.& alios in l.
fin.C.de poſth. & Ang.conſi. 328.Anaſtaſius. colum.
pen.verſi.nunc ad obiecta.Idem de coniecturis atten-
dendis, quæ diſpoſitis & expreſſis in teſtamento &
quæ non poſſunt dici omnino omiſſæ, ſed ſequuntur
170 ad aliquid expreſſum † per doctr. Bald.in l. 1.C.de his,
qui ante aper.tab.Dec.in conſ. 417.circa fi. & alibi, vt
latè declaraui in præceden. lib.interpr.2.dub. 1.in pri-
medio de coniecturis,quibus addo text. in l. vnum. §.
pen.de leg.4.Cuius hæc ſunt verba, ſi omiſſa fideicom-
miſſi verba ſint, & cætera quæ leguntur, cum his quæ
ſcribi debuerunt, congruant, rectè datum & minus
ſcriptum, &c. omnimoda ſimilitudo caſus omiſſis de-
bet eſſe cum voluntate defuncti ſic apparente, Ripa
in d. l.1.num. 93.de vulga. & pupil. alias ſi propter ali-
quod inconueniens tacitè vel expreſſè repugnaret de-
functi voluntas, minimè fieret extenſio ad caſum non
171 expreſſum, vt declarat† Bart.in l.ſi mater. §.1.num.3.
eo.de vulga. Tunc autem his extantibus, & quòd vo-
luntas defuncti non repugnet, caſus talis omiſſus non
172 dicitur qui ex eo quòd expreſſum eſt,ſequitur,† ſecun-
dum Bald.in l. 1.ſuprà fin. ver. ſed reſponde. de his qui
ante aper. tab.& Dec.conſ.15.col.fin. ver. non obſtat ſi
teſtator,& Rui. conſ.108. col.6.num. 15.16.li.2.aliâs o-
mnino omiſſus dicitur, & pro omiſſo habetur, & Bal.
& alij modo alleg.dicunt, & idem Dec. conſ. 465. col.
3.verſ.primo non obſtat.& alibi.

Et ita intelligi debet quod ſupra dictum eſt deca-

ſu omiſſo etiam contingente præter intentionem teſtatoris: etiam ſi in eo maior ſit ratio diſponendi, quod talis caſus omiſſus ſit omnino vt modo explicatum eſt, vt per Bello. conſ. 141. nu. 4. 5.

Et ita etiam poſſunt concordari duæ regulæ ad inuicem contrariæ, vna quod ſemper dici poteſt hoc caſu non loquitur ſubſtitutio, Socin. conſilio 92. col. 2. li. 3. cum aliis ſupra alleg. in particula, non dixit, non expreſſit, altera quod ſubſtitutio in vno caſu porrigitur ad alium per d. §. & quid ſi tantum. & per doct. in d. l. 1. de vulga. quod prima intelligitur de caſu in quo non loquitur omnino omiſſo, & qui repugnante voluntate teſtamenti vel non apparente ex expreſſis habendus eſt pro omiſſo, altera vero intelligitur de caſu ad quem porrigitur non diſſimili, ſed congruo
173 expreſſis, vt ſupra declaratum eſt, † limitat Socin. in d. l. 1. col. 10. & ſeq. & omnes in d. §. & quid ſi tantum.

Sed quomodo poſſit liquere de mente teſtatoris, veriſimilitudine & coniecturis ex diſpoſitis & expreſſis in teſtamento ad cognoſcendum caſum omiſſum vel ne (credo equidem) nulli meliores & clariores, (ni fallor) inueniuntur modi, quàm his ſuprà proximè ſcriptis, quos docuimus, vt ſcriptura teſtamenti præ oculis habeatur, totaq; ea lecta inſpiciantur & conſiderentur, eius ordo, contextus, præfatio, præcedentia, media, ſequentia, pars ab alia parte, copulata, diſiuncta, alternatiua, partium enumeratio, & negatiuæ illatæ, teſtator non dixit, non expreſſit, non apparet, omiſit, his itaque diligenter inſpectis, facilè poſſunt percipi caſus per teſtatorem diſpoſiti, expreſſi, vel omiſſi, dicam adhuc quod ex ordine principij coniecturamus finem, ordineq; ipſo diſpoſitionis aliquid poteſt coniecturari, vel debet ſequi vbi eadem ratio
174 coniecturata ſequitur, dicit † Socin. conſ. 52. colum. 5. ver. preterea ſi hoc. lib. 1. de coniecturata mente teſtatoris ſatis apparere dicitur conſiderando ordinem ſui
175 teſtamenti, † dicit Pariſ. conſi. 66. col. 11. num. 77. lib. 3. & mens teſtatoris capitur ex præcedentibus verbis
176 tibus verbis teſtamenti. dicit † Angel. conſ. 28. teſtator circa med. & Capra conſ. 123. col. pen. de cogitatu te-
177 ſtatoris ex alia parte ſui teſtamenti dignoſcitur † vt l. quæſitum. §. antepen. de fun. inſtr. cum cæteris ſuprà ad quaſlibet præmiſſas partes allega & cum allegandis infrà in præſenti & in ſeq. dubit. & in ſeq. interpr. Circa mentem & ſententiam & prout plenè ſuo eleganti ſtylo & in ſumma tractauit Alciat. toto lib. ſuo 3. de verb. ſig. vnde Papha. Cum. in l. quem hæredi. de reb. dub. dicit, nota licet hæres neget teſtatorem dixiſſe, tamen ſufficere argumentis apparere, & apparere euidenter dicitur illud quod apparet ex legitimis con-
178 iecturis licet non fuerit expreſſum: † l. licet. & ibi Bar. & alij not. de leg. 1. & Pariſ. conſ. 71. num. 5. lib. 4.

Clauſulas in fine poſitas & vltimam ſcripturam ſimul etiam inſpiciendo congruam poſſumus habere interpretationem, & declarationem eorum quæ in præcedentibus dixerit & voluerit teſtator augendo, diminuendo, excipiendo, limitando, vel corrigendo prius dicta & diſpoſita, cùm hæc diuerſimodè poſſent explicari clauſulas referendo, dicta repetendo, vel habendo relationem, & diuerſæ ſint materiæ referendi, & repetendi, vt per Bar. & alios in l. ſi idem §. fi. de iuriſ. omn. iudi. l. talis ſcriptura. §. 1. & in l. licet. de lega. 1. & plene apoſtil. in ver. clauſula. ver. aduerte tamen ad Abb. in c. cauſam quæ. de reſcri pt. & Alexan. conſ. 66. nu. 3. 4. li. 2. non diſplicet tamen quæ de relatione tradita ſunt poſſe pariter procedere in repetitione, vt ſcribit Gabri. Eugu. conſil. 96. num. 12. Dicetur nunc de clauſulis referendis, quæ præ oculis in ſcriptura teſtamenti conſpiciuntur, vt hæc ſcriptura appellatur, per tex. in d. l. talis ſcriptura. in prin. & in fi. de aliis repetendis & referendis in propoſita materia tractabitur in ſeq. interpr. circa mentem,

Vbi igitur clauſula aliqua ſcripta reperitur abſolutè & ſimpliciter poſita per ſe principaliter faciens capitulum modificans vel qualificans cætera Bart. in l. ſi idem. §. fi. vltra med. de iuriſ. omn. iudic. vel importans conditionem, vel dilationem, vel priuationem, vel limitationem ſecundum Bald. in l. fin. C. de liber. præter. & Pariſ. conſi. 45. col. 1. ad fin. lib. 3. vel continens argumentum ſecundum tex. in l. fi. de reb. dub. & poſita in principio, vel in medio, vel in fine ſcripturæ alia capitula continentis, & dubium ſit ad quæ referatur, & quæ per eam veniant declaranda, licet de hoc dari non poſſit certa doctri. dicunt Io. Anton. & Butr. in c. inquiſitioni. de appel. referunt Felinus & Dec. in locis modo alleg. Tamen ſit regula, quod huiuſmodi clauſula refertur ad omnia præcedentia, me-
179 dia & ſequentia, † per tex. in d. l. talis ſcriptura. in fi. & in l. fin. de reb. dub. & in l. 3. § filius. de liberis & poſth. & in l. 1. C. de lib. præte. & Barto. & alij in his legibus tradunt, & in d. l. ſi idem. §. fi. & Ang. conſ. 20. teſtator. Calca. conſil. 103. colum. pen. verſ. quia & ego. & Soc. conſ. 31. colum. 2. verſ. tota ergo. lib. 4. & Bal. conſ. 139. per relictum. lib. 3. circa medium dicit, cum relatio fieri poteſt ad omnia fiat vt largiorem interpretationem faciamus, ita vna clauſula interpretatur aliam,
180 & per aliam dicit idem † Bald. in c. ſecundo requiris. verſ. poſſet hic tractari de appel. & in conſi. 189. caſus talis eſt Petrus. lib. 1. dicit quod vno inſtituto in vita, & altero ſubſtituto poſt mortem inſtituti cum adiectione in fine quod ſit dominus, hæc adiectio determinat omnia præcedentia, quod hæres in vita ſit viſufructuarius, & in pulchro caſu latè per Soci. Iun. conſ. 139. num. 4. & ſequen. lib. 1. & concord. alleg. per Dec. conſ. 11. colum. 8. & conſi. 539. colum. 2. nu. 4. & Aym. conſ. 296. colum. 3. & alibi per doct. quæ quidem procedit, quando aliqua ratio ineptitudinis, deſtructionis, ſuperfluitatis, diuerſitatis, ſeparationis, contrarietatis, abſurditatis, vel repugnantiæ non obſtaret, ita de circa hæc verſantur limitationes 12. quas Iaſ. in d. l. 1. de liber. præt. & ſeptem in d. l. talis ſcriptura. & limitationes octo, quas Felin. in d. ca. cauſam quæ. col. 4. & ſequen. de reſcript. & limitationes decem ſeu diuerſarum rationum exemplificationes quas Dec. in d. cap. ſecundo requiris. colum. 2. & fin. de appel. ad dictam reg. adducunt, & concordes in pluribus col. legerunt ex oppoſitionibus & ſolutionibus Bar. in d. l. talis ſcriptura. & in d. l. fin. & in d. §. filius. & in d. l. ſi idem. §. fin. & Bal. & Pau. de Caſt. in d. l. 1. de lib præt. & ex alleg. per Alexand. in conſ. 48. lib. 1. & conſi. 158. lib. 6. Has autem limitationes ſeu cauſas, vt appellat Bart. in dicta l. talis ſcriptura. §. 1. quare dicta clauſula non debeat referri ad omnia, vel ad quædam hic recenſere non piget, & corroborare pro ſecuriori remiſſione in occurrentiis cauſarum, & in ſumma referr, ordinem Iaſ. ſequendo in d. l. 1.

Prima eſt quam ponit Iaſ. in d. l. prima, quod dicta regula procedit. quando clauſula hæc commodè poteſt referri ad omnia, aliàs refertur ad proxima vel ad
181 ea quæ referri poteſt † per d. l. ſi idem. fin. & ibi gloſ. & doct. eandem firmat Felin. in d. ca. cauſam quæ in ſua 1. limitat. Vt maximè quando clauſula ſit oppoſita
182 in alia oratione, & in diuerſo capitulo † Alexan. conſ. 150. ad fin. verſ. non obſtare videtur lib. 6. & vt per Abba. conſi. 78. colum. 1. & 2. lib. 2. ſub qua corroborando eam cadit quod ex facto duabus filiabus dotatis & duobus filiis maſculis hæredibus inſtitutis, & adiunctum ſubſtitutis clauſula hæc finalis aſcripta, ſi omnes fili-



filij dicti teſtatoris decederent, vt ad proxima ad quæ poteſt referri ad filios maſculos hæredes tantum referri reſpondit Paul. de Caſtr. conſil. 123. viſo teſta. lib. 1. & Barba. conſil. 34. col. 2. lib. 1. dicens vbicunque verba aut mens non patitur. vt clauſula referatur ad omnia, tunc refertur ad proxima, & non ad remota. & idem in conſil. ſeq. refert, ſequitur dictum conſil. Paul. de Caſtro facit & Bero conſi. 66. numer. 12. & clarius conſil. 176. num. 65. lib. 2. vide tamen quod contrarium voluit Petr. de Anch. in conſil. 68. ſubtiliter. In ſimili ſpecie clauſulam ſi omnes referri ad maſculos vniuerſales hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos, & ad fœminas in certis rebus inſtitutas, refert & ſequitur Alexan. conſil. 17. col. fin. verſi. quinto pro hoc. lib. 7. facit Aymo conſil. 155. col. fin. num. 10. & in eod. caſu cōſ. 34. & ſeq. Barb. allegati contrarium conſuluit Alexan. conſil. 66. lib. 2. facit Bart. conſil. 54. Angelus maciæ. colu. 2. Et idem vbi eſt diuerſa ratio. clau-
183 ſula non refertur niſi ad proxima † Alexan. conſilio 226. col. 2. lib. 6. Angel. in conſil. 330. quidam Cambius. ad fin. & Bolog. conſ. 2. col. 7. ver. ſecundo princi-
184 paliter. & ad ea, quæ poteſt commodè † per d. l. 1. de liber. præter. Roman. conſil. 112. & Boer. in deciſ. 146. num. 3. cum ſequen. vbi plenè allegat, itaque ratio diuerſitatis, vel conformitatis ad relationem denegandam vel concedendam eſt ipſa, quæ conciliat omnia contraria, quæ ex diuerſitate tractatuum ſolui dicun-
185 tur † Angel. in l. qui autem. in princ. ff. quæ in fraucredi. & Iaſ. in l. 3. §. item Iulianus. in 2. not. de eo quod cer. lo.

Secunda limitatio, quam facit Iaſ. in dicta l. 1. eſt,
186 quod relatio non fit ad annullandum actum † per tex. & gloſ. in l. ſi quis à filiof. in princip. de le. 1. & Fel n. in d. cap cauſam, quæ in 5. limit. & Dec in d. cap. ſecūdò requiris. in 5. limit. idem Iaſ. in d. l. talis ſcriptura. col. pen. in 3. fallen. & Dec. conſil. 14. colu. 4. ver. confirmatur, Aym. conſ. 70. col. 2. ſub num. 4. ſed vbi ex relatione reſultaret validitas actus, fortius fieret ipſa relatio. adducit Aym. conſil. 88. ſub num 3. dicit Bal. in l. pactum. in 15. q. C. de collat. refert Dec. conſi. 1. col. 9. verſ. comprobatur hoc. Ceſſat item relatio ad ea, quæ ex ipſa relatione remanerent correcta per ea-
187 dem iura † tradit Bald. in d. l. pactum. in 15. quæſt. in fi. & Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 18. ſub nu. 84. de verb. obligat. & Iaſ. in d. l. talis ſcriptura colum. pen. in 2. fallen. & Alexand. conſil 226. col. 2. verſ. 3. li. 6. Ceſſat etiam quando ipſa relatione induceretur correctio iuris communis quod eſſe notandum ad in-
188 terpretationem ſtatutorum ponit Socin. † in l. plures teſtamento. col. 2. ſub num. 3. & 2. not. de reb. dub. & Alexan. conſil. 88. num. 5. lib 1.

Tertia eſt per Iaſ. poſita in d. l. 1. quod aliquā clauſulam habentem ſuam claram determinationem fie-
189 ri non debet relatio per † capit. cum dilecti de donat. & per eundem in d. l. talis ſcriptura poſita aſt in prima fallentia, & per Dec. in d. cap. ſecundo requiris. in 3. limit. & in conſil. 574. colu. 2. ſub numer. 5. & Roman. in conſil. 152. ver. prima quia quando, & conſil. 503. colum. 1. & ſequent. & Alexan. d. conſil. 48. col. penult. num. 8. 9. lib. 1. & Iaſ. conſil. 142. col. 6. ver. ſeptimo. lib. 2. & conſil. 173. col. pen. ver. quarto. eo. & Socin. conſ. 21. col. 1. ver præterea. lib. 3. & Pariſ. conſil. 36. col. 4. num. 20. lib. 2. & Socin. Iun. conſil. 98. num. 31. 32. lib. 1. Tiber. Decia. conſil. 101. num. primo. lib. 2. eſt text. in d. l. talis ſcriptura ibi, & ad ea tantum legata pertinent, quibus dies non eſt appoſitus, idem & Capic. in deciſ. 108. num. 10. & Curt. Iun. conſi. 156. col. 2. verſ. præmiſſis tamen, vbi dicit hanc limitationem communiter ſcribentes ſequi, quam in his locis Doct. adducunt ad plures not. caſus in facto ſuper legatis, inſtitutionibus, & fideicommiſſis.

Quarta limitatio Iaſ. in d. l. datur, quod ad ea quæ acceſſoriè inciduntur, cauſa demonſtrationis tantum
190 poſita ſunt in oratione, non fit relatio in dubio. † l. fi. §. Titia. & ibi Bart. de liber. leg. & idem Iaſ. in d. l. talis ſcriptura. col. penul. in 7. fallen. & Felin. in d. ca cauſam quæ. in 4. limit. & Dec. in d. c. ſecundò requiris. in 4. limit. & Iaſ. conſil. 143. colum fin. ad fin. ſub verſ. 3. lib. 2. & Curt. ſen. conſil. 46. colu. penul. & Ruin. conſil. 74. col. 4. num. 5. 6. & conſil. 181. col. 2. verſ. nec obſtat etiam lib. 2. & Cephal. conſil. 43. ad fin. facit quod in dubio relatio ipſa fit ad ea quæ ponuntur diſ-
191 poſitiuè, non ad ea quæ ponuntur exceptiuè † l. nam quod liquidæ. §. fin. de pe. lega. & ibi Bartol. & in l. ſi cui ſerui. §. 1. de lega. 1. vbi dicit relationem fieri ad ſubſtantiam perſonæ, & non ad alias qualitates, & ad
192 poſita in diſpoſitione, & non in conditione † Pariſ. conſil. 86. colu. 8. num. 30. & 46. lib. 2. & Alexan. conſi. 1. col. 3. ſub ver. non obſtat dicta. lib. 4. & Dec. conſil.
193 593. colum. 2. nu. 4. † dicens relationem videri factam ad dictum principale, non ad qualitates.

Quinta limitatio Iaſ. in dicta l. 1. ſequitur quod ceſſet clauſulam referri ad ea reſtringenda, quæ ſui natu-
194 ra fauorabilia ſunt, & amplianda † ſecundum Innoc. in d. capit. cum dilecti de donati. idem Iaſ. in. d. l. talis col. penul. in 6. fallen. & Felin. in d. cap. cauſam, quæ in 6. limit. & Dec. in d. cap. ſecundò requiris. in 8. limit. idem refert Socin. in d. l. fin. colu. 2. ver. item quando ſumus. de reb. dub. & Capr. conſil. 44. num. 12. & Cur ſeni. conſil. 64. col. 11. verſ. quartò reſpondemus. num. 23. & Ruin. conſi. 127. colum. 3. in fin. num. 7. lib. 2. Quinimmò in huiuſmodi materia fauorabili tales clauſulæ finales important & includunt
195 maiora expreſſis, probat † Socin. in. l. quidam relegatus. col. 2. in 5. concluſ. de reb. dub.

Sexta eſt limitatio Iaſ. in d. l. 1. quòd locum non habet dicta regula, quando clauſula poſita eſt ad qualificandum certum capitulum, quia tunc ad alia non refertur, vt quando conditio vel modus apponitur
196 vni legato, non refertur ad aliud legatum † per l. filium. ff. quando di. leg. ced. Felin. ponit in d. c. cauſam quæ. in 3. limit. & Dec. in d. cap. 2. in 2. limit. & adde Capic. in deciſ. 108. num. 12. & Cur. Sen. d. conſ. 64. col. 11. ver. quintò reſpondemus. & Pariſ. conſil. 36. col 4. ad fin. num. 21. lib. 2 & Alexan. conſil. 158. col. 2. ver. tertiò confirmatur. lib. 6. & Afflict. in deciſ. 248. col. fin. num. 12. & Alexan. conſ. 226. col. fin. ver ſeptimo. lib. 6. & Deci. conſ. 213. col. 3. num. 7. & Socin. in dicta l. fin. colum. 2. ver. ſecundo notandum eſt, de reb. dub. vbi not. declarationem ad hoc ſubiungit, quod tam iſta clauſula qualificante ſic vnum capitulum poteſt haberi declaratio verborum ambiguorum
197 alterius capituli † per l. vtrum. ibi Bald. et Angel. ff. de peti. hæredi. idem probat Aret. in d. l. §. filius. colu. fin. ver ſecundò adde. de liber. et poſthu. Quod intellige niſi verbum referens reſpiciens aliud verbum certi actus, quia id debet declarare ad quod refertur,
198 et non aliud, † in not. q. tradit Bald in l. ſi ita, colu. 2. ad fin. et ſequent. ſub verſic. pro declaratione. de aur. et argen. legat.

Septima limitatio per Iaſ. remiſſa eſt ad not. per gloſ. Bar. et alios in d. l. ſi idem. §. fin. de ea igitur ibi videndum eſt.

Octaua limitatio per Iaſ. remiſſa ad Bar. in d. l. talis ſcriptura. §. 1. poteſt colligi ex traditis ibi per eum vltra prædictas, et generalis eſt, quod quotieſcunque poteſt aſſignari aliqua ratio, ob quam non poſſit fieri relatio, hæc quidem ceſſat, et exemplificat, quando ea, ad

ad quæ facienda eſſet relatio ſint contraria, aliis ſuis
exemplis omiſſis, de quibus ſuprà.1.2. & 4.lim.dictum
eſt,adde quod idem tenet Bart.conſi. 54.Angelus Ma-
ciæ.conl.1. ver. ſecunda ſolutio. clauſulam non referri
199 ad contraria refert † Iaſ.conſil. 143.col.fin.verſ con-
firmatur.lib.2.& conſil.173.ad fi.eo.& Cur.Iun.conſil.
156.col.3.ver.ſecundo.& Menoch.conſil.177.num.17.
& ſequent.vbi ad plures has limitationes facit & non pro-
cedit relatio ad ea, quæ eſſent contra intentionem diſ-
200 ponentis,probat† Socin.in d.l.fin. ad fin.de reb.dub.
ſit ad remota ſic ratione dictāte,in quibus poſſit operari
201 diſponentis intentio,†Paul. de Caſtr.conſil.149.Cla
rum eſt. ad fin lib.1.& Aymo conſi.70.col.4.num.11.
Nona limitatio per Iaſ.in d.l.ponitur, quādo clau-
ſula eſt ſpecialis, & diſcretiua non refertur ad omnia
202 † ſecundum Bal.in d. c.ſecundo requiris. vltra med.
facit quod limitata cauſa limitatum producit effectū.l.
cancellauerat.de his quæ in teſta.delen.
Decima limitatio quod ceſſat relatio, quando ab-
203 ſurdum & inconueniens reſultaret, † Iaſ. ibidem
per c. Eccleſia veſtra,& ibi Abb.de elect. & Felin.in d.
c. cauſam quæ, in 5.limit. & Dec. in d.ca. ſecundò re-
quiris.in 4.limit. adde Paul.de Caſtr.in conſil.14. Du-
bium iſtius quæſtionis. ante med. verſ. qui autem &
ita fit,lib.2.& Cur. ſen. conſil.43.col. penult.vbi idem
ſi reſultaret contrarietas, vel repugnantia, idem quā-
do reſultaret abſurdum & inconueniens inter aliâs
204 cauſas non faciendas adductas refert † Aym.d. con-
ſil.70. col.4.num.11. & magiſtraliter Bald.conſil.357.
clauſula. lib. 4. tradit præmiſſam regulam clauſulæ
referendæ ad omnia non habere locum quando im-
plicat contradictionem, vel aliam induceret abſurdi-
tatem, & quando clauſula ipſa non eſſet perfecta, &
non eſſet ſimpliciter poſita, ſed eſſet pars clauſulæ, &
orationis, quia tunc non refertur ad alias clauſulas,
quibus non ineſt, ſed ſolum refertur ad illud, cui ad-
205 iicitur,vt ibi per eum,† & per Corſ.in ſing.incip.clau-
ſula in fi. quando ſequeretur abſurdum vel inconue-
206 niens, † & Capra.conſil. 44. colum.fin. num. 13. &
Ruin. conſil.123.numer.12.lib.3.vbi plura dicta de re-
latione adducit, & Dec. conſil.299.colum. penult.ſub
ver.non obſtat. Et è conuerſo quando abſurdum eſ-
ſet, ſi relatio non fieret, & quidem, vt ceſſet abſurdū,
207 fieri debet † Curt. Iun. conſil.112. colum.fin.ſub ver
præterea, & Pariſ.conſil.70.col.penul.li.2.cum ſimil.
ſupra per me adduct.in præc.li.interp.1.dubit. 4. ver.
item eo modo de interpretatione facienda & modo,
quo poſſit in in conueniens & abſurdum ceſſare.
Vndecima limitatio per Iaſ. in d. l. adducta eſt.
quod locum non habet relatio, quando proprietas,
208 ſermonis repugnat † per l. & qui data, ex quib. ca.
maio. & per Iaſ. in d.l. talis ſcriptura. colum. penult.
in 4. limit. & aliter Felyn. & Deci. in locis ſupra alle.
hanc limitationem explicitè non ponunt, eandem
refert idem Iaſ. conſil. 143.col.6.ad fin. ver. confirma
tur. & Goza. conſil. 82.nume. 14. & Socin. conſil.21.
col.4.ver. confirmo per ea.lib.3.vbi fortius dicit rela-
tionem ceſſare, quando læderetur rectitudo iuris &
209 intentio, † ſequitur Pariſ. conſil.36.col. 4.num.16.
lib.2.eſt text.in l.Plautius. de aur.& arg.lega.
Duodecima limitatio fit per Iaſ. in d. l. 1. quod re-
210 latio non debet fieri ad extrema, allegando † Bal. in
l. actionibus. in 2. not. ff. de his qui not. infam. qui
hoc non dicit, niſi in 3.not. quod repetitio de vno ca-
pitulo non fit ad aliud, quando non eſt eadem ratio,
& diuerſi ſunt termini relationis & repetitionis, vt
ante dictum eſt, & poteſt facere Bald. ibidem dum de
delictis ad contractus non intelligatur clauſulæ repe-
titio, quia differunt in materia, ſed pro hac limitatio-
ne firmanda non eſt eundem per mendicata ſuffra
gia, cum text.habetur in ſæpe alleg.l.talis.ſcriptura in
princ.ibi,ad corpora legata non pertinet,& in ver.pen.
eandem tamen allegationem Baldi facit ad hanc limita-
tionem Felyn. in d. c. cauſam quæ in 2. limit. quam
credo meliùs probari per dictam l. talis ſcriptura.
Limitationem alia adducunt Felyn. ibidem in 7. li-
mit.& Dec. in d. ca. ſecundo requiris. in 9. limit. quod
non procedit relatio, quando intentio diſponentis lo-
211 cum haberet ſine relatione alia,& probat † Socin.in
d.l.fi.de reb.dub.dicens,vbi intentio diſponèntis poteſt
verificari in aliqua parte ſine relatione, non eſt fienda
diſponentis: vt ibi per eum,& Ruin.conſ.137.col.5.nu.
relatio,qùia veniremus contra mentem 5.lib.3.
Aliam vltimam fallentiam colligunt, Feli. in 8.ſua
limit. & Dec. in 10. quod aliquid non expreſſum in ca.
212 ſed intellectum, non porrigitur ad alia, † vt ibi per
eos, & per Port. Imol. ad hanc regulam colligit 21.
limitationes ad eaſdem rationes, & eundem effectum
tendentes cum prædictis, in tract. de com. opi.in con-
clu.38.lib.2.vel iſtæ ſunt Ant. Gabr. Rom. de Com.o-
pi. lib. 6.de clauſ. conclu.9. quæ omnia in materia no
ſtra diligenter notanda ſunt, quia vna clauſula inter-
213 prætatur aliam, & per aliam,dicit Bald. in d. c.ſecun-
dò requiris. vltra medi. iam ſup. alleg. idem in tit. de
214 pace Conſtan.ver pen. in fin. † dicit, verum eſſe vnā
ſcripturam iuuare & interpretari aliam. idem in conſ.
136.Viſo teſtamento. circa med. lib. 3. dicit,quod non
debemus reſpicere vnam clauſulam teſtamenti, ſed
215 omnes comprobat † Iaſ. conſ.140. col. 7.ver. 8.lib.1.
idem Bald.conſil.184.Si qua. ver.pen. lib.3. & text.in
l. quamuis. ibi: tamen quia inferioribus verbis teſta-
menti. C. de fideicomm. & quod intelligitur per re-
216 † lationem. ad aliud intelligi dicitur vere & propriè,
ait idem Bal.conſil.1. Ea,quæ.ver,pen.lib.5.
Clauſulis finalibus inſpectis,& diſcuſſis,vt modo di-
ximus, ſupereſt poſtrema & vltima ipſius ſcripturæ te-
ſtamenti pars inſpicienda:quæ quidem. prout concep-
ta eſt & ſe habet ad priora augendo,diminuendo decla-
rando,modificando, vel corrigendo,ea ſane nouiſſima
ſcriptura ſpectanda & obſeruanda eſt in legatis & te-
217 ſtamentis: l. ſi † quis eum.in prin.de vulg. & pupil.l.
diuus.§.licet.de iur.codicilli. l. ſi mihi. §. in legatis.de
leg.1.l.generali.§.vxori in fin.de vſufr. leg.&l.diui. §.ſi
tibi.& l.libertas.de adim.lega.& l.Lucius. §.quæ habe-
bat.ad Trebell. & d.l.fi. de reb. dub. quid intelligendū
eſt,ſi poſteriora ſunt contraria primis:ſecūdum Imo.&
218 Alex.in d.l.ſi quis eum.ſed declarandum eſt latius.† vt
per text.gl.Bar.& alios in l.quod traditum cum duabus
ſeq.de cond.& demonſt.& in l.ſi quis in princ. de leg.3.
& in l.pacta nouiſſima.C.de pact.& Bal.conſ.69.Qui-
dam inſtituit.li. 3.& Petr. Anch.in c.canonum ſtatuta,
in 14.q.princ.col.2.& Bero.conſi.118.num.6.lib.2.

## LIB II. INTERPR. III. DVB. II. SOLVITVR.

1 *Per accuratam inſpectionem & cognitionem verborum propriorum & impropriorum largæ vel ſtrictæ ſignificationis,& per receſſum ab eorum ſignificato ex manifeſto ſenſu teſtatoris.*
2 *Per qualitatem ſermonis vulgaris,vel Latini.*
3 *Per effectum verborum diſpoſitiuorum,executiuorum, enūtiatiuorum,& demonſtratiuorum.*
4 *Per ſignificationem aliquorum verborum,præſertim, Relinquo,præpoſitionum,& aduerbiorum,vt,item,vltra, videlicet,non aliter,omnino,ſine exceptione,ad vnguē, quoquo modo,nullo modo,& verborum geminatorum, Gerundij,Participij,vel Supini.*

*5 Per*



5 *Per effectum operandi verborum latè examinatum cum limitationibus 15.adductis,*

## SOLVTIO. I.

DE ſcriptura vltimæ voluntatis in totum
vt ante dictum eſt, & in partes ſingulas
perſcuratur, ad hoc neceſſaria eſt viſio &
cognitio verborum in ſcriptura ipſa con-
tentorum, in quibus tandem conſiſtunt,
& ex quibus demum reſoluuntur omnes quæſtiones,&
dubitationes, quæ poſſunt oriri ex teſtamentis,& aliis
219 vltimis voluntatibus,† per tex.in l.de his.ff.de trāſact.
Primum enim ex verbis vehementiùs, quàm ex a-
liis ſignis manifeſtum eſt ſecretum voluntatis noſtræ,
dicit Ang. in l.fin.ff.de hæred.inſtit. & conſil.314. Vi-
ſo d. teſtamento ſub. & Luc. de Pen. in l. fi. col.fin. C.
de præd. curi. lib.10. dicit, niſi per verba vel alia ſigna
non poſſe videri vel cognoſci alerius propoſitum vel
mentem, non poſſumus credere homini id, quod di-
cit not. Bart. in l.ſed hoc nimium. ff. de excu.tut.nul-
lumque eius teſtimonium maius eſt, quam qualitas
221 inſpecta verborum,† Bal. in l.generaliter.colu. 1.de
non nu.pec. & conſ.160. Facta fuit. & conſil. 305.lib.
1.cum aliis ſimil. alleg. per Curt. Iun. conſ.169.col.1.
& Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. libertis. nume. 18.de
reuo. dona.& Aym.conſ.20.nu. 2.& Tranch. in reb.§.
cum ita. nu. 143. l. hæredes mei.ad Trebell. vbi multa
not.de verbis dicta colligit: verbis tamen opus eſt,di
cit gl. 2. in l. fraudem. in prin. ff. de milit. teſta. cum
concordan. etiam per Cæphal. conſil.419.num. 43.&
latiſſimè per Guil. Bened.in c. Rainutius. par. 2. ver.
eidem impuberi ſuccederent. nu. 1. & ſeq. de teſta. ex
verbis enim diſpoſitionis mentem diſponentis com-
222 prehendimus: † cap. porrò. de priuil. c. ad audien-
tiā.de deci.cap.fin.de verb. ſignific. in l. non aliter. de
lega.3.& l.Gallus.§.1.ibi, qui ex verbis concipi poteſt:
de liber. & poſthum. & l.cum virum. ibi, verbis com.
prehenſum eſſe. C. de fideicommiſſ. cum pluribus di-
ctis notabilibus allegatis per Iaſ. in l. neque. colu. fin.
C. de teſta. & pluribus legibus alleg. per Tiraq. in d.
ver.libertis. num.52.70. & quæcunque ſint verba im-
propria. vel imperfecta. ſic mentem teſtatoris demon
223 ſtrantia,† per text. in l.vbi.§.te rogo. ad Trebellia.i-
bi no.Ripa. num. 5. ita hoc verum, quod mentem te-
ſtatoris elicere non poſſumus, vbi prorſus verba defi-
224 ciunt, † dicit Ancha. conſil. 266. Iſte magiſter. in fi.
& Ruin.conſil.43. colu. fin. lib. 3. quia teſtantis ani-
mum non vidimus, inquit Bald. in l. precibus. num.
vigeſimo tertio. C.de impub. niſi hunc emittens ver
bum audiatur. l. Labeo. §.penult. & fi. de ſuppel. leg.
225 quod eſt,ſicut corpus, & mens, ſicut anima, † idem
Bald. in l. cum Aquiliana. ff. de tranſact. deficere au-
tem verba intelligendum eſt, vbi vel omnino ſunt o-
226 miſſa:† vt l.vnum. §. penult.de leg. ſecundo.vel quæ
227 prolata ſunt aliquo modo,intelligi nequeunt:† l. de
ætate.§.nihil, de inter. acti. pluribus aliis alleg. pro-
bat Corn. conſil.161.col. fi. ver. & quia. lib. 2. & Bald.
in l.voluntatis. col. prima.ver. & adde, quod ſi verba,
de fideicommiſſ. exinde poſt Bart. Iaſo. in l. quicquid
aſtringendæ.col.2.ver.quintum intellectum.de verbor.
228 obligat. † dicit, inſtrumentum à Notario confectum
per verba non intelligibilia,non valere.
Quamobrem diligenter & ſubtiliter, & accurate
teſtamentorum verba inſpicienda, & ponderanda
229 paſſim leges & Doctor. admonent: † vt per text. in
§.nos igitur. in auc. de reſt. fideicom. ibi, vnde ſubti-
liùs teſtamentum conſiderantes verbis ipſis inueni-
mus,& gl. in ver. vnde. in l. ex verbis. C. de don.inter
vi.& vx. dicit, ad voluntatem defuncti cognoſcendam
non poſſe commodiùs attingi, quàm verbis inſpectis
teſtamenti ſuperioribus, & inferioribus. & Bart. in l.
qui liberis. §. hæc verba. ad fi. de vulga. & pupil. dicit,
ideo reſpice multum, qualiter verba teſtamenti ſunt
concepta. & Bal.in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. in fin.
ſolu.matr.dicit, cautè inſpicias verba teſtamenti.idem
dicit Ang. in l. ſi ſeruitus col. pen. verſi. exemplum, ſi
lego.de ſerui. vrb. præd. & Guiliel. Benedict.in c.Rai-
nutius. in ver. eidem impub. col.1.& ſequent.latè ſcri-
bit,quantum verba teſtatoris ſunt attendenda. & Luc.
de Pe. in l.2.col.2.C.de dilat.lib.10.dicit, verba teſta-
menti, & cuius libet ſcripturæ, de cuius vigore dubi-
tatur, legenda ſunt & inſpecienda, &c. & ibi plura de
verbis. & dicit Bart. in conſi. 10. col.1.li.2.quod tenor
teſtamenti dat legem ipſi teſtamento:oportet ergo ver
ba & mentem teſtatoris intueri, vt dicit Corn. conſ.
242.colum. 4. ver. tamen licet lib. 4. maturè animad-
uertendo, & ſæpiùs accuratè ponderans verba teſta-
menti,&c. quia ex diuerſa punctuatione diuerſus re-
230 ſultat intellectus, † Alber. in l. nèmo. C. de iud. &
Bald. in l. 1.nu.5.de lib. præte. & Dec. conſ.14.colu.2.
in fin. & Iaſ.conſ.43. col.3.li.3.dicit, verba teſtamenti
diligenter conſideranda, & cautè inſpicienda, & dicit
Soc. conſ. 26. in princ. li.4. quòd cum ſemper & mul-
tum teſtamenti verba non ſolum legeret, ſed lectita-
ret,& lectitando penſaret. idem & plura in conſ. 10 in
prin. li. 1. et replicat vltra ſupra dicta in alleg. conſil.
143.in prin. lib. 4. per dictum Bal. conſ. 122. Verba in
fi.lib.1. quod verba teſtamentorum magnum pondus
in ſe habent ad cognoſcendum quid eſt:ideo bene ſunt
ponderanda. idem in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. in
princ.in 3.no.de verb.obl.idem conſil. 140.col. 5. verſ.
primò lib.1.dicit,et quanto magis lego et conſidero ver
ba teſtamenti,magis mihi perſuadeo, iſtam eſſe enixam
voluntatem teſtatoris: idem et ſimilia dicit in conſ. 79.
li.3.in prin.et conſ.130.col.2.et conſil.154.col.1.lib.4 I-
dem Iaſ.in l.ſi ancilla.in fin.de leg.1.facit text. in l.item
veniunt.§.præter hæc.ff.de peti. hære.ibi.optimum eſt
ipſius ſenatuſc.interpretationem facere eius verbi rela-
ti.& dicit Bartol.vel alius,cuius eſt repetitio, in l.ſi arro
gator.colum.7.verſ.extra.no.quod per formam verbo-
231 rum cognoſcitur voluntas teſtatoris:† & Bal.in l.& in
epiſtola.in fi.C.de fideicom.dicit, quod lex habet pro
intentione emiſſionem verbi:idem in l. fin. col.penul.
ver.ſed Nic.dema.de codicil.inquit,quod in dubio de-
bemus recurrere ad voluntatem legis, quæ eſt,vt ſequa-
mur verba teſtamenti,in ver.ſeq.ſubiungit, non ſuffi-
cere æquitatem rei,niſi verba teſtamēti poſſint in illam
æquitatem ſonare.& Iaſ.in d.l.ſi ancilla.in 2.not.de leg.
1.notat in interpretandis teſtamentis non eſſe reſpiciē
dam illam opinionem, quæ nec verbis, nec menti te-
ſtatoris congruit, & dicit Gram.conſ.105. nu. 2. ciuil.
quod vis verborum ponderanda, & vis ſermonis eſt
ſeruanda. & ad idem plura adducit Tiraq. in d.verſic.
libertis. nu.10. Nam generale eſt, Iuriſtam ſemper de
232 bere ponderare vocabula † Bald. in l ſi vt proponis.
in fi.C.de exec.rei iudi.more Stoicorum, qui ſtudioſè
exquirunt, vnde verba ducta ſint, ait Cicero de offic.
li. 1. quia in minimo verbo conſiſtit magnus effectus,
dicit Paul.de Caſt.in l.fi. §. 1. C. de indic. vidu. tollen.
vbi ad monet,non quod ſint cauti, vt ſciant concipe-
re verba, ſecundum mentem teſtatoris. qui enim vim
verborum ignorat. facilè decipitur, dicit Ariſtot.in e-
lench.tex.1.
Hæc autem fiūt, quia in dubiis datur regula & vis,
233 eſt & intellectus ex ordine verborum, † vt declarat
Bald.in l.1.num.4.C.de impub. Spec. in tit. de except.
& repl.§.viſo.in prin.& Bal.in q.de ſchiſma.ver.ſed in
contrarium

contrarium col.3,nu.19.cum plurib. alleg. per Nico.
Euerar.in ſua cent.in lo.1.ab ordine pag.28. & verbo-
234 rum interpretationem eſſe faciendam,†dicit in l.qui
concubinam. in prin. de leg. 3. ex quo ibi Alber. not.
quod ibi verborum interpretatio facienda eſt, non ha-
235 betur conſideratio dignitatis , † ſ. perſonæ legatarij,
236 † vt ibi in tex.& in gl. in ver.non ius vxoriũ,vbi verò
interpretatio ipſa eſſet dubia , non eſt recedendum à
237 proprietate:† l,ille.§.1.& l.non aliter.in prin.de le.3.
& ibi Doct.tradũt & Abb.cõſ.40.col.1.ver.tertio prin
cipaliter.lib.1.Soc.conſ.52.col.5.ver.addò, quod etiam
lib.1.Cur.Sen.conſ.29.col. 3. verſi. vltimo me mouet.
Tiraq.in l.ſi vt quam d.ver.libertis. num. 20.21.& 69.
C.de reuo.don.& tex.ibi.Modeſtinus reſpondit ex ver-
bis in conſultatione inſertis in l. Titia cum teſtamẽto.
in prin.de leg.2. Dummodò verba ipſa menti & volũ-
tati,teſtatoris proprie vel impropriè, poſſint cõuenire,
238 alioquin mens non ſpectatur,vt in locis alleg.†Doct.
docent & in l.pr.§. conditionum.de cond. & demon.&
Alex.in l.3.in fi.de lib.præte.& Ruin.conſ.177.num.2.
lib.2.& Ceph.conſ.423.num.138.æquitas non attendi-
tur,niſi verba teſtamenti poſſint in illam æquitatem ſo
239 nare,†dicit Bald.in d.l.fi.col.pen ver.item non ob.C.
de codicill.Alioquin ſi verba repugnant vel diſcrepant,
240 aliàs,(vt dixi)non attẽditur,ſed annullatur actus†glo.
in verſi. voluntas. in l. cum virum. C. de fideicomm.
Dec.conſil.362.ad fin. & Albert. in d. l. non aliter. in
princ. & Iaſ.in l. ſi tibi. col.3. ver. limita principale. ff.
ſi cert. pet.& Soc. in l. 3.col.fi. ver.8. concluſ.de rebus
dub.Alex.conſ.139.col.2.ſub.num. 5. lib. 6. gl. in ver.
verba. in l. ille. §. 1. ad Trebel. intentio enim teſtato-
241 ris attendit,quæ ex verbis colligitur † Paul. de Caſt.
conſil.189. videtur dicendum. ver. his non obſtantib.
lib.1.& conſil. 185. Supraſcriptus. ver. non obſtãt mo-
tiua. lib. 2. vbi plura de verbis teſtatoris obſeruandis,
etiam ſi reprehenſibiliter diſpoſuerit , & ſi ſua diſpoſi-
tio videatur indiſcreta & irrationabilis, & eam aliter
neſcierit exprimere Notarius, aliterque ea non con-
242 ſtiterit , verbis tamen,ſicut cantant, ſtandum eſt,† i-
dem Caſt.conſ.71.Ad primum. circa fi. eo. li.2. de eo,
quod teſtator dixerit, probatio eſt certa per inſtru-
mentum , mens talis præſumitur , qualem verba de-
monſtrant: Cor.conſ.295.ad ſi. lib.1. à quibus verbis
mentem conceptam demonſtrantibus , durum eſt re-
cedere propter diuinationem mentis,cum multa po-
243 tuerint mouere teſtatorem , quæ nos latent , † idem
Cor. conſ.272.col. 5. verſic. & maximè. quia li. 4. vbi
habemus ſonum verborum. non indigemus interpre-
te. Bal.in c.1.col.6. de coſt. allegando dicit Iaſ. conſi.
196. col. 2. lib.2.& alia alleg ndo dicit Aym.conſ.20.
col. 1.nu.2.& non ſeruandum eſt id, quod verbum non
ſonat: quia pro nullo habetur , dicit Bald. conſ.60.Fa-
cta fuit inueſtitura ad fin.li. 1. voluntas ſecundum ver-
ba legantis & fideicommittentis , dicit text. in l.2.cum.
de leg. & Bero.conſ.71.col. fi. li. 2.deciſiones quoque
plures adducens Hier. Cagn. in l. ſemper in obſcuris.
nu.8.de Reg. Iur.dicit , à verbis teſtatoris recedendum
non eſſe , licet in contrarium ſint aliquæ coniecturæ,
dummodò non ſint nimium efficaces , vel niſi à pro-
prietate verborum recedi debere , ratio ſubiectę ma-
244 teriæ ſuadet†denique ſemper illa interpretatio fieri
debet,quæ conformis ſit verbis prolatis & perſonis, ad
245 quas ſermo dirigitur,†per text.ibi not.Fran.Percul.in
c.1.col.3.in 13.not.de teſta.in 6.Alex.conſ.213. col.fin.
num.8.in in fin.lib.6.

Cum igitur ea tenenda ſit ſententia , cui in hac re-
& ſignificatio verborum non repugnat , & voluntas
246 teſtatoris congruat,per alleg. & ſup.† & per text. in
l.ab omnibus in prin. de leg.1. hoc in loco ideo tra
ctandum eſſe de ſignif. verb. quæ in teſtamentis appo
ni ſolent: Verum id ad pauca reſtringendo,primum di-
cam,quod non conſtito de alio , quid ſenſerit teſtator,
neque de alia veriſimilitudine verborum proprię ſig-
247 nificationi ſtandum eſt,†per l.1.§.ſi is,qui nauẽ.de ex-
recit.& per d.l.non aliter.ibi tradit Bar.&c.humanæ.&
ibi gl.22.q.5.& Dy.in c.inſpicimus. ad fi. de Reg.Iur.
in 6.Aret. conſ.65.col.2.& Dec. conſ. 89.col.2.Cor.
conſ.199.col.7.ver.nec ob,quod primo.li.2.vt dictum
eſt.proinde non ſequimur minimum.l.ſi is,qui ducen-
ta.in prin. & ibi not.Bar.de reb.dub.& Alexand.in l.ſi
ita ſcriptum de leg.1.niſi eſſent eiuſdem vocabuli plu-
res ſignificationes propriæ:quia tunc debemus inſpice-
248 re,quod minimum eſt,dicit†Bar.in d.l.nõ aliter.& ni
ſi eſſemus in odioſis,& quæ ſint ſtricti iuris : quia ſtan-
249 dum eſt minori ſignificato:†Gem.conſil.33.col.in fi.
nu.9.& remittit ad concor.& declarat Cagn.in l.ſem-
per in obſcuris.num.8.de re. iu.lata etiam fieret inter-
pretatio,vt proprietas verborũ ſeruetur,etiam in pœna
250 lib.†l.cum l.ibi Aret.not.ff.de teſta.refert Dec.in d.l.
ſemper in obſcuris.col.pen.ver.tertio predicta.& conſ.
534.col.2.nu.5.& Hie.Cagn.in l.ſemper in obſcuris.nu.
22.& Aym.conſ.118.col. 3.nu.12.& conſ.294.col.14.v-
bi plura de proprietate verborum obſeruanda adducit,
& magis propria intelligentia ſequenda eſt,quãdo duo
251 ex proprietate ſermonis includuntur , †per l.nepos.
Proculo.de verbor.ſig.&c.Rudolfus. de reſcrip.probat
Soc.in l.3.nu.3.in fi.de reb. du.quod intelligi debet in
252 materia exorbitanti,& ſtrictè interpretanda,† vt per
Matth.in fi.95.& ſi.194.&Soc.conſ.116.col.4.in fi.li.1.
tradẽtes,in hac materia exorbitante talẽ doctrinã,quod
ſi reperitur verbum vnum,habens duo ſignificata, vnũ
ſtrictum,& alterum latum,in ſtricto accipiendum eſſet,
ſecus tamẽ dicendum eſt in materia vltimæ voluntatis
253 †per l.in teſtamentis.de Reg.Iur.probat Cur.Iu.conſ
57.colum.2.num.34.hoc eſt quod dicit Bart. in l. om-
nes popul.in 6.q.pri.nu.58.ver. iuxta premiſſa de iuſt.&
iu.quod verbum, habẽs plures ſignificationes proprias,
accipitur in ea ſignificatione , quæ congruit ſubiectæ
materiæ,& debet intelligi naturaliter, & non ciuiliter.
254 †l.fi.& ibi not.Bal.& alij C.de his qui ve. ætat.impe.
& Dec.conſi.541.colum.3.nume.14.&Iaſ.conſi.61.col.
penult.ver.confirmantur.lib.3.& Tiraqu.l. ſi vnquam.
ver.Suſceperit.num.17.44. & text.in l. quibus dieb.§.
Dominus ſeruo.de condit.&demon.& in l.ſi ita quis.§.
fi.de leg.2.Cur Sen. conſil.13.col.2.num.24.

Propria autem verb.ſign. dicitur , quæ conſtat ſic
oſtendere prolata verba & ſignificare per authorita-
tem ſeu leges, per diffinitionem , & per etymologiam
255 ſeu alluſionem vocabuli,† vt declarat Bartol.in d.l.
omnes popul. in loco nunc allega. num. 59. ver. quæ-
ro,vnde ſumatur , & latiſſimè Stephan. de Feder. in
trac. de interpret.iu.in 3.par. in fi. car. nume.69.vſque
ad fi. vbi etiam adducit , quæ ſit proprior ſignificatio
& perferenda , & Andr. Gamar. in trac. de extenſ. nu-
me.81.cum ſeq. & Andr.Alc. in ſuo 1.lib.de verb.ſign.
propriaque verbi ſignificatio eſt , quæ ſtricta eſt , non
larga, Cal.conſil.7. rub. de verb. ſignific. Verba ciuilia
dici poſſunt,quibus ſignificationes à iure dantur , quæ
veræ & propriæ ſignificationes appellantur , quando
ſecundùm ſenſum datum à iure ſic intelliguntur , &
ſecundum modum ſignificandi, quod dicitur , in o-
mni idiomate eſt veritas, & proprietas dicendi , vbi
256 verus actus eſt eius , quod quis ſignificare intendit,†
dicit Bald. in l.fi.colum.4.nu. 31. ver. vndecimò quæ-
ritur. & num.35.ver.è contra verò,vbi plenis.tract. C
de hære, inſtit. & in l.non ſine. colum. fi.numer. 4.ſed
pone. de bon. quæ lib. dicit , quod prætermiſſa etiam
diffinitione dicitur propriè illud,quod plenè demõſtrat
loquen



loquentis intellectum & intentionem , & ſignificatio
eſt vocis qualitas , propriè rem exprimens,quomodo-
257 cunque ſit manifeſta,† per l.quantum indignum. C.
de teſtamen.& l.1. in fi.de do.præleg.quòd ita ſit in om
ni idiomate,eſt tex.in c.loquutio.38.diſt.propriè quo-
que id profertur,quod ſimpliciter,non ſecundùm quid
258 & proprius & non poſterius†dicitur.l.hoc legatum,&
ibi Bar.de lega.3.Bald.in l.ſi non ſpeciali.ſub nu.6.C.
de teſt.& in l.vxor.col.1.qui accuſ.&in l.ſpadonẽ.§.an-
tepen.ff.de excuſ.&in l.legatis.de leg.2.Bal.&Soc.in l.
qui hære.§.cum hæreditas de cond.& demonſt. & Dec.
259 conſ.289.col.2.& primo.†dicit Bal.in l.liberti.col.3.
ſup.nu.6.de oper.lib.legiſtas omnem proprietatem vo
cabuli bene appellare ſignificationẽ , quam proprieta-
tem naſci ex authoritate prudentũ,vel legiſlatoris, vel
ex cõmuni,& rationabili intellectu &c.Nõ omittã hoc
in loco recordari,quod verba teſtatoris ſunt intelligen
da non ſecundum ius canonicum,ſed ſecundùm ius ci-
260 uile:† Bero.conſil.95.nu.12.lib.2.vbi num.16.dicit,
quòd ſatis eſt,quòd potuiſſet ſeruari potentialiter & a-
ptitudine tempore facti teſtamenti,& mortis teſtantis:
item nota regulam,quod omne verbum ſpeciale, dici-
261 tùr propriè,ſicut ſuum genus,†per not.in l.ſi quid ea-
rum.§.interemptum.de leg.3.& not.à Bal.in l.2.C. de
iure au.anul.& per l.mulier.§.fin.ff.de cond.inſt.ponit
Seba.Sapia in rub.nu. 4. C.de impub.& al.ſubſti. Et a-
liis plurib.& quidem vigintiduobus modis,ſignificatio
propria dicitur,adductis per Steph.de Feder.in d.tract.
de interpreta.iu.in d.3.par.col.pen.& fi.communi vſu
262 loquendi†Polit.trac.de ſubſtit.in prælu.ſub num.13.
verbum etiã,quod communiter poteſtſe habere, plures
ſenſus intelligi debet,ſecundùm proprium ſignificatũ,
263 per plura iura,probat †Alber. in l.item in legato. in
princ.nu.1.de leg.3. & Imo. in l.legatis vxori.de leg.2.

Impropria verò ſignificatio & locutio è contrario
illa eſt,quæ recedat à propria ſignificatione, & à pro-
prio effectu rei deſignandæ per eam , & eſt,quando v-
num vocabulum ponitur pro alio diſſimili.& quan-
do ſubauditur aliqua diminutiua dictio , quaſi , vel
ferè , & ſignificat aliter , quàm ſonet verbum , vt latè
264 probat † Bald. in d.l. fin.colum.4.in 14.q.num.35.
G.de hære.inſtit.& And.Gamar.in d.tract.de exten.nu.
83.Alc.& in ſuo lib.2.de verb.ſign.& impropriũ voca-
bulum dicitur pro raro , & per abuſum quendam e-
265 xit,vel per vocabulum generis,†tradit Lancel.Polit.
d.tract.de ſubſtit.in prælu.ſub num.13. Hæc enim im-
propria ſignificatio aſſumenda eſt , & propria omit-
tenda,vbi apparet de mente teſtatoris , quæ apparens
tunc dicitur, ſi ſecundùm propriam intelligendo con-
266 tinet iniquitatem,ſeu abſurditatem,& ſecũdùm Bar-
to.in d.l.omnes pop.in 6. q. ſub num. 58. ſequitur A-
lex.conſi.52.verſi.ſecundo confirmo.lib.1.& Are.con-
ſil.66.colum.2.& Soci.Iun.conſi.1.num.126. lib.1.di-
cit Barto.in hoc omnes ſequi,& ſæpè per conſulentes
allegari,& vbi non poteſt verificari oratio intelligen-
267 do verba impropriè,† per l. fundus qui locatus , de
fun.inſtr.& l.quibus diebus. §. Dominus. de condit.&
demonſt. & l.hæredib.§. fin.ad Trebel.tradit Iaſo.in l.
Gallus.§.etiam colum.4.verſi. item , quando de lib.&
poſt.& eaſdem,& plures leges ad hoc allegat Roma.
conſi.14.in fin.& Alexand.conſ.43.colum.5.nu.21.22.
& ſequen.lib.6. dicitur enim tunc omnino verba te-
268 ſtatoris non repugnare,idque ſat eſt, † per text.in l.
talem.in fin.ff.de hæred. inſtit. & ratione perſonæ , ad
quam diriguntur , vel ratione rei adiunctæ impro-
269 priantur verba:Socin.† in l.in conditionibus.§.pen.
in fin.de condit.& demon.Fitque impropriatio inter-
dum,vt ſaluetur mens teſtatoris , & ceſſet abſurditas,
270 †Paul.de Caſtr. in conſil.5. quicquid dicitur.colum.
pen.ver.ſequendo igitur.lib.1.& in l.in venditione. in
fi.com.præd.Alex.conſil.93.col.3.verſ.& ſi aliter.lib.3.
& conſi.175.col.3.ver.3.quia.lib.5.& Barb.conſi.8.col.
10.in fi.ver.& ſi dicatur.lib.1. fit etiam verborum im-
271 propriatio per dictionem,Aliquo modo:†Iaſo. conſ.
29.col.fi.lib.1.& habeatur pro tali:Bart.in l.1.in princ.
in fi.ff.de ſu.& legit.hæred.& per ſubiectam materiam.
272 †Guid.Pa.in q.54.& vbi & alios modos adducit aſ-
ſumendi verba in ſigno improprio,& ex communi vſu
loquendi ſignificatiuo,eſt quidem non propria: Bar.in
l.cum delanionis.§. aſinam.de fund.inſt.& in l.Labeo.
nu.4.de ſup.lega.Demum totum facit in ſpecie propo
ſita,quòd verba ſecundùm voluntatem teſtatoris exau-
273 dienda ſunt, † dicit text. in l.ſi peculium legentur.§.
ſi ſeruus.de pecu.leg.& ibi glo quæ tamen in fin.ponit,
improprietates non eſſe trahendas ad conſequentiam,
274 ſed euitandas:†idem in c.ex literis.de ſponſ.refert Al
ci.conſ.48.col.1.in fi.nu.3.lib.1.

Præterea vocabuli ſignificatio dicitur,quandoq; ſtri
cta,quandoq; larga:& hoc modo cognoſcitur, ſi nomi-
ni adiũgitur indiuiduum,ſtricta eſt ſignificatio: ſi vero
275 ſimpliciter profertur,largè accipitur,† vt tradit Bart.
in l.ſeruus.de leg.3.Soci.in l.1.col.2.in 5.not. de rebus
dub.facit idem Bar.in l.ſuus quoque.§.fin.verſi.penul.
ff.de hæred.inſt.& largiſſima dicitur,vt has tres verb.ſi-
276 gnificat.aliquantulum†declarat Bero. conſ.95.nu.9.
10.lib.2. aliàs enim in teſtamentorum interpretatione
perſiſtendum non eſt in diffinitione & ſtricta verb.ſig.
cum plerunque teſtatores abuſiuè loquantur,nec pro-
277 priis nominibus ac vocabulis vtũtur,dicitur†tex.in d.
l.non aliter.§.1,& in l.ſi tibi.ſi certum petatur. & Bald.
in l.potuit.col.2.ſub ver.7.quæritur. C.de iu. delib. &
per eos vel ſcriptores inculcatur verborũ multiplica-
tio non neceſſaria , quæ rerum ſubſtantiam non mu-
tat.l.pediculis.§. Labeo.de aur.& aur.& arg.leg. & idẽ
ſignificat Dec.conſ.399.colum.pen.ver.vel etiam dici
278 poteſt.†& Caſt.in l.Gallus.§. inſtituẽs.delib.& poſt-
279 hu.vbi nu.2.dicit,hoc eſſe pro cautela,†vt res ſit ma-
gis clara.

Proinde accidit,quòd interdum à proprio ſignificato
& ſenſu verborum receditur,vbi maximè manifeſtũ eſt
280 aliud ſenſiſſe teſtatorẽ,† d.l.non aliter. in prin.& ibi
glo.probat in eo,quòd reiicitur verbum, vbi ſuperfluũ
quando aliud fuit expreſſum,idẽ per d.l.pediculis.§.La
beo,& in caſu,quo ſubſtitutus eſſet magis dilectus,quã
ille,in cuius locũ ſubſtitutus eſt:per l.Pub.§.1.de con-
dit.& demon. & in eo,ꝙ alia eſt conſuetudo regionis,
per d.l.cũ delanionis.§. aſinã.& in eo, quod recedatur
à nomine ꝓprio rei legatæ,per errorẽ expreſſo, per l.ſi
quis in fundi vocabulo.de leg.1.Addo & ex conſuetudi
ne teſtatoris,verbũ futuri tẽporis referri ad tẽpus teſta
281 menti,per l.nomen.§.1.de leg.3.Itẽ propter æquiua-
lentiã rerũ,& propter æqualitatẽ in fratres ſeruandam.
282 aliquando à proprietate verborum recedimus,† Soc.
in l.1.col.2.in 4.no.nu.8.de reb.dub.Idẽ in vulgari ſer-
mone.Se neceſſuno moriſſe ſenza figli intelligitur s'al-
cuno,ſic à ꝓpria ſignificatione verborũ recedimus,quã
doq; & plurale pro ſingulari accipiendo,& vniuerſale
283 pro particulari & diſtributiuo,†Bar.conſ.57.Annacel
284 lus.lib.1.repe.in conſ.73.lib.2.†In diſpoſitione homi
nis & teſtatoris potiùs cõmmunẽ modũ intelligendi,
quàm loquẽdi,quã propriã ſig.verb.attẽdere debemus.
Cur.Sen.conſ.46.col.11.& illud latè proſequitur, atq;
ex coniecturata mente teſtatoris à proprietate ſermo-
nis,& à regula orationis collectiuæ recedimus,per l.hæ
redes mei.§.cum ita ibi.idem Soc.col.3.ver.cõfirmatur
hoc ad Trebel.& Io.de Ana.conſ.28.col.2. ver.2. Item

ratione ſubiectæ materiæ,vel veriſimilis mẽtis teſtato-
286 ris multoties receditur à propria vi verborũ, † Corn.
conſ.231.col.pen.ver.non enim obſt.lib.1. & conſ.124.
col.4.ſub ver.ex quo ſolet.& conſ.146. col.3. verſic.ſic
etiam aliàs.lib.2.receditur etiam à verbis & à mente te-
ſtatoris vt ſeruetur regula iuris in aliquo caſu,ſic neceſ-
287 ſariò diſponens, † per l.1. §.ſi ex fund. & l.hæreditas
ex die.& l.ei qui ſoluendo. ff. de hæred.inſt. & l.verbis.
& l.centurio.de vulg.& pup.tradit Alex. conſ.142.col.
fin.verſ.ad prædictorum confirmationem.lib.2.vt actus
288 etiã valeat,recedimus à proprio ſenſu verborum † idẽ
Alex.conſ.248.col.2.num.6.lib.6.& Car.conſ.11.col.2.
num.4.& Aym.conſ.222.col.2.nu.7. & ſeq.quod pro-
289 cedit etiam in his quæ ſunt odioſa,vel ſtricti iuris † vt
ibi per eum:enimuero procedunt iſta,quando ex verbis
prolatis & ſcriptis coniectura voluntatis colligi poteſt,
290 † Paul.de Caſt.conſ.264. Videtur dicendum.col.fin.
ver.& hoc,quandò.lib.2.vt ſup dictum eſt lib. præced.
interp.2.dub.1.de coniectura.& quando in iudicio pro-
baretur de alio communi vſu loquendi,aliàs à ciuili ſi-
291 gnificato non diſcedas:dicit † Bal.in l.cum quidam.§.
1.ad fin.ff.de acq.hær.& Alex.conſ.37.col.fin. ver.duo-
decimò.li.6.vbi demum verba,diſpoſitionis deficiunt,
292 & ipſa diſpoſitio deficit † legibus pluribus ſup.alleg.
in præced.dub.verſ.exinde inferimus.

## SOLVTIO. II.

SEcundò inſpiciendum eſt, quo ſermone,
quáve locutione dictata ſciptáque ſunt te-
ſtamenta, & qualitas perſonæ teſtatóris
quæ ſit:ſi enim vulgari ſermone teſtamen-
tum ſcriptum reperiatur, debet interpretari ſecundum
communem vſum loquendi vulgariter, ſi verò ſcri-
ptum ſit in ſermone literali, debet interpretari ſecun-
dum artem literarum, vel ſecundum groſſum modum
293 loquendi literaliter, † per doctr.Bal.in l.lege.ad fi.C.
de legi.hæred.ſequitur Alexan.conſ 9.col.2.ver.verum
eſt.num.8.lib.1.& conſ.5.col.2.in fi.nu.6. & conſ.26.
num.11.lib.3.conſ.37.col.fin.nu.19.lib.6. & Dec.conſ.
258.col.3.verſ.ſecundò non ob. Albens.conſ.52.nu.3.
294 vbi de verbo,Pro maritagio. † debéntque intelligi ſe-
cundum diſpoſitionem iuris:Cagn.in l.precib.nu.134.
C.de impub.& al.ſubſt. & ſi perſona idiota ſit teſtator,
cum tamen (vt ſit communiter) eius teſtamentum No-
tarius ſcripſerit latino ſermone:quia præſumitur in ſcri
bendo Notarium appoſuiſſe verba importantia volun-
tatem teſtatoris, debent hæc verba Notarij interpreta-
295 ri ſecundum legum & iuris interpretationem, † Bart.
in l. ſi quis filiab.ff.de teſta.tut.& in l.liberorum.col.fi.
nu.20.de verb.ſig.Alex.conſ.2.col.8. nu.54. lib.1.& in
aliis conſil.modò alleg.& Rub.Alex. conſ.144 col.fin.
nu.6. Afflict.deci.44.nu.3. Paul.de Caſt.in l.ſtipulatio
iſta.§.ſi qui.in fi.de verb.oblig.& Bero.conſ.28.nu.62.
lib.3. Quod intelligendum videtur, ſi verba ipſa ſunt
groſſa,& prolata à teſtatore idiota & illiterato,quia in-
296 telligenda ſunt groſſo modo,& naturali,& vulgari:† l.
ſi cum ante.ibi Cyn.& Bal.C.de donat.ante nup.Bal.in
l.mancipia.in fi.de ſer.fugi,& Iaſ.conſ.51. col.pen.ver.
vnde verba.lib.3. Soc.Iun.conſ.116.col.5. nu.22.lib.1.
Guid.Pap.in q.210.nu.2.Aymo.conſ.118.col.fin.nu.23.
& remiſſiuè Cagn.in l.ſi librarius.nu.16.de re.iu.& ple-
nius ad propoſitum in l.precib.nu.234.C.de impub.&
ali.ſubſt.etiam ſi verba eſſent prolata à Iuriſperitis, de-
bent interpretari ſecundùm communem vſum intelli-
297 gendi vulgarem. † gl.in ver.vltra duas. in c.nonnulli.
de reſcrip,adducit Roma.in l.in teſtamento.col.2.verſ.
298 ſi quis autem velit. C. de teſt.mili. † vulgaria verba,
quæ ab vſu procedunt,ita ſignificant, vt vulgus intelli-
git:not.Bal.in l.in legatis. C.de lega.quia hæc quoque
eſt interpretatio à iure approbata: vt l.librorũ. §.quod
tamen Caſſius. de leg.3. & l.Labeo.de ſuppel.leg.cum
ſimil.per Bart.d.conſ.57.num.2.

Vide ioci gratia,quãdoque doctores ipſi aliqua ver-
ba vulgaria inter latinè ſcripta inſeruerunt: vt Paul.de
Caſt.in l.1.circa pri.ibi:Io non hebbi mai chi me legeſſe
à principio queſte leggi come lego à te,io te imboccho
& credo ch'è vn grande auantaggio, & ſo quello che
dico.C.de eden.& Bal.conſ.44.in pri.lib.2.ibi: è homo
che ſa coſi minuzzar, rape,& in l.principaliter.num.1.
C.de libe.ca. ibi quello del quale è l'aſino lo prenderà
per la coda, idem in l.imperialis.in princ. C. de nupt.
ibi, e coſi bella legge, coſi ſanta, come niſuna ſia nel
mondo, Paul.de Caſt.in l.ſi minorem. C.de in integr.
reſtit. ibi, & à me pare molto veriſimile poi che poſe
tante ſottilitade & belle coſe che gli è vn miracolo, &
vno ſcolaro ſi vergognarebbe di dire che haueſſe pur
conſumato ſei me ſi in vna repetitione, ma hoggi di ſi
fanno repetitione da dozena reſpetto alle ſue, le quali
mentre dureranno leggi ſaranno de perpetua fama, &
memoria,hæc ille & intelligit de repet.Bart.& Ang.in l.
extimatæ.ſol.mat.ibi, non è contadino che non ſappia
queſte leggi, n'ancho in Lombardia, & in l. quidam
guarda tu di chi te fidi, ff.de hæred.inſtit. & in l. quæ
extrinſecus.de verb.oblig.ibi, & no.illud prouerbium,
tanto, e doi ſoldi,quanto ventiquatro danari. & pano,
e vino, e ſuppa, & Bart.in l.mutatione. ſub num.3.ibi,
or guarda a me.de condit & demonſt.& vulgari verbo
exorzizauit,ſi vti dicit Iuriſ.in l.1. §.medicos de var.&
extra.cogni.& in l.tutor qui in prin. ff.de admin.tut.de
repertorio tutoris dicit, quòd vulgò inuentarium ap-
pellatur, & aliàs verba, quæ latinè proferri commodè
non poſſunt,vulgariter proferenda.Doct.ſępiùs dicunt
quia ſæpè non poteſt bene fieri tranſlatio de vna lingua
in aliam,dicit text.& gl.in l.1.in princ. ff.de excuſ.tut.
vt faciliùs intelligatur loquela,exprimenda eſt commu
ni & vſitato modo loquendi.Alber.in l.inſula.de acqu.
rer.dom.& Bart.in d.l.ſi quis filiab.in fi. cum pluribus
concor.ad huiuſmodi propoſitum allegat.per Tiraquel.
in l.ſi vnquam. in ver. Suſceperit filios.ſub num.1.de
reuoc.don.& text.in c.2.de reb.Eccleſ.non alien.in 6.
vbi, prout in quibuſdam partibus vulgariter dicitur
Auohec:dicunt enim Grammatici,vt quod ignoramus,
299 iuxtà vulgare ponamus, † refert Bald.in l.maximum
vicium.ſub num.6.de liber.præt.ſuppa in vulgare tan-
tum importare,quantum pane e vino,dicunt Angel.&
Imol.in l.ex vnciis.de hære.inſt.verbum vulgare,Laſſa,
idem importare & eſſe commune cum verbo Lego,&,
300 Relinquo, † dicit Ruin.conſ.17.ſub nu.3.lib.2.vt eſt
verbum vulgare,Comparare,cum verbo latino,Emere,
quòd vulgarizatur,Comparare: ideo in his eiuſdem ſi-
gnificati & importantiæ in dictis teſtium & vulgarium
diſtinctio vel differentia non admittitur ſecundum Bar.
in l.ſi quid earum.in princ.de leg.3.

Propterea conditio, vel qualitas perſonæ teſtatoris,
multùm inſpicienda eſt, vt ſuorum verborum, ſuǽque
diſpoſitionis congrua interpretatio, ſeu perſpicuus in-
301 tellectus habeatur, † vt l.ex militati. ff.de milit.teſta.
l.filiusfam.verſ.nonnunquam.ff.de don.& l.cum dela-
nionis.verſ.1.de fun.inſtrumen.ibi, inſtrumento legato
aliquando, & perſonas legantium neceſſe eſt inſpici,
& l.cum filiofam.de leg.3.cap.1.de voto:Bart.in d.l.li-
brorum.§.ſed & ſi bibliothecam. & plura per Felin. in
c.cauſam,quæ,col.13.ver.quinta declaratio de reſcript.
& Bald in l.in teſtamento. col.3. in 5.q. num.10. C.de
teſta.milit. vbi reſpiciendo patrem teſtatorem æqualis
eſt affectio & ſucceſſio ex ſuo teſtamento inter filios
inſtitutos etiam diuerſarum vxorum, idem Bald. in l.
1.ver.



302 1.ver.pen.nu.12.C.de leg.† dicit,quòd verba debent
intelligi ſecũdùm ſtatũ,& conditionem perſonarum,&
gl.fi.in l.fi.ff.de iur.deli.vbi ex conditione teſtatoris in-
telligitur de filio legitimo,Ang.& Are.in l.in ſubſtitu-
tione.col.2.ver.extra gl.de vulg.& pup.vbi ex qualita-
te eius,qui fecit legatũ mulieri,ſi erit vidua,hæc condi-
tio intelligitur,ſi perſeuerauerit in viduitate,ſi maritus
vel filius fuerit,qui legatum fecit,& Soc.conſi.37. col.
303 5.ver.ſed tamen his nonobſtan.lib.4.† vbi ſi à teſtato-
re extraneo ſeu tranſuerſali fuerit nominatus filius,nõ
304 venit nepos,& Pariſ.conſ.478.col.4.nu.19.lib.2.† vbi
teſtator extraneus intelligitur ſe conformare cũ diſpo-
ſitione iuris communis non ſtatutorum.& Soc.iu.conſ.
305 139.col.3.nu.18 & col.penul.nu.30.lib.1.dicit,† ver-
ba prolata vulgari ſermone à perſona non intelligen-
te,& vulgare,non eſſe accipienda ſecundum rigorem,
nec alterationem diſpoſitionis iuris,ſed ad conformita
tem iuris.& Soc.Sen.conſ.37.colum.3. ver.quinto iſta
conclu.lib.3.dicit,cum teſtator eſſet perſona idiota, in
eo ſimpliciter cadit interpretatio groſſo modo, quod di
cendo familiam,ſeu parentelam,intelligatur de tota, &
non ordine ſucceſſiuo,quod admittantur priores in gra
306 du,intellige,† vt per Alex.in l.Gallus.§.quidam rectè
enim.92.de lib.& poſth.ipſum Soc.ſequitur alter Soc.
307 Iu.conſ.116.nu.22.lib.1.† ita verba aliquando intelli
gi debent groſſo modo,ſecundum conditionem perſo-
næ loquentis,quod tale ſit optimum fundamentum,ſci
licet naturaliter loqui & nos conformare cum homini-
bus talis conditionis,ad idem Pariſ.conſi.3.col. penuſ.
nu.51.52.lib.3.& vnum verbum per Rom.conſ.179.col.
3.ſub ver.3.probatur,& Soc.Iun.conſ.139.col.pen.nu.
30.lib.1.& Ab.conſi.78.col.2.lib.2.& Fran.de Rampo,
inter conſi.Cald.conſi.34.ver.qualiter autem numero
308 tertio in tit.de teſt.† dicit, verba prolata à legum con
ditoribus vel peritis,debere interpretari, prout in idio
ta cadunt, idem per Roman. in l.is, qui putat. in fin.ff.
de acq.hære.& Rip.in l.centurio,ſub nu.131.de vulg.&
pup.& Iaſ.conſ.51.col.pen.ver.confirmantur prædicta
lib.3.cum concor.per Marza. Vicen.de fideicom.4.q.2.
par.& Tiber.Decia.conſ.2.nu.42.lib.Addo enim circa
verborum teſtamentorum interpretationem, vulgaris
ſermonis ſignificationem maximè attendendam eſſe: vt
l.in vulgari.in fi.& ibi Alc.de verb.ſign. & l.libertates
etiam,de fideic.liber.

### *SVMMARIVM.*

1 *Verba teſtamentorum cum interpretantur,ſolent denominari,quales ſunt effectus ab eis inducti, cum diſponunt. Nam verba dicuntur diſpoſitiua continentia verbum principale orationis,ſtant per ſe,& principaliter emanant propter ſe.*

2 *Et diſpoſitionem inducunt ad quæcũque dirigantur in teſtamento,vel codicillis & pro lege ſeruantur.*

3 *Quæ vbi ſunt defectiua in eo,quòd non apparet perſona grauata,& in hoc ſunt imperſonaliter prolata,intelliguntur grauamen & executionem relicti imponere cõtra hæredem.*

4 *Ita verbis,quo ad onus perſoluendum,imperſonaliter prolatis,& ad neminem directis,hæres,non legatarius, vel alius commodum capiens.*

*Limi.vt hic.nu.7.Amplia nu.8.*

6 *Onus ſemper præſumitur hæredis,nu.15.Limita,vt hic.*

*Teſtator enim,quando loquitur,ſemper videtur ad hæredem loqui.*

9 *Verba executiua dicuntur:quæ executionem reſpiciunt. Exemplifica,vt hic in verbo, Dabis,& Dari, Solui & Reſtitui,Deueniat,Succedat.*

10 *Verba executiua in dubio referuntur ad onus hæredis.*

11 *Obligatus in tempore,poteſt dare,quando vult, ſi autem verba referuntur ad legatarium in tempore, poteſt & debet habere,quando vult.*

*Tempus,vel quid futurum,adiectum verbis diſpoſitionis importat modum:nu.12.Limita,vt nu.15.16.*

13 *Clauſula,appoſita in executiuis,ad executionem non ampliat,nec alterat diſpoſitionem principalem.*

14 *Declarat tamen.*

17 *Verba directa ſunt,cum dirigũtur ad inſtitutum,vel ſubſtitutum,& poteſt capere manu ſua.*

*Verba obliqua ſiue præcaria, quæ ad aliũ dirigũtur,qui de manu capit aliena.*

*Verba communia,quæ communem,& manu ſua,& aliena capiendi habent ſignificationem:ibi.*

18 *Verba enuntiatiua ſunt,quæ in præſens, vel præteritum, aut futurum enunciant, quæ per ſe non ſtant,& in eis quodammodo voluntas non conſiſtit,& tranſeunt in aliud,nec ſunt verba principalia orationis.Et quãdo diſponant,vel ne,& quid in vltimis voluntatibus, & in omnibus materijs.*

*Et quando ſint verba Notarij,vel partis diſponentis,ibi.*

19 *Verba enunciatiua arbitratoris in laude,vel iudicis in ſententia,non probant.*

20 *Verba enunciatiua in odioſis minus operantur, quàm in fauorabilibus.*

21 *Verba enunciatiua diſponunt,& dicitur diſpoſitiua,quãdo enunciant actum præſentis temporis, non exemplificandum in futurum, nec iam explicatum in præteritum.*

22 *Verba demonſtratiua ſunt, quæ perſonam diſponentem, perſonam oneratam & honoratam,& rem diſpoſitam oſtendunt.*

23 *Et ſiue ſint vera,ſiue falſa relicta,non impediunt.*

*Et inducuntur per nomina,cognomina,pronomina, officium,artificium,cõſanguinitatem,vel per aliud ſignum demonſtatiuum,vel per relatiuum iniunctũ verbo præteriti,vel præſentis temporis,vel per genitiuum,ſignificans patrem, vel alia nomina ſignificantia patriam,*
*24 per aliquod ſignum ſingulare, vel nomen, quod alibi non reperiatur,vt de Gallo preſſo.nu.*

26 *Verba in dubio ſtãt demonſtratiuè potius quàm ſecus,nu. 27.Exemplificat in eo,qui legat apothecam pannorum quia apothecam tantùm videtur legaſſe,& vocabulum pannorum cauſa demonſtrationis eſſe appoſitum.*

28 *Verba in dubio potius adiecta cenſentur demonſtratiuè, quàm diſpoſitiuè.Exempla pete hic.*

## SOLVTIO III.

TERTIO verba teſtamẽtorum(dum inter-
pretantur) talia denominari ſolent, qua-
les ſunt effectus ab eis inducti, cùm di-
ſponunt, verba dicuntur diſpoſitiua con-
tinentia principale verbum orationis, ſtant per ſe,&
1 emanant principaliter propter ſe, † Bald.in l.1. co-
lumna prima numero nono.C. de fal. cap.& in l.ſi vo-
luntate,de fideicom.liber. & Alexand. conſil. 181. ſub
num.2.libro 7.& Pariſ.conſi.26.colum.pen.num.125.
& ſeq.lib.2.& Alex.conſil.190.num.29.& ſeq.lib.6.&
not.in l. ſerui electione. in princ.de leg. 1. & diſpoſi-
tionem inducunt, ad quæcunque dirigantur in teſta-
mento vel in codicillis prolata, & pro lege ſeruatur:
2 † Paul. Pic.in l. Titia cum teſtamento. §. Titia.colum.
1.num.1.de lega.2.Quæ vbi ſunt defectiua in eo,quod
non apparet perſona grauata, & in hoc ſunt imperſo-
naliter prolata, intelliguntur grauamen & executio-
3 nem relicti imponere contra hæredem, per † l.ſi ſer-
uus legatus.§.qui margaritam.de lega.primò ibi Barto.
Bald.& alij tradunt,& in l.peto.in princ. de lega.2. ſic

verbis,quoad onus perſoluendum imperſonaliter pro-
latis,& ad neminem directis:hæres tenetur,& non lega-
tarius vel alius capiens commodum:quod ſemper men
4 ti tenendum. † dicit Bald.in d.§.qui margaritam.& in
conſ.419.Teſtator legauit. in fi.lib.5. onus enim ſem-
5 per præſumitur,hæredis: † gl.in ver.ad onus. in l.Mar-
cellus.in princ.ad Trebell. Alex.conſ.185.col.8.verſic.
bene fateor.lib.2.& conſ.55.col.6.nu.15.lib.4.& Corn.
conſil.69 & 76.colum.4.verſ.in caſu autem noſtro.lib.
4.quia teſtator,quando loquitur,ſemper videtur ad hæ-
6 redem loqui, † dicit Bal.in l.eam,quam.colum.5.num.
21. C. de fideic. quod intelligitur de prima executione
diſpoſitionis:nam ſi poſtea teſtator diſponat de re lega-
ta aliquid fieri,non expreſſè, per quem intelligitur ad
7 onus legatarij, vt ipſe exequatur, † per l. codicillis. in
princ.ibi ad fin. Bart.limitat.de vſufr. lega.refert & ſe-
quitur.Alex.conſ.170.col.1.ver.tertio præſuppono.lib.
2. tunc onus,ſi deficiat, cedit commodo legatarij: l.ſi
quis Titio. de lega. 2.Si quoque & è contra,verba ſint
imperſonalia circa tale onus per legatarium vel fidei-
commiſſarium perſoluendum & incertum:cui dandum
8 ſit,præſtari debet hæredi, † vt l.qui pecuniam. de ſtat.
liber.Bar.in d.l.peto.in prin. Bar.Caſt.& Soc.in l.Pau-
lus.la 2.de rebus dub.Imo.& Soc.in l.ſi indiem.in prin.
de condit. & demonſt. & alia de verbis imperſonaliter
prolatis,vide per Iaſ.in l.fin.col.fin.ſi cert.pet. Et cum
executionem concernunt, appellantur verba executi-
ua,quæ poſtremam rei diſpoſitæ dationem,& præſtatio-
nem deſignant:d.l.ſi quis Titio.& l.Paulo Callimacho.
§.Iulius de lega.3. & ibi Bart. & in illo exemplo,Pro-
9 mittis mihi,quod dabis Titio. † verbum,Dabis,eſt exe-
cutiuum,ponit Alex.in l.1.num.7. ff.de pact. Dari,ſol-
ui,& reſtitui,verba hæc executiua,ponit Ruin.conſ.49.
col.pen.num.11.lib.2.dicens, & iſta iure communi re-
cipere interpretationem, id eſt, quòd denotant execu-
tionem actus,Tiraq.in l.ſi vnquam. ver.reuertatur.nu.
199.de reuocan.donat. Deueniat,ſuccedat, verba exe-
cutiua Bar.in l.centurio ſub nu. 31. de vulg. & pup. &
apertam verborum diſpoſitiuorum & executiuorum
declarationem adducit Exce.Mode.D.Sforza Od.Peru.
ſuo tract. de compen.par.4.q.2.art.1.ver.diſpoſitiua.fo.
43.& hæc etiam executiua verba in dubio referuntur
10 ad onus hæredis: † d.§.Iulius & Bart. in l. qui concu-
binam.§.1.de legat.3. qui in tempore obligatus, poteſt
dare, quando vult, ſi verò referantur ad legatarium in
11 tempore,poteſt,& debet habere,quando vult, † vt per
Bart.in l.ſi cui.in princ.ver.aduerte tamen.de leg.1. Eſt
enim differentia,ſi tempus,vel quid futurum adiiciatur
verbis diſpoſitiuis: quia importat conditionem:ſi adii-
ciatur verbis executiuis,importat modum:ob id primo
caſu non dicitur ius quæſitum,niſi adueniente tempo-
re,vel eo expleto, quod futurum eſt, altero caſu ſtatim
12 eſt acquiſitum ius tranſmiſſibile ad hæredes, † vt l.pen.
C.quando di.leg.ced.& l.Seius Saturninus. ad Trebel.
& per Soc.conſ.92.col.6. ſub ver.confirmatur hoc.lib.
& Cor.conſ.76.col.4.ſub ver.in caſu lib.4.ſup.alleg.&
Ruin.conſil.166.col.2.num.5.lib.3. & conſil.65.col.4.
verſ.primò igitur.num.12.lib.2.

Exinde eſt, quòd clauſula appoſita in executiuis,&
ad executionem,non ampliat, nec alterat principalem
13 diſpoſitionem: † clem.1.ad fin.de præben.l.quidam te-
ſtamento.in princ.de leg.1.& l.prædiis in prin.de leg.3.
Iaſ.conſ.99.col.5.ver.nec obſt.quòd poſtea.lib.4.Dec.
conſ.413.col.2.in fi.num.8.& conſil.500. col.3.num.9.
& Curt.Iun.conſ.56.col.3.num.3.intellige ſi non am-
pliat, quod tamen declarat principalem diſpoſitionem
14 † Sebaſt. Sap.in repet.l.precibus. nu.156.C.de impub
& al.ſubſt.& Galia.in repet.l.centurio.ſub num.87. de
vulga.& pupil. vt alibi infrà dicam,& intellige prædi-
cta,niſi tempus,vel quid futurum apponatur præſtatio-
ni & executioni,cum dictione aduerſatiua, vel haben-
te naturam aduerſatiuæ : quia tunc importat conditio-
15 nem, † per l.quibus diebus.§.quidam Titio.de condit.
& demonſt. tradit Bald.in l. ambiguitatem. ſub ver.ex
quo valde no.C.de vſufr.pro ſingulari verbo & literis
aureis ſcribendo, ponit Franc. Clemen.in ſing.111.in-
cip.Quid ſi teſtator.ſed declara,vt ibi in apoſtil. & per
Doct.in l.ſi cui legetur.§.de leg.1. Et intellige,ſi qua-
litas perſonæ iuncta ſit verbo executiuo,requiritur ad-
eſſe tempore executionis ipſius verbi: vt,Si filius meus
deceſſerit ſine liberis,ei impuberi Titius ſuccedat, ita
tēpore mortis,quo defertur ſucceſſio, requiritur,quòd
16 ſit impubes, † vt probat Alex.conſ.1.col.3.nu.8.9.lib.
1.& conſ.20.col.2.ſub num.8.lib.2..ſecùs,ſi eſſet iuncta
verbo diſpoſitiuo,vt ibi per eum in pulchro caſu.

Et cum verba diriguntur ad certam perſonam inſti-
tuti,vel ſubſtituti dicuntur verba directa, quando ma-
nu ſua ipſe capere poteſt:obliqua verò,ſeu præcaria ver
ba,dicuntur quando diriguntur ad alium qui habeat de
manu aliena capere.& communia verba dicuntur,quæ
cōmunem & manu ſua,& manu aliena capiendi ſigni-
17 ficationem habent:de quibus † latè per Bart.& alios in
l.centurio.in char.fi.de vulg.& pup.& in l.eam,quam.
ad fin.C.de fideic.& in l.precib.maximè per Caccial.in
fin.char.de impub.& al.ſubſt.& Phil.Frāc.in c.1.col.30.
& ſeq.de teſt.in 6.& de claris regulis,cognoſcēdi verba
directa,obliqua,& communia,plenè tractat Bal. in l.ſi.
C.de ſac.ſanct.eccl.& Ripa in d.l.centurio.nu.179.

Item cum aliquid in præteritum,vel in præſens,vel
in futurum enunciant,dicuntur verba enunciatiua,quæ
non ſtant per ſe, & in eis quodammodo non conſiſtit
voluntas,& tranſeunt in aliud,& non ſunt verba prin-
cipalia orationis, quando diſponant, quando non, &
quid operentur in vltimis voluntatibus. & in omnibus
materiis,ne ſuper his ſingulis nimiam moram trahant,
18 † vide Cyn.Alber.Bal.& Salyc.in l.1.C.de fal.ca.& in
l.verba.de teſtam.& hos & Iaſ.& Dec.in l.ex his. C.de
teſt.mili.Bar.Cuma.Imo.in l.ex hac ſcriptura.ff.de don.
Bal.in l.cum aliquis.C.de iu.delib.& in conſ.263.ver-
ba inſtrumenti. lib.1. vbi docet quomodo cognoſcan-
tur an hæc ſint verba Notarij,vel partis diſponentis.&
Fran.in c.ſi Pa.in princ.de priuil.in 6.& Viui. de com.
opin.in verſ.verba enunciatiua.& Alex.conſ.181.col.1.
lib.7.& Soci.conſ.228.col.2.lib.2. & plura loca etiam
congerit Vaſq.Hiſpa.in tract.de ſucceſ. progreſ. lib.1.
§.3.tit.de hæred.inſt.num.15. Verba enunciatiua arbi-
tratoris in laude,nec non iudicis in ſententia non pro-
19 bant, † Roma.conſ.157. Honorabilis.vltra med.verſic.
quinimò.Vita in tract.clauſ.mihi char.221.& Aymo.de
Antiq.temp.in pri.par.à num.41.vſque ad num.96.Sic
ad propoſitum remiſſionis faciendæ dicit Fulg.in d.l.
verba. quòd ſi in qualibet lege debemus facere com-
mentarios,non legeretur medius liber.

Veruntamen ad rem notandum eſt,quòd vbicunque
verba enunciatiua diſponunt, hoc procedit ex mera &
fauorabili interpretatione:ita in odioſis talia verba mi-
20 nùs operantur,quàm in fauorabilibus † dicit Bald.in l.
2.C.de neceſ.ſer.hæred.inſtru. quinimò diſponunt, &
dicuntur diſpoſitiua, quando enunciant actum præ-
ſentis temporis,non explicandum in futurum,nec iam
explicatum in præteritum, quod vltimum facit appel-
pellari hæc verba enunciatiua,quando de præterito vel
21 futuro actum enunciant, † vt probat Alex. conſ.190.
col.7.verſ.fortiùs dico.num.29.lib.6.

Item ea, quæ demonſtrant perſonam diſponentem,
perſonam honoratam,& rem diſpoſitam,ſecundum do-
ctrin. Bartol. in l.demonſtratio. in princip.de conditio.
22 & demonſt. dicuntur verba demonſtratiua, † Cyn.
& Alber.



Alber.in d.l.verba,quæ ſiue vera,ſiue falſa.non impe-
23 diunt relicta,† dicunt ipſi per l.quintus.la.1.de aur.&
argent leg.l.falſa demonſtratio,de condit.& demon.cū
ſimil.& ſunt inducta per nomina, cognomina, prono-
mina,officium,artificium,conſanguinitatem vel per a-
liud demonſtratiuum, ſignum, vel per relatiuum iun-
ctum verbo præteriti vel præſentis temporis, vel per
genitiuum ſignificans patrem,vel alia nomina ſignificā-
24 tia patriam,† vt tradit Bar.in d.l.demonſtratio.in prin.
col.2.& in l.nominatim. eo. vel per aliquod ſingulare
ſignum,vel nomen,quòd non reperiatur alibi,vt de Gal
25 lo preſſo:† per glo. Cyn. Bart.& alios in l.hac conſul-
tiſſima.C.de teſt.fac.poſt.& Felin. in procem. Decret.
ver.Greg.nu.31.De his autem nominibus & ſignis,de-
monſtrantibus perſonas & teſtatoris, & hæredis, & fi-
deicommiſ.& leg.& res ipſas,comprehenſas in diſpoſi-
tione,commodius erit tractandum in ſeq.lib.3.& 4.

Sed dicam modò,quòd vbi dubium ſit an verba ſtent
demōſtratiuè,vel diſpoſitiuè,limitatiuè,vel reſtrictiuè,
interpretatio fit, quòd ſtent demonſtratiuè potiùs,
26 quàm aliter,† per l.quidam teſtam. in prin.de leg.1.&
l. inſula infr.de acqu.re.dom.& per l.qui tabernas.ff.de
contrahen.emp.in eo,qui habet locum & mercantiam,
legandi apothecam pannorum vel pannariam eſſe ap-
27 poſitum cauſa demonſtrationis,† tradit Bart.in l.cum
pater.§.menſæ.de leg.2.comprobat Iaſ. in l.centurio.
col.26.ſub ver.extra.glo.de vulg.& pupil.&facit regu-
la,quòd verba in dubio potius demonſtratiuè adiecta
28 præſumuntur,quàm diſpoſitiuè,† & Bald.conſil.239.
Caſus talis eſt.col.1.ſub nu.2.li.1.de loco,qui fuit,& nō
eſt,verba intelliguntur habita ad demonſtrationem,ſeu
intelligentiam,& non ad reſtrictionem,& Rom.conſil.
343. vbi expreſſio dignitatum etiam non conueniens
actui,fit ad clariorem demonſtrationem perſonæ agen-
tis.&Cor.conſ.59.col.2.lib.4.reſpondet,minorem men
ſuram non viciare,neque minuere.quæ apparet enun-
ciata potius demonſtratiuè,quam diſpoſitiuè, & de le-
gato præſtādo,& lucris,& capitale certæ ſocietatis,quæ
fuerit ſoluta per mortem teſtatoris:quia id, ex quo de-
bet fieri ſolutio legati, appoſitum eſt ex cauſa demon-
ſtrationis,& non taxationis:ex hæreditate ſolui debere
legatum per hæredem,late probat Dec.conſi.324.& a-
lia,quæ cauſa demonſtrationis potiùs,quàm taxationis,
vel reſtrictionis,ſeu alterius cauſæ cenſentur appoſita,
adducunt Fel.in c.ſuper literis.col.3.de reſcr.& Ceph.
conſ.137.nu.37.&Aym.conſ.214.nu.6.7.& ſeq.vbi re-
fert & hoc habere locum quando demonſtratio poteſt
importare aliquam vtilitatem,vel effectum:quia nō ſu-
perfluè adiicitur à teſtatore, ſecundum Paul. de Caſtr.
conſ.222.Super primo.nu.1.lib.2.de aliis verbis,etiam
deſignantibus cauſam,conditionē,modum,ſingularita-
tatem,particularitatem,ſpeciem,generalitatem,vniuer
ſalitatem tēpus & ſimilia pariter dicendum erit ſeq. li.
3.& 4.vt locis ſuis conuenire videbitur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Verbum,Relinquo,in diſpoſitione vltimæ voluntatis,vlti-
mam importat voluntatem.*
2 *Verbum,Relinquo,adiectum certæ rei,vel quantitati,vel
vniuerſitati bonorum,ſi relinquatur extraneo,vel fiſco
diuerſum habet effectum legati:vel fideicommiſſi, vel
inſtitutionis hæredis vniuerſalis.*
3 *Et adiectum doti,quæ eſt iuris vniuerſalis,importat inſti-
tutionem hæredis:vt eſt Communis Opinio.*
4 *Et adiectum rei particulari,diuidēs totum patrimonium
videtur honoratos hæredes inſtituere:quia quilibet ne-
ſcit dicere,Heredem inſtituo.*
5 *Verbum,Relinquo poteſt pertinere ad actum inter viuos
diſponendo,vt ſit per verba tranſlatiua & alternatiua.*
6 *Subiecta materia actuum viuentium, vel defunctorum,
præualet regulis verborum.*
7 *Dictio,Item,quid exprimat,& faciat in vltimis volunta-
tatibus.*
8 *Repetitio præcedentium,ex coniecturata teſtatoris mente
ſit,& inducitur.*
9 *Dictio,Vltra,in vltimis voluntatibus quid operetur.*
10 *Dictio,Videlicet,in vltimis voluntatibus quid operetur.*
11 *Dictio, Silicet,eſt reſtrictiua, & reſtringit proximum
tantum.*
12 *Verba, Non aliter, in vltimis voluntatibus quid ope-
rentur.*
13 *Verba,Et non aliter & modo aliquo directè vel indirectè
poſita quid operentur.*
14 *Verba,Nullo modo.ibi.*
15 *Dictio, Penitus, eſt præciſa, & nullam reſpicit limita-
tionem.*
16 *Dictio,Omninò,quid importet.*
17 *Dictio,Quoquo modo,quid importet.*
18 *Dictio,Nullo modo,quid importet.*
19 *Dictio,Omnimodo,eſt præciſæ ſignificationis.*
20 *Verba præciſa ſunt hæc,Mādauit teſtator obſeruari ad vn
guem,ideſt,ad literam,& formaliter obſeruari.*
21 *Verba geminata in eo,quod ſonant & geminantur,ſunt
præciſa,& deliberatam formam, enixam & præciſam
voluntatem,ac intentionem teſtatoris oſtendunt.*
22 *Verba geminata,ne alienentur, in fideicommiſſis præce-
ptum continere.
Et de verbis geminatis plura hic.*
23 *Geminatio verborum non debet eſſe ſine effectu operandi.*
24 *Geminatio verborum operatur,ſic eſſe expreſſam & ſpe-
cialem teſtatoris voluntatem,nec aliam interpretatio-
nem,vel declarationem poſſe dari.*
25 *Verba præciſa & arctatiua,etiam actum fauorabilem re-
ſtringunt.*
26 *Defenſiones tamen referuntur.*
27 *Verba teſtatoris quantumcunque præciſa prima facie vi-
dentur reſtringere ſecundùm mentem, quæ præcipuè
attendi debet.*
28 *Ponendo & exponendo etiam vnam dictionem pro alia.*
29 *De præpoſitionibus,
Aduerbiis,
Clauſulis,
Nominibus verbalibus,
Gerundiis,
Participiis,*
30 *Supinis,in vltimis quoque voluntatibus,remiſſiuè.*

## SOLVTIO IIII.

QVARTO videndum eſt de ſignificatione
aliquorum verborum, præpoſitionum, &
aduerbiorum, quæ in teſtamentis apponi
ſolent,& ambiguum habēt intellectum, vt
eſt verbum,Relinquo,legi ſolitum in omni fere parti-
cula ſcripturæ vltimarum voluntatum, quod quidē po
ſitum in diſpoſitione,pertinēte ad vltimam voluntatē,
1 importat vltimam voluntatem,† l.cum hi in princ.& i-
bi Barto.Paul.de Caſtr.& Iaſo.notant,& prout adiici-
tur certæ rei, certæ quantitati, vel vniuerſitati bono-
rum relinquendo extraneo vel fiſco : diuerſum habent
effectum legati, fideicommiſſi, vel inſtitutionis hæ-
2 redis vniuerſalis, † vt per gloſſ. Bartol. Bald.Ange.&
Imo.in l.his verbis. in princ.ff. de hæred. inſt.& Bald.
conſil.84.Viſo puncto.lib. 4.& Angel.conſil.41.Pun-
ctus,de quo.columna penultima.& conſilio 99. Petrus

de Vrbe.& conſ.148. Dominus Quiricus.col.penul.& Roma.conſ.179. Ampliſſimè doctor.col.3.verſi.tertiò probatur.Viui.de Commun.Opin.in verſ.verbum,Relinquo.& Alex.conſ.105.col.pen.num.19.lib.4.vbi adiectum dotis,quæ eſt iuris vniuerſalis,importat inſtitutionem hæredis, ita eſſe veriorem & communiorem

3 Opin.dicit Ruin. conſ.14.col.3.num.67.lib.2.& poteſt importare quamcunque diſpoſitionem, quæ in teſtamentis fieri contingit, cùm hoc eodem verbo, Relinquo, in omnibus teſtatores maximè vulgares vtuntur, his ſimilibus modis,Reliquit ſuum cadauer Eccleſiæ S. Franciſci.Item,Reliquit Petrum tutorem & curatorem ſuorum filiorum. Item, Reliquit quòd ſua vxor ſit domina & vſufructuaria omnium ſuorum bonorum.Item, Reliquit picturam Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, & cætera ſimilia de verborum proprietate non quærendo, dummodò tale verbum expreſſum ſit,quod etiam impropriè poſſit ſenſui teſtatoris conuenire: l.2.in princ. com.de lega.& l.quoniam indignum.C.de teſt.& dicit

4 Ang.in d.l.his verbis.in princ. † quòd teſtator per verbum, Relinquo, adiectum rei particulari,diuidens totum patrimonium,videtur honoratos hæredes inſtituere:quia neſcit quilibet dicere,Hæredem inſtituo.

Poteſt etiam idem verbum, Relinquo, pertinere ad actum inter viuos diſponendo,vt ſit per verba tranſla-

5 tiua & alternatiua ad alios,† vt l.hoc ſermone.§.verbo. & ibi Benedic.de Plumbi.ff.ſi liber inge.eſſe dica.cum concord.allega.per Barba.in c.verùm.col.8. verſi.nota vltimò.de for.compet. & Iaſ.in l.cum filiofam. col.4. num.9.10.in vlt.lect. & ibi Socin.Iun. in princ.col.4. num.11.de legat.1.nam ſubiecta materia actuum vel viuentium vel defunctorum præualet verborum regulis

6 †vt plenè dictum eſt in præced.lib.interpret. 2. dubit. 2.ver.ſeptimò à ſubiecta materia.

7 Dictio, † item,quæ magis eſt frequenter aſcripta in teſtamentis,quàm ſit alia dictio,Ambigua eſt,an exprimat ſolam ſermonis continuationem,vel repetitionem conditionum,& qualitatum præcedentium,declaratur quidem, quòd vbi eſt omnis identitas perſonarum & rerum, ac vbi non eſt identitas perſonarum & rerum, ſed ſecunda oratio, adiecta per hanc dictionem, Item, eſt defectiua idem,vbi eſt identitas perſonæ, à qua requiritur, vt rei relictæ.& oratio adiecta per ipſam dictionem,Item,ratione verbi ſit imperfecta, & cum hac imperfectione adiectæ orationis,idem,vbi eſt identitas perſonarum. & diuerſitas rerum, & vbi eſt identitas rerum.& diuerſitas perſonarum,his caſibus eadem dictione, Item, fit continuatio ſermonis, & repetitio præcedentis conditionis.& qualitatis:in caſibus verò diuerſis his prænarratis, & vbi ſubſequens oratio cum dicta dictione.Item eſt perfecta.ſic,vbi eſt diuerſitas, & mutatio rerum.vel perſonarum, vel ſunt in medio alia capitula ſeparata,continuatiua eſt hæc dictio, Item, & non repetitiua diei, vel conditionis præcedentis: in ſumma hæc eſt doctr.Bart.in l.in repetendis.de leg.3.& Cuma. ibi ſequitur,& Bart.conſil.39. nam quando etiam ſimpliciter per dictionem Item, præcedentibus adiicitur noua oratio in ſe perfecta omni perfectione ſolam continuationem inducit,& non repetitionem: Bart.in l.1. in princ.ff.de publica.& vecti. Ang.Aret. in §.item lapilli.Inſt.de rer.diuiſ.Alex.conſ.117.col.fin.lib.1.Socin. conſil.10.col.6.lib.1. & Bart.conſ.27. Viſa facti narratione.& Cuma.conſ.47.vt magiſtraliter per Bald. in l. ſi Fortidianum.C.de lega.& in conſ.58.in reſtitutione. col.2.num.1.lib.2.& quando oratio ſubſequens eſt defectiua in appoſito,vel in verbo,Tunc,reperitur,& ſuppletur ex præcedentibus illud,in quo oratio deficit, vt iuribus & exemplis in alleg.locis doct.probant,intellige,vbi non ſit diuerſitas perſonarum, quibus relinquitur,quia etiam cum dictione, Hoc amplius, in oratione imperfecta non ſit repetitio qualitatis adiectæ in legato,vt animaduertit Socin.in l.plures colum.2.verſ. videtur etiam ex præmiſſis. de rebus dub. & intellige prædicta, quòd ſit repetitio conditionis, & qualitatis præcedentis,etiam vbi ſit diuerſitas perſonarum,& rerum,& oratio perfecta, quando cum dictione, Item, eſſent iniuncta verba vltra prædicta hoc modo: Item vltra prædicta &c. vt probat Paulus de Caſtro conſilio 88. Viſo legato. libro 1. & quando id poſſet appare- rè eſſe ex præſumpta, & veriſimili mente teſtatoris, quæ eſt, quando aliàs ſequens diſpoſitio eſſet inutilis: Barto.in l.Seiæ.§.Caio. ſub num.2. verſic.ſecundo caſu.de fun.inſtrum.& Alexand.conſil.47. num.3. verſic. ſed iſtis.libro 5.& eſt mens talis,quando in præcedenti diſpoſitione, continente diem vel conditionem,appoſita eſt aduerſatiua, Sed ſi, quòd ſi, vel ſi verò,continens & in ſequentibus orationibus, quandam æqualem dilectionem in grauato, & in honoratis: Barto. in d.l.in repetendi colum.fin.Paulus de Caſtro in conſ. 122.Viſo puncto.ſub num.1.lib.2.Aret.conſi.1.colum. fin. Rub.Alexand. conſil.68. ad fin.& quando defectus conditionis repetitæ, ſicut expreſſæ,offenderet teſtatorem etiam mortuum,vt eſt conditio viduitatis in vxore,vt tradit Paul.de Caſt.conſ.11.Super 1.num.3.lib.2. ex coniectura enim mentis teſtatoris facimus. & tacitè

8 inducimus repetitionem. † dicit Old.conſ.141.Thema tale eſt.Dominus G.col.fin. in princ. Capra conſil.60. num.8.& latè Pe.Ioan.Ancha. Regien.in quæſt.53.lib. 2.alia verò de relationibus & repetitionibus principaliter erunt tradenda in ſeq.interpret.4.

Dictio,Vltra.eſt etiam repetitiua & implicatiua præcedentium, vt ſi vltra dotem legatur aliquid, cenſetur factum & repetitum legatum dotis, concord. allegat

9 † Dec.conſ.290. num.1.& conſ.190.col.fin.num.7.& in l.filiam. C.de collat.& Pariſ.conſ.95.num.8.& ſeq. lib.2.& Soc.conſ 92.col.7.verſ.ſed poſtremò li.1.quod intelligitur,niſi fieret repetitio eius à quo receſſum eſt per teſtatorem,& quòd vitiaret legatū nouiter factum, vt reſpondit Ang.conſ.294. quoniam.in fin.& quando id,quod eſt repetendum,certum eſt per ſe,vel per relationem ad aliud: Paul.de Caſt.conſ.8.ad fin.lib.1.

10 Dictio,† Videlicet, eſt declaratiua, expoſitiua, & demonſtratiua præcedentium: Curt.Sen. conſilio 51. num.31.ſtat & limitatiuè, & reſtrictiuè: Iaſ.in l.ſi tibi. §.perſonale.circa princ. ff.de pact.& in l.tempus.de re iud.Pariſ.conſil.17.col.fin. num.38.lib.3. quod procedit,vt ſtet reſtrictiuè,quando ponitur exprimendo quædam, & non omnia contenta ſub genere vel nomine præcedenti appellatiuo,ſub quo,quando exprimit omnia contenta, tunc ſtat declaratiuè, & demonſtratiuè, per doctr.Bart.in l.quæſitum.§.fin.col.pen.de fun.inſtr. declarat Ruin.conſil.97.col.fin.num.15. lib.2. & Dec. conſil.382.colum.penult.ſub num.5.verſic.aliud fortè eſſet. Bero.conſil.72.num.8. lib.2. & ſecundum ſubiectam materiam vario modo poteſt intelligi idem Dec. conſ.47.col.2.in fi.& col.fin.dictio,Scilicet,reſtrictiua, & reſtringit proximum tantum, eſt text.& glo.in l.ſi in venditione.in princ.ff.comm.prædi.

11 Verba hæc,† Non aliter,quotieſcunque appoſita reperiuntur in teſtamentis poſt diſpoſitionem aliquam, demonſtrāt talem diſpoſitionem formaliter eſſe obſer-

12 uandam : quæ ſi non obſeruaretur, hanc habent interpretationem,quòd diſpoſita amplius non debeantur & cenſeantur reuocata: Ioan.de Ana. conſil.77. quia ſunt verba valde præciſa, & multum prægnantia in tantum, quòd non patiuntur diſpoſitionem ipſam recipere alium intellectum,vel modificationem aliquam,ſeparatam à verbis: Alex.conſ.3.col.2.ſub nu.5.verſic.confirmo



mo per iſta verba.lib.1.Cur.Sen.conſ.8.col.2.Guid.Pa. in quæſt.163.Boer.in deciſ.243.numero.11. Deci. conſilio 61.colum.2.numero 2.& conſilio 528.in fin.cum concordan.ſimul cumul. per Tiraquel. de retract. titul. 1.§.8.gloſ.6.numer.3.& per Pariſ.conſi.19.colum.2.nu. 16.17.libr.2.ita hæc verba, & non aliter, & modo aliquo,directè,vel indirectè,ſeu aliquo quæſito colore,eſſe

13 valde prægnantia,& præciſa in ſpecie, † ponit Socin. conſil.257.colum.quart.verſ.confirmantur. lib.ſecund.

14 idem & de verbis,nullo modo,† Aymo.conſ 201.nu 43.

15 idem de dictione,†Penitus,quæ eſt præciſa,nullam recipiens limtationem: Angel.conſ 31.Viſo laudo. ſup.ſi.

16 idem de dictione,Omnino: † Socin. conſilio 249.colum. 9. libro. 2. Deci. conſilio 581. colum.1. numer.2. præciſam habet ſignificationem,importat ipſo iure, ſine exceptione, ad vnguem,indiſtinctè, ſine contradictione id fiat:plura cumulat Tiraqu.in l.ſi vnquam.ver. reuertatur.numero 76. vſque ad numerum 81. idem de

17 dictionibus & verbis,Quoquo modo:†Rui.conſil.98.

18 col.4.nu.11.libr.2.&,Nullo modo,†Dec.conſ.3.col.5. & conſ.502.in prin.idem,Omnimodo,eſt præciſè ſigni-

19 ficationis,†Bal.in l.quoties.in prin.ff.de noxal.act.Are. in l.ſi duo.col.3.ver.pro qua cōcluſione.de acq. hæred.

Poſſunt dici præciſa verba iſta, Mandauit obſeruari ad vnguem,cum ſignificāt, quod ad literā & formaliter

20 obſeruet,†Dec.conſ.347.col.1.in fi.nu.2.nempe quandoque verba geminata in eo, ad quod ſonant & geminantur,ſunt præciſa, deliberatam formam, enixam & præciſam voluntatem, & intentionem teſtatoris demonſtrant:vulg.l.baliſta.ad Trebel.quam cum aliis, & gloſ.concord.paſſim doct. allegant in omnibus diſpoſitionibus,nitātes ex verbis geminatis etiam ſimul & v-

21 no inſtāti:†Iaſ.in l.pen.in fi.C.de pact.Pariſ.cōſ.58.nu. 18.li.3.Tira.in d.l.ſi vnquā.d.ver.reuertatur.n.50.51.

Sed aliquos ego allegabo ad rem noſtram vltimarum voluntatum,fundantes ſe in verbis geminatis prohibitionis,ne alienentur bona,quòd non conſilium,ſed

22 præceptum fideicommiſſi importent, † Cornel. conſ. 59.col.2.lib.2. Deci.conſ.23.col.2.Soci.d.conſ.25.251. col.6.ver.non omitto.lib.2. Gozad.conſil.52.lib.2.per verba geminata apparet de voluntate teſtatoris prohibentis,filiam ingreſſam Monaſterium, poſſe aliud petere de bonis ipſius teſtatoris : Iaſ.conſil.53. col.3.lib.3. Ruin.conſil.8.col.4.& ſequen.num.11.& ſequen.lib.2. ac etiam per verba geminata & generalia in codicillis, concernentia legata.& reuocantia ſpeciale legatum,factum in teſtamento, poſſe peti tale legatum ſpeciale, vigore codicillorum.plenè probat Cornel. conſil.249. lib.4.idem, per geminata reuocari primum teſtamentum,habens clauſulam derogatoriam,tradit conſil.174. col.4.lib.2. geminatio enim verborum non debet eſſe

23 ſine effectu operandi, † per l.ſi ſtipulatus. ff.de vſu dicit Bald.conſil.46.ſub num.1.lib.1.operatur vltra prædicta,ſic eſſe expreſſam,& ſpecialem voluntatem teſtatoris, & aliam interpretationem, vel declarationem,

24 non poſſe dari : † Gozad.conſil.30.col.1. & multa alia operatur,de quibus per Pariſ. conſil.41. num.38.lib.2. conſil.11.num.25.lib.3.Socin.Iun.conſil.133.colum.4. num.6.7.lib.1.Aymo.conſi.105.num.4.conſ.201.num. 42.& Corſet.in tract.de verbis gemi.licet enim huiuſmodi præciſa, & arctatiua verba etiam actum fauora-

25 bilem reſtringant: † Bald.conſil.262.in fi.lib.1.tamen

26 defenſiones reſeruant: † in d.l.quoties.in princ. de noxal.act.& debemus verba teſtatoris, quantumcunque præciſa prima facie videantur, reſtringere ſecundum

27 mentem, quæ præcipuè debet attendi, † ait Paul. de Caſt.conſ.332.viſo teſtamento.col.1.ante num.2.lib.1. ponendo & exponendo etiam vnam dictionem pro alia,

28 † idem conſ.264.num.2.lib.2.

De aliis præpoſitionibus aduerbiis, clauſulis, quæ ſub verborum teſtamentorum inſertione cadere poſſent, nedum ſermo hic fieret de verbis, nimis vel extra rem verboſus efficiatur,de his videndi pleni & ſpecia-

29 les † per Albertum de Pergamo tract.de Præpoſiti.per totum.& per Celſum Hugo.tract.de clau.nu.311.vſque ad num.328. dum tractat.de clauſulis teſtamentorum, & videndi ſunt communes Iudices,vel Rep.Firmani,& Alberici,& communium lectu. & conſil.& Bald.in l.ſi cui legetur.in princi.de lega.1.

Si contigerit dubitari circa nomina verbalia.gerundij,participij,vel ſupini,quæ in ſcriptura vltimarum voluntatum legantur,an modum vel conditionem ſignifi-

30 cent,& quam declarationem inducant,†adeatur l.vim facit.ff.de vi,& vi arm.Barto.in l.ſi tu ex parte. & ibi in Apoſtill.ff.de acquir.hæred.Bald.in l.falſus.C.de fur.& in l.ſi ex cautione.colum.penult.verſicu.quintò quæritur.de non nu.pec.gloſ.Bartol.Bald.Iaſ.Curt.Sen.Pur. Dec.in rub.de eden.Sali.in l.1.C.de his,qui latro.Ange. Aret.& Iaſ.in Rub.Inſti.de acti.Ang.in conſi.338.Perſimon.in fi.vbi de gerundiis,Corne.conſ.172.colum.3. libr.3.Socin.conſil.93.col,2.verſicu.præterea dicta verba.lib.1.Pariſ. conſ.19. colum.1. numer.5. libr.2. And. Ciaffi. de Piſis,in tract. de gerundiis. & Rebuf. titu.de ſente.proviſio.art.2.glo.6.To.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba teſtamentorum ſunt interpretanda,vt aliquid operentur, & non ſint ſuperflua, ac ſine effectu operandi. Et nedum quodlibet verbum. Sed qualibet dictio.*

2 *Vel ſyllaba,non debet eſſe ſine effectu operandi & occupare membranas.*

3 *Verba debent trahi quaſi ad extraneum ſignificatum & improprium, vt aliquid operentur. Exemplificat. vt hic.*

4 *Verba non debent eſſe inania, etiam in materia pœnali & odioſa ſtricti iuris, renunciationis, diſpenſationis: argumenti à contrario ſenſu ad correctionem iuris, & ad extenſionem,quæ aliàs non fieret de perſona ad perſonam.*

5 *Verba debent aliquid operari in omni materia, & diſpoſitione. Confutat opinionem Alberici.ibi.*

6 *Verba in contractibus ſemper debent interpretari, vt aliquid operentur.*

7 *Verba in vltimis voluntatibus reſtringuntur quandoque ad præcedentia,& inculcantur.*

8 *Verba debent aliquid operari,eſt brocardicum.*

9 *Limita, vt procedat, quando id operantur per verba dependet apoteſtate proferentis,& diſponentis,cum ſemper ſit interpretandum, quem dixiſſe,& diſpoſuiſſe id, quod poteſt facere,& non vltra,*

10 *Limita, quod quando verba non poſſunt quid operari, non operantur.*

11 *Et verba non operantur, quod diſponere nequeunt.*

12 *Verba operantur, ſi de iure poſſunt,aliàs ſecus.*

13 *Verba id tantum operantur, quod poſſunt operari, etiam in modico,*

14 *Et ſufficit aliquis effectus operatius verbi, licet per omnia effectus ille non ſequatur,prout verborum ſonus importat.*

15 *Velle quis dicitur,quod eſſe poteſt, & non aliud.*

16 *Verbum appoſitum in teſtamento,ſi nihil operatur pro non adiecto habetur.*

17 *Verba debent potius reputari ſuperflua,quàm operentur contra voluntatem teſtatoris.*

18 *Verba quid operantur,ſi ſunt certa & ſpecialia: ſi autem*

Y 4 *generalia,*

*generalia, ſi perferantur apto & condecenti modo, etiam operantur, ſi autem inepto, & non congruo vocabulo, nihil operantur.*

19 *Limita, niſi ratio ſuadeat, quod operetur, vt quia interuenit copula: & hæc quidem eſt ratio, quæ ſuadere poteſt.*

20 *Culpa autem poteſt eſſe ineptitudo verborum, vel defectus Notarij, qui teſtamentum ſcripſit, vt tunc ratio ſuadet, vt talis culpa non nocet.*

21 *Verba, debent quid operari non contra naturam actus, ſed ſecundùm, ſuper quo interponuntur.*

22 *Verba nihil operantur, quando minus abſurdum reputatur, quod verba nihil operentur, quàm quod operentur vltra ſolitum & proprium ſignificatum, & præſumatur donatio.*

23 *Vt potius nihil operetur, quàm abſurdum vel iniquum inducat. Exempla peto remiſſiuè.*

24 *Verba interpretantur, vt ſint magis ſuperflua, quod quis indebitè damnum patiatur.*

25 *Et debent reputari potiùs fruſtratoria, quam quod cenſeatur teſtator grauare hæredem.*

26 *Et quod magis voluntas teſtatoris totaliter ſit ſuperflua quàm quod ſequendo ſit in damnum pupilli.*

27 *Verba, vbi ſint dubia, non debent deduci ad certam ſignificationem, interpretantur ad id, quod minùs nocet.*

28 *Verba nihil operantur, quando verba ſunt expreſſa eo modo, quo facilè à iure ſubintelliguntur.*

29 *Et maximè, vbi nomina ſunt ſynonima.*

30 *Et vbi expreſſio implicata eius, quod iam implicitè expreſſum erat, nihil operatur, niſi illud ſubintellectum à iure importaret ordinem de iure ſeruandum, quia tunc expreſſio eius facta ab homine tranſiret in formam mandati hominis, cuius peruerſi operaretur actus nullitatem, quæ aliàs non acciderit.*

31 *Et minus operaretur talis expreſſio, quam ſi facta non fuiſſet: quia magis reſtringitur diſpoſitio.*

32 *Licet operetur habito reſpectu, ad quid extrinſecùs.*

33 *Verba nihil operantur, quando iuris ratio non patitur,*

34 *Amplia, vbi illud, quod quæritur, operari verba iam ſit diſpoſitum per ipſum proferentem verba, vel per ius cõmune: nam tunc nihil operantur verba, ſed cauſa dubitationis tollendæ cenſetur appoſita.*

35 *Vel cauſa dubitationis de eo, quod poſſet dubitari.*

*Et cauſa ſpecialis expreſſionis eius, quod generaliter erat expreſſam, vt plus timeatur, quod ſpecialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur.*

36 *Verba non videntur ſuperflua, per quæ apparet clarius, quod prius erat diſpoſitum.*

37 *Superfluitas toleratur de eo, quod dictum erat implicitè. dicatur explicitè: & alia ibi.*

38 *Verba nihil operantur. Limita, quando verba non operãtur in odium eius, pro quo & eius fauore prolata videntur.*

39 *Inducta ad vnum finem, non debent operari contrarium.*

40 *Verba ſimiliter nihilo petantur, quando verba, quæ exprimuntur, ſi intelliguntur eo modo, quo ſunt expreſſa, reſultat contrarius Iuris communis intellectus, quia nihil operantur, ſed reduci debent ad iuris diſpoſitionem.*

*Limita in legibus procedere.*

41 *Secùs atque in ſtatutis.*

42 *Amplia in teſtamentis & aliis diſpoſitionibus hominum, in quibus poſſunt diſponere de rebus ſuis vltra Ius Commune: quia eorum tales diſpoſitiones etiam pro lege debent ſeruari.*

43 *Limita etiam, vbi verba adiecta ſunt penitùs diuerſa, ſecùs autem eſt in verbis adiectis, deſignantibus Genus, & Speciem: quia verbũ continens genus dicitur abundare, & reſtringi ratione verbi adiuncti continentis ſpeciem.*

*Et clarius in ſoluendo contrarium,*

*Ex natura actus deducti in diſpoſitione.*

44 *Et limitatur, quando in diſpoſitione ſuperflua eſſet mixtum aliquid noui.*

45 *Et vt quis cenſeatur minùs grauatus, quam ſit poſſibile, dummodo talis reſtrictio fieri poſſit, ſalua ratione recti ſermonis.*

46 *Teſtatorem propter generalia verba non eſt veriſimile, in dubio velle recedere à ſpeciali prouiſione.*

47 *Copula, Et, vel, cum, inter genus & ſpeciem, ſpecies ponitur ex abundanti.*

48 *Verba non operantur, quæ apparent ex ſtylo Notariorum, ſunt ſcripta nimis ampla, quæ veriſimiliter continent præiudicium, quod non cadunt in mentem diſponentis, & nimiam plenitudinem verborum.*

49 *Et præſertim in contractibus.*

50 *Limita, niſi clauſulæ ſint ſolitæ apponi per Notarios, quia cenſentur de voluntate teſtatoris, vel contrahentium appoſitæ.*

51 *Verba generalia, non operantur, quando quælibet ſpecies conſenſu ſub genere, non ſufficit ad inducendum effectum, ad quem ſunt propoſita.*

52 *Vt in teſte, dicente ſe inimicum partis, vt non admittatur, licet non deſcendat ad ſpeciem inimicitiæ, & omnis inimicitia, niſi ſit capitalis, non repellit teſtem.*

53 *Non eſt recedendum à verbis claris, pro eo, quod debent aliquid operari, vel inutilis non ſit diſpoſitio.*

## SOLVTIO. I.

QVINTO generale eſt dictum, Verba teſta-
mentorum interpretanda eſſe, vt aliquid o-
perentur, & ſuperflua nõ ſint ſine effectu o-
1 perandi: † l. ſi quando. & ibi Barto. & alij tra
dunt. de leg. 1. l. generali. §. 1. de vſufruct. lega. cap. ſi Pa-
pa. in princ. de priuil. in 6. non ſolùm verbum, & quęli-
bet dictio, ſed etiam quælibet ſyllaba, non debet eſſe ſi-
ne effectu operandi, & fruſtra occupare membranas:
2 † glo. 3. in cap. ſi Romanorum. 19. diſtinct. & gl. in l. 1. ff.
de eo quod met. ca. Bald. in rub. col. 2. nume. 9. de con-
trahend. emp. Alexand. conſil. 26. col. penult. nu. 5. lib.
2. Curt. Seni. conſ. 52. col. 7. nu. 33. Catel. Cot. in ſuis
memo. in ver. clauſula generali. etiam trahendo verba
quaſi ad extraneum ſignificatum, & improprium, vt a-
3 liquid operetur: † Bald. in l. Titia. §. 1. de leg. 2. Aym.
conſ. 20. col. 2. num. 9. & conſil. 294. col. 5. & ſequent. ex
quo quidem generali dicto ſæpiùs Doct. arguunt. ad plu
res quæſtiones. Nam vxorem à marito inſtitutam hære-
dem cum onere conferendi dotem, & poſt mortem gra-
uatam, reſtituere non poſſe, vel ſuum hæredem reſtitu-
endo hæreditatem retinere dotẽ, quod fuerit ſic hæres
inſtituta à marito animo compenſandi debitum dotis,
vt verba illa cum hoc, quod ipſa debeat conferre dotem
&c. aliquid operentur, firmat Capra conſ. 111. Subſcripſi
Ad hãc quæſtionem, quod ſtantibus teſtamentis ante-
ceſſorum, quod nati ex diuerſis patribus, deberent ſuc-
cedere in ſtirpem, & non in capita, quodam faciente
teſtamentum, & inſtruente fratrem, & nepotes nomi-
natim plures ex alio fratre, & demum ſe referẽte ſecun-
dum teſtamenta hæc anteceſſorum, vt hæc relatio ope-
retur illos nepotes nõ viriliter, vt expreſſio propriorum
nominum deſignabat, ſed in ſtirpem hæredes intelligi
inſtitutos: Alexand. conſil. quinquageſimo ſecundo, co-
lumna ſecunda. lib. quarto. Ad aliam de legato vſusfru-
ctus fundi facto vxori, his verbis, quod non poſſit alie-
nare fundum ipſum, vt hæc verba operentur legatari-
am interpretari proprietariam fundi legati: ar. l. ſi ſtipu-
latus. ff. de vſu. probat & menti tenendum dicit Bartol.
in



in l. Proculus. ff. de vſufruct. pro ſingulari ponit Franc.
Cremen. in ſing. 27. & ſi adiuncta fuerit taxatiua tantum
hoc modo vſumfructum tantum: comprobat Alexand.
conſil. 150. in princip. lib. 7. cum allegandis infra 4. li.
Ad aliam de poteſtate conceſſa per Imperatorem alicui
legitimandi ſpurios in vita & in morte, vt verba aliquid
operentur, debet intelligi in morte. i. poſt mortem, iſtã
non eſſe extraneam expoſitionem, per text. & glo. ibi
tradit Paul. de Caſt. in l. ſi quis. §. filium. col. fin. ver. in
gloſ. ſuper verſi. morientem. de liber. & poſthum. quan-
do aliquis ſanus intellectus poteſt dari etiam impropri-
ando verba. idem Paul. de Caſtr. conſ. 227. verſic. breui-
ter lib. 1. Ad aliam quæſtionem, pater donauit filio bona
cum cõditione & onere ea reſtituendi certo caſu eueni-
ente, deinde eadem bona cum aliis reliquit ſimpliciter
eidem filio in teſtamento, vt teſtamentum hoc quidem
operetur, & legatum vtile ſit remiſſum, cenſeri onus
ex donatione per teſtamentum, reſpondit Old. conſ.
28. Viſa donatione. Ad aliam, de clauſula, Quod feu-
dum ſapiat naturam feudi antiqui, & paterni, &c. vt
non ſit fruſtratoria, facit amitti agnatos tranſuerſales o-
miſſa reſtrictione receptionis feudi principaliter, & no-
minatim factæ pro ſe, filiis, & deſcendentibus: vt reſ-
pondit Iaſo. conſil. 1. col. fin. lib. 3. Ad aliam, de teſtato-
re inſtituente filios trium fratrum nominatorum æquis
portionibus in ſtirpes, & non in capita, cùm duò fratres
tempore teſtamenti vel mortis teſtatoris non habet fi-
lios, & horum filios naſcituros, & horum filiorũ inſtitu-
tio non ſit fruſtratoriè facta, intelligi inſtitutos hære-
des, plenè Pariſ. conſil. 71. lib. 4. & alibi ſit ſæpe ſimilis
inductio, ne verba ſint inania, operantur in materia eti-
am pœnali & odioſa, & ſtricti iuris renunciationis, diſ-
penſationis, & argumenti à contrario ſenſu ad correcti-
onem iuris, & ad extenſionem quæ alias non fieret de
4 perſona ad perſonam, † vt paſſim per Iaſ. in l. 3. in princ.
col. 1. ff. de iureiur. Dec. in cap. cum dilecta. col. 3. nu. 7.
de confir. vti. vel inuti. & conſ. 99. col. 2. nu. 4. & Aym.
alios referens in conſil. 20. num. 9. & conſi. 135. nu. 24.
& conſ. 84. nu. 12. & conſ. 92. nu. 5. & conſi. 277. col. fi. &
conſ. 272. col. 5. nu. 7. & conſi. 294. col. 5. & ſequ. & conſ.
297. col. 3. & ſeq. & Card. Alexan. in cap. paſtoralis. col.
de appel.

Eſt enim hoc generale dictum, quod verba debent
aliquid operari, locum habet in omni materia, & diſ-
5 poſitione, vt in locis prædictis † habetur, & in conſil.
3. col. 3. fin. inter conſil. Soci. lib. 4. exprimitur de con-
tractibus, de iudiciis, de atteſtationibus, de priuilegiis, de
vltimis voluntatibus. idem probat Franc. in d. cap. ſi Pa-
pa. in vltimo not. & Alb. de Roſ. & Paul. de Caſtr. Bald.
& Ang. in d. l. ſi quando. in princip. & Rip. in cap. 1. col.
7. num. 41. de reſcript. ex quo quidem de directo vide-
tur reprobari limitatio, quam ad hanc regulam adducit
Albe. de Roſ. in l. 1. col. 4. ſub nu. 12. de offic. procur. Cę-
ſa. quod hæc procedat in vltimis voluntatibus, vbi ſit
clarior interpretatio, ſed in contractibus inter viuos re-
ſtringuntur verba ad præcedentia, quod ſi quaſi quędam
declaratio & inculcatio verborum: poſt Felin. refert &
dicit profectò eſſe mirabilem, & ſignandam limitatio-
nem, Iaſo. conſil. duodecimo. columna fin. verſic. tertiò
dicitur. lib. 3. quam non puto veram: quia & in contra-
ctibus debent ſemper interpretari verba, vt aliquid o-
6 perentur, † per tex. in l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. dicit Alex.
conſ. duodecimo. colum. penult. ſub. num. 14. Et conſ.
36. col. penult. num. 5. lib. 2. & dicunt alij modo allegati:
& quia in vltimis voluntatibus quoque verba reſtrin-
7 guntur quandoque ad præcedentia, & inculcantur, † l.
cum in teſtamento §. fin. ff. de hæred. inſt. l. pediculis. §.
Labeo de aur & argen. lega. tamen ſunt ſub dicta regu-
la, ita ergo de verbis contractuum dicendum eſt, quan-
do poſſunt operari ſecundum intellectum vtriuſque
contrahentis, ſicut in vltima volũtate operantur, quan-
do operari poſſunt, ſecũdum intellectum proferentis: vt
tradit idem Alber. de Roſa. in l. qui ſic. de verb. obligat.

Cetærùm hæc regula, vel hoc brocardicum tradunt
8 † Felin. in cap. cauſam quæ. col. 6. num. 6. de reſcript.
plures limitationes partitur: nam primò limitatur,
quando id operandum per verba dependet à poteſta-
te proferentis, & diſponentis, cum ſemper interpre-
tandum ſit, quem dixiſſe & diſpoſuiſſe id, quod poteſt
9 facere, & non vltra: † l. Lucius. §. penul. ff. ad municip.
Alexand. conſ. 208. col. penul. nu. 9. lib. 6. Dec. conſ. 218.
col. 2. nu. 3. Soc. Iun. conſ. 112. col. 4. nu. 17. lib. 1. Galiau.
in l. Centurio. col. 10. ſub. ver. ſed. aduerte de vulga. &
pupill. vbi igitur verba non poſſunt aliquid operari nõ
10 operantur † dicit Capra conſ. 87. nu. 8. & conſi. 122. nu.
12. i. ſpecie dicit, verba id non operari, quod diſponere
11 non poſſunt, † vt in ſimili dicitur in l. quod in rerum. §.
1. de leg 1. ad idem Bald. in l. 1. nu. 1. C. de pact. pigno.
dicens, verum eſſe, verba operari, ſi de iure poſſunt alias
12 ſecus. † & per Marſil. in Rub. de proba. ſub. num. 19.

Secundò limitatur, quod id tantum verba operen-
13 tur, quod poſſunt operari etiam in modico: † vt ponit
Angel. in l. ſi itaque. ff. de ſerui. & ſufficit aliquis effe-
ctus operatiuus verbo, licet pro omnia ille effectus nõ
14 ſequatur, prout verborum ſonus improbat † per gloſſ.
in verbo inſolidum. in ver. occupantis. & ibi expreſſè
Geminianus no. in c. ſi duo. in princ. de procu. in 6.
pro not. adducit Iaſo. in d. conſil. 12. col. fin. ver. ſecũdò.
lib. 3. Goz. conſ. 30. col. 4. nu. 13. & plures caſus & de-
ciſ. congerit Felin. in cap. 1. col. 4. ſub ver. priuilegium.
de reſcriptis, in quibus verba operantur id quod poſ-
ſunt: iam enim quis videtur velle, quod eſſe poteſt, &
15 non aliud † dicit Bald. in l. peto. in princ. in fi. de lega.
2. eandem limitationem probant Gemin. in d. c. ſi Pa-
pa. ad fin. ver. ſecundo fallit. & Ripa in d. c. 1. num. 43.
de reſcri. & Franc. in d. c. ſi Papa. in 4. limit. Quando
verò verbum, appoſitum in teſtamento, non poteſt
16 operari, habetur pro non adiecto: † l. talem in princi.
& ibi Imo. ff. de hæred. inſt.

Tertiò limitatur, dummodo illud, quod poſſent ope-
rari verba, non ſit contra voluntatem teſtatoris: quia po-
tiùs debent reputari ſuperflua, quam ſic contra volun-
17 tatem teſtatoris operari: † per l. verbis ciuilibus. & ibi
Alexand. in 2. not. num. tertio. de vulga. & pupill. cum
aliis refert Aymo. conſil. vigeſimo quinto. colum. fin.
verſic. ex præmiſſis & conſi. ſeptuageſimo. colum fin.
verſic. tertiò. & Cuma. conſil. 108. in fin.

Quartò limitatur, quod ſit vera regula hæc in ver-
bis certis ſpecialibus, ſed in generalibus diſtinguen-
dum eſt, quod ſi proferantur apto & condecenti mo-
do, operantur: ſi vero non proferantur apto modo, ſed
inepto, etiam congruo vocabulo, tunc nihil operantur:
18 † Goza. conſ. 78. nu. 12. in fin. niſi ratio ſuadeat, quod o-
perentur: vt quia interuenit culpa. & iſta eſt ratio, quæ
19 poteſt ſuadere, † ſecundum Bald. in l. ſed & ſi quis. §.
quæſitum col. penul. verſic. ſeptima eſt. ff. ſi quis caut. &
ibi Alber. de Roſ. in fin. adducit Boer. in deciſ. 57. in fin.
culpa poteſt eſſe huiuſmodi ineptitudinis verborum, &
defectus Notarij, qui ſcripſerit teſtamentum, tunc ratio
20 ſuadet, quod talis culpa non nocet: † l. errore. & l. am-
biguitates. C. de teſta. vt aliàs dictum eſt.

Quintò limitatur, quod debeant operari non con-
tra, ſed ſecundum naturam actus, ſuper quo interpo-
21 nuntur: † Saly. in l. coiri. in fin. ff. pro ſoci. Alex. con-
ſil. 21. col. 3. nu. 18. lib. 5. & Dec. conſil. 278. col. penul.
num. 9. & Pariſ. conſil. 5. col. 6. nu. 44. lib. 4. & conſil.
20. num. 74. lib. 1. & ſecundum ius commune loquens
de illo actu, per alleg. à Goza. conſil. 74. nu. 9. cum ſe-
quent.

quent. vt de eo, quod mandat vſufructuario teneri v-
ſumfructum ad hæredem, quod ex hoc non alteratur
à natura vſusfructus, & talia verba aliud non operan-
tur: Paul. de Caſtr. conſil. 121. Viſa quadam petitione.
col. fin. lib. 1.

Sextò limitatur, quando minùs abſurdum repu-
tatur, quod verba nihil operentur, quam quod ope-
rentur vltra ſolitum, & proprium ſignificatum. & præ-
22 ſumitur donatio, † Socin. conſil. 73. col. 4. ver. poſtre-
mò, ex quo. lib. 1. & conſil. 21. col. 5. nu. 11. lib. 3. potius
quoque debeat nihil operari, quàm abſurditatem in-
23 ducere. † Ioan. Bapt. in tract. de arbi. cap. 15. lib. 7. col.
3. ad fin. Curt. Sen. conſ. 16. col. 8. num. 14. Aym. dicto
conſil. 70. col. fin. ver. ſecundò. in quibus locis exem-
pla congrua ponuntur per Socin. conſil. 60. colum. 5.
ver. & ſi dicatur. lib. 1.

Septimò limitatur, quod magis verba ſint ſuper-
flua, quam quod indebitè damnum quis patiatur:
24 † Bartol. & alij in l. fin. §. in computatione. adfi. C.
de iure delib. Alexan. conſ. 143. col. 2. lib. 5. refert Hier.
Cagno. in l. 1. num. 85. C. de pact. Dec. conſi. 74. ſuper fi.
verſ. præterea ne quis Bellonus. conſil. 71. num. 13. Aym.
d. conſ. 70. colum. fin. ver. imò prius: Bero. conſil. 110.
num. 10. lib. 1. & in ſpecie noſtra potius etiam debent
reputari verba fruſtratoria, quam quod cenſeatur teſta-
25 tor grauare hæredem. probat † Aym. conſ. 86. col. penul.
num. 10. magiſque cōcedendum eſt, voluntatem teſtato-
ris totaliter eſſe ſuperfluā, quàm eam ſequi in damnum
26 maximè pupilli, tradit † Aret. conſil. 22. col. penul. vel
ſaltem vbi verba dubia ad certam ſignificationem dedu-
ci non poſſunt, debeat interpretari ad id, quod minus
27 nocet, per doctr. † Bald. in l. ſi quis ſeruo. in prin. C. de
fur. firmat Alexand. conſil. 129. col. 2. num. 7. lib. 4. facit
gloſſ. fina. in l. ſed cum ab hærede. ff. ad Trebell.

Octauò limitatur, quando verba ſunt expreſſa eo
modo, quo tacitè ſubintelliguntur à iure: quia tunc
28 nihil operantur: † l. 3. de lega. 1. l. non rectè. C. de fide-
iuſſ. ponit Alexan. conſil. 33. col. 2. ver. nec ad hoc ob-
ſtat. lib. 1. & Ripa. in d. ca. 1. col. 8. num. 44. verſi. tertiò.
de reſcript. & Bello. d. conſ. 7. ſub nu. 17. & Gemi. in d.
cap. ſi Papa. in princ. ad fin. in vlt. ſua fallen. & Pariſ.
conſ. 110. num. 47. lib. 1. vbi maximè, quando nomina
29 ſunt ſynonyma. † & Ruin. conſ. 89. ſub nu. ſeptimo. li.
2. vbi explicata expreſſio eius, quod iam implicitè ex-
preſſum erat, nihil operatur, intellige, niſi illud ſubin
tellectum à iure importaret ordinem ſeruandum de
iure: tunc enim expreſſio eius facta ab homine, tranſi-
ret in formam mandati hominis, cuius peruerſio ope-
30 raretur nullitatē actus, quæ aliâs nō accideret: † vt de-
clarat Alexan. conſ. 22. col. fin. lib. 5. per not. in c. cum
dilecta. de reſcript. quare operatur minùs talis expreſ-
ſio. quàm ſi facta non fuiſſet: quia magis reſtringitur
31 diſpoſitio † vt per Gomeſ. de Regu. Cancel. in reg. de
non tollen. ius quęſitum. in 1. par. & ad alia, vt per Doct.
in d. l. 3. & per Imo. in l. talem. §. 1. circa princ. ff. de hæ-
red. inſt. licet operetur habito reſpectu ad aliquid ex-
32 trinſecùs. Pau. de Caſt. in l. talis ſcriptura. nu. 3. de le.
1. aliàs verba nihil operantur, quando iuris ratio non
33 patitur, † Poſt Bal. & alios dicit Felin. in d. c. cauſam,
quæ. col. 6. nu. 6. de reſcript.

Nonò limitatur, quod vbi illud, quod quæritur,
verba operari, iam eſt diſpoſitum per ipſum, proferen-
tem verba, vel per ius commune: tunc aliud non ope-
rantur verba, niſi quod cenſentur poſita cauſa dubita-
34 tionis tollendæ: † l. qui mutuam. in princ. ff. manda.
cum ibi ſigna. in glo. & l. quæ dubitationis. de Reg.
Iur. & per Aym. conſil. 25. in fi. vel cauſa dubitationis
35 de eo, quod poſſet dubitari. † vt in no. q. ibi per eum, &
cauſa ſpecialis expreſſionis eius, quod generaliter e-
rat expreſſum, vt plus timeatur, quod ſpecialiter in-
36 iungitur quàm quod generaliter imperatur: † c. ſi ad-
uerſus. de hæret. & c. quanquam. 23. diſtin. Anch. in c.
ſi enim. col. fi. 28. q. 1. ponit Gemin. in d. c. ſi Papa. col.
fin. in 1. & 2. fallen. & ibi Franch. in 1. & 3. limit. Aym.
conſil. 70. col. fi. nu. 29. ſic enim verba non videntur
ſuperflua, per quæ clarius apparet, quod prius erat diſ-
poſitum. † Dec. in l. fin. col. 4. in 7. not. num. 9. C. de
pact. Alexan. in l. ſi quis mihi. §. iuſſum. col. penul. ſub
nu. 12. ff. de acqu. hæred. & plures alias deciſ. per quas
apparet tolerari ſuperflua, cumulat Felin. in cap. ſoli-
tæ. col. 3. de maior. & obed. vt quod prius, implicitè,
poſtea explicitè expreſſum dicatur, exemplum in con-
ditione expreſſa, ſine filiis incluſa, etiam ſi non expri-
matur. ponit Ruin. conſil. 144. col. 3. num. 6. li. 2. vt de
eo, quod dictum erat implicitè, dicatur explicitè, to-
37 leratur ſuperfluitas. † idem in conſil. 136. col. 4. nume.
11. li. 3. iſto autem caſu etiam geminatio verborum di-
ceretur facta ad maiorem expreſſionem intentionis,
diſponentis etiam in caſibus ſimilibus, & non ad cor-
rectionem inducendam: Alexand. conſil. 130. colu. 3.
ver. nec obſtat, quod dicatur. lib. 4. vt quoque dictum
eſt ſupra dubit. præced. verſi. alio & vltimo. & in hoc
poteſt cadere exemplum quæſtionis, deciſæ per Ioan.
de Ana. in conſ. 37. in penul. q. alimentorum relicto-
rum vxori, cum hac adiectione, quod vltra prædicta,
ei reliquit victum & veſtitum, quod vltimum, quia
continetur ſub alimentis, dicta verba vltra prædicta
nihil operantur, vt ibi per eum, & Bologni. in addi.

Decimò limitatur, quando verba non operantur
in odium eius, pro quo & eius fauore videntur prola-
38 ta, † per l. quod fauore. C. de legi. probat Dec. conſil.
232. in fi. quia inducta ad vnum finem, non debent o-
39 perari contrarium: † l. fuit quæſtionis. ff. de acquir.
hæred. l. in ratione. la. 2. §. tametſi ad l. Falci. l. alimen-
torum. de aſſignan. libert. & l. legata inutiliter, & ibi
Doct. de ali. lega.

Vndecimò limitatur dicta regula, quando verba,
quæ exprimuntur, ſi intelliguntur eo modo, quo ſunt
expreſſa, reſultet intellectus contrarius iuris commu-
nis, nihil debent operari, ſed reduci ad diſpoſitionem
40 iuris, † per text. in cap. cauſam quæ. tradit Gemi. in d.
cap. ſi Papa. in 3. fallen. & Franch. in 4. limit. ſequitur
Alexan. in d. conſi. 33. colum. 2. ver. item reſpondeo.
num. 10. lib. 1. & Pariſ. conſ. 110. nu. 48. lib. 1. Bero. conſ.
134. num. 20. lib. 2. quod procedit in legibus, ſecùs au-
tem videtur in ſtatutis, vbi poteſt apparere de inten-
tione ſtatuentium, quaſi velint aliquid mouere & ſta-
41 tuere vltra ius commune, † ex ſententia Paul. de Caſt.
declarat Dec. in auc. ex teſtamento. ſub numer. 4. de
collat. idem dicendum eſt in teſtamentis, & in aliis
diſpoſitionibus hominum, in quibus poſſunt diſponere
de rebus ſuis vltra ius commune, quia huiuſmodi eorum
42 diſpoſitiones etiam pro lege debent ſeruari † §. diſpo-
nat. in auc. de nupt. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſi. cū ſimil.

Duodecimò limitatur eadem regula. quod procedat,
vbi verba adiecta ſunt penitus diuerſa: ſecùs autem eſt
in verbis adiunctis, deſignantibus genus & ſpeciem:
quia verbum, continens genus dicitur Abūdare. & re-
43 ſteingi ratione verbi adiuncti, continentis ſpeciem, † l.
ſed & ſi adiiciatur. ff. pro ſoci. ibi glo. & clariùs in ſol-
endo contrarium d. l. ſi quando. de leg. 1. & d. l. ſi ſtipula-
tus. de vſu. Bar. Bald. & Fulgo. tradunt, & Alexan. conſil.
8. num. 3. lib. 3. & conſil. 22. col. 3. lib. 5. ex natura actus
deducti in diſpoſitione. & limitatur, quādo in diſpoſiti-
44 one ſuperflua eſſet mixtum aliquid noui † per Ruin.
conſil. 192. col. 6. nu. 3. lib. 2. & ex eo poteſt addi, vt quis
cenſeatur minùs grauatus, quam fieri poſſit, dummodò
45 fieri talis reſtrictio poſſit, † ſalua ratione recti ſermonis:
Paul. de



Paul. de Caſt. in l. Titia cum teſtamento. §. Lucius. il. 2.
46 de lega. 2. † & ibi Bald. prius dixerat propter generalia
verba, non eſſe veriſimile in dubio teſtatorem velle re-
cedere à ſpeciali prouiſione: ergo verba generalia tunc
ſuperflua ſunt. facit reg. generi. cū ibi alleg. per gl. Dyn.
& alios de reg. iur. in 6. & facit doct. Bal. in cap. cum or-
dinem. col. 3. nu. 10. de reſcript. & tex. in l. ſeruis vrbanis.
§. fin. de lega. 3. & è contra quando inter genus & ſpeciē
ponitur copula, Cum, vel, Et, ſpecies ponitur exabundā-
47 ti, † per l. quæſitum. §. pen. de fund. inſtr. præmittit Ang.
in conſilio 28. Teſtator.

Decimo tertiò limitatur, quod verba non operan-
tur, quæ poſita apparent ex ſtilo Notariorum, nimis
ampla continentia præiudicium veriſimiliter, non ca-
dentis in mentem diſponentis, & quandam nimiam
48 plenitudinem ipſorum verborum: † vt adducit Ruin.
conſil. 98. in fin. lib. 1. & conſil. 60. in fin. lib. 3. & Felin.
in d. cap. ſolitæ. col. fin. ver. & vide dom. Abb. & Pa-
riſ. conſ. 73. col. penul. num. 50. 51. lib. 2. & maximè in
49 cōtractibus, † Cagnol. in l. 1. ſub num. 84. C. de pact.
Gabr. Eugub. conſil. 90. num. 13. 14. & plures ſunt ad
hoc autho. cumul. per Tiraq. in l. ſi vnquam. in præ-
fat. num. 126. quam ſentētiam ſequi debemus, inquit
ipſe: ſed ego non ſequendam puto, quādo verbis hu-
iuſmodi conceptæ ſunt clauſulæ, conſuetæ & ſolitæ
apponi per Notarios, quia cenſentur iſtæ appoſitæ de
50 voluntate teſtatoris, vel contrahentium, † Alexand.
conſil. 142. col. 4. verſi. ſubdit etiam. li. 2. & conſ. 53. nu.
11. lib. 7. & Capyc. in deciſ. 159. num. 39. & vt intelligit
Dec. in l. vt liberis. nu. 14. & ſequent. C. de collat. alias
dixi circa clauſ. codicill. ſuprà eo. lib. inter. 1. dubit. 1.
ver. at nihilominus.

Decimoquartò limitatur in verbis generalibus,
quia non operantur, quando quælibet ſpecies conten-
ta ſub genere, non ſufficit ad inducendum effectum,
51 ad quem talia verba ſunt propoſita, † per tex. & glo. in
ver. ſpeciem. in cap. 1. de except. in 6. tradit Abb. in ca-
cum dilecti. col. fin. ſub num. 10. de accuſ. in teſte, di-
cente ſe inimicum partis, vt non admittatur, quod
non impedit, cum non dixerit de qualitate inimici-
tiæ, & non omnis inimicitia, niſi capitalis, repellat te-
ſtem: & ad hoc plur. concord. allegat Nic. Euerar. in
ſua Centu. in loco à generalitate, ad fin. & vt ibi per
Dec. conſ. 542. col. 4. ver. non obſtat.

Decimoquintò limitatur in verbis claris, à quibus
ideo recedere non debemus, pro eo, quod debeat ali-
quid operari, vel ne ſit diſpoſitio inutilis: ita Alexand.
conſ. 82. col. fin. nu. 16. lib. 6. Gabr. Eugu. conſ. 90. nu. 12.

### SVMMARIVM.

1 *Mens, intentio, voluntas, ſenſus, & cogitatio, quaſi ſynony-ma ſunt, quando tranſeunt in diſpoſitionem.*

2 *Mens quid ſit? Differentiam inter mentem & intellectum tradit D. Gaſpar Contarinus, in literis diuerſorum illuſtrium. lib. 14. la 1. vbi bene. & ibi plura de mente, & verbis.*

*Mens teſtatoris dicitur, cum larga & benigna fit interpretatio in teſtamento.*

3 *Mens eſt ratio legis.*

4 *Mens teſtatoris eſt ratio ſuæ diſpoſitionis, quæ etiam dicitur lex.*

5 *Et ea ceſſante, non ceſſat legis diſpoſitio.*

6 *Mens in quibuſcunque maximè attendenda eſt, in legibus, priuilegiis, iudiciis, reſcriptis, & in contractibus.*

*Et in ſtatutis.*

*In dictis teſtium.*

*In pactis, ibidem.*

7 *Mens potius, quam verba inſpicienda & obſeruanda, præſertim in vltimis voluntatibus.*

8 *Et in fideicommiſſis.*

9 *Quia lex in fideicommiſſis facilius interpretatur, quam in cæteris diſpoſitionibus.*

10 *Et largius fideicommiſſo, quàm directo quid datur.*

## LIB. II. INTERPR. IIII.

ASSVMO nunc interpretationē quartam,
circa mentem & ſententiam teſtatoris: quę
ſicut circa eā rē verſatur, quam non vide-
mus, vt eſt animus, voluntas teſtatoris &
ipſa mens: ita maiorem nobis interpretandi difficulta-
tem affert: Bald. in l. precibus. col. 6. ſub ver. dixi ergo.
de impub. & ali. ſubſti. quem Doct. paſſim referunt, vt
nos in obſcuritate huiuſmodi potius diuinantes, quàm
interpretantes agere oportet: iux. tex. in prin. in auct. de
teſta. imperf. nos enim ignoramus, quid ipſe teſtator cre-
diderit, dicit glo. in l. ſi paterfamil. ff. de hæred. inſti. cla-
rius tamen, quo fieri poſſit propoſitam interpretatio-
nem expediendo, conſidero mentis teſtatoris dubitatio-
nem, & conſequenter eius interpretationem poſſe
accidere, & fieri dupliciter. Primò in his, & ex his, quæ
ex ipſo teſtamento oriuntur, vt ſic nos procedere do-
cet Iuriſconſul. in l. in his, quæ de condit. & demonſt.
de cuius intellectu perquiſiui ſup. lib. præced. interp.
2. dubit. 2. ver. primo itaque.

Duæ igitur dubitationes declarandæ proponun-
tur.

Prima mentis & ſententiæ teſtatoris dubiæ in his,
& quomodo ex his, quæ extra teſtamentum contin-
gunt, interpretatio capiatur.

Secunda, quomodo eiuſdem mentis dubiæ fiat de-
claratio in his, & ex his, quę ex ipſo teſtamēto oriuntur.

## LIB. III. NTERPR. III. DVB. I.

### SOLVTVR.

1 *Per ſignificata plura mentis, & eius accuratam attentionem,*

2 *Per exteriora media, & loca remiſſiuè expreſſa.*

3 *Per ſcientiam vel notitiam teſtatoris.*

### SOLVTIO I.

AD primam accedendo præmittendum eſt,
quod mens, ſententia, intentio voluntas, ſen-
ſus, cogitatio teſtatoris, cum in diſpoſitionē
tranſierint, quaſi ſynonyma ſunt, idem ſigni-
ficant, & promiſcuè ac alternatim per leges & Doctores
expreſſa reperiuntur, vt videre eſt ex lege. 1. in prin. de
pen. leg. ibi, niſi fortè aliud tempus, vel mente, vel ver-
1 bis, &c. † l. Sempronius. in princ. de vſufruct. lega. ibi,
ſed his caſibus de ſententia teſtatoris quærendum eſt, l.
cum pater. §. donationis. de leg. 2. ibi, ſed in quem volun
tatis intentio dirigatur, l. quiſquis mihi. de leg. 3. ibi,
voluntatem præterea defuncti, quæ maximè in fi-
deicommiſſis valet, ei ſententiæ ſuffragari, l. 3. C. de li-
ber. ibi, cum enim manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtato-
ris. & ibi, glo, ſenſus, id eſt, mens. & l. 1. C. de leg. ibi, ta-
men hanc fuiſſe defuncti cogitationem interpretor,
& alibi ſæpè in legibus, in gl. & in ſcriptis Doctorum
hæc vocabula vna vel alia expreſſione poſita inſpici-
untur, idem ſignificantia.

Mens enim vocata eſt eò, quod in anima emineat,
vel quia meminerit, & eſt præſtantior pars, à qua in-
telligentia & ratio procedit, vnius eſt affectus animæ:
dum ſcit, mēs eſt: dum vult, animus eſt: dum rectum
videt,

videt,ratio eſt: dum ſpirat, ſpiritus eſt: dum aliquid
ſentit,ſenſus eſt: dum corpus viuificat,anima eſt: dicit
Luc. de Pen. in l. 1.colum. penult. ad med. C.de cond.
in publi.hor. lib.10. & Cicero lib.3.de Offic.ca.maxi-
mè autem dicit, cum vero iurato dicenda ſententia
ſit,meminerit, Deum ſe adhibere teſtem,id eſt, (vt ar-
bitror, mentem ſuam) quia nihil homini dedit ipſe
Deus diuinius, idem Cicero Academ quæſt. li. 2. pag.
9.inquit: Mens enim ipſa, quæ ſenſuum fons eſt, atq;
etiam ipſa ſenſus eſt, naturalem vim habet, quam in-
tendit ad ea, quibus mouetur, itaque alia viſa ſic arri-
pit, vt his ſtatim vtatur, aliqua ſic recondit, è quibus
memoria oritur, cætera autem ſimilitudinibus con-
ſtituit, ex quibus efficiuntur notitiæ rerum. Salomon
in Prouer. in c.19.dicit, qui tantum verba ſectatur ni-
hil habebit: qui autem poſſeſſor eſt mentis, diligit a-
nimam ſuam, & cuſtos prudentiæ inueniet bona: &
Bal. noſter in c. mandatum. ad prin. de reſcript. dicit,
ſemper eſſe recurrendum ad intentionem diſponen-
tis,quia lingua cedit cordi,& verba ſunt ſub iugo men-
tis,tanquam ſub ſuo proprio originali,& digniori,quæ
mens eſt radix verborum eius ſubſtantia prima: idem
Bal.in rub.num.7.de vi. & honeſt. cler. dicit ex Remi-
gio, quod anima viuificat corpus & mentem,quæ qui-
dem mens regit animam, & ex Apoſtolo, vitam ſigni-
ficari per animam, & virtutem per mentem, etenim
mens teſtantis appellatur, dum in teſtamento larga,
2 & benigna interpretatio fit, per † l. quiſquis mihi. de
verb. ſign. dicit idem Bal. in conſ.472.Illa verba. in fi.
3 lib.5.& ſicut mens eſt ratio legis, † ſecundum Dyn. in
c.vltimo. de reg. iur. in 6. refert Bal. in l. non dubium.
col.1.& Bar.nu.11.C.de legi. ita mens teſtatoris, eſt ra-
4 tio ſuæ diſpoſitionis,quæ etiam dicitur. † vulg.§. diſpo-
nat.in auct. facit. l. cum pater.§.dulciſſimis de leg.2.&
ibi Caſtren. & l. cancellauerat. de his, quæ in teſta.
delen. non ita tamen, quod ea ceſſante, ceſſet diſpoſi-
5 tio legis, † gl.& Doct. in l.cum tale.§. falſam. de cond.
& demonſt. ſed in hoc vide Tiraq. in tract. ceſ. cau. in
1.par.nu. 116.121.241.nam & hæc tria verborum ratio,
& mens operatur, vnum dicit Bal. conſ. 2.ſub num. 2.
lib.1.ideo meritò, cum in quibuſcunque diſpoſitioni-
bus mens maximè attendenda ſit, & in legibus, & in
priuilegiis, & in iudiciis, & in reſcriptis, & in contra-
6 ctibus iura allegando, dicit † Socin.conſ.58.col.2.ver.
his tamen. lib.1.cumulatq; alleg. more ſuo Tiraq. in l.
ſi vnquam. ver. libertis. ibi, in legib.num.47. In ſtatu-
tis.num.54.In reſcriptis.nu.55.In priuilegis.nu.56.In
teſtamentis ſeu dictis teſtium. nu. 57. In pactis. & in
contractibus, nu. 58. in mandatis. num. 59. & ibidem
nu. 69. rationes ſubiungit de præſentia & excellentia
mentis ſupra verba, quas fatetur habere ex trac. Steph.
de Fede,de interpr.iur.in 1. par. in prin. non allegando
tamen præmiſſa,per me allegata.

Hoc præcipuum eſt in vltimis voluntatibus,in qui-
bus magis mens, quam verba maximè quidem inſpi
7 cienda & obſeruanda eſt: † l.3.de liber.præt.l.3.§.con-
ditio,de alimen.lega. cap. in his. de verb. ſign. Alexan.
conſi.130.col.1.lib.2.Curt. Sen. conſ.52.colum.1.conſ.
76.col.4.num.13.& ſequen. Bolog. conſi.43.col. pen.
ver. attende ergo. Barb. conſ. 10.colum.4.& ſeq.lib.2.
Pariſ. conſi.32.num.70.lib.1.& conſi.17.num.16.conſ.
20.num.33.li.3. Iaſ.in l.iuriſgentium.§.prætor ait. col.
fina. ver.prædicta fortius. ff. de pact. vbi ſuperius idem
dicit in contractibus, in reſcriptis, in legibus & ſtatu-
tis magis fore attendendam mentem, quàm verba,
repetit & idem in conſi.132.colum. penult. conſi.140.
ad fin.libro.2.& conſilio 52. colum. quarta, verſic. ſe-
cundò principaliter. libro. 3.Hier. Zanch. in repetit.§.
cum ita. numero 33. l. hæredes mei. ad Trebell. Tira-
quel. in dicto verb.libertis. num.52.de hoc legum, gl.
& Doctor.frequentiſſimæ ſunt allegationes, vbicun-
que, & quotieſcunque de vltimis voluntatibus loqui,
diſputari, reſponderi, & iudicari contingat, hoc ita
expediendo, ſicut Imperator facit in l.fin. C.de poſth.
dicens, cum frequentiſſimas leges poſuimus teſtato-
rum voluntates adiuuantes, & cum infinitis, vt ita
dixerim, concordantiis, dicit ad hoc Corn. conſi 275.
colum.2. verſi. licet autem prædicta. lib.4. cur verò in
allegatis locis, & frequentiùs in legibus cautum re-
peritur, mentem ac voluntatem teſtatoris ſpectan-
dam eſſe,in fideicommiſſis præcipuè,vt l.fideicommiſ-
8 ſa. §. item ſi quis.& l.quiſquis mihi de leg. 3. & l. cum
virum. C. de fideicommiſ. putarem, poſſe reſponderi,
hoc eſſe: quia fideicommiſſa, vt plurimum,fiunt tali
ſermone, ex quo magis intellectu, & coniecturis,quam
ex verbis percipi & cognoſci poteſt quid.& à quo, &
cui præſtandum ſit: vt l. Titia cum teſtamento. §.fi.l.
miles ad ſororem. in princ. l. cum pater. §. donationis,
l.vnum.§. fi. de leg. 2. & l. qui filium. in princ. ad Tre-
bel. huc tendunt verba text. in l. cum proponebatur,
de leg. 2. ibi. etenim in cauſa fideicommiſſi vbicunq;
precaria voluntas quæreretur coniectura, potuit ad-
mitti, & quod ſcribit Socin.in conſ. 23. colum.7.verſ.
9 19.libro.1.† dicens, quia in fideicommiſſis lex facilius
interpretatur, quàm in cæteris diſpoſitionibus, &c.
ita expreſsè Dec.in conſ.259.colum. 2. verſi.nam in fi-
deicōmiſſo.Addo aliam rationem, qui largius fideicom
10 miſſo, quàm directo quid datur, † vt l. libertates etiā.
ff.de fideicommiſ.liber. arguis, quia quod non poteſt
via directa, poteſt obliqua, & per fideicommiſſum, vt
ibi & in gl.& in l. Scæuola. ad Trebelli. largius, addo.
quia fideicommiſſum præſtatur manu aliena, ne de-
luſa remaneat diſpoſitio teſtatoris, ita fideicommiſſo-
rum tantus fauor factus eſt,quod de eis tale ius dicatur:
vt §.1.§.& quia. & §. ſequen. Inſtitut. de fideicommiſ.
hæred.

*SVMMARIVM.*

1 *Accidentia extrinſecus aliquam adferunt vltimis voluntatibus declarationem.*
2 *Etiam in his,quæ extrinſecus præbent dubitationem,quæ præcedunt teſtamentum,vel ſequuntur.*
3 *Et quæ oriri poſſent.*
4 *Declaratio ex aſpectu rei legatæ fit.*
5 *Interpretatio legis & vltimæ voluntatis pariſicatur.*
6 *Voluntas contraria verbis pluribus probatur.*
7 *Et debet probare hæres grauatus.*

## SOLVTIO II.

ITAQVE cum ea, quæ extrinſecus acci-
dunt aliquam vltimis voluntatib. af-
ferant declarationem: † l. quod purè.§.
1. & l.cum illud. in fi. ff. quando di. leg.
ced. etiam in his, quæ extrinſecus dubi-
tationem præbent, quæ præcedunt teſtamentum, vel
2 quæ ſequuntur,† exponit glo.in l.1.de his, quæ in teſta.
3 delen. & quæ multa oriri poſſent, † vt dicit text. in l.
Mæuia. §. vxore. de an. lega. de his quidem clarior do-
ctrina tradi non poteſt, niſi imaginata dubitatione &
inuenta, in quibus conſiſtat, quód imaginentur &
inueniantur media, ex quib. ipſa dubitatio clara red-
datur, & mens teſtantis manifeſta efficiatur, quoniam
ea hoc in loco etiam mihi commodiora, nunc non
ſubueniunt media, quam ea, quæ ſuprà in lib. præced.
interpr. ſecunda, dubit. 1.adduxi. ſ. coniecturæ, indi-
cia,argumenta,præſumptiones, & veriſimilia, de qui-



bus ibidem ſingulis ordine ſuo plenè diſcuſſis:ideo ea-
dem hoc etiam in loco repetenda eſſent,ſed breuitatis
gratià illuc ad ea reuidenda lectorem remitto, quando
fuerit opus,& placuerit ea reuidere: eadem quoque fit
remiſſio ad 14.loca ibidem in ſequen.dubit.latè expli-
cata, ſcilicet ex bono & æquo: A Natura, à Conſan-
ſanguinitate,ab Amicitia, inimicitia, ab affectione, &
Charitate, à Contemplatione, à Subiecta materia, ab
Aditu,à Neceſſitate, ab Euentu, ab effectu, & adde ex
4 aſpectu rei legatæ fieri declarationem. † l.pediculis.§.
Neratius.de au.& arg.leg.

Ex quibus benè cōprehenſis & applicatis & mediis
ante enumeratis, adiunctis etiam ſuprà diffuſè tractatis
in præced.lib.interpr.1. dubit.3.de facilè poterunt diſ-
ſolui quæq; dubitationes etiam extra teſtamentum con
tingētes.Et quia pari paſſu videtur ambulare interpre-
5 tatio legis & vltimæ voluntatis: † l.Labeo.de ſtatulib.l.
ſi ita fuerit.la 1.§.fin.de manu.teſta.Bald.conſ.2.num.3.
in primo.cum alleg.ſupra eo.lib.præced.in princ.vnde
his conferri poſſunt argumenta ampliatiua,& reſtricti-
ua mentis legis extra ſcripturam.& verba legis,quę ad-
ducit Steph.Feder.in tract.de interpr.iur.in prima par.
ad quem breuitati ſtudens me remitto,& vide in 3.4.5.6.
& 7.conclu.factis per Soc.in l.3.col.fin.de reb.dub.de
mente teſtatoris attendenda, quæ quodammodo aliter,
quàm per teſtamentum probatur:multa autem,ex qui-
bus probatur voluntas contraria, verbis videnda ſunt
6 tradita, † per gl.in l.pen.§.liberto.de fun.inſtrumen.&
quomodo per Bald.in l.1.in fi.de liber.præter.& debet
7 probare hæres grauatus, † per text.in l.generaliter. §.ſi
petitum.in fi.ff.de fideicom.liber.

*SVMMARIVM.*

1 *Volūtas teſtatoris interpretatur ab extra, quæ declarari poſſunt ex ſcientia ipſius ad ea,per eundem ſcita,vt declarata cenſeantur,& conceſſa.*
2 *Et ſi ſint facta,vt quòd pro alia vice fient.*
3 *Scientia teſtatoris præſumitur de eo, quod nominat & loquitur.*
4 *Aliàs probatur per publicam famam.*
5 *Et de eo,quod iam ſciuit.*
6 *Scientia præſumitur de actu,qui præuia diligentia debet & ſolet expediri.*
7 *Diſpoſitio regulariter non trahitur ad ignorata.*
8 *Scientia præſumitur cōtinuare de eo,quod quis ſciuit,vel quod ſit memor.*
9 *Opinio teſtatoris,& illud quod exiſtimabat eſſe, vel fieri poſſe,licet non eſſet in veritate,facit interpretari mentem & diſpoſitionem teſtatoris, ſecundum eius opinionem & non veritatem, in his potiſſimum, quæ ab eius pendent voluntate,vel iuri non repugnant.*
*Quando autem opinio præualet veritati: vide Damaſum Brocardo 117.*
10 *Opinio teſtatoris facit:quo ad intelligentiā ſuæ volūtatis.*
11 *Et pro veritate ſe habet quia inſpicitur opinio,quæ facit rem valere.*
12 *Et ex opinione teſtatoris magis attenditur cauſa accidentalis quàm naturalis.*
13 *Et opinio veritati præualet in dependentibus à noſtra voluntate.*

## SOLVTIO III.

ADde ab extra, quæ declarari poſſunt ex
ſcientia teſtatoris ad ea quidem per teſtato-
rem ſcita,vt declarata & conceſſa cenſean-
tur,ſic voluntas ſua interpretatur, per text.
1 in l.plenum.§.equitij.& ibi glo.not. ff.de vſu & habit.
& text.in l.penult.de rebus dubiis.& in l.fideicommiſ-
ſa.§.ſi ſeruo.de legatis tertio.ad no.q.per Caſt.in l.ſi in
nomine. in fine. C.de teſtamen. & ſi facta ſunt, pro eo,
2 quòd alia vice fient: † l.ſi ita ſcriptum.in fine de lega-
tis ſecundo.& l.ſi iam.de condit.& demonſt.facit Bald.
in l.eam, quam.col.penult. num.39. C.de fideicom.&
Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.num. 12.ad Trebel.
Scientia autem præſumitur teſtatoris de eo, quod no-
3 minat,& loquitur † Bart.in l.nemo.§.1.ff.de hære.inſt.
& Bald.in l.1.nu.3.C.de temp.appel.aliâs probatur per
4 publicam formam, † Bart.in d.§.1.in fi.& per not.in l.ſi
5 tutor.C.de pericu.tuto. & de eo, quod iam ſciuit, † vt
not.Bart.in l.pen.in prin.de adimen.leg.& ob id ſcien
tia præſumitur de actu,qui ideo diligentia præuia de-
6 bet,& ſolet expediri, † vt l.ſi patronus & ibi Bald.ff.de
confir.tuto.& in l.cum quidam.de leg.2.aliâs enim di-
7 ſpoſitio regulariter ad ignorata non trahitur, † Alex.
conſ.81.col.3.nu.12.lib.6.& eius,quod olim quis ſciuit,
8 præſumitur cōtinuare ſcientia,† vel eſſe memor.† Paul.
de Caſt.in l.Lucius.la 1.in fi.de leg.2.

Vlterius non ſolùm ſcientia,ſed opinio teſtatoris, &
illud,quod exiſtimabat eſſe,vel poſſe fieri, licet veritas
ſit in contrarium,facit interpretari mentem & diſpoſi-
tionem ipſius teſtatoris,ſecundum eius opinionem, &
non ſecundum veritatem, in his maximè, quæ depen-
9 dent ab eius voluntate,& nō repugnant † iuri:vt l.qui
loco,§.j.& ibi not.Ang.Caſt.& Imo.ff.de hæred.inſt &
Raph.Cuma.in l.ſi paterfam.col.fin.num.10. ff.eo.in l.
quoties.§.ſi duo.in fin.eo. gl.Bart.Caſtr.& Iaſ.in l.ſer-
uo manumiſſo.de cond.indeb. Socin.conſ.124.col.fin.
num.4.lib.4.Aym.conſ.88. col.fin.num.15.Pariſ.conſ.
19.num. 167.lib.2.Corn.conſ.26.colum.3.verſic.ſic &
aliâs.& conſ.87. colum.3. ver.ex quo relictum.lib.1.&
Bald. in l.3. §.ſed & ſi quis. colum.penult. ſub verſic.
pone teſtator.num.22.commun.de leg.dicit,quòd opi-
nio teſtatoris facit, quo ad intelligentiam ſuæ volun-
10 tatis: † & in l.fin.col.pen.in 13.quæſt.nu.51.C.de hæ-
red.inſt.dicit,opinionem teſtatoris pro verritate ſe ha-
11 bere,quia inſpicitur opinio, quæ facit rem valere, † &
per text.in l.peto.§.nam & ſi pater.ff.de lega.2.& in l.
eum,qui.§.fi.de his qui.vt indig.ex opinione teſtatoris
magis attenditur cauſa accidentalis, quàm naturalis,
12 † per l.hæreditate.in prin.de ca.pecu.in pulchra q.tra-
dit Crotus in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. nu.37.verſ.
4.concl.de lib.& poſthum.ſic enim in dependentibus à
13 mera voluntate noſtra opinio præualet veritati,† l.pro
hærede.& ibi gl. ff.de pet.hær.& Iaſ.in l.his qui putat.
col.1.de acq.hær.& Dec.conſ.127.nu.4.& Crot.conſ.
79,nu.fin. vbi autem pro parte diſpoſitorum adeſt ve-
ritas,pro alia parte adeſt opinio,quomodo ſit interpre-
tandum & iudicandum, adeas l.paterfam. & ibi tradita
per Alber.Bald.& Imo.de hæred.inſtit.

## LIB. II. INTERPR. IIII. DVB. II. SOLVITVR.

1 *Per verba ipſa teſtatoris conuenientia qualia ſint expreſſa generaliter ſpecialiter,vel ſingulariter.*
2 *Per cauſas,rationes,ſigna,nomina, & verba oſtendentia amplitudinem,extenſionem, repetitionem,relationem.*
3 *Per cauſas plures enumeratas & dictiones reſtrictiuas.*

*SVMMARIVM.*

1 *Mens & ſententia teſtatoris clara habetur ex verbis teſtamenti.*
2 *Et ex verbis prolatis & ſcriptis,*
3 *Nec diuinatur ex noſtro capite & propoſito.*

4 *Sententia & verba debent conueniri.*
*Nec vna ab altera eſſe ſeparanda, quia eſſet vtramque occîdere. ibi.*
5 *Sententia & verba conueniunt ex propria vel impropria verborum ſignificatione.*
6 *Mens autem potior eſt, & præualet proprio ſignificato, & verborum cortici, & contra eorum proprietatem obſeruatur.*
7 *Mens extranea à verbis, & quæ nullo pacto eis adaptari poteſt, pro nihilo eſt habenda.*
8 *Mens in corde retenta, nihil operatur.*
9 *Teſtatoris intentio in finibus cogitationis nihil operatur.*
10 *Men & verba, vbi omino diſcordant, quod propriè, vel impropriè, large vel ſtrictè, non poſſunt conuenire & prolata ſint verba ab homine, neutrum ſeruatur.*
*Si mens & verba concordant, ſeruatur vtrumque.*
11 *Mens ſeruatur, vbi mens ſit diuerſa in verbis prolatis ab homine in plus vel minus.*
12 *Apices verborum non extenduntur, vbi mens haberi poteſt.*
13 *Mens vbi ſit diuerſa à verbis, in totum diſpoſitum in verbis non valet.*
14 *Mens inſpici debet in locutione Legiſtarum, & non verborum figura.*
15 *Mens vbi ſit dubia, & verba clara, à verbis non receditur.*
16 *Verbis ſtatur, & non menti, vbi tacitè intentioni propriè, vel impropriè verba ipſa conuenire non poſſunt.*
17 *Mens à verbis repugnat tripliciter: & ibi qualiter.*
18 *Mens diſponentis in dubio debet interpretari in ampliando fauorem, & reſtringendo odium.*
*Teſtatoris verba, quemadmodum poſſunt eſſe expreſſa, vel generaliter, vel ſpecialiter, vel ſingulariter.*
19 *Ita & voluntas & ſententia nobis eſſe poteſt nota generaliter, ſpecialiter, & ſingulariter.*
20 *Verba expreſſa dicuntur ex ſententia expreſſa, quando intellectus ea intelligendo nullum ſentit laborem, & ſtatim manifeſteq́; intelligit, verbiſq́; patet ſententia.*
21 *Et tale expreſſum non poteſt aliter à iure interpretari, vti ab ipſo teſtatore ſit interpretatum, vt quando expreſſit de filiis hominum, excludentibus ſubſtitutũ, & non de filiis legis, vt eſt Monaſterium ingreſſum per grauatum: quia ſtatur ſuæ voluntati.*
22 *Expreſſum dicitur, quod verbis, vel eorũ exprimit natura.*
23 *Quod neceſſario infertur ex verbis, vel quod indirectè colligitur.*
*Vel per coniecturam.*
24 *Vel per conſequentiam.*
25 *Exprimi debet quid ſpecialiter, non ſingulariter, & in iudiuiduo, ſed in ſpecie diſtincta à genere.*
26 *Expreſſum ex mente diſponentis, & ex coniecturis colligitur in prohibitione detractionis Trebellianicæ expreſſũ.*
27 *Expreſſum ſequitur tacitum, ideo videtur expreſſum.*
28 *Expreſſum dicitur, quod colligitur ex expreſſis in teſtamento.*
29 *Expreſſum dicitur; quod venit ex mente alicuius diſpoſitionis.*
30 *Potiſſimum, quando tacitum & expreſſum procedunt ex eadem potentia cauſæ efficientis.*
31 *Expreſſum & ſcriptum etiã dicitur idquod per inaduertentiam & errorem apparet omiſſum ex precedentibus & ſequentibus ſcripturæ verbis.*
32 *Tacita conditio venies ex teſtamento impedit tranſmiſſionem, ſecùs, ſi venit extrinſecus, & ſic tacitè conditiones ex defuncti voluntate inſunt.*
33 *Expreſſa teſtatoris voluntas circa idem facit ceſſare quamlibet aliam voluntatem tacitam.*
34 *Idem, quando voluntas expreſſa circa diuerſum facit ceſſare voluntatem tacitam.*
35 *Expreſſa vulgaris, facit ceſſare tacitam pupillarem, & habet locum in caſibus expreſſis & limitatis.*
36 *Expreſſio vitiat tacitum, non vitiatur, quod eſt æquè principale cum expreſſo, non pupillari ſubſtitutione vitiata non vitiari tacitam vulgarem.*
37 *Limita, dummodo tacitum non ſit acceſſorium expreſſi, quia eo vitiato, vitiatur & tacitum.*

## SOLVTIO I.

MENS & ſententia teſtatoris: vt ad ſecundam
dubitationem veniam, clara nobis efficitur
1 & demonſtratur ex verbis teſtamenti: † l.
Gallus. §. 1. de liber. & poſthu. l. cum virum.
C. de fideicomm. tertia. de rebus dub. l. ab omnibus. in
princ. de lega. 1. & cap. intelligentia. de verb. ſigni. melior
text. in l. de his. ff. de tranſact. mens enim & voluntas
teſtatori attendenda eſt, quæ colligi poteſt ex verbis
2 prolatis, & ſcriptis, † Pau. de Caſt. conſ. 264. num. 2. lib.
2. Barb. conſi. 34. col. pen. verſ. item hoc apparet. libr. 1.
Tiraq. in d. l. ſi vnquam. verſ. libertis. nu. 70. Dec. conſ.
205. col. 3. num. 15. & conſ. 287. colum. 4. ad prin. & non
ea, quam ex noſtro capite volumus ad noſtrum propoſi-
3 tum diuinare, † Corn. conſ. 61. colum. 1. verſic. & ſuper
hac. colum. pen. ver. & non video. lib. 2. Ripa in l. hæredes
mei. §. cum ita. num. 34. ad Trebel. Aym. conſil. 161.
colum. pen. num. 13. cum alleg. ſupra lib. præced. interp.
2. dubitat. 1. verſic. primò de coniecturis, vltra med. Sen-
4 tentia autem & verba debent adinuicem conuenire, † l.
nominis & rei. in fin. de verb. ſignifi. d. l. ab omnibus. in
princ. gl. in l. ille à quo. §. 1. ad Treb. alioquin vnum ſeparare
ab altero eſt vtrunq; occidere per ſentẽtiam Ciceronis
de oratore. lib. 3. de his verbis, & qui tanquam
ab animo corpus, ſic à ſententijs verba ſeiungunt, quorum
ſine interitu fieri neutrum poteſt: conueniũt enim
5 ex propria vel impropria ſignificatione, † Alex. conſ.
55. col. pen. num. 9. li. 3. Cur. Sen. conſ. 29. colum. 3. verſ.
vltimo, me mouet. conſil. 46. num. 25. 26. Ruin. conſ.
29. num. 11. & conſilio 49. num. 5. conſi. 150. num. 1.
conſi. 153. num. 6. conſil. 177. num. 11. lib. 2. & conſi. 13.
nu. 22. li. 3. Ripa. in l. & vbi. §. 1. num. 5. ad Trebell. Nat.
conſ. 678. num. 32. mens tamen potior eſt, & præualet
proprio ſignificato, & cortici verborum, & contra eo-
6 rum proprietatem obſeruatur: † l. quiſquis mihi. de verb.
ſign. l. Labeo. de ſuppel. leg. Caſtren. conſ. 287. Caſum
iſtum. colum. 1. in fi. lib. 2. Socin. in d. l. 3. in 4. no. de reb.
dub. Aym. conſil. 305. colum. 3. verſic. ideo, vt voluntas.
& Socin. Iun. conſil. 98. colum. 2. num. 7. lib. 1. cum pluribus
in propoſito iſto, per Rol. à Val. conſi. 70. num. 53.
& ſeq. lib. 3. & latius per Zanch. in repet. §. cum ita. num.
133. l. hæredes mei. ad Trebel. non exeundo per hoc verborum
etiam improprium ſignificatum: quoniam vbi
omnino mens extranea eſt à verbis, & eis nullo pacto
7 poteſt adaptari, pro nihilo habenda eſt, † gloſſ. in ver.
imperfecta. in l. cum pater. §. cum imperfecta. de leg.
2. ſcribit Alexan. conſi. 139. col. 2. verſ. ſolùm reſtat. lib.
6. & Iaſ. in l. cum quid. col. 5. verſ. tertiò obſtat. ſi cert.
pet. & Ruin. d. conſ. 128. ad fi. lib. 3. & conſ. 43. in fi. eo &
Pet. de Anch. conſ. 266. Iſte magiſter. in fi. & gloſſ. in ver.
relictũ. in l. cum antiquitas. C. de vſu & habit. & Ruin.
conſ. 122. col. fi. nu. 12. lib. 2. & Alber. in l. 3. §. conditio,
de adi. leg. dicitur enim tunc mens in corde retenta, ita
8 nihil operatur, † Bald. in l. codicillis. §. inſulam. de leg. 2.
& l. qui quartam. verſic. ſed & ſi plus. de leg. 1. & ibi Bal.
dicit ꝙ intẽtio teſtatoris, ſtãs in finibus cogitationis, ni-
9 hil operatur, & Pau. † de Caſt. in l. recuſati. ff. de acq. hær.
Ita in ſumma dicendum eſt quod vbi mens & verba
omnino diſcordant, quod propriè vel impropriè,
largè vel ſtrictè, non poſſunt conuenire & prolata ſint
10 verba ab homine, neutrum ſeruatur: † vt l. ſi quis in
fundi vocab. de lega. 1. quia quod dixit, noluit, quod
voluit,



voluit, non dixit, vt d. l. 3. de reb. dub. & l. Labeo. de
ſuppel. leg. vbi è conuerſo mens & verba omnino concordant,
ſeruatur vtrumque. d. l. ab omnibus. in prin.
vbi mẽs eſt diuerſa in verbis prolatis ab homine, in plus
vel minus ſeruatur mens per alleg. ſuprà in proxima du-
11 bit. † & l. librorum. §. quod tamen. de leg. 3. & Bart. in d.
l. qui quartam. in princ. & Socin. in d. l. 3. num. 4. & non
12 curamus apices verborum vbi mentem habemus, † not.
Bal. in l. 2. num. 3. com. de lega. qui etiam dicit in l. 1. col.
pen. in 4. oppo. C. ſi quis omiſ. ca. teſta. quod quandoque
generalior eſt mens quàm verba, quandoque è cõtra eſt
ſpecialior, & vbi mens eſt diuerſa à verbis in totum diſ-
13 poſitum in verbis non valet, † vt l. ſi quis cum ignoraret.
ff. de teſta. tut. & declara etiam vt per Bald. in l. cum virum.
colum. 2. num. 19. C. de fideicomm. ſi enim loquamur
legaliter, ſicut legiſtæ loqui debent, non debemus
inſpicere meram figuram verborum, ſed mentem, dicit
14 † idem Bald. conſi. 108. Domina Franc. ſub num. 6. li. 3.
vbi mens eſt dubia, & verba ſunt clara, vtique non rece-
15 ditur à verbis: † l. ille. §. 1. & l. non aliter. & ibi Bar. &
Alber. de leg. 3. iſta eſt commun. doctr. gloſſ. Barto. Alber.
Bal. & Saly. in l. nõ dubium. C. de leg. & Doct. in d.
l. non aliter. & in d. l. 3. & Stepha. de Feder. de interpr. iu.
in 3. pár. num. 60. ſequ. & Curt. Iun. conſi. 83. num. 6. ſtatur
etiam verbis, ibi tacitæ intentioni propriè vel im-
16 propriè verba ipſa conuenire non poſſunt, † Ruin. conſ.
90. ſub num. 2. lib. 2. mens demum à verbis repugnare
17 cognoſcitur ex tribus: † Primò, ſi proprius ſenſus verborum
continet iniquitatem vel abſurditatem. Secundò, ſi
ratio diſpoſitionis repugnat verbis. Tertio, ſi communis
vſus loquẽdi diuerſus ſit à propria ſignificatione verborum,
tunc ex his caſib. mens attenditur, vt dicitur, ex impropria
ſignificatione verborum, tradit Bart. in d. l. non
dubium. col. 2. num. 10. 11. In quæſtione facti, de pluribus
adminiſtratoribus bonorum datis in teſtamento,
quòd dicantur procuratores conſtituti poſt mortem, &
non tutores, ſic mentem non repugnare verbis, adducit
& comprobat Aret. conſ. 66. col. 2.
Cùm mens teſtatoris dubia videatur, & poſſit declarari
ex verbis ſcripturæ teſtamenti circa eius ordinem,
contextum, præfationem, præcedentia. media, ſequentia,
& alias partes, reuertatur ad præceden. interpret. ad dubit.
1. ſub verſ. nunc videndum eſt, vbi interpretationes
opportunæ poterint haberi, & ex text. præ oculis ſemper
habento, in l. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. de leg. 1. & in l. vnum.
§. pen. de leg. 2. & ex concordan. alleg. Hier Gabr.
Eugu. in conſ. 90. num. 17. denique mens diſponentis in
dubio debet interpretari in ampliando fauorem, & re-
18 ſtringendo odium. † Alex. conſ. 110. col. 3. nu. 12. lib. 3.
Quemadmodum enim verba teſtatoris poſſunt eſſe
expreſſa, vel generaliter, vel ſpecialiter, vel ſingulariter,
ita eius voluntas, & ſententia nobis nota eſſe poteſt, vel
19 generaliter, vel ſpecialiter, vel ſingulariter: † Bart. conſ.
21. Vt dicit. colum. 1. ver. videndum eſt. & in l. ſi ita. col.
2. de aur. & arg. leg. Alex. conſ. 95. in princ. lib. 4. Aym.
conſ. 126. col. 1. & latè explicat Nat. conſ. 474. nu. 13. Verùm
primò verba expreſſa dicuntur ex ſententia expreſſa,
quando intellectus ea intelligendo nullum ſentit
laborem, & ſtatim manifeſteque intelligit, verbiſque i-
20 pſis patet ſententia: † l. hæredes palàm. in prin. ff. de teſta.
d. l. ille. §. 1. de leg. 3. Bald. in au. hoc inter liberos. ad
prin. de teſta. & l. 1. in fi. de dot. præleg. tale quidem expreſſum
non poteſt aliter à iure interpretari, vti ab ipſo
teſtatore interpretatum, vt quando expreſſit de filiis
hominum excludentibus ſubſtitutum, & non de filiis legis,
vt eſt Monaſterium ingreſſum per grauatum, ſtandum
eſt ſuæ voluntati: † Bal. in auc. niſi. nu. 9. C. ad Trebel.
hoc intellige, vt per Dec. conſ. 426. in prin. Imo. in
l fideicommiſſum. de cond. & demon. & per alleg. ſup.
lib. præced. intrepr. 1. dubit. 3. ver. quarto caſu expreſſum
autem dicitur quod verbis, vel eorum natura exprimi-
22 tur: † Soc. conſ. 172. col. 4. ver. primò quando verbis. li.
2. & Rui. conſ. 76. ad fi. li. 2. diciturq́; expreſſum, quòd
neceſſariò infertur ex verbis, vel quod etiam indirectè
23 colligitur, † Ang. conſ. 331. An in reſtitutione. ſup. fi. &
Dec. conſil. 507. col. 2. num. 5. & nempe, quid expreſſum
vel per coniecturam, vel per conſequentiam, & pluribus
aliis modis dicitur, de quo facit regulam, & limitationes
24 adducit, † Iaſ. in l. prætor ait. in prin. de no. op. nunti. &
poſt alios Ripa in l. 1. nu. 67. cum ſeq. de vulg. & pup. &
Hier. Cagn. in l. expreſſa. ad fi. de regu. iu. Afflic. in deciſ.
44. num. 14. Iaſ. in l. quòd in rerum. §. fin. in 1. not. de legat
1. vbi dicit. Com, Opin. eſſe, quid ſpecialiter exprimendum,
non ſingulariter & in indiuiduo, ſed ſufficere
exprimi in ſpecie diſtincta à genere, vt de expreſſorum
& tacitorum materia plura ſcripſi ſup. eo. interpr. 1. du-
25 bit. 1. ſuper ver. diſpoſitio † verſi. reuertor iterum, &
quod ex mente diſponẽtis, & ex cõiecturis colligitur in
prohibitione detractionis Trebellianicę expreſſum pro-
26 bat † Alex. conſ. 201. col. 3. nu. 10. li. 6. & Aym. conſ. 162.
col. 1. vbi plura tradit de inſtitutione hæredum, etiam
generalibus verbis certa & ex quo expreſſum ſequitur
27 tacitum, videtur expreſſum, dicit † Bald. in l. fin. in 10.
oppo. num. 10. C. de hæred. inſt. idq́; expreſſum dicitur:
28 ꝙ colligitur ex expreſſis in teſtamento, † Dec. in l. 2. ad
fin. C. de condi. inſt. adeo, quod veniẽs ex mente alicuius
diſpoſitionis in ea expreſſum dicitur, latè examinat
29 Fely. in c. translato. de conſt. commendat, & ſequitur
Cur. Iun. conſ. 159. col. fin. quando maximè tacitum &
expreſſum procedunt ex eadem potentia cauſæ efficien-
30 tis. † Bal. in l. 3. ff. de teſta. tut. præcipuè in vltimis volũtatibus:
Cur. Iun. conſ. 73. nu. 15. pro expreſſo & ſcripto
habetur etiam id, quod per inaduertentiam, & errorem
apparet omiſſum, ex præcedentibus & ſequẽtibus ver-
31 bis ſcripturę, dicit † Pau. de Caſt. conſ. 60. Pro euidentia.
in fi. lib. 1. ad idem tẽdit, quod ſcribit Dec. conſ. 465. col.
3. ver. primò, non obſtat. & gloſſ. & Bart. firmat conditionem
tacitam, venientem ex teſtamẽto, impedire tranſmiſſionem
ſecus de tacitis conditionibus, quæ veniunt
extrinſecùs, ſic illæ tacitè inſunt ex voluntate defuncti:
ex conſil.Alexandri relato dicit Rubeus. Alexandri. in
conſil.72.in princ.idq́; dicit Alexand.conſil.76.col.fin.
ver.non omitto.lib.3.& Iaſ.d.conſil.8.col.8.verſ.nonò.
lib.3.Sed Codicillus,vel alia vltima voluntas abſque hæ
redum vniuerſali inſtitutione dicenda eſt, vt l.fin.ff.de
iur.codicil.& no.in l.1.ff.de teſt.& in l.non Codicillum.
C.eod.Bald.conſ.287.dicta mulier.ad fi.lib.4.
2 Aduerte tamen, quòd † ſi in teſtamento non lege-
rentur, niſi ſubſtitutiones reciprocæ, quod interpretari
debeat,etiam præcedere inſtitutiones,per text.in l.cum
3 in teſtamento.§.1.ff.de hæred.inſtit.aliàs † enim ad in-
ſtitutionem hæredis non ſufficit argumentum à contra-
rio ſenſu,not.Bald.in l.ex facto etiam.ff.eo.
4 Quinimò † relictum filio per patrem in teſtamento
non valeret, vti filius eſſet præteritus, niſi honorabilis
inſtitutionis titulus relicto aſcriptus eſſet: per text.in §.
aliud quoque capitulum.in auth.vt cum de appel.cogn.
opin.hinc inde relatis,ita eſſe commun.opin.nouiſſimè
firmant Couarru.in cap.Raynutius.§.primo.nume.2.de
teſt.& Clar.in §.teſtamentum.in q.38.& prius Iaſ.in ru-
bri.col.8.ſol.matr.& ibi Ripa nu.44.ponit & pro com-
muni Viui.de commun.opin.in ver.filij ſunt.lib.1.& la-
tiùs Phil.Franch.in cap.1.colum.13.& ſeq.de teſtam.in
6.vbi poſt Imo.l.1.in l.ſi ex fundo.& in l.his verbis.ff.de
hæred.inſtit.infert ad factorum ſpecies, quòd reperia-
5 tur † teſtatorem reliquiſſe dotem filiæ ſuæ,vel filio ſuam
legitimam,vel partem,vel portionem ſuam, vel pro ſua
Falcidia, vel pro ſua benedictione, quod eſt idem pro
ſua portione, dicit Card.in conſil.60.colum.1.& ipſum
teſtatorem non dixiſſe iure inſtitutionis, quòd cum pro
forma debeat habere iure inſtitutionis, alio modo fi-
lius habere non poteſt, & aliter relictum ſibi factum
non valet, vt ibi per eum, licet contrarium dicat Alex.
conſil.70.nume.9.lib.2.& quòd hoc dicunt ruſtici, &
imperiti Notarij ſæpè ita ſcribunt, dicit idem Alexand.
in §.non omnis.nume.10.infrà alleg.tamen ſimilia re-
licta valere ex benigna interpretatione mentis teſtato-
ris, qui forſitan aliter neſcit dicere, Inſtituo hæredem,
iuxta Gloſ.in l.quoties. C.famil. erciſ. cenſet maximè,
vbi eſſet iudicandum,ſola veritate facti inſpecta, & ſe-
cundum æquitatem,Clar.in d.quæſt.38. qui in relicto fi-
liæ facto pro dote,dum allegat Rui.conſil.17.numero 3.
lib.2.dicere videri veriorem, & communiorem opin.
quòd importet inſtitutionem, quinimò Rui.dicit con-
trarium,ſcilicet in hoc non facere vim,& poſtea ſub nu.
9.hanc opin.non videri veram, & vt per Corn.conſi.35.
colum.3.verſ.tamen pondero,lib.2.magis communiter
concluditur, quòd valeat inſtitutio in dote, dicit Alex.
in conſil.177.colum.penul.ſub num.9.lib.2,firmat Iaſ.
conſi.25.in fin.lib.1.D.Matheſi.in not.159.quando eſſet
dictum pro parte ſua, probat Paul.Caſtr.conſil.67.in
caſu præſenti.in princ.lib.2.& ſequitur Alex.conſil.105,
col.penult.lib.4.vbi id non habere dubium dicit, quan
do eſſet inſtituta hæres pia cauſa, quòd tunc filio in eo
teſtamento poteſt quocunque titulo validè relinqui,
contrarium latè tenent Barb.conſil.38.col.6.& ſeq.lib.
3.idem Alex.conſ.168.col.2.& ſeq.lib.5.vbi maximè in-
ter liberos omiſſis ſolemnibus verbis inſtitutionum,
iudicem ſeruare debere tradit voluntatem patris qua-
lis ſit, per text. in l.fin.C.famil.erciſ.ita id procedere in
voluntate minùs ſolemni præſertim reſpondit idem
Alex.conſil.176.col.pen.eo.lib.5.& in l.apud Iulianum,
§.non omnis.col.penul.num. 2.verſic.item limita.ff.ad
Trebel.vbi plenè hunc iuris articulum diſcutit, & Fab.
de Giochis in ſua repetit.ſuper auth.nouiſſima. in 18,
q. ſub verſi.quintò.& ſub.num.164.ibi.& hanc partem,
quæ in teſtamento.C.de inoffi.teſt. nota tamen, quòd
hodie Notarij ex quadam eorum conſuetudine non
intelligentes quid dicunt, ponunt iſta verba iure in-
ſtitutionis, ita quòd ſic inſtitutus in parua quantitate
non præfertur legatario magnæ quantitatis, quoad
capiendam hæreditatem,deficiente hæredem vniuerſa-
li,ſecundum Bald.in l.pen.col.1.verſ.pone.n.habens fi-
7 lium.C.de hæred.inſti.† quem tamen reprobat Crot.in
l.re cõiuncti.nu.163. de leg.3.item relictum factum filiæ
in ea quantitate, vel parte bonorum, quæ videbitur
executoribus in teſtamento factis valere & importa-
re inſtitutionem legitima, tenet Bald. in conſil.456.
punctus quæſtionis.lib.3.
8 Sed moueo nouam difficultatem, † An caſibus in
his, in quibus tacitam inſtitutionem dicitur intelligi,
pro validitate teſtamenti patris ex relicto filio facto
in quantitate,vel re certa,filius habeat commoditatem,
vel vtilitates, quas haberet, ſi relictum factum eſſet
expreſſo titulo inſtitutionis. ſ. ius accreſcendi in vni-
uerſam hæreditatem, ſi hæres repudiaret, vel aliter
non adiret, & beneficium l.fin.C.de edic.diui Adri.tol.
& facultatem propria authoritate apprehendendi rem
ſibi relictam, & ius ſua agnitione totum teſtamentum
confirmandi, & quòd ſubſtitutio pupillaris ſibi facta
valeret & quod ſuccederet tunc in emphyteuſi, vel iu-
re patronatus, vt hæres forſan veniens, & quòd tale
relictum non poſſet ſibi in codicillis adimi, quas qui-
dem vtilitates non habent legatarij, & ſeptem enume-
rat, & ponit Philip. Franch. in d.c.1.col.20.& aliquas
ex his ponit Clar.in d.q.38.verſ.neque credas. putarem,
forſan, quòd non haberet ex differentia taciti & ex-
preſſi, & euitatione concurſus priuilegiorum. nam ta-
cita diſpoſitio non debet ita latè interpretari, probat
Aym. conſi.34.nume.3.& vbi datum eſt vnum ſpeciale,
aliud non poteſt concurrere: vulg. l. 1.de dot.promiſ.
ex quo taciti legati dominium non transferri ipſo iu-
re, tradit Are.in l.3.col.penult.in princ.de lega. 1. con-
trarium tamen poteſt eſſe verius, quia eadem inter-
pretatione conſequendæ videntur & concedendæ di-
ctæ vtilitates ex hæredis inſtitutione, qua concedirur
ipſa inſtitutio: arg. l. nam vt ait.ff.de legi.& l.2.de iu-
riſd. omn.iud. & l.ad rem.& l.ad legatum.ff.de procura.
& per reg.odia.de Reg.Iu.in 6.
9 Enimuero † inſtitutio hæredis eſt de ſolemnitate
ſubſtantiali, ſiue eſſentia teſtamenti. probat Angel.
conſil.364.Petrus.col.1.Teſtamentum quod hæredem
non habet, non poteſt valere. notat Bald.in dict.l.pe-
nul.in fina. ff. de his quæ inteſt. delen. intantum, quòd
teſtator huic ſolemnitati contrauenire non poteſt, nec
diſponere, quòd ſuum teſtamentum valeat vti teſtamen
tum,



tum, ſine inſtitutione hæredum, adducit Pariſ. conſil.
50.colum.1.nu.8.lib.2.valeret tamen vti codicillus, vt
l.penul.§.fina.de legat.2.Bald.conſi.287.ad fi.lib.4.
10 Non incongruum cenſeo recordari, † triplicem eſſe
inſtitutionem hæredum, propriam, impropriam & im-
proprijſſimam, propria eſt, quando quis hæres inſti-
tutus eſt in tota, vel in quota hæreditatis.vt l.quoties,
C. de hære.inſti. impropria dicitur, quando inſtitutio
eſt in legitima, vel in aliqua rę pro legitima, quæ non
hæreditatis, ſed bonorum ære alieno detracto quota
eſt: per no.in l.cum à matre.C.de rei vend.improprijſ-
ſima eſt, cum extraneus in re certa inſtituitur, alio ex-
traneo hærede vniuerſali inſtituto, & adeunte hæredi-
tatem, quia inſtitutus in re certa, remanet loco legata-
rij.d.l.quoties.tradit hæc Fab.de Giocch.in d,auth. no-
11 uiſſima.in q.18.nume.158.quæ ſcire poſſunt, vbi † in di-
ſpoſitione aliqua propriè & ſtrictè intelligenda ſit men-
tio de hæredibus, quòd intelligenda ſit de vniuerſalib.
hæredibus,vt ſentit Alci.in l. hæredis appellatione. de
verb.ſignific.dicam alia infrà in dub.quarta, de ſigni-
ficatione vocabuli hæredum ſcitu opportuna pro inter-
pretatione ſententiæ teſtantium diuerſimodè, & ſæpius
facientium mentionem de hæredibus.
12 Poſſet autem de facili euenire, † teſtamentum defe-
ctu inſtitutionis hæredum corruere quod ſaltem ab
idiota fieret coram teſtibus abſque Notario, ſed vbi à
Notario ſcriberetur, vel ſcriptum reperitur, eſt de ra-
rò contingentibus, quòd talis hæredum inſtitutionis
defectus multis modis reparatus non inueniatur vel
clauſula codicillaris ſolita ſemper apponi in teſtamen-
tis per Notarios, vt dictum eſt ſuprà præceden.lib. in-
terpr.1.dubit.1.verſ.his breuiter. cum ſeq. & per Gual-
den.de arte teſtan.ti.4.cau.1. vel clauſula, omni modo
meliori, ſolita per Notarios apponi, quaſi in omnibus
ſuis ſcripturis, qua quidem reparatur defectus inſtitu-
tionis: Bald. & Caſtr.in leg.quoties.C.de hæred.inſtit.
Corn.conſi.62.col.2.& ſequ.lib.2.cum alijs ſuprà alle-
ga.in præced. lib.interp. 2.dubit.1.verſ.primus effectus
vel & clauſula ſolita etiam per Notarium ex ſe aſcribe-
re, quòd teſtator ſibi licentiam tribuat extendendi te-
ſtamentum ad plenum, & ad conſilium ſapientis qua
demum ſapiens poteſt conſulere Notario, vt teſtamen-
to inualido defectu inſtitutionis titulum iuris inſtitutio-
nis apponat.Phi.Franch.in d.c.1.col.22.ver.vndecimò.
de teſta.in 6.Fel.in c.ex literis.col.4.num.2.de fide in-
ſtrum.Socin.Iun.conſil.124.col.10.num.49.lib.1.ponit
13 & Clar.in d.q.38.in fi.& † hoc debet peti & fieri ante-
quam producatur in iudicio, niſi fuerit productum cum
proteſtatione faciendi detrahi, vel addi, ſecundum
conſilium ſapientis.Paul.de Caſt.conſil.415.in fin.lib.2.
Aliquid enim declarationum iuris, non autem ſupple-
tiuum facti poteſt committi ſapienti, dicit Bald.in l.hu-
manitatis.colum.2.in 4.oppo.nume.20.C.de impub.&
14 ali.ſubſti.poſſumus quidem licitè † & debemus conſulti
de modo validè recteq́; ordinandi & componendi te-
ſtamenta,dum veretur teſtator in poſterum ſuum calum
niari, vel irritari teſtamentum poſſe modo aliquo præ-
bere conſilium, quomodo à tali calumnia,& irritatione
teſtamentum ſuum formiter, & iuſtè compoſitum iure
defendi queat, quod ego, & prudenti teſtanti quando-
que conſului,ita iure merito licet pheudo quodam in lo
co nimia iniuria ſecus opinãte,ex quo non modica eue-
nit iactura. cuius vero Deo Opti.Max.vindicta & retri-
butio: nam legimus apud Ciceronem in 3.de Orat.de
illis Sex.Ælio, & M.Manlio, non ſolum,vt de Iure Ci-
uili ad eas, verum etiam de filia collocanda, de fundo
emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio
aut negotio referretur,& de alijs ibidem qui apud popu
lum,& in cauſis amicorum & domi & militiæ conſilium
ſuum fidemq́; præſtabant.
15 Sed propiùs adeſſe † conſultores, & ordinatores te-
ſtamentorum oſtendit interdictionis pœna, de qua in l.
moris.ff.de pœn.ibi,ſolet & ſic, vt teſtamẽta ne ordinẽt,
& ex text.ibi.hoc meum teſtamentum ſcripſi ſine vllo
Iuriſperito: in l.codicillis.§.fin.de leg.2.& tex.in l.cum
ex filio.in princip.ibi,ex conſilio Labeonis, &c.de vulg.
16 & pupil.& ibi Bald.& alij not. † teſtatorem debere te-
ſtari de conſilio Iuriſprudentum,volenti legitimè teſta-
ri,vtile eſſe,conſulere peritiores,dicit Aret.ibi in princ.
col.1.in 2.not. Minimè quoque dubitandum eſt, teſta-
menta dictantibus aliquid relinqui poſſe.l.dictantibus.
C.de teſtam.quomodo autem ſuum validum teſtamen-
tum quidam condere poſſet, conſuluit Pariſ.conſil.82.
lib.1.& Bald.conſil.36.quidam Salnolinus.lib.5.

## ¶LIB. III. INTERP. I. DVBIT. I. SOLVITVR.

I *Eſſe verba teſtatoris,& continere, & comprehendere legata in vniuerſitate iuris, & bonorum teſtatoris hæc verba, In omnibus autem alijs ſuis bonis,&c.& ſubinde amplè diſcuti quæſtionem illam non minus frequentem, quàm controuerſam de vxore inſtituta,& poſt eius mortem alio inſtituto hærede vniuerſali, qualis ſit vxor, an legataria vſusfructus, an hæres grauata ad reſtituendum fideicommiſſum poſt eius mortem.*

II *Bona emphyteutica, & feudalia contineri, quæ ſunt hæreditaria, & ea cognoſci ex qualitate perſonæ Domini inueſtientis, & ex forma inueſtituræ, &c.*

## ¶SVMMARIVM.

1 *Clauſula, In omnibus autem alijs ſuis bonis, dubia, an ſint verba potius Notarij quàm teſtatoris, reſoluitur eſſe verba teſtatoris.*

2 *Notarij verba dicuntur verba teſtatoris ab eo prius prolata, ſcripta per Notarium, importantia illud quod teſtator voluit & expreſſit.*

3 *Clauſula, In omnibus autem alijs ſuis bonis, quid cõtineat, quidve importet, late ibidem diſcutitur, circa particularem legatorum præſtationem, & vniuerſalem hæredum inſtitutionum,*

4 *Dictio, In omnibus, appoſita in inſtitutione hæredis, eſt vniuerſalis, omnia includens, ac ſi expreſſa eſſent ſingula, & habetur pro hæredis inſtitutione, cum omni verbo diſtributiuo.*

5 *Inſtitutio hæredis, facta in re certa, alio cohærede vniuerſali non dato, vel dato, ſed aliquo modo hærede non exiſtente, intelligitur quidem facta vniuerſaliter, in omnibus bonis quiſquis ſit, vel de liberis, vel de extraneis inſtitutus in re certa.*

6 *Prohibitio plus petere, quid, & quando operetur in hærede inſtituto in re certa,*

7 *Vxor hæres inſtituta in vſufructu, donec vitam honeſtam & vidualem ſeruauerit, & poſt eius mortem vel tranſitum ad ſecunda vota, alius eſt inſtitutus hæres an vxor ipſa ſit tantum legataria vſusfructus, donec vidua manet, vel ſit hæres etiam in proprietate, & grauata per fideicommiſſum poſt mortem, vel tranſitum ad ſecunda vota, retenta Trebellianica, ad reſtituendum fideicommiſſum, vltimo ſubſtituto, quæſtio eſt non minùs frequens, quàm dubia, controuerſa, & diuerſimodè per Docto. reſoluta ibidem magis diſtinctè, & clariùs per plures diſtinctiones & declarationes explicatur.*

8 *Vxor aliquando eſt inſtituta verbo directo hæres vſufructuaria, vel in vſufructu tantum omnium ſuorum bonorum, donec vixerit, & poſt eius mortem inſtitutus, eſt hæres frater, vel alius extraneus, interim ipſa habetur pro hærede vniuerſali, & poſt eius mortem inſtitutus habetur pro fideicommiſſario.*

9 *Proprietas & vſufructus diuerſa res reputatur.*

10 *Inſtitutus in re certa ſibi non dato cohærede, efficitur hæres vniuerſalis.*

11 *Regula, Ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, intelligitur non ſolùm pro parte eorum, ſed etiam pro parte temporis, vt id tempus de medio ſubducatur.*

12 *Aditio hæreditatis, facta ab hærede inſtituto in re certa, facit valere omnia in teſtamento diſpoſita.*

13 *Hæres ſemel effectus, non poteſt deſinere eſſe hæres.*

14 *Hæres fideicommiſſarius inſtitutus poſt mortẽ vxoris hæredis inſtitutæ in vita, ſi viuente vxore deceſſerit, non tranſmittit ad hæredes tale fideicommiſſum conditionale, vbi & vxor eſſet inſtituta hæres, taxatiua adiecta in vita tantum.*

15 *Vxor hæres vſufructuaria inſtituta in vita tantum, & poſt eius mortem ei dato ſubſtituto, & non extantibus liberis ex primo matrimonio, interim eſt hæres in proprietate, etiamſi tranſierit ad ſecunda vota.*

16 *Mater ſubſtituta pupillo in vſufructu, donec vixerit, & poſt eius mortem alius & ſubſtitutus, interim eſt hæres pupilli decedentis in ætate pupillari in proprietate, & poſt mortem grauata per fideicommiſſum ad reſtituendum vltimo ſubſtituto retenta Trebellianica.*

17 *Vxor quando à marito eſt relicta Domina, patrona, & vſufructuaria, in vita tantum, & poſt eius mortem inſtitutus, eſt hæres frater teſtatoris, quòd tunc & hæres effecta dicitur in proprietate & in vſufructu, & poſt mortem fideicommiſſo grauata ad reſtituendum fratri, detracta Trebellianica.*

18 *Vxor aliquando ſimpliciter eſt inſtituta hæres in totum, vel in partem aliquam, donec viuit, & poſt eius mortem eſt inſtitutus alius, tempore mortis eius ſublato, vxor eſt hæres per fideicommiſſum grauata ad reſtituendum ſecundo inſtituto detracta Trebellianica remanente penes eam hæreditate, ſi ſecundus inſtitutus pendente conditione decedat, vbi maximè non conſtiterit, teſtatorem voluiſſe præbere vxori ſolam adminiſtrationem.*

19 *Vxor relicta hæres in vſufructu, donec vixerit, eò magis habenda eſt hæres in vſufructu & proprietate, & poſt mortem grauata per fideicommiſſum, quando teſtator poſt eius mortem per verba obliqua, vel communia, Reſtituat, Peruenit, vel ſubſtituit, Vocat ſubſtitutos.*

20 *Inſtitutus in re certa, alio cohærede non exiſtente, tunc hæres vniuerſalis efficitur, quando verbis directis eſt inſtitutus.*

21 *Vxor, relicto ei vſufructu iure inſtitutionis & non legati, quod interim conſequatur vſumfructum per licentiam, à teſtatore datam, & poſt eius mortem inſtitutam, non dici fideicommiſſarium, ſed re vera pure inſtitutum hæredem, plures tenent, etiam ex veriori & magis commun. opinio. conueniente menti & voluntati teſtatoris.*

22 *Inſtitutus hæres ſub cõditione, non tollit, nec impedit, quòd teſtator non dicatur omni tempore teſtatus.*

23 *Vxor, & quando eſt inſtituta hæres in vſufructu, & poſt mortem eius ſunt inſtituti vel ſubſtituti filij ſui hæredes, vel alij, quibus debetur legitima, tunc ipſa non hæres vniuerſalis eſt in vita, ſed legataria in vſufructu cenſetur detracta legitima filiorum, & eius vſufructu, quo verò ad proprietatem, filij in totum ſunt hæredes pure conſequendo vſumfructum eorum legitimæ reſiduum tribuendo matri legatariæ, latiſſimè & ſubtiliter ibidem probatur.*

24 *Filius inſtitutus in legitima præter obligationem, actionem, & conuentionem paſſiuè acceptam, habetur loco veri hæredis vniuerſalis, quoad commodum etiam iuris accreſcendi.*

25 *Legitima eſt quota hæreditatis.*

26 *In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.*

27 *Sententia ſeu opinio alicuius doctoris ſæpius firmata per eum, dicitur firmior, & magis deliberata ſententia.*

28 *Filius inſtitutus, vel ſubſtitutus poſt mortem ſuæ matris vſufructuariæ hæredis inſtitutæ à patre, ratione ſuæ legitimæ, poteſt adire hæreditatem, & conualidare teſtamentum patris.*

29 *Filius vbi ſit vniuerſaliter inſtitutus etiam ſub cauſali conditione quantum ſit legitima, talis conditio reijcitur, & vbi non habet ſubſtitutum, vel cohæredem, cætera bona alia ipſo iure ſibi accreſcunt.*

30 *Bal. conſil. 84. lib. 4. Rolan. à Val. conſi. 29. ad fi. lib. 4. Riminal. Iun. conſ. 178. nu. & ſeq. reprobantur.*

31 *Filia ſubſtituta matri hæredi vſufructuariæ poſt eius mortem excluſa per agnatos maſculos, vigore ſtatuti ab hæreditate patris ab inteſtato, non impeditur, quin vigore ſuæ legitimæ dicatur in totum inſtituta patri hæres ante & poſt mortem matris in proprietate, quoniam ſtante tali teſtamento, agnati tales habentur, ac ſi non extarent.*

32 *Filius ſeu filia ſubſtituta matri vſufructuariæ in vita tantum moriens viuente matre, vigore ſuæ legitima in accreſcendi tranſmittit ad hæredem.*

33 *Teſtamentum, continens hæredem inſtitutum in vſufructu tantum, & filios teſtatoris ſubſtitutos poſt mortem hæredis vſufructuarij rumpitur & irritum eſt præteritione eorundem Filiorum, qui pro validitate teſtamenti erant inſtituendi.*

34 *Clauſula codicillaris non operatur, quando à filio præterito fideicommiſſum eſſet præſtandum.*

35 *Vxor quando non iure inſtitutionis, ſed iure legati, vel verbis obliquis, vel communibus in teſtamento habet relictum de vſufructu in vita ſua, vel donec vidua vixerit, & poſt eius mortem habeat inſtitutum vel ſubſtitutum alium hæredem extraneum vniuerſalem, dicitur iſto caſu legataria vſusfructus, quem capit, adita hæreditate, ſtatim per hæredem inſtitutum, qui purè cenſetur inſtitutus.*

36 *Vxor & quando à marito eſt inſtituta hæres vſufructuaria, donec vixerit, &c. & alios in proprietate, vel ſimpliciter eſt hæres inſtitutus, tunc vxor legataria eſt vſusfructus, & proprietatem habere non poteſt, quia in ea intelligitur inſtitutus cohæres.*

37 *Vxor quandoque hęres inſtituta in vſufructu, donec vixerit honeſtè & vidualiter, & poſt eius mortem alio inſtituto vel ſubſtituto, non hęres proprietatis, ſed legataria vſusfructus dici poteſt ex diuerſis formulis clauſulisq; appoſitis in teſtamento.*

38 *Vxor vſufructuaria hęres inſtituta legataria vſusfructus demonſtratur, quando à teſtatore liberata eſt ab onere ſatiſdandi occaſione vſusfructus, vel à confectione inuentarij, vel à redditione rationis, vel ab alijs, ad quę re vera teneretur vſufructuarius.*

39 *Item ex eo, quòd teſtator vxorem inſtitutam in vſufructu tantum hęredem ſimpliciter appellat, & eos, quos poſt eius mortem inſtituit & ſubſtituit, hęredes vniuerſales nuncupat.*

40 *Item ex eo, quòd vxor inſtituta in vſufructu ſępe & pluries in teſtamento nominatur vſufructuaria, vel quòd non debeat moleſtari in vſufructu, vel quòd habeat plenum & integrum vſumfructum.*

41 Item



41 *Item ex eo, quòd illi inſtituti vel ſubſtituti poſt mortem vxoris vſufructuariæ in aliis partibus teſtamenti appellantur hæredes circa aliqua, in vita vxoris peragenda.*

42 *Item ex eo, quòd in teſtamento ſcriptũ reperitur præceptum factum illis inſtitutis poſt mortem vſufructuariæ, ne debeat compellere eam, vel ad aliud eam moleſtare dum vixerit, ſimpliciter, vel appoſita pœna priuationis hæreditatis.*

43 *Item ex eo, quòd facta inſtitutione de vxore in vſufructu & de inſtitutione, vel ſubſtitutione, aliis facta poſt mortem vſufructuariæ teſtator declarat, & limitat inſtitutionem illam de vxore in vſufructu, nõ intelligi, nec importare, niſi vſumfructum tantum ſuæ hæreditatis.*

44 *Scriptura præcedens determinatur & reſtringitur per ſequentem.*

45 *Verba teſtatoris vbi limitant legata vel aliam diſpoſitionem, hæc talis ſua limitatio attenditur.*

46 *Regula Iuris nota eſt, quẽ nõ poſſe dare quod nõ habet.*

47 *Ius accreſcendi non habet locum in diſpoſitionib. limitatis.*

48 *Verba poſt mortem vſufructuariæ, quæ voluntate expreſſa teſtatoris non poteſt habere niſi vſumfructũ ſolum, nihil videtur operari, vti appoſita lapſu imperitiæ, vel quòd tantum poſſunt operari, vt debeat mors vſufructuariæ expectari, quantum ad efficaciã emolumenti conſequendi per hæredes, qui quoad eſſentiã acquiſitionis purè ſunt hæredes, & dies mortis vxoris reiicitur de medio, ita vt conueniens mẽti & conſuetudini communi teſtantium erga vxores vſufructuarias tenendum eſt.*

49 *Inſtitutio prius vniuerſalis, poſtea reſtricta ad certam rem, per hæredes conſequendam valet, vt hæredes retenta directa cenſeantur grauati ad reſtituẽdum reliquum venientibus ab inteſtato. idem eſt in vltimo ſubſtituto in re certa, vt ſit vniuerſalis ſubſtitutus & fideicommiſſarius, præcedentibus aliis ſubſtitutis priùs vniuerſalibus.*

50 *Dictio, Aliis, cum cla. In omnibus bonis, relatiua diuerſorum quomodo remedium tradat, ne hæres pleno iure concurrat in vſufructu fundi alij relicto.*

51 *Dictio, Pleno iure, multipliciter interpretatur, & ſecundum ſubiectam materiam, vt non comprehendat aliis conceſſa.*

52 *Dictio, Aliis, denotat diuerſitatem ab aliis relictis, & non remouet ſpecialiter prouiſa.*

53 *Verba, In cæteris reliquis bonis, ſeu in reſiduo ſuperfluo bonorum continentia, important vniuerſitatem bonorum eorum etiam, quæ aliis relicta ſunt, ſi repudiantur, vel vt legatariis præſtantur.*

54 *Inſtitutus in reliqua parte, in qua parum vel nihil eſt, nihil habebit.*

55 *Verba, Suis bonis, inſtitutione poſita, nõ continent bona feudalia vel emphyteutica, & quæ contineant, vel non, pulchrè diſcutitur, & quomodo probentur ſua bona teſtatoris.*

56 *Teſtator quando dicatur & interpretetur, quod voluerit diſponere de ſuis bonis non alienis.*

SOLVTIO I.

1 DVBITATIO † in primis oritur ſuper
hac clauſula, In omnibus autem alijs bo-
nis ſuis, &c. quòd hæc verba ſint potius
notarij, quàm teſtatoris, dicit Vincentius
de Paleo. inter conſi. Curt. Seni. conſi. 3.
ad fi. Pau. de Caſt. ſub l. apud Iulianum. §.
idem quęritur. ff. ad Trebel. idem ſentit, dum ſcribit, quòd
quotidie videmus, quòd Notarij dicunt. In omnibus au-
tem alijs bonis &c. quaſi parùm operetur, vel nihil: Barb.
inter conſi. Alexan. conſi. 52. col. 6. nu. 27. lib. 4. cum con-
cord. alleg. per Tiraq. in præfa. nu. 126. in l. ſi vnquam. Sed
reſoluitur, eſſe verba teſtatoris, in eo quòd Raph. Cum. en
l. in repetendis. ad fin. de leg. 3. ſcribit, quòd communiter
poſt legata dicit teſtator, In omnibus ſuis alijs bonis in-
2 ſtituit, † &c. verba etiam Notarij dicuntur teſtatoris, ab
eo prius prolata, Bald. in l. errore. C. de teſt. credendum.
enim eſt Notarium, qui ſcripſit teſtamentũ, ſcripſiſſe ver-
ba importantia illud, quod teſtator exprimebat, & vole-
bat, dicit Barto. in l. liberorum. ad fi. nu. 20. de verb. ſign.
& pulchrè Dec. conſi. 653, num. 20. ideo in hoc non vide-
tur dubium. Sed in hoc vertetur non modica dubitatio,
3 quòd ob hæc verba, † In omnibus alijs bonis, in præſta-
tione fideicommiſſi, teſtatorem voluiſſe detrahi priùs le-
gata, tradit Bart. in l. ſi quis ſeruum. §. fin. in fin. de leg. 2. &
in l. Marcellus. §. quidam. ad fin. ad Treb. idẽ probat Paul.
de Caſtr. conſi. 398. & conſi. ſeq. lib. 2. quod verbum. Alijs,
aduerſatur, & excludit legata, de quib. ſuprà dixerat, &
clariùs probat Corn. conſ. 91. col. 4. ver. illa verba. lib. 1.
quòd hæc clauſula excludat legata, facta ipſis hæredibus.
& alijs perſonis. idẽ ſentit Fulg. conſi. 100. quidam. A. ver.
ſuper ſecundo. & Paris. conſi. 45. col. 1. num. 5. & conſi. 63.
col. fin. nu. 22. lib. 3. & Dec. d. conſi. 653. nu. 5. 6. concludũt
demum hi, quòd per illud verbum, Alijs, legata non ſint
comprehenſa in vniuerſali hæredum inſtitutione, & ſub-
ſtitutione: contrarium apparet, quòd legata comprehen-
ſa in inſtitutione vniuerſali ab hærede præſtanda legata-
rijs, l. legatum. de leg. 1. Exceptio, quæ poſſet induci ex
verbis, In omnibus alijs, reijcitur per tex. in l. ſi ita quis
hæres inſtitutus excepto fundo. & ibi Bal. Ang. & Imo.
no. ff. de hæred. inſtit. & non tollit, quin hæres vniuerſalis
non ſit, Bar. in l. ſi certarum. in prin. ff. de teſta. mil etiam
in bonis legatis, ſed innuit in effectu, quòd penes eum re-
maneant omnia alia bona non legata, declarat Alex. poſt.
Caſtr. in l. quæritur. ad Trebell. reperitur apparenter ſub
l. apud Iulianum. §. non omnis. col. fin. quòd eſſe per dictã
clauſulam expreſſionem eorum, quæ tacitè inerant, ideò
nihil operari, & legata venire in ſubſtitutione fideicom-
miſſaria. per d. §. quidam liberis, cum concordan. talem
clauſulam, etiam non ineſſe in ſubſtitutione, declarat idẽ
Alexan. in conſi. 25. col. fin. lib. 1. repetito eodem conſil.
252. lib. 6. idem conſi. 202. numer. 7. eod. tenet, hæredem
eſſe etiam in legatis, idem Ang. conſi. 396. in conſultatio-
ne. col. 2. ver. nunc reſpondeo. vbi talia verba, In omni-
bus alijs, non poſſunt impedire hæredem eſſe vniuerſalem
etiam legatorum alijs præſtandorum, ne teſtator ſit pro
parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: idem firmat Paris.
conſi. 54. numer. 49. lib. 3. Ruin. conſi. 32. colum. 3. num. 8. &
pleniùs conſil. 40. colum. penult. ante num. 13. lib. ſecun-
do. & Goz. conſi. 30. colum. 3. numero. 8. Bero. cõſi. 3. num.
25. & conſi. 81. num. 30. lib. ſecundo. & Pau. de Caſtr. in
conſi. 177. Viſo ſupraſcripto puncto. colum. prima. lib. pri-
mo. concludit idem quòd cenſetur quis inſtitutus in tota
vniuerſitate, cum onere tamen præſtandorum legatorum,
reſpondendo, quod illa verba, In omnibus alijs, Notario-
rum non immutant iuris diſpoſitionem, vt ibi per eum. in
eo etiam accidente, quòd communis ſtylus Notariorum
ſit, dicere, In omnibus autem alijs ſuis bonis, &c. Corn.
conſi. 289. colum. quarta. verſ. narratio. lib. 4. & nouiſſimè
per Marza. Vicenti. in materia fideicommiſſ. in ſecunda
par. quæſtio. 3. & latè defendit Hieronymus Zanch. in §.
cum ita. num. 373. 374. l. hæredes mei. ad Trebellian. Hæc
autem tacta ſunt, vt ſciatur in omnibus caſibus quos ſcire
oportuerit ex dictione, Aliis, non tolli, hæredem ſic inſti-
tutum eſſe in tota vniuerſitate iuris, & bonorum teſtato-
ris etiam ſibi vel alijs prælegatorum non tamen exinde
tolluntur ſpecialiter prouiſa, Iaſo. conſil. decimo octauo
colum. final. lib. primo. quia per inſtitutionem hæredis
confertur res vniuerſalis, & incorporalis, non autem ſin-
gulæ res conferuntur, dicit Fulg. in l. 2. col. fina. ſub num.
6. com. de leg. quo verò ad materiam prælegatorum, ex fi-

deicommiſſ

deicommiſſo detrahendorum, alibi dicendum erit infrà
eo.lib.interpr.vltim.dubitat.5.lol.1.

Super huius clauſulæ & eius ſingulorum verborum in-
terpretatione ſatis inſiſtit Ang.Aret.in tracta. de teſta. in
gl.76.in verſ.item in omnibus autem.vt ibi poteſt videri.
Repetam breuiter aliqua circa eius quæque verba.

4 *In omnibus*) Hæc dictio † vniuerſalis omnia includit,
ac ſi expreſſa eſſent ſingula, per l.ſi chorus.in prin.de leg.
3.Paris.conſ. ſecundo. colum.6.num.50.lib.3. de qua per
Plot.tract.de in lit.iur.§.1.num.14.15. & habetur pro hæ-
redis inſtitutione cum omni verbo diſtributiuo: Barto.
conſil. 67. numero quinto, volum. ſecundo. & oſtendit,
5 inſtitutionem non eſſe factam in re certa. Sed pone,
quòd facta ſit in re certa alio cohærede vniuerſali non in-
ſtituto, intelligitur quidem facta vniuerſaliter in o-
mnibus bonis. l. 1. §. ſi ex fundo.l. quoties. §. ſi duo.l.ex
facto.§.primo.ff.de hæred.inſtit.ponit Socin. Iun.conſil.
27.num.9. lib. primo. etiamſi eſſet hæres alius vniuerſa-
lis, qui aliquomodo non eſſet hæres, vel priuaretur, in-
ſtitutus in re certa, vniuerſalis hæres efficitur, per dicta
iura tradit Bartol.in conſ.29. conſ.48. quiſquis ſit hæres
re certa, vel de liberis, vel extraneus, ſecundum Com-
mun.Opin.atteſtatam per Alexand.in l. quoties. colum.
3.C.de hæred. inſtit. vbi & de alijs in materia per eum &
alios, & Ang.Aret.in d.tract.in glo.59. & Bald.conſ.379.
thema, ſuper quo. colum. penult. & fin. lib.4. vbi incli-
6 nat in partem, † etiamſi inſtitutus in re certa prohibitus
eſſet per teſtatores plus petere, Ange. conſil.358. Titius,
diſtinguit, vbi vniuerſaliter inſtitutus eſt prohibitus pe-
tere fundum, non valet in eo prohibitio, quin ſit vniuer-
ſalis hæres ex teſtamento etiam in fundo ſic excepto. Vbi
verò inſtitutus eſt in re certa & prohibitus plus petere,
deficiente hærede vniuerſali, res deuenit ad cauſam in-
teſtati, vt ibi per eum, & latiùs per Iaſo. in conſ. 8. colu.
9. verſ. vndecimo libro tertio, idem ſimpliciter in inſti-
tutis in rebus certis, mortuo vniuerſali hærede, ante te-
ſtantem effici hæredes hos vniuerſales, probat Fulg.conſ.
102.præſuppoſito.colum.ſecunda. & ſeq. idem Paris. te-
net in conſi.62. colum.3. num. 20. libr. ſecundo. etiamſi
prohibitio adſit plus petendi quod tenendam puto, quia
prohibitio hæc plus petendi intelligitur, rebus ſic ſtanti-
bus.ſ.hærede vniuerſali non remoto. Corn. conſ. 31. co-
lum.3.verſic.præterea. lib.4. & Calca. conſ.33. colum.4.
num.6. & Bald. conſ.396. ver. vnde illa verba. lib.3. Et
quia ius accreſcēdi in hæreditatibus à teſtatore non po-
teſt prohiberi, ſecundum Commun. Opin. Doct. de qua
ſup.lib.præceden.interpr.2.dubit. ſecunda. verſic.29.te-
ſtator.

Suboritur autem quæſtio non minùs frequens, quàm
dubia perplexa, & diuerſimode per Doct. reſoluta, val-
de opportunum exiſtimaui, eam clariùs & dilucidiùs,
quàm per alios hucuſque actum viderim, explicare, quæ
7 eſt, † Quòd maritus inſtituit vxorem hæredem tantum
vſufructuariam omnium ſuorum bonorum, donec vixe-
rit, & viam honeſtam, caſtam, & vidualem ſeruauerit, &
poſt eius mortem vel tranſitum ad ſecunda vota hęredem
inſtituit, & ſubſtituit Titium. Exinde enim quæritur, hu-
iuſmodi inſtitutio, vel à marito, vel ab vxore, vel ab alio
facta in vſufructu, an, & in quantum valeat? Multùm con-
trouerſa quæſtio in his duobus conſiſtit.

Quod primò aliqui defendere conentur, Inſtitutam
in vſufructu interim dici hæredem vniuerſalem, & poſt
mortem grauatam eſſe ad reſtituendum fideicōmiſſum in
ſtituto.i.ſubſtituto, vtilitatē ex hoc perquirunt, vt poſſit
pro ſic grauata detrahi Trebellianica, vt etiam ſic poſt
mortē hæredis vſufructuariæ inſtitutus, interim prędece-
dens conditione pendente, nihil tranſmittat ad hæredes.

Aliqui verò, & ſecundò contendunt, Sic in vſufructu
vti certæ rei legatariam eſſe, & poſt eius mortem inſtitu-
tum vniuerſalem eſſe hæredem, & purè, & conſequen-
ter ceſſare omnem vtilitatem ex aduerſo prætenſam, &
vniuerſalem hæredem debere ſolùm expectare com-
modum hæreditatis ſe habiturum poſt mortem vſufru-
ctuariæ. Horum autem opiniones reconciliantur, & re-
ſoluuntur diligenter & accuratè, & generale eſt in cun-
ctis ambiguitatibus, quæ ex teſtamento oriuntur inſpi-
ciendo & conſiderando verba teſtamenti, & qualitates
perſonarum, de quibus agitur.

Vnde in primo aliquando teſtator vtens verbo dire-
8 cto, † inſtituit vxorem hæredem vſufructuariam, vel in
vſufructu tantum omnium ſuorum bonorum, donec vi-
xerit, & poſt eius mortem hæredem inſtituit fratrem, vel
alium extraneum, & tūc opinio de vſufructu interim ha-
bita pro hærede vniuerſali, & poſt eius mortem de inſti-
tuto habito pro fideicommiſſario, fundata eſt, quòd parti-
cularis hæres in re certa dicitur etiam inſtitutus in vſu-
fructu, Caſt.conſ.294. In cauſa, quæ vertitur.col.2. verſi.
nunc eſt videndū.lib.2.Barb.conſ.71.lib.3. Fulg. conſ.58.
9 paterfam.ante ſi.ver.ita tamē, † quia diuerſa res reputatur
vſusfructus, & proprietas, per tex.in l.planè vbi.§. planè.
ſi alter de leg.1.vbi legato fundo, vel eius vſufructu, duo
legata dicūtur, & per tot.ti.de vſufr.leg.per Doc.oēs.inf.
alleg.hoc primum refutat vnam rationem, quam Bald.ad.
ducit conſ.273.Modo quæritur.ver. ſecundò ad idem.lib.
4.quòd inſtituta in vſufructu non eſt inſtituta in re certa,
ſed incerta, & quæ tunc nō eſt, per l.vbi.§.fundi.de verb.
10 oblig.& quæ ſoluitur ibi etiā per gl.& Doct. † ideo dica-
mus, quòd inſtituta in vſufr.in re certa, ſibi non dato co-
hærede in vita, efficitur hæres vniuerſalis etiā in proprie-
tate, per d.§.ſi ex fundo.& l.cohæredi.§.ſi.de vulg.& pu-
pil.cum aliis ſup.alleg.gl.& Doct. in l.quoties. C.de hæ-
11 red.inſti.poteſtate iuris hic vigēte, † ne quis decedat pro
parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, per l.ius noſtrū de
Reg.Iur.per Bar. & ali.in l. ſeruo manumiſſo.ff.de cond.
indeb.non ſolum pro parte rerum, ſed etiam ne pro parte
temporis, ob id tempus de medio ſubducitur, l. hæreditas
ex die ff.de hæred.inſt. quia ius inſtitutionis, vbi nō adſit
cohæres, eſt indiuiſibile, quoad rem, & tempus, ibi Bal.&
alij not.per aliam quoque Iuris regulam, firmatur, & de-
betur vſusfructus per ſuam ipſius vſufructuariæ hæredis
12 † aditionem hæreditatis requiſitam, vt vſusfructus, & alia
in teſtamēto diſpoſita valeāt: l.1.ff.quādo di.vſufr. leg.ce.
ſ.ſi nemo.de teſta.tut.l.2.& l.ſi vſufr. aut decem. in prin.
quando di.leg. ced. ſufficítque aditio facta ab inſtituto in
re certa.Bar.in l.ex facto.num.5. de hęred.inſtit. Alia in
13 concurrit Regula, † Quòd ſemel hæres, non poteſt deſi-
nere eſſe hæres, l.eas, qui ſoluendo.ff. eo. Sequitur ergo
quòd poſt mortem inſtitutæ in vſufructu inſtituto.i.ſub-
ſtituto debet hæreditas per fideicommiſſum, tenent Bal.
in l.id quod pauperibus num.27.in q.14.ver. ſed ego oſten-
do.C.de epiſc.& cler.& in l.miles ita hæredem.in prin.
ff.de teſta.milit.in leg.2.ſi pars hæred. pet.& Saly.in l.ex-
traneum. in fin. C. de hæred. inſtitu. Caſtr. in d. §. ſi ex
14 fundo. & ibi, quòd detrahitur Trebellianica, & † fidei-
commiſſarius, ſi pendente conditione moreretur, iſto
caſu non tranſmitteret fideicommiſſum conditionale,
ſed remaneret penes hæredem vxoris: Imol.in d.l. hære-
ditas ex die. col. 6. ver. & ex prædictis. idem & Iaſo.in
d. l. extraneum. colum. fin. verſic. tertiò principaliter.
poſt Alex.conſil.111.& conſil.162.col.2.ver.dato.lib.2.&
Caſtr.conſil.276. puto ſine dub. ſub.num. 2. verſi. & pri-
mum ſine dubio.lib.2.latè Crot. conſ.79. nu.9. & ſeq. &
conſ.365.nu.9.10. vbi etiam ſi eſſet taxatiua in vita tantū,
& ibi nu.14.quòd mortuo ſubſtituto, pendente conditio-
ne, remanet hæreditas penes primum inſtitutum, qui de
ea poterit liberè diſponere, & quòd iſta concluſio non
habet probabilem dubitationem.idem in leg. re coniun-
cti.numer.176.de lega.3.Nat. conſil.459. numer.2. 12. vb
15 ſequens Alexand. † etiam quòd vxor ſic inſtituta. non
extantibus liberis ex primo matrimonio, tranſierit ad
ſecunda vota, & Gualden.de arte teſtan.titulo.6. cau.93.
num.ſecundo.ita eſt Commun.Opin. per Dec. in l. certa
iuris.



iuris.in additi.nouis in ſi.C.de teſtam.milit.Bello.conſ.
7.num.5.& in fin.conſil.30.in princip.& Ruin.conſi.36.
num.3.& ſequ.lib.2.vbi num.5.reſpondet, non obſtare
taxatiuam tantum, poſt Alexan.dict.conſi.162.nume.7.
lib.2.& Paris.conſ.69.nu.2.lib.2.& Bero.conſ.35.num.
20.l.2.vbi maximè mater ſic eſt inſtituta hæres in vſu-
fructu, & conſequenter in proprietate, interim effici-
tur hæres.& concord.congerit Menoch. conſ.105.num.
6.48.66.& in habente filios ſibi ſubſtitutos. Rol.à Val.
conſi.29.ad fin.lib.4.Hippol.Riminal.Iun.conſil. 168.
num.6.& ſequ.quòd interim ſit hęres pupilli in proprie
tate & poſt grauata per fideicommiſſum ad reſtituendū
vltimo ſubſtituto, retenta Trebellianica, tradit Angel.
conſ.150.Donat.col.penul.& fin prædictaq; firmat Ce-
16 phal.conſi.472.num.32.& per tot. † idem eſt in matre
ſubſtituta pupillo in vſufructu donec vixerit, & poſt
eius mortem alius eſt ſubſtitutus.

17 Secundò, idem † ſi teſtator his verbis relinquat vxo-
rem Dominam patronam, & vſufructuariam in vita tan
tum, & poſt eius mortem inſtituit hæredem fratrem,
quòd hæres effecta dicitur in proprietate, etiam in vſu-
fructu, & poſt mortem fideicommiſſo grauata ad reſti-
tuēdum fratri detracta Trebellianica, firmant Alexan.
in d.l.extraneum.ad fin.& in l.filius à patre.in princ.col.
5.in fin.verſ.ſecundò limita.de libe.& poſthum. & latè
adducendo fundamenta, quibus ita ſe conſuluiſſe dicit
Crot.in dict.l.re coniuncti.nume.mihi.179.180.alij nu.
176.& ſeq.ita eſſe deciſ.Benedic. de Plū.in.l. qui duos.
§.de manu.teſta & com.ſequitur Pa.de Mon.Pic.rep.§.
Tit.in 26.q.num.98.l.Titia cum teſtō.de lega.2.& Pa-
ris.d.conſ.69.nu.2.lib.2.etiam filia inſtituta poſt mor-
tem vxoris & matris reſpectiuè, eius tamen legitima de
tracta, idem tenet Bald.conſ.84.Viſo puncto.lib.4.hoc
tamen vltimum intelligendo, vt infrà dicam.

18 Tertiò, † aliquando teſtator ſimpliciter hæredem in
ſtituit in totum, vel in partem aliquam, donec viuit, &
poſt eius mortem inſtituit alium, abſque dubio tempo-
re mortis ſublato, vxor eſt hæres, & per fideicōmiſſum
eſt grauata ad reſtituendam ſecundo inſtituto, detracta
Trebellanica, & remanēte penes eam hæreditate, ſi ſe-
cundus inſtitutus decedat, pendente conditione, tra-
dunt Imol. in dict.l. hæredis.col.6.verſic. & ex prędi-
ctis.ff.de hęred.inſtit. & in d.l.ſi filius à patre in princ.
col.fin.verſi.tertio caſu, vbi maximè non conſtat, teſta-
torem voluiſſe prębere vxori ſolam adminiſtrationem,
vt ibi per eum, & ibidem Alexan.col.5.in prin.& Aret.
ad fin.probat & Ang.Are.in §.hæres.col.2.verſ.3. caſu.
Inſtit.de hæred.inſti.Pariſ.conſ.20.num 1.lib 2.& Pa. à
Mon.Pic.in d.§.Titia.d.q.26.ſub nu.106.verſ.aliquādo
& vltimo.& Calder.conſ.35.teſtator.tit. de teſta. plenè
diſcutit & probat.Soc.conſ.14.col.3.in 2.q.lib.1.& hoc
caſu latè Ceph.d.conſ.472.

19 Quartò & magis prædicta procedunt † de vxore hæ-
rede habēda in vſufructu, & in proprietate, & poſt mor-
tem grauata per fideicommiſſum, quando teſtator poſt
eius mortē per verba obliqua vel cōmunia, Reſtituat,
Perueniat, vel Subſtituit, Vocat ſubſtitutos, vt hoc
caſu præcipuè firmat Alex.d.con.162.col pen.verſ.& ſi.
tunc.& verſ.ſeq.lib.2.ita ſe intelligere & ſaluare Alex.à
contrarietate dicit Ruin.conſ.54.col.pen. ſub num.17.
lib.2.Idem firmat Alci.in l.verbis.ſub num.24.verſ.ſed
quid ſi hæres.de vulg. & pub ſentit Cuma in d.l.hære-
ditas ex die.ſub.nu.5.verſi.in ſi.prout.ibi, niſi appareat,
quod voluiſſet eum ſubſtituere, & Ang.conſ.150. Dona-
tus.ad ſi.verſi.quantum tamen. ſententia hæc compro-
batur: quia hæres inſtituta in vſufructu non habens, ne-
que ſperans habere cohæredem, qui talis dici non po-
teſt, niſi verbis directis inſtitutus ſit, per not.in l.quoniā
indignum.C.de teſta. & in l. verbis ciuilibus, & in l.
Centurio, de vulg.& pupil.& in l.eam quam.C.de fidei.
& in l.his verbis.in prin. ff.de hæred. inſti. neceſſario in
totum efficitur hæres, per reg.d.§.ſi ex fundo.& d.l.hæ-
reditas ex die.& d.l.ius noſtrum.de Reg.Iu.& l.cohære-
20 di. in ſi.de vulg. & pup.quemadmodum † & in re certa
inſtitutus, vt conſequatur vniuerſum, requiritur, quòd
ſit verbis directis inſtutus. l. cogi. §. 1. §. & generaliter.
ad Trebel.Bal.conſ.296.Præmittendum eſt, lib.4.Ang
conſ.13.Iaco.conſ.109.Quidam patronus. & conſ. 147.
Quiricus.colum.pen.Iaſ.conſ.8.col.9.verſ.duodecimo.
Aym.conſ.62.num.5.conſ. 210. colu.1. cum. alijs ſimil.
per Franc.in c.ſi pater.col.12.cum ſeq.de teſta.in 6.& in
ſpecie Paul.à Mon.Pic.d. §. Titia. ſub nu. 102. ad ſi. &
Imol.in d.§.ſi ex fundo.nu.18. in 5. fall. & ibi Bal. dicit,
quòd ita tenent omnes Doct.

Quo verò ad ſecundum de his, qui volunt, ſic inſti-
tutam in vſufructu haberi vti legatariam certæ rei, &
poſt eius mortem inſtitutum dici purè & directò, & non
per fideicommiſſum veniri, declarando per aliquos ca-
ſus, dicendum eſt.

Primò contra illud, quod ſup.primo & ſecundo loco
21 concluſum eſt, retento caſu, † quòd iure inſtitutionis,
& non legati ſit relictus vſus fructus, quàm plures tenēt,
quòd vſusfructus interim conſequatur per licentiam à
teſtatore datam, & poſt mortem vſu fructuariæ inſtitu-
tus, non eſt fidei commiſſarius, dicit Ang.in d.l. hæredi-
tas ex die. circa med.ſed re vera purè inſtitutus, vt dicit
Caſtr.in d.l.ſi filius à patre.in prin.ad ſi. & poſt mortem
vſufructuariæ adeundo hæreditatem retro teſtamentum
validum reddit, & non adeundo vniuerſum accreſcit
vſufructuariæ, ita non deſit effectus teſtamento, & de-
ſeruitur verbis & menti teſtatoris, probat Imo.in d.l. ſi
filius à patre.in prin.col.2.verſ.ſecundo caſu.& ibi ſequi
tur Are.in pen.col.ver.circa ſecundum, & Iaſ.ita in con
fuſo pertranſit in col fin.ver. ego ſemper tenui. & Imo.
ſequitur Ang.Aret.in d.§.hęres.col.2.verſ.ſecundo prin
cipali caſu.& ib. Viglius num.6.ſentit Ange. in l. miles
ita.in princ.ad ſi. ff.de teſta. mil. clarè cōprobat. Pau. à
Mon.Pic. in d.§.Titia.in d.q.26.ſub nu.102.non dubi-
tat, hanc ſententiam eſſe veram, & tenet, cum poſt mor-
tem vxoris verbis directis eſt vocatus hæres, Alc.in d.l.
verbis ciuilib.nu.23.24.ſic tranſit Petr. Pechi. de teſta.
coniug.lib.5.c.5.Cor.allegando in d.l.extraneum.idē in
confuſo concord.allegando Borgn.tract.de vſufr.muli.
num.69.idemq; decidendo, licet more ſuo in confuſo
etiā alleget deciſ.tenet Pariſ.cōſ.97.col.1.& ſeq.lib.2.&
ppriè Couar.c.2.ſub.nu.5.verſi.& idem erit vbi Titius.
lib.2.vari.reſoluti.& clarius in ſpecie atteſtādo hanc ve
riorē & magis com.opin.magis conuenientem mēti, &
voluntati teſtatoris, aliâs ſibi contrarij firmant Ruin.
con.54.num.17.& per tot.& conſ.vlt.col.8.ad num. 22.
& ſeq.lib.2.& Bero.conſ.58.num.6.vſq; ad fin.lib.2.ſim
pliciter ſequitur Eman.Soarez Recept.Sēten.litera V,
num. 114. huius quidem ſententiæ vna ratio eſt tollens
impedimentum.d. reg. §. nouiſſimo. & ſimil.de vſufru-
ctu relicto non valido, niſi poſt aditam hæreditatem.quod
ipſa inſtituta in vſufructu, vt in re certa, poteſt propria
authoritate adire, & capere vſufructum, & ex tali ſua a-
ditione confirmatur teſtam.ſecūdum Bar.& communi-
ter Doct. & in d.l.ex facto.la.2.nu.5.& in d.l.ſi filius à pa
tre.& in d.l.extraneum, & Alex.conſ.58.nu.3.lib.3.alte-
ra eſt remouens impedimentū reg.d.l.hæreditas ex die.
& d.l.ius noſtrum. quòd ſecundus inſtitutus vniuerſali-
ter poſt mortem vſufructuariæ, dicitur inſtitutus ſub
cōditione, per l.hæres meus.in prin.de cond.& demon.
22 † quare omni tempore teſtator reperitur teſtatus, Ang.
Aret.in d.§.hæres.nu.4.& Iaſ.in d.l.extraneū.col.2.ſub
verſ. & ſi dicas. cum retrotrahatur conditio. leg. hæres
quandoq;.de acq.hęred.Rui.d.conſ.54.num.15.& Gul.
Bened.in d.c.Raynutius.in verſi.reliquit.nu.10.ita par-
tem iſtam. tutiorem, quòd iſta ſic inſtituta in vſufructu

ſit legataria in vſufructu tantum,& mera fructuaria plu-
ribus ſubtilibus rationibus probãdo tenet Bal. in conſ.
273. Modò quæritur.& conſ. ſeq. lib.4.quem per alios,
quos viderim,non inueni allegatum in materia, eãdem
opin. diſcurrendo per aliqua in caſu ſuo probat. Me-
noch.conſ.115.num.1.& ſequent.

23 Secundò, vbi † teſtator inſtituendo vxorem hære-
dem in vſufructu,& poſt mortem eius inſtituit vel ſub-
ſtituit ſuos filios hæredes,vel alios,quibus debetur legi-
tima, tunc vxor non hæres vniuerſalis eſt in vita, & poſt
mortem grauata ad reſtituendum filijs fideicommiſ-
ſum, ſed ſolum legataria in vſufructu cẽſetur detracta
legitima, & eius vſufructu filiorum : quo vero ad pro-
prietatem, filij in totum ſunt hæredes purè conſequen-
do vſufructum eorum legitimæ, reſiduum autem tri-
buendo matri legatariæ. Quod clarè probatur rationi-
bus,& authoritatibus,nam rationes ſunt manifeſtæ, ꝙ
filij in legitima eis debita ſine dilatione & grauamine
aliquo cum fructibus remoto tempore poſt mortem
vſufructuariæ ſtatuto, purè cẽſentur hæredes inſtituti,
per l. quoniam in prioribus. l. ſi quando. §. & genera-
liter.& l. ſcimus. §.cum autem quis.C. de inoff. teſtam,
24 tenet Guid. Pap.in deciſ. 456.Dixi ſuprà.& Bald.conſ.
84. Viſo puncto lib. 4.in ſpecie.Alexan.in dict.l.extra-
neum.colum. fin.verſ.quod tamẽ limitat.addo per tex.
in §. ꝓhibemus.in auct. de trien. & ſemis. Sed filius in-
ſtitutus in legitima præter obligationem, & actionem
ac conuentionem paſſiuè acceptam, habetur loco veri
hæredis vniuerſalis, quo ad commodũ habet enim ius
accreſcendi,& omnia alia, quæ debet habere hæres,ſe-
cundũ Bald in l. ex facto proponebatur. col.2.ff.de hæ-
25 red.inſtit.&ibi Cum.nume.2.quod † legitima ſit quota
hæreditatis,& ſequitur Franc.in c.ſi pater. col.16. verſi,
decimotertiò quæritur.de teſta.in 6.Alex. in l. quia po-
terat.col.pen.ff.ad Trebel.& Imo.in d.l.ex facto. num,
13.14.etiam ſequitur, quòd filius inſtitutus in legitima,
habet ius accreſcendi, vt extraneus quoque habet vni-
uerſali hærede repudiante, quòd ſit inſtitutus in quota,
aſſentit Fab.de Giochis in auc.nouiſſima.num.167. C.
de inof. teſt. ita ergo filius inſtitutus in legitima in caſu
iſto habet ius accreſcendi,ſecundũ Bal. & Imol.in locis
alleg.& Bald.in d.l.quoties.col.1.& ibi Alex.ſub num.5.
cõprobat.C.de hæred.inſtit.Bal.conſil.426. Antiquum
ſtatutum ad fi.lib.3.Dec.in l.hæres inſtituta.col.2. verſi.
replicari poteſt, quòd legitima. C. de impuber. & alij
ſubſti.& Iaſ.in l.ſeruo manumiſſo.in fi.ff.de cõd.indebi.
vt communem opin.ſequitur Rip.in l.re cõiuncti.num.
211.de leg.3.cõprobat Ceph.conſ.245.nu.48.ideo pro-
prietas quodammodo exiſtẽs in ſuſpenſo viuẽte vſufru-
ctuaria magis accreſcere debet proprietati & portio-
ni quotitatiuæ legitimæ filiorũ, quàm vſufructui vxoris,
26 †quia in habentib.ſymbolum facilior eſt tranſitus, l. in
rem.§.item quęcunq;.ff.de rei vend.&c.quòd in dubijs,
de conſec.eccl.& alta.Cora.in l.teſtamẽto.nu.36. C.de
impub. Et quia filius in tota proprietate fortius & du-
plex ius habet.ſ.accreſcẽdi & ſubſtitutionis, & Hieron.
Cagn.in l.1. ſub nu.54.verſ. limitatur prædicta; quando
non peten.par.& vſusfructus non accreſcit proprietati,
ſed vſufructuario,tot.tit.ff.de vſufr.accreſ.neque poteſt
trahere ad ſe proprietatem, dicit Bald.d.conſ.273.verſ,
quarto.& verſ.ſexto.lib.4. quãdo autem accreſcit pro-
prietati,eſt id per cõſolidationem:Bal. in l.pen. ſub nu.
7.C.de inof. teſt.cuius quidem conſolidationis ius po-
tentius eſt,quàm ius accreſcendi.Hier.Cagn.in rub. nu,
46. quando non peten. par. & quia vſusfructus in iure
conſiſtit, & non in parte l.Mæuius.§. fundo legato. de
leg.2.& portio nõ iuri,vel certæ rei,ſed portioni accre-
ſcit.l.ſi Titio.§.1.ff.de vſufruct.l.ſi tota.de acqui.hæred.
cum maximè ꝓ vſufructuaria ceſſet regula, ne pro par-
te teſtatus, & pro parte inteſtatus, &c. & quia inſtitutio
filij in legitima reducitur ad quotam, & non differt ab
vniuerſali hærede,quoad commodum,ideo excedit ex-
traneum inſtitutum in re certa, vel in quantitate, dicit
Bald.in d.l.ex facto.col.2.verſ.extra quæro.Cum etiam
non noceat vſufructuariæ,quin habeat dicti reſidui vſu-
fructum,in quo eſt inſtituta,arg.l. ſi poſt mortẽ. §. libe-
ri.ff.de bon.poſ. cont.tab. Auctoritates autem pro hac
ſententia extãt,Caſt.in conſ.459.Dubium,de quo quę-
ritur.col. 2.lib.2. ſiue relinquatur etiam domina & vſu-
fructuaria,ſecũdum Caſt.ibi nu.2.quia idem eſt,ac ſi in-
ſtituta ſit hæres in vſufructu,vt parùm antè dixi verſ.ſe-
cũdo,idem ſi teſtator.& Paul.de Mon.Pic.in d.§.Titia.
in d.q.26. vbi ſæpiùs firmat hanc eandem ſententiã ſub
nu.97.ver.aliquãdo.n.& primo.& ſub.num.98.verſ.te-
nendo hanc opi.expreſsè dicit,ꝙ filius habebit ꝓprie-
tatem in totum, quia de legitima reijcitur grauamen,
poſtea reſiduũ proprietatis accreſcit legitimæ filij,cum
illa non habeat cohæredem,vel ſubſtitutum vulgarem,
& omnino illã eſt habiturus:l.cum hęres.§.qui ex parte.
de acq. hæred. & not.in l. hæres inſtituta. C. de impub.
reſiduum autẽ vſusfructus remanebit apud vxorem le-
gatariam, & idem ſub num.99.verſ.& tantò fortius,&
ſub nu.101.verſ.aliquando verò.& ſub.nu.102.verſ.ideo
mulier inſtituta.& ſub.nu.103.ver.vnde cõclude.In quã
tũ dicit, cogita, quia res non eſt ſine dubio,intelligit,in
quãtũ vxor habeat alimẽta ac vſumfructum ſecundum
diuerſitatẽ opinionis ſuæ,quæ erat, ꝙ haberet alimẽta.
& opi.Caſt.eſt, ꝙ habeat vſumfructũ, & in hoc ẽt.Caſt.
dicit ſub correctione meliùs ſentiẽtis:quia quoad prin-
cipalẽ noſtrã ſententiã de filio exiſtẽte purè hærede ꝓ-
27 prietatis in totum, ſæpiùs intrepide firmant.† eſt enim
quid firmioris & magis deliberatæ ſententiæ, quæ per
eundem authorem ſæpiùs firmata ſit:leg.filium.§.ſed ſi
portio.de leg.præſ.ibi & Iul.ſæpiſſimè ſcripſit,aſſentiũt
Caſt.conſ.86.colum.3.ad prin.lib.1.&Menoch.conſ.85.
28 num.96.in fin. Iam† quòd filius inſtitutus ſic poſt mor-
tem matris vſufructuariæ poſſit ratione ſuæ legitimæ
adire hæreditatẽ, & conualidare teſtamentũ poſt Ioan.
And. ꝓbãt Alex.in d.l.extraneum ſuper fi.ver.quod ta-
men limita.& ibi Iaſon ad fin.& Gul. Benedic.in d. c.
Raynutius.num.8.& Socin.Iun.conſi.85.num.12.lib.1.
& quando filius fuit inſtitutus poſt mortem matris etiã
ſimpliciter inſtitutæ in vita,& vltimo appellatus domi-
nus,quod eſt idem, quod ſit appellatus hęres vniuerſa-
lis.d.l. his verbis.in princip.& §.penul.Inſtit. de hæred.
qual.& diff.vxor cenſenda eſt vſufructuaria.tenet Bald.
conſil.189.Caſus talis eſt. Petrus lib.1. confirmo prędi-
29 ctam rationem, ex communi concluſione, quòd † ſi fi-
lius ſit vniuerſaliter inſtitutus ſub conditione pro parte
legitimę, reijcitur talis conditio, & vbi non habet ſub-
ſtitutum vel cohęredem, cętera bona alia ipſo iure ſibi
accreſcunt:per l.ſi liber.§. Titius.ff.de hęred.inſtit.tra-
dit Caſtr.in l.ſuus quoq;.in prin. ſub num.3. ff.eo.& in
l.fi.ſub num.2.& ibi Imo.de cond.in refert & ſequitur
Ant.Gomes.ſuo comment.in tom.1.cap.11.nu.32.quod
procedit.& in conditione caſuali per l. ſcimus.§. cum
autem.C.de inof.teſtam.ſequendo commu.opi.Bartol.
latè defendit Caſtr. in d.l.ſuus quoque. in prin.col.2.
30 Quare † male & nimis generaliter in filijs ſic poſt
mortem matris vſufructuarię inſtitutis contra eorum
iura ſuprà adducta, & contra dictas authoritates non
tangendo,neq; explicando difficultates,videntur loqui
Bald.d.conſ.84.lib.4.& Roland.à Vall.d.conſil.29. ad
fin.lib.4.& Ceph.conſil.563.num.37. Rimin. Iun. conſ.
168.num.6.& ſeq.ideo eis cõtra ſententiã iſtam ſic iure
firmatã minimè ſtandum, neque credendum eſt,quan-
tæcunque ſint authoritatis, per ea, quæ ſcripſi ſuprà in
proœm. præſentis tract. Quinimo addo eundem Rim.
Iun.conſil. 170. col.1. & ſeq. confirmare in terminis d.
opin,Caſt.& Pici.& ali.ſuprà firmatam, & ſequitur Ga-
bri.



bri.Rom.de commu.concluſ.lib.5.de vſufr.concl.2.nu.
35.idem repetit & firmat idem Rimin. Iun.conſil.291.
num.32.
31 Vide quandoq; in facto † contra prædictam ſenten-
tiã opponi de agnatis certi gradus maſculis per ſtatuta,
excludentib. fœminam filiam quæ poſt mortem matris
vſufructuariæ fuiſſet inſtituta hæres breuis & clara ſo-
lutio eſt,quòd cum agnati aliàs non ſuccederẽt,ſed ma-
ter inſtituta eos & filiã excluderet,perinde ergo haben-
tur agnati,ac ſi non extarent:ita in ſpecie reſpõdit Caſt.
conſ.276.Puto ſine dubio.ad fi.lib.2.ſequitur Dec. cõſ.
296.col.2.num.5.& per tot.bene reſpondit.
32 Si quidem talis† filia decederet, pendente conditio-
ne mortis matris hæredis vſufructuariæ, vltra ꝙ dictum
eſt,eam dici hæredem purè in tota proprietate,ita quòd
non eſſet dubium de tranſmiſſione, tamen dicendum
eſt cum ratione quotæ proprietatis illegitimæ ei datur
ius accreſcendi ad reſiduum proprietatis, vt probatum
eſt, ideo ius iſtud reſidui proprietatis ſic admixtum &
iunctum cum iure accreſcendi etiam conditionale trã-
mitteretur ad hæredes,de hoc per illam magis com.con
cluſ.de qua per Burſ.Mãt.cõſ.71.nu.12.& ſeq.poſt Soc.
conſ.6.col.4.nu.10.& ſeq.lib.3.Cur.Iu.cõſ.16.col.3.ſub
num.6.ver.mouetur etiam ſecundò.Pariſ.conſi.77.col.
4.nu.23.lib.2.conſ.1.nu.3.lib.3.Rui.conſ.178.col.2.ſub
nu.2.conſ.201.col.5.nu.7.lib.2.Odd. Peruſi de compẽ.
par.5.q.1.art.2.verſ.limitatur ſeptimò,latè defendit fo.
187.Zanc.in§.cum ita.num.276.& ſeq. ad Tre. Ceph.
conſ.15.num.45.
33 Tertio caſu principali, quotieſcunq;† teſtamentum,
in quo hæres quis eſt inſtitutus in vſufructu tm̃, rumpi-
tur,& irritum eſt præteritione eorum,qui pro validitate
teſtamenti erant inſtituendi,ꝙ etiam euenit,ſi poſt mor
tem vſufructuariæ ſint inſtitutæ hæredes vniuerſales fi-
liæ teſtatoris,in ſpecie firmat Dec.conſ.478.col.1.nẽpe
particularis huiuſmod. inſtitutio obtinet vim ſimplicis
legati,& nullum ius accreſcendi viget ad inſtitutionem
hęredis vniuerſalis inducendam & conſeruandam per
tex.ibi Bart.in auc.ex cauſa.num.15.C.de liber. præter.
cum quo ibi communiter Doct.tranſeunt,dicit ibidem
Cur.Iu.num.51.&Imo.in d.§.ſi ex fundo.nu.25.& in d.l.
ex facto.nu.2.& ibi Bal.col.1.verſ.ſecundò determina-
tur,& in ſpecie per gloſ.in l.liberis.de except.doli mali.
conſulendo firmat idem Bal.conſ.179. Quędã domina.
34 in fi.lib.1.&conſ.387.Quædã dña.in fi.lib.5. Tunc† clau
ſula codicillaris ẽt non operaretur, cum à filio præteri-
to fideicommiſſum præſtandum nõ valeat, l. qui filium.
C.de fideic.& l.2.de leg.3.per Oldr.con.171 ad fin.acce
dente quoq; quòd mortua vſufructuaria hęrede ſcripta
non eſſet,cui eſſet fideicommiſſum reſtituendum : ideo
& id nullius momenti eſſet:l.quidam referunt.in princ.
de iure codicil. & qñ in vita vſufructuariæ haberet cla.
codicillaris operari,id eſſet ſolum ad præſtandũ ei vſum
fructum relictũ,vt bene ꝓbat Pariſ.conſ.17.in fi.lib.3.
35 Quartò, vbi † teſtator non verbis directis, ſed obli-
quis, vel cõmunib.ſimpliciter legat, vel iure legati reli-
quit vxori vel matri vſufructum omnium ſuorum bono-
rum,& poſt eius mortẽ inſtituit fratrẽ vel aliũ extraneũ
eius hęredẽ vniuerſalẽ,iſto ẽt caſu vxor dicitur legataria
vſusfructus,quem capit adita hæreditate ſtatuti per hæ-
redem inſtitutum, qui purè cenſetur inſtitutus permit-
tendo per vxorẽ capi legatũ vſusfructus,& interim pro-
prietarius, quoad nudam proprietatem moriendo trã-
mittit hæreditatẽ ad hæredes,tradit Bald.in d.l.id, quod
pauperib.in q.18.ſub num.16.ver. aut vxor. & in l.hære-
ditas ex die.de hæred.inſtitu.in l.ſi ſeruus.§.1.de vulg.&
pup.& conſ.26.Videretur dicendũ.lib.5.poſt Imo.& ali
quos allegat,videtur re ꝓbare Alex.in d.l.extraneũ. ſub
num.8.&ꝙ legatũ nõ valeat defectu impoſſibilitatis adi
tionis hæreditatis, & ibi Iaſ.col.pen.& fi.dicendo, quid
teneat,& limitando,quaſi inciditur in idem. Bal.opi.vi-
detur defẽdere Pau.Pic.d.§.Titia.nu.106.quin tamẽ di
catur legataria,quod eſt de quo agimus, nemo dubitat.
36 Quintò quandoque† teſtator inſtituit hæredẽ vſufru-
ctuariam vxorem, donec vixerit, &c.& aliũ in proprie-
tate vel ſimpliciter hæredẽ vniuerſalẽ inſtituit expreſ-
ſione aliqua adiecta,quòd hęres inſtitutus non moleſtet
vxorem in vſufructu, tũc quoque vxor legataria eſt vſus
fructus,& proprietatẽ habere nõ põt, quia in ea intelli-
gitur inſtitutus cohæres, quo exiſtente, ceſſat reg.d.§.ſi
ex fundo.& per tex.à cõtrario ſen.in l.cohæredi.in fi.de
vulg.& qui pure inſtitutus, & nõ poſt mortem vxoris ab
initio poteſt adire, & cenſetur inſtitutus in vniuerſa ꝓ-
prietate,vt Per Caſt.conſ.71.Ad primum breuiter.verſ.
quantum verò ad tertium.& d. cõſ.459. Dubium.col.2.
verſ.tertio caſu.lib.1.Idem vbi cohæredes ſunt inſtituti
poſt nominatam vxorem hęredẽ vſufructuariã,& donec
vixerit vidua,& poſt eius mortem aliter non inſtituti,ea
quidem tranſeunte ad ſecundas nuptias, ꝙ inſtituti ad-
mittantur,& conſequãtur vſusfructus conſolidationem
cum proprietate,reddendo rationes,cur pro ea requiſi-
tus noluerit conſulere, & firmare cõſilium Doctoris nõ
mediocris prouinciæ Marchiæ pro ea emanatũ in cauſa
Piſaurẽſi rñdit Nat.conſ.570.Fateor ego quoq; ꝓ eadẽ
requiſitũ in eodem iuris articulo me noluiſſe cõſulere,
in quo dixi ſemper eam ius non fouere, in eo autem, ꝙ
pro ea ſentiebam,reſpondi conſ.76.lib.1.
37 Sextò, quandoquidem etiam vxor † eſt hæres in vſu-
fructu inſtituta, donec vixerit honeſtè,& vidualiter, &
poſt eius mortem eſt inſtitutus vel ſubſtitutus alius, di-
uerſæ tamen formulæ, pluresq; clauſulæ in teſtamentis
ipſis appoſitę legũtur,quib.manifeſtiſſimẽ colligitur, te
ſtatorẽ voluiſſe,eam eſſe merã legatariã vſusfructus,quo
durante,illũ poſt eius mortem inſtitutum, purè eſſe hæ-
redem in proprietate,& illã adiectionẽ, poſt eius mortẽ
inſtituit,quatenus ſapiat fideicommiſſum, tunc eſſe im-
peritię lapſu poſitam,& nullum fideicõmiſſum dicimus,
per tex.in l.qui fructus.de vſuf.leg.Harũ autẽ clauſularũ
formularúmue aliquas hoc ĩ loco aſcribere nõ pigebit.
38 Prima eſt, quando† teſtator liberat vxorem ſic hære-
dem vſufructuariam inſtitutam ab onere ſatiſdandi oc-
caſione vſusfructus,vel cõfectione inuentarij,vel à red-
ditione rationis de adminiſtratis circa fructus & bona
ſuæ hæreditatis,vel ab alijs liberat eã,ad quæ re vera te-
netur vſufructuarius:de quib.per Iaſ.conſi.40.col.1.lib.
1.& Dec.conſ.565.in prin.ex hoc.n.habetur, teſtatorem
ſenſiſſe vxorem viuentem fore vſufructuariam, & non
proprietariam, adducit Soc.conſ.131.col.fi.lib.1.& ple-
nius Dec.conſi.278.col.3.verſic.5.& verſic.ſeq.ſequitur
Ceph.conſi.37.num.33.addo Bal.conſi.273.Modò quę-
ritur.verſ.ſecundò ex eo,quòd matrem.lib.4.vbi ex hoc
euidenter appareret,quòd teſtator alium hæredem inte
rim eſſe voluit,cui ſatiſdatio de iure præſtãda fuiſſet:idẽ
per Ruin.conſi.17.num.13.lib.2.
39 Secunda eſt,vbi † teſtator vxorem inſtitutam in vſu-
fructu tãtum hæredem ſimpliciter appellat, & eos,quos
poſt eius mortẽ inſtituit,vel ſubſtituit hęredes vniuerſa-
les nuncupat, exinde colligitur,ꝙ vxor ſit tantum hæres
in vſufructu,& alij vniuerſaliter in cæteris, & ſic in pro-
prietate ſint hęredes,qui ideo non habeant cohęredem
dictam vxorem,ſimpliciter adducit Dec.conſi.597.col.
1.verſi.quarto loco confirmo auctor.Caſtr. conſ.294.in
cauſa quæ vertitur.col.2.ſub nu.3.verſi.ſed hic aduertẽ
dum.lib.2.vbi ex hoc clare infert, vxorem haberi,perin
de ac ſi inſtituta eſſet in re certa,dato cohęrede vniuer-
ſali in proprietate.& Bal.cõſ.196.ſuper eo, ꝙ quæritur.
col.pen.& fi.ſub verſ.præterea hic teſtator.lib.4.vbi di-
cit, hanc rationem eſſe, quæ tangitur q.15.ſ.quòd certè,
cum teſtator dicit,Subſtituo vniuerſalem hæredem,ne-
mo dubitat, debere in dubio ad omnia extendi, &

 omnia

omnia cõplecti.facit l.nihil aliud.de verb.ſign. & quod
ſcribit idem Bald.conſ.186.quia allegationes.ſub nu.4.
col.2.in prin.lib.1.ver.vbi dicit, quòd valde eſt conſide
randa dictio vniuerſalis, quæ iure vniuerſitatem deſi-
gnat.ad idem Pariſ.conſ.43.nu.50.lib.3.Sign.conſ.175.
ſub.num.6.ver. & potiſſimè.

40 Tertia eſt, ſi contingat, † talem inſtitutam in vſufru-
ctu ſæpè & pluries in teſtamento nominari vſufructua-
riam, vel quòd non debeat moleſtari in vſufructu, vel ꝙ
habeat plenum & integrum vſufructum, tunc huiuſmo-
di geminatio oſtendit præciſam voluntatem teſtatoris,
vt alia interpretatio non admittatur, neq; fiat extenſio
ad alia, niſi vt verba geminata ſonant, etiam ſi materia
ſui natura eſſet proportionabilis ad alia: per gl. in ver.
diœceſanis.in cle.1.de iure patro.tradit Goz.cõſ.30.nu.
3.cõſ.52.nu.2.Dec.in l.fi.n.2.in addi.nou.l qui teſt.face.
poſ.cũ ſi, de verbis geminatis, alibi ſuprà p me ſcriptis.

41 Quarta eſt, cum † illi inſtituti poſt mortem vxoris v-
ſufructuariæ in alijs partib. teſtamenti appellantur hæ-
redes circa aliqua in vita vxoris p eos agenda, vel non:
hoc enim demonſtrat, eos eſſe hæredes in vita vxoris in
proprietate, & eam ſolam dici vſufructuariam: adducit
Dec.d.conſ.278.col.3.ver.ſexto. & ver. ſeq. & Ceph. d.
conſil.37.numero.38.39.40.& conſil.436.numer.28.&
ſeq.facit, quod qualitas iuncta verbo, intelligitur ſecun
dum tempus verbi: l.in delictis.§.ſi extraneus, de noxa.
acti.l.2.cum trib.ſeq.de aur.& arg.leg.facit, quòd dum
illi tales inſtituti vltimò appellantur domini, vt quòd
ſint domini vel patroni, in ſpecie tradit Bal. conſ. 189.
Caſus talis eſt.Petrus.in fin.lib.1.

42 Quinta eſt, † vbi in teſtamento ſcriptum reperitur
præceptum factum illis inſtitutis poſt mortem vſufru-
ctuariæ, ne debeant compellere eam ad culturã poſſeſ-
ſionum hæreditatis, vel ad aliud eam moleſtare, dum vi
xerit ſimpliciter, vel appoſita pœna priuationis proprie
tatis, apparere, tunc ſic coniecturatur, fuiſſe mentem te
ſtatoris, etiam viua vxore vſufructuaria proprietatem
hæreditatis fore eorundem inſtitutorum, eamq; viuen-
tem non intelligi habere proprietatem cum vſufructu,
tradit in terminis Fulg.conſ.58. paterfam. ad fi. verſ. &
hanc fuiſſe mentem.& Dec. d. conſ. 278. col. 3. verſic.
5.& Ceph.d.conſ.37. num. 34.

43 Sexta eſt, quãdo † facta inſtitutione de vxore ſeu alio
in vſufructu omnium bonorum, & poſt mortem vſufru-
ctuariæ facta inſtitutione, vel ſubſtitutione de alijs hæ-
redib, vniuerſalibus, teſtator declarat & limitat inſtitu-
tionem illam de vxore, ſeu alio factã in vſufructu non
intelligi, nec importare vult, & iubet, niſi vſufructum
tantum dictæ ſuæ hereditatis, tunc ſanè dicendum vide-
tur, omnem ambiguitatem, & perplexitatem nõ parùm
vexantem, & controuerſos reddentem Doct. vt ex ſupe
rius ſcriptis apparet, fuiſſe interpretatam & declaratam
ab ipſo teſtatore, quòd vſufructuaria viuens nõ proprie
tatem, ſed vſumfructum tantũ habeat, hæc enim expri-
mitur verbis declaratiuis, limitatiuis, exceptiuis, & taxa-
tiuis ſimul iunctis, adeò ꝙ ſuper eis aliter velle diſcurre
re & interpretari, nulla verborum ipſorum interpreta-
tio tantum, vnquàm valere poterit, vt melior ipſo teſta-
toris manifeſtiſſimo ſenſu exiſtere poſſit, iux.l.3. C. de
libe.præte.& l.ille.§.1.de leg.3.& l.cõtinuus.§.cũ ita. de
verb.obl.Bal, & alij in his quæ. de cond. & demon. per
4 † ſequentẽ.n.ſcripturam precedens determinatur, & re
ſtringitur.gl.in l.cum in teſt.§. fin. & in l. qui non mili-
tabat.§, Lucio.& ibi Bal.ff.de hered.inſt.& nulla melior
interpretatio, & declaratio haberi poteſt, quàm ea, quæ
habetur ab ipſomet teſtatore: Pariſ.conſ.91.nu.27. cõſ.
97.nu.25.lib.2.Grã.conſ.ciui.105.nu.6.7.Cur.Sen. cõſ.
29.nu.5.Dixi aliâs ante, & vbi ex verbis teſtatoris colli-
gitur, quòd voluit per aliquam adiectionem limitari le-
gatũ, & limitatur per l.Titia Seio.§.ſin.de legat.2. & l.
ſpecies.de aur.& arg.legat.firmat Bar.in l.4.in prin. ſub
nu.4.de ali.leg.& in terminis Iaſ.cõſ.8.col.10.ad fi.lib.3

Cum ergo his caſibus ſuprà proximè enumeratis
45 † vſufructuaria ex lege teſtamentaria expreſſa, & per
coniecturas prædictas, non poteſt habere, niſi vſumfru-
ctum tantum, inſtitutis poſt eius mortem nequaquàm
dici poterit grauata ad reſtituendum proprietatem,
46 quã non habet: quia nota Iuris Regula eſt, † Neminem
poſſe dare, quod non habet: l.§.ſi.fin.ff.de offi.procon.l.
traditio.de acq. re. domi. l. ſi liberam. C. quod cum eo.
*mal da chi non ha, dice la campana di S.Pietro*, hoc dicit Bar.
in l.ſi vniuerſæ.C.de leg. placet, non cogi eum reddere,
quod non habet, dicit text.in l.mulier.§.ſed etenim. ad
Trebel.& grauamen fideicommiſſi non eſſe vltra com-
modum, & quantum relictum eſt: l. filiusfa.§.ſi poſt ac-
ceptum. de leg.1.l.Imperator.§.ſi centum.de leg.2.iure
autem accreſcendi ipſa vſufructuaria nõ poteſt habere
proprietatem, lege dicta teſtamentaria ſic declarante, &
limitante, per l.quoties.§.ſi duo.ff.de hæred. inſti. l. Lu-
cius.§.quæ habebat.ff.ad Treb.per Hier.Cagn.in rubr.
47 nu.56.quando non peten.part. vbi quòd † in diſpoſitio-
nibus limitatis ius accreſcendi non habet locum cum
pluribus, per Iaſ. in l.qui quartam.§.1. de leg.1. maximè
ob diuerſam orationem, & ob omnimodam rerum ſe-
parationem: Vaſq.Hiſp. de ſucceſ.progreſ.lib.3.§.23.de
taci ſubſt.vel iu. accre. nu. 102.prout his caſib.dictis di-
uerſæ orationes deprehenduntur, & ſeparata ac diuerſa
res reputatur vſusfructus & proprietas, antè probaui
per l.planè vbi.§.planè ſi aliter. de leg.1. ad idẽ Martia-
nens.Forliuien. conſ.1.num.27.De hoc etiã in caſu iſto
non eſt neceſſarium quærere: quia proprietas vel ſub
conditione per §.hæres. inſtit. de hæred.inſtit.& not.in
d.l. extraneum. C. eo. vel veriùs purè dicitur pertinere
ad hæredes vniuerſales iam inſtitutos: ita ceſſat reg.d. §.
ſi ex fundo.& dict.l.ius noſtrum. per Alcia.in d.l.verbis
ciuilibus.ſub num.24.de vulg.Caſtr. in d.l.filius à patre.
in prin.ad fin.poſt.gloſ.& Bal.cũ Ang.ibi.ad fin.illa ad-
48 iectio † poſt mortem vſufructuariæ, quæ voluntate ex-
preſſa, teſtatoris, nõ poteſt habere, niſi vſufructũ ſolùm,
nihil videt operari, vti appoſita lapſu imperitiæ per d.l.
qui fractus.de vſuf.leg.& expreſſa, quæ tacitè inerat, per
l.3.de leg.1.cũ vſusfructus morte finitur.§ finitur autem
Inſti.de vſufr.ita in ſpecie firmat Fulgo.d.conſ.58.ad fi.
verſ.illud porrò.& Soc.conſ.102.col.pen.num.13.verſ.ſi
ergo teſtator.lib.3.& Pariſ.cõſ.17.col.fi.lib.3.Hoc enim
ſolùm ipſa adiectio poſt mortẽ vſufructuariæ, &c.videt
poſſe operari, vt debeat mors expectari, quantũ ad effi-
caciã emolumenti cõſequendi, per gl.Bal.Ang.& Caſtr.
in d.l.filius à patre.ad fi.& idẽ ibi per Iaſ.ad fi. poſt Rõ.
cõſ.71.ꝙ eſt etiã inter conſ.Caſtr.cõſ.280.lib.1.& Alex.
& Aret.in d.l.filius à patre.quando precipuè vt in his ca
ſibus proximè adductis vxor non inſolidũ hæreditatem,
ſed certam rem, ſ.vſufructũ habitura eſt, & cohæredem
in reſiduo habet, licet poſt mortẽ, quoad efficaciã con-
ſequendi emolumẽtum, ſed tamen quoad eſſentiam ac
quiſitionis puræ: quia dies mortis tunc reijcitur de me-
dio, ita vt conueniens menti, & conſuetudini communi
teſtantium erga vxores vſufructuarias tenendum exi-
ſtimo, vt tantundem etiam paſſim Doct. atteſtantur in
locis ſuprà alleg. & Vincen. Carocius Tuderti. ad reg.
cũ quid.part.2.in 5.& vlt.ampli.nu.9.de Reg. Iur.in 6.
cart.107.& Ceph.d.conſ.436.nu.29.30.

49 Quid autem, ſi facta ſit † vniuerſalis hæredum inſti-
tutio, & poſtea ſit reſtricta ad certam rem per ipſos he-
redes conſequendam? valet quidem inſtitutio, vt here-
des retenta dicta certa re cenſeantur grauati ad reſti-
tuẽdum reliquum iure fideicommiſſi venientibus ab in
teſtato, per l.peto in princ.de leg.2, reſpondit Bal. conſ.
468. Quidam Titius. lib.1.Idem, ſi premorictibus ante
heredem inſtitutum ſubſtitutis vniuerſaliter ſuperſit
alius



alius ſubſtitutus in re particulari & certa, quòd is ſanè
efficitur vniuerſalis ſubſtitutus, & fideicommiſſarius,
vt latè probat Iaſ.conſ.72. lib.3.

*Alijs.* Proſequendo eandem clauſulam præmiſſam
50 inſtitutionis hæredum, per hanc quidem dictionem, †
Alijs, Gualden. de arte teſtan. titu. 4.cau.4. tradit re-
medium contra conſil. Alex. conſil. 56. verſ. vnde cum
in teſtamento.lib. 3. per Ferrari. cau. 32. adductum pro
alia cautela contra vſufructuarium fundi, quòd cum
eo pro medietate vſufructus concurrere debeat vniuer
ſalis hæres inſtitutus pleno iure, eò quòd cum iſta ad-
iectione, pleno iure, hæres etiam ſit in vſufructu: à
quo quidem abeſt heres ob præmiſſam dictionem, Alijs,
quæ eſt relatiua diuerſitatis, nec comprehendit præle-
gata, quibus aduerſatur, per Gloſſ.in verb.l.alio.in l. 1.
ff.de condi.inſtitu.probat Paul.de Caſtr.conſil. 398. Et
circa primum.ad fin.lib.2.& Corne.conſi.91.colum. 4.
verſic.illa verba.lib.1.ſupra alleg.quæ allegationes pro-
priores ſunt illis, quas adducit Gualden.in dic.cau. 4.
quæ ſanè procederet, ſi legatum vſusfructus præcede-
ret, vt dictio, Alijs, indicet diuerſa, ſecùs ſi ſequeretur,
vt euenit in caſu dicto conſil.Alexand.quia eſſet in bo-
nis comprehenſis in tali plena inſtitutione, tamẽ dubia
videtur mihi hæc deciſio Alex.fundata in ſola adiectio-
ne illa: Pleno iure, quia licet iura alleg. per Alexan. di-
cant, eam ſignificare proprietatem & vſumfructum,
nihilominus vbi vſusfructus ſpecialiter & expreſsè alij
relinquitur, remanet ambigua ſignificatio talis adiectio
51 nis, † & multipliciter interpretabilis, vt dicit Ang.in l.
Iulianus.§.fina.ff.de rei vendic.& habet diuerſos ſigni-
ficatus dicit Paul.de Caſt.conſil.28.In cauſa.colum.pe-
nul.ſub verſic.præterea. lib. 2. & debet intelligi ſecun-
dum ſubiectam materiam, Ruin.conſil. 136. colum.4.
ſub num. 8. lib. 2. itaque non comprehendat alijs con-
ceſſa per doctrin.Innoc.in cap.veniens.de ſent.excom.
quòd Papa concedens plenam exemptionem, non in-
telligitur eximere à iuriſdictione diœceſani, rela. per
Ang.in dic.l. Iulianus.§.fin. ad fin.faciunt dicta per Al-
ber.in l.Sempronio.in princip.de vſufruct leg.ergo.vſu
fructus pertinet ad ſolùm vſufructuarium ex legato, &
non ad heredem, in quo non procedit, l.ſi alij.de vſufr.
leg.ſecundum com.opin.atteſtatam per Pariſ.conſ.94.
num.34.lib.2.

52 Item per hãc dictionem, † Alijs, denotatur diuerſitas
ab alijs relictis: Capra conſ. 77. col. 2. verſ. ſatis enim
apparet.Dec.d.conſ.653. nu. 5. & non remouet ſpecia-
liter prouiſa.Iaſ.con.18.ad fi.lib.1.& Pariſ.conſ. 45. col.
1.n.5.lib.3.& ſine adiectione, Alijs, hæres in omnib.bo-
nis inſtitutus debet præſtare legata: Bero.conſ.3. nu.25.
lib.2.& Rui. conſi.32. num. 8. lib. 2. contrarium tenet
Dec. conſil. 653. nu. 6. quomodo poſſint concordari,
dicetur in lib. ſeq. circa interpretationem legatorum.

53 In cæteris † reliquis bonis, in reſiduo ſuperfluo bo-
norum eiuſdem interpretationis ſunt, quòd vniuerſita
tem bonorum continent etiam eorum, quæ alijs relicta
ſunt, ſi repudiantur, vel vt legatarijs præſtentur: l. cum
optio.de opti. leg. l. poſt reliquorum. l. cæterorum. de
verb.ſign.& l.2. C.de hæred.inſt. & in his Glo. & Doct.
& Bar.in l.ſi certarum, in prin. ff. de mili. teſt. & Cum.
conſ.114.col.3.Alex.cõſ.130.nu.8.lib.2.Rom.Sing.35.&
Franch.in c.1. col 24. ſub verſi. ſed quæritur primò. de
54 teſtam. in 6.Ex † his tamen, quæ alijs relicta, vel diſpoſi-
ta ſunt, inſtitutus in reliqua parte, in qua parum, vel ni-
hil eſt, nihil habet: vt l.item quòd Sabinus.§.aliter.ff.de
hæred. inſtit.

55 *Suis † bonis.* Demonſtratur his verbis, non contineri
in inſtitutione bona feudalia, vel emphyteutica, Ang.
Aret.in d.glo.76.nu.3.Adde Alex.conſil.91.col.8.lib. 1.
duplic. conſil.11. lib.3. & Corn. conſil. 165. col. 4. in fi.
lib.2.& Cum.conſil.11.& Rolan.à Val.cõſ.71.num. 26.
& ſeq.lib.2.Nemo enim de alienis teſtatur: not. Glo.in
verſi.Teſtatur.in l.conficiuntur.§.huius autem de iure
codicil. Suorum.n.bonorum appellatione non ve-
niunt ea, in quibus habet teſtator vſumfructum, vel pi-
gnus, ſed ea, quæ pleno iure ſunt ſua, in quib. habet do-
minium, vel quaſi, & quæ numero ſuorum habet, & ſua
opinatur eſſe, & bona fide poſſidet: l.cũ ſuæ. cum dua-
bus legib.ſeq.& ibi Bar.& l.nuper.de lega.3.& l. bono-
rum.§.1.de verb.ſign.& nouiſſimè Franc. Marzar. Vi-
cent.in mater.fidèicom.par.2.q.4.& intelligitur, in ſuis
bonis, id eſt, ipſius teſtatoris, cũ ſcriptura in tertia per-
ſona loquatur: Bar.in.l.cum in teſtamẽto.de aur.& arg.
leg.& bona in ſolutum accepta, vel aliter acquiſita ex
credito vel iuribus teſtatoris dicuntur hæreditaria te-
ſtatoris: Alex.conſil. 49. lib.3.dupli.conſ.21.lib.6.pro-
bat tex.in d.l.bonorum.§.1.ſecus, ſi fuerint acquiſita ex
contractu priùs inito cum defuncto. Pau.de. Caſ. conſ.
343.Quia ex allegationibus.Circa prin.l.1.& contra cõ-
cluſionem prædictam Alex.vide conſ.326.Pau.de Caſt.
lib.2.quod non credo verum: quia l. quod his verbis.
de leg.3.per eum alleg. non probat ſuum dictum & niſi
tam in contractu cum defuncto fuerit pactum de retro
uendendo. quia hoc caſu bona reuertuntur ad priſtinã
naturam, & dicuntur patrimonialia: Dec. conſ.88.col.
2.nu.3.Quomodo autem probantur ſua bona teſtatoris
dicetur infrà lib. vlti. Alioquin de rebus alienis quis te-
ſtari non poteſt: Gloſ.in ver.teſtatur.in fin.in d.l. confi-
ciuntur.§.huius autẽ.de iure codicil. & text. in l.fi.in.fi.
C.de pact.niſi conſentiente domino, per l.ſicut.§.ven-
ditionis.ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſolu.not.Bald.in c.
1.in prin.col.fi.verſ.deinde not.de prohib.feu. ali. per
Fede.refert Soc..conſ.13.col.6.lib.1.& Iaſ.conſ.80.col.
4.in 5.dub.lib.1.& in l.cum proponas.la 1.ſupr.fin.C.de
pact.& ibi Iaſ.& late Petr.Pech de teſt.cõiug.lib.1. cap.
12.& per Pariſ.conſ.2.col.3. nu. 20.lib.3. hoc eſt, quòd
præiudicet Domino, & maximè in inſtitutione hære-
dis, vt expreſsè per Papien. in practi. de for. libel. quo
pet.hæred.ex teſt.in gl.ac etiam realiter, nu.9.infertur
etiam ex clauſula ſic concepta non intelligi factã com-
penſationẽ, de his quæ debentur hæred. Corn.conſ.127.
56 ſupr.fi.lib.3. † in dubio ſit interpreta. teſtatorem diſpo
ſuiſſe de bonis ſuis, non alienis: Aret. conſil. 156.col.4.
Ceph.conſ.386.nu.37.niſi per pupillarem ſubſtitutio-
nem, vel exẽplariam: Imo.in l.ſi pater, §.ad ſubſtitutos,
in 1.not.de vulg.ver quando teſtator dicit, quòd non
vult decedere ſine diſtributione ſuorum bonorũ, vel de
ſuis bonis volens diſponere, vel de ſuis bonis reliquit,
de bonis alienis non cenſetur velle diſponere: Corn.
conſ.114.col.fi.verſ. coadiuuantur præmiſſa.d.lib. 3. &
Alex.conſ.171.nu.3.lib.5.& Borgn.Feuiza tract. de vſu-
fr. muli.nu. 108. Marza. Vincenti. tract. de fideicom
par.2.q.4.

## ¶ *SVMMARIVM.*

1 *Bonorum appellatione quæ veniant, an iura & actiones? & quando veniant emphyteutica bona vel feudalia? & quando veniat hæreditas?*

2 *Bona quando appellantur, vel hæreditas, vel pars bonorum, vel pars hæreditatis inter ſe differunt.*

3 *Teſtator relinquens paupertatem ſuam, intelligitur relinquere hæreditatem: idem, ſi reliquerit ſubſtantiam ſuam, vel patrimonium ſuum.*

4 *Hæreditas adita per hæredem, dicitur etiam hæreditas ſaltem largè.*

5 *Bonorũ mobilium & immobiliũ appellatione quæ veniant?*

7 *Emphyteuſis ab eccleſia recepta, an & quando tranſeat ad extraneos hæredes, ſiue fuerit cõceſſa cum ſolennitatib. requiſitis ad alienationem bonorum eccleſiaſticorũ, ſiue ſine eis, quib.non apparentibus, quando præſumatur conceſſa vſque ad tertiam generationem, etiam ſi ſit emphyteuſis, præſcripta.*

8 *Feudum cenſentur hæreditarium ex clauſula conceſſionis, pro ſe & ſucceſſoribus ad faciendum & diſponendum prout ei & ſucceſſoribus ſuis placuerit.*

9 *Emphyteuſis tranſit ad quoſcunque, quando concedēs non eſt eccleſia, ſed priuatus, etiam ſi non ſit dictum, niſi actum ſit in contrarium, quòd non veniant.*

10 *Inueſtitura eiuſq; forma diligenter eſt inſpicienda, cum demonſtret, ſi emphyteuſis vel feudum ſit hæreditaria vel hæreditarium, & quomodo ſic eſſe interpretetur.*

11 *Feudum etiam hæreditarium, quando non tranſeat ad hæredes extraneos.*

12 *Teſtator poteſt validè diſponere de bonis emphyteuticis ſeu dalibus hæreditarijs in ſuo teſtamento, & requiritur, quòd ſint hæredes, etiam comprehenſi nomine hæredum adiecto, pro conſeruanda re tali, ſicq; in bonis liuellarijs debet ſeruari teſtamentum, donec generatio durat, & donec durat ius receptum: ac bona, vbi talia non ſunt hæreditaria, an teſtans incidat in pœnam priuationis, reſpectu cuius pœnæ, an idem ſit in bonis emphyteuticis, quod in feudalibus dicendum, latè diſcutitur.*

13 *Intellectus §. emphyteuſim. in Authen. §. De non alie.*

## ¶SOLVTIO. II.

1 BONORVM † item appellatione quæ veniat, an iura, & actiones, vide l. vxori. in princ. ibi & Bart. & Albe. & in l. fin. de vſufru. leg. & Ang. Aret. in d. gl. 76. & Tiraq. in l. ſi vnquàm in verſ. bona. nu. 8. & ſeq. & ibi num. 14. 15. quando veniant emphyteutica bona, vel feudalia, quando veniat hæreditas. Socin. conſil. 82. col. 2. verſic. pri-
2 mò concludo. lib. 4. † Appellare bona vel hæreditatem, vel partem bonorum, vel partem hæreditatis, differentia eſt: vt l. ſi quis ſeruum. & ibi Bar. & Bal. in §. fi. & l. ſeq. de leg. 2. & Bart. in l. ſi Titius. & in l. mulier. §. fi. ad Trebel. & in repet. ad Bar. in l. ſi arrogator. col. 10. de adopt. teſtator ſi relinquit paupertatem ſuam, intelligi-
3 tur relinquere hæreditatem, † per l. Lucius. §. hæredum. ibi Bart. ad Trebel. & Bal. in rub. C. de verb. ſign. ad fin. pro ſingulari ponit Franc. Cremen. in Sing. 23. Quidam ditiſſimus. Idem eſt, ſi reliquerit ſubſtantiam ſuam, vt l. in teſtamentis. C. de teſtam. & l. Iulianus. ff. qui, & à qui. vel patrimonium ſuum, quod eſt idem, quod hæreditas, per iura alleg. per Dec. conſ. 80. col. 2. ver. & idem in caſu noſtro, & vt per Rui. conſ. 120. nu. 10. lib. 3. & Soc. Iun. conſ 20. nu. 2. 10. lib. 1. ſi tamē fuerit nominata hæreditas in actu inter viuos, vt, dono tibi meā hæreditatem,
4 exponitur, id eſt, bona: Bal. in l. quæſitū. §. pen. de leg. 1. † hæreditas enim adita per hærede etiam dicitur hæred. ſaltem largè: Alex. conſ. 49. ſuprà ſi. li. 4. & conſ. 124. in fi. lib. 4. Corn. conſ. 146. col. 8. lib. 2. Soc. Iun. cōſ. 118. nu. 33. lib. 1. & declara, vt per Bald. conſ. 393. Quæritur vtrū
5 hæreditas. lib. 5. † Mobilium, & immobilium appellatione quæ veniant, dicendum magis oportunè incidet in materia legatorum infrà ſequent. lib.

6 Bona † emphyteutica & feudalia & liuellaria, vt veniant in inſtitutione hæredum, ſolent in teſtamētis hæc verba apponi, In omnibus bonis tam proprijs, quàm emphyteuticis &c. Hęc etiam nō crederem venire, niſi quando ſunt hæreditaria, & tranſitoria ad hæredes,
7 quod quidem cognoſcitur ex concedente, & ex forma inueſtituræ: nam ſi concedens eſt eccleſia, † emphyteuſis ab ea recepta non tranſit ad extraneos hęredes, niſi ad receptorem pro ſe, filio, & nepote: vt §. emphyteuſim. in Auc. de non alien. aut permu. Gloſ. & ibi Alex. in l. etiam. in prin. ſolu. matr. & in conſ. 8. col. 1. lib. 3. & conſil. 89. col. 1. lib. 4. vbi dicit, ita eſſe magis com. opin. idē atteſtatur Dec. in c. in præſentia. col. 1. 17. de prob. & conſ. 171. col. 1. niſi emphyteuſis fuiſſet cōceſſa cum ſolemnitatibus requiſitis ad alienationem bonorum eccleſiaſticorum: de quibus plenè per Couar. de vari. reſoluti. lib. 2. cap. 17. quia tunc trāſiret ad omnes hæredes, ſi ita formiter eſſet alienata, vt ibi per eum, ſic ſaluantē. Alex. in conſ. 189. col. pen. lib. 2. à contrarietate eorum. quę firmauerat in alijs conſil. & per Couar. in d. cap. 17. ſub num. 5. in 4. concl. non tamen ita pertranſit Clar. in ſuo §. emphyteuſis. in q. 28. ver. quidquid tamen, vbi indiſtinctè ſtat cum ſententia magis communi, ſcilicet, quòd emphyteuſis eccleſiaſtica recepta pro ſe & hæredibus, ſiue cum ſolemnitatibus, ſiue ſine, nunquàm tranſit ad extraneos hęredes, ſed ad filios & nepotes tātum recipientes, niſi ſolemnitatibus adhibitis expreſſè fuerit conceſſa pro hęredibus, etiam extraneis, vel pro recipiente, & quibus dederit, vel pro quibuſcunque hęredibus, vt ibi per eum. & in q. 6. verſic. fi. eo. §. emphyteuſis. tutiorem demum hanc opin. dicit Couar. in d. c. 17. in 4. concl. ad fi. ad idem Ceph. conſ. 523. nume. 16. & ſeq. & pro quib. dederit, nō habet locum in infante, emphyteuta decedente: Bald. conſil. 114. Quædam moniales. lib. 1. & quòd poſſit dare & diſpēſare, &c. Rol. à Val. conſil. 42. nu. 7. & ſeq. lib. 1. & per Aym. conſil. 256. col.
8 3. verſ. ſed hic dubitatur. in feudo loquentem, † quòd cenſeatur hæreditarium ex conceſſionis clauſula pro ſe & ſucceſſoribus ad faciendum & diſponendum, prout ei & ſucceſſoribus ſuis placuerit, & per Viui. de commun. opin. in verſ. emphyteuta. incip. Regula eſt. tenentem com. opin. emphyteuſim cōceſſam ſimpliciter pro ſe & hęredibus ab eccleſia, non porrigi ad hęredes extraneos, & per Emanu. Soarez. in theſau. recept. ſent. in lit. E, num. 50. 51. & per Bapt. à Villalobos in ſimil. ſuo tract. de commun. opin. in littera E, num. 57. 58. libuit hos recentiores abſque alijs longioribus à legationibus veterum allegare, vt ſtemus communibus opin. quas pręcipuam colligendi vel referendi eos de com. atteſtantes curam iſti habuerunt: vnde animaduertendum eſt, quando non apparet à principio, vel aliter in alienatione rei eccleſiaſticę emphyteuticę fuiſſe ſeruatas ſolemnitates requiſitas in alienationibus rerum eccleſiaſticarum, & fuiſſe ſtipulatum verbis importantibus comprehenſionem hęredum, etiam extraneorum, in dubio, non vt tranſeat ad extraneos hęredes, ſed vſque in tertiam generationem, pręſumitur emphyteuſis conceſſa, ſ. pro filio & nepote, per dict. §. emphyteuſim. de non alien. & permu. ibi in ſpecie tradit Ang. & Anto. de Butr. in d. c. in pręſentia. col. 3. ſub. num. 13. verſ. ſi tamen conceſſio. & Balb. in tract. de pręſcript. in 3. par. princ. in queſt. 10. num. 35. refert ſolum Balb. Baptiſta à Villalo. in loco modo citato, num. 48. adde & Alex. in l. qui in aliena. in princ. col. 3. in fin. num. 15. ff. de acquir. hæred. Idem eſt in emphyteuſi pręſcripta, quòd ius iſtius præſcriptionis extendatur vſque in tertiam generationem, probat Bald. in c. vlt. ad finem. de feu. da. in vi. leg. com.

9 Si verò concedens † ſit alius, quam Eccleſia, quem Doctores priuatum appellant, emphyteuſis tranſit ad quoſcunq; hæredes, etiam ſi non ſit dictum. l. viam veritatis. C. loca. & l. ſi pactum. ff. de prob. niſi actum ſit in contrarium, quòd non veniant hæredes, vt ibi in Gloſſ. tangitur, & iuxt. text. in l. 2. C. de iure emphyteu. & per Alexan. in l. quod dicitur. nu. 18. 19. 20. de verb. oblig.

10 Forma † inueſtituræ diligenter inſpicienda, Iaſ. conſil. 1. col. 2. circa fin. lib. 3. & Dec. conſil 20. l. 4. nume. 2. demonſtrat denique, ſi emphyteuſis ſit hæreditaria, & feudum hæreditarium, quod eſſe interpretatur, quando in receptione eſt facta mentio hæredum, ſiue deſcendentes, ſiue extranei ſint, vt ſecundum naturam actus, & ſubiectam materiam conceſſionis eſſe poſſunt comprehenſi hæredes, vt ſuprà nunc explicatum eſt, & facta eſt etiam mentio poſteriorum, & hæredum: vt per Bal. in conſ. 200. feudum ſub iſta forma. in prin. & in fin. lib.



lib. 5. & Alexan. conſ. 19. col. pen. lib. 5. Cur. Sen. conſ. pen. col. 5. ſub verſ. ſed quid opus. Ruin. conſ. 162. num. 4. & conſ. 212. num. 2. lib. 1. & Couar. in cap. 18. lib. 2. vari. ſoluti. & Port. Imol. de commu. concl. cap. 16. lib.
11 1. † quando feudum etiam hæreditarium non tranſit ad extraneos hæredes, vide Dec. d. conſil. 208. col. 4. num. 10. & Aym. conſ. 256. col. 3.

12 Ex quibus concluditur validè, † teſtatorem cenſeri diſpoſuiſſe de bonis emphyteuticis & feudalib. hæreditarijs in ſuo teſtō, & compræhenſos etiam nomine hæredum adiecto, requiri, hæredes eſſe pro conſequenda re tali emphyteutica vel feudali, Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. col. 1. de oper. libert. ita eſſe com. opin. dicit Alex. cōſ. 128. lib. 1. & cōſil. 9. num. 12. lib. 2. & Couar. in d. c. 18. in 6. concl. Ita & in bonis liuellarijs, donec generatio compræhenſa durat, debet ſeruari adhuc teſtamentum, & donec durat ius receptum, per l. ſi domus. §. fin. de leg. 1. tradit Bald. conſil. 1. lib. 2.

At vbi bona huiuſmodi non ſunt hæreditaria, vt quando ſunt conceſſa ſimpliciter pro filijs, & deſcendentibus: Bero. conſ. 113. num. 33. lib. 2. nunquid de his teſtans incidat in pœnam priuationis, iux. l. fin. de iure emphyteu. Super huiuſmodi quæſtione conſulti reſponderunt: Oldr. conſil. 270. in quæſtione. col. 1. parcendum eſſe tali teſtatori, quantum ad pœnam commiſſionis, ſicut parcitur ei, qui hæredem inſtituendo vel legando, ſi quid alienet, non incidit in pœnam edicti de alienatione iudicij mutandi cauſa facta, quia dolus abeſt: l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de ali. iud. mut. ca. fac. & per l. 1. de fun. dot. & l. pater. §. Iulius. & §. ſeq. de leg. 3. & Aymo d. conſ. 256. col. 4. ſub verſ. per conſequentiam, eò quia generalis diſpoſitio non extenditur ad prohibita: l. ſi procurator. de condi. indeb. & l. quanquàm de ritu nupt. & quia diſponens de bonis ſuis, non cenſetur intelligere de graue præiudicium inferētibus: ita generali inſtitutione ſine ſpeciali mentione non tranſire emphyteuſim, tenet Cum. conſ. 11. emphyteuta. & Alex. conſ. 136. col. 5. verſ. præterea ille. lib. 1. nec venire in generali obligatione, poſt Bar. & Imo. probat Bero. conſ. 127. col. 5. num. 20. lib. 1. & in ſua quæſt. 95. num. 13. & ſequent. debēt enim exprimi iura emphyteutica: Bart. conſil. 60. quæſtio iſta. ſub num. 4. verſic. præterea poſito. lib. 1.

Hi autem videntur loqui in diſpoſitione de rebus feudalibus, quæ quoad commiſſionem pœnæ ſunt prohibitæ alienari ſine conſenſu domini latiori vocabulo alienationis, Quocunq; modo, vel pro anima iudicare: vt c. 1. de prohib. feud. alienan. per Feder. & eſt. vocabulum generale ad omnes alienationes etiam donationū: vt §. alienationis. in auc. de non alie. aut permu. ſed rei emphyteuticæ, quo ad commiſſionem pœnæ, non eſt ita prohibita generalis alienatio, at ſolum venditio, & poſſeſſionis tranſlatio: vt in tex. in d. l. fi. de iure emphy. adeò, quòd de ea donatio per Gloſ. in d. l. fin. nō eſt prohibita, & legatum non eſt prohibitum, ſecundum com. opin. poſitū per Clar. in q. 15. d. §. emphyteuſis. & etiam hæredum inſtitutio non eſt prohibita, vt conſequentiam facit Iaſ. in d. l. fin. colum. 24. ſub verſ. vltimo: pro complemento. licet quo ad inſtitutionem loquatur in emphyteuta priuati, adeò quòd legando, vel hæred. inſtituendo, emphyteuta non incidit in pœnā priuationis, de qua in d. l. fi. quatenus Imol. & Alexan. & cum his ibi Iaſ. tranſit in l. ſi domus. §. fin. de leg. 1. dicant, reſpondendo obiectioni, quòd emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos, vt quando legatum, vel inſtitutio ſit facta extraneis, procedat, quando alienatio per emphyteutam facta eſt inuita: & dicit Alex. quòd loquitur §. emphyteuſim. in auc. de non alienan. animaduer-
13 tatur, † quòd §. emphyteuſim. loquitur de alienatione facta per emphyteutam, ergo inconueniens videtur corum reſponſio. ego verò putarem, legatum, & inſtitutionem hęredum valere hac ratione, quòd de his prohibitio pœnalis non loquitur, inducta per d. l. fi. arg. ſi ſeruum. §. non dixi prætor. ff. de acquiren. hæredi. l. ventri. de tut. & curator. da. ab his. & l. pen. ſi quis à pat. fue. manu. cū ſimilibus, & quòd mortuo teſtatore, alienatio ſic facta per legatum, vel hæredum inſtitutionē, perdit vigorem, vt expreſsè. Cur. Iun. conſ. 130. col. fin.

Atque id verum eſt, & locum habet in emphyteuſi antiqua, vel ex mera liberalitate cōcedentis non hæreditaria: ſecus eſt in emphyteuſi noua, & pecunia primi receptoris acquiſita: quia is poteſt de tali emphyteuſi legando, vel hæredem inſtituendo, vel aliter ad libitum ſuum diſponere: Alexand. conſi. 28. colum. 1. lib. 5. Corn. conſi. 282. colum. 6. ſub verſ. tertiò videtur dicendum. & ſequent. lib. 3. Socin. conſil. 25. colum. 4. lib. 1. Iaſ. in l. 2. colum. fin. C. de iure emphy. & Goza. conſil. 75. col. 3. nu. 10 & ſequent. pro communi, & quam tenet, ponit Clar. in quæſt. 16. d. §. emphyteuſis. idem eſſe in feudo nouo, & pecunia feudatarij acquiſito, tenet Alexan. d. conſi. 28. col. 1. & per plures authoritates probat Aymo conſil. 135. col. 3. num. 8. & Clar. in quæſt. 40. col. fin. in §. feudum. Pariſ. conſ. 3. nu 19. lib. 1. pro communi ponit. Gabriel. Roman. de commun. concluſ. lib. 3. tit. de iure emphyteu. concluſ. 2. num. 47. & ſequent. raptim citat Doct. limitantes: qui ſunt videndi.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Inſtitutionem hæredum verba dubia interpretari volens, præ oculis habeat continuo verba textus: l. quoniam indignum C. de teſtam.*

2 *Inſtitutio qualis ſit, compræhenditur ex verbis ipſius teſtatoris, & quæ ſint directa verba & directiſſima.*

3 *Inſtitutio hæredis continetur & valet ex teſtamento ſcripto in vulgari Gallico, & demonſtratur per verbum, relinquo, & per verbum æquipollens, adiectum vniuerſitati bonorum: & quando teſtator vocat teſtamentum, vel modo aliquo vocat hæredem, itemq; ex eo, quòd teſtator relinquit legitimam auo, & quando relictum eſt pro falcidia & legitima, & de varijs modis & verbis, quibus cenſetur facta inſtitutio hæredis, latè ponitur & pulchrè declaratur, & quòd talia verba, qualia ſint importantia inſtitutionem, debent eſſe directa ad inſtitutum, & non ad alium, qui accipiat eum in cohæredem.*

## ¶SOLVITVR VNICA SOLVTIONE.

1 DVBIA † verba inſtitutionum hęredum interpretari volens, præ oculis habeat continuò verba text. in l. quoniam indignum. C. de teſtam. quorum vim proprius quidem & vehementius nequaquam proferre poſſumus, quàm ſit eorum ipſa qualitas & proprietas inſpecta: hæc enim ſunt ipſa verba, placuit, ademptis his, quorum imaginarius vſus eſt, inſtitutioni hæredis verborum non eſſe neceſſariam obſeruantiam, vtrum imperatiuis, & directis verbis fiat, an inflexis, nec enim intereſt, ſi dicatur, hæredem facio, vel inſtituo, vel volo, vel mando, vel cupio, vel eſto, vel erit, ſed quibuſlibet confecta ſententijs, vel in quolibet loquendi genere formata, inſtitutio valeat, ſi modo per eam liquebit voluntatis intentio, nec neceſſaria ſunt momenta verborum, quę fortè ſeminecis, & balbutiens lingua profundit, hęc text. verba, qualis enim ſit inſtitutio, comprehenditur ex verbis ipſius teſtatoris, dicit Barb. conſil. 71. columna tertia. verſicu. tertiò facit. lib 3. facio te heredem, hęc ſunt verba directa: per l. filiusfamil. §. vt quis heredem. de legat. 1. not. Ripa in l. ex factorum. in

num.1.ad Trebel. Inſtituit hæredem per verbum directiſſimum: Bald. conſ. 484. Conſiderandum in fin. lib. 2.& not.in l.1.maximè per Aret.col.1. de vulg. & pupil. & pulchrè per Socin.conſil.33.col.5.verſ.præterea licet. & verſ.præceden.lib.1. vbi hæc verba, volo omnia bona mea eſſe talis, important inſtitutionem; idem ſi aſſignauit bona, Alexan.conſ.51. ſuprà fin.lib.8. Idem, ſi factis pluribus relictis alijs dicat, Reſiduum bonorum meorum volo peruenire ad Titium, vniuerſalis hæredis inſtitutio inducitur: arg.l.2. C.de hæred. inſtit. probat Lanfranc.de Oria.in l.centurio.col.14.ver. Vigeſima concluſio.do.vulg.

3 Vnde ex facto conſultus ſuper † teſtamento ſcripto in vulgari Gallico, reſpondit Bald.conſil.136. Viſo teſtamento Blaſini. lib.3. valere teſtamentum & continere hæredis inſtitutionem, vel per verbum, Relinquo, vel, æquipollens, adiectum vniuerſitati bonorum, & paria eſſe, dicere, Te hæredem facio, &, Te dominum facio, Te hæredem inſtituo, &, In manib. tuis.id eſt, in tua poteſtate omnia mea pono, & dare poteſtatem poſſidendi ſine alia authoritate, quæ verba ſapiunt intellectum inſtitutionis, & ex eo, quòd teſtator vocat teſtamentum, voluit hæredem inſtituere, vel modo aliquo vocat hæredem, & ita per ęquipollentiam demonſtrari hęredis inſtitutionem, vt ibi per eum: quem refert & ſequitur Iaſ.in conſil. 164. col.2. ſub verſ. nec dicatur. lib.4.idem Bald. conſil.122. Super primo puncto.num. 4.lib.4.probat inſtitutionem cenſeri factã eò, ꝙ teſtator relinquit legitimam auo, idem ſi pro falc. vel leg. fuerit relictum: quia importat hæredis inſtitutionem. ipſe Bart.& Bald.in auc.vnde ſi parens.C.de inoffic.teſtam.ſic eſt commu. opi. Clar. in §. teſtamentum. in quęſt.38. verſic.ſed quid, quòd maximè inſtitutionem efficiat ipſius vocabuli Legitimę, expreſſio, pulchrè ex facto reſpondit Gabriel.Eugub.ſuo conſi.109.col.1.eſt commu.opin.Deci.in l.humanitatis.nume.3. C. de impub.& ali.ſubſt. Item per verbum, Relinquo, adiectum etiam certę rei, & perſonę de neceſſitate inſtituendę, interpretari inſtitutionem, adducit Fuſgoſ.conſ.90. In quęſtione.col.pen, & ſequent.tenet idem Angel.conſil. 41. Punctus, de quo.col. penult.verſic.ſed hoc non placet.& conſil.148. Dominus Quiricus.col.penult.verſic. ſed alio inſtituto, vbi plenè de verbo, Relinquo. licet commun. opin.ſit in contrarium: Imol. in l. his verbis. in princip. col. 1. ff. de hęred. inſtit. vulgares enim homines & illiterati, neſciũt vulgare aliud verbum, quàm, Relinquo, dicit Bald. in l. quoties. col.2.C. de hęred. inſtit.& de quo in dic. auc. vnde ſi parens.num.4. Nam idem important verba hęc, iure inſtitutionis relinquo, & verba illa, hęredem inſtituo. Bart. in l. filium. §. ſed ſi portio.num. 2. de leg.pręſtan. Bero. conſ.170. nume. 13.lib.2. & de verbo ſolo Relinquo, etiã in re certa importare inſtitutionem in filia, latè probat Rom. conſil. 179. Ampliſſime doctor. col. 4. & Alexan. conſil. 105. col. penul.num.19.lib.4. vbi firmiùs id tenet, quando relinquatur pro parte ſua, & eſt com.idem Alex. conſi. 50.col.fi.num.2.lib.7.& Corn.conſ.298.col.3.lib.1.

Item ex eo, quod quis dixit, Suam eſſe vltimam intentionem, quòd poſt mortem ſuam tales ſuę filię haberent omnia bona ſua, probatur eas hęredes fuiſſe: vt latè probat Alexand. in conſ. 168. lib. 5. vbi nume.6. fortius infert ex doct. Bart.in l. tale pactum.§. fin.ff. de pact. ex eo, quòd quis in actu etiam inter viuos nominat aliquem ſuum hęredem, videtur in eum ſuum iudicium conferre, & eum facere hęredem, ſaltem cum talia verba ſint prolata circa liberos, & alibi verbum aptum ad inſtitutionem, & adiectum vniuerſalitati, ſecundum ſubiectam materiam, & qualitatem perſonę, ne teſtamentum annulletur, interpretari debere, quòd contineat hęredis inſtitutionem, tradit Socin. dicto conſil.33. col. 5. in 2. quęſt. principali lib. primo. Vnde pro hac dubitatione dilucidanda inſpicere oportet, ꝙ vbi ſunt verba directa, vel communia, vel expreſſio hęredis, per l.1. §. ſi ex fundo. ibi. Lucius hæres. de hæred. inſtit. & Alexand. in l. recuſare. §. Titius. ad fin. ff. ad Trebell. vel expreſſio domini per d. l. his verbis. in princ. vel non eſt vniuerſalis hęres. & quis eſt in re certa inſtitutus. per dict. §. ſi ex fundo. & l. quoties. C. eo. vel pro domino aſcriptus per d. l. his verbis. in princ. vel alicui ſunt relicta bona vniuerſaliter, vel indefinitè, vel vni certa re relicta, cæterorum bonorum quis habet relictum, vel inter plures facta eſt diſtributio, vel diuiſio bonorum, & vbi ſunt ſolēnia requiſita ad teſtamentum ex intentione teſtatoris alium hęredem non oſtendente, per hęc, & ſimilia, æquipollentia verba in teſtamento, inſtitutio hęredis ipſa demonſtratur, per text. in d.l. his verbis, in princ. & ibi Imol. & text. in l. 1. §. diuus autem Pius.ff.eo. de hæred. inſtit. Gloſſ. & doct. in l. quoties. C.famil.erciſ. Alexand. conſil. 161. nume. 3.lib. 2. Abb.in cap. Raynutius.nume. 5. & 23. de teſta. & ibi Couar. §. 1. nume. 5. Corn. conſil.35.colu. 3.verſ. tamen pondero lib. 2. & Bald. d.conſil. 136. & in l.id, quod pauperibus. colum.1. C. de epiſc. & cler. & Phil. Franch.in ca.1.col. 24.& ſequent.de teſt.in 6. Bar.in l. centurio.col.penult. nume.41. in fin. de vulg. & Pariſ. conſil.3.col.2. num.2. lib.3. cum alijs allegat.

Aliud quoque eſt animaduertendum, quòd verba talia, qualia ſint importantia inſtitutionem, debent eſſe directa ad inſtitutum, & non ad alium, qui accipiat eum in cohæredem, vel alio modo habeat venire ad manus alterius: quia non eſſet inſtitutio hęredis, ſed fideicommiſſum: vt animaduertit Bart. in l. pater filium. §. fin de legat.3.probat & dicit perpetuò menti tenendum, Pau. de Caſt.in auc.nouiſſima. col.2.verſi. aduerte etiam.C. de inoffic.teſtam. debent quoque adiecta eſſe vniuerſitati bonorum: Ant.Gomez.in ſuo Comment.Iu. Tom. 1.cap.10.num.12.

## ¶LIB. III. INTERP. I. DVBIT. III.

### ¶Solvitvr.

1 *Per nominationem hæredum & expreſſionem qualem à teſtatore factam, vel alijs commiſſum, & relatam per alium.*

3 *Et talem præſumi hæredem, qualis eſt expreſſio, & incapaci, vel ſpurio reperto prouiſionem relinquendi, qualem eſſe.*

3 *Per ius poſtliminij captiui inſtitutionem validam res emptas à Pyratis effici emptoris, ei pretio non reſtituto.*

4 *Per ſtatutum de bonis non alienandis forenſi hunc effici hæredem incapacem, & per plures concluſiones enumeratas de tali ſtatuto.*

5 *Per multiplicem, & hic plenè diſcuſſam ſignificationem vocabuli, Hæredis.*

### ¶Svmmarivm.

1 *Inſtitutio hæredis eſt totius teſtamenti caput & fundamentum, & ſine ea propriè non poteſt appellari teſtamentum.*

2 *Hæres palàm debet exprimi & nuncupari certo nomine, vel indubitabili ſigno demonſtrari, nomine expreſſo cum duobus indicijs & dignitatibus ſingulorum expreſſis effectu ſi duo ſint, & ſufficit tamen, ſi vna demonſtratione oſtendi poteſt, & de mirabili effectu expreſſionis propriorum nominum hæredum, & quid, quando probetur, alium eſſe eiuſdem nominis in agnatione, vel in loco quid agendum.*

3 *Inſtitutio*



3 *Inſtitutio hæredis nulla eſt, non conſtito de corpore, ſeu perſona hæredis, nec ex ipſo teſtamento, aut alio modo, valebit tamen inſtitutio ex ſerie teſtamenti circa modum declarandi perſonam hæredis per teſtatorem indicatum, qualiterque hic modus declarandi contingere poſſit.*

4 *Inſtitutio hæredis incerti cognoſci poteſt à lege ipſa, declarante modum indicatum à teſtatore, inſtituendo hæredes, attinentes, propinquos, vel proximos ſuos: quia intelliguntur inſtituti exiſtentes in potiori gradu ei ſuccedendi ab inteſtato.*

5 *Quid teſtatore relinquente bona ſua cui de iure ſpectant, & pertinet, & eodem in teſtamento aliquid nominatim relinquat attinentibus, puta filiabus: agnatus enim admittetur, de quo probabitur per duos teſtes, teſtatorem ſenſiſſe.*

6 *Teſtator inſtituens vnum ex ſuis attinentibus, ſigno aliquonam apparente, quis nam is ſit, vel dicens, Inſtituo hæredem proximum meum, tunc omnes proximi intelliguntur inſtituti, vt Lex vocat.*

7 *Inſtitutio facta de pauperibus, hæredibus, declaratur per legem, vt cenſeantur vocati pauperes domicilij teſtatoris, & de quibus?*

8 *Inſtitutio facta de naſcituro, dicitur certa indubitabili ſigno.1.ex ſe naſcituro.*

*Idemq; eſt dicere. Inſtitutio ventrem, partum, poſthumum, vel naſciturum.*

9 *Inſtitutio hæredis incerti, facta per teſtatorẽ de vno & nepotibus ſuis, vel ex ſua agnatione, quem vxor eligere maluerit, ſit certa, vxore eligente, qui hæres erit ſic electus, qua vxore differente eligere omnes nepotes vel agnati conſequentur hæreditatem, vti facta inſtitutio ex certo genere perſonarum, ſecùs, ſi eſſet de incerto ex incertis, niſi remiſſio ſit facta arbitrio boni viri, ad quem recurritur, ea non eligente.*

10 *Itemq; ſic declaratio incertitudinis hæredis inſtituti ex aliquo euentu per teſtatotem inſpecto & ferè iuſſo, quo ſeruato is hæres expreſſus intelligi debet, & eo ceſſante, diſpoſitio ſit inutilis.*

11 *Inſtitutio valet de eccleſia conſtruenda.*

12 *Inſtitutio hæredis implicita poteſt cognoſci & haberi ex relatione facta per teſtatorem ad certam ſcripturam, vel coram ſufficienti numero teſtium, quod ea ſit ſuum teſtamentum, tunc hæredes reperti in ea intelliguntur ſic nominati & expreſſi, vel ex relatione facta in ſcriptura teſtamenti, ſe referente ad aliam, de cuius fide non ſit dubium, ita hæredes in hac nominati cenſentur expreſſi in ſcriptura referente.*

### ¶Solvtio. I.

AD duo tendit huius quartæ dubitationis explicatio. Primum, de nominatione, vel expreſſione: alterum, de qualitate hæredis inſtituti.

1 Cum † enim notiſſimum eſt, totius teſtamenti caput, & fundamentum, dici hæredis inſtitutionem: §.ante hæredis inſtitutionem. Inſti. de lega. & ſine ea propriè quidem appellari non poſſe teſtamentum, per alleg ſuprà hac ea. interpr. dubit. 1. vt igitur ſuper hoc fundamento tota teſtamenti fabrica firmius conſtrueretur, & ab eo procul eſſet omnis ob-
2 ſcuritas, † debet hæres palàm exprimi & nuncupari certo nomine, vel indubitabili ſigno demonſtrari, & manifeſtari: l. hæredes. in princip. ff. de teſtam. & l. quoties. §.ſi quis nomen. & l.nemo. in princ. ff. de hæred. inſt. & l.iubemus. C. de teſta. & quoties non apparet, quis hæres inſtitutus ſit, reſtitutio non valet, dicit tex.in l.in tempus. §. 1. ff. de hæred. inſtit. Certo enim nomine quiſque ſuo ſibi impoſito dignoſcitur: l. ad recognoſcendos.C.de ingenu.& manu.& gloſ. in l.ſi quis à filio.§.pen.de leg.1. Bal.in l. conuenticulam. colum. fin.verſ.item in teſte.C.de epiſ.& cler.& tex.in §.idemque in hæredibus. Inſtitut.de lega. nomine quidem expreſſo cum duobus accidentibus, vel indicijs, vt perfectè perſona demonſtretur: vt, Inſtituo hæredem Ludouicum filium meum, Galleatium Ioannis de Piſauro, dignitatibusq; ſingulorum expreſſis, vt Ludouicum V.I. Doctorem, & Galleatium Art. Medi.Doct. vt l.hac conſultiſſima. ibi, deinde exprimant, &c. C. qui teſtam.fac.poſ. tradit Bartol. in l. demonſtratio. in princ.nume.14.verſi.ſeptimò quæro. not. Imol.in l. teſtamento.la 1.de condit. & demon. Alexan. conſil. 153. colum.1.nume.4.lib.2. Verùm ſi reperiatur hæres inſtitutus, expreſſo ſolo nomine proprio, vt Inſtituo hæredem Simonem de Piſauro, quoniam vbi ſit nominis conformitas, & corporis identitas præſumitur, niſi diuerſitas probetur: Bald.conſi. 70. Cum apparet de condemnatione.lib.4. Alex.in addi.ad Bar.in l. Diuus.ff.de cuſt.reo. & ad certificandum hominem, ſufficit dicere nomen proprium, niſi plures ſint eiuſdem nominis, cuius probatio incumbit aduerſario, & dicendi, eſſe plures eiuſdem nominis, alioquin obtinet vtique veniens expreſſo nomine aſcripto: Bar. in l. ſi in rē.ff.de rei.ven. & in terminis in l.ſi quis ſeruũ.§.ſi inter duos.de leg.2. & ibi Paul.de Caſt.& Imo.Fel.pro not.adducit in ca. 1. verſic.ſignificantibus. colum.1. de libel. obla. & Aymo conſil.267.colum.2.verſi.3.reſpondeo.& Socin. conſil. 28.col.pen. verſ.non obſt. quòd non dicitur. lib. 3. vbi làtius id comprob.allegando etiã d.conſ. Bal. licet non dicat numerum, neque librum, quod limitatur & intelligitur in nominib. perſonarum procedere, quæ non frequentantur, & de raro perſonis imponuntur in prouincia, in alijs verò nominibus conſuetis & vſitatis imponi pluribus: vt Ioannes Franciſcus, debent adiungi demonſtrationes prædictæ, ſecundum Aret. in conſil.102. In cauſa, & quæſtione. col.4. in 2. dubio. ad fin.refert & ſequitur Deci.in conſi. 13.col.pen.verſi. regulariter.num.9. & per Felin. in c.auditis ſub nume. 27.verſ.limita.ex dicto. Bald. de præſcript. quæ limitatio mihi non placet, quia quocunque nomine frequenti vel raro quis appelletur in aliqua diſpoſitione, & magis teſtamentaria, vel fauorabili, iam poſitus eſt in quaſi poſſeſſione talis denominationis, & præſumitur talis, donec probetur contrarium, per not.in l. neque profeſſio.C.de teſtam. & in l. fi. ff. de probat. cum ipſemet in diſpoſitione maximè nominatus experitur: l. ad probationem vti dominij. C. de probat, & ibi Bald. Ergo non probato, quòd ſint plures eiuſdem nominis, ſtandum videtur dictæ præſumptioni, vt reſpondit Socin. in d.conſi,28.colum.penult. non inficiatur, quòd magis perfectè perſona demonſtratur nomine expreſſo cum duobus ſignis alijs indicantibus, ſecundum Bartol. in d.l.demonſtratio. in principio, in 7. quæſtio. per l. forma de cenſ.& d.l.hac conſultiſſima. Tamen vbi poteſt vna demonſtratione oſtendi, ea ſufficit. Iaſon.in l.1. in fin.de liber. & poſthum. Nota mirabilem effectum expreſſionis propriorum nominum hæredum in inſtitutione, quòd inſtitutio talis præciſe reſtringitur in perſonis, quarum nomina in ea expreſſa ſunt, & ad alias perſonas nullomodo extenditur aliàs dictum eſt, pulchrè probari per Deci. conſil.513. colum.1.numero primo.

Sed pone, quòd probetur alius eſſe eiuſdem nominis in agnatione, vel in loco, quid agendum, vt vnus obtineat, & præferatur: cum enim iam conſtet de nomine hæredis, & ambiguitas ſit de corpore, ita quòd non ius, ſed probatio deficit, is quidem, qui conſanguinitate, amicitia, conuerſatione, & affectione, ſe magis iunctum probabit cum teſtatore, vel per alias

coniecturas,

coniecturas,de eo teſtatorem ſenſiſſe, obtinere,& præferri debet: Bart. in l.ſi duo.ad fin.ff.de teſta.tut.& per me latiùs adducta ſuprà 1.lib.Interpr.2.in primo medio de coniecturis, & ea. interpr.dubit.2.in locis à conſanguinitate,& amicitia, ab affectione, & per Par.conſil.3. col.antepen.& pen.lib.3.& per text.in d.l.in tẽpus.§.1.

3 Præterea † hærede inſtituto, cuius corpus ſeu perſona,nec ex teſtamẽto ipſo, nec alio modo poteſt demonſtrari, & certificari, iam dictum eſt, inſtitutionem ipſam nullius eſſe momenti: d.l. in tempus.§.1.Sed habita ex ſerie teſtamenti intentione teſtatoris circa perſonam hæredis, & circa modum eam declarandi per eum indicatum, videamus, qualiter modus iſte declarandi poteſt contingere,& haberi.

4 Primò poteſt haberi ex eo, quòd † lex declarat, vt, Inſtituo hæredes attinentes, propinquos vel proximos meos, intelliguntur quidem hæredes inſtituti, qui ſunt in potiori gradu teſtatori ſuccedẽdi ab inteſtato: l.cum ita.§.fin.& ibi Gloſſ.de legat.2.facit Alexand. conſil. 213.in princ.lib.6. Bar.& alij in l. hæredes mei.§. cum ita.ff.ad Trebel.& Dec.conſil.278.col pen. verſ. decimò, quia vt ex tali relatione ſumatur illa ſignificatio, quam facit ius. Gloſſ.in verſ.ad ius.in l.3. C.de hæred. inſtituen.& per Socin. Iun.conſ.104.col.pen.nume.28. lib.1. ita valida eſt hæc generalis inſtitutio, quæ tantum operatur in ſuo genere quantum ſpecialis in ſua ſpecie, vt plenè probat Aymo in conſi.162.& Socin.Iun.conſi. 107.col.2.num.10.11.lib.1.valet enim huiuſmodi inſtit. de venientib.ab inteſtato, vt vltima voluntas:Bart.in l. 1.in princ. ad fin.ff. ad l.falcid.& Ang.in l.ſicuti. §.apud Pomponium.ſi ſer.vẽdi.† facta tali diſpoſitione reliquit
5 bona ſua,cui de iure ſpectant, & pertinent,ſi contingerent aliquid nominatim,& ſpecialiter fuiſſe relictum in eodem teſtamento aliquibus ex ipſis attinentibus, vt puta filiabus:hos quidem non comprehendi in inſtitutione vniuerſali hæredum ſic generaliter facta, ſed agnatum,de quo etiam per duos teſtes probetur, teſtatorem ſenſiſſe: plurib. rationibus motus in facto reſpon-
6 dit Pariſ.d. conſil.3. col. 4.lib.3.† Secus autem eſſet, ſi teſtator inſtitueret vnum ex ſuis attinentibus, ſigno aliquo non apparente,quis nam is ſit: quia inſtitutio hæc incerta non valet:d.c.l. in tempus §.1.l. Paulus.de reb. dub. vti incertus etiam de certis ſit vocatus, reprobata opin. Bartol. tenet Soc.in l. quidam relegatus.col.5. & ſeq.eo.ſequitur Ruin.conſ.36. col.3.nume.9.lib.2.& tenet Saly. in l. id, quod pauperibus.col.2.in 3. opp.C. de epiſ.& cler.Idem eſſet pro validitate inſtitutionis, ſi diceret, Inſtituo hæredem proximum meum:quia hæc indefinita in fauorabil.æquiparat vniuerſali, & omnes proximi,vt Lex vocat, intelligerent inſtituti: vt tradit
7 Soc.in d.l. quidam relegatus, ſuprà nume. 15.† Idem etiam dicitur,per Legẽ declarari hæredes, quando ſunt inſtituti pauperes: vt l. ſi quis ad declinandam.C. eo.& cenſentur vocati pauperes loci domicilij teſtatoris, per l.nulli. C. eo. & l.hæc conditio. §. fin. de cond. & demonſtr.ponit. Couar.in c.cum tibi.num. 14.de teſta. & Pariſ. conſil.38. col. 4. nume.28.lib.3.Sanè intelligitur de natis & conceptis tempore mortis teſtatoris,per alleg.à Roland.à Val.conſil.70.num.9.lib.3.& forſan de notis teſtatori,& non de ignoratis, per commun. opin. Gloſſ.& docto.in l. Titius. in princip. de liber. & poſthum.ibi.teſte Iaſ.in col.fin.& teſte Dec.in l.ſicut certi. col.2. nu.9.C.de teſta.mil.ibidem loquentibus, quoad filios eadem ratio videtur, quoad alios, maximè exiſtentibus & repertis notis, in quibus poteſt verificari inſtitutio: arg. not.in l. 2. eo,de liber. & poſtum.& per Bart.in l. qui liberis.§.hæc verba. in penultim.queſt.de
8 vulga. & pupil.† Etenim naſciturus inſtitutus dicitur certus indubitabili ſigno. 1. ex ſe naſciturus: per Gloſſ. fin.in l.ſi pater filium.eo.& ibi Bart. in ſecunda oppoſi. & idem eſt dicere, Inſtituo ventrem, partum, vel poſthumum,vel naſciturum: Bald. conſil. 134. Mihi Bald. lib.4.& l.3.§. nominatim.de iniuſ.rupt.teſt.

9 Secundò † ab eo, cui teſtator commiſit, poteſt expreſſio hæredis haberi eligendi ex certo genere perſonarum, de quo teſtator ſenſerit, vt, hæredem inſtituo vnum ex nepotibus meis, vel ex mea agnatione, quem vxori meæ placuerit eligi, qui quidem electus erit hæres,vel ſi vxor diſtulerit eligere, omnes nepotes vel agnati, vt hæredes inſtituti, conſequentur hæreditatem: l.ſi quis Titio. §.fin. & l. cum quidam ita.de lega.2.l. vtrum.§.quidam. de rebus dubijs.& ibi Socin. col.3. num.6.Deci.in l. captatorias.col.2.nume.12.C. de teſt. mil.Bertrand.conſil.222.lib.6.& concordant. allegat Couar. in d.cap.cum tibi.num.2. non valeret quidem diſpoſitio vti captatoria, ſi eſſet de incerto ex incertis, etiam ex nõ conceptis tempore mortis teſtatoris Ruin. dicto conſilio 36. num. nono, decimo, & Pariſ.d.conſil.38.Socin.in d.§.cum quidam. col.3. num.7.& in l. ſi cognatis eo.niſi remiſſio facta ſit, vt arbitrio boni viri.quia tunc vxore nõ eligente, recurritur ad arbitrium boni viri,Bero.conſil.23.num.33.lib.2.

10 Tertio, † hæredis inſtituti incertitudinis declaratio habetur ex aliquo euentu, per teſtatorem inſpecto,& ferè iuſſo: vt, hæredem inſtituo illum ex meis cognatis, qui ſtuduerit, vel operam dederit Legibus, vel Medicinæ, vel Mercaturæ, & efficietur Doctor, vel mercator: nam hoc futuro euentu ſequuto, in aliquo ex cognatis, vel ex certis à teſtatore expreſſus,hæres intelligi debet: l. ſi ſeruus legatus. §. huiuſmodi.de leg.primo, Bartol. in d.l. quidam relegatur. col. 2. ſub verſic. quæro, quid in hæredis inſtitutione. ibi, aut continet vnum de pluribus, &c.quem in hoc ibi Doctores communiter ſequuntur, & Salyc.in d.l.id,quod pauperibus col.penult.ſub verſic.quæro,an quæ dixi in legatis,Ang. Aret. in tractat. de teſtam. in Gloſſ. 15. cum ſimil. quæ huic ſententiæ poſſunt conuenire per me alleg. ſupra 1. lib. in vltima interpr. & dubita vltim. in loco 13. ab euentu.

11 Ex inde etiam dicendum eſt, valere † inſtitutionem de eccleſia conſtruenda:Bart.in l.ſeruos.in fin.de alim. leg.& conſil.26.teſtator.& Gui.Pap.in quæſt.267.& Bero. conſil. 21.nume. 6.& ſequent. lib. 2. Qui tamen futurus euentus, ſi ceſſaret diſpoſitio, efficeretur inutilis, per l. qui plures.de vſufruct. leg.tradit Ang. Aret. in d. Gloſſ.15.

12 Quarto, † implicita inſtitutorum nominatio, & expreſſio haberi poteſt ex relatione vel coram ſufficienti numero teſtium per teſtatorem, facta ad certam ſcripturam,quod ea ſit ſuum teſtamentum,& hæredes poſtmodum reperti in eo intelliguntur, ſic nominati,& expreſſi, vel ex relatione facta in ſcriptura teſtamenti ſe referente ad aliam ſcripturam, de cuius fide non ſit dubium: ita hæredes in hac nominati cenſentur expreſſi in ſcriptura referente: vt per text.in l.aſſe toto.ibi Bal. in fin.& Angel. ff. de hæred. inſtitut. Bart. in l.ſi ita de condi.& demonſtr.Alexand. conſil.176.col.2.verſ.nec ad hoc ob,lib.5.& conſil.4.num.7.lib.7.Paul. de Caſtr. conſil. 93. Viſo dic. teſtamento. colum. fin. ſub numero 7. lib. 1. d. conſil. 377. Ad primum in princip. & conſil.414.Viſo & examinato.col.2.ſub.verſ. ſecundò poteſt.lib.& Goza.conſ.3.col.4.ſub nume.13.& 16. Dec.conſil.539.col.penult.ſub nu.9.& Couar. in dicto cap.cum tibi. num. 5.& Iaſ. in l. ſtipulationum quædam. §. illud. colum.fin. de verborum obligatio. vbi dum ſit differentia inter legata, & inſtitutionem, procedit, quoad verificationem ſcripturæ relatæ per comparationem: vt per Aret. in l. hæredes palàm colum.1. de teſtam. ſed quando ſcriptura relata eſt indubitata, ſic valet & inſtitutio: per text. in d.l. aſſe toto.& in l.

inſtitutio



inſtitutio talis. de condit. inſtit. & Clar.in §. teſtamentum.in quæſt.36. Hoc etiam procedit in inſtitutione facta in re certa per relationem ad aliam ſcripturã. Guid. Pap.in quæſt.459.hæres vniuerſalis.& ſecus eſt,quando non conſtat legitimè de ſcriptura relata, & eius qualitate.Ruin.conſ.10. colum.3.lib.tertio,& Pariſ.conſ. 19. colum. quarta. nume.26.& ſequent.lib.tertio, & plenè Gabriel Roman.de commun.opin. tit. de teſtam.concluſ.11.in fin.

His igitur modis in dubijs ſufficit demonſtrari nomen hæredis, per l.quoties, §.ſi quis nomen. ff.de hæred. inſtitut.& not.in l. hac conſultiſſima. qui teſtam, fac.poſſ.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Hæredis inſtituti ſemper qualitas eſt viuenda.*

2 *Hæredes omnem cenſetur capaces relictorum, niſi appareant iure prohibiti, etiam ſi ſint mulieres meretrices & impudicæ, quarum coitus à Iure Ciuili non ſit interdictus,poſſunt a priuato hæredes inſtitui: quorum hæredum capacitas tribus temporibus requiritur.*

3 *Hæres eiuſdem qualitatis eſſe præſumitur, prout eſt, nominatus in teſtamento, donec fuerit probatum contrarium: quo probato, inſtitutio corruit, quæ probatio ab opponente fieri debet.*

4 *Spurius quomodo probetur, & ſtante dubio, præſumitur capax interpretaturq́, legitimus, cum poſſit quis eſſe & ſpurius, & legitimus, ab eoq́, relicta reuocantur ſpacio duorum menſium, alias fiſcus capit, duobus tamen concurrentibus.*

5 *Baſtardus efficitur legitimus, cum ſit hæres inſtitutus, & inſtitutione quaſi teſtamento legitimatus.*

6 *Spurij ſicut legitimi creati ſunt à natura eodem intellectu,& eadem ratione, & humanitate præditi, qui licet non poſſint inſtitui hæredes,non tamen ſunt indigni, & de differentia inter indignum & incapacem.*

7 *Spurius eſt capax alimẽtorum, & quo in foro peti poſſunt, merito ei pater poteſt relinquere, quantum ſufficit pro alimentis,ſicut filiæ ſpuriæ dotem, & in exceſſu ſit reuocatio per conſanguineos, quomodocunq; cognoſcatur talis exceſſus, etiam ſic tale legatum, etiã ſi ſua induſtria poſſit ſibi acquirere alimenta, quod venit reſtituendum patri vel hæredibus eius defunctis ſpurio & ſpuria, & ideo cautio ab eo exigitur de eo relicto reſtituendo poſt mortem eius: lucro tamen dotis conceſſo marito, vigore ſtatuti.*

8 *Spurius poteſt inſtitui hæres à patre, ſi legitimabitur, vel quãdo erit factus capax, ſecundum communem opin. & valet inſtitutio, obtenta voluntate principe pro legitimatione cõſequẽda, adeò vt recuperari poſſunt bona, quæ interim alijs fuiſſent alienata, & valet contra legitimos ſucceſſores, facta etiam legitimatione ſine præiudicio venientium ab inteſtato: & eſt communis opin.*

9 *Et de cautelis & via meliori, qua ſpurius poſſit patri ſuccedere, ſimileſue incapaces, ſecundum communem opin.*

10 *Et quòd filij ſpurij poſſint inſtitui ab auo, vel auia, aliam ſobolem non habentibus, qua exiſtente, non poteſt conſentire etiã iuramento, vt donetur vel relinquatur ſpurio.*

11 *Spurius poteſt accipere ab hærede patris, non probata fraude, & poteſt etiam hæres inſtitui à fratre legitimo & ab omnibus, non tamen ab aſcendentibus, & ab hærede patris, & à patre principe ſupremam poteſtatem habente in loco, quando tamen à tali patre expreſſe ſpurius nominetur in teſtamento, vel donatione, poteſtq́, illi ſubſtitui vulgariter ab omnibus, & non aliter.*

12 *Baſtardus vocatus hæres in teſtamento, deficientibus legitimis, non intelligitur de ſpurijs, ſed de naturalibus natis ex concubina, vel ex ſoluto & ſoluta, cum baſtardus & naturalis, idem importet, & qui naturales dicantur, in dubioq́; non præſumitur ſpurius, ſed naturalis.*

## ¶SOLVTIO. II.

ALTERVM autem præmiſſum, videndum eſt de qualitate hæredis inſtituti.
1 † Semper enim reſpice quis ſit inſtitutus in teſtamento dicit Bartol. in l. militis. §. veteranus. ff. de mil. teſtam. de ea qualitate & differentia hęredum quę tractatur in Inſtit. de hæred. quali. & differen. vide ibidem.& per Dec.in l.qui ſe patris.colum.2. nume. 6. C. vnde liberi.poſt Bald.ibi.

Hoc in loco viderentur repetendæ qualitates quæ hæredem incapacem reddũt. Sed quia de his plenè diſcuſſum, ſupra reperiri poteſt, dum teſtamentorum valor erat indagandus, in preced. lib. interpr. 2.dubi.1. à prin ſequendo paginas aliquas, illuc ideo reuertendum
2 eſt. Regula hac retenta, † quòd niſi appareant iure prohibiti. cenſentur omnes capaces relictorum, etiam ſi ſint mulieres meretrices, & impudicæ, quarum coitus à Iure Ciuili non ſit interdictus, poſſunt à priuato hæredes inſtitui, vt ex facto reſpondit Iaſon conſil.37.lib.3. Scitur enim, qualitatem hanc capacitatis hęredis requiri tribus temporibus: & facti teſtamenti: & mortis teſtatoris: & aditę hęreditatis: l.ſi alienum.§.1.ff.de hæred. inſtit.& §. in hæredibus autem.Inſtit.de hæred.quali.& dif.ibi gloſſ.& Doctor. Bart. in l.ſecunda, de Reg.Cat. & Aret. in l.ſi ſeruus. colum.ſecunda, verſicul. tertio. de acquirend.hæred. & in l.cætera. in prin.in 3.not.de leg. primo.

3 Eiuſdem autem † qualitatis, ſeu denominationis prout hæres qui nominatus inuenitur in teſtamento præſumitur eſſe, donec fuerit probatum contrarium.Bald. conſi.437.Titius colum. 1.numer.4.lib.5.vt de cautela tacentis ſuum filium ſpurium, & nominantis filium talis mulieris non valida, ſi probetur eſſe filium ſpurium teſtatoris, tenet idem Bald. in l.3. in princip.de liber. & poſthu. ita debet probari contrarium ob aſſeuerationem contrariam, conſtituentem filium nominatum in quaſi poſſeſſione filiationis: Neuiz.conſil. 34.ſub nu. 10, & inſtitutio tunc habetur pro non ſcripta, & tranſit ad ſubſtitutos, ſi extant, aliàs ad eos, de quibus in §.in primo.C.de cad.tol.latè tradit Alex.conſ.202.lib.6.ſequitur Goz.cõſi.21.nu.20.& ſeq.lateq; inſiſtit Neuiz.d. conſ.34.nume.5.& ſeq. Vbi verò huiuſmodi nominatio filiationis, fraternitatis, vel alterius coniunctionis facta in inſtitutione hæredis, erronea probaretur, non valere inſtitutionem, diffusè diximus antè lib. præceden. interpr. 2.dubit.2.verſ.26. inſtitutio item vbi quis à teſtatore nominatus eſt filius legitimus, & naturalis, ſi opponatur de illegitimitate, plura debet probare requiſita ad effectum legitimitatis ex tali nominatione, aliàs ſuccumbit, & nihil ſibi prodeſt iſta nominatio, plenè examinando conſulit Ruinus, conſil. 63. colum. ſecunda, numer.quinto, & ſequent.lib. ſecundo, probata tamen priùs intentione ſua ab actore, quod reus verè ſit ſpurius, vt actor tenetur probare, vigente præſumptione pro reo,quod ſit naturalis, Aim.cõſ.165. colum.prima,& ſequent.contra.per Nat.conſi.421.ſequi-
4 tur Ioſeph.Aſſiſien in Deci.Peruſi.18.num.28.† Quomodo autem probetur ſpurius, plura dicit Paulus de Caſtr. conſil.115. ſuper primo.colum.penult.lib.primo. & Neuiz.dict.conſil.34. Si autem dubium ſit,an ſit ſpurius, præſumitur quidem capax, & poteſt hæres inſtitui:Bal.conſil. 448. Quæritur in primis.verſus fin.verſ. tertiò.lib.1.& contrarium debet probari ab opponente,& dicente, quod non ſit filius,qui vt talis nominatus ita ſit in teſtamento: Alexand.in conſil. 88. colum. fin. lib.

lib. 7. cum quis poſſit eſſe ſpurius & legitimus, inter-
pretatur legitimus, & qui allegat defectum, debet ip-
ſum de neceſſitate & concludenter probare, dicit Bald.
in l. ſecunda. C. de com. ſer. manu. & Bero. conſil. 19.
lib. 2. per totum. & Socin. conſil. 23. colum. 7. verſic. 18.
lib. primo, & Ioan. Cephal. conſil. 48. numero ſecundo,
& ſequent. & plenè Catel. Cot. in Memor. verſic. filius-
famil. pręſumitur. Quinimò ſolùm nominando eum
filium, qui tamen natus ſit ex ea, quæ poterat eſſe vxor,
naturalis & legitimus effectus dicitur, per auc. item ſi
quis. C. dę natu. liber. cenſet Bal. conſi. 196. In hoc cau-
ſa numero 2. lib. 3. & Iaſ. conſilio 51. colum. penult. ver-
5 ſicul. pręterea. lib. 3. dicit, † Baſtardum, hęredem in-
ſtitutum, effici legitimum ex inſtitutione quaſi teſta-
mento legitimatum, & cum alijs concordan. alleg. à
Pariſ. conſil. 13. numero 27. lib. 2. & ab Aym. dicto
conſil. 166. colum. penult. numero 12. vbi numero. 15.
recordari facit volentem à ſpurio reuocare relicta ha-
bere terminum duorum menſium, aliàs fiſcus capiet,
per l. primam. C. de natu. libe. & alleg. per eum ibi, cui
adde Bart. conſil. 119. Dominus. col. 2. numero. 4. &
hæc confirma & declara, vt per Couar. in tracta. de ma-
trim. cap. 8. § 7. in 2. parte. Alioquin fiſcus non capit re-
licta ſpurio, niſi duo concurrant, quòd clàm ſint facta
relicta, & per aliquem fidum teſtatori ſit tacita fides
pręſtita de dimittendo ſpurio: Corn. conſilio. 310. lib. 1.
& Deci. conſil. 311. ad fin. & Clar. in §. teſtamentum. in
quęſt. 31. ſub. verſicul. ſed quid ſi pater.

Poſtquàm de qualitate hęredum ſermo incidit in fi-
6 lios naturales vel ſpurios, quoniam & hos, ſicut † legiti-
mos, creauit Natura eodem intellectu, eadem ratio-
ne, eadem humanitate pręditos, hóſque & ſi Leges ab-
horreant, id tamen non crimine aliquo eorum, quod
ſic naſcendo non commiſerunt, ſed euenit parentum
vitio; l. Legem. C. de natur. liber. De his igitur omit-
tenda non eſt prouiſio, quę legibus ipſis etiam beni-
gnè fieri poteſt, ſicut & his genitores in elogijs eorum
multifariam prouidere ſtudent cautelis, quantas edo-
ceri poſſunt.

Veruntamen de his loquendo, propoſitam ſpeciem
non digrediar.

Primum enim in ſpurio non cadit titulus inſtitutio-
nis, cum non ſit capax alicuius partis, dicit Bald. in l. ſi
quis ſolidum. ad fin. ff. de hęred. inſtit. non tamen eſt
indignus. & nota differentiam inter incapacem & in-
dignum: quia bona relicta non capaci expreſsè non ap-
plicantur fiſco, niſi tacitè relicta ſint, indigno verè re-
licta, ſemper applicantur fiſco, in add. ad Bart. in l. 1. C.
7 de delator. lib. 11. niſi quòd ſpurius † capax eſt alimen-
torum de Iure Canonico: cap. cum haberet. de eo qui
dux. eam, quam pol. per adul. quę non poteſt petere in
foro Ciuili, & coram Iudice Laico, ſed ſolum in foro
eccleſiaſtico, & coram Iudice Eccleſiaſtico, vt per plu-
ra concludit Aret. in conſil. 48. colum. penult. in princ.
dub. quod poſſet procederę in terris imperij, nõ autem
in terris ſubiectis iuriſdictioni Eccleſię, per gloſſ. 1.
verſ. Lex ciuilis. in capit. fin. de arbit. in 6. tradit Imol.
in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. col. 6. ad Trebel. ſequi-
tut Fel. ſic declarãdo in cap. 5. Eccleſia S. M. colum. 16.
nume. 44. 45. dę conſtitut. nihilominus & in terris im-
perij, & in foro ſeculari, in hoc ſequatur ius canoni-
cum, ſecundum commun. opin. atteſtatam per Deci. in
capit. clerici. colum. 2. ſub numero 2. de iudi. & conſil.
611. & ita ſeruatur in practica. Ripa in Rubr. colum. fi.
de verborum obligationibus. Vnde pater poteſt relin-
quere ſpurio, quantum ei ſufficiat pro alimentis, & fi-
lię ſpurię dotem, ſecundum Bartol. in auc. ex com-
plexu C. de inceſt. nupt. & in l. fin. col. 2. nume. 7. ff. de
his qui. vt indi. vbi dicit, hunc modum relinquendi
ſpurijs eſſe clarum & lucidum, inter ſingularia ponit
Matheſ. in ſing. 147. ita eſt commun. opin. Ripa in l. 1.
nume. 61. ſolut. matrim. & ſi exceſſiuum eſſet legatum
in magna quantitate vltra alimenta, & vltra conue-
nientè dotem vti factum in fraudem in exceſſu debet,
& poteſt per conſanguineos irritari, & reuocari: Bartol.
in d. l. fin nume. 7. Ang. Aret. in tractatu dę teſta. gloſſ.
69. nume. 2. Curt. Iun. conſil. 37. col. fin. fortè non poſſet
reuocari à marito, ſecundum magis humanam opinio.
dicit Ripa in d. l. nume. 68. & Roland. à Vall. conſil.
85. num. 51. lib. 3. & conſil. 74. nume. 49. lib. 1. vbi num.
41. dicit, alimenta eſſe in neceſſitatem viuenti: exceſſus
autem iſte cognoſcitur inſpectis qualitate ſpurietatis in
filio, vel filia, & facultatibus, & genere, & conditione
patris: Abb. conſi. 115. nume. 1. lib. 2. vbi & proſequitur
ac firmat, quòd mortuo ſpurio, vel ſpuria, res relicta
pro alimentis vel pro dote, reuertitur ad patrem, & ad
eius hęredes: idem probat in conſil. 50. eodem lib. 2.
ſequitur Ripa in dicta l. 1. num. 67. 68. ſolut. matrim.
poteſt tamen maritus ex iſta dote retinere lucrum, ſibi
obueniens ex ſtatuto: Roland. à Valle de lucro do. in
quęſtio 94. & Phan. Lucen. in ſuo ſimili tractatu in
Gloſ. 10. nume. 61. Inſpicitur & quantum poterat viue-
re ſpurius ſecundum terminos, l. hæreditatum. ff. ad l.
falcid. Bald. conſilio 448. Quęritur in primis. circa fin.
lib. 1. cum alijs inſpiciendis, per Couar. in tract. de
matrim. in 2. part. cap. 8. §. ſexto. num. 7. & Deci. conſil.
611. colum. fin. hac de cauſa pręſtandam eſſe cautio-
nem de reſtituendo relictum poſt mortem ſpurij lega-
tarij arguit Aymo conſilio 219. col. penult. verſicul. ſed
obligantur iſti ſpurij. vbi etiam infert, legatum, factum
ſpurio, non expreſſa cauſa alimentorum, intelligi fa-
ctum pro alimentis, & pro eo iure, cuius eſt capax ſpu-
rius. Pro quo facit, quod legatum nihil habenti factum
pręſumitur in dubio factum cauſa alimentorum, ſe-
cundum Bartol. in l. ſeruus de an. leg. & Paul. de Caſtr.
conſil. 5. quidquid dicatur. col. 2. nume. 5. lib. 1. & pro
eo, quod poteſt capere: Ruin. conſil. 44. colum. 3. num.
9. lib. 2. & Tiraquell. in l. ſi vnquam. verſ. Donatione
num. 75. de reuocan. donatio. aſſerit Menoch. caſſ. 169.
nume. 8. lib. 2. cent. 1. de arbitr. iudic. & ſi filius ſpurius
ſuis operib. poſſet acquirere alimenta, vel aliunde ha-
beret, vnde ſe aleret, vel ſpuria vnde ſe poſſet dotare,
relictum pro alimentis, vel pro dote à patre factum,
non poſſet aliter conſequi, arguendo de filio legitimo,
& naturali valente ſe ipſum alere, ita à patre aliter non
percipiente alimenta, per l. ſiquis à liberis. §. ſed ſi fi-
lius. de liber. agna. tenet Deci. conſil. 576. colum. 1. &
Pariſi. conſil. 14. nume. 28. lib. 2. Sed validis rationibus
contrarium conſulit Aymo conſil. 199. quod placet,
eò maximè inſpecto, quod aliquo euentu poſſet ſpu-
rio, vel ſpurię aliquando habenti aliunde, etiam
neceſſarium fore relictum à patre, factum pro ali-
mentis, vel pro dote, cum id debeat inſpici, quod eue-
nire poteſt: l. ſi quis domum. §. 1. cum ſign. ibi in Gloſſ.
ff. locati, & ſequitur Anc. Regien. in quęſtio. 50. nume.
6. lib. 1. in ſuo tract. quęſtio famil. & Couar. in dicto tra-
cta. de matrim. in ſecunda parte cap. 8. §. ſexto. num. 10.
facit dictum Iaſ. in l. 1. colum. 3. in tertia limitat. in fi. C.
de fideicom. quod teſtator legando diuiti, cogitauit,
eum poſſe effici pauperem, ideo legatum poteſt etiam
dici pium, ſaltem tunc reuiuiſcit legatum Rolan. à Val.
conſil. 54. num. 77. lib. 2.
8 Reperitur † hęres à patre inſtitutus ſpurius, condi-
tione appoſita, ſi legitimabitur, vel quando erit effe-
ctus capax, arguit huiuſmodi inſtitutionem non vale-
re, Ioan. Baptiſt. Caccialup. intes conſil. Corn. conſil.
217. Quiriacus. colum. prima, lib. 3. quaſi incapacitas
in hoc ſit in teſtatore vitio ſuo l. fin. ibi, quia vitium
paternum refrenandum. C. de natur. liber. quando
maximè inſtitutio purè eſt facta, & ſi aliquis contra-
dixerit,



dixerit, quę debeat ſe legitimari facere, vt plenè per
Goz. cõſil. 21. & ſemel legitimatus poteſt iterum legiti-
mari validiori forma, Bero. cõſil. 172. num. 56. & ſequēt.
lib. 2. Sed parùm ſuper hoc inſiſtendum videtur: quia
communis ſententia Doctorum extat, huiuſmodi con-
ditionalem inſtitutionem valere, per l. in tempus. in
princip. ff. de hæred. inſtit. & ibi Angel. & in conſil. 223.
Caſus talis eſt. colum. fin. Bald. conſil. 146. Titulus. co-
lum. 2. num. 3. lib. 1. Paul. de Caſtr. in l. ſi quis inſtitua-
tur, inprincip. num. 4. ff. eo. & ibi prius Bald. & in l.
Gallus. §. inſtituens col. 1. in 4. not. & ibi Imol. Alexan.
& Iaſ. in colum. 2. de liber. & poſthu. Curt. Iun. conſil.
84. colum. 2. ita inter commun. opin. recenſet Clar. in
dicto §. teſtamentum, in quæſt. 31. verſic. penul. & Vall.
conſil. 22. num. 19. 20. lib. 3. pro qua Socin. in l. quidam
relegatus. colum. 3. verſic. ſecunda limitatio. de rebus
dubijs. ponderat ibi eſſe text. & caſum de voluntate
principis pro impetratione legitimationis neceſſaria
ad impetrationem ipſius legitimationis, & cum con-
cordantibus, alleg. per Couar. in tract. de matri. in 2.
part. cap. 8. §. 5. nume. 12. & Vaſq. in tracta. de ſucceſ.
progr. lib. 1. §. 3. de hæred. inſti. num. 8. Idem eſt, ſi te-
ſtator dediſſet in teſtamento filio ſpurio licentiam fa-
ciendi ſe legitimare: Ema. Coſta in dicta l. Gallus. §. &
quid, ſi tantum. part. ſecunda, numero 169. qua legiti-
matione obtenta efficitur capacitas paſſiua in filio, in
teſtatore actiua ſemper fuit ad teſtandum, talis ergo in-
ſtitutio efficitur valida, & efficax, ſicut omnis diſpo-
ſitio conditionalis fit expleta conditione: Angel. Aret.
in dict. tractat. de teſta. in gloſſ. 85. colum. prima, & fa-
cit recuperari bona, ſi quæ alijs interim alienata fuiſ-
ſent: Bal. conſil. 58. Incipio. ad fin. lib. 3. Valet quidē talis
inſtitutio contra legitimos ſucceſſores teſtatoris,
vbi etiam legitimatio eſſet facta ſine præiudicio ve-
nientium ab inteſtato: Paul. de Caſtr. conſil. 102. Vi-
dendum eſt primo, colum. fin. verſic. 4. lib. 2. ſequitur
Alexan. conſil. 51. Viſo themate. lib. ſecundo, ponit &
pro communi opin. Gualden. de art. teſtan. lib. tertio,
9 cau. 18. & tit. 1. cau. 14. nume. 15. vbi † recollegit quin-
decim cautelas inſtituendi ſpurium & Pariſ. conſil. 82.
colum. 2. num. 7. lib. ſecundo, tradit eam relinquendi
pro alimentis ſpurio, & pro ſuo victu, & ſuæ familiæ, &
omniũ, ex eo deſcendentium in infinitum cum aucto-
ritate capiendi poſſeſſionem rei legatæ propria ſua au-
ctoritate, vt ibi per eum. Vidi eam ſæpiùs appoſitam in
teſtamentis, & adhibendam conſului, quæ eſt, vt ſpu-
rius fortè dubius de legitimatione, vel quilibet alius du
bius de habilitate & capacitate, inſtituatur hæres in eo,
quod capere poteſt: in reſiduo verò hæres inſtituatur &
ſubſtituatur aliquis indubius capax, & fidus inſtituto,
& quã per tex. in l. 2. C. de hæred. inſtit. ibi probant Bar.
Bald. Ang. Caſtren. Alex. & Iaſ. & Bald. conſil. 36. Qui-
dam Salnoninus. & con. 72. Quidam inſtituit. lib. 5. &
ibi Bald. dicit, quòd iſta eſt melior via, quæ poſſit inue-
niri, vt ſpurius poſſit ſuccedere patri. idem conſil. 448.
Quæritur. ad fin. lib. primo, & Anton. Gomes. in ſuis
commentarijs in tom. 1. cap. 3. de vulg. ſubſti. ſub num.
14. verſi. ex quo deducitur. vbi dicit, hoc eſſe optimum
conſilium, pro omnibus ſimilibus incapacibus inſtitu-
tis, ſubſtituendi eis capacem. & Dec. conſi. 462. col. 2.
num. 15. & ſequen. vbi & prout Bald. tenet dictis con-
ſil. 36. & 72. firmat, & ſic eſſe commu. opi. Tales inſtitu-
tos, & ſubſtitutos poſt ſpurium poſſe eſſe filios legiti-
10 mos, & naturales ipſius ſpurij: † qui quidem poſſunt
hæredes inſtitui ab auo, aliam legitimam ſobolem non
habente per text. in l. fin. C. de natur. liber. Bart. Bald.
Imol. Alexan. & Iaſ. in dicta l. Gallus. §. quid ſi is affir-
mantes ita eſſe commun. opin. & Bald. dicto cõſil. 146.
Titulus. colum. 2. num. 5. lib. 1. Feder. de Sen. conſil.
57. Bart. conſil. 118. & Capr. conſil. 2. in 6. quæſt. nu. 18.
cum concordantibus pluribus alleg. ab Aymo. conſil.
184. & conſil. 200. num. 4. Idem in auia inſtituente, Rui.
conſil. 72. col. penult. nume. 14. lib. 2. Hic autem me-
mor eſto, quòd legitima ſoboles conſentire non poteſt
etiam iuramento, vt donetur vel relinquatur ſpurio:
Aymo in conſil. 229. col. penult. verſic. amplius etiam
allegando Angel. conſil. 223. colum. 2. verſic. vnde con-
ſenſus filiæ. & Alexand. conſil. 129. colum. penul. nu. 15.
11 lib. 6. qui id probant, † poteſt etiam ſpurius accipere
bona ab hærede patris, dummodo aliter non probetur
de fraude, plenè Corn. conſil. 236. lib. 2. ſecùs eſt in ne-
pote ſpurio, quia indigniſſimum poſſe inſtitui ab auo,
cum laborat ſorditate propria, & paterna, exiſtimat
Bald. conſil. 67. ſi dicta inſtitutio circa medium lib. 1. &
conſil. 406. Quidam magiſter Andræas. col. fin. verſ.
mihi hoc indigniſſimum. lib. 3. & aliâs ſpurius poteſt
hæres inſtitui à fratre legitimo & ab omnibus exceptis
aſcendẽtibus, & ſic mediante fratre legitimo conſequi
bona paterna. idem Bald. conſil. 140. Caſus. lib. 1. & An-
gel. dicta l. 2. C. de hæred. inſti. & poteſt inſtitui hæres
ab hærede patris, & ex hoc non præſumitur fraus: Bart.
in l. ſi is, qui ex bonis. de vulg. & pupil. ſubſt. ſequitur
& probat Alexan. ibi num. 5. & d. conſil. 51. ad fin. lib.
2. cum pluribus in materia alleg. per Rolan. à Vall. con-
ſil. 87. num. 17. & ſequent. lib. 3. Poteſt quoque ſpurius
hęres inſtitui, vel donationem conſequi à patre princi-
pe, & ſupremam poteſtatem habente in loco non audet
aliud dicere: Bald. in conſilio 248. Quęritur, vtrùm do-
natio. & conſil. 262. Recolo. lib. 1. duplicato conſil. 456.
lib. 5. facit, quod ſcribit in ſpecie Pap. Leon. in tracta. de
ſubſtit: de compendioſa. nu. 203. & ſequent. dummodò
à patre principe expreſsè nominetur ſpurius, vt latè tra-
dit. Nat. conſil. 42. num. 33. & ſeq.

Denique poteſt, vulgaris ſibi fieri ſubſtitutio ab om-
nibus. Angel. dicta. l. 1. Ioan. de Ana. conſil. 91. & non
alia ſubſtitutio, vt ibi per eum.

Non omittam interpretationem huius locutionis,
quandoque in teſtamentis aſcriptę, quòd deficientibus
12 † legitimis, ſuccedant. vel ſint hęredes baſtardi: quod
intelligitur non de ſpurijs, ſed de naturalibus, natis ex
concubina, & ex ſoluto, & ex ſoluta: vt facto reſpondit
Dec. conſil. 433. colum. penult. licet in hoc dubia videa
tur hæc interpretatio ſua: quia non ſufficienter euacuat
argumentum de verbis teſtatoris intelligendis, ſe-
cundum communem vſum loquendi, vt diffuſe fuit al-
legatum ſupra lib. 1. interpr. 1. dubit. 3. verſic. ſimiliter
à conſuetudine. & in ſpecie Aym. conſil. 166. colum.
penult. numero 9. 10. Baſtardus, & naturalis idem im-
portat dicit Alexand. conſil. 2. col. pen. nu. 57. lib. 5. &
in dubio naturalis & non ſpurius præſumitur, Menoc.
caſ. 194. nu. 32. lib. 2. cent. 2. de arbitr. iud. nam præter
filios adoptiuos, & ſpirituales largè oẽs alij appellãtur
naturales per gloſ. 2. in princ. in c. per venerabilem, qui
fil. ſint legit. tradit Iaſo. in conſil. 51. colum. 5. ad fin.
lib. 3. & colum. ſecunda, & Bero. conſil. 165. numero 12.
13. lib. ſecundo. Aym. dicto conſil. 166. numero 89. om-
nes alij. ſ. qui non ſunt nati ex damnato coitu: Gabriel
Eugub. conſil. 29. numero 4. & Nat. conſil. 623. nu-
mero, 7.

Talis itaque iſtorum hæredum eſt qualitas, & con-
ditiõ de horum legitimatione aliquid in ſeq. interpr.
de ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis tangendum erit.

Nunc nũc hac die ſabbati 20. Octobris Anno M. D.
L X X I. dum relictorum naturalibus filijs factorum in-
terpretationes has ſcriberem, ad hanc regionem no-
ſtram allatum eſt, nouum optimum nobis Chriſti filij
Dei fidelibus, verè ab ipſo Deo Optimo Maximo elar-
gitum, donatum, quòd huius menſis Octobris Domini-
ca die ſeptima ſummo mane in mare Ionio non procul
à Naupacto Claſſe confæderationis, & vnionis Chriſti

ipſius fidelium principum Pij V. Summi pontificis. Regis Philippi de Auſtria,& Dominij Veneti,cuius Dux & Imper.eſt Ioannes,filius,& natura & virtute militari vere genitus ex Carolo V.Imperat.& claſſe horribilis Tyranni Turcarum fulmineo, clamitoſo,ſtrepitoſoque impetu ſimul conflictantibus trium horarũ ſpatio Victoria lucet,& viget pro claſſe noſtra Chriſtiana, tota claſſe Turcarum victa,ſubmerſa,& ſuperata,captis ſeruatiſque 180.triremibus, liberatis quindecim millibus captiuis,captis, & ſeruatis hoſtibus Turcis x. mill. cæteris verò occiſis,& ſubmerſis, cui quidem almæ victoriæ conſilio primum adiuuans , deinde viribus acer-
3 rimè pugnans, adfuit inter cæteros Duces , & Proceres orthodoxos inclytus Franciſcus Maria Iunior ex Illuſtriſſima prole Ducum Vrbini, eiuſdem nominis , eiuſdémque virtutis , & gloriæ militaris , & bellicæ ſecundus hæres ſenioris Franciſci Mariæ paterni aui, cuius & ipſius diuinæ victoriæ geſtorum nuncupatiua enarrandorum , & laudũ,& vtilitatum vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ locũ ſuum dimitto ſcriptoribus huius ſupra alias glorioſæ hiſtoriæ:Pax & concordia nobis bonæ voluntatis hominibus in terra,gratiarum actio,honor,gloria omnis vero Deo noſtro in Cœlis.

¶SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio facta de capto ab hoſtibus ſi reuertatur, valet iure poſtliminij,quo iure quid reſtituatur captiuis reuerſis, & in quibus remaneant obnoxij,& quæ ſtent in ſuſpenſo, durante captiuitate*

2 *Et de fictione poſtliminij & legis Corneliæ latæ, & quid ſingatur ex eis.*

3 *Et ſi non reuertatur, ſed moriatur apud hoſtes, inſtitutio de eo facta non valet, nec legatum illi factum.*

4 *Capti à pyratis Turcarum, an liberi remaneant, vel amittant libertatem, adeò vt fictio poſtliminij,vel Legis Corneliæ,in eis locum non habeat,vel habeat, ſiue ſint pyratæ,vel latrones,exteræ,inimicæ,amicæ,vel noſtræ gentis, ſiue præceſſerit diffidatio ad bellum,ſiue non.*

5 *Res & bona à noſtris poſſunt emi bona conſcientia à pyratis, qui facta deprædatione rerum & perſonarum prope littora ponunt vexillum fœderis & redemptionis, vt dicitur vulgò, La bandera del reſcatto, quæ domino non reſtituuntur,niſi reſtituto pretio,& quando vſucapiantur per emptorem,& quãdo non, Vt reſtitui non poſſint, domino pretium etiam reſtituenti, vel debeant reſtitui.*

¶SOLVTIO III.

NVNC etiam fœlix illa captiuorum liberatio me lætitia plenum memorem reddit, vt longius in hoc opere non progrediar, quin de eis, & eorum iure poſtliminij mentionem,& libentiſſimè faciam, hoc præſertim in loco,dum ſermo de qualitate hæredum habetur, interpretatio incidit inſtitutionis hæredis de eis factæ, dum ſint apud hoſtes,

1 Primùm igitur proferam elegantia verba text.in l. † illa inſtitutio.§.j.ff.de hæred.inſtitu.quæ ſunt iſta.Is, qui apud hoſtes eſt, rectè hæres inſtituitur: quia iure poſtliminij omnia iura ciuitatis in perſonam eius in ſuſpenſo retinentur, vel non obrumpuntur, itaque ſi reuerſus fuerit ab hoſtibus, poterit adire hæreditatem,& ibi Docto.& maximè Imo.tradunt, quòd inſtitutio hæc teneat, ratione iuris poſtliminij,aſſignata in d.text.quo quidem iure reſtituuntur captiuis, & reuerſis ab hoſtibus omnia iura, & priſtinus ſtatus, ac ſi retrò nunquam fuiſſent capti,& ſemper permanſiſſent in patria:l.poſtliminij.in princip.& l.retrò.& l.poſtliminium. in princip. ff.de capti.& poſtli.reuer.& §.ſed ſi ab hoſtibus. Inſtit. qui.mo.ius pa.potes.ſol.ita quòd habent, & iura ſucceſſionum ab inteſtato.§. interdum. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.deferunt, remanent etiam aſtricti, & obnoxij pœnis,exempli gratia, Triremiũ, deportationis vel relegationis ,quibus condemnati erant ante captiuitatem:l.mulier.& l.in bello.§.ſi deportandum. ff. de capti.& poſtlim.reuer. & durante captiuitate , omnia ſtant in ſuſpenſo,quę ſunt iuris priuati eorum , non verò,quæ ſunt facti,& pertinet ad officia, & intereſſe aliorum:vt l.ſi pupillus.§.1.ibi Cuma.ff.de tu. & rati. diſtr.& §.ab hoſtibus.Inſt.de Atil.tuto.& l.cum hæres.§. 1.ff.de acquir.poſſ.& l.ſi is, qui pro emptore. de vſucap.

2 †& ibi de fictionib.poſtliminij, & legis Corneliæ latiſſimè,& ſubtiliſſimè Barto.& alij tradunt, nam ex reuerſione captiui, ſi ius poſtliminij fingit captiuum, quoad ea,quæ ſunt iuris,ſemper ſtetiſſe in ciuitate, econtrario ex morte captiui,durante captiuitate lex Cornelia fingit eum mortuum à præambula hora captiuitatis: vt l. lege Cornelia.ff.de teſta.& l.lex Cornelia. de vulga. & pupilla.& l. in omnibus.ff.de capti. & poſtlimi.reuer.

3 Quare, ſi † captiuus hæres inſtitutus non reuertatur, ſed moriatur apud hoſtes, eo vti incapace ſemper exiſtente,inſtitutio de eo facta non valet, dicit Imo. in d.l. illa inſtitutio.§.1.quia attenta iuris fictione , reperietur inſtituta perſona mortua : vt ibi per eum , idem eſt dicendum,non valere legatum , mortuo apud hoſtes facto,per tex.in l.ſi ſeruo meo.§.1.de leg.1.

Verùm hi noſtri à Turcis hoſtibus victis , recuperati viui ſicuti alio quouis modo euaſiſſent à manibus eorum,non animo amplius ad eos reuertendi gaudere debent dicto iure poſtliminij.l.nihil.ff.de cap. & poſtlim. reuc.& §.dictũ eſt autem. Inſti.qui mo ius pa.poteſ. ſol. & l.ab hoſtibus capti.C.eo.de capti.

Cæterùm dubitari contingit de his infœlicibus, qui ab annis quibuſdam citra frequentius quàm audiatur prius eueniſſe , fuerunt capti, & capiuntur à pyratis

4 † Turcarum, continuò has regiones maritimas Italiæ circumcirca, maximè in mare nauigantes infeſtantibus & deprædantibus,an liberi remaneant, itaque fictio iuris poſtliminij vel legis Corneliæ in eis locum non habeat? Videtur dicendum,eos liberos remanere. per d. l..poſtliminium.§.à pyratis. & l. hoſtes. de capti. & l. qui à latronibus.ff.de teſta. quæ iura non diſtinguunt, an pyratæ vel latrones capientes, ſint exteræ, inimicæ, amicæ,vel noſtræ gentis , neque nos diſtinguere debemus:l.de pretio de publici. etiam quod talis captus à pyratis perueniat ad Turcas , vel alias gentes inimicas, quib⁹ victis in bello fuerit recuperatus, videtur magis attendenda prima cauſa,quia fuit ſurreptus à pyratis, per text.in l.latrones tibi.ff.de capti.ita in ſpecie in captis à pyratis Turcarum non præcedente diffidatione ad bellum,non vt ab hoſtibus,ſed à latrũculis capto fictionem poſtliminij , vel legis Corneliæ non prodeſſe, reſpondit Deci.in conſilio 575.col.penul.nu.11.verſic. ſecundò poteſt.

Contrarium autem exiſtimo verius, quod capti ab iſtis pyratis Turcarum, & ducti ad eorum regiones in ipſorum quidem captiuorum miſerrimam ſeruitutem amittant libertatem,& in eis locum habeat legis Corneliæ, & poſtliminij fictio: quoniam hodie cum Turcis habemus ſemper bellum indictum nos, qui ſumus de populo Chriſtiano , qui ſucceſſit loco populi Rom. ideo Turcæ ſunt noſtri hoſtes,probant Barto. in l.hoſtes.colum.ſecunda,ſub verſ.ſecundò dixi.num.8. ff.eo. de capti.& Ange.in l.obſides.ff. de teſta.& Alex. conſ. 130.colum.2.num.3.lib.7.& Alcia.in l. hoſtes. de verb. ſigni.pyratę etiam ſunt propriè hoſtes , & diffidati ſunt ipſo iure:Bal.in auc.nauigia.C.de fur.refert Iaſo. in §. rurſus.nu.46.47.Inſti.de actio.& Glo.in d.l.hoſtes. hic

primò



primò alleg.de capti.ad fin.expreſsè dicit, quòd ſi latro hoſtium capiat aliquem de noſtris , & ducat ad hoſtes efficitur ſeruus hoſtium , & habet locum poſtliminium : probat per l. latrones. ff. eo. vbi latro capiens ſeruum alicuius,& ducat ad inimicos, & is ab inimicis victis fuerit recuperatus, etiam alij venditus remanet domini , de quo erat dubium, quia erat effectus ſeruus hoſtium,dicit ibi Gloſ.in verbo Rediſſet. & operatur poſtliminium. quia reuertitur in priſtinum ſtatum , dicit eadem Glo.ideo domino ſuo debet reſtitui:vt etiam de hoc eſt tex.in l,ab hoſtibus capti.C. eo ita d. l. latrones. facit pro hac parte etiam text.in l. mulier. ff. eo. vbi latrunculi exteræ gentis.ſ.inimicæ vel non amicæ. l. poſtliminij.§.primo. ff. eo. capiunt mulierem crimine damnatam ex loco aſſignato ad pœnam,quę precio alicuius redempta reuertitur in priſtinum ſtatum pœnæ impoſitæ : & ſic facit hæc lex in ratione dubitandi , quia ſunt latrunculi exteræ gentis. nam ſi eſſent noſtræ gentis, lex eſſet de indubitabili: argu.l.ſi quis ingenuam. §.fina. ff.eo.namque pro libertate amittenda ſufficit quem ex noſtris peruentum eſſe in poteſtatẽ hoſtium , & ibi coactum detineri:l.eos.in princip. & l.bona.in prin.ff.eod. & l.pen.in fi.C.eod.vel iuiſſe ſponte ad eos,quibus cum bellum non viget , ſed eo incœpto deprehenduntur , vt modò noſtri reperti in locis Turcarum retinentur, & eorum effecti ſunt ſerui.ergo locum habet poſtliminij, & legis Corneliæ fictio:vt l.in bello.§.primo.ff.eod.non obſtat,belli diffidationem non præceſſiſſe,ponderatam per Dec.in d.conſi.575.num.11.quia cum Turcis habemus ſemper indictum bellum , vt dictum eſt , quod etſi actu non militaret,tamen quod ex noſtro ad eos peruenit,eorum fit , & liber homo noſter ab eis retentus, eorum fit ſeruus:l.poſtliminij.§.primo.ff.eod. & contraria locum habent in captis à pyratis, qui non abducunt perſonas,& res captas ex noſtris ad Turcas hoſtes, prout his temporib.abducũt iſti pyratæ Turcarum gentis, vt ſentit Gloſſ.in ver.à pyratis.in dict.l.poſtliminium, §.à pyratis.& clarius in d.l.hoſtes.ff.eod.ita non bene reſpondit Dec.in d.conſil. contrarium enim in eadem ſpecie facti,& rectiùs ſaltem in hoc articulo ( licet non ita diſcutiat)reſpondit Goz.in conſi.68.col.1.num.2.& col.3.verſic.7.

Quæritur , cùm iſti pyratæ per deprædationem perſonarum , & rerum , per eos factam ex noſtris in mare, quandoque propè littora noſtra firma naue ponunt vexillum fœderis , & redemptionis , vt vulgariter dicitur, La bandera del reſcatto , an liceat noſtris , & bona conſcientia ab eis emere poſſint res ſic per eos à noſtris raptas, & à dominis ipſarum rerum poſſit vindicari eas contra emptores abſque reſtitutione precij per eos ſoluti pyratis ? Videtur non licere, quia quod iſti latrones rapiunt,non faciunt ſuum, & remanet domini:d.l.poſtliminium.§.à pyratis.& dicta l.latrones. ergo poteſt vendicari a domino , aliquo pretio non reſtituto : l.2.C.de furt.

Contrarium breuiter tenendum eſt , ab iſtis pyratis licere emi res per eos raptas, quas dominus earum ab emptore redimere poteſt, reſtit.pretio pro eis ſoluto pyratis. Caſus eſt in d.l.mulier.ff.de capti.allegatus per Cep.in caut.10.pro limitatione.dict.l.2.bene verum eſt eas, quia furtiuæ ſunt, non poſſe vſucapi ab emptore, per text.in dict.l.latrones.ff.eod. quæ lex intelligi debet (prout in hoc clara eſt) quando emuntur tales res poſt ſecutum poſtliminium , ſecùs eſt, ſi emantur,dum apud pyratas ſunt in naui in actu proximo abducendi eas ad ipſos Turcas hoſtes : quia credo hoc caſu poſſe vſucapi ab emptore per triennium,ne poſtea dominus reſtituẽdo pretium amplius luere poſſit:vt l. in bello.§.ſi quis ſeruum.& ſeq.& ibi Gloſ.ff.eod.

Digreſſionem hanc ad captiuos reuerſos & poſtliminij ius me facere induxit illud fœliciſſimum nouum de victoria claſſis Chriſtianę cõtra Turcarum claſſem. Vtinam indies perſeueret magiſq; adaugenda ſit,& diuina Maieſtas eam foueat , adiuuet , & ſuum natale ſolum & locum ſanctiſſimi Sepulchri ſui recuperare faciat , ac diuina bonitas omnes gentes, etiam Turcas ipſos illuminet ad veritatem vnam fidei Chriſtianæ , vt fiat tandem vnus paſtor , & vnum ouile , & per mare totum , per terras , pyratis & latrunculis cunctis extinctis , ſecurum ſit omnibus nauigantibus, & ambulantibus iter.

¶SVMMARIVM.

1 *Statutum, prohibens fieri alienationem ſtabilium in forenſem , communiter eſt in omnib.ciuitatibus , & valet prohibens inſtitutionem vel legatum fieri in forenſem, & de eius intelligentia latiſſimè , valetq; prohibens mulierem nuptam extra territorium poſſe ſuccedere ex teſtamento,vel ab inteſtato,hacq; propter publicam vtilitatem,ne onera perſonalia & realia,ac collecta amittantur,quæ ſoluuntur publico, nec pro eo fideiubere poterit ciuis ſtatuto ſic dictante , quæ alienatio ſic taliter facta iuramento non validatur,de materia verb.forenſis.*

2 *Statutum prohibens vendi ſeu donari forenſi adeò , vt ſolùm comprehendatur contractus inter viuos , non cenſetur prohibita alienatio , per vltimam voluntatem , ac quando ſunt verba prohibitiua conuenientia tamen con tractui inter viuos, quàm vltimæ voluntati, eſſet prohibita talis alienatio , niſi eſſet ab inteſtato ſucceſſurus, quia ei poterit legari vel hæres inſtitui.ſecundum communem opin.quod limita , ſi in ſtatuto adeſſet clauſula reſtrictiua diſpoſitionis generalis,qua declaratur, ſtatutum loqui ſolùm in contractibus.*

3 *Statutum prohibens per verba negatiua vniuerſalia & geminata alienari rem immobilem,ſitam in diſtrictu alicui forenſi, tollit omnem alienationẽ in forenſem ex omni cauſa , ex omni titulo etiam pro hæreſe ab inteſtato vel ex teſtamento , etiam ſi forenſis ſit conſanguineus & hæres legitimus,ſuccedens ab inteſtato,vel mater effecta forenſis per nuptias , ſiue talis prohibitio emanauerit per teſtatorem, ſiue per ipſum ſtatutum,& alienatio fuerit maximè generaliter prohibita, non obſtante confiſcatione bonorum alienatorum & pœna nullitatis alienationis impoſita per ſtatutum,& quare,ibidem exponitur.*

4 *Statutum prohibens expreſsè forenſem agere poſſe quouis titulo etiam via vltim. voluntatis dicitur clariùs prohibitus ſuccedere etiam ab inteſtato,& ex teſtamẽto, ſiue prohibitio ſit in perſonam alienantis,ſiue agentis, ſtantibus verbis vniuerſalibus & geminatis.*

5 *Fallit in filio forenſe,& parentibus forenſibus.*

6 *Statutum prohibens alienari in forenſem bona ſtabilia, ſita in territorio,non impedit, quin forenſis inſtitutus in omnibus bonis mobilibus & immobilibus, vt fit communiter, poſſit capere reſiduum hæreditatis ſibi remanens permiſſum capere ex prohibitione expreſſa ſtabilium.*

7 *Legatum veſtium per maritum factum vxori non comprehendit ornamẽta etiam comprehenſa ſub legato veſtium ſuarum,quæ ſunt prohibita per ſtatutum portari per ipſam vxorem.*

8 *Iura feudorum faciunt ius commune,& debent ſeruari in deciſionibus cauſarum , & ſunt conformes ipſi iuri communi.*

9 *Inſtitutio vniuerſalis hæredis non continet bona immobilia , ſita in territorio prohibita alienari forenſi ſub pœna confiſcationis & nullitatis actus per ſtatutum impoſita, ad quam pœnam imponendam verba vel facta debet clare apparere,& non per coiecturas,ideo dictũ generalibus verbis non eſt niſi obſcurũ & ambiguũ, quæ bona deueniũt ad aliũ legitimũ & habile ſucceſſorẽ, non forenſem*

 *hæredem*

*hæredem,quod inconueniens non eſt,vt pro parte non miles moriatur teſtatus,& pro parte inteſtatus ex diſpoſitione ſtatuti,& ſiue verba fuerint vniuerſalia,ſiue ſpecialia,non tranſeunt talia bona in forenſem, quoquo titulo prohibitum agere per ſtatutum.*

10 *Intelligitu[illegible]dicta bona nõ intelligi data prohibito titulo vniuerſali, quando ſunt prohibita verbis expreßis alienari,vbi tamen abeſſe voluntas teſtatoris & bona prohibita alienari in inſtitutione vniuerſali continentur, & quando æſtimatio deberi poßit.*

11 *Intellectus l.quidam.ff.de acquir.rer. dom.*

12 *Forenſis inſtitutus hæres purè in certis bonis immobilibus prohibitis ſtatuto alienari alio non dato cohærede & exiſtente vniuerſali,non capit bona hæc,niſi habilis reperiatur tribus temporibus:quod quidem latè diſcutitur.*

13 *Intellectus l.qui ſoluendo.ff.de hæred. inſtit.*

14 *Forenſis adeptus ciuilitatem tempore mortis teſtatoris gratia principis facit valere inſtitutionem de eo factam ex benignitate, & quo tempore ſufficiat capacitas ad effectum capiendi,& quando pœna confiſcationis non cenſeatur commiſſa?*

15 *Forenſis vbi ſit ſub conditione ſubſtitutus,ſufficit eum effectum habilem tẽpore aduenientis cõditionis,& quo ceßit dies ſubſtitutionis.*

16 *Legatum factum forenſi purè valet, modò quod tempore mortis teſtatoris effectus ſit ciuis,& quo legati dies ceßit, idem in legato conditionali facto habili tempore cedẽtis cõditionis,hocq; quãdo alienatio ſimpliciter ſic prohibita per ſtatutum,ſecùs ſi adeſſet clauſula expreſſa decreti irritãtis ipſo iure actum, cum pœna amißionis rei,ipſo iure applicanda fiſco, & de materia latißimè huius pœnæ,& de ſtatuto,irritante contractus & vltimas voluntates.*

17 *Mora non purgatur in executione facta à Iure ſiue ab homine ſit facta executio.*

18 *Statutum vbi viget cum clauſula annullatiua decreti irritantis ipſo iure, venientes contrà, incidunt in pœnam in eo expreſſam.*

*Et in continenti fit executio à Lege,quod ſit cõtrauentum.*

*Nec tolli poteſt diſſuetudine abſque ſcientia principis, vbi maximè eſt præceptiuum,concernens commodum publicum.*

*Et requiritur ſcientia ac tolerantia principis.*

19 *Conſuetudo non valet contra conſtitutionem prohibitiuam vel diſpoſitionem,maximè habentem decretum,quod facit neceßitatem,& quando derogetur cõſuetudini præteritæ & futuræ,& aliqua de materia.*

20 *Statutum vbi prohibet forenſem acquirere & alienantem tradere ei ſine licentia ſuperioris,debet peti atque obtineri priùs licentia ante acquiſitionem & traditionẽ, vt valeat ſtante tali forma ſtatuti, & quid reputetur pro forma,& quando licentia per vnum obtenta ſufficiat.*

21 *Forma ad vnguem eſt ſeruanda, & inducitur per clauſulam decreti irritantis.*

22 *Licentia conceſſa alienandi vel acquirendi, an & quando porrigatur ad iam factas.*

23 *Forenſis,qui obſtante ſtatuto acquiſiuit,ſine licentia ſuperioris,& agens cõtra ciuem vel incolam tertium poſſeſſorem pro illis bonis, ſitis in territorio, opponentem de nullitate tituli, tentans ex hac cauſa habilitatem,poterit à reo etiam tertio poſſeſſore repelli, opponente tituli nullitatem, qui nec admitti debet ad habilitatem agendi,facta illi prius nullitatis oppoſitione.*

24 *Ius tertij ipſo iure excludens intentionem agentis poteſt à quolibet opponi: quia hæc non eſt exceptio ſed negatio iuris agentis, & magis venit in modũ probationis quàm exceptionis.*

25 *Inſinuatio non ſit amplius ad validandã donationẽ,quando ante fuit facta eius nullitatis oppoſitio,propter defectum ipſius inſinuationis.*

26 *Supplicatio omnis ad principem eſt prohibita,lite pẽdente, niſi ad certos effectus.*

27 *Forenſis vt poßit impunè acquirere,ſic & ciuis alienare illi,conditionalis fiat alienatio & acquiſitio,quando ſcilicet licentia ſuperioris obtinebitur nec aliter, nec alio modo.*

28 *Emphyteuta vendens ſub cõditione, ſi domino placuerit,& eius conſenſus acceſſerit,impunè vendit.*

*Etiam ſi appoſita fuerit clauſula conſtituti.*

29 *Clauſula,Non aliter,nec alio modo,habet præciſam naturam,adeo vt non admittat aliquam modificationem,nec interpretationem à verbis ſeparatam.*

*Et in omne euentum reddit contrahentes tutos à pœna.*

## ¶SOLVTIO. IIII.

DE qualitate hæredum inſtitutorum (vt priſtinam narrationis ſeriem oratio noſtra poſtliminio ipſo quoque recuperet) proſequendum etiam foret, quòd in pleriſque locis Municipales Leges extant,ne poſſit aliquas res vel vltra certam partem relinqui vxoribus, extraneis,vel forenſibus, ſed quia de his tactum eſt ſuprà lib. præceden.in prima interpret.& dubit.1.ſuper diffinitione,in dict.Habilis.ver.ſecundo caſu,ne res acta iterum agatur,illuc reuertendum eſt,ſolum autem repetam,& dicam adhuc de inſtitutione facta ſeu legato facto forẽſi contra ſtatutum prohibens alienari vel relinqui foren-
1 ſibus,quoniam † tale ſtatutum eſſe communiter in omnibus ciuitatibus, dicit Alber.in l.fin.col.fina. C. de reb. alie. non alienan. & circa illud ſæpè contingit multifariam dubitari,Extra rem non eſſe exiſtimo, ſuper eo aliquantulum inſiſtere, & concluſiones magis frequẽtium quæſtionum referre,& firmare.

Nam primo verum eſt,Statutum valere,& poſſe prohibere, ne quis de loco ſtatuentium iure inſtitutionis vel legati relinquat forenſi, neúe ab inteſtato trãsferat, vel tranſmittat ad forenſem bona ſaltem ſtabilia,& cõſequenter,ne forenſis acquirat ab inteſtato, vel ex teſtamento,quia factio teſtamenti eſt de Iure Ciuili, ſimiliter acquiſitio,& ſucceſſio ex teſtamento,vel ab inteſtato:l.lege obuenire.l.his verbis.de verbor.ſignifi.l.3.§.de illo quæritur.ff.pro ſoc.Barto.in Rub.num.2.de acquir. hæred.ideo per Ius Ciuile,& ſic per ſtatutum poteſt tolli,ſaltem ex cauſa, & fortiùs in certis bonis factio teſtamenti ſic,& acquiſitio ex teſtamẽto, vel ab inteſtato:d. l.his verbis.l.is, cui.ff.de teſta.& per §.pen.in tit.de iur. nat.Gen.& Ciui.ſupponit Barto.in.l.fina.col.2.num.4. & 5. & ibi Bald. col. 2. nu. 13. in bonis certis firmat ibi Iaſ.col.7.verſ.ſubdit Barto.& ibi Dec.col.8.num.26.C. de pact.dicit hanc opinionẽ videri com.quòd tale ſtatutum valet,idem ibi Hier.Cagno.num.175.de com.atteſtatur,dum ibi Doctores concludunt, valere Statutum, prohibens, Mulierem nuptam extra territorium poſſe ſuccedere ex teſtamento,vel ab inteſtato, idem cẽſetur velle in ſtatuto prohibente relinqui vel transferri forenſibus,ſic particulariter tradunt in l.filiusfami.§.diui. de lega.1.& de hoc non eſt dubitandum, & vt in ſpecie per Pau.de Caſt.cõſil.89.Poſſet quis dicere.poſt prin.lib.2. Dec.conſ. 661. col.1.

Secundò recordari oportet, quòd ratio motiua huiuſmodi ſtatuti & eius cauſa, eſt valida & præcipua, propter vtilitatem publicam, ne oneratam perſonalia, quàm realia, & collectæ, quæ ſoluuntur publico amittantur,vel diminuantur, prout euenire poteſt, transferendo bona ad forẽſes, qui non ſunt ſubiecti oneribus, & non poſſunt ad ea cogi,ſicut ciues, & incolæ loci: ita hanc rationem adducunt & approbant Barb. in conſil. Præclarè.col.13.verſ. item quia illud ſtatutum.lib.1.

& Calca.



& Calca.in conſil.126.colum. 1 verſic. quia ſit prohibit, & Rom.conſil. 509. colum.3. verſic. cæterùm qui dicit hanc rationem eſſe publicæ vtilitatis principalem, ſequitur & mandat notari Ripa in dict.§. diui. nume. 90. & approbat Corn.conſil.78. colum.2. verſic. & volunt. lib.1.& Card.in conſil.135. verſi. item principalis ratio. & Hippol.Rimin.conſil.28.nume.13.conſil.72. nu. 44. & ſequen.& ob id tale ſtatutum dicit fauorabile,Doctores dicunt in dictis locis.& Alexãn.conſ.41.colum.pen. verſ.ſed prohibitio.lib.5. quam concluſionem per tot Doctores approbatum, puto veriſſimam: quia & eam conſiderat & approbat Salic. in l.ea lege. columna penultima verſic.conſidero igitur.numero 19.C.de cond. ob cau. & per aliquos perperàm cauillatur, quòd hæc vtilitas principaliter ſit priuatorum, & Reipublicæ ſecundariò, ex dicto Bart.in lib.1.§.huius ſtudij.ſub num. 1.de Iuſt.& Iur. quia Bart. ibi loquitur ſimpliciter, vtilitatem priuatorum dici publicam: quia intereſt Reipublicæ,locupletes, &c. ita publica dicitur ſecundariò, quæ venit ex opulentia ſubiectorum, quorum vtilitas principaliter dicitur, quia opulentia eis primò prodeſt. diuerſa eſt dicta ratio noſtri Statuti, quę tendit ad hunc finem principalem, ne per tranſlationem bonorum ſtabilium incolarum ad forenſes diminuatur publica commoditas, & publicum ius collectandi, & onera imponendi tam perſonis, quàm rebus.& hoc ſtatim, facta alienatione forenſi, tangitur immediatè. Ergò principale dicitur, per l.qui per ſucceſſionem. de Regul. Iur. & ibi per expoſitionem Alberic. & Cagnol. de verbo, Principaliter. & ne exinde magis grauentur ſubditi,vt, propriè in loco noſtro oſtendit procemium additionis vel reiterationis dicti ſtatuti, finis eius. Ergo quod & principaliter agitur attendi debet: l. ſi quis ne cauſam. ibi poſt alios Iaſo. ſi cer. pet. & l. principaliter. & ibi Bald.C.de liber.ca.& l. ſi ſeruo.in fin.de ſtatu lib. Bald. & Ang.in dict. §.huius ſtudij. Bartol.in l.ambitioſa.col. 4.ſub numero 19.ff. de decr. ab ordi. facien. prout ſtatutum, prohibens ciuem fideiubere pro forẽſe, dicitur continere vtilitatem publicam principaliter: Fely. in cap.ſi diligenti.colum. 5.nu.19.de fo.compe. publicam enim vtilitatem principaliorẽ eſſe, & præualere,probat text.in lib.2.C de ædific. priu. & in auc. res, quæ. com. de leg.ideo,& hac ratione alienatio facta cõtra dictum ſtatutum non validatur iuramento: vt firmant Roma. Barb.Corn.& Ripa in locis ſuprà allegatis.

2 Tertio, quando hoc † ſtatutum prohibet vendi ſeu donari,ita quòd comprehendatur,ſolùm continere per contractũ inter viuos prohibitionem alienationis fiẽdæ forenſibus, non cenſetur tunc prohibere alienationem per vltimam voluntatẽ legando ſeu hæredẽ inſtituendo forenſem. per l. pater. §. fundum. de legat. 3. & l.verba geſſerunt. de verb. ſignific. & gloſſ.in l. prima. C. non lice.habit. metro. lib.11. tradit.Imol.in l. ſi ita quis. §. ea lege. colum. fina. de verbo. oblig. & ibi probat Aret.in ſecunda colum.verſic. ſecundo adde. in hoc caſu poteſt eſſe vera conſultatio Fulgo.in conſ.215. in primo, colum.fina. verſic. porro & ſi lex.& Ruin. in conſil.139.colum.penult. lib 5. ſicut videtur nouiſſime concludere Couar.in cap.Raynaldus.in princ.nume.4. ver.prima concluſio.de teſtam.& Rol.à Val.conſil. 80. n.36.l.3. faciunt quæ ſcribit Crot.in dict.§. diui nume. 82.verſic.quinto fallit ita nuncupatim intelligit Iaſo. in d.§. ea lege.col.pen.ſub verſ.ex ſuprà ſcripta.

Quarto ſi vero ſtatutum prohibet alienari forenſib. per verba prohibitiua conuenientia alienationi fiendæ tam per contractum inter viuos quam per vltimam voluntatem,legari non poteſt forenſi,neque hæredem inſtitui forenſem,qui alias ab inteſtato non eſſet ſucceſſurus teſtatori,ſi autem ab inteſtato ſuccederet,poteſt hęres inſtitui,& ei legari.Bartol.in l.peto. §.fratre. ſub nu. 3.de legat. ſecundo. & in dicto.§.ea leg. in tertio membro,quando prohibitio alienationis eſt facta in certum genus perſonarum, ita eſt commun.opin. Alex. conſil. 56.col.fina.verſic.quinimo lib.1.& conſilio 55.colum.2. & conſil.59.col. 4.ver.quinto probatur.lib. 3. & refert concludendo Couar.in d.cap. Raynaldus, in princ. nu. 6.& Corn.in conſil. 111.colum.penult. verſic. quicquid autem. lib.3. qui conſuluit ſuper ſtatuto Piſauri, quod tunc forſan non erat ita ampliatum & reiteratum per verba vniuerſalia & geminata prohibitiua tam contra alienantem,quàm cõtra forenſem acquirentem, prout modo extat in ſtatutis impreſſus idem in conſil.213.col. 3.lib.2.& Soc.conſil.292.ad fin.lib.2.

Primum dictum limita niſi in ſtatuto adeſſet clauſula indicans reſtrictionem diſpoſitionis etiam generalis quoquo modo alienandi,vt quòd dicat,aliàs contractus ſit ipſo iure nullus, quia per hanc clauſulam declaratur totum ſtatutum loqui ſolum in contractibus, & non in vltimis voluntatibus, ſecundum Bald. in conſil. 255. caſus talis eſt quidam de ciuitate Lucana,col.2.lib.3.

3 Quinto vbi † ſtatutum per verba negatiua vniuerſalia, & geminata prohibet alienari etiam per viam vltimæ voluntatis, vt nullus terrigena poſſit vel valeat alienare vel quoquo titulo transferre etiã in vltima voluntate aliquam rem immobilem ſitam in ciuitate, vel comitatu, ſeu diſtrictu alicui forenſi, vt loquitur ſtatutum noſtrum, ſunt enim verba vniuerſalia negatiua tam reſpectu perſonæ alienantis,nullus, & tam reſpectu perſonæ acquirentis, alicui forenſi, de nomine nullus, vt c.nemo de ele. in 6.& l.nemo.de lega. primo. Gloſſ. Bartol.& alij in l.1.de regu.iur. & per.cap.fin. in fin. 20. quæſt.2.dicit Abb.in cap.1.n.4. de teſti.& Dec. in conſ. 365.col.3.ver.& vlterius.

De nomine, *Alicui*, quod eſt vniuerſale comprehenſiuum omnium particularium & ſingularium perſonarum forenſium,vt de eo latiſſimè ſcribit Tiraquell. in l. ſi vnquam.in verſ.ſi omnia.num.14. & ſequen. de reuodo.& ſunt geminata reſpectu poteſtatis, poſſit, vel valeat, & generalis & geminata reſpectu actus, alienare vel tranferre,vt de verbo, Alienare, per text.in §. alienationis.in auct. de non alien.aut permutan.De verbo. Transferre, habetur,quod eſt magis latum,quàm,Alienare:l.diffinimus. & ibi Gloſſ. C.de agri.& cenſi.lib. 11. & vniuerſalia, quoad titulos acquiſitionis quoquò vel quouis alio titulo de dictione, Quoquo. Iaſo.in conſ. 43.col.3.lib.3.De dictione,Aliquo modo, operante etiã impropriam alienationem, & promiſſionem de vẽdendo,vel alienando,ponit Anc.Regien.in quæſt.39. num. 10.vſq; ad fi.par.1. addita efficaciori operatione diſpoſitionis negatiuæ ſeu prohibitiuæ, ob negationem generis,ſecùm trahentem & includentem omnes ſpecies, per quas perueniri poſſet ad prohibitum:Bald.in cap. 1. in prin.col.fin.verſ.nota,quòd plus operatur.de prohib. feu.ali.per Feder.

Et tunc quidem ex his verbis prohibitiuis, negatiuis, vniuerſalibus & geminatis, apparet prohibita omnis alienatio in forenſem ex omni cauſa, ex omni titulo etiam pro hærede ab inteſtato, vel ex teſtamento. vt ſentit Bart.in l. ventre.col.4.nume.11.verſic. & propter hoc dicebam.ff.de acquiren. hæred. & ibi clariùs no.& probat.Aret.in 1. col.ver.dicamus ergo & melius, quod opi. Bartol.& in l. Pantonius. §.primo,colum. 2. verſic. vt ergo illa verba. ff. eo. etiam ſi forenſis eſſet conſanguineus, & legitimus hæres, ſuccedens ab inteſtato: ſequitur & probat Iaſo.in dict. §. ea lege.col. fin. verſ.limita deciſionem Bartol.& in d.§. diui. in 2. lect. col.19.verſ.limita iſtam no. regulam.& Dec. in conſil. 23.col.3.ſub verſ.quinto.& conſ.481. col. 2. ſub nume. 7.verſ.vel ſecundò reſponderi poteſt. & Ruin. conſil. 98.col. 4.ſub nume. 11. lib. 2.& in conſi.162.colum.fi.

C 3 num.

nume.27.libr.5.& Pariſ.conſil. 22.colum. 6.numer. 52. libr.3.& Rolan.à Val. in conſ.80.nume.37.lib.3. rurſus Ruin.conſ.47.col. 1.& ſeq. lib.3. conſuluit contra matrem effectam forenſem per nuptias in ſtatuto Vrbini & alios allegando, firmat Couar. in dict. c. Raynaldus. in princ. numer. 11. nihil diuerſitatis eſſe debet in hoc, quod aliqui ex his Doctores, loquantur in prohibitione alienationis facta per teſtatorem, quia, & ſic æquiparat Rom.in d.l.ſi quis in graui. §. eleganter ad Sylla. idem enim,& fortiùs tenendum eſt in prohibitione, facta per ſtatutum, quod plus debet poſſe prohibere, quàm teſtator dicit Bartol.in dict.§.ea lege.ante num.9. Nam hæc alienatio facta contra tale ſtatutum, dicitur in fraudem legis, & ipſo iure nulla: Pycus in repet. l. poſt contractum.num.2.& 5.ff. de dona.& hanc cõcluſionem ſimiliter per tot. Doct. approbatum puto veram, & tenendam, quia conuenit verbis ſtatuti ſaltem ſub tali,& tanta vniuerſalitate, & geminatione ſupra ponderata ad ſingula eadem verba, & in eo maximè, quòd etiam quis moriendo dicitur alienare & transferre: l.ſi quis prioris, §.primo. C. de ſecund. nupt. & ibi Salin. in fin. dicit hoc maximè attendendum eſſe, quando alienatio eſt generaliter prohibita, & clarius ponit Baldus in conſ. 358. Quidam Lucanus. num. 1.lib.1.ratio eſt, vt dixi ſecundum Bald. quia magis operatur prohibitio, & quoquo titulo, continetur etiam titulus pro hærede generali tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, Rub.& to. Tit.ff.& C.pro hærede facit.l. conficiuntur, in princ.de iur. codicil. cum ſimil. & conuenit menti, & rationi principali.ſuprà in verſ.ſecundò adductæ, ne fraus fiat publicæ vtilitati transferendo bona ad forenſem, ſic per cauſam ſucceſſionis ab inteſtato vel ex teſtamento, ſicut per alias cauſas acquiſitionum ex contractibus. facit Gloſſ.in l.quædam.de acquic. re.do. dum reſpondet ad contrarium d. l. ſi quis prioris. §. primo & argumentum ab identitate rationis facit, vlt.3.§.1. de inius rupt.teſta.& in ſpecie Pariſ.conſ.7.col. 2.nu.14. lib. 4. ſi eſt cõmunior opinio per Burſ.Mantu.conſ.8. num. 31.cum vulgarib.facitq; generalitas ſtatuti: vt l. in fraudem.in fin.ff.de mil.teſta.cum ſimil. non turbat etiam hanc concluſionem confiſcatio bonorum alienatorum, & pœna nullitatis alienationis impoſita per ſtatutum, & quod videatur ſolùm prohibita alienatio hominis, vt pœna verificetur ex delicto hominis, & non alienatio legalis, quæ prouenit ex morte, & pœnam pati non poteſt ſine dolo morientis: Salic. in dict.l. ſi quis prioris. §. primo, quia vt pœna talis non committatur, cẽſeri debet non facta alienatio in caſu ſuccedendi ab inteſtato per forenſem effectũ incapacem, per dictum ſtatutum præſumptione ceſſante voluntatis defuncti ad actum nullum,& pœnalem.l.3. ff.eod. de mil.teſta. & l.ſi procurator. §. penult. de cond. indeb. l. quanquam. cum alleg.ibi per Bal.de rit.nupt. & hoc magis conſentaneum eſt prohibitioni ampliori alienationis legalis inductæ per dicta verba vniuerſalia geminata. nam poteſt eſſe qui prohibitus alienare ſub pœna, licet ſit prohibitus hæredem inſtituere ad hoc, vt non poſſit acquiri hæreditas, non tamen videtur prohibitus, quo ad hoc, vt incidat in pœnam, per gloſſ.in ca.primo in prin. de prohib. feud. ali. per Feder. dicit Aret. in dict.l.ventre. colum. 11. verſic. tene etiam menti. & in dict. §. ea lege colum.ante penult.verſic.aduerte etiam. adde Alber.in l.ſi quis prioris.colum.2.ſub num.3. C. de ſecun. nupt.& facit gloſſ.in verſ. Expectandum.in l.3.§. quando autem.de iur.fiſc.

4 Præterea † forenſis dicitur clarius prohibitus ſuccedere etiã ab inteſtato,& pariter ex teſtamento, quando & ipſe expreſsè prohibetur per ſtatutum acquirere quouis titulo, etiam via vltimæ voluntatis, vt ſtatutum noſtrum reiteratum diſponit, nam licet id parùm operari vti vigore correlatiui, ſufficere, videtur prohiberi alienantem, dicat Aret.in d. l.ventre. col.11.verſic.præterea iſta differentia. tamen inficiari non poteſt, quin efficacius, & magis præcipuè operatur ſpecialis, & ſingularis diſpoſitio & prouiſio, quàm generalis: c. quanquam.cum ſing.ibi in gloſſ.23.diſtinct. vt opportunè loquitur Ang.in conſil.228.punctus. de ſtatuto etiam dirigente verba ad acquirentẽ, ita ſentit ponendo exemplum in prohibito acquirere per verba vniuerſalia: Iaſo. in d. §. ea lege, colum.fin. dum alleg. Bartol.in d. l.ventre.& apertiùs in d.§.diui.in 2.lect.colum.21. verſ. ſecundò no. limita. vbi in prohibito alienare dicit procedere regulam, quòd forenſis ſucceſſurus ab inteſtato poteſt ſuccedere ex teſtamento, ſecus eſt in prohibito acquirere, quia ſi ſtatutum ciuitatis prohibet, & diſponit, quòd nullus forenſis poſſit aliquo titulo acquirere bona in territorio,& aliquis forenſis ſit proximior conſanguineus,& de ſuccedentibus ab inteſtato non poterit tamen etiam ex teſtamento ſuccedere, quod dicit bene notandum ad intellectum, & ampliationem dicti ſtatuti quod eſt vbique in partibus Italiæ, allegando ita eſſe de mente Bart.in dict.l.ventre. & ibi expreſſe ponderatum & firmatum eſt per Aret. qui vere id firmat, quando in ſtatuto eſt poſita dictio vniuerſalis maxime geminata reiecta differentia ſtatuti dirigentis verba ad forenſem acquirẽtem, & circa hãc differentia reiectionem nõ bene iudicio meo per dictam rationem de ſpeciali, & ſingulari prouiſione fortius operante, cui quidem rationi, & concluſioni addo in terminis, vt aiunt, terminantibus Paul.de Caſt. in conſil. 60. viſis ſtatutis, col.1.ad fin.verſi.facit etiam ratio, lib.ſecundo, vbi dicit quando prohibitio ſtatuti dirigitur in perſonas, quòd non poſſint acquirere, tunc enim fortior, & latior eſſet prohibitio, & comprehenderet forte etiam iſtum caſum ſucceſſionis.ſ. ab inteſtato, quia fieret formaliter contra Caſtren. ibi ſubiungentis non ita eſſe quando prohibitio dirigitur in perſonas alienare volentium, quòd non poſſint alienare, licet & in hoc caſu idem videtur dicendum, quando prohibitio etiam in perſonã alienantis eſt facta per verba vniuerſalia,& geminata, vt ſuprà authoritate plurimum docto. & validis rationibus firmatum eſt, idem quando prohibitio eſt directa in acquirentem reſpondendo Aret.probat Rui. conſil.203.col.9.num.19.lib.2.& conſ. 160.colum.pen. lib.4.vbi latè de ſtatuto, prohibente alienationem in forenſem, etiam ex teſtamento.

Sed tantum hanc concluſionem limitandam cenſeo non habere locum in filio forenſe, eo quòd verba ſtatuti prohibitiua alienationis, & quoquo titulo acquiſitionis nequeunt verificari in filio, in quem ſucceſſio non procedit per modum alienationis ex aliquóve titulo acquiſitionis, ſed per modum continuationis dominij, per text. vulg. in l. in ſuis. de liber. & poſthum. quem exorna ex text. gloſ. & doct. & concordantium cumulo ad ſimilia.& plura dicta vt per Tiraq. in dict. l. ſi vnquam.in præfa. num.19.vſque ad nu.36. vnde in filio non cadit titulus pro hærede. l. ſecunda. C. de vſucap. pro hær. ita in ſpecie loquitur text. in materia per doct. paſſim alleg. in l. cum pater. §. cum inter. de lega. ſecundo. vt in hoc bene ſentit Corn.d. conſil.3.in fi.lib. 3. firmat Saly. in d.l.ea lege, colum. penul. ante nume. 14.& ante num.16.ſequitur Dec.in dicto.conſi.481.colum.fin. verſ. vel ſecundo.

Hanc eandem limitationem licet DD. non tangant, putarem procedere nõ minus piè in parentibus forenſibus quàm in liberis, per l. nam & ſi parentibus.in prin. ff.de inoff.teſtam.& in omnibus per rationem text. in l. prima.C.de impo.lucr.deſcrip.lib. 10.& vt per Aym. in conſ.39.in fi.& Cephal.conſ.13.nu.40.& ſeq. Plot.conſ. 19.nu.75.ſequitur Paſeth. Ferrarien.conſ.163.num. 6.

Sexto



6 Sexto communiter iſta † ſtatuta prohibent alienari bona immobilia ſita in territorio, vnde ſi quis forenſem hæredem inſtitueret in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus,& actionibus, vt fieri ſolet, vel ſubſtitueret, poterit forenſis ſic inſtitutus vel ſubſtitutus, præter bona ſtabilia ſita in territorio capere reſiduum hæreditatis ſibi remanens permiſſum capere ex prohibitionis expreſſa bonorum ſtabilium per regul. l. cum prætor in princ. ff.de iudi. & l.nec non. §. quod ex eis.ex qui.ca.maio.& ca.primo.de procu.in 6.& c. qualis.xxv.diſt.cum ſimil.

Ad bona verò ſtabilia is hæres forenſis aliqua actione vt acquirat agere nõ poteſt exceptione ex teſtamento ſibi obſtante, quæ impedit litis ingreſſum, vt in ſpecie tradit Bartol. & Ang. in l. vir bonus. ff. iudic. ſol. & Blanch.in tract. de compro. in 4.par.num.93.nam bona immobilia in territorio ſita,& prohibita alienari, & acquiri forenſi etiam ſub pœna, ſub verbis vniuerſalibus inſtitutionis hæredis non veniunt, per l. obligatione generali.ff.de pignor.& l. prim.C. quæ res oblig.poſ. & per Bar.in l.pen.§.primo.num.5.de leg.2. cum pluribus deciſ.in ſimili ſpecie alleg.per Alex. conſ.95.lib. 6.
7 & Aym.in conſ. 256.col. antepen. † & pe. vt ſub legato veſtium per maritum facto vxori non veniunt ornamenta etiam ſub legato veſtium ſuarum comprehenſa, quæ ſunt per ſtatutum prohibita portari per ipſam vxorem: vt ſing. tradit Bart.in l.1. C. nul. liceat. lib. 11. pro not.& menti tenẽdum refert & ſequitur. Aret.in l. multum intereſt. col.1.in 3. not. de verb. obligatio. & Bald. in l.cum te nu.5. C.de dona.ante nup. vbi declarat hoc dictum, quomodo ſit intelligendum,

De alienatione generali, quòd ſub ea nõ veniãt prohibita alienari, niſi fuerint nominatim expreſſa: ſunt text.in cap.in generali. ſi de feu.fue.conten.inter dom. & agnat.& in c.quidã Capitaneus.de capi.qui cu.vendi. loquentes in feudis prohibitis alienari per dict.cap.pri-
8 mum de prohibi.feu. ali. per † Fed. faciunt quidem ius commune, & debent ſeruari in deciſionibus cauſarum. Gui. Pa.in quæſt. 297.& Iaſo.in vſibus feud. colum. 2. & conformes ſunt ipſi cõmuni iuri.in dict.l.obligatione generali.& in dict. l.1.C. quæ res oblig.poſ.& in ca. fin. de officio Vicarij, & ibi gloſſ.& doct.inferunt, & tradunt generalem doctri. quòd in generali alienatione, & cõceſſione non veniũt prohibita concedi, & alienari: vt per Alex.conſi.16.num.10. & conſil.168.nu.8.lib. 2. duplicato. in conſ.20.lib.5.& Barba.conſ.43.col.antepen.verſi.recurratur ergo lib.1.& Aym.conſ.200. nu. 31.in 1.par. ſuarum q.fa.& ſup.dictum eſt. Igitur faciẽda
9 † conc. ꝙ in vniuerſali inſtitutione hæredis non contineant bona immobilia ſita in territorio prohib. alienari forenſi ſub pœna confiſcationis,& nullitatis actus per ſtatutum impoſita. Id enim ſuadet teneri & dicta generalis iuris regula, & quòd verba vel facta debent clarè & non per coniecturas apparere ad pœnam imponẽda: l.fin.C.de proba.& l.in teſtamento ita quidam. ibi Bal. de condit.& demonſt. & quid dictum verbis generalibus non poteſt eſſe, niſi obſcurum, & ambiguum. l. ita fidei.& ibi gloſſ.ff.de iur.fiſc. Ex quo non poteſt haberi plena & clara probatio, requiſita pro eo, qui petit pœnam: Bal.in l.col.1.2.ſub nu.6.C.de his. quæ pæn.nomi. Sed hæc bona remanent extra talem diſpoſitionem deuenienda ad alium legitimum,& habilem ſucceſſorem. quàm ad talem forenſem hæredem,& non eſt inconueniens, vt quis non miles moriatur pro parte inteſtatus,& ꝓ parte inteſtatus ex diſpoſitione ſtatuti: Alex. in l.2. in prin.n.6. de vulg.& pupil.refert Dec.in l.nec ex prætorio.n.7.& in l.ius noſtrum. de reg.Iur. & ibi Hier. Cag. ſub n.11. & 12. neq; etiam dicendum eſt, talia bona immobilia titulo vniuerſali poſſe tranſire in forenſem, quæ non tranſirent titulo ſingulari. per l. quædam. de acquir.re. domi. vt ſentire videtur Salye. in d.l. ea lege col.pen.ad fi.& col.fina. vbi etiam circa hæc, extimationem conſequendam cogitandum reliquit, & non firmat: quia lex iſta cum ſimul non procedit, niſi in caſibus certis,& Regula iuris eſt in cõtrarium, ibi. per verbum, quædam ponderat Alber. vt in ſpecie etiã reſpondit Aymo, conſil. 241. col.14. verſic, non obſtat, quòd multa. Et quia in caſu noſtro ſtatutum per verba vniuerſalia quouis titulo, & geminata prohibere etiam titulo vniuerſalis inſtitutionis hæredis etiam legitimi dicta bona transferri in forenſem ſuprà plene oſtenſum eſt, ideò minùs cenſendum eſt, quòd ſint tranſlata verbis geueralibus, cum verbis ſpecialibus tranferri non poſſint, quo ad titulos, prohibente ſtatuto vniuerſaliter quoquo titulo etiam via vltimæ voluntatis: quo ſtante firmiter videtur probare Bal. in conſil. 49. dominus Dynus lib.3. pro reſponſione, ponente falcem ad radicem, adducit Aymo.in loco modò allegato, ver. quartò, & vltimò.& poteſt hic addi reſponſio Gloſ. in dict. l. quædam. d.l. ſi quis prioris.§. certum. de ſecun. nup. ſ. hoc propter publicam vtilitatem, quæ ſic poſſet defraudari tranſeundo ſtabilia ad forenſem, vt ſupradictum
10 eſt in 2.concluſione. Ergo locum † habet premiſſa regula,& bona non intelligi data titulo vniuerſali ſic prohibito, quæ ſunt prohibita alienari verbis expreſſis, & ne faciant alienantem incidere in pœnam ſaltem nullitatis: huic regulæ pariter in inſtitutione hæredis aſſentit. Curt.Iun.in conſil.30.col.3.in fin.ſub num. 12. dum hæres non eſſet habilis ſaltem ad capiẽdam poſſeſſionem bonorum ſic alienari prohibitorum, & dum voluntas teſtatoris nõ appareat ita præciſa, quòd ſaltem exſtimatio deberi poſſet: idem in inſtitutione hæredis vniuerſalis ſentit Alber.in dict.l.ſi quis prioris col.3. verſ. poſſent etiam intelligi iura prædicta, &c. ibi, ſecus, quando vniuerſalem hæredem inſtituit. & ibi Bal. dum reſpon-
11 dit ad dict.l. quædam. quod procedit in re talem qualitatem habente, quòd nõ poteſt alienari abſque vniuerſitate, & ſic poteſt tranſire in alium per viam teſtati & inteſtati; quod quidem dici nõ poteſt de bonis, de quibus loquimur per ea, quę ſuprà diximus. Hanc concluſionem in hac ſpecie licet ab alio tactam non viderim, puto tamen eam iure probari, vt quiſque cogitare poteſt.

Ex qua quidem alia ſequitur concluſio, quòd cum ea bona alienari ꝓhibita contineri in inſtitutione vniuerſali videatur abeſſe voluntas teſtatoris, argu. l. Lucius.§.imperatores.ff. ad municipal.cum allega. ſup, ſimiliter eorum extimationis ratio pro forenſe habenda non eſt bonorum, quæ data non apparent: vt l. Lucius §. collegio. de lega,3. ibi reſpondi, Non rectè peti, quod legatum non eſſet. cum ſimil.de non expreſſis à teſtatore per me alleg.in lib.preceden.interpr.3.dubi.1. ver exinde inferimus. Nam vbi immobilia bona legata eſſent forenſi, vel in his ſpecialiter eſſet inſtitutus hæres, vt in feudo legatum vel inſtitutionẽ hæredis exemplificat,& non valere. dicit gloſſ.in verſic. ſeu alienare. in dic.cap.1.de prohib.feu, ali.per. Feder. & Alber.in d. l.ſi quis prioris. col. 3. tunc de extimatione quærendum eſſet: iuxta tradita in l.apud Iuli. § conſtat. & in l.filius fam.§.ſi quid alicui de lega.1. & in l.fideicommiſſa. §. ſi ſeruo.de leg.3.& in l.multùm intereſt. de verb.oblig.

12 Septimò, ſiquis † forenſis ſpecialiter in certis bonis immobilibus, ſic vt præmiſſum eſt, alienari prohibitis, purè hæres inſtitutus fuerit, alio cohærede non dato.& exiſtente vniuerſali, ita quòd vt hæres vniuerſalis ipſe venire debet, per l. 1.§.ſi ex fundo.ff.de hæred. inſtit.& l.quoties.C.eo.niſi per ciuilitatem, vel ſubiectionem adeptã in loco habilis effectus reperiatur temporibus,& facti teſtamenti, & mortis teſtatoris, & adeundæ hæreditatis, ſicut his tribus temporibus in quolibet hæ-

het hærede extraneo habilitas, & capacitas requiritur, hæc bona capere non poteſt, p.l.ſi alienũ §.1.ff.eo. & §. in hæredibus autẽ extraneis.Inſt. de hæred.qual. & diff.

Non obſtat L. qui ſoluendo non erat duos Appollonios.ff.eo.& quod per eam refert Crot. in d.§. diui. nu. 81.ſecundum Pau.de Caſt.in quodam ſuo conſi.ſufficere forenſem, exiſtentem tempore alienationis ante traditionem ſibi factam adeptum fuiſſe ciuilitatem, vt alienatio ſortiatur effectum, quia reſpondetur, hanc l. qui ſoluendo, loqui in defectu ſiue impedimento extrinſeco ceſſante, vt ibi omnes doct.intelligunt & ſummant: nam ibi inſtitutio valuit, cum per l.Eliaſcẽtiam, non prohibetur inſtitutio, ſed effectus inſtitutionis, dicit ibi Raphaël Cuma. ſecùs eſt in defectu incapacitatis perſonæ etiam in actu paſſiuo, ſine qua non valet diſpoſitio, omnino requirens perſonam, cui dandum ſit: l. quidam de iur. codicil. & conditio de capacitate perſonæ appellatur intrinſeca: per Vaſq. Hiſpan. in tract. de ſucceſſio. progreſſu. lib. 1. §.3. tit. de hæred. inſtit.num.32. & ſic in ſubſtantialibus defectus ceſſans etiam poſt mortem teſtatoris diſpoſitionem ipſam conualeſcere non facit: l.ſeruis.C.de legat.& l.penult.& ibi gloſ.Alberi. Dec.& Cagno.de Regu.Iur.Gloſſ.Dyn. & Franch.in cap.nõ firmatur.de Regu.Iur. in 6.vbi maximè poſt ceſſationem impedimenti non ſuperuenit noua cauſa confirmans, id eſt, nouus conſenſus, vt ibi Franch.declarat, & ſic duo requiruntur. Primùm quòd ceſſet cauſa impediens. Alterum, quòd ſuperueniat cauſa cõfirmans. & ſi hæc nõ interuenirent, corruit limitatio prædicta Croti, & etiam ex alio, vt infrà dicetur.

Nam mixta conſideratione teſtatoris, qui non poteſt relinquere forenſi, & hæredi, vel legatarij forenſis, qui non poteſt acquirere, inſunt hic impedimenta: ideo dicitur, deficere principium in cauſa efficiente, ita non conualeſcit. ſecundum Bal.in dict.l. ſeruis. num.3. & ibi ſequitur Alexan. & hoc non vigore regulæ Catonianæ, quæ locum non habet in inſtitutionibus, ſed vigore dictarum conſtitutionum requirentium capacitatem hæredis tribus temporibus prædictis: per d.l. ſi alienũ §.1.& dict.§. in hæredi.autẽ. vt declarat Bart. in l.2.de reg.Cato.& Aret.in l.cætera.in p.ſub.3.not.de l.1.

14 Limita tamen, prædicta, † ſi gratia vel priuilegio Principis forenſis reperiatur adeptus ciuilitatem tempore mortis teſtatoris, quia inſtitutio de eo facta ex benignitate confirmabitur: ar.l. ſi ſeruus eius, qui capere non poteſt. ff. de acquir. hæredi.maximè ſecundum lecturam Iacobi de Aret. quam in ſe veram eſſe dicit ibi Bartol. & ſequuntur Angel. & Cum.& veriſſimam ibidem dicit Aret. in col.3. in princ. quòd pro habilitate ſuperueniente tempore acquiſitionis hæreditatis ſufficit capacitas ad effectum capiẽdi pro commodo alieno, ſcilicet fiſci, vt propriè conuenit terminis noſtri ſtatuti, quod habilem facit forenſem ad capiendum pro commodi fiſci: quia bona ſic alienata applicantur fiſco. & pœna iſta cõfiſcationis non cenſetur commiſſa, niſi forenſis traditionem habuerit, & actualem bonorum ſtabilium apprehenſionem adeptus fuerit, vt in ſpecie probant Ripa in reſpon.ſecunda.col.5.nume.18. lib.1.& Ruin.conſil.160.in fi.lib.4 .ita pro hac concluſione videtur firmare Angel.in l.his verbis. §.interdum in fi.ff.de hæred.inſt.& Imo.in l. ſi alienũ §.1.ad fi.ff. eo.

15 Si verò † ſub conditione, vel aliter forenſis ſubſtitutus fuerit in his bonis, ſufficit, eum effectum ciuem, & ſic habilem eſſe tempore aduenientis conditionis, & quo ceſſit dies ſubſtitutionis, per generalem doctrinam, quæ eſt, quod in diſpoſitione ſubſtitutionis collata in tempore alicuius incerti euentus futuri ſatis eſt, quòd vocati in diſpoſitione ſint habiles, & in rerum natura tempore, quo venit ſubſtitutionis caſus: Alexand. conſi.26.colum.fina.lib.3.& conſil.13.col.2.& conſil.ſequen.col.3.num.9.lib.4. vbi Alexand.& Ioan. Baptiſta de S. Seuerino ſimul conſuluerunt, vt refert & ſequitur Soci.conſil.10.col.fin.& con.104. col.fin.lib.3. Iaſo. conſil.159.col.fin.lib.4.Deci.conſil.217. in fin.& conſi. 299.col.pen.n.8.Ruin.conſ.123.col.6.n.16.& cõſ. 160. col.3.nu.10.& conſ.191.in fi.lib.2.facit.l.2.§.interdũ.ff. de ſu.& leg.& declarat Soc.in l.2.col.3.de vulg.& pupil.

16 Similiter in † legato facto forenſi purè, licet tempore teſtamenti eſſet forenſis, ſi tamen effectus ſit ciuis tempore mortis teſtatoris, & quo dies legati ceſſit, conſequitur legatum, in hoc regula Catoniana locum non habente: vt nuncupatim tradit Bartol. in l.fin. col. fina. de regu.Cato comprobant Alex.conſil.29. colum.fi. ad num.ſextum lib.4.& Iaſ.in d.l.ſeruis ad fin. C.de legat. & Ancha.Regien.in quæſtio.27. nume. 10. & ſeq.lib.1. ſuarum quæſt fam. in legato autem ſub conditione eodem legatario effecto habili ob ciuilitatem vel ſubiectionem in loco adeptam tempore cedẽtis conditionis legatum ei præſtari debet: l. interuenit. de leg. præſtan. quia & in legatis conditionalibus ceſſat reg. Ca. vt l.1. & ibi Bar.n.4.de reg.Ca. & Pau.de Caſt. in l.cætera. in p.vlt.not.de leg.1.& Imo.in d.l.ſi alienũ.§,1.col. 2.ad fi. adducẽdo rationẽ, quod in relictis conditionalibus inſpicitur euẽtus conditionis capax ſit, vel non legatarius. Dicit.Gloſ.in l.eum, qui poſt.de condit. & demonſt.& Paul. de Caſtr.in conſ.301.Prædicta dubia. verſ. ad primum.lib.2.nihil refert, quòd legatarius poſtea fiat incapax, vt pleniſſimè reſpondit Soc. conſi.81. lib.3.

Videntur autem prædicta locum habere in alienatione foreſi facta, & ſimpliciter prohibita per ſtatutum, quaſi tunc traditione rei alienatæ non facta, actus alienationis ipſius ſit imperfectus, & interim ſuperueniente habilitate ob remotionem qualitatis forenſitatis, impedientis perfectionem, recipiat & validitatem arg. c.cum ceſſãte.de appel.vt per.Paul.de Caſt.in cõſ. 286. Videtur, quòd dicta ſententia col.1.ad prin.& col.2. ad n.3.lib.2.quod ſub diuerſis nu. & princ.allegat. Crot.in d.§.diui.n.18.& Rip.in d.reſp.2.col.5.in 4.dub.n.18.lib. primo. qui loquitur in quodam contractu facto Piſauri, & non perfecto per traditionem, & ſuper ſtatuto Mantuæ.& Bartol.in l. murileguli.lib.11. de pacto conceſſionum monaſterij ſuper emphyteuſi, quòd tranſeat in fœminam, quæ tamen nubat alicui ſubdito iuriſdictioni monaſterij, ſufficit, quòd nubat extraneo, qui velit effici de iuridictione per illam legem.

Sed aliter dicendum videtur, vbi ſtatutum prohibet alienationem per contractus, & vltimas voluntates cum clauſula expreſſa decreti irritantis & annullatiui ipſo iure, & cum pœna amiſſionis rei ipſo facto, & ipſo iure applicanda fiſco. Nam conſiderandum eſt, ex iſto ſtatuto contra inobedientes inductas eſſe duas pœnas, ex ſua ſententia lata declaratas. Vnã annullationis cõtractus, & vltimę voluntatis, quæ propriè dicitur pœna carere commodo actus huius annullati, per text.in cap. ſtipendia, de reſcrip.in 6. tradit. Gemin.in c.fin.col.4. num.18.de electio. eo.& per l. ſenatus.ff.de contrahen. emp.& alia probat Alex.in conſil.36. col.3.n.10.libr. 4. maximè, quãdo annullatio actus procedit ratione prohibitionis, & non ratione defectus ſolennitatis, declarat idem Alex.conſ.90.num.3.lib.7.cum alijs ad cumulum poſitis per Felin.in c.2.col.1.& ſeq. de teſti. & in c. ex inſinuatione.col.fi.de ſymo.

Alteram cõfiſcationis rei alienatæ, quæ ex ſe ipſa patet eſſe pœna diminuens patrimonium, & in vtraq; ſtatim ſecuto actu alienationis ab ipſo ſtatuto intelligitur lata ſententia vtranque eſſe commiſſam per dictiones in eo appoſitas ipſo iure, & ipſo facto: per gloſ.in cap.in pœnis.de Reg.Iur. in 6.ſic maximè in pœnis priuatiuis procedit Bart.in l.iubemus.§.ſanè, col.pen. nu.12.verſ. quando lex imponit pœnam. & ibi Bal.ſub.verſ. quintò quærit.



quærit gl.C.de ſacroſanct. eccl.& Corn.conſi.165.col.5 verſi.tamen fallit.lib.2.cum concord.dedita opera collectis per.Tiraq.in l.ſi vnquam. in ver. reuertatur. de dictionibus ipſo facto.num.143.& de dictionibus. Ipſo iure.num.144.de reuo.dona vbi priùs, & nu.133. ex alio demonſtratur lata ſententia. per illa verba, Authoritate præſentis ſtatuti. vnde ex hoc vltimo, quando res publicatur ipſo iure in fiſcum forenſem poſt alienationem effecto ciue, adeptóque qualitatem, per quam alienatio permiſſa fuiſſet, non confirmari alienationem, in eum factam†: quia tunc executione facta, non poteſt
17 purgari mora, per l.ſi is, cui.de leg.2.ſiue à iure, ſiue ab homine ſit facta executio, dicit Bart.in fi. in ſpecie tradit Aret.in d.l.ſi ita quis.d.§. ea lege. col. penul. verſic. tertiò adde.de verb.oblig. limitando doctri. Bar. in d. l.murileguli, ſequitur Ruin. conſil.139. col. fin. num.33. lib.5.& Anch. Regien.in 9.q. ad fin. lib. 1. quæ famil. vltra iſtos addo, quando ſtatutum irritat contractus, & vltimas voluntates, de rebus relictis non ſubiectis, de rebus his confiſcatis non poteſt teſtamentum confirmari: quia exierunt de corpore hæreditatis, & in fiſcum tranſlatæ ſuos priùs, quàm in legatarium: ſic expreſsè firmat Bal.in conſi.358.quidam Lucanus. col. 1. ad fin. ver.præterea eſt aduertendum.lib. 1. vnde etiam ex illo primo, de pœna nullitatis decreti irritantis inducente nullitatem à principio, non poteſt induci validitas, etiã amoto impedimento, vt in ſpecie de forenſe effecto ciue per plura probat Roma. conſil.509. in 3. quæſtio. col.penul.refert.Dec.in l.quod in initio. circa. prin. de Reg.iu.vbi dicit Barb.aliter loqui in conſi.70. in.2.col. lib.3.verum eſt, quo aliter loquitur in 2. col. referendo Pau.de Caſt.in d.conſi.286.hoc dixit in parte contrari.Sed in parte, quam probat Barb.ibi in col. 5. tenet idem, quod vbi per decretum annullatiuum actus eſt nullus ipſo iure non poteſt conſenſu conualidari: idem in con.43.col.12.verſic.præterea ea faciat.lib.1.& idem per Tiraq.in dict.verb.Reuertatur.num.414. eſt communis concluſio, quòd vbi pœna imponitur ipſo iure, non põt purgari mora.Alex.conſ.14.col.1.n.5.lib.2. niſi caſus ſit, in quo tẽpus non curreret ignoranti, & in quo iam ſit admiſſus, ad actus purgationis morę, vt vbi p eũ.

Adde quod hoc in ſpecie ſentit Pau.de Caſt.in conſi. 234.In cauſa appellationis.col.penul.ad fin.num.3. lib. 2.dum vult, ciuilitatem acquiſitam extendi ad bona etiam acquiſita, quando ſtatutum obuiat acquiſitioni fiendæ, non autem irritat contractus, Ergo quando irritat ſentit contrarium.

Quibus quidem magis ſtandum exiſtimo, quam contrariæ opinioni Ripæ in dict. reſpon. 2. ac etiam Caſtr. in d.conſi.286. dum volunt requiri traditionem pro pœna confiſcationis committenda, etiam in ſtatuto ipſo iure, & ipſo facto confiſcante, & interim foreſem effectum ciuem poſſe admitti: quoniam. Specu. quem primum allegant in §. nunc aliqua. in q.95. in tit.de emphyteu. loquitur expreſsè, quando vendidit, & non tradidit: quia propter hoc non tradit ipſo iure in commiſſum quaſi per ſolam venditionem, ſi caderet ipſo iure, contrarium ſentit & Bald.in c.1.§. aut ſi libellario. col.2.qui.mo.feu.amitt.dicit etiam ſecùs eſſe in his, in quibus iuris effectus conſideratur, & in c. imperialem, in princ.col.2.ſub num.3.de prohib.feu. ali. per Feder. dicit, imò in ipſo momento alienationis facta ex executio per legem: ideo mora non poteſt purgari.dict.l. ſi is, cui, & probo, facta ipſa alienationis abſque alia traditione, ipſo iure alienans deſinit eſſe dominus, & acquiritur dominium fiſco, per text.& gloſ. in l. commiſſa. ff. de publica.& ibi Barto.dicit, eſſe tenendum menti ad multas leges, & ſtatuta quæ inducunt res ipſo iure perdi. Minùs quoque puto congruam reſponſionem Ripæ in dict.reſpon.2.num.25.datam ad illud, quòd ſi etiam bona ſunt confiſcata, & acquiſita fiſco, per ciuilitatem adeptam ante traditionem conualidato contractu poſſint ea à forenſe recuperari in præiudicium fiſci, ex quo ex ipſo contractu, & alienatione in forenſem facta fuerat ipſi fiſco & non aliunde ius acquiſitum per l.iure patronus.ff.de iu.patro.& per Doctores in l. Gallus. §. & quid ſi tantum.de lib.& poſth. quoniam fallacia & diſſimilitudo apparet manifeſta in aſſumptis, vnum enim eſt longè diuerſum ab eo, qui abſtulerat eſſe iure reſtitutum in priſtinum, vt ſunt termini.d.l. ſiue libertus, ſi patronus, & eorum, quæ tradunt Doctores in d. §. & quid ſi tantum, quia qui poteſt auferre, poteſt reſtituere: ar.l.3. de re iud. & alterum ab eo, quod ſuo exceſſu amiſſum eſt, ad id ſuo facto poſſe reſtitui, vt ſunt termini iſti, quod ius amiſſum per alienationem factam in forenſem & acquiſitum ipſo iure per executionem factam à lege, quippe abſurdum eſt, poſſe per hominem reuocari.efficiendo ſe ciuem.arg.c.ab eo.in fin. de elect. in 9.&c.mutare. de Reg.Iu.eo.Cogita tamen, quòd pœna confiſcationis non habet locum, niſi ſecuta traditione poſſeſſionis, vel quaſi: Bald. conſil.314. quædam ſunt ſupra.fi.lib.3.Rui.conſil.160.in fi.lib.4.

Octauò, quoniam in controuerſijs cum forenſibus ex teſtamento, vel ex contractu volentibus acquirere, auditur quandoque dici & opponi, quòd tale ſtatutum non ſit vſu receptum, vel abierit in deſuetudinem, ad
18 quod animaduertendum eſt, quòd vbi † viget ſtatutum & extra, cum dicta clauſula annullatiua decreti irritantis ipſo iure, venientes contra incidunt in pœnam expreſſam in eo.& ſic nullitatis, & amiſſionis rei ipſo facto, tanquam incidentes in factum damnatum: arg. c. veſtra.de loc.& c.2.de conſuetu. in 6. tradit Matth. in procœ.clem.in §.vniuerſitati, refert Tiraq. in d. ver. reuertatur.nu. 350. ſe remittendo ad Card. Zabar.in d.§. vniuerſitati.& Io.And.& Anto.de Bu. in c.1. de treu. & pa.& Cæp.in conſi.13.cri. ſtante quodam decretó col.3. ver.& licet d.Matth.vbi tenent. quòd in continẽti ſit contrauentum à lege fit executio ita quòd tale ſtatutum præceptiuum maximè concernens commodum publicum non tollitur diſſuetudine abſq; ſcientia ſuperioris, vt nuncupatim declarat Anto. de But. in d. c. j. col.fi.ad fi.de treu.& pa.& Car.Zab. in d.§. vniuerſitati. ver.dic meliùs, tenet requiri ſcientiam & tollerantiam principis addo Arch.in c.cum de beneficio. col. fi. ver. fi.de præben.in 6.qui dicit ex ſententia Innoc. quòd illa clauſula operatur, quòd illi, quibus inhibetur ſuo facto contrario non poſſunt contrauenire, nec abrogare ſine expreſſo conſenſu principis, & ibi Gemin. in 2. col.num.5.ſub ver.ſed pæne.dicit, per verbum, decretũ apparere intentionem principis, quam inferior non poteſt elidere vel abrogare ſine ipſius expreſſo conſenſu: & ibidem Philip.Franch.in col.2.ſub ver.in gloſſ. 2. ex dictis.Io.Andr.Archi. & Gemi.notat, non valere conſuetudinem contra conſtitutionem, vel diſpoſitionem prohibitiuam, maximè habentem decretum, quantocunque tempore ſit ſeruata, niſi ſcientia, & expreſſus conſenſus ipſius principis detur: & quod ita procedit. gloſſ.in §.leges 4.diſtin. & ſi ab his videantur deuiare Abb.& Felin.in d.c.1.de treu.& pa. id eſſe poteſt, quia non loquuntur in lege vel ſtatuto, habente decretum annullatiuum, quatenus Abb. velit pungere per gloſ.3. in c. cum multæ.xv.quæſt, vltim.tamen de d. glo. dubitat, & improbare videtur Felin.in dicto c. 1.ſub.n.10. in 4.decla.in fi.& prædictam ſententiam ſequitur Roch. Curt. in tract. quem fecit ſub rub. & cap.fin.de conſue. n.523.vbi tenet, nõ valere cõſuetud.contra, l. habentem clauſu.inſertã decreti, quia habet ꝑpetuã cãm ꝓhibitionis, & ſequit̃ Barb.in cõſi.43.col.13.ver.ꝑterea faciat.li. 1.vbi adducit rationem, quia decretum facit neceſſitatem: non improbat Alex.in conſil.132. col. 2. ſub numer.

mer.2.lib.1. quando ſumus in ſtatuto pœnali, & ipſo iure, vt ibi etiam ſeruata illa opin. quam refert Ioan.
19 Andr.& ibi.& etiam attento, quod ſumus, &c. † & intelligo ſtatutum pœnale cum decreto irritante, etiam quòd imponat pœnam ſolam nullitatis, vt antè dictum eſt. Sententiam autem iſtam tenendam cenſeo, vbi maximè viget generale ſtatutum loquens l. Arriani. C. de hære.mandans, omnia ſtatuta debere inuiolabiliter obſeruari, non obſtante aliqua conſuetudine præterita vel futura: quia ſic derogatur conſuetudini præteritæ & futuræ quod fieri poteſt & eſſe non poteſt, nec cōtrarium fieri, quin ſtatuta ipſa debeant obſeruari. cap. quia ſæpè. de elect. in 6. & clem. ſtatutum. eo. & ibi Car. Zab. latè explicat in tertia colum. etiamſi diceretur ſimpliciter de conſuetudine non obſtante, intelligitur derogata cōſuetudo etiam futura, vt plenè ſcribit Alex. in l. ſi mihi & tibi. §. fi. col. pe. nu. 8. de leg. 1. & in con. 196. col. 3. nu. 12. 13. libr. 2. vbi dicit, conſuetudinem irrationabilem, eſſe quam Lex reprobat. & per d. l. Arriani. ſemper videtur reprobare, ita eſſe commun. opin. atteſtatur, & concord. allegat Roch. Cur. in dict. tract. de conſuetudine, num. 520. 521. & Gram. in conſil. ſecundo. nu. 17. 18. impreſſo in fin. deciſ. dicit ob conſtitutiones, derogantes conſuetudini, induci non poſſe abuſum, ſeu conſuetudinem vel obſeruantiam in contrarium. & hoc allegare, eſſet inconueniens allegare: idem in conſi. ciui. 152. in fi. allegando doct. concord. regnicolas dicit allegari vel induci non poſſe conſuetudinem contrariam conſtitutionibus regni abrogantibus expreſsè omnem cōtrariā conſuetudinē. & Gloſ. in l. de quibus. ff. de legi. & ibi Iaſ. in col. 15. verſ. 4. limitatur. atteſtatur ità cōmuniter teneri, & Ruin. tenet in cōſ. 41. col. 18. nu. 42. lib. 1.

20 Nonò, item † ſtatutum diſponit, forenſem non poſſe acquirere abſque licentia communis, vel ſuperioris, debet quidem, vt valida ſit acquiſitio, peti, & obtineri licentia ante actum acquiſitionis, vt de licentia requiſita ad actum, per cap. licet. de regulari. voluit Barto. in l. ſi autem plures. de aqua plu. arcen. Cuma. Roma. Alex. & Iaſo. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hær. & Gem. in cap. ſecundo. col. 1. ne cler. vel monach. in 6. & Corn. conſil. 43. colum. 4. verſic. non enim eſt. libro 2. & cō. 89. col. 5. ver. itaque ex his. lib. 3. & debet peti, & obtineri licentia tam per alienantē, quàm per acquirentem, quando omnes ſic prohibiti ſunt per ſtatutum, & non valeret obtenta per alterum tantum, propter verba ſtatuti, præciſe prohibentia alienantem & acquirentem copulatiuè: quia expreſſa ꝓhibitio in vtroque facit in altero tacitam ſilere expreſſam licentiam, datam vni, per Regulam: quòd expreſſum facit ceſſare tacitū, legibus alleg. per Dec. conſil. 503. num. 1. & per Tiraq. in l. ſi vnquam. verſi. donatione. num. 157. & per copulam expreſſam, quæ debet verificari in vtroque, quòd habeat licentiam, l. ſi hæredi plures. de condit. inſtit. quod procedit etiam in materia pœnali. Dec. in cōſilio. 417. numero. 1. & conſilio. 433. colum. ſecunda numero. 6. & per quandam formam ſic inductam per ſtatutum circa acquiſitiones forenſium. quod enim cum introducat aliquid de nouo cum certis modificationibus, quicquid in eo exprimitur, pro forma reputatur: Anch. con. 241. ex tenore, in fi. refert. Dec. cōſi. 434. colum. prima. & con. 528. & con. 531. col. 1. circa fin. & con. ſeq. col. 1. vt ergo acquiſitio hæc per forenſem valide fieri poſſit, licentia requiſita per ſtatutum tam in alienante, quàm in acquirente, pro quadā forma debet ab vtroq; obtineri
21 † quia forma ad vnguem debet ſeruari, per doctri. Bal. in l. 1. de liber. & poſthu. & ibi aliorū. & Iaſ. conſ. 94. col. pen. lib. 4. & Soc. conſ. 24. col. 7. & conſ. 55. col. 2. verſic. quoniam iſta. lib. 1. & Dec. conſ. 455. col. pen. & propriè in hac re ſtatutum videtur inducere formam per clauſulam decreti irritantis, de qua ſupra dictum eſt. Iaſ. in l. nemo. num. 18. de lega. 1. & Dec. cōſ. 10. num. 2. & Feli. in cap. cum dilecta. col. 5. verſic. quantum ſignum de reſcript. quo caſu licet actus, & alienationis, & acquiſitionis circa eſſentiam videatur diuiduus, tamen reſpectu licentiæ obtinendæ videtur indiuiduus, & inſeparabilis: ita vtile per non vtile. ſ. per non habentem licentiam vitiatur: vt in ſimili concludit Rom. in conſi. 66. Vir eximie. per doctr. Bar. in l. græcè. §. illud. num. 4. ff. de fideiuſ. de indiuiduo formæ ratio poteſt in iſto caſu aſſignari: quia expedit, dominum ſuperiorem concedentem licentiam ſcire quis ſit alienans quiſve ſit forenſis acquirens, vt bene poſſit deliberare de licentia concedenda, vel deneganda.

22 Si † verò particula hæc, Sine licentia, ſimpliciter ſtatutum referatur, vel ad alienantem, vel acquirentem, ſufficit per vnum obtineri licentia: quia in correlatiuis vno habilitato cenſetur, & alter habilitatus, ſicut vno prohibito, &c. per text. in l. 1. C. de cupreſ. lib. 12. Et quod ſtatuitur in vno, videtur ſtatutum & in alio: Bart. Bal. Saly. & latè Iaſ. in l. 2. C. de indic. vidui tol. Alex. in l. ꝑperandū §. 1. col. pen. in fi. de iudic. & latiſſimè Baptiſta de S. Blaſio in trac. de correla. in 1. 2. 3. & 4. euidentia.

Cum autem licentia, vt dictum, eſt actum præcedere debet, quæritur, An ipſa licentia conceſſa porrigatur ad alienationem iam factam, reſpondetur quòd ſi dominus concedens licentiam ſciuit alienationem factam, porrigitur, quaſi dominus renunciauerit pœnæ commiſſæ, arg. l. 2. in princ. ſi quis cauti. & l. pen. de leg. cōmiſ. ſecus ſi ignorauit, quia nō eſt veriſimile ſe ſciuiſſe quòd pœnam remiſiſſet iam commiſſam, facilius enim pœna committenda remittitur, quàm iam commiſſa, ita in ſimili de domino concedente licentiam vendendi emphyteutæ, qui iam vendiderat, tenet Pau. de Caſt. in l. ſi quis filio. §. irritum. de in ius. & rupt. teſt. ſequitur Afflict. in deciſ. 355. idem Caſtr. in l. ſi iam facta. in prin. & ibi Soc. comprobat, de cōdit. & demon.

23 Decimo accidit † forenſem ex titulo ſine ſuperioris licentia à prohibito alienari acquiſito ex contractu vel ex vltima voluntate pro bonis in territorio ſtatuentium ſitis in iudicio experiri contra ciuem vel incolam tertium poſſeſſorem opponentem, & excipientem de nullitate huiuſmodi tituli ſtatuto prohibente, & irritante acquiſita qua oppoſitione audita tentauit forenſis à ſuperiore licentiam vel habilitatem obtinere, concluditur primum reum conuentū iſtum etiam tertium poſſe opponere defectum tituli actoris, & eius nullitatem ipſo iure, maxime à ſtatuto inductam, & ius etiam tertij ipſo iure penitus excluſiuum iuris actoris, & ſic exceptione intentionis, & facti, actorem repellere, vt l. fin. C. de rei vend. & l. 2. ver. plane, & ibi gloſ. & Barto. ff. de doli ma. except. glo. Cyn. & Alber. in l. cum ſeruum. C. de ſer. fug. & Bar. in l. 2. C. de except. rei iud. & Bal. in l. omnium. colum. 2. ad fi. ff. de vſufr. & clarius in conſ. 150. caſus talis Vagnolus. ad fi. lib. 1. & Alex. cōſ. 38. ad. fi. lib. 2. & Bal. in l. ſi vnus. §. quod in ſpecie. col. 8.
24 verſi. ſecundo no. ff. de pac. dicit quòd † ius tertij ipſo iure excludens intentionem agentis poteſt à quolibet opponi, quia hæc non eſt exceptio ſed negatio iuris agentis, quod venit magis in modum probationis, quàm in modum exceptionis, & ita eſt, quando quis agit ex titulo ipſo iure, & abſque alia ſententia nulla, vt huius iuris tertij exceptione excludatur, ꝑ iura & author. concord. alleg. per Tiraq. in d. verſ. reuertatur. nu. 356. ver. vigeſimumnonum, vbi ad hoc ſex declarationes adducit, quæ quæſtioni noſtræ non conueniunt.

Deinde poſt nullitatis oppoſitionem dicendum eſt
25 † forenſem obtinendam licentiam à ſuperiore vel aliā habilitatem acquirendi admitti nō debere, ex eo quòd vt in ſimilia facta oppoſitione nullitatis donationis propter defectū inſinuationis non poſſe ad validandā donationem



tionem amplius fieri inſinuationem, tenet Ang. in conſ. 179. viſis prædictis inſtrumentis. col. pen. verſi. ſi tamen donatio. ſequitur Alex. conſi. 237. in fin. lib. 6. & per Bal. in l. 1. §. ſin autem ad deficientis. ad fi. C. de cad. tol. late comprobat Corn. in conſi. 99. col. 3. verſ. tamen his non obſtantibus. lib. 4. idem probat in conſi. 221. col. pen. ad fin. ver. & id quod ipſe. lib. 1. quando prius fuerit dictum de nullitate, ita. n. per oppoſitionem de nullitate poſt cœptum iudicium eſt acquiſitum ius iam opponenti, quod non poteſt tolli, vt prædictos allegando firmat Aym. in conſ. 216. col. pen. & conſ. 192. num. 16. & cōſil. 246. col. fi. verſ. tertiò mora. & ex eo in hac ſpecie, quòd talis licentia & habilitas non poteſt obtineri, niſi à ſuperiore, & principe in loco, qui quidem poſt cœptum iudicium alicuius partis iura magis adiuuans, nihil reſcribere debet, ſed dimittere cauſam, expediri legibus iam emanatis, vt in auth. in med. lit. non fie. ſa. for. per totum, & rub. & toto titulo, & maximè l. 2. C. vt lit. pen-
26 den. vbi lite pendente omnis ſupplicatio † ad principem prohibita eſt, niſi ad certos effectus, qui ſunt extra propoſitum noſtrum.

Cæterum, ſi demum velit ciuis vel incola contractu, vel vltima voluntate alienare forenſi bona ſtabilia ſta-
27 tuto non repugnante, & ſimiliter forenſis † velit impunè acquirere, cautela hæc eſt pro vtroque, quòd conditionalis fiat alienatio, & acquiſitio, vt ſi & quando hic fiet ciuis, vel licentia ſuperioris obtinebitur, & non aliter neque alio modo, ita quòd conditionem talem per communem Doct. ſententiam ibi, & per l. in tempus. ff. de hær. inſtit. in ſpecie tradit Alexand. in l. ſi rem meam.
28 de verb. oblig. vt de emphyteuta † vendente, & alienante, ſub ſimili conditione. Si domino placuerit, vel, ſi cōſenſus domini acceſſerit vendēdo, & alienando ſine licentia, ne incidat in pœnam caducitatis poſt plures per eum relatos, ſic validè, & impunè poſſe fieri, firmat Iaſ. in l. fin. col. pen. in quæſt. 26. C. de iur. emph. etiamſi appoſita fuerit clauſula conſtituti, dummodo tradita non fuerit ante conſenſum domini habitum actualis, & corporalis poſſeſſio, vt latè probat Curt. Sen. conſil. 8. ob
29 clauſulam † illam maximè, non aliter, neque alio modo, quæ habet præciſam naturam, itaque aliquam modificationem, nec aliam interpretationem à verbis ſeparatam non admittit, & in omnem euentum reddit contrahentes tutos à pœna: gloſ. & Bal. in l. ſi quidem. C. de except. Alex. conſi. 111. in fin. lib. 6. Gui. Pa. in q. 163. Iaſ. conſ. 162. col. pen. nu. 5. lib. 2. Dec. conſ. 61. col. 2. & conſ. 528. in fin. Rip. in primo reſpon. nu. 3. de don. perſi. & reuocan. lib. 3. Grat. conſ. 138. num. 13. lib. 1. pleniſſimè Tiraquel. de tract. tit. 1. §. 8. gloſ. 6. nume. 3. Aym. conſi. 273. col. 7. in fin. & quod ſecuta fuerit actualis traditio, & eſt commun. opin. vt per Clar. in §. emphyteuſis. in q. 13. Poſtremò, ſi libeat videre limitationes ad huiuſmodi ſtatuta, vide conſ. Ioan. Bapt. Plot. inter conſilia crim. conſil. 108. col. 1. vbi limitationes quinquaginta congeruntur, & inter ſua conſ. eſt conſ. 19.

Itaque ingreſſus materiæ de qualitate hæredū quandoque nō capaciū, vt ſunt forenſes per ſtatuta, me huc uſque retinuit, vt exinde viam exeundi non inuenirem, niſi priùs ſuper his ſtatutis frequentiſſimis in omnib. ferè locis prædictas 10. concluſiones exprimerem: quæ quandoque lectorem meminiſſe iuuabunt.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Hæres multipliciter & vario modo in iure ſumitur, & dicitur dominus poſt mortem eius, in cuius locum ſubrogatur in vniuerſo iure, defuncti perſonam repræſentantis, cuius appellatione continentur ſucceſſores omnes, & proximus, & vlterior, & vt latius ibidem, quod vti generale quoddam reſtringitur ad duo: vel hæredem ſanguinis, vel ad hæredem hæreditatis.*

2 *Papa quilibet poteſt dici ſucceſſor Petri.*

3 *Hæres eſt duplicis ſpeciei, ſanguinis. ſ. & hæreditatis, & quomodo cognoſcatur vnus ab alio, nec extendatur ad extraneos, neque ad vlteriores ſucceſſores.*

4 *Hæres reſtringitur ratione ſanguinis ad liberos tantum, teſtatore prohibente hærede inſtitutum alienare, quia vult bona peruenire de hærede in hæredem, & quando hoc ſit.*

5 *Itemq; reſtringitur ad liberos, vbi talis denominatio ſit in teſtamento perſonæ vulgaris vel ruſtici.*

6 *Hæres, verbum, duplicem ſenſum habet: vnum vulgi, quod intelligitur de filijs, & deſcendentibus, alterum Iuris Ciuilis, quod intelligitur de his, qui ſuccedunt in vniuerſum ius de Iure Ciuili.*

7 *Hæres denominatus in conditione, vt, ſi talis deceſſerit, ſine hærede, intelligitur de liberis: & quare, & quando hoc verum ſit.*

8 *Et quid, ſi dictum ſit, Sine hærede legitimo, & non ſuperſint liberi & deſcendentes, an intelligatur de patre & auo, & aſcendentibus? & qui veniat.*

9 *Et de triplici, imo quadruplici differētia nominis, Hæredis.*

10 *Hæresq; reſtringitur ad filios & liberos, quando inſtituto filio, vel extraneo hæredi decedenti ſine filijs, vel liberis, ſit ſubſtitutio de Titio & eius hæred. hæc enim adiectio, Et eius hæredib. exponitur, id eſt, filijs: & eſt communis opi. quæ quomodo ſit intelligenda, latiùs ibid. exponitur.*

11 *Hæres reſtringitur ad filios & deſcendentes, nō extraneos, ex verbis ei adiunctis, & qualitatem talem effectibus vt non niſi de talibus intelligi poſſit, nominando hæredes maſculos, intelligitur de proximo deſcendēte, & de agnatis maſculis coniunctis, maximè teſtatoris.*

12 *Idemq; per verbum adiectum, Legitimi hæredes, quia de filijs & deſcendentibus, non extraneis intelligitur, atque veniant aſcendentes, & de quo legitimo hærede intelligi debeat, & qui veniant, tandem latiſſimè diſcutitur.*

13 *Hæres quod quis non ſit alicuius, eſt quodammodo impoſſibile, vel de rarò contingentibus.*

14 *Intellectus l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio.*

15 *Hæredes ſui, intelliguntur, & non extranei, per verbum, ſuos, adiuncto nomini, Hæredes, dummodo ſuitatē quandam, & non demonſtrationem deſignet, & quando hoc pronomen, Suis, poſitum ſit ſolùm ſine nomine hæredis.*

16 *Verba hæc, De hærede in hæredem, exponuntur de deſcendente in deſcendentem in infinitum, & excluduntur extranei, nec tūc requiritur, quod ſint actualiter hæredes.*

17 *Hæres nominatus à patre, vel aſcendente in teſtamentis, intelligitur de liberis & deſcendentibus, itemq; quando ex verbis teſtamenti apparent excluſæ fœminæ, itémque ſit facta mentio etiam ſucceſſorum, veniunt deſcendentes, non extranei, niſi eſſet dictum de hæredibus & ſucceſſoribus, quia venirent extranei: quod tamen intelligitur, vt ibidem, & quando non intelligitur de deſcendentibus, ſed de agnatis.*

18 *Sacerdos non poteſt habere deſcendentes, ideo inſtitutus & eius hæredes intelligitur. i. agnati, & de agnatis ipſis.*

19 *Hæres intelligitur de liberis vel agnatis, in re non tranſitoria ad alios vltra primum recipientem, vt in rep. feudalib. vel emphyteuticis, conceſſis pro ſe & hæredib. vel in clerico, recipiente feudū pro ſe & hæredibus: quia pro agnatis, & quādo veniāt etiā extranei, ibidē colligitur.*

20 *Itemq; reſtringitur ad liberos, vbi vniuerſaliter in conditione ponantur, ratione abſurditatis euitandæ.*

21 *Hæres bonorum & hæreditatis, quando non extenditur vltra, primum gradum, cuius appellatione propriè & regulariter continetur hæres bonorum, & hæreditatis, & omnis ſucceſſor.*

22 *Hæres tripliciter dicitur, vel vniuerſalis in vniuerſo iure, vel quaſi vniuerſalis, vt in legitima alicuius ſuccedendo, cum ſit pars hæreditatis, præterquam ad æs alienum, ſingularis vt in re certa ſuccedendo, putà legatario.*

23 *Hæres hæredis, teſtatoris dicitur hæres, ſiue fuerit ille hæres vniuerſalis vel quaſi vniuerſalis, vel ſingularis, niſi duobus caſibus per Auctorem reſtrictis, quibus ad hærede hæredis quid non peruen:t, nec tranſit.*

24 *Hæres hæredis, teſtatoris non dicitur hæres, vt quia nil ad eum tranſeat, teſtatore diſpoſitiuè aliquid volente fieri per certam perſonam certi hæredis ſui, tunc per iſtum id fieri debet, non per hæredis hæredem, quod quomodo percipi poßit, & de multis exemplis planè ibidem tractatur perpulchre quidem.*

25 *Hæres hæredis, nec dicitur teſtatoris hæres, in re aliqua iure conueniente non tranſitoria ad hæredes, quando diſponendo fit mentio hæredis, per hanc mentionem res ipſa non tranſit ad hæredem hæredis, exempla multa vide, quæ per Auctorem dilucide ponuntur, & explicãtur, & num. ſeq.*

29 *Priuilegium conceſſum alicui per principem, & ſuo hæredi in ſingulari, intelligitur de primo in plurali extenditur ad hæredes in infinitum: hæc tamen ratio ſingularis & pluralis videtur reprobata, vide tamen per Auctorem latiùs de hoc priuilegio.*

30 *Hæres hæredis, licet, & quando dicitur hæres primi defuncti, non tamen dicitur eadem perſona, ſicut primus hæres: & ideo conſiderantur aliqua in primo, quæ non procedunt in hoc ſecundo, nec enim in odioſis & delictis hæres hæredis venit.*

31 *Hæres diuerſimodè exponitur, prout conditio perſonarum & natura diſpoſitionis actuum & rerum expoſtulant.*

*Et exponitur pro filio, quando poſt mortẽ patris filius aliquid agit ſibi competens vti filio, quod tripliciter exẽplificatur.*

32 *Hæredes filiarum inſtitutarum vocati poſt mortem earum reſtringuntur ad liberos earum, & proximos iure conſanguinitatis & agnationis, & non ad extraneos, & quãdo ſic intelligi debeat.*

33 *Hæres capitur habitu, deſtinatione, & aptitudine, licet effectu non ſit hæres, & quando hoc ſit, & locum habeat (materia ſic expoſtulante ſubiecta) & quando ſic eſſe videatur, & quando per nomen proprium quis vocatur in diſpoſitione, non requiratur eſſe hæres, maximeq; in ſubſtitutionibus.*

34 *Hæres quando eſſe debet actu & effectu, vt cum in teſtamento nominatur hæres in actu grauaminis ferendi vel aliam hæredis inſtitutionem perficiendi, aut in actu commodi conſequendi, verbis maxime mente ac veriſimilitudine concurrentibus, quòd ſit hæres effectu, quæ omnia per exempla dilucidè declarantur.*

35 *Hæredes quando, & qui veniant, an liberi, quando hæredes extranei, quando legatarij, & quando ſui, quales, & qui ſint, ſecundùm diuerſitatem caſuum.*

*Et quòd propriè hoc verbum (hæres) ſonat in ſuccedentes in vniuerſum ius, & quòd maſculus præferatur fœminæ, & quando hæc procedant, maximé, vbi teſtator non ſit pater, vel non habeat in poteſtate hæredes nominatos, & vt ibidem latiùs.*

36 *Hæres multipliciter ſignificatur in diuerſis perſonis & materijs.*

37 *Hæres nominatus à patre in teſtamento, an & quando veniat neptis fœmina inſtituta in re certa cum fratribus duobus vniuerſalibus inſtitutis hæredis, vt quia duobus filijs inſtitutis vno decedente ſine liberis ſubſtituit ſuperſtitem, vel eius hæredes, caſu eueniente, alio iam fratre prædefuncto, qui inſtituerat duos filios maſculos hæredes vniuerſales nepotes teſtatoris, & filiam in re certa.*

*Et quando appellatione hæredum veniant, & maſculi & fœminæ, maximeq; in re concedenda hæredibus, & tranſitoria ad omnes hæredes.*

*Quandóue non niſi veniant hæredes vniuerſales & ſucceſſores vniuerſales appellatione hæredum, & ſucceſſorum, maximeq; in fauorabilib. Quandoque hoc limitetur.*

40 *Hæres requiritur, quòd ſit effectu adita hæreditate, ſic enim omnia acta actiua & paßiua peragenda intelliguntur, quod declaratur ibidem perbellè.*

41 *Hæres vbi nomine expreſſo conſtare poteſt, eſſe de liberis, & eſſe pro eo, in quo nec actiuè, nec paßiue cadere requiritur obligatio, capitur pro filijs & pro hærede habitu, at quod intelligatur de hærede effectu, & non habitu, & quando, ibidem legere eſt.*

## ¶ Solvtio v.

VLTERIVS de hæredum nominatio-
ne, & qualitate adhuc perquirẽti mihi, non
incongruum videtur hoc in loco ponere
1 †multiplicem interpretationem, vel ſigni-
ficationem, per iura noſtra, auctoresq; no
ſtros attributam huic vocabulo, Hæres.

Hæredis vocabulo, primùm dici dominum, certa
iuris eſt expoſitio: vt §. penulti. Inſtit. de hæred. qualit. &
differ. & ibi gloſ. exponit, Hæres, id eſt, dominus, & l. his
verbis. in princip. & ibi gloſ. ff. de hæred. inſtit. & l. item
Mæla. §. legis autem. ad L. Aquil. & Barto. exponit in l.
Gallus. §. etiam ſi parente. num. 3. de liber. & poſthum.
& ibi Iaſ. in col. 2. ſupra fin. & propriè dicitur dominus
poſt mortem alicuius ſubrogatus in vniuerſo Iure, ꝙ
habebat defunctus, vt ſic hęreditatis vocabulum etiam
diffinitur, l. nihil aliud. de verb. ſignificat. & l. hæredi-
tas. de Reg. Iur. & repræſentat perſonam defuncti: §. 1.
in auct. de iur. iuran. à mo. præſt. vnde generale eſt hæ-
redis appellatione contineri ſucceſſores omnes, & pro-
ximum, & vlteriores, etiã ſi de eis nõ ſit expreſſum: l. hæ-
redis appellatio. & l. hæredis appellatione. ff. de verb.
ſignifi. & ſic etiam de voluntate teſtatoris id procedit,
l. in annalibus, C. de lega. & talem regulã facit Iaſ. in d.
§ etiã ſi parente, in 4. col. & latè Cor. con. 272. col. 2. ad
fi. lib. 4. & Dec. cõſ. 294. col. 1. vbi poſt Ang. hanc mate-
riam aſſerit ſatis notã & vulgarẽ, in c. in præſentia. num.
48. de probat. & Alexan. conſ. 36. col. 2. lib. 3. Repetito
conſil. 49. lib. 6, & Hier. Cagno. poſt Deci. in l. qui poſt
ſucceſſionem. de Reg. Iur. qui etiam poſt Iaſ. in l. fin. C.
de hæredib. inſtit eandem ampliat regulam, congruis
allegationibus probando, & vltra hæredem in alio ſuc-
2 ceſſore, †vt quilibet Papa poſſit dici ſucceſſor Petri, &
in ſucceſſore alio titulo vniuerſali, non hæreditario, &
ad conditionem implendam, dando hæredi hæredis,
& in hærede ſcripto, vbi ſit eadem affectionis teſtatoris
ratio extendendi ad omnes in infinitum, & in hærede
cuiuſque partis: & hoc verum eſt in materia indifferen-
ti, ſecundum Angel. in conſ. 306. Chariſſime frater. re-
giſtrato per Alexand. in d. ſuo conſ. 49. & Fulg. conſ. 58.
Paterfam. verſic. ſed diuerſam.

Ad hanc generalem ſignificationem vocabuli, Hęre-
dis, Doctores plures limitationes adducunt, quas ergo
potiùs reſtrictiones appello, eò, quòd tẽdant ad reſtri-
ctionem generalitatis dicti vocabuli, vt in ſimili aduer-
tit Goza. conſ. 89. col. penult. numer. 12. reſtrictio au-
tem omnis generalitatis ſit ex cauſis, & rationibus plu-
ribus, de quibus pleniùs quàm alibi legatur, ſimul tra-
ctaui, lib. pręceden. interpret. 4. dubita. 2. verſ. tertiò
principaliter. Tamẽ in ſpecie propoſita generalitas iſta
quando reſtringitur, ad duo vel ad hęredem ſanguinis,
vel ad hęredem bonorum & hęreditatis proximum,
ad primum reſtringenda eſt, & reſpectu generalitatis
ipſius in paucis ſpeciebus, id eſt, caſibus ſit reſtrictio, vt
dicit text. & gloſſ. in l. ſciendum. de verb. ſignificat. &
tradit Corn. licet in parte & argumentis contrarijs in
d. conſ. 272. col. 1. & conſ. 100. col. fin. lib. 4. & conſ. 169.
col. 1. lib. 3. & conſ. 199. col. 17. verſ. & propterea. lib. 2. ſ.
3 †duplicem eſſe ſpeciem hęredis, & ſanguinis, & hęre-
ditatis, tota vis eſt perſcrutari, quid eſt, quòd faciat co-
gnoſcere hæredem ſanguinis, & hæredem hæreditatis
primum, & non extendi ad extraneos, neque ad vlterio-
res ſucceſſores.

Dicam igitur, quoad reſtrictionem ratione † ſangui-
4 nis quotieſcunque denominatio hæredis perſonæ ali-
cuius fit de eo, quod debet verificari in vita ipſius per-
ſonæ: vt, ſi facit teſtator prohibitionem ſuis hæredibus,
ne alienent bona, eò quia voluit ſua bona permanere, &
deuenire de hærede in hæredem, facta alienatione per
hæredem inſtitutum, quia ipſe alienans viuens non
poteſt habere hæredem, neceſſariò illa adiectio, De hæ-
rede in hæredem, intelligitur de liberis alienantis, qui
poſſent reuocare bona alienata, ea ratione: quia viuens
hæredem non habet, ſed poſt mortem: per doct. Bar.
elicitam ex text. in d. §. etiam ſi parenta. colum. 2. ver.
circa quod dic. & ibi Pau. de Caſtr. ſub num. 4. & priùs
Bald. & Iaſ. in 4. colum. ver. fallit primò. vbi etiam ge-
nerale exemplum ponunt, quando aliquid conceditur
alicui, & ſuis hæredibus in vita, & quouſque vixerit. &
Ang. d. conſil. 306. & Pau. de Caſt conſil. 378. Primo
videndum. col. 2. ver. primò, quia. lib. 1. Et in caſu pri-
mi exempli ex facto reſpondit Socin. in conſ. 57. col. 3.
in 2. difficultate lib. 3. idem probat Paul. de Caſt. conſil.
453. Ego Paulus. verſic. primus, quando verbum. lib. 2.
& ſubſcribendo in eodem caſu d. con. Soc. comprobat
Dec. in ſuo con. 38. col. 5. & ſequen. Namque diligenter
inſpiciatur diſpoſitio, ſi continet mentionem hæredis
reſpectu, ſeu ratione coniunctionis, intelligitur de filio
vel hærede ſanguinis, per d. l. ex facto. §. fi. ad Trebel. ſi
vero reſpectu ſucceſſionis tunc intelligitur de hærede
vniuerſali. per l. quædã. §. 1. ff. de eden. tradit Bar. in re-
petione l. ſi arrogator. col. 7. num. 26. ff. de adop.

Item quando in teſtamento, præſertim perſonæ
5 †vulgaris vel ruſtici in inſtitutione, vel ſubſtitutione
reperiuntur aliqui vocati, vel ſui hæredes, ex quadam
affectione teſtatoris erga vocatos, & ex communi vſu
loquendi, maximè in his regionib. qui extat talis, quòd,
vbi mulier aliqua peperit filium, vel filiam, ita commu-
niter dicitur: Talis mulier habuit hæredem, hæc deno-
minatio, vel ſui hæredes, intelligitur de liberis, tradit
Bar. in conſil. 52. Salimben. Ioannelli. ver. ſed prædictis
videtur obſtare. refert & ſequitur de eo neminem fa-
cere mentionem, dicens Iaſo. in dict. §. etiam ſi parẽte.
col. 6. verſ. quintò adde. idem firmat Bald. in conſi. 325.
Viſo teſtamento. Ioãnis. lib. 4. comprobat & Dec. dict.
conſil. 38. col. 6. verſic. & ideo illa verba. & Aym. con-
ſil. 38. numc. 4. & Paris. 88. colum. 2. 11. lib. 2. & Nat.
conſil. 130. num. 2. pro quo adduco eundem ſenſum ha-
bitum per certam ſcripturam, vt in Euangelio dicitur.
Matthæi in cap. 21. ibi nouiſſimè miſit filium ſuum,
&c. Agricolæ autem, videntes filium, dixerunt intra ſe,
Hic eſt hęres, &c. Ecce filiũ patrisfam. viui vocauerunt
hæredem. Ergo intelligitur, & exponitur pro filio ex
ſenſu agricolarum, & vulgarium, & de hoc vulgari dict.
in aliquibus partibus. ſ. talem non habere hæredem di-
ci, quando non habet liberos, atteſtatur Imo. in l. ex
facto. §. fina. ad Trebel. & in l. filiusfam. §. cum quis. de
lega. prim. hoc eſt, quod Salyc. in l. 2. in 20. quæſt.
6 num. 29. C. de iur. emph. dicit, verbum, †Hæredibus,
habere duplicem ſenſum. Vnum vulgi, quod intelligi-
tur de filijs & deſcendentibus, alterum Iuris Ciuilis,
quod intelligitur de his, qui in vniuerſum ius de iure
ciuili ſuccedant: refert Alexan. in l. quod dicitur. col.
13. de verbo. oblig. & Nat. conſ. 128. nu. 3. & Bal. in conſi.
202. Super his pũctis. in fi. lib. 4. tenet, nomine hæredis,
ex vſu loquendi ſignificari filium, & nomine filij ſigni-
ficari nepotem in ſignificatione legali & idem in l. quę-
ſitum. §. penul. de leg. 1. ita eſſe, ex communi vſu loquen
di probat latè Soc. Iu. conſi. 158. colum. 2. lib. 2.



Item & alio caſu, quo mentio hæredis apparet facta
7 † in conditione, Et ſi Petrus deceſſerit ſine hærede, ra-
tione abſurditatis euitandæ, & voluntatis teſtatoris, ne
fruſtratoriam diſpoſitionem fecerit, nunquam euen-
turam, cũ nemo poſſit mori ſine hærede, ſaltem fiſco ex
ponit ſine hærede. i. ſine liberis, hanc expoſitionem nos
docet ipſe Iuriſcon. in tex. d. l. ex facto. §. fina. ff. ad Tre-
bellia. & ibi Gloſſ. & Doct. in d. §. etiam ſi parente. &
Pau. de Caſ. in d. con. 453. verſic. 3. quando lib. ſecun-
do. Abb. in cap. in præſentia. ſub numero 25. Dec. ſub
numero 48. de prob. & alibi volunt, id eſſe verum dict.
ratione euitandæ abſurditatis, vt poſſit locum eſſe fi-
deicommiſſo, conditione eueniente defectu libero-
rum, quod ita non euenire poſſet defectu hæredum,
nũnquam deficientium, vltimo ſuccedente fiſco: l. 1.
C. vnde vir & vx. quæ ratio in ſe vera eſt, ſed eam puto
Iuriſcon. in d. §. fi. ſub illis verbis, videri eum de libe-
ris ſenſiſſe, rationem intellexiſſe, de qua in l. cum auus.
de condit. & demon. vt liberi grauati omnino intelli-
gantur ad excluſionem fideicommiſſarij; & in propo-
ſito concord. etiam colligit Odd. Peruſi. de compend.
par. 6. q. 2. in prima par. fo. 187. & ſeq.
8 Subinde quæritur, ſi dictum fuerit, †ſi deceſſerit ſine
hærede legitimo, & non ſuperſint liberi, & deſcenden-
tes, an intelligatur de patre & auo, & aſcendentibus?
Hanc quæſtionem mouet Iaſo. in d. §. etiam ſi parente.
colum. 6. & dicit eam nouam, & ſuper eam cogitandum
dimiſit, adde, quòd hanc quæſtionem mouit Gui. Pap.
in quæſt. 457. Mater filium ſuum. & decîdit fortius,
quòd etiam ſub nomine legitimi hæredis non veniat
pater nec auus paternus, vel maternus, ad excludendum
ſubſtitutos, ſed quòd veniat filius grauati, vel alius, ex
proprio corpore deſcendens, per dictã l. ex facto. §. fina.
ad Trebellia. & per alia, de quibus ibi per eum dicen-
tem ita vidiſſe determinari in iudicando in Camera il-
lius Conſilij Parlamenti Delphinalis, à cuius quidem
Parlamenti integerrimo iuditio recedere, nefas eſſe di-
cam cum Dec. 1. in conſilio 230. colum. penul.

Non autem requiri hoc, quòd iſti liberi etiam ex
verbo, Hæredes, interpretati ſint hæredes grauati, vt fi
deicommiſſarium excludant; quia ſufficit ſuperexi-
ſtentia eorum, dummodo per legem non ſint excluſi à
ſucceſſione, cum conditio conſiſtat in facto: l. qui hæ-
redi. & l. Mæuius. de conditio. & demonſtr. ita per l. fi-
liusfamil. §. cum quis. de lega. 1. ibi Barto. & alij tra-
dunt, & bene defendit Ripa in dict. l. ex facto. §. fin. co-
lum. fin. & Tiraqu. in l. ſi vnquam. in verb. Suſceperit,
numero 129. & ſeq. de reuoc. dona. & ita tenet Pau. de
Caſt. conſil. 410. Viſo facto. colum. 2. ſub verſic. quan-
tum ad tertium. lib. 1. dicens, ſufficere hæredem ap-
pellari habitu, licet non actu. idem tenet Paris conſil.
31. colum. penul. nume. 45. libr. ſecundo. proinde nota
9 †triplicem differentiã nominis, Hæredis, quam ſic no-
tat Bald. in l. ſi fratris. in fi. C. de iur. delib. Primò. ſ. no-
men hæredis ponitur pro filio, etiam repudiante dum-
modo faciat actum, non concernentem rem familiam,
ſed naturale effectum. Secundo modo ponitur nomen
hæredis pro hærede habitu, & non actu. Et tertio mo-
do pro hærede habitu, & actu: & eſt, quando ſe immi-
ſcuit vel adiuit hæreditatem. Quarto pro hærede ſan-
guinis: Bero. conſilio 110. num. 47. lib. 2. vbi plura tra-
dit in materia num. præceden. & ſequẽn. vbi & pro in-
ſtituto in rebus certis.
10 Alio caſu etiam, cum †teſtator filio vel extraneo hæ-
redi inſtituto, decedenti ſine filijs vel liberis, ſubſtituit
Titium, & eius hæredes verificata conditione, quòd
hæres inſtitutus deceſſerit ſine filijs, relictis hæredibus
extraneis, ſuperſtitibus hæredibus extraneis Titij
ſubſtituti per defuncti, illa adiectio, Et eius hæredes,
interpretatur, id eſt, filios eius, vt hæredes extranei

inſtituti hæredis excludant extraneos hæredes Titij
ſubſtituti ex voluntate teſtatoris, præſumpta & elicita
ex eo, quòd ſicut voluit teſtator hæredem inſtitutum
præferre Titio ſubſtituto, ita præſumitur, velle extra-
neos hæredes præferri hæredibus extraneis ſubſtituti:
argum.l. Publicus. in fi. de conditio. & demonſt. & ita
ſecundum commune dictum Ricar. Malumb. in ſua
diſput. relatum, tenet Barto. in d.l. Gallus.d.§.etiam
ſi parente. numero 5. ibi ſequuntur Bald. in colum. fin.
dicens, hoc eſſe not. & Paul. de Caſtr. numero 6.lo-
quens in primo hærede extraneo inſtituto, & dicens,
quòd eſt rationabilis intellectus. & Alexand. ſub nu-
mero 5. putans, hanc doctrinam in genere eſſe veram,
& Aret. in colum.pen.& Socin. numero 8. dicens, cum
hac opin. tranſire magis communiter Doct.& Iaſ. in 7.
colum. firmans iudicando & conſulendo tenendam
eſſe opin. Bar. quæ eſt magis communis. & Ruin. in 2.
colum. num. 5. idem probat Pau. de Caſtr. conſil. 358.
Primò videndum. verſ. ſecundò probatur. & conſilio
114. Procedendo. colum.2.num.4. lib. 1.& conſil. 453.
Ergo Paulus. verſic. eſt & quartus.lib.2.& Fulgoſ. con-
ſil.17. Teſtator.& Socin.conſil.102.col.pen. verſic. po-
ſtremò.lib.3.& Ruin.conſil.148.col. 2. num. 4. & con-
ſil.188.col.1. & ſequent. lib. 2. & Aym. conſil. 38. num.
3. & conſil. 155. colum. 2. num. 6. Quæ quidem opinio
intelligenda eſt, dummodo vel ſubſtituto non ſit facta
ſimpliciter,& ſine illa conditione, ſi inſtitutus deceſſe-
rit ſine filijs, vel inſtitutus, & grauatus non ſit de deſ-
cendentibus teſtatoris: quia tunc ſubſtituti hæredes ſic
vocati, venirent extranei, ſecundum Paul. de Caſtr.
Aret.& Socin. in d.§.etiam ſi parente.in vlt.colum. re-
latos per Port. Imol.in tract. de commun. opin. lib. 4.
concluſ. 40.verſic. tenendo primam, vel ex alijs parti-
bus teſtamenti, vel ex ſtilo teſtatoris, vel ex geminata
expreſſione verborum, hæredum, comprehendi, poſſit
fieri contra voluntatem teſtatoris, ſi generalitas hæc hæ
redum reſtringatur ad filios, vel deſcendentes tantum,
vt latè diſcutit Corn. conſil. 272. lib.4.& Fulg. conſil.
58. Paterfam. quando. ſ. liberi inſtituti non ſunt prælati
ſubſtituto. Paul. de Caſt. conſil. 45. Videtur dicen-
dum. lib.2.quando. ſ. & diſpoſitio teſtatoris non poteſt
verificari, niſi in hæredibus extraneis, & quando ad-
iungitur alia vniuerſitas, vt omnes hæredes: Dec. con.
294.colum.2.

11 Alio quoq; † caſu generalitas nominis hæredum, re-
ſtringitur ex verbis eidem nomini adiunctis, & quali-
tatem afferentibus talem, quæ facit illud intelligi de
deſcendentib.& non de extraneis hæredibus.

Vt eſt qualitas maſculinitas, expreſſa in inſtitutione,
vel ſubſtitutione, diſpoſitione vel conditionaliter no-
minando hæredes maſculos, intelligitur ſanè de proxi-
mo deſcendente,& non de extraneo, dicunt Bald.in d.
§.etiam ſi parente.in col. fin.ibidem.Cuma. ante num.
2.& Paul.de Caſt.in 2. col. verſ. tertiò fallit. & Alexan.
in 2.colum.verſ.ſecundo, in quantum. Bart. & Aret. in
3. colum. dicens, quòd ſolus Ioan. de Imol. reprehen-
dit iſta dicta. & Alexan.conſil. 105. colum. 1. in fin. ſub
verſ.& præſuppono primò.lib. 1. & Guid. Pap. in quæ-
ſtio. 485.num.3.Deci.conſil.185. col. 2. ad fin. & conſil.
239.colum.3.verſic. ſed prædictis. & conſil. 516. colum.
4.num. 14. cum ſimil. concord. alleg. ab Aym. d. con-
ſil. 38. colum. fin. num. 5. atque intelligitur de agnatis
maſculis: Ruin. conſil. 158. colum. 3. num. 8. lib. 3. &
Nat. conſil. 128. num. 12. maximè inſtitutis coniunctis
teſtatoris, latè Alba.de Roſ.in rub.n.96.de vulg.& pup.

12 Hoc etiam verbo adiecto, † Legitimi hæredes, datur
intelligi de filijs & deſcendentibus,& non de extraneis,
firmant Cuma.in d.§.etiam ſi parente.& Guid. Pap. in
dic.quæſt.457. Mater filium, vbi tenet, quòd etiam non
veniunt aſcendentes, vt ſupra relatum eſt, & Dec.con-
ſil.594.colum.prima, & Alexand.in d.l. ex facto.§.fin.
ad fin. ad Trebel. qui tamen intelligit in dubio de hæ-
rede legitimo ſucceſſuro ab inteſtato. ſequitur Ruin.
conſilio 174.colum. 3. nume. 6.lib. 2. vbi infert, idem
eſſe, quando vocantur hæredes alicuius de iure ſucce-
dentes ei, rationem adducunt, quia in diſpoſitione ho-
minis legitimus hæredes videtur intelligi de eo, qui ſuc
cedit ab inteſtato, & non ex teſtamento, per l.3.§.de il-
lo.& quod ibi notat Bart. ff.pro ſocio. & quòd conditio
iſta non reſtringitur ad liberos iſto caſu, quæ ſe habet ad
eſſe, & non eſſe, quod Alexan.not. eſſe dicit. ſequi vi-
detur Socin.conſil.12. colum. 2. numero 3. lib. 3. quod
quidem de directo eſt contra d. deci. Delphi. 457. per
Guid.Pap.quòd conditio, ſi moreretur ſine hærede le-
gitimo, exponatur pro ſine filio, vel alio ex proprio
corpore legitimè deſcendente, per d. l. ex facto.§.fin.
excluſis etiam aſcendentibus. & hoc puto verius, & te-
nendum ex mente teſtatoris, quæ videtur procliuior
ad benefaciendum ſubſtitutis, deficiente inſtituto ſine
legitimo hærede, qui ideo ſit filius vel deſcendens præ-
ferendus præcipuè ſubſtitutis: l. Lucius. la 2. de hæred.
inſtit.& l. cum auus. de condi. & demonſtr. & non alius
ſucceſſurus ab inteſtato, qui eſſet ad ſeptimum gradum:
inſtit. de legit.agna.ſucceſ. qui veriſimiliter non debet
præferri ſubſtituto, vt coniecturatur Guid. Pap. in d.
deci.& quia militat ratio abſurditatis per Gloſſ. & Do-
cto.in d.§.fin.ita etiam tenet Bertran.conſil.1.col. pen.
lib.6.de fiſco, qui etiam poteſt ſic dici legitimus hæres,
cum venit ex ſucceſſorio edicto: quia ſic ponitur in-
ter conſanguineum, nolentem eſſe hæredem: quando
quis dicitur decedere ſine hærede: vt per Gloſſ.in l.pen.
§.1.& ibi Bald.nu.4.C.ad Trebel.& ratio etiam de alio
13 extraneo hærede militat, quem † quod quis non habeat,
eſt quodam modo impoſſibile, vel de raro cõtingenti-
14 bus, dicit Deci.con.294.col.pen.nu.4. † & d.l.tertia.§.
de illo loquitur in contractibus, vt plenè ibi not. Bar.
quòd verba contrahentium propriè, & immediatè in-
telligi debent, quod non ſic eſt de verbis teſtantium
latè interpretandis. l. in teſtamentis. de Reg. Iu. & lo-
quitur, de legitimo hærede cum effectu, dicit Deci.in l.
1. col. 2. nume. 3. C. quando non petentium par. & ibi
Hier.Cagnol.ita ampliat pro hac opinione de legitimo
hærede, intelligendo pro deſcendente: Port.Imol.ſim-
pliciter & ſolam d. deciſ. Guid. Pap. 457. allegando in
d. trac.de commu.concluſ. lib.4.concl.40. verſic. am-
plia etiam, vbi pariter ſub hoc nomine hæredis ſcribit,
& progreditur, non tamen ita clarè, & ordinatè, vt hic
legi poteſt in materia vltimæ voluntatis: adhuc com-
probo, non attẽdendam eſſe dictam rationem de hære.
legitimo, qui ab inteſtato ſuccedat, & immediatè, per
d.§.de illo. quia in hac ſpecie noſtra, dummodo com-
prehendi poſſit, ſuccedi iudicio teſtatoris, appellatione
hæredis omnis hæres complectitur: l. paterfam. de
vulg. & pupil. & ibi Bart. & Bald. expreſsè notat, nihil
referre, an aliquid contingat immediatè, vel mediatè,
ſi tamen diſponẽs de tali medio cogitauit,& ordinauit.
idem expreſsè ſentit Paul. de Caſt.con.410. Viſo facto.
colum. 2. ad fin. verſ. ſecundò ad idem. lib. 1. Admiſſa
etiam diſtinctione, ꝙ appellatione hær. legitimi imme-
diatè venit, qui ſuccedit ab inteſtato: & mediatè, qui
ſuccedit ex teſtamento: & naturales hæredes illi ſunt,
qui ſuccedunt iure naturæ: Alexand. conſilio 56. co-
lumna 2.verſ. apparet ergo.ſub num.3.lib.2. ſi dignoſci
poteſt veriſimiliter modo aliquo, teſtatorem ſuæ agna-
tionis rationem habuiſſe, vt in quæſtione facti: Pater
filio inſtituto decedenti ſine liberis, ſubſtituit fratrem,
& eius legitimos hæredes maſculos, eueniente caſu
ſubſtitutionis, & fratre præmortuo, relictis hæredibus
extraneis ex teſtamento agnatos teſtatoris ad fidei
commiſſum vocatos ſe reſpondiſſe, dicit Alci.in l.lege
obuenire



obuenire. de verbor. ſign. allegando Abb. in conſilio
3. in 3. dub. columna 3. in fina. lib. 2. dicentem, quòd
vbi ponetur verbum, Legitimi, debet reſtringi ad eos,
qui vocantur ab inteſtato: arg.l.1.& ibi not. C. de legi.
hæred.ita quòd ſi mentio hæredis legitimi diſpoſitiuè,
& non conditionaliter habita fuerit in inſtitutione vel
ſubſtitutione, crederem veram & tenendam opin. Ale-
xan. & Ruin. ſuprà allegatam d. conſilio 174. colum. 3.
num.6.lib.2.

Ex verbo, † Suos, adiuncto nomini, hæredes, dum-
15 modo ſuitatem quandam, & non demonſtrationem
deſignet, fit & reſtrictio, quòd intelligantur. Sui hære-
des, & non extranei, vt quando teſtator alicui hæredi
inſtituto ſuos hæredes ſubſtituit: ita arguendo tradit
Guid. Pap. in quæſt. 306. generale. & Anton.de Butr.
conſil.23.col.1. nume. 2. poſt Spec. in tit. de loc. §. nũc
aliqua.in quæſt.113.in fin.& expreſſè cõcedit Pariſ.conſ.
52.col.4.num.22.lib.2. Contrarium ex alleg. per. Iaſ. in
d.§. etiam ſi parente.colum.4.& Port. Imol. in d.con-
cluſ.40.in prima ampli.lib.4.de commu. opin.tollitur;
vt dixi, dummodò ſuitatem, &c.

Alia autem de hoc pronomine, ſuos, quando reperi-
tur poſitum ſolùm, ſine adiunctione nominis, hæredes,
dicam infra in ſeq.interpr. dubit.1.in ſol. per vulg. verſ.
alius, & ſecundus.

16 De hærede † in hęredem. Verba hæc exponuntur de
deſcendente in deſcendentem in infinitum, vt non in-
cludant hæredes extraneos, ſed deſcendentes tantùm,
probat Rui.conſilio 151. colum.4.ſub nume. 7. lib.2. &
Pariſ.conſ.8.colum. nume.7.lib. 3. & Socin. conſil. 57.
col.3.verſ.vnde quatenus.in ca. prohibitionis. lib. 3. &
Dec. conſil. 38.colum.5.verſic. ſed tamen his.vbi etiam
Socin.& Deci. dicunt, quod non requiritur iſto caſu,
quòd iſti deſcendentes ſint hæredes actualiter. ſequitur
in hoc Aymo.conſil.131.col.3.num.9. Nam ius concer-
nens liberos,& deſcendentes, vt liberos, dicitur ſepara-
tum ab aditione hæreditatis: hanc doctrin. tradit Bal.
in l.generaliter.§.in his autem. verſ. ex iſto ſenſu. C. de
ſecun.nupt.

17 Ex perſona † nominantis fit etiam reſtrictio, vt quan-
do pater, vel aſcendens de hæredib. facit mentionem,
de liberis ſenſiſſe videtur: hoc eſt dictum Speculatoris
in tit.de teſt. §. in primis. fin. & comprehenditur ex l.
cum auus. de condi. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi.
fideicom. Sic ergo intelligerem ego, vbi mentio hære-
dis fit in teſtamento patris, vel deſcendentis, quòd in-
telligatur de liberis, & non generaliter, vbi fit mentio
in teſtamentis, vel in ſubſtitutione, vt Doctor profe-
runt ſaltem diſpoſitiuè, & per Bald.conſil. 267. Propo-
nitur.col.1.li.5. & ex perſona expreſſa in diſpoſitione, vt
18 ſi quis inſtituat ſacerdotem,& eius hæredes intelligitur,
id eſt, agnatos: quia ſacerdos non poteſt habere deſcen-
dentes.Socin.in conſil. 13.vltra princip.verſ. vnde dicit
Bald.libr.3.facit.text. & quod ibi in ſpecie notat Bart.
& alij in l.hæredibus.§.fin. ff.ad Trebell. & vbi demum
poteſt apparere ex verbis teſtamenti excluſiuis fœmi-
narum, & prouidentibus conſeruationem bonorum.
in agnatione mentio hæredum ſemper interpretatio-
nem capit pro deſcendentibus, & non pro hæredibus
extraneis, vt reſpondit Alexan.conſ. 105.col.2.lib. 1. &
Ang.conſilio 306. Chariſſime in fin.& de agnatione, vt
Socin.tradit conſ.12.columna 2. lib.3.& Pariſ.conſ.31.
colum. pen.nume.47.lib.2. & Ruin. conſil. 110.colum.
4.num.9.lib.2. Idem eſt de mentione ſucceſſorum, ha-
bita in teſtamentis, ꝙ intelligatur de deſcendentibus,
plenè diſcutit Socin. conſ.249.colum.8. verſic. ſecun-
da difficultas. & conſequ. lib. 2. & Corn. conſ. 22. col.
4.verſic.concurrit etiam.& conſ.59. colum. fin. lib. 2.
ſecus eſt, quando dictum ſit de hæredibus, & ſucceſſo-
ribus, quòd veniant omnes hæredes, etiam extranei,
tenet idem Corn. conſil.31. ad fin. eod.lib. 2.intellige,
quando ſunt in diſpoſitione vocati, & niſi mens teſta-
toris repugnet: vt per Socin.in conſil.249.colum.8.lib.
ſecundo, & Curt.ſent.conſ. 46.colum. pen. vltra med.
verſ. nec obſtat dicta l.ex facto.

19 Denique res † non tranſitoria ad alios vltra primum
recipientem, niſi ad filios facit interpretari, & reſtringi
particulam huiuſmodi, pro ſe, & hæredibus, & ſic no-
minationem hæredum pro filijs: exemplum ponunt
Doct.in rebus feudalibus vel emphyteuticis ab eccleſia
habitis, vt Bart. & alij tradunt in dicta l. Gallus. dic. §.
etiam ſi parente: & Alexan.conſil.107.ad fin.lib.4.con-
cord.plures allegat, & Paul.de Caſtr.conſil. 453. verſic.
ſecundus caſus.lib.2. Abb.& alij in cap.in præſentia. de
prob. & pro agnatis, vt in clerico accipiente pro ſe &
hæredib. ſuis.Bald.in cap.1.§.naturales. col.2. ſi de feu.
fu. contro.interd.& agna.relat. per Alexand. in l. ſiquis
poſthumos.in princ.colum.2.nume.9. de liber. & poſt-
hu. quod intelligendum eſt, niſi fuerit dictum, Pro hæ-
redibus quibuſcunque: quia venirent, & extranei hæ-
redes, vt reiecta opin. Bald. Aret. & Socin.firmant eſſe
commun.opin. & tenendam Iaſ. in d.§.etiam ſi paren-
te.col. 5. Curt. Iun. conſil.1.nume.1.2.3.& Ripa in d.
l. ex facto.§.fin.colum. pen.ante nume. 17. ad Trebell.
cum cõcord.plena pagina alleg.per Port.Imol.de com-
mun. opin. concl.41.lib.2. Idem eſt etiam, quando ſi-
gno vniuerſali ſunt vocati omnes hæredes ſuſtituti;
tenet Dec.d.conſi.294.colum.2.hoc tamen intellecto,
ſi per concedẽtem vel teſtatorem rei huiuſmodi tranſ-
latio fieri poſſit in illos quoſcunque hæredes etiam ex-
traneos, aliâs non ita eſt: quia etiam generalitas iſta li-
mitatur,& reſtringitur à poteſtate concedentis, & diſ-
ponentis, vt ad hoc deciſ.plures Doctorum allegaui ſu-
pra lib.præceden.interpr.4.dubit.2.verſic.nonò, quan-
tuncunque.

20 Addito hoc etiam intellecto, † quòd ſi vniuerſaliter
in conditione ponatur, Si deceſſerit ſine hæredibus, &
ſucceſſoribus, vel ſine hæredib. quibuſcunque, eadem
ratione abſurditatis euitandæ, vt poſſit euenire caſus
dictæ conditionis, exponatur, id eſt, ſine liberis, per
text.& Gloſſ.& Doct. in.d.l.ex facto. §. fin. ita expreſſè
ſentit Pariſ.conſ.31.col.7. num. 46.lib. 2.& quia ipſum
ſolum nomen hæredis,& ex ſe eſt vniuerſale, continens
omnes ſucceſſores: vt eſt text.in l.hæredis appellatione.
de verb.ſignifi.& dicit Bald.in l.quoties.col.1.ſub num.
2.C.de hæred.inſt. & tamen exponitur, ſcilicet liberis,
per d.§.fin. Ergo quoad vniuerſalitatem, expreſſio eſt
eorum. quę tacitè inſunt: ideò nihil operatur: l.3. cum
ibi notat. de l.1. cum ſim. & maximè, ne inconueniens
ſequatur vel abſurdum, generalitas reſtringi debet, vt
ſupradixi, eadem dubit.2.verſ. decimoſextò vide.

His autem viſis, quæ nomen hæredis faciunt nos in-
telligere de hærede ſanguinis, & non extraneo, nunc
21 videndum eſt de hærede † bonorum hæreditatis, quan-
do non extendatur vltra primum hæredem. Sed vltra
quod iam dictum eſt, appellatione hæredis propriè, &
regulariter contineri hæredem bonorum, & hęredita-
tis,& omnem ſucceſſorem, dicta l. hęredis appellatio.
& l.hęredis appellatione. de verbor. ſign. vt amplè in-
ſiſtit Corn.d. conſil. 272.colum. 2.in fin. verſic. tamen
conſtat lib.4. & Cephal.conſ.499.num.13.& ſeq.expe-
22 dit quandoq; ſcire, † triplicem eſſe hęredẽ. Vniuerſalẽ
in vniuerſo iure defuncti ſuccedendo, quaſi vniuerſa-
lem, vt in legitima ſingularem, vt in certa, tradit Bald.in
l.fin.col.3. verſic. quintò quęritur. num.25. C.de hęred.
23 inſtit. vbi proſequitur, quòd † ſuccedens in legitima
alterius, & legatario in re legata, dicatur hęres & ſuc-
ceſſor primi teſtatoris, quoad ſuccedentem in legiti-
ma alterius, comprobatur: quia primus ſuccedens iure
hęreditario, habuit eam, quę prętérquam ad ęs alie-

num dicitur eſſe pars hæreditatis,vt latè tenet Alexand. in l.quia poterat.colum.pen. & fin. ff. ad Trebel. & Socin.conſil.234.colum. penul.verſ.in prima difficultate. lib. 2. & not.in aut. nouiſſima. C. de inof. teſtam. ſicut etiam legatarius in re legata quodammodo teſtatoris hæres eſſe dicitur:l.id tempus §.j.ff.de vſucap.& l.in cõuentionibus. & ibi Bart. & alij not.de verb. ſign. ponit Iaſ.in conſil.92.ad fin.lib.primo, & diffuſius Curt. Iun. conſil.62.colum.penul. ad fin. & colum. fin. ita dicendum videtur de ſucceſſore legatarij, quamuis non iudicio teſtatoris, ſed ſucceſſionis neceſſitate ſuccedat, dicit text.in l.1.§.non ſolùm.vt l.no. caue. vt hæres hæredis non iudicio teſtatoris venire dicitur in text.l. quis liberis.§.hæc verba.de vulg. & pupil. ideo ſucceſſor legatarij deſcendit à perſona teſtatoris in re legata, ſicut hæres hæredis,dicit Bald.in d.l.fin.col.3.in 6.quæſt. nu. 26.Idque magis verum, & proprium eſt in hærede vniuerſali, quòd eius hæres dicatur & alij in infinitum ſucceſſores primi teſtatoris dicantur: d.l. fina. & d. §. hæc verba.d.l. ſciendum.& d.l. hæredis appellatione. cum ſimil.in tantum, quòd exiſtente primo hærede ex teſtamento, & ſecundo ab inteſtato primi, nempe is etiam ſecundus dicitur hæres teſtatoris mediate ex teſtamento,vt declarat Alexand.conſil.91.col.5.in fin. verſ. non obſt.quantum.lib.j.repetito conſi. 11. lib. 3.

Ad primum autem hæredem, & non ad vlteriorem, id tantùm extendi verè in paucis ſpeciebus dicitur, per dict.l. ſciendum, licet enim plures limitationes adducant, & enumerent, quibus ad hæredem hæredis quid non perueniat non tangat, & non tranſit. gloſſ.Dec.& Hier.Cagn.in l.qui per ſucceſſionem.de Reg.iur.Rom. Imol.& Iaſ.in l.ſiquis filium. §. fin. ff. de acquir. hæred. Bart.& alij in d.l.Gallus dict.§.etiam ſi parente Bald.& alij in d.l.fi.C.de hæred.inſtit. Aret.& Iaſ.in l.paterfam. de vulg. & pup.Bart.& alij in l.qui liberis. §. hæc verba. & plures alij per duas paginas alleg.per Tiraqu. de retrac.titul.2.§.j.gloſſ.6.num.17.cum ſeq.

Tamen ego pro faciliori, & clariori doctrina in hærede extraneo loquendo prædictos caſus ad duos tantum reſtringo,ad quos tendere video quoq; exempla,& omnes gloſſ. & Doct. deciſ. ſuper his alleg. & quæ poſſunt allegari.

24 Primus eſt, quando † de eo, quod diſpoſitiuè euenire, vel fieri voluerit, modo aliquo apparere poteſt, intentionem diſponentis eſſe directam in perſonam certam & certi hæredis, in iſto poteſt, & debet euenire, & per iſtum fieri,quod voluerit teſtator, vel diſponens, & non per hæredis hæredem.

25 Secundus eſt, quando † in re aliqua iure conueniente non tranſitoria ad hæredes diſponendo, ſit mentio hæredis, res ipſa per hanc mentionem non tranſit vltra primum hęredem,nec ad hæredis hæredes.Et vltra iſtos
26 duos caſus antiqua regula procedit, † quæ hæres hæredis,&c.d.l.fi.cum ſimil.& tranſitoria ad primum hæredem tranſeunt ad vlteriores in infinitum: d.l.hæredis appellatione.

Quoad primũ caſum,vis eſt in facto percipere,& co-
27 gnoſcere,quomodo,& quando † diſponentis intẽtio ſit directa in perſonam certam,& certi hæredis.Percipitur quidem ex factorum exemplis,adductis per Doct.in locis alleg. & ex ratione à contrario dictæ l. ſciendum. ibi quia incertus eſt,& per dict.§.hæc verba.Bald.in dict. l. fin.colum.2.in princ. in 3.oppoſ.dicit, quia affectio teſtatoris extenſa erat ad certum hæredem, non intelligitur de alio: idem in colum.pen.in 26.queſt.nu.46.docet, quando commiſſio fit à teſtatore, ſub appellatione nominis hæredis, demonſtrante affectionem ad certam perſonam, de exequendo teſtamentum, quæ ideo non tranſit ad hæredem hæredis, vt ibi per eum, & ſuſtitutio, ſi aliquis hæredum meorum deceſſerit ſine filijs, per pronomen meorum,reſtricta tantum ad vocatos, & ſcriptos hæredes,non continet hæredes hæredum, probat Oldr.conſil.21. Thema tale eſt, Teſtatur,quem referunt, & ſequuntur Doct. in locis ſupra allega. & præceptum implendi conditionem, vel de non aliquando, factum in perſonam hæredis, vel nominando eum nomine proprio præcedente, vel prædictiones relatiuas, dictum vel ſupraſcriptum, vel infraſcriptum, non ſe extendit ad hæredem hæredis: tenent hæc ſingula probando Bart.in l. Lucius. §. j. de lega. tertio.in l. ſub diuerſis.§.j.de condit. & demonſtr. in conſil. 7. Factum tale eſt.Andreas Alexand.in dict.l. fi.colum.2.ſub num. 4. dicens, quòd hæc eſt ipſa veritas.& in conſ.173.col. 2.nu.4.lib.5.& conſil.140. lib. 6. & conſ.56.lib. 1. Aret. in dict.l. paterfam. colum. 2. in fin. & ſequent. colum. de vulg. & pupil. Ripa poſt alios in l. filiuſfam.§.diui. num.110.& ſequen.de leg.j.& poſt Dec.Hier.Cagn.in l. qui per ſucceſſionem.in prima limitatione ibi,cum adiectione ſupraſcriptis,vel infraſcriptis. & in limit. 2.ibi ſanè,quando nominatim iniunctum fuit primo hæredi, &c.& in 5. limit. ibi, ſecùs, quando teſtator mentionem fecit de hæredibus proprijs, & ibi, in fin. ad duas alias limit.per Iaſ.adductas in dict. l. ſi quis filium. §. fi. colum. fin.de acquir. hæred. quando teſtator vſus fuiſſet pronomine Meo hærede. vel ipſe hæres dixiſſet, vel aliter pro relationem perſonalem,& ibidem Dec.in fin. quando nominatio hæredis facta ſit proprio nomine, & Bald.in conſil.272.In cauſa egregi. in fin.lib. 5.& ita quatuor limitationes ad hanc regulam adductæ per Iaſ. in dict.leg. ſi quis filium. §. fin. in hoc ſonant expreſſè: quando nomen primi hæredis eſt vocatum, & expreſſum per dictiones ſupraſcriptos, vel infraſcriptos hæredes, vel hæredes meos, vel ipſos hæredes, vel aliquid iniunctum fuit nominatim hęredi ſub nomine proprio pręcedente, vbi per eum: itaque propoſita in dicto primo caſu vera probantur. Salua tamen voluntate teſtatoris, & niſi appareat in contrarium cauſa adiecta, vt quid perpetuò fiat, vel conſeruetur in familia, vel grauamen, vel quid aliud aſcriptum & impoſitum rei vel bonis appareat, per not.in l.peto.§.fratre de legat. 2.& in d.§.diui.& Saly.in l.volũtas.C. de fideic.de quibus alibi dicendum erit.

Quod verò ad ſecundum caſum, Iure conuenienti
28 ſancitum eſt, non † tranſire vltra primum hęredem ingratitudinis accuſationem contra libertum, & operarum exactionem: vt in dict. l. ſciendum. ſicut accuſatio ingratitudinis contra donatarium non tranſmittitur ad hęredes donatoris l. fin. C. de reuoc. donat. & in vſufructu, ne proprietas perpetuò ſit inutilis, datio vel acquiſitio pro hęrede, valorem non habet vltra primum hęredem,ſcilicet antiquitas.& ibi Bart.& Bald.C. de vſufr.& in dict.§.etiam ſi parente.& ibi alij, & Hier. Cagn.in d.l. qui per ſucceſſionem. in 4.limit. vbi idem ponit de ſuſtitutione cõditionali,per l. ſi ex pluribus. in fin.ff.de ſu.& legiti.& per Anch.conſi.130. pro & contra colum.fi.adde Bal.in l.in cauſę. §. Pomponius.in 1.not. de minor.quòd legatum factum nepoti conditione appoſita.quòd eo decedente ſine liberis,reuertatur ad hęredem vniuerſalem, qui pendente conditione, ſi moriatur,ammodo reſtitutio non debetur, & ſic non tranſit ad vlteriores hęredes.& per Alexand. conſil.36. col. pen.verſ.ſecundò reſpondeo. lib.3. & plenè in l. paterfamiliâs.verſic.& ex his infero.de vulg.& pupil.idem de vſufructu deducendo mẽtio hęredis intelligitur de primo hęrede:Bart.in l.Sempronius.in princ.de vſufructu leg.& cum cõcord.alleg.per Tiraq. in dicto titulo.2.de retract.§.1.gloſſ.6.num.22.

Aduerte ad vnum,quòd Tiraq. non aduertit, neque alij,qui allegant Bart.in l.1.colum.2.& Alber.in l.beneficium.colum.pen.ff.de conſt.princip. & quos Tiraq.





allegat in d. gloſſ.6. nume. 18. & in l. boues. §.hoc ſer-
29 mone.de verb. ſignif. in regula num. 74. quod † Priuilegium conceſſum alicui per principem, & ſuo hæredi in ſingulari, intelligitur de primo hærede: per dic. l. antiquitas. & ſuis hæredibus in plurali extenditur ad hęredes in infinitũ,per d.l.ſciendũ &d.l.hęredis appellatione, &vt Bar.& Alber.referunt, iſta fuit ratio Petri. Sed aduerte,inquam, iſta ratio, quoad mentionem hæredis in ſingulari, vel in plurali, reprobatur per Bartol. in dicto§.etiam ſi parente. in columna fin. & ibi alij cum eo tranſeunt tacitè, & Iaſ.ad fin. facit mentionem de hac contrarietate Bart. & nihil reſoluit. ſanè, credo veram, & tenendam hanc probationem diſtinctionis ſingularis vel pluralis expreſſionis nominis hæredum, per l.ſi pluribus.de leg.2.& l. ſi plures. de leg.3. alleg.à Bar.& per ſæpè alleg. l.hæredis appellatio. & l. hæredis appellatione, quæ ſub ſingulari expreſſione nominis hæredis faciunt extenſionem ad omnes hæredes ſucceſſores in plurali, & in infinitum. ita hanc diſtinctionem reprobat Fulgo. in d. l. in annalib.l. C. de lega. & ibi Saly. dicit, quòd hoc dictum Petri communiter reprobatur.

Poſſet autem procedere dicta deciſio de priuilegio, conceſſo alicui ſub mentione hæredis, vel hæredum, quòd ſolùm tranſeat ad primum hæredem per aliam rationem: quia Bart. & Alber. in dic. legibus, l.1.& lege fin. quæ incipit: Beneficium. firmant Priuilegium in Corpore Iuris non clauſum conceſſum à principe, non tranſmitti ad hæredem. Vbi ergo fieret mentio hæredum, vt in re ſui natura ad hæredes non tranſitoria,non extenditur vltra primum hæredem: per d. l. antiquitas. & per alias rationes, in hac ſpecie per Doct.alleg.

30 Item notandum eſt, q; licet † hæres hæredis dicatur hæres primi defuncti, non tamen dicitur eadem perſona, ſicut videtur primus hæres,& non prohibetur venire contra factum primi defuncti,firmat Pau.de Caſtr. in con.197. Viſis dubijs.ſub verſ. quoad ſecundum.lib. 2. ſequitur Dec.in l.hęredem. num. 8. de Reg. Iur. ponit Tiraq.in d.gloſ. 6. num. 19. ad fi. Atque hæres hæredis non eſt circa culpam, quæ facit primum hæredem indignum hęreditate vel legato, quę ideo ei non nocet, qui mediatè ſuccedat primo defuncto, & ſi idem exiſtat committens cauſam indignitatis, tamen vt hæres vel legatarij, vel primi hæredis non indigni ſuccedere poteſt. primum probat tex. in l. qui Titij. & alterum probat text.in l.poſt legatum.§.qui accuſauit. ff. de his qui.vt ind. & Io.de Ami.conſil. 10.colum.fin. num. 21. vbi in delictis, & odioſis hæres hæredis non venit. idem Hier. Cagn. in l.qui per ſucceſſionem. num. 2. de Reg.Iur.& hæres in re certa hæredis non eſt hæres primi defuncti: Ruin. conſil.69.colum.8.ad iſtud reſpondeo lib.3. & in conſil. 44.colum.5.nume.15.lib.2.

31 Præterea dictum eſt nominis hæredis† triplicem eſſe differentiam. Vnam, pro filio: aliam,pro hærede habitu, & actu ſupra dixi per Bald.in dic.l.ſi fratris in fin.C. de iur.deliber. quinimò quatuor modis ponitur nomen hæredis, latè explicat Socin.conſil. 249.col. 8.verſicu. ſecundò hanc concluſionem. lib. 2. ſic huius nominis diuerſimodè fit interpretatio, prout conditio perſonarum, & natura diſpoſitionis actuum & rerum expoſtulant, quod iam ex dictis ante apparet. Rurſus enim dicendum eſt,hęredẽ exponi pro filio,quando poſt mortem patris filius aliquid agit ſibi cõpetens,vt filio etiam quòd non ſit hæres patris, exempla ponunt Iura, & Doctores in iure ſepulchrorum,& in vindicta, & in pace( vt puta) habenda ac hæredibus occiſi: vt l.pro hęrede.§.fin.ff.de acquir.hæred. & ibi Bart. Caſt. & Rom. & l. quęſitum & ibi Bart. de ſepul. viola. & Barto. & Alexand. & Iaſo.ad fin.colum. 4. dicens, & defendens opin. Bart. vti communem, in l.ſi filius, qui patri. de vulg. & pupil. ita pro commun. opin. ponit Clar. in pract. crim.lib.5.§. fin. in quæſt.58. verſic. ſed hic incidenter.

32 Facta prohibitione per † teſtatorem filiabus hæredibus inſtitutis, ne bona alienent,hac cauſa aſcripta:quia volo, quòd bona mea deueniant ad hæredes filiarum mearum prædictarum,interpretatur de liberis filiarum, & de proximis iure conſanguinitatis, & agnationis,qui poſſint venire prouidentia ſolius teſtatoris, & non de hæredibus extraneis, qui non poſſent euincere alienata: per l.vendicantem.ff. de euic. cum nomen hæredis. ſit poſitum in prærogatiua, & non in ſolo iure hæreditario conſiſtente, intelligitur de hærede ſanguinis, ex facto reſpondit Bal.in conſi.283.Verba teſtamenti.lib. 2.poteſt comprobari ex his, quæ adducit Soc. in conſil. 57. colum. 3. verſic. præterea dicit Bar. lib. 3. quòd vbi ex mente teſtatoris poteſt apparere, vt bona non tranſeant ad extraneos, quòd verbum, Hæredes, intelligitur de liberis.& idem Socin. in conſi.249.colum. 8. verſ.ſed huic obiectioni.lib.2.rationem Bald.in d.conſ. eo tacito adducit Rip.in l.ex facto.§.fin.ad fin. ad Trebel.& Deci.conſ.38. colum. 5. verſic. ſecundò efficaciter.& refert Aymo conſil.131.num.9.quæ eſt, quòd intelligi voluit teſtator de hærede, qui ſit conſanguineus, & non hęres actu,ne expelleretur à fideicommiſſo vendicando bona alienata. Mirum eſt, quòd non allegant Bald.in d.conſi.283.& facit l.fin.& quod ibi not.in fin. de fideicommiſſ.lib.& quod latè in ſpecie ſcribit Beroſ. conſil.110.nume.46.& ſeq.lib.2.

Si tamen talis hæres ſanguinis fuerit hæres effectu, & per aditionem filiæ alienantis, certè non poterit euincere,& recuperare bona alienata, etiam fideicommiſſo ſubiecta,per reg.l.cum à matre.C.de rei vendicat.probant Fulgoſ.conſi.67.paterfa.Paul.de Caſtr.conſ.247. in fin.lib.1.Roman.conſi.18.in fin.Alex.conſi.3.col.1. & conſil.32.col.fin.lib.3.Dec.conſi.79.ſub nume.2.in fin. Ioan.de Renafr.conſi.3.nume.17.Ruin.conſi.38.nume. 14.lib.1.Val.conſi.34.nume.71.72.lib.4.& alibi.

33 Hæres habitu † deſtinatione, & aptitudine capitur, licet effectu non ſit hæres, quando hærede inſtituto dixerit teſtator, Si Petrus hæres meus deceſſerit, interpretatur, hoc eſt, ſi ille, quem hæredem inſtitui, deceſſerit, non intelligatur autem, ſi poſt aditam hæreditatem deceſſerit, ita Bald.in conſil.170. Quidam Nicolaus ad fin.lib.5. idem poſt Socin.conſi.12.col.2.lib.3.in eodem caſu.Ruin.conſil.158.colum.fina.lib.3.quod in hac facti ſpecie teſtator inſtituit Titium, & Caium eius filium,& hæredes illorum, quòd dictio, hæres, intelligatur de agnatis, qui poſſint eſſe hæredes ab inteſtato, ſeu de hæredib.habitu & aptitudine, ſicut verba aliâs capi debent ad habitum vel aptitudinem:l.Labeo.de ſtatu lib. & l.ſi pater mulieris in fin.& ibi not.de iure dot.& Abb. in cap.3.in princip.ad fi.de baptiſ. notat verba apta referri ad habitum, & actum referuntur ad actum ſolum, vbi ſubiecta materia hoc expoſtulat:quod locum habere dicitur in ſtatutis, & in alijs diſpoſitionibus. & Gloſ. eſt in l.filiusfam.§.cum quis.de leg.1.quæ vult,ſufficere, hæredem poſſe eſſe ex teſtamento vel ab inteſtato: quã ibi Docto.ſequuntur.In propoſito noſtro, ſubiecta materia eſſe videtur,vbi in hærede ſic nominato,nulla dandi vel faciendi obligatio neceſſaria eſt, vt declarat Bal. in l.1.circa princip.C.de condit.inſer.quod procedere dicit, quando ſic nominatur,& apponitur in vltima voluntate,per d.l.ex facto.§.fi.ad Treb.& facit l.Celſus.§. quòd alicuius.de leg.1.ſecũdum vnum intellectum, ibi, ſi ille extitiſſet hęres,id eſt,exiſtere potuiſſet, ſecundum Alber.ibi, multum etiam facit, quòd expreſſione hæredis quis non requiritur eſſe hæres, quando per nomen propriũ vocatus eſt in diſpoſitione,vt per Paul.de Caſt. in l.teſtamento.in fin.C.de impub.& alijs ſubſtit.& per

Gloſſ.in verbo,Legem.in l. fi.in teſtamento. de vulg. & pupil.& in ſubſtitutionibus potiùs conſideratur hæres nomine, quàm effectu acquiſitionis:l. cohæredi. §. 1.ff.eo,& ibi Bart.& Bald. & alij not. ſic enim nudum nomen hæredis,multos operatur effectus, dicit Alexan. in l. ſi mater.§.primo. in fin. ff.eo. ſufficit, quòd ſperetur eſſe hæres ad fauorem teſtamenti, dicit Paul. de Caſtr.in conſilio.274. Primò videndum, colum. 2. ſupra fin.lib.1.licet in hærede grauato ad dandum vel faciendum, vt teneatur per l. ab eo. C. de fideicommiſ. requiritur,quòd habeat,& ſit hæres actu, & effectu, ſecundum Imol.in dicto §.quòd alicuius,ſupra fin.& per not.in l.neceſſarijs.ff.de acquir.hæred. & in l.3. in fin. quib.ex ca.in poſ.ea.

34 Hæres ideoq; † actu, & effectu per aditionem ſeu immiſtionē eſſe debet,cum in teſtamēto nominatur hæres in actu grauaminis ferendi vel perficiendi aliam hæredis inſtitutionem, aut in actu commodi conſequendi: vt ſi primo caſu teſtator dixerit, ſi filium meum hæredem ſine filijs mori contigerit, & legem teſtamenti ſeruantem, Subſtitutio talem non ſufficit,quod filius ſit inſtitutus hæres,ſed intelligitur, ſi adierit, vel immiſcuerit ſe hæreditati:per:l.3. §. ſi quis ita. ff. de hæred. inſtit. & ibi Imol.notat,tradit Alexan.in conſi.1.colum.3. nu. 9.10.lib.1.& in eodem caſu conſulendo Corn. in conſil.199.col.3.verſ.his tamen.& colum.7.verſi. nec obſt. quòd primo.lib.2.& in alio ſimili Iaſ. in conſi. 142. lib 4.vt ſi adſint verba,mens,& veriſimilitudo,quòd mentio hæredis talis apparet,quòd hæres eſſe debet effectu, & per aditionem, vt diſpoſitio ſortiatur effectum, tum etiam pro eius validitate:l.teſtamento.de manu.teſta.l. ſi nemo.de teſta.tut.cum ſimil. Et hæc eſt generalis regula Nat.conſil.465.num.7.

Quod non eſt contrarium præcedenti: quia illud in hærede ſic demonſtrato,& habitu exiſtente, bene procedit ex mente teſtatoris, & diſpoſitio operatur: iam ſæpius dictum eſt, totam quidem voluntatem teſtatoris facere:l.ex facto.la 2. §. rerum autem. ff. de hæred. inſtit.l. ſi peculium.§. ſi ſeruus. de pecul.leg. Vt & ſecundo caſu commodi conſequendi, ſi teſtator legauit tali,& ſuis hæredibus, vel inſtituit talem hæredem, &
35 ſuos hæredes,vel dixit,ſuos, ſimpliciter, † qui veniant, quando liberi,quando hæredes extranei, quando legatarij,& quando ſui,quales & qui ſint, ſecundum diuerſitatem caſuum latè explicat Io. Raynaudus in tractatello de ſuitate in tom.11.tract.impreſ.Venet. Nā vide in quæſtione de auo,inſtituente hęredes ſuos filios, vel nepotes,& eis ſubſtituēte ſuam filiam,vel hæredes ſuos, ex ea legitimo matrimonio natos, & naſcituros, ea inſtituente filium maſculum hęredem vniuerſalem, & filia in re certa hęrede inſtituta,vel quę ſit per ſtatutum excluſa,& eueniente caſu ſubſtitutionis filium hęredem vniuerſalem ad ſubſtitutionem admitti inſolidum, tenet Gui. Pap. in quęſt. 457.eò quod verba ſubſtitutionis requirunt,quòd ſit filius, & quòd ſit hæres. Et quia verbum,Hæredes, ſonat in eos, qui in vniuerſum ius ſuccedunt,per l.nihil aliud de ver.ſig. dicit Io. Raynau. in d.trac.de ſuitate nu.12.idem in re tranſitoria ad omnes,tenet Ang.in l.quædam.§.nihil.ff.de eden. & in tali re ibi non diſſentit Alex.num.5.&6.& ibi Iaſ.in 2.limit. quando terminus hęredes profertur ſolus: & quia legatarius impropriè dicitur hæres, l.in tempus. de vſu cap.hęres verò vniuerſalis propriè eſt hęres. l. hęreditas.de Reg.Iur.alio non apparente ſtandum eſt proprietati verborum.l.non aliter.& ibi Bartol. & alij not. de leg.3.Dy.in c.inſpicimus.ad fin.de Reg.Iur.in.6.cum ſimil.alleg.ſupra lib.preceden.interpre.3. dubit.2. verſi. cum igitur ea.hæres enim vniuerſalis vti habens plura iura,debet pręferri legitime,per ea, quę tradit Bald. in teſtamento. numero 10. in fin. C. de teſta.mil. & ibi clariùs ſub numero 12. dicens, maſculum præferri fæminæ, quaſi magis inuiſcatum ſucceſſioni vniuerſali,& Gloſ.in verſ,duplici.in c.duo mala,13.diſtin.

Pręadicta ſunt vera in teſtatore, qui non ſit pater, vel non habens in poteſtate hæredes nominatos, vel aliter non conſtet de mente teſtatoris, quod verbum hęredes, voluit vel ex multiplicatione, vel vniuerſalitate verborum extendi ad lęgatarium:l. in conuentionibus, de verb. ſignifi.Alcia. in l. hęredis appellatione. co. &
36 Curt.Iun.conſ.62.columna pen. & fin. † De multiplici ſignificatione verbi,hęres, in diuerſis perſonis,& materijs,vide Geor.Nat.in tracta.de ſtatu.fœmi. excludent. in quęſt.21.& vlti.4.& vlti.princip.quęſt. & vide non tamen ita diſtinctè,& clarè,vt hic,ni fallor,factum eſt,per Gabriel.Rom.de commu.opin.lib.6.tit.de verb.ſigni. concluſ.2.3.& 4.

Sed vbi pater in teſtamento de hęredibus mentionem facit,vide in quęſtione, Duo filij à patre ſunt hęredes inſtituti, ſubſtitutione appoſita, quòd vnus decedens ſine liberis, reſtituat ſuperſtiti, vel eius hęredibus,euenit, vnum deceſſiſſe ſine liberis, ſuperſtitibus duobus filijs maſculis vniuerſalibus, hęredibus inſtitutis, & filia fœmina in certa re inſtituta ab altero ſubſtituto prędefuncto, filia fœmina quęrit ſuccedere in ſubſtitutione,cum maſculis hæredibus æqualis portione argumentis hinc inde factis:Spe.in §. primo. ver. pone.A.inſtituit hęredem B.in titulo de teſta. concludit,filiam debere ſuccedere fauore vltimæ voluntatis,
37 quando † enim pater fecit mentionem de hęredibus, videtur ſenſiſſe de liberis, hęc eſt ſua ratio, per quam in ſimili quęſtione firmat Guid. Pap. in quęſt. 458.& ſequitur Imol.in l.ex facto.colum. 6. ff. de hęred. inſti. & probat Bald.in l.libertęque. columna pen. ver.ſed quid ſi quidam extraneus. C. de oper. liber. tenendo etiam in extraneo teſtatore, qui legauit Titij hęredibus,quòd filia in re certa inſtituta habeat legati ęqua-
38 lem portionem: allegando Spec. in d. loco † & tam maſculos, quàm fœminas venire appellatione hæredum, certiſſimum eſt,Pariſ.conſilio 88.numero 12.lib. 2.& conſilio 26.numero 26.lib.3. & Crot.conſilio 4. numero 24. & Beroſ.conſilio 110. numero 59.lib.2.vbi in ſubſtitutione facta de hæredibus, & ſucceſſoribus intelligi de deſcendentibus etiam fœminis in re certa inſtitutis, & non de extraneis plures allegando dicit, ita videri eſſe commun. opin. quod equidem in extraneo teſtatore non tenerem, quia ceſſat ratio, per quam mouetur Spec. quando enim pater mentionem fecit de hæredibus, &c. ceſſatque alioquin fauor teſtamenti, dum à proprietate verborum receditur, quod fieri non debet, niſi manifeſtum ſit, teſtatorem aliud ſenſiſſe: vulg. d. l.non aliter.vt in ſpecie reſpondit Corn.conſil. 272.col.2.in fi.& col.3.lib.4. & indiſtinctè in re concedenda hæredibus, & tranſitoria ad omnes hæredes. quòd veniat filia in re certa inſtituta, dictum Spec. & Bal. reprobant. ſ.quòd non veniat, Paul. de Caſtr. in l. quoties. col fin. & ibi Alexan. in col. fin. pluribus relatis, dicit ſic eſſe magis commun. opin. C. de hæred. inſtit. & idem Alexan.conſi.8. num. 2.lib.3. Ang.Alex. & Iaſ. in dict. l. quædam.§. nihil. de eden.& in l. Gallus. §. quidam rectè. & §. etiam ſi parente. de liber. & poſthu. & Ruin. conſilio.9.col.penul.num.12.lib.1. &
39 † appellatione hæredum & ſucceſſorum ſimul etiā non venire, niſi hæredes vniuerſales, latè defendit Iaſ.conſilio 89. libr.3.contra Alexand. in conſilio 193.lib.2. & ita venire reiecto inſtituto in re certa,Pariſ.conſilio 109. numero 7. 8. libro tertio.& Alexand. conſil. 124. col.2.in princi.lib.5.Procedit & in materia fauorabili: Aymo.conſil.189.nume.2.& maximè verum eſt, quo ad ius agendi.Iaſ.conſil.92.colum.fina.verſic. præterea, & ſextò li.1.vide quando iſta concluſio poſſet limitari, vt per



per Iaſ.in l.Lucius. nu. 26. 27. de vulgar. & pupil. ſcilicet quando eſſet ſolus maſculus, & ſola fœmina, vel quando maſculi repudiaſſent hæreditatem, vel mortui eſſent ante aditam hæreditatem, vt ibi per eum.

40 Itaque acta † omnia actiua, & paſſiua, circa nomen hæredis peragenda intelliguntur, adita hæreditate, vt per plura concludit Dec. in l. hæredem. ad fin. de Reg. iur.& ibi Hier.Cagn.nu.14. & Bart. in l. prima. ſub nu. 6.ff.de teſta.& in l.ſi in diem.in princ.de condit. & demonſt.in cap.1. in prin. num. 4. de cap. Corradi. adeò, quòd dandum pluribus hæredibus pro ſolido debetur ei, qui etiam ſolus hæres extitit:l.Thais. §. Stichus ſeruus.ff. de fideicommiſ. liber. idem pro conditione extinctiua alicuius legati adimplenda requiritur, quod ſit hæres immiſtione, & effectu: vt in pulchro caſu tradit Iaſ.con.142.lib.4.idem in legato deueniēdo hæredem, cuius mentio vbi fit, intelligi de hærede cum effectu,& qui adiuit, reſpondit Ruin.conſil.19.colum.3.in fin. & col.ſequent.ſub num.octauo,lib. 2. & Caſt. conſil. 77.
41 colum. fin. lib. primo. † Vbi tamen nomen hæredis, expreſſum cōſtare poteſt eſſe pro liberis, & eſſe pro eo, in quo nec actiuè,nec paſſiuè cadere, requiritur obligatio,capitur pro filijs,& pro hærede,habitu,vt antè dictū eſt, ita intelligit Iaſ.in dicto §. quidam rectè. colum. 9. verſic. item quærit Bart. quid ſi teſtator. & in dicta l. ſi filius, qui patri. ad fin. de vulg. & pupil. qui ideo non tantum meretur reprehendi, quòd dicat falſum, ſicut de eo dicit Aymo.in dicto conſilio 131.ſub numero ſeptimo. Nam omnes per Aym. ibi allegati dicentes, verbum, hæredes, intelligi pro filijs,quòd tamen requiratur, quòd ſint hæredes, loquuntur in obligationibus contractuum emphyteuticorum, vel feudalium. Ergo verum eſt, de hærede per aditionem hæreditatis intelligi, quando agitur de obligatione: Bald.in dicta l.prima.cir. prin. de condi. inſer. & quando agitur de commodo.Deci.in l. prima, colum. fin. num. 11. C. de impub. & alijs ſubſtit. & text. in l. hæc ſcriptura. in fin. de condi. & demonſtr. & in l. qui plures. de vulg. & pupil. & Paul. de Caſtr. in conſil. 5. colum. 1. verſic. præterea verba dicunt, lib.1.

## ¶LIB. III. INTERPR. I. DVBIT. V.

### ¶SOLVITVR.

I *Per nomina propria, vel collectiua vocatorum in diſpoſitione,& per æqualitatem ſeruandam.*
II *Per deſignationem portionum à teſtatore factum.*
III *Per ius accreſcendi.*
IIII *Per ius tranſmittendi, & plura explicata in materia.*

¶Venio ad quintam dubitationem principalem de portionibus hæredum: aliarum enim dubitationum ea maior videtur,ſicut aliorum quiſque, & vltra alios maiorem deſiderat portionem relictorum habere, eáque pluſquam alio dubitatio frequentius vertitur inter ipſos hæredes, fideicommiſſarios,& legatarios, hos inter ideo ſatis communes erunt explicationes, quæ ſuper ea fieri contigerint:ad quas itaque cum ambiguum erit de portionibus fideicommiſſariorum, & legatariorum, erit facilè reuerti: adducam igitur, quæ, mihi videntur ipſas portiones manifeſtare,vel quādoque accreſci, vel ad alios tranſmitti facere, & ſoluitur.

### ¶SVMMARIVM.

1 *Portiones hæredum, fideicommiſſariorum & legatariorum æquales ſiunt, & deſignantur pro virili,id eſt, pro numero perſonarum per nomina propria expreſſa tam ad commodum, quàm ad onus impoſitum. Idem ſi primò ſine expreſſa propria poſtea appellatiua nomina, ſecùs, ſi præcedant appellatiua,quia pro hæreditarijs portionibus intelligitur, & vt latiùs ibi.*
2 *Hæc enim differentia nominum propriorum & appellatiuorum non procedit in pluribus legatarijs adinuicem ſubſtitutis,ſicut in pluribus hæredibus.*
3 *Portiones an ſint viriles, vel hæreditariæ in recipiendo vel dando tam reſpectu honoratorum, quàm grauatorum, cognoſcitur diuerſimode, vt clariùs legitur ac habetur ibidem.*
4 *Portiones æquales ſiunt, & aſsignantur primis hæredibus inſtitutis pro numero perſonarum pluribus hæredibus nominatis proprijs nominibus,teſtatore diſpares partes aliter non apponente, ſiue onus ſemel fuerit nominatum ad eam rem, & alios ſæpiùs.*
5 *Portio aut pars aliter per teſtatorem deſignata, æqualiter ſpectat ad diuerſos copulatos & coniunctos,& inter ſe ſimul coniunctos, adeò vt vna pars datur nominato proprio nomine, alia pars nominatis pluribus etiam nomine collectiuo: & ſi poſtea nominibus proprijs exprimatur. Quod intelligitur in filijs fratrum, natis tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris, & in ſubſtitutione.*
*Clauſula, æquè, æqualiter, vel æquis portionibus poſita in inſtitutione vel ſubſtitutione hæredum, mirabilem, & quam faciat, operationem inter nominatos nominibus proprijs vel appellatiuis,vide ſuprà portiones æquales.*
6 *Portiones æquales relictæ à teſtatore, vel æquè,vel æqualiter: hac enim clauſula,poſita in inſtitutione & ſubſtitutione,diſtribuuntur æquis portionibus,inter nominatos vel nominibus proprijs, vel appellatiuis, ſeu collectiuis, pro virili & numero perſonarum.Idem,vbi verbum communiter ſit appoſitum, & quando per capita, & non in ſtirpes vocati cenſentur,ibidem latiùs.*
7 *Fallit,ſi hæc clauſula, Æquis portionibus,&c.eſſet appoſita in diuerſa oratione & mente teſtatoris, vt referatur ad comprehenſos in ea, & non ad alios. Item & quando cum d.clauſula,Æquis portionibus,non eſſet inſerta alia in ſtirpes.*
8 *Teſtes validè probant,aliquos fuiſſe hæredes inſtitutos,licet de portionibus dicant,ſe non recordari,& de ratione.*
9 *Portiones æquales hæreditatis, iurium & æris alieni diſtribuuntur à lege inter plures inſtitutos in rebus certis,nullo inſtituto vniuerſaliter,ſimpliciter,vel in quota hæreditatis,per quemlibet rebus perceptis ſibi aſsignatis, etiā quantitate & valore inæqualibus.*
10 *Portio hæreditatis relicta vni filio reperta incerta ex diſpoſitione teſtatoris,remittitur arbitrio hæredis vniuerſalis inſtituti, quo infra annum non declarātur arbitrio boni,quomodo fienda ſit diuiſio?*
11 *Teſtator inſtituens & ſubſtituens generaliter eos, qui ei ſuccedere poſſunt ab inteſtato,cenſentur inſtituti eo modo & portionibus,quib.de Iure communi vel municipali, vel ab inteſtato ſuccedere poſſent.*
12 *Portiones relictæ in teſtamento exiſtentes in ambiguo, ſuper quibus ſit contentio, nec aliunde haberi poſsit certitudo,tunc ſeruanda eſt æqualitas, quæ iuſtitiæ iungitur.*
13 *Æqualitas eſt ſeruanda per patrem inter liberos,aliàs præſumitur dolus,quòd interuenerit,quæ ſit meliùs æſtimando alias facultates teſtatoris,quod quomodo fiat latè declaratur ibidem.*
14 *Æqualitas partium ſit varijs modis, & ſeruatur inter fratres, vel remittendo aliquod grauamen fideicommiſsi, quod ſolùm vni fratri cohæredi erat impoſitum, ibiq; plura de æqualitate ſeruanda.*
15 *Vel adimendo vel auferendo, ibidem.*
16 *Vel repetendo cōditionem vni aſcriptam, quòd in alia etiā cenſeatur repetita & appoſita.*
17 *Vel retinendo,mente tamen teſtatoris non repugnantē.*
18 *Vel reſeruādo ſeu diminuendo:vt in legato facto legitimato maiori, quàm legitimis & naturalibus,quia reſecatur & redu*

*& reducitur ad ſummam minorem ad inſtar aliorum, reſiduo diuiſo æqualiter inter eos, niſi fuiſſet legitimatus à Papa, vel in forma pleniſſima tunc totum haberet.*

*Vel conferendo, communicando, vel minus accipiendo, & imputando in ſuam portionem, dotem vel donationem habitam à parentibus, de quorum hæreditate diuidenda agitur.*

19 *Vt de patre, inſtituente vnum filium, ſi & quatenus fratrem millia, quæ habuit, conferat cum alijs fratribus inſtitutis, & non aliter, aliàs eum inſtituit in d. ſeptem millibus, quomodo fiat talis collatio, & de valore talis inſtitutionis.*

20 *Filia ſuccedens patri ab inteſtato, vel ex teſtamento vnà cum alijs duab. ſororibus, nupta à patruo, qui earum tutelam & curam aſſumpſerat, dote mille ei conſtituta, & viro tradita alijs in ſex annis dotibus conſtitutis de mille quadringentis, an oblata collatione poſſit petere tertiam partem illorum ſcutorum octuagintorum?*

21 *Æqualitas tam eſt ſeruanda inter fratres, quàm ſorores, propter quam ſeruandam receditur aliquando à proprietate verborum, & reſtringitur, & ampliatur diſpoſitio teſtatoris, & fit interpretatio in pluribus contra Iuris Regulas, & hoc mente teſtatoris non apparente, & in æqualitate, quia tunc attenderetur, & quando poſſit apparere inæqualitas.*

22 *Pater poteſt vni filio plus relinquere, quàm alij, modò quòd ei relinquat legitimum, adeò vt nec filius alter poteſt ad æqualem portionem admittere fratrem, cui minus ſit relictum.*

23 *Portio iurium competentium iure ſanguinis, datur hæredi ſanguinis pro virili, hæredi verò bonorum & hæreditatis, datur pro hæreditaria portione.*

24 *Pars venit appellatione fundi vel rei, vel hæreditatis, & venit dimidia, quod quatuor modis limitatur. Itemq; teſtamentum quandoque venit, de diuerſis ſignificantibus huius nominis partis & quando non veniat in legato fundi, nec ea poſſit haberi, vel totum.*

25 *Parte debiti ſoluta ab aliquo, non impeditur opponens ſe defendere à ſolutione alterius partis: quod declara vt ibidem.*

26 *Pars maior, quam quis habet in re, operatur, vt ille præferatur in optando, & diuidendo, & in recuperando rem, vigore ſtatuti de re vendenda vicino, & declara, vt ibid.*

27 *Diuiſio fit à fratre maiore, & minor eligit, & dicitur maior, qui diutiùs adminiſtrauit, & non maior natu.*

28 *Diuiſio rerum hæreditariarum præſumitur facta, quando hæredes pro diuiſo res ipſas longo tempore poſſiderunt ſeparatas, & eſt communis opin. quod declara & limita, vt ibidem.*

29 *Diuiſio quando eſt facienda inter fratres vel ſorores ſimul cum familijs habitantes etiam diſparibus, & patrimonijs non æqualibus, acerbè & ſcrupuloſe non eſt agendum, & quomodo fiat tam inter fratres vrbanos, quàm rurales, & res corporales, quàm incorporales diuidi quomodo poſſint.*

30 *Diuiſione facta inter fratres vel cohæredes, communiter bona poſſidentes, præſumitur recommunio.*

¶SOLVTIO. I.

1 PRIMO expreſſio † hæredum fideicommiſſariorum, & legatariorum facta per nomina propria portiones deſignat æquales tam ad commodum, quàm ad onus impoſitum pro virili, id eſt, pro numero perſonarum: l. 1. §. fin autem legatarij. de caduc. tollen. l. ita liber. de ſtatu lib. cum concord. ibi, ſignatis in Glo. Bart. & alij. in l. turpia. §. fina. de legat. 1. poſt Gloſ. & alios ponit Deci. in l. fina. colum. penulti. verſicu. in fin. Gloſſ. C. de impube. & alijs ſubſtitu. & eſt gloſ. fin. in l. codicillis. in fin. de vſufruct. leg. & in l. ſecunda in fin. de fund. inſtruct. & Corn. conſil. 72. colum. ſecunda, lib. ſecundo. idem eſt, vbi ſunt primò expreſſæ nomina propria, & poſtea nomina appellatiua, vt Petrus, Ioannes, & Paulus, hæredes mei habeant, vel dent, quod intelligitur pro virili: ſecùs eſt, quando nomina appellatiua præcedant, vt hæredes mei. ſ. Petrus, Ioannes, &c. quia pro hæreditarijs portionibus intelligitur: vt per text. in l. ſi ſeruus communis ita ſtipuletur Lucio. & ita Bartol. & alij, de ſtip. ſeruo. & Gloſſ. in d. l. ita liber. Bald. n. 4. Saly. n. 3. Paul. de Caſt. ad fi. Iaſ. colum. fin. verſi. tertio caſu. in leg. prima. C. de impub. & alijs ſubſtitu. & ibi Dec. in 2. col. verſic. tertiò amplia. dicit de nomine appellatiuo, non habere locum in ſubſtitutione, in qua videntur datæ partes, quę in inſtitutione datę fuerunt. & per hęc pręſumptio, quę ex præcedentibus colligitur, potentior videatur, de quo erit dicendum infra eo. in 2. interpre. & de hoc in contrarium eſt Gloſſ. in l. ſi plures. de vulga. & pupil. quam ibi Bartol. & alij approbant. & in l. vtrùm. §. fin. de rebus dubijs, vbi ad æqualitatem ſeruandam pro commodo vel onere inſpicitur expreſſio propriorum nominum, vel quantitas pecunię, quam iuſſi ſunt dare: vt per text. in l. quoties. & in l. ſeq. ad Trebel. & latè tradit Soci. in d. l. vtrùm. §. fin. in propoſito circa portiones hęreditarias nomina appellatiua attenduntur, nō ſolùm aſſumpta ex hæreditate, vt hęredes, ſed etiam aſſumpta ex conſanguinitate, vt filij, fratres, nepotes, & ſimilia: per l. Lucius. † Męuia. ff. ad Trebel. tradunt Bald. Paul. de Caſtr. Fulgoſ. Alexan. & Iaſ. in d. l. 1. vbi etiam Paul. Alexand. & Dec. dicunt, §. differentiam de nominib. proprijs, & appellatiuis non precedere in pluribus legatarijs adinuicem ſubſtitutis, ſicut in plurib. hæredibus: quia legatarij etiam grauati per nomina appellatiua cenſentur grauati viriliter, niſi eſſet intrinſecus onus in re legata, per d. l. 1. §. ſed vt manifeſtatur. & ibi gloſ. fin. de cad. tol.

2

Aduertendum eſt (ne diſcedam à meo inſtituto in hoc tractatu, quod eſt, in materijs, nolle facere longas repetitiones) quòd † cognitio, an pro virilibus, vel hęreditarijs portionibus quid recipiendum ſit vel dandum, procedit ſolummodò, vel in recipientis ſubſtitutionibus, & relictis ab alijs, vel in dandis, & ſoluendis alijs, vt videre eſt in l. ſi pater. in l. ſi plures. de vulgar. & pupil. & in l. 1. & fin. C. de impub. & in l. turpia. §. fin. de legat. 1. in l. vtrùm. §. fin. de reb. dubijs in l. quoties. in l. nonnunquàm. & in l. Lucius. §. pater. & §. Mæuia. ad Trebel. & horum cognitio habetur tam reſpectu honoratorum, q̃ grauatorum, ex inſpectione expreſſionis nominum ſeparatim, vel coniunctim, vel propriorum, vel appellatiuorum, vel collectiuorum, vel diſtributiuorū: vt declaratur per gloſ. & Doctor. in dictis locis, & per Caſtren. in d. conſil. 275. colum. 2. num. 3. lib. 1.

3

4 Sed in † portionibus aſſignandis primis hæredibus inſtitutis verum eſt, aſſignari æquales portiones pro numero perſonarum pluribus hæredibus nominatis proprijs nominibus: dicta l. ita liber. §. 1. de ſtatu lib. & §. ſed ſi plures. Inſtitu. de hæred. inſtit. niſi teſtator diſpares appoſuerit partes aliquibus in inſtitutione ipſa, in pluri vel minori, tunc diſtributio fit pro eius diſpoſitione, vt vnus, plus, & minus alio accipiat, quatenus teſtator ipſe deſignauerit: vt l. interdum. §. 1. & ſequent. cum duabus legibus ſequent. & alijs in diſcurſu titu. ff. de hæred. inſti. & §. partibus autem inſtitu. eo. & l. cum quæſtio. C. de lega. vbi pars alio non apparente detrahitur ex toto, & ſemel nominato ad rem, non nocet alterius frequens nominatio ad eandem rem, quin eiuſdem rei inter tales nominatos procedat æqualis partitio, quę aliter iuſſa per teſtatorem ibi ſeruanda mandatur.

Et



5 Et quoq; aliter per teſtatorem deſignata † pars æqualiter ſpectat ad diuerſos copulatos, & coniunctos, & inter ſe coniunctos ſimul, pars diuiditur vna pronominato proprio nomine, & vna pro nominatis etiam pluribus nomine collectiuo, vt exempli gratia, loquendo extra caſus nominatorum collectiuè, & vocatorum ordine ſucceſſorio, de quibus infra ſequent. interpret. dicetur, quando neceſſitas inſtituendi vel ſubſtituendi deſcendentes pro validitate teſtamenti ceſſat, quis nam aſcendens hæredes inſtituit Petrum eius fratrem, & ſuos filios, Franciſcum eius patruum, & ſuos filios, & Ioannem eius nepotem ex fratre prædefuncto: omnes iſti ex natura copulæ ſunt ſimul vocati, Petrus, & filij ad vnam partem, Franciſcus & filij ad aliam, Ioannes ad aliam tertiam partem, per l. 1. §. hoc tam variè. de caduc. tollen. & l. ſi quis Titio. & l. ſi mulier. ff. de vſufructu. accreſcen. & d. l. fina. C. de impuber. poſt Bald. Angel. Imol. & Raphaël. firmat & dicit, ſe ita ſæpè conſuluiſſe. Alexand. in l. Gallus. §. quidam rectè. col. 3. verſic. vbi autem non ſubeſſet. & ibi Iaſ. in col. 6. vbi allegat conſilia Alexand. in quæſtione, & ita eſſe commun. opinio. & Bald. conſilio 116. Conſiderato diligenter. lib. 4. & Angel. in conſilio 285. Punctus talis eſt. qui conſuluit in cauſa Piſauri de inſtitutis marito, & filijs, & Fulgoſ. conſilio 31. & Cornel. conſilio 17. colum. 2. verſic. eſt autem alia opinio. lib. 4 vbi dicit, ita eſſe commun. opin. & ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, idem firmat Deci. in conſilio. 253. colum. penult. verſic. remanet tertius. ita pro communi per plures ab eo allegatos atteſtata colligit Clar. in ſuo §. teſtamentum in 1. quæſtio. in quibus locis probantur quoque partes exempli prædicti hæredum inſtitutorum. Et ſanè intelligitur de filijs fratrum, ſic hęredibus inſtitutis, natis tempore teſtamenti vel mortis teſtatoris, per l. ſi cognatis. de reb. dub. tradit Alexand. conſil. 185. col. 9. verſic. poſtremò non obſt. lib. 2. ſentit Bald. conſil. 492. Non eſt dubium lib. 2. duplic. conſil. 305. lib. 3. & idem Alexand. conſilio 13. colum. 2. verſic. quod vltimum. lib. 4. & Deci. conſil. 95. col. 5. verſic. tertiò principaliter. loquitur in ſubſtitutione, & magis idem dicendum eſt in ſuſtitutione: Ruin. conſil. 112. columna 6. numero 12. lib. ſecundo, & Pariſ. conſilio 71. numero 18. colum. 3. lib. 4. & Goz. conſ. 36. colum. 2. nume. 7. 8.

Ex quib. habetur, quòd nominati appellatiuo, vel collectiuo nomine habetur pro vno in partitione fienda etiam ſi poſtea exprimantur nominibus proprijs, vt ſui hæredes vel filij, videlicet Lucius, Caius & Sempronius, vt per Dec. conſil. 122. colum. 11. & conſi. 320. colum. 2. & ſeq. num. 5. 6. & Soc. Iun. conſi. 104. colum. 2. & ſeq. lib. 1. & per Iaſ. in l. ſi pater filio. colum. 1. poſt alios ibi de vulg. & pupil. ad plures deciſ. denominatis collectiuè. & Roman. conſil. 99. Viſo propoſitæ. & Soc. conſilio 40. colum. 1. verſ. ex quibus lib. 1. ita quòd iſti cum nominato proprio nomine debent habere vnam partem: alteram verò partem capit nominatus proprio nomine per dictam l. fin. C. de impub. & l. interdum. in princ. ff. de hæred. inſtit. cum concord. alleg. per Dec. in d. conſ. 320. num. 6. & in d. l. fin. col. fin. num. 5.

Sed vide mirabilem operationem, quam facit inter nominatos ſic nominibus proprijs, & nominibus appellatiuis vel collectiuis, in conceptione dicti exempli

6 hæredum inſtitutionis adiectio hæc appoſita, † Æque, æqualiter, vel æqualibus portionibus, vt fere in omni plurium hæredum inſtitutione Notarij apponunt, niſi teſtator alias partes exprimat, quod ex tali adiectione tribuuntur æquales portiones per capita nominatis, appellatiuis vel collectiuis nominibus, ſicut nominatis proprijs nominibus, per text. in d. l. interdum. in princ. & ibi Bart. Bald. & Imo. not. de virtute dictionis, æquè, & æquis portionibus, quòd propter illam ſiunt partes viriles pro numero perſonarum. Imol. ibi dicit. & Cum. in l. Titius. & in l. ſi ita quis. ff. eod. de hæred. inſtit. & operatur, quòd numero perſonarum omnium præcedentium etiam in diuerſa oratione quilibet videtur inſtitutus, ſecundum Imol. in d. l. interdum. cuius determinationem dicit Alex. in conſil. 55. colum. 2. verſi. & magis nume. 3. lib. 4. & proba Deci. conſil. 597. col. fin. verſic. tertiò quęritur. & Roman. in d. l. interdum. quam legit ſub l. ſi alterius. ff. eo. eandem vim, quam habet dicto, Æqualiter, habet dictio, communiter probat Bart. in l. Quintus. in fi. de an. lega. Alex. conſ. 76. nu. 2. lib. 4. & verbum, communicare, Rip. in l. re coniuncti, nu. 3. de leg. 3. & habet diſtributiuum, Quilibet, & in tanta parte, vt per Corn. cōſ. 240. lib. 2. & Ant. Gomez. in ſuo commentario iur. to. 1. c. 2. n. 3. verſ. ſecundò li-

7 mita † niſi hæc clauſula, Æquis portionibus, appareat appoſita in diuerſa oratione ex mente teſtatoris vt referatur ad comprehenſos in dicta oratione, & non alios, vt reſpondit Rui. conſ. 164. col. 1. & ſeq. lib. 2. intellige quoque niſi cum dicta clauſula, Æquis portionibus eſſet alia clauſula inſerta in ſtirpes: quia tūc plures filij vnius fratris ſuccedunt in locum vnius, ſcilicet patris nominati: Alexan. conſil. 170. ſub verſ. tertiò. lib. 5. & Socin. conſ. 104. col. 3. verſiç. confirmantur iſta lib. 3. & Deci. conſ. 465. colum. pen. verſ. non obſtant.

Rurſus intellige expreſſos nomine collectiuo & appellatiuo vocari virilibus portionibus quando dictum eſt, Æquis portionibus, vel ipſi ſoli reperiantur abſque aliquo expreſſo nomine proprio, vel quando apparet à teſtatore facta aliqua prohibitio, vt bona remaneant in familia, per quam vocati etiam nomine collectiuo veniunt per capita viriliter, & non in ſtirpes, ita iuribus, & authoritatib. probat Pariſ. conſ. 4. colum. pen. num. 22. lib. 3. vel quando etiam cum alio eſſent vocati filij naſcituri, quia quot naſcentur, habebunt viriles portiones, per l. quidam relegatus. §. fin. cum ſeq. de reb. dub. tradit Ruin. conſ. 162. col. 3. lib. 3. niſi aliud ex mente teſtatoris appareat. idem conſil. 164. eo. & vt per Bart. in l. re coniuncti. num. 30. de leg. 3. & in l. ſi plures, de vulg. & pupil. intellige etiam dictam clauſulam, Æquis portionibus, quādo ponitur in ſubſtitutione, eam ſequi declarationem habitam ex inſtitutione præcedenti, per quam declaratur ipſa ſubſtitutio: per l. cohæredi. §. qui diſcretas. de vulg. & pup. tradit Iaſ. conſ. 143. col. pen. in fi. verſ. non obſtant ſecundo. lib. 4. his conueniunt ſex limitationes traditæ per Anton. Gomez. dict. comment. Iun. tom. 1. cap. 2. ſub nume. 3. Nam æqualitas portionis etiam incertæ, ita amica eſt Legi, quòd ab ea declaratur: vt l. ſi quis ita. ff. eo. & ibi Bal. &

8 Imol. not. q † valide teſtes probant, aliquos fuiſſe inſtitutos hære. etiam ſi de portionib. dicant ſe non recordari: quia hæredes cenſentur eſſe æquis portionibus.

9 Pluribus etiam † inſtitutis in rebus certis, nullo vniuerſaliter, ſimpliciter, vel in quota hæreditatis inſtituto, inter iſtos diſtribuit æquales portiones hæreditatis iurium, & æris alieni præceptis per quemlibet rebus ſibi aſſignatis, etiam quantitate, & valore inæqualibus: vt l. quoties. §. ſi duo. & l. ex facto la 2. ff. eo. & conſu-

10 luit Cuma. in conſi. 103. Teſtator. † Et quādo diſpoſitio teſtatoris reperitur circa portionem hæreditatis, relictam vni filio, & remiſſa eſt arbitrio vniuerſalis hæredis inſtituti, vt quando filius inſtitutus eſt hæres in ea parte & portione bonorum, quæ videbitur, & placebit vniuerſalibus hæredibus inſtitutis, his non declarantibus infra annum arbitrio boni viri, talem portionem vſque ad dimidiam hæreditatis, & æqualem cum alio filio hærede, fieri debere, ex facto reſpondit Alexan. in conſil. 175. lib. 6. adde, quòd in quantitate legitimę per hæc verba videatur valere inſtitutio abſque dubio.

Bald.

Bal.in conſil.456. Punctus queſtionis. nume.1.lib.3. ſe-
quitur Fab.de Gioc. in auc. nouiſſima nume.161. C. de
inoffic. teſtamen.quia, & econtra inæqualitas eſt ini-
mica Legi, per iura alleg.ab Aym.conſil.173.col. 1.in fi.
11 † nume.3.& quando etiam teſtator inſtituit, vel ſubſti-
tuit generaliter eos,qui poſſent ei ſuccedere ab inteſta-
to,cenſentur inſtituti, vel ſubſtituti eo modo, ordine,
& portionibus, quib. de Iure Communi vel Munici-
pali ab inteſtato poſſent ſuccedere : per plura probat
Socin. Iun.conſi.104.col. pen. num. 26.& ſequent.li.1.
12 Etenim vbi † ambiguũ eſt de portionibus relictorum
in teſtamentis,& ſuper his ſit contẽtio, & harum aliun-
de nequeat haberi certitudo,nulla melior interpretatio
fieri poteſt,quàm hincinde ſeruari æqualitatem,quę Iu-
ſtitiæ iungitur,dicente imperatore, in §.fi.in auc. de nõ
eligen. ſecun. nub. æqualitatis enim & iuſtitiæ ſumus
amatores:& in text.ibi, ne ex eo iniuſtum aliquid oria-
tur, in l.penult.§.penult.C.de colla. & ibi auc.quæ ter-
13 tiæ, ibi, ad æqualitatis iuſtitiam. † & mandatur ſeruari
per patrem inter liberos non ingratos:vt §. pen.in auc.
de nupt.ex quo ibi not. Ang. illud vulgare, quod pater
non debet facere vnum filium, & alium priuignum, &
per legem ita ſeruatur : vt l.inter filios. C.famil. erciſc.
& l.fi.com.vtr.iud.& l.vt liberis.ibi, æqualance paríque
modo proſpici poſſit:C.collati.& l.non putauit.§.fin.ff.
de bon.poſſ. contra tab. bene faciunt parentes ſeruare
æqualitatem inter liberos,not.Bald.& Soc.in l.ſi ita le-
gatum.de condi.& demonſtr.& ſi non fuerit obſeruata,
creditur dolum interueniſſe:Ripa conſil. 10.ſub num.2.
lib.3.reſpon.cum ſimil.

Vt autem iuſtiùs æqualitas huiuſmodi adminiſtrari
poſſit, pro hac meliùs teſtatoris voluntatem coniectu-
rari,cum eo, quod æquandum, quæritur, aliæ teſtatoris
facultates æſtimandæ ſunt, per not.text.in l. quæſitum.
§.ſed & ipſe Papinianus, de fun. inſtruct. rationem ha-
bendo,vt in omnibus æqualitas ſeruetur, dicit text. in
l.pen. in fin.C.commu.diui. quod ita fit, vt ſingulæ res
in particulari, & in vniuerſo conſiderentur,& æſtiman-
tur:l.fin.§. præterea.C.de iur.do.tibi Bald.tradit nume.
1. in prima lectura : quilibet tamen fundus in totum, &
non in partes ſeparatus, & ita res quælibet, & non ad
numerum vel menſuram, ſed pro bonitate æſtimari
debet : Mæuius. in fin.ff. famil. erciſc. Gloſſ. Bartol. &
alij in l. prima. C. com.diuid.Iaſo. in l. prima. §.ſi hæ-
res. columna fin.ff.ad Trebel. & Bartol.in l. ſi ex falſis.
columna fin. & ibi Bald.C. de tranſac. Afflicti.in deciſ.
58.numero 6.Hier. Cagnol. in l.2. numero 102. in fin.
C.de pact.inter empt.& vend. & Boër. in deciſ 46. In-
ſpectis qualitatibus, quæ faciunt augeri, & quandoq;
diminui æſtimationem : de quibus habetur per Rip. in
d.§. ſi heres.col.5.nume.25. & ſequent. & Doctores in l.
pretia rerum.ad L.Falcid. & attenta æſtimatione vnius
partis poteſt determinari dubium, An aliqua res inclu-
datur in alia, vel non, per illum text. not.Socin. in l. 1.
colum.2.in 4.not.num.8.de reb.dub.inſpecto etiam,an
certa pars ſit relicta in confuſo,vel à certo latere,vt per
Corn. conſil. 204. colum. fin. verſic. circa tertiam. lib.
4. Quibus enim diligenter inſpectis, diuerſis modis
contingere poteſt, æqualitatem partium fieri, & ſerua-
14 ri † vno modo, remittendo aliquod grauamen (vt pu-
ta) fideicommiſſi, quod ſolum vni fratri cohæredi erat
impoſitum : vt l. 1. de pact. & ibi Bal.in 1.col.ſub 1. not.
dicit, quòd ex tali remiſſione grauaminis inſurgit inter
fratres æqualitas, & plura de æqualitate ſeruanda, con-
gerit.Cuma.conſ.103.Ant.verſ.ſufficiet etiam.
15 Alio modo inducitur † æqualitas adimendo vel au-
ferendo,vt ſi vni cohæredi ſit aliquid per legatum, vel
relinquendum, vel faciendum, ex eo, quòd alteri fa-
ctum ſit aliud relictum, hoc per alienationem vel per
alium modum circa offenſam reuocato, cenſetur, &
reuocatum, & ademptum illud, cum hoc tacitè adem-
pto compenſandum,& coæquandum,per text,in l. alte-
ri.de adi. lega. & ibi Alber. dicit,id fieri propter parita-
tem prælegatorum, & ratione inæqualitatis vitandæ,&
quod veniſſet in legato,ita tollitur, quod non venit, d.l.
quæſitum. §. ſed & ipſe Papinianus. & in ſpecie tenet
Rom.in ſing.316.Habeo conſulere. ponens exemplum
facti in dies contingibilis. Teſtator legat primò nepoti
ſuo mille, deinde alteri nepoti legat alia mille eò vt
æqualis ſit cum altero nepote, reuocat in codicillis pri-
mum legatum, exinde cenſetur reuocatum & factum
legatum alteri nepoti per caſum ſingularem,d. l. alteri.
quo inuento, gauiſus eſt, dicit ipſe Rom. & eſt ratione
inæqualitatis vitandæ, ſecundum Alber.in d.l. alteri.
16 Alio modò inducitur † æqualitas, repetendo condi-
tionem vni aſcriptam,quòd in alio cenſeatur etiam re-
petita,& appoſita,vt inter iſtos adſit æqualitas ipſa, per
quam ſæpè limitatur diſpoſitio teſtatoris vel ampliatur:
l.cum pater.§.euictis. de leg. 2. & d.§.ſed & ipſe Papin.
adducit ſubtiliter more ſuo Aret. in conſil.1.colum. fin.
ſequitur Ruin. conſil. 112.col.4. ſub num.7. & conſilio
150.nume.10.lib.2.
17 Alio modo viget † æqualitas retinendo, vt ſi factum
ſit prælegatum vni hæredi pro adæquatione dotis præ-
legatæ,vel alterius prælegati relicti alteri cohæredi, ita
quòd in fideicommiſſo reſtituendo retinetur, & non
venit tale prælegatum, quòd aliàs veniret,niſi mens te-
ſtatoris repugnaret, propter ſeruandam æqualitatem,
per dicta iura probat idem Aret. conſil. 153. & quando
etiam pars vnius nimis prægrauaretur, Alexand. conſil.
77.in vlt.ſubſcrip. col.pen.lib.4.& in ſpecie Dec.conſ.
80.col.penult.& fi.vbi is, qui ſuam portionem dederit
cohæredib.pro certis redditibus conſecutis,poſtea ſuc-
cedens per ſubſtitutionem reciprocam, hanc portio-
nem retinet, vt inæqualitas ceſſet.
18 Alio modo reſultat † æqualitas, reſecando ſeu dimi-
nuendo, vt ſi quis habens filium legitimatum, & duos
legitimos,& naturales legauit legitimato mille, vni le-
gitimo decem, & alij legitimo quinque, legatum mille
reſecatur,& reducitur ad quinq; ſummam minorẽ, quæ
data eſt vni filio legitimo,& pro hac minori ſumma tri-
buitur legatum legitimato, & ab inde ſuprà vſque ad
mille æqualibus portionibus, diuiditur inter filios le-
gitimos & naturales, & portio legitimati reducitur ad
portionem,quæ æqua viſa eſt legibus:per text.in §.quo-
niam variæ.in auc. qui.mo.nat. effi. ſui quem text. vni-
cum in iure dicit, ita tenens Bald. in cap. per tuas. de
maior.& obed. & pro ſingulari ponit Franc. Cremen.
in ſingulari 51. & Iaſo.in l. 1. colum.11.verſi.item atten-
de.C.quando non petentium partes. Idem tenendum
eſt in caſib.in quib.Lege Commu. vel Municipali cau-
tu eſt, nõ poſſe relinqui vltra certam quãtitatem, vel &
certis perſonis,vt §.1.Inſti.de Lege Falcid.& l.fœminę.
in princip.& §.illud.& l.hac edictali.C.de ſecund.nupt.
cum pluribus circa ſtatuta prohibentia relinqui certis
perſonis, & vltra certam partem per me alleg. ſupra in
præcedent. lib. in 1. interpr. dubit.1.ſub dictione, habi-
lis. verſic. quandoque autem ſtatuta. Intellige dictum
ſingulare, niſi legitimatio eſſet facta à Papa, vel in for-
ma pleniſſima reſtitutiua : quia tunc legitimatus habe-
ret totum relictum,probat Bero.conſ.172.nu. 46. cum
ſequent. lib. 2. vbi latiſſimè ſcribit ſuper intellectu d.
§.& quoniam variè.idem in conſilio 174. numero 15. &
ſeq.eod.

Alio & frequentiori modo inducitur † æqualitas
19 per liberos conferendo, communicando, vel minus
accipiendo, & imputando in ſuam portionem, dotem,
vel donationem, habitam à parentib. quorum de hæ-
reditate conſequẽda vel diuidenda agitur:vt l.prima, &
tot.tit.ff.de colla.bono. & de colla. dot. & C.de collat.
& ibi



& ibi per Doct. præſertim in l.ſi emancipati.& per De-
ci.conſil.59.col. pen. & ſimiliter inducitur æqualitas,
quando res non ſucceſſit, prout teſtator cogitauit &
ordinauit:vt Dec. con.349. col. antepen. & communi
cando,& depoſitando : Cum. dict. conſi. 103. Anton.&
tex.in l.fin.§. Lucius de leg.2.vbi Cum. & Fulg. in d.
conſil. 103. ſimul conſuluerunt ſuper not. q. de patre,
inſtituente vnum filium,ſi, & quatenus conferat ſep-
tem milia,quæ habuit cum alijs inſtitutis, & non aliter,
alioquin inſtituit eum in dictis ſeptem milibus, quo-
modo fiat talis collatio?& de valore talis inſtitutionis
ibi tradunt. Sed hic poteſt tractari quæſtio, Tres filiæ
20 † ex teſtamento,vel ab inteſtato ſucceſſerunt patri, pa-
truus earum curam,& tutelam ſuſcipiendo, adminiſtra
uit maiore natu pubere effecta matrimonio eam collo-
cauit dote ex bonis paternis,tunc extimatis conſtituta,
& data, viro quantitatis ſcutorum mille, ſic putans ex
ſe tantum valere tertiam portionem hæreditatis pater-
næ puellæ nuptę obtingentem,poſtea ſex annis elapſis,
& cęteris puellis nobilis ętatis effectis,eas quoque idem
curator matrimonio iunxit, dotib. earum maritis, ex
bonis reliquis paternis conſtitutis, & datis in extima-
tione quantitatis ſcutorum mille, & quadringentorum
pro qualibet earum:hoc videns prior nupta oblata col-
latione ſuę dotis & compenſata cum dotibus cęterarũ
ſororum pro concurrenti rata ſcutorum mille quanti-
tatis dotium cuiſlibet earum, petijt tertiam partem
ſcutorum octingentorum vltra omnium ipſarum ſoro-
rum ęquales dotes ſuper exiſtentium de communibus
bonis paternis ſibi aſſignari, oppoſuerunt ſorores vlti-
mo nuptę talem earum ſororis petitionem non fore
exaudiendam,quia in dote habita ſuam hęreditatis pa
ternę & bonorum paternorum portionem habuit, quę
dando marito extimata alienauit, & portionem alia-
rum ſororum:ar.l. quoties. & l.cum dotem. C. de iur.
dot.& propterea amplius peti non poſſunt : l. ex hęre-
ditate.ff.famil.erciſ.& quod ſuper eſt,dicunt eſſe ex au-
gmento fructuum, & pretij aucti curſu temporis poſt
eam priorem nuptam, quę replicat, per dotationem
certę quantitatis à communi curatore ſibi factam, &
ſuo marito datam,ea non pręſente pro diuidenda hę-
reditate, ſibi non eſſe ſublatum iudicium fami. erciſ.
quòd niſi diuiſione communi conſenſu firmata,vel ſnĩa
dicta, vel tranſactione ſubſecuta, ademptum non eſt,
per text.in l.1.C.eo.quia ſic eſſe res integra, exponitur
per Gloſſ.in l. filię.C.eo. & portionis hęreditatis per-
tinentis vel fructuum augmentum, venit in ipſo iudi-
cio, per tex.in l. non eſt ambiguum. C. eod. dos autem
per curatorem data marito in proſecutione cæterorum
bonorum mulieris, venit in collatione : vt l. cum poſt
mortem.§.ſed is,de quo.ff.de admin. tuto. conferente
ipſa muliere tanto minùs accipiendo,ſi dos eſt ſoluta,vt
ibi per Gloſ.in verſicul.bonorum. & glo.in verſic. col-
lationem in l.1.in prin.ff. de colla. dot. vt fieri debet,
quando dos eſt apud maritum:l.dotis. & ibi Dec. not.
C.de collat.de fructibus dotis, cum pertineant ad vi-
rum.l.pro oneribus. C. de iur. dot. in collatione dotis
nullum verbum ſit in legibus,de tali collatione loquen
tibus,vt facile videre eſt to.tit.ff.de colla.dot. & in l. 2.
& ll.ſequent.C.de collat.augmento quoque vel dimi-
nutione bonorum æſtimatorum in quantitate dotis da-
torum,ſpectante ad ipſum virum : l. cum dotem. C. de
iur.dot.dotéque ipſa remanente penes virum periculo
dictæ mulieris : vt per tex.in auc. quod locum. C. de
collati.Ergo ſua petitio admittenda fuiſſet pro æquali-
tate ſeruand. At iuſdicentes in loco cęteris prouincię
iuriſconſultis peritiores,& excellentiores pręſe feren-
tes eam reiecerunt,dimittentes continuò ipſam mulie
rem lugentem,aſpicientem, maxime ſorores ſuas de-
communi hęreditate paterna,habere dotes ſuperantes
ſuam de ſcutis octingentis,vt dicitur in l. cum oportet.
21 de bonis,quę lib.& contra dicta iura, † & contra ęqua-
litatem ipſam tam ſeruandam inter fratres, & ſorores,
d. l. inter filios. C.famil. erciſ.& l. fin.commu. diui. &
l.vt liberis.de collati.& Dec.conſ.436.col.5.ver.ſecun-
dò poteſt.& Socin.conſi.4.ad fin. lib.1. & Petr. Pechi.
de teſta.coniug.lib.1.cap.13. propter quam ſeruandam
aliquando à proprietate verborum receditur, & diſpo-
ſitio teſtatoris reſtringitur,& ampliatur, & in pluribus
fit interpretatio contra regulas Iuris : per d. l. cum pa-
tet.§.euictis.de leg.2.& d.l. quęſitum.§.ſed ipſe Papin.
de fun.inſtru.dicunt Aret.d.conſi.1. col.fin. & conſi.vl-
timo,col.2.Socin.in l.1.nu.8.de reb.dub.in l.cum auus.
col.48.ſuprà num.92.de condit. & demonſt. & conſil.
21.in fin.lib.3.& conſi.98.ad fin.lib.1. Curt.Iun. conſil.
54.col.2.ſub num.3.& conſil.98.ad fin. & Bero. conſil.
22.num.11.12.lib.2.cum pluribus, & per Tiraquel. de
iur.primoge.quæſt.4.num.8.& alib.

Namque prædicta locum habent, ſi aliter de mente
teſtatoris non poſſit apparere de inæqualitate,quæ ideo
vbi apparet,non militat ratio æqualitatis ſeruandę,etiã
vbi militat diuerſa ratio, vt ęqualitas non attenda-
tur:vt probat Alexand.conſilio 158.ad fin. lib. 6.& Iaſ.
conſilio 18.in fin.lib.1.& Clariùs Pariſ.conſil. 34. num.
45.& conſil.61.numero 32. lib.2. & Socin. Iun. conſil.
22 130.colum.penult.numero 13.lib.1. † De inæqualitate
poteſt apparere,quando teſtator eam facit inter filios,
vel alios,vt facere poteſt, relinquendo plus vni filio,
quàm alij,quem minùs diligit,vt §. optimè. & pen. in
auc.de nup.& Luc. de Pen. in l.in filijs. colum. fin. C.
de decur.lib.10. & Aymo conſil.256. in princ. vbi ta-
men adducit plura mala ob diuiſiones : dummodo
enim filio relinquat legitimam, poteſt de alijs ſuis bo-
nis diſponere parens, prout ſibi placet:Aym. conſilio
142.num.1.& dicto conſi. modò alleg.& Capra conſil.
51.in princ. Omne, quod diuiditur minoratur : not.
Bal.in l.nec ei. in princ. ff. de adop. in tantum, quòd
filij hæredes non poſſunt admittere ad ęquales portio-
nes filios,quos pater aliqua iuſta indignatione motus,
minùs honorauit, & minus eis reliquit, & cogit hoc
obſeruantia teſtamenti:vt ex facto reſpondit Dec. con.
547 columna 2.vt etiam, quando pater inſtituit vnum
filium in ea parte ſubſtantię & ſuę hęreditatis, quę
eidem filio de iure contingit : alium verò filium inſti-
tuendo hęredem vniuerſalem in omnibus ſuis bonis,
vi teſtamentarię diſpoſitionis interpretatur pars de iu-
re obueniens iſtius filij ſic inſtituti eſſe legitima ſibi de-
bita de iurę naturę,& non ęqualis portio hęreditatis.
ita conſuluit Petr.de Anch. conſilio 311. Quęſitum
iſtud dici poteſt etiam, Rationem ęqualitatis partium
non procedere,quando à iure pars ipſa interpretatur,
quę quanta, & qualis ſit, vt quando qui habens par-
tem aliquam in fundo,non cum hęrede, ſed cum alio,
legando totum intra certos confines, Ius interpretatur,
non intelligi legatum, niſi eam partem, quam in eo
fundo teſtator habet : per l.ſi domus. §. fin. de leg.1.&
l.vxor.C.de lęga.tradit Bald.in l.1. nume. 2. C. qui te-
ſta.fac poſſ.& in l.ſi aliam colum. fin. nu. 10. C. de le
ga.& per l.meritò.ff.pro ſocio. & l. duo fratres. de. ac-
quir.hęred.& Abb.in cap. Raynaldus. colum. 2. in 3.
not.de teſtam.& Bald.in conſ.68.primum legatum.nu.
2.libr.4.& Doct.in d.§.fin.& in d.l.vxor.non veniunt in
diuiſione cum alijs bona,de quibus per patrem facta eſt
ſpecialis prouiſio vni filio,vt per Bald.in l.quoties.& in
l.filię.col.1.ſub nu.1.C.famil.erciſ.

Notandum eſt,quòd † hęres ſanguinis portionem iu-
23 rium ſibi competẽtium iure ſanguinis habet pro virili:
hęres autem bonorum & hęreditatis habet pro hęredi-
taria portione:Bal.in c.1.in fin.de eo quiſibi, & hęred.
ſu.maſ.& fœmi.

Nec

24 Nec non meminiſſe oportet, † appellatione fundi, vel rei, venire partem: vt l. planè. la. 1. §. fin. & ibi Doct. de leg. 1. & Iaſo. in l. ait prætor. in princ. ff. de Iureiura. & in d. l. planè. col. 4. §. 1. & Ang. Aret. in tract. de teſta. in Gloſ. 95. in fi. vbi infert ad quæſtionem: Teſtator plurib. filijs hæredib. inſtitutis diſpoſuit, & aliquo eorum decedente ſine liberis, hæreditatem ſuam diſtribuit inter pauperes, intelligitur hæreditatem ſuam, id eſt, partem hereditatis relictam illi, ſic decedenti, per l. Lucius. & ibi Gloſſ. & Bal. not. de leg. 1. & appellatione partis venire dimidiam: l. nomen. §. portionis. de verb. ſignific. & Iaſ. in dicta l. ait prætor. cum concord. collectis per Tiraq. in l. ſi vnquàm. in verſ. omnia, vel partem aliquã. num. 8. de reuocan. donat. quod quidem quatuor modis limitat Franc. in capit. 2. §. primo. ad fin. de decim. in 6. & maximè, quòd ratione incertitudinis appellatione partis continetur quandoque totum. vt ſi teſtator legat vxori eam partem domus, in qua ſtare conſueuit, & tempore tam teſtamenti, quàm mortis, teſtator totam domũ in vſu habuit, pariter tota domus venit in legato incerto, quoad partem, & ſic declarato ex teſtatoris vſu: per text. in l. vxori. de legat. 3. cum alijs ſimil. alleg. per Tiraquel. in dicto verſic. omnia vel partem aliquam. numero. 18. qui tamen non allegat Franch. in dicto loco, & adducit alias diuerſas ſignificationes huius nominis, Pars, ſecundum diuerſitatem ſubiectæ materiæ, ibi vſque ad nu. 21. idem in his probat Vaſqui. in tract. de ſucceſſ. progreſ. lib. ſecundo, in præfa. numero. 62. 63. 64.

Vlteriùs in legato fundi non venit pars, quam teſtator actione perſonali tenetur alijs tradere: vt l. qui concubinã. §. qui fundum. de legat. 3. Et traditione mandati obſeruandi ad vnguem quis habere non poteſt partem vel totum, niſi quatenus mandati forma concedit. c. cui. de præben. in 6. qui Priuilegio vltra partem ſibi debitam abutitur, vult ſic totum, & perdit totum: Boër. in deciſ. 300. obligatus vni retrouendere certam rem, pro certo pretio, ſoluenti partem pretij, vel ex pluribus hæredibus ſtipulatoris vni ſoluenti partem ſuam, non tenetur tradere partem rei: l. fiſtulas. §. penult. & ibi not. Bart. ff. de contr. emp. refert Alex. conſil. 76. col. pen. nu. 12. lib. 5.

25 Soluens † partem debiti, non impeditur opponere, & ſe defendere à ſolutione alterius partis: l. fina. & ibi Bal. C. ne vxor prò mari. & l. Lucius. §. teſtator. de leg. 2. quod declara, vt per Bart. in l. cum fidem. de non nu. pecu.

26 Habens † maiorem partem in re, præfertur in aptando, & diuidendo: Bal. in fi. prin. com. de leg. & in l. ſancimus. in princ. in fin. de donat. Aret. conſil. 157. colum. pẽ. quod tamen declara, vt per Corn. conſ. 81. colum. penul. & fin. lib. 2. & in recuperando rem vigore ſtatuti de re vendenda vicino, vt per Tiraq. in tit. 1. §. 11. gloſſ. 6. nu. 17. poteſt tamen alienari ei vicino, habenti minimam partem: Bald. in l. 1. C. de com. ſer. manu.

27 † Et frater maior facit diuiſionem & minor elegit, dicit Guid. Papa in quæſt. 289. maior dicitur, qui diutius adminiſtrauit, & non maior natu. Felin. in rub. in fi. de maio. & obedi. Petr. de Vbald. de duo. fratri. in 11. part. princ. ſub. num. 79.

28 Diuiſio † autem rerum hæreditariarum præſumitur facta, quando hæredes pro diuiſo ipſas res longo tempore poſſederunt ſeparatè: vt per Gloſſ. communiter ibi per Doctor. approbatam in l. pen. C. commun. diuidun. & Alexan. conſil. 92. colum. 1. lib. 2. & conſil. 3. in fin. lib. 3. & Corn. conſi. 90. col. 2. Ruin. conſil. 117. in fin. lib. 3. ita eſt commun. opin. Dec. conſil. 79. col. fin. Aym. conſ. 318. colum. 2. & plenè Iaſ. conſ. 172. colum. penult. & fin. lib. 4.

Intellige & declara hanc concluſionem procedere, quando ſic diuiſim poſſidentes ſunt habiles ad contrahendum: Ruin. conſi. 29. colum. fin. lib. 4. non autem procedere, quando partes ſunt valde diſpares, non conuenientes portionibus aliorum, & adinuicem: Alexan. conſil. 25. colum. 5. nume. 17. lib. 5. & Balb, in tract. de præſcript. in 3. par. princ. in quæſt. 10. nume. 44. & limita, non habere locum, quando alius debens, conſequi ſuam portionem, nihil poſſidet de communi, & apparere poteſt, alium poſſediſſe non prætextu diuiſionis: Bald. conſil. 396. Caſus talis eſt. lib. 1. & Ruin. conſilio 162. colum. 3. nume. 14. cum ſequen. lib. 3. & Boër. in deciſ. 58. nume. 6.

29 Aduertendum quippe eſt, † quòd inter fratres vel ſorores ſimul habitantes cum familijs, etiam diſparibus, & patrimonijs non ęqualibus, & venientes ad diuiſionem, acerbè, & ſcrupuloſè non eſt agendum: Galcan. conſil. 36. ad fi. & Petr. de Vbal. in d. tracta. de duo. fratri. in. 11. part. princ. in verſic. duodecimò quæro. nu. 80. vbi diffuſe tractat, quomodo diuiſio facienda ſit. & Bald. conſil. 26. Super primo, lib. 4. & conſil. 388. licet filij. lib. 3. & conſil. 491. lib. 2. & conſil. 19. lib. 3. conſil. 21. lib. 1. Bar. 186. Bald. in tract. de duo fratri. Paul. de Caſt. conſil. 358. Ad primum & conſil. 366. Omnipotentis. ad fin. & con. 304. lib. 2. Alex. con. 133. lib. 2. & conſil. 77. lib. 5. Barb. conſi. 22. colum. 2. lib. 1. Ang. conſil. 113. Corn. conſil. 27. libr. 2. Ruin. conſil. 149. lib. 4. Iaſo. & Dec. in l. fin. C. de collat. Iaſ. in l. 1. qui teſtam. fac. poſſ. & in §. ęquè. num. 62. & ſequ. Inſtit. de actio. in quibus locis habentur deciſiones quæſtionum frequentium in diuiſionibus occurrentib. fieri inter fratres cohęredéſque tam vrbanos, quàm rurales, quomodo etiam res corporales, vel incorporales diuidi poſſint, declarat Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur. colum. 8. num. 18. 19. 20. de verb. obli. quem ibi Doct. communiter ſequuntur.

30 Similiter & † recommunio pręſumitur inter fratres, & cohęredes, quando poſt factam diuiſionem communiter poſſident bona: Rom. conſi. 418. Vide not. decí. quòd quis communem domum inter fratres relinquendo ſubſtricto fideicommiſſo, & fratres hęredes inſtituendo, ſi hęc fratres ratam habent, videtur ſuam portionem elegiſſe in totam dictam domum, & minor erit ſua portio in alijs bonis, ſecundum Pariſ. in conſil. 44. colum. fin. lib. 2.

## ¶ *SVMMARIVM.*

1 *Teſtator vt meliùs, quàm alius poteſt declarare dubitationes, ortas in vltimis voluntatibus, ſic & portiones hæredum clariùs manifeſtare.*

2 *Portiones hæredum clariùs manifeſtãtur à teſtatore in teſtamento, quàm quod aliunde fiat talis manifeſtatio.*

3 *Teſtatores in teſtamentis ſæpè mandant, hæredes ſtare in communione, & omnia bona communicare labores, & lucra, & ſimilia.*

4 *Verba hæc, Stare in communi, in habentibus diſtinctum patrimonium, important, quòd expenſæ & victus communiter fiant, & æqualiter conferantur, & quid in fratribus habentibus commune patrimonium?*

5 *Verba hæc, & communicare bona, relata ad res, important, quòd hæredes etiam bona propria quadam via fideicommiſſi tenẽtur adinuicem communicare, vt in hæredibus, & filijs plurium vxorum habentibus dotem maternam, quam ſic iuſſi cenſentur communicare, & tandem de quibus bonis intelligendum ſit.*

6 *Diuiſio portionum inter filios vel hæredes, ea attenditur, quæ & qualitatis eſt facta à patre vel teſtatore, modò quartam falcidiæ & filiorum legitimam non diminuat, & quando importat vltimam voluntatem, & vim habeat vniuerſalis inſtitutionis, de qua, quæ filio facta, & veniant in reſtitutione fideicommiſſi: & nulla eſt, ſi de vno filio non ſit facta mentio in diuiſione, & vt latiùs ibi.*

7 *Diuiſio facta de fructibus inæqualiter à teſtatore inter plures legatarios vnius fundi, non facit, quòd ſic proprietas inæqualiter diuidatur.*

8 *Quid, quando ſpecialis & bonorum aſſignatio per patrem ſit facta inter filios plus vni, quàm alteri aſſignãdo, cuilibet diſtribuendo certam quotam, puta tertiam vel quartam partem hæreditatis, ſecundum filiorum numerum.*

9 *Quæ & ſapit vim vltimæ voluntatis, ideo poterit à patre ſemper reuocari, firma manente parte non reuocata, in hùque partibus ceſſat obligatio euictionis, ſi quæ pars fuerit euicta.*

10 *Diuiſio facta à patre inter filios, quando ſit irreuocabilis, accedente tunc iuramento, cum ſine e. vbi donat, nulla eſſet, niſi facta de omnibus bonis, ſine reſeruatione aliqua teſtandi, quia nec cum iuramento valeret, quæ reſeruatio debet eſſe libera, & quomodo, vide latiùs ibidem.*

11 *Quid facta reſeruatione per patrem pro teſtando, & teſtandos filios præfatos inſtituat in omnibus bonis eos fideicommiſſo grauando ſine filijs decedentes vno ſic grauato, vel ijs volentibus legitimam eorum ſine onere, hæreditatem paternam, vel repudiare, vel cum beneficio legis, & inuentarij accipere, an & quando bona prius à patre habita debeant in legitimam imputare.*

12 *Donatio omnium bonorum facta per patrem filio vel filijs, an & quando valeat, quid cum iuramento firmata, & ſine reſeruatione teſtandi? quid ſi cum reſeruatione, & quomodo ſit facienda & in ea reſeruatione inſtitutis filijs etiam per verba in omnibus bonis cum onere fideicommiſſi, an illis volentibus legitimam ſine onere, bona prius à patre habita imputent in legitimam, vide verſi. diuiſio facta à patre.*

## ¶ SOLVTIO. II.

1 SECVNDO, quemadmodum † declaratio aliarum dubitationum ex vltimis voluntatibus ortarum ab ipſo teſtatore meliùs, quàm ab alio haberi poteſt, vt latè ſupra allegatum eſt, lib. 1. interpr. 1. verſic.
2 quarto caſu, & vltimo: ita † portionum hæredum manifeſtatio ab ipſo teſtatore clarius fit, quam aliunde, vel
3 ex teſtamento deprehenditur, dum † primò (vt ſæpè in teſtamentis legitur) mandatur, hæredes debere ſtare in communi, & communicare omnia bona, labo-
4 res, & lucra & ſimilia, ſtare in communi, hæc † verba in habentibus diſtinctum patrimonium, important, quòd expenſæ victus communiter fiant, & æqualiter conferantur, vt lego tali ſcholari centum cum hoc, quòd ſtare in communi debeat, cum tali in habentibus patrimonium commune, vt in pluribus fratribus iuſſis ſimul, & communiter morari, important communionem fructuum, & expenſarum, quæ æqualiter colligantur, æqualiter expendantur, etiam ſi vnus habeat maiorem familiam, quàm alius, non tenetur propter hoc plus conferre: ita eſt doct. Barto. in l. quintus. de an. legat. & in l. ſi quis ita. in fin. de condit. & demonſtrat. & in conſil. 168. quidam habens, nume. 2. ſequitur Alexan. in conſi. 67. in princip. lib. 5. quod conſil. Bartol. allegat,
5 ſub princip. Betonienſis. Illa autem ſequentia † verba, & communicare bona, relata ad res, important, quæ hæredes etiam bona propria quadam via fideicommiſſi tenentur adinuicem communicare: per l. fina. §. Lucius. de legat. 2. & Lucius. in princip. ad Trebel. tradit Barto. in l. cum pater. §. dulciſſimis. de lega. ſecundo, ponendo exemplum in filijs plurium vxorum, habentibus dotem maternam, & ibi Bald. & Imol. ſequuntur & Paul. de Caſtr. in conſilio 396. Pręmittenda ſunt. nume. 2. verſ. nunc ergo ad propoſitum. lib. primo. & Socin. conſil. 4. colum. tertia. nume. 11. verſic. tunc ego ſuccedit. lib. quarto, ita quod tempore diuiſionis debent iſti tales ſic iuſſi communiter diuidere etiam bona propria, vt ibi Socin. dicit, quod effici non videtur ex ſolo iuſſu teſtatoris, quòd æqualiter diuidant, quia intelligitur de bonis communibus, & non de proprijs alterius eorum, dicit Bald. in d. §. dulciſſimis.

Quod etiam intelligendum exiſtimo, ſi petens communicari bona propria alterius ipſe quoque conferat bona ſua propria, vt ſunt verba clara tex. in dicta. leg. fina. §. Lucius. ibi, ſi modò vxor parata ſit in commune bona ſua conferre, & eadem verba ſunt in dicta leg. Lucius eſſet intelligendum, item de bonis proprijs hæredum, obuentis tempore teſtamenti, & ante aditam hæreditatem non verò de hæreditatibus, & legatis poſtea acquiſitis. per l. coiri. cum quatuor ſequent. ff. pro ſoc. in ſpecie probat Alexand. in dicto conſil. 76. colum. ſecunda, verſic. accedo ad ſecundum nu. 8. lib. quinto, cum quatuor aliorum Doct. approbationibus, ſubſequent. & de laboribus, & lucris, etiam intelligitur de acquiſitis ex negociatione vel quæſtu: l. ſed & ſi adijciatur. ff. eo. habetur in vlti. ſubſcript. in fina. addict. conſi. Alexand.

6 Deinde propiùs dicendum eſt, eam † portionum diuiſionum inter filios vel hæredes attendendam, & obſeruandam eſſe, quæ, & qualis eſt à patre, vel à teſtatore facta, quatenus quartam falcidiæ & filiorum legitimam non diminuat: quoties. l. ſi cogitatione. C. famil. erciſ. & l. quid ergo ei ita. de legat. primo, & l. hæredi. de his qui. vt indign. & l. parentibus. C. de inoffic. teſtament. & ibi Doct. & Alexand. conſi. 12. in princip. lib. quinto, quæ diuiſio ceſſantibus his, quæ inter patrem, & filios validam obligationem inducunt, etiam extra teſtamentum vel codicillos facta, importat vltimam voluntatem, gloſſ. & Bald. in dicta l. quoties. & Abb. in conſi. 66. n. tertio, lib. ſecundo, & habet vim vniuerſalis inſtitutionis de quocunq; filio factæ, prout ei bonorum vel quotæ hæreditatis diſtributio facta eſt: l. ſi filia §. ſi pater. ff. famil. erciſ. quæ & ſi habeatur loco prælegatorum, ſuccedit tamen loco portionis hæreditariæ, & veniret in reſtitutione fideicommiſſi: Bartol. & alij in dicta l. quid ergo. & in l. ex parte. §. inteſtato. ff. famil. erciſ. Alexand. conſil. 161. nu. tertio, in fi. lib. 2. & Deci. cõ. 254. col. 2. & ſeq. & late Pariſ. cõ. 34. col. 3. n. 42. & ſequent. & conſi. 94. ad fin. lib. 2. & valet aſſignatio maioris portionis vni facta, quàm alij dicta l. ex parte. §. inteſtato. dicit Pariſ. dicto conſil. 34. num. 16. ſi tamen de vno filio nõ eſſet facta mentio in diuiſione, ea ipſo iure eſſet nulla dicit Iaſ. conſil. 104. colum. quarta, in fin. verſic. quarto pro confirmatione: lib. 4. ea etiam de principali. relicto hæreditatis facienda inter plures, ſub conditione, quæ defecerit, non facit deficere ipſum hæreditatis relictum, quin id hæredes inſtituti habeant: vt plenè diſcutit Ruin. conſilio. 176. libr. 2.

Idem eſt dicendum, ſi inſtituo talem, & talem, ex partibus, quas aſcripſero, & poſtea non aſcribo, diſtributio partium deficit, non inſtitutio, ſed perinde eſt, ac ſi ſine partibus, & ſine illis verbis ſimpliciter facta eſſet inſtitutio, dicit Caſtren. in l. Stichum. col. 1. ſub nu. 3. de l. 1. facit tex. in l. pen. C. de inſtit. & ſubſtit. & quod ibi Doct. tradunt, & Alex. Iaſ. & Soc. in dict. leg. Stichum.

7 Diuiſio † quoque fructuum, inæqualiter à teſtatore facta ſeu deſignata inter plures legatarios vnius fundi, non facit, quòd ſic proprietas inæqualiter diuidi debeat: vt l. codicillis. §. inſulam. & ibi Bald. not. de legat. ſecundo.

8 Similiter ſpecialis † diuiſio, & aſſignatio bonorum per patrem facta inter filios plus vni, quàm alteri aſſignando, non remouetur per generalem hæredum inſtitutionem ab eodem patre inter ipſos filios factam æqualiter, vel cuilibet filiorum diſtribuendo certam quotam, vt puta, tertiam vel quartam partem hæreditatis, prout filiorum numerus extat, quia ſpecialis prouiſio derogat generali, oſtendens, ſic eſſe ſententiam teſtatoris voluntatem in generali diſtributione, in qua non ſit ſpecialis diuiſio, per dict.l.quoties.& doctr.Bartol.in l. quis ſeruum.§. in fin. num.6.verſic.quæro, quando legatur.de leg.2.ita in ſpecie reſpondit Iaſ.conſil.18.lib.1. & Pariſ.dicto. conſil.34.num.17. lib. ſecundo. ad idem tendit doct.Bald.in l.filiæ. colum. 1. ſub nu. 1. C. famil. erciſ.

9 Sequitur tamen, cum † diuiſio huiuſmodi vim ſapiat vltimæ voluntatis, quòd per patrem, dum viuit, ſemper reuocari poteſt, vt ſit talis voluntas ambulatoria vſque ad mortem: l.4.de adi.leg.cum vulga.& per verba. tex. ibi & in ea vſque ad extremum vitæ ſpatium perſeuerauerit. in l. fin. C. de pact. conſuluit Oldra. conſil. 231.vt eius.poſt princ.& Pariſ.conſil.24.num.64.lib.2. remanet autem firma ea pars. quæ non reperitur mutata: vt l.alumnæ.§.qui filias. de ad. lega. & pro tali diuiſione ſciendum eſt etiam, quòd ceſſat obligatio de euictione, ſi pars aliqua fuerit euicta:l.cum pater.§.euictis. de legat.2.firmat.Glo.in dict.l.ſi cogitatione. C. famil. erciſ.

10 Veruntamen inueniuntur quandoque † diuiſiones bonorum à patre inter filios factæ, quæ ſunt irreuocabiles: tales enim ſic eſſe cognoſcunt his modis, quando præfatio earum, vel cauſæ earum continent, quòd factæ ſint pro ſedandis, & remouendis contentionibus, diſcordijs, calumnijs, rixis, & ſcandalis, vel ſimilibus, & pro pace, & quiete tenenda & conſeruanda inter fratres, & factæ, formatæ, & firmatæ apparent per verba, deſignantia tranſlationem dominij & poſſeſſionis de præſenti, vt ſic diuidendo iure proprio, & in perpetuum dedit, tradidit, & conſignauit, cum clauſulis, Ad habendum &c. & conſtituti, & promiſſionis de legitima defenſione, & obligationis per ſe & hæredes & cum iuramento, & cum clauſula. Omni modo meliori, ita quòd hæc ſint extra conceſſionem in peculium, vel in adminiſtrationem: vt in terminis probant Corn. in conſil.228.colum.3.& ſequen.lib.4. & late Ruin. conſi. 187.col.2.& ſequent.lib.2.& latius Pariſ.conſi.33.col. 2. & ſequent.lib. 2. faciunt, quæ ſupra lib. præceden. interpr.1.dubit. 1. cart. fina. plenè adduxi ad cognoſcendum, donationem eſſe inter viuos, & non cauſa mortis, & Gualden.de arte teſtan.tit.3.cau.3.re vera, ſine iuramento in hac ſpecie factũ eſſet nihil, eo quòd ex iſta diuiſione erga filios reſultat donatio à patre facta, quæ nõ valet: l.donationes.C.de dona.inter vi. & vxo. ſed iuramento conualidatur, ſecundum commu. opin. doct. atteſtatam per Pariſ.in d. conſil.33. & Port. Imolen. de com.opin.concluſ.2. lib. 2. licet in ea non ſit conſtans, ſed conſtantiſſimè firmat Clar.lib.4. receptarũ ſenten. §.donatio: in quæſt.8.verſ.fin.dicens, quòd hæc res in practica nullam ſolet habere difficultatem, & ineptus eſſet Aduocatus, qui eam in diſceptationem deducere vellet.

At intellige, hoc non procedere, quando per talem diuiſionem, & donationem eſſent ſublata omnia bona patris, ita quòd nihil eſſet ei reſeruatum, de quo poſſet teſtari, quia donatio, & iuramentum tamquàm tollens liberam teſtamenti factionem, reprobatur per not. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. & in l. pactum, quod dotali. C.de pact.dicit Pau.de Caſtr.conſil.448.non eſt dubium.colum. fi. in prin.lib. 1. & Alexand.conſ.28.colum.3.verſ. fortiùs videtur. lib. 3. & eſt commu.opin.atteſtata per Dec.conſi.30.col.2.verſi.ſed tamen ſupra dictis donationem omnium bonorum talem, quòd auferat factionem teſtamenti, non valere, vt vbi concord.allegat.

Et reſeruatio cauſa teſtandi requiritur eſſe libera: non enim ſufficeret, reſeruare aliquid cauſa diſponendi in vita ſua, vel pro neceſſitatibus ſuis, vt ſæpè vulgares ſic bona donantes reſeruant, quia non de teſtamento, ſed de actu inter viuos intelligeretur facta reſeruatio: vt probat Bart.in conſil.76.pater filio ſequitur. Dec.d. conſil.30. colum. penul. in princ.dixi ſupra præceden. lib.interpr.j.dubit.j.in dictio Morte. non valeret etiam reſeruatio cauſa teſtandi, reſtricta ad certam cauſam, vt puta pro anima probat Dec.conſi.247.colum fi.verſic. vlterius etiam aduertendum eſt.per l. ſi fratres. §. idem reſpondit.ff.pro ſocio.per illa verba, & ideo nec libertatem de ſupremis iudicijs conſtringere quis poterit, & eſt materia trita, & latè tracta per Doct.in d.l. ſtipulatio hoc modo, & in d.l.pactum.quod dotali. & in c. quamuis.de pact.in 6.

11 Reuerſatio † autem de certis bonis vel de reliquis cauſa diſponendi, prout ſibi placuerit, vbi reperitur facta per patrem diuidentem bona inter filios modis, quibus dictum, ſi contingat, eum facere teſtamentum, & eoſdem ſuos filios hæredes inſtituere in omnibus ſuis bonis onere fideicommiſſi grauando eos decedentes ſine filijs, & præ cæteris grauando vnum filium, vt plura alia onera ſubeat & ſuſtineat, ſi iſte filius ſic vltra alios grauatus, vel etiam alij velint eorum legitimam ſine aliquo onere ex bonis paternis, & hæreditatem paternam ex teſtamento vel repudiare, vel cum priuilegio legis, & inuentarij accipere quæritur. An bona ſic in diuiſione iam prius habita à patre, debeant in legitimá imputare. Breuiter reſpondetur, & eſt vnus effectus irreuocabilis diuiſionis, quòd hæc bona in tali diuiſione accepta non imputantur in legitimam quia in ea non imputantur bona, etiam à patre habita ex donatione inter viuos valida iur. per patre firmata, eoq; bona hæc tempore mortis patris penitus ſint extra ſuam hæreditatem, ſecundum quod tempus mortis bona attenduntur pro legitima extrahenda: vt tenet Bart.in l. in quartam.col.4.ſubnum.10.ver.ſi verò eſt donatio.ad l. Falc. & ibi alij ſequuntur, & maximè Rip. nu. 151. & ita eſſet commun. opin. approbata per Alex. conſil. 8. & col.1. lib. 2. accedente præſertim, quòd talis donatio non ſit inoſſicioſa.ſic idem Ripa ibidem.n.150. probando limitationem Bald.relatam per Fab.de Gioch.in repetitio. auth.nouiſſima, in conſil.9.num. 79. C. de inoff. teſta. eandem opin.firmat Pau.de Caſtr. conſi. 29. circa primum quæſitum. col. pen. vltra med. ver. certè parcat mihi.lib.1. Quæ ſententia locum haberet, niſi expreſsè dictum eſſet, quòd pater dedit diuidendo filijs certa bona pro earum parte, vt facilè euenire poteſt: quia tunc intelligeretur pro eorum legitima, & quòd eis imputentur in legitimam, ſecundum Bart.in l. peto.in prin. in fin.de leg.2.Ang.in d.§.& generaliter. colum.1.& tenet Ripa in d. l. in quartam. num. 147. & eſt alius effectus vltra irreuocabilitatem, quòd bona huiuſmodi ex diuiſione irreuocabili per filios habita non ſubiacent fideicommiſſo per patrem in teſtamẽto ſuis filijs iniuncto, & impoſito, ſicut bona filij non veniunt ex pacto habita: l.debitor.§.fin.& ibi Doct.ff.ad Trebel.& propriè conſuluit Corn.con.228.col.3.ver. nec veniũt. lib. 4.& Paris.d.conſil.33.ſub nu.73.& ſeq.lib.3.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi vbi tractatur, cuius materia eſt immenſa, profunda & ſubtilis, proueniens immeditatè ex diſpoſitione legis ad iuuandum tacitam teſtatoris voluntatem, in cauſa, vt auctor hanc materiam pertractaret.*



2 *Ius accreſcendi prouenit ex coniunctione, & ex coniecturata defuncti voluntate.*

*Et eſt quædam ſubſtitutio vulgaris, cuius portio æquiparatur & concurrit cum portione acquiſita ex iure inſtitutionis, diciturq; ſucceſſio ex tacita ſubſtitutione, & ex teſtamento.*

3 *Ius accreſcẽdi cognoſcitur ex duobus. Primo, qualiter pars aliqua ſit vacans, &c. quomodo aliæ partes ſint illi vocanti annexæ & cõiunctæ, & vbi colligatur, hæc duo eſſe attendenda.*

4 *Ius accreſcendi non procedit, niſi ex triplici capite, ſcilicet pro non ſcripto, quaſi caduco, & vere caduco, & de vno quoque latius diſcutitur, & pulchrè per auctorem, vt videre licet 5. & 6.*

7 *Et quando pars vocans cæteris coniungatur, quæ coniunctio fit triplici modo: Aut re tantum: aut re & verbis: aut verbis tantum.*

8 *Et de duplici cõiunctione legis & hominis, & quæ ac quales, dilucidè ibidem habetur. Item quando coniunctio re fiat tantum, quando etiam verbis, omnia perpulchrè dilucidantur.*

9 *Ius accreſcendi quomodo procedat & in hæreditatibus, & in legatis, & in fideicommiſſis, & vt locum habere requiritur pars vacans, & portio alia coniuncta, cui vacans accedere poſſit, & quomodo debet eſſe vacans, & aliqua differentia iuris accreſcendi, & non decreſcendi.*

10 *Ius accreſcendi procedit in hæredum inſtitutione, & pro cohæredibus iunctis, & hæredibus, diſiunctis à priuato teſtatore inſtitutis, qui pro parte decedat teſtatus & pro parte inteſtatus, quando limita in milite, & in priuato inter liberos, & in cauſa pia, vt latiùs ibidem.*

11 *Ius accreſcendi, qua ratione ſit inductum, & quòd cauſa teſtati trahit ad ſe cauſam inteſtati teſtatore inuito, & eſt communis, quòd ius nec per teſtatorem poteſt prohiberi in inſtitutione, vel ſubſtitutione directa, & eſt communis, nec per ipſos hæredes, & ratione maxime abſurdi, proceditq; inter inſtitutos & ſubſtitutos, & quomodo, latus diſcutitur.*

12 *Filius hæres inſtitutus non poteſt acceptare & retinere legitimam, reſiduum hæreditatis repudiando: & eſt communis.*

*Fallit, ſi haberet vulgarem ſubſtitutum, ac ita eſſet legatis grauatus.*

13 *Ius accreſcendi omnes admittit pro hæreditaria portione & parte ad eam deficiẽtem ſi omnes fuerint diſiuncti ab ea parte, & qui dicantur diſiuncti, quid ſi coniuncti, quando re tantum, aut verbis, aut re & verbis, qui præferuntur, in legatis.ſ.cum in hæreditatibus directè relictis hæc altercatio ceſſet.*

*Et in eo iure concurrunt pari coniunctione iuncti, diuerſimodeq; inter cohæredes, & inter extraneos ſubſtitutos, & de parte deficiente quomodo accreſcat.*

15 *Ius accreſcendi locum habet in legatis & fideicommiſſis particularibus quoque, in quibus eadem ratio procedit & coniunctionis & prælationis, prout in hæreditatibus ſupradictum eſt, & in quo tamen differant ab hæreditatibus.*

16 *Ius accreſcendi in coniunctis re tantum, differt in & à coniunctis re & verbis: & eſt communis, & quando datur legatario vel fideicommiſſario etiam vniuerſali volenti & non inuito, & prohiberi poſſit per teſtatorẽ inter eos, poſſitq; renuntiari per legatarium & fideicommiſſariũ, in iure tamen accreſcendi, non decreſcendi.*

17 *Ius accreſcendi quomodo procedat, cum fundus ſit plurib. relictus, & vnus ſit ſolus hæres inſtitutus, quantum habeat illi adiunctus, quid adita hæreditate per talem hæredem, & quid non adita, & quid collegatario inſtituto non ſolo, ſed cum alijs, quomodo & quibus ſua portio accreſcat: & an hoc procedat in re legata hæreditaria vel extranei, & propria teſtatoris, & an in re coniunctis vel re & verbis, & referuntur opin. Bart. & ſequacium, & altera Cuman. & de opin. Bartol. tenenda, vti magis conuenienti menti teſtatoris.*

18 *Ius accreſcendi an & quando locum habere poſſit in filias circa legata, ſibi facta à parentibus, vel neptibus pro earum dotibus, aut quando nupſerint, aliqua earum decedente nubat, vel ſuam portionem renunciante, an accreſcat ſororibus alijs an verò penes hæredem grauatum remanet, latius hæc & perpulchre diſcutiuntur.*

19 *Ius accreſcendi locum habet quoque inter plures fideicommiſſarios in fideicommiſſis & ſubſtitutionibus vniuerſalibus, maximè ratione coniunctionis, re, vel verbis, vel re & verbis, niſi adſit aſſertio contraria pacto, & an & quando procedat, & in quo differat ab inſtitutionibus & ſubſtitutionibus directis, & latiùs de materia diſcutitur.*

20 *Ius eiuſdem gradus, naturæ, qualitatis, & vinculi, ſequitur portionem, quæ accreuerit, quod in ſe habet illa, cui demum accreſcit, cum quid dubij, vel quid certum contigerit circa portionem vacantem, cui.ſ.accreſcat, & quòd portio deficiẽs velut alluuio accreſcit portioni perſonæ.i.ad vtilitatem perſonæ.*

21 *Ius accreſcendi adhærens rei & portioni agnitæ, decedente perſona, cuius eſt portio augenda, vel aucta tranſmittitur ad eius hæredes, ſi non ſint elapſi 30. anni à tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur.*

## ¶ SOLVTIO. III.

SEQVITVR principaliter ſecundo loco videre, ſi acciderit, eum, cui pars aliqua in inſtitutione, in legato, vel in fideicommiſſo deſignata eſt, defeciſſe modo aliquo, partem iſtam reperiri vacantem incapacitate, morte naturali, vel ciuili, vel repudiatione eiuſdem, cui relicta eſt, quid de ea agendum ſit, nempe neceſſe eſt recurrere ad gurgitem vaſtum Iuris accreſcendi, vel ad ius tranſmiſſionis.

1 De quo autem † iure accreſcendi hic velle amplius, & plenius tractare, quàm actum ſit, tam per antiquos, quàm modernos. Docto.in leg. re coniunctio. de lega. 3.& in rubr.& in leg.prima.C. quand. non peten.par. & per ipſummet Imperatorem in leg.prima.de cadu.toll. & per Franciſcum Duarenum in ſpecie ſuo tractatu de iure accreſcendi, & per Anto.Fameum in tract.de coniunctio. plura me deterrent, & remouent. primum immenſitas, profunditas, ſubtilitas materiæ, per Iaſ. Crot.& Rip.in exordio pro teſtata in dict. leg. re coniuncti non meis quidem viribus æqua, & explicatio eiuſdem materiæ per eos, & Hier.Cagn. in diſt.rub. & in d. leg.prima.ita ample, plene, & diffusè peracta, quòd ſuppletio alia videatur ſuperflua, & digreſſio à principali noſtri tractatus de interpretatione vltimarum voluntatum, quæ videtur diſtare à materia iuris accreſcendi, quæ immediate prouenit ex diſpoſitione Legis ad iuuandam (concedo) voluntatem tacitam: & coniecturatam teſtatoris, per leg.ſi Titio, & Mæuio, in fin. de leg.ſecundo.& leg.ſi in teſtamento. de vulg. & pupil.probant vti commun.opin.Hier. Cagno. in dict. rub. nume.22. & Ruin. conſil.131. colum. 5. in fin. nume. ſeptimo. lib. tertio. Menoch. de adipi.poſ.remedi. 4.nume.119.120. & hæc teſtatoris tacita voluntas hic me eiuſdem materiæ meminiſſe coëgit, & de qua per Vaſq.in tracta.de ſucceſſio.progreſſu, libr. ſecundo. in
2 præfat.nu.26. Ius † enim accreſcendi ex coniunctione, & ex coniectura voluntate defuncti prouenit, dicit Cum.in l.huiuſmodi.§. ſi Titio. col.1. in fi. num. 2. de lega. primò. & eſt quædam ſubſtitutio vulgaris dicit.

Bald.in conſilio 89.Super primo ad princ.lib. 5. & præcedit ex coniecturata mēte teſtatoris, no Bald.& Alex. in l.cohæredi. §. qui diſcretas. de vulga. & pupill. & reuera portio acquiſita ex iure accreſcendi æquiparatur, & concurrit cum portione acquiſita ex iure inſtitutionis, per text.in d.l.ſi in teſtamento.de vulga.& pupill.& ibi Alex.num.4.Iaſo.num. 5. & Vaſq. in d. præfa. num. 26. & dicitur ſucceſſio ex tacita ſubſtitutione, & ex teſtamento: Dec.in l.1.colum.3.num.8. C. de teſtam.mili. & deinde timor nimiæ prolixitatis ad noſtram propoſitam materiam, quæ nimis ex ſe ipſa prolixa eſt, hæc (vt dixi) me remouent, vt omittam hoc in loco tractare de iure accreſcendi.

Veruntamen id tantum dicam pro faciliori, & breuiori huiuſmodi iuris cognitione, cum ad illud recurſu opus fuerit, etiam pro illa quali tacita voluntate teſtatoris interpretanda, quod ex tantis præmiſſis, & euidentalibus longo apparatu adductis non ineptè per
3 Doct.in d. locis † duo ſufficiunt, animaduertit, & cognoſci.

Primum, quomodo, & qualiter pars aliqua ſit vacans.

Alterum, quæ & quorum, & quomodo aliæ partes ſint illi vacanti annexæ, & coniunctæ, hæc enim duo attendenda eſſe, colliguntur ex tex.dict.l.1.de cad.toll. de primo à prin. vſque ad §.his ita diffinitis.& de ſecundo à d.§.his ita. vſque ad fin.legis.

Primum aggrediendo pariter ſecundum tex. in d. l.
4 1.à §.primo.videmus, † partem vacantem, & deficientem eſſe, & dicit triplici modo, vno, pro non ſcriptam: alio modo, quaſi caducam: & vltimo caducam.

Pro non ſcripta rei pars relicta dicitur, & habetur, quando is, cui relinquitur, non erat in rerum natura tempore conditi teſtamenti, vel quia erat mortuus naturaliter.d.l.1.§.& cum triplici.& l. penul. ff. de his quę pro non ſcriptis habentur, vel ciuiliter, quia damnatus in metallum, bannitus, vel profeſſus religionem Minorum fratrū:l.3.& ibi Bar.ff.eo.& l.1. & ibi D.C de hęred. inſtit. & exiſtens in poteſtate Turcarū, & non rediens. d.l.penul.de his, quę pro nō ſcrip.& omne improbatum à lege aſcriptū in teſtamentis, habetur pro non ſcripto: vt l.1.& l. fin.ff. de.& l.turpia. in princ. ff. de leg. 1. Pro non ſcriptum denotat fictionem: quia vbi non eſt eſſentia fingitur per legem non eſſe ſcripturam dicit Bald.in l. Celſus. vltra med. de leg. 2. exinde inſtitutio facta de filijs alicuius, his etiam non exiſtentibus natis tempore mortis teſtatoris, habetur pro non ſcripta: Dec. conſil. 253.colum.fin.ver.poſtremò: Idem ius eſt, ſi in humanis non exiſtat hęres, vel alius, quando grauatur ad pręſtandum alij relictum, vt id habeatur pro non ſcripto:l.quidam referunt.de iur.codicil.

5 Alio modo relictum in cauſa caduci, † vel quaſi caducum dicitur, quando is, cui eſt factum relictum poſt teſtamentum, teſtatore adhuc viuente, deceſſit, vel ipſum relictum, deficiente conditione, vel modo alio perijt, & defecit. Tex.& gloſſ.in d.§. & cum triplici. Oldra.conſil.141. Thema tale eſt.D.G.in prin.& Ange.in conſil.57.Domina Andrea.ad princ. vbi etiam teſtator non poteſt facere quin talis caducitas non ſuccedat, & Fulgo.conſil.102.præſuppoſito, colum.2.ver. præterea cum quis inſtituitur. & Io.Andre.in addi.incipien. cum patronus.in 3.quæſt.ad ſpe.de teſta.§. 1. & Deci. conſil. 529.num.primo.& Soci.conſil.140. colum. 3. vnum tamen non omitto.lib.1.vbi in not.q. de hærede grauato, ſi deceſſerit ſine filijs, eo decedente, cum filijs viuis teſtatore ſubtiliter more ſuo probat teſtamentum effectum, quaſi caducum non ſuſtineri, etiam per clauſulam codicillarem, ita quòd locus eſt ſucceſſioni ab inteſtato, & fideicommiſſum non debet præſtari & ſequitur. Oldr.in dict.conſil.141. Contrarium tamen tenent ob clauſulam codicillarem, Dec.cōſi.142.& Paris con. 62.col.3.nu.15.lib.2.

6 Vltimo relicti pars † caduca eſt, quando poſt mortem teſtatoris defecta ſit, vel repudiatione hęredis, vel legatarij, vel morte, pendente conditione relicti.gloſſ. fin.in dict.§.& cum triplici.& §. ſin autem ſub conditione.in dict.l.prima.de cad. toll. & §. ſi eadem res. Inſtit. de lega. vel etiam repudiatione tacita eius, qui conſequi poterat partem ipſa vacantem. per. l. 3. in fin. cum duabus l. ſequentibus.ff.de bon.poſſ. tradit gloſ. in ver. omittentibus.in d.l.1. quando non pet.par.vel.deficiente conditione, l.hęc ſcriptura.§.primo.de condi. & demonſtr. & de his modis inducendę caducitatis eſt gloſ. in l. ſi ab eo. ff. de vſufruct. leg. & tradit Bald. in d. l. 1. colum. 4. ver. quartę quęſtioni. quando non pet. par. quod ius accreſcendi non procedit, niſi ex triplici capite.ſ.pro non ſcripto, quaſi caduco, & verè caduco, vt ibi per eum, & in d.§. & cum triplici. declarantem, & adducentem de his tribus capitibus congruas rationes, & pet Rip.in dict.l. re coniuncti.colum.3.num. 11. adducentem ſolam declarationem, Cęp.in cau.58. vbi habemus tam aptas declarationes per tex. & gloſſ. & Bald. in locis allega. & per Crot. in dict. l. re coniuncti num.98.

7 Alterum, & ſecundum reſpiciendo. ſ. † partem vacantem, & eum, cui relicta eſt, cęteris coniunctum eſſe intelligitur triplici modo, aut re tantum, aut re & verbis tantum, per tex.in l.triplici. de verb. ſignific. & ibi exempla ponuntur, & per Alcia.ibidem & tex.in dict.l. re coniuncti, & in d.l.1.§.his ita diffinitis.de cad.toll.& ibi Bal. tractat de duplici coniunctione Legis & hominis Legis, quando plures perſonę ſimul ſuccedunt in locum patris: vt §. cum filius. inſtit. de hęred. quę ab inteſta. de f. & quando ius vnius perſonę deſcendit in plures: vt l.Procul.de leg.2.& l. ſi ex pluribus.ff. de ſuis & legit. hęred. & latius explicat Bartol. in d. l. re coniuncti.num. 17. & quòd dicantur coniuncti verbis tantum, vt ibi nu.18.per eum.

Hominis coniunctio (de qua agitur) eſt illa, quę ſit tripliciter, vt dixi per d.l.triplici.licet Bal. dicat dupliciter habendo pro vno coniunctione vna modo vel re,
8 vel verbis coniunctum, & pro altera duplici modo, re, & verbis coniunctum. † Re autem ſit coniunctio, quando pluribus, & diſiunctis verbis diſpoſitiuis abſque partium expreſſione, pluribus eadem res relinquitur, exempla ponuntur, vt dixi, in dict. l. triplici. & d. l. re coniuncti.& in l. ſi Fortidianum.C.de lega. & in dict.§. Si eadē res.inſt.de leg.& per Bal. Saly.& Caſt.& in d.§. his ita diffinitis.& per Bart. in d.l. re coniuncti. num.6. & ibi Rip. num. 29. vſque ad num. 43. vbi & in nu. 43. concludit, & probat, coniunctos re eſſe, quibus eadem res ſeparatim, ſpecialiter, & expreſſe in ſpecie ab eodē hęrede pręſtanda, & ab eodem teſtatore relinquitur, vbi loquitur in legatis, poteſt etiam poni exemplum in inſtitutione hæredum.per l. coniunctim.de leg. 3. & ibi gloſſ.& Salyc. in dict.§.his ita diffinitis.col.1.& Dec. & Crot.in d.l.re coniuncti.num.21.per l.Iulianus.in prin. ff.de hæred.inſtit. ita enim plures ad eandem hæreditatem, vel rem relictam concurrentes ſunt, vt dicantur adinuicem concurſu ſibi partes facere:d.l.coniunctim. & l.interdum.in princ. ff. de hæred.inſtit. & d. l. ſi Fortidianum & Barto. in l. item, quod Sabinus. §. primo. ſupra fin. ff. eo. de hæred. inſti. declarat, re coniunctos eſſe, qui demum vocantur inſolidum ad eandem portionem, ex diſpoſitione expreſſa defuncti.

Verbis coniuncti ſunt, & non re, qui verborum complexu, & ſermone vno coniuncti ſunt per coniunctiuas dictiones, & nomina diſtributiua, & collectiua æqualiter: vt d.l. re coniuncti.& d.l.triplici & d.l.1.§. hoc itaque tam variè.de cad. tol. & exempla ponuntur in d. ll.

& per



& per Bartol.in d.l. re coniuncti.num.11.vſque ad num. 15.& ibi Crot. à num. 27.vſque ad nume.41.& Rip.à n. 44.vſque ad num.53.hoc eſt, quòd verba teſtatoris coniungāt perſonas, & diſtinguant portiones.vt, Ego Titio, & Seio fundum, æquis portionibus. iſti ſunt coniuncti verbis tantum, dicit Bald. in d.§. his ita diffinitis. in 1. col.intellige, quando plura ſubſtantiua copulantur vni verbo principali:Bald.in l.ſi Fortidianum.C.de legat.& eſt text.in dict.l. re coniuncti.

Re denique, & verbis coniuncti dicuntur, qui rei & nominum complexu iunguntur. vt, Titio & Mæuio Stichum lego. Titium & Mæuium hęredes inſtituo:per dict.l. triplici.& d.§.ſi eadem res. probat Bartol.in d. l. re cōiuncti.num.16.& ibi Rip.num.4.ſub tali exemplo ita dicit, & latè defendit, eſſe commu.opin.ad num.54. vſq; ad num.57.& probat Cag.in d.l.1.ſub vlt.no.quando non pet.par.attendendum quoque eſt, quòd iuncti re, & verbis dicuntur per nomen collectiuum ex commun.opin.atteſtata per Iaſo. in l.huiuſmodi. §. quibus. ad fin.de leg.1.

Duobus his itaque principaliter inſpectis, & de por-
9 tione vocante, & de coniunctione, † illatio fit ad ius ipſum accreſcendi, quomodo procedat, & in hæreditatibus, & in legatis, & in fideicommiſſis, retento principali inſtituto noſtro hic, non ingurgitando materiam ipſam iuris accreſcendi:namq; ius accreſcēdi, vt locum habeat, requiritur, quòd adſit pars vacans, & quòd adſit alia portio coniuncta, cui vacans accreſcere valeat, nouiſſimè ponit Vaſq. in tract. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2.in præfa.nu.71.72.& debet eſſe vacās ipſo iure, & non ope.exceptionis:quia ceſſaret ius accreſcendi, per gloſ. in verſ.iuraſſet.in l.ſi duo patroni.in princ.ff. de iureiur. & ibi Bartol. in primo not. no. & dicit eſſe mirabile, & alij ſequuntur, & firmat Corn.in conſil.309.col.2.in fin. verſ.& quando portio lib.1. & Ang.Are.in tract.de teſt. in gloſ.42.col.1.ante nu.4.& Iaſo.in l.ſi duobus.in prin. de lega.1.& Rip.in dict.l.re coniuncti.nume.176.

Aliud quoque in propoſita materia inſpiciendum eſt, quòd vnum dicitur ius accreſcendi, competens coniunctis tantum verbis: alterum, ius non decreſcendi, cōpetens coniunctis re, vel re & verbis:Cyn. in l.ſi plures.col.3.in 2.quæſt. C. de condit.inſer.& Bartol. in d.l. re coniuncti.num.20.vſque ad num.24.

10 In hæredū † inſtitutione locum habet ius accreſcendi non ſolùm pro cohæredibus iunctis, vt l.liber homo. §. ſi quis. & l. ſi quis hæredes.ff.de hęred. inſtitut. & l. qui ex duabus.§.fina.de acquir.hæred.Bald.conſil. 88. ſuper primo.in princip.lib.5.& Pariſ. conſilio.44.num. 2.lib.3.ſed etiam pro hæredibus diſiunctis, & ſeparatis à priuato teſtatore inſtitutis: per l. hæredes ſine partibus. de hæred. inſtit. tradit Bartol. in d. l. reconiuncti.ſub nume.25. adducta ratione, ne teſtator decedat pro parte inteſtatus: latè ibidem probat Ripa num. 76.cum ſequent.& numero 82.& 83. adducendo, hanc concluſionem fallentiam pati in teſtamento militis, qui poteſt decedere pro parte inteſtatus: per l.ſi duob. ff.de mil.teſt.& etiam in teſtamento priuati in caſibus, in quibus ſic poteſt decedere pro parte inteſtatus, vt ibi per eum.& per Dec.in l.ius noſtrum ſub num.7.de Regu.iur.exprimentem in teſtamento inter liberos, & in cauſa pia, allegando Bart.Alexand. & Abba. in locis ibi citatis addo Bald.in l.ſenium.in fin.C.qui teſta. fac.poſ. firmantem, ius accreſcendi non habere locū de pia cauſa ad non piam, cum propria cauſa ſit diſpenſatio, quæ non recipit ius accreſcendi, ne multiplicetur inconueniens. & Crot. in d. l. re coniuncti. nume. 161. & Deci. in dict. l.ius noſtrum. ponit tres alias fallentias q; quid poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere.ſ.non à principio, ſed ex pòſt facto, per l.circa ff.de inoff.teſtam.& ſtatuto ſic diſponente, vt per Ange. Imol.& Alexan.in l.moribus.in princ.de vulg. & pupil. & in prohibito per Legem communem vel municipalem totum relinquere, vt per Bart. in l. 1. C.de ſecun. nupt. & has fallentias corroborat, & firmat Cagnol.in d.l.ius noſtrum.præter vltimam, eò, quòd procedat ſic ex diſpoſitione Legis vltra quantitatem relinqui permiſſam concedi venientibus ab inteſtato, per l.expreſſis.& non iure accreſcendi intellecto per Dec.

Hac enim ratione, ne pro parte teſtatus, &c.ductum
11 † eſt ius accreſcendi:vt not.Gloſſ.in l.ſi ſeruus communis ab extero.ff. de acquir.hæred.Bald. in l. Celſus.in fi. de legat.2. & pulchrè in l.1. C. de inde. vidui. toll. quia cauſa teſtati etiam inuito teſtatore trahit ad ſe cauſam inteſtati author. Dyn. & Cyn. probat idem Bald. in l. hæreditas, ſupra fin.ff. de hæred.inſtit.ponunt Dec.in d. l. ius noſtrum.nume. 2. & Cagno. ſub num.5. atteſtans, ſic communiter approbari, & rub.num.8. quando non pet.par. Vnde tale ius accreſcendi per teſtatorem in inſtitutione, vel ſubſtitutione directa non poteſt prohiberi; Cur.Sen.conſilio 75. columna ſecunda, eſt commun. opin. vt poſui ſuprà lib. præced. interpret. 2. dubit.2.verſic. 29. teſtator non poteſt etiam prohiberi per ipſos hæredes, quia eis in vitis accreſcit, vt ſonant verba text.in d.l.qui ex duobus.in fi. de acquir. hæredit. & in dict.l.prima. §. his ita diffinitis. de cad. tollen. ratione abſurditatis ibi in text. aſſignata, cum ſit abſurdum, eiuſdem hæreditatis partem quidem agnoſcere, partem reſpuere, intelligendo, vt per Bartol. in d.l. re coniuncti. numero 53. & ibi per alios, ita, quòd filius hæres inſtitutus non poteſt acceptare, & retinere legitimam, & repudiare reſiduum hæreditatis: Deci. in dict.l.ius noſtrum.num. 5.& dicit com. in l. hęres inſtituta. numero 5. C. de impub. & al.ſubſtit. niſi haberet vulgarem ſubſtitutum, ac ita eſſet legatis grauatus:Couar.in cap.Raynutius, in ſuo §. fin. ad fin. de teſtam. & Bero. conſilio 24. numero 6. lib. ſecundo, & pariter ius tale procedit, & inter inſtitutos, & inter ſubſtitutos: d. §. his ita diffinitis. ſiue quando de ſeipſo ad ſe ipſum accreſcat, per l. primam. §. ſi ex fundo. ff. de hęred inſtit. Capra. conſilio 75. numero 16. & Fulg. conſilio 102. columna ſecunda, trahendo vniuerſum, & per Aym.conſilio 62. columna ſecunda, numero 5. Goz. conſilio 21. numero 8. ſiue quando de alio ad ſe accreſcit, dicit Bald.in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. de vulgar. & pupil. & per Imol. in dict. §. ſi ex fundo. columna.3.& ſequen.in 5. fallen. vbi intelligit, ſubſtitutionem in re certa factam, per verbū, Subſtituo.per ius accreſcendi ad ſe non trahere vniuerſum: per l.cogi. §. & generaliter.ff. ad Trebell. pro commun. opin.Dyn. per alios ſecuta firmat Roman. conſilio 58. in princ. ex inſtitutione rei certæ etiam datę in vita per teſtatorem, vt puta inſtituentem filias in dotibus eiſdem datis, moriente hęrede vniuerſali, ante aditam hęreditatem, vel eam repudiante, filiabus ipſis, vel earum hæredibus, accreſcit hęreditas: probat Paul.de Caſt. conſilio 86. Dubitatio vertitur. columna prima. numero 3. 4. libr. primo, ſequitur Rip. in dict. l. re coniuncti. numero ſexageſimo nono & per Iaſo.in conſilio 72.in fin. lib.3.

13 Vbi autem † contentio fuerit inter plures hęredes de prelatione ad partem deficientem, ſi omnes fuerint diſiuncti à parte deficiente, iure accreſcendi ad eam pro hęreditaria parte admittuntur omnes. dict. §. his ita diffinitis. vbi diſiuncti appellantur, qui ſunt tantum re coniuncti, vt ibi per gloſſ.& doct.& clarior. text. eſt in l.hęredes, & ibi Bartol.& Imol.& Angel.in l.ſi liber homo.§. cum quis.ff. de hęred. inſtitut. vbi in d. l. hæredes, Bald. Ang. & Imol. dicunt habere locum ius accreſcendi ſine aliqua coniunctione in hæreditatibus, directè relictis, ne teſtator inueniatur pro parte teſta-



tus,

tus, & pro parte inteſtatus, ſi vero parti deficienti fuerint coniuncti, aut re tantum, & neuter ad inuicem præfertur. l. Mæuio. de legat. ſecundò. aut verbis, & præfertur cōiunctus nomine appellatiuo, vt hoc exemplo, inſtituo hæredem Titium & filios mei fratris, ſi pars vnius ex filijs fratris deficiat accreſcit cohæredibus filijs fratris, & non Titio, per l. ſi quis Titio. de vſufruct. accreſcen. tradit Bartol. in d. l. re coniuncti. numero vigeſimonono. & ibi Ripa à numero 102. vſque ad numerum 110. de collatiue coniunctis, aut re, & verbis coniunctus, & præfertur vno modo coniuncto, text. in d. l. re coniuncti. & dicto §. his ita diffinitis. verſic. ſi vero, & d. l. hæredes. & l. cohæredi. §. qui diſcretas. de vulgar. & pupilla. aut vnus re, & alter verbis coniunctus & ſimul admittuntur, ſecundum opin. Ioan. & Azo. approbatam per Bartol. in dict. l. re coniuncti. numero 32. & Gloſſ. fin. in l. prima. in fin. de vſufruct. accreſcen. in hæredibus videtur text. in dict. §. his ita verſic. ſin autem ex his, ibi, ſed ad omnes tam diſiunctos quàm coniunctos ſimiliter cum ſuo onere pro parte hæreditatis perueniat. & iſta opin. Io. & Azo. eſt communiter approbata, dicit Crot. in dict. l. re coniuncti. nume. 47. altercatio vero opinionum inter iſtos vnum re, & alterum verbis coniunctos, de quibus per Ripam in d. l. re coniuncti. num. 26. & num. 114. militat in legatis, & non in hæreditatibus directe relictis, vt ex dict. §. his ita. & ex d. l. hæredes. & ibi not. per doct. liquere poteſt.

14 Pari autem † coniunctione iuncti concurrunt in re accreſcendi, Ripa in dict. l. re coniuncti. numero 101. licet cum ſuo grauamine partem deficientem cohæredum portioni accreſcere dicat text. in dict. §. his ita diffinitis, tamen videndæ ſunt plures declarationes ad hoc traditæ per Bartol. in dict. l. re coniuncti. num. 54. & Saly. in dict. l. prima. §. ſin autem diſiunctim. colum. penul. verſic. his ſic declaratis. & Rip. in dict. l. re coniuncti. à nume. 190. vſque ad num. 196. Item pars deficiens accreſcit coniunctis pro portionibus hæreditarijs: dicto §. his ita diffinitis. & l. ſi plures. de vulga. & pupil. & diuerſimodè inter cohæredes, & inter extraneos ſubſtit. l. qui cū plures. & ibi Bald. & Pau. de Caſtr. ff. eo.

In legatis, & fideicommiſſis particularibus ſimiliter ius accreſcendi locum habere, certi iuris eſt: per d. l.
15 1. §. vbi autem legatarij. & l. ſi duobus. §. 1. de lega. 1. & l. Mæuio. in princip. de lega. 2. & Bart. & alij in dict. l. re coniuncti & Dec. conſilio 562. & eadem ratio & coniunctionis. & prælationis habetur, prout ſuprà in hæreditatibus dictum eſt, in aliquibus autem differunt ab hæreditatibus, quia in legatarijs ius accreſcendi non competit niſi volentibus, dicto §. vbi autem legatarijs, & ſine onere in caducitate pro non ſcripto niſi raro. per text. & Gloſſ. in d. l. prima. §. in primo. & Bartol. in d. l. re coniuncti numero 54. & Rip. numero 190. ex ſententia aliorum adducit rationem, quia legata non habent perſonam veram neque fictam in qua fundentur, ideo onus etiam habetur pro non ſcripto, non ſic eſt in hæreditate in qua eſt perſona ficta. i. hęreditas iacens, quæ repręſentat perſonam defuncti, ſuper impugnatione huius rationis aliter non inſiſtam, attentis legum
16 deciſionib. ſic dictantibus † & in coniunctis re tantum ius accreſcendi locum habens per viam nō decreſcendi datur ſine onere, d. l. prima. §. ſin autem ad deficientis. Angel. Aret. in §. ſi eadem res. in fin. inſtit. de lega. Rip. dict. l. re coniuncti numero 193. vbi in numero 194. ſubiungit, non ita eſſe in coniunctis re, & verbis, ob culpam repetentem onus adiectum perſonæ vni in perſona omnium, & ſic eſſe commun. opin. & ſicut ius accreſcendi datur legatario, vel fideicommiſſario, etiā vniuerſali volenti, & non inuito, vt datur hęredibus directis inuitis, vt dictum eſt, ita inter legatarios, vel fideicommiſſarios poteſt per teſtatorem expreſſè, & tacitè prohiberi. l. dominus. de vſufruct. & l. Lucius. §. quæ habebat. ad Trebel. firmat Bald. in dict. l. prima. columna 8. verſic. nōnne. q. 1. nume. 231. quando non pet. par. ibi in rub. Cagno. in fin. & Rip. in dict. l. re coniuncti. numero 133. & Crot. numero 52. & hunc caſum apud doctores nullam habere difficultatem, dicit Clar. in ſuo §. teſtamentum. in quæſt. 74. & poteſt per legatarium vel fideicommiſſarium renuntiari. Bald. in d. l. prima. numero 24. quod verum eſt in iure accreſcendi, ſecus eſt in iure non decreſcendi quod pertinet ad re coniunctos, quia iſti vti inſolidum rei aſſignatæ non poſſunt partem velle, & partem nolle. l. neminem. de lega. ſecundo. Bartol. in dict. l. re coniuncti numero 51. tacitè autem prohiberi per teſtatorem intelligendum eſt, vbi ex coniecturis euidens eſſet voluntas defuncti in contrarium, per not. in l. licet, tradit Cuma. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. in prima lectura. col. 1. in fin. de leg. 1.

17 Reperitur quandoque, & vulgares reſponderent contrarium, quòd fundus iure legati relictus eſt pluribus, & ei qui ſolus eſt inſtitutus hæres, à quo ſibi ipſi cum non valeat legatum, ſua quidem portio accreſcit legatarijs cæteris, ad quos ita totus fundus pertinet. l. plane vbi. §. ſi duobus de leg. primo, & ibi Pa. de Caſt. dicit no. diligenter iſtum caſum, quia frequenter contingit & procedit ex imperitia notariorum, quia teſtatores relinquunt legata alicui cum alio adiuncto, & poſtea inſtituunt eum hæredem, ſi quæratur quantum habebit coniunctus, recurre (inquit ipſe) ad iſtum text. & ibi dicta per eum, & per Bald. in conſilio 23. ſuper alio lib. ſecundo. Sed iſte, & ſequens caſus intelligi debet poſt aditam hæreditatem per talem hæredem, & collegatarium, quia dum pendet tempus repudiandi hæreditatem, & tanto magis cum fuerit repudiata, vel mortuus fuerit hæres collegatarius non adita hæreditate, in totum valet ipſum legatum, vt l. qui filiabus §. fin. & l. ſeq. & ibi not. *Bal.* Caſtren. Alexan. & Iaſo. intellige niſi in tali le*gato eſſet* datus ſubſtitutus quia ipſe haberet legatum per l. primam. §. in primo. & §. ſeq. de caduc. tollen. tradit Bald. conſilio 154 Quędam mulier. nume. 1. lib. 5. ſequitur Gabriel. Eugub. conſil. 114. nume. 3. Si vero idem collegatarius cum alijs inſtitutus eſt, pro ſua portionè à ſe relicta legatum accreſcit coniunctis, pro portionibus à cohæredibus relictis ipſi collegatario, & cohæredi, concurrit ipſe cum alijs legatarijs. l. legatum eſt delibatio. §. hæredi. & ibi Gloſſ. & Docto. eo. ponunt, exemplum legati facti duobus extraneis, & hęredi pro dimidia cum alio, quòd legatarij rei legatę habēt quinque partes, quarum tres ſuo iure legati percipiunt, & duas iure accreſcēdi ab hęrede collegatario, & ipſe hęres à cohærede accipit ſextam partem, & pro numero perſonarum legatariorum, & portionū hęreditariarum fit partitio inter legatarios, nō hæredes, & hęredes, quatenus enim relinquitur hæredi à ſeipſo non valet & coniunctis accreſcit, dicto §. ſi duobus. & dicto §. hęredi, & ibi Barto. Bald. Caſtren. & alij, hoc autem procedere, intelligunt Bartol. Ange. & Pau. & Alexan. in d. §. ſi duobus. & Bartol. & Alexand. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. eod. & Pau. de Caſt. in dicto §. hęredi. in re legata hęreditaria, & in coniunctis re, vel re, & verbis, in quibus habet locum ius non decreſcendi, non vero in coniunctis tantum verbis, quia legatarius iſto caſu non poſſet petere niſi partem ſuam, & hęres ſuam partem poſſet retinere, vt ius hæreditarium, & hæc videtur fuiſſe opin. Rug. in dicto §. hæredi. vt ibi etiam per Angel. qui dicit cogita pro reſponſo, ita quòd poteſt dici Angel. nō ſe firmare pro hac opin. licet per Cuma. & per Alex. in dicto §. ſi duobus. dicatur eum ſimpliciter d. opin. ſequi.



ſequi. ſed Cuma. ipſe in dicto §. ſi duobus & in dicto §. ſi Titio, contrarium teneat, quòd imò vel in re extranei, vel propria teſtatoris, vel in quantitate ſit factum legatum hæredi, & alteri ex errore iuris inutile in perſona hæredis, non impeditur ius accreſcendi, & quod Bartol. dixit circa dictum §. ſi duobus eſt omnino impertinens, idem contra Bartol. tenet hoc Imol. in d. §. ſi duobus. in fin. & in dict. §. ſi Titio. intelligendo dictum §. ſi duobus. etiam ſi quantitas, vel corpus non hæreditarium legatur, vel ſit coniunctio verbis tantum procedit ille text. cum indiſtinctè loquatur, & indifferenter ſtat ratio, etiam pro coniuncto verbis, per dict. l. re coniuncti. & hanc opi. Imol. ſibi magis placere dicit, & probat Aret. in dict. §. ſi duobus. in prima colum. & ibidem Iaſo. in ſecunda columna dicit quòd Cuma. & Imo. bene reprobant, d. opin. ſeu limit. Bart. & ita eſſe tenendum ſubiungendo & Crot. ibidem numero 65. in dict. l. re coniuncti. fortiore ratione, quòd ſi ex caduco, vel quaſi, quod habuit aliquod principium validitatis, accreſcit coniuncto verbis tantum: per l. ſi duobus §. fin. de leg. primo, quātò fortiùs debet accreſcere in caſu iſto legati pro non ſcripti, quòd à principio aliquam validitatem non habet.

Quid tenendum in actu practico? Abſque vlteriori diſcuſſione rationum hinc inde adductarum breuitatis gratia, credo opin. Cuma. Imol. Aret. & Iaſo. conuenire menti, & rigori legis, opin. verò Bartol. Angel. Caſtren. & Alexand. magis conuenire menti teſtatoris aſſignanti portiones ſuas rei legatæ hæredi, & legatario, vt ſit in coniunctis verbis tantum, per d. l. re coniuncti. ideo hanc Bartol. & ſequacium opin. tenendam eſſe, & aliàs durum eſſet contra ſtimulum in iudicando calcitrare, fatetur ipſe Cuma. in dicto §. ſi duobus. columna ſecunda. ſi tunc non habeat niſi Cuma. contradicentem, & modo habeat Imol. Aret. & Iaſo. contradicentes, nihilominus & tunc Angel. & nunc Caſtren. & Alexand. probantes, & ſequentes eum habent, ita quòd, & modo poſſumus dicere in iudicando eſſe durum contra ſtimulum calcitrare recedendo à d. opin. Bartol. quæ magis tenenda videtur, quia eſt conſona voluntati teſtatoris, quòd legatarius non habeat niſi portionem ſibi aſſignatam, & quia in dubio pro hærede contra legatarium eſt iudicandum l. ſi ita ſcriptum. & l. quod in rerum. §. primo. de leg. primo. cum ſimil. & in tantum præſumitur voluntas teſtatoris in quantum poteſt valide diſponere, per mę alleg. ſupra in præceden. lib. interpr. 2. dubit. 2. in princip. huic rationi videtur aſſentire Bald. in dicto §. ſi Titio. dum tenet eum, qui non admittitur, ſed admitti ſperatur, facere partem in iure accreſcendi, ſed non in iure decreſcendi per not. in lib. ſecundo. ſi pars hæredit. pet. quod eſt idem dicere quòd habet locum in coniunctis verbis tantùm, & non re, vel re, & verbis in quibus habet locum ius non decreſcendi, & ius accreſcendi in coniuncto verbis tantum, vt ſæpe doct. dicunt in d. l. re coniuncti. & ita tenet Bero. conſilio 159. num. 26. 27. lib. 2.

De legatis autem factis per parentes filiabus vel neptibus pluribus pro earum dotibus, aut quando nupſerint, aliqua earum decedēte antequam nubat, vel renunciante ſuam portionem, quomodo inter eas ius accreſcendi 18. locum cum habere poſſit, frequenter dubitari contingit, huius enim dubitationis reſponſio, & ſolutio habetur, & fieri poteſt diuerſimodè, prout huiuſmodi relictorum diuerſa verborum conceptio, & forma demonſtrat, diſiungendo, vel coniungendo legatarios.

Aut igitur, ſi dicatur relinquo Luciæ, Solomeæ & Catarinæ filiabus vel neptibus meis, mille ſingulis earum, vel cuilibet earum, vel pro dote cuilibet earum, & quando nupſerint, & decedat aliqua antequam nubat, tunc quidem portio decedentis, ſuperſtitibus accreſcere non poteſt, ſed remanere debet penes hæredem grauatū, quia omnino adeſt diſiūctio rei per diſtributiuum nomen ſingulis, vel cuilibet vt eſt commun. doctr. Bartol. Bald. Cuma. Caſtren. Alexand. Iaſ. in d. l. huiuſmodi. §. quibus, de leg. primo vbi idem inferunt. tenendum eſſe quando vna res pro diuiſa legata eſt pluribus: vt puta relinquo fundum Titio pro dimidia à parte inferiori vſque ad tale ſignum, & Mæuio pro altera dimidia, à parte ſuperiori, à tali dicto ſigno vſque ad viam publicam, quòd pars aliqua iſtorum deficiens non accreſcit alteri propter dictam ipſius fundi ſeparationem & omnimodam coniunctionem ceſſantem, per tex. in d. §. quib. & in l. pen. de vſufruct. accreſcen. & Caſtren. conſ. 406. ſuper primo lib. 2. & ad primam quæſt. per Rip. in d. l. re coniuncti. num. 70.

Aut ſi dicatur relinquo filiabus, vel neptibus meis mille etiam quòd vna deficiat in ſolidum, mille ſuperſtitibus debentur per text. in l. qui quartam. §. fin. de lęga. primo, tenet Alexan. in l. qui filiabus. §. primo. eo. tit. & quia per nomen collectiuum filiæ, re, & verbis & coniunctæ ſunt, Bartol. in d. l. re coniuncti. nume. 16. in fin. per plura probat Alexand. conſil. 109. col. 2. num. 3. & ſequ. lib. 2.

Aut ſi poſt mortem hæredis decedentis ſine filijs maſculis relinquatur filiabus mille in bonis ſtabilibus, in reliquis frater teſtatoris ſubſtituatur euenięte caſu ſubſtitutionis fratre ſubſtituto repudiante, vel pręmoriente, & ſubſtitutione ſua effecta caduca, vel quaſi an reliqua accreſcant filiabus, in ſpecie ponit quæſtionem, & determinat non accreſcere, ſed pertinere ad hæredes grauati, ex ſententia aliorum Ripa in dict. l. re coniuncti numero 72. ea ratione quòd filiæ ſint à fratre ſubſtituto diſiunctę omni reali diſiunctione, quam affirmo, quia mille relicta in bonis ſtabilibus, ipſis filiabus ſunt in obligatione, & bona ſunt in ſolutione, per text. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit 10. in mille. ff. de ſoluti. arguendo de contractibus ad vltimas voluntates. l. ſeruum filij. §. eum qui. de leg. 1. & ſic ex diuerſitate rerum videtur diſiunctio. dict. l. huiuſmodi. §. quibus.

Si vero eodem themate retento, filiabus relinquātur tot vel tanta bona quæ valeant mille, in reliquo frater ſubſtituatur, quia iſto caſu bona ſic relicta filiabus dicerentur eſſe in obligatione, & rerum partes eſſe relictas. l. non amplius. §. cum bonorum. de leg. 1. & ibi Doct. & reliquum, in quo frater eſt ſubſtitutus, continet totum, l. ſecunda. C. de hęred. inſtit. & pars eſt in toto poſtea relicto. l. cum quęſtio. C. de lega. videtur ergo coniunctio realis inter filias, & fratrem ſubſtitutum, Bartol. in dict. l. re coniuncti. ſub nume. decimo & ius accreſcendi habere locū l. hęc ſcriptura. § fi. & l. ſi ſeparatim. de cond. & demonſt.

Aut ſi dicatur: Relinquo filiabus, vel neptibus meis cenſum quē habeo cum tali, vel tot loca cum ſuis augmentis, quę habeo in comperis ſancti Georgij de Genua, vel impreſtita ſuper Zecha Venetiarum, vel poſita in monte Florentię pro eis maritandis, vna interim decedente, eius portionem ex iure accreſcendi inducto, ex nomine appellatiuo filiabus vel neptibus, & ex charitate perſonarum, & pietate dotis augendę: quia quę meliorem dotem habet, meliùs, & citius nubit, ſuperſtitibus accreſcere, ex facto reſpondit Bald. conſi. 174. Faccinus vendidit. lib. 1. & probat Angel. in l. dominus. §. 1. ff. de vſufruct.

Si quidem ex his aliqua ante acceptationem ſuę partis relicti repudiauerit, accreſcit ſua portio alijs ſororibus, vbi iuri accreſcendi poteſt eſſe locus. Paul. de Caſt. in l. ſi actionem. C. de pact. & poſt acceptationem aliquid pro portione accipiendo cum renunciat ſuę portioni, hęc aliter non accreſcit ſororibus. Bald. & alij

 in l.

in l. duobus. de leg. primo. ſed pertinet ad eum cui facta eſt renunciatio, & cuius contemplatione facta eſt, Bald. & Caſtren. & alij in d. l. ſi actionem. & late proſequitur Alexan. conſilio 149. colum. ſecunda. & ſeq. lib. 7. & Crot. in d. l. re coniuncti. numero. 157. Bald. conſilio 437. numero ſecundo. & ſeq. lib. primo. & Aym. conſilio 288. colum. 2.

19 In fideicommiſſis † & ſubſtitutionibus vniuerſalibus eadem ratione coniunctionis, & voluntate teſtatoris, & tacita illa ſubſtitutione, per l. ſi Titio, & Mæuio. §. primo de lega. primo. Ius quoque accreſcendi locum habere non ambigui iuris eſſet inter plures fideicommiſſarios, ſicut habere inter plures legatarios particulares ſupra dictum eſt, niſi adeſſet aſſertio contraria, practi. Papien. in for. libel. quo agi. ex ſubſti. in gloſſ. fin. in princip. quòd in ſubſtitutione fideicommiſſaria ceſſat ius accreſcendi, quia hærede directò iam exiſtente in fideicommiſſo, ceſſat defectus hæredis, & cauſę inteſtati, per reg. ius noſtrum, de Reg. Iur. Sed reſpondetur, Hanc rationem non militare, quia verum eſt, ius accreſcendi ſibi locum vendicare inter plures fideicommiſſarios vniuerſales ex præmiſſa ratione coniunctionis re, vel verbis, vel re, & verbis, & non ex ratione dictæ regulæ, ne teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat, ſicut dicitur in inſtitutionibus & ſubſtitutionibus directis, in quibus iuri accreſcendi locus eſt, etiam inter omnino diſiunctos: dict. l. hæredes. ff. de hæred. inſtitut. & ibi propriè Bald. Angel. & Imol. declarant, abſque aliqua coniunctione ius accreſcendi procedere in hæreditatibus directè, & non per fideicommiſſum, & ſic non in legatis, & fideicommiſſis, etiam vniuerſalibus: idem declarat Paul. de Caſtr. in l. Lucius. §. quæ habebat. ad Trebel. mirumq́; eſt per Papien. fuiſſe pro illa ſua aſſertione alleg. gloſ. & Cyn. in d. l. prima. his ita. de cad. tollen. & l. ſi ex pluribus. de ſuis & legi. & l. ſed ſi plures. in princ. de vulg. & pupill. & l. ſubſtititutio. de acquir. re. dom. quia loquuntur de conditionalibus ſubſtitutionibus non tranſmittendis ad hæredes, vt bene ius accreſcendi tranſmittitur. Satis ergo certi iuris eſt, fideicommiſſis vniuerſalibus inter coniunctos ad partem deficientem morte vel repudiatione vnius fideicommiſſarij, vel defectu conditionis non impletæ ius ipſum accreſcendi locum habere, vt tenet Bartol. in conſilio 53. Picaredus. Gloſſ. & ibi Abb. numero 22. in cap. Raynaldus. de teſtam. & Paul. de Caſtr. in dict. l. Lucius. §. quæ habebat. ad Fin. Cur. Iun. conſilio 83. colum. penul. nume. 14. Iaſo. in dict. l. re coniuncti. char. pen. verſic. octauus no. caſus eſt. & ibi Ripa nume. 179. Io. Ant. Alex. conſi. 42. nume. 2. & conſil. 62. colum. penult. & Hier. Cagno. in rub. ſub numero. 54. quando non pet. part. Aymo conſilio 316. in princip. & Couar. in d. cap. Raynaldus. in ſuo §. primo. ad nume. 4. & Bero. conſilio. 72. num. 1. lib. 2. vbi num. 5. adducit fallentiam, niſi poſt coniunctionem ſequatur reſtrictio, ſeu limitatio aliqua portionum, eadem de iure accreſcendi in fideicommiſſo allegat in conſil. 74. nume. 14. lib. ſecundo, & intelligit, non habere locum in diſiunctis: Seb. Sap. in repet. l. teſtamento. ſub num. 4. C. de impub. & alijs ſubſtit. & declàra, vt per Hier. Zanch. in repet. §. cum ita num. 364. l. hęredes mei. ad Trebel. Tiber. Decia. conſ. 40. lib. 1.

In his memores nos eſſe oportet, cum aliquid dubij vel certum quid contigerit eſſe circa portionem illam, cui vacans portio accreſcit eiuſdem gradus, naturæ, qualitatis, & vinculi, ius ſequi portionem hanc, quæ accreuerit, quod in ſe habet illa, cui demum accreſcit. l. ſi in teſtamento. de vulg. & pupil. & ibi Bart. Bald. Imol. Caſtren. & Iaſo. no. & l. inter. §. cum inter. cum ſig. ibi in gloſ. in verſ. ſeparabitur. ff. de pact. dot. Alexand. conſ. 20. col. ſecũda. in fi. verſic. ſecundò probatur. lib. primo & Deci. in l. 1. col. 3. ſup. nume. 6. quando non pet. par. in prima lectura. & ibi Hier. Cagn. in rub. ſub num. 39. & ſeq. Bald. Iaſo. & Socin. in l. ſi mihi. in princip. de leg. primo. inferentes ad plures quęſtiones deciſas ex nomine iure, & poteſtate, ac diſpoſitione teſtatoris, à quo omne ius vtramque portionem regulans complexiue dependet, per dict. iura, & per l. qui patri. ff. de acquir. hæred. ratio enim fundamentalis eſt: quia portio deficiens velut alluuio accreſcit portioni perſonę, dicit tex. & ibi Bald. & Angel. in l. ſi Titio. §. primo. in fin. ff. de vſufr. & l. ſi totam. & ibi Bartol. Imol. & Aret. de acquir. hæred. ponit. Hier. Cagno. in d. rub. nume. 38. quod dicit, accreſcit portioni perſonæ, poteſt exponi, ad vtilitatem perſonæ: vt per Dec. in d. l. 1. in nouiſ. addi. colum. pen. nume. 38.

21 Ideo ius † accreſcendi, adhærens rei & portioni agnitæ decedente perſona, cuius eſt portio augenda, vel aucta, tranſmittitur ad hæredes eius: l. ſi ex pluribus. ff. de ſu. & legi. cum ſign. ibi gloſſ. Hier. Cag. in d. rubr. num. 39. & Pariſ. conſ. 25. col. 3. num. 12. lib. 2. ſi non ſint elapſi. 30. anni à tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur: Alex. conſ. 86. col. 2. num. 2. lib. 3.

## ¶ *SVMMARIVM.*

1 *Ius tranſmitti ad hæredes, quomodo, & quando procedat, portione vacante, & nullo dato coniuncto, aut ſubſtituto, in ea quæ tranſmiſſione adeſt voluntas ſaltem tacita teſtatoris, & ſit iure ſanguinis in deſcendentes, idemq́ eſt in omni tranſmiſſione, ex Legis diſpoſitione proueniente.*

2 *Ius tranſmiſſionis compræhendit hæredem hæredis vel legatarij, ſi non veniat iudicio teſtatoris principali, & in quo differat ius hoc à iure accreſcendi.*

3 *Ius tranſmittendi quod ſit, & quotuplex, quóve iure ſit introductũ, & an ſubſtitutionem vincat, & quæ ſit tranſmiſſio iure ſanguinis de ea ſuitatis, & ea ex beneficio l. cum antiquioribus. & l. ſi infanti. C. de iure delib. & de ea priuilegij matris contra ſubſtitutum.*

4 *Hæreditas non paterna, delata monacho non tranſmittitur ad monaſterium.*

5 *Subtilitas nimia à Legiſtis non eſt admittenda, & quod bonum ac æquum eſt præferendum.*

6 *Subtilitas tranſmittendi habet locum in hæreditate paterna vel aui paterni, nõ adita per filium vel nepotem, quæ tranſmittitur ad quoſcunque hæredes.*

*Etiam quòd filius eam ignorauerit ſibi delatam, & ſit furioſus, & eſt communis, & infans etiam legitimatus, vel filia monacha duplici ratione, & hoc operante exiſtentia ſui hæredis, & quomodo fiat trãſmiſſio, & qua poteſtate.*

7 *Monaſterium habetur loco filij in hæreditate paterna, non fraterna, hæc non adita per monachum non tranſmittatur ad monaſterium, at illa paterna ſic.*

8 *Ius tranſmittendi facit hæredem alium, qui vulgarem ſubſtitutum excludit, & quando hoc ſit, & quando non fiat tranſmiſſio.*

9 *Ius tranſmittendi ratione ſuitatis non ſolùm procedit, quoad portionem tranſmittentis, ad quoſcunque hæredes ſed etiam portionis filiarum vel neptum quam filius vel nepos conſequi debet vigore ſtatuti fœminas excludentis.*

10 *Filia an excludat amitam à portione matris ex iure tranſmiſſionis fratris eam excludentis ab hæreditate matris, vigore ſtatuti, quod limitatur: dic tamen, vt ibi diffuſius per Auctorem.*

11 *Ius tranſmittendi an fiat ad liberos filiæ, ſaltem reſpectu legitimæ, moriente, excluſa à ſucceſſione parentum per ſtatutum, non tamen perpetuò, ſed temporaliter, quoad, & donec extabant maſculi vel deſcendentes, vbi quod ſic tandem.*





12 *Et an & quando excluſa vt ſupra à ſtatuto ſtantibus maſculis dotata tamen, vel dotanda, antequam dotem conſequatur & nubat, moriens hanc dotem tranſmittat ad ſuos hæredes & ſucceſſores, quod vide fuſius declaratum per quinque concluſiones per Autor. vide verb. filia excluſa à ſtatuto.*

13 *Filia excluſa à ſtatuto ſtantibus maſculis, dotata tamen purè, & non conditionaliter, tranſmittit moriens dotem in ſuos hæredes, ſtante ſtatuto, vt dotata excludatur: ſecùs, ſi ſtatutum à principio ſimpliciter illam excludat à ſucceſſione, vocando maſculos dotẽ ei perſoluendo de quando nupſerit, non enim tranſmittit, cum interim dos ſtet conditionaliter, ſi & quando maritabitur, etiam reſpecta legitimæ.*

14 *Item nec ſit tranſmiſſio per filiam inceptam, quando dos conſtituta ſit loco alimentorum, non loco legitimæ & moriatur ante conditionem nuptiarum.*

15 *Item nec tranſmittitur relictum dotis cum ſit conditionale in caſu ſtatuti ſimpliciter fœminam excludentis mandantis quod debeat ac dotari ſi non fuerit dotata, quod limita tripliciter quia tunc ſit tranſmiſſio, ſicut ſit de legato dotis arbitrio commiſſariorum morientium non arbitrata dote.*

16 *Item nec ſit tranſmiſſio per filiam ad eius hæredes, ſtatuto eam excludente, mandanteq́ dotari ſub conditione aut modo, ſi & quando maritabitur vel monaſterium ingreditur, & moriatur, non ſecuta conditione aut modo, & an legitima tunc cenſeatur ablata, & qua cauſa.*

17 *Fitq́ tranſmiſſio dotis mulieris ad hæredes ſuos & ius petendi eam tranſmittitur, vti pure relictum ſtatuto excludente filiam legitime aliquo modo, vt quod debeat dotari congrue vſque ad legitimam, & quando hoc intelligatur latius, & pulchrè, ibidem habetur.*

18 *Item & tranſmittitur ſtatuto vltra ius conſequendi dotem, mandante eam dote ſtare debere contentam, nec vltra poſſe petere de bonis paternis, maternis, &c. tunc enim loco legitimæ & debetur purè ideoque tranſmittuntur tales dotes, vel aliter diſponentes, vt ibi latius & quæ tranſmittantur vide ibidem, vbi multa perpulchra.*

19 *Filia ingreſſura monaſterium poteſt de congrua dote ſua vſque ad legitimam debita ex ſtatuto contra fratres diſponere, & eam donare matri, ſiue ius ſuum agnouerit ſiue non, ad quoſcunque hæredes id ius tranſmittit, & quare.*

20 *Ius tranſmittendi ſit per fideicommiſſum ad hæredes ſuos mortuo hærede grauato ante reſtitutionem vniuerſalem ei factam, & ante aditam hæreditatem per hæredem grauatam de fideicommiſſo puro vel in dotem certam conſtituto, dummodo dies ceſſerit, licet non venerit ſoluendi.*

*Quod procedit etiam in fideicommiſſo debito per clauſulam codicillarem, vt tranſmittatur peruenientes grauatos ab inteſtato, ibidem.*

*Nec antequam ſit reſtitutum poteſt cedi aut donari alijs, & quæ poſſunt ad hæredes tranſmitti, ſed non cedi, & de eo vniuerſaliter tranſmittendo, ibidem.*

21 *Legatum tranſmittitur ad hæredes, & quid de legato incerto, vide verb. tranſmittendi ſit ad hæredes de legato.*

*Ius tranſmittendi ſit de legato ad hæredes cuius dies ceſſerit morte teſtatoris, vel conditione appoſita impleta, etiam mortuo legatario ante diem ſoluendi legati.*

22 *Idem in inſtituto in re certa vel quantitate certa, nec defenderatur aditio, & idem in legato annuo, & vſufructu certorum prædiorum præſtandi annuatim, quòd tranſmittatur pro primo anno quo deceſſit legatarius, & nota mirabilem caſum ſuper tranſmiſſione huiuſmodi legati.*

23 *Cõditio quæ certa eſt in rerum natura non impedit tranſmiſſionem & minus delationem.*

24 *Ius tranſmittendi legatum ad hæredem requirit cauſam debiti præcedere & illud eſſe dubium inuita legatarij ſi adeatur hæreditas, & quando eius petitio ſuſpendatur, & quòd dubio præſumitur pro tranſmiſſione, cum ſit fauorabilis.*

25 *Ius tranſmittendi procedit etiam in legato incerto ad hæredes, cum eius certitudo ex legatarij electione pendeat, ſicque optio delegato vel aliqua re facienda tranſmittitur, hoc quæ quando ad ſuum commodum electio compellebat, ſecus ſi commodum alienum & ad ius non tranſitorium ad hæredem, & de electione quæ & qualis tranſmittatur.*

26 *Itemq́ tranſmittitur ad hæredem legatum quando quis inter certos eligendus ad hæredem, qui debeat præſtare legatum, ſtatim ab hærede ipſo in mora exiſtente, non electus & moriatur.*

27 *Itémque tranſmittitur hæreditas verbis vel facto aliquo, adita per inſtitutum hæredem vti pure inſtitutum & morientem ante vſufructuarium vniuerſalem in vita, alias ius ipſum deliberandi tranſmittitur, & quando tranſmittatur pupillaris ſubſtitutio ad hæredes & de ratione, quæ hæreditas fratris non adita tranſmittitur per fratrem ſubſtitutum, & de fideicommiſſaria conuerſa ex ſubſtitutione pupillari vnita cum iure accreſcendi & de tranſmiſſione ex ſubſtitutione pupillari per ſuitatem fratris ſubſtituti pupillo, quod declara vt ibi latius. nume. 28.*

29 *Item tranſmittitur ad quoſcunque hæredes ius detrahendi & petendi legitimam & Trebellianicam, & emolumentum in vim modi relictum vti legatum vel fideicommiſſum purum, & an legatum dotis, vide latius verb. legatum dotis.*

30 *Legatum dotis, vltra dotem ſtatutariam, moriente muliere antequam illud conſequatur, an & quando tranſmittatur ad hæredes ipſius, & quando ſit purum & pro puro habetur, ita vt ſit tranſmiſſibile, vel conditionale & non tranſmittatur, vel quando legans ſit de parentibus vel extraneis, qui tenentur vel non relinquere legitimam, & quando reputetur tranſmiſſibile, latiſſime per multa perpulchra dilucidatur, vbi de materia latiſſime.*

31 *Legitima onus aliquod, conditionem, aut modum non continet.*

32 *Legatum pro dote vel cauſa dotis in dubio eſt conditionale & non tranſmiſſibile ad hæredes legatariæ, quod multipliciter cognoſci poteſt, vt ibi, nec eſt neceſſe legatũ eſſe exactum vt tranſmittatur, ſufficit enim in legataria ætatis annorum 12. conditionem purificari per matrimonium per verba de præſenti, licet non fuerit domum traducta.*

33 *Legatum pro maritanda muliere tacite videtur pro dote, cui maxime conuenit quantitas relicta cum ſine dote non maritetur.*

34 *Legata & fideicommiſſa conditionalia ad hæredes non tranſmiſſibilia, conditione pendente tranſmittuntur tamen, ſic teſtatore volente, quod ex coniecturis colligi poteſt, & ex quibus, vide ibidem.*

*Idémque conditione pendente de tranſmiſſione ſubſtitutionis fideicommiſſariæ ſeu vulgaris & directæ dicitur, & quomodo id intelligatur, ibidem.*

*Si fiat, vel non talis tranſmiſſio ex tacita mente teſtatoris.*

*Et veniens iure tranſmiſſionis, venit ex perſona ſubſtituti non propria, vnde repudiat ſicut tranſmittens, & ſuccedit ex vulgari pro eo facta ad excludendum matrem, de hisq́ latius habetur, ibidem.*

35 *Ius tranſmittendi ad hæredes an & quomodo fiat per adultos vel minores morientes antequam agnoſcantur hæreditates illi delatæ, vltra hæreditatem patris vel*

*aui paterni infanti delatam quidve ſi negligentia non exequentium vel teſtatoris vel alterius defectu aditio dilata dicantur, & an vbi non tranſmitterentur hæreditates, an ad hæredes competat & tranſmittatur ius petendi reſtitutionem in integrum, aduerſus aditionem non factam.*

35 *Et an & quando competat reſtitutio hæc in integrum, ex perſona infantis minoris ſeptennio, & quod ipſi detur ſecundum communem, reprobataq́ quadam diſtinctione Part. itémq́ & defenſata, & quòd magis videatur competere hæredi pupilli & adulti ad quem tranſmittitur, modo quæ infra quadriennium petatur, & à quo die & ipſe currere incipiat, ibidem latius: & quando pariter tranſmittatur hoc beneficium reſtitutionis ad hæredes maioris.*

37 *Reſtitutio in integrum per verba legis vel ſtatuti quantuncunque generaliſsima nũquam cenſetur ſublata, niſi de ea fiat ſpecialis mentio, & ex quo titulo concedatur, & quando detur hæredibus minoris pupilli adulti & maioris latius proxime ſup. nume. 36.*

38 *Quadriennium quod datur ad petendum reſtitutionem in integrum quando currere incipiat, & quando non incipiat currere niſi à die ſcientiæ, etiam ſi prius fuerint elapſi centum anni.*

39 *Ius tranſmittitur ad liberos querelandi & dicendi teſtamentum nullum per ſuum, ſcilicet præteritum, an ad quoſcunque hæredes, non eſt certa reſolutio, itémque tranſmittitur remedium bonorum poſſeſsionis contra tabulas, ſimiliter ius querelandi tranſmittunt ad liberos filij decedentes poſt matrem nati ex primo matrimonio.*

*Itémque ad matrem tranſmittitur ius competens filio præterito.*

40 *Ius conferendi ad hæredem tranſmittit ille moriens, cui facienda erat bonorum collatio, tam actiue quàm paſsiue, & de alijs caſibus, ad hæredes tranſmiſsibilibus, & non tranſmiſsibile ad hæredes non fit etiam tranſmiſsibile lata ſententia.*

41 *Itémque tranſmittitur ad hæredes beneficium diui Adriani Poſſeſſorium quorum bonorum, & officium iudicis competens defuncto.*

42 *Itémque & licentia quam quis habet ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate.*

*Et ad ceſsionarium & ceſsionarij hæredes, ibidem.*

*Itémque tranſmittitur ad hæredes ius conditionale ex contractibus competens, non ex vltimis voluntatibus & quando implementum conditionis vel modi ad hæredes tranſeat.*

*Et de hæreditatibus delatis tranſmittendis ad hæredes ſic dictantibus ſtatutis in aliquibus locis, & de intellectu dictorum ſtatutorum, ibidem.*

43 *Ius delatum primi tranſmittendis ſemper eſt tranſmiſsibile ad omnes hæredes ignorantes primi hæredis vti ſemel hæreditariam & tranſmiſsibile effectum, & quando fiat tranſmiſsio lege ſic diſpenſante.*

44 *Legatum ſui natura tranſmiſsibile cedit à morte, & non tranſmiſsibile verò cedit ab adita hæreditate.*

45 *Ius non tranſmittendi ad hæredes quibus caſibus non competat, vide multos enumeratos per authorem, de quibus infra breuiter dicetur, vſque in finem ſolut.*

46 *Ius tranſmittendi non ſit de hæreditate non adita ad hæredem.*

*Item nec ius ſubſtitutionis ad hæredem decedentis ſubſtituti, nec vulgariter, nec pupillariter, nec breuiloque, nec per fideicommiſſum conditionale, & de fideicommiſſo conditionali non tranſmittendo & quando ratione ſuitatis acquiſitæ pupillo tranſmittatur pupillaris hæreditas ad hæredes ſubſtituti, & idem de legato particulari conditionali non tranſmittendo conditione pendente, ibidem.*

47 *Non tranſmittitur ad hæredes legatarij legatum vti conditionale inductum per diem incertum mortis grauati, quæ dies incerta ſemper conditionem facit, ſed tantum paſsiue conditionali legatum vel fideicommiſſum tranſmittitur.*

48 *Item nec filia tranſmittit legatum iure ſui hæredis, cui certa quantitas vel res iure inſtitutionis ſit relicta, dato alio hærede vniuerſali, ſi moriatur antequam legatum agnoſcat.*

49 *Item nec tranſmittitur ad hæredes commodum remunerationis, quod quis ſentire debebat exequendo, vel aliquod miniſterium præſtãdo per tempus aliquod, interim moriens non enim ſunt tranſmiſsibilia quæ perſonæ cohærent, & quæ, vide ibidem.*

50 *Legatum habitationis, vel in mercedem habitationis, vel in doctoratum, vel in militiam quia hæc perſona cohærent, non ſunt tranſmiſsibilia ad hæredes & eſt commun. opin.*

51 *Ius adminiſtrandi conceſſum per teſtatorem primogenito & maiori natu eo moriente maiori natu, non tranſmittitur ad ſuum hæredem.*

*Nec priuilegium competens perſonæ ratione ſuæ qualitatis ibidem.*

*Nec legatum licere cedere lapidem, nec ſimile in factum explicandum per legatarium vti perſonale, ibidem.*

*Nec legatum licentiæ, ibidem.*

*Nec legatum factum computatis & firmatis rationibus cum legatario, eo mortuo non calculatis. ibidem.*

52 *Nec donatio cauſa mortis, moriente donatario ante donatorem, niſi ſit pro hæredibus ſtipulata.*

*Nec legatum dotis & datum filiæ ſpuriæ vti in cauſa alimentorum, cum legatum alimentorum non tranſmittatur.*

53 *Nec legatum vxori factum de alimentis ſi voluerit habitare cum filijs ſuis, & ſi noluerit ei reliquit fundum, & moriatur antequam declarauerit ſe nolle, vel velle morari, & quare & quid vxore vel marito inſtitutis hæredibus in re certa donec vixerit, & legatario ſimpliciter grauato reſtituere poſt mortem hæredi, eo hærede præmortuo res remanet penes legatarium.*

54 *Nec pœna impoſita hæredi nominatim his verbis, ipſis filijs & hæredibus infraſcriptis non ſoluentibus infra biennium, eiſdem morientibus infra biennium & ſi in mora non exiſtentibus.*

*Nec tranſmittitur ad hæredes legatum fundi, neque centum, vt ſi infra menſem non dederit ſoluat centum, legatario mortuo intra mẽſem & de ratione, ibidem, item nec executoris officium, quod quomodo intelligatur. vide ibidem.*

55 *Nec fit tranſmiſsio per pendẽtiam conditionis expreſſe vel tacite ex teſtamẽto comprehenſæ, ſi ſit momentanea quæ vnica vice impletur, non ſi ſit ſucceſsiua, quoad impediẽdam tranſmiſsionem.*

56 *Ius implendi conditionem non tranſit ad hæredem ex parte debentis explere, & quando hoc ſit & intelligatur, maximeq́ in conditione ex diſpoſitione legis.*

*Nec ad hæredem tranſmittitur conditio per maſculum excludentem fœminam per ſtatutum mandans conditionaliter excludi, ſi fuerit dotata, vel vt dotata excludatur.*

*Item nec declaratio voluntatis vel conditionis impletio in legato facto, ſi placebit vxori vel tali & quid de iure implendi modum.*

*Nec tranſmittitur ad hæredes hæreditas materna & omnis alia præter eam quæ ab aſcendentibus paternis obuenit, non adita deficientibus liberis.*

57 *Etiam ſi ſint hæredes aſcendentes, quod fallit vt ibi & declara pariter.*

58 *Nec tranſmittitur ad hæredes dos per filium ſecundi matrimonij per ſtatutum aſsignata, mortua matre in ſecundo*



*cundo matrimonio, alio hærede matris non exiſtente, & eius hæreditate per filium non agnitæ, decedente filio ſine liberis, ſed pertinet ad proximiores hæredes matris ſuperſtites, quod quando procedat, vide ibidem, latius declaratum.*

59 *Nec tranſmittitur ad hæredes legatum hæredi à ſeipſo factum, eo decedente non repudiata hæreditate.*

*Nec quid ſimile dependens ab animo alicuius, vt facultas eligendi, declarandi, ibidem.*

*Nec tranſit ad ſubſtitutum priuilegium prælationis alicui competens ex qualitate ſua perſonæ, ibidem.*

*Nec ad ſucceſſores ius querelandi vel donationem reuocandi, vel alium factum dependentem ab animo & voluntate alicuius eo decedente, & in vita non conquerente, ſicut nec hæredi competit iniuriarum actio, ibidem.*

60 *Nec ad poſteros tranſmittitur querela non præparata competens fratri turpi perſonæ inſtituta.*

*Nec tranſmittit ad hæredes decedens in furore, dementia, & intellectum non habens hæreditatem non paternam ad eum delatam non aditã fingitur enim eam non fuiſſe, & quare.*

61 *Ius tranſmiſsionis in caſibus in quibus locum habere non poteſt, ſublato eo qui tranſmittere potuit hæreditatem, qui extitit proximior priori defuncto, tunc ipſe adeat, petat & conſequatur hæreditatem ad eum ſit etiam modo delatam.*

## ¶SOLVTIO IIII.

HINC autem à iure accreſcendi proxima iuris tranſmittendi mentio me trahit, vt accedam ad portionem vacantem eius, qui in ea nullum coniunctum, nec ſubſti-
1 tutum moriens relinquit: & videam † quomodo & quando ad eius hæredem tranſmittatur, hic etiam progreſſus eſt non longe ſequens inſtitutam viam ad interpretandam defuncti voluntatem vltimam, quia adeſt voluntas teſtatoris ſaltem tacita, & præſumpta, etiam in tranſmiſſione hæreditatis, quæ maxime fit iure ſanguinis in deſcendentes per l. primam. C. de his qui ante apert. tabul. vbi in fin. expreſſum eſt ſic eſſe deſiderium, & inſtitutum aſcendentium teſtatorum, vt tandem ſucceſſio eorum tranſmittatur ad deſcendentes, ac expreſsè Iaſon in conſilio ducenteſimo primo, col. 2. in princip. verſi. & in iſta ſpecie, lib. ſecundo. dicit iſtam tranſmiſſionem fieri de præſumpta voluntate eius, de cuius ſucceſſionis tranſmiſſione agitur cum concord. & de commun. opi. per Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita, num. 1292. ad Trebellia. idem generaliter dicit poteſt de omni tranſmiſſione quæ prouenit ex diſpoſitione legis, quoniam huic conformis eſſe proponitur voluntas defuncti, qui vltimum elogium condendo, cogitaſſe videtur, quod à lege diſponitur cap. primo. §. filia. de ſucceſſ. feu. Barto. & alij in l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad Trebellia. ita in ſpecie adducit Dec. in l. emancipata, colum. 2. num. 15. 16. C. qui admitti. & Aret. in l. ventre. colum. 14. ſub ver. ſecunda ratio eſt. ff. de acqui-
2 ren. hæred. † hæres enim hæredis vel legatarij ſi non venit iudicio teſtatoris principalis, venit tamen iudicio tranſmiſſionis, dicit Bald. in l. ab eo. num. 1. C. de fideicommiſſ. Aut dicit poteſt de tranſmiſſione inquirendum eſſe poſt ius accreſcendi, quia iſto iure prouiſum eſt, vbi hæreditates vel legata fiant caduca, ſed tranſmiſſio conceditur perſonis, in quibus relicta non caduca conſeruantur, ita in C. de cad. tollend. ſtatim ſequitur tit. de his qui ante aper. tab. ſuper tranſmiſſione, vt ibi dicit Azo in ſum. in princ. de qua tamen non multa dicam, cum de ea late ſcribant Bart. Pau. de Caſtr. Imo. & Aret. in l. ventre. ff. de acquir. hæred. Alex. Iaſo. & Dec. in dicta. l. emancipata. Bart. Bald. & alij in l. 3. in l. ſi infanti. & in l. cum antiquioribus. C. de iur. deliber. & in l. prima. de titu. de his qui ante aper. tab. Bald. in l. prima. §. in nouiſſimo, de cadu. tollen. Salyc. in l. apud hoſtes. C. de ſu. & leg. & ex profeſſo multa ſcribit, & diſcutit nouiſſime Vaſq. in tract. de ſucceſſ. progreſſu. lib. primo. §. 6. 7. 8. 9. 10. reuoluendo, & diſcurrendo totam materiam tranſmiſſionum, per alios in
3 locis prædictis tractatam in §. 6. ponit † quæ ſit tranſmiſſio, quotuplex quo iure introducta, an ſubſtitutionem vincat, in §. 7. ordinarias enumerandos, tres ſpecies tranſmiſſionum, vnam ratione ſuitatis, aliam ratione ſanguinis, & aliam tertiam communem beneficio. d. l. cum antiquioribus, alias addit ſpecies tranſmiſſionum vſque ad num. 21. in §. 8. de tranſmiſſione. ex d. l. ſi infanti. & ex d. l. cum antiquioribus. de reſtitut.
4 in integrum. in §. 9. † hæreditatem non paternam delatam monacho, non tranſmitti ad monaſterium, & de tranſmiſſione priuilegij matris contra ſubſtitutum ex l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. diſputat, in §. 10. tranſmiſſionem ex ſuitate plene diſſerendam ſumpſit in his autem dicta eius communibus concluſionibus deuia, per alios firmanda relinquo in ſumma indicaui, vt ad eius pleniorem tractatum quem ego hic facere de hac materia ſtatueram accedatis, ſimiliter & ad alium in eadem ſpecie, ſatis etiam plene editum per Anto. Gomes. in ſuo comment. variarum reſolutio. iur, to. 1. cap. 9. de tranſmiſſionibus hæreditatis.

Verumtamen breuitati ſtudens, & praxi potius quam iuris ſubtilitatib. & diſputationibus ſcholaſticis, & adhærens admonitioni Bald. quam in materia iſta facit in conſi. 132. quamquam ſuper puncto. circa med. ver. ſuper eſt videre de tertio lib. 2. dum verba hæc ſcribit, ſed de iſta naturali ſubtilitate non debent curare legi-
5 ſtæ † quia nimia ſubtilitas non eſt à iudicibus admittenda, ſimus ergo contenti quòd lex ſic ſtatuit quia eſt mihi bonum, & æquum, dicit ipſe, proferam igitur deciſiones quaſdam legum, & doctorum primo concedentes, deinde alias denegantes tranſmiſſionem, prout mihi in mentem venerit, & vera viſa fuerint.

6 Primo, † hæreditas patris vel aui paterni non adita per filium vel nepotem tranſmittitur ad quoſcunque hæredes etiam extraneos, vt l. 3. C. de iur. deliber. & l. apud hoſtes. C. de ſu. & legit. ita Bart. in dict. l. ſi infanti, col. fin. nume. 10. dicit infinitis vicibus conſuluiſſe, & l. ſic collegialiter fuiſſe determinatum, & probari infinitis legibus, etiam quòd filius ignorauerit hæreditatem paternam ad eum eſſe delatam, & ſit furioſus reſpondit Fulgoſ. conſil. 64. Franciſcus Sana, in princip. & veram, & commu. opin. eſſe, quæ exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis non apprehenſæ, dicit Pau. de Caſtr. in conſil. 43. ſubſtitutio prædicta, in princip. lib. 2. Bart. in conſil. 22. homo. colum. 2. ante nume. 24. & conſil. ſeq. ad nume. 2. dicit tranſmiſſionem fieri eodem priuilegio abſtinendi, quòd habet ipſe filius, cum concord. ibi in apoſtill. allegatis, & Angel. in conſil. 287. pro clariori, in princ. & Alex. conſi. 63. circa prin. lib. 5. & Socin. Iun. conſi. 119. col. 4. nume. 15. & ſeq. lib. primo. & fit tranſmiſsio cum eadem poteſtate ſe immiſcendi vel abſtinendi, Paul. de Caſtr. conſil. 80. ſuper primo, colum. 1. lib. 2. etiam ſi filius infans deceſſerit, cum Barto. excepto Bald. adeo etiam excepto Oldra. in conſi. 20. in fi. tenere omnes in d. l. ſi infanti. dicit Rom. in conſi. 58. viſis narratis. verſi. quantum ad ſecundum & plene Dec. conſi. 245. col. 1. & ſeq. & conſil. 250. & 331. & tradit Fulgoſ. conſi. 74. infans. & in conſil. 83. Nicolaus. loquẽs in infante legitimato, etiam ſi ſit filia monacha, tradit Bald. in conſi. 55. quidam Lillus, lib. 5. vbi adducit duplicem rationẽ, & ſultatis filiæ monachæ morientis

& ipſi

& ipſius monaſterij, quod habetur loco filij, qui in hoc poteſt addi illis longè pluribus extantibus pro opinione pro monaſterio relatis per Vaſqu. in dicto ſuo §. 9. in prin. adde in hæreditate fraterna non adita per monachum, non tranſmitti ad monaſterium tenet Bald. in conſil. 183. factum proponitur ad fin. lib. 5. repetito in conſi. 448. eo. idem pro monaſterio plene diſputans videtur ſentire in conſi. 494. magna quæſtio eſt. eo. lib. 5. in hæreditate paterna pro monaſterio, in hæreditate vero fraterna cõtra, & videtur ſupra tenet Ang. in con. 133. Supra primo, & hęc opinio vt magis probabilis, trãſmiſſionis etenim effectus eſt non modicus, quia tranſmittens dicit facere alium hæredem, qui excludit vulgarem ſubſtitutum per l. ſi paterfami. ff. de hæred. inſtit. & l. 3. C. eod. & l. 1. de his qui ante aper. tab. tradit. Bart. in l. prima. num. 20. de vulg. & pupil. & ibi alij ſequuntur, & idem Bart. putat hoc veriſſimum in l. ſed etſi. §. fina. vltra med. de lega. præſtan. & Cuma. conſilio 119. Ioannes colum. ſecunda. verſic. ſine, cum concord. allegatis per Alexand. conſil. 79. num. 3. libr. 6. & Ruin. conſi. 107. colum. penul. lib. ſecundò. & Pau. de Caſtr. conſil. 222. ſuper primo. colum. fin. lib. ſecundo. & Ange. de Perigil. in tracta. de ſui. in 10. quæſt. nume. 33. hoc intelligit Bald. conſil. 58. incipio à ſecundo nume. 3. lib. 4. quando ſubſtitutio vulgaris ſit facta in defectum aditionis, vt ſi Titius hæres non erit talem ſubſtituo, ſecus ſi facta ſit in defectum perſonæ decedentis, quia tunc non fit tranſmiſſio, quoniam eſſet abſorbere voluntatem defuncti qui ſubſtitutum verbis directis prętulit quibuſcunque, & potuit præferre. §. diſponat. in auc. de nupt. vt ibi per eum.

Non fit etiam tranſmiſſo, quando ſuus eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, & decedat ante expreſſam aditionem, vel immixtionem per l. j. §. ſin autem de cad. tollen. & l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. de lega. 1. ponit, Ant. Gomes. in ſuo Commento Iur. to. 1. c. 11. ſub num. 29. verſic. ſed his non obſtantibus.

9 Secundo non ſolum ratione † ſuitatis tranſmittitur hæreditas paterna, quo ad portionem tranſmittentis, ſed etiam portio putat filiarum vel neptum, quam ex ſtatuto vbique per Italiam vigente fœminas excludente filius vel neptos conſequi debet, tranſmittitur cum propria portione tranſmittentis ad quoſcunque hęredes, vt reprobata opi. Salyc. in l. prima. C. de adul. ſecuta per Calca. in conſi. 82. dicentem ſe ita obtinuiſſe, & exinde lucratum fuiſſe mille flor. & per concord. alleg. à Cephal. conſi. 31. num. 28. late defendit contrarium. ſ. pro tranſmiſſione. Alexand. in conſil. 20. lib. 1. & Socin. in conſi. 153. colum. 3. cum ſeq. lib. 2. vbi in col. 7. dicit abſurdum eſſe dicere ab opin. iſta tantorum doctorum probantium eam, & quod idem pluries conſuluit & vidit iudicatum pluries, & idem in conſil. 296. eo. lib. 2. per eadem iura, rationes, & argumenta probat
10 † filiam excludere amitam à portione matris ex iure tranſmiſſionis fratris eam excludentis ab hæreditate matris vigore ſtatuti, & latiſſime tractat Alber. Brun. in tract. de ſtat. fœm. exclu. in 13. arti. in 6. q. vbi in 4. colum. dicit ita commu. & veriorem opin. eſſe, idem atteſtatur Soc. in conſ. 67. col. 2. lib. 4. & probat per l. apud hoſtes. C. de ſu. & legi.

Quam opin. limita non procedere quando portiones delatæ per ſtatutum poſſent haberi abſque titulo hęreditario, vt quando ſtatutum mandat mulierem habentem filios non poſſe diſponere de ſuis bonis, niſi de vna quarta, & tres quartas debeant habere filij qui ideo portiones tales non agnitas ex dicto ſtatuto non tranſmitterent, vt per ſimilia argumenta de perſonalibus priuilegijs à perſona non ſeparandis concludit Socin. in conſ. 116. colum. 5. ſub verſ. vnde ſtat dubitatio, lib. 1. quam tamen limitationem non puto veram, eo quod ea quæ acquiruntur iure quodam ſeparato ab aditione hęreditatis, & ſunt ſeparata ab ipſa hæreditate nõ requirunt agnitionem, & tranſmittuntur ad hæredes. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæredi. & l. ſepulchrum de ſepul. viol. talem doctr. do. Bal. in l. generaliter. §. in his autem. ver. ex iſto ſenſu. C. de ſecund. nup. ad hanc ſententiam, vti com. concord. adducit in lucro dotis ad hæredes per maritum ex ſtatuto, abſque alia agnitione trãſmittendo, & defendit Rolan. à Val. in trac. de lucr. dot. in q. 47. & Phanu. Lucen. in ſimil. tract. ſuper ſta. Lucen. de lucro. dot. in gloſſ. 4. num. 7. & ſequen. & Aymo conſ. 185. ad fin. dicit ob id non viſum tutum illud Calcanei lucrum mille flor. & conſequenter ex his non videtur tuta nec vera conſultatio. Iaſo. in conſi. 201. lib. 2. volentis amitam per neptem ex iure tranſmiſſo à patre & reſpectiue fratre excludente eam ab hæreditate matris per ſtatutum non eſſe excluſam, quia veriora ſunt, & ipſe non reſpondit ad fundamenta. Soc. in d. conſ. 153. & conſ. 296. & aliorum in locis prædictis, & Dec. in con. 331. col. pe. & fin. ſufficit. n. maſculus per ſtatutum fæminæ prælatus in ſucceſſione quòd adiit tempore, quo ſucceſſio acquiritur vt præferatur, & fiat perpetuus ſucceſſor & tranſmittat, dicit Bald. in conſil. 111. ad conſeruationem in fi. lib. 2.

11 Tertio, & quando † fœmina excluditur à ſucceſſione parentum per ſtatutum non perpetuo ſed temporaliter, quoad donec, vel quouſque erunt vel extabunt filij maſculi vel nepotes aſcendentes, vel deſcendentes, quia cum ſtatutum non priuat præcisè, ſed temporale ſilentium imponit, quæ interim contra maſculum habet ius in habitu, ſed non in actu, & exercitio propter defectum extrinſecum alterius perſonæ, quæ ſuſpendit & differt ius iſtud, quod ideo ea moriens tranſmittit ad ſuos liberos l. ſi quis filium. C. de inof. teſtam. arguendo quoad legitimam, communiter tamen docto. contrarium tenere ponit Bald. in l. 1. col. fina. de liber præter. Sed firmat late pro tranſmiſſione in conſil. 69. cum ſtatu. ciuitatis Peruſij. colum. pen. lib. 1. licèt ad alia diſcurrat in conſil. 132. lib. 2. idem tamen probat Anch. in conſ. 229. hæc quæſt. col. fina. facit Capra in conſi. 76. n. 17. refert & ſequitur Corn. conſ. 126. colum. 5. ver. concludit autem Pe. lib. 2. idem Bald. late proſequitur in conſi. 426. antiquum ſtatutum lib. 3. cuius ipſe Corn. meminit in d. conſ. in 2. col. ad fin. & pulchre in conſi. 233. col pe. lib. 4. ſequitur etiam Iaſ. conſi. 105. colum. fin. lib. 4. Riminal. conſil. 232. nume. 6. lib. 2. cum adductis. Per Menoch. conſi. 105. num. 78. poſt Alber. Bru. in trac. de ſtatu. fœmi. excluden. in 11. arti. in q. 9. col. 3. qui ſub ver. quid autem ſi ſtatutum, dicit ſe inuenire, quę doct. in hoc magis cõmuniter conueniunt ius ſuitatis non eneruari ſed ſuſpendi, vbi tamen & in colu. ſequen. vſque ad fin. diſt. 39. more ſuo ex allegationibus doctorum in dicta. leg. 2. de liber. præter. & in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. de liber. & pohum. ſatis confuſe procedit & ſe inuoluit, & tandem in cauſa teſtati quod non procedat tranſmiſſio, in cauſa vero inteſtati pro filijs filiæ conceptis tempore mortis aui, & non exiſtentibus liberis maſculi deficientis non via tranſmiſſionis regularis, ſed anormalę concludit in iure, ſcilicet dicendi teſtamẽtum nullum pro eis ex magis commu. opin. Doct. approbantium, & ſequentium doct. Bart. in l. fin. §. fin. colum. 2. ver. quæro quid ſi filia. ff. ad Tertu. idem tenet Fab. de Gioch. in repe. auc. nouiſſima. in car. fi. ſub. num. 212. 213. C. de inof. teſta. & Gualdem. de arte teſtan. titu. 7. cau. 5. vbi quoad tranſmiſſionem allegat Bald. & Corn. in conſi. ſupra alleg. quòd legitimam non tranſmittat, Vital. tractat. clauſ. ſub clau. quando filia repellatur à ſucceſſione ſtatũti. pagin. 582. num. 15. 16. ſimpliciter refert verba Bal. in d. l. 2. col. fin. de lib. præt.

Sed



Sed verior, & facilior eſt tranſmiſſio in legitima Bal, d. conſil. 132. col. 2. ad fin. lib. 2. & per rationes vnguentiores alleg. ab eo, Bald. d. conſil. 69. lib. 1. & dict. conſil. 426. lib. 3. quia in legitima alia delatio non requiritur, Ruin. conſil. 26. num. 13. lib. 3. nec agnitio. Alex. conſi. 150. col. fin. lib. 2. & ius in habitu etiam tranſmiſſibile comprobatur, Iaſ. in l. 1. §. in operis. in fi. de no. oper. nun. eiuſdem iuris ſubſtantia legitimæ vigente à principio Capra d. conſil. 76. nu. 17. & Menoch. conſil. 205. num. 76. & firmat num. 78. 81. eo quia maxime ſuſpenſio per dictionem, Donec, &c. non conditionem, ſed terminum deſignat, Bald. conſi. 421. lib. 5. & comprobando ſequitur Cephal. conſil. 404. nume. 34. & plura per Boër. deciſ. 44. nu. 38.

Quarto ſuper tranſmiſſione ſequitur notabilis, vti-
12 lis & quotidiana quæſtio, nunquid † fœmina dotata vel dotanda à ſucceſſione parentum, ſtantibus maſculis excluſa per ſtatutum, antequam dotem conſequatur, & antequam nubat, moriens huiuſmodi dotem tranſmittat ad hæredes, & ſucceſſores ſuos? Hanc quæſtionem plene ſed non clare examinat Alber. Bru. in tract. proxime allega. in d. articu. 11. in q. 3. & proprius in d. q. 9. ad quem pro ſolutione quæſtionis huius poſſet fieri remiſſio. Id tamen dicam videri quæſtionis explicationem multum conſiſtere in cognoſcendo qualiter tale ſtatutum excludat fœminam à tali ſucceſſione.

Primò, an cum qualitate dotationis enunciata.

Secundò, an dote præſeruata conſtituta, vel conſtituenda cum iudicio duorum propinquorum.

Tertiò, an per modum quendam conditionalem, vel modalem, ſi, & quando nupſerit, vel vt poſſit maritari.

Quartò, an pro dotatione habeatur mentio legitimæ.

Quintò, & an vltra vniuerſalem excluſionem ſucceſſionis mandet non poſſe per fœminam aliud peti vltra dotem de bonis, vel hæreditate parentum, ſed quòd ſtet dote contenta, & ſic inſpiciendum eſt dictum ſtatutum, vt rectum reſponſum dari poſſit ſecundum Barto. in conſil. 45. an Nicola. num. 4. lib. 2.

13 Nam primò quando † ſtatutum dicit, quòd filia dotata excludatur, & non ſuccedat, requirit quòd qualitas dotationis enunciata, vel per teſtamentum parentis relinquendo dotem, vel per contractum dotem promittendo, ſit verificata, & pure, & non conditionaliter, & ita capi debet, vt ſtatutum ſortiatur effectum in excludendo fœminam dotatam, quæ loco ſucceſſionis habet dotem, igitur poſtea moriens ſemper dotem talem tranſmittit ad hæredes, vt declarant Cuma. in pen. colum. ver. videretur tamen, & Pau. de Caſt. in pen. col. ver. ego pluries conſultus, in l. Titio cẽtũ. §. Titio gene. de condit. & demonſtr. vbi mandat menti tenendum quia eſt ipſa veritas, & Bald. in l. ſancimus. ver. aduerte. C. de nupt. dicit, ſi non tranſmitteret remaneret ſimpliciter indotata ſine aliqua legitima, quod eſt abſurdũ, hanc rationem ſequitur Alex. in conſil. 55. col. pen. in fi. ver. præterea etiam lib. 2. & in conſil. 13. col. 8. verſic. aut ſtatutum dicit lib. 3. probat dictam declarationem Pau. de Caſt. & Soc. conſil. 62. colum. 4. lib. 1. ſequitur Bald. & Pau. de Caſt. in dictis locis, idem Socin. in conſil. 288. col. 12. ver. ſecundum decidit. lib. ſecundo. dicit, quòd dicta concordia Pau. de Caſtr. in hoc ſibi ſemper placuit, quos allegat, & ſequitur, & dicit ita videri commun. opin. modernorum Alber. Bru. in dict. 7. q. columna 3. & Deci. in l. ſi pater. ad fin. C. de inſtitut. & ſubſtit. & nouiſſime etiam probat Ancha. Regien. in tracta. ſuarum quæſtio. lib. ſecundo. in quæſtio. 51. numero 10.

Secundo quando ſtatutum à principio ſimpliciter excludit fœminam à ſucceſſione vocando maſculos præſeruando ei dotem conſtitutam vel alias conſtituendam videtur eam excludere, etiam à legitima quoad tempus quo nupſerit, quando eſt neceſſaria dos, ſtat conditionaliter, ſi, & quando maritabitur, & propter hoc eam ipſa fœmina antequam nubat non tranſmittit, vt ſequẽdo Bart. in ſua prima diſtinctione tenet Pau. de Caſt. in d. §. Titio genero. d. colum. 4. & in conſilio 6. ſuper eo. de quo quæritur, vbi dicit ſe ita pluries conſuluiſſe ſuper iſto paſſu, idem dicit in l. quoniam in prioribus. colum. fi. nu. 6. C. de inof. teſta. & idem in con-
14 ſilio 16. viſo dicto puncto. columna 1. lib. ſecundo † idem in fœmina innupta, quòd dos conſtituta ſit non loco legitimæ, ſed alimentorum, & ſic ante conditionem nuptiarum non tranſmittatur, vt tenet Bal. nouel. in tract. de dot. in 6. par. in 16. priuilegium in columna 4. & ſeq. ſequendo opinio. Barto. in d. §. Titio genero. & in hoc caſu ſtatuti ſimpliciter excludentis fœminam, & mandantis quòd ſi non fuerit dotata, debeat dotari, relictum dotis eſſe conditionale, & non tranſmiſſibile putat hanc opin. veram Socin. in dict. conſilio 288. in d. colum. 12. & conſil. 76. lib. 3. & Alexan. d. conſil. 13. col. 4. nume. 12. & late Pariſ. conſil. 110. lib. 1. in cæteris loquens aliter, quàm hic ſcripta ſint, male loquitur contra expreſſas deciſ. doct. hic ſuprà, & infra, allega. idem & alios concord. alleg. Alber. Bru. in d. q. 3. columna 2. & in d. quæſt. 9. vbi ſecundum Ang. in conſilio 349. Conſultatio in fin. limitat, niſi maſculi fuiſſent in mora dotandi, vel præſtandi dotem poſtquam mulier nubere voluit, quia tunc ius petendæ dotis tranſmitteretur, dicit ibi Ang. alio caſu poteſt limitari iſta opinio, quòd non procedat, quando relictum dotis eſt factum iure inſtitutionis cum expreſſa prohibitione, quòd non poſſit plus peti de bonis teſtatoris, quoniam videtur conceſſum poſſe conſequi ſemper, & eſſe purum, & tranſmiſſibile ad hæredes tale relictum dotis, vt firmat Anchar. in con. 232. ſubtiliſſime, & ad plenum, & con. 407. in primo quæſito, modica in princi. comprobat, & maxime quando vltra dotem ad alia relicta eſt vocata fœmina in teſtamento. Socin. in dicto conſil. non ageſimo ſecundo, colum. 6. in fin. & colum. ſequen. etiam ſi poſtea, & eo magis ſi tota hæreditas deuoluatur ad ipſas filias. Ancha. conſil. 323. iſta omnia, idem quando ex teſtamento colliguntur coniecturæ, quòd relictum dotis ſit vel ita in dubio cenſendum ſit purum & ſit tranſmiſſibile ad hæredes. tradit Corn. in conſil. quadrageſimo. colum. 6. verſic. nihilominus. lib. 3. & Aymo conſilio centeſimo primo. & Socin. Iun. conſilio centeſimo trigeſimo quarto. columna 3. libr. primo. & vbi dos non eſt conſtituta, & venit conſtituenda quoad quantitatem arbitrio propinquorum, hæc diſpoſitio ſtatuti non eſt conditionalis, cum in arbitrio propinquorum non ſit quoad quid, ſed quoad quantum, & ſi portio videatur obſcura tamẽ diſpoſitio non eſt cõditionalis, ideo eſt tranſmiſſibilis ad hæredes, ita in ſpecie concludit Bald. conſil. 420. lib. 3. idem conſil. 121. præſuppoſito quòd ſtatutum. lib. 4. quod enim committitur arbitrio boni viri, eſt purum, & non conditionale, l. prima. de lega. 2. tradit Io. de Ana. conſi. 19. colum. pen. ad prin. Dec. conſi. 648. num. 2. ſ. quando facta eſt mentio de arbitrio tertij modificatiue vel declaratiue, puta quantum Seius arbitratus fuerit, ſecundum Ange. in l. is qui hæres. in princ. in fi. ff. de acqui. hær. ita quod in hac dote mulier non habet pati aliquod grauamen tanquam ipſam habeat ex diſpoſitione ſtatuti, dicit Paul. de Caſt. in conſilio 43. ſubſtitutio. in fi. libr. ſecundo. & talem tranſmiſſionem eſſe multum æquam firmat idem Bald. conſi. 410. primo videndum eſt in fi. eo. lib. 4. ſi quidem mulier nupta eſſet, & aliunde dotem habuiſſet, hanc dotem ſibi à ſtatuto debitam etiam conſequi debet à fratribus poſt Alexand. per eum alleg.

F firmat

firmat Iaſo. in l. de alimentis. in fin. C. de tranſac. late proſequitur Alberic. Pru. in dict. tract. in 9. artic. in q. 2. colum. penul. idem dicendum eſt de legato dotis facto arbitrio commiſſariorum qui mortui fuerint non arbitrata dicta dote quę tamen tranſmittitur ad hæredes legatariæ. probat Alex. conſi. 13. colum. fin. nu. 18. lib. 3.

16 Tertio, item † ſtatutum excludens filias mandat dotari vel dotem dandam ſub conditione, vel modo ſi, & quãdo nupſerit, & vt poſſint maritari, vel monaſterium ingredi interim conditione non ſecuta, & modo impleto morientes dotem aliquam non tranſmittunt ad hæredes tanquam quid conditionale, per l. primam. §. ſin autem aliquid ſub conditione, de cadu. tollen. tradit Albert. Brun. in 11. arti. d. q. 9. in princ. ſub. num. 79. & Caſtren. conſil. 222. ſuper primo dub. colum. penul. num. 5. lib. ſecundo, & iſto caſu poteſt dici per ſtatutum fœminis ablatam eſſe legitimã ex cauſa, vt permaneat penes maſculos vniuerſales hæredes, per ſtatutum cauſa agnationis cõſeruandæ, vt tenent concor. alleg. Dec. & Hier. Cagno. in l. iura ſanguinis. de regu. iur. ſecundum com. opin. vt ibi per eos, & per Dec. in conſil. 296. col. 2. & Soci. conſil. 127. colum. 1. lib. 4. & Aym. conſil. 239. colum. 1. Fabia. in auc. nouiſſima. num. 153. C. de inof. teſta. diſtinctio autem Ripæ in reſp. 7. lib. primo, quòd legitima debita deſcendenti per ſtatutum non poſſit in totum tolli non videtur tuta maxime pro cauſa agnationis conſeruandæ, vt Doct. dicunt in locis alleg. & quando dos aliqua non fuerit neceſſaria fœminæ quæ nunquam fuerit nupta, & nunquam defuerit victus ei præſtitus à fratribus.

17 Quarto ſi vero † ſtatutum tale excludens filias aliquo modo legitime faciat, vt quod filiæ debeant dotari congruè, & competenter, vſq; ad quantitatem legitimę, vel quòd legitima ſit ſalua deſcendenti, tunc mentio iſta legitimæ facit cenſeri dotem eſſe ſurrogatam loco legitimæ cum de hoc, an dos ſuccedat loco legitimæ ſint inter doctores dubitationes, vt per Alber. Bru. in d. 11. arti. in 2. q. & Aym. in conſil. 236. ſub nume. 2. & ex tali mentione facilius impellimur ad ita tenendũ, vt in ſimili de legato dotis puro, & non conditionali tenendo ex facili coniectura ſe impelli dicit Corn. in d. conſ. 40. colum. 6. ver. nihilominus. lib. 3. ideo dos iſto caſu vel relicta, vel aliter conſtituenda pure debita eſt, & tranſmittitur ad hæredes, vt in ſpecie concludit Pau. de Caſtr. in conſil. 222. ſuper primo, repetito in conſil. vlt. col. pen. ver. nam tunc tale. lib. 2. ſequitur Riminal. Iun. conſ. 157. num. 17. & ſequ. & ſi mentio legitimæ eſſet poſita à teſtatore relinquente talẽ dotem, vel quòd ſtatutum dicat, filiam eſſe legitimè dotandam, idem legatum dotis eſſe purum, & tranſmiſſibile firmat Anch. Regien. in d. q. 51. libr. 2. at idem dicendum eſt ex eo, ꝙ ſtatutum mandaret filiam congrue dotandam eſſe, quia dos congrua dicitur ad legitimam ſecundum com. opi. per Dec. conſilio 181. col. 2. & conſil. 379. col. pen. & Tiraqu. in l. ſi vnquam ver. ſuſceperit, num. 110. de reuo. dona. ob id ius petendi congruam dotem etiam per filiam tranſmitti ad ſuos hæredes concludit Cuma. in d. conſi. 40. col. pen. ver. ideo puto.

18 Quinto aut poſtremò, † ſtatutum vltra ius conſequendi dotem, mandat filias dotibus teneri ſtare contentas, & vltra petere non poſſe de bonis maternis, & auitis, vt loquitur noſtrum ſtatutum Piſauri, tunc ergo concedit, vt poſſint petere dotes, vt earum patrimonium, & de eis diſponere, & tranſmittere ad hæredes, vt voluerint tanquam debitis eis loco legitimæ purè ſublata omni conditione, & dilatione temporis, vt firmant Anch. in d. conſil. 232. & Pau. de Caſt. in l. quoniam in priorib. nu. 2. C. de inof. teſt. & Abb. in conſi. 92. illud indubitati. col. 2. verſi. ſecunda via. & ver. ſeq. lib. 2. & Socin. in conſilio 9. col. 6. ver. item fortificatur, & in d. conſi. 92. col. 6. ad fi. ver. ad idem etiam adduco lib. primo. & Dec. conſi. 106. colum. ſecunda, verſic. ſexto hoc idem. & ver. ſequ. & Ang. Aret. in tract. de teſt. in gloſ. 61. num. 4. & Gramm. conſi. ciuilium 57. colum. ſecunda, num. 52. & Socin. Iun. conſil. 134. colum. 3. lib. primo. vbi num. 28. dicit, conſtare ita eſſe commun. opin. idem tenet Capra conſi. 88. colum. ſecunda. verſic. nec ob. ſi dicatur, vbi nume. 6. dicit, quòd id ſimiliter habet locum, quando ſtatutum diſponit, quòd fœmina non ſuccedat ſtatibus maſculis, ſed debeat dotari, ſi nõ eſt dotata, cum & tunc remouetur grauamen vſque ad legitimam, & vſque ad hanc fieri tranſmiſſionem, eſſe multum æquum, & congruum tenet Bald. conſil. 410. primo videndum. in fin. lib. 4. & ita hæc interpretatio tanquam benignior in dubio eſt recipienda, ne prorſus filiæ decedant ſine hærede, & ſine aliquibus bonis, vt dicit Abb. in dicto conſilio nonageſimo ſecundo & ſua intereſt tranſmittere, quare onus impediens reijcitur. Caſtr. in l. ſuus quoque in princ. colum. fin. num. 4. ff. de hæredibus inſtitu, ac ita ex facto reſpondi † filiam
19 ingreſſuram monaſterium poſſe de congrua dote ſua vſque ad legitimam debitam ex ſtatuto contra fratres diſponere, & eam donare matri, vt in meo conſi. 72. li. primo quæ nota tanquam alibi, non ſit breuiter, & dilucide declarata. Hęc autem ita intelligenda ſunt, quòd ſi filia agnouerit ſuum ius dotis conſequendæ, illud tranſmittit ad quoſcunque hæredes, & extraneos, immo idem ſi non agnouerit, quia non ex ſucceſſione habet conditione ex ſtatuto Alexand. conſil. 7. colum. penul. ſub. num. 19. lib. 2. quæ ideo tranſmittitur, ſicut omnis alia actio perſonalis, & ſicut tranſmittitur ius legitimæ, cuius loco talis dos aſſignatur, vt tradit Alex. in dict. conſil. 55. colum. penul. & fin. lib. ſecundo. Dec. conſilio 303. num, primo. & Clarus in conſil. 320. colum. prima. & ſequ. Capra conſi. 6. in fin. & conſ. 53. nume. 3. & Pariſ. conſil. 17. nume. 17. lib. 2. Rubeus Alexandri. conſil. 56. in fin. licet plerique iſtorum loquantur in iure legitimæ tranſmittendo, tamen ex argumento ſurrogatorum valido Nico. Euerar. in ſua centu. in loco 93. à ſurrogatione. idem tenendum eſt de tranſmiſſione dotis ſurrogatæ loco legitime, & ſicut dicitur de iure detrahendi Falcidiam, & Trebellianicam, quod ad hæredes tranſmittitur l. quanquam & ibi Bald. & alij no. C. ad l. Falcid. & Iaſ. conſ. 114. colu. prima. libr. 4. & ſicut dicitur de iure omni ſeparato ab hæreditate, vel eius aditione, quòd ſimpliciter abſque alia agnitione ad hæredes tranſmittitur ſecundum Doct. Bal. in l. generaliter. §. in his. C. de ſecund. nupt. ſupra allega. & comprobat Iaſ. in conſi. 59. col fin. libr. primo. ita fruſtratoria videtur diſtinctio Alber. Bru. in d. 11. arti. in 9. q. colum. 3. quæ dos præſeruata per ſtatutum debeatur alio iure ſucceſſionis quando conditione ex ſtatuto.

Quinto communia quædam de tranſmiſſionibus ſimul hoc in loco prolata non tædeat legere, quorum in actu practico, quandoquidem non parũ conducit ſpecialiter meminiſſe, fideicommiſſarius vniuerſalis ante reſtitutionem ſibi factam, & ante aditam hæreditatem per hæredem grauatum moriens fideicommiſſum purum vel in diem certum ad hæredes tranſmittit quoſcunque. l. 3. ſi in perſonam C. de fideicommiſ. & ibi Barto. Bald. Salyc. & alij tradunt, & l. cogi. §. idem Mecianus. & ibi Barto. not. ff. ad Trebellia. & in l. à teſtatore. colum. fin. de condit. & demonſt. & Alexan. conſil. 30. in princip. lib. ſecundo. repetito in conſilio 16. libr. 6. Capra conſil. 12. ſub num. 3. & conſil. 62. numero 4. & conſi. 163. in fin. & Pau. de Caſt. conſil. 408. nume. 3. lib. primo. dummodo ceſſerit dies fideicommiſſi debiti, etiam ſi dies ſoluendi, vel præſtandi non venerit per caſum. l. Seius ſaturninus. ff. ad Trebel. ita eſt commun. opin.



opin. vt atteſtantur moderni, & maxime Soci. Iun. in l. cum filiofam. verſi. veniamus igitur numero 59. de lega. primo. & in conſilio 129. columna 3. numero 15. libr. 1. & Anto. Gomez. in ſuo Comen. Iuris. tom. 1. cap. 5. de ſubſti. fideicommiſ. ſub. num. 14. ver. item quæro ſi fideicommiſſarius, quod procedit etiam in fideicommiſſo debito, per clauſulam codicillarem, vt tranſmittatur per hæredes ſcriptos mortuos ante aditam hæreditatem peruenientes ab inteſtato grauatos. ita reprobata opi. Bar. in l. 1. in prima q. de iu. cod. concord. allegando dicit eſſe com. opi. Dec. con. 478. col. 3. num. 7. & in conſi. 490. colum. fin. & Soci. Iun. in d. l. cum filio in d. ver. veniamus. nu. 52. & ſequ. & tenet conſi. Neap. per cap. in deci. 89. in fi. & firmat Bal. conſil. 504. caſus talis eſt, ad fin. lib. 5. quia idem ius, vel remedium conſequendi fideicommiſſum, vel vtilis actionis ex teſtamento, vel officij iudicis competens fideicommiſſario ex teſtamento valido, vel conuerſo in codicillis, eſt tranſmiſſibile ad hęredes, vt moderni dicunt in d. l. cum filiofam. huiuſmodi tamen vniuerſale fideicommiſſum priuſquam fuerit reſtitutum illi, cui teſtator reſtitui mandauit, non poteſt donari, neque cedi alijs. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot. tradit Bal. conſi. 219. Pepus col. fi. ver. præmittẽdum eſt, lib. 11. cum alijs concordan. allega. per Tira. inter alia ponentem, quæ poſſunt ad hæredes tranſmitti, ſed non cedi, in tracta. de retract. tit. 1. §. 26. gloſſ. prima. num. 49. Fideicommiſſi autẽ vniuerſalis tranſmittendi cõiecturas colligendi & diſcutiendi curam habuit Aymo in d. l. cum filiofamil. pat. ſecunda. num. 332. & ſequen.

21 Legatum † cuius dies ceſſerit morte teſtatoris, vel conditione appoſita impleta, etiam non agnitum tranſmitti ad hæredes noti iuris eſt, vt l. ſi fundum. §. ſi Titius. & l. ab omnibus. §. cum quidam, de lega. 1. l. 1. §. cum igitur, & §. in nouiſſimo, de cad. tol. Barto. in con. 12. numero 2. Ang. conſ. 124. ſolus. vltra princ. etiam quòd legatarius deceſſerit ante diem ſoluendi legati. l. 3. l. penult. & fina. C. quando di. lega. ceda. & in pulchro caſu Ang. in conſi. 222. caſus eſt & l. 3. ff. eo. & l. in quantitate. §. in diem. ff. ad leg. Falci. & Alexand. conſilio 109. in fin. libr. 2. & l. Titio fundus, in fin. de condi.
22 & demonſtr. idem eſt † in inſtituto in re vel quantitate certa, quia loco legatarij eſt, & non deſiderat aditionem, talis inſtitutio iuris vigorem recipit, & tranſmiſſionem ſicut ſimplex legatum, dicit Bal. conſi. 281. Viſo teſtamento. columna prima. lib. primo. & ſufficit ad tranſmiſſionem etiam iuris accreſcendi, quoad vniuerſalem hereditatem, Rip. in l. re coniuncti. num. 86. 87. & ſequ. de leg. 3. adde Ange. conſil. 85. ſubtiliter, atque idem dicendum eſt in legato annuo, et vſusfructus certorum prædiorum præſtandi annuatim, qui pro primo anno, quo deceſſit legatarius, tranſmittitur ad hæredes, per l. in ſingulos annos relictum de an. leg. & leg. generali. §. hæredis. de vſufr. leg. & ibi gloſſ. & Bar. pro ſingulari ponit Rom. in ſing. 70. idem quoq; in notabili caſu ſuper tranſmiſſione legati hoc modo facti teſtator legauit domum cum viridario Titio, & ſuæ vxori, vno decedente, ꝙ deueniat ad ſuperſtitem, & ambobus decedentibus ſine filijs ex eis communiter naſcituris, ꝙ deueniat ad certos legatarios ſubſtitutos, primo decedente vxore, viuentibus ſubſtitutis legatarius, eis poſtea morientibus, viuo Titio, per ipſos vltimos legatarios eſſe tranſmiſſum legatum ad eorum hæredes, primo quoad portionem vxoris iure tranſmiſſionis, reſoluta pluralitate in ſingularitatem iuxta terminos l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. in hoc nullo reputato intereſſe alterius ſuperſtitis grauati, & quoad portionem Titij vltimo deficientis in vnione portionis tranſmiſſæ iã d. primę deficientis p ius accreſcendi tranſmiſſum etiam pertinere ad hæredes ipſorum vltimorum legatariorum non minus æquè, quàm ſubtiliter ex facto reſpondit Ruin. conſilio 85. libro 2. facit ratio tex. in l. hæres meus in princ. de condi. & demon. ibi non poteſt enim conditio exiſtere, & idem Ruin.
23 conſilio 201. columna 6. ad numero 7. eo. † conditio enim quæ certa eſt in rerum natura non impedit tranſmiſſionẽ & multo minus delationem. Anch. con. 354. Viſis diligenter. in fi. vide tamen, quod adducto conſilio 417. Decij in eadem ſpecie contra d. deciſ. Ruin. ſuper ea deliberandum demiſit Hier. Zach. in repet. d. §. cum ita numero 464. cum tribus ſequen. vt opinionum ſuſpenſio lectori plerumque nimis diſplicens omittatur. cenſeo ſtandum ſententiæ Ruin. per dictam rationem d. l. hæres meus in p. & per Anchar. d. conſilio 354. quòd conditio omnino extitura non impedit tranſmiſſionem, pro vt in caſu iſto mortua vxor filijs non exiſtentibus & Titio marito certa effecta fuit conditio quòd ambo erant deceſſuri ſine filijs ex eis communiter naſcituris.

24 Quantum autem ad tranſmiſſionem † legati ad hæredes, id tantum inſpiciendum eſt, quòd cauſa debiti legati, procedat, ipſum quæ legatum debitum dici poſſit, in vita legatarij ſi adeatur hæreditas, licet legati petitio ſuſpendatur aliqua conditione tacita extra teſtamentum, vel expreſſa in teſtamento, quæ tamen ſit ex natura rei legatæ, vel ex diſpoſitione legis, & quæ morte legatarij deficere nequeat, vel tacita ex teſtamento, vel expreſſa in eo, quæ tamen ſit inhoneſta, vel ante mortem legatarij aliquo modo habeatur pro impleta, vel per mortem eius impleatur, vt l. 4. §. j. ſi poſt diem §. ſed ſi ea, & §. ſed & ſi ita. l. hæredis. §. idem dicemus. §. tractari. l. huiuſmodi. l. cum ſine. §. debitori. l. ſi cum præfinitione. §. fin. l. ſi Titio. §. quædam autem. l. cum illud. §. hæres meus. l. Firmio. §. j. ff. quando dies leg. ced. & l. quę ſub conditione. §. fin. de cond. inſtitu, & l. 3. & ibi gloſ. de leg. 1. & l. ab omnibus. §. cum quidam eod. & l. miles. §. 1. de leg. 2. & l. conditiones extrinſecus, & ibi gloſ. Bart. Caſtr. & Imol. & l. aliquando de condit. & demonſtr. & Pariſ. con. 49. col. 4. nu. 28. lib. 2. & Alexand. conſi. 8. col. fi. nu. 8. Sane contra huiuſmodi tranſmiſſionem non probari voluntatem teſtatoris ex iſtis verbis ſolis adiectis in teſtamento cum hac conditione, ſi hæres adierit hereditatem, do, lego. tenent Alexan. Aret. Ripa, Ruin. & Socin. Iun. in d. l. 3. de legat. 1. reprobata ibi opin. Caſtr. allegantis Bald. & Iaſ. & Soc. ſenior. quod placet per rationes allegatas ab Alexãd. & alijs ſequac. & per d. l. aliquando de condition. & demon. & quia in dubio pro tranſmiſſione tenendum videtur, quę fauorabilis eſt, Bald. conſil. 145. Alber. lib. 1. & Socin. in conſil. 157. colum. 2. & verſi. item quia licet. lib. 7. vt ſentiunt omnes, dicit Seb. Sapia in l. cum antiquioribus colum. fin. num. 23. C. de iure de lib. & Bald. in l. 3. nu. 3. C. eo. & non verbis, ſed rei impoſita eſt ex. l. 2. in fin. commu. de leg. ita in ſimili ſentit Io. de Ana. in con. 75. verſi. nec obſtat ſi diceretur, & nota quòd alicui videtur eſſe conditio, & non eſt. dicit gloſſ. in l. ſi quis ita ſcripſerit heredem. ff. de hęred. inſtit.

25 Legatum † quoque incertum ad heredes tranſmittitur, cuius certitudo ex legatarij electione pendeat. l. heredes §. ſi incerto. & ibi gloſſ. ff. famil. ercis. ponit Ang. Aret. in tract. de teſta. in gloſſ. 31. ad fin. & conſequenter optio vel de legato, vel de aliqua re facienda tranſmittitur. §. optionis. & ibi gloſ. & doct. inſtit. de lega. & Angel. Aret. in d. tract. in gloſ. 32. nume. 2. & l. illud. & ibi Bart. de optio. leg. declarat quando legatario defuncto competebat electio, & optio iure ſuo ad commodum ſuum, ſecus ſi ad cõmodum alienum, & ad ius non tranſitorium ad heredem, Ruin. conſil. 50. colum. fina. numero 11. lib. 2. & ita debent intelligi ea, quę de electione non tranſeunte ad heredes tradit Iaſ. in conſilio

148.colum.pen.in fin.verſic.ſecundo principaliter lib.
2.electio tranſit ad hæredem illa ratione, quia præſu-
mitur, voluntatem defuncti ſcire per l. ſi quis à filio. §.
ſi quis plures. dicit Bart.in l. ſi ſic legatum, §. ſi quis ita
nu. 1. de leg. 1, idem illa electio quis ſubſtitutus vulga-
riter, pupillariter, vel per fideicommiſſum, valens ſuc-
cedere, & qua ſubſtitutione velit, tranſmittitur ad hæ-
redes, vt late probat Pariſ.conſil.36.colum. pen. lib. 2.
electio etiam competens ex contractu, & ius denũcian-
di prætextu rei tranſmittitur quoque ad hæredes, Bald.
conſ. 93. in quodam contractu lib. idem de facultate
nominandi ſocios, vt per Abb. conſ.80.col.2.li.2.dum
tangitur res, Bald. in l. voluntatis col. 2. num. 8. C. de
fideicommiſ.niſi contrarium ſuadeat dicendum probi-
tas cognita, & perſpecta perſonæ cui competit electio,
quæ ideo non tranſmittitur, vt in quæſtione facultatis
coniungi per alterum datæ diſponendi de bonis ſuis ad
hæredes non tranſmitti, concludit Petr. Pech. de teſt.
26 coniug. lib. 1. cap. 14. Præterea quando † aliquis inter
certos eſt eligendus ab hærede, qui præſtare debeat le-
gatum ſtatim ab hærede ipſo mora exiſtente non ele-
ctus, moriens tranſmittit ad ſuum hæredem legatum.l.
cum quidam ita.verſic.2.de leg.2.& ibi Bartol.& Caſtr.
ſub num.7.

27 Vniuerſalis vſusfructus † legato facto alicui in vita
ſua, vel donec vixerit, & poſt eius mortem, alio inſti-
tuto hærede, intelligitur is purè inſtitutus hæres, &
ante vſufructuarium moriens tranſmittit hæreditatem,
verbo vel facto aliquo aditam, aliâs tranſmittit ius de-
liberandi ex facto conſuluit Bal.in conſil.26. videretur
dicendum libr.5. & Pariſ. conſil. 97. colum. 2. num. 7.
& præceden.& ſequen.lib.2.& Paul.de Caſtr. conſ. 121.
viſa quadam petitione. col. fina. lib. 1. & Petr. Pech.de
teſta.coniug.lib.5.cap.5.

28 Pupillaris † ſubſtitutio tranſmittitur ad hæredes
quodam iure accreſcendi, quoniam ſubſtitutus cohę-
res pupilli, & qui patris hęreditatem adierit decedat
viuo pupillo, poſtea decedente in ætate pupillari per
text. ſing. & ibi gloſſ. & doct. in l. qui patri. de acquir.
hęred.& Bald.in conſ.146. Albertus. lib. 1. & in conſil.
9. factum tale eſt, fortis guerra. lib. 2. vbi dicit caſum
dic.l.qui patri.eſſe ſpecialiſſimum, & iſtum eſſe de api-
cibus iuris, & mirabilem & hoc non crederent, niſi le-
giſtæ bene fundati in iure, & Corn.conſ. 208. colum.3.
verſic.his tamen lib. 2.vbi mouetur ex alia ratione ſui-
tatis pupilli tranſlatæ in ſubſtitutum per l. qui duos. de
reb. dub. & ibi doct. ita hac ratione hæreditas fratris
non adita tranſmittitur per fratrem ſubſtitutum. idem
Corne.conſil. 158.colum.pen.verſ.nihil etiam lib.3. vbi
etiam meminit hanc irregularem tranſmiſſionem non
habere locum vbi adeſſet aliquis, qui poſſet venire ex
pupillari ſubſtitutione idem de hoc in con.279.colum.
fin.eo.& Socin.conſ. 6. colum.pen.lib.3. vbi refert, &
ſequitur Bal.in alleg.conſi.9.& vltra proſequitur, & la-
te probat idem eſſe in fideicommiſſaria conuerſa ex
ſubſtitutione pupillari vnita cum iure accreſcẽdi, quod
ſit tranſmiſſibilis & Ruin. conſi. 91. colum. 2. nume. 6.
libr. 2. vbi tranſmiſſionem, ex ſubſtitutione pupillari
corroborat per ſuitatem fratris ſubſtituti pupillo. per
l.ſed ſi plures. §. 1. incip. quos poſſum. de vulgar.& pu-
pil.idem per Corn.conſil.138.colum. pen. in princ. lib.
4.& per Bartol.& ali.in l.2. in fin. princ. de vulg. & pu-
pil. & in d. l. ſed ſi plures §. quos poſſum. & Ang. Aret.
in tract. de teſta.in glo.85. colum. fin. nume. 16. & Ga-
bri. Eugub. conſilio 108. in princ. intellige & declara,
niſi concurrat alius cohæres vel ſubſtitutus qui præfer-
retur iuri accreſcendi, quod ideo tunc non tranſmit-
teretur, vt per Bart. in d. l. qui patri. & Iaſ. in l. plures
liberos.de vulg.& pupill. ſub pri. no. Vnde ex traditis
per Alexan.& alios in dic. §. quos poſſum. nota limita-
tionem ad.l.quoniam ſororem.C.de iure deliber.quòd
& ſi hęreditas, fraterna non tranſmittatur ex potentia
ſuitatis, tamen tranſmittitur quando eſt delata ex ſub-
ſtitutione pupill. & alias limitationes ad d. l. quoniam
ſororem, vide ibi in Apoſtill.ad Bartol.& per Alexand.
ibidem & in conſil.86.colum.fina. lib.3. vbi per ius ac-
creſcendi conſequitur hæreditas fratris.

29 Ius quoque † detrahendi, & petendi legitimam &
Trebellianicam, iam dictum eſt, tranſmittitur ad quoſ-
cunque hæredes, Salyc. in l. ſcimus. in princi.in 1.q.C.
de inof.teſtam.Bald.in l.quanquam.ad leg.Falcid.Ang.
in conſi.118.& conſil.287.col.2.verſicu.quin. promit-
to.Alexan.conſi.188.in princ.lib.6.Dec.conſi.81.col.1.
conſil.218.nume.4.Aym.conſi.142.num.2.Ioan. Anto.
Alexand.conſil.56.in fin.& conſil.163.col.1.nume.3.&
Burſat.Mantu.conſi.19.in fin.Emolumentum aliquod
in huiuſmodi relictum vti legatum, vel fideicommiſſum
purum ad hæredes tranſmittitur: Bartol.conſi.4.factum
tale eſt.ad fin.

30 Dotis † legatum vltra materiam dotis ſtatutariæ
tranſmittendæ, vel ne ſupra explicatam, quando mulier
priuſquàm illud conſequatur moriens tranſmittat ad
hæredes, dubitationis huius interpretatio capitur ex
cognitione ipſius legati, an ſit purum, modale, vel con-
ditionale, licet de hoc docto. varijs modis loqui videan
tur, tamen bene poteſt comprehendi id euenire ex di-
uerſitate caſuum, nam ſtando in terminis iuris commu-
nis, poſtquàm de caſibus ſtatutorum ſuperius dictum
eſt. Aut teſtator legans eſt de parentibus qui filiæ vel
nepti, tenentur relinquere legitimam, & tunc quibuſ-
cunque modis vel conditionibus relinquat dotem, quia
hæc imputatur in legitimam.l.quoniam nouella.C.de
31 inoffic.teſtam. † & ex legitima remouetur omnis con-
ditio, modus, vel onus.l.omnimodo, & l.quoniam in
prioribus.C.eo Ideo tale relictum dotis purum repu-
tatur, idque quandocunque legataria moriens tranſ-
mittit ad hæredes dummodo aliàs ſuam integram le-
gitimam à teſtatore non habuerit, vt firmant Bart.
Caſtr.Cuma.& Imol.in l.Titio centum.§. Titio gene-
ro. de cond. & demon.& Bald.in l.generaliter. colum.
pen.ſub verſic.ſed Dominus Richa.C.de epiſ.& cler.et
in conſ.287. ſuper primo ſub numero 4. lib. & con-
ſilio 248.quidam dicunt lib.4.& Ang. conſ. 124.Solus.
col.pen.verſ.diſtinguo, & Ang.Aret.in tract. de teſta.in
gl.61.ſub num.3.& in.§.fuerat.col.19.verſ.vlterius quæ-
ro inſtit.de acti.& Ceph.conſil.56. num. 15. & ſequent.
lib.1.& ſi dos eſſet exceſſiua vltra legitimam, ne diuer-
ſo iure cenſeatur per l.nam hoc iure de vulg. & pupil.
& l.eum qui ædes de vſucap. in totum pura eſt & tranſ-
miſſibilis tradit Bart.in d.§. Titio genero. ſub num. 4.
& Soc.Iun. conſi.134. colum. 2. nu.19.& ſequent.lib.1.
Idem eſt quando filia inſtituta eſt hæres in dote, quia
eam tanquàm legatariam tranſmittit ad hæredem, Ca-
pra conſil.118.

Aut teſtator eſt extraneus vel non obligatus relin-
quere legitimam & legando dotem ſi exprimit, & vult
legatum eſſe vel purum vel conditionale, res expedita
eſt, & ſtatur voluntati teſtatoris. §. diſponat auth. de
nupt.ſentit Bartol.in dict.§. Titio genero, ſub num.3.
32 verſi prædictam vera, & Ang. in dicto conſil. 124. † ſi
verò non exprimit, & in dubio legatum pro dote vel
cauſa dotis eſt conditionale, & non tranſmiſſibile.tex.
in d.§.Titio genero, ibi, ante nuptias verò, & ibi Bart.
& alij.& Rom.conſi.134.pro declaratione, col.1. & ſeq.
quod etiam apparet, vbi legatur ſub conditione & cau-
ſa quæ expreſſæ conditioni ineſt, vt ſi nupſerit, idem
ſub die incerta, & ſub cauſa, vt cum vel quando nupſe-
rit, & eſt aſſignare diem ſubſtantiæ legati.Bald. d. conſ.
286.ſub.num.3. & tunc non fit tranſmiſſio ſecundum
Bald.in d. l. generaliter colum.pen.verſ.ſed oporteret.
ita



ita eſt regulariter conditionale ſecundum magis com-
mun.opin.concord. allegans dicit Alexand. conſil. 42.
colum.1.verſic.aut dicimus.lib. 7. vbi in legataria æta-
tis an.12.concludit, ſufficere, conditionẽ eſſe purifica-
tam per contractum matrimonij, per verba de præ-
ſenti quamuis non fuerit traducta ad domum viri, &
ſic ad tranſmiſſionem legati, neceſſe non fore, legatum
eſſe exactum vel ſolutum, idem Ang.latè, & ſubtiliter in
d.conſ.124.col.pen. & fin.tenet extraneum teſtatorem
oſtendere mentem & voluntatem faciẽdi legatum do-
tis conditionale, ex eo, quòd aliàs ipſe teſtator erat obli-
gatus dotare, vt frater ſororem, vel alius aliam mulie-
rem amore Dei, ex diſpoſitione alterius teſtatoris, vel
aliam pauperem pro anima teſtatoris, vel aliam pro ho-
nore, & pudore domus ſuæ, vel pro intereſſe tertij, vt
puta vt nubat Titio, vel relinquatur futuræ vxori ali-
cuius certæ, vel incertæ, in his caſibus concludit & pro-
bat ibidem Ang. legatum dotis eſſe conditionale, &
non tranſmiſſibile ad hæredes legatoris: ad idem per
Pariſ.conſil.110.num.2.3.lib.4.& Corn.conſil.226.col.
1. lib.4.

Aut aliquando purum, vel tranſmiſſibile eſſe, tale le-
gatum reputatur, ſic voluntatem teſtatoris varijs ex
cauſarum ſpeciebus interpretando, vt ſi in loco teſta-
toris communis vſus loquendi & intelligendi extet,
dotem dici patrimonium mulieris etiam innuptæ, quæ
communiter dicatur de patrimonio virginis, vel vi-
duæ, iſta habet talem, & tãtam dotem, eſt diues vel pau-
per, ſecundum quem communem vſum loquendi in-
telligendo verba teſtatoris, l.librorum.§. quod tamen
Caſſius.de lega.3.cum ſimil.alleg.ſupra lib. 1. interpr. 1.
dubit.3.verſic.ſimiliter à conſuetudine, & tali commu-
ni vſu loquendi probato legatum dotis vti appellatum
patrimonium mulieris, etiam per l.3. §. ſed vtrum, in
fin.de minor.purum cenſetur, & non conditionale, &
poſſe peti incontinenti, tradit Bart.in d. §. Titio gene-
ro colum.3. quem in hoc ibi doct.communiter ſequun-
tur, idem per eadem ferè verba in conſil. 200. quæritur
de legatis.volum.& conſil.45.ſuper quæſtione, & conſ.
50.viſo teſtamento nume.5. vol. 2.& ſequitur.Socin. in
conſil.92.col.5.verſ.ſecunda coniectura lib.1.& Ancha.
Regien.in quæſt.51.num.8.lib.2.

Aut, ſi fuerit factum legatum purè, & poſtea ſolu-
tioni fuerit aſſignata dies, ſcilicet, quòd ſoluatur quan-
do nupſerit pro ſua dote: hac vel ſimili forma factum
tranſmiſſibile eſſe, reſpondit Bald. conſil. 286.ſuper
primo verſ.ſuper tit. lib. 3.per not. in l. pen. C. quando
dies leg.ced.probat.Soc.d.conſi.92.colum.6.verſ.con-
firmo. ſequitur Aym.in conſ.101.verſ. ſed pręmiſſis. in-
telligendo, quando verba pro maritanda, vel matrimo-
nio collocanda, non ſubſtantiæ legati, ſed ſolutioni &
præſtationi fuerint adiecta. † relictum enim pro mari-
33 tãda tacite videtur pro dote, cui maxime cõuenit quan-
titas relicta, cum non poſſit maritari ſine dote, ſecũdum
communem curſum dicit Paul.de Caſt.in l.Lucius la 1.
ad fin.de leg. 2. Sed coniecturam ex hac forma legati
ſumptam, non puto veram: quia dies etiam iſto modo
ſoluendi legatum, quando nupſerit, vel pro maritanda,
eſt incertus, ideo etiam aſſignatus ſolutioni, facit con-
ditionẽ, per l.quibus diebus. §. quidam Titio. de cond.
& demonſtr. firmat gloſſ. in l.Seius Saturnius ad Tre-
bellianum.& Bart.in l.ſi cui legetur.§.1.ita in ſpecie fir-
mat Ang.in conſ.120.Domina Antonia, & videtur text.
in l.ſi dies §.ab incerta. ff.quãdo dies leg.ced.& in l.hæc
conditio filię, de condit.& demonſt.& Gualden.de arte
teſtandi in titu.de leg.cau.54.num.2.

Aut ſi titulus dotis exprimatur, quia teſtator dixit
pro dote vel dotis nomine, vel dotis cauſa, & legatum
factum ſit pupillæ tunc conditionale eſt, quia incertum
eſt, an perueniat ad ætatem nubilem nec ne, & interim,
vt quid impoſſibile impubes cautionem præſtare non
poteſt, ideo nec agere poteſt, nec ceſſit dies ætatis, &
cauendo de modo implendo habebit legatum, ſi autem
titulus dotis non exprimatur, ſed quoddam præpara-
torium animi cogitatione ſolitum præuenire nuptias,
vt quia teſtator dixit ad hoc vt nubere poſſit honorifi-
ce aſſigno, vel lego mille, tunc legatum eſt purum arg.
l. ſi mulier dotem. C. de iure dot. hanc diſtinctionem
facit, & probabilem dicit Bald.in conſ.249.an legatum
dotis lib. 4. ſequitur Aym.d.conſil.101.verſic. ſecundo,
quia hoc procedit, vbi mentio dotis in legato ſignificat
cauſam remotam, vel impulſiuam, vel quandam de-
monſtrationem, vel conſilium fauore legatarij. arg.d.l.
Titio centum in princ.quod eſt quãdo legatur occaſio-
ne dotis, vt idem Bald. probat & tenet in conſil. 237.
Titius in teſtamento, verſ. vlterius quæritur nume.4.&
5.lib.1.refert Grammat.in deciſ.Neap.59.num.51.idem
tenet in conſi.ciuil.57.num.5.& 6.& conſilio 146. num.
quarto.

Aut, ſi poſt legatum dotis teſtator in alia oratione di-
xit, quòd volebat legatariam habere, & petere poſſe di-
ctam quantitatem relictam tempore nubilis ætatis, quæ
interim debeat depoſitari. Exinde interpretatur vo-
luntas teſtatoris eſſe, quòd poſſit peti legatum, ante-
quàm nubat legataria, l.ſancimus.de nupt.& ſic non eſ-
ſe ſub conditione ex facto conſuluit Paul. de Caſtr. in
conſi.125.Viſo teſtamento Ambroſij.col.2.verſ.in con-
trarium.lib.1.ſequitur Grammat.d.conſ.57.num.17.idẽ
Caſtr.in d.§.Titio genero.col.3.ver.iſtam opin.Bar.ego
ſequor.dicit, quod videtur ſufficere, vt petere poſſit,
cum peruenerit ad nubilem ætatem, quaſi inſit iſta con-
ditio, ſi efficiatur nobilis, non iſta conditio, ſi nupſerit.

Aut, ſi relinquatur pro dote aliqua parua quantitas,
verè non ſufficiens pro dote, ſed ad expenſas ſolitas in
loco, vel ad ſuffragium dotationis: Exinde reputari
legatum purum, ſentit idem Caſtr.in d.§.Titio genero.
col.3.& verſ.poſſe tamen, & Tenet Gram. d. conſil. 57.
col.2.verſ.quartò habenda.

Aut, ſi demum quacunque verborum conceptione
fuerit factum legatum, ex qua poſſit teſtatoris volun-
tas coniecturari legatum eſſe purum, & conſequenter
tranſmiſſibile, id ſane attendendum eſt, vt ſi dixerit te-
ſtator, ordino & volo, quòd dentur Titiæ centum
pro ſuo maritagio. Grammat. 2.dicto conſi.57.num.51.
& dicto conſil.146, num.5.vel iam ipſa legataria habue-
rit legatum, antequam nuberet, vel alia ſimilis legataria
ſuum conſecuta eſſet legatum, vt adducitur per Aym.d.
conſil.101.& Grammat.in d.conſ. Vt quando etiam fa-
ctum eſt legatum vxori in quantum, vel quamdiu ſe ab-
ſtinuerit à ſecundis nuptijs, quòd id moriens tranſmittit
ad ſuos hæredes, conſuluit Pau.de Caſt.conſi.451. lega-
tum iſtius, lib.1.

Atque in † cęteris legatis & fideicommiſſis condi-
34 tionalibus ad hęredes conditione pendente non tranſ-
miſſibilibus, poteſt quidem teſtator facere, quòd tranſ-
mittantur, vt l.1.C. vt acti.ad hęred.& contra hęredes,
& ibi not.Bald.ad prin.& in l.ſi pater in col.pen.in 4.q.
num.16.& Gualden.de arte teſtan.in ti.de lega.cau.54.
in fin.& in tit.de ſubſtitut. cau. 23. nume. 5. idque velle
etiam ex coniecturis intelligi poſſe ſecundum Bald. in
l. 1. nume. 10. de his qui ante aper.tab.doct. communi-
ter referunt, & ſequuntur, vt Socin. in l. in conditioni-
bus §.1. nume. 4.de cond.& demonſtr.in l.hęredes mei.
§.cum ita col.4.& ſequent.ad Trebel.& in conſi.6.col.
3.verſ.reſtat nunc lib.3.Iaſ.conſil.183. colum.1. lib. 2. &
conſil.52.colum.fin. lib.3.& Dec. conſil.574. colum. 1.
num.4.& alibi, & Cephal.conſil.114.num.14. cõiecturę
autem colligi debent ex ipſo teſtamento & ex dictis,
& diſpoſitis per teſtatorem in eo debent apparere,
Socin.in dicto §. cum ita. colum. 5. Dec. in conſil.465

colum. fin. verſ. vltimò non obſt.& Pariſ.conſil.77.col. 3.nume.2.lib.2. & Iaſ.conſil.154.colum.2.ad fina.lib 4. vt latè declaraui ſupra lib. 1. interpr.2. dubit.1. in prin. vbi de coniecturis diſcuſſum eſt, & late per Hier. Zanch. in dict. §.cum ita nume.233. & Odd.Peruſ. de compendioſa, parti.6.queſt.1.concl. 7. art. 2. verſ. limitatur autem. fol. 185. vbi has coniecturas per ſeptem limitationes explicat. Quarum enim coniecturarum indicantium voluntatem teſtatoris eſſe tranſmittendi legatum vel fideicommiſſum conditionale ad heredes? exempla ponunt doct.his modis. Vbi teſtator apponendo conditionem aliquam adimplendam per filium fecerit mentionem de filio, & hæredibus eius, ſic ad hæredem impletio conditionis, & legatum conditionale tranſmittitur, tradit Bald.in d.l.ſi pater.d.nume.19.ſequitur Curt. Sen. conſil. 76. colum. penult. verſ.reſpondetur dupliciter. Et ibi teſtator filijs fratris inſtitutis, & eiſdem ſine liberis decedentibus ad inuicem ſubſtitutis quibus non exiſtentibus ſubſtituit extraneum, interim aliquis primus vel medius ſubſtitutus cum liberis moriens, ius vel ſpem fideicommiſſis tranſmittit ad ſuos liberos, qui etiam poſiti in conditione ex tacita mente teſtatoris præferuntur vltimo ſubſtituto extraneo notis. l. Lucius in fina. de hæred. inſtitut. Nat.conſi.688. nume. 3. & ſequent. & vbi per fideicommiſſum Sempronius ſit ſubſtitutus, eo decedēte ſubſtitutus ſit Caius vnicus filius ex pluribus grauato patre, decedunt, & Sempronius, & Caius filius, relictis alijs filijs Sempronij, ad quos quidem fideicommiſſum iure tranſmiſſionis pertinet ex veriſimili cogitatu, & diſpoſitione teſtatoris de perſona Sempronij, & vnius ſui filij,ad omnes ſuos filios per l. tale pactum in fin.ff.de pact.hęc probat pro notabilibus & quotidianis in practica Socin. in dict. §. cum ita colum. 5. & vbi dotalis filiabus filijs maſculis vniuerſalibus hæredibus inſtitutis, & aliquibus decedentibus ſine filijs maſculis fuerint ſubſtituti ſuperſtites, vel alij extranei, aliquo ex inſtitutis. & ſuperſtitibus ſubſtitutis, decedente cum filijs maſculis, ad iſtos quidem filios pendens fideicommiſſum & cum iure accreſcendi tranſmittitur, & ſic ad hæredes decedentis firmat Socin. in d. §. cum ita, colum. 5. nume. 12.& in d.conſil.6.colum.3.verſic. reſtat nunc reſpondere. lib. 3. vbi dicit vidiſſe ita conſultum per multos ſolemnes doct.& Iaſ.conſil. 154.colum.2.lib.4. & d. conſil. 233. colum. 1. lib. 2. & Dec.conſil.574.colum.1. & ſequent. & conſil. 594. col.fin. & Ruin. conſil. 95. colum.2.num.6.& ſequent.& conſil. 156. colum. penul.num.4.& ſequent.lib. 2. vbi dicit, quòd veniens iure tranſmiſſionis non venit ex propria perſona ſua, ſed ex perſona ſubſtituti deficientis per l. ſi quis filium. §.de acquir.hæred. adeoq; veniens iure tranſmiſſionis poſſet repudiare, ſicut potuiſſet tranſmittens, & poſſet ſuccedere ex vulgari pro eo factæ ad excludendam matrem. vt conſuluit Paul.de Caſtr.conſil.344. ſubſtitutio iſta lib.2. nume. 11.& ex tacita mente tranſmiſſio locum habet non ſolum ſubſtitutionis fideicommiſſariæ pendente conditione, ſed etiam vulgaris & directæ ex eadem ratione ſubſtitutionis alterius, & iuris tranſmiſſionis,vt ibi per eundem Rui. & in conſ.94. num.9. & conſil.145. colum.2. & 3.nume. 6.eo. & late in conſil. 178.& in conſ.ſequent.colum.fin.nu.6.& conſi.201. colum.5.nume.6.7.eo. lib.2. vbi de ſubſtitutione fideicommiſſaria vnita cum iure accreſcendi magis tranſmittenda, & Curt.Iun.conſil.16.colum.3.nume. 6.7. & Ioan.And.Alexan.conſil.28.nume.8. & conſil. 143. col. fina. nume.7.& Pariſ.conſil.25.nume. 8. 9. vbi dicit id etiam procedere in tranſuerſalibus teſtatoris, & idem conſilio 76. colum.fina. & conſilio ſequent. colum. ſecunda, & ſequent.vbi nu. 25. de fideicommiſſo adiuncto cum iure accreſcendi, & idem in conſil. 91.nume. 44.& 45.lib 2,& in conſ.50. col.3,nume. 17. 18. vbi appellat iſtam commu.concluſionem prout reuera eſt per tot celebres doct. approbata, & conſil.66. nume. 75. & ſequent. lib.3.vbi & nume. 80. dicit in puncto iuris verius eſſe id poſſe teneri ex coniecturis etiam habitis ex dictis per teſtatorem ante & poſt teſtamentum, ſed hoc intelligendum eſt vt ego declaraui ſupra lib. 1. in loco ante citato, & hanc opinionem tanquàm æquiorem & veriorem in conſulendo & iudicando quòd ipſe ſemper ſequeretur dicit Bero. conſil. 104. nume. 18.& præceden. lib. 2. in ſuo caſu quomodo contra has coniecturas arguat idem Bero. vide in conſi.107. eo.poſtmodum eas defendit in conſil.ſequent.dicitque ita fuiſſe iudicatum in conſil.110. nume. 35. eod. prædictam concluſionem vti communiter receptam comprobat Cephal. conſil. 16. nume. 45. & præceden. vbi totam ſuam concluſionem firmat in eius fundamentis & in reſponſionibus ad contraria confirmat in ſolo iure tranſmittendi pro com.etiam comprobat Burſat. Mantu.conſ.71. num.12. & ſequent. allegando moderniores, & in materia latè ex profeſſo Gabriel. Roman. de commun.opin.lib.4.tit.de hæred.inſtit concluſ.2. & ad ſeptem limitationes diſcutiēdo reducit Odd. Peruſ. tract.de compen.part.6.& vlti.quæſt.1.art.2.verſi. limitatur autem & ſeq.fol.185.

Sane ea prædicta intelligenda ſunt primò, quando ſubſtitutus mortuus fuerit poſt mortem teſtatoris, ſecus ſi eo viuente, quia fideicommiſſum tunc efficitur caducum, & ſubſtituto vel coniuncto non exiſtente remanet penes hęredem grauatum, vt l. 1. §. pro ſecundo.de cad. tollend. & teſtatore viuente nulla fideicommiſſis ſpes probabilis exiſtere poteſt.arg.l.2.§.interdum de vulg.& pupil.& not. in l. fina. C.de pact. Ergo quod non eſt,non poteſt tranſmitti,ita in ſpecie probat Curt. Iun. conſil.96. colum. penult.num. 4.& ſequen.vbi dicit Doct. loquentes de tali tranſmiſſione intelligi de fideicommiſſo conditionali exiſtente poſt mortem teſtatoris, & de fideicommiſſario ſic moriente poſt mortem teſtatoris, & maiorem difficultatem, quæ *ſit in* Iure noſtro, eſſe bene intelligere,in quibus terminis loquantur Leges,gloſſ.& doct.vtique verum dicit,& quotidie experimur, facit, quod ſcribit Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ.lib.1.§. Monachus 9.num.11.& 12. mutatis ergo terminis, mutatur & ius, dicit Alber. in l.ſi filius qui patri, ad med.de vulg.& pupil.& facit text.in l.qui fundum, ibi reſpondi intereſſe quemadmodum res diceret.ff. de cont.empt.ſecundo intellige quando ratio recti ſermonis non patitur fieri talem tranſmiſſionem, vel ceſſat ratio agnationis conſeruandæ vt quando vltimo eſt facta ſubſtitutio de alijs ſuperſtitibus in totum, vel quādo vltimo fœmina eſt ſubſtituta, quòd tunc primus vel medius ſubſtitutus moriens cum filijs ad iſtos non tranſmittit fideicommiſſum conditionale,quia deuenit ad nominatos ſuperſtites, etiā ſi fœmina ſit, & ratione dictionis, Alijs,& in totū ſic magis pro hoc oſtenſa voluntate teſtatoris,quàm pro ipſa tranſmiſſione: vt tradunt Curt.Iun.conſi.69.& Aymo. conſ.306. colum. antepen.& Ruin.conſil.181. col.1.& ſequen.lib.2.Tene tamen contrarium,vt per Odd. Peruſ.tract.de compen. par.6.quæſt.1.art.2. in 2.limi. verſ. contrarium tenent. fol.184.& Zanc.in repet.§.cum ita.num.217. 19.341.l. hæredes mei ad Trebel.

Tertiò,Ruin.conſ.140.col.6.num.14.eod.lib.2.limitat,tranſmiſſionem non habere locum ex tacita voluntate teſtatoris,quando filij,ad quos facienda eſſet tranſmiſſio, non ſunt in conditione expreſsi à teſtatore; ſed intellecti à iure,per l.cum auus.de cond.& demonſtr.vt ibi per eum. maximè in col.penul.verſ.tertiò, nec tales filij ſubintellecti, impediunt ipſam tranſmiſsionem: Rub.Alex.conſi.8.col.fin.num.8.

Rurſus



35 Rurſus vltra † hæreditatem patris, vel aui paterni, infanti delatam, & per eum tranſmiſſam ad hæredes omnes,vt ante dictum eſt, de alijs hæreditatibus ſimiliter infantis delatis, & adulto vel maiori quomodo per iſtos antequam agnoſcantur morientes, tranſmittantur ad hæredes, determinationes Iuris ſunt notæ per gloſſ.& Doct. in l.ſi infanti. in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. & in l. 1. de his qui ante aper. tab. & in l. ventre ff.de acquir.hæred.etiam tranſmiſſio non impeditur ob dilatam aditionem hæreditatis, donec fuerint ſoluta legata, pura tamen, exiſtente inſtitutione, ſi forte per negligentiam non exequentium, vel teſtatoris, vel alterius defectu aditio dilata dici poſſet: Oldr. conſil.108.Titius colum.fin. in tertia quæſt.ſi autem hęreditates ipſę non tranſmitterentur, quando ſaltem ad hæredes tranſmittatur ius petendi reſtitutionem in integrum aduerſus hæreditatis aditionem non factam,ſatis opportune videndum eſt.

36 Primùm † An reſtitutio hæc ex perſona infantis minoris ſeptennio competat, Antiqua eſt in contrarias partes deciſa quæſtio, talem reſtitutionem competere, ſequentes Iacobum de Beluiſ. per diuam l. ſi infanti verſ. ſi verò vel non ſit tutor. & l. 2. §. ſi quis ex liberis ff.ad Tertul. tradunt Bald. in dicta. l. ſi infanti. colum. 4.ſub num.16. & Saly. ibi colum. 3.nume. 13. idem putans, hanc partem veram latè defendit in l.1. colum.3. C.de reſtitut.milit.& Bald.in l.1.§.in nouiſſimo.de cad. tol.idem infante naturaliter decedente, & culpa tutoris ceſſante,vel eo exiſtente ſoluendo, non dati reſtitutionem, ſic intelligit dicta per eum in dicta l. ſi infanti. idem in conſil.101. Punctus cauſæ.ad fin.lib. 3. vbi in d. l.ſi infanti. idem Ang.colum.2. in l. Pantonius de acq. hæred. dicit ſe ita pluries conſuluiſſe de facto, & quòd idem prima vice Bal. tenuit,ſed poſtea mutauit propoſitum,vel huic opinioni adheręt Petr. de Anch.in conſil.362.de viribus aditionis, in vltimo quæſito, dicens, pro ſe habere tex.in d.l.ſi infanti & reg.& in conſulēdo, & iudicando continere æquitatem, & Corn. conſil. 87. lib.1.plura inuoluēdo,inclinat in hanc partem, & Capr. conſi.148.colum.fi.num.72.aliter non inſiſtendo dicit, ita communiter teneri idem ſequitur,& probat Aret.in conſ.161.In præſenti conſultatione.col.7.& ſeq.

Contrarium verò, & quinimo hæredi infantis minoris ſeptennio dari in integrum reſtitutionem aduerſus hæreditatis aditionem non factam, ſequentes Iac. de Are.tenent Bart.in d.l. ſi infanti. ad fin.& ibi Pau.de Caſtr. ſub nume. 7. dicens, ſe communiter ſeruari vidiſſe hanc opin.tam Florentiæ, quàm Bononiæ.& Alex. in colum.penult. nume.8. dicens, ita eſſe magis commu.opin. & ſe non recedere ab hac commu.opi. & Iaſ. ad fina. dicens, tenendam eſſe opin. Bartol. quæ eſt
37 † commun.eo maximè, quòd beneficium reſtitutionis in integrum per verba Legis, vel ſtatuti,quantumcunque generaliſſima, nunquam cenſetur ſublatum, niſi de eo fiat ſpecialis mentio.per text. & gloſſ.fin.in c. coràm de in integrum reſti. & gloſ. fin.in l. poſtquam liti. C.de pact. & per Balb. de præſcripti. in 3. par. princip. in q. 29.nume.5. 6. & per Ruin. conſil.138.in fina.lib. 5. idem Bart.in l. qui duos.in princ.num.5. 6.de reb. dub. & ibi Socin. nume.18.dicentes,id concedi, & ex titulo de minorib.& clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa ſimul iunctis & per l. non ſolum ff. de in integrum reſtit. & l.Pantonius de acq. hæred. & l. 1. C.de reſti.mili. & ibi Bart. & Paul.de Caſtr. ad fin. dicens hanc opin. communiter ſeruari tanquàm vtilem. idem Bart. conſil. 9. quidam Peruſ. in fin. lib. 2. duplicato in conſil. 178. lib. 1. & Corn. conſil.200. colum. 4.verſ.nec obſtant.circa li.2.dicens hanc cōmu. & ita pluries conſuluiſſe, & tenuiſſe legendo & Socin.conſil. 116. colum.3. & verſ.3.ceſſantibus,& conſil.153.col.10.lib.2. concord. allegando, atteſtatur hanc opin. commu. & tenendam eſſe, idem Roman.conſi.8. Viſis narratis. verſ. quantum ad tertium, dicens iſtam commun. cui adhærere debemus.idem etiam, & indiſtinctè ſibi contrarius tenet Capr.conſil.109. & Anch.in conſil.104. pro declaratione. col.fin. reſpondet diſtinctione Bart.in dict.l. ſi infantia reſtitutionem,talem non dari,ſi poſſit agi contra tutorem negligentem: vel tali hæredi infantis poſſet imputari negligentiam non petiti tutoris, ſed hanc diſtinctionem Bart. tanquam commun. defendit,tenet Ruin.conſil. 119. colum. fin. l.5.& Soc.conſil. 177. col. 1.verſic.confirmatur iſta concluſio.lib. 2. ita tenendum eſt, & in his locis reſpondetur rationibus ſupradictæ contrariæ opin.Iac.de Belui.& ſequacium. limita iſtam concluſionem non procedere, quando hæreditas eſſet delata infanti ſub cōditione ſi voluerit dotare ſororem, & quando talis reſtitutio ſaperet iniquitatem excludendā puto ſororem infantis ab hæreditate patris, vt latè defendit Socin.conſ.207.col.3. ſub verſ.quinto & vltimo,lib.2.addo Alex.conſi.168.col.fi.lib.7.

Magis autem & hæredi pupilli maioris ſeptennio, & adulto huiuſmodi competit reſtitutio in integrum: quia in eo ceſſat contrarium illatum, ex d.l. ſi infanti. in verſ.ſi verò vel non ſit tutor, & per Doct.in locis ſuprà allegatis, & ad ipſum hæredem tranſmittitur, vt per Bald.in conſil.78. ſuper princ.in fina.lib.5.& Capr. conſil.148. colum.fina.num.18. & Corn. conſil. 125. & conſil.138.ad fin.lib.3. & eſt commun. opin. Pariſ. conſil.59.colum.fin.nume.16.lib.ſecundo, Ang. conſil. 83. Subtiliter. in fin. & Borgni, Fiuizanen. in tracta. de tuto.& curator.num. 17. pag.45.& Cephal.conſ.56.nu.6. & lib.1.

Verùm animaduertendum eſt, iſtam tranſmiſſionem non opitulari hæredi minoris, neque maioris vltra
38 quadriennium, † quod incipit à die mortis minoris vel maioris, & vltra quod non datur beneficium reſtitutionis in integrum per l. fin.C.de tempor.reſti. in integrum,vt tradit Paul.de Caſtr.in conſil. 86. Viſis & conſideratis.ad fin. lib.2. & Bald.conſil.226.quæſtio eſt.lib. 2.& conſ.309.Super eo.ad fin.lib.5.ſed Capr.conſ.140. tenet,quadrienniū incipere currere conſanguineo hærede à die aditæ hæreditatis vel agnitæ bonorū poſſeſſionis, per l. ea,que.verſ.cum vero maior.C.eo.de tempo.in integrum. reſtit. niſi ipſe maior hæres diſtulerit hæreditatis aditionem malitioſe, & fraudulenter, ac doloſe,quia tunc ſibi incipit currere tempus, à die, qua ſic differre cœpit, perinde ac ſi adiuiſſet per Cyn. Bart. & Bald.in d.l.ea,quæ alleg.à Capr.in d.conſil.cui aſſentior,per tex.in d.l.eaq;,d.verſ.cum verò maior ibi,mox. cum fuerit adita hęreditas,& per illud,quod faciendum eſt,& per hæredes cum certo tempore præfixo non currit hæredi, niſi à die aditæ hæreditatis,Roma. conſ.228. Pro plena colum.1.verſic. quarto probatur.& Alexand. conſi.36.colum.3,nume.5.lib.4,& Bart.& alij.in l.fin.§. 1. C.de iure delib.quia id quadriennium, etiam ſi prius fuerint elapſi centum anni, non incipit currere, niſi à die ſcientiæ,concord.plures congerit Tiraqu. de tract. tit.1.§.35.gloſſ.4.num.43.

Non ſolùm enim hæredi minoris competit beneficium reſtitutionis, ſed etiam ad hæredem maioris trāſmittitur: vt, ſi maior, cui delata eſt hereditas, ignorans eum non adeat, ius quidem deliberandi, ad idque beneficium reſtitutionis tranſmittit ad ſuum hæredem ex capite iuſtæ & probabilis ignorantię reiecto, Alex. conſil. 163. lib. 2. comprobat, dicens, quòd in conſulendo ab iſta opinione non recederet, Socin.in dict.l. qui duos.in princ.num.25. de reb.dub. & in l. ſi mulier. nume.11. idem.Gualden.de arte teſtandi.lib.11. cap. 1. nume.7.& Anton. Gomez tom.1. ſuorum commentariorum, tit. de tranſmiſſis. in fina.quod & ex hac doctr.

 firmatur

firmatur, quam allegando concord. adducit. ipſe Alex. in conſil. 45. colum. 2. ſub verſic. modo ad propoſitum. lib. 5. quod quilibet incurrens in priuationem ſui iuris ob non factum, ſemper ex capite præſumptæ ignorantiæ, & clauſula generali reſtituitur, quoniam ſola ignorantia eſt iuſta cauſa dandi reſtitutionem in integrum ſecundum commun. opin. relatam per Seb. Sapiam. in l. cum antiquioribus. nume. 18. de iur. deliber. & in ſpecie format idem Alexand. conſil. 71. colum. 2. nume. 67. lib. 1. & conſequenter, tale remedium tranſmittitur ad hæredes, d. l. non ſolùm, de in integr. reſtitut. cum aliis ſupra alleg. etiam vbi tranſmittens fuiſſet impeditus abſentia voluntaria, vel infirmitate, Alexand. conſil. 20. col. fin. lib. 1. Bologni. conſil. 32. colum. 2. tranſmittit tale remedium, vt iſti probant.

39 Item † ſuus præteritus tranſmittit ad liberos ius querelandi, & dicendi teſtamentum nullum, per l. ſi quis filium & l. ſcimus in fin. C. de inoffi. teſtam. Bald. conſil. 410. Primo videndum eſt. nume. 2. lib. 4. & Iaſ. in l. ſi arrogator. col. 6. verſ. ſed iſte intellectus. ff. de adopti. tenet idem reprobata opin. Alexand. in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. & Borgni. Fiuizanen. in tracta. de tuto. & cur. nume. 70. pag. 44. quòd tranſmittat ad quoſcunque hæredes non videtur tuta reſolutio, vt per Bald. conſil. 34. lib. 4. & Ant. Gomez. in ſuo Comment. iur. tom. 1. ca. 11. ſub nu. 7. verſ. item quæro, an filius ſuus, & vt hæredem. num. 17. Similiter remedium bonorum poſſeſſionis contra tab. tranſmittit: vt l. illud. §. fi. & ſequent. & ibi gloſſ. Bald. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. filij quoque decedentes poſt matrem, & nati ex primo matrimonio, tranſmittunt ad liberos ius querelandi, ex l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. probat Aymo 142. col. 3. nume. 6. ius item competens filio præterito, an tranſmittatur ad matrem, ſubtiliter diſcutit Oldr. conſil. 171. Thema tale eſt. Titius. colum. penult. verſic. quartò quæritur, quod ſic late probat Alber. in l. penult. C. de inoffi. teſtam.

40 Ille, cui † facienda eſt collatio bonorum, decedens, hoc ius ſibi conferendi ad hæredem tranſmittit l. 1. §. ibidem. ff. de collati. & ibi Doct. & per Bar. & Alber. ſub §. pater filium, & l. ſi maritus. C. de collat. & ibi Doct. & per Vita Nemauſen. in tract. de colum. 14. 19. & poſt alios Dec. id procedere dicit tam actiuè, quàm paſſiue, & colligit alios caſus tranſmiſſibiles ad hæredes. ſ. ius accreſcendi, ius patronatus, ius detrahẽdi treb. falc. ſupplementum legitimæ, ius petendi reſtitutionem in integrum, ius excludendi filiam, per ſtatutum notandum eſſe, quòd non tranſmiſſibile ad hæredes etiam lata
41 ſententia, non ſit tranſmiſſibile. † nota, quoque beneficium Edicti diui Adriani, & poſſeſſorium, quorum bonorum, & omne iuris remedium poſſeſſorium, & officium iudicis competens defuncto, tranſmitti ad hæredem, Bald. conſil. 186. Quia allegationes. col. 2. nume. 7. lib. 1. pariter licentia, quàm quis habet ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate, tranſmittitur ad hæredem, & ad ceſſionarium, & ad ceſſionarij hæredes, dicit Paul. de Caſtr. conſil. 59. Viſo puncto. in
42 fin. lib. 2. † Ius & conditionale ex contractibus competens tranſmittitur ad hæredem: §. ex conditionali. Inſtit. de verb. oblig. & Card. Zab. in clem. fin. ad fin. de elect. vbi adducit rationem diuerſitatis, cur ſecus ſit in conditionalibus ex vltimis voluntatibus, in quibus ideo ſic eſt: quia conditio trahitur retrò, ſicut in contractibus conditio trahitur retrò ad diem initi contractus. vt ibi per eum, & per Doct. in dict. §. ex conditionali. & Io. de Ana. conſil. 19. Viſis inſtrumentis. col. 1. verſ. preterea negari non poteſt, ſed conditionis, vel modi implementum tam in caſualibus, quàm in poteſtatiuis, & tam ex parte debentis implere, quàm eius, cui debetur implementum, ac tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, quando tranſeat ad hæredes, vide quod latè diſtinguunt & tractant Cyn. Bald. Alber. & Salyc. in l. ſi plures. C. de condi. inſer. Bart. Bald. Caſt. Alexan. Iaſ. in l. ſi decem cum petiero, & in l. qui Romę. §. Augerius. de verbor. oblig. & Bart. in l. cui fundus, & in l. à teſtatore, de condi. & demonſt.

Sunt in aliquibus locis, ſtatuta de hæreditatibus, delatis tranſmittendis ad hæredes, de eorum intellectu vide Anton. de Butr. in conſi. 78. & Socin. conſ. 116. col. 4. verſic. ad quartum. lib. primo, & conſil. 197. ad fin. lib. ſecundo, & Matheſ. in not. 194. not 2. hoc verbum hæreditas. Anchar. conſ. 354. Viſis diligenter. & Rimin. conſ. 264. lib. 2.

43 Notandum eſt vltimo, quòd † in omnibus præſcriptis, & ſimilibus caſibus, in quibus ius aliquod ad hæredes iam tranſmiſſum conſtat, id ipſum ius ad omnes hæredes primi hæredis tranſmittentis, etiam ius ipſum delatum primi tranſmittentis ignorantes, ſemper tranſmiſſibile eſt, vti ſemel hæreditarium & tranſmiſſibile effectum, per l. item videndum, in fin. ff. de peti. hæred. & l. videamus, quod met. cauſ. tradit Bart. in dicta lege qui duos. in princip. colum. penult. verſic. quæro hæres. nume. 11. de rebus dubijs. ibi Socin. col. penult. verſic. ſeptimò quærit. nume. 31. defendit & atteſtatur hanc commun. opin. idem tenet, & atteſtatur Seb. Sapia in repet. dict. l. cum antiquioribus. colum. ſecunda, nume. 21. C. de iure deliber. Addo per l. pater. §. quindecim. de leg. 3. Bald. idem firmare in conſi. 346. quæſtio. de pluribus tranſmiſſionibus, ad fin. verſic. tertiò dico. lib. quarto, & Bartol. in l. quod diximus. §. in hæredem. ff. quod met. cauſ. Vnde quoties defectus non eſt in iure deferendi, & diem cedendi, ſed ſuſpenſio eſt iuris agnoſcendi & petendi, lex diſpenſat, quòd fiat tranſmiſſio, dicit Ripa in l. re coniuncti num.
44 87. de lega. 3. & nota † duas regulas, vna, quòd omne legatum tranſmiſſibile de ſua natura cedit à morte, altera, quòd legatum, quod non eſt tranſmiſſibile, cedit ab adita hæreditate, ſecundum Fal. in l. 1. §. excepto in fin. de cad. tollen.

His autem caſibus explicatis, quibus hæreditatum, fideicommiſſorum, legatorum, vel horum portionum tranſmiſſiones fiunt, facilis cognitio eſt, cæterorum
45 caſuum † tranſmiſſiones denegari, quoniam primum
46 communis & veterum legum eſt regula, quòd † hæreditas non adita non tranſmittitur: l. prima. §. in nouiſſimo. de caduc. tollen. & ibi gloſſ. & Doct. & in l. ventre, de acquir. hæred. ſimiliter ſubſtitutionis non tranſmittitur ad hæredem decedentis ſubſtituti, nec vulgariter, vt l. toties. ff. eo. & l. ſi ex pluribus de ſuis & legi. hæred. nec pupillariter, vt l. qui liberis. §. hæc verba, & l. ſed ſi plures in princip. de vulgar. & pupil. nec breuiloquè, & reciprocè, vt l. qui plures. & l. Lucius. in fin. eo. nec per fideicommiſſum conditionale, vt dict. l. prima. §. ſin autem aliquid. & l. in perſonam. C. de fideicommiſſ. Alexand. conſil. 251. numero ſecundo, lib. ſexto, Goz. conſil. 29. colum. quarta, numero 17. Pariſ. conſil. 21. nume. primo, lib. 3. Roman. conſil. 162. & Bero. conſil. 94. nume. 13. & ſequent. lib. ſecundo, & conſil. 118. nume. 7. eod. Boër. deciſ. 354. num. 13. etiam ſi ſubſtituti hæredes eſſent de liberis, ſecundum gloſſ. in l. prima, in verſic. de relictis, de his, qui ante aper. tab. communiter approbatam. Dec. conſil. 416. in fin. & Iaſ. conſil. 203. in fin. lib. ſecundo. & conſil. 80. lib. primo, & conſil. 29. colum. ſecunda. lib. 3. hæc diſcurrit Roman. conſil. 17. & prius Bald. in l. quidam elogio. ſub nume. 18. verſic. in contrarium. C. de iur. deliber. & Alexan. conſil. 36. colum. ſecunda verſic. confirmantur prædicta, & in fin. lib. tertio, firmat, quo allegato, tranſmiſſionem eſſe contra ius commune, & de iure ſpeciali, dicit Aym. conſil. 67. ſub num. ſexto, refert eadem iura. Alexand. conſil.



conſil. 36. nume. 6. & latè Pariſ. conſil. 83. col. 1. lib ſecundo, de fideicommiſſo conditionali non tranſmittendo, & Iaſ. conſil. 124. col. 2. lib. 4. Aduerte tamen, quòd ratione ſuitatis acquiſitæ pupillo ex ſubſtitutione pupillari in ſubſtitutum, eodem ſubſtituto præmoriente, tranſmittitur pupillaris hæreditas ad hæredes ſubſtituti, vt probat Pa. Leon. in tractat. de ſubſtitut. de pupillari. nume. 254. intellige de qualitate ſubſtitutionis, vt declarat Bald. in dict. l. quidam elogio. ſub num. 18. in loco ſuprà allegato.

Sicut enim fideicommiſſum conditionale vniuerſale non tranſmittitur, ita legatum particulare conditionale non tranſmittitur, pendente conditione ad hæredes legatarij, dicta l. prima. §. ſin autem aliquid. plenè adducit Barb. conſil. 55. colum. ſecunda, lib. 2. & Socin. conſil. 117. colum. ſecunda, nume. 10. & ſequent. lib. 1. & ſi fuerit deductum. quæ ideò ſequitur naturam ipſius conditionalis legati, quòd pendente conditionę non tranſmittitur, per text. in lib. 1. §. ſi quis ſub conditione, vt leg.

47 Legatum † alicui factum hac ſcriptura: Titius reliquit iure legati Petro centum, quæ voluit eum poſſe conſequi, vel iuſſit ea mortem vxoris ipſius teſtatoris, vel alterius perſonæ, ſi prius moriatur Petrus legatarius, ſanè ad hæredem legatarij non tranſmittitur vti conditionale, ſic inductum per diem incertum mortis grauati vel tertij: vt l. quibus diebus. §. quidam Titio. de condit. & demonſtrat. & ibi latè Socin. tradunt Bald. Paul. de Caſt. & Alexand. & Iaſ. in l. ſi cui legetur. §. hoc autem. de legat. 1. & Capra conſil. 79. & per hoc reprobatur. Singulare 111. Cremen. vt ibi etiam in Apoſt. quia Bald. per eum alleg. in l. ambiguitatem, C. de vſufruct. circa dictum §. quidam Titio. non loquitur de legato præſtando poſt diem incertum mortis alterius perſonę, quæ ſemper conditionem facit, l. hæres meus. in princi. de condit. & demonſtr. vt omnes dicunt in d. l. ſi cui legetur. §. hoc autem. bene tamen conditionale fideicommiſſum vel legatum tranſmittitur paſſiuè, id eſt, ad hæredes grauati, quòd teneantur tranſmittere: Bar. in l. legato ſub conditione, de condit. & demonſtra. cum concord. alleg. per Zanc. in repert. §. cum ita. nu. 148. l. hæ-
48 redes mei. ad Trebel. Item nota, quòd † filia, cui certa quantitas vel certa res iure inſtitutionis eſt relicta, dato alio hęrede vniuerſali, pręmoriens antequàm legatum agnoſcat iure ſui hęredis, non tranſmittit tale legatum, quemadmodum tradit Bald. in l. quoties ſub num. 2. C. de hęred. inſtit. per l. ſi quis filium. ff. de inof. teſtam.

49 Commodum remunerationis, quod quis ſentire debet exequendo, vel aliquid miniſterium præſtando per tempus aliquod, interim moriens, non tranſmittit ad hæredes pro tempore futuro: l. liberto. §. fin. de an. leg. & ibi Barto. pro intellectu: l. ex his C. quando dies l. ced. & vide Soc. in l. Publius. §. 1. de cond. & demonſt. quoties enim cohæret perſonæ id, quod legatur, ad hæ-
50 redes non tranſit: l. non ſolùm § tale. de liber. leg. vt legatum habitationis, vel in mercedem habitationis, vel in doctoratum, vel in militiam: quia hæ perſonæ cohærent, non ſunt ad hæredes tranſmiſſibilia, tradit Bal. in l. 1. §. excepto. in fin. de cad. tollen. & hoc doct. communiter dicunt, ꝙ quotieſcunque aliquid inhæret mixtæ perſonæ etiam contrahentis, illud non tranſit in hęredem, dicente Abb. conſil. 80. colum. 2. verſ. hinc eſt.
51 lib. 2. idem † in adminiſtratione per teſtatorem conceſſa alicui primogenito & maiori natu adminiſtrandi, gubernandi, & regendi, cui alij debent obedire, quòd iſto mortuo non tranſeat ad ſuum hęredem, ex facto reſpondit Corn. conſi. 243. colum. 8. in 3. articulo lib. 3. Idem de priuilegio aliquo competente perſonę, ratione ſuę qualitatis, vt quòd filius non ſentiat aliquod grauamen in legitima, vel per ſtatutum excludat aliquem, id quidem vti perſonæ cohęrens, non tranſmittitur ad hæred. Socin. conſil. 116. colum. 5. verſicu. vnde ſtat dubitatio, li. 1. idẽ in legato licere cedere lapidem, & in alio ſonante in factum explicãdum per legatariũ, vel verbis relatis in factum, quod id etiam vti perſonale ad hæredes non tranſmittatur, tex. eſt, & ibi Bar. Caſtr. & alij tradunt, in l. idem Iulianus. §. ſi quis alicui. de leg. 1. vel in l. apud. Iulianum. per quem tex. legatum licentiæ dicit non tranſmitti ad hæredem, Bald. in l. voluntatis. colum. 2. ſub num. 8. C. de fideicom. proinde legatum, factum computatis, & firmatis rationib. cum ipſo legatario, eo mortuo, non calculatis rationib. vti conditione poteſtatiua ex facto legatarij, & alterius, pendente & conſiſtente in dando, & in faciendo, non tranſmitti ad hęredes legatarij, probat Rui. conſi. 26. colum. 12. 13. lib. 2.

52 Donatio † cauſa mortis, niſi ſtipulata ſit pro hęredibus, donatario moriente ante donatorem, non tranſmittitur ad hæredem: Bald. conſi. 93. Super dictis punctis. lib. 1. & legatum dotis, & datę filię ſpurię vt in cauſam alimentorum, non tranſmitti ad hęredes, Aym. ponit in conſil. 186. colum. fin. ſub nume. 16. & cauſa alimentorum impedit tranſmiſſionem, per l. ſi cum præfinitione. quando di. leg. ced. Alexan. conſi. 23. col. fin. num. 6. ita eſt certum, alimentorum legatum non tranſmitti, dicit Bald. in l. ſi ita expreſſum. de condi. & demon. vbi etiam in propoſito ponit not. quæſtionem,
53 quòd ſi eſt factum † legatum vxori de alimentis, ſi voluerit habitare cum filijs ſuis, ſi autè noluerit ſtare cum filijs ſuis, reliquit ei fundum, & ea decedat, antequàm declaret, ſe velle vel nolle morari cum filiis, legatum fundi tranſmittitur ad hęredem, vti collatum in voluntate legatarij, qua non declarata, tranſmiſſibile non eſt: per text. ibi. & in l. ſi ita legatum. §. illi. de leg. 1.

Animaduertas caſum, quo non habet locum tranſmiſſio, ſed conſolidatio, vt quando vxor, vel maritus eſt inſtitutus hæres in certa re, donec vixerit, & aliud non eſt dictum, videtur teſtator velle, quòd poſt mortem talis res reuertatur ad ſuum hæredem, non habito reſpectu ad perſonas, ſed ad ius hæreditarium: quo hærede præmortuo, cum moritur talis inſtitutus non ſuccedit ſuus hęres, ſed iure conſolidationis res relicta vadit ad heredem hęredis teſtatoris. per l. ſi ita de ſtatu libe. not. probat Bartol. in l. Titia. §. Tit. nume. 4. de leg. 2. & ibi ſequitur Caſtr. & commu. probat Pariſ. conſil. 21. nume. 44. & conſil. 97. col. 2. lib. 2. cum alijs concord. alleg. à Borgn. Fiuizanen. in tract. de vſufr. muli. relict. nume. 81. ſecus tamen dicendũ eſt, vbi legatarius ſimpliciter eſſet grauatus reſtituere poſt mortem ſuam rem legatam hęredi, quia ipſo hęrede premortuo, res remanet penes legatarium, & ceſſat reſtitutio, concord. allegando probat Dec. conſil. 417. nume. 3. & declarat Pariſ. d. conſil. 21. ſub nume. 44. & bene cordi tenendum mandat Iaſ. in l. 1. col. 10. verſic. adde etiam. de leg. 1. & ibi Soci. Iun. num. 257.

54 Pœna † impoſita hæredi nominatim etiam his verbis ipſis filijs & hęredibus infraſcriptis non ſoluentib. infra biennium, eiſdem hæredibus infra biennium decedentibus, & ſic in mora non exiſtentibus, non tranſit ad hæredes, per l. ſi penum. quando di. leg. ced. ex facto reſpondit Bartol. conſil. 7. Factum tale eſt. Andreas, & Roman. in ſingu. 491. lego Titio. vbi per dictam l. ſi penum. & l. cum fine. §. 1. ff. eod. dicit, eſſe caſus duos notabiles: & in dicto §. primo caſus eſt, ſi legatum fundum intra menſem non dederit, quòd centum legatario dari debent, eo mortuo intra menſem, neque legatum fundi, quia factum non eſt, neque centum, quia pendente conditione non tranſmittuntur ad hæredes: porrò autem in pœnam hæres non ſuccedit. l. pen. de nou. oper. nunciat.

Execu

Executoris officium, niſi aliter fuerit prouiſum à teſtatore, vt perſonale non tranſire ad hæredes, concordant ad id plures allegat Alexand. conſil. 206. colum. 2. num. 7. lib. 6. addo Bal. conſi. 118. Caſus ſub tali forma. colum. 2. verſic. ſuper primo. in fin. libr. 5. & in l. fin. col. penult. num. 46. C. de hæred. inſtitu. & Ang. in conſilio 278. Punctus eſt. Ioannes. in princ. quod verum eſt, & procedit, niſi talis executor fuerit expreſſus ſub nomine alicuius officij, vt executor ſit Guardianus fratrum, quia executor erit omnis ſucceſſor in eodem officio. Bald. in l. fin. col. penul. in 26. quæſtio. num. 46. C. de hæred. inſtit.

55 Conditionis † expreſſæ vel tacitæ ex teſtamento comprȩhenſæ pendentiam, dictum eſt, impedire tranſmiſſionem, dicta l. prima. §. ſin autem aliquid. de caduc. tollen. & l. conditiones. de condit. & demonſtr. & ibi declarat Bart. hoc intelligendum eſſe, habere locum in conditione momentanea, quę momẽto & vnica vice impletur: ſecùs eſt in conditione ſucceſſiua, quæ eo ipſo, quòd eſt incœpta, dicitur impleta, & amplius non pendere, ſaltem quo ad impediendam tranſmiſſionem, vt in notab. caſu de legato 200. flor. facto vxori, appoſita conditione, Si ſteterit cum filiabus teſtatoris, donec nupſerit, vel dedicabuntur monaſterio, vel morientur, quod ſi (antequàm aliquid iſtorum ſequatur) vxor moriatur, eam tale legatum ad ſuos hæredes tranſmittere, conſuluit Io. de Ana conſi. 8. & ibi Bologn. in addi. firmat.

56 Ius † implendi conditionem ex parte debentis implere, non tranſit ad hæredem, quando ille, in cuius perſona debet impleri, non eſt in mora recipiendi: ſecùs eſt ſi eſt in mora. & quando conditio habet præcedentem diſpoſitionem, declara. vt per Bart. in l. cui fundus, colum. fin. de cond. & demon. per l. ſi poſt diem. §. item ſi qua. quando di. leg. ced. ſimiliter ex parte eius, cui impleri debet, quando tranſeat ad hæredem, declarat Bart. in l. ſub diuerſis. §. 1. ff. eo. & in conſi. 16. Angelus Iacobin. & Bero. conſil. 28. nume. 25. & ſequen. lib. 2. ita ius, vel facultas implendi conditionem ex parte implere debentis, non tranſit ad hæredes, qui ideò non poteſt obſeruare ea, quæ iuſſus fuit defunctus à teſtatore debere obſeruare ſub priuatione hæreditatis, per l. à teſtatore. ff. eo. tradit Barto. conſi. 29. proponitur. num. 2. & declarat Angel. Aret. de teſta. in gloſſ. 58. num. 5. & ſequent. vbi in vltimis voluntatibus, & in contractibus, & per omnes, in l. ſi decem cum petiero. de verbor. oblig. Idem in conditione ex diſpoſitione Legis, vt ius implendi conditionem non tranſeat ad hæredem. l. prætor. in princi. ibidem Bart. de colla. bon. & Ruin. conſil. 74. col. 3. nu. 13. 14. lib. 2. Idem in dote danda filiæ, excluſæ per ſtatutũ, mandans conditionaliter excludi, ſi fuerit dotata, vel in dubio circa conditionem loquens, vt dotata excludatur, quòd conditio talis per maſculum excludentem non tranſmittitur ad hæredes, vt latè firmat Iaſ. in l. cum mota. colum. 6. C. de tranſac. idem in legato facto, ſi placebit vxori, vel tali, declaratio huiuſmodi voluntatis, vel conditionis impletio non tranſmitti, firmat Ang. conſi. 293. Punctus eſt. Ser. Stephanus, quid de iure implendi modum, vide Bart. in l. quibus diebus. §. fin. col. penult. n. 13. & in d. l. à teſtatore. col. fin. de cond. & demonſtr.

57 Hæreditas † materna, & omnis alia præter eam, quæ ab aſcendentibus paternis obuenit, in hac eadem naui eſt, vt non adita deficientibus liberis, non tranſmittatur ad hæredes, etiam aſcendentes, l. pro numero. C. ad Orfici. & ibi Bar. Bal. Saly. & alij, & Bar. in conſi. 66. in quæſtione prædicta. lib. 2. & in conſi. 72. Factum tale eſt. Ceccolus. eo. lib. loquens in hæreditate aui materni. & Bald. conſil. 204. Viſo themate. lib. 5. Alexan. conſi. 89. col. 2. num. 3. lib. 2. & conſil. 86. col. 2. lib. 3. & Aym. conſ. 222. ad fin. & Borgn. Fiuizanen. in tracta. de tutor. & cura. num. 71. pagin. 44. Quatenus dicitur ad hæredes etiam aſcendentes, notabiliter hoc limitatur, niſi iſte hæres aſcendens, ſit aſcendens vtriuſque & primi deſcendentis, de cuius hæreditate delata agitur, vt vltimi deſcendentis tranſmittere debentis, vt puta ad auiam ſuperſtitem hæreditas filiæ præmortuę delata nepti poſtea mortuæ, vt per eam non adita tranſmittitur, concor. allegando iſtam veram. & notabilem limitationem dici Alexand. conſil. 168. nume. 11. 12. lib. 7. vbi ſentit, cum de tranſmiſſione tractatur, debere attendi magis ſuperſtitem ſuccedentem primo defuncto deferenti hereditatem, quàm ſuperſtitem ſuccedentem vltimo defuncto tranſmittenti: quia ſuccedens ex iure tranſmiſſo, ſuccedit primo decedenti, & non tranſmittenti, per l. ſi quis filiumfam. §. 1. ff. de acquiren. hered. probat Ruin. conſilio 39. columna penul. numero 7. libr. 3. ſuperſtitibus verò liberis quis decedens ad eos tranſmittit non aditam hereditatem omnium aſcendentium, per l. 1. & ibi not. de his, qui an. aper. tab. vt antè dictum eſt, & perlegenda ſunt tria conſilia Angeli, & aliorum inſerta inter conſilia Ang. conſilio 81. 82. & 83. elegantibus, & ſubtilibus rationi-
58 bus plena in propoſita materia, vbi † dote per ſtatutum filio ſecundi matrimonij aſſignata, mortua matre in ſecundo matrimonio, alio hærede vniuerſali matris non exiſtente, eiúſque hæreditate per filium non agnita, ad eum in totum deuoluta, is decedens ſine liberis, dotem hanc in vniuerſali hereditate materna comprehenſam, ad hæredes non tranſmittit, ſed ea ad alios proximiores matris hæredes ſuperſtites pertinet, vt in dictis conſi. concluditur. quod procedit, vbi dos concedenda eſſet filio iure hæreditario, non autem lucro, vel alio iure, ſeparato ab hereditate matris: quia tunc etiam non agnita tranſmitteretur, vt in ſpecie declarat Alexand. conſilio 150. colum. fin. lib. 2. Et conſequens eſt, quòd portio debita coniugi ſuperſtiti inopi, eáque debeatur iure hereditario, tamen non agnita, non tranſmittitur ad heredes; quod probat Fabi. de Pep. in auth. preterea. colla. 45. num. 36. C. vnde vir. & vxor.

59 Legatum † heredi à ſe ipſo factum, eo decedente, non repudiata hereditate, non tranſmittitur ad heredes, quia ex voluntate teſtatoris conditionem tacitam continet iſtam, vt valeat, Si heres ipſe, & legatarius abſtinuerit ab hereditate, per tex. in l. qui filiabus. §. fin. de leg. 1. & ibi Bald. Pau. de Caſt. Imo. & Iaſ. firmant, & Bald. in l. miles §. pro parte. de leg. 2. Vt etiam quid ſimile dependens ab animo alicuius, vt facultas eligendi, declarandi, tranſit ad hæredes, per l. 4. & ibi not. per Barto. ff. loca. & Gloſſ. & Bartol. in l. inter ſtipulantem. §. 1. de verb. oblig. tradit Iaſ. conſi. 148. colum. pen. in fin. lib. 2.

Priuilegium prælationis, alicui competens ex qualitate ſuæ perſonæ, non tranſire etiam ad ſubſtitutum, probat Ancha. conſi. 26. in quæſtione ſupradicta. col. 2. verſi. nec etiam priuilegium.

Ius querelandi, vel reuocãdi donationem, vel alium actum, dependens ab animo, & voluntate alicuius decedente, & in vita non conquerente, ad ſucceſſores non tranſmittitur; vt l. fin. C. de reuoc. donat. & Tiraq. plures ſimiles caſus adducens ponit in repet. l. ſi vnquam. in verſic. Suſceperit. num. 22. & ſequent. C. eo. & Bald. conſil. 163. ſuper eo. num. 7. lib. 4. ſicut actio iniuriarum non competit hæredi; l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cauti. tradit & declarat Bar. in l. 2. §. emancipatus. de collat. bon. & Alber. in l. pen. C.
60 de inof. teſtament. † querela non præparata, competens fratri, turpi perſona iuſtituta, non tranſmittitur etiam ad poſteros, per Bald. in l. ſcimus. §. fin. de inoffic. teſtamen.

Dece-



Decedens in furore, dementia, & intellectum non habens, hæreditatem non paternam ad eum delatam, non aditam, ad hæredes non tranſmittit, vt l. fina. §. ſin autem perpetuò. & ſin autem in furore. C. de de cur. fur. tradit Bald. conſil. 213. Caſus eſt talis. verſic. hic eſt conſiderandum. lib. 3. & Calcan. conſil. 33. colum. 5. verſicu. quod autem. Ratio eſt, quia furor, & dementia abſtrahit voluntatem, & reddit hominem tanquàm mortuum vt l. qui ſeruum. & l. ſequent. & ibi per Gloſſ. & Doct. ff. de acquiren. hæredit. & fingitur non fuiſſe, dict. §. ſin autem in furore. & Bartol. in l. 1. ff. de bonor. poſſeſ. fur. vel infan.

61 Vnde in caſibus prædictis & ſimilib. vbi ius † tranſmiſſionis locum habere non poteſt, ſublato eo, qui tranſmittere non potuit hæreditatem, ſemper animaduertat is, qui aliàs proximior exiſtit, & in gradu ſucceſſibilis illi priori defuncto, de cuius hæreditate agitur, ex perſona ſua, adeat, petat, & conſequatur hæreditatem, ad eum etiam ſic modò delatam, vt probatur per l. ſi infanti. ibi, & eo modo ad illas perſonas perueniant. C. de iure deliber. & per d. §. ſin autem in furore. ibi, eo ſcilicet obſeruando, vt hi veniant ad ſucceſſionem, qui mortis tempore, &c. vt tradunt Angel. in conſi. 124. Solus in princip. & Aret. in conſil. 88. ad fin. quæ nota, quia non parùm frequens eſt materia tranſmiſſionis in iure noſtro, & non extra propoſitam materiam noſtram, perquirendi ſucceſſionis defunctorum, ad quos pertineant.

## ¶ DVBITATIO. VI.

SExta, & vltima dubitatio hæc de exheredatione, & præteritione ſaltem ſcienter liberorum, vel parentum parum lucri ſolet afferre cauſarum patronis, minuſq; aures iudicum defatigare videtur quia parentes, & magis liberi partim aliarum pœnarum metu, partimq; virtutis amore, & pietate debita viciſſim exhæredationum cauſas non committere, ac effugere ſtudent: cauſis enim ceſſantibus, conſequens eſt, ceſſare exhæredationes, quæ ideo raro in teſtamentis legi contingunt, proinde dubitationis præmiſſæ de his, atque parum neceſſaria videtur interpretatio, cùm tamen eſſe poſſint propter malos & duros patres, & magis malos filios, qui dederunt cauſam nouis legibus, ſecundùm Bald. in l. ſi pater. colum. tertia. numero ſexto. C. de inſtitut. & ſubſtitut. & plenè de his Leges Gloſſ. & Doctor. tractant in titu. de liber. & poſthum. & inſtitut. de exhæredatio. liber. & in §. aliud quoque capitulum. in authen. vt cum de appellat. cogn. & in authen. non licet. & in authent. ex cauſa. C. de liber. præter. & harum in his locis materia non eſt noua, ſed multum trita. Si vnquam igitur in teſtamento aliquo exhæredario, aut præterito liberorum, vel parentum reperta fuerit, poteſt autem reperiri præteritio in teſtamento, quando in eo etiam mentio aliqua non legitur facta de liberis ipſis, vel parentibus, ſicut dicitur probari negatiua ex inſpectione, & lectura ſcripturæ, l. Titiæ textores. in princip. & ibi Bartol. not. de legat. primo, & meliùs in l. fina. §. fina. nume. 2. C. de edict. diui Adria. tollen. dicit, quòd vbi in teſtamento facta eſt mentio filij, & is non inſtitutus, neque exhæredatus ſit, ſic ex ipſo teſtamento præteritionem apparere, & induci, dicit Ioan. Igne. in dict. auth. ex cauſa. columna 26. nume. 29. verſic. tertiò: quia per dictam l. fina. ſuper ea perquirendum eſt.

Primò, quæ & qualis ſit: ſecundò, ſub qua verborum figura, vel conceptione facta ſit. tertiò, quid faciat, vel operetur. quartò, quo remedio reparetur, & ei ſuccurrendum ſit.

Primò ſoluitur per excluſionem & priuationem hæreditatis quaſi debitæ.

Secundò per quæcunque verba, importantia ipſam priuationem, & excluſionem hæreditatis, cauſa legitima tamen aſſignata eſt per teſtatorem, & probanda per hæredem.

Tertiò, oſtendendo eſſe factam in teſtamento & probatam eſſe ſpecialiter cauſam impoſitam ipſius exhæredationis, vt priuationis effectum ſortiatur.

Quartò, per mortem, vel longiſſimam taciturnitatem præteriti, etiam non in totum, & non in omni gradu. Quo verò ad exhȩredationem tolli per pœnitẽtiam exhȩredati, vel recõciliationem in teſtatore, & per probationem expreſſarum cauſarum non factam.

Contra exhæredationem, vel prȩteritionem, tamen operari Clauſulam codicillarem.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio de filijs eſt facienda, ſi quis eos habeat, in eo quod eis relinquit, ſi velit valide teſtari.*
*Quibus deficientibus, parentes inſtituat in eo, de quo poteſt teſtari.*
*Vt de bonis à principe donatis, de caſtrenſi, vel quaſi. Vel eos exhæredes, aut cum cauſa à Lege determinata prætereat.*

2 *Exhæredatio eſt liberorum vel parentum inuitorum excluſio & priuatio ab hæreditate, eis quaſi debita.*

3 *Exhæredatio eſt triplex, complectendo & exhæredationem & præteritionem, alia eſt ſtricta & propria, quæ propriè dicitur ſolennis, & quando, ibidem: alia impropria & larga, ſub qua comprehenditur præteritio, vt ibi: alia impropriiſſima & largiſſima, & quando hæc fit, ibi declaratur.*
*Et de triplici præteritione, & triplici exhæredatione ſeparatim: & quæ ſit propria: quæ impropria: & quæ impropriiſſima. ibid.*

4 *Præteritus propriè eſt non inſtitutus, neque exhæredatus.*

## ¶ SOLVTIO. I.

1 PRimo, quoniam volens † teſtari validè habens filios, debet eos in eo, quod eis reliquit, heredes inſtituere: dicto §. aliud quoque capitulum: & vt dictum eſt ſuprà hac eadem interpr. dubit. 1. poſt princip. non habens verò filios, ſed parentes in eo, de quo poteſt teſtari, ſcilicet de bonis à principe donatis, l. cum multa. C. de bon. quæ liber. & de peculio caſtrenſi; vel quaſi, l. fina. C. de inofficio. teſtamen. debet pariter eos in aliquo heredes inſtituere: §. ſiue igitur omnes, & §. hęc autem diſpoſuimus. in auth. vt cum. de appell. cog. tradit Capr. conſilio 30. numero 1. ponunt ferè per eadem verba Gualden. de arte teſtan. titu. 3. cauſ. 1. numero 8. & Franciſ. Viui, de communi. opinio. in verſicu. filius inſtitutio parentum. & in verſicu. ſtatutum inſtitutis patris, vel debet eos exheredare, vel preterire cum cauſa, per legem determinata, dicto §. aliud cum ſe-
2 quent. & d. auth. non licet. † Exheredatio ergo in propoſito eſt liberorum vel parentum inuitorum excluſio & priuatio ab hereditate, eis ſic quaſi debita: vt Albericus particulariter omnes ipſius exheredationis, eiúſque deſcriptionis partes declarat, in dicta auth. ex cauſa. numero 1. & Bald. numero 3. pleniùs † autem diſſiniendo, ac vtramque complectendo exheredationem, & pretetitionem, dicendum eſſe, triplicem exheredationem. Vnam ſtrictam, & propriam, quando expreſsè & ſolenniter fit excluſio ab hereditate ſecundùm verba, & voluntatem teſtatoris: & hęc

propriè

propriè dicitur ſolẽnis exhæredatio. Aliam impropriam & largam, quando fit excluſio ab hæreditate non expreſsè, ſecundùm verba, ſed tacitè, ſecundùm voluntatem, & ſub iſta comprehenditur præteritio facta à teſtatore, ſciente, ſe filium hunc ſic præteritum habere. Aliam & vltimam improprijſſimam, & largiſſimam, quando ſecundùm verba non fit vocatio, vel admiſſio ad hereditatem, neque excluſio expreſsè, neque tacitè, ſecundùm voluntatem: & iſta eſt præteritio facta à teſtatore ignorante ſe habere filium. ita tradit Barto. in d. auth. ex cauſa. nume. 3. pro cognitione diuerſorum iuris terminorum exhæredationis & præteritionis, & ibi ſeq. Paul. de Caſtr. nume. 4. & Fulgoſ. in repet. nume. 10. & Bald. in repetit. ante numerum ſecundum, & Iaſ. in columna ſecunda, comprobat Angel. Aret. in tracta. de teſtamentis. in gloſ. 74. in princip. & Calcan. conſil. 12. colum. tertia, nume. ſexto, & latiùs Bald. in l. Gallus. §. fin. colum. penult. de liber. & poſthum. proſequitur, de triplici præteritione, & de triplici exhæredatione ſeparatim, quæ propria exheredatio ſit, quando pater mala mente exhæredat filium inuitum: impropria, quando exhæredat bona mente, ad filij prouidentiam: impro-
4 prijſſima, quando extraneus exhæredatur. † præteritus propriè eſt non inſtitutus neque exhæredatus, vt ibi per eum, & in l. cum quidam. in fin. eod. & text. in §. eadem. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. & Emanuel Soarez in annot. ad Anton. Gomez. in ſuo Comment. Iur. tom. 1. cap. 11. nume. primo, littera A, exponit, quòd præteritus is eſt, qui neque hæres inſtitutus eſt, neque, vt oportet, exhæredatus, & tradit Angel. Aret. in princip. num. 2. Inſtit. de exhæred. liber. & Gloſſ. Barto. & alij not. in l. 3. C. de liber. preter.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Exhæredatio ijsdem verbis & omni verborum conceptione poteſt fieri, qua quis filius apparere poteſt priuatus ab hæreditate teſtatoris, ſicut fit inſtitutio vocantis quem ad hæreditatem, licet vna ſit fauorabilis, & alia odioſa, & nominatim fieri debeat præfata, & quid ſit exhæredare, & quòd ſufficiat effectus, an ne cauſa expreſſionis ingratitudinis ſufficiat, & per æquipollentia verba poſſit fieri?*

2 *Præteritio filij in poteſtate facta cum inſertione cauſæ, vel ſine, facit teſtamentum eſſe nullum ipſo iure.*

*Idem in præteritione parentum in teſtamentis filiorum. Probata tamen vera cauſa inſerta, non poterit dicere nullum teſtamẽtum, ſicut excluditur à querela probata cauſa in exhæredatione poſita.*

3 *Præteritus dicitur filius, ſi in aliquo non eſt inſtitutus, etiã ei relicta legitima iure legati vel fideicommiſſi: idem in re certa inſtituto, vel quantitate non extãte, nec certa, & de ratione.*

*Idem, patre mandante, clericum nil habere poſſe de ſuis bonis, cũ plures expenſas pro beneficijs Eccleſiaſticis, ſibi conferendis, fecerit, quibus honorificè viuere poſſet: vnde teſtamentum non valet. In matre verò, & aſcendente, filium non habente in poteſtate, & in milite, præteritio talis habetur pro exhæredatione, & quando valeat, & de cauſis exprimendis, à quo, & quales.*

4 *Clericus, vel quilibet alius ingrediens monaſterium, bonorum capax, non poteſt ſua legitima priuari à patre, vel aſcendente, eum habente in poteſtate: ſecùs in matre, vel alia aſcendente, non habente eum in poteſtate, vel milite. nam tunc præteritio habetur pro exhæredatione, quæ tamen nulla eſt, niſi expreſſa cauſa: & quæ, & quales ſint.*

5 *Cauſæ exhæredationis filiorum, ſunt quatuordecim & ſeptem, pro exhæredantis aſcendentibus, & ſi quæ alia ſit ſimilis, vel maior.*

6 *Cauſa exhæredationis in teſtamento inſerta non ſufficiens & in iudicio approbata, habetur pro ſufficienti, rationabiliter exiſtẽte dubia an ſic de ſimilibus in lege expreſſis, aliàs clarè apparente eſſe parui momenti, ſecus eſſet.*

7 *Exhæredatio, vel præteritio, requirit cauſam expreſſam, niſi eſſet fauorabilis & vtilis exhæredato, vel cum eius voluntate, vel de eo, qui aliàs non ſuccederet ab inteſtato, & an, & quando iura antiqua ſint correcta per ius nouiſſimum, & an & quando præſumatur facta mala mente, quoad ea maximè, quæ ad filium pertinent iure filiationis, vide latiùs diſcuſſum ibi.*

8 *Iura antiqua approbantia exhæredationem factam fauore exhæredati non ſunt correcta per iura nouiſſima, quoad grauamen circa legitimam, & an ſint vel non per iura codicis remouentia quodcunque grauamen à legitima, vide verb. Legitima filijs.*

9 *Legitima filijs debita, an, & quando debeatur illis ſine aliquo onere, grauamine, dilatione, vel conditione, controuerſa eſt quæſtio apud Doctores, & quid, quando id fiat, vt eis conſuleret, & proficuum eſſet minoribus vel dementibus, an & quando leges prouidentes filijs circa legitimam, etiam non ſint correctæ, & de teſtamento conſeruando, ne rumpatur per querelam, & quid, vbi querela non daretur per leges antiquas, vide hanc quæſt. diſcuſſam pulchrè.*

10 *Contractus celebratus per minores ſine cõſenſu cõſanguineorum, & iuxta formam ſtatuti de cõtractibus, minor valet, vbi apparet de fauore & vtilitate minorum vel mulierum.*

11 *Exhæredatio, vel præteritio, non requirit cauſam expreſſam, exhæredato volente antè ſcilicet, vel tempore conditi teſtamenti, & ſi hæc voluntas appareat in exhæredatione, licet non formalis ſit, quia voluit exhæredari: at condito teſtamento, conſentiente, alia eſt materia, quòd reconualeſcit teſtamentum de æquitate prætoria, per approbationem præteriti: & eſt communis opin.*

12 *Exhæredatio etiam ſine cauſa poteſt fieri, ex ſola voluntate hæredis inſtituti, quando eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, facili & ſub contraria ſit exhæredatus, non parens conditioni ſua voluntate.*

*Et valet ſub conditione hac poteſtatiua, Si non fuerit contentus portione ſibi aſſignata, non tamen perderet legitimam ſic exhæredatus, quam debet habere ſine aliquo onere, etiam conditionis poteſtatiuæ.*

13 *Legitima debetur filijs ſine aliquo grauamine, etiam leui, in qua filij conſenſu vel pactione ſibi nõ præiudicare poſſunt.*

*Fallit, ſi de ea facta ſpecialis mentio in pactione.*

*Vel niſi quid tale faciat, vel non obſeruet, ita quòd repudiet paternam hæreditatem, tunc eam perdit: & eſt communis opin.*

## ¶SOLVTIO II.

SECVNDO, & ſucceſsiuè, exhæredatio ſiue fieri debeat, pro illa priuatione continuationis dominij in filium, ſecundum Barto. in l. pater filium. ff. de inoffic. teſtament. & in l. in ſuis. nume. 7. de liber. & poſthum. & ibi Imol. ſequi. & Iaſ. dicit, iſtam fundamentalem rationem exhæredationis: ſiue, pro ſolennitate, vel forma Legis, ad placitum inductam. l. inter cetera. eo. vt per Ang.
1 Caſtren. & 1. Alexand. in d. l. in ſuis. † poteſt quidem exhæredatio ipſa fieri, & ſic facta eſſe intelligatur quacunque figura, & omni verborum conceptione, qua excluſus, & priuatus eſſe à facultatibus, & hæreditate teſtatoris filius nominatim comprehendi poteſt, ſicut inſtitutio fieri poteſt quibuſcunque verbis exprimentibus





voluntatem teſtatoris vocantis aliquem in patrimonio, dominio, facultatibus vel hæreditate ſua, vt l. quoniam. & in l. in teſtamentis. C. de teſtam. cum ſimil. plenè per me ſupra alleg. eadem interpret. dubit. 3. quia contrariorum eadem eſt diſciplina, l. & ſi contra tabulas, de vulgar. & pupil. cum concord. ibi ſignatis in gloſſ. fin. licet in effectu ſint aduerſæ rationis, & inſtitutio quæ eſt fauorabilior gloſſ. Bartol. Bald. & Imol. in l. ſub conditione. ff. de hæred. inſtit. & exhæredatio, quæ eſt odioſa, text. eſt ſic de vtraque loquens in l. cum quidam. in fin. de lib. & poſthum. tum in eſſentia inducenda vtramque facit, & inducit voluntas defuncti, quæ totum quidem facit. l. ex facto. la 2. §. rerum autem. de hæred. inſtitut. vt enim hæres nominatim inſtituendus, deſignari debet. l. iubemus. verſi. quòd ſi non fuerit. C. de teſtam. & l. quoties. §. ſi quis nomen. ff. de hæred. inſtit. ita exhæredando nominatim fit demonſtratio, quæ certam reddit perſonam. l. 1. & 2. de libe. & poſthum. ac ita in ſpecie de vna ad alteram arguit text. in l. maximum vitium. verſic. ſancimus. C. de liber. præterit. ibi, ita & in ſcriptura teſtatorum eas honorari, & ſimilibus verbis exhæredationem nominatim procedere, ſicut enim inſtitutio hæredem requirit expreſſionem verborum, d. l. iubemus. ita & exhæredatio ſuorum. l. Gallus. §. in omnibus, & l. inter cætera. de liber. & poſthum. ita dicit Bald. in l. ſi pater. in pen. q. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ad idem not. text. in l. 3. C. eod. de liber. præterit. quòd per æquipollentia verba ſufficit apparere de exhæredatione, vt ibi omnes ſcriben. tradunt, & exemplum ponitur, Filius meus meæ ſubſtantiæ fiat alienus, & per Specu. de inſtr. edi. §. compendioſe. colum. 16. verſi. inſuper. licet eius filium, vel filium meum exhæredo. l. 2. de liber. & poſthum. & denique per omne verbum priuatiuum actus, ex quo induceretur inſtitutio, quòd fieri poſſit, cenſeatur facta exhæredatio, vt per Bartol. & alios in l. qui volebat. ff. de hered. inſtitu. Bald. in d. l. Gallus. §. fina. col. penult. verſi. ſimiliter exhæredatio. & Alexand. & magis commun. opin. Docto. in d. auth. non licet. col. 3. ſub nu. 8. & Bart. in l. 1. princ. ad fin. ff. ſi quis à pa. fu. manu. dum rationem adducit: quia exhæredare, eſt hæreditate priuare, per d. l. 3. de liber. præter. & Ioan. Igne. in d. auth. ex cauſa. col. 25. ad nume. 28. 29. adducit plures leges ad probandum, quòd verba non faciunt formam exhæredationis, ſed effectus ipſe priuatiuus ex intentione, & voluntate teſtatoris, per cauſam maximè ingratitudinis expreſſam, & Couar. in cap. Raynutius. in princip. nume. 2. per tot. de teſtam. quibus tamen volentibus cauſam ingratitudinis expreſſam ad præteritionem, pro exhæredatione ſufficere, non aſſentio, maximè in filio in poteſtate exiſtente, & non milite teſtatore, quia communis opinio eſt in contrarium, vt ipſi atteſtantur, & ponit Clar. in §. teſtamentum. in quæſt. 42. verſicu. & hæc quidem in fin.
2 lib. 3. Recept. ſent. quòd † per præteritionem filij, in poteſtate exiſtentis, factam cum inſertione cauſæ, vel ſine, ſemper teſtamentum eſt ipſo iure nullum per gloſ. Magiſtram. in verſi. noluit. in §. exhæredatos, in auth. de hæred. & Falcid. & per Emman. Soar. in ſuo Theſ. Recept. ſent. in verſi. præteritio. num. 236. vbi & num. 247. idem eſſe affirmat & commun. opin. in præteritione parentum, facta per filios in ſuis teſtamentis, eſt bene verum & tenendum, ſecundum Angel. in d. auth. non licet. & ibi Alexand. ſub nume. 9. verſicu. bene fatendum eſt. & Paul. de Caſtr. in dicta l. 3. de liber. præter. & Iaſ. in dict. auth. ex cauſa. colum. 3. verſic. circa hoc tamen, quòd ſi probaretur, vera cauſa iſta inſerta in præteritione, filius excluderetur à iure, dicendi teſtamentum nullum ſicut excluditur à querela quando probatur vera cauſa inſerta in exhæredatione, vt per eos, & Anton. Gomez. latè probat in ſuo Comment. Iur. tom. 1. cap. 11. nu. 2. verſ. vnum tamen eſt.

Exhæredatio, ergo per patrem, habentem filium in poteſtate, ſeu per alium aſcendentem per lineam paternam, fieri debet verbis importantibus priuationem, &
3 nominatim † aliàs ſi filius, in aliquo non eſt inſtitutus, dicitur præteritus, d. §. eadem inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. cum alijs allegat. ſupra, etiamſi legitima eſſet ei relicta iure legati, vel fideicommiſſi, per allegat. ſupra eadem interpret. dubit. 1. poſt princi. & Anton. Gomez. in d. cap. 11. nume. 1. verſicu. quod primò, & ibi Emman. Soar. in annot. litera B. quid ſi filius ſit inſtitutus in aliqua re, vel quantitate, quæ non extat, pone in 20. quæ ex bonis patris teſtatoris abſtulit, vel aliter habet penes ſe de bonis teſtatoris, vel debent exigi à tali, & hæc minimè vera ſunt, vel non probantur. Reſpondendum eſt: Præteritione filij teſtamentum tale nullum eſſe, per l. ſi ſic. §. primo, de legat. primo, probat Bartol. in l. ſuus quoque in primo. colum. fina. nume. 8. ff. de hæredib. inſtitu. idem in ſimili caſu tenet Fulgoſ. poſt conſil. Cuman. 103. Antonius, vbi infert, quòd aliàs eſſet aperta via parentum fraudibus contra filios. idem, ſi teſtator mandat, aliquem ſuum filium clericum non poſſe aliquid habere de ſuis bonis, ex quo dixit, ſe plures expenſas feciſſe pro beneficijs eccleſiaſticis ſibi conferendis, ex quibus poteſt honorificè viuere, iſtum dici præteritum: proinde tale teſtamentum non valere reſpondit Iaſ. conſil. 160. lib. ſecundo, nam & clericus, & qui-
4 libet ingrediens † monaſterium, bonorum capax, ex hoc non poteſt exhæredari, vel præteriri, & ſua legitima priuari, aliàs teſtamentum eſſet nullum, per tex. in l. fin. §. hoc etiam cognitum. C. de epiſco. & cleric. per matrem verò, & alium deſcendentem, non habentem filium in poteſtate, & per militem, præteritio facta de filijs habetur pro exhæredatione. §. fin. Inſt. de exhæred. liber. cum ſi ſecundùm ius antiquum, verum ſecundum ius nouiſſimum, exhæredatio, vel præteritio non valet, niſi contineat cauſam expreſſam à teſtatore aliquam cauſis determinatis, per text. in §. cauſas autem
5 in authen. vt cum de appel. cogn. † quę non ſunt 14. enumeratę per dict. auth. non licet pro exhæredandis, & ſeptem pro exhæredandis aſcendentibus, vt per gloſ. ibi, ſuper aliquibus pro comprobationibus, & limitationib. inſiſtit Couar. in d. cap. Raynutius. in princip. ad num. 9. cum ſeq. & gloſ. & ibi Abbas. nu. 5. & ibi Apoſtil. in cap. quintauallis. de iureiur.

Quanuis autem in text. d. §. aliud dicatur, vt præter ipſas nullas licere ex alia lege ingratitudinis cauſas opponere, niſi quæ in huius conſtitutionis ſerie continentur, ſi quæ tamen harum ſimiles, vel maioris enormitatis, & ingratitudinis cauſę committi per liberos vel parentes aliæ contigerint, per eiuſdem rationis comprehenſionem, vel maioritatem extenſam, ex his quoque cauſis alijs poſſe fieri iuſtam exhæredationem, vel præteritionem, communiter traditum, & receptum eſt: Alex. conſ. 203. num. 6. lib. 2. & in d. auth. non licet, nu. 4. & ibi Iaſ. col. 2. & ſeq. Clar. in d. §. teſtamentum. in q. 41. Couar. in d. cap. Raynutius, in princip. nume. 16. Emma. Soar. de commu. opi. in verſi. exhæredatio. nu. 205. Fran. Viui. de com. opin. in verſic. filius vltra. lib. 1. paſſim inſerunt in catalogis communium opinionum.

Sed vbi † cauſa aliqua non ſufficiens pro exhæreda-
6 tione appoſita eſſet ad exhæredationem in teſtamento, & ea deducta in iudicio, ſi fuerit per iudicem approbata, habetur pro ſufficiente: Dyn. Andr. de Piſ. Bald. & Iaſ. firmant in l. ſi poſthumus. §. fina. ad fin. de liber. & poſthum. pro quo facit l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. ff. de inoffic. teſtam. quod nunc ſtante diſpoſitione d. §. aliud intelligo verum, ſi cauſa illa pro ſufficiente ad exhæredationem inſerta rationabiliter dubia ſit, an ſit de ſimilibus illis expreſſis, in d. §. aliud, ſi verò clarum ſit, & euidens, talem cauſam paruam modici momenti eſſe, &

non ſimilem,ſed minùs grauem,quàm ſint illæ expreſſę,
cum in dict.§.aliud.expreſsè cautum ſit,non licere alias
cauſas ingratitudinis opponere ad exhęredationẽ, niſi
ibidem expreſſas, pronuntiatio, & approbatio iudicis
contraria eſſet inualida abſque alia appellatione,vti la-
ta contra dictam conſtitutionem.l.1.§.item cum con-
tra.ff.quæ ſent.ſi appel.reſcind,& l.2.C.quando prouo.
non eſt neceſ.& l.ſi expreſſim.ff.de appel.

7 Ad hanc Iuris determinationem, † quòd cauſa re-
quiratur expreſſa in exhæredatione, vel præteritione
ex ſcriptis,vt plurimùm per Alex.colligit Iaſ. in d. auth.
non licet.octo limitationes: quæ tandem ad hoc ten-
dunt, quòd huiuſmodi cauſarum inſertio non ſit ne-
ceſſaria, quando exhæredatio eſſet fauorabilis & vtilis
exhæredato,vel cum voluntate exhæredati, vel de eo,
qui aliàs non ſuccederet ab inteſtato. Super quibus hęc
ſolùm dicam, quoad illam, de alia cauſa ex requiſitis
non exprimenda, quando exhæredatio, vel præteritio
cedit ad commodum, & fauorem exhæredati: per r.
multi.de lib. & poſth. & l.ſi emancipatus. de bon. poſ.
contr.tab. Primum hæc iura antiqua non eſſe correcta
per ius nouiſſimum, d.§.aliud quoque capitulum, quia
& ipſa iura antiqua ad remouendam querelam require-
bant filijs relinqui titulo inſtitutionis, & ſatis non erat
relinqui titulo fideicommiſſi, per l.ita tamen.§.qui ro-
gatus.& ibi Doct.ff.ad Trebel.pro commu.opin. ponit
Clar.in d.§.teſtamentum.in q.38.verſic.& hæc quidem
prout requirit dictum ius nouiſſimum, quod ideo, vbi
aliter eſt facta exhæredatio, ad vtilitatem exhæredati,
validè per d.iura antiqua debet ſecundum eadem iura
interpretari:l.non eſt nouum,& l. ſed & poſteriores.ff.
de legi.ita magis communiter teneri,quòd non fiat cor
rectio,dicit Alexand.in d.l.multi.verſicu. ſubdit autem
Bar.& ibi Iaſ.col.fi.verſi.ſed præcedens opin. vbi etiam
in fi.proſequendo probat, non eſſe neceſſarias expreſ-
ſiones cauſarũ iniurioſarum circa ingratitudines, cùm
exhæredatio proficua & vtilis eſt exhæredatio,& Raph.
in l.cum filio.in princ.verſi.ibi.§.prohibemus, de vulg.
& pup.dicit, quod omnes tenent,excepto Bal.non eſſe
correcta iura antiqua,quando exhæredatio,vel præteri-
tio ſit facta ad fauorẽ:& hoc eſſe verum, ſi conſtat aper-
tè,nullam eſſe deceptionem filij,vel nullum etiam alte-
rius dolum,putat Fulgoſ.in repert.d.auth.ex cauſa, col,
12.nume.19.ſub verſic.tertiò quæro,& ſi ibi dicat,quòd
exhæredatio præſumitur facta mala mẽte, per l.ſi pater.
& ibi Bartol.ff.pro don.tamen contrarium verius eſt,
quia ibi Bart.id non dicit, ſicut expreſsè dicit in l.vt iu-
riſiurandi.§.ſi liberi.col.fi.verſi.præterea. ſi poneremus,
ff.de oper.libert. quod in dubio præſumitur filius non
mala mente exhæredatus, quem ad hoc ſic alleg. & re-
fert Rim.conſil.243.nume.67.lib.2.intellige, quòd ex
coniecturis apparere debet, exhæredationem eſſe fa-
ctam bona mente, aliàs præſumitur facta mala mente:
Alex.in l.2.nume.23.de vulg.& pupil.Iaſ.videtur ſequi.
in l.ſi mater.in princip.col.fin.num.5.eo.atque ſubintel
lige, quòd ea, quæ pertinent ad filium iure filiationis,
per l.ſi patronus.§.ſi quis non mala cum ſeq.§.de bon.
libert.ſecus quo ad hæreditatem, à qua quidem exclu-
ſio facta à patre non habet colorem pro bono filij,& ſic
poſſe ſaluari Bart.ab impugnatione Alex.in d.l.2. tradit
Alciat.de præſumpt.reg.1.præſumpt.2.nume.2. & decla
ra,vt per Rip.in d.l.2.nume.36.& Vaſq.in tract.de ſuc-
ceſſione,progreſ.lib.2.§.17.de pupil.ſubſti.part.2.num.
132.133.

8 Deinde ex eo, quod modò dictum eſt, iura † vetera,
approbantia exhæredationem factam fauore exhære-
dati, non eſſe correcta per ius nouiſſimum authentico-
rum,vtrum idem dici poſſit de eiſdem iuribus priſcis,
quoad grauamen circa legitimam, tendens tamen ad
euidentem vtilitatem filiorum,an ſint, vel non ſint cor-
recta per iura noua codicis, remouentia quodcunque
grauamen à legitima,magna hæc eſt dubitatio, & vtilis,
& valde frequens, cum ſæpius in teſtamentis legan-
tur variæ & diuerſæ prouiſiones teſtantium circa filios
de non alienando,niſi vſque ad certam ætatem, vel niſi
cum interuentu talis probi viri, vel de non amouendo
pecunias ex menſa numularia, vel ex montibus, vel ex
mercaturis per certum tempus. Vidi quandoque filios
nolle ſtare iſtis prouiſionibus quoad eorum legitimam,
ſed eam velle extrahere, & extra prouiſiones has habe-
re, quid dicendum, controuerſa eſt quæſtio apud Do-
9 cto. † Nam gloſſ.1.in dicta l.cum ex filio.in princip.de
vulgar.& pupil.tenet, hodie huiuſmodi onera eſſe re-
mouenda à legitima, per l.quoniam in prioribus.C.de
inoffic.teſtam.& gloſſ.in l.ſi pater.C.eod.tenet idem.&
vtrobique Bald.eam ſequitur.& in d.l.ex cauſa num.23,
& Alexand. magis placet.in d.l.cum ex filio.in princip,
ad fin.quòd d.l.multi.& l.filijs matrem.C.de inoffic.te-
ſtam.loquentes de huiuſmodi prouiſionibus. ſint corre-
ctæ.& Imol.in dicta l.cùm ex filio in princip.colum.2.
dicit,quòd dicta opin.Bald.videtur verior.ita Iaſ.in d.l.
filijs matrem.col.1.ſub verſi.licet,omnes putat poſſe te-
neri, quando diſpoſitio, facta ad commodum filiorum
aliquo caſu afferat onus, & incommodum, reijcitur per
d.l.quoniam in prioribus.& Bart.ſequitur gloſſ.in d.l.ſi
pater, dicens, Tu teneas glo.tuam,& ita obſeruat con-
ſuetudo, quòd ſine aliquo onere debet habere,hoc po-
teſt præiudicare filio, ac ampla etiam vniuerſalia verba
videntur d.l.quoniam in prioribus, quòd omnis condi-
tio,omnis dilatio, & omne grauamen tollatur, vel alia
diſpoſitio,quodcunque onus introducens,eadem verba
recenſendo text.in l.ſcimus.§.cum autem.C.eod.dicit,
quartam filio dandam aliquo temporis interuallo non
expectato, ita propoſitam quæſtionem ſoluendo, quòd
conditio, onus, vel grauamen etiam reſpiciens fa-
uorem filij, reijciatur de legitima,vt firmat Anton.Go-
mez.in Comment.Iur.tom.1.cap.11.nume.27. allegan-
do ipſa ampla verba.d.l.quoniam in text.in verſicu.1.in
auth.vt lic.mat. & aui.volentem vltra legitimam ma-
trem, auiam, & alios parentes poſſe conditionem, vel
onus apponere bonis relictis filio,quaſi in legitima non
poſsit apponi,& maximè, quòd patri filij non acquira-
tur vſusfructus in ipſa legitima: Bart.Fulg.Caſtr.in auth.
excipitur.C.de bonis, quæ lib.& Bald.in l.ſi pater.num.
3.in 3.oppoſ.de inſtit.& ſubſtit.& Alexand.& alijs in lo-
cis,vt ibi per D.Anton.Gomez etiam,quòd modus ap-
poſitus per teſtatorem poſſet ſe habere ad fauorem,&
ad grauamen reijcitur & nullo caſu poteſt affici legiti-
ma,quin de ea poſſit quomodocunque velit diſponi, vt
concludit Aret.in conſi.19.col.2.& ſequen.in 2.dub.in
fine.

Veruntamen in hac ſpecie, puto aliter dicendum, &
tenendum, quod dum conſtat, conditionem, modum,
vel diſpoſitionem aliquam per teſtatorem factam eſſe,
vt conſulat, proſpiciat, vel prouideat ſuis filijs minori-
bus,vel dementibus,vel minus induſtrioſis, vel aliter in
digentibus huiuſmodi prouiſiones, vt in caſu d.l.multi.
& d.l.cum ex filio.in princip.& l.Titio centum in prin.
& l.ſi patronus teſtamento.§.ſi quis non mala mente.&
l.Paulus.in princip.ff.de bon.libert.& d.l.ſi emancipa-
tus.de bon.poſ.cont.tabul.& d.l.ſi pater.& d.l.filijs ma-
trem.C.de inof.teſt.atque tales prouiſiones fauorabiles
filijs,vt præſumitur Alexand.in l.Centurio. num.44.de
vulg.& pup.non remouendas à legitima, probo ex fun-
damentali ratione ipſarum legum, & comm.Doct.ſen-
tentijs, quæ nos pariter mouent ad aliquid tenendum,
vt Cicero in libro de Senectute inquit: Non me ſolum
ratio ac diſpoſitio impulit,vt ita crederem, ſed nobili-
tas etiam ſummorum philoſophorum, & authoritas, &
text.in l.Labeo.ibi,ſed etiã magnoperè me Tuberonis
& ratio



& ratio & auctoritas mouet, ne ſupel. leg. nóſque paſ-
ſim traditum habemus,à Commu. Opin. non eſſe diſce
dendum. Ratio igitur hæc eſt: quia diſpoſitio legum de
ſupplenda legitima,& danda, remotis dilatione, con-
ditione & oneribus,facta eſt in caſibus, quibus ſecun-
dum leges antiquas dabatur querela de inofficioſo, vt
ſonant verba clara in tex.l.omni modo, ibi liceat verò
his perſonis quæ teſtamentũ quaſi inofficioſum,vel alio
modo ſubuertendum queri poterant,& in text.d.l.quo-
niã in priorib⁹.ibi,qui ex antiquis legibus,de inoffi.teſt.
actionem mouere poterant.& ibi, qui ad memoratam
actionem vocabantur.poteſt enim quis agere de inof.
teſt.quãdo habet,quod poteſt allegare, quare exhæreda
ri vel præteriri nõ debuerit:l.3.ff.de inof.teſt.Sed ſecun-
dum leges antiquas,quæ non mala mente,ſed pro con-
ſilio,& fauore facta eſt,licet videatur exhæredatio, vel
præteritio diminuens aliquid, tamen approbata eſt, vt
meritò ceſſet querela:l.Papinianus. §.ſi quis impube-
ri.ff.eo.d.l.multi.d.l.ſi pater.& dic. l. filijs matrem cum
alijs ſupracitatis, ergo in his caſibus non loquuntur. d.
l.omnimodo. & d.l.qm̃ in prioribus, in hac manifeſta
ratione compellimur dicere in his ſimilibus caſibus
proficuis, & qui conſulere, & proſpicere poſſunt, d.l.
quoniam in prioribus minimè corrigere dictas leges an
tiquas,& ita talem rationem adducit, licet non ita cla-
rè,& probat Raph.Cum.in d.l.cum ex filio. in prin. vl-
tra.med.vbi approbat opin.Iac.& Ang.& reſpondet ad
§.cum autem.l.ſcimus.C.eo.de inof. teſt. quòd ibi non
poterat eſſe prouiſio filij,& dubium erat,an querela cõ-
peteret,quo caſu reijcitur, & clarius adducit, & vtitur
eadem ratione Raph.Fulg.in d.l.ſi pater.in fin. & Paul.
de Caſtr.in d.l.filijs matrem.n.3.in fin.ſententiæ autem
com. Doctorum, atque ita dictant. Cyn. in d. l. ſi pa-
ter dicit,quòd nullum eſt onus,quod poteſt habere cõ-
modum,& in d. l.ex trib.de inof.teſt.ad fin.dicit, quod
pater prouidendo filio in ſubſtitutione, quam non po-
teſt ſibi facere,non eſt grauamen,ſed prouiſio: idem in
d.l.qm̃.in prioribus,ad fin.quòd lex imponens eſſe vali-
dũ grauamen,ad honorandum & prouidendum nõ cor
rigitur,& Bar.in d.l.cum ex filio,in prin.num.2.& in d.l.
filijs matrem,tenet,quando eſt certum,dilationem, vel
conditionem reſpicere fauorem, vel commodum filij,
non reijcitur de legitima:ſi verò eſt certum quòd reſpi-
cit odium,vel eſt dubium,reijcitur: idem ſequitur. Sa-
lyc.in d.l.qm̃ in prioribus col.1.ad fin. & Fulg. in d. l. ſi
pater.putat hanc ſentẽtiam meliorem,ideò probat, per
d.l.ſi filijs matrem.Fab.de Gioc.in rep.auth.nouiſſima.
ſub num.139.C.eod.eadem eſt etiam opinio.Gloſſ.in
verſ.Participium.in fin.in auth.vt lice.ma.& aui.& in
verſ.pupillaris in l.humanitatis.C.de impub.& al.ſubſt.
& Ang.in d.l.quoniam.in fin.dicit, hodie vt olim teſta-
mentum non eſt nullum, quando conditio eſt appoſita
in fauorem filij,& in d.l.cum ex filio.concluditur,dictas
ll.ſic prouidentes filijs in fauorabilibus conditionibus
appoſitis pro filijs, non eſſe contractas,cõſiderando to-
tam diſpoſitionem,nõ ſolùm totam particulam. Et hoc
etiam dicit Alex.in d.l.cum ex filio.ſupra fi.verſ. eſſet ta
men videndum quòd commu.opin.eſt in dictis ll. quòd
non ſint correctæ.& Iaſ.in d.l.multi.col.2.verſic.quin-
tò aduerte dicit, quando dilatio eſt appoſita ad proui-
ſionem, non reijcitur de legitima. & iſta opinio eſt ve-
rior,& tenenda,& in d.l.cum ex filio,col.pen.verſic. ſe-
cundò conſidera, putat iſta fundamẽta vera, & in d.l.fi-
lijs matrem,col.1.verſi.licet: fatetur omnes ita tenere;
& ſi ibi arguat in contrarium, tamen non obſtat quan-
do filius aliquo caſu ob dictam prouiſionem nõ eſt per-
diturus legitimam,& firmat idem in d.l.quoniã in prio-
ribus.col.1.verſic.1.niſi ſit conditio,volui recenſere ferè
propria verba Doct.in dictis locis, vt percipiatur, quòd
iſta eſt com.opi.vt etiam eam ponit pro magis commu.
opi.Ant.Gab.Rom.de com.opi.lib.6.tit.de legit.cõcl.
1.nu.21.vbi alleg.Caſt.Pau.Pic.Rub.Alex.Rip.& Bero.
& Ferrac. cau.35.ꝙ ſic tenent in locis per eũ alleg.idem
tenet Rim.conſ.243.n.68.lib.2.& Bero.in cõſ.146.col.
pen.nu.2. lib.2.& in q.87.nu.11.cum. ſeq. idem pro cõ-
muni maximè ad tempus facta prohibitio probat Guil.
Benedic. in c. Raynutius par. 1. in ver.Relinquit,nu.31.

Non obſtant contraria: quia vera ſunt,& locum ha-
bent,quando de legitima, vel ſupplemento tractaretur
pro conſeruatione teſtamenti: ne rumpatur per quere-
lam.ſecùs videtur dicendum, vbi per dictas ll. antiquas
non daretur querela, vt quando teſtamentum non in-
iuriam,ſed conſilium & prouiſionem affert filijs, per ra-
tionem, & com.opin.Doct. ſuprà alleg. in caſibus præ-
ſertim vtilitatis filiorum, ratione minoris ætatis,vel al-
terius defectus indigentium tali prouiſione, & quæ re
vera non tendat ad grauamen, ſed potius ad vtilitatem
ipſorum filiorum, & Bart.& alij in d.auth.excipitur. lo-
quuntur in cauſa vſusfructus obuenientis patri ex legi-
tima filij per Legem,& ſic in diuerſo caſu, vt reſpondet
Alex. in d.l. cum ex filio.in prin.in fi.vbi non eſt verum,
quòd dicat eſſe com.op.pro parte hac cõtraria,ad quam
allegat ſuprà Ant. Gomez.quinimò ibidem ſuprà fin.in
ver.eſſet tamen videndum dicit, eſſe com. opi.pro par-
te,quam ſuprà teneo eandẽ com. atteſtatur in l.mulier.
in prin.nu.3.ff.ad Trebel.illam,quam Bar.& alij tenent
in d.l.cum ex filio. expreſſè inferens hæc verba:quia re-
medium, traditum in d.auth,excipitur, non eſt ſufficiẽs
remedium:ideò ſtaremus prouiſioni iuris antiqui, poſi-
ti in d.l.filijs matrem. Hæc ille. Quæ lex eſt clauis & car-
do dictæ partis,quã probo. Ergo Gomez. eum malè al-
legat pro ſua parte,vt allegat malè etiam Fab.in d.auth.
nouiſſima, ſub num. 139. qui tenet noſtram partem per
hæc expreſſa verba. Sed quãdo eſt certum,quòd eſt pro-
uiſio,& ſit in fauorem filij,quia dubitatur de vita & mo-
ribus,tunc non tollitur, ſ. grauamen d. l. filijs matrem,
& contra Aret.in d.conſ.19.col.11. Dec. cõſil.442.ante
num.30.dicit eſſe com.opin.ita dicit eſſe veram,& com.
opin. Vaſq. Hiſp. in tract.de ſucceſſ.progreſſu,lib.11.de
pupil. ſubſtit.par.2. §. 14.num.30.& ſeq. idẽ tenet Alci.
de præſumpt.reg.1.præſump.2.nu.3.& ibi in addi.& Be-
ro. conſ.146.col. pen.num.2.lib.2.ver.alleg. idq; com-
muniùs & veriùs dicit Boer.in deciſ.87.nu.4.5.& 6.pro
bata tamen coniectura aliqua probabili, huius paternæ
prouiſionis proficuè erga filium: Alc. in l. cum propo-
nas.in ver.portionem.C.de pact.à qua non eſt receden-
dum. Et ita in hac q. concludo.

Namque exinde etiam prædictam corroborando,
10 notandum eſt, quòd fauor, † & vtilitas, apparens in
contractu aliàs per ſtatutum ſine conſenſu propinquo-
rum, prohibitio cum minoribus vel mulieribus, facit
talem contractum valere abſque dicto conſenſu: quia
lex, vel ſtatutum nil aliud quærit, niſi proſpicere perſo-
nis talibus,ne decipiantur:ſicut d. l. omnimodo, & d.l.
quoniam.in prioribus prouident & liberis, vt quartam
integram poſſint habere ſine grauamine, & ſunt con-
tentæ grauaminis nomen amitti, ex euidente vtilitate
prouiſionum parentum liberis factarum, ita ſtatutum
illud requirens conſenſum propinquorum in contra-
ctibus minorum, vel mulierum contentatur abeſſe cõ-
ſenſum propinquorum, & ſine eo valere contractum,
dum vtilitas, fauor, & lucrum proueniat minoribus vel
mulieribus:vt l. cum hi.§. eam tranſactionem.ff.de trã-
ſact. & ibi Bald. Ang.& Iaſ. in fine notat & Alex.in leg.
mutum, colum.fina. nume.decimo,ff.de acquir. hæred.
& in conſilio 59.ſub nume.tertio,verſic.ſecundo poteſt
reſponderi.libr. ſecundo,cum pluribus concord.alleg.
per Dec. conſili.331. colum. ſecunda, verſic. ſecundo
principaliter. & Iaſ. in l. more.colum.6.verſic.tenendo
iſtam partem.de acq.hæred.

11 Illud autem de † cauſa non requiſita in exhæredatione, vel præteritione, quando exhæredatus, vel præteritus voluit, per l.non putauit, §. ſiquis ſua manu. ff. de Bo:poſ.contra tab.locum habet, vbi ante, vel tempore conditi teſtamenti, licet ſit de rarò contingentibus ſponte, & deliberato animo conſenſit, & voluit ſe exhæredari, vel præteriri, & hæc cauſa voluntatis exhæredati ſit inſerta in exhæredatione & de ea conſtet, vt per Bart.& alios in l. ſi quando. §. fina. C. de inof. teſt. Ang.& Alexand.in l.ſi quis poſthumos.§ .1.in fin.de lib. & poſthum.pro comm. opin. ponit Clar. in d.§. teſtamentum.in q.43.verſ.ſed quid ſi ipſe filius, etiam ſi formalis expreſſio cauſæ, quia voluit exhæredari, inſerta non ſit, nihil refert, dummodo liqueat exhæredationem vel præteritionem eſſe factam de ſpontanea, & deliberata voluntate exhæredati:imo in l.filio præterito.num. 59.de iniuſt.rupt.teſtam.ſcribit Ant.Gomez.in ſuo Coment.iur.tom.1.cap.11.num.14.& Calca.conſi.12.num. 97.vbi loquitur de exhæredatione, & præteritione patris præſentis teſtamēto filij & conſentientis ſe præteriri per filium, & alium hæredem vniuerſalem inſtitui, & latè defendit Dec.in l.poſthumo.nu.9.& 10.C.de bon. poſſeſ.contra tab.ſed vbi poſt conditum teſtamentum, non eſſet de limitatione, quòd valeret exhæredatio ſine cauſa, quia eſt alia materia d.l.filio præterito, quòd teſtamentum per approbationem prçteriti reconualeſcit de æquitate prætoria.Bart.in d.l.filio præterito col.penult. num.29.& eſt commu.opi.atteſtata per Clar.in d.q.43. d.§.teſtamentum.

12 Proinde etiam † ſine cauſa, & ex ſola voluntate hæredis inſtituti filij poſſe euenire exhæredationem, traditur iſto caſu, quo filius eſt inſtitutus, ſub conditione poteſtatiua facili, & honeſta, & ſub contraria conditione ſit exhæredatus, ſi non paret conditioni, ſua voluntate exhæredatus efficitur: Alexan.in d.auth.non licet, col.1.ſub num.3.de liber.præter.Iaſ.in l.inter cætera.ad fin.de lib.& poſthum.& in conſil.23. col. 1. ſub. num.1.lib.1.vbi conſuluit, valere exhæredationem ſub iſta conditione poteſtatiua.Si filius non fuerit contentus portione ſibi aſſignata, vt per Clar.in d.§.teſtamentum.in q.39.non tamen iſto modo exhæredatus legitimam perderet, quam filius habere debet ſine aliquā cō ditione, & ſine aliquo onere, etiam conditionis poteſtatiuę, per dictam l.omnimodo, & dictam l.quoniā in prioribus & dictam l.ſcimus.§.cum autem, tradunt Barto.in l.ſuus quoque in princip.nume.7.ff.de hæred.inſti.& ibi Caſtr.ante num.3.& Imo.ſub num.4.dicunt communi-
13 ter teneri cum Bart.& quòd † omne grauamen, etiam leue, reijcitur de legitima, & per leg.cum patronus.de leg. 2.& per Gloſſ.Bart.Caſtr.Alex.& alios in l.ſi pater de inſtit.& ſubſtitu.nunquam enim ex aliquo conſenſu, vel pacto cenſetur filius ſibi factum præiudicium, quin poſſit conſequi legitimam, niſi de ea in pactione fuerit facta ſpecialis mentio, per d.l.ſi quando, §.fin. & per alias concludentes rationes latè probat Socin.in conſil. 230. colum.2.lib.2.& Dec.conſil.81.ad num. 1.& conſil. 218. ſub num.tertio, vel niſi tale quid faciat, vel non obſeruet, ita quòd repudiet hæreditatem paternam, quia tunc perdit legitimam per communem opinionem, relatam & defenſam per Dec.in l.hçres.num.5.C.de impuber.& al.ſubſt.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Exhæredatio, vt effectum ſortiatur, quid requiratur, vt ex ea naſci poſſit querela: & quòd fieri debent in teſtamento, non in codicillis, aut alijs vltimis voluntatibus, & quòd aditio hæreditatis ſequatur.*

2 *Cauſæ exhæredationis inſertæ, in teſtamento ſunt probandæ veræ per hæredem vel aliqua earum, & nuncupatim, & vbi, & quando fuit commiſſa.*

*Et quæ dicatur grauis iniuria, vt poſſit exhæredari, vt vocando patrem ſtultum, & ſimilia, qua non probata, deficit exhæredatio, vti ſine cauſa vel non legitima, ibidem.num. 9.*

*Et de probatione fienda per teſtes examinatos ad perpetuam rei memoriam, citatis tamen filijs exhæredatis, aliàs exhæredatio nulla eſt, ibidem.*

3 *Exhæredatio, facta contra inſtitutum filium in minima re de reſiduo hæreditatis, detecto errore perſonæ ipſius, non valet, vt quia ſuſpicans eum de adulterio natum, ſic inſtituit, & exhæredauit: hoc non probato per hæredem, exhæredatio eſt nulla, & filio debetur tota, vel pars hæreditatis.*

4 *Exhæredatio non tenet, facta de filio per teſtatorem: quia volebat eum effici presbyterum, deficiente hac cauſa: quia non fuit effectus presbyter, nam ſi teſtator ſciuiſſet, non exhæredaſſet, ſicut alios filios non exhæredauit.*

*At facta ſcienter & firmo propoſito, cauſa forſan non legitima, mandans, quòd caſu, quo non probaretur cauſa legitima, quòd ſtet contentus de eo, in quo fuit inſtitutus, habebit ſupplementum legitimæ tantum, ibidem.*

5 *Legitima filio non debetur integra, ſi res legatas acceptauit à patre relictas, cum hoc, quòd ſtare deberet eis tacitus & contentus.*

6 *Exhæredatio facta de filio non demerito, nec ſua culpa cui ſolùm ſit relicta per inſtitutionem legitima vel alia minor quantitas habitanti forſan ſeorſum à patre, alijs filijs vniuerſalibus inſtitutis hæredibus, ad hoc patrem inſtigantibus vel delinimentis nouercalibus, quomodo ei prouideatur, antequam ſit adita hæreditas.*

7 *Exhæredatio facta ex cauſa vna legitima inſerta in teſtamento, non operatur, nec tenet, quin teſtamentum per querelam rumpatur per filium, ea non probata per hæredem, licet aliam non inſertam, & expreſſam legitimam ad eum exhæredandum probauerit: & de forma exhæredationis ſeruanda & probanda, & qualis ſit, nec debet probari per æquipollens, doct. Ang. reprobata.*

8 *Exhæredatio an noceat, ſi in teſtamento vltra nominatam cauſam legitimam per hæredem non probatam, vel nulla cauſa expreſſa nominatim, vt eſt de forma exhæredationis, generaliter dictum ſit, ex cauſis, vel alijs pluribus, & quibus de iure mereretur exhæredari, & probandis per hæredem, ſi per eum probetur aliqua de determinatis, vide vbi pro ea contrà, & de ratione.*

9 *Et quomodo liceat fieri exhæredationem per parentes, niſi nominatim cauſis legitimis inſertis in teſtamento, & aliqua earum probandis per hæredem, & non alia non inſerta, vbi latiùs & pulchrè diſcutitur de materia.*

10 *Ius dicendi teſtamentum nullum competit, per exhæredationem factam de filio in teſtamento ſine inſertione alicuius cauſæ, vel cum cauſa non legitima, & durat, ac dici poteſt de nullitate, per 30. annos, ſicut de aditione hæreditatis dicitur, niſi geſtis per præteritum probatis ad eius confirmationem, quia tempus breuiatur.*

11 *Quid præterito tacente per annum, quòd videatur excluſus à querela inoff. teſtamenti, licet ad dicendum nullus infra 30. annos admittatur, & à quo tempore incipiant currere, etiam ignoranti, de practica agendi de nullitate teſtamenti, & dum ea via poteſt agi, ineptè agitur, & ſuccumbit experiens per querelam inofficioſi.*

12 *Cauſa exhæredationis inſerta in teſtamento legitima debet probari per hæredem, in prouincia exiſtentem, intra ſex menſes, extra verò prouinciam intra annum à morte teſtatoris, quòd hæres officio iud. compellitur adire caſu, quòd id diſtulerit, interimq́ non probata cauſa, datur filio querela inofficioſi teſtamenti, reprobata opin. Martini & ſequacium.*

13 *Querela inofficioſi teſtamenti debet intentari intra quinquennium à die aditionis hæreditatis, & à die ſcientiæ, etiamſi veniret per modum excipiendi.*

14 *Cauſa exhæredationis probata per hæredem vera, teſtamentum remanet validum, & exhæredatus excluſus ab hæreditate & à legitima exhæredantis, adeò vt excludatur bonorum ſubſidio debito.*

*Et qui ſint effectus exhæredationis, & quomodo habeatur pro mortuo.ibid.*

*Et quid faciat in nepote exhæredatio filij valida. ibi.*

15 *Cauſa exhæredationis per hæredem non probata, rumpitur teſtamentum, quoad inſtitutionem hæredis, filio exhæredato ab inteſtato hæreditatem capiente, firmoq́ remanente teſtamento, quoad legata, fideicommiſſa, & alia, etiam exhæredatione vel præteritione, ſine cauſa legitima facta.*

15 *Authentica ex cauſa.C.de liber.præterit.non habet locum quando nullus fuit inſtitutus hæres in teſtamento.*



¶SOLVTIO. III.

1 TERTIO ſequitur videre † de effectu & valore exhæredationis, vel præteritionis, & de alijs, quæ adeſſe debent, vt exhæredatio ipſa ſortiatur effectum: ſcitur enim, primùm requiri, eam eſſe factam in teſtamento, vt valeat, & non in codicillis, vel alijs ſpeciebus vltimarum voluntatum.§.codicillis autem, ibi.ideò nec exhæredatio ſcribi poteſt, Inſtitut.de codicillis.& l.penul.§.fin.ff. de condit.inſtitu.& ex teſtamento ipſo ſequi debet aditio hæreditatis, vt valeat exhæredatio, & naſci poſſit querela: l.filium.§.ſed cum exhæredatio. ff.de bon.poſ. contra tabul.& l.Papinianus.§.idem eſt etſi. de offic. teſtamen.& l.ſcimus.§.illud.C.eo.tradit Angel.Aret. in tracta.de teſtamen.in Gloſ.74.vltra princip.codicillis non poteſt etiam fieri exhæredatio inſtitutionis rei particularis, factæ filio in teſtamento; Saly.in l.omnimodo. numero 3.C. de inoffic. teſtamen. ibi poſt Bald. & alios concord. refert Iaſ. ad fin. quinimò eſt inepta exhæredatio in codicillis, vel in alijs vltimis voluntatibus, dicit Cor. conſilio.259.columna 4. verſ. præteritio. l. 4.
2 † id quoque præcipuum eſt, quod hæres poſteà ꝓbare debet veras eſſe cauſas inſertas ꝓ exhæredatione in teſtamento, omnes vel aliquam earum: l.omnimodo & l. ſi quis filium. C. eo. & §. ſiue igitur. & §. tales igitur. in auth. vt cum de appell. cogno. Locus & tempus iniuriæ & ingratitudinis commiſſæ exprimi in teſtamento nihil refert, ſed debent ab hærede nuncupatim probari, vbi & quando fuit commiſſa cauſa ingratitudinis, in teſtamento aſcripta vt tradit Bald. in conſilio 89. præponitur, quòd Luciarellus, & in conſilio 112. punctus, quæritur primo lib. 5. & Alexand. conſilio 203. colum. fin. verſic. ſed iſta eſt, & conſilio 253. filiusfamil. libr. 2. vbi docet per tot. conſilium, quæ dicatur grauis iniuria, per quam pater poteſt exhæredare filium, & quòd eam viuens probare poteſt per teſtes examinatos ad perpetuam rei memoriam, vt ibi per eum, citatis tamen filijs exhæredatis, vt not. Bartol. Bald. & alij in auth.negotium: §.ſi quis colla.8.de reſtitut.& Canon.in cap.Albericus.ex eo. & Alexan.in dict.conſilio colum. fin. & Gualden. de arte teſtan. tit.3.cau.11. numero 4. Alioquin ſi tale examen non ſit ritè, & rectè factum non citato filio exhæredato non valet: Pariſ.conſ.1. numero 137.libr. primo.de cauſa exhæredationis validè probata per teſtes, & per inſtrumentum de verbo iniurioſo prolato contra patrem, quia filius dixerat, quòd pater erat ſtultus ratione loci & temporis, & perſonarum, atroce iniuria reputata, comprobando reſpondit Curt. Iun. conſilio 148. numero primo, ſecundo, & ſequ. & aliâs autem, ſi ab hærede non probantur ipſæ cauſæ, vel aliqua earum vera, nullius momenti eſt exhæredatio: Pariſ.dict.conſilio primo.numero 136.vt eſt etiam nullius momenti, ſi ſit ſine cauſa aliqua, vel ſi ea inſerta, non eſt legitima: ſed hoc operatur exhæredatio talis, quòd ſi exhæredatio non ſit facta ex cauſa legitima, vt quia filius ſimpliciter non fuit mihi obediens, vel noluit incumbere literis, teſtamentum erit nullum, ſi cauſa fuerit legitima, ſed per hæredem non legitimè probata, per querelam teſtamentum rumpetur, vt hos caſus per communes concluſiones proſequitur Clar. in dicto §. teſtamentum.in quæſtio.40.& ante eum Imo.in dict.l.filio præterito, num.30.31.& Bald.in l.1.nume.5.6.& alij ibidem.ff.de teſtam.& Couarru.in dict.cap.Raynutius. in princip.nume.6.ponit & Soarez in theſau.recept.ſententia.in ver.exhæredationis cauſæ.nume.210.& ſeq.

3 Idem eſt † de exhæredatione, facta de reſiduo portionis hæreditatis errore ſuæ perſonæ contra aliquem inſtitutum duntaxat in aliqua re minima, quòd detecto errore, non valeat exhæredatio huiuſmodi, vt ſolet euenire, quòd aliquis ſecùs ſuſpiciens de ſua vxore, quòd filium aliquem peperit ex adulterio, faciendo teſtamentum, talem filium natum ex ſua vxore inſtituit in libris 10.denariorum, vel in alia minima re, priuando eum, quòd de ſuis bonis aliud non poſſit habere, nempe aliquo impedimento per hçredem non probato, quòd iſte.ſ.non potuerit eſſe filius iuxta teſtatoris terminos: l. filium.ff.de his, qui ſunt ſui vel ali.iur.ex matrimonio, vigente cum vxore, etiam adultera ex qua natus eſt talis filius, probatur iſte filius teſtatoris, per d.l.filium.vt l. miles.§.defuncto.ff.de adulter. cum pluribus de hoc §. defuncto, allegatis per Dec. conſil.658. & per Marſil. in l.1.§.ad quçſtionem.num.34.cum ſequen.ff.de quçſt. & pleniſſimè per Anton.Gabri.Rom.de commun.opi. lib.1.de prçſumpt.concl.14. & conſequen.exhçredatio in reſiduo hçreditatis apparet fundata in cauſa erronea, cùm iſte dicatur & per matrimonium probatus eſt filius teſtatoris, qui prçſumitur, ex hoc nolle auferre partem hçreditatis, huic filio obtingentem, & velle eum inſtituere in totam ſuam partem, & propterea nulla reputatur talis exhçredatio: argu. l. 3. C. de inoffic.teſta.& l.ſi poſthumus. §.fina. de liber. & poſthum. ſentit, Alex.in l.ſi pater.num.3.ſub verſic. tamen Gloſſ. dum alleg.d.l.3.ex facto reſpondit Cur.Iun.conſi.31. licet poſt relatum Bald.in cap.per tuas.de probat.ſuper ſimili quæſtione aliud non firmet, Alexan. in conſ. 37. colum.fin. nu. 5. 6. lib. 1. tamen ſuper erronea exhæredatione cum Curt. Iun. tenendum cenſeo: pro quo facit, quod in ſimili firmat Rom. conſ 438. In caſu con-
4 ſultationis, col. 2. verſ. quoad ſecundùm † exhæredationem factam de filio non tenere, quia teſtator volebat effici presbyterum. & poſteà cauſa iſta deficiente, cùm iſte filius presbyter effectus non fuerit, quòd ſi teſtator ſciuiſſet, iſtum non exhæredaſſet, ſicut alios filios non exhæredauit; igitur exhæredatio huiuſmodi non operatur, vt per plura ibidem Rom.probat.

Intellige tamen, quòd vbi exhæredatio ſcienter & firmo propoſito per patrem facta eſt, cum cauſa forſan non legitima, & habeat hanc adiectionem, quòd caſu, quo dicta exhæredatio non fuerit valida, vel non legitimè probata, teſtator inſtituit talem filium in 10. ducatis, mandans, eum non poſſe petere nec habere aliud de ſuis bonis, hunc poſſe ſolum habere ſupplementum legitimæ, & in reliquis operari exhæredationem, etiam quòd videatur conditionalis, plenè & verè conſuluit Curt.Iun.d.conſil.148.nume.6.cum ſequen.& Guald. de arte teſtan.tom.3.cau.11.nume.2.quia & exhæredato non probato ingrato, cui eſt relictum aliquid iure legati, etiam vel fideicommiſſi debetur legitima, tenet Bal. in l.omnimodo. in princip.colum.1.in 11. q.nume.3.C. de inoffic.teſtam.idem in ſpecie ſimpliciter probat Io. de Ami. conſil. 133. colum.1. nume.4.& ſentit Bald.in

5 d. auth. ex cauſa. num. 22. † quòd ſi pater mandat, filium ſtare tacitum, & contentum certis rebus legatis, aliâs, quòd non poſſit habere niſi legitimam, ſi res legatas filius acceptauerit, nempe legitimam, habere non poterit, ex facto reſpondit Dec. conſil. 687.

6 Item ſi omnimoda exhæredatio, † ſed ſolùm in legitima, vel in alia minori quantitate reperiatur in teſtamento inſtitutio facta vni filio non demerito, nõ culpa ſua forſan habitanti ſeorſum à patre, cæteris filijs, vel alijs vniuerſalibus hæredibus inſtitutis, & deprehendi poſſit motus patris ad ſic inæqualiter teſtandum inter filios, vel vnum illum priuandum non iſtius opulentia particulari, quia ſatis eget, ſed eueniſſe nimia ſolicitudine, infeſtatione, inſtigatione aliorum filiorum, vel delinimentis nouercalibus, vt dicit text. in l. 4. ff. de inoffi. teſt. hoc caſu, cùm neq; lex, neque æquitas ſcripta, poſſit ſuccurrere huic filio, pluſquam ſemiexhæredato, adeundus eſſet princeps, ſi eius præſentia poteſt haberi: arg. l. ille à quo, §. penul. ff. ad Trebel. & eius de quo vnum verbum ditit Salyc. in l. fratres, col. penul. ſub nu. 9. ver. ſed hæc æquitas. C. de inoffic. teſt. qui informatus de motiuis deceptiuis patris teſtantis, antequàm ſit adita hæreditas, ſuffragando filio ſemiexhæredato prouidere poteſt, per ea, quæ plenè ſcripſi ſup. lib. 1. interpr. 1. dubitat. 3. ſub ver. ſiquidem interpretatio, vbi tractatum eſt, quando, & quomodo à principe poſſint teſtamenta interpretari, licet hoc caderet in quarto loco de remedijs contra exhæredationem.

7 Quid operari poteſt † exhæredatio, facta ex vna cauſa legitima expreſſa in teſtamento, vt quia manus violentas intulit in patrem, per hæredem non probatur iſta cauſa expreſſa, ſed probatur alia non expreſſa in teſtamento, & legitima, per quam filius mereretur exhæredari, quòd verba iniurioſa, & inhoneſta protulerit in patrem, vel eum accuſauerit criminaliter, vel alias cauſas de 14. commiſerit in patrem, & non inſertam in teſtamento, credo nihil operari, & teſtamentum remanere ruptum per querelam inſtitutam per filium, non probata cauſa inſerta ipſius exhæredationis, per vul. reg. l. qui accuſare. C. de eden. cum concor. ibi ſig. in gloſſ. & per Dec. in 3. no. num. 10. nihil facit ad exhæredationem inflictam probatio cauſæ, non expreſſæ à teſtatore, quia hæc non poteſt probari, ex quo teſtator non expreſſit eam, exinde videtur fortè eam nolle admitti, & de ea non ſenſiſſe, cùm non expreſſerit: ita probat Imo. in d. l. filio præterito. num. 31. nam hæc ſimul iuncta ſunt de forma exhæredationis, & validitatis teſtamenti, & quòd ſit determinatis per legem, & quòd probetur vera per hæredem, vt de his omnibus manifeſtè cautum eſt & prouiſum in tex. in d. §. aliud quoque capitulum. & in ſequ. in auth. vt cum de appel. cog. de vno ibi, & ipſas nominatim ingratitudinis cauſas parentes in ſuo inſeruerint teſtamento. de alio ibi, cauſas autem iuſtas ingratitudinis has eſſe credimus. & de alio, in §. ſiue igitur, ibi, omnes memoratas ingratitudinis cauſas ſiue certas ex eis parentes in teſtamento ſuo inſeruerint, & ſcripti hæredes nominatim, vel nominatas cauſas, vel vnam ex his veram eſſe monſtrauerint, & ſic perpendatur, quomodo ibi hæres aſtringitur probare cauſam nominatam, & ſemel, ac bis dicitur, & replicatur, nominatim inſertam in teſtamento parentum & quomodo poſteà in d. §. ſiue igitur, ſubiungitur ibi, ſin autem hæc obſeruata non fuerint. nullum exhæredatis liberis præiudicium generari. & ibidem ſubſequitur, quaſi cauſa ipſa, ſi non fuerit nominatim inſerta in teſtamento parentis, & hæres velit aliam probare, quòd exinde filij videantur falsò accuſari & decipi, quod vetat imperator, ibi, ne liberi falſis accuſationibus condemnentur, vel aliquam circunſcriptionem in parentum ſubſtantijs patiantur: ſatis enim falſa accuſatione condemnaretur filius, ſi de alia, quàm de ea, quam nominatim contra eam fecit pater, condemnaretur, cùm hæres ex forma legis in probando habeat cauſam ingratitudinis, monſtrare veram eam nominatam, & inſertam in teſtamento parentis: quia non nominatam, nec inſertam forſan pater remiſit, vel non reputauit pro iniuria, & ſic de ea non ſenſit in exhæredatione contra filium, cùm eam non expreſſerit: vt dicit Imo. in d. l. filio præterito. num. 31. facit l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. ibi, ea enim, quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta: nam hæc videntur de forma iuſtæ exhæredationis, non licet parenti exhæredare liberos ſine nominata cauſa inſerta in teſtamento, aliâs teſtamentum eſt nullum: per text. in dict. auth. non licet, & in auth. ſequ. & ibi Doct. omnes concedunt hoc, & non licet hæredi probare ingratitudinem contra filium, niſi expreſſam à teſtatore, vt d. l. omnimodo. in princ. & d. §. ſiue igitur. qua forma non ſeruata ad vnguem, & non per æquipollens, exhæredatio redditur iniuſta, & nulla, per commun. doct. Bald. & ali. in l. fin. de liber. & poſthum. elicitam ibi ex tex. loquente in propoſita materia exhæredationis, ex quibus probat etiam nõ verã doctr. Ange. in §. ingratitudinem. in auth. de nupt. quòd probatio ingratitudinis non expreſsè in teſtamento facta, per hæredem ſufficientis ad exhæredationem contra filium ſufficiat ad excludendum eum ab inteſtato, vt eum ſequitur Iaſ. in l. cum mota, columna 4. verſic. nota etiam in materia, quòd ſi pater. C. de tranſact. & in dict. auth. non licet. in penult. columna in 7. limita. hoc autem verum non eſt, quia expreſsè dicitur in dict. §. ſiue igitur. quòd ſi exhæredatio non fuerit facta cum legitima cauſa ingratitudinis, vel expreſſa, & non probata, nullum eſt factum præiudicium liberis, quin conſequantur, hæreditatem parentum ab inteſtato. & tex. in dict. §. ingratitudinem. loquitur in diuerſo caſu ſucceſſio num. fratrum. ita etiam latè comprobat Couar. in dict. cap. Raynutius. in princ. nume. 7. de teſt. vbi contra Ange. in hoc aſſerit eſſe commun. opin. *ex relatione aliorum*: idem ſequitur, & probat Anto. Gomez in ſuo Comment. Iur. in 1. tom. cap. 11. num. 10. verſic. item quæro, ſi pater.

8 Ex his autem infertur ad aliam magis dubitabilem queſtionem. Quid ſi in † exhæredatione in teſtamento ipſo vltra nominatam ingratitudinis cauſam per hæredem non probatam, vel nulla cauſa expreſſa, nominatim dictum ſit generaliter ex cauſis, vel alijs pluribus, ex quibus de iure meretur exhæredari, & probandis per hæredem, ſi quidem per hæredem ipſum probetur aliqua cauſa de determinatis, pro exhæredatione videtur ſufficere, & validum remanere teſtamentum, quia plures ſunt cauſæ declaratæ exhæredationis: vt §. cauſas autem. in dict. aut. vt cum de appel. & quoad excluſionem, vel incluſionem rei tantum valet generalis, quantum ſpecialis prouiſio: l. ſi duo. in fin. ff. de adminiſtr. tut. & ibi Bar. & alij not. l. ſi ſeruus. §. inquit Lex. ad Leg. Aquil. perinde eſt ergo, ac ſi dictũ eſſet, Exhæredo filium meum, quia in me cauſas cõmiſit omnes, ex quib. per legem poſſum exhæredare eum, & ſufficit hæredem probare vnam, vel aliquas ex eis, d. §. ſiue igitur. & Bald. in d. aut. non licet. in fin. & ibi alij ſequuntur. & ſicut inſtitutio valet relatiuè facta ad expreſſionem, pro ea requiſitam, l. aſſe toto, vbi Doct. omnes tradunt, ff. de hered. inſti. ita valere videtur exhæredatio facta relatiuè ad cauſas legitimas probantes per hæredem, cum eadem iuſtorum contrariorum diſciplina formãdorum ſit, vt eadem dubitat. ſupra ver. ſecundo. & ſucceſſiuè demonſtratũ eſt, contrarium verius exiſtimo. hoc enim comprehendo ex repetita lectione tex. in ſæpè alleg. §. aliud quoque capitulum. & ſeq. loquentis prohibitiuè,





& præcipientis,
9 † non licere parentibus exhæredare, vel præterire liberos, niſi nominatim cauſis legitimis inſertis in teſtamento, & his nominatis, vel aliq. earum probantis per hæredem, vnde ſic nominatim exprimere cauſas ingratitudinis in teſtamẽto eſt de forma actus inducta à lege ſic prohibitiui diſponente & ſeruanda, l. non dubium. C. de legi. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. Alexan. in dicta l. prima, colum. 2. de lib. & poſthu. & in ſpecie in d. auth. ex cauſa. columna 1. numero ſecundo. cum pluribus concord. firmat Albert. Brun. in tract. de forma. in arti. quando aliq. cenſe. tradi. pro for. in columna 5. verſicu. ſecunda concluſio. & materia eſt odioſa exhæredationis. l. cum quidam. de liber. & poſthum. & diſpoſitio dicto §. aliud quoque capitulum. de inſerendis nominatim in teſtamento cauſis exhæredationis eſt correctoria Iuris communis, vt tot. tit. de liber. & poſthum. & omnes concedunt in dict. authent. non licet. & ex ſe patet, in vnoquoque iſtorum caſuum quid exprimendo nominatim & ſpecialiter, non ſufficit exprimi verbis generalibus, vt de primo in ſpecie noſtra, per text. in l. prima & ſecunda. de liber. & poſthum. & in clement. 1. & ibi Gloſ. in verſicu. nominatim. de vita & honeſt. cleri. cum pluribus concord. ad hanc concluſionem congeſtis per Alber. Brun. in dict. tracta. de for. in. arti. ex quib. conſi. for. & ſolen. in colum. 16. verſi. prædicta regula. fol. 23. & alio caſu de odioſis, per Iaſ. in l. prætor ait. in princip. colum. 2. verſi. tertiò fallit. ff. de nou. oper. nuntia. & Rip. in cap. ad aures. nume. 14. de reſcript. & de hoc, & de alio vltimo in correctorijs latè ponit Alber. Brun. in dict. artic. colum. 20. in tertia, & 4. fallen. fol. 24. eo igitur magis, & fortiùs in caſu noſtro continente omnes caſus prædictos, tenendum eſt, non ſufficere expreſſionem cauſarum ingratitudinis per verba generalia, cùm nominatim inſerendæ ſint in teſtamento, quòd inductum videtur, vt remoueantur falſitates contra liberos, & deceptiones in ſubſtantijs parentum, circa probationes cauſarum ingratitudinis obiectarum, vt ſigillatim dicitur in text. dict. §. ſiue igitur, quòd ergo ipſæ cauſæ probandæ nominatim exprimantur in teſtamento per parentes, de quibus lex confidit, quòd falſas cauſas non nominabunt contra filium, in quo prompta omnis cura & affectio parentum præſumitur. l. iſti quidem. in fin. ff. quod met. cauſa. & l. ſcripto. in fin. vnde lib. & gloſſ. in l. quidam cum filiumfamil. de hæred. inſtitu. & non remittantur ſoli hæredi probandæ quas voluerit opponere ad commodum ſuum & deceptionem forſan filij circa ſubſtantias parentis, quam abhorret text. in d. §. ſiue igitur. meritò, vt fraudes excludantur, debet fieri ſpecialis nominatio ingratitudinis in teſtamento, & aliam non poſſe probari, vt tradit Ripa in l. 1. nume. 67. de vulgar. & pupil. quòd alia non expreſſa in teſtamento non poſſit probari, antè dictum eſt, tenere Imo. in d. l. filio præterito. num. 31. facit l. prætor edixit. in princi. de iniur. & l. item exigat. de dolo. namque expreſſio cauſarum, generaliter facta, eſt obſcura & ambigua: Gloſſ. in l. ita fidei. ff. de iure fiſ. & l. in tradentis. in princip. commu. prædio. Sed paria ſunt, Cauſam non eſſe expreſſam, vel quòd ſit expreſſa non tam apertè, & certitudinariè, & intelligibiliter, ita pro nihilo habetur, ad literam ſic dicit, & probat Alexan. in conſi. 182. col. 2. ſub num. 6. lib. 2. & Aret. conſil. 68. col. penul. ad fi. verſic. præterea poſito. & l. de ætate. §. nihil intereſt. de interrogat. acti. & inſerta cauſa exhæredationis debet eſſe certa, nouiſſimè alios citando Eman. Soarez in ſuis annota. ad Anto. Gomez in d. tom. 1. cap. 11. in fin. litera H. nu. 8. Ergo ſtat noſtra concluſio de inualiditate exhæredationis & teſtamenti ex forma non ſeruata, per communem concluſionem atteſtatam per Imo. in l. 1. nume. 6. ff. de teſtam. & in d. filio præterito. nume. 30. ſic poſitam per Clar. in d. §. teſtamentum. in q. 40. Non obſtant cõtraria, poſtquàm obſeruantia formæ & ſubiecta materia requirunt ſpecialem nominationem cauſæ legitimæ pro exhæredatione in teſtamẽto aſcribi, & inſtitutio, vt fauorabilis faciliùs indicatur, quàm exhæredatio odioſa. l. 2. & ibi Gloſſ. & Doct. l. cum quidam. de lib. & poſthum. & ibi Iaſ. col. 2. in 3. no. & dicit ibidem in 2. no. quòd licet ſit fauendum validitati teſtamenti, tamen propter nullitatem exhæredationis, res ad cauſam inteſtati reducitur. ita teneo in hac quæſt.

10 Dictum eſt antè †, quando exhæredatio eſt ſine inſtitutione alicuius cauſæ, vel cum cauſa non legitima, teſtamentum eſt nullum: de cuius autem nullitate poteſt dici vſque ad 30. annũ. hoc verum, & commune dictum eſt, & ſicut de eo nos non habere ſpecialem titulum, dicit Bart. in d. l. filio præterito. nume. 23. in fin. poterat etiam dicere, quòd de eo non habemus ſpecialem legem, quòd ibidem Bart. ſub num. 28. probat à ſimili de tempore iuris immiſcendi, vel adeundi, quòd durat 30. annos l. licet. C. de iure deliber. ibi per gloſſ. & docto. non aliam legem ad hoc, niſi Bartol. Bald. Caſtr. & Alex. ſic à ſimili loquentes allegando ſequitur Bald. de præſcript. 4. part. quar. par. princip. in q. 21. non inueni in libris meis conſil. 305. Punctus. Quæritur. lib. 3. Baldi allega. per Balb. ſed magiſtraliter loquitur Bal. in conſ. 410. incip. Primò videndum eſt. lib. 4. quòd tanto tempore de ſui natura durat ius dicendi nullũ, quanto ius adeundi 30. an. per no. in d. l. licet. quia ſunt connexa, præteritum dicere, nullum, & adire, l. 3. C. de repud. hæred. etiam, quod tanto tempore durat, quanto petitio hæreditatis ſimiliter 30. anno. & quòd maximè ad illud datur officium, iudicis, quod durat 30. an. l. ſicut. de præſcript. 30. an. ſed breuiori tempore ſopiri poſſet, ſi aliqua geſta probentur, per quæ videatur præteritus probaſſe, vel
11 confirmaſſe teſtamentum, vt ibi per eum † etiam ſi præteritus taceat per annum, quo Gloſ. & Barto. in d. l. filio præterito ſub nume. 28. volebant, eum eſſe excluſum, admittitur tamen ad dicendum de nullitate vſque ad 30. an. ſic ſequendo Bald. Ang. Cum. Imo. & Petr. de Beſucio, dicit eſſe commun. opin, quæ ſeruatur in iudicando, & probat Gui. Pap. in deciſ. 426. nume. 2. & in deciſ. 597. & Saly. in l. 2. col. 5. verſi. 4. quia. & ibi plena apoſti. in litera B. C. de poſthu. & Alex. in l. 2. nu. 22. C. de bon. poſſeſ. contra tab. Nam generale eſt, dictionem, de nullitate, durare 30. an. Franch. Peruſi. in cap. dilecto. col. 4. verſi. 5. quæritur. de appel. & currunt iſti 30. anni ſtatim à tempore mortis patris, & ante aditam hæreditatem, ponit Ant. Gomez in d. tom. 1. & cap. 11. ſub nume. 15. verſ. tertiò ſingulariter. & currunt ignoranti, vt ibidem nu. 5. verſicu. item adde. vbi ſubiungit de remedio prætorio, quod competit etiam filio in poteſtate præterito contra tab. per Commun. opin. ibi per eum relatam & defenſam, quod non currit ignoranti. l. 2. C. qui admit. Sed aduerte, quòd remedium contra tabulas ſolùm durat per annum, vt iu iure eſt notiſſimum, Clar. in dict. §. teſtamentum. in quæſtio. 42. ſub verſic. bene verum eſt, vnde ſcias practicare, cum occurrerit. Practica autem agendi de nullitate teſtamenti, & alterius vltimæ voluntatis, dupliciter traditur, ſ. principaliter, & incidenter, principaliter dum agitur de nullitate, deducẽdo & probando cauſ. nullitatis. incidenter, dum conuenitur, excipiendo de nullitate, & dum contra auctorem excipitur de teſtamento replicando de nullitate, vt docet Bartol. in d. l. filio præterito. nume. 24. & in l. quę ſub conditione. §. fina. de condit. inſtitut. & Bald. in l. ſuus. C. de repud. heredi. adde & Franch. in d. cap. dilecto. col. 4. Et ponit Anton. Gom. d. ſuo cap. 11. nume. 7. & Bero. conſi. 118. num. 42. lib. 2. & quoad euitandam pręſcriptionem forſan iuuabit practica nullitatis per viam exceptionis: cum regulariter exceptiones ſint perpetuę. §. perpetuę.

Inſtit.except. pluré.§.ſi.ff. de exceptio.dol. refert idem
Fran.in d.cap.dilecto. colum. 4. d. verſic. quintò quæ-
ritur. & cum exactis poſſit apparere veritas nullitatis,
de qua in actis ipſis non fuerit exceptum, neque repli-
catum, poterit tamen de ea & poſt concluſum in eam
excipi,& deduci in allegationibus iuris, probat, & di-
cit menti tenendum, idem Franch. in d.c. dilecto. col.
13.verſi.quib.tu adde.& probatur per ea,quæ latè ſcripſi
ſup.lib.1.interpret.2.dub.1. ſuper medio. præſumptio-
nes.verſ.ſecùs eſt etiam. Ideo probè dicit Ant. Gomez
in d.c.11.nu. 4. ver. effectus, quòd vbi ex actis conſtat
de nullitate teſtamenti, poterit illud pronuntiare, &
declarare nullum iudex officio, abſque petitione par-
tis. Porrò animaduertendum eſt,dum via nullitatis te-
ſtamenti agi poteſt,ineptè agit, & ſuccumbit experiens
per querelam inofficioſi teſtamenti, quia hæc non da-
tur,niſi in ſubſidium:l.maximum vitium.ver.cum etiam
de liber.præter,& §.tam autem.Inſti.de offic.teſta.ex fa
cto reſpondit Bero.conſil.16.nu.5.& ſe.libr.2.ſciens te-
ſtamentum tamen hereditatem adeundo ab inteſtato
tacitè teſtamentum nullum,dicit idem Bero, conſi.119.
nu.41.eo.& nume.42.dicit idem poſſe dici de nullitate
teſtamenti,per modum replicandi.

Quando verò,redeundo ad noſtram ſpeciem, cauſa
12 † legitima pro exheredatione in teſtamento inſerta eſt,
& probanda per hæredem, vt dictum eſt ſuprà, qui exi-
ſtens in prouincia,intra ſex menſes, & extra prouinciā
intra annum à morte teſtatoris, ſi non adierit, vel
repudiauerit hæreditatem, officio iudicis poteſt com-
pelli hoc facere,per tex.in d.l.ſcimus.§.illud.C.de inof.
teſta. donec per hæredem cauſa inſerta exhæredatio-
nis probata non ſit, competit filio exhæredato querela
de inofficioſo teſtamento,reprob.opi.Martin.& ſequa-
cium,vt eſt Com.opin.Gloſ.& Docto. vt per gloſ. in d.
§.aliud quoque capitulum.& in d. auth. ex cauſa. & ibi
Bar.nu.2.& Caſt.ad nu.8.Alex.nu.2. & Bar.in l. 1.nu.5.
ff.de teſta.Imo.num.6.Clar.in d. §. teſtamen. in quæſt.
13 40.verſ.aut talis cauſa.† & debet hæc querela intentari
intra quinquennium à die aditæ hæreditatis. l. ſi quis
filium.in fi.& d.l.ſcimus §.illud.C.de inoffi.teſta.etiam
ſi veniret per modum excipiendi, Angel. in l. Papinia-
nus. §.ſi filius.in fi.& ibi Caſtr.& Fulgoſ. ſequuntur.ff.de
inoffic.teſt.cum concord.alleg.per Ant.Gomez in d. c.
11.num.20.in fi.in omnib.intellige à die ſcientiæ. Deci.
14 conſi.530.col.2.num.8. Vnde † ſi cauſa exhæredationis
vera probabitur,remanet validum teſtamentum,& ex-
hæredatus excluſus eſt ab hæreditate parentis & exhæ-
redantis,& à legitima.d.§.ſiue igitur.& in auth. ad fi. de
immenſis donati.& §.exhær.in auth.de hæred. & Fal. &
d.l.omnimodo.& dicit Bal.in l.qui volebat.ff.de hæred.
inſti.quòd per veram exhæredationem excluditur de-
bitum bonorum ſubſidium: precipuus enim effectus
eſt exheredationis,quod priuat non à certa re, ſed ab
vniuerſa hereditate teſtatoris:l.cùm quidam.& not.in l.
3.§.pen.de liber.& poſthum.

Effectum item exheredationis eſt, quòd in filio ex-
heredato tollit ſuitatem:vt l.1.§.ſciendum, & ibi Bart.
ff.de ſu.& legi.Aret.in l.ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe. Alex.
in l. ſi filius. nume. 10. de vulg. & pupil.cum pluribus
concor.allega.per Anto.Gomez in d.tom.1.cap. 11. nu.
19.& Vaſq.de ſucceſſ.lib.1.§. 10.num.32. & ſequen. ita
quòd exhæredatus habetur pro mortuo: l. 1. §. ſed etſi
patruus.de coniug.cum emancip. liber. & conſequen-
ter; in extractione legitimæ aliorum liberorum non
computantur in numero eorum: Baldus in auth. no-
uiſſima.num.6.C. de inof.teſta.Barto. in repet. l. pater
filium.col.pen.num.20.ff.eo.& Boër. in deciſ. 104. nu.
8.& Fab.de Gioch.in auth.Nouiſſima. num. 163. C. de
inof.teſt.& Ant.Gomez.dict. cap. 11.num. 22. ſed quid
exhæredatio filij faciat in nepote, vel alio, exiſtente in
ſequenti gradu poſt exhæredatum, plerique exordiun-
tur iſtam quæſtionem eſſe de apicibus iuris, accedendū
eſt ad text.Gloſ.& Doct.in l.ſi quis filium.C.de inoffic.
teſtam.& in l.pater filium.ff.eod.& in l.ſi quis poſthum.
§.ſi filium,de liber.& poſthum.& Ant.Gomez d.cap.11.
nume.21.

15 Si verò † cauſa exhæredationis non fuerit probata,
exinde ſequitur reſciſio,& ruptura teſtamēti, quoad in-
ſtitutionem hæredis, & filius exhæredatus tanquam ab
inteſtato hæreditatem capit; quo autem ad legata & fi-
deicommiſſa,etiam vniuerſalia, & ad certa, firmum te-
ſtamentum remanet, etiam exhæredatione, vel præte-
ritione,ſiue cauſa legitima facta,d.§.ſiue igitur,& d.au-
thent.ex cauſa, & ibi Gloſ.& Docto.& pro communi
ſententia inſerit Clar.in d.§.teſtamentum.in q.54.Dec.
in conſi.86.col.2.nume.3.atteſtatur.de commun. in fi-
deicommiſſo vniuerſali.& Rolan.à Val.conſ.71.nume.
16 56.lib.2.Guid.Pap.in q.529.tamen eſto memor,†quòd
d.auth.ex cauſa.non habet locum, quando nullus fuit
inſtitutus hæres in teſtamento, vt eſt determinatio gloſ.
fin.in l.1.§.fina.de vulg.& pupil.quam ibi ſequuntur,&
multùm not.dicunt,Bartol.nume.2.Pau.de Caſt.ad fin.
Alexand.nume.4.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Exhæredatio vel præteritio eorum qui erant inſtituendi*
*cognita per interpretem teſtamenti, quomodo reparari*
*poßit,& quibus remedijs, vt mens teſtatoris in eam par-*
*tem, in quam vergit,tueri poßit, adeò vt teſtamentum*
*reconualeſcat: vide latiùs de materia in verbo, Teſta-*
*mentum reconualeſcit.*

2 *Teſtamentum reconualeſcit,poſthumo præterito, inſtitutis*
*quibuſcunque ſuis hæredibus,& nato poſt confectum te-*
*ſtamentum, & in vita eius decedat, hocq; de æquitate*
*prætoria.*

*Et ita communiter tenetur.*

3 *Idem,ſi ſit natus ante teſtamentum,& præteritus decedat*
*in vita teſtatoris, hæredibus tamen inſtitutis ab inteſta-*
*to etiam ſuccedentibus,aliàs ſecùs:mortuo verò teſtato-*
*re,& præterito tacente, interim teſtamentum erit nul-*
*lum,niſi per 30.annos tacuerit, & quòd eo non tacente,*
*& expreßè approbante teſtamentum, vel tacitè modis,*
*vt ibi,reconualeſcit teſtamentum.*

4 *Teſtamentum vtrùm reconualeſcat mortuo præterito poſt*
*mortem teſtatoris,& nil dixerat de nullitate,nec id ap-*
*probauerat expreſſe vel tacitè,eſt quæſtio dubia,& quo-*
*tidiana,videtur tamen ea opi.tenenda ſecundùm Aucto*
*rem,quòd de æquitate confirmetur. Quicunque fuerint*
*inſtituti hæredes,vt ſaltem præcludatur via dicendi nul*
*lum:alio tamen teſtamento priùs non condito,& valido,*
*& ſine aliorum fratrum in minori parte inſtitutorum*
*præiudicio,quia poterunt contratabulare præterito ap-*
*probante tacitè vel expreßè.& eſt Com. opin.*

5 *Teſtamentum valet, reparatúrque præteritionis vitium,*
*filio penitùs nō præterito,ſed inſtituto ſub aliqua caſua-*
*li vel mixta conditione,vel dilatione:quia purè cēſetur*
*inſtitutus,quoad legitimam, expectata conditione, re-*
*ſpectu reſidui hæreditatis.*

6 *Vxor inſtituta hæres in vita,& filius poſt eius mortem in-*
*ſtitutus & ſubſtitutus,ſtatim poterit in legitima inſtitu*
*tus eam capere pro 4.vncijs, & pro 8. vncijs expectare*
*mortem matris.*

7 *Teſtamentum ſumit vires,& ſaluatur à vitio præteritio-*
*nis filij, ſi in primo gradu inſtitutionis præteritus com-*
*prehendi poßit in ſecundo ſubſtitutionis vulgaris, ſiue ex*
*preßè,ſiue tacitè comprehenſa in pupillari, vel in com-*
*pendioſa:vti enim primus inſtitutus habebitur ſubſtitu-*
*tione effecta pura in vita teſtatoris,& ſic de liberis te-*
*ſtantis.& eſt Communis opin.*

*Teſtamen-*



8 *Teſtamentum valebit, ſi ſint inſtituti naſcituri ex ventre*
*vxoris,naſcituri ex quacunque vxore,non præteriti, ſed*
*inſtituti cenſeantur.*

9 *Ablatum in teſtamento per exhæredationem recuperari*
*poteſt,in facto modum inueniendo remouendi vel delen-*
*di cauſas exhæredationis, quod dupliciter prouenire po-*
*teſt, vt per acta pœnitentiam per committentem cauſas*
*ingratitudinis,vel per ingreſſum religionis, vel veniendo*
*ad fidem Chriſtianam in Iudæo.*

10 *Ingrediens monaſterium non poteſt à parente exhæredari*
*pro cauſis ingratitudinis,quas,dum eſſet laicus, commi-*
*ſerit,& eſt Commun.opin.*

11 *Filius Iudæi, veniens ad veram fidem Chriſti, non poteſt*
*exhæredari à patre,de & pro cauſis ingratitudinis,com-*
*mißis priùs contra patrem, ob quas potuiſſet exhære-*
*dari.*

12 *Exhæredatio filij fieri non poteſt,ſi viuo patre,vel ante con-*
*ditum teſtamentum egerit pœnitentiam de ingratitudi-*
*ne commiſſa, ex qua potuiſſet exhæredari, nec denegari*
*tunc poſſent alimenta, & eſt communis.*

*Quod intellige de ingratitudine circa perſonam ingratam,*
*vt in filio arenoſo, malefico, & filia ducente turpem vi-*
*tam, non de ea, quæ tangit perſonam, famam, vel bona*
*patris,quicquid Guald.in cōtrarium dixerit,vide latius*
*hoc diſcuſſum.*

13 *Exhæredatio non tenet facta ex cauſa ingratitudinis,circa*
*perſonam,famam & bona patris,adeò vt detur filio que-*
*rela cōtra teſtamentum,quando ſit probata ea cauſa per*
*hæredem certo loco & tempore.*

14 *Exhæredatio item hoc remedium habet,vt ei ſuccurratur,*
*probata per exhæredatum reconciliatione poſt ingrati-*
*tudinem commiſſam,habita à teſtatore, factis concluden*
*tibus, gratiam obtinuiſſe,& ſignis ac indicijs etiam con-*
*cludentibus,de quibus latè ibidem colligitur,& de recon*
*ciliatione multa, quid operetur, & quando cenſeatur*
*facta, & probetur.*

15 *Inimicitia quibus modis probetur remiſſa.*

16 *Paria ſunt,Non adeſſe cauſas exhæredationis, vel, eſſe ex-*
*tinctas per reconciliationem in vita teſtatoris.*

*Itémque eſt, aliquid non eſſe, vel eſſe extinctum & ſubla-*
*tum.*

17 *Filius, ſublata cauſa exhæredationis vti non probata, per*
*hæredem,habebit ab inteſtato hæreditatem ſub primæuo*
*dominio.l.in ſuis.ff.de liber.& poſthu.*

18 *Clauſula Codicillaris, ſolita ſemper apponi per Notarios*
*in omnibus teſtamentis, magnæ eſt virtutis pro hærede*
*ſcripto, non obſtantibus remedijs adiunctis contra exhæ-*
*redationem vel præteritionem, adeò vt per viam fi-*
*deicommiß. videtur grauati venientes ab inteſtato*
*ad reſtituendam hæredibus, ſcriptis detracta ſolum le-*
*gitima, non autem Trebellianica, reprobat Gloſſ.&*
*antiquis doctoribus, & eſt magis Commun.opin.contra*
*Gloſſ.*

*Fallit d.magis Communis Opin.quando eſſet inſtituta turpis*
*perſona,& frater eſſet præteritus:tunc enim clauſula co-*
*dicillaris non operaretur.*

*Et prædicta vt intelliguntur in præterito iam nato, aut ex-*
*hæredato.*

19 *Quid verò in poſthumo præterito,quòd d.clauſula valeat,*
*& in alijs, vide ibidem.*

## ¶SOLVTIO IIII.

QVARTO & vltimò,cum interpretator te-
ſtamenti cognouerit exhæredationem, vel
præteritionem in eo apparentem eorum,
qui erant hæredes inſtituendi, qualis ſit, &
quid mali operari poſſit, quib.ante dictum eſt modis
1 vel ſimilibus,† remediorum opus eſt applicatione, qui-
bus mens teſtatoris in eam partem,in quam vergit,tue-
ri poſſit, & modo aliquo ſi duritiem exhæredationis vel
præteritionis iniuriam reparare poſſit interpres ipſe:
his autem modis ego putarem primùm poſſe obuiari
præteritioni, amplum quidem locum alijs demittendo
2 plures alios modos cogitandi, quòd † ſi poſthumus
præteritus, quicunque ſint hæredes inſtituti, qui poſt
teſtamentum confectum natus, dicitur etiam poſthu-
mus, in vita teſtatoris deceſſerit, hoc modo teſtamen-
tum de æquitate prætoria reconualeſcit: l. poſthumus,
in princ.ff. de iniuſt.rupto teſta. & ibi gloſſ. & Bart. nu.
4. & Imo. ſub num. ſecundo, dicit ita communiter te-
neri.& Clar.in dict. §. teſtamentum, in quæſt. 45. ſi ve-
3 rò † ante teſtamentum natus, & præteritus decedat,
ſimiliter in vita teſtatoris reconualeſcit teſtamentum,
ſi hæredes in eo inſtituti ſint ab inteſtato etiam ſucce-
dentes, ſi alij ſunt inſtituti, non reconualeſcit ſine no-
ua declaratione teſtatoris: per l. qui ex liberis.§.plane.
ff. de bono.poſſ.ſecūdùm tab.ita poſt Bart.Imo.probat
in dict.l. poſthumus, in princ. quam ibi eſſe ſingularem
dicit, & Bart.& alij, in l. 2.C. de poſthum. Mortuo au-
tem teſtatore, & viuo præterito tacitè, & nihil dicente
de nullitate teſtamenti, vtroque Iure, Ciuili & Præto-
rio,interim teſtamentum eſt nullum, ſecundū Commu.
Opin.per Ange.in dicta leg.filio præterito. colum. fina.
& Socin.in l.ſi filius, qui in poteſtate, colum. ſecunda,
nume.8.& in l. ſi à primo.nume. ſecundo. ff. de liber. &
poſthum. & in princip. Inſtitu. de exhæreda. liber. per
Dec.in 2.ſup.num.2.C.de bon.poſſ.contra tab.aduertit
Aymo conſ.242.col.4. in 2. dub. dummodo præteritus
non taceat per 30.an.quibus præſcribitur ius dicendi de
nullitate, vt ſupra dictum eſt, in verſ. dictum eſt antè.
quia eſt excluſio repudiatione vel tempore. l. 2. §. 1. de
bon.poſſ.ſecun.tab.tradit Barto.in ſæpe alleg.l.filio pre
terito.col..antepenult.num.28.verſ.propterea hic dicit,
& ibi Imo. num.50.& Boër.in deciſ.96. nu. 6. vbi verò
interim præteritus non tacet, tunc vel expreſsè appro-
bat, abſtinendo ſe ab hæreditate, & non eſt dubium,
quòd teſtamentum confirmat & ſalubrius, per d.l. filio
præterito, vel tacitè approbat faciendo actus, qui non
poſſunt geri, niſi præſupponendo validitatem teſta-
menti,etiamſi non bene factum, vt in bonorum poſſeſ-
ſione contra tab.l.quod vulgò. de bon. poſſ. contra tab.
aut acceptando legatum in teſtamento ſibi factum, aut
alio modo approbet iudicium teſtatoris, per l.pen. §. fi.
ff.de inoffi.teſta.iſta eſt doctr.Barto.in d.l. filio præteri-
to.d.num.28.& Imo.num.47.& ſeq.approbādo Bart.in
omnibus,præter quàm in eo, quòd adducit de appella-
tione per contra tab.Ita his caſibus teſtamentum recon
ualeſcit.

4 Mortuo † autem poſt mortem teſtatoris præterito,
abſque eo, quòd de nullitate teſtamenti dixerit, vel ab
ſtinuerit, vtrùm, & iſto caſu reconualeſcat teſtamen-
tum, & illud ſit remedium contra præteritionem, quæ-
ſtio eſt valde dubia, & in ea multum variant doct. te-
net gloſſ.in l. 2. C. de poſthum. quòd reconualeſcat de
æquitate, non de rigore, intelligo de nato præterito,vt
etiam dict.gloſſ.intelligit,ſecundum Fulgo. ibi num. 3.
quòd aliquo modo reconualeſcat. ibi Cyn. & Alber. &
Caſtr.in fin. reprobant per. l. 1. §. fina. ſi tab. teſta. nul.
exta & l. ſi quando §. fina.C.de inof. teſta. idem.ſequen
do Iaco.de Ra.& Pe.reprobat Bald. in d. l. filio præteri
to,colum.pen.verſ.vnde inferunt.& ibi dicit, quòd iſta
eſt veritas. ſ. quòd non reconualeſcit: Bart. verò in d.
l.2. C. de poſthum. ſequendo gloſſ. ibi & diſtinguendo,
firmat, teſtamentum reconualeſcere per mortem præ-
teriti poſt annum, & quòd tacuerit, & dicit tenen-
dam menti hanc materiam quia difficilis eſt, & quoti-
diana. & ibi Fulgo. ſequitur. gloſſ. ſi hæredes ſint inſti-
tuti, venientes ab inteſtato,& Angel.ſequitur, ſi præte-
ritus vixerit tanto tempore, quo potuit teſtamentum
impugna

impugnare, quòd eſt per annum ſecundum, eum com-
putandum à tempore, quo bonorum poſſ. contra tab.
petere potuit: Papien.in practic.de for.libel. quo peti.
hæred.ex teſt.in gloſſ. ac etiam realiter ſub num. 12. di-
cit ſecundùm veram opin. ſi filius præteritus moritur,
poſt mortem teſtatoris, non de rigore, ſed de æquitate
confirmatur teſtamentum, quicunque ſint in eo inſti-
tuti hæredes, ſiue venientes ab inteſtato, ſiue alij, refert
& cum hac opin.tranſit Guid.Pa. in q.426.nume.3.vbi
in princ.tenet, d.l.filio præterito habere locum, etiam
in filio præterito à matre, vel à linea materna, & poſte-
riorem hanc ſententiam vti auctoritate, gloſſ.in dict.l.
ſecunda. C. de poſthum. & maioris partis doctorum
fulcitam ſequor: omiſſa enim propriè ſcrupuloſitate,
nimiaq; ſubtilitate iuris inſpecta, per Iuriſcon. in dict.
l. poſthumus, & in dict. l. filio præterito, voluntas te-
ſtatoris viget etiam in teſtamento nullo: l. fina. de reb.
eorum, quam ſeruari æquitas dictat confirmando teſta
mentum, facto ſaltem, & opinione exiſtens: dict.l.filio
præterito, quòd per mortem filij præteriti, ſublato ob-
ſtaculo, quod prius habebat annullare, & infringere il-
lud effectu ipſo ratum eſſe debet: per text.in ſimil. in §.
quoniam infirmus.in auth.de nup.qui text. notabilis eſt
ad hoc, ita enim confirmatur, licet non vt teneat in ve-
ritate, ſed vt præcludatur via dicendi nullum: vt no-
tat Abbas in c.cum venerabilis, col.12.num.41.verſ.ex
hac gloſſ.de excepti.ſequitur Hier.Cagno. in l. quod ab
initio, ſup. fin. de Reg. Iur. quam tamen ſententiam li-
mita non procedere in præiudicium alterius teſtamen-
ti præcedentis validi: quia id non tollitur per ſecun-
dum, in quo filius in poteſtate eſt præteritus. d. l. filius,
qui in poteſtate, de liber.& poſthum.nec in præiudiciũ
aliorum fratrum ſuperuiuentium in minori parte in
hoc teſtamento inſtitutorum: quia non obſtante non
ſolum tacita, ſed expreſſa approbatione per præteritum
facta, poſſunt hoc ipſum teſtamentum contratabulare,
ſecundùm Commun. Opini. Doct. relatam per Boër.
in deciſ.96.num.8.& per Clar.in d. §. teſtamentum, in
q. 43. verſ.ſucceſſiuè quæro, & ad fin.

5 Vlterius † præteritionis vitium reparari poteſt, inſpi
ciendo, ſi penitus, & ex toto filius non eſt præteritus,
ſed ſub aliqua caſuali, vel miſta conditione, & dilatio-
ne inſtitutus, quia tunc non præteritus, ſed ſublata
conditione & dilatione non exſpectata quoad legiti-
mam purè cenſetur inſtitutus, & teſtamentum valet,
ac quoad reliquum hæreditatis exſpectatur dilatio, &
conditio adimplenda, per text.ſing.in l. ſcimus. §. cum
autem iuncta l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus.
C.de inof.teſt.ſupra ſæpè alleg.vt per Barto.in l.ſi pater.
nume. 21. verſ. vlteriùs oppo. C. de inſt. & ſubſti. & ibi
Alex.colum.7.defendendo, dicit hanc opin.Barto. eſſe
veriorem, & ibi Iaſo. dicit eſſe veram, & communem,
vt ibidem per eos, & per Guid.Pap.in quæſt.456.ponen
6 tem quæſtionem facti de † vxore inſtituta in via, & poſt
eius mortem de filio inſtituto hærede, & ſubſtituto,
quòd ſtatim filius in legitima inſtitutus poſſit eam cape
re pro 4. vncijs, & pro vncijs octo expectare mortem
matris, & quòd ita tenet, & vidit iudicari in illa curia
Parlamenti, licet aliquibus ex dominis parlamenti diſ-
ſentientibus.idem probat Alexand.in l.extraneum.col.
fin. verſ. quod tamen limitat. C. de hæred. inſt. vt ante
dixi.

7 Ad idem tendit ſuccurrere defectui præteritionis,
videndo ſi præteritus in primo gradu inſtitutionis po-
teſt eſſe comprehenſus in ſecundo gradu ſubſtitutionis
vulgaris, nam à gradu iſto vulgaris ſubſtitutionis, ſiue
expreſſè, ſiue tacitè comprehenſæ in pupillari, vel in
compendioſe teſtamentum vires ſumere poteſt, & in ea
comprehenſus vti inſtitutus primus habetur, etiam ſa-
tisfaciendo. tex. tui. dict. §. illud quoque capitulum in
auth.vt cum de appel.cogn. cum de liberis ſit teſtantis,
quod ſingulare reputat Imo.in l.ſi pater filium per text.
ibi de vulga.& pupill. & ad ampliationem dicti §. aliud
quoque capitulum, & l. 3. in fine de liber. & poſthum.
vbi habetur teſtamentum poſſe vires ſumere à vulgari,
vt ibi per omnes doct.& per Alexan.conſil. primo, col.
4. lib. primo, vbi ita probat, in quacunque vulgari ex-
preſſa vel tacita & ita eſſe magis commun. opini. idem
per Deci.conſil.529.colum.prima. & in ſpecie ex facto
reſpondit Bero.in conſi.vndecimo nume.10.lib.ſecun-
do, vbi maximè in vita teſtatoris vulgaris ſubſtitutio
pura effecta fuerit, ſic ſaluatur teſtamentum à vitio præ-
teritionis, vt ibi per eum latè, quidquid obijciat Ripa
in l.prima, nume.6.& ſeq.de vulg.

8 Item ſi † inſtituti ſint naſcituri ex ventre vxoris, ex
quacunque vxore naſcituri non præteriti: ſed inſtituti
cenſentur, vt conſuluit Bero.conſil.17.& conſ. ſeq.co-
lum.prima, & conſil.76.num.tertio, lib.ſecundo, per l.
placet, & ſeq.de lib.& poſthum.& per rationem.l.in fi.
C.eo.

9 Exhæredatione † autem ablatum in teſtamento, re-
dimi & recuperari poteſt, quotieſcunque in facto mo-
dus inuenitur remouendi, delendi, vel moliendi cauſas
exhæredationis: quod exiſtimo poſſe prouenire dupli-
citer: Primò, ex parte committentis, præſertim circa
cauſas, quæ directè non tangunt perſonam teſtantis, vt
ſi is de commiſſis pœnitentiam egerit, quod demon-
ſtratur, monaſterium ingrediendo: cap. non licet.19.
10 quæſt. vlti. vbi habetur, quòd † ingrediens monaſte-
rium, non poteſt à parente exhæredari pro cauſis in-
gratitudinis, quas, dum eſſet laicus, commiſerit, in
hoc de auctoritate Dyn. Oldra. & Guliel. de Cun. te-
nentium contrarium, curare non debemus poſtquam
habemus deciſ. Iuriſ. Can. in dict. cap. non licet. dicit
Raph.Fulg.in l.fin.§. hæc etiam. C. de epiſcop. & cler.
& ante eum ibi, ibidem probat Cyn. num.4. pro com-
muni ſimpliciter ponit Soarez. in theſ. recept. *ſent. in*
11 verſ. exhæredationis cauſæ, num. 212. † idem de filio
Iudæi, veniente ad veram fidem Chriſti, quòd non poſ-
ſit exhæredari ex cauſis ingratitudinis, commiſſis pri-
ùs contra patrem, ob quas potuiſſet exhæredari, poſt
alios tradit Fel.in cap.Iudæi.il.2. de iudæ.referendo, &
comprobando adducit Mariſ.in l. 1. §.fin.ſub nume.31.
ff. de quæſt. & generalem doctrinam ponit Alexand.in
l. 1. colum.8.ſub num.33.verſ. ex his infero. ſolu. matr.
12 quòd † ſi filius viuo patre, vel ante teſtamentum con-
ditum egerit pœnitentiam de ingratitudine commiſſa
ex qua potuiſſet exhæredari, non poterit exhæredari,
de minimis in 2. par.in verſ. vigeſimooctauo. ſub num.
13.ob talem pœnitentiam non poterant etiam denega-
ri alimẽta, vt iſti tenent, & Ant.de Butr.in c.Quintaual-
lis, col.2.num.12.verſi.opp. quòd parendum de iureiu.
ibidem de minimis. & hæc notatu digna in practica, &
veriſſima putat ibidem de minimis Corſet. incipit eſſe
nouus homo poſt pœnitentiam, & replicat notanda
pro limitatione cauſarum ingratitudinis, idem ſequi-
tur, & multum commendat. Iaſ.in l.in arenam. colum.
fi. verſ.quæro.C. de inoffi. teſta. & in d. auth. non licet.
colum.1. de liber. præter. & dicit eſſe Commun. Opin.
Catel.Cot.in ſuis Memor.litera F. verſ. filiusfam. qui à
patre, idem adducit, & ſequitur Roland.à Val.in tract.
de lucro dot.in q.70.num.4.& ſeq.non tamen ſtandum
eſt relationi ſuæ, quatenus dicet, hanc eſſe commun.
Opin.atteſtari Ripam in repet.l. fin. in q. 67.num.223.
& ſequent. C. de reuocand. donat. quia in libro meo
nullum verbum apparet de tali atteſtatione Commu-
nis Opinionis: bene allegando prædicta Ripa ibidem
diſcutit articulum, & reſidet in hac parte, quam verio-
rem credit, quòd hæc allegata circa pœnitentiam pro-
cedunt ingratitudine proueniente ex cauſa, quæ ſolùm
tangit



tangit ingratum, vt in filio arenoſo, & vti in malefico,
verſante cum maleficis, & in filia, quæ duxit turpem
vitam, quòd ſi pœniteat, & redeat ad meliorem vitam,
ceſſat verecundia, exinde illata patri, & omne ſuum in-
tereſſe meritò ceſſat, etiam actio ingratitudinis: ſequi-
tur Coua.in c.Raynutius. in princ. nume. 19. in fin. de
teſta. vbi nume. præceden. & ſequen. de his aliqua, &
per Paſeth.Ferrarien.conſil. 72. nume. 98. & ſequent.
ſecùs eſt in ingratitudine, tangente perſonam, famam,
vel bona patris: quia ad hanc delendam non ſufficit ſo-
la pœnitentia, vt ibi per eum, allegantem Bar. appro-
bãtem iſta diſtinctionem, in l. qui ea mente. ff. de furt.
nec te ab hac ſententia per tot Doctores approbata de-
terreat, quòd Gualden.de arte teſtan.tit.3.cau.17.nu.2.
dicit, quod in iudicando non facile ſequeretur eam,
quia pœnitentiam non operatur, niſi quo ad Deum,
nec ius alteri quæſitum lædit, gloſſ.fin.in c.fraudem, de
diuor. Nam reſpondens, quòd pœnitentia operatur,
etiam quoad proximum, vt in Euang.Matth.5.vt vade,
priùs reconciliari fratri tuo, præterea pœnitentiam, de
qua in quæſtione agitur, non intelligitur de ſola ſacra-
mentali, ſed de ea, per quam mutatur vita filiorum ad
gratiam parentum, & honorem, vt propriè declarat
Ripa in d.q.67.quibus viuentibus, non poteſt dici quæ-
ſitum ius alicui. l. 1. §.ſi impuberi. de collat. bon. ſed
reſeruatur ad poſtremam voluntatem teſtantium: l. 4.
de adi.leg. & l. fina. C. de pact. exinde quoque tollitur
Felin.dictum in c.Rodulphus.colum. 3.de reſcri, prela-
tum per Cagn.in l.fin.nume.147.C.de pact.& alia, quæ
ſcribit ibi Cagn.nume. 145. tolluntur, quia deluſa non
remanet lex, de filio exhæredando poſtquam cenſetur
per patrem eſſe remiſſam iniuriam filio arg. l. non ſo-
lùm.§. 1. ff. de iniur. vbi iniuriarum actio diſſimulatio-
ne adoletur, & per tot auctoritates ſupra & infra in con
trarium alleg. item è conuerſo contra præteritionem,
vel exhæredationem, quòd ſit bene facta remedium
præſtat mutatio vitæ inſtituti in caſu iſto, quando præ-
terito vel exhæredato fratre conſanguineo, frater tur-
pem perſonam inſtituit hæredem tempore teſtamenti,
quæ poſtea viuente teſtatore conuerſa eſt ad frugem &
meliorem vitam, ita efficitur, & reputatur dignus hæ-
res, & ceſſat querela contra teſtamentum, ſecundum
Bal.in l. fratres.colum.1. nume.5. & ibi ſequitur, Iaſ. in
columu. penult. in 5. fall. C. de inoffi. teſt. allegando.
Fab.in.§. ſoror. Inſtit. eo. qui non reſolutè loquitur vt
Bald.

13 Præterea & ſecundò † ex parte iniuriati, teſtantis
circa cauſas ingratitudinis, quæ in eius perſonam, fa-
mam vel bona perpetratæ ſunt, vt ſi euenerit, quòd ip-
ſæ cauſæ non poſſint probari per hæredem, vt dictum
eſt, certis loco & tempore, quando, & vbi exhæreda-
tus offendit teſtatorem, promptum eſt remedium con-
tra exhæredationem, quòd querelans obtinebit teſta-
mentum infringi: Bald.in alleg.conſil. 89. in fi. & con-
ſil.112.nume.1.lib. 1. & Paris alleg. conſil. 1. nume. 136.
14 lib.1.Opportunum quoque remedium eſt, videre, quo-
modo exhæredatus poſſit probare poſt ingratitudi-
nem commiſſam ſe habuiſſe remiſſionem, & reconci-
liationem à teſtatore modis & factis ita concludenti-
bus, quòd omnimodo videatur reintegratus in gratiam
& beneuolentiam ipſius teſtatoris: vt, ſi in articulo
mortis teſtator remiſiſſet cauſas ingratitudinis vltra
generalem conſcientialem remiſſionem fidelium, ad
not.per Guliel.Barto.& alios in l. ſi tibi.§. 1. ff. de pact.
vel exhæredationem reuocaſſet, id eſſet valde atten-
dendum dicit Paris.dict. conſil. primo, nume.138. & ſi
poſtea riſit, & comedit cum teſtatore, dicitur facta re-
miſſio, per gloſſ.in §.fin.Inſti. de iniur. alleg. per Bald.
in dict.conſil.117.nume.quarto, In ſpecie propoſiti.ibi
facti de exhæredato per ſpatium magni temporis, poſt-
eà ſimul cohabitante cum teſtatore, & per alia ſigna
adducta plenè, & remiſſiuè per Alex.in l. 1. colum. 2. n.
45.ff.de pact.Bal.Alex.num.12.& ali.in l. filio de liber.
& poſthum.ex indicijs probatur reconciliatio. l. in ip-
ſius, & ibi not.Bald.Angel. & Salyc. C. famil. erciſc.
15 & plena apoſtill.ibi ad Salyc.de † modis probandis re-
miſſionem inimicitiæ, & eo rurſus probatur reconci-
liatio, quòd pater filium ingratum poſtea retinuit in do
mo familiariter, & eum ad communem menſam, & vi-
ctum ſuſcepit, & ſic probari remiſſionem indignitatis
filij à teſtatore factam in ſpecie tradit Alexan.conſi.159
colum.fin.nu.2.lib.7. cum ergo ſic probata eſt recon-
ciliatio patris cum filio videtur adempta exhæredatio,
not.Bart.in l.3.§.fi.ad fi. de adim.lega. pro multum no.
refert, & ſequitur.Iaſ.in d.l.in arenam, col fin. & in dict.
auth.non licet, in fin.& Paris.d.conſi.1.nu.139.licet ipſe
Iaſo.in d.l.filio, col. 2. aliqua in contrarium adducen-
do dicat iſtam concluſionem Bart.non eſſe veram, niſi
quid reconciliatio faceret, ne poſt eam iuſta ſequatur
exhæredatio per alleg. deciſ. ſup. de pœnitentia non
quòd facta ſolenniter dicatur ſic tacitè reuocata, pu-
to tamen in practica non eſſe diſcedendum ab iſta
concluſione Bart.tum ob eius ſupremam, vt Iaſ. fate-
tur, authoritatem in actu practico, tum etiam quia etſi
exhæredatio ſit actus ſolennis: nihilominus poteſt diſ-
ſolui & ad nihilum reduci per actum omni ſolennitate
carentem.ſ.per probationem non factam de cauſis ſe-
cundum ius nouiſſimum in d.auth.non licet, & in cor-
pore in d.§.ſiue igitur ſupra ſepe alleg.& cauſæ ſunt cir
ca offenſionem, vel ingratitudinem, quæ reconciliatio-
ne vſque ad vltimum vitæ teſtatoris facta tolluntur, &
prius ingratum reconciliatio ipſa reddit teſtatori gra-
tum & reintegrat per tex in d.l.4.de adimen. leg. & in
d.l.in ipſius.C. famil.erciſc. vbi eſt expreſſum, quòd à
diſpoſitione prout eſt exhæredatio odioſa etiam in te-
ſtamento cauta, expoſita ſolenniter ob demerita, taci-
tè, & facili receditur etiam ex indicijs demeritum oſten
dentibus, & ibi Bald.& Salyc. expreſsè, not. à diſpoſi-
16 tione odioſa, de facili per fauorabilem recedi: † paria
enim ſunt, non adeſſe cauſas exhæredationis, vel eſſe
extinctas per reconciliationẽ in vita teſtãtis.d.l.4.& d.
l.in ipſius, vt in ſimili idem eſſe, aliquid non eſſe, vel eſ-
ſe extinctum, vel ſublatum per plura arguit Aymo. in
conſil.293.colum.7.nume.10.verſ, quinto retorquetur,
facit l.non ſolùm.§.1.ff, de iniur. vbi de iniuria remiſſa
amplius non poteſt agi, Ergo ex defectu probationis
cauſæ ingratitudinis non ex tantis, vel abolitæ per re-
conciliationem, corruere debet exhæredatio argu. l.
duo ſunt Titij.de teſta.tu.& perd.§.ſiue igitur, & Paris.
d.conſil.1.num.126.lib.1. & per doctr. Bart. in d.l. 3. §.
fin.& Guald.de arte teſtan.ti.3.alleg.cau.17.nu. 3. com-
probat in ſpecie & Plot.conſi.6.nu.17.ſequitur ita ho-
die Soc.Iun.conſ.59.nu.19.li.3.ſunt diuerſi termini ex-
hæredationis ab ea nominata in caſu d.l. filio. in prin.
vbi Raph.Cum tranſeundo cum Bart.in d. l.3. §. fin. &
reſpondendo dicit, quòd ibi in caſu dict. l. filio. non
erat omnino reconciliatus, & ibidem Alexand. ſub
num. decimo, dicit, non fuiſſe factam reconciliatio-
nem: ſecùs eſſet ſi facta eſſet reconciliatio, per d.l.in ip
17 ſius, vt ibi per eum, num. 2. vnde remota cauſa † exhæ-
redationis & ſic ipſa exhæredatione, per reconciliatio-
nem, filius habebit hæreditatem ab inteſtato ſub illo
primæuo dominio, de quo in leg. in ſuis, de liber. &
poſthum.& ex mente text.in dicto §.ſiue igitur.vti cau-
ſa exhæredationis, reducta ad non cauſam, quòd no-
ta pro declaratione, & defenſione doct.Bart.in d. l. 3. §.
fina.

18 Sed hæres † ſcriptus aduerſus huiuſmodi remedia,
adiuncta contra exhæredationem, vel præteritionem
pro exhæredatis ipſis, quærentib. irritare teſtamentum,
magis

magis promptum, & facile remedium, ac præſidium habere poteſt, confugiendo ad clauſulam codicillarem ſemper ſolitam per Notarios ſcribi in teſtamentis, ſolitum hoc paſſim, & ferè vbique per Doct. ſcriptum, & atteſtatum reperitur, & experimentis ipſis compertum eſt nulla legi teſtamentorum inſtrumẽta per Notarios, præſertim extenſa, quæ in eis aſcriptam, & comprehenſam clauſulam codicillarem non contineant, cùm per eam rogati ſint omnes hæredes ab inteſtato venientes ad reſtituendam hæreditatem ſcriptis in teſtamento, & legata ſoluenda legatarijs, l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg. & pupill. gloſſ. & Doct. in l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ. cum alleg. per Dec. in conſil. 478. col. 2. nu. 5. idem enim importat relinquere quid dandum, vel reſtituendum à venientibus ab inteſtato, vel dicere, ſi non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorum, dicit Bar. in conſ. 20. Factum ſic ſe habet. nu. 2. ver. paria ſunt. Pau. de Caſtr. conſ. 394. Videndum eſt vtrùm. colum. ſecunda, ver. ſed. quæro. lib. primo, & Gui. Pa. in q. 323. paria. & Doct. in l. ex ea. §. fin. ff. de teſta. vt de hac clauſula in occurrentia interpretationis, & explicationis codicillorum plura ſcripſi ſupra lib. præceden. interpret. 1. dubit. 1. ver. his breuiter, cum ſequen. vanus videtur omnis labor adhibitus ſuper exhæredatione, vel præteritione, ad annullandum teſtamentum, & cauſam teſtati reducendam ad cauſam inteſtati, ob id à principio à prædictis circa materiam exhæredationis & præteritionis, & quòd pauca ſint, quæ ſcripſi, ſcribendis quaſi abſtinere volebam, & ſolùm circa eam indicare, quòd quaſi totũ facit clauſula codicillaris ſolita apponi in omnibus teſtamentis. Nam etſi vbi teſtamentum vitio præteritionis corruerat, veluti inofficioſum per querelã reſcinditur, vti à demente factam clauſulam codicillarem: per l. Titia. ff. de inoffi. teſta. non poſſe operari, teneat gloſſ. fin. in dict. auth. ex cauſa, quam ſequi & tenere omnes antiquos Doct. & aduocatos, ſed Moderniores contra, & horum maiorem eſſe auctoritatem Gloſſatoris adducit Bal. in conſ. 387. quædam domina. lib. 5. ita tenere gloſſ. & Commun. opin. & à gloſ. ordinarijs maximè firmatis per maiorem partem ſolennium Doctorum. non eſſe diſcedendum, dicit Signo. de Homod. in conſi. 171. ſub num. 4. tamen Dyn. reprobat dict. glo. refert. & ſequitur Cyn. in dict. aut. ex cauſa. colũ. fina. & ibi, ſiue teſtamentum ſit ruptum per querelam, ſiue per præteritionem filij nati. Idem tenet Bart. num. 23. 24. & ibidem Pau. de Caſtr. in col. penult. num. decimoquinto, dicit, quòd omnes Doct. reprobant gloſſ. per l. generaliter. §. ex teſtamento. ff. de fideicommiſſ. libert. & Alexand. nume. 13. dicit gloſſ. dictum magis communiter damnari, & ita tenẽdum eſſe, cum ſit magis commun. o. ſ. 1. & Iaſo. in colum. antepenult. ver. tertia quæſtio. idem tenet, dicens, quòd iſta deciſio non habet dubium, ita eſſe magis commun. opin. dicit Alexand. conſil. 37. colum. ſecunda, num. 3. lib. primo, & Dec. in l. poſthumo. num. decimo, in fin. C. de bon. poſ. contra tabu. & cõſil. 369. ad fin. pro cõmun. ponit, & plures idem atteſtãtes allegat. Clar. in dict. §. teſtamentum in q. 46. & Bero. cõſil. 10. num. 8. lib. ſecũdo. & Rolan. à Val. conſil. 71. nu. 57. lib. 2. & Gabriel. Rom. de commun. opin. lib. 6. de clauſu. conclu. 7. vbi de con cord. pro hac magis commun. opin. implet ferè paginam ponendo etiam concord. pro opin. in dict. gloſſ.
19 † limitando in fin. opin. magis communem in ſolo caſu, quòd non procedat, quando inſtituta turpi perſona frater eſt præteritus allegando ſolum Ruin. conſil. 5. colum. fin. lib. 3. & pro hac limitatione vide plures alleg. & plenius diſcuſſum per me ſupra d. lib. præceden. de interpr. 1. & dubit. 1. ver. quæro nunquid, vbi interpretatio poteſt haberi dubitationum contingentium in hac materia querelæ contra teſtamentum patris inſtituentis hæredem turpem perſonam ex allegatis ibi, ita præteritus iam natus, vel exhæredatus cauſis exhæredationis non probatis per clauſulam codicillarem, cenſetur rogatus hæreditatem inſtitutione conuerſa in fideicommiſſum reſtituere hæredibus ſcriptis in teſtamento inualido, & reſciſſo, per l. Lucius. §. filiam. de leg. 2. & l. poſthumus. §. fin. de iniu. teſt. cum alijs alleg. per Doct. in dictis locis facientes, & atteſtantes iſtam magis Commun. opin. tenendam in conſulendo & iudicando, vt etiam per Bero. conſil. 16. num. 18. num. 26. lib. ſecundo. cum præteritus iſte dicatur ſic rogatus purè in reſtitutione tali detrahit ſolum legitimam, & non Trebellianicam, ſecundum etiam commu. opin. Alex. conſil. 26. colum. fin. nume. 12. lib. 1. & conſi. 142. col. 4. & ſeq. ſub num. 9. lib. ſecundo. & Caſtr. conſil. 375. col. 2. num. 2. lib. 1. & Dec. conſi. 320. num. 3. 4. & Aym. conſ. 242. ſub nume. 4. per l. Papinianus. §. meminiſſe. & ibi Bar. de inoffi. teſt. & Bero. d. conſ. 16. colum. penul. Hæc autem procedunt in præterito iam nato: ſed in poſthumo præterito, quòd valeat clauſula codicillaris, ac in alijs, quia magna & longa eſt quæſtio, & plurima dicenda eſſent, quæ iam & latiſſimè per me ſcripta inueniri poſſunt, ſupra. lib. præceden. d. interp. 1. dubit. 1. ver. his breuiter, cum pluribus ſequ. proinde illuc, cum oportuerit eam reuidere, reuertendum eſt.

¶ LIB. III. INTERPR. II. DVBIT. I.

SECVNDAM capio propoſitam interpretationem circa ſubſtitutiones in teſtamentis factas, quarum materia profectò aliqua mea non indiget commendatione nec meo aliquo ampliori tractatu, cum eam inter omnes corporis iuri vtilem, & profundam, ſicut mare Anglicanum, & mare Magnum, & ſpatioſum, in quo ſunt reptilia, quaſi ſine numero, eámque valde lucroſam, paſſim atteſtantur ſcripta, & Albert. de Roſ. & Raph. Cum. Alexand. Iaſo. Socin. & aliorum ſuper Rub. de vulg. & pupil. cumque de ea pleniſſimi tractatus pateant editi, & per Iuriſconſul. & Legiſlatores ipſos, inti tul. de vulga. & pupil. & eo. Inſtitu. & C. de impub. & alij ſubſtit. & ſuper his tit. legendo & repetendo per omnes antiquos & moder. Doct. & Canon. omnes in c. Raynutius. de teſta. & magiſtraliter diſſerendo, & latiſſimè tractando in particularibus tractatibus ſuis, per Bald. Poli. Zaſi. Fune. Bartol. de Lucio, Pa. Leo. Patau. Anton. Gomez. Hiſpa. Fernand. Vaſqui. in tract. de ſucceſſ. progreſ. lib. ſecundo & Sforz. Oddum Peruſi. nouiſſimè, ſuper ſola compendioſa bonum volumen edendo, itaque ſuper eadem materia ſubſtitutionum velle amplius tractare, non eſſet amplius, vel diffuſius, ſed minus, quàm eadem repetere, verùm adhærendo titulo noſtri tractatus, quatenùs voluntas teſtatoris verſatur & in ſubſtitutionibus pro ea perquirenda de duabus ſpeciebus ſubſtitutionum traditis per Azo. in ſum. C. de impube. & al. ſubſtitut. & ſic ex mente doct. indeterminatè ſumptis, & diuiſis per Zaſi. in ſuo tracta. de ſubſtitut. in prælud. numer. 5. & Pa. Leo. Pata. in ſimili ſuo tractatu, & prælud. nume. quinquageſimo no, & Socin. Iun. in l. Centurio. num. decimoquinto, de vulga. & pupill. ſ. vna directa, & altera obliqua, ſeu fideicommiſſaria, & ordine aſſumpto procedendo breuiter, ſub interpretatione propoſita, nunc tantum explicabo, dubitationem iſtam quomodo cognoſcatur directa ſubſtitutio. De altera obliqua & fideicommiſſaria, dicam in ſequenti interpretatione de fideicommiſſis.

Dubitatio hæc vna eſt, quomodo cognoſcatur directa ſubſtitutio & ſoluatur.

Primò,



Primò, per diffinitionem ipſius ſubſtitutionis.
Secundò, per ſignificatum, regulas, & exempla directorum verborum.
Tertiò, per cognitionem negatiuę, & exempla verborum obliquorum.
Quartò, per notitiam, ſignificationem, & expreſſionem verborum communium.
Quintò, per vulgarem, priùs enumeratis, & præmiſſis ſex ſpeciebus, directarum ſubſtitutionum, vulgaris, exemplaris, pupillaris, militaris, reciprocę, & compendioſę.
Sextò, per cognitionem pupillaris.
Septimò, per explicationem exemplaris, ſeu exemplarię.
Octauò, per tractatum militaris.
Nonò, per formulam reciprocę.
Decimò, per conceptionem compendioſę.

¶ SVMMARIVM.

1 *Subſtitutiones factæ ſunt in defectum inſtitutionum, quæ ſunt ferè in omnibus teſtamentis, vno vel pluribus gradibus conſcriptæ.*
*Quorum diffinitiones vide multiplices, quæ & in legatis & fideicommiſſis fieri poſſunt, & in contractibus, etiam ſubſtituto abſenti.*
2 *Subſtitutio quælibet ſuam habet naturam & interpretationem, & eſt illa, quæ effectum parit, & cognoſcitur per effectum à natura ſua: quomodo ſubſtitutio directa cognoſcatur.*
3 *Quæſtio aliqua non poteſt congruè diffiniri ac terminari, niſi priùs termini intelligantur, & maior difficultas in iure noſtro eſt, bene intelligere, in quib. loquantur Leges, Gloſſ. & Doctores: & in quibus terminis loquatur teſtatoris Lex.*
4 *Iudex dicitur bonus: quia bene quiſque iudicat ea, quæ cognoſcit.*
5 *Subſtitutiones directæ principales, ſunt vulgaris & pupillaris, & cardinales appellatæ ſunt, & quare, & quomodo cognoſcantur, & quæ ſint, quæue ſit exemplaris, reciproca ſeu breuiloqua, & quæ compendioſa.*
6 *Diffinitio generalis verum facit apparere, non ſic apparet per ſpecierum enumerationem, doctrinaq; debet eſſe generalis, vt poſſit vbicunque poſita comprehendere.*
7 *Ratio, quæ non eſt generalis, dicitur mala ratio.*
8 *Subſtitutio talis cenſetur, qualis demonſtratur per eius verba.*
*Et dicitur per verba conditionalia, conditionalis inſtitutio, & poteſt eſſe duplici conditione conditionalis. Extrinſeca, extra teſtamentum, proueniens ex diſpoſitione legali, quæ tacitè ineſt ſubſtitutioni, & pro ſimpliciter facta habetur, & ſuſpendit: altera conditio in teſtamento, quæ dicitur voluntaria adimplenda & probanda in forma ſpecifica, ad alium non ſimilem caſum non porrigenda.*
9 *Subſtitutio fit in defectum, & dicitur ſubſidiaria prouiſio, quæ non extẽditur ad caſus dubios & iniquos, aſſumens naturam & omnes inſtitutionis qualitates, retenta ea, conuenieute ſubſtituto.*
*Fitq; ſubſtitutio in hæreditate.*
*Et in legatis & fideicommiſſis.*
*Et in datione tutoris: vt l. 1. ff. de teſtam. tut. quæ l. eſt notanda ad excuſandos Doctores noſtrates in eodem caſu, & iuris articulo ſibi inuicem contrarios: quod non mirum, quia antiquitùs ſic ſemper fuit.*
10 *Verbum & vocabulum hoc, Perſona, comprehendit maſculum & fæminam, quod quandoque ponitur pro ſingulari: quandoque pro vniuerſali, vt populus, ciuitas: quandoque pro capite, vt prælatus.*
*Et intelligentia & qualitate perſonarum extra materiam ſubſtitutionis, vide ibidem.*

¶ SOLVTIO. I.

POſtquàm teſtamenti interpres cognouerit, perceperit, declarauerit, inſtitutionem hæredum circa ea, quæ præcedenti interpretatione explicauimus, neceſſe habet deue-
1 nire ad ſubſtitutiones, † quæ in defectum inſtitutionum factę, & ſurrogatæ ferè in omnibus teſtamentis, inueniuntur, vno vel pluribus gradibus conſcriptæ, l. 3. §. penult. de liber. & poſthu. l. prima, in princ. l. quidam teſtamento. & l. poteſt, & l. ſeruum communem, de vulga. & pupil. & l. ſi plures. de leg. 3. & definiuntur, quòd ſit diſpoſitio teſtatoris in aliquem transferens hæreditatem in defectum, vel in locum alterius, ſecundùm Pa. Leo poſt decem aliorum diffinitiones enumeratas, ponendo ſuam vndecimam in dict. tract. in prælud. nume. 52. vel quod ſit ſurrogatio vnius in locum alterius facta à teſtatore in hæreditate, vt per Socin. Iun. in dict. l. Centurio. ſub num. 17. vbi dicit, In hæreditate, poteſt dicere in re diſpoſita, vt ſit magis generalis diffinitio, ſicut rei verbum generale eſt: l. 1. in fin. ſi cert. pet. ſicut & Bart. in l. 1. in princ. col. 3. verſ. qualiter diffinimus. ff. de acquir. poſſ. poſſeſſionem diffiniendam aſſumpſit magis in genere, quàm in ſpecie, & complectitur etiam ſubſtitutionem, quæ in legatis, & fideicommiſſ. fieri poteſt. l. vt hæredibus de leg. 2. & lib. 1. §. ſin autem. in fin. de cad. toll. & Socin. Iun. conſi. 114. nu. 12. lib. 1. quinimò & in contractibus poteſt fieri ſubſtitutio, plenè allegãdo, probat Aymo conſi. 19. num. 8. refert Rolan. à Val. conſi. 58. nu.
2 1. comprobat Senat. Pedemon. in deciſ. 85. nu. † 6. etiam ſubſtituto abſenti, vt ibi nume. 7. Cum autem quælibet ſubſtitutionis ſpecies habeat ſuam naturam, & interpretationem, oportet ideò cognoſcere eius ſpeciem & naturam, quæ eſt illa, quæ effectum parit: ſic ſubſtitutio per eius effectum à natura ſua inducta cognoſcitur, vt tradit Bald. in conſilio 170. Quidam Nicolaus colum. 1. verſicu. in contrarium. lib. 5. ſub alio numero eius formalia verba tranſcribendo, eum allegat Boër. in deciſ. 38. nume. 8. & non poteſt congruè aliqua quæſtio termi-
3 nari, & diffiniri, niſi priùs termini eius intelligantur, per l. Dominicus. ff. de teſtato. & l. vt reſponſum. C. de tranſact. pulchrè exorditur Rolan. à Val. in conſilio primo. in princip. libro primo. & ſapienter dicit Curt. Iunior conſi. 96. columna penult. num. 4. maiorem difficultatem eſſe, in iure noſtro, bene intelligere, in quibus terminis loquantur Leges, Gloſſa & Docto. nos addere poſſumus bene intelligere, in quibus terminis loquatur teſtatoris Lex: §. diſponat in authentica de nupt. bene
4 facit Bald. conſil. 122. in fin. lib. 1. † atqui bene quiſque iudicat ea, quæ cognoſcit, & ipſorum bonus eſt iudex. inquit Ariſt. ethic. lib. 1. cap. 3. meritò ſufficere videtur, illam vnam dubitationem propoſitam declarare, quomodo cognoſcatur ſubſtitutio directa? Breuiter reſpondetur, † ſubſtitutionem cognoſci per eius diffinitio-
5 nem, ſupra datam per Doctores in locis allegat. & eam demonſtrari, vt magis generalis ſit diffinitio, per verba conditionalia, priuatiua, expreſſa, vel ſubintellecta in maiori parte teſtamẽtorum in defectum, & locum perſonæ vocatæ diſpoſitiuè, & quandoque conditionaliter in re diſpoſitiua, vocando aliam perſonam, per verba, ſcilicet ſonantia in hunc ſermonem: Si P. hæres inſtitutus, vel legatarius vel fideicommiſſarius, vel tutor, vel executor datus non fuerit, quod exponitur per l. cum propones. C. de hæred. inſtitut. noluerit, vel non potuerit eſſe hæres, vel habere legatum, vel fideicommiſſum, vel eſſe tutor, ſit hæres, vel legatarius, vel tutor, &c. & hæc eſt principalis ſpecies ſubſtitutionis, nuncupata, Vulgaris, vt per Bartol. & alios in l. prima. de vulgar. & pupill. ſimiliter & altera principalis ſpecies ſubſtitutionis appellata, Pupillaris, demonſtratur, dum fit ab

habente impuberem hæredem inſtitutum in patria po-
teſtate, per ſimilia verba priuatiua expreſſa, vel ſub in-
tellecta.ſ. Si P. deceſſerit in pupillari ętate, &c. ſit hæ-
res, vel ſubſtitutor, &c. vt per Bart.& alios in l. ſecunda.
ff.eo.& Bald.& ali.in l.precibus.C.de impub.& iſtæ duę
ſunt principales ſpecies Subſtitutionum directarum.
Cardinales ſint appellatę, eò quòd ſuper iſtis omnes ſpe
cies directæ ſubſtitutionis ſe fundat, & naturã inde hau-
riat dicit Bald. in l.quidam elogio.col.fin. num.12.verſ.
& not.quod inueniemus. refert Poli. dict. tract. de ſub-
ſtit.in pręlu.ad fin.Iaſo.in rub.in princ.de vulg.& pupil.
& Socin.Iun.in d.l.Centurio.num. 21. quia exemplaris,
quę à parentibus fit liberis mente capitis, dicitur ad ex-
emplum pupillaris factæ, ne querela detur contra teſta-
mentum eorum l.humanitatis.C.de impub.& a l.ſubſti-
tut.& Reciproca, de qua in l.nam hoc iure.ſeu Breuilo-
qua: vt in l.Lucius.de vulg.& pupil.& Compendioſa, de
qua Bart.& alij in d.l.Centurio.ſunt quandoquidem di-
rectæ, ratione Vulgaris, in eis comprehenſæ, vel quan-
doque Pupillaris, vt latè tradunt Doctores in legibus
prædictis, ac ſpecialiter recenſet Seb. Medi.tract.defi-
niti.2.par.definiti.inſtitut. & ſubſtitut.80.num. 4. & ſe-
quent. & aliqua infra dicam pro clariori reſolutione
præmiſſę dubitationis.

Cum alijs ſimul & partim vltra alios, & magis gene-
6 raliter, † ſicut doctrina debet eſſe valde generalis, &
omnia comprehendere, vbicunq; poſita, vt nihil inco-
gnitum ſcientiæ habeatur, ſecundùm Bartol.in repet. l.
vbicunq;.col.4.num.8.verſic. & primò opinio de inter.
acti.& verum attēditur, & apparens per generalem diſ-
finitionem, licet ſecùs eſſet per ſpecierum enumeratio-
nem: no.Baldus in lib.1.numero.19.commun.de leg. Et
7 aliàs † ratio, quæ non eſt generalis, dicitur mala ratio:
Gloſſa.in princip.in l.quia. ff. ad Legem Aquil. Corn.
conſilio 253. columna penultima ſub verſic.item loqui-
tur lib. 4. ſuper demonſtrationem ſubſtitutionis ad-
ducta, recenſendo aliqua eius verba, eam deſignantia,
8 dicam per † verba conditionalia exinde euenire, quòd
talis cenſetur ſubſtitutio, qualis demonſtratur per eius
verba; Bero.conſil.66.colum. 4.nume.ſecundo, lib.2.
cum alijs circa verba, diſpoſitionem teſtantium oſten-
dentia, per me allega. ſupra lib. præceden. interpr. 3.
dubit. ſecunda. & conditionalis inſtitutio ipſa ſubſti-
tutio dicitur, vt apparet ex ipſis verbis, dicit Gloſſ. pri-
ma, in l. qui liberis.in princip.de vulg. & pupill. & So-
cin.in Rub.nume.8.eo. Bartol.in l.ſub conditione.ff.de
hæred. inſtit. Alexand. conſil.36. col. penult.in fin. lib.
3. poteſt enim eſſe conditionalis duplici conditione:
vna extrinſeca, quæ prouenit extra teſtamentum, ex
diſpoſitione legali l. conditiones extrinſecus.de condi-
tio. & demonſt. & iſta tacitè ineſt ſubſtitutioni à lege
requiſita & adimplenda in pupillari, ſi pupillus dece-
dat in ætate pupilli, non ideò pro conditionali, ſed pro
pura, à lege habetur: dict. l. qui liberis, in princ. & ibi
d.Gloſſa quam Bartol. ſequitur, & Caſtr. clariùs not.
& habetur pro ſimpliciter facta, no.Alexand. in l. Gal-
lus.§. primo, numero, 3. de lib. & poſtum. & ibi Aret.
in 6. not, & Gali. numero 6. & Iaſo. numero 8.& Cu-
ma. dicit in dict. leg. qui liberis. in princ. talem condi-
tionem tamen facere effectum ſuſpendendi, qui ſatis
operatur, quòd interim ſubſtitutus vulgaris, vel pu-
pillaris moriens ad hæredes non tranſmittit ius ſubſti-
tutionis: d. l. qui liberis. §. hæc verba. & l. ſi plures.in
princip.eo. & l.toties. ff. de acquir. hæred. vt antè di-
ctum eſt in præceden. interpr. dubit. 5. his autem ca-
ſibus, & Socin. Iun.in dict.l. Centurio. nume. decimo-
quinto. in vulgari tacitè ineſt ea, ſi hæres non erit, à le-
ge expoſita, ſi noluerit, vel non potuerit eſſe hæres: d.
l.cum proponas.C.de hæred.inſtit. & hæc eſt illa ſubin-
tellecta, vt declarat Bero.in conſil.102.num.21.& conſ.
128. nume.4.lib 2. quam dixi ſubintellectam in maiori
parte teſtamentorum: quia in eis expreſſè raro inue-
niuntur, niſi per verba generalia, quæ poſſunt tales ſub-
ſtitutiones ſignificare, quæ ideò verbis priuatiuis conſi-
ciuntur, quia & ipſę ſubſtitutiones ſunt priuatiuæ & ex-
tinctiuæ inſtitutionum, & in defectum inſtitutionis in-
cipiunt, per l.quamdiu.de acq.hæred. dicit Anch.conſi-
lio 137. principaliter.verſ.præterea inſtitutiones. altera
conditio eſt in teſtamento quandoque appoſita, quæ
Voluntaria dicitur, & debet probari & impleri in for-
ma ſpecifica, nec porrigitur in alium ad caſum non ex-
preſſum, per l.ſi quis ita ſubſtituerit. de vulga.& pupill.
prima verò impletur per æquipollens, & porrigitur ad
caſum ſimilem expreſſo, vt ex commun.doct. Bart.in d.
l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ſub num.3.de liber.& poſt-
hum.in ſpecie declarat Soc.in d.l.1. col.11. verſ. octauò
9 no.limita.de vulg. In defectum fit ſubſtitutio, † quia hęc
appellatur, Prouiſio ſubſidiaria, vt prouiſio attendatur,
& non extendatur ad iniquos & dubios caſus, ſecũdum
Bald.in l.in teſtamento. in pen.quæſt.ad fi.C.de teſtam.
mil.& in d.l.quidam elogio.in fi.C.de Iur.deliber.dicit,
quòd ſubſidiaria inſtitutio, per l.ſi Titius cohæredi. de
vulg.& pupil.adde, quòd naturam & conditionem, &
omnes qualitates inſtitutionis aſſumit, Tiraqu. in tract.
*le mort ſaiſit*, in vndecima declar. nam.18.ſecunda part.
retenta etiam propria qualitate conueniente ipſi ſub-
ſtituto.per l.primam.§.ſi quis autē à patre. ff. de ſucceſſ.
edict.tradit Bart.in l. certum.colum.5.ſub num.21.verſ.
item dubitatur.C.vnde legi. & in locum perſonæ, &c.&
quandoq; conditionaliter ſic dicitur per l.ſi quis ita hæ-
res.ff.de hæred.inſtit.In re diſpoſita ſub generali verbo
rei d.l.1.in fin.ſi cer.pe.quia ſubſtitutio fit in hęreditate,
d.l.prima.& ſequ.de vulg.& pupil. & in legatis & fidei-
commiſſis d.l.vt hæred.de leg.2.& l. ſi legata. C. de leg.
& in datione tutoris: vt l.pen. ff.de teſtam. tute. quam l.
& ſimil.nota incidenter, ad excuſandum noſtrates DD.
in eodem iuris articulo, quandoq; inuicem contrarios,
qnòd ſolet idiotis admirationem ſimul, & ſcandalum
afferre, cum eiſdem legibus, & eiſdem libris, ipſi *dicunt*,
id pertractari debeat: ſed minimè hoc mirũ, *nec nouum*
ſciant, quia & priſci illi Iuriſconſulti ſcientiam Legum,
ex proprijs fontibus iuris haurientes, aliquãdo inuicem
erant contrarij, vt euidens eſt, in d.l.pen. in eadē quæſt.
Trebatium, & Iabolenum contra ſubſtitut.in tutela re-
ſpondiſſe, & Labeonem, & Proculum pro eo, & ſancti
viri inter ſe contrariantur, & vnus alium corrigit: Soc.
conſ.150.col.penult. lib.ſecundo. Huius rei forſan ra-
tio eſt illa, propter naturalem hominum ad diſſentien-
dum facilitatem, aſſignata per text.in leg.item ſi vnus.
§.pen.ff.de arb.cum concord.ibi in Gloſſ. & per Corn.
conſil.50.col.2.verſ. quia proni.lib. 1. proſequar. addu-
ctam ſubſtitut.demonſtrationem, per illa verba, vocan-
10 do aliam perſonam, † Vocabulum, perſona, comprehen
dit maſculum & fœminam: vt l. Titia com teſtamento.
in princip.de leg.ſecundo.& Curt.Iun.conſ. numero 5.
ponitur quandoq; pro ſingulari, quãdoq; pro vniuerſali,
vt populus ciuitas reſpublica, communitas, collegium,
quandoq; pro capite, vt prælatus, tradit Bald.in l.ſecun-
da.C.de impub.& ponit in rub.C.ad Trebel. & ibi ple-
nè in apoſtil.& in l.quicunque. col.4. verſic.item ſtatu-
tum.C.de ſer.fug.& ad Bart. in l.mortuo. ff. de fideiuſſ.
De interpretatione, & intelligentia ex qualitate perſo-
narum extra hanc ſubſtitutionis materiam, dicendum
incidit in ſequent.lib. De legatorum interpretatione.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio directa dicitur & cognoſcitur, quãdo ſua manu propria & auctoritate vocatus ad rem, eam capit, non tamen ab alio occupatam, in quibus ſubſtitutionibus eſt neceſſaria verborum cognitio, an ſint factæ, vel verbis directis, vel obliquis, vel communibus.*

2 *Verbum omne directum, quod ſit, & quale, & quid faciat, ac operetur: & de his vide octo regulas.*

3 *Verba directa quæ, & qualia ſint, & num.9.*

4 *Verba quæque communia vel obliqua, poſſunt effici directa, ex intentione teſtatoris, vt perueniat pleno iure, exponitur i.directo.*

*Nec adiectio, Pleno iure, facit ſubſtitutionem directam.*

*Idem hæc verba, eo ipſo, cum ſim.*

5 *Verba, Pleno iure.*

*Eo ipſo.*

*Ipſo facto.*

*Ipſo iure.*

*Omnino.*

*Penitus.*

*Mox perueniat.*

6 *Liberè perueniat, faciunt ſubſtitutionem directam.*

*Verba, Ipſo facto, &, Ipſo iure, trahunt ſecum executionem, & ſunt latæ ſententiæ, & interpretantur, id eſt, totaliter, & nullo extrinſecùs operante, & de verbo, Totaliter, & Integraliter.*

7 *Interpretatio verborum directorum conceditur ob adiunctionem aliorum verborum, modò per verba directa poſſit valere mens & diſpoſitio teſtatoris: talis enim tenẽda eſt interpretatio, ad roborandam, non perimendam mentem prædictam.*

8 *Verba communia, vel obliqua, & directa, ſimul iuncta reſpectu vnius ſubſtituti, efficiuntur directa, prout ſubſtitutus eligere poteſt, ſecùs reſpectu plurium ſubſtitutorum.*

*Itemq; efficiuntur directa per alia verba pleraque, habentia vim latæ ſententiæ: vt de verbo,*

*Immediatè.*

*Ex tunc.*

*Sit, item quo.*

*Clauſula, Propria auctoritate capiat, percipiat.*

*Vel, ſine alicuius contradictione.*

9 *Verba directa quoque dicuntur, ſi ſunt concepta ante aditam hæreditatem, vel quando ſunt concepta in pupillum.*

*Clauſula, ſine diminutione.*

*Si dictum ſit, Tota vel integra hæreditas ad talem perueniat.*

*Vel, Omnia bona perueniant ad talem.*

*Vel, In omnibus ſuccedat talis, ſecundùm Communiorem opin.*

*Item verbum, Vadat.*

*Intelliguntur tunc verba communia vel obliqua directa per prædictas adiunctiones, quando termini ſunt habiles, vt locus poſſit eſſe Vulgari, Pupillari, vel Exemplari, vel Militari, & in dubio verbum in materia teſtamentorum interpretatur directum.*



## ¶SOLVTIO. II.

DIRECTA † autem dicitur ſubſtitutio, per
1 quam in ſuo caſu verificata, vocatus ad
rem diſpoſitam, immediatè ſua manu,
ſuáque auctoritate capit rem ipſam, niſi
ab alio ſit occupata: Caſtr. in l. inter omnes. qui ſatiſd.
cogan. Gloſſa ibi quam dicit ſemper allegari, quomodo
cognoſcatur, quis ſit ſubſtitutus directus.& Ant. de Bu.
numero 28. Abbas numero 14.in dict. cap. Raynutius.
Sebaſt.Sap.in rub.numero 14.de impub.& alleg.ſubſti-
tut.Fran.poſt Ioan.Andr.in cap.ſi pater.colum.1. de te-
ſta. in 6. & Baldus. in l. ſi quis ita. ff.de vſufruct.Couar.
in dict. cap. Raynutius. §. 4. num.2.poſt Guil. Bened.
ibi in verſic. eidem impuber.ſucced.num.4. & ſequen.
par. ſecunda. & Capra tract. regul. poſt concluſio. 113.
tract.ſubſtitut. ad 5. ſpeciem ſubſtitu. videlicet, Com-
pendioſam. nume. 124. vſque ad numer.28. & Socin.
Iun.in dict.l. Centurio.num.19. Cognoſcitur ergo dire-
cta Subſtitutio, vbi facta ſit per verba, quæ ſonant, quòd
ſubſtitutus capiat manu propria: Alexand.in dict.Rub.
numero 1. de vulg. & pupil. & Sebaſt. Sap. in dict. rub.
numero 15.de impub. & ali.ſuſtitut. poſt Bartol. in dict.
l.Centurio.numero 43: nam etſi dici ſoleat, Rebus, &
non verbis legem eſſe impoſitam: l.ſecunda, in fin.com.
de leg.& nõ referre, quibus verbis, vel directi, obliquis,
vel communibus, fiãt inſtitutiones, & legat.& fideicom
miſſa: l.quoniam.C.de teſta.vt dixi ſupra interpret.præ
ceden.dubit.3.& tex.& Gloſſa in l. in legatis.C.de lega.
tamen in ſubſtitutionibus videmus multùm eſſe neceſſa
riam inſpectionem, & cognitionem verborum, quibus
ſunt conceptæ & formatæ ſubſtitutiones: & multum re-
ferre an factæ ſint verbis directis, vel obliquis, vel com-
munibus, vt l.verbis ciuilibus de vulg.& pupil.& ibi Do
ctores & in dict.l. Centurio, & in dict.leg. precibus, &
Franch.in dict.cap.ſi pater.columna 29.verſic.in Gloſ-
ſa.verſic.filię, dicit hæc notanda, & menti tenenda tan-
quam neceſſaria, pro intelligentia totius materiæ ipſa-
rum ſubſtitutionum. idem exorditur Odd. Peruſi. de
Compendioſa parti.4.in q.2.in princip. & ante hos Bal
dus in l.nam hoc iure.§.ſed ſi aliter.verſic. nota tamen.
de vulga. & pupill. dicit. iſtud eſt neceſſe, ſcire in tota
materia ſubſtitutionum. Oportet ideò prius videre, quæ
ſint verba directa, qnæ obliqua, quæ communia, de qui-
bus ſupra lib. præceden. interpret. 3. dubitat. ſecunda.
verſi. & cum verba. remiſſiuè tetigi, hoc in loco magis
ſuo ex ſcriptis doctorum in dictis locis, eadem referam
ordine præmiſſo, & per regulas, & per exempla, vt fa-
ciunt Baldus in fin.numero 12.& ſequen.C.de ſacr.ſanc.
eccle.Franch.in l.d.c.ſi pater colum.29. & ſeq. & Cac-
cialup. in dict.l.precibus.car.fin. & Ripa in d.l. Centu-
rio.num.179.& ibi Galia.num.110.& Guaſden. de arte
teſtan.ti.5.cau.12. nume. 4. & ſequent. & Ang. Aret. in
§.fin.Inſti.de pupil. ſubſti.
2 Directorum † verborum tales regulæ ſunt. Omne
verbum directum eſt illud, quod importat, vt is, cui re-
linquitur, ſine facto alterius ſua manu accipiat, Bartol.
in dict.l.Centurio.num. 43. & quod præter petitionem
ipſo iure facit competere ius hæreditarium: Bald. in d.
l.fina.num.12.vel quod datum ſit, velut ex ipſo teſtamē-
to, competit, per text.in §.penultim. inſtitut. de ſingu.
reb.per fideicommiſſ.relict. & per quod immediatè vni
uerſaliter teſtatori ſucceditur, & quòd facit mortuo in-
ſtituto immediatè ſucceſſionem ab inſtituto deſcende-
re in ſubſtitutum, & quòd in vniuerſali ſubſtitutione om
ne alterius miniſterium excludit: Bal.ibid.n.13.& Cac-
cialup.in d. l.precibus.num. 74. & Ripa in d. l. Centu-
rio.d.nu.179.& Zaſi.in d.tract.de ſubſti.cap. 5. de com-
pendioſa.col.prima.nu.2.& Galia.d.nu. 110. verborum
autem ipſorum directorum mentio ſæpè facta reperitur
in legibus quas allegandi curam habuit Socin. Iun. in
dict.leg.Centurio.ſub num.203. de his octo regulas ex-
primendo ponit Odo. Peruſ. in d. tract. compen. in d.
par.4.q.2.ar.1.priùs expreſſas per Ripa in d.l.Centurio.
3 numero 179.& † exempla, vel ipſa directa verba talia
ſunt: hæres eſto.Bartol.d. num. 43. Hęres ſit. Dominus
eſto: Franch.in d.cap. ſi pater. colum. 29. Caſtr. conſil.
152. Viſo pſicto, in prin.lib.2.verbum, Iubet.l.2.com.de
leg.verbum inſtituit.Franch.in d.col. 29. verſi. quartò.
Galia.in d.l.Centurio.nu.114.Caccialup.in d.l.precib.
col.fi.eſt directiſſimum dicit Bald.conſ.484.in fi.lin. 2.
directum.Dec.conſ.227.num.5.Zaſi.d.cap.5.nu.3. Rip.
in d.l.Centu.num.180. vbi idem de verbo groſſo hære-
ditate, & Iaſ. ibi in fi.& Cum.conſ.2.col.fi.verbum ſuc-
cedat relatum ad perſonam, vt ſuccedat filio meo, eſt di
rectum: Bald. in d.l.fin, col.fin. & conſ.242.ſi ſubſtitut.
l.4. licet magis eſſe commune hoc verbum, Succedat,
etiam relatum ad perſonas honoratas, ex commu. opi.

ponit Couar.in d.c.Raynutius.in ſuo §.9.ſub num.5. &
Soci.Iun.in d.l.Centurio.nu.340.tamen eundem Bald.
ſequuntur Franch.in d.c.ſi pater col.32.verſi.decimo.&
Galia. in d. l.Centurio.ſub nu. 121. & Lanfran. de Ori.
num.142.& Dec.conſil.572.ad fi.nu.6.verbum,Redeat
directum.Bal.in l.ſi duob.ff.de teſta.mili.verbum,hære-
dem ſubſtituo, merè directum.Alex.in l. nam hoc iure.
colum.2.ſub num.3.verſ.limita tamen.Iaſ. ſub nu.6. de
vulg.Signo.de Homo.conſ.173.nu. 17. verbum. Accre-
ſcat,verbum,Accipiat,verbum,capiat, directũ:Caccia-
lup.in d.l.precib.nu.78.Tiraqu.in l. ſi vnquam. ver.re-
uertatur.num. 189. de reuo. dona. & verba deſignantia
executionem, per teſtatorem aſſumptam, quatenus eſt
iuris, non verò facti, miniſterium importantia ſunt di-
recta: vt ſi teſtator ipſe adijcit, concedit, dat,aſſignat,
adiudicat,diſtribuit, reſtituit: Franch.in d.cap.ſi pater.
col.20.&30.Caccialup.d.nu.78.Rip.in d.l.Centurio.n.
4 181.& nu.184.poſt Bal.in d.l. fi. nu. 16. quæque † verba
etiam communia, vel obliqua, poſſunt effici directa ex
intentione teſtatoris, quæ per has dictiones probantur
appoſita,ad illorum taliumverborũ determinationem:
vt, Perueniat pleno iure, exponitur,id eſt,directo:Bal.
in aut.hæc vſus.C.de ſacr.ſanct.eccle.Iaſ.in d.l.Centu-
5 rio.nu.66.† & facit interpretari hæc additio, Pleno iu-
re,ſubſtitutionem directam:Corn.conſ.242.col.5. ver.
corroborantur pręmiſſa.lib.4.Aret.conſi.156.colum.7.
ver.vnde dicunt.Grat.conſil.134.num.14. lib.2. Galia.
in d.l.Centurio.ſub num.116.ver.Limita ſecundò.& ibi
Rip.ſub.num.182.vbi idem probat facere interpretari
ſubſtitutionem directam hæc verba,Eo ipſo,ipſo facto,
ipſo iure,omnino,penitus,mox perueniat,idem ibi.Iaſ.
numero 64.65.& num.67.Si dicatur libere, Perueniat
& Rom.conſilio 130.poſt Bart.in dict.le.precibus, col.
6 fin.num.16.Nam † verba, Ipſo facto, ipſo iure trahunt
ſecum executionem:Baldus in l.cunctos,colum.13. nu-
mero 95.C.de ſum. trin.& fid.cath.& ſunt latæ ſenten-
tiæ:Roma.conſilio 427.columna fin.& interpretantur,
ideſt, totaliter, & nullo extrinſecùs operante Luc. de
Pen. in Rub. colum. 1. C. de iure fiſ. lib. 10. Sic & ver-
bum,totaliter,vel,integraliter,deſignat verbum adiun-
ctum directum:ponit Galia.in d.l.Centurio.nu.116.ver.
tertiò limitatur, & ibi Socin.Iun.nu.337.cuius obiectio
in hoc,& in verbo,Pleno iure,tollitur, quia conceditur
7 interpretatio† verborum directorum,ob adiunctionem
aliorum prædictorum verborum,dummodò & per ver-
ba directa poſſit valere diſpoſitio teſtatoris, cum inter-
pretatio ea tenenda ſit,per quam verba,mens,& diſpo-
ſitio teſtatoris valeant,roborentur,& non perimantur:l.
Gallus.§.quòd ſi is,& ibi Gloſ. in ver. Vtilitate. de lib.
& poſthu.Bal.conſ.46.verbum inſtitutionis.col.2.verſi.
dico igitur.lib.1.Caſtr.con.197.Viſis,& examinatis.nu.
8 2.& conſil.383.notandum eſt.nu.1.l.1.Et† verba obliqua
& directa, vel communia, ſimul iuncta reſpectu vnius
ſubſtituit, efficiuntur directa, prout ſubſtitutus eligere
poteſt, Bartol.in d.l.Centurio.numero 38.ſecùs eſt, re-
ſpectu plurium ſubſtitutorum, vt ibi.num.40.per eum,
quem Doct.communiter ſequuntur, ibi.Ruin.num.66.
Ratio eſt huius effectus ad directa in prædictis propter
adiunctionem, quæ mutare facit naturam verborum,
per alleg.Matth.ab Affli.in deciſ.3.ſub.num.4.& in de-
ciſ.307.num.25.& in ſpecie per Cont.de Heru.in conſ.
33.nu.7.diuer.conſ.vltimarum volunt.tom.1.Adde,Ple-
raque alia verba,vim latæ ſententiæ habentia,adiuncta
verbis communibus, poſſe per eandem rationem muta
re ea,quòd fiant merè directa,vt eſt verbum, Immedia-
tè,per Tiraq.in d.ver.reuertatur nu.125.& verbum, Ex
tunc, ibidem.num.141.& ſimilia,quæ diſponentis prola
tam ſententiam deſignant,per eum ſumma cura conge
ſta,in d.ver.Reuertatur,ferè per totum,vbi & antè dicta
verba directa, refert.nu.136.144.180.181.quod verbum
ſit,directum eſt,& nu.189.vbi verbum,q ſit latæ ſenten
tiæ infertur,vtpote,quod ſit directum,idem facit, cen-
ſeri verbum directum,hęc clauſula propria auctoritate,
ſ. capiat,percipiat,vel ſine contradictione alicuius,Bar.
in d.l.Centurio.nu.27.& in d.l.precib.nu.15. & ibi Seb.
Sap.nu.155.158. dicit ita ſcribentes communiter trãſire,
vbi num.156. adducit,& bene defendit, not.declaratio
nem ad illam regulam, quod verba executiua non im-
mutant principalem diſpoſitionem:cle.1.de præben. vt
procedat non ad ampliandum,ſed ad declarandum.Im
mutant, per dictam doctrinam adiunctorum, eandem
declarationem adducit, & probat Galia.in dict.l.Cen-
9 turio, ſub num.87.idem, ſi † verba ſunt concepta ante
aditam hæreditatem,vt ſi inſtitutus hæres non erit, bo-
na reuertantur ad talem,vel ſunt directa,& concepta in
pupillum,verba quidem directa dicuntur: Caſtr. in l.1.
ſub nu.4.C.de pact.inter emp. & vend. idem de verbo,
Volo,quod ratione adiuncti eſt directum, vel obliquũ:
eo modo.& l.etiam.de leg.1.ponit Caccialup.in d.l.pre
cib. ad fin. Idem eſt de clauſula ſine diminutione, quæ
verbum reddit directum: Signor.conſ.107.Ioan.de A-
na.conſ.89.ad fin.& Bologn. in additi. poſt Bart. in d.l.
centurio.ſub nu.27.vbi idem ſubiungit eſſe directam,ſi
dictum ſit, Tota vel integra hæreditas deueniat ad ta-
lem,vel omnia bona perueniant ad talem,vel,In omni
bus ſuccedat talis.& ibi Rip.nu.135.licet in hoc titubet,
tamen ita videri communiorem opin. atteſtatur Aret.
in l.1.col.4.ad fin. verſ. idem videtur. de vulg. & pupil.
ſequitur Paul. de Caſtr.conſ.172. dubium facit. num.3.
lib.1.& Deci.conſilio 572.ad fin. verſic. tertiò ad idem.
Mentio quoque pupillaris ætatis,oſtendit directam, di-
cit Aret.in dicta l.prima.& columna 4.& ibi ferè per ea
dem verba Socin.ſequitur.& Corn.conſilio 142. col.2.
verſic.nec obſt. lib. 4. Vadat, verbum directum, Ber.
conſi.127.ad fin.lib.2. & alia proferam infra oſtenden-
tia directam,diſcurrendo vulgarem, & pupillarem ſub-
ſtitutionem: intelligenda quidem ſunt verba commu.
vel obliqua interpretari directa per adiunctiones prædi
ctas, quando termini ſunt habiles, vt poſſit eſſe locus
vulgari, vel pupillari, vel exemplari, vel militari: per
not.in d.c.ſi pater.de teſt.in 6. & in l.in teſtamento. C.
de teſta.mil.tradit Corn.in conſil.142. ad fin. verſ. iura
autem lib.4.& Dec.in l. fin. colum.1. verſ.ſecundo reſ-
pondetur.C.de inſtitu.& ſubſtitut.Habilia enim ad quæ
ſtionem ſemper præſupponenda ſunt,per concor.alleg.
à Vier.Zancho in repet.§.cum ita l.hæredes mei. num.
4.ad Trebel.tunc autem procedit, quòd ex intentione
teſtatoris,ſic per dicta adiuncta,&per hæc etiam vulga-
riter & pupillariter verba, & merè obliqua, trahuntur
ad directa:not.Bald.& Ang.in l. quærebatur ff.de milit.
teſta.ſequuntur Aret.in d.l.1.colum.4. & Socin.colum.
5. verſ. & probatur iſta concluſio.poſtremò aduertendũ
eſt, quòd quotieſcunque,de verbo obliquo dubium eſt
in hac materia fauorabili teſtamentorum.vul.l.in teſta
mentis.de Reg.Iur.an ſit directum,vel obliquum,debet
quidem interpretari directum: Tiraq.in dict.l. verſ.Re-
uertatur.nume.252.& ſeq.

¶SVMMARIVM.

1 *Obliqua verba in oppoſitum directorum, quomodo cognoſ-*
*cantur,vide in verbo,verba obliqua.*
*Verba obliqua in oppoſitum directorum, cognoſcũtur ex eo,*
*quòd per ea ſubſtitutus capit de manu alterius,facto al-*
*terius,quaſi teſtantis, requiſito, ex quo iure non poteſt*
*peti bonorum poſſeſſio,nec hæreditas adiri,& non ſucce-*
*dere immediate teſtatori.*
2 *Verba obliqua, quæ appellantur per Leges,Precaria, quæ*
*ſint magis in vſu, licet in teſtamentis non ſint illa fre-*
*quentata,& potius ſubintellecta,quàm exprimantur.vt*
*Rogo,Volo, Mando, Fideicommitto, & ſunt tanquàm*
*præcedentia*



*præcedentia ad orationem perficiendam cum verbis alijs*
*vſitatis,quæ ſimul exiſtunt obliqua,& quæ ſint,vide la-*
*tè diſcuſſa.*
3 *Verba directa neceſſariò dicuntur obliqua,etiam caſus ha-*
*biles directarum ſubſtitutionum, vbicunque apparent*
*conſecutiuè poſita ad dandum manũ alterius ſubſtituto,*
*vocato etiam per verbum,ſubſtituit, & vt ibidem latiùs*
*declaratur.*
4 *Verbum quodque directum expreſſis vel ſubintellectis ver-*
*bis precarijs teſtantis, poſitum alterius miniſterio obli-*
*quum efficitur.*
5 *Verbum,inſtituit,ad fideicommiſſum,exponitur,pro ſubſti-*
*tuit,& verba obliqua fideicommiſſariam diſpoſitionem*
*faciunt.*

SOLVTIO. III.

1 ET obliqua † verba in oppoſitum directo-
rum ſic cognoſcuntur ex eo, quòd per ea
ſubſtitutus capit de manu alterius, facta al-
terius,quaſi teſtantis requiſito: Bart. in d.l.
centurio.num.45.Galia. num.tertio, Ripa nume.185.&
quòd important tale ius, ex quo non poteſt hæreditas
adiri, nec bonorum poſſeſſio peti, & per quem imme-
diatè non ſuccedi tur teſtatori, & ea, quæ poſita ſunt in
miniſterio alterius, pro reſtitutione iuris etiam merè
directa, efficiuntur obliqua,tradit Bald.in d.l.fi.colum.
penult.nume.decimoquarto, C.de ſacr.ſanct.eccleſ. &
Rip.dict.num.185.& Franch.in dict.cap.ſi pater.colum.
2 30.verſ.in ea Gloſſ.† Ea autem verba ipſa obliqua, quæ
per leges appellantur,Precaria,ſunt hæc: Rogo, Volo,
Mando:Fideicommitto.vt l.ſecunda,com.de leg. Zaſi.
de ſubſtitu.compendioſa,col.2.num.quarto,& Pa.Leo.
in dict.tract. in cap.compendioſa.num.33.& vt per Bal.
conſil.120.In facto proponitur.col.fin.lib.ſecundo,quæ
eſſe in vſu,dicit text.in §.fi.Inſtit. de ſing.reb. per fidei-
commiſſ.relict. talis vſus modò non ita viget in formu-
lis teſtamentorum frequentatis, ſed hodie hęc verba
precaria in teſtamentis magis ſubintelliguntur, quàm
exprimantur, tanquam præcedentia, ad perficiendam
orationem,cum verbis ſequẽtibus vſitatis, quæ obliqua
exiſtunt ſimul:vt Reſtituat,Reſtituatur, det,detur. Bart.
in d.l.centurio.num.45.Reddat,Diuidat,Partiatur,Di-
ſtribuat, vel Diſtribuatur: Franch. in dict. cap. ſi pater.
colum.31. Deueniat, Signo. conſil. 107.nume.25.in fin.
& verbum, Relinquo, interpretatur merè obliquum:
Socin.conſil.117.col.ſecunda, nume.7. lib.4.poſt Ang.
conſi.147.Dominus Quiricus.colum.penul.† Et cętera
3 verba etiam directa, neceſſe eſt, dici ea obliqua extra
caſus habiles directarum ſubſtitutionum, vbicunq; ap-
parent conſecutiuè poſita ad dandum manum alterius
ſubſtituto,etiam vocato per verbum,Subſtituit,præ cæ-
teris nunc in omnibus ſubſtitutionibus etiam obliquis
vſitatum,conſecutiuè enim & ad perficiendam oratio-
nem cenſeantur appoſita, cum dictione, vt, poſt verba
illa præcedentia merè obliqua, plerunq; ſubintellecta.
Rogo,Volo,Iubeo,Mando,Fideicommitto, Vt exem-
pli gratia,Rogo te, vt reſtituas hæreditatem: Bartol. in
leg.quibus.§.Termilius.col.1.ſub nu.2. de cond. & de-
monſtr.Cupio,vt des, opto, vt des: volo, hæreditatem
meam Titij eſſe,vt l.etiam hoc modo, & l.eo modo. de
leg.primo,& melius per text.in leg. filiusfam. §. vt quis
hæredem.eo.per illa verba, Planè Senatus cenſuit per-
inde habendum:atq; ſi rogaſſet hæreditatem reſtitui, &
per plura exempla,text.in leg.ex facto, in princip. & in
leg. Scæuola, & in leg.hęredes mei.§.peto.ad Treb. ita
4 † quodq; verbum etiam directum, expreſſis,vel ſubin-
tellectis precarijs verbis teſtantis poſitum in alterius
miniſterio,obliquum efficitur: Galia.in dicta leg. cen-
turio.numero 113.in fina. probat text. in dicto §. vt quis
hęredem,& Paul.de Caſtr.in l.ſi ita ſcriptum.§.fi. num.
3.de lib.& poſthum,& Io. de Ana.in conſi.37.in princip.
5 vbi† verbum, inſtituit,ad fideicommiſſum, exponitur,
pro ſubſtituit,idem Guid.Pap.in queſt.308.& Pau.Leo.
in dict.tracta.in cap.de compendioſa.num.37. & Capr.
dict.tracta.regul.poſt conclu.113.ad 5.ſpeciem videlicet
compendioſam.nume.3.vt hęc materia fideicommiſſo-
rum reſpicienda latiùs tractanda, incidunt ſeq.interpr.
quia obliqua verba fideicommiſſariam diſpoſitionem
ex omnium ſententia faciunt, Tiraquell. in dicta leg.
ſi vnquam verſ.reuertatur.numero quinto,Iſta hoc loco
habita ſunt,pro interpr. & cognitione verborum dire-
ctorum & obliquorum;modò etiam de verbis commu-
nibus dicam.

¶SVMMARIVM.

1 *Communia verba quomodo cognoſcantur, vide verbum,*
*verba communia.*
*Verba communia cognoſcuntur ex ſua communi ſignifica-*
*tione, & ſunt apta, quandoque directi, quandoque*
*obliqui verbi, habere ſignificationem,ſecundum caſuum*
*contingentiam,ſubſtitutionum & rerum, vide declara-*
*ta perpulchre ibidem, & quæ ſint verba communia ibi-*
*dem,exprimuntur, & quæ verba ſub dubio ponantur,&*
*quorum nulla detur differentia de Iure Ciuili vel Gen-*
*tium,vti ſubtilitas pernitioſa.*
2 *Verbum, quod eſt latæ ſententiæ, directum dicitur, ſi fe-*
*rendæ ſententiæ,erit commune: cumque plurimùm pol-*
*leat in directorum verborum, vel obliquorum,vel com-*
*munium in ſubſtitutionibus, ideò differentia adiectorum*
*verborum hodie durat in vniuerſalibus relictis.*
3 *Ius Ciuile profiteri cupiens ab initio Titulum de verbo-*
*rum ſignifi.audiat,& memoriæ mandet.*

¶SOLVTIO. IIII.

1 COMMVNIA † autem verba cognoſcuntur,
ex ſua communi ſignificatione, quia reper-
ta, & apta ſunt habere quandoque directi,
quandoque obliqui, verbi ſignificationem,
ſecundùm contingentiam caſuum ipſarum ſubſtitutio-
num,& rerum Bart.in d.l.centurio.nume.36.Galia.nu.
112.Ripa num.186.Bald in dict.l.fin.colum.pen.nume.
15.Franc.in d. c.pater. colum.31. verſic. ſecunda regula
eſt,Zaſi.in dict. trac. in c.5. de compendioſa. colum. 2.
ſub nume.4.& Couar.in d.c.Raynutius.ſuo.§.9.ſub nu.
4. Corn. conſil. 152. colum.5. verſic. quia reſpondetur.
lib.ſecundo, & caſuum contingentia id oſtendit, ac re-
rum,quoniam ſi caſus eſt vulgaris, vel pupillaris, & ſua
manu capiendi, tale commune verbum directi verbi
ſenſum habet: ſi verò fideicommiſſariæ,caſus eſt, & de
manu alterius capiendi, obliqui verbi ſignificatum
præ ſe fert, vt in dictis locis videre facilè eſt, quia eius
ſignificatio competit pluribus ſpeciebus ſubſtitutio-
num: hæc eſt ratio Bald.ſub d.num.15. Caſus verò re-
rum diuerſus eſt, ſi adijciatur vniuerſitati bonorum,
tunc eſt commune,aliàs ſi adijciatur certæ rei, ſemper
eſt obliquum: per l.cogi.§.& generaliter, ff.ad Trebel.
dicit Bald.ibidem in d.l.fi.ad num.15.Galia.in d.l. cen-
turio.num.112. Ripa ad nume.186. & Corn. conſil. 40.
colum.2.verſ.nec etiam obſtat.lib.3.vbi dicit, quòd id
communiter tenetur, ſcilicet, quod eſt obliquum, in
ipſa certa re, idẽ poſt Petr.de Vbal.in conſi.94.in prin.
lib.1. & Paul. de Caſtr.conſil.114.Procedendo.col. fin.
lib.1. quod declara,vt per Socin.conſil.117.col.2. num.
7.lib.4.& Socin.Iun.in d.l. centurio.num.137. cum ſe-
quent.& num.316.& ſequen. & dicetur infra diſcurren-
do pupillarem: horum autem verborum communium
exempla ponunt Doct. in his ſequentibus verbis, quæ

referre, & tranſcribere non piget, vt eorum aliquo reperto, faciente ad propoſitum ſuum, releuetur lector, facili recurſu ad certum locum remiſſum, ſi mihi non credatur. Primum eſt omnium frequentiſſimum commune verbum, Subſtituit, quo generaliter quiſque loco alterius poſitus, etiam in legato ſingulari, dicitur ſubſtitutus: Bar. in d.l. Centurio. nume. 47. eſt commune verbum, & magis generale, quàm verbum, Inſtituit, ita communiter Doct. pertranſeunt ibi Galia. num. 115. & defendit Ripa nume. 187. & Socin. Iun. nume. 331. ita eſt commun. opi. Couar. in d. cap. Raynutius. d. ſuo. §. 9. nu. 5. & Capra. tract. regul. poſt concluſ. 113. tract. de ſubſtit. ad 5. ſpeciem ſubſtitu. & compendioſam. num. 32. & ſeq. vbi plenè de infraſcriptis verbis communib. vt hæc omnia verba, Perueniat, Pertineat, Habeat, Remaneat, Succedat, Reuertatur, Deuoluatur, accommodatis legibus alleg. probat Barto. in d.l. Centurio. col. fin. ſequitur Ripa num. 188. addit commune, ſuperueniat, ordine alphabetico, ſequitur Caccialup. in d.l. precibus. col. pen. idem proſequitur Odd. Peruſ. de compendioſa, part. 4. q. fin. addit inter communia verba, Adueniat, Communicet, Decurrat, Diuidat, Labatur, Partiatur, Redeat, Redigat, Regrediatur, Relinquit, Comprobat, Galia. in d.l. Centurio. nume. 117. & addit verbum, Commune, Reddat, Contradicit, in verbo, Accreſcat: eò, quod ſit directum, & non ciuile, tenet Ripa nume. 195. ſic atteſtans communem, cum Barto. ibi nu. pen. & ſic eſt commune ibi Socin. Iun. num. 341. verba prædicta communia comprobat & Franch. in d.c. ſi pater. col. 31. ſub verſ. ſecunda regula, poſt Ange. in d.l. precibus, & Imol. in d. l. Centurio. col. pen. addit verba communia, deferatur, decurrat, egrediatur, potiatur, ſequatur, ſub dubio ponit verba, legat, deputat, verbum lego pro communi ſecundum ſubiectam materiam ponit Deci. rub. ſupra fin. C. de impub. & ali. ſubſti. & alia ſupradicta verba communia comprobat Zaſi. in d. tract. in c. 5. de compendioſa. col. 2. & verbum commune, Competat, ſequendo Angelum, ponit idem Franch. & Volo, verbum eſt ſecundùm adiuncta, & pro adiecto habetur, ſic eſt omiſſum, vt ſenſus orationis perfectus reddatur. l. verbum. C. de fideicommiſ. vindicat, verbum commune dicit Aret. in d.l. Centurio. in fi. idem de verbo, Reuoluatur. verbum, Moriatur, commune de iure gentium, tenet Couar. in d. ſuo §. 9. ſub num. 5. reprobata tamen opin. Bart. quòd ſint verba directa de Iure Ciuili, & de Iure Gentium, quia ratione caret, & nullo iure probatur, vt ibi per eũ, allegantem concordan. & per Vaſq. alium elegãtem & ſubtilem Doct. Hiſpan. in tract. de ſucceſ. progreſ. lib. 2. §. 11. de informi ſubſti. nu. 32. non differre à communi, tenet Socin. Iun. in d.l. Centurio. num. 342. & num. 203. dicit idem, quòd de tali differentia verborum de Iure Ciuili, vel de Iure Gentium, iure non cauetur, & quòd eſt ſubtilitas pernicioſa, & in verbis captioſa, & quòd communiter dictum Bar. in hoc reprobatur, tamen ipſe Socin. Iun. ibidem ſub nume. 216. verſi. poteſt & tertiò, intelligit, verba directa de Iure Ciuili, omninò ius directum importare, adde quid de verbo, recadat, quãdoque verſante in ore teſtantium, vt de vno in alterum recadat, vel recadat ad proximiorem, vt euenit in caſu conſ. 105. num. 7. Socin. Iun. lib. 1. dicendum eſt, cum deſcendat à verbo cadat, quod eſt ſecundum aliquos latæ ſententiæ, & ſic directum, vt per Calder. conſi. 6. in fin. titu. de iud. d. & gloſ. fin. in fin. C. de iure emphi. & ſecundùm alios ferendæ, vt per Tiraq. in d. verſi. Reuertatur, num. 186. & ſeq. duobus, quòd ſit verbum commune ad ſimilitudinem dictorum verborum, Labatur, Deuoluatur, Decurrat: arg. l. non poſſunt. ff. de legi. & ex ſimilitudine verborum ſuperiorum poſſunt regulari cætera ſimilia verba, non hîc expreſſa. Ita cùm vis verborum vel directorum, vel obliquorum, vel communium, in ſubſtitutionibus plurimum polleat, quoniam iſtorum verborum differentia hodie in vniuerſalibus relictis durat: Bart. in l. 2. nu. 2. com. de leg. & ſi verba prædicta etiam prolata eſſent in vulgari ſermone, tamen adhuc procederet eadem differentia directorum, obliquorũ & communium verborum, ea exponendo, ſecundùm ſermonẽ latinum: Hier. Cagn. poſt alios alleg. in d.l. precib. num. 234. ita arbitratus ſum magis congruum priùs, eorũ cognitionem præcedere: poſtea, de ſubſtitutionibus ſermonem habere, talem, qualis & modicus in re tantùm maſticata haberi poteſt, licet aliter, & vltimo loco in d. l. precibus, Bar. & alij de verbis ipſis tractauerint, & malè ordine tranſuerſo, parcant mihi, cum ſonus ab alio prolatorum verborum prior ſit in ſenſu auditus noſtri, quamobrem neceſſarium, eum, qui iura ciuilia profiteri cupit, ab initio Titulum de verborum ſignificatione audire, & memoriæ mandare, ſcribit Rebuff. in rubr. ad princip. ff. de verborum ſignificatione.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio directa quomodo cognoſcatur, quid requiratur priùs, & generalis directarum ſubſtitutionum cognitio vertitur in ſex notis nominibus ſpecierum magiſtralibus & legalibus.*

*Vulgaris.*
*Pupillaris.*
*Exemplaris.*
*Militaris.*
*Reciprocæ, ſeu breuiloquæ.*
*Compendioſæ.*
*Vulgaris ſubſtitutio quomodo cognoſcatur, vide verbo, ſubſtitutio vulgaris.*

2 *Subſtitutio vulgaris cognoſcitur ex ſuo nomine conſequente rei, ex ſua formula verborum conditionali negatiua à lege inuenta, aut per teſtatorem expreſſa, aut per interpretem teſtamenti ſubintellecta, aut per legem præſumpta, & ex ſuo effectu ac fine, ſicq; dicta, quia conuenit vulgo teſtamentum, ſiue ſit paganus, ſiue miles, ſiue parens inter liberos, ſiue extraneus inter extraneos, teſtãs, & cuilibet inſtituto, & conuenit cuilibet ſpeciei directarum ſubſtitutionum, & cuilibet rei diſpoſitæ, ſiue vniuerſalis, ſeu particularis, & vt latiùs ibidem habetur.*

3 *Clauſula annua, bima, trima die conuenit cuilibet præſtationi ſic diuiſæ, vel diſtractioni pignoris, vel contractus emptionis, vel legatorum, adijciatur ideò clauſula vulgaris, ac cautio vulgaris.*

4 *Subſtitutio vulgaris propriè cadit in particularibus, relictis ex teſtamento, & ex donatione cauſa mortis, prout in hæreditatibus, quæ ſicut expirat poſt aditam hæreditatem, ita in legatis & fideicommiſſis per agnitionem primi legatarij.*

5 *Fideicommiſſum non agnitum, ad hæredes fideicommiſſarij quando tranſmittatur.*

6 *Subſtitutio vulgaris ex capite voluntatis vel impotentiæ ad legatum vel fideicõmiſſum non agnitum, tollit tranſmiſſionem, & incapacitate exiſtente primi legatarij, venit ad legatum.*

7 *Subſtitutus per vulgarem admittitur factum primo fideicommiſſario morienti, pendente conditione fideicommiſſi conſequendi, excluſis filijs primi fideicommiſſarij, cum per vulgarem tollatur exiſtentia ſuitatis, eaq; conueniat fideicommiſſo per modum ſubrogationis, & quando in ea quæ ceſſat diſpoſitio. l. cum auus. ff. de cond. & demonſtr. cum ſim. intelligendum in ſubſtituto per nomen appellatiuum ſecùs ſi per collectiuum quia fideicommiſſaria, & procedit ordine ſucceſſorio.*

8 *Lex cum auus. ff. de cond. & demonſt. ceſſat in ſubſtit. vulgari, & non habet locum in extraneo, licet in aſcendẽte, grauante deſcendentẽ per fideicommiſſum vniuerſaliter.*

*9 Subſtitutio*



9 *Subſtitutio vulgaris interpretatur, vbi ſit dubium, an ſit vulgaris, vel fideicommiſſaria.*

10 *Subſtitutio vulgaris clarius conſtat ex formula verborum, ſeu conditione negatiua, quæ eſt communiter poſt hæredis inſtitutionem expreſſe, & quandoq; tacitè facta, quæ quoad primum inſtitutum, ſit ſemper per verba negatiua & priuatiua, & quid inſpiciatur reſpectu ſubſtituti, vt cognoſcatur vulgaris, & quibus verbis fiat, ex multa de ea vide ibidem.*

11 *Verba illa conditionalia, Si hæres non erit, verificentur vno ex duobus caſibus, vel quia noluit, vel non potuit, & in tertio caſu additur, vbi inſtitutus alium hæredem nõ fecerit, circa quem tertiũ caſum circa duo plura Doctores diſcutiunt, primò de iure ſubiectionis in inſtitutum, alterum, de iure trãſmiſſionis ex inſtituto ad ſuos hæredes & ſucceſſores, quando impediatur vulgaris ſubſtitutus, de quibus duobus vide remiſſiones & alia adducta, ibidem.*

12 *Subſtitutus per vulgarem admittitur circa duos caſus voluntatis & impotentiæ hæredis, adeo vt vno expreſſo, vt ſi nolit, verificatur & exponitur pro altero, ſcilicet ſi non poſſit, & vide multas limit. & de materia, l. Gallus §. & quid ſi tantum de lib. & poſthum. de vno caſu ad alium extendendo, & de caſu notabili ad vulgarem deductum ad impotentiam hæredis per teſtatorem, ibidem, vide.*

13 *Subſtitutio vulgaris pro ſubſtituto habet locum contra fiſcum teſtatore priuante hæredem in teſtamento, quatenùs commiſerit aliquod delictum ob quod bona confiſcarentur, delicto ſcilicet commiſſo in vita teſtatoris.*

14 *Subſtitutio vulgaris quando non vigeat, ſicq; non fiat extenſio de caſu ad alium caſum, & primo de perſona ad perſonam, vt caſus ſubſtitutionis factæ ſolis fratribus eueniens non extendatur ad filios fratrum, nec ad alium caſum eorum ſubſtitutionis.*

15 *Idem ſi facta extenſione, variatio contingat in perſona vel inſtituti vel ſubſtituti, quicquid de inſtituti perſona dixerit Oldr. nec ſit talis extenſio eadem ratione & mente præſumpta teſtatoris, concurrente in alia perſona, vide in verbo, extentio pariter.*

16 *Extentio pariter non fit ad alium caſum in vulgari omiſſum, ne ſequatur abſurdum, quòd ſubſtitutus extraneus præfertur magis dilecto contra voluntatem teſtatoris præſumptam, modò conſtet de tali maiori dilectione, & vt ibidem latiùs.*

17 *Extenſio quoque non porrigitur ad alium caſum omiſſum in vulgari, quando omiſſus ſit diſſimilis expreſſo, & expreſſus non ſit de contentis de ſui natura in ipſa vulgari includentibus vtranque voluntatem & impotentiam, & quando dicatur diſſimilis.*

*Et quando ſubſtitutio facta de Titio, Si poſthumus naſcatur, ceſſet, & quare, eo non nato, ibidem.*

*Nec locus ſit vulgari factæ, in defectu plurium poſthumorum, ſi vnus ſolum ſit natus, & defecit ibidem.*

*Nec ſubſtitutus admittitur poſthumo, ſecũdo loco naſcituro, & non nato, etiam primo nato & deficiente, & quare, ibidem.*

*Et de ſubſtitutione, ſub conditione certi temporis, non trahenda ad alium caſum, & ad aliud tempus ibidem.*

*Et de caſu vulgaris, ſi deceſſerit, non extendendo ad caſum decedentis cum filijs, vti oppoſitum, & vt latiùs diſcutitur ibidem, de materia ibidem.*

18 *Extentio non fit quoque de caſu vno expreſſo ad omiſſum etiam ſimilem in vulgari ſubſtitutione, facta ſub conditione voluntaria, quæ non ſit de neceſſarijs ad eam, quam teſtator apponendo videtur cogitaſſe potius de modo, quam effectu, niſi conſtet de voluntate teſtatoris contraria, & quomodo, vide clare ibidem.*

19 *Extenſio non fit etiam in vulgari ſubſtitutione de caſu expreſſo ad omiſſum etiam ſimilem, vt ſunt verba appoſita tunc & eo caſu tantum, caſu prædicto, vt ſupra, tunc & eo caſu, &c.*

20 *Verba, Tunc, & eo caſu, in vulgari excludunt tacitam pupillarem.*

*Et de verbis, Eo caſu, & eis caſibus.*
*Tunc, & eo caſu.*
*Tunc dicto caſu.*
*In eo caſu.*
*Modo, quo ſuprà.*
*Dicto caſu, & dictione, Tunc.*
*Et eo caſu.*
*In caſu prædicto eueniente.*
*Tunc.*
*Tantum, & de alijs verbis reſtrictiuis, ibidem latius vide.*

21 *Extenſio fit in ſubſtitutione fideicommiſſaria ad caſum omiſſum ex diuerſa voluntate & mente teſtatoris collecta & æqua dilectione perſonarum vel ratione agnationis conſeruandæ, & quando verba conueniant etiam caſui omiſſo, & apparente voluntate teſtatoris, cogitantis potius effectum, quàm modum pro agnatione conſeruanda, ad quam quando fiat extenſio, non obſtantibus dictionibus, Tunc & eo caſu, tantum, & non aliter.*

22 *Subſtitutio vulgaris, ſiue tacita, ſiue expreſſa, à qua teſtamentum vires ſuſcipit, cognoſcitur, & præcipuè oſtenditur per duos caſus, voluntatis & impotentiæ hæredis inſtituti. Voluntatis, ſi quidem verbis vel geſtis ad partem negatiuam apparentem, Impotentia, quocunque modo: quo hæres eſſe non poteſt: vel impotentia naturæ, iuris vel facti, his ve ſimilibus de quibus vide diffuſius ibidem.*

23 *Subſtitutio vulgaris cognoſcitur, quando eſt expreſſa per teſtatorem vti clarior hoc aduerbio per cum adiecto, ſcilicet vulgariter, tunc cognoſcitur directa vulgaris, & ex verbis teſtamenti etiam, dum dicitur vulgariter per fideicommiſſum, tuncq; de vulgari & alijs, & de fideicommiſſaria, non eſt dubitandum.*

*Et trahitur obliqua ſubſtitutio ad directam per expreſſam voluntatem defuncti ſi tamen appareat, ibidem.*

24 *Verba hæc per teſtatorem expreſſa, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, oſtendunt ac demonſtrant tres ſpecies ſubſtitutionum, & ex verbis vulgariter & per fideicommiſſum apparet vtraque ſpecialiter facta & expreſſe non in genere in compendioſa, & ſic vulgaris dicitur facta nominatim, & per clauſulam vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum per teſtatorem oſtenditur clara ſubſtitutio.*

25 *Subſtitutio quando reperiatur in teſtamento facta verbis cumulatis, communibus, & obliquis, habetur ac ſi contineret clauſulam vulgaritar, pupillariter & per fideicommiſſum, ſecundum caſuum contingentiam, & omiſſa pro appoſita habetur, & poteſt per ſuperiorem imponi, vt apponatur etiam inſtrumento leuato.*

*Quod limita præſertim, quo ad pupillarem vel fideicommiſſariam, vbi apparere poſſet, neutram habere locum poſſe, & quomodo, vide & declara, vt ibidem pulchrè.*

26 *Clauſula in teſtamẽtis vſitata apponi per notarios, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quinque præcipuè parit effectus accommodatos vltimis interpretandi voluntatibus.*

*Primum quòd ea in caſibus ſuis euenientibus demonſtrat nobis, vulgarem, pupillarem, vel fideicommiſſariam ſubſtitutionem, claram & expreſſam ſpecialibus, non generalibus verbis, & quare, & quomodo, quæ ſi adhæreant verbis communib. & obliquis efficiunt ea directa, ſiue ſint poſita vnico contextu orationis ipſarum ſubſtitutionum, ſiue in diuerſa oratione, & quando excludatur mater, ibidem latè.*

27 *Secundùm effectum parit, quia præbetur d. clauſula, vulgariter*

gariter, pupillariter, &c. electio ſubſtituto veniendi, ex qua velit ſubſtitutione, vel directa vel fideicommiſſaria, ſecundum communem Opin. quidquid dixerit Imol. datur enim electio ſubſtituto in caſu dictarum ſubſtitutionum eodem tempore cõtingente, ſecundùm communem.

28 Quando intelligatur electa vulgaris ad excludendam matrem ab hæreditate patris ipſius filij, & de limitatione, data per Dec. & reſponſione Pariſ. & de pluribus ſubſtitutis in eligendo diſcordibus, & quòd electio non impediatur ex diſcordia, & quare, & vt latius legere eſt, & de materia.

29 Tertium parit effectum de clauſula, vulgariter, &c. quod ob hanc adiectionem per fideicommiſſum reſtituit filio inſtituto habenti vulgarem ſubſtitutum, & tribus effectum exiſtentiæ ſuitatis ablatum, vel in diſcrimine magno poſitum, per vulgarem ſubſtitutionem, & quòd ſit ſublata ſuitas per vulgarẽ, ſecundùm magis communem, & ſuum habeat effectum per adiectionem per fideicommiſſum, declarando tamen, vt ibidem.

30 Quartum parit effectum, quòd ſi inſtitutis filijs pluribus & pupillis, & puberibus, facta ſit ſubſtitutio breuiloqua, vel reciproca, per dictam clauſulam adiectã, vulgariter, interpretatur pupillaris, etiam facto pro pupillis, ſicq; habentibus, puberes ſubſtitutos: nam plena tunc dicitur ſubſtitutio per d. clauſulam, & de pupillari, ne ſit ſine effectu, etiam ſuperſtitibus pluribus impuberibus & puberibus, & quomodo intelligi poſit aduerbium, pupillariter, & de verbo, inuicem verificando in vulgari inter reciproce ſubſtitutos puberes, & impuberes, & vt ibidem latiùs diſcutitur.

31 Quintum parit effectum d. clauſula vulgariter, pupillariter, quòd onus fideicommiſſi iniunctum poſt mortem filij hæredis inſtituti cenſeatur impoſitum non ipſi filio, ſed ſuccedentibus filio, & quando interpretatur voluntas teſtatoris per d. clauſulam, quòd onus tale ſit filio iniunctum, non tamen in legitima & de ignorantia Notariorum d. clauſulæ, nil faciente, quando operatur de voluntate diſponentis: & vt ibidem latiùs legere eſt.

32 Subſtitutio vulgaris expreſſa per teſtatorem eſt cognita expreſſione ſuæ formulæ à lege introductæ, quæ raro in teſtamentis noſtri temporis legitur, & de tribus ſpeciebus vulgaris, tacita, expreſſa, & tripliciter expreſſa ſubdiuiditur, & de tacita, expreſſa & partim tacita, & partim expreſſa, & de duobus caſibus vulgaris, reſpectu noluntatis, & impotentiæ, & quid quoad verba in vulgari ſemper neceſſaria, & negatiua, & affirmatiua: ibidem latè.

33 Subſtitutio vulgaris videtur eſſe vna ſola ſpecies quæ tripliciter cognoſci poteſt ſecundum authorem expreſſè, tacitè, & mixtè, & quomodo & quibus verbis apparet expreſſo modo, vbi late, generaliter, vel ſpecialibus, vel ſingularibus, & quomodo ſpdecialiter quoad verba negatiua, & quare dicantur ſpecialia et quomodo ſingulariter, & de primo extremo requiſito in vulgari. Item ſecundo reſpectu eius cui fit ſubſtitutio, & eius qui ſubſtituitur, & quando ſit expreſſa vel tacita & latius de materia ibidem habetur.

34 Subſtitutio vulgaris item & per interpretem teſtamenti cognoſcitur, quive ſit talis interpres, quæ interpretatio frequentius ſpectat ad doctorem & iudicem, quomodove per dictum interpretẽ explicetur, habetur clare, ibidem.

35 Subſtitutio omnis directa expreſſa vel tacita duo habet extrema, vnum ex parte eius fit ſubſtitutio conceptum negatiuis verbis vel priuatiuis, alterum ex parte eius qui ſubſtituitur conceptum verbis affirmatiuis, & quomodo deueniatur ad cognitionem vulgaris. ibidem pulchre.

36 Subſtitutio vulgaris ſola interpretatur in pluribus caſibus in quibus reperitur facta verbis vix expreſſis affirmatiuis per alia extrema partis eius qui eſt ſubſtitutus ſecum, etiã alijs perſonis admixtis quæ præcedant & ſubſtitutũ, venire ordine ſucceſſiuo cenſendũ ſit, vel ex neceſſitate teſtatoris pro validitate teſtamenti, vel ex nomine collectiuo vocatorum in ſubſtitut.

Et quando pater & filius ſimul admittantur & non ordine ſucceſſiuo, latius omnia ibidem diſcutiuntur ſub nu. 37.

37 Verbum inſtituit poſitum poſt primum gradum hæredum, vel quoad filios exponitur pro ſubſtituit.

Et verbum ſubſtituit, importat ſolum vulgarem, quòad valorem, nõ quoad intellectum, etiam ſi adeſſent dictiones, poſt eos & ſucceſſiue intelligendo, tamen vt ibidem dicitur, & ipſa vulgaris tantum contineatur, vel etiam ſi deicommiſſaria, ibidem.

38 Subſtitutus excluditur à filia fœmina, exiſtẽte tempore teſtatoris, nullo tamen maſculo exiſtente, vigente etiam ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis, non ſuccedant fœminæ, inſtitutis filio & quibuſcunq; alijs, ſuis filijs naſcituris æquis portionibus, nullis tamen extantibus, vel quandocunque decedentibus, per dictionem vniuerſalem, quoſcunque.

Idem de fœminis, ſtante ſubſtitutione, ſi deceſſerit ſine filijs quibuſcunque.

Idem in legatis, ab extraneo patri & filio factis, vel in inſtit. vel ſubſtit. non filio, ſed alijs, & ſuis filijs facto, quando pater & filij ſimul admittuntur.

Idem quòd filius & nepotes ex alio filio præmortuo inſtituti ſimul ſuccedunt, in ſtirpes tamen, & non in capita, alio non apparente ex teſtamento.

39 Subſtitutio vulgaris ſola interpretatur virtute nominis collectiui vocatorum, vt inſtituto fratre hærede, & ſuis vel liberis vel deſcendentibus: nam ſi frater non poteſt, aut nolit eſſe hæres, ſui vel liberi per vulgarem tantùm ſuccedunt.

Et de pluribus vocutis, quando veniunt ordine ſucceſſiuo & per vulgarem ſolum. Item & quando per fideicommiſſ. & non ſimul, ceſſante inter eos neceſſitate cauſatiua, ne teſtamentum rumpatur, & vbi ſit tantummodò affectione maximè ordo.

40 Teſtator inſtituens hæredem fratrem, vel alium coniunctum, & eius filios, hoc caſu ſimul venit frater cum filijs.

Et eſt Communis Opin.

Intelligendo de natis vel conceptis, tempore facti teſtamenti, vel mortis teſtatoris, quia non nati. d. tempore venient ordine ſucceſſiuo.

Secùs, ſi inſtituat fratrem & ſuos vel liberos deſcendentes: per hæc enim verba primò frater, dein ſui vel liberis veniunt ordine ſucceſſiuo, & de differentia inter verbum, filios & liberos, & de copula, nil tunc obſtante.

41 Copula non mutat, nec alterat naturam, & vim nominis collectiui liberorum, comprehendentis propriè omnes deſcendentes, vſque maximè ad trinepotem, ſed potiùs auget, eſtq; continuatiua, & in quolibet copulatorum verificatur.

42 Ordo charitatis & affectionis inducit ſucceſſoris ordinem, vbi per verbum, ſuos, collectiuum per teſtatorem fiat inſtitutio fratris, & ſuorum, vel deſcendentium.

Et eſt magis Communis Opin.

43 Suorum appellatione, qui veniant, & multa de materia, ſuorum, vide latè verb. Appellatione ſuorum.

Appellatione, ſuorum, ſtrictè accipiendo, venit ille, qui habet iura ſuitatis, largè, qui ea non habet, largiſſimè dicitur, & venit agnatus & cognatus, & ſuus, dicitur proximus.

Et in dubio de proximo intelligitur vſque ad ſeptimum gradum. ibid.

Et tandem ſecundùm diuerſitatem terminorum ſibi conuenienter applicandorum.

Vt de ſuis familiaribus, ſeruitoribus, domeſticis, & alijs hominibus ſubmiſſis. ibidem.

Vt de



Vt de ſuis ſiue patriæ, & nationis. ibid.

Vt de ſuis reſpectu patriæ poteſtatis. ibid.

Vt de ſuis ratione agnationis. ibid.

Vt de ſuis quibus debetur ſucceſſio, & natura ex aſcendentibus & deſcendentibus. ibid.

Vt de ſuis ratione ſanguinis, vt aſcendentes, deſcendentes, collaterales. ibidem.

Vt ſuus ſunt, qualitercunque ſuccedẽtes ab inteſtato, vel ex teſtamento. ibidem.

Et tãdem ſecundùm ſubiectam materiam hoc verbum, Suos, intelligi debet. ibid.

Et impropriè in muliere intelligitur de liberis ipſius. ibid.

Et intelligitur de deſcendentibus, tenentibus primũ locũ. ib.

Et etiam hæredibus extraneis in rebus tranſmiſſibilibus ad omnes hæredes. ibid.

Et de verbis, Tuis, Suis, Veſtris, in materiam contractuum, vltimarum voluntatum, & priuilegiorum. ibid.

Et quòd verbum, ſuos, non ſit ſtrictè accipiendum, ſed ſecundum communem vſum, intelligendi de proximioribus conſanguineis ab inteſtato venientibus. ibid.

Et de diuerſis etiam magnis amicis, & ſingularibus, venientibus ſub appellatione, ſuorum. ibidem.

Et de Doctorib. diuerſimodè in hac materia loquentibus.

Et in materia nobilitatis fit trãſitus ad tranſuerſales vſque ad quartum gradum, ad quem extenditur nomen hic ſuorum. ibidem.

Et quod veniat ſingularis amicus. ibid.

Tandémque comprehendit hoc verbum, ſuos, tam maſculos quàm, fœminas, ſicut verbum, deſcendentes: & vt ibi latiùs.

44 Ordo ſucceſſionis reſpectu charitatis & affectionis ceſſat, vbi ceſſare debet veriſimiliter charitas, & affectio teſtatoris erga vocatos, vt in teſtatore extraneo omnino hæredis inſtituti vel ſubſtituti, & aliorum copulatiuè vocatorum, ſub nomine collectiuo, etiam quòd coniunctim tunc ſuccederent exiſtentes in rerum natura.

Fallit, ſi vltra verbum, Liberos ſuos, addatur verbum, Et hæredes: quia tunc ordo ſucceſſionis ſeruaretur.

45 Teſtator, inſtituens fratrem vel coniunctum, & ſuos, vel liberos, vel deſcendentes, qui charitate & affectione teſtatoris veniant ordine ſucceſſiuo, poſt fratre inſtitutum veniunt eius liberi vel deſcendentes per vulgarem tantum, & de ratione, & eſt communis opi. & nomine collectiuo, meliuſque per verbum directum, Inſtituo, cum vulgaris, non fideicommiſ. inducatur ex nomine collectiuo.

Idẽ in legato, & vbi ceſſat tractus temporis, quicquid Aym. dixerit de fideicommiſſaria, etiam quòd in ſubſtitutione poteſt procedere, non in inſtitutione: quia niſi vulgaris interpretatur per directa verba ciuilia, quæ non ſapiunt fideicommiſ. & vt ibi pulchrè.

46 Teſtator, ſubſtituens filio hæredi inſtituto fratrem vel coniunctum, & ſuos, vel liberos, vel deſcendentes, quãdocunque, vel ſi filius deceſſerit hæres ſine liberis, fratri dicuntur ſubſtituti liberi, & deſcendentes vulgariter, & etiam per fideicommiſſum, per verbum commune, Subſtituo, continens expreſſam & fideicommiſſariam, & per verba, habentia tractum temporis explicatum in futurum, quandocunque, & ſit compendioſa, tunc d. ſubſt. vigore etiam nominis collectiui ſuorum liberorum & deſcendentium, vt fiat ſucceſſio etiam per fideicommiſſum, & quòd interpretetur fideicommiſſaria in liberis, & quando, & per quæ verba, & quòd filio deſcendenti reſtituatur hæreditas per fideicommiſſum, retenta Trebellianica, & quare, vide ibidem latiùs de materia.

47 Subſtitutio vulgaris ſola poteſt, & per interpretem declarari, in teſtamento facta, quando ſit reciproca poſt inſtitutionem, vnica conceptione verborum facta, vocans puberes vel diſpares ætate, vel poteſtate patria ſolutos, nulla conditione appoſita, tractum temporis denotante, alioquin his contraria oſtenderet, vel pupillarem, vel fideicommiſſariam, & de ratione: & eſt communis.

48 Subſtitutio vulgaris itidem dicitur ſic facta, &c. & eiſdẽ hæredibus ſuis omnes eorum filios maſculos & deſcendentes ab eis ſic inuicem ſubſtituit, ſimpliciter in ſtirpem, & non in capita.

49 Subſtitutio item vulgaris dicitur ſic facta, &c. cum vnus hoc, quòd vnus ſuccedat alteri, & eorum hæredes maſculi tantum ex ſe legitimè deſcendentes, nec erit fideicommiſſaria.

Item eſt breuiloqua, quòd alter alteri ſuccedat.

Et quando tantùm directæ ſubſtitutiones non fideicommiſſariæ contineantur.

Et ſit communis opin. alio in contrario non apparente de mente teſtatoris, quòd etiam fideicommiſſaria contineatur, & quando hoc apparere dicatur.

50 Inſtitutus magnam conſequitur vtilitatem, quando ſola vulgaris ei ſit facta ſubſtitutio: quia adita hæreditate, expirat adeò vulgaris, vt bona libera habeat in ſua poteſtate abſque onere fideicommiſſi: quæ tamen vtilitas faciliter tollitur per clauſulas, ſolitas apponi in teſtamentis, &c. Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & per clauſulam codicillarem, ſi non valet, &c. & quomodo, vide latè declarata per Auctorem ibidem.

51 Subſtitutio vulgaris præſumpta cognoſcitur quãdoque per legem, teſtatore. ſ. formante ſubſtitutionem pupillarem & conditionem exprimente pro ea neceſſariam. Vt, Si filius meus hæres erit, & in pupillari deceſſerit, Titiũ ſubſtituo, moriente filio inſtituto, viuẽte teſtatore. Lex tunc fauens teſtamento, ne caducum fiat, vulgarem interpretatur hoc caſu reſurgere ex veriſimili teſtatoris mente, & dicitur vulgaris omninò tacita, & tacita præſumpta, ex interpretatione extenſiua, non declaratiua, & late de materia iſta ibidem.

Formata verò pupillari ſimpliciter ſine illis verbis, Si hæres erit, vt ſic dicatur, Si in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Titium, filio inſtituto, præ defuncto viuo teſtatore, operatur vulgaris, ex generalitate dictorum verborum, non ex Legis expreſſione. Quæ verba ex ſui natura poſſunt intelligi in caſum vulgaris, ante aditam hæreditatem, & pupillaris poſt aditam, & hæc vulgaris dicitur, etiam expreſſa verbis generalibus, eſtq; Commun. opin. ibidem.

52 Subſtitutio vulgaris & directa cognoſcitur ſexto modo ex ſuo effectu, conſiderando, quales ſint eius effectus à natura inducti ex ſpecie eiuſdem, ex effectu enim ipſo indicatur directa, & quomodo, cognoſciturq; colligendo fructus, & eius ſaporem guſtando, cuius effectus potius attendi debeat, quàm ſonus verborum.

Et de plurib. eiuſdem effectib. cum pluribus dubitationibus, & diuerſis ſolutionibus, diſtinctionibus & limitationibus, vide remiſſionem ad Doctores ibid. & vide quinque effectus vulgaris principales, per Bar. in ſeq. num.

53 Subſtitutio vulgaris, primum effectum principalem operatur, quòd ſubſtitutus admittitur, ſi inſtitutus non ſit hæres, vel alium hæredem non faciat, quid ſi ſit ſpes reſtituendi inſtituti in integrum, ſuper eo, ſi inſtitutus non ſit hæres, quidve ſuper alio. ſi hæredem alium non fecerit de iure tranſmiſſionis ad hæredem hæredis excludẽtem ſubſtitutum.

Et quòd hæc ſit Communis opin.

Et quid de domino, pro ſeruo inſtituto.

Et de monaſterio, pro monacho inſtituto.

Et de fiſco pro indigno inſtituto.

Et de patre, pro filio inſtituto adeuntibus & excludentibus ſubſtitutum.

54 Subſtitutio vulgaris ſecũdum operatur effectum, quòd teſtamentum poteſt ſumere vires ab ipſa vulgari, vbi maximè defectus ſit ex parte inſtituti, etiam & vulgari tacita, & eſt communis, & tacita contenta in pupillari, mortuo pupil. etiam in vita patris, ſecundum communem,

ſiue

ſiue potuerit pater prouidere poſt mortem filij, ſiue non.
Idem in vulgari tacita contenta in pupillari facta ventri, verificata poſthumo non nato, quòd ſubſtitutus ſuccedit.
Et eſt Communis opin.& communior, ac verior. ibid.
55 Subſtitutio vulgaris expreſſa tertium operatur effectum, quod continet tacitam pupillarem.
Fallit contraria voluntate teſtatoris apparente expreſſa vel tacita, etiam ſtatuto extante de exequendis teſtamentis ſine aliqua interpretatione, & quare per talem tacitam pupillarem mater non excludatur, ſecundùm communẽ, contra quam vide Pau. Leo. vt ibi, & quòd etiam excludatur mater teſtatoris, quando ſubſtitutus ſit de deſcendentibus teſtatoris.
Et de ſtatuto, prohibente interpretationem teſtamentorum, vide ibidem.
56 Subſtitutio vulgaris quartũ operatur effectum, vt per eam teſtatori immediatè ſuccedatur, & in eius bonis & in bonis pupilli, etiam per tacitam pupillarem contentam in vulgari, & ęcontra, ſecundùm Bart.
Et quòd per talem tacitam vulgarem excluditur mater pupilli, & mater teſtatoris, & quando, & filia etiam inſtituta in re certa.
Idem dicitur de vulgari, partim expreſſa, & partim tacita, quod in caſu tacito excludit matrem, reprobato Bartol. intellectu.
Et eſt Commun. opin. ac concluſio, & quare ſubſtitutus non repellatur per tutelam pupilli non ſuſceptam, ibidem.
57 Subſtitutio vulgaris quintum parit effectũ, quia tollit ſuitatem inſtituti, quo ad tranſmiſſionem, & alios effectus ſuitatis.
Et eſt Communis opin.
Intelligendo & declarando, vt ibi,
Limita tamen, qnando vulgaris eſt cum fideicommiſſaria.
58 Subſtitutio vulgaris ſextum parit effectum, quia tollit ius accreſcendi.
Quod intellige & limita, vt ibi.
59 Subſtitutio vulgaris operatur ſeptimũ effectum, quòd ſubſtitutus ſubrogatur in locum eius, cui ſubſtituitur.
Etiam ſubſtituto alij cohæredi, ſicq; vltimus ſabſtitutus, poteſt dici primi inſtituti ſubſtitutus.
Et eſt communis.
Et de ſubſtitutionibus quibuſcunque, & vulgaribus, & pupillaribus, & fideicommiſſarijs effectis caducis ibidem.
60 Subſtitutio vulgaris octauum parit effectũ, quia capit etiã legitimam inſtituto deficienti debitam, & quare quicquid dicatur in contrarium, & de communi, cùm magis communis ſit, vt ſupra, quid in legitimam vulgaris teneat, & capiat eam cum vniuerſali ſucceſſione, ſicut tollit ſuitatem, etiam quoad tranſmiſſionem & alios effectus, quando ſcilicet debeatur filio, decedenti poſt mortẽ patris, non eo viuo, quia tunc nulla debetur legitima, & vt ibidem latiùs hoc diſcutitur, & de materia.
61 Subſtitutio vulgaris ſeptimo modo dignoſcitur ſine ſuo non inepto, nec incongruo, cum interpres teſtamenti eius dubitationem præ manibus habeat continuò vertere.
Vel in affirmatiuam.
Vel in negatiuam partem, ſcilicet aut extare vulgarẽ, aut non extare.
62 Subſtitutio vulgaris ceſſat in ſubſtitutionibus, habentibus expreſſam vel tacitam conditionem legalem, Si non erit hæres, factis, ſcilicet vel hæredi inſtituto vel legatario, vel fideicommiſſario, & quare ſic ceſſat, & quomodo, ibidem vide declaratum.
63 Itẽ quoque finitur in ſubſtitutione habente expreſſam conditionem, ſcilicet & ſi deceſſerit ſine liberis, vel aliam: nam expirat, inſtituto ante aditam hæreditatem decedente, cum filijs vel liberis.
Amplia hanc conditionem in eadem conditione ſine filijs poſita etiam in fine, quòd referatur ad vulgarem primo loco factam, ibidem.
Et in filijs ſic poſitis in conditione, qui ad eorum commodum aliàs non excluderent ſubſtitutum, ibidem.
Et quando vulgaris tacita contenta ſub pupillari non expirat, extincta pupillari, prout ſic videtur receptior ſententia, ibidem.
Et quando hæres repudiat hæreditatem expreſſa cauſa, quia eſt damnoſa, & latiùs ad materiam. vide ibidem.
64 Scire aliquid, non ſolum artis eſt, ſed quædam ars etiam docendi.
65 Regula dari non poteſt ſuper difformibus, quæ cõmunis ſit, ſed oportet ſigillatim capi & diſtingui.

## ¶SOLVTIO. V.

1 IGITVR in propoſita dubitatione inſtando, † quomodo cognoſcatur directa ſubſtitutio, præmitto, recordariq; iterũ oportere præmoneo, in primis generalem directarum ſubſtitutionum cognitionẽ, verti, & conſiſtere in his earum ſex ſpecierum, notis legalib. & magiſtralib. nominib.

Vulgaris, pupillaris, exemplaris, militaris, reciprocę, ſeu breuiloquæ, compendioſæ.

2 Vulgaris autem ſubſtitutio ſic per Legiſlatorem appellata ſpecialiter interpretari, & cognoſci poteſt, ex ſuo nomine conſequẽte rei, ex ſua formula verborùm, conditionali negatiua lege inuenta, aut per teſtatorèm expreſſa, aut per interpretem teſtamenti ſubintellecta, aut per legem præſumpta, & ex effectu, finéque ſuo.

Nam ſuo dignoſcitur nomine conſequente rei, vt debet eſſe nomen. per §. eſt autem aliud genus. Inſtit. de don. cum concord. ibi ſign. in gloſ. in verſ. & conſequentia. quia conuenit vulgo, vt dicam, teſtantium, ſiue ſit paganus, ſiue miles ſiue parens inter liberos, impuberes, vel puberes ſuos, vel emancipatos, ſiue ſit extraneus inter extraneos teſtans, & conuenit vulgo, id eſt, cuilibet inſtituto, inter quos nunc dictos teſtari licet, & contingit, & cuilibet ſpeciei dictarum ſubſtitutionum vt ſuper quaque earum dicemus, & cuilibet rei diſpoſitæ, ſiue vniuerſalis, ſiue particularis ſit, hic quæ etiã probantur legibus vulg. ideo ſuper eis allegãdis aliter tempus non conteram, quia ſuper nomine iſto diſceptatio, vti relinquenda pertinacibus nauſeam facit ferè cũctis Scribẽtibus in hac materia, tamen hæc mea inductio, & deſcriptio incongrua ingratáque non videtur circa nomen vulgaris demonſtrandæ ſic appellatæ per Legiſlatorem in rub. & to. titu. ff. de vulgar. & pupill. & inſtit. eo. & probatur per Alber. de Roſ. in l. precibus. colum. 3. nume. 6. C. de impub. & alimen. ſubſtitu. poſt Cyn. ibi.
3 nume. 6. † ſicut clauſulam annua, bima, trima die, quia
cuilibet præſtationi ſic diuiſæ conuenit, vel diſtractioni pignoris, vt l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. ff. de pig. act. vel contractui emptionis: vt l. ſed Celſus. §. 1. de contrahen. emptio. vel legatorum, vt l. 3. in princip. de ann. lega. ideo vulgarem appellat. text. in l. talis ſcriptura §. ſed ſi annuos. in fin. de leg. 1. vt Socin. idem ponderat in l. 1. colum. 7. ſub nume. 12. de vulg. & vulgarem cautionem appellat, text. in l. filiusfam. §. idem principes. de lega. 1. vbi ergo ſubſtitutio conuenit, vtpote vulgo ante dictarum perſonarum & rerũ, cõſequens eſt, eam appellatam vulgarem demonſtrari: quo quidem omiſſo, nunc ſingulatim explicanda, ſed infra exponendo, dicam
4 modò vltimum, † quòd vulgaris ſubſtitutio etiam proprie cadit, & militat in particularibus, & ſingularib. relictis ex teſtamento, & ex donatione cauſa mortis, prout in hæreditatibus: vt hæredibus. de leg. 3. & l. 1. §. in

pri no



primo. & §. ſequ. & §. ſi autem aliquid ſub conditione,
de cad. tol. & ibi Doct. tradunt, & Corn. in conſ. 295.
col. pen. verſ. ſin autem dictio. lib. 1. & conſ. 131. ad fin.
lib. 3. Rui. conſ. 100. colum. 2. num. 4. lib. 2. & pulchrè
Aym. in conſ. 311. quæ etiam, ſicut in hæreditate expirat
poſt aditam hæreditatem, l. poſt aditam. C. de impub. &
al. ſubſtit. ita in legatis, & fideicommiſſis expirat per agnitionem
primi legatarij in ſpecie text. eſt in l. ſi legata.
C. de leg. ibique Doct. not. Crot. conſil. 65. num. 3. &
Ruin. d. conſ. 100. num. 4. & conſ. 92. colum. 2. nu. 5. &
5 conſil. 180. colum. 2. num. 5. lib. 2. vbi loquitur † in fi-
deicommiſſo, habente vulgarem, ei factam, ſed expiratam
per diem fideicommiſſi, ceſſantem pro primo, viuente
fideicommiſſario, in quo caſu fideicommiſſum
etiam non agnitum ad hæredes fideicommiſſarij tranſmittitur:
per l. cogi. §. idem Metianus. ff. ad Trebel. tradunt
Bartol. & alij in l. cum filiofam. de leg. 1. & eſt com.
opin. Gualden. de arte teſtan. titu. 5. de ſubſti. cau. 23. in
fin. cum alleg. ſuprà interpr. pręced. dubit. 5. verſ. quintò
6 communia. iſto † quoque caſu vulgaris ſubſtitutus ex ca-
pite noluntatis, vel impotentię ad legatum, fideicommiſſum
non agnitum tollit tranſmiſſionem: not. Caſtr.
& Iaſ. in d. l. ſi legata, latè ſcribit Anton. Gomez in ſuo
Comment. Iur. tom. 1. cap. 9. ſub num. 34. & incapacitate
exiſtente primi legatarij, ſubſtitutus, veniet ad legatum.
Oldrad. conſil. 39. Thema tale eſt. Legatum fa-
7 ctum. † alioquin autem, moriente primo fideicommiſſario
pendente conditione fideicommiſſi conſequendi,
cui facta eſt ſubſtitutio vulgaris, ſic conuenienter interpretatur.
Subſtitutus quidem admittitur, etiam exclu-
8 ſis filijs primi fideicommiſſarij † eò, quòd in vulgari ſub-
ſtitutione ceſſat diſpoſitio: l. cum auus. de condi. & demonſt.
cum ſimil. vt ex facto reſpondit. Dec. conſil. 416.
idem firmando, non facta mentione de conſilio hoc
Decij, ſed de conſi. Ruini, cui dicit, ſe ſubſcribere ſuper
eodem teſtamento, conſuluit Socin. Iun. conſilio 100.
columna prima, & ſequen. libro primo, vbi addit Corn.
conſi. 1. col. penul. lib. 4. idipſum probantem, & eſt Ruini
conſil. 106. lib. 2. idem probat & conſil. 166. col. fin. &
Dec. conſil. 529. in fin. omnes ferè in hoc concordant,
dicit Bero. conſil. 128. ſub num. 10. lib. 2. in caſu eodem,
de quo Dec. Rui. & Soci. Iun. conſuluerunt, idem conſuluit
Cur. Iun. conſi. 33. refert Zanch. in §. cum ita num.
241. l. hæredes mei. ad Trebel. Conſidera in hoc quomodo
eſt poſt hęredis inſtitutionem, communiter expreſsè,
quandoque tacitè factam, hac conditione negatiua,
ſic formata, ſic poteſt procedere diſtinctio, facta
per Sfor. Oddum Peruſ. in tract. compendioſę, parti. 4.
in q. 1. art. 5. verſi. 3. ſingulariter. quòd aut compendioſa
eſt facta ab extraneo, aut ab aſcendente, cum diſpoſitio.
d. l. cum auus. de conditione ſubintellecta, non habeat
locum in extraneo, per gloſſ. in l. ex facto. §. ſi quis
rogatus. ff. ad Trebel. ſed in aſcendente per fideic. vniuerſale
grauante deſcendentem, vt latè firmat Socin. in
d. l. cum auus. col. 1. in princ. not. articulo tranſmiſſionis
etiam deciſo, pro ſubſtituto per vulgarem, tollentem
exiſtentiam ſuitatis: Socin. in d. l. 1. col. 54. nume. 47. de
vulgar. & pupil. ita vulgaris conuenit fideicommiſſo per
modum cuiuſdam ſubrogationis, dum caſus fideicom.
euenit primo fideicõmiſſario prę defuncto, tradit Corn.
conſi. 35. ad fin. lib. 2. comprobat Socin. Iun. conſil. 114.
9 col. 3. num. 14. l. 1. quinimò † vbi dubitatio verſatur, ſub-
ſtitutio, an vulgaris ſit, vel fideicommiſſaria, potius vulgaris
eſſe interpretatur ex ſententia Socin. firmat Ruin.
d. conſ. 100. col. 3. ſub num. 4. lib. 2. quod intelligendum
eſt, ſi ſubſtitutus vocatus eſt per nomen appellatiuum:
ſecùs eſt enim, ſi vocatus eſt per nomen collectiuum,
quia tunc fideicommiſſaria eſt, & procedit ordine ſucceſſiuo,
vt latè defendit Aym. conſil. 22. & dicetur in ſequent.
interpr. itaque ex nomine cõſequenti rei liquere
poteſt de vulgari: quæ ideo non ſine myſterio per Legiſlatorem
ſic appellata eſt, ſecundum Alber. in rubr.
col. 4. ſub num. 5. de vulg. & pupil. cuius exprimit aliqua
Pau. Leo. in d. tract. in cap. de vulg. num. 36.

10 Secundò clariùs † conſtat ex formula verborum ſua conditionali negatiua, quæ eſt poſt hæredis inſtitutionẽ communiter expreſsè: quandoque tacite factam, hac conditione negatiua ſic formata: Si mihi Lucius Titius hæres non erit, tunc Seius mihi hæres eſto: ita ponit tex. in l. 1. de vulg. & pupil. Salyc. in l. fin. in pri. no. C. de inſt. & ſubſt. dicit, quòd vulgaris expreſſa ſui natura fit verbis negatiuis. & Paul. de Caſt. in d. l. 1. nu. 3. verſi. in text. ibi, Lucius Titius, quòd vulgaris concipitur verbis negatiuis, & ſi poſſet concipi per verba affirmatiua, quando tamen habẽt implicitam negatiuam: vt, Inſtituo Titium, & Seium ſubſtituo, intelligitur, ſi Titius hæres non erit. per no. in l. Gallus. §. 1. de lib. & poſth. & Barto. in d. l. 1. in 3. q. nu. 16. 17. tenet, vulgarem, ſiue expreſſam, ſiue tacitam, quo ad eum inſtitutum primum, cui ſit ſemper fieri, & ſubintelligi facta, per verba negatiua & priuatiua, & iſtud nunquam fallit, quem ibi omnes ſequuntur, & Zaſ. in d. tract. cap. 1. de vulgari. col. 2. nume. 2. & Pau. Leo. in d. tract. in cap. de vulgari. num. 48. & Rip. in d. l. 1. num. 101. & 102. dicit, quòd reſpectu ſubſtituti ſemper inſpiciendum eſt, quibus verbis inſtituto facta ſit ſubſtitutio, quòd primum extremum, in ſubſtitutione attendendum, Bar. ibidem, & Doct. appellant. ita cognoſcitur forma, & eſſentia vnius ſubſtitutionis ab altera, inferendo in ſubſtitutione vulgari, quòd iſta ſemper fiat verbis negatiuis, aut expreſſis, aut ſubauditis, aut à lege tacitè ſubintellectis, quod probat ipſius vulgaris cognitionem per me ſupra præmiſſam, per hæc verba: Ea mihi præmoriente, vel hærede non exiſtente, ſi non remaneret filius, vel quib. deficientibus, omnib. decedentib. ſubſtitutio eſt vulgaris tantum, Rui. conſil. 99. nu. 10. l. 11. Soc. Iun. conſi. 102. col. 3. & ſeq. lib. 1. conſi. 160. nu. 56. & ſeq. lib. 2. refert Zanc. in §. cum ita nu. 246. l. hęredes mei. ad Treb. Conſtare enim de vulgari, dum per verba, quib. ſolet fieri, vulgaris ipſa dicitur, ſi tales hęredes nõ erũt, &c. ex not. per gloſſ. in §. qua ratione. Inſtit. ne pupil. adducit Socin. Iun. d. conſil. 114. col. 3. num. 10. lib. 1. habuit forſan à Dec. per eadem verba ferè loquente, in conſil. 529. num. 2.

11 Verba † autem illa conditionalia negatiua, hæres non erit, &c. interpretantur, & verificantur, vno ex duobus caſibus in eo, cui facta eſt ſubſtitutio, negatiuè implendo vno, quia inſtitutus vel noluit: altero, quia vel non potuit eſſe hæres, vt per text. iam in alleg. l. cum proponas. C. de hæred. inſtitut. & ibi Bartol. & alij not. in d. l. prima, numero 13. Ripa num. 87. & Socin. nume. 14. dicendo cum Bartol. tranſire Doct. addit tertium caſum, quo etiam negatiuè in teſtatore non errante Bald. in dicta l. cum proponas. nume. 2. fit locus vulgari. ſ. vel ſi inſtitutus alium hæredem non fecerit: per l. ſi paterfam. ff. de hæred. inſtit. & ponit in conſil. 20. columna 6. verſicu. nec obſt. ſi diceretnr. lib. primo, & Zaſ. in dicto cap. 1. de vulgari. colum. 3. nume. 9. & Pau. Leo. in d. cap. de vulgari. nume. 58. In iſto autem tertio caſu plura diſcutiunt Docto. circa duo. Primum, de iure ſubiectionis in inſtitutum: vt de iure domini, in ſeruum inſtitutum: de iure patrio, in filium inſtitutum: de iure patrimonij, in Monachum inſtitutum: & de iure fiſci, in indignum inſtitutum, quando excludat vulgarem. Alterum eſt de iure tranſmiſſionis, ex inſtituto ad ſuos hæredes & ſucceſſores, quando impediat eſſe locum vulgari ſubſtituto, ne meam aſſumptam dubitationem, eiuſq; interpretationem, & demonſtrationem vulgaris nimium digrediar. Quoad primum, de iure ſubiectionis in inſtitutum in occurrentia vulgaris ad iuſtitutum aliquem ex ſubiectis nominatis, lectorem remitto ad ſcripta per Bartol.

Bald.

Bald.Angel.Salyce.in dicta l.cum proponas,& Socin.in dicta l.prima.num.15. vſque ad num.30. Rip.num.115. 116.142.150.155.Poli.in dict.tract. de ſubſtitut. vulgari, in tertia particu.per totum.Zaſ. in dict. cap. de vulgari, num.9.10.11.12.& per Angel. Aret. in tract. de teſta. in Gloſſa 84.& Pau.Leo in dict.cap.de vulgari.num.58.& ſeq.Quoad alterum, de iure tranſmiſſionis, quando facit ceſſare vulgarem, etiam eum remitto ad dicta loca: Bald.in d.l.cum proponas.num.5.& Ruin.nume.49.vſque ad num.71.Socin.in d.l.1.num.17.& ſeq.Rip.num. 129.& ſeq.Zaſ.in d.c.de vulgari.nume.13.& ſeq.& Pau. Leo eo. num.161.& Ant.Gomez.in d.comment.tom.1. cap.3. de vulg.nume.25.& Alexand. conſil.4. nume.35. lib.2.& ſatis clarè per Odd.Peruſ.de compendioſa in prælud.part.2.in quæſt.5.& Bald.in l.fina.in princi.nu.3.
12 C.de bon.quæ lib.Circa duos alios caſus voluntatis, & impotentiæ,ſciendum eſt, alterum expreſſum comprehendi,& verificari in altero,interpretari, ac exponi pro altero,vt dicere,ſi nolit eſſe hæres,ſi non poſſit eſſe hæres habeatur pro eodem dicto, ad non eſſentiam hæredis inſtituti,quæ tandem facit eſſe locum vulgari ſubſtituto:Pau.de Caſt.in d.l.cum proponas. num.2.Barto.in d.l.1.num. 13. & Alex. num. 11. comprobando & dando quinque limitationes, & Iaſ.num.24.& ſequ.& Soc.nu. 13.verſ. demum ſecundo loco ſubtiliter tangendo limitationes.Alex.vndecim limitationes adducit,&ibi Rip. nu. 89. vſque ad nu. 98. examinando & limitando cum alijs,& vltra alios hanc regulam,& materiam, l.Gallus. §.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthum.de vno caſu extendendo ad alium ſimilem, de qua etiam ibi latè per Bart. & alios Scribent. & plura ſcripſi ſupra lib. præceden.interp.3.dubit.1.ſolut.3. verſic. omiſit. & interpr. 3. dubit.2.ſol.2.ver.extenſam.& lib.1.interpr. 2. dubit. 2. ſolu.vltim.verſ.14.& Pau.Leo.in d.cap. de vulgari. nu. 71. vſque ad num. 112. latè inſiſtit, defendendo dictam communem concluſionem in vulgari,quòd conditio expreſſa,Si nolit eſſe hæres,comprehendat, & ſe extendat ad aliam,Si non poſſit eſſe hæres,& econtra,per doctrinam de extenſione nobis traditam, per text. in d. §. & quid ſi tantùm.& in l.fin.C.de inſtit. & ſubſt.& in l.fi.C. de poſth.hæred.inſt.& l. iam hoc iure. de vulg. & pupil. hanc eandem eſſe commun.opi.refert Couar.in dict.c.
13 Raynutius.in ſuo §.4 de vulgari.nu.5.† vide not.caſum ad vulgarem deductum ad impotentiam hæredis per teſtatorem,quando priuauit in teſtamento hæredem, aliquo tempore tentantem, vel cogitantem committere aliquod delictum,ob quod bona venirent confiſcanda, ſic delicto commiſſo in vita teſtatoris, in eo locum habet vulgaris pro ſubſtituto, etiam contra fiſcum: Ru. conſi.129.num.5. 6. lib. ſecundo. In his autem locis ſuprà remiſſis,& ſi per alios,& per me in materia vulgaris ſubſtitutionis,& generaliter in materia aliarum ſubſtitutionum,& diſpoſitionum multa fuerint dicta de caſu trahendo,porrigendo,vel extendendo ad alium caſum:vi-
14 detur tamen nunc omnino noſtrum eſſe non omittere †caſus aliquos præcipuè,& ſpecialiter in materia noſtrę vulgaris contingibiles,& quotidianos referre,quibus in ipſa vulgari extenſio locum non habeat & quas ad dictam concluſionem limitationes Doctores appellant, quoniam & ſic cognoſcimus,Vulgarem non vigere.

Primus quidem,à perſonis incipiendo, caſus eſt.Pone,Teſtator filijs maſculis poſthumis hæredibus inſtitutis,ſubſtituit ſuos fratres, & eis deficientibus, ſubſtituit eorum filios maſculos, priùs & filius teſtatoris hæres, & fratres ſubſtituti deceſſerunt cum filijs, poſteà deceſſit teſtator,filiabus relictis,& dotatis,excluſis ab vniuerſali inſtitutione,& ſubſtitutionibus.Quæritur, An filijs fratrum ſuccedere poſſint ex aliqua vulgari ſubſtitutione: ex facto Argumentis hincinde adductis,eos non ſuccedere, reſpondit Iaſ.in conſil.220.lib.2. ea præcipua ra-



tione in fundamentis allegata, & in reſponſionib.firmata,quòd caſus ſubſtitutionis factę ſolis fratribus euenieſs extendi nõ debet ad filios fratrum, nec ad alium caſum eorum ſubſtitutionis: quia caſus vulgaris ſubſtitutionis pro vna perſona ſubſtituta non extẽditur ad aliam perſonam, per iura, & deciſ. ibi per eum alleg. & tenent Alexand. in dicta l. prima, ſub num. 11. verſicul. & in quantum. Bartol. de vulgar. pupil. ibi Socin. ſub. num.
15 14.verſi.ſecundò limita.& Ruin.num.43.& Rip.nu.92. dicit, idem † eſſe ſi facta extenſione variatio contingat in perſona vel inſtituti, vel ſubſtituti, & quòd ita communiter Doct.ſequuntur,licet quoad perſonam inſtituti,videatur refricare in dubium Oldr. conſi. 177. teſtator,quod tamen ſequitur Alexand.conſi.1.nu.13.lib.1. & dato,quòd eadem ratio, & eadem mens præſumpta teſtatoris concurrat in alia perſona, vel veriſimilis diſpoſitio teſtatoris, ſi de eadem perſona cogitaſſet. Talem extenſionem tamen non fieri rurſus,firmat Iaſ.in conſi. 228.colum.2. libr.2. idem probat Dec. in pluribus ſuis conſ.& conſil.211.colum.penult.num.5. conſi. 287. col. 4.conſi.451.num.8.conſi.291.colum.3.& conſi.314.col. fina.verſ.tertio,loquens in vulgari.& conſi.377.num.3. & alibi,& Alexand. conſil.31.ſub num.5.& refert.Aymo conſi.98.colum.pen.num. 13. & Marſi. Singul. 498.ita eſſe veram,& communem theoricam,dicit Bero. conſ. 63.ad num.25.& conſi.152.nume.1.lib.2.& Ceph. conſi. 107.num.18. & ſequent.

16 Secundus caſus eſt†extenſionis non fiendæ ad alium caſum, nec ſequatur abſurdum, quòd ſubſtitutus extraneus præferatur magis dilecto per teſtatorem, & contra eius voluntatem præſumptam: vt l. cum auus. de cõd.& demonſtr.& l.cum acutiſſimi.C. de fideicom. vt ſi filius ſit inſtitutus hæres, & ei nepos naſciturus ſubſtitutus ſit, & poſthumo nepoti Titius ſit ſubſtitutus,repudiante filio hęrede primo,nec non & repudiante nepote,& poſthumo,Titius ſubſtitutus non admittitur ratione euitandi abſurdi, ne excludat nepotem contra mentem præſumptam teſtantis,eum ſubſtituẽtis potius in ſuitatem,quàm in hæreditatem,ne teſtamentum rumperetur,vt per gloſſam ſic declaratam per Bartol.Caſtr. Imol.& Alexan.in l.ſi mulier.§.1.de vulgar. & pupil.ita Alexand.in dict.l.1.ſub num.11.verſi. & primò adde eo. & ibi Socin.ſub nume.14.verſi.quartò limita. ibi Ripa. nume.97.quòd procedere intelligit, ſi tale de maiore dilectione conſtet ex ſerie teſtamenti,ſimpliciter adducit Beroſ. conſil.102. nume.31. lib.2.quia exiſtentia ſui hæredis iſto caſu, excludit ſubſtitutum:Bald.in tract.de ſubſtitu.in rubr.de vulgari.colum.penult.ſub nume.31. ac etiam excludit maior dilectio inſtituti deficiẽtis eſſe hæredem, vt defendit Iaſ.in d.l.cum proponas. col.3. in prima limitatione,& in d.l.1.nume.31.& ſentit Paul. Leo.in d.cap.de vulgari.nume.116. Hunc caſum comprobat,& Hier.Zanch.in rep.§.cum ita l.hæredes mei. ad Trebel.nume.271.

17 Tertius † caſus eſt non porrigendus ad alium omiſſum in vulgari, quando is omiſſus ſit diſſimilis expreſſo, & is etiam expreſſus non ſit de contentis de ſui natura in ipſa vulgari includentibus vtramque noluntatem, & impotentiam, ſed expreſſit vnum caſum indiuiduum, quòd ſubſtitutio facta eſt de Titio, ſi naſcatur poſthumus,& ſic ad certum caſum & tẽpus natiuitatis poſthumi,quando poſſit,adire,qui cum natus non fuerit, caſus iſte eſt diſſimilis expreſſo, ſi naſcatur, & ſic de alio tempore, quando non poſſit adire diſſimilis enim dicitur, quando per ipſum omiſſum ſic purificatur ſubſtitutio,& eo modo, vt fuiſſet purificata,per expreſſum declarat Ripa in d.l.1.nume.93.ideo ſubſtitutio de Titio facta ceſſat,argu.l.commodiſſimè, de liber.& poſthum.& l.ſi quis ita ſubſtituerit, de vulgar.& pupil.& l.pater Seuerinam.de condit.& demonſtrat.& not.per gloſſ.Bartol.





Alexan.& alios in l.ſi mater.§.primo,de vulg.& per Angel.in ſpecie in conſilio 51.Simon.ad fin.& in conſil.93. Niſi inſpectis,col.fin.& in l.prima,§. ſecundo, de vulg. licet deciſ.hæc Angel.videatur dubia per l.fin.C. de inſtitut.& ſubſtitut.& ſcripta per Alex.in dicta l.ſub nu. 2. & per Socin.ibi ſub dicto num.14.tertia limit. tamẽ ibidem Ruin.n.45.in fin.dicit, quòd iſta opinio Angeli eſt rationabilis,& non eſſet malum in practica pro ea conſulere,cum pro ſe habeat authoritatem Bartol. Alex. & Aret.in locis ibi per eum allegat.& aliorum allegat. per Hier.Zanch.in dict.repet.§.cum ita l. hæredes mei. ad Trebel.num.270. Quam ego tenendam arbitrarer, ſi præciſa mens teſtatoris cognoſceretur, & reſtricta ad caſum expreſſum per ea,quæ infrà dicam, & per deciſ. Oldr.in conſilio 141. Thema tale eſt, Dominus Guid. vbi maximè in colum.fina.adducit ſubſtitutum non admitti,quando vulgaris ſubſtitutio concepta ſit, ſub alia conditione,non veniente ex natura vulgaris, & eiuſdẽ in conſilio 142.& ſequent. vbi non eſt locus vulgari factæ in defectu plurimum poſthumorum, ſi vnus ſolummodo ſit natus.& defecit, ita à caſu omiſſo arguit per dictam l.commodiſſimè,& eundem in conſilio 177.teſtator,vbi ſubſtitutus poſthumo ſecundo loco naſcituro,& non nato, etiam primo poſthumo nato deficiente, non admittitur,ex pluribus rationibus:& maximè,ſi is,cui facta eſt ſubſtitutio ex habituali poteſtate non poteſt capere,quia nunquam fuit in rerum natura,& quia conditio aſcripta decedenti, nunquàm extitit,cùm non natus non poſſit decedere, per l.qui duos.ff. de manu. teſtam. ita excluditur ſubſtitutus per l.qui habebat, de vulg. & has vltimas rationes maximè firmat Alex.in d.conſil.1. ſub nume.13. & eadem deciſ. reaſſumit & firmat Ioan. Andr.in addi.incip.cum patronus. in ſecunda,tertia, & quarta quæſtio.ad Spec.in titul.de teſta.§.primo,ad fin. ſequitur.Caſtr.conſilio 219. Viſis & conſideratis colum. prima,lib.primo,& Corn.conſil.28.colum. penult. verſic.verbum hæredum.lib.primo,& Ruin.conſi. 96. col. fin.lib.primo,cum concordan.alleg.per Hier.Zanch.in dict.repet.§.cum ita,l.hæredes mei.nume.151.de quibus tamen ſpecialiùs dicam infrà in proxima ſpecie pupillaris verſic.prima dubitatio,nec iſtam cõcluſionem turbet,quòd idem Zanch.ibidẽ num.dicat,dict.deciſ.Old. eſſe communiter reprobatam:quia poteſt procedere reprobatio in rationibus de ſubſtituto vltimo admittẽdo remoto medio ſubſtituto,per l.ſi Titi[9] cohæredi.in princip.de vulgar.& pupil.ſecùs eſt in rationibus,reſpicientibus extẽſionem vnius caſus ad alium,quia in terminis caſus noſtri procedit dicta concluſio, quòd ſubſtitutio facta ſub conditione certi temporis,quę non ſit de natura ſubſtitutionis.& facta ad certum tempus nõ trahitur ad alium caſum,nec ad aliud tempus firmat,poſt Angel. Aret.in l.quandiu.63.in fin.ff.de acquiren.hęred.probat Bero.conſi.98.ad num.8.lib.2.explicando pro dicta diuerſarum rationum conciliatione, talem eſſe intellectum dictæ l.cohæredi. in princip. & ibi latiſſimè per eum in toto dict.conſ.& in conſ.63.nume.29.30. eo faciunt ſcripta per Fulg. in conſi. 49. Ex facto proponitur, colum. pen. verſic. ita quoque ſubſtitutionem, & latiùs in ſpecie per Socin.conſil.218.colum. pen. & fin. libr.ſecundo.vbi caſus vulgaris.Si deceſſerit,non extenditur ad caſum decedentis cum filijs vti oppoſitum, vt infrà.

18 Quartus† caſus eſt, quando vulgaris ſubſtitutio facta eſt ſub conditione voluntaria,quæ non ſit de neceſſarijs ad eam,vt ſi teſtator inſtituat Titium,& Titio decedenti ſine filijs ſubſtituat Seium,quòd ſi caſus mortis Titij cum filijs acciderit, viuente teſtatore, talis caſus etiam impotentiæ omiſſus non comprehenditur ſub caſu expreſſo, non verificata conditione voluntaria mortis inſtituti ſine filijs, quam teſtator apponendo, videtur potiùs cogitaſſe de modo implendo, quàm de effectu ſequendo,vt eſt commun.opin. Bartol. & aliorum in dicto §. & quid ſi tantum, in ſpecie cum multis deciſ.ponit Socin.in dicta l.1.ſub nume. 14.in. 8. limit.& ibi Ripa num.95.& ſequent. idem Socin. conſil. 140.colum.pen.lib.1.& Ruin conſil.93. colum. 3. num. 2.& conſil.97.nume.5.Aymo conſi.62.ad num.2. Fulg. in alleg.conſ.49.col.penult.verſic,quòd maximè oriatur & Beroſ.d.conſ.63.num.23.& conſ.128.nume.28.& Socin.Iun.conſil.102.col.pen.& fin.lib.1.niſi conſtaret de voluntate teſtatoris contraria,quòd etiam in conditione voluntaria fieri debet extenſio ad caſum omiſſum ſimilem in effectu,Deci.conſi.427.col.fin.num.2.Soci. Iun.conſ.106.num.23.lib.1.& Curt.Iun.conſil.83.col.5. ſub num.5.& Pariſ.conſi.20.col.4.ad nume.41.lib.3.

19 Quintus caſus eſt† vulgaris ſubſtitutionis expreſſus,non trahendus ad caſum omiſſum, etiam ſimilem, vbi ſubſtitutio facta ſi ſub certa conditione aliqua negatiua,vel affirmatiua adimplenda in aliquo certo caſu, per noluntatem,ſeu impotentiam inſtituti, & caſus ipſe purificandus cum ſubſtitutione ipſa, ac eius ſermo ſit conceptus verbis taxatiuis, limitatiuis, & reſtrictiuis.vt ſunt verba hæc,Tunc,& eo caſu tatum,caſu prædicto,vt ſupra,Tunc,& eo caſu,nam per hæc verba caſus expreſſus ſi non euenit, vt exprimitur,non debet extendi ad omiſſum,& ſimilem doct.in pleriſque,maximè in conſilijs tradunt, Bald.conſi.57. item inſtituo, colum.2.verſic.tertiò eſt conſiderandum, lib.2. vbi de verbis.& in eo caſu Anch.conſil.356. ex ſerie teſtamen-
20 ti.colum.2.verſ.3.hoc probat,vbi de † verbis, Tunc & eo caſu.Roman.conſi.131. prima dubitatio. num. 2. vbi de verbis,Tunc & eo caſu.& conſil. 138. noua ſuperuenit.colum.1.verſic.ſecunda, quia idem in eodem caſu Ioan.de Ana.in conſi.66,viſis his, colum.fina. verſic.& hoc expreſſè:& Socin.conſi. 259. colum. 3. verſic. confirmatur præmiſſa.lib.2.vbi de verbis, Tunc & eo caſu,& in conſil.5. colum. pen. ſub verſi. tertiò moueor, lib.3.vbi de dictione,tunc,de eadem dictione Alexand. conſi.101.colum.3.ſub num.12.lib.7.firmat idem Dec. conſ.63.colum.1.nume.2.& conſil. 89.colum.3. verſic. poſtremò prædicta.& conſili.273.colum.pen. verſic. & prædicta concluſio,vbi de verbis, In eo caſu. & conſi. 287.colum.5.ſub. num. 10. vbi de verbis, Modo, quo ſuprà,& conſil.314.colum. 2. num. 4. vbi de dictione, Tantum, & conſil.332.vbi verba,Tunc,& eo caſu, in vulgari excludunt tacitam pupillarem, & Ioan. Ant. Alexan.conſil.31.colum.ſecunda,num.5. vbi de verbis, Eo caſu,& eis caſibus,& Grat.conſil. 124. num. 37. lib. primo, & Pariſ.conſi.86.nume.34.lib.2.vbi de verbis, Dicto caſu, dictioneq́;, Tunc.& conſi.73.num.31.eod. vbi de verbis,Et eo caſu.Aymo conſ.98.nume.6.vbi de verbis, In caſu prædicto eueniente, & Bero.conſil.49. in fin.de verbis,Tunc,& eo caſu, & conſil. 79. num.8. In caſu,& caſibus prædictis. & conſ.99.nume.9. lib. 2. & Goz.conſil.4.nume.23.24. vbi de verbis, Eo caſu, vide de his etiam, & alijs verbis reſtrictiuis ſuprà lib. præceden.in fin.& Gualden.de arte teſtandi, tit. quinto,cau.5.num.tertio,& ſequent.Cephal.conſil.323.num. 31.32.& de his concord.collect.per Hyppol.Riminald. conſi.199.nume.216.his quidem verbis concepta, ſubſtitutio vulgaris ad omiſſum alium caſum, etiam ſimilẽ non extenditur,Exponuntur enim hæc verba, Eo caſu, hoc eſt aliquo caſu,ex enumeratis, adueniente eo caſu, habeat locum ſubſtitutio,ſecundùm Socin.conſ.250.ad fin.verſi.quarta ratio.lib.2.& Curt.Iun.conſil.72.col.2. num.5.

21 Sed hanc concluſionem, caſumq́; † iſtum, ex diuerſa voluntate,& mente teſtatoris,collecta, ex æqua dilectione perſonarum, vel ratione agnationis conſeruandæ, in caſu omiſſo euitare in reſponſis quandoque te-

neant Doct.trahendo ſubſtitutionem ſæpiùs fideicommiſſariam ad caſum ipſum omiſſum,vt Deci.conſi.227. col.penult.in fin.verſic.non obſtat, quòd extenſio, vbi limitat,quando verba conueniunt, etiam caſui omiſſo, & quando aliter appareat de voluntate teſtatoris,cogitanti potius effectum,quàm modum, propter rationem agationis conſeruandæ,ſeq.& comprobat Pariſ. conſil. 20.numero 36.37.& conſ.50.col.pen.nume.51. & ſeq.& conſ.66.nu.65.& ſeq.lib.3.Menoch. conſil. 117. nu. 29. & Goz.conſ.64.ad fin.& Socin.Iun.conſ.106.nu.27.& ſeq.& conſ.114.num.29.lib.1.& Bero.conſ.102.ſub nu. 40.verſic.nec obſtant iura.lib.2.& Cep.conſ.196.num. 23.lib.2.& Marzar.Vincenti.conſ.4.faciunt verba tex. in l.talem.§.fin.ff.de hæred.inſtitu.ibi, non enim hunc caſum teſtatorem voluiſſe excludere, palam eſt, neque verba omninò repugnant,cum pluribus ſimil.de mente teſtatoris præferenda verbis,& eorum ſignificationi, al leg.per Bero.conſ.110.num.37.lib.2.& Dec.conſil.227. nu.2.& Soc.Iun.d.conſ.106.nu.29. loquens in vulgari & in ſpecie per.Rol.à Val.conſ.70.nu.49.& ſeq.lib.3. de his enim videtur intelligere Marzar.de fideico.mater.in 2.par.in q.24.& d.conſ.4.in eodem caſu,idẽ clarè probat Hippol.Rim.conſ.21.num.55. & conſ. 23. nu. 214.& 215.Id autem facilius admittendum eſt,vbi ſolũ aduerbium temporis, Tunc, appoſitum eſt, quaſi ad vulgarem ipſam concipiendam requiſitum, vt l.1. ibi, tunc Caius Seius hæres,&c.de vulg.& pupil.& l. Gallus in princip.& ibi in §.& quid ſi tantum. Galliau. declatat & notat ſub nume.14.in.4.not.de liber.& poſt. Secùs videtur,vbi adeſſet cum dictionibus, Tunc & eo caſu,adiecta taxatiua tantum, & fortius dictio, & non aliter,quia alia extenſio non fieret, Gualden. de arte teſtan.cau.5.nume.5.6.tit.5.niſi & iſto caſu ad eos fieret extenſio,qui comprehenderentur ratione connexi tatis,vt ſingulariter tradit. Ang. in l.his ſolis. in fin.ff. de cond.indeb.facit idem conſ.358.Titius ad princi. & intellige,vt per Alci.conſ.91.num.8.9.lib.9.

22 Redeundo ad principalis † vulgaris noſtrę duos caſus, præcipuè eam nobis oſtendentes, & noluntatis, & impotentiæ hęredis inſtituti,rurſus dicendum eſt,quòd noluntatis caſus contingit per applicationem & expreſſionem voluntatis ad partem negatiuam, vel verbis,vel geſtis apparentem,verbis, vt quòd inſtitutus dicat, Nolo eſſe hæres, geſtis,vt quòd hæres faciat actus, ex quibus inducatur repudiatio, vt tradit Bald. in d.l. cum proponas.ad fin.C.de hæred.inſtit.Alter verò impotentię caſus euenit,quocunque modo,quo hęres eſſe non poteſt, vel impotentia naturæ, cum hæres poſthumus inſtitutus non naſcatur: vt l.fina.C.de inſtit.& ſubſtit.vel cum moritur,viuente teſtatore.l.1.§.pro ſecundo.de cad.tol.& l.ab omnibus.§.cum quidam. de leg.1. vel cum moritur poſt teſtatorem, attamen ante aditam hæreditatem.d.§.cum quidam.& leg.3.in princi.de adi. leg.Bart.conſ.48.num.3.& Curt.Sen.conſ.76.col. pen. vel impotentia iuris,vt cum inſtitutus, quia ſpurius, vel aliter,incapax ſuccedere non poteſt,vt l.2.C.de hęred. inſtit. vt de inſtituto incapace & ſubſtitutione ei facta, vti vulgari valida firmat Angel.conſi.204.quidam Bartholomęus ad fin.latè comprobat Socin.Iun.conſ.106. nume.8.& ſeq.lib.1. & ſi plura in diuerſo caſu in contrarium arguat, ita tamen reſidet Anguſo. Placenti. in materia vlt.volunt.conſi.14.ad fin.idem firmat Anton. Gomez.in comment.iur.tom.1.capit.10.nume. 29.ſub verſi.& idem eſt,& Gabri.Eugub.conſi.104.vel impotentia facti,vt adire non poteſt ob pendentiam vtntris. l.ventre.ff.de acquir. hæred. vel propter errorem teſtatoris, vel alijs ſimilibus modis accidit, quòd inſtitutus, hæres non poteſt eſſe hæres, & tunc cognoſcimus ſubſtitutionem vulgarem, quæ facta reperitur, locum habere, & ab ea teſtamentum vires, & validitatem ſuſcipere:vt l.4.§.fina.& ibi Bartol.ad fin.declarat.de liber. & poſthum.& in dicta l.prima,nume.9.de vulgari.& in dicta l.fina.num.3.C.de inſtit.& ſubſt.& Bald. in dicta l. cum proponas.colum.fina.numero 8. & Socin.in dicta l.1.num.14.& Curt.Sen.conſ.76.col.pen.& fin.& Alex. conſil.188.col.2.nume.6.lib.2.& Calcan. conſ.107.col. 2.verſic.iſta ſubſtitutio.& Dec.conſil.416. ſupra nume. 5.& conſil.526.col.1.num.2.3.vires enim & initium accipit teſtamentum, etiam à tacita vulgari, ſicut ab expreſſa per plures deciſ.ita probat eſſe magis commun. opin. Alexand. conſil.primo.colum.quarta, ſub nume. 11.lib. primo, & dicto conſil.188.colum. ſecunda, nu. quinto,lib.ſecundo, per l.per filium de vulgar.& pupil. & ibi Imol.& alij Modern.not.& Ruin.in d.l.1.num.88. de vulg.

23 Tertio modo alio præmiſſo, † aut per teſtatorem expreſſa, & quidem præ cæteris clariori, quoniam nulla clarior & melior interpretatio, & declaratio voluntatis teſtatoris haberi poteſt,quàm ea,quæ facta reperitur ab ipſo teſtatore, vt latè ſcripſi ſupra lib.1.interpret.1.dubit.3.ſolu.5.verſi.quarto caſu, & ita eſt vulgaris expreſſa per teſtatorem cognita adiecto aduerbio hoc, Vulgariter, ſatis etiam vſitato apponi in teſtamentis per Notarios ſcriptis, & appoſitis quoque in ſubſtitutione verbis obliquis, vt reſtitua tali, quem ſubſtituto vulgariter, per hoc enim efficitur & cognoſcitur directa vulgaris, per doctr. Bart. Bald. & Angel. in l. quęrebatur ſub num.3.ff.de teſta.milit.probat Socin.in dicta l.prima, in vlt.lect. colum.2.ad fin.de vulg. & ibi Ripa num. 113. ex verbis teſtamenti, dum dicitur vulgariter per fideicommiſſum, clarè de vulgari conſtare etiam capiente fideicommiſſum,tenet Socin. Iun.conſ. 114.num.2.verſic.ſecunda etiam ſubſtitutio. lib. 1. quo caſu,de vulgari, & alijs, & de fideicommiſſaria, quæ ſic exprimuntur, non eſſe dubitandum, dicit Deci. in l. precibus.colum. 14. num. 20. C. de impub. ita per d. l. quærebatur obliqua ſubſtitutio trahitur ad directam per expreſſam defuncti volũtatem,vt dicit Caſtr. in leg. verbis ciuilibus, colum.fina. ſub nume. ſexto, verſicu. ſecundò, de vulg.ibi Alexan.probat ſub numero ſexto, verſi.hoc verum,ſi tamen appareat, & Aretin.in prima colum.vltra med.dicit, facere text.in l. pater.§.fin. de leg.3.Guid.Pap.in quæſt.533. teſtator habens dicit pro-
24 pter † hæc verba vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, teſtator exprimit tres ſpecies ſubſtitutionum: vulgarem, dum dicitur vulgariter, idem, quòd per hæc verba pupillariter,& per fideicommiſſum, demonſtratur ſubſtitutio expreſſa vel pupillaris, vel fideicommiſſaria: & eſſe not.tenet Bald.in l. ſi frater.C. de fideicommiſſ.& ex verbis, vulgariter & per fideicommiſſum apparere vtramque ſubſtitutionem ſpecialiter,& expreſsè factam eſſe,& non in genere in compendioſa dicit Socin.conſil.100.ſub nume.2. & conſil. 128. num.2.libr.1. clarius refert & ſequitur Bero. conſi. 123. num.24.& conſil.128.num. 7. lib. 2. exinde ipſa & nominatim dicitur facta vulgaris, Deci.conſil. 416. num. 10.idem in eo.caſu Cur.Iun.conſi.33.ſub n.11. ita nemini debet eſſe dubium propter dictam clauſulam,vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum in terminis ſuis cuilibet ſubſtitutioni congruis,& habilib. oſtendi claram, & expreſſam per teſtatorem ſubſtitutionem, & vulgarem, & pupillarem, & fideicommiſſariam, vt per Doct.firmatur in locis modò alleg.& per Dec.de fideicom.in conſil.95.ſub num.4. verſic. ſed in caſu iſto. & Pariſ.conſil.11.num.31.lib.3.& Bero. conſi. 94. num. 9. & conſili. 124. numero 7. libr. 2. & in omnibus ſubſtitutionibus. per Corn.conſili.158.colum.3.verſic.tan-
25 tum his obſtantibus. lib. 3. Aduerte † vbi in teſtamento reperitur ſubſtitutio facta verbis cumulatis cõmunibus, & obliquis, habenda eſt, ac ſi contineret dictam clauſulam,



clauſulam,vulgariter, pupillariter, & per fideic.ſecundum caſum contingentum ſingulariter probat Capr. tract.reg.concl.113.in 5.ſpecie ſubſtit.compendioſę,nu. 129.139.& ſi eſſet omiſſa, cum ſit de conſuetudine Notarij eam apponere, habetur pro appoſita, & per ſuperiorem poteſt imponi,vt apponatur inſtrumento,etiam leuato, Hier.Cag.vbi plura de hac clauſula ſcribit in d. l.precib.n.238.cum præceden.& ſeq. limita tamen hæc & ſequentia,pręſertim quod pupillarem, vel fideicommiſſariam, vbi ex diſpoſitis per teſtatorem apparere poſſet perplexitas, & repugnantia talis, quòd nec pupillaris, nec fideicommiſſaria poſſet habere locum, vt ex facto reſpondit Bero.conſi.63.poſt nu.7.& conſi.ſeq. Poſt num.8.lib.2.quòd demum in idem incidit, dictam clauſulam non conuenire terminis habilibus ipſarum ſubſtitutionum, vt conuenire debet per alleg.nunc ſupra, vt maximè,quando teſtator dixit, Vulgariter ſubſtituit decedenti ſine filijs, cum intellexerit de fideicommiſſaria,hæc adiectio, Vulgariter, ſuperuacua eſt, Oldr,conſ.45. cum in narratione, ſequitur & comprobat Aym.conſi.305.col.2.verſ.ſecundò pro hac concluſione, vbi in col. ſeq.verſic. ſecundò reſpondeo, idem probat de ſuperfluitate dictionis, Pupillariter, poſitæ ſubſtitutioni factæ maiori & extraneo, vt per Ripam in l.1.ad.fi.de vulg.& pupil.poſt Bar.& alios.ibi.

26 Vnde nunc ex dicta vſitata † clauſula, vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum, non omittam aliquos inſtituto noſtro interpretandi vltimas voluntates accommodatos effectus proferre.

Primum, quòd ea in caſibus ſuis euenientibus demonſtrat nobis vulgarem, pupillarem, vel fideicommiſſariam ſubſtitutionem claram, & expreſſam, non generalibus, ſed ſpecialib.verbis, in Doct.alleg.ſupra dicunt, & probatur, quia conceptus eſt ex aduerbijs, Vulgariter, pupillariter. Quæ ſecundum Donat.Gram. ſtant iuxta verbum, & eo nituntur eius ſignificationem explanando,& implendo, & vt ſunt qualitatis,& reſpicientia modum, qualificant, & modificant verba ipſa modo ſuo requiſito ad vulgarem, & pupillarem: vt, Si talis non erit hæres, vel ſi intra pubertatem deceſſerit, vt dict.l.1.de vulg. & in princip. Inſtit. de pupil. ſubſtit. & adhærentia etiam verbis communibus, & obliquis efficiunt ea directa, d.l.quærebatur.& ibi Bart.Bald. & Ang.firmant,ff.de mili.teſta.& Iaſ.conſ.99.col.4.verſi. tertiò ad idem facit.libr.4. vt antè dictum eſt, ſiue poſita ſint vnico contextu orationis ipſarum ſubſtitutionum, ſiue diuerſa oratione, poſteà vt volens dictus teſtator prædicta valere vulgariter, & pupillariter, &c. Bart.in d.l.Centurio, ſub num. 38. in 4. quæſt. princip. & ibi aduertit Ripa ſub nume.171. & Bald.in d.l. ſi frater.C.de fideicom.& Hier. Zanc. in repet. §. cum ita l. hæredes mei.num.813.ad Trebel. multum enim refert, ſubſtitutionem quamlibet apparere verbis ſpecialibus ad tollendam omnem eius ambiguitatem: l. nam hoc iure ad fin. & ibi Bald. & Aret. de vulgari. & pupillari, maximè ad excludendam matrem. Guid. Pap. in d. q. 533.& Bero.conſil.127. nume. 5. ad fin. lib. 2. & exinde ceſſare multas difficultates, in quib. D. laborant dicit Dec.in d.l.precibus. col.14.n.20.ibi Sebaſt.Sapia in fi.

27 Secundus † effectus eſt, quòd dicta clauſula præbet electionem ſubſtituto veniendi,ex qua velit ſubſtitutione,vel directa,vel fideicommiſſaria, per text.in l.recuſare.§.Titius.ff.ad Trebel.licet in hoc ſit opin.Imol.in d. §. Titius. & in cap. Raynutius. de teſta. quòd quælibet ſubſtitutio ex dictis verbis capiat robur pro ſubſtituto in caſibus ſuis, vt vulgaris ante aditam hæreditatem, pupillaris, ſi inſtitutus filius decedat ante pubertatem, & fideicommiſſaria, ſi decedat poſt aditam hæreditatem, & poſt pubertatem,& hæc opin.fuit per multos approbata,vt refert Alex.in d.l.Centurio ſub nume.95. & ibi per Rui.ſub num.66.Rip.num.170.Soc.Iun.nu. 313. & Ber.conſil.18.col. pen. & fin. in princip. lib. 2. ſentit Gui.Pap.in d.q.533.& in compẽdioſa tenet Deci.in d.l. precibus.num.30.tamen com.opin.eſt Bart. Ang. Caſt, & Alex.in d.§. Titius. latè defenſa per Alexand. in d. l. Centurio.colum.pen.& fin.& Aret. in colum. pen. cum quibus pertranſit Galiaul.ſupr. num. 105. quòd electio ſit ſubſtituti, an velit ſuccedere ex directa, vel fideicommiſſaria, per d.§.Titius.& l.ſi quis ſeruo.ff. de manu. teſt. quando caſus etiam concurrit pro directa, & pro ſubſtituto, vt, ſi inſtitutus non fuerit hæres, vel morte, vel repudiatione, vel alio impedimento, vel filius inſtitutus deceſſerit intra pupillarem ætatem, & poſſit concurrere caſus pro fideicommiſſaria, vt eſt caſus in dicto §.Titius.cum vulga.& per Socin.conſi. 94. num.7. lib. 4. & cum pupillari, quia & pupillus poteſt grauari fideicommiſſo,l.inſtituta.§.pupillus.ff. ad Trebel. & eius hæres cogi poteſt, vt adeat, & reſtituat. l. poſtulante.in princip. l. quia poterat. §. eo ponit Ruin. conſil. 105. colum. fin. verſic. nec obſtat. dum dicebatur,quòd ſaltem.lib.ſecundo. alias tali concurſu, ceſſante,nõ daretur electio,not.in l.legato generali, de legat. 1.&in l.1.de rebus dub.vt in vulgari,ex qua ſola ſubſtitutus tunc ſuccedit, Zaſi.dicto tracta.de ſubſtit.cap.quinto, num. 27.ad fin. caſu ergo dictarum ſubſtitutionum ſimul & eodem tempore contingente, & eueniente, datur electio ſubſtituto, ſecundùm com. opin. ſic firmatam, & atteſtatam per Guid.Pap.in q.532.& Corn. dict. conſi.158.colum, 3.lib.3.Soc.conſi.20. colum. 5. ad fin.
28 verſ.inſuper etiam videtur.lib.1. vbi defendit † intelligi electam vulgarem excludentem matrem ab hæreditate teſtatoris patris ipſius filij, vt in conſi.144. colum. 2.eo.lib.1.& conſi.290.colum. 2. verſ. ſecundò reſpondeo lib. 2. & Rui. d. conſ. 105. colum. fin. ver. cum ergo,& plenè Pariſ.conſ.36.col.pen.num.40.& ſeq.lib.2. vbi reſpondet Dec.in d.l. precibus,num.20.danti limitationem, quoad compendioſam, quod etiam idem tandem firmat & tenet Bero. d. conſ. quod etiam poteſt intelligi hoc modo, ſi inſtitutus velit repudiare, ſubſtitutus per dictam clauſulam habet duplicẽ viam, primo, quod acceptet repudiationem vel alium caſum ipſius vulgaris, & ſuccedat ex vulgari: ſecundò, quòd non acceptet talem repudiationem, vel caſum, ſed compelli faciat ad adeundam hæreditatem: iux. l. nam quod. §.1.ad Trebel. poſteà conſequatur ex fideicommiſſaria, ita tradit Pau. de Caſtr.in l. Iulianus.§.1. num. 4. ff. de hæred. inſtit. Idem tandem firmat, & tenet Bero.d.conſil.18.colum. fin. lib. 2. licet dicat opin. Imo.contrariam diſputatiuè poſſe teneri, arguendo ab euitando abſurdo, ne ex pluribus ſubſtitutis vnus forſan eligat ex vulgari ſuccedere, alius ex pupillari,vel fideicommiſſaria, tamen de facili id tollitur, quia electio non impeditur ex diſcordia, quæ poteſt euenire inter plures eligere debentes, cùm talis diſcordia dirimi poſſit, vel ſorte, vel iudice immente, vt l. fina. in princ.com.de leg.& l. huiuſmodi. in fin. de leg. 1. & ibi Doct. ideò tandem commun. opin. tenet Ant. Gomez in ſuis comment.iuris, tom:1. c. 3. de ſubſti. vulg. num. 7.etiamſi non poſſet verificari, niſi in vulgari, in hac locum habet.ſ.ſubſtitutio, Zaſi. d. c. 5.nu. 27. & Corn. conſil,35 colum. fin. verſ. nam eſt aduertendum. lib. 2. in pupillari. Nat.conſ.395.nume.34.Burſ.conſ. 19. numero 34.

29 Tertius † effectus eſt, quòd dicta clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ob hanc adiectionem, Per fideicommiſſum, reſtituit filio inſtituto habenti vulgarem ſubſtitutum, & tribuit effectum exiſtentiæ ſuitatis ablatum, vel in magno diſcrimine poſitum, per vulgarem ſubſtitutionem, per l. ſi filius hæres de liber. & poſthum. & ibi Alexand. colum. 5.

verſic. decimo facit. dicit ita magis communiter tenere gloſſ. & Doct. quòd per vulgarem ſit ſublata ſuitas, ſed dicta adiectio, Per fideicommiſſum, operatur, quòd ipſa ſuitas in filio habet effectum ſuum, vt probat Bal. & dicit menti tenendum in l. non iuſtam. in 1. opp. in fi. ad Trebel. ſequitur Caſt. conſil. 222. Super primo. col. fin. lib. 2. & Alexand. in d. l. ſi filius hæres. col. pen. verſ. quintò fallit. & Iaſ. dicit ſe ita conſuluiſſe & fuiſſe obtentum. in d. l. 1. num. 51. de vulg. ſequitur & Ioan. Bart. Caccialup. dicens, hoc nota perpetuò, quia per id euitabis multa contraria, in d. l. precibus. nume. 56. in fin. & Sebaſt. Sapia in rub. num. 30. C. de impub. Ruin. conſ. 165. colum. 2. num. 4. lib. 2. & Gualden. de arte teſtan. tit. 5. cau. 2. nume. 2. hoc verum eſſe intelligit Ang. in l. Papinianus. §. quarta. col. pen. verſ. vltimò ſcias. ff. de inof. teſtam. inſpiciendo futurum euentum, ſi ſubſtitutus velit hæreditatem ex fideicommiſſo, ſubſiſtit exiſtentia ſuitatis, per l. ita tamen. §. ſi pater. ff. ad Trebel. ſi velit ex vulgari, ceſſant remedia ſuitatis, vt ibi per eum, quem ſequitur Aret. in d. l. Centurio. col. antepen. verſ. vbi dixit: & appellat hoc Angel. not. verbum, & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi filius hæres. colum. fi. nu. 67. veruntamen aſpice, quòd eo ipſo, dum teſtator fideicommiſſariam coniunxit vulgari, videtur voluiſſe, filium inſtitutum poſſe cogi adire, & conſequenter non tolli exiſtentiam ſuitatis, per d. doctr. Bald. in d. l. non iuſtam & Alex. conſi. 4. num. 33. & conſil. 71. col. 2. num. 4. lib. 2.

30 Alius quidem notabilis, & quartus † effectus habetur ex dicta clauſula, quòd ſi inſtitutis filijs pluribus & pupillis, & puberibus facta ſit ſubſtitutio breuiloqua, vel reciproca, adiecta ipſa clauſula, vulgariter, Pupillariter, & per fideicommiſſum, licet ſine ea contineretur ſola vulgaris, omnibus inſtitutis conueniens, d. l. nam hoc iure. §. 1. & l. 2. & l. quamuis. C. de impub. tamen per adiectionem d. clauſulæ interpretatur pupillaris, etiam facta pro pupillis, ſic etiam habentibus puberes ſubſtitutos, ex ſententia Bald. in d. l. nam hoc iure. §. fin. colum. fin. dicendo, plenam eſſe ſubſtitutionem, vbi adijcitur, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & ibi videtur tex. iuncta gloſſ. fin. expreſſe comprobat, quod fideicommiſſariam, Alexand. conſi. 208. num. 23. lib. 6. & Socin. Iun. conſil. 128. num. 10. 11. lib. 1. & clariùs Bero. conſi. 94. ſub nu. 20. lib. 2. pro vtroque caſu. & vulgaris, & pupillaris, habendo pro expreſſo per dictiones, vulgariter, Pupillariter, in ſpecie ponit Gualden. de arte teſtan. tit. 5. cau. 7. nu. 2. quòd dictio, Pupillariter, non ſine effectu operandi pupillarem operantur: Corn. conſil. 142. colum. 2. verſic. nec obſtant. lib. 4. & Ioan. de Ana. conſil. 41. probat & Pariſ. conſil. 36. colum. antepen. num. 34. & ſequen. lib. 2. perquam dictionem ſeu aduerbium, pupillariter, probatur voluntas teſtatoris circa pupillarem: ſentit Bart. in l. Lucius. colum. 2. nume. 6. ſed quæro, de vulg. arg. in l. in teſtamento. in fin. C. de teſt. mil. & in d. l. querebatur. ff. eo. ad quam pupillarem refertur dictum aduerbium, pupillariter, vt declarat Guid. Pap. in alleg. quæſt. 533. etiamſi ſuperſtites plures ſint impuberes, ſimul omnes vocantur ad dictam pupillarem, per ea, quæ probat Bart. in dicta l. Lucius. colum. 2. & ſequent. ſub num. 8. & Ripa num. 22. & Pariſ. conſil. 36. num. 34. & ſequent. lib. 2. & Hier. Zanch. in §. cum ita. num. 469. l. hæredes mei. ad Trebel. Bero. conſil. 47. nume. 6. lib. 3. crederem poſſe euitari, quod Dec. in d. l. 2. num. 2. in fin. C. de impub. dicit, verſ. prædicta, vulgariter, pupillariter, &c. inter ſubſtitutos impares in reciproca non continere pupillarem, eóque aduerbium, pupillariter, intelligitur in caſu, quo poteſt adinuicem habere locum, dicit facere in arg. quòd dicit Bart. in l. ſi ſic. in princ. de leg. 1. Sed magis facit ad impediendum pupillarem ratio in æqualibus reciprocæ inſtitutorum & ſubſtitutorum, vt per Corn. conſ. 180. col. pen. lib. 1. poſt Bald. & Alex. in d. l. in teſtamēto, quia reſpondeo, etiam reciprocam imparibus perſonis factam, poſſe continere pupillarem, vbi apparet de voluntate teſtatoris, per tex. in d. l. iam hoc iure. §. fin. & ibi Bartol. & alij & in d. l. Lucius & in dict. leg. in teſtamento. Et inficiari non poteſt, apparere per dictum aduerbium, pupillariter, per alleg. ſupra ad primum effectum, & ſic verbis, & perſonis impuberibus conuenire ipſam pupillarem, per c. ſi pater. de teſta. in 6. & talem, vti ampliorem interpretationem in teſtamentis tenendam: l. in teſtamentis. de Reg. Iur. c. cum ſim. & vti magis fauorabilem pupillis. per ea, quæ adducit Bal. in conſ. 35. pater filio. lib. 2. & Iaſ. in l. ſi à ſubſtituto. in prin. de leg. 1. per tex. in prin. Inſtit. de ſubſti. pupil. Verbum autem, inuicem, verificatur, & æquali talis ratio procedit in vulgari, vigente pariter inter reciprocè ſubſtitutos puberes, & impuberes, per dict. leg. iam hoc iure. §. fin. ibi. quo caſu in vtrumque euentum, quoniam verba ipſa, Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ſingula referuntur ſingulis perſonis, & caſibus, prout referri poſſunt, probat Guid. Pap. in alleg. q. 533. ad fin. ita in ſpecie ſentit Caſt. conſ. 18. Si bene. col. pen. ad fi. & col. fi. lib. 2. ſequitur Hier. Zan. in repet. §. cum ita. nu. 469. l. hæredes mei. ff. ad Trebel. facit quod ſcribit. Ruin. conſ. 107. ſub nu. 8. verſ. nec obſt. ratio ſua. & Aret. conſ. 155. col. 3. & ſeq. de ſingulis ſingula referendis, add. q. 533. ad fi. concor. vide ſupra libr. 1. interpr. 2. dub. 2. ſolut. 8. ver. octauò à conuenientia. lib. 2. interpr. 4. dubit. 2. ſolut. 2. ſuper verbo, Relatam. verſi. prætereà animaduertendū eſt. Similiter eadem verba in breuiloqua, effectum habent oſtendendi fideicommiſſariam, vt dicunt Imol. in di. leg. Lucius. colum. fin. verſ. item adde. & Alex. in col. fi. num. 17. & Rip. in col. pen. num. 46. quæ intelligitur collata in tempus mortis vnius inſtituti: Alexan. conſi. 208. num. 3. lib. 5. alios referendo, ponit Gualden. de arte teſtan. d. tit. 5. cau. 29. verſ. ſecundum. & antè dictum eſt.

31 Quintus poteſt enumerari † effectus valde opportunus ad declarandam voluntatem teſtatoris in dubio extantem, quòd onus fideicommiſſi iniunctum poſt mortem filij hæredis inſtituti cenſetur impoſitum non ipſi filio, ſed ſuccedentib. ipſi filio: Bar. in l. qui duos. in fi. & in l. cohæredi. §. quod ſi hæredem. & ibi alij, de vulg. Alex. conſ. 12. col. fi. verſ. & in dubio. lib. 3. Iaſ. in d. l. precib. col. 11. & Pariſ. conſ. 81. num. 10. lib. 2. Lod. Bolog. in addi. ad Io. de Ana. conſ. 42. & in concluſione illa, quòd verbum commune adiectum certæ rei, ſemper eſt obliquum: l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebel. cum plurib. alleg. ſup. ea. dubit. verſ. communia autem verba. nam per dictam clau. Vulgariter, pupillariter, & per fideic. volun. teſta. interpretatur, quòd onus fideic. ſi iniunctum ſit filio, & ſic non in legitima, vt ex facto reſpōdit Iaſ. conſ. 99. col. 3. & ſequ. lib. 4. & quòd verbum cōmune adiectum relicto certę rei, efficiatur directum, & capiat vniuerſam ſucceſſionem per pupillarem, tradit Corn. conſ. 35. col. 3. verſ. cum illa verba. cum præced. & ſeq. lib. 2. vtrumq; refert, & ſequitur Hier. Zanch. in d. repet. §. cum ita. l. hæredes mei. num. 484. & ſeq. ad Treb. & Galiaul. in d. l. centurio. ſup. num. 105. verſ. amplia hanc concluſionem. Hæc autem fiunt quadam interpretatione datiua, ſicut caſus dat, vt ex prædictis liquet, ſic eam appellat Bal. in l. humanitatis. col. antep. ſub nu. 58. de impub. Nec prædictos vel alios ſimiles effectus dictæ clauſulæ deſtruere debet, quòd Socin. in conſ. 250. ad fi. lib. 2. dicit, eam apponi de conſuetudine, ex capite tabellionum, vt plurimùm ignorantium ſignificatum verborum, vt in ſimili clauſula codicillari dicit Bar. in l. 1. de iure codicil. ita eandem clauſulam nihil operari refert, & ſequitur Sebaſt. Sap. in d. rub. in fi. C.



fi. C. de impuber. & tunc apparere, Notarium ignorare vim verborum dictæ clauſulæ, quando nullus pupillus eſt inſtitutus, dicit Galiau. in loco alleg. in d. l. centurio, quoniam tenēdum eſt dictum Bald. in d. l. iam hoc iure §. fi. dicentis, in hoc ignorantiam Notariorū non vitiare ſequitur Imo. in d. l. Lucius. col. fi. ſub num. 12. & Alex. in d. conſ. 208. poſt princ. li. 6. & per ea, quæ demonſtrando dictum Bartol. in d. l. 1. de iure codicil. eſſe communiter reprobatum & clauſulas etiam ignoratas per Notarios operari de voluntate diſponentis, plenè ſcripſi ſup. lib. præceden. interpr. 1. dubit. 1. ſolut. 10. dum tractatus de codicillis habetur in verſ. at nihilominus. Et nota hæc communia, omnibus ſubſtitutionibus dicta de clauſula, tam frequenti & ſolita vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.

32 Eſt inſuper † vulgaris expreſſa per teſtatorem cognita expreſſione ſuæ formulæ introductæ à lege, quæ tamen raro, vt antè dixi, in teſtamentis noſtri temporis expreſſa legitur: vt, Si Petrus hæres non erit, Franciſcum ſubſtituo, de qua in dict. l. 1. in prin. de vulg. & in §. 1. Inſtit. eo. & de cuius cognitione dixi ſup. ea dubit. & ſuper eodem verbo, Vulgaris. verſ. ſecundò clariùs, equidem proſequendo materiam vulgaris expreſſæ per teſtatorem, non auderem improbare communem ſententiam Bart. & aliorum in d. l. 1. in 2. q. prin. firmātium, tres ſpecies vulgaris eſſe. aliam expreſſam: aliam tacitam: & aliam partim expreſſam, partim tacitam. & illam expreſſam ſubdiuidi in expreſſam generaliter: in expreſſam ſpecialiter: & in expreſſam ſingulariter: & aliam tacitam vulgarem, dici tacitam: vel reſpectu ſpecialitatis, & ſingularitatis caſuum: vel reſpectu ſingularitatis caſus: vel omninò tacitam comprehenſam in pupillari expreſſa. & aliam vltimam, partim expreſſam, partim tacitam, dici vno modo, quoad caſus, altero modo, quoad verba. Quare caſus ipſius vulgaris duos noluntatis, & impotentiæ: vno caſu, puta, noluntatis expreſſio, dici partim expreſſam, altero impotentiæ caſu nō expreſſo, dici partim tacitam. Quod verò ad verba in vulgari, ſemper neceſſaria, & negatiua: quoad eum, cui fit ſubſtitutio: & affirmatiua, quoad eum, qui ſubſtituitur dici partim expreſſam, relatis verbis expreſſis affirmatiuis ad ſubſtitutum, & partim tacitam ſubintellectis verbis negatiuis, referendis ad eum, cui fit ſubſtitutio. Hæc in ſumma ſuis iuribus accommodatis probando, tenet Bartol. in dict. l. 1. in d. 2. & 3. quæſtio princip. quem communiter Doct. ſequuntur, vt ibi dicunt Socin. in colum. 7. num. 13. Ruin. in colum. 8. num. 19. & Ripa num. 49. cum ſequent. & Bald. in tract. de ſubſtitut. in princip. de vulg. ſubſtitu. numero 3. & ſequent.

33 Sed nempe † crederem magis expedire, & commodiùs eſſe explicationi noſtræ propoſitæ dubitationis, quomodo cognoſcatur nunc vulgaris, vt dicamus, non triplicem, ſed ſolùm vnam ſpeciem vulgaris eſſe, ſaltem reſpectu aliarum quinque ſpecierum præmiſſarum ſuprà, & illud, quod Doct. dicunt, eſſe tres ſpecies vulgaris expreſſam, tacitam, & mixtam, dicam ego vulgarem dignoſci triplici modo, expreſſo, tacito, & mixto: expreſſo autem modo, eam apparere, vel ex verbis generalibus, vel ſpecialib. vel ſingularibus: & iſto modo percipitur omnis diſpoſitio, & mens teſtatoris, per ea, quæ plenè ſcripſi ſup. lib. præceden. interpr. 1. dubit. 1. ſolu. 5. ſuper verbo, Diſpoſitio verſic. reuertor iterum. & interpretation. 4. dubit. 2. ſolu. 1. verſ. quemadmodum. vnde per teſtatorem expreſſa vulgaris, & demonſtrata, abſque alio interprete cognoſcitur, ſolùm verbis eam formantibus, prolatis ſpecialiter, vel ſingulariter, vt tradit Bart. in dict. l. 1. nume. 9. & 10. & dictum eſt ſuprà eadem dubit. ſuper eodem verbo, vulgaris, d. verſ. ſecundò clariùs ſpecialiter, quo ad verba expreſſa negatiua, Si P. hæres non erit, ſubſtituo Caium, ſpeciale dicuntur hæc verba negatiua, quia prædicantur de pluribus indiuiduis, caſibus ipſius vulgaris comprehenſis, in caſibus noluntatis, & impotentiæ, & non facientis alium hæredem, & quia ſingulariter non exprimunt aliquem ex d. caſibus, Bartol. d. numero 9. & dixi in d. verſ. ſecundò clariùs. ſingulariter, ſi verba ipſa negatiua, vel priuatiua explicant ſingularem caſum aliquem prædictorum: vt, Si poſthumus hæres inſtitutus, me viuo, non naſcatur, l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. vel hæres inſtitutus non ſit capax: l. ſecunda. C. de hære. inſtitut. vel hæres inſtitutus, me viuo, moriatur: l. Gallus. in princip. de liber. & poſthum. ponit Barto. in dict. l. 1. num. 10. & Bald. in dict. tract. de ſubſtit. Rub. de vulga. ſubſtit. col. ſecunda. num. 4. ita enim vulgaris dicitur per teſtatorem oſtenſa, vbi facta reperitur ſubſtitutio verbis formalib. expreſſis, per ipſum teſtatorem negatiuis: Rip. in d. l. 1. nu. 112. Pau. Leon. in alleg. tract. de ſubſtit. in c. de vulgari. nume. 23. vbi verò negatiua verba referenda ad eum, cui fit ſubſtitutio, non ſuut expreſſa, ſed ſub audiri debent, quod eſt primum extremum requiſitum in vulgari, ſecundum Bartol. in dict. l. prima, nume. 17. vel verba ſunt generalia, vt in compendioſa, vel breuiloqua: Bart. ibidem, num. 8. & aliud extremum de verbis affirmatiuis expreſſis, erga eum qui ſubſtituitur, extat neceſſariò, ſed & exprimendum in ipſa vulgari, Zazi. in tract. de ſubſtit. cap. 1. de ſubſtit. vulg. colum. 2. num. 5. & Pa. Leon. in d. cap. de vulgari, num. 48. & eſt commu. in omnib. ſubſtitutionibus, Rip. in dict. l. 1. num. 101. Subſtitutio vulgaris eſt omnino expreſſa, facta verbis generalibus: Pa. Leon. ibidem, nume. 26. eſt tacita in ſpecie, Bartol. dict. numero 8. tacita quoque eſt alijs reſpectibus ſupra enarratis in ſumma, ſecundùm Bartol. ibidem, nume. vndecimo, & ſeq. ideo ſuis formalibus verbis non expreſſa à teſtatore indiget alio expreſſore, & alio interprete, pro ea formaliter declaranda, & cognoſcenda, meritò deueniendum eſt ad modos alios præmiſſos cognoſcendi vulgarem, aut per interpretem teſtamenti ſubintellectam, aut per legem præſumptam.

34 Quarto itaque alio modo præmiſſo, † aut per interpretem teſtamenti vulgaris ipſa cognoſcitur, ſed priùs, quis ſit iſte interpres, videndum eſt, ex his quidem, qui teſtamenta interpretari poſſunt, per me nominatis, ſupra lib. primo. interpre. 1. dubit. 3. arbitror, interpretationem huiuſmodi frequentiùs ſpectare ad Doctorem, vel Iuriſperitum aliquem, qui conſulendo, patrocinando, vel de iure reſpondendo vulgaris caſum oſtendat, & ad iudicem, qui aditus pronunciando declaret eundem vulgaris caſum, & negotium hoc per dictum quemque interpretem ita explicare oportere: nam cum verba negatiua exiſtentiæ inſtituti requiſita prius pro formula vulgaris, per d. l. 1. de vulg. & pupil. non appareant, tacitè ſubintelliguntur: & eadem fit declaratio, ſubaudiendo ipſa verba negatiua, ſeu priuatiua actus eius, cui ſubſtituitur, vt in hac facti ſpecie, filium inſtituo, & nepotem ſubſtituo: vel, Sempronium inſtituo, Titium ſubſtituo, ſubaudiri debent verba negatiua, Si filius non erit hæres, vel Sempronius non erit hæres: vel priuatiua, Si morietur, viuo teſtatore. ſic inducta eſt vulgaris, per Gloſſ. in d. l. Gallus. §. primo. ibi, tradit Bartol. ſub nume. 2. verſ. quartus modus, & num. 10. & ibi Alexand. nume. 6. cum Bartol. dicit communiter alios tranſire, & Iaſo. numero 10. & Gali. nume. 10. per l. nam hoc iure. in prin. de vulg. hoc eſt, quòd dicit Bart. in dict. l. prima. in 3. quæſt. princ. nume. 16. eod. de vulg. quem communiter Doct. ſequ. & cum eo tranſire Canon. ibi Socin. dicit, nume. 14. & Ripa. nume. 101. quòd
35 omnis directa † ſubſtitutio, expreſſa, vel tacita, habet duo extrema. vnum, ex parte eius, cui fit ſubſtitutio, con-

conceptum verbis negatiuis, vel priuatiuis, Si non erit hæres, vel ſi morietur, alterum, ex parte eius, qui ſit ſubſtitutus, conceptum verbis affirmatiuis, Subſtituit Titium, vt antè ſuper hac ſpecie vulgaris dictum eſt, in verſ.2.clariùs.& illo verborum negatiuorum vel priuatorum ſæpiùs non expreſſo, deuenitur ad cognitionem vulgaris, illud ſubintelligendo, ſecundum Bart. ibid.d. num.16.& 17. quotieſcunq; prima inſtitutio aliquo modo defecerit: l.1.§.pro ſecundo.C.de cadu.tol. Hæc verba frequēter in teſtamentis inſpecta, quibus vel eis deficientibus, vel aliquo eorum deficiente interpretatur, quoque in caſum vulgaris, quòd moriantur, per text.& Gloſſ.in l.ſi in teſtamento.de vulg.& pupil.& quòd non naſcantur.Bero.conſilio 102.nume.18.lib. 2.& quòd ſit ſola vulgaris, firmat Hieron.Zanch. in repet. §. cum ita num.246.l.heredes.ad Trebel.

36 Et ita † interpretatio fieri debet etiam ſolius vulgaris in pluribus caſibus, in quibus ſubſtitutio reperitur facta, verbis vix expreſſis affirmatiuis, pro altero extremo partis eius, qui ſubſtitutus eſt, ſecum etiam alijs perſonis admixtis, quæ præcedunt, & ſubſtitutum idem venire ordine ſucceſſiuo cenſendum ſit, vel ex neceſſitate teſtatoris pro validitate teſtamenti, vel ex nomiue collatiuo vocatorum in ſuſtitutione. Dari poteſt caſus. Si pater, vel mater, filium & nepotes naſcituros, vel natos hæredes inſtituit, reſpectu nepotū, vulgaris dicitur ſubſtitutio, & verbum, Inſtituit, hîc exponitur, pro, Subſtituit, poſt Gloſſ.& Bart.not.Bald.col. 1. in 4. no.& Ang. in prima col.verſic.tertiò.& Alexand. in 2. col. verſic. in cap.Gloſſa ibi videor. & Iaſo in 3. colum. ſub nume. 9. in dict. leg. Gallus. §. primo. & poſt alios idem Iaſ. in dict.leg. Gallus.in princip.in 6. colum. ſub numero

37 30. † Verbum enim, Inſtituit, poſitum poſt primum gradum hæredum, vel quoad filios, exponitur, pro Subſtituit, vt tradunt Baldus conſilio 504. Caius numero ſecundo, libro 5. & Io. de Ana. conſilio 37. in princip.& Pariſ. conſilio 93. numero 10.libro ſecundo. & Dec.conſilio 384.numero 4. 5. 6. & verbum, Subſtituit, importat ſolùm vulgarem per caſum dict. l. Gallus.§. primo.& dict. Gloſſa ibi.dicit Socin. conſilio 113. colum. 3. verſic. ſecundò, & fortius. lib. 1. quod intellige, quoad valorem, non quoad intellectum, ſecundum Raph. Cum. in d.l.Gal. §.1. nu. 6.etiāſi adeſſent dictiones, Poſt eos, & ſucceſſiuè: Iaco.Mand.conſ.29. num.8. Rimin.conſ.182.nu.12.intellige, vt infra de compēdioſa verſ.primum itaque in fin. & iſto caſu inter nepotes, & deſcendentes vocatos neceſſitate validitatis teſtam. vulgaris tantum locum habet, & non fideicommiſſaria, ideo filio, primò vocato, adeunte, expirat ipſa vulgaris: l.poſt aditam.C.de impube. vt eſt com.ſententia Doct. in d.l.Gal.§.1.firmat Alex. conſ.24.col.2. verſ. & ita eſt & col.3.l.3.& plenè Cor.conſ.231.col.2.l.1. & conſ. 159. col.4.verſ.licet autem prædicta.li.4. & Dec.conſ. 248. col.3.& conſ.205.col.3.& ſeq.& conſ.287.col.2.& conſ. 291.nume.3.& Ruin. conſil.92. nume.5.& conſi.95.nu. 2.& conſil. 99. colum.3. & ſequent.& conſ.102.num. 5. & conſil.104. colum. pen. & conſil. 125.colum.pen.lib. ſecundo.& Pariſ. conſil.82.nume.10.11.lib.ſecundo. ex quibus apparet, dum dicit, etiam contineri fideicommiſſariam poſt mortem primi filij inſtituti, malè ſentire Pau.de.Ca.in conſ.455, Ad primum, in princip.lib.2. & poſt alios Couar.in cap.Raynutius. ſuo. §. 2. numero 4. verſic. ſecunda concluſio. de teſtam. vbi quatenus aſſentire videatur opin. eorum volentium, patrem, & filium ſimul admittendos, & non ordine ſucceſſiuo, crederem, id eſſe verum, non per ſolam copulatiuam, ſed quòd aliter apparere deberet de voluntate teſtatoris, vel per dictionem, Vnà, ſimul, cum per l.fi.C. de impub.vel per adiectionem, æqualiter, vel, æquis portionibus; per l. interdum.in princip. ff. de hæred. inſt. vel per alias coniecturas: ita ſentit Aret. in dict.l. Gallus.§.1.col.2.verſ. ſed ad illum text. & ibi Alex.in 3.col. verſi.nec ob text.& Corn.dict.conſ.231.col.penult.verſ. nec obſtat.d.l.codicil. & ſpecialem coniecturam de filiab. non comprehenſis in inſtitutione: & aliam magis vrgentem de ſubſtitutione fideicommiſſaria, facta ſimul patri, & filijs inſtitutis, per dictionem, Eis, &, Cuilibet ipſorum, & ſic eos ſimul onerando adducit, & interpretationem inſtitutionis huiuſmodi factæ ſimul, & non ordine ſucceſſiuo de patre, & filijs, facit idem Corn. in conſ.321.col.2.li.3. quia & onere fideicommiſſi cenſentur filij priùs honorati: l.prima.§.ſciendum. de leg.3. ab eo.C.de fideicommiſſ.& l.planè la 2. §. fi.de leg.primo. & notab.tex.facit in l.deniq;.§.interdum.ff.de pec. leg. quæ quidem vrgens coniectura non procederet, quādo à teſtatore nominatim eſſent inſtituti plures filij, & eorum filij, & poſtmodum etiam eis, & cuilibet eorum eſſet facta ſubſtitutio fideicommiſſaria, quæ reſpectu nepotum intelligitur eo caſu, quo vocantur ad hæreditatem, vt latè probat Raph.Cuma. conſ.118. teſtator inſtituit.& Ruin.conſilio 104.col. 4. vltra med.verſi.ſecundò facta eſt.lib.ſecundo. & conſilio 125.col.penul.num. 6. eo. & ceſſaret ratio ſermonis pluralis eis, & licet ex grauamine non videatur priùs inductum relictum per l. hæreditas ad Statium. ff. de hæred. inſtit. & l. cum quaſi.§. plures.de fideicommiſſ. liber. dicit. Alexand. conſilio 105.columna ſecunda ſub mumero.4. verſi. ſecundò principaliter, in fin.lib. primo. cum prædictis Cuma.& Ruin.concordat. Dec.conſ. 384.col. pen. ſub verſic.non obſtant.

38 Exinde oritur dubitatio. Titius inſtituit Caium filium, & quoſcunque alios ſuos filios naſcituros, æquis portionibus, quibus non extantibus, vel quandocunque decedentibus, ſubſtituit Petrum, etiam vigēte ſtatuto, quòd fœminæ non ſuccedant ſtantibus maſculis: tamen tempore mortis teſtatoris, non exiſtente maſculo, ſed filia fœmina exiſtens, hæres eſt, excluſo Petro ſubſtituto, comprehendendo fœminam, propter dictionem, Vniuerſalem, Quoſcunque, probat Anch. Regien.in ſua quæſt.65.lib.2. allegando deciſ. Doct. ob dictam adiectionē vniuerſalem in alijs caſibus, addo in caſu ſubſtitutionis, Si deceſſerit ſine filijs quibuſcunque, intelligi etiam de fœminis, tradit Dec.conſil.599. Quòd propriùs ſoluit dictam dubitationem quę forma ſua conuenit huic loco, ſed effectu conueniret ſupra formulis inſtitutionum, vel ſubſtitutionis non vulgaris.

Idem etiam tenendum eſt in legatis ab extraneo patri, & filio factis, vel inſtitutione, vel ſubſtitutione, non filio, ſed alij, & ſuis filijs facta, quorum præteritio non vitiaret teſtamentum, quòd pater & filij ſimul admittantur per naturam copulæ: l. duobus, de leg.1. & cap. Raynutius, & cap.Raynaldus.de teſta.reiecta opinione Dyn.& Bartol.eſt commu.ſententia Bald.Ang.& Imol. & Alex.in d.l. Gallus. §. primò. vbi Alex.in columna 3. dicit, ſæpè contra Bart.in hoc ſe conſuluiſſe, ita in conſ. 185.ſub numero 32.verſ.poſtremò.lib. ſecundo, & conſil. 22. colum.3. ſub num.4.verſ.fortificantur prædicta, lib.3. ita eſſe commun. opin. Gloſſa & Doct. etiam in deciſiuis, ab ea non eſſe recedendum, firmat Cornelius conſilio 17.columna 3.verſ.eſt autem alia opinio lib.4. & Iaſo. conſil. 206. numero 2. lib. 2. Dec.conſi.236. columna 3. & Ioan. Bapt. de San.Seue. inter conſilio. Alex.conſil.14.colum. 4.verſ.tertia concluſio.lib. 4. & hoc eſſe conſ.Io.Bap.de San.Seue.liquet ex ſcriptis per Socin.conſil. 104.col.fin.lib.3.& per Iaſo.in d.l.Gallus. §.primò.nume.24. idem per Socin. conſ.113. colum. 1. lib.1.& per Dec.conſil.253.colum. penult.verſic. remanet.& Bald.conſ.168.in fi.lib.5.& Barb.conſil.61.col.3. verſic.item.lib.primo.

Idem eſt quoque in filio, & nepotibus, ex alio filio præmortuo



præmortuo inſtitutis, quod non ordine ſucceſſiuo, ſed ſimul ſuccedunt nepotes: tamen in ſtirpem, & non in capita, niſi aliud appareat ex teſtamento: Pariſ. conſil. 36.num.2.lib.2.& Bald.conſi.340.Si pater, verſ. ſed nepotes.lib.5.& Barb.d.conſ.61. col.3.verſ.item, & Iaſ.in d.l.Gallus.num.21.quem.Pariſ.allegat.

Alius & ſecundus datur † caſus, quo, virtute nomi-
39 nis collectiui vocatorum, ſola vulgaris interpretatur, vt quando teſtator inſtituit hæredem fratrem vel ſororem, vel alium coniunctum, & ſuos, vel liberos, vel deſcendentes, intelligitur primus nominatus inſtitutus hæres, etſi non potuerit, vel noluerit eſſe hæres, ſui vel liberi, vel aſcendentes cenſentur ſubſtituti, vulgariter tantùm, vt probat Dec. conſil. 205. colum. 3. verſ. His præmiſſis. & conſil. 228. colum. prima. & ſequ. & conſ. 248.colum.3. verſic.ſed prædictis.& Socin.conſilio 12. colum.3.ſub num. 9. verſ. quoniam plures. conſil. 104. col.fi.lib.3.& Couar.in d.ſuo §.2. cap. Raynutius. num. 5.6.7. dicens, inſtitutionem duorum vel plurium intelligendam ordine ſucceſſiuo, conceptam verbis directis referri ad vulgarem, non autem ad fideicommiſſariam: igitur vulgaris in ea ſpecie ſubintelligitur: & per Marzar. Vincēti. in ſuo conſ.pro Triuultijs.nu.91. Sed duæ exinde vrgent difficultates. Vna eſt, quòd intelligendo triplici modo plures vocatos venire ordine ſucceſſiuo vltra primum nominatum, vno modo, per vulgarem, vt dixi: alio modo, & per fideicommiſſum: & hos duos modos reprobando, tertium modum, quòd veniant ſimul, & copulatiuè, cum inter eos ceſſat neceſſitas cauſatiua, ne teſtamentum rumpatur, tenet Dec. conſ.236.& conſil. 253. cum ſententia communi ſuprà proximè relata. Altera eſt, quòd vbi ſit tantummodo affectionis ordo, vt in exemplo propoſito, teſtator inſtituit fratrem, & eius liberos, quòd eius filij videntur ſubſtituti non ſolùm vulgariter, ſed etiam per fideicommiſſum, ſecundum Pau.de Caſt.in dict.§.primo.l.Gallus col. fin. ſequitur, & durum, ac capitoſum eſſe, in iudicando recedere à ſententia, Pau.de Caſt. in d. §.1.l. Gallus.col.fin. dicit Iaſ. in conſil.189. colum. fina. lib. ſecundo. & tenet Aymo conſil. 22. columna 2. numero 4.& colum.3.ſub nume.6.deprehendit contrarietatem Decij in conſil. ſup. alleg. idem in conſil. 131. colum. 3. num. 10. licet per Alexand.in d.§.primo.incip.Quidam recte: colum. 3.ſub verſ. ſed iuxta hoc. malè referatur opinio Pau. de Caſt.ſ.quòd dicat, videri nepotem vocatum per fideicommiſſum, non autem vulgariter. & in libro meo Caſtr.dicit, quòd liberi eius videntur ſubſtituti vulgariter, & per fideicommiſſum, vt modò propoſui, & per alios poſteriores ibi, & alibi refertur, ita quòd iſto caſu ſuos vel liberos venire etiam per fideicommiſſariam, tenet Galia. in dict. quidam rectè. col. 6.ſub verſ. tertia ſit concluſio. licet ſuper vtraque difficultate Doct. diuerſimodè loquantur: tamen aliorum relationibus, & longis diſputationibus omiſſis, breui-
40 ter ſoluēdo primam difficultatem, puto duos † caſus eſſe animaduertēdos: vnum, quando teſtator inſtituit hæredem fratrem, vel alium cōiunctum, & eius filios, quòd iſto caſu ſimul veniant frater, & ſui filij: vt Dec. tenet in d.conſil.236.& conſil.253.ſecundum commun.opin. ſupra relatam.& per Cepol.in conſil. ciuil.52. & intelligitur de filijs natis, vel conceptis, tempore facti teſtamenti, vel mortis: l.ſi cognatis, cum ibi not. per Bart.de reb. dub.& Alex.conſ.184.col. 1.verſic. & primò, quia lib.2. Alexan.in d.§.quidam rectè.nume.56.Ruin.conſil. 100. col.3.num.5.lib.2.alioquin filij, non nati tēpore mortis teſtatoris, venirent ordine ſucceſſiuo: Dec. in conſi.253. in fi.& Alexan.conſ.42.col.pen.num.4.Alterum, quoniam inſtituit fratrem, & ſuos, vel liberos, vel deſcendentes, quòd iſto caſu veniat primò frater, & ſui liberi poſtea veniam ordine ſucceſſiuo, vt ſic expreſſè diſtinguendo, quando dicatur, Inſtituit fratrem, vel filios, aut inſtituit fratrem & liberos, idē Dec.tenet in d.conſ.205. col.2.verſ.2.ratione.& ante eum probat Raph.Cum. in d.§.quidam rectè.col.3.verſic.hęc tamen defenſio.& ibi in 3.col.ſub verſ.circa tertiam. ibi, ſed defendēdo communem. Et rationem huius diſtinctionis adducit: quia nomen, filiorum, eſt collectiuum plurium perſonarum, ſolummodo exiſtētium in eodem gradu, putà, filiorum, in quo non datur ordo ſucceſſionis: ideo teſtator non cenſetur inuitare ordine ſucceſſiuo, ſecùs eſt in nomine liberorum, comprehendente omnes deſcendentes: l. liberorum.de verb. ſignific. idem probat eandem rationem in conſ.113. col.2. verſ. Sed ad hoc reſpondetur, lib.1.repet.in conſ.238.lib. 2. ex qua putāt, ibi non rectè ſenſiſſe, quendam conſulentem, non facientē differentiam inter nomen collectiuum, Filius, & Liberos: vltra eum vide, quinimo fieri inter expreſſionem nominis, Filiorum, & Liberorū, maximam differentiam per ipſum Iuriſcon.in l.2.§. quocunq; autē. ff. de excuſ.tut: expreſſio enim filiorum dicitur nominatim, & ſpecialiter facta: & liberorum expreſſio, dicitur generalis: Gloſ. Bart.Caſtr.& Alex.not.in l.Titius. in princ. de liber. & poſthum. & Curt.Iun.conſ.58.col.2.nu.4.& Pariſ.conſ. 36.col.2.num.4.lib.2.& Ruin.conſi.101.col.4.num. 10. lib.2.ideo, vbi teſtator inſtituit fratrem, & eius liberos, cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, ſecund. Iaſ. in col. 6.nu.27.& Soc.in d.§.quidam rectè.col.4. verſ.2.principaliter.per Ang. conſil.38. & per Cum. ibidem col.3. verſ.hæc tamen defenſio.affirmat etiam illud. Alexand. conſ.25.num.1.lib.4.& Socin.d.conſil. 113. col.3.verſic. aliquando quis vocatur.lib.1.& conſ. 12. col.3.nu. 7.lib. 3.& Galia.in d.§.quidam rectè.col. 6. ſub verſ. tertia ſit concluſio.ibi, vnde ſi diceret, Inſtituo fratrem.& Aymo dict.conſ.131.colum.prima, ſub nume. 2. & Curt. Iun. conſilio 128. colum.ſecunda.num. ſecundo, ita tenendum eſt, quicquid diſputando dicat Alexandr. in dict. §.quidam rectè. vbi tamen ſub nume.53. & certè dicit ita eſſe magis commun. opin.& cum hac opin. pertranſit in conſil. 144.colum. ſecunda, nume.7.eum ſic concord.refert Aymo dict.conſil.131. ſub nu.ſecundo, non facit contra opin.iſtam, l.Lucius, §. Lucius.de lega.2: quia ibi non viget nominis collectiui vis, ob reſtrictionem inductam ibi ex particula, Quas, &, Quos, hoc teſtamento manumiſſi, & ibi, ita ne de nomine familiæ meæ exeat.nec facit natura copulæ, Et in qua præcipuū
41 fundamentum aduerſantes † faciunt: quia, Et, ea non mutat, nec alterat naturam & vim nominis collectiui, liberorum, comprehendentis propriè omnes deſcendentes, maximè vſque ad trinepotem: per l.Iuriſconſultus.§.parentes.ff.de gradi affin.tradit Alexand.in rub.in princ.de liber.& poſthum.refert Alexand.d.conſil.144.colum.2.nume.5.ſed potius auget, vt per Gloſſam Bartol. & alia.in leg. cum ita. §. in fideicommiſſo, de leg.2. & eſt continuatiua, nec de neceſſitate requirit concurſum copulatorum, ſed in quolibet eorum verificatur, dicit Bart. in d.§. quidam rectè. colum. penul.
42 ſub nume. 5.per l.ea tamen.de leg.3. † vt ex ordine charitatis, & affectionis copulati, videantur inſtituti ordine ſucceſſiuo, dicit Iaſo.ibidem in 7. colum.ſub nume. 32.verſi.moueor.& nume.35. ſentit Dec. in dict.conſil. 253.circa fin. Quare dicit bene Aymo in d.conſil.22.ſub num.2.in fi. quòd Dec. contrarium voluit, ſed malè in d.conſi.236.

Idem de alijs propoſitis in dicto exemplo, dicendum eſt, quando teſtator inſtituit fratrem, & ſuos, vel deſcendentes, quòd per verbum, Suos, vel, deſcendentes, collectiuum, ordo charitatis inducat ſucceſſionis ordinem, per Alleg.ab Aym.in dict. conſilio.22.num.2. & ſecundum magis commun. opin. per Alex. in dict. §. quidam recte.num.53.

43 Suorum autem appellatione, qui veniant, eſſe † pulchrum, paſſum ſcire, dicit Bald. in conſi.80.deſcendentibus.lib. 4. qui ideo ibi proſequitur plures huius vocabuli interpretationes & ſignificationes, & eſſe ſecundum ſubſtantiuum ei datum, quandoque ſtricte, vt ſuus hæres intelligitur pro eo, qui habet iura ſuitatis: quandoque largè pro eo, qui non habet iura ſuitatis: quandoque largiſſimè, ſuus dicitur agnatus, & cognatus, & ſuus dicitur proximus: quòd tamen difficultas puncti ſtat in hoc, vt conditio ſuorum ſubſtantietur in ſeipſa, non habente ſubſtantiuum aliquod, deſignans veritatem, & in dubio intelligitur de proximo vſque ad ſeptimum gradum, vt ibi per eum, per gloſſ.in l. ſi fœmina. C.ad Turpil.& latius huius vocabuli, ſuorum, ſignificationem etiam proſequitur Ioan. Raynau.in tract. de ſuita.nume. 16. ſecundùm diuerſitatem terminorum ſibi conuenienter applicandorum, vt de ſuis familiaribus, ſeruitoribus, domeſticis, & alijs hominib.ſubmiſſis: vt de ſuis, ſuæ patriæ, & nationis: vt de ſuis, reſpectu patriæ poteſtatis: vt de ſuis, ratione agnationis: vt de ſuis, quib. debetur ſucceſſio à natura ex aſcendentibus & deſcendentibus: vt de ſuis ratione ſanguinis, & ſunt aſcendentes, deſcendentes, & collaterales: vt ſuis, qui ſunt qualitercunque ſuccedentes ab inteſtato, vel ex teſtamento: hæc ipſe Ioan. Raynau. ibidem, accommodatis iuribus & auctoritatibus probat: eadem ferè probãdo allegat Barb.conſil.28.col.pen.& fin.lib.2.ſecundum ſubiectam materiam tandem hoc verbum, Suos, intelligi debet, Alex.conſ.26.col.3.verſic.nec prædictis. lib.5. ſequitur.Dec.cõſ.217.vltra med.verſ.& hoc idem confirmatur.& Guid.Pa.in q.548.tradit, verbum ſuos, etiam impropriè in muliere intelligi de liberis ipſius mulieris idem in conſil. 133. Antonius numero primo, quòd intelligitur de deſcendentibus, tenẽtibus primum locum. & Socin.in l.cum auus. colum. prima, num.3. & num.7.de conditio.& demonſt, ponit de duplici intellectu verbi, ſui.primo de liberis in poteſtate: ſecundo, de agnatis vſque ad ſeptimum gradum.idẽ probat Alex. conſ.32.col.1. nume.5.lib.6.& Dec.conſ.216.colum.ſecunda. numero 6.7. vbi dicit, in dubio eſſe faciendam interpretationem contra eum, qui ſe fundat in dicto verbo, habente duplicem intellectum, per leg.veterib. ff. de pact.tamen, vide quòd & meliùs tenet Imo.in cõſil.21.nume.4. intelligi etiam de hæredibus extraneis in reb. tranſmiſſibilibus ad omnes hæredes, & reſpondet d.l. veteribus. vbi de ſignificatione dictorum, tuis, ſuis, veſtris, in materia contractuum, vltimarum voluntatum, & priuilegiorum, magiſtraliter loquitur ſequitur Iaſo. in d. l. Gallus. §. etiam ſi parente.num.13.& Paul.de Caſtr. in conſ.374. Viſis omnibus, colum.ſecunda.ſub num.4.verſ.ſed reſpõdeo illud, & conſ.404. Duo videnda ſunt, nume.primo.lib.1.dicit, verbum, Et ſuos, non ita ſtricte intelligendum eſſe, quia plerunque teſtatores de tam ſubtili interpretatione Iuris non cogitant: l. non aliter. de leg.3. Sed debere interpretari ſecundùm communem, & vulgarem vſum intelligendi de proximioribus conſanguineis, venientibus ab inteſtato iurib. per eum ibi alleg.ſequitur Alex. conſi.8. colum.fin.nume.9.& Aymo.d.conſil. 12.nume.1. Ex his autem videtur improbanda opinio Alc. in l. Gallus. §. quidam recte, ſub num. 21. arbitrantis per hanc generalem adiectionem, & ſuos, non vocari iſtos ſuos vulgariter, nec per fideicommiſſum, ſed tantum vti hæredes ſuos, ex perſona filij nominati habere poſſe ius tranſmiſſionis, & de diuerſis etiam magis, & ſingularibus amicis venientibus ſub præmiſſa appellatione ſuorum, & de diuerſitate doct.in hac materia varia loquentium, plenè tractat Ang.Aret.de malefic. in gloſſ.& ad querelam.nume.48.ibique in addi. ſequent.& in materia nobilitatis tranſitus fit ad tranſuerſales, vſque ad quartum gradum, ad quem ſic extenditur nomen, ſuorum: Afflict.in conſti.Regni.in rub.de illici. porta.arm. ſub nu. 48. etiam de ſingulari amico, & de proſequente iniuriam attinẽtium, & non de fœmina, ponit Catel.Cot. in Memori.verſ. ſuorum appellatione. aliqua de his ponit Cagnol. in l. precibus, in vltim. quæſt. C. de impuber. & ali.ſubſti. Quapropter ſuper hoc verbo, Et ſuos, vt termino iuris, & diuerſimodè intellecto, per Doct.teſtes deponentes ſunt ſuſpecti.vt per Aym. conſil.75. nu. 26. & comprehendit tam maſculos, quàm fœminas: Dec.conſil. 253. colum.penult. num.4.& ſequitur Alexand. conſi. 141. col 2.num.4.ſicut comprehendit verbum, deſcendentes, Pariſ. conſil.51. colum.fin.num.30. lib. 2. & Hip.ſimilia per Rebuff.in l.liberorum, ad fina. quæ eſt l. 220.de verbo ſingnifi.hæc ſummatim de dicto vocabulo tractata & præſenti, & ſequent.interpretatione de fideicommiſſ.communia ſunt.

44 Veruntamen circa hæc inſpiciendum eſt, † quòd ceſſat ordo ſucceſſionis, quandò charitas, & affectio ſanguinis teſtatoris erga vocatos veriſimililiter ceſſare debet: vt, Si teſtator non ſit coniunctus, ſed omnino extraneus hæredis inſtitututi, vel ſubſtituti, & aliorum, etiam nomine collectiuo copulatiuè vocatorum, quia tunc coniunctim vocati exiſtentes in rerum natura ſimul, & ſemel ſuccederent, & æqualiter, per Doct.Bartol. in dict.l. ſi cognatis, in fi. de reb.dub.& ibi comprobat, & reprobat not.dignum Socin.in colum.antepen.num. 32. verſic. circa iſta, & bonis rationibus firmat Iaſ. in d. §.quidam recte colum. 8. num.34.verſic.tertio limita. dummodo vltra verba liberos ſuos non addat verbum. Et hæredes, quod deſignat perſonas admittendas, poſt mortem inſtituti vel ſubſtit. quia tunc neceſſe eſſet, ſeruari ordinem ſucceſſiuum ob dictam adiectionem, Et hæredes, vt ibidem ſubiungit Iaſ. ſub. nume.35. & communiter approbat Soc.conſil.12.colum.3. nume.5. lib.3.ibi, in dubio autem verbum, Sui ad quem referatur dicendum reſeruo in ſequent. interpr. de fideicommiſſario.

45 Altera quoque ſecunda † difficultas ſoluitur, inſpectis diligenter verbis teſtamenti: nam ſi teſtator hæredem inſtituit fratrem, vel alium coniunctum, & ſuos vel liberos, vel deſcendentes, qui ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur, charitate & affectione, vt probatum eſt, frater primo inſtitutus ſuccedit, ſi poteſt vel vult; alias ſuccedunt eius liberi, vel deſcendentes, per vulgarem tantum dict. §.quidam rectè, & gloſſ. & Doct. ibi, præſertim. Cum.in 3.colum.dum Bart. & Bald, concordat, & Aret.in 3. colum.ad fin.reprobando Caſtr. quia verba, Ciuilia, Inſtituto, & nullus apparens tractus temporis ad fideicommiſſariam inducendam, repugnant, per l. verbis ciuilibus, & l.in ſubſtitutione. de vulga. & pupill. & per Bartol. in l. Centurio ſub nume. 32. verſic, ſecundo opp.in fin. & Socin.in dict. §.quidam rectè. colum.4.nume.7.8. in 2. & 3. caſu. & ita eſſe commun. concluſ.firmat Alexand. in conſil. 24. colum. ſecunda, ad fi.verſ.& idem dicit, lib.3. addo idem ſentire Pau. de Caſtr.in conſil.159.Super primo quæſito.in princip. lib. primo, vbi loquitur in filijs, non ſub appellatiuo nomine, ſed collectiuo, occaſione conſortoriæ venientibus, quod veniant, ſi parentes non extarent, per not. d. §.quidam rectè, & ſic per vulgarem, idem in vocatis, nomine collectiuo deſcendentium expreſſè, tenet idem Caſtr.in conſi.434.iſtud relictum, lib. ſecundo, ad fin. dicens, quòd ſufficit auctoritas ſua, qui videt, & cognoſcit omnia prædicta vera eſſe, idem Celaph.conſil. 326.nume. 27. maximè per verbum directum, inſtituto.tantum contineri vulgarem, reſpondit Ruin. conſil. 128.colum.9.ad nume.15. & 16.lib.3. & conſi.99. num. 12.in 4.colum.lib. ſecundo, & vulgaris tantum, & non fideicommiſſarij inducitur ex nomine collectiuo, vt

expreſſè



expreſsè dicit Ruin.conſil.102.col.pen.nume.7. eodem lib.ſecundo, idem in legato, & vbi ceſſat tractus temporis.idem Ruin.conſi.78.colum.2.nu.6.eod.per hoc non videtur tuta reſponſio data per Aym.in d.conſil.22.col. 3.ſub nume.6.quòd ſub nomine collectiuo vocati cenſeantur per fideicommiſſum: quia & Socin.per eum allega.in dicto §.quidam recte.colum.4.nume.6.verſicu. quartus caſus, loquitur in caſu, in quo vltra vocationem per nomen collectiuum, adſint verba ſignificantia, non ſolùm vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam, vt quandocunque de ſubſtitutione, de qua nunc dicam, & non inſtitutione, de qua modò tractans, credo veram concluſionem, quòd pro ſuis, vel liberis ſic mixtim in inſtitutione vocatis, non poſſit interpretari, niſi vulgaris per directa verba ciuilia, quæ fideicommiſſum ſapere non videntur, & per ordinatam charitatem, amplectentem potius hunc intellectum, vt in ſpecie etiam concludit Bald.in conſil.53.Inſtituo fratrem. lib.3.ſic quoque expreſſim in inſtitutione firmat Couar. in dicto ſuo. §. 2. num.6.7.cap.Raynutius.allegando Deci.in conſi. 248. atteſtantem de communi.vt facit in conſi.3. in fin. verſ. & iſta concluſio indubitanter.

46 Si verò † poſt hæredum inſtitutionem, vt de ſubſtitutione loquar, teſtator quandocunque, vel ſi filius hæres deceſſerit ſine liberis, ſubſtituerit fratrem, vel coniunctum, & ſuos, vel liberos, vel deſcendentes, & frater pro eo ſubſtitutionis caſu eueniente, ad eam admiſſus fuerit, concederem eidem fratri ex dicta ſubſtitutione ſucceſſiua ſuos liberos, & deſcendentes, dici ſubſtitutos, vulgariter, & per fideicommiſſum, per d.Doct.Caſt. in d.§.quidam rectè. col.fina.& conſil.344.ſubſtitutio iſta.ad fin.& in conſil.370.quia in ſupraſcripto lib.2.cui non refragantur rationes contrariæ, adductæ per Aret. quia procedunt in ſubſtitutione elicita, & facta, per dictum verbum, Ciuile, ſicut eſt, Inſtituo, latè inſiſtit Hippol.Riminal.conſ.51.num.31.& ſeq.Hugo.Celſ.conſ.55. num.8.& nos ſumus in verbo communi, ſubſtituo, continente compendioſam expreſſam, & fideicommiſſariam pro fratre primo ſubſtituto, admiſſo ex verbis, habentibus tractum temporis explicitũ in futurum quandocunque: vt, Si filius hæres deceſſerit, ſicut propriè ſit compendioſa.ſecundùm Bartol.in dicta l.Centurio.ſub num.32.& ſic ex iſto tractu temporis ſucceſſiuo expreſſo, & vigore nominis collectiui, Suorum liberorum, & deſcendentium, efficitur etiam compendioſa dicta ſubſtitutio, pro ſuis & deſcendentibus fratris, vt ei ſuccedant: etiam per fideicommiſſum, per rationes plures alleg.per Socin.in dicto §.quidam rectè. col.fina.in 4. & 5. caſu.ob id approbando D.Doctr.Caſtr.& reprobando opi.Cuma. eo non obſtante, quòd videtur tenere contrarium in conſil.113.colum.pen.lib.primo, quia vbi loquitur in filijs & nepotibus vocatis nominibus collectiuis certi gradus, non ſic eſt nomen liberorum & deſcendentium, quòd eſt diuerſorum graduum, vt ante dictum eſt, idem probat in conſi.12.colum.penult.lib.3. & tenet idem Galia.in dict.§.quidam rectè. colum.6. ſub verſi.tertia ſit concluſio.dicens: Et ſcias, quòd venient hoc caſu ordine ſucceſſiuo etiam per fideicommiſſariam ſubſtitutionem, & hoc plenè firmat Aymo d. conſil.22.colum.ſecunda, nume.4.& ſeq. & conſil.131. nume.10.vbi ponit, quando facta èſt ſubſtitutio de aliquo, & eius hæredibus, veniunt hæredes iſti ordine ſucceſſiuo, per viam fideicommiſſi: probat idem & Couarru.in dicto ſuo §.ſecundo, ad fin. dicas ſententiam Socini eſſe receptiorem, & diſtinctionem iſtam de nomine collectiuo eſſe communem. Quod tamen intellige, vt dixi conſil.203.nume.31.lib.primo, quæ etiam comprobatur, remouendo præcipuam rationem aduerſantium, quòd reſpectu ſuorum vel deſcendentium ſit vulgaris, & non fideicommiſſaria, quia pro ſubſtitutione deuoluenda ex fratre deficiente ad ſuos, non apparet aliquis tractus temporis ſucceſſiuè requiſitus pro compendioſa, & conſequenter, pro fideicommiſſaria: vt per Bartolum & omnes Doctores, in dicta l. Centurio.& in l.precibus.C.de impub. Sed ceſſat hæc ratio: quia apparet, & adeſt tractus ſucceſſiuus in tali ſubſtitutione, ſi non explicitus, ſaltem implicitus, & deſignatus per verbum illud, Et ſuos, vel deſcendentes, ex quo teſtator conſiderauit ſucceſſiuum temporis longum tractum, vt bona ſua perueniant primò ad fratrem, poſtea ad ſuos vel deſcendentes, & ſic etiam per fideicommiſſariam, vt in ſpecie adducit Curt.Iun. conſil.48.ad nume.4.& 5.& Ruin.conſil. 164.colum. penult.in fin.verſic.quamuis autem.lib.3.& Aym.dicto conſil.131.ſub nume.10.ſentit Ioan.de Ana.conſil.37.in princip.vbi interpretatur fideicommiſſaria in liberis, vt hæc verba, & eius liberos aliquid operentur, vt ibi per eum, & per Bald.in conſil.492.Non eſt dubium, lib.ſecundo, in ſimili ſpecie, vt, Inſtituo tales, & deſcendentes ex eo, probantem, eſſe admittendum filium, deſcendentem per fideicommiſſum, eò quòd teſtator diſpoſuerit deſcenſiue, vt deſcendat de vno in alium ſucceſſio, ſicut ius ſanguinis: hæc ſunt ſua verba: & in conſi.ſequen.declarat, quòd filio deſcendenti reſtituatur hæreditas, retenta Trebellianica, & ſic per fideicommiſſum, quæ verba, Et conſilium declaratorium, deſunt in eodem repetito Bald.conſil.305.lib.3. alleg. per Aym.in d.conſi.22.num.6.de quo per ſcripta ſua profitente, bene vidiſſe, & collegiſſe cuncta conſil.Bald.& ſæpius de alijs mirante, quòd omiſerint aliquod allegare ſic vltra eos ſe allegare eam quod modo gloriante, mirandum eſt, quòd non allegauerit dict.conſilium Bald.ſub num.492.lib.ſecundo, magis completum, & declaratum, quàm ſit ſub nume.305.lib.3.ſane id humanitati imputandum eſt: alioquin vir iſte omni laude dignus, ex ſcriptis ſuis paſſim & vbique celebrandus eſt. In propoſito ponderandum eſt, quòd Bald.ibi mouetur etiam ex verbo, deſcendentes, ad reſpondendum pro fideicommiſſo, quod verbum oſtendit ſe importare tractum ſucceſſiuum pro fideicommiſſo: ex quibus veram & firmam remanere puto hanc concluſionem, quòd ideo ex coniectura aliqua huiuſmodi vigere pro vocatis, ſcribit Hiero.Zanch.in repet.§.cum ita.l.hæredes mei.nume.812.& ſequen.ff.ad Trebellia.ſicut enim eadem ſubſtitutio compendioſa, & fideicommiſſaria, complectens fratrem, & ſuos pro fratre, eſt fideicommiſſaria, ita dicenda eſt pro ſuis etiam reſpectu fratris, cui facta intelligitur, vt æqualiter determinet plura determinabilia, per regu.l.nam hoc iure.de vulgar.& pup. & l.quanuis. C.de impube. néve diuerſo iure cenſeatur.l.eum, qui ædes.ff.de vſucapio. l. 1. §. primo. ſi quis teſt.lib.ius.fu.cap.& cum.in tua. de deci. & vna pro ſuis declararetur ab altera ſubſtitutione pro fratre, per reg. l. qui filiabus. & l.ſi ſeruus. §. fin. de leg. primo, ne fiat diuiſio voluntatis teſtatoris.l.eum, qui §. pen.ff.de his quib.vt indig.qui, ſi onere fideicõmiſſi grauauit filium, & primum hæredem pro fratre, & ſuis, magis præſumitur voluiſſe grauare fratrem minus dilectum, vt reſtituat ſuis deſcendentibus: argum.l.Publius. & ibi not. per Docto.de condit.& demonſt.& pulchrè per Rom. conſil.56.col.2.verſic.quartò, ita per Dec.conſil.95.colum. ſecunda, & ſequen. & Marzar.Vicen.conſil.4.colum. ſecunda, verſicu.nam omnis ratio, tamen Bald.d.conſi. 305.male loqui dicit Hippol.Riminal.conſil.50.nume. 41. Præmiſſam concluſionem in ſpecie comprobat Dec.d.conſil.95.ſub nume.4.verſic.ſed iſtud non videtur verum.& d.conſ.Bal.diſcutiẽdo improbat Menoch. conſil.85.nume.95.vbi & nume. 97.reſpondet rationibus conſil.Aym.131.ſup.alleg.hæc ego latiùs declarabo interpret.ſequent.dub.1.ſolut.9.ex quibus veram & fir-

mam

mum remanere puto hanc concluſionem.Quę licet magis conueniat ſequenti interpretationi,tamē neceſſitas declarationis & interpretationis etiam vulgaris,me coēgit,eam hic ponere:quam tamen declara,& intellige,vt dicam in ſeq.interpr.dub.1.ver.ſexto.

47 Tertius † principalis poteſt alius dici caſus, in quo ſubſtitutionem in teſtamento factam eius interpres ſolam vulgarem continere reſpondet:is eſt caſus, quando ſubſtitutio eſt reciproca poſt inſtitutionem, facta vnica verborum conceptione,vocans puberes, vel diſpares ætate,vel poteſtate patria ſolutos nulla conditione appoſita,tractum temporis denotante, aliter, quàm ipſius vulgaris, nullo denique ſigno inſerto temporis, tractum demonſtrante, alioquin & his contraria, vel pupillarem,vel fideicommiſſariam oſtenderet, de qua tranſeundo per ſuam ſpeciem pupillaris & in ſequen. interpr.de fideicommiſ.dicendum eſt infrà. Verum ſi facta per teſtatorem hæredibus inſtitutis, dicitur, Eos inuicem ſubſtituit, ſolam vulgarem, continet, per l. iam hoc iure.§.primo.& l. qui plures. & l. cohæredi. §. qui diſcretas.& l.Lucius.de vulg.& pupill. in his locis tradunt Doct.& in tract.de ſubſtitu. in c. de reciproca, ſeu breuiloqua.& Pau.de Caſtr. in conſi.14. Si contingat. colum.2.verſic.reſtat reſpondere.lib. 1. vbi rationem adducit: quia teſtator videtur voluiſſe, Si aliquis eorum hæredum inſtitutorum non ſit hæres, quod alius vel alij ſint hæredes, & ex inde ſit interpretatio vulgaris: iux. l.prim. de vulg. & pupill.idem Dec. in conſil.291.colum.1.nume.3.& conſi.318. colum.ſecunda,num.3.dicit,ita eſſe naturam breuiloquæ, ſimpliciter factæ ſine compendioſa,vt non contineat fideicommiſſariam,ſed vulgarem:vt probat Aret.conſil.37. col. 3.verſ.venio ad quintum,& ſic eſſe commun.opin.Iaſo. in dict.l.Lucius.num.29.Goz. conſil. 80.ſub nume. 4.
48 & Capra.tract.reg.& commun. opin. & tract. de ſubſtitut.in 4.ſpecie de reciproca.nume.32. & Bero. conſi. 66.colum.3.nume.7.lib.2.idem ſic facta ſubſtitutio, & eiſdem hæredibus ſuis omnes eorum filios maſculos, & deſcendentes ab eis, ſic inuicem ſubſtituit ſimpliciter in ſtirpem & non in capita,ſolummodo vulgarem continet,deciſiuè probat idem Bero.conſil. 65. col.
49 prima, lib. 2. † idem ſubſtitutio hoc modo facta,cum hoc, quòd vnus ſuccedat alteri, & eorum hæredes maſculi tantum ex ſe legitimè deſcendentes,non fideicommiſſariam ſed vulgarem tantum continet, ex facto reſpondit Iaſ.conſ.124.lib.primo,alter alteri ſuccedat, quo breuiloqu.dicit Zaſ. in tract. de ſubſtit. in cap. de breuiloqu. colum. prima, ſub nume.2, quòd iſta verba ſunt quotidiana in ſua Germania, id veritus eſſe dicit,& probat Caſtr.conſil. 441. Viſo puncto. colum. ſecunda,ad med.libr.ſecundo, ex quibus deprehenditur,non rectè Pa.Leo.in ſuo tract.ſubſtitu.in cap.de reciproca.in 6.quæſt.nume.15.& ſeq.tenere, ſub illis verbis, Vos inuicem ſubſtituo, etiam contineri fideicommiſſariam, ex generalitate verborum, & aptitudine verbi, Subſtituo, etiam ad fideicommiſſariam, & ex alijs inductionibus ibi per eum factis, quæ ideo non procedunt in reciproca:quæ enim vnico contextu verborum directorum, vel communium, cum dictionib. mutuis inuicem,vel, alter alteri formata ſine compendioſa,habente modo aliquo tractum temporis ſucceſſiuum tantum directas ſubſtitutiones continet, non verò fideicommiſſariam,per commun.dict. Bart. in d. l.Centurio.colum.9. ſub num. 32. verſ. ſecundo oppo. ibi Ripa nume. 149.& Socin.Iun.num.282.& ſequent. ſic commun.opin. & ſententiam eſſe atteſtantur, Alexan.conſi.208.nume.ſecundo.lib.6. & Socin. conſil. 6. colum.prima,lib.3.ad Rolan.à Val.conſil.25. num.3. & 10.libr. primo, refert.idem, firmando Odd.Peruſ. de compendioſa in prælud.part.6. de reciproca in quæſt. 5.verſic.de fideicommiſſaria, & poſt prælud. in part.5. in art.6.ſic atteſtando, etiam pertranſit Anto. Gomez. in ſuo Comment.Iuris,tot.1. cap. 8. & Moder. præſertim Seb.Sap.in l.ſecunda,nume.ſecundo,13.& 19.C.de impube.& al.ſubſtit.Hoc quidem locum habet,niſi appareat, aliud eſſe de mente teſtatoris, quòd etiam fideicommiſſum contineatur in reciproca:id enim apparere ex prohibitione per teſtatorem inſerta & appoſita, ne hæredes poſſint alienare bona iuxta prohibitionem Legis de rebus,quæ reſtitutioni ſubiacent, per hæredes non alienandis,reſpondit Are.de conſi.37.col.pen.

50 His autem, vel ſimilibus caſibus, quibus † ſola vulgaris interpretari poteſt, magna reſultat vtilitas pro inſtituto, quoniam poſt aditam hæreditatem expirat vulgaris:l.poſt aditam, C.de impube.& alim.ſubſti.& inſtitutus habet bona hæreditaria libera in ſua diſpoſitione, abſque fideicommiſſi onere, ſed vtilitas huiuſmodi de facili, & ſæpe deſtructa, & ſublata reperitur, per frequentes & ſolitas clauſulas, in teſtamentis poſitas, has, Vulgariter,pupillariter,& per fideicommiſſum,& codicillarem,ſi non valet,ſeu valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorũ,vt per clauſulam,vulgariter,&c. & iam in ſimplici reciproca intelligi fideicommiſſum inductum pro ſubſtituto in caſum mortis alterius inſtituti, latè demonſtratum eſt ſupra hac eadem dubit. ſub verſicu.tertio modo, in quarto effectu dictæ clauſulæ, allegando Alexand.in dicto conſi.208.in princip.& Socin, Iun.conſil.128.nume.10.11.lib.primo, & Beroſ.conſil. 94.ſub nume.20.lib.ſecundo, & Gualden. de arte teſtan.titu.5.caut.29.verſic. ſecundùm. & tenet idem Capra.in d. 4.ſpecie de reciproca.nume.34.& per clauſulam codicillarem, ſimiliter induci fideicōmiſſum in reciproca firmat Socin.d.conſi.6.colum.2.lib.3. & Hiero. Zanch.in repe.§.cum ita.num.3.l.hæredes mei.ad Trebel.& maximè, quando talis clauſula eſt concepta per verbum futuri temporis, non valebit, ſicut probat Ripa in d.l.Lucius.colum.penult.nume.45. diſtinguendo opi.Dec.in l.precibus.nu.18.C.de impub.& al. ſubſtit. contrariam in hoc caſu non procedere,quam etiam indiſtinctè non puto veram per tex.in l.Scęuola.ff.ad Trebel.habentem hæc indiſtincta verba, quòd ſi inuicem fuerint ſubſtituti, & in fideicommiſſo ſubſtitutionem valere, vnoquoque eorum mortuo, qui ſuperſunt, totum accipiunt.

51 Quinto principali modo † aut per legem præſumpta vulgaris cognoſcitur:id enim venit, quando teſtator formando ſubſtitutionem pupillarem conditionem expreſſit pro ea neceſſariam: vt, Si filius meus hæres erit,& in ætate pupillari deceſſerit, ſubſtituo Titium, ſiquidem filius inſtitutus moriatur, viuente teſtatore, cum verba teſtatoris,Si hæres erit, contraria videantur vulgari ſubſtitutioni, rex fauens diſpoſitioni teſtamentariæ ne caduca remaneat:l. prima.§. pro ſecundo, de cadu.tol. interpretatur ipſam vulgarem reſurgere iſto caſu,ita veriſimiliter præſumendo & diſponendo ex mente teſtatoris,ac ſi de eo cogitaſſet:vt l.nam hoc iure.in princip.& ibi Barto.& alij declarant, de vulg.& pupill.& in l.prima,num.ſecundo,& ſub nume. 17. in 3. quæſt.in princip.& ibi dicit Barto.& omnes Moder. affirmant iſtam dici vulgarem omninò tacitam,& ibi Ripa num.105.& dici tacitam præſumptam ibi num.109. & talem dicit ex interpretatione extenſiua, non declaratiua:quid referat, ponit Iaſo.in l.quamuis.col.2.verſi. ſecundò diligenter, vbi & de materia iſta latè per omnes.C.de impub.& alim.ſubſtitu. & per Anton.Gomez.in ſuo Comment.Iur. tot.1. cap.3.de ſubſtit.vulga. nume. 13. & Pap. Leo.de ſubſtitu. in capit. de pupill. nume.199.& ſequent.vbi latè contra Polit. de intellectu d.l.nam hoc iure,ad idem Caſtr.conſi.355.poſtquam ſub num.3.lib.primo.quoad aliam tacitam, & ſubintellectam vulgarem,ſecundum terminos,l.Titius.& ſeq.ff. de hæred.inſtit.& l.qui liberis. §. hæc verba. de vulg. & leg.fin.C.de hæred.inſtit. vt parum frequentem in praxi,remitto ad Bart.& alios in d.l.in d. 3. quæſt. princ. & Pa.Leo.co.in d.tract.de ſubſtitu.in cap. de vulg.nu.28. & ſequent.& ad ea,quæ de lege interpretante voluntatem teſtatoris dicta fuere ſupra lib.primo,interpre.1.dubit.3.ſolu.9. Veruntamen vbi ſubſtitutio pupillaris abſque illis verbis, Si hæres erit, ſimpliciter formata fuerit,hac conceptione verborum, Si in ætate pupillari deceſſerit,ſubſtituo Titium filio inſtituto,præ defuncto viuēte teſtatore, operatur vulgaris,non ex interpretatione Legis, ſed ex generalitate dictorum verborum, quæ de ſui natura & ſignificatu poſſunt intelligi, & in caſum vulgaris ante aditam hæreditatem, & in caſum pupillaris poſt aditam hæreditatem, vnde vulgaris hæc caſu ſuo adueniente, reſpectu bonorum teſtatoris admittitur, & expreſſa etiam dicitur verbis generalibus, tradit Bald. conſi. 170.quidam Nicolaus. colum. ſecunda, in princ.lib.5.& Pau.de Caſtr.in conſ.13.Super prima dub. colum. penult. in fin. & colum. fin. lib. primo, & clarè Corn.conſi.297.colum.ſecunda.in fin.verſic.in tãtum, quòd Bald.& colum.ſequen.pen.lib.1.ita eſſe commun. opin.dicit Seb.Sapia in repet.l.precibus colum.7.num. 77.& ſequen.C.de impub.& Socin. plenè in dicta.l.1. col.44.

52 Sexto modo, & ex ſuo effectu † cognoſcitur directa ſubſtitutio, conſiderando quales ſint eius effectus, inducti à natura & ſpecie eiſdem, vt antè dictum eſt, ſecundum Bald.in conſil. 170. quidam Nicolaus. colum. 1.ver. in contrarium.libr.5.alleg. per Boër. in deciſ.38. nume.8.debet enim ſubſtitutio directa iudicari ex effectu ipſo, quòd teſtator expreſsè diſponit reliquum totũ diſtribuendum per ſubſtitutum, volens enim hunc eſſe effectum, vult etiam modum, per quę ſequitur effectus ipſe per l.3.ff.de teſt.mili.ſicut qui vult conſequens,vult & antecedens. per l. illud. de acquir. hæredi. notanter etiam tradit Bal.in conſil. 422. ſtatutum, & declaratio. ver.cum ergo.lib.3.& alia hic eſſent repetenda, quæ plenè tradita fuerunt ſupra lib.1.interpr.vltima, dubit.vltima,& ſolut.vltima de interpretandis vltimis voluntatibus ab effectu,& ibidem ſunt reuidenda,nunc autem dicendum eſt,quòd cognoſcere ſubſtitutionem vulgarem per effectum, non ſolum eſt eam cognoſcere, ſed eius fructum colligere, & eius ſaporem guſtare,cum effectus ſubſtitutionis debeat attendi potius, quam ſonus verborum:Alexand.in not.caſu.in conſi.100.num.9.10.lib. 4.Aymo conſil.305.num.2.& text.in l.actio.ff.de nego. geſt.quoniam autem plures ſunt eiuſdem effectus cum pluribus dubitationibus, & diuerſis reſolutionibus, diſtinctionibus, & limitationibus, conſiderati & collecti per Docto.tam in lecturis, quàm in tractatib.particularib.ipſius vulgaris, & eos ſingulos in longum recenſere hoc in loco,eſſet telam noſtram nimis longam contexere:ideo putaui, ſufficere,eoſdem effectus referre & exprimere in ſumma,& per capita,& quorſum tendant,vt cum oportuerit in caſibus contingentibus de eis pleniorem cognitionem habere, recurſus habeatur ad loca remiſſa,& ſunt iſta. Nam Bart.in ſæpe allega.l.1.in 4. quæſt.princ.num.18.de vulg.ponit quinque effectus vul-
53 garis principales,primus † eſt, quòd ſubſtitutus admittitur,ſi inſtitutus non ſit hæres, vel alium hæredem non faciat,ponendo dubium ſuper primo, ſi non ſit hæres,ſi ſpes ſit inſtituti reſtituendi in integrum, & reſoluendo, non ceſſare interim ſubſtitutionem,ibi num.19.& idem ibi Alexand.num.16.extendi in inſtituto, qui poſſet reuocare abſtenſionem,etiam aliter, quàm per reſtitutionem in integrum,& ibi Ruin.num.48.& debet conſtare de non extantia hæredis inſtituti, perfectè ibi Ripa nume.118.& ſequent.idem Barto.ibi nume.20.excitando dubium ſuper illo,ſi alium hæredem non fecerit, de iure tranſmiſſionis ad hæredem hæredis excludentem ſubſtitutum: ita eſſe commun.opin.ibi Iaſ.nume.41.& Rip.nume.133.& ſequen.& de domino pro ſeruo inſtituto: de monaſterio pro monacho inſtituto: & de fiſco pro indigno inſtituto: & de patre pro filio inſtituto,adeuntibus & excludentibus ſubſtitutum, vt ibi Bar.num. 21.22.23.24.Alexan.num.21.& Iaſ.nume.42.& ſequen. Socin.nume.19.cum ſequent.Ripa nume.150.& ſeq. de hoc etiam effectu per Beroſ. conſil. 63. nume. 10. lib. ſecundo.

54 Secundus † effectus eſt, quòd teſtamentum poteſt ſumere vires ab ipſa vulgari, maximè, vbi defectus eſt ex parte inſtituti,per Bart.ibi d.l.1.de vulga.num.28. Dec. conſi.529.num.4.& à vulgari, etiam tacita. Bart.ibi nu. 30.Iaſ.num.57.Ruin.nume.88.& ſeq.eſt commun.opin. Ripa nume.162.& à vulgari tacita contenta in pupillari, pupillo ipſo etiam mortuo in vita patris: Bartol.ibi nume.33.eſt commun.opin.Ripa nume.164.& Vaſq.in tract.de ſucceſſ.progreſ.lib.2.§.11.num.22. ſiue teſtator potuerit prouidere poſt mortem ipſius filij,ſiue non potuerit, & ſic indiſtinctè videtur tenendum Capra in ſuis regu.concluſ. 113.& fin. tracta. de ſubſtitut.primæ ſpeci. vulgaris nume.octuageſimo ſexto, & indiſtinctè iſta opin.eſt verior Alexand.in dicta l.prima, num.32.33. idem in vulgari tacita contenta in pupillari facta ventri, verificata poſthumo non nato, quòd ſubſtitutus ſuccedit ſecundùm Communem Opin.Ripa. num.168. & Odd.Peruſ.in tracta.de compend.in prælud.part.ſecunda.in quæſt.5.verſicu.ſecundus effectus.in 3.limitat. addo Tiraquel.in l.ſi vnquam.verſicu.libertis.de reuocan.donatio. nume.50. implentem paginam concord. & atteſtantem hanc communiorem, & veriorem opin.

55 Tertius effectus eſt, quòd † vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem:Bart.in dicta.l.prima,nume.34. niſi appareat contraria voluntas teſtatoris expreſſa, vel tacita,ponendo exempla, ibi, etiam ſtatuto exſtante de teſtamentis exequendis ſine aliqua interpretatione Alexand.nume. 34. Iaſo.nume. 60. Ruin. nume. 97. Ripa num.centeſimo ſexageſimo nono, cum tribus ſequent. & Zaſi.in dicto cap.de vulga.nume. vigeſimotertio, dicendo, id eſſe ex interpretatione Iuris,& propterea per talem tacitam pupillarem matrem non excludi, ſic atteſtando, eſſe Commun. opin. & Odd. Peruſ. in dicto loco, verſi.tertius effectus, contra iſtam Commun. vide tamen, quod latè diſcutit, & tenet Pa. Leo. in dict. cap.de vulgari à nume. 117. vſque ad nume. 140. & excludit etiam matrem teſtatoris.Couarru.in cap.Raynutius.in ſuo §. 4.in fina.de teſtamentis.de ſtatuto prohibente interpretationem teſtamentorum, tractaui ſup. lib.1.interpr.1.dubit.2.ſolut.3.verſic. quænam interpretatio.

56 Quartus † effectus ponitur per Barto. in d. l. 1. num. 8. quòd per vulgarem ſuccedítur teſtatori immediatè, & in eis bonis reſoluendo quæſtionem, quòd per tacitam pupillarem contentam in vulgari, & per tacitam vulgarem, contentam in pupillari, etiam ſuccedítur in bonis pupilli, cum Bart.& alij tranſeunt, Ripa num.172. & per talem tacitam vulgarem, excluditur mater pupilli: Bart.nume.41.cum quo tranſeunt Doct. dicit ibi Soc.colum.48.verſi. circa tertiam, excluderetur etiam mater teſtatoris, quando eſſet vulgaris tacita probata, & collecta,& pupillari formata hoc modo, vt, Si in ætate pupillari, &c. Ripa ſub num. 175. excluditur quoque filia inſtituta in re certa: Corn. conſi. 239. lib. 2. idem de vulgari partim expreſſa, partim tacita, quòd in caſu tacito excludit matrem, reprobato intellectu Bar. ad le. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. eſt Commun. Conclu. per Socin.in dict.l.prima.colum.49. Ripa num.176. & per

per iſtum effectum, quia ſi ſubſtitutus ſuccedit teſtatori, non repellitur per tutelam pupilli nõ ſuſceptam, Abb. conſi.90.col.2.num.5.lib.2.& Socin.conſi.20. col. 5. & ſequ.lib.1.

57 Quintus † effectus habetur per Bart. ibi nu. 45. quod vulgaris tollit ſuitatem inſtituti, quoad tranſmiſſionem, & alios effectus ſuitatis: ita Commun.opin.eſſe concludit Soci.in colum.54.ſic tranſit Ripa num. 179. intellige & declara, vt per Soc.ibi & Anto.Gomez. in d.comment.in tom.1.cap.3.nume.15.16. & Odd.in alleg. loco in 5.effectu.& limita, quando vulgaris eſt cum fideicommiſſaria: Corn.conſi.35.colum.penult.lib.2.& Rui. cõſi. 105.colum.penult.num.12.lib.2.& conſ.165.col.2.num. 4.eod.

58 Sextus † effectus poſt Ange.ponitur ibi per Rip.num. 158.quòd vulgaris tollit ius accreſcendi, intellige & limita, vt per Rip.ibi num.171.& per Odd.Peruſ. in loco allega.in dict.ſexto effectu.& Pa.Leo.in d.tract. de vulgari num.143.& Anto.Gomez in dict.cap.3.nu. 26. 27. & Poliſ.in tractat. ſubſtituti. de ſubſtitutione vulgari, in ſexta par. nu. 51. vbi & de alijs effectibus vulgaris meminit.

59 Septimus † effectus eſt, quòd ſubſtitutus ſubrogatur in locum eius, cui ſubſtituitur, etiã in ſubſtituto alij cohæredi, cuius ſic, & iſte vltimus ſubſtitutus dici poteſt primi inſtituti ſubſtitutus, ſ. Titius. de vulg. & pupil. & ibi Caſtr. Alexan.& Iaſ.dicẽtes, ita eſſe Commun.Opin. & Barto.& Imol.in l.cohæredi.in princip.eod.quicquid dicat Poli.in dict.tract. de vulgari in d. 6. part. num.15. 16.idem etiam firmat Corne.conſ.35.col.fin.ad fin.libr. ſecundo, ita alijs ſubſtitutis de medio ſublatis, concord. allegando latè probat Aymo conſil. 283. Rot. Florenti. reſpond.pro Triuulti.ſub nu.9.& is effectus eſt non par ui momenti, & declarat Caſt.in d.l.ſi Titius.latiſſimeq; diſcutit Hier.Zanch.in repet.§.cum ita l. hæredes mei. nume.27.cum plur.ſequ.ad Trebel.& num.24. ſic & ſe quen.vbi pleniſſimè de ſubſtitutionibus quibuſcunque, & vulga.& pupillaris,& fideicommiſſ.effectis caducis.

60 Octauus † habetur effectus, quòd vulgaris etiam capit legitimam inſtituto deficienti debitam, quoniam vulgaris ipſa non reputatur onus inſtituto, cum poſſit adire, & habere totam hæreditatem, ideo valet in legitima, per textum in l. ſi poſthumus. §. quòd vulgo. de liber.& poſthum. ibi not. Caſtr. Alexandr. Aret. & Iaſ. idem tenet, & confirmat Iaſ.in l.filius hæres. colum.penult.ſexageſimoquartò, eo. licet ibi dicat articulum dubium & argumentabilem, & contrarium firmiter teneat Anton.Gomez in Comment.Iur. tom.1.cap.3.nu. 17.& cap.9.nume.40.& ita dicat eſſe Commun. Opin. tamen ego in ſpecie noſtra puto aliam opin. eſſe magis communem, & veriorem, quòd in legitima vulgaris ſubſtitutio teneat: nam eam probant Baldus in leg.ſi arrogator.colum.2.in 6.opin.ff.de adopt.& Pau. de Caſt. in l.quoniam in prioribus.colum.ſecunda, ſub numero, 2.ver.& adde.C.de inoff.teſta.& idem Caſtr.Alexan. & Iaſ.in dict.§.quod vulgò.& Iaſ.& Aret.in d.l.ſi filius.nu. 64.& Socin.licet more ſuo dimittat cogitandum, in d. l.1.colum.56.ver.quintodecimò limita, de vulg.pro concludenti ratione adducit Ripa ibi ſub num.159.ver.pro communi.eandem opin.tenet Bald.conſ.122.Verba teſtamenti.circa fin.lib.1.& Rui.conſi.118 col.8. num. 23. lib.3.& conſil.129.colum.penult.num.6.lib. 2. Pro alia verò opin.ex alleg per Ant. Gomez. in ſpecie nõ extat, niſi dictum Iaco.Butr.probatum per Alex.in d.l. ſi filius hæres.col.pen.& per Angel.de Perigl.in tract.de ſuit.in 10.& vlt.quæſti.num.46.addo & Salyc.conſil. 70. num. 21. in 1. Tomo conſi. vltimarum voluntatum: nam alij alleg.per dict. Gomez.ſub d.num.17.ver.ſecunda principalis opinio. loquuntur ſimpliciter in articulo tranſmiſſionis, fiendæ per ſuum, ne ſentiat onus: ſed contra fiendæ per ſuum, ne ſentiat onus: ſed contra dictum Butrigarij, & Alexan.& Saly.& Ang.extat. ſententia Bald. Caſtr.Aret.Iaſo.Socin.& Ruin.in locis modò alleg.& ſequitur Gabriel.Rom.de com.conclu.lib.6.de legitima. conclu.1.num.48.& Bero.conſi.124.nu.14. lib. ſecundo.ex quibus liquet, iſtam eſſe magis com. opin. & credo veriorem, remouendo aduerſariam allegationem de tranſmiſſione in ſpecie noſtra, hac noua ratione, & inconuincibili, ni fallor. quemadmodum enim filius vniuerſalis hæres inſtitutus purè habens vulgarem ſubſtitutum, ſic terminis noſtræ, q. præſuppoſitis non poteſt acceptare, & conſequi legitimam, & reliquum hæreditatis repudiare: per l. ſi libertus ſub conditione. §. ſi libertinus. §.ex ſtimo, ff.de bon.libert.& l.ſuus quoque. §.ſed etſi filio.de hæred.inſtit.firmat Salyc.in dict.l. quoniam in prioribus.colum.pen.in fi.ver. quæro ad declarationem.vt talem eſſe commu.opin. bene diſcutit, & ab ea non recedendum dicit, Ripa in d.l. 1. nu. 158.& latè firmat Dec.in l.hæres.nume.5. vſque in fi.C.de impub. & al. ſubſtit. vbi pluries ad fin. repetit legitimam non eſſe debitam filio, cui delata eſt tota hæreditas patris.idem probat Abb.conſil. 90.colum. 2. ſub ver. adhoc enim poteſt.lib.ſecundo ita non poteſt eandem legitimam ſeparatam à reliquo hæreditatis tranſmittere ad ſuum hæredem: quia nemo plus iuris, &c.per vulga. regu.l.nemo plus iuris.de Reg.Iur. & capit.non poteſt. eo.in 6. & ibi Gloſſ.& Doct. non adducunt fallentiam ad noſtram ſpeciem.ergo ſtandum eſt regulæ, quòd vulgaris verificata capiat legitimam cum vniuerſali ſucceſſione, ſicut tollit ſuitatem, etiam quoad tranſmiſſionem, & alios effectus, ſecundùm Commu.opin.atteſtatam per Socin.in dict.l.1.colum.54. ver. circa quintum, & intelligitur de legitima filij deficientis poſt mortem patris, quando debetur legitima: non autem, quando filius deceſſerit viuente patre, quia tunc filio nulla legitima debetur: l.1. §. igitur etiam. ff. de collati. bon. vbi propriè ex actione non competente ad quartam ius tranſmittendi, non adeſſe arguitur. & ſentit Gomez dicto capit.9.nume.40. & iſte caſus ſic nullam habet difficultatem, quando omnia pertineant ad ſubſti.

61 Septimo & vltimo modo dignoſcitur fine ſuo vulgaris non inepto, nec incongruo, cùm teſtamenti interpres eius dubitationem præ manibus habeat, continuò vertentem, vel in affirmatiuam, vel in negatiuam partem.ſ.aut extare vulgarem, aut nõ extare, vt ſic omnem noſtram contentionem in quaque re paſſim exiſtere, antè dictum eſt, lib.1.interpr.1.dubit.ſecunda, ſolut.5.& vltim.nam modis præcedentibus viſum eſſe pro notitia, & viribus vulgaris ad affirmatiuam partem: nunc

62 † meritò, quæ extinctionem, & finem eius oſtendunt, tractanda ſuperſunt, vt quandoque edocti ſumus, vulgarem ipſam exiſtere non poſſe, & certum demus reſponſum, in partem negatiuam vulgarem non vigere. Quod itaque inuenitur, animaduertendo in ſubſtitutionibus habentibus expreſſam, vel tacitam conditionem legalem: Si non erit hæres, &c, ſecundùm l. primam.& l.qui liberis.in princip.de vulga. factis vel hæredi inſtituto, vel legatario, vel fideicommiſſario, tunc demum ſubſtitutionem vulgarem extinctam eſſe, finem habuiſſe, & non operari, vbi inuenitur, per hæredem inſtitutum fuiſſe aditam hæreditatem, l.poſt aditam.& l.precibus. C.de impub,& ibi Gloſſ.& Doct.Bart.in d.l.1.num.46. & Pariſ.conſil.82.nume.10.lib.2.& per legatarium primum, vel fideicommiſſarium fuiſſe agnitum legatum, vel fideicommiſſum. l.ſi legata. C.de leg. & ibi Caſtr. & Alexand. & Ruin.conſil.100.nume.4. & conſi.180. nume.5.lib.2.& Crdt.conſil.65.nume.23.eò, quia defecerit conditio negatiua, ſub qua facta eſt ſubſtitutio. Fulgoſ.& Dec.in d.l.poſt aditam. in princip. & Dec. conſ.



conſil.291.col.1.verſicu.ſecundo quamplures, & patet hoc lippis & tonſoribus, dicit Azo.in ſum.C.de impub. & ali.ſubſtitut.in verſicu. expirat hæc ſubſtitutio. † in

63 ſubſtitutione namque, habente expreſſam conditionem, Et ſi deceſſerit ſine liberis, vel aliam, idem eſt, quòd vulgaris finitur, & expirat, ſi deficiat conditio, quòd inſtitutus ante aditam hæreditatem decedat cum liberis: Alexand. conſil.26.nume.4.latè Beroſ.conſil. 128.num.8.9.10.lib.3.plures etiam concord. ad hoc allegat Hier.Zanch.in repet.§.cum ita.nume.54.l.hæredes mei.ad Trebel.vbi ampliat hanc concluſionem in conditione eadem ſine filijs, poſita etiam in fine, quòd referatur ad vulgarem primo loco factam, ſecundùm Rom.conſil. 480.verſicu. capio nunc, & etiam in filijs ſic poſitis in conditione, qui ad eorum commodum aliàs non excluderent ſubſtitutum, ſecundùm Aym. conſil.62.col.num.2.per l.filiusfamiliâs.§.cum quis, de leg.1. Quando vulgaris tacita contenta ſub pupillari expreſſa non expirat extincta pupillari, latè vide diſcuſſum per Couarru.in d.cap. Raynutius. in ſuo §.5.poſt num.6.& per Ant.Gomez.in d.ſuo commentario.tom. 2.cap.3.nu.3.& ibi in annotatio.litera N. atteſtatur modò apparere, receptiorem ſententiam talem vulgarem non expirare.

Ad hunc etenim modum cognoſcendi, vulgarem non ſubſiſtere per eius extinctionem & finem ſic inductum, laudandæ ſunt & tenendæ, poſt Bartol. Alexand. Socin.& Rip.in dicta l.1.in fin.quæſt.princi.& poſt Angel.& Modern.in dicto §.cum ita diſtinctiones plurium caſuum, & limitationes adductæ nouiſſimè per Odd.Peruſ.alterum Celſum Iuniorem in dicto ſuo tract. compendioſæ in prælud.part.2.in quæſt.6.ſed ibi in verſicu. ampliatur tertio, ad fin.vbi ſcriptum eſt, Tunc vulgaris extinguitur, ſecundùm Bald.in l.ſuum.circa fin.&c.aduertatur, quòd errore credo impreſſoris deeſt: non, quia vult dicere, Vulgaris non extinguitur, ſic per gloſſ.in d. l.ſuum.ibi Bal.probat, quando hæres repudiat hæreditatem, expreſſa cauſa, quia hæreditas eſt damnoſa. & ibi ſub nume. 53.in fin. vult dicere. ſub nume.57. licet diſtinctiones huiuſmodi paſſim, & non admodum laudat Hier.Zanc.in repet.ſua.ſup.dicto.§.cum ita.ſub nume. 881.recenſendo verba Cic. in 2.de l.ibi, Sed Iuriſconſultus, ſiue erroris obijciendi cauſa, quo plura, & difficiliora ſcire videatur, ſiue quòd ſimilius verò eſt igno-

64 ratione docendi: † nam non ſolum ſcire aliquid artis eſt, ſed quædam ars etiam docendi, ſæpe quod poſitum eſt in vna cognitione, id in infinita diſpartiunt, & verba Zaſij in commentar.ſuper primo ad Heren. in verſicu.ea diuidit.dum ait: Vbi ſunt Iuriſtæ noſtri, qui quantò plura membra diuidunt, tantò videntur acutiores. His tamen ego ſententijs admodum ſatyricè prolatis, nequaquam aſſentio: quoniam videmus, præſertim in propoſita ſpecie vltimarum voluntatum, ad diuerſas, & aduerſas voluntates defunctorum, nos verſari in ambiguo, adeò quòd variè ſcriptum, & iudicatum inſpiciatur, vt text.inquit in l.nonnunquam.ff.ad Trebellia.& in l.hæres meus.§.vxori.de leg.3.ideo pro contrarietatibus diuiſim cognoſcendis, & diuerſitatibus ſeparatim percipiendis, componendis, & limitandis ad perſonas, res, & caſus, quibus conuenire poſſunt, non obiecta ſententiæ vanitas & iactantia, ſed neceſſitas ipſa cogit nos venire ad diſtinctiones & fallentias, & modus iſte docendi præ cæteris commodior vſu comprobatur: vt l.ſæpe de re iud.l.tractabatur.ff.de milita. teſt.& l. falſus.§.primo.ff.de furt.& l.penult. §.fin autem.C.eod.ibi, & ſic ex tempore omnib.diſcretis, &c. & ibi Gloſſ.inquit: Diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas.ſimilis gloſſ.eſt in l.prima.C.de accuſ.& in l. fina.ff.de term.amo. ingenioſè not.Bald.ex text.l.1.C, falſa mon.quòd ſuper deformib.non poteſt dari regula, quæ communis ſit, ſed oportet ſigillatim capi & diſtingui,& cap.ſecundo de ord.cognit. & cap. per tuas. de ſimon.Abb.in cap.ſacris.in 1.not.de his, qui met.cau.& quibus in 1.conſtitu.& cum ſimil. concord, collectis ab Hippol.Rim.conſil.59.nume.56.57. Hæc diſcurrendo per vulgarem, ſufficiat ad cognitionem ipſius directæ ſubſtitutionis vulgaris, quando extat, vel expirauerit, quoad cæteras quæſtiones, ſuper ea emergentes, adeantur repetentes & tractantes in locis communibus, & allegatis.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris directa, quomodo cognoſcatur, vel quando non cenſeatur appoſita in teſtamento, quidve primò oporteat præcognoſcere, an adſit pupillaris, & an teneat, vel non, vide de materia latius, verb. ſubſtitutio pupillaris directa.*

*Cum non Entium nullæ ſint partes.*

2 *Subſtitutio pupillaris, vt valeat, omnino requiruntur.*
*Quòd is, cui ſubſtituitur, ſit de liberis.*
*Quòd ſint impuberes, maſculus minor 14. & fœmina minor 12. annis.*
*Quòd ſint in poteſtate teſtatoris.*
*Quòd morte teſtatoris efficiantur ſui iuris.*
*Quòd ante mortem teſtatoris non deſierint eſſe in poteſtate.*
*Quòd parens ſibi faciat teſtamentum.*
*Quòd impubes ſit inſtitutus, vel exhæredatus.*
*Octauum & vltimum, quòd parentis teſtatoris hæreditas adeatur.*

3 *Subſtitutio pupillaris, an, & quando fieri poſſit filio naturali.*
*Et de reciproca, non continente pupillarem filij naturalis, niſi de conſenſu patris teſtatoris poſteà legitimaretur, cum naturali non fiat ſubſtitutio, talis & reciproca fiat inter legitimos filios impuberes, ſicq; continetur vulgaris & pupillaris, & vt ibi latè.*

4 *Subſtitutio pupillaris facta filio etiam vni in teſtamento minùs ſolenni de perſona extranea, an & quando valeat, & cum fauore pupilli dicatur facta, valet teſtamentum minùs ſolenne, quoad inſtitutionem, factam filio, idem, & quoad ſubſtitutionem pupillarem, & quare, etiamſi commodum ſit ſubſtituti, alijs maximè liberis non extantibus, cum attenditur ex teſtamento non ad quem ſpectet emolumentum, ſed prouiſio, pro qua facta ſit, quicquid Iaſ. dixerit, & de materia latius hoc pulchrè diſcutitur.*

5 *Intellectus. §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. C. de teſtam.*

6 *Pater ſicut poteſt filium ſibi hæredem inſtituere in teſtamento minùs ſolenni, & non alium extraneum priuilegio filij, quod eſt in vita, ita poſt mortem poteſt filio teſtamentum facere, ſubſtituendo pupillariter extraneum, & quare talis ſubſtitutio debet valere, ſicut filij inſtitutio valida, dependens ab vna, & eadem patris ordinatione.*

7 *Ius accreſcendi habet locum, quando extraneus mixtus eſt cum liberis, quod non procedit in pupillariter ſubſtituto, qui venit poſt mortem liberorum inſtitutorum, & eorum fauore.*

8 *Filius abſtinendo per ſuitatem confirmando ſubſtitutionẽ pupillarem etiam pro extraneo, cùm ſit vtilis pupillo, ſecundum Doct. communiter.*

9 *Pia cauſa inſtituta hæres vniuerſaliter, facit, vt teſtamentum valeat coram tribus teſtibus, etiam quoad legata & fideicommiſſa, & alia in eo diſpoſita.*

10 *Teſtamentum minùs ſolenne, reſpectu teſtium, valet inter liberos inſtitutos, etiam quoad alia in eo diſpoſita, maximè, ad fauorem liberorum pupillorum.*

K *Ambiguitas*

11 *Ambiguitas validitatis & inualiditatis diſpoſitionis & actus ſoluitur pro validitate.*

12 *Cauſa teſtati, & cauſa inteſtati, ad inuicem dubia, facit, quòd ea priùs tenenda ſit, quæ fouet cauſam teſtati: cauſa enim teſtati, dicitur fauor pro pupillo eſſe, item & commodum filij.*

13 *Subſtitutio pupillaris vt valeat, requirit aditionem hæreditatis patris per pupillum, vnde ſine tutore, eo deficiente, pupillo & hæreditate non adita, fit per interpretem recurſus ad refugium ſuitatis, vel ad tacitam vulgarem, comprehenſam in pupillari, & an exiſtentia ſuitatis operetur confirmationem pupillaris, ſecundùm communiter Doctor. habetúrque pro aditione in his, quia, hæreditate non adita omninò pereunt: vt ſunt, Legata & fideicommiſſa.*

14 *Suitas operatur & confirmat tabulas pupillares, & per eam fit ſemiplena aditio, ſecundùm Commun. Opinio. Moder. confirmátque adeò ſubſtitutionem pupillarem, vt operetur tranſmiſſionem ad ſubſtitutum.*

*Et de effectibus ſuitatis in quatuor caſibus, quibus ſubſtitutio pupillaris confirmata per eam matrem excludit, adeò vt priuetur mater lucro, & quaſi lucro, ex quo eſt fauor pupilli.*

*Fallit prædicta, vbi exiſtentia ſui hæredis non poſſet operari: quod ſex modis exemplificatur: & quando ſuitas ademta videatur.*

15 *Subſtitutus pupillariter, deficiente exiſtentia ſui hæredis, admittitur per tacitam vulgarem, cōtentam in expreſſa pupillari: deficiente pupillo, vel poſt mortem teſtatoris, vel eo viuo, etiam ſecundùm veriorem opinio. contra Barto: & excludit matrem pupilli & teſtatoris, ſi ſit de deſcendentibus, & volentes etiam venire per ius accreſcendi, hocq́; in bonis teſtatoris, non pupilli.*

16 *Itemq́; admittitur ex eadem vulgari tacita, poſthumo non nato, & eſt Communis Opinio. & contrarium tenentes, quando, & quibus caſibus loquatur, vbi diffuſiùs.*

*Et de pluribus ſubſtitutis, quando ſecundus ſemper ſubintret in locum primi per vulgarem, contentam in pupillari, à qua poteſt incipere teſtamentum: & eſt Communis Opi. ibi.*

17 *Inſtitutio facta per teſtatorem de ventre vxoris, cui ſubſtituerat, an & quando intelligatur de præſenti prægnatione, quæ erat tempore teſtamenti: an verò, & quando intelligatur de quacunque prægnatione etiam futura vxoris, & quando vnus vel plures poſthumi contineantur, dummodo ſint legitimi, & de interpretando teſtamentum, vt valeat in dubio: latiùs hæc ibidem declarantur.*

*Et quòd inſtitutio, facta de ventre, hoc præualeat, ac ſi dixerit, Et de quocunque naſcituro ex vxore prægnante, ſiue in futurum prægnanda: ibidem.*

*Idemq́; quando fuerit dictum ſimpliciter de filijs naſcituris, quòd veniunt, ex quacunque vxore nati. ibid.*

18 *Subſtitutio directa pupillaris, quæ ſit, vel non, facta de Titio, filijs natis & naſcituris pluribus, & principaliter inuicem ſubſtitutis, omnibus ſcilicet pupillariter decedentibus: nam de pluribus tunc dubitatur: vt inf.*

19 *Subſtitutio pupillaris modò adeſt, & pro matre contra ſubſtitutum ſit interpretatio, patre inſtituente, N. filium puberem natum & filios naſcituros, ſubſtitutione reciproca inter eos facta, dict. N. filio & alijs omnibus decedentibus filijs, Titium ſubſtituente, non natis alijs, & mortuo N. filio ſine filijs, ſuperſtitibus matre N. filij & Titio ſubſtituto: talis enim ſubſtitutio dicitur facta vltimo decedenti, & quomodo non extiterit cōditio ſubſtitutionis, & caſus mortis plurium non eueniens, non verificetur in morte vnius, & tunc pluralitas non reſoluitur in ſingularitatem, ne excludatur mater, & vt ibi late & pulchrè, & ſub num. 20. vide tamen declarata infra num. 28. cum multis ſeq. vbi contrarium tenetur.*

20 *Viuens ſolus mori dicitur, & non natus, in quo mors ceſſare dicitur, cum ſine habitu non poſſit eſſe priuatio. 28. cum multis ſeq.*

21 *Subſtitutus vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, non admittitur, nitens venire ex vulgari per dict. expreſſionem, ſed excluditur per filiam teſtatoris, relinquentis illi certam dotem, & prohibentis, ne aliud conſequi poſſit de ſuis bonis, hærede vniuerſali inſtituto, filio impubere, & alijs filijs maſculis naſcituris, quibus omnibus decedentibus ſine filijs maſculis quandocunque & ante ætate annorum vigintiquinque, ſubſtituit Titium eius fratrem teſtatoris vulgariter, & vt ſupra alijs filijs, ſcilicet non natis, & filio nato infante mortuo, viuente patre: quo mortuo, deinde filia vti vniuerſali inſtituta admittitur contra ſubſtitutum: & quare maximè per illam clauſulam, Tunc, & eo caſu adueniente, admittiturq́; filia iure proprio ex legis diſpoſitione iure non decreſcendi, non iure accreſcendi, cum non ſit à ſtatuto excluſa, non extantibus maſculis tempore mortis patris, & illi ab inteſtato ſuccedat, & quare totum capiat, ibidem declaratur: vide tamen contra infra num. 47. 48.*

22 *Subſtitutio de Titio facta non admittitur, quando pater inſtituit ventrem vniuerſalem hæredem maſculum naſciturum & eo decedente in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque ſine filijs, fœminabus verò naſcituris iure inſtitutionis reliquerat libras 400. pro qualibet, & nulli ſint nati, maſculi, nec fœminæ. Quid dicen. cùm ſit caſus omiſſus à teſtatore: vide tamen contrarium, quod admittatur ſubſtitutus, infra num. 5.*

23 *Vxor ſubſtituta & inſtituta hæres vniuerſalis, ſi filij teſtatoris naſcituri maſculi hæredes vniuerſales moriantur ſine filijs, filiabusq́; tantùm naſcituris dotibus relictis iure inſtitutionis, quantum ſcilicet vxor ipſa declarauerit, & facto fratri relicto ipſius teſtatoris ſolùm de libris quinque, nullo, ſcilicet maſculo aut fœmina natis, & frater ab inteſtato ſuccedit.*

*Ex æquitate & conuenientia, vt bona in agnatione remaneant.*

*Et ex caſu omiſſo.*

*Ex reſtrictione inducta per clauſulam, Tunc & eo caſu.*

*Et ex conditione voluntaria non extendenda, vide tamen contrarium, infra num. 53. cum alijs multis ſeq. quòd imò vxor admittatur.*

*Et quid cenſeat auctor circa princ. quatuor caſus, aut dubitationes, de quibus ſupra num. 19. 21. 22. 23.*

24 *Aduocati potiùs allegāt pro amicis inſeruiendis, quàm pro ſententijs iudicum ferendis, & eorum eſt proprium.*

25 *Iudices ſemper debent in cauſis verum ſequi.*

26 *Patroni nonnunquam veriſimile, etiamſi minùs ſit verum, defendunt.*

27 *Iureconſultus debet eſſe in conſilio, cautus: in patrocinio, fidelis: & in iudicio, iuſtus.*

28 *Iudex debet, & ipſius eſt proprium, ambiguas teſtantium voluntates interpretari.*

*Subſtitutus admittitur per Iudicem, ſecundum opin. Auctoris in prædictis quatuor caſibus & dubitationibus de quibus ſupra num. 19. 21. 22. 23. quatenùs dubia videatur voluntas. Vnde hoc tamen declaratum latiſſimè per multas paginas per Auctorem ipſum & eius opinionem, vt inferiùs legere eſt, num. ſequentibus ferè per totam ſolutionem.*

29 *Inſtitutio facta de filio nato & alijs naſcituris, valet in nato, qui totam capit hæreditatem, alijs non natis, non obſtante conditionis defectu naſciturorum, adeò vt ſubſtitutus poſt mortem filij & aliorum naſciturorum, dicitur dupliciter ſubſtitutus vltimo decedēti, & latè quando dicatur facta vltimo morienti.*

*Et ſtante reciproca ſubſtitutus dicitur vltimo eſſe tantum, & primò etiam decedenti, & vltimo etiam, ſi vltimus tantum*



*tantum decederet ſine filijs, etiam quòd expreſsè non dicatur ſubſtitutio facta vltimo, ſic ei mens magis cōuenit & voluntas teſtatoris, & quomodo appareat euidens erga vltimò ſubſtitutum, & quomodo capiat totam hæreditatem etiam portionem filij nati decedentis, & latiùs vide hanc materiā perpulchrè ibi diſcuſſam per nu ſeq.*

30 *Caſus omiſſus non dicitur, qui neceſſariò concluditur, & ſequitur ex eo caſu, qui expreſſus, & vbi eſt eadem æquitas, eadem ratio, idem effectus & omnimoda ſimilitudo caſus pro expreſſa habetur, maximeq́; voluntate defuncti conſiderata, nec fit extenſio ad omiſſa, ſed fit omnium comprehenſio, vbi ſit eadem ratio, & vt de hoc latiùs ibi.*

31 *Subſtitutio facta filio nato & filijs naſcituris, & ſic pluribus verbis vniuerſalibus, præſertim præcedente expreſſa reciproca: quia videtur teſtatorem conſideraſſe futuros euentus, eius intentio eſt denotaſſe facti contingentiam, vnde ſi non naſcantur plures, talis conditio mortis omnium adimplebitur per mortem vnius tantùm nati: nam ſufficit in vno verificari etiam in teſtamentis: & eſt regula & ampliatio contra Oldrad. & vt ibi. latiùs diſcutitur.*

32 *Plurale reſoluitur in ſingulare, quando eſt eadē ratio vnius & multorum in ſubſtitutione facta plurib. naſcituris, & in fideicommiſſaria.*

*Idem & eadem ratione dicitur de relatiuis, qui ſubſequi ſolent, vt ſupradictis, vel dictis, vel quib. ſic reſoluendis in ſingularitatem, quia ſunt diſtributiuæ dictæ dictiones, & quando plurale verificetur in ſingulari, & de contrario locum habente in ſubſtitutione vulgari. vide latè ibid.*

33 *Conditio mortis non exiſtentis in rerum natura vti impoſſibilis deficiens non vitiat, quia ſufficit habitus, ſcilicet ſubiectum prædicatum, quod eſt poſthumus vel filius naſciturus eſſe poſſibilis, cùm priuatio fiat etiam de habitu in ſpe.*

34 *Priuatio præſupponit habitum, ſi reperiatur, intelligitur, aliàs verba accipiuntur ſecūdùm ſubiectam materiam, adeò vt priuatio quoque fiat de habitu in ſpe.*

35 *Copula non attēditur, ſed mens teſtatoris in materia fideicommiſſariæ ſubſtitutionis poſt mortem copulatam plurium grauatorum adinuicem, maximè ſubſtitutorū, cum neceſſariò facta cenſeatur vltimò decedenti, & plurale reſoluitur in ſingulare: ſufficit enim, quòd in vno mors verificetur, & de materia late vide ibid.*

36 *Verba teſtatoris ſemper intelliguntur ad poſſibile, & ad caſus poſſibiles interpretantur.*

*Etiam in conditionibus pro parte impoſſibilib. & caſus ſunt poſſibiles de morte naſciturorum, ſi naſcantur, econtra non naſcendo ſunt impoſſibiles: ad hos ergo verba teſtatoris non referuntur.*

37 *Copulatiua oratio operatur in eo, in quo poteſt, licet non operetur in ſuperuacuo, & ſic in impoſſibili.*

*Et reſoluitur copulatiua in diſiunctam, pro ſaluanda mente teſtatoris.*

38 *Mater in caſu, de quo ſupra nu. 19. ſuper fideicommiſſaria non eſt de perſonis, quæ ex mēte teſtatoris excludat ſubſtitutum, nec in pupillari eſt talis, etiam niſi eſſet cohæres filij, & in caſu fideicommiſſariæ habebit legitimam & quartam Trebellianicā.*

39 *Parentes in eorum teſtamento mentionē facientes de vētre vxoris, vel poſthumo inſtituendo hærede, id facere dicuntur aſtricti neceſſitate cauſatiua, ne eorum prætéritione teſtamenta rumpantur, & de duobus, quòd vnum neceſſariò ſequi debeat, & quid ſit neceſſariū circa cōditiones.*

40 *Conditio ſi naſcatur poſthumus, eſt neceſſaria inſtitutioni de eo factæ, & quoad ſubſtitutionem, ei factam poſt mortem eius, nec poteſt eſſe ſubſtitutio ſine conditione, & hæc conditio, Si naſcatur, tacitè ineſt, ideò non dicitur voluntaria reſpectu capitis impotentiæ, ſed potiùs neceſſaria ad caſum & voluntatis & impotentiæ, & quando dicatur voluntaria.*

41 *Subſtitutio vulgaris in vno caſu concepta, porrigitur ad alium & ad omnes caſus, quibus hæres inſtitutus poteſt non eſſe hæres.*

*Dummodo extenſio non fiat de perſona ſubſtituta ad aliam perſonam.*

*Nec de prouiſione, facta in vno tempore ad caſum alterius temporis.*

42 *Inſtitutio facta de ventre vxoris ſiue poſthumo in ſingulari, & vnus & plures omnes, qui naſcuntur, inſtituti intelliguntur: nam ſingulare nominis collectiui, comprehendit plurale.*

43 *Subſtitutio facta vētri ſeu poſthumo intelligitur facta vni & omnibus, qui naſcuntur, & cenſentur inſtituti, prout de inſtitutione, ſi facta dicitur, cùm contineat illud, quod continet inſtitutio, & expreſſio in plurali de poſthumis, perinde debet eſſe, ac ſi in ſingulari facta fuiſſet, & quid, quando eſt facta per modum conditionis, & quando per modum diſpoſitionis, etiamſi à ſtatuto exprimatur, quòd facile ineſt. nihil tamen operatur, tamen ſolum operatur ad declarationem, & quomodo, vide ibidem latè.*

44 *Subſtitutus admittitur contra matrem, nato & mortuo vno poſthumo, nil operante expreſſione poſthumorum in plurali, per pupillarem expreſſam, ex clauſula, Vulgariter, pupill. quia mater excluditur, cum ſit pupillo fauorabile & quomodo. ibidem, ex mēte teſtatoris expreſſa in vno caſu pupillaris, & in caſu omiſſo.*

*Idémque quando mater non ſit cohæres filij inſtituti, à præcedente reciproca inter ipſos poſthumos.*

*Idémque & in vulgari: at fortiùs eſt dicendum, & eſt communis opin. vt ſubſtitutus vulgaris admittatur, & vt de materia latiùs ibidem habetur.*

45 *Teſtamentum à vulgari ſubſtitutione incipere poteſt, cùm in ea non ſit neceſſe, quòd exprimatur aliquis caſus, ſed ſufficit dicere, Inſtituo Mæuium, & ſubſtituo Caium, ſat eſt, quòd in locum caducæ inſtitutionis ſupponatur ſubſtit. non caduca, & vt latiùs de materia ibidem.*

46 *Subſtitutio vulgaris duos caſus comprehendit, & voluntatis & impotentiæ hæredis, in hoc quæ vltimo continetur ille, quo hæres, viuente teſtatore, moritur.*

47 *Conditiones, reſpicientes filios naſcituros, potius dicuntur neceſſariæ, & ideo magis attenditur effectus, quàm modus.*

*Et eſt communis Bart. Theorica, quo effectu inſpecto per teſtatorem ſit, vt filia dicatur excluſa, & ſubſtitutus frater admiſſus in caſu, de quo ſupra num 21.*

48 *Filia inſpecto effectu per teſtatorem, qui reſpicitur in conditionibus, reſpicientibus filios naſcituros, inſtituta in re certa, cenſeatur & eſt excluſa ab vniuerſali ſucceſſione, & frater teſtatoris admittitur in caſu, de quo ſupra num. 21. cum videatur tunc habita à teſtatore ratio agnationis, nil obſtante Clauſula, Tunc & eo caſu, de qua ibidem latius: tuncque filia habetur vti legataria, & nullum ius accreſcendi habet cum inſtitutis, quod ius excluditur fauore ſubſtituti, maximè, cum filia fuerit prohibita plus petere, & vt perpulchrè latiùs per Auctorem ibid. diſcutitur, & ſub num. ſeq.*

49 *Clauſula, Tunc & eo caſu, quando non excludat caſus, comprehenſos ex mente teſtatoris conueniente, pone ſic filijs non natis, & mortuis, intelligitur in eo caſu qui ſit poſſibilis, cum impoſſibilis reijciatur à diſpoſitione, vt contineat tunc declarationem & demonſtrationem potiùs caſus, qui tacitè inerat. ibidem pulchrè.*

50 *Subſtitutus per vulgarem admittitur, filio nato defuncto in ætate infantili poſt mortem patris, alijs poſthumis non natis, hæreditatéque non adita per infantem, prout ſine tutore adire non poteſt, vel ſi dicatur, per pupillum eſſe tranſmiſſam hæreditatem paternam ad matrem, eligendo per clauſulam, Vulgariter, pupillariter, &c. venit ad ſucceſſionem.*

*Etiam ſolis filijs poſthumis inſtitutis, & nullus naſcatur, non*

*non eſt locus fideicommiſſariæ, & ſic contra tertiam & quartam dubitationem, de quibus ſuprà num.22.23.& quare, vide latiſsimè diſcuſſum per Auctorem ibi cum num.alijs ſeq.vbi de ſubſtituto multa.*

51 *Subſtitutio facta filijs naſcituris, inſtitutis poſt eorum mortem, perinde locum habet, ſi non naſcantur & ſi naſcantur & moriantur.*

*Et eſt Communis opin. tuncq; ſubſtitutus re & nomine dicitur propriè ſubſtitutus, ſicut omnis ſubſtitutus eſt propriè inſtitutus: & excludit ius accreſcendi, competens filiab.in certis quantitatib.inſtitutis, & quare. Quidve operatur vulgaris ſubſtitutio, & quare non ſit expectandus caſus, quo fœmina naſcatur.*

*Et de argumento, à contrario ſenſu Alexand.ſublato.*

*Et quando non haberet locum forſan ſubſtitutio à contrario ſenſu, ſi facta eſſet in ſola conditione, Si naſcatur maſculus, & naſcatur maſculus & fœmina, & quare, & ibi latiſsimè de materia diſcutitur.*

52 *Intellectus l. commodiſsimè.ff.de liber.& poſthum.cum ſim. loquentis de caſu prouiſo, vel non, ſed omiſſo, loquuntur circa eaſdem perſonas & res, in prouiſione comprehēſas, non circa diuerſas res & perſonas.*

53 *Subſtituta vxor admittitur per vulgarem, excluſo fratre teſtatoris, contendente venire ab inteſtato, non natis filijs maſculis, nec fœminis, in caſu, de quo ſupra nume.23. & fortius ex iure ſubſtitutionis, de vxore factæ maſculis naſcituris, & non natis, ſed fœminis arbitrium eius dotandis augumentato iure pro vxore inſtituta hærede vniuerſali, ex quo iure maior affectio oſtenditur per teſtatorem erga vxorem, quàm fratrem, ſuccedentem ab inteſtato, cui vxori magis fauet teſtator, ſic & lex, & fauore cauſæ teſtati, pro qua eſt iudicandum. Quicquid dicatur de conditione ſubſtitutionis implenda circa natiuitatem & mortem poſthumorum caſu, quo plures naſcantur, non verificata, ſi vnus tantùm natus eſt, & de conditione non ſcindenda, & quomodo, & quando: de his omnibus latè: vide ibidem de materia, cum alijs num. ſeq.*

54 *Cauſa teſtati eſt fauorabilior ea inteſtati, & pro ea eſt iudicandum, etiamſi Communis opin.eſſet in contrarium: nam tenenda eſſet opinio vnius etiam Doctoris, quæ pro teſtamento eſſet.*

55 *Conditio ſubſtitutionis circa natiuitatem & mortem poſthumorum caſu, quo plures naſcantur, an & quando ſcindi poſsit, adeò, vt per natiuitatem & mortem vnius ſufficiat pro ſubſtituto, ſecundùm facti contingentiam.*

*Scindi etenim poteſt vbi euentus conditionis reſpicit diſpoſitionem, ſecundum qualitatem euentus, & quando eſt intrinſeca, ſcinditur ex mente teſtatoris, vt in ſubſtitutione fideicommiſſaria, & pupillari, niſi ſuperſit perſona, quæ ex mente præſumpta teſtatoris ſubſtitutum excludat, & vt latius de materia hac diſcutitur, ibidem.*

56 *Subſtitutio pupillaris dicitur & cognoſcitur hoc caſu pro Franciſco, quando teſtator inſtituit pupillum hæredem filium ſuum, vel ventrem vxoris, ex qua natus ſit filius, cui ſubſtituit fratrem teſtatoris: & ſi omnes quandocunque deceſſerint ſine filijs, ſubſtituit dictum Franciſcum attinentem, mortuo teſtatore, pupilloq; adeunte hæreditatem, dein mortuo fratre teſtatoris, deinde ipſo pupillo dempto fratre de medio.*

*Et eſt mediante vulgari facta fratri teſtatoris, ſecundùm Communem opinio. Moderno. Etiamſi frater deceſsiſſet cum liberis, ſecundùm magis Communem opin.*

*Fallit, niſi ſubſtitutio fratri non poſſet eſſe vulgaris, ſi eſſet reſtricta ad fideicommiſſariam. Vel facta in aliquem euentum, qui non fuit impletus.*

*Vel ſi eſſet facta de vno tempore & ſequatur in alio, tunc enim non habet locum, vt ibidem declaratur.*

57 *Subſtitutio pupillaris & pro directa cognoſcitur pro agnatis, quando teſtator inſtituit filium adultum, cum hoc, quòd bona ſua non poſsint hæreditari, niſi per maſculos, poſt mortem filij ſui, & ſi nurus filium pareret, vult eum eſſe hæredem, & ſi filia ei certum quid reliquit, & natus ſit nepos ex filio mortuo in vita teſtatoris, quòd auo mortuo, adita hæreditate deceſsit in pupillari ætate: quæſtione orta inter ſororem vterinam & agnatos eius, & quare, & de directa, an & quando cognoſci poſsit per coniecturas, vide ibidem latius, & infra ſub num.ſeq.*

58 *Subſtitutio hæc pupillaris interpretatur contra matrem, pro fratre teſtatoris ſubſtituto, quando quis inſtituit filium, & filiam impuberes, quibus decedentibus ſine filijs vel hærede ex proprio corpore & legitimo matrimonio procreatis fratrem ſubſtituit, illis in pupillari ætate defunctis.*

*Idemq; teſtatore demonſtrante, omnia ſua bona deuenire iure pleno ad ſubſtitutum.*

59 *Subſtitutio debet interpretari directa pupillaris per verba dubia: quia directa eſt plenior, quàm fideicommiſſaria, & fauorabilior pro pupillo, cuius feruore remanet pupillaris ſubſtitutio ad inuicem facta inter duos impuberes, vno per emācipationem à poteſtate patris extracto, perſiſtenti illi ſoli in poteſtate.*

*Item & pupillaris dijudicatur eadem ratione fauorabili, quando ſit dubia, ob diuerſas opiniones, gloſſ.vel doct.& quando ſic Lex interpretetur, ibidem.*

60 *Subſtitutio pupillaris interpretatur hoc modo facta per verba hæc dubia: Relinquo filium meum viuum & mortuum, in omnibus bonis ſuis, Petro fratri meo: nam in vita filij deſignant tutorem & curatorem datum & poſt mortem in pupillari ætate, quòd ſit pupillariter ſubſtitutus.*

61 *Pater relinquens filium in poteſtate matris ſuæ, per hoc relinquere dicitur eam tutricem teſtamentariam.*

62 *Subſtitutio pupillaris intra annos pubertatis, poteſt per patrem reſtringi ad breuius tempus.*

63 *Subſtitutio pupillaris habet locum, patre inſtituente filium infantem, & ſi in ea ætate deceſſerit ſubſtituente ei ſororem, qui deceſſerit in vndecimo anno, vti fauorabilior ad certum tempus non reſtrictum.*

64 *Subſtitutio pupillaris dicitur & expreſſè, vbi in ſubſtitutione ſit facta mētio pupillaris ætatis per teſtatorem, non intelligitur compendioſa, alijs verbis non mixtis, vt ſi deceſſerit ſine liberis, vel quandocunque, & de vulgari tacita vel expreſſa. Quidue operatur expreſſa mentio pupillaris, & quibus verbis, & quomodo dignoſcatur talis: & quomodo debent fieri conditionaliter vel diſpoſitiuè, vel demonſtratiuè: quia non argueretur tunc pupillaris, & vt ibi latè habetur. Nihil in contrarium operante adiectione, Sibi, velim ſuis bonis in teſtamēto poſita vti contraria ipſi pupillari, & quomodo intelligantur illa verba, In pupillari, & in compendioſa, & vt de hoc latius legere eſt ibidem, & vt ſub num.ſeq.*

65 *Verba ſibi vel ſuis bonis in ſubſtitutione poſita, quomodo intelligantur in materia pupillari, & quomodo in compendioſa comprehenſa.*

*Et de multiplici interpretatione dictionis, Sibi, an & quando referatur ad proximam perſonam nominatam, vel ad teſtatorem: & quando ſit dubium, ad quem referatur: ibidem latè habetur.*

56 *Subſtitutio pupillaris expreſſa verbis ſpecialibus facta demōſtratur, ſicut cæteræ & vulgaris & fideicommiſſaria, ex clauſula vſitata in teſtamentis, vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum.*

67 *Subſtitutio, aut eſt expreſſa, vel tacita, vel partim expreſſa, partim tacita, & ex quibus verbis fiat pupillaris, aut generalibus, aut ſpecialibus, vel ſingularibus, ibidem legitur.*

68 *Subſtitutio directa pupillaris dicitur & cognoſcitur expreſſa verbis generalibus facta impuberi, vbi nō ſit facta mentio pupillaris ætatis, nec adſit clauſula, Vulgariter, pupillariter.*



*pupillariter, &c. ſed adſint verba directa vel communia ipſius ſubſtitutionis, conueniens verbis & perſonis inſtitutis, & ſi conditio aliqua fuerit adiecta, importans tractum temporis in futurum, & ſi compendioſa oſtendatur, quando tamen pupillarem etiam oſtendat, & vt ibi latè.*

69 *Subſtitutio pupillaris directa cognoſcitur matrem etiam excludens ex ſignis alijs, & verbis directis, demonſtrantibus directam pupillarem.*

*Vt ſi teſtator dicat, Subſtitutus ſua auctoritate capiat.*

*Vel filio inſtituto decedente, voluit omnia bona ſua, vel totam & integram hæreditatem, vel liberè, vel ſine aliqua diminutione deuenire, ad talem.*

*Quod idem eſt in ſecundo gradu, quem loco primi poſuit.*

*Item oſtenditur pupillaris, vt ſupra, quando teſtator dixit indefinitè, bona eorum deueniant ad talem.*

*Item quando apparet ſubſtitutio facta in bonis ac hæreditate pupilli.*

*Item quando dixit, In omnibus bonis ſubſtituit.*

*Vel ſuccedat eis, propter verbum, Eis.*

*Vel quando ſubſtituit in omnibus bonis & rebus filij decedentis in pupillari ætate.*

*Et quando dixi, Si ambo deceſſerint, quòd omnia eorum bona remanerent, & ſint Titij ſui nepotis, tuncq; mater excluditur, & vt ſupra.*

*Idem, quando dictum ſit, In omnibus bonis ſuis ſubſtituit pleno iure.*

*Vel ſuccedat alter alteri.*

*Et per verba, In hæreditate ſuccedat.*

*Et per verba, Reſiduum vero totum.*

*Idem, quando teſtator neſciat dicere pupillarem, tamen pro expreſſa haberi debet.*

*Idem ſi dicatur, quòd in totum vnus alteri ſuccedat ſine diminutione, pupillaris eſt, excludens matrem.*

*Et per verba, Succedat eis, mater excluditur.*

*Et cognoſcitur pupillaris ex coniecturis, habitis ex verbis teſtamenti, & quot ſint vide, & vt ibidem latè dicitur.*

70 *Subſtitutio è contra non apparet, nec cognoſcitur pupillaris ſignis præmiſſis non apparentibus, quod ibi nulla verba directa.*

*Et eſt Communis Opin. oſtenditur enim fideicommiſſaria verbis merè obliquis concepta, facta etiam mentione de pupillari, non alterante naturam obliqui.*

*Idem, quando eſt facta in bonis certis, etiam expreſsione vniuerſali, In omnibus bonis ſuis, &c. modò non adijciatur, Iuribus & actionibus, etiam facta per verba communia.*

*Idem quando eſt reſtricta in bonis & hæreditate teſtatoris, vt ibi latè.*

*Item, vbi adſit dictio, Mihi, quando teſtator ſcit, pupillum habere bona propria.*

*Item, quando dixerit, Si moriatur ſine liberis, & inteſtatus.*

*Item, quando eſt facta à matre, etiam quòd contineat vulgarem.*

*Item in quota bonorum per verbum commune.*

71 *Subſtitutio non eſt pupillaris, ſed fideicommiſſaria, facta in bonis indefinitis loci certi & facta dicitur de re certa.*

*Nec ſi ſit facta per verbum legat.*

*Et eſt communis.*

72 *Subſtitutio pupillaris non fit, nec valet in codicillis.*

*Et eſt Communis Opin.*

*Niſi inter liberos, quoad alios, non vertitur in fideicommiſſum duraturum pupillari ætate durante.*

*Et an, & quando pupillaris interpretatur reſtricta ad bona teſtatoris.*

*Et de ſubſtituto in re certa, & quando habeatur loco legatarij.*

*Et quando ſit pupillaris in re certa, facta per verbum commune admixto directo, In qua mihi hæredem inſtituo, & ibidem de materia latius.*

73 *Subſtituo, in re certa per verba naturaliter obliqua, vt, relinquo, non eſt directa.*

74 *Subſtitutio in re certa, ſine temporis diſtributione, puta, quandocunq; deceſſerit in pupillari ætate per verba directa ciuilia infra tempora pupillaris ætatis, inducitur directa pupillaris.*

*At per verba communia, vel directa non ciuilia, eſt fideicommiſſaria.*

*Idem per verba communia, etiam ſub conditione, Si deceſſerit in ætate pupillari, dicitur fideicommiſſaria.*

75 *Subſtitutio diuerſimodè facta pupillo de pluribus: vno, per verba obiqua, vel communia, vel directa in re certa, alio, per verba ſimilia in reliquo bonorum reſpectiuè, de qua vide ſeptem concluſiones, & quòd ſit pupillaris, capiens vniuerſa pupilli, ibidem.*

76 *Subſtitutio in re certa, facta ſimpliciter per verba communia infra tempora pupillaris ætatis, reputatur directa.*

*Et facta, vt ſupra, cum diſtributione temporum, Si in pupillari ætate, vel poſtea quandocunq;, interpretatur pupillaris, infra tempora iſtius ætatis.*

77 *Subſtitutio pupillaris directa, vbi valet in re certa, conſequens eſt, quòd idem ſubſtitutus ſolus vniuerſam capiat pupilli hæreditatem ex teſtamento pupillari.*

*Si valeret vt obliqua & fideicommiſſaria vltra rem certam relictam, in reliquo ſuccederent pupillo venientes ab inteſtato.*

78 *Intellectus, l.1.§. ſi ex fundo ff.de hæred.inſtit.*

79 *Subſtitutio denique pupillaris tunc ceſſat, cum incertum eſt, eam non apparere factam in teſtimonium.*

*Vel defectam eſſe, aliquo non extante ex octo requiſitis.*

*Vel extinctam, & expiratam modis traditis per gloſſ. vt ibidem habetur.*

## ¶SOLVTIO VI.

1 PVPILLARIS † altera principalis ſpecies directæ ſubſtitutionis, vt diſſoluatur propoſita dubitatio, quomodo agnoſcatur, quando vel non in teſtamentis appoſita cenſeatur. Primo, quoniam inſtituto noſtro conuenire videtur, prænoſcere, & præmittere ea, quæ pupillarem valere, & tenere demonſtrant, quòd ſi liqueat non valere, ſeu non adeſſe res expedita eſt, vt ea nequeat interpretari, veluti, Non entium nullas eſſe partes, certum ſit: l.2. ff. de vſufruct. l. eius, qui verſic. quas verò. ſi cer. pet. l. Pomponius, §.fina.de acquir. poſſeſſ.l.ſi ſeruum.§.fina.de act. empt. l.nam & ſi §. poſt defectum.de iniu.rup.teſt. l.verum.§. fin.pro hoc, & per ea, quæ ſcripta fuere ſupra li.præced.
2 interpr.2.in prin.† Quæ igitur requirantur ad valorem pupillaris, octo eſſe tradit Bart. colum.2.in princ. num. 2.de vulg.& pupil.& Alber.in rub.nu.29.& ſeq. eo. Primum, quòd is, cui ſuſtituitur, ſit de liberis. Secundum quòd ſint impuberes, maſculus minor 14. & fœmina minor 12. an. Tertium, quòd ſint in poteſtate teſtatoris. Quartum, quòd morte teſtatoris efficiantur ſui iuris. Quintum, quòd ante mortem teſtatoris non deſierint eſſe in poteſtate. Sextum, quod parens ſibi faciat teſtamentum. Septimum, quòd impubes ſit inſtitutus, vel exhæredatus. Octauum, & vltimum, quòd parentis teſtatoris hæreditas adeatur. & ibi Bart. & poſt eum omnes quoque, & ſingula iſtorum requiſitorum latè dubitando, ſoluendo, & limitando diſcutiunt, & explicant, & alij in tractatib. de pupillari, & Vaſq.in tract.de ſucceſſ. progreſſu lib.2.§.14. & Odd. Peruſ.in tracta.compendioſæ, in prælu.parti.3.q. 4. Super quibus dixi, non aliter oportere eſſe inſiſtendum breuitatis cauſa: & quia

per iſtos in locis alleg. cum ita ipſa requiſita ad contin-
gibiles quæſtiones ad plenum examinata præcipuè per
Rip.in d.l.2.& Paul.Leo.de pupillari,nu,61. vſq; ad nu.
199.videri poſſunt,niſi quid modicum dicam ſuper his.
Quatenus autem ad primum requiſitum,Odd.in d.q.4.
dimittat videndum,& cogitandum ſuper ponderatione
ad l. Lucius, ibi aliter ſi eiuſdem ætatis, &c.de vulg. &
3 pupil. † quaſi ſenſerit, naturali filio poſſe pupillariter
ſubſtitui puto ſubtilem hanc ponderationem tolli, re-
ſpiciendo & vnum,quòd reciproca, poſita in principio
d.l.Lucius. non comprehendit pupillarem ob inæqua-
litatem inſtituti, & ſubſtituti, & ſubſtituti filij natura-
lis, quia non eſt in poteſtate patris, vbi per gloſſ.in vir.
naturalem, vt bene comprehenderet pupillarem,ſi na-
turalis poſtea de conſenſu patris teſtatoris legitimare-
tur: Val.conſ.22.num. 20. & ſeq.lib.3. ita Com. Opin.
eſſe colligit atteſtantes Vaſq.d.§.14.nu. 76.veſ. deniq;.
Et iam natura. non poſſe fieri pupillarem, non eſſe du-
bium.ait Pau.Leo.de pupilla. num.74.& num.ſeq.ſen-
tiendo eandem difficultatẽ,ei reſpondit,& in hoc ratio
fundatur in text.ibi, cum in naturalis filij perſona, &c.
reſpiciendo,& alterum, quòd reciproca, ibi,Aliter,&c.
Mutatur caſus ad liberos eiuſdem ætatis. ſ. impuberis,
qui ſint legitimi: nam in hoc eſt vis, ita exponendo ex-
preſſe dicit gloſſ.ibi in verſ.Liberi. vt etiam requiritur,
reciprocam eſſe factam inter legitimos filios impube-
res,vt contineat vulgarem,& pupillarem.per l.nam hoc
iure §.1.ff.eo.ſubſtitutio num.pupillaris non verificatur.
niſi in filio legitimo,per not.in d.l.2.vt dicit Pariſ.conſ.
13.nume.31.lib.2.

Et quatenus ſuper ſexto requiſito Bartol. & alij te-
4 neant, non valere † pupillarem, de perſona extranei
ſubſtitutionem factam, etiam vni filio in teſtamento
minus ſolenni, & ſolummodò valido inter liberos iux-
ta l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſt. re be-
ne inſpecta, quòd pupillaris principaliter dicitur facta
fauore filij impuberis, vt omnes concedunt, per gloſſ.
& Bald. & alios in l.ex tribus.C. de inoffic. teſtamen.
Alexand.in l. Centurio. col. 20. verſic.tertio probatur.
de vulgar.& Iaſ. in l. à ſubſtituto. in princip. de legat. 1.
quemadmodum fauore filij valet teſtamentum minus
ſolenne reſpectu teſtium per dictum §. ex imperfecto,
quoad inſtitutionem filio factam,ita debet valere quo-
ad ſubſtitutionem ipſam pupillarem, cùm vtraque de-
beatur ex teſtamento vno paterno,per text.in §. liberis
autem. Inſtitut. de pupil.ſubſtitut. & ſi commodum, &
emolumentum ſit ſubſtituti extranei (intelligo, alijs li-
beris non exiſtentibus) tamen id attendendum eſt, ob
quod dicitur proſpectum ipſi pupillo, ſcilicet per pu-
pillarem, vltra text.in l.3.§. penul.de legat.præſtan. al-
legatum per Aret.in d.l.2.colum.5. addo text.in l. fidei-
commiſſa. §. interdum. de legat.3. vbi ex teſtamento
attenditur, non ad quem ſpectet emolumentum, ſed
prouiſio, pro quo facta ſit, ita confunditur reſponſio,
Iaſ.in dict.l.ſecunda, ſub nume.24.data ad d. l.3.de le-
gat.præſtan.quòd procedat, vbi emolumentum in to-
tum ſit liberorum, & debeat attendi, cui commodum
acquiratur ex diſpoſitione teſtatoris, cum contrarium
verius eſſe liqueat per d.tex. in d. §. interdum quòd at-
tendatur, cui ſit prouiſum, & non ad quem pertineat
emolumentum, ex diſpoſitione etiam teſtatoris. Per
hæc verba,multùm autem intereſſe arbitror, cui voluit
proſpectum, cuiuſque contemplatione teſtator fece-
rit: plerunque autem intelligendum eſt, priuati cauſa
hoc feciſſe, licet emolumentum publicano quæratur,
& quòd in hac ſpecie vtilitas pupilli præualeat commo-
do ſubſtituti,& magis attendenda ſit,probat Vaſqui. de
ſucceſ.progreſ.lib.ſecundo, §.13.nume.quarto, & §. 25.
num.47.& non concludit alia ratio Iaſonis, quòd cau-
ſa inteſtati fouet cauſam teſtati, quòd hæc ſit ratio dicti
§. ex imperfecto, quia vltra reſponſionem datam per
Ripam in dicta l.ſecunda, ſub num.27. verſic. & ita te-
nendo, non ſolùm liberis, ſed alijs cognatorum, per
5 gloſſ. in verſic. debita.in l. fin.C.de codicil.† nihilomi-
nùs in alijs cognatis non habet locum dictus §. ex im-
perfecto.Eſt ergo mero fauore, & priuilegio liberorum
inducta diſpoſitio dicti §. ex imperfecto.vt Bart. ibi &
omnes concedunt, illud eſſe priuilegium liberorum,
quod non debet redundare in præiudicium tutoris, qui
eſſet datus in tali teſtamento imperfecto: hæc eſt com-
munis ratio doctorum:ibi ergo à contrario ſenſu, quo-
niam liberorum fauor, & priuilegium concurrit, cum
commodo extraneæ perſonæ, vt eſt in pupillari, debet
valere teſtamentum tale, & pro ipſo ſubſtituto, vt eſt
validum argumentum à contrario ſenſu,l. prima. §. hu-
ius rei. de off. eius: & non valet alia ratio Iaſ.in dicta l.
ſecunda, nume. 24.quia ſicut non poteſt pater ſibi hæ-
redem extraneum in teſtamento imperfecto inſtitue-
6 re: ita non poteſt filio: † quinimo reſpondetur, ſicut
pater poteſt filium ſibi hæredem inſtituere in tali teſta-
mento, & non alium extraneum priuilegio filij, quòd
eſt in vita, ita poſt mortem debet filio poſſe facere teſta
mentum, ſubſtituendo pupillariter extraneum, cùm
alium non poſſit ſubſtituere, deficientibus liberis,
quòd pariter priuilegium eſt, & fauor filijs poſt vitam,
vt decedat teſtatus: igitur & talis ſubſtitutio debet va-
lere, cùm ſicut inſtitutio filij valida dependet ab vna &
eadem ordinatione patris, vt in ſpecie arguit Paul. de
Caſtr.in conſil.374.Viſis omnibus, ſub nume. 2.libr.1.
licet loquatur in caſu opin. Bart. quoniam ſubſtitutus
eſt alius filius, tamen ſuo argumentatio concludit,
quando ſoli filio eſt ſubſtitutus extraneus, quia ſemper
euenit ex ordinatione patris, vt Caſtr. deducit, ſat eſt,
quòd ſubſtitutus ex tali teſtamento non ſentit commo-
dum mixtum cum liberis, quòd ſolùm prohibet text.
in dicto §. ex imperfecto, tollitur & alia ratio, in qua
latè ſe defendit Vaſq.in dicto §.14.num.17.& ſequent.
quod aliquid pro extraneo non valet ex teſtamento
imperfecto, quia accreſcit liberis, & ius accreſcendi
præſupponit pro extraneo deficiente,non adeſſe etiam
obligationem naturalem,quoniam reſpondetur ſecun-
dùm Bald.in dict.§. ex imperfecto. num.8. non eſſe ve-
rum, ex teſtamento non ſolenni, non oriri obligatio-
nem naturalem,ſed ſi qua eſt,eſt multum nuda,ita quòd
non impedit ius accreſcendi, ſed etiam clariùs dico,
†nos eſſe extra hanc inductionem non impediti iuris
7 accreſcendi, quod locum habet, quando extraneus
mixtus eſt, cum liberis: non ita dici poteſt de pupilla-
ri ſubſtituto, qui venit poſt mortem liberorum inſtitu-
torum & eorum fauore,de quo nemo diſſentit, per not.
in dicta l. ex tribus, & per text. in l. ſi pupillus in princ.
ff. de acqu. hæred. alias incip. Iulianus. per quem text.
tollitur etiam motiuum contrarium Vaſquij in d.loco,
ſub nume. 125. de abſurdo inducto, ſi pupillus abſtine-
ret, quòd ſubſtitutus extraneus haberet ex tacita vul-
gari ſuccedendo teſtatori, ex teſtamento non ſolenni
contra iura.&c.quia vltra reſponſionem Ripæ & ratio-
nabilem, quod iſto caſu non comprehendatur vulga-
8 ris tacita,cùm ceſſat fauor pupilli, dico,quòd †filio ab-
ſtinente per ſuitatem, confirmatur ſubſtitutio pupil-
laris etiam pro extraneo, cum ſit vtilis pupillo per d. l.
Iulianus vel l.ſi pupillus.in princ. & Doct. communiter
tenent in l.ſi filius, qui patri.de vulg.& pupil. & per l. ſi
arrogator.ff.de adopt.adducit Pau.Leo.de pupillari nu.
216.ex alio etiam corroboro, & firmo has reſpõſiones,
9 †ſicut vbi pia cauſa eſt inſtituta,hæres vniuerſaliter, va-
let teſtamentum coràm tribus teſtibus, etiam quoad
legata, & fideicommiſſa, & alia diſpoſita in eo, tradit
Ant.de Butr. in c.quod clericis.colum. 6.verſ.ideo pu-
to. de for. com. adducendo rationem: quia teſtamen-
tum



tum non poteſt valere,quoad quid, & quoad quid non,
ſequuntur Deci.conſil.504.colum.2.ſub nume.5.verſic.
iſta concluſio comprobatur: & Corn. Alexan. & Ruin.
alleg.per Couar.in c. relatum.1. ſub nume.2. de teſtam.
10 † ita debet valere teſtamentum inter liberos inſtitutos,
etiã quoad in eo diſpoſita, per auth.quod ſine. C. de te-
ſta. & maximè ad fauorem liberorum, vt eſt pupillaris,
& ex his credo veriorem opin. contra Bart. & ſequaces
tenendam, quam probant Aret. in d.l.2.col.5.in princ.
& Soc.nume.9.& ſeq.& Ripa num.39. & Polyt.de ſub-
ſtit.pupill.cap.2.ſub num.16.& Paul.Leo.de pupill. ſub
num.160.& ſequen.& Coraſ.in l.ſi teſtamento.num.19.
C.de impub.ſentit expreſſe Signo.de Homod.conſi.73.
in fi.quorum opinio, & ita ſtante poteſt nunc inficiari,
aliam contrariam opin. eſſe commu. cõtra quam etiam
puto tenendum, cum noſtra ſit fundata magis conclu-
dentibus rationibus:vt pro hac etiam dubia adſint duæ
generales regulæ, quæ vniuerſum tractatus noſtri titu-
lum interpretationis vltimarum volnntatum regunt, &
tuentur† Vna eſt,quòd ambiguitas validitatis,& inuali-
11 ditatis diſpoſitionis, & actus ſoluitur pro validitate l.
quoties.de rebus dubijs, cum pluribus concordan. al-
legat.ſupra lib. præcedent. interpr. 2. dubit. 1. ſolut. 5.
in princip. † Altera eſt, quod cauſa teſtati, & cauſa in-
12 teſtati ad inuicem dubia,facit, quòd ea pars tenenda eſt
quæ fouet cauſam teſtati. l.ſi pars iudicantium. ff. de in-
offic.teſtament. & cap. fin. de re iudi. & etiam pro pu-
pillari dicitur eſſe fauor cauſa teſtati.Socin. Iun. conſil.
95.colum.6.in fi. num.28.lib.1.& dicit Bart.in l.ſi filius,
qui patri.col.pen.ad fin. verſ. item commodum filij. de
vulg.& pupil.& ibi per omnes & hãc eſſe benigniorem
interpretationem dicit Ang.conſ.148.Dominus Quiri-
cus col.penul.verſ.& benigniori. Ita & iſto caſu pro te-
ſtamento pupillari iudicandum cenſeo.
13 Item circa octauum requiſitum † de aditione, ſeu
immixtione hæreditatis patris, vt pupillaris ſubſtitu-
tio valeat,& non euaneſcat,per dictam l. ſecundam, §.
adeò, & l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe. de vulgar. & pupill.
quando pupillus inſtitutus ſine tutoris authoritate
non poteſt adire hæreditatem, vel ſe in ea immiſcere.
l. more.& l.ſequent.cum concord.ibi ſign.in gloſſ.ff. de
acquiren.hæred.& l. potuit.C. de iure deliber.& ſæpius
contingit pupillum ipſum nullo tutore exiſtente, ac
hæreditate patris non adita decedere,ita pupillaris ſub-
ſtitutio in diſcrimine poſita reperitur, ideò tunc teſta-
menti interpres recurrere debet ad refugium ſuitatis,
vel ad tacitam vulgarem, comprehenſam in pupillari,
licet exiſtentia ſui hæredis non operetur confirmatio-
nem pupillaris, requirentis aditionem, per dictum §.
adeo generaliter loquentem, ſed habeatur pro aditio-
ne in his,quæ hæreditate non adita omninò pereunt, vt
ſunt legata, & fideicommiſſa,vt vult.Oldr.conſ.20.qui-
dam habens matrem, tamen verius eſt, ſui hæredis exi-
ſtentiam operari etiam confirmatione pupillaris, vt l.
ſi filius, qui patri,de vulgar. & pupill. & ibi Bart. & alij
communiter tradunt ſecundum commun. intellectum.
dicit ibi Iaſ.colum. ſecunda, in 2. not. numero quarto,
idem per text.in l.ſi filius,qui ſe paterna,ibi Bart.& Bal.
& Imol. ff. de acquir. hæred. dicit. ibi Bald. ita eſſe ſe-
14 cundum omnes: imò eſſe † regulam per ſe, quòd exi-
ſtentia ſui hæredis confirmat tab. pupillares, & quòd
hæc per exiſtentiam ſui hæredis dicitur ſemiplena adi-
tio, quæ ſufficit, vt ibi per eum,dicentem,iſtam eſſe re-
ſponſionem ad formam argumenti contrarij. idem
conſil. 426. concluſiuè, lib. 2. ita eſſe Commun. opin.
Doct. Modernorum atteſtatur Anch. conſi.36.in quæ-
ſtione. colum.ſecunda, verſic. ad hoc enim reſpondeo,
& conſil.71.dubia.verſic.& licet non proponatur. con-
firmat ex fauore ſubſtitutionis pupillaris Signor. de
Homo.conſil.107.quidam nomine colum.5.nume. 14.
idem firmat Caſtr.conſil.355. Poſtquam.colum. prima,
verſi. item ſequitur.lib.primo, Ruin. conſi. 165. colum.
2. nume,5. libr.ſecundo, & Bero. contra argumentum
factum in contrarium de dicta aditione requiſita, ſui-
tatem confirmare ſubſtitutionem pupillarem, & ope-
rari tranſmiſſionem ad ſubſtitutum, tenet in conſ.124.
ſub nume.11.lib.ſecundo, confirmare pupillarem,idem
probat Angel.de Perigl. in tract. de ſuitate.in 9. quæſt.
num.5. vbi latiſſimè per tot.illam quæſt. 9. explicat, &
declarat,effectus ſuitatis, & in ſpecie quoad confirma-
tionem pupillaris ſubſtitutionis, etiam in quatuor ca-
ſibus ibi per eum conſideratis. Primo, quando vno filio
inſtituto, & alio exhæredato, extraneus eſt pupillari-
ter ſubſtitutus exhæredato, Secundo, quando filius in-
ſtitutus pupillariter eſt ſubſtitutus alij impuberi exhæ-
redato. Tertio,quando impubes eſt inſtitutus,& ei alius
frater, exhæredatus, vel extraneus eſt ſubſtitutus.
Quarto, quando, impubes eſt pro parte inſtitutus hæ-
res, & pro altera parte eſt inſtitutus extraneus, qui &
impuberi eſt ſubſtitutus, & quòd in omnibus iſtis caſi-
bus pupillaris ſubſtitutio confirmata etiam per exiſten-
tiam ſui hæredis, matrem excludit, vt ipſe arguendo
ad partes firmat in d.9.quæſt. nume. 14.vſque ad nume.
20. cum hac opin. quòd excludat matrem, vti veriore,
& approbata Bart. pertranſit Alexand.in dicta l. ſi filius
qui patri. colum.antepen.verſ. primo, per iſtum text.
& ibi Iaſ.ſub nume.19.concedit, inferendo,matrem in
iſtis caſibus per ſubſtitutionem pupillarem priuari lu-
cro.ſeu quaſi lucro, per gloſſ.ord.in l.3.C.de iur. & fac.
ign.cum concord.idem concludit Signo.de Homod.d.
conſil.107.colum.fin.& apertè probat Aret.in dicta.l. ſi
filius, qui patri. colum. pen. verſic. & circa ſecundum.
Etiamſi ſubſtitutus eſſet alius, quàm frater inſtituti.
Doct. tenent. dicit ibidem Caſtr.nume. ſecundo, nam
ſufficit,quòd ſi fauor pupilli, vt ſibi ſuccedatur, vt an-
tè quoque dictum eſt: ita eſſe ſecundùm veram opin.
dicit Guiliel.de Peruſ.conſil.31. nume.25.inter conſ.ad
cauſas vltimæ volunt.& Paul. Leo.de pupil. nume 197.
& ſequent.

Hæc autem locum nõ haberent,vbi exiſtentia ſui hæ-
redis operari non poſſet, vt ſi filio datus fuerit cohæres
extraneus, vel expreſſè vulgaris ſubſtitut. vel impoſita
cõditio,Si voluerit eſſe hæres, tradit Bart.in d.l.ſi filius,
qui patri.nu. 5.& ibi Iaſ. nu. 17.addit, vbi & filius fuerit
exhæredatus, vel fuerit inſtitutus hæres in re certa, alio
inſtituto vniuerſaliter,&vbi demum ſuitas fuerit adem-
pta modis alijs,de quibus plenè ſcribunt Caſtr. Alexan.
Aret. & Iaſ.in l.ſi filius hæres.de liber. & poſthum. Ang.
de Perigl.d. tract.de ſuita.in nona quæſtio.ad quos bre-
uitatis gratia fit remiſſio.
15 Vnde†refugium exiſtentiæ ſui hæredis,cum defuerit
pro confirmatione pupillaris pro ſubſtituto, deuenien-
dum eſt ad tacitam vulgarem,quod ſentit Bart.in l.fi.ad
fin.C.de inſti.& ſubſti.Quę ſane ex interpretatione Le-
gis coniecturantis voluntatem teſtatoris in expreſſa
pupillari continetur: vt l. iam hoc iure.in princip. & §.
fin.de vulg. & pup.& ibi gloſſ.& Doct.communiter ex-
ponunt, iſtud omnes fatentur, nulla ab aliquo contro-
uerſia mota,niſi à Poli.dicit, & latè defendit Paul.Leo.
tract.de pupil. ad nume.200.& ſeq.concord. allegando
hanc communem ſententiam quoque atteſtando velu-
ti catholicam tenendã,probat Vaſq.Hiſp.tract. de ſuc-
ceſ.progreſſ.lib.2.§.15.nu.89. deficiente pupillo, ſ. poſt
mortem patris teſtatoris, etiamſi pupillaris eſſet inuti-
liter facta, ſub ſe comprehendere vulgarem,omnes te-
nere ait Vaſq.de lib.2.§.14.num.60. Et ex iſta venien-
do ſubſtitutus etiam excludit matrem pupilli, per gloſ.
fin. in fin. C.de inſtit.& ſubſtitu.ponit Anto. Gomez.in
ſuo comment. in tot. 1. cap.3. de pupill.ſubſti. num. 9.
non verò excluderet matrem teſtatoris.Bartol.in l.1.in

princip. num.41. de vulg.& pup. & ibi Rip. nume. 175.
communiter, & per alios ſic decidi ponit, niſi ſubſtitu-
tus ſit de deſcendentibus teſtatoris, vel ſit vocatus hac
conceptione verborum, Si deceſſerit in ætate pupilla-
ri, quia & iſte excluderet etiam matrem teſtatoris, vt
per eum ibidem, & Capr.in tract.reg.tit.de ſubſtit.pri-
ma ſpecie vulg.num.96.& ſequen.clariùs per Couar. in
c. Raynutius, ſuo §. 4. de vulgari. ad fin. de teſtam. &
Burſ.Mant.conſil.19.nume.25.excluderet quoq; volen-
tes venire per ius accreſcendi, ſecundum veriorem, &
receptiorem ſentẽtiã, atteſtatã in annotati. ad eundem
Gomez.d.tot.1.cap.3. de vulg. nume.36. Idq; obſerua-
tur in bonis teſtatoris, cui per vulgarẽ ſucceditur, non
autem in bonis pupilli deficientis: Bart.in d.l.1.nu. 40.
& ibi Rip.num.173.dicit cum Bart.alios tranſire, idem
Sebaſt.Sap.in l.precib.nume.18.C.de impub.& ali. ſub-
ſtitu.hæc & dicta fuere ſuprà circa vulgarẽ cognoſcen-
dam, in verſ. quinto principali modo, ita pupillari ſub-
ſtitutione propter defectum aditionis deficiente, ne
ſucceſſio,& voluntas teſtatoris pereat, illum, qui pupil-
lariter ſubſtitutus erat, ſuccedere, per vulgarem taci-
tam, firmat Oldr.ſupra.alleg.conſil.20.verſi.ſed ſucceſ-
ſio, relatis contrarijs, ſ. deficiente pupillo ante mortem
patris, & bene diſcuſſus ſic videtur tranſire Ang. conſil.
41. Punctus, de quo ad fin.& Seb.Sap.d.l.precib.nu.78.
Id tenendum eſt, vti receptiſſima ſententia ſit iſta, vt
modò dictum eſt, ſic verum eſt, quòd pupillus inſtitu-
tus mortuus fuerit, viuo patre teſtatore, ſubſtitutum
pupillarem ex tacita vulgari admittit, poſt gloſſ.Guiel.
& Cum. Bald. & Imol. & pro veriore opinione contra
Bart.defendendo, probat Alexand.in d.l.1.nume.32.33.
de vulg.& pup.& ibi Rip.num. 167.ita hodie eſſe com-
mun opin. atteſtatur, & latè defendit idem ibi nu. 168.
16 † ſubſtitutum ventri poſthumo non nato, ex eadem
tacita vulgari admittendum firmat ex concluſione Bar.
ſecuta per alios: ita & Tiraquell. in l. ſi vnquam.verſ.
libertis.nume.30. pluribus concord. alleg. & nume.51.
aliquibus contrarium tenentibus citatis, communio-
rem, & veriorem opinionem eſſe atteſtatur: contra-
rium autem tenentes loquuntur, quando poſt ſubſtitu-
tum ventri, ſeu naſcituro datum, eſſent alij gradus ſub-
ſtitutorum, qui ante primum inſtitutum ceſſantem, ſi
tollantur, medij gradus, ceſſet ſubſtitutio. De vltimo re-
ſpondit Oldr. conſil. 177. alleg. per Tiraquel.d.nu. 51.
cum ſequacibus. Hoc quidem Oldrad. 177. concord.
allegando, etiam communiter reprobari firmat Hier.
Zanch. in §. cum ita, num.45.l.hæredes mei. ff.ad Tre-
bel. Quia prima ſubſtitutione facta pupillo, medijs ſub-
ſtitutionibus ſublatis per mortem ſubſtitutorum, vlti-
mus ſubſtitutus ſuperſtes admittitur ex vulgari, ſubſti-
tutis medijs deficientibus, & ex pupillari etiam excluſa
matre ad ſucceſſionem pupilli vltimò decedentis, ex
facto reſpondit Bart.conſil.54. Punctus quæſtionis li.2.
impreſ.Venet. per l. quandiu inſtitutus.ff.de acquiren.
hæred.& ibidem Bartol.colum. fin.nume. 10. clarè do-
cet, & Bald.in ſubſtitutionibus factis ventri idem pro-
bat conſil. 162. quidam fuit ſubſtitutus. lib.1.& Caſtr.
conſil. 152. Præſens dubium.colum.1.l.1. & conſil.422.
Videtur, quòd filij.ad fin. libr. 2. quando maximè pri-
ma ſubſtitutio eſt pupillaris, & alia media, eſt compen-
dioſa, & Iaſo. allegato pro contrario dicto conſil. 177.
Oldr. idem diffuſe probat conſil.148. colum. 3. & ſequ.
per doctr. Bald.in l.fin. colum. fin.C. de inſtitut. & ſub-
ſtit. & doct. Bald. in dict. l. quandiu. ſæpiùs repeten-
do, talem eſſe commun.opin. omninò in iudicando te-
nendam, idem adducto pro contrario dicto conſil. Ol-
dr. firmat, & eſſe Commun.Opin. atteſtatur Dec. con-
ſil. 238. colum. 3. & nume.3. eiuſdem rationis eſſe dicit,
decedere, & non naſci, vt latè exornat Marzar. Vincen.
conſil. primo, in princip. & remiſſiuè Hier. Zanch. in
d. §. cum ita, l.hæredes mei.ad Trebell.num.2.& num.
152. vbi & nume.31.32.34. declarat, ſubſtitutum ſecun-
dum ſemper ſubintrare in locum primi per vulgarem,
contentam in pupillari. idem Pariſ.conſil. 73. colum.3.
num.28. & ſequen.lib.3. communia ſunt hæc & vulga-
ria, vt ſuprà circa vulgarem dictum eſt, verſi. ſeptimus
effectus; & pupillari, vt hic: & fideicommiſſariæ, vt in-
fra ſequent.interpr. dicetur. & conſequenter ab iſta ta-
cita vulgari comprehenſa pupillari defecta etiam pu-
pillo mortuo viuente teſtatore, poſſe incipere teſtamen
tum ex Commun.Opin.poſt Iaſo.nume.58.ponit Ripa
in dicta l.1.nume.162. & comprobat Couar. dict. capit.
Raynutius.§.5.de pupillari. ad fi.verſi. tertia eſt ſenten-
tia. Super hoc puncto ſæpe pro hac parte ſe conſuluiſſe
dicit Bald. conſi.170. Quidam Nicolaus.col.2.ſub num.
3.lib.5.addo per l. ſi pater filium.de vulg.& pupil. & ibi
Imol.& alij.
17 Aduertẽdum eſt, circa † inſtitutiones, & ſubſtitutiones
factas ventri, quòd ſi teſtator dixerit, Inſtituit ventrem
ſuæ vxoris, quæ prægnans eſt, & ei ſubſtituit talem, in-
telligitur de prægnatione, quæ erat tempore teſtamen-
ti: per l. ita ſcripſiſſet. de legat. ſecundo, expreſſe per
Bartol. & ali. in l.placet, de liber. & poſthum. ſecus eſt,
ſi ſubſtituerit ſimpliciter ventri vxoris, vel dicendo, ſi
prægnans eſſet: nam intelligeretur de omni prægnatio-
ne etiam futuræ vxoris, d.l. placet. & ibi per omnes &
Bald. conſil. 128. Ad intelligentiam.ſub nume.2.lib.1.
firmat, dicens: nam in dubio debemus interpretari,
quòd teſtamentum valeat, quòd teſtator ſenſerit de ca-
ſib. neceſſarijs, maximè, quando teſtator dixit, ſi vnus,
vel plures naſcantur. idem conſi. 122. Verba teſtamen-
ti.colum.2. in princ.d.lib. 1. aliâs diſtingue caſus. Si in-
definitè dixerit, poſthumum hęredem, in plurali; ſi
dixerit, poſthumum, qui eſt in vtero, tunc alius non
continetur. Si caſus eſt dubius de vno vel pluribus poſt-
humis, & diſpoſitio rationabili interpretatione poteſt
referri ad quemlibet poſthumum, tunc omnes com-
prehendit: ſi autem non poteſt referri ad omnes, ſine
iniuria vel detractione certi & taxati relicti, non com-
prehendit omnes, ſecundum eundem Bald. *in conſil.*
14. Punctus talis eſt. lib. 3. idem conſil.113. Præponitur.
nume.3. libro.5. quando dictum eſſet, Si prægnans eſſet,
quòd intelligatur, quandocunque ex teſtatore eſſet
prægnans: arg. dict.l. placet, & l.fin. C. de poſtu. idem
conſilio 134. mihi Bald. lib.4. vbi & plenè in materia
ſuper his verbis, Inſtituo ventrem, ſi prægnans fuerit,
quòd ex æquo legum intellectu interpretatur, non ſo-
lùm de futuro, ſed etiam de præſenti vtero, etiam ſi te-
ſtator videatur loqui per verba de præſenti vtero, quòd
hæc interpretari debent demonſtratiuè dicta, & ſic ve-
niant omnes poſthumi, diffuſiſſimè. Corn.conſil. 244.
col.3. & ſeq.lib.2.& conſ.258.col.3.lib.3.& Soc.in l.vtrũ
ita in prin.col.2.& ſeq.de reb.dub. Sebaſt.Medi.trac.de
reg.iur.reg.2 nu.58.91 dummodo ſint legitimi.idem ibi
num.93.licet in eodem caſu.contra Bal.in d.conſil.122.
& conſil.128. conſuluerit Ang. eius frater in conſil.51. Si-
mon Notarius. motus quidem ſubtilibus rationibus:
tamen magis placet deciſio Bald. vti magis adhęrens.
præſumptioni mentis teſtatoris & validitati diſpoſitio-
nis: arg. l. cum quęſtio. in fin. C. de leg.& l.ſi pars. ff.
de inoff. teſtam. & capit. fin. de iud. & l. quoties, de
reb. dub. & iam in eo teſtatore, qui tali non erat op-
preſſus infirmitate, vt ex ea mori ſe putaret, dictam
Angeli deciſ. veram non putat Alex.in dic.l.placet.col.
fin.verſic. hęc tamen ſua limitatio, & ibi Iaſo.col.4. nu.
14. relatis eiſdem conſil. Bald.& Ang. ſequitur Baldum,
hos, & non animaduertendo dictam contrarietatem al-
legat Tiraq.in §.hoc ſermone.l.boues.de verb. ſign. in
3.limit.nume.4.5.& hoc pręualet, ac ſi teſtator dixiſſet,
Inſtituo ventrem, & quemcuque naſciturum ex vxo-
re pre-



ore prægnante, ſiue in futurum prægnanda, ſecundum
Caſt.conſ.409. Caſus iſte frequenter. colum. fin. num.
3.lib.2.alleg.per Tiraq.d.nume.5. & plenè Bero.conſil.
17.nu. 16. & ſequent.ac per tot. lib. 2. vbi etiam. ſub
num. 23. verſ. non obſtat. meminit expreſsè reproba-
tionis d.conſi.51. Angel. idem Bero. conſil. ſequent. 18.
colum.1. quando fuerit ſimpliciter dictum de filijs na-
ſcituris, quòd veniant ex quacunque vxore nati, per d.
l.placet.& ſequent.idem & conſil.76.num.3.eo.
Tacita vulgaris ergo & viget ex pupillari facta ven-
tri: venter quidem inſtitutus, interpretatur de omnibus
18 poſthumis naſcituris vt antè proximè dictum eſt, † ſed
natis, & naſcituris pluribus inſtitutis, & pupillariter inui
cem ſubſtitutis, & omnibus decedentibus pupillariter
ſubſtitutione facta in perſonam Titij, de pluribus dubi-
tari contingit. Quæ etiam verſantur circa præpoſitam
noſtram principalem dubitationem, quæ ſit, vel ne, dire
cta pupillaris.
19 Prima † dubitatio contingere poteſt ſuper teſtamen-
to patris continente inſtitutionem N. filij puberis na-
ti, & filiorum naſciturorum: & ſubſtitutionem reci-
procam, inter eos factam, & dictis N. & alijs deceden-
tibus ſine filijs, ſubſtitutionem factam de Titio, quæ-
ritur non natis alijs filijs, & mortuo N. ſiue filijs ſuper-
ſtitibus. mater N. & Titio ſubſtituto nunquid adſit
ſubſtitutio pupillaris? Soluitur. Non adeſſe, quia om-
nibus filijs, & nato, & naſcituris, inſtitutis, & recipro-
cè ſubſtitutis decedentibus, ſubſtitutio de Titio dici-
tur facta, vltimo decedenti: l.qui duos. & l. ſi pater im-
puberes.de vulg.& pupil.l.pen.C.de impub. & ali.ſubſt.
& vltimus decedens dicitur etiam is, quem nemo præ-
cedit, vel ſequitur.l.ex duobus. in princip.ff.eod.l.in
vulgari.& ibi Alci.in prin.de verb.ſign. qui & cũ pubes
deceſſerit, pupill.ei facta non intelligitur: l. in pupillari.
& l. ex facto. in princip. verſic. vt quemadmodum de
vulg. & pupil. & iuxta requiſitum ſecundnm ad eam,
vt fiat impuberi: l.2.in prin. & ibi per Bart.num. 2. & 5.
& per ali.eo. Sed ſubſtitutio hæc fideicommiſſaria de-
prehenditur comprehenſa in compendioſa, vt infra di-
cendum eſt in ſequenti interpr. in ſpecie tradit Abb.
conſil.58. Quidam Nicolaus.colum.pen. verſ. præterea
in caſu noſtro. non tamen videtur verificata pro Titio,
ſubſtituto per ſolam mortem N. contingentem, quia
mors eius, & aliorum naſciturorum copulatiuè poſita
eſt in conditione, quæ ſic concepta in caſu mortis plu-
rium ſine filijs, ideò ad hoc, vt locum ſibi vendicet ſub-
ſtitutio, debet impleri copulatiuè, & morte N.& morte
aliorum: vt l.ſi hæredi plures.ff. de cond. inſtit. aliorum
autem non natorum mors ceſſauit, cùm ſolus viuens
mori dicitur: l. qui duos. §. 1. ff. de manu. teſtamen.&
20 † ſine habitu non poteſt eſſe priuatio: l. decem de ver-
bo. oblig. l. manumiſſiones de Iuſt. & Iur. Ergo non
extitit conditio ſubſtitutionis, & caſus mortis plurium,
non eueniens, à teſtatore omiſſus, relinquitur diſpo-
ſitioni Iuris: argum.l.commodiſſimè. de liber.& poſthũ.
non verificatur in morte vnius: ſic pluralitas non reſol-
uitur in ſingularitatem, vt maximè non excludatur ma-
ter à luctuoſa hæreditate filij: ita ex deciſ.Ioan.Andr. in
addi.magna.& fin.in quarta quæſt.ad Specu.titu. de te-
ſta.§.in primis.in fin. habita ab Oldr. conſil. 142. tradit
Caſtr.conſi.219. Viſis & conſideratis.col.1. lib. 1. longo
apparatu recenſendo in ſimilibus terminis: ita etiam
pro matre cõtra ſubſtitutum conſuluerunt & Rui.conſ.
172.lib.2.& conſi.110.lib.3.& Nat.conſil. 667. & Burſ.
Mant.conſi.19. de hoc quid ſentiam dicam infra.
21 Secunda dubitatio ex facto orta eſt. † Teſtator habẽs
filium impuberem, & filiam iure inſtitutionis, filiæ
certam dotem reliquit, & prohibendo eam poſſe aliud
petere, & conſequi de ſuis bonis, hæredes vniuerſales
inſtituit filium & alios filios maſculos naſcituros, & ſi
filius natus, vel alij, quicunque filij naſcituri, quando-
cuncunque deceſſerint ſine filijs maſculis, vel deceſſe-
rit, alios filios maſculos ſuperuiuentes, decedenti ſub-
ſtituti: ſi verò omnes deceſſerint ſine filijs maſculis, &
ante ætatem annorum 25. tunc & eo caſu aduenien-
te dictis ſuis filijs maſculis vulgariter, pupillariter, &
per fideicommiſſum ſubſtituit Titium ipſius teſtatoris
fratrem, vnde alijs filijs non natis, decedente filio nato
in ætate infantili, viuente patre, quo etiam poſteà de-
functo, orta quidem eſt quæſtio inter filiam inſtitutam
in re certa, & ſubſtitutum, intendit filia ſuccedere pa-
tri, vel teſtamento effecto caduco, vel in re certa: ſe.
inſtitutam iure non decreſcendi, & vniuerſali venire
ad ſucceſſionem paternam ex ipſo teſtamento: ſubſtitu
tus verò nititur ex vulgari expreſſa illa expreſſione vul-
gariter. Namque pro filia contra fratrem ſubſtitutum
dubitationem ſoluere doctè & acutè ſatagit nouiſſimè
Martianus Forliuien.ſuo conſ.18.& conſ.20.vol. 1. di-
uerſ.conſ. vbi labori non pepercit inueſtigando & diſcu
tiendo hinc inde argumenta & rationes, ſuam demum
concluſionem principalem excluſionis ſubſtituti fir-
mando, & contraria argumenta refutando, præcipua
hac teſtamentaria clauſula, Tunc & eo caſu aduenien-
te, quòd per iſtam ſubſtitutio fuerit reſtricta, & limita-
ta ad præſcriptum caſum, quo alij filij fuiſſent nati, & na
tus, & iſti omnes deceſſiſſent, ſic conditio talis volunta-
ria firmiter, & copulatiuè verificari requirebatur, quæ
ſanè ceſſauit, & caſus ipſe non aduenit: ergo locus non
eſt ſubſtitutioni ita limitatæ, & reſtricta per dictam clau
ſulam, vt in pleriſque locis tradunt doct. alleg. & per
Martianes d.conſ.18.nume. 33.& per me ſupra in ſpecie
vulgaris: ver.quintus caſus, vtque copulata poſita in con
ditione pro eius verificatione, præſertim de morte, quæ
dici non poteſt de filijs non natis, expleta dicantur, per
alleg.ſupra in prox. dubitatione: & dictæ concluſioni
accedunt ſubtiles ſubſcriptiones, ad d.conſ. Martianes.
adhibitæ ibi poſtea à Iuli.Scarlar.Regien.ſuo conſ. 21.
& ab Anton.Galeaz.Maluati.ſuo conſ.22. illo addente,
quòd hæc filia hæres particularis ſemoto filio nato hæ-
rede vniuerſali per mortem, ante patris mortem, vti pro
non ſcripto effecta eſt, hæres vniuerſalis iure proprio ex
diſpoſitione legis iure non decreſcendi, ſed non iure ac
creſcendi, niſi largiſſimè & improprijſſimè loquendo, vt
videre eſt ex adductis in conſil.octo.ſublimium docto-
rum ibi in fin.nominatorum inter conſil.l.Fulgoſ.102.
Præſuppoſito ſtatuto: & per Lancel. Polyt.& Bero.in
locis allega.ibidem d.conſil.21.ſub nume.4.5.6.7. Sic
quoque, vt adiuncta hæres excludit ſubſtitutum, maxi-
mè dicta conditione defecta inutiliter datum, vt per
Bartol.& ali.in l.quidam teſtamento.de vulgar.& pupil.
cùm etiam iſta filia, non extantibus filijs maſculis tem-
pore mortis patris, non ſit excluſa à ſtatutis, & patri ab
inteſtato ſuccedit, & ſecundùm hoc voluntas patris te-
ſtatoris dubia debet interpretari, ad Bartol.& ali.in l.
hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.& iſto Maluati.ſub-
iungente in dicto ſuo conſil.23.num.3.4.declarationem
Bartol.in l.ſeruo.ff.de condi.indeb. quòd filia inſtituta
in re particulari, remoto eo quem teſtator putabat fu-
turum hæredem vniuerſalem, capit totum ex poteſtate
iuris.l.1.§.hi ex fundo.& l.interdum.§.denique.ff.de hæ
red.inſti.vt non decedat pro parte teſtatus, & c.l.Ius no-
ſtrum.de reg.iur. in eodem caſu per eodem ferè & plu-
ra argumenta conſulendo, idem pro filia reſpondit
Hippol.Riminal.conſil.110.vltimo ſuorum conſil.nunc
in lucem editorum. De hoc quoque infra dicam meam
opinionem.
22 Tertia † eſt dubitatio ſoluta ab Alexand. conſil.188.
colum.2.verſic.condeſcendo ad ſecundum.lib.2.in hac
ſpecie, quòd à patre inſtituto ventre hærede vniuerſali
eo caſu, quo cõtingeret maſculum naſci, & ſi talis maſ-
culus

culus in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque de-
ceſſerit ſine filijs,ei ſubſtitutione facta de Philippo, vni
verò vel pluribus fœminis naſcituris iure inſtitutionis
facto relicto librarum 400. pro qualibet. Vnde neque
maſculo neque fœminæ natis,non admittitur ſubſtitu-
tus hoc caſu, vti à teſtatore omiſſo, dic. l.commodiſſi-
mè.& arg.à contrario ſenſu,l.ſi ita ſcriptum.eo de liber.
& poſthum.De hoc quoque quid ſentiam modò dicam.

23 Quartò dubitatio, vertens ſuper hoc† quòd filij ma-
ſculi naſcituri vniuerſales hæredes inſtituti moriantur
ſine filijs, tunc & eo caſu vulgariter, & pupillariter, &
per fideicommiſſum ſubſtituta eſt dotibus relictis filia-
bus iure inſtitutionis,quantum ipſa vxor declarauerit,
facto fratribus teſtatoris relicto ſolū de libris quinque,
non natis maſculo,neq;fœmina,ſoluitur à Petr.de Anc.
conſ.356.ex ſerie teſtamenti.& Fulg.conſil. 49. pro fra
tre teſtatoris vti hærede ab inteſtato, & contra vxorem
exploſis ſubſtitutione,& inſtitutione de ea factis, ex æ-
quitate & conuenientia,vt bona penes fratrem in agna
tione remaneant,ex caſu omiſſo, ex reſtrictione, indu-
cta per clauſulam, Tunc & eo caſu, ex conditione vo-
luntaria non extendenda,& quaſi teſtator ſenſerit pro-
vxore ſolum caſum naſcentium filiorum, vel filiarum,
tunc magis dilecta, & chara teſtatori, & poſtea morien-
tium,vt eis ipſa ſuccedat ad luctuoſam hereditatē. Vel
hoc caſu ambiguo interpretando contra vxorem extra-
neam, & potiùs pro fratre, ſecundum ſtatuta, & mores
ciuitatis doct.in pleriſque locis ſequūtur Anch.in d. ſuo
conſil.356.vt Soci.in d.l.1.col.12.ſub 8.limit.de vulg.&
pupil.& ibi Ripa ſub num.69.& Goz.conſi.4.num.24.
& Viui.de Commun.opin.in ver.caſus.lib.1.ad litteram
exemplando ex Gualden.de arte teſta.cau.5.tit.5. recen
ſui ſupr.lib.præceden.interpr.3.dubit.1.ſub ſolut.3.verſ.
omiſit.& prædictas deciſ.& Oldr.d.conſil.142.& Alex.
d.conſil.188.& Ang.conſi.93. Viſis inſpectis.& Anch.d.
conſi.356.& Fulgoſ.d.conſil.49.ſimpliciter refert;& ſe-
quitur Crot.in l.Gallus.& quid ſi tantum.ſub num. 49.
verſ.pro complemento.de liber.& poſthu.Corn.conſil.
28. colum.2.lib.1.Dec.conſil.314. nume.5. & conſil. ſe-
quent. nume.5.& Socin.conſil.77.colum. fina. lib.3. &
alibi doctores.

Dico nunc, quid ſentio ſuper qualibet præmiſſarum
quatuor dubitationum:abſit primum prauus contradi-
ctionis ſpiritus, & reprehenſionis in quemcunque, nec
in antiquos, nec in recentiores aliquos Iuriſconſ.ſupra
nominatos, quorum imò laudes & honores ſemper ex
ore meo exire profiteor. Sed veritate teſtantium vera-
rum voluntatum,quæ ſic mihi viſæ ſunt,ſola adducor,&
nitor, poſſe tamen allegationes prædictas quandoque
inſeruire potius exiſtimo forſan pro allegationibus Ad-
uocatorum, & reſponſis, vt aiunt, & cauſis pro amico,
24 quam pro ſententijs iudicum ferendis, † iuxta illud Ci-
25 ceronis de offic.lib.2.cap.prima igitur† iudicis eſt,ſem-
26 per in cauſis verum ſequi: † patroni, nonnunquàm ve-
riſimile,etiamſi minùs ſit verum defendere. ſentit Dec.
conſ.463.col.fin.ſub num.22.vel dicam eas fulcitas ra-
tionibus,quæ ſatis opinioni eorum faciunt,quibus ideò
ſic fideliter cautè iuſteq; reſpondere viſum eſt, vt etiam
partes has Iuriſcōſultorum,eſſe facientes præmiſſas de-
ciſiones bene nouerunt,ad illud Arch.in cap.non licet.
27 11.q.3.dicentis, †quòd Iuriſconſultus debet eſſe in con-
ſilio cautus, in patrocinio fidelis, & in iudicio iuſtus, vt
aliàs retuli.

28 Iuſtiùs † autem iudicem facturum equidem exiſti-
mo, ſi in quaque ſpecie dictarum quatuor dubitationū,
teſtatorum voluntatem, quatenùs dubia videatur, pro
ſubſtituto interpretetur, vt iudicis eſt, præcipuè ambi-
guas teſtantium interpretari voluntates. l.voluntatis.C.
de fideicom.cum alleg.à me ſupra in lib.1.interpr.1.du-
bit.3.ſolut.12.

In prima dubitatione id probare facilè videtur:nam
teſtator expreſsè voluit & diſpoſuit, ſuam hæreditatem
in inſtitutione eſſe ſui filij,puberis nati,& aliorum filio-
rum naſciturorum,& in primo gradu ſubſtitutionis reci
procè inter natum, vel naſcituros ſuperſtites diſtribui,
& in ſecundo, & vltimo gradu ſubſtitutionis dicto fi
lio nato,& omnibus naſcituris decedentibus ſine filijs
26 peruenire ad Titium vltimum ſubſtitutum. † vnde
certi iuris eſt, alijs filijs non natis, totam hæreditatem
filium natum obtinere:l. hæredi. ff. de acq. hæred. & l.
ſi duobus.§.fin.de leg.1.l.filius à patre. §. fin. & Gloſ.
in ver.humanitate:in l.ſi ita ſcriptum. in prin. de liber.
& poſthum.vbi eſt caſus,quòd effectus conditionis na-
ſciturorum nō tollit,quin diſpoſitio ſortiatur effectum,
quoad alios ſuperſtites vocatos:idem & in l. ſi ita la 1.
§.& in l.Clemens in princ.ff.de hæred.inſtit. & in pro-
poſito,inſpecta forma dictæ vltimæ ſubſtitutionis poſt
mortem filij nati, & omnium naſciturorum factæ, Ti-
tius dupliciter dicitur ſubſtitutus vltimo decedenti,
primò ex eo, quòd ſubſtitutus poſt mortem plurium,
ſimpliciter cenſetur ſubſtitutus vltimo morienti: l. co-
dicillis.in princ.de vſufr.leg.& ibi Bart. ita facit ſum-
marium in fideicommiſſo, vt continet noſtra ſubſtitu-
tio.idem not.in l.ſi pater.la 1.de vulg.& pupil.& ibi latè
tradit Alex. col. 2. verſic. tamen ſubſtituendo. ſequitur
& comprobat Curt. Iun. conſil. 139. num. 6. & Socin.
conſil.77.colum.4.verſ.accedat ratio. & verſ. ſequen.
lib.1.& Pedemon.deciſ.110.num.5. & num. 12. inferen-
do,paria videri,ſubſtitutionem fieri poſt mortem om-
nium,vel vltimo morienti.Deinde ex eo, quòd præce-
dit expreſſa ſubſtitutio reciproca inter filium natum, &
naſcituros,iſta poſt mortem filij nati, & naſciturorum
omnium ſubſtitutio facta Titio clarius dicitur facta vl-
timo morienti,per tex. in l. hæredes mei. §. cum ita.ad
Treb.& ibi dilatat fimbrias, & antiquorum & Moder.
doct.magna caterua,& Rip.nu.55.verſ.preterea ad rem.
dicit,quòd ſtante reciproca, Claudia dicitur ſubſtituta
vltimo tantum,& Hier.Zanch.nu.85.licet. nu.574. de-
fendere conetur, Claudiam etiam dici ſubſtitutā 1.de-
cedenti,tamen vltimò etiam dicitur ſubſtituta, ſi vlti.
tantum decederet ſine filijs,vt idem ibi dicit ante num.
579.etiam quòd expreſsè non dicatur facta vltimo, ſuf-
ficit tamen ſic colligi,eſſe factam vltimo:Pariſ.conſ.43.
nu.49.in fin.& num.50.lib.2.& latè Socin. conſil. 249.
col.5.fin.verſ.ſecundò principaliter. & col. ſequ. lib.2.
Bero.conſ.68.num.13.lib.2.cum enim in propoſita ſpe-
cie nulli alij filij fuerint nati,ſubſtitutio facta de Titio,
verificata quidem eſt per mortem ſolius N. filij nati:
quoniam is vltimus dicitur mori, quem nullus alius fi-
lius naſcens præcedit,per tex.in d.l.in vulgari.& ibi Al-
ciat.in d.l.ex duobus.in prin.& ibi gloſ.& doct.tradunt,
vt dixi ſupra, proponendo hanc dubitationem, & ſic
verba dictæ ſubſtitutionis videntur conuenire Titio
ſubſtituto:& quia ipſe eſt vltimò ſubſtitutus: arg. l. qui
ex fratrib.ff.de condit.inſtit.ibi, quia verum eſt, &c. &
magis ei conuenit mens & voluntas teſtatoris, quàm
ſolum in fideicommiſſis attendendam, paſſim Iura &
doct.clamitant,in d.§.cum ita cum concord.ibi ſign.in
gl.in verſ.voluntatem.& ibi Doct.& in l.cum virum. C.
de fideicom.Abb.in conſ.58.quidam Nicolaus.col.pen.
nu.3.lib.3.Pariſ.conſi.50.col.2.nu.2.lib.3, & alibi ſæpè.
Voluntas enim teſtatoris erga vltimò ſubſtitutum eui-
dens apparet in eo caſu, vt in iſto, quo tota hæreditas
vacat inſtitutis, & ſubſtitutis præcedentibus deficien-
tibus etiam,viuo teſtatore, per tex. in l. quidam teſta-
mento.de vulg.& pupillari,itaque talis ſubſtitutus vlti-
mus capit portiones omnium: l. ſi Titius. l. qui duos.
& l.cohæredi.in prin.eo & hoc caſu totum capit,conſe-
quendo portionē dicti N.filij,nati decedentis, qui alijs
filijs non natis,in totum ſucceſſit,vt dictum eſt ſic à for-
tiori



tiori ſubſtitutus admittitur ad proportionē dicti N. de-
cedentis ſine filijs,cū & ei,& poſthumis decendentibus
ſine filijs fuiſſet admiſſus ad portiones omnium in ſpe-
cie, per rég. cui, quod plus.& l.in actionibus.de in lit.
iuran.probat Aymo conſil. 109. colum.2. ſub verſ. ſed
præmiſſis.addo in terminis noſtræ dubitationis, & hic
proximè allegatorum deciſ. traditam per Signor. de
Homod.in conſilio 253. In facto quæſtionis. in prin. &
Bald.conſil.279.factum tale eſt.lib.1.

Ex quibus apparet,nos eſſe non in caſu omiſſo,vt ar-
guunt. Oldr.Ioan.Andr. & alij ſequaces in contrarium
allegati, ſed in caſu expreſsè prouiſo per teſtatorem,
quòd Titius vltimo filio teſtatoris decedenti ſine filijs
admittatur ad fideicommiſſum,per mortem N.filij, ve-
rè vltimò decedentis, cùm eum nullus alius filius præ-
ceſſerit,vt ante proximè per veras iuris deciſiones pro-
batum eſt.Quia etiam carentia, & deficientia filiorum
teſtatoris morientium ſiue filijs facit caſum expreſſum
vel effectum pro ſubſtituto admittendo,& in eundem
caſum, vel effectum carentiæ, vel deficientis filiorum
incidere, ſiue non naſcantur filij, ſiue naſcantur, &
moriantur ſine filijs, ideò non vitiatur: arg. eorum,
quæ Bart. tradit in l. pluribus. §. & ſi placet ſub num.
2.de verb. oblig. & ita eſt commun. contra Oldr. vt
per Socin. Iun. conſi. 181. num. 57. lib. 2. Et caſus
omiſſus non dicitur,qui neceſſario concluditur, & ſe-
quitur ex eo caſu,qui eſt expreſſus,declarat Bart. in d. l.
commodiſſimè, in pen. oppoſitione. Bald. in l. 1. ſupra
fin.verſic.ſed reſponde. C. de his,qui ante ap.tab. Dec.
conſil.15.col.fin.verſ.non obſtat, ſi teſtator & quando
non deficit ſolennitas, ceſſat d.l.commodiſſimè, & eſt
eadem æquitas,eadem ratio,idem effectus, & omnimo-
da ſimilitudo, caſus pro expreſſo habetur,Baldus in l.ſi
mater.ſub nume.1.C.de inſtit.& ſubſtit.Alexand.conſi.
130.in fin.lib.2.Aymo conſi.130.nume.7.Pariſ. conſ.17.
nume.15.lib.3.& Bero.conſil.110.nume.36.cum ſeq. lib.
lib.2.& latè tractaui ſuprà lib.præceden. interpr.3.du-
bit.1.ſub ſolut.3.verſic.in ſumma.& Rip.in l.1.ſub num.
93.de vulg.notanter declarat, quòd caſus omiſſus non
eſt,conſiderata voluntate defuncti, & modo adimplen-
di ſubſtitutionem, quæ vbi purificatur per caſum omiſ-
ſum,ſicut per expreſſum, ad quem tēdebat voluntas te-
ſtatori,,tunc & dicetur ſimilis: idem tradit Saly.in l.fin.
colum.1.ſub verſicu.aut diſpoſitio eſt in ſe certa.C.de
poſthu.ad prædicta ſufficere in ſubſtitutionibus, caſum
ſimilem eiuſdem rationis, & effectus euenire, plures
not. deciſiones comprobando adducit Iaſ.conſil.148.
col.3.& ſeq.& conſil.203.col.3.& ſeq.lib.2.Idem verum
eſſe,vbi quòd omiſſum ſit rationis vſus, aut ſimile ſit ex-
preſſum, aut in vtroque ſit eadem ratio, plura allegan-
do probat Tiraq.de retract.tit.1.§.20.gloſ.1.nume.fin.
& Aymo conſ.62.nu.14.Ratio enim eadem facit, quòd
hæc non dicatur extēſio ad omiſſa, ſed horum omnium
comprehenſio,ſecundum Bal.in auth.poſt fratres.C.de
leg.hære.Crat.conſi.124.num.14.lib.2.& dicitur inter-
pretatio intellectiua, Socin.conſi.52.col.pen.verſi.præ-
terea ſi hoc.lib.1.Dec.conſi.227.num.8.attenta teſtato-
ris veriſimili mente eorū,quæ voluit,per alleg.ab Aym.
conſi.188.nume.10.11.& Iaſ.in l.cum res.col.2.in 6.not.
de legat.1.& Guid.Pap.in deciſ.531.vltra med.verſ.ter-
tia ratio vſque ad fin.vbi & de caſu poſthumi adducit
porrigendo ad alium, in quo teſtator veriſimiliter pro-
uidiſſet,ſi de eo cogitaſſet, & cum alijs circa eandem ra
tionem conge&is à Tiraq.in d.l.ſi vnquam.verſ.liberis.
num.45.& in ſpecie adducit Dec.d.conſi.227.col.2.ſub
nu.8.& Iaſ.d.conſi.148.col.3.lib.2.nam propriè de ſub-
ſtituto poſt mortem dato, poſthumo inſtituto, & æquè
admittendo ex mente teſtatoris verbis præferenda, in
caſu etiam,quo poſthumus non naſcatur, antiquos ora-
tores,& Iuriſconſ.& recentiores,ſic firmantes,accumu-
lat Tiraq.d.verb.Libertis.nu.50.vltra quem proxima
2.dubit.allegando etiam Card.Zab.Sig.Ludo. Bologn.
& Corn.

Nec aduerſatur, quòd conditio impoſita mortis, &
N.filij nati, & filiorum naſciturorum omnium copula-
tiuè, & pluraliter, non poteſt verificari per mortem ſo-
lius N.filij nati:per l.vbi numerus.ff.de teſti.& l.ſi hære-
di plures.de cond.inſti.ſicut Oldr.d.conſ.142. & ſequa-
ces adducunt:quia reſpondet, quòd teſtator conſidera-
31 uit futuros euentus, † ita eius verba ſecundùm occur-
rentium caſuum interpretari debent:concord.allegan-
do dicit Hier.Zanch.in d.§.cum ita.nu.989.& ibi ante
eum Caſtr.in 2.col.ſub num.2.dicit,quando præceden-
te reciproca facta eſt ſubſtitutio verbis vniuerſalibus,
ſecundo loco, quòd intentio teſtatoris non eſt,vniuer-
ſalem habere locum, ſed potius denotaſſe facti contin-
gentiam, & facit l.nonnunquam autem.§.eod.ad Tre-
bel.videlicet, & poſt mortem omnium filiorum, naſci-
turorum ſi naſcantur, vt hæc conditio tacitè intelligitur
ineſſe,per text.in l.1.in fin.de cond.& demonſt.& Gloſ.
in l.ſi ita facta.de iniuſt.rup.teſtam.Vnde ſi non naſcan-
tur,conditio mortis omnium in vniuerſali ſufficit adim
pleri per mortem vnius,qui natus fuit:arg.not.per Glo.
in l.fina.C.ſine cenſ.vel reliq.in ſpecie reſpondit Bero.
conſi.192.nume.16.lib.2.& facit text.in l.ſicut.§.fina.ff.
quod cuiuſque vniuer.vbi ius omnium in vniuerſali ve-
rificatur,& ſubſiſtit in vno, etiam in teſtamentis, etiam
in maiori numero continetur minor, per text.& gloſ.in
verſ.in ſemiſſe.in l.quoties.§.ſed ſi non.ff.de hæred.inſt.
& maximè in conditione explēda per plures ſufficit ex
mente teſtatoris expleri per vnum, & pro parte per ca-
ſum.l.hoc articulo.ff.eod.etenim in fideicommiſſo, re-
ſpectu grauatorum plures effectus reſpiciente, & ſic in
vnoquoque poſitorum in cōditione eadem ratione vi-
gent,plurale reſoluitur in ſingulare,prout contingit, vt
eſt commun.ſententia omnium in d.§.cum ita. ibi Bar.
num.3.& nouiſſimè alios referens Hier. Zanch.nu.880.
& ſeq.& nume.992.in ſpecie reprobando,quicquid di-
cat Oldr.d.conſi.142.infert, hoc procedere in ſubſtitu-
tionibus,etiam factis pluribus naſcituris,vbi præſertim
præcedit expreſſa reciproca, vt ibi nu.825.& ſeq. & di-
cit ita eſſe regulam,num.1036.& ampliationem,contra
Old.d.conſi.142.& ſequaces,etiam ita veriorem in ſub-
ſtitutione facta plurib.naſcituris idem firmat nu. 1051.
32 † ſic plurale reſolui in ſingulare,quando ſit eadem ratio
vnius & multorum,concord.allegat Tiraq.in d.l.ſi vn-
quam,verſ.ſuſceperit liberos.nu.260.in fideicommiſſa-
ria,pro communi probat Pariſ.conſi.30.num.19. & ſeq.
& conſ.42.num.8.lib.2.& Marzar. Vicent.conſi.13.col.
2.& ſeq.Ruin.conſi.85.col.3.num.6.lib.2.eadem ratio-
ne dicendum eſt de relatiuis ſubſequentibus, vt ſupra-
dictis, vel dictis, vel quibus ſic reuoluendis in ſingulari-
tatem,Pariſ.conſ.70.num.25.lib.2.ſentit Signo.de Ho-
mod.conſ.199.col.fin.ad num.6.& text.in l.cui fund.in
fi.de cond.& demonſt.quia dictiones ſupradictæ,vel di-
cti ſunt, & diſtributiuè.Ripa in d.§.cum ita.num. 112.&
in terminis, vbi ſub nomine collectiuo eſſet cōprehen-
ſus poſthumus id intelligi, habita relatione ad caſum,
qui contingere potuit, ſcilicet, ſi naſcatur poſthumus:
ideo plurale reſolui in vno ſuppoſito, tradit Card.Zab.
conſi.60.ſub nume.8.verſic.ad id autem.ad idem Dec.
conſi.362.num.2.& latè in conſi.50.maximè in verſ.6.&
vlt.vbi pro contrario adducit addi.Io.And.& conſ.Pau.
de Caſtr.219.lib.1.ſupra in contrarium alleg. & ipſe plu
ra in aliam partem de plurali verificando in ſingulari
congerit,& reſpondit, contrariū habere locum in ſub-
ſtitutione, & intelligitur de vulgari.l.quamuis.C.de im
pub.& ali.ſubſtit.& ibi per omnes.& in d.§.cum ita:per
Corn.conſi.298.col.pen.lib.4.

Nec facit, quòd non natus non moritur, iuxta l.qui
duos.

duos.§.1.de manu teſta.quaſi conditio mortis non na-
ſcentium defecerit:quia licet poſthumus,non natus nõ
deceſſerit, tamen deceſſit omnis maſculus, cùm non
eſſet in rerum natura,niſi vnius: ita ad literam reſpon
dit Corn.conſi.276.col.5.verſ. & propterea cum aliàs.
lib.3.& hoc addo add.conſ.102.nu. 16. Bero. & d. conſ.
33 60.ſub nume.8.Card. ſupra alleg. † & conditio mortis
non exiſtẽtis in rerum natura, vti impoſſibilis deficiens
non vitiat:l.ſi Mæuia.& ibi Gloſ.in verſic. impoſſibi-
le.ff.de hære.inſtit.& l. quæ ſub conditione. §.pen. de
cond.inſtit.ita in terminis adducit Signor. conſil. 107.
columna 6.ſub num.17.verſ. præterea cum in dicta. in
propoſito ſufficit habitus,ſcilicet ſubiectum prædicatũ,
quod eſt poſthumus,vel filius naſciturus, eſſe poſſibilis
& in ſpe:l.filius à patre.§.ſiquis eo.de liber.& poſthum.
& ibi Bald.& Gloſſ.in verſ.ad illos. circa med. in l. 1. §.
in primo.de cad.tollen.quo in eſſe non peruento, pri-
uationis effectum ſupplet ius, & mandat: vt l.ab exhæ-
34 redati.§.ſi.de leg.1. † priuatio quoque fit de habitu in
ſpe,per l.3.§.1.vſufruct.quemadmo.caue.ſoluit Bart. in
l.ſi à primo.& in l. ſi poſthumus in princip. de libe. &
poſthum.facit l.ſi quis locuples.de man. teſta. & proce-
dit regula,ſi habitus reperitur,aliâs verba accipiũtur ſe-
cũdùm ſubiectam materiam,vt declarat Deci.conſ.325.
ad fin.

35 Natura † copulæ quoque in iſtocaſu non attenditur,
ſed mens teſtatoris, cum ſequatur carentia inſtitu-
torum,quòd admittatur ſubſtitutus, per caſum in dict.
§. cum ita. vt in ſpecie reſpondit Alexand. conſil. 3.
columna tertia ſub nume. ſexto, verſic. ſolum reſtat,
lib. tertio, & Aymo conſilio 109. nume.primo, in fin.
Pariſ.conſ.42. num. 49. lib. 2. Quod quidem clarius
ſic explicatur. Nam propoſita materia ſubſtitutionis fi-
deicommiſſariæ, de qua nunc incidenter agimus, cum
talis ſit,quòd ipſa ſubſtitutio poſt mortem copulatam
plurium grauatorum præcipuè ad inuicem ſubſtitu-
torum cenſetur neceſſario facta vltimo decedenti, &
plurale reſolui,& verificari facit in ſingulare, neceſſa-
rium:conſequens videtur,quod facit alterari,deſtrui, &
non attendi illum formalem concurſum,copulatorum,
circa mortem plurium grauatorum, dummodo in vno
verificetur mors,& in vltimo,etiam ſi nemo eum præ-
ceſſerit:per tradita in d.§.cum ita, & per dict.l. ex duo-
bus,in princ.de vulg.ita ergo illa verba copulata mortis
plurium grauatorum adducta ad vnum & vltimum in
telligi debeant ſecundùm dictam ſubiectam materiam,
per allega.in ſpeciali loco alio à me ſupra lib.1.interpr.
2.dubit.2. ſolut. 7. propter quod ſi habitus non reperi-
tur,ceſſat illa regula d.l.decem, quia tunc etiam datur
priuatio ſine habitu:probat Deci.conſil.325.ad fin. Pre-
tereà illud impoſſibile circa mortem filiorum,qui nati
non fuerunt, non impedit verificationem per mortem
exiſtentis in rerum natu.d.l.ſi Meuia.& d.l.quę ſub con-
36 ditio.§.pe. † quia verba teſtatoris ſemper intelliguntur
ad poſſibile: & ad caſus poſſibiles interpretantur:l.qui
dotem.de dot.preleg.l.quibus.§.Dominus.& ibi Socin.
num.4.& l.multa §.1.& ibi idem Soc.not.etiam in con-
ditionibus pro parte impoſſibilibus:de conditio. & de-
monſtr.l.Plautius.in princ.ff.ad Leg.Falci.gloſſ.in ver-
ſic.ab his.in fin.& ibi Bald.in l.peto.in princip.de leg.2.
Socin.Iun.conſ.112.num.17.lib.1.cum ſimilib.Caſus au
tem ſunt poſſibiles de morte filiorum naſciturorum, ſi
naſcantur: econtrà, ſi non naſcantur, ſunt impoſſibi-
les:vt expreſsè dicit Caſtr.conſi.394. Vidẽdum eſt. col.
2.ſub.nume.4.lib.1.& Signoro.d.conſi.107. ſub nume.
17. ergo ad hos impoſſibiles dicta teſtatoris verba non
referuntur:& hæc eſt nimis euidens, & inconuincibilis
cõcluſio.Ex qua enim, & tertiò, infero aliam notabilẽ
reſponſionem,quòd † ſic oratio copulatiua operatur in
37 eo; in quo poteſt, licet non operetur in ſuperuacuo,
& ſic in impoſſibili, per text.& ibi.ita ſummat Bald. in
l.ſi is,qui.ff.de acceptila. & pro ſaluanda mente teſtato-
ris copulatiua etiam reſoluitur in diſiunctiuam, per ea,
quę tradit Caſtr.conſ.43.ſubſtitutio col.2.lib.2.& Alex.
conſi.130.ad fin.verſic. præterea etiam lib. 2. Rip. in l.
Centurio.ſub num.169.de vulgar.& pup.Ioan.Anton.
Alexand.conſi.129.colum.fina.nume.3.ideo verificatur
conditio validè per mortem vnius ſolius vltimo dece-
dentis in caſu diſiunctiuæ,firmat Caſtr.de conſ.contra-
rio.d.219.lib.1.aſſentit Ruin.conſi.110. ſub nu.12.lib.3.
Mens autem teſtatoris hoc in caſu poteſt & colligi ex re
ciproca præcedenti:quia ipſa reciproca præcedens ope
ratur,quòd etiam collectiua reſoluatur in alternatiuã,
& in ſingularitatem:Hier.Zanch.in d.§.cum ita.nu.77.
& 825.ſeq.Caſt.ibi in 2.col.ſub.num.2.

Inſpecta ſpecie noſtræ dubitationis ſuper fideicom-
38 miſſaria,† mater vltimo decedentis, non eſt de perſo-
nis, quæ ex præſumpta mente teſtatoris excludat ſub-
ſtitutum:vt poſt Ruin.conſi.157. col.4. ſub num.6.verſ.
quia vxor teſtatoris lib. 2. firmat Hier. Zanch. dicto §.
cum ita ſuo, num.1300. vbi reſpondet ad conſil. Oldr.
142. & add.Ioan.An. quòd loquuntur in pupillari, vt,
Vere thema tale eſt,licet inaduertenter, & malè Bero.
in conſ.17.nu.26.lib.ſecundo.dicat Oldr.& Ioan. And.
loqui in ſubſtitutione maximè fideicommiſſaria. Quin-
to & in pupillari mater non eſſet talis perſona exclu-
dens ſubſtitutum,niſi eſſet cohæres filij,& niſi ſic cohæ-
res eſſet,vel poſitus in conditione, alius filius teſtato-
ris,non excluderet ſubſtitutum, & quàm ſit iſte filius,
mediocris conditionis,mater eſſe nõ debet, ita expreſ-
ſe firmat Hier. Zanch. in d.§.cum ita. num. 967. licet
non bene inſpectus in pluribus per aliquos aduerſanter
allegatur pro eis: tamen pro hac parte in omnibus fa-
cit,vt ego eum allego. Ita partem hanc pro ſubſtituto
contra matrem magis iuſtam cenſeo,vti conuenientem
verbis,& menti teſtatoris, & magis communi doct.ſen-
tentiæ loquentium in materia conditionis mortis filio-
rum naſciturorum & non natorum, vt patet ex allegà
Tiraquel.in dicta l.ſi vnquam.verſic.libertis.& qui nu.
51.atteſtatur, quòd hæc opin. vt communior eſt, ita eſt
verior.& Hier.Zanch.dicto §.cum ita.nume 1051. dicit,
quòd verior videtur ita in fideicommiſſaria, ſequendo
Dec.conſi.227.Socin.Sen.conſil.52.colum.penul.lib.1.
Curt.Sen.conſil.51.nume.28. Socin.Iun.conſil.181. nu-
me.33. & ſequen. lib. ſecundo, Pariſ. conſil.70.nume.
20.lib.ſecundo,& Alci.lib.3.de verb.ſign.pag.mihi 69.
& allegando iſtos, probat Marzar.Vicenti. in materia
fideicommiſſi,par.2.quæſt.13.& Gozad.conſi.67.colu.
pen.num.13.verſ.ad quartum.dicit, dictum Ioan. And.
non eſſe verum, & intelligit illud extractum ex dicto
conſil.142.Oldr.idem & Alci. iterum reprobat in leg.
commodiſſimè.nume.21.de liber. & poſthum. & con-
tra illud eſſe commun.opin.atteſtatur etiam Iaſ.d. con-
ſil.148.colum.5. verſ. non obſtat ſeptimò. lib. 2.idem
Alci. conſil.119.nume.6.vlt.impreſ. Venet. hanc opin.
eſſe æquiorem ſecundum puritatem conſcientiæ,vt ſal-
uetur intentio teſtatoris,reſpondet Angel.conſil.93.Vi
ſis.ad fin.atteſtando Oldra.conſil.142.Si non verum,&
minùs vera Caſtr. dicto conſi.219. & Ruini conſil. 172.
lib.ſecundo,repugnantia naturali rationi, & veriſimili
menti, dicit, & audacter, & iuſtè: Tenet hanc partem
Hier.Gabr.Eugub.conſil.117.nume.41.& ſequent.pa-
riter tenendum eſt contra Caſtr.in alio conſil.394. nu-
me.tertio, lib.1. Idem pro eadem parte in eodem caſu
d.conſi.227.Decij latè conſuluit Beroſ.dicto conſ.102.
lib.ſecundo. Quid autem in hoc caſu fideicommiſſariæ
mater conſequi poſſit, id puto eſſe legitimam, & quar
tam Trebellianicæ: Ioan.de Monte. Sper. conſil.100.
colum.fina.libr.1. diuerſ.conſil.ad cauſ. vltim.volunt.&
Burſat.Mant.d.conſ.19.col.fin.

Vlteriùs



Vlteriùs proſequendo interpretationem diſpoſitio-
nis teſtatoris pro ſubſtituto non ſolùm eſſe in fideicom-
miſſaria circa caſum dictæ primæ dubitationis, ſed etiã
in vulgari, & pupillari, vt poteſt conuenire etiam in
caſibus aliarum præmiſſarum dubitationum, conſide-
randum eſt itaque ad diluendas præcipuas rationes ad-
uerſantium, de caſu omiſſo, de verbis pluralis numeri
non conuenientibus,& de clauſula reſtrictiua, Tunc &
eo caſu,quòd hæc,vel ſimilia,ſubſtitutum non expellũt,
& ſi contrariorum iſtorum magna pars fuerit ſublata ex
ſuprà explicatis:tamen adhuc aliqua pro dilucidatione
39 dubitationum ipſarum adducẽda mihi viſa ſunt. † Nam
parentes in eorum teſtamentis mentionem facientes
de ventre vxoris, vel poſthumo, præſertim inſtituendo
hæredem, ſemper id facere dicuntur aſtricti neceſſita-
te cauſatiua, ne poſthumi, præteritione eorum teſta-
menta rumpatur:per l.inter cętera.de liber.&poſthum.
l. tertia, & l. poſthumum. §. primo. de iniu. rupt. teſta.
Bart.in l.Gallus.in princip.ſub nume.tertio,de liber.&
poſthum.& per l. primam. C. eo. exinde altera quoque
de alteris neceſſario ſequi debent, ac vnum, vt dici ſo-
let, de duobus, circa conditiones neceſſarium eſt, vel
quòd poſthumus naſcatur, vel non naſcatur, vel quòd
natus ſuperuiuat,vel moriatur, quòd naſcatur maſculus
vel fœmina: vel quòd vnus, vel plures naſcantur, hoc
enim abſque alia legum, vel authorum allegatione, ex
natura ipſa, & communi curſu naturali, & ex ſe patent
40 eſſe de neceſſario contingentibus.† Conditio autem, ſi
poſthumus naſcatur eſt neceſſaria inſtitutioni, de eo fa-
ctæ,quia non poſſet inſtitui, ſi non naſceretur.Similiter
eſt neceſſaria, quoad ſubſtitutionem ipſi poſthumo fa-
ctam, poſt eius mortem,dicit Corn.conſi.276.col.quar
ta, ſub verſic.ſed licet præmiſſa.lib.3. & Ruin. in l. pri-
ma,num.42.de vulgar. & pupil. vbi exprimit, ſubſtitu-
tionem eſſe non poſſe ſine conditione, per l. cohæredi.
§. cohæres.ibi Bald.Alexand. & Iaſ. not. eo. & l. in ra-
tione.§.quòd vulgò,& §. quæſitam, ad Leg. Falci. quia
ſubſtitutio propriè eſt conditionalis inſtitutio, per d.§.
cohæres.Bar.in l.ſub conditione.ff.de hære. inſtit.Alex.
conſi.36.colum. penult. ad fin. verſic. ſecundò reſpon-
deo,lib.3.tradunt Moder.in Rub.de vulgar.& pupil.ibi
dem etiam Ruin.dict.l.1.nume. 42. exprimit conditio-
nem,Si naſcatur, tacitè ineſſe, Ergo non voluntariam
ſentit Salyc.in l.fin. in fin. C. de poſthu. Addo proinde,
puram eſſe diſpoſitionem ſub tali conditione expreſſa
& ſubintellecta conceptam,per gloſſ.in l. ſi ita facta,de
iniu.rupt.teſta.aliàs ſuprà alleg.Ergo vana, & non vera
eſt reſponſio Rip.in dict.l.1.ſub nume. 96. verſic. tertiò
arguunt, quòd conditio, ſi naſcatur, ſi omninò volun-
taria, reſpectu capitis impotentiæ, ideò non diſceden-
dum ab opin. Anch. & Fulg. quia reſpondetur, quòd
in neceſſitatibus voluntas nihil facit: l.rem legatam,de
adi.leg.voluntaria enim dicitur conditio, quando in po
teſtate teſtatoris fuiſſet apponere aliam conditionem,
quæ eundem effectum habuiſſet,quæ habet illa, ſi naſca
tur, vt probatur per tex.ponentem Doct.in vulg.l.Me-
uius,de condi.& demon. & illam, Si non naſcatur, eſſe
neceſſariam ad vtrumq; caſum,& noluntatis, & impo-
tentiæ, concedit Ripa in dict. verſic. tertiò arguunt, &
illa: Si moriatur, dicitur facta in caſu impotentiæ, ideò
extenditur ad omnes alios ſimiles caſus impotentię,per
§.& quid ſi tantum.l.Gallus.& l.fin. C. de inſtit. & ſub-
ſtit.tradit Ruin.in dict.l.1.nume.35. & Caſtr. in l. ſi ma-
ter.ſub n.2.C.de inſtit.& ſubſtit. ſicut vnus eſt caſus im-
potentiæ,quando poſthumus non naſcatur, & eiuſdem
rationis,& effectus eſt,idemq; reputatur,cum illo ſi naſ-
catur,& natus moriatur; per l. qui ventri. & ibi gloſ. de
ven.inſpi.& l.ab hæreditate.§.fin.& ibi Caſt. & Imo. de
l.1.cum concor.alleg.à Marza.Vicent.conſi.1. in princ.
vltra eum allego Ludo. Bologn. conſi. 9. col. pen. ver.
probetur etiam. Allegarem etiam Ful.conſ. 46. & Io.
de Ana. conſi. 66.& allego Bald. conſi.39. nu.3. lib.3.
& Corn.d.conſi.276.colum.5.verſi.& propterea. & col.
fin.lib.3.& Tiraq.de verſic.libertis.nume.50. qui primò
adducit eandem ſententiam Craſſi pro ſubſtituto, dato
poſthumo naſcenti, & morienti, & ſuccedente etiam
non nato poſthumo, relatam per Cic. & Quintil. in lo-
cis, allegat.per eum cum noſtris Doct. concord.pagina
plena more ſuo: ad idem Cephal.conſi.382.num.37.38.
41 & conſi.349.nu.39. † ita vulgaris in vno caſu concepta
porrigitur, & extenditur ad alium, & ad omnes caſus,
quibus hæres inſtitutus poteſt non eſſe hæres: per d. §.
& quid ſi tantum. & ibi not. per Bart. & ali. dicit Caſtr.
conſi.86.dubitatio.colum.1. verſi. nec obſt. primò. lib.
1.Goz.conſi.21.ſub num.19.& Pariſ.conſil. 19. nu. 175.
lib. 2. & faciunt generalia verba tex. in l. ſi pater impu-
beres. in fi.ibi,Si illi non eſſent, tunc Titius vocaretur,
de vulg. & pupil.Non eſſent, verbum indefinitum ne-
gatiuum eſt ſubſtantiæ vel hæredis, vel exiſtentiæ in re-
rum natura, dummodò extenſio non fiat de perſona
ſubſtituta ad aliam perſonam, vt latè inſiſtit Iaſ. conſil.
220.lib.2.& Marzar.Vicenti.conſi.5.par.3.1.col. verſic.
prætereà conſidero, & prius plenè tradit. Curt. Sen.
conſi.52.colum.fin. non fietq; extenſio de prouiſione
facta in vno tempore ad caſum alterius temporis: per
dict.leg. commodiſſimè.ſtat in hoc Soci.conſil.77. lib.
3.Bar.in dict.l.Gallus in princ.num.9.& alij ibi ſequun
tur,& Ruin.in d.l.1.ad num.44.de vulg.& pupil.& Ber.
conſ.98.lib.2.

42 Proſequor & illud, † Vel quòd vnus, vel plures naſ-
cantur, animaduertendo, quòd inſtituto ventre vxo-
ris ſeu poſthumo in ſingulari, & vnus, & plures, om-
nes qui naſcantur, inſtituti intelligantur, per dict.l.
placet,de liber.& poſthu.firmant Oldr. conſil. 212.qui-
dam in ſuo teſtamento, per Bald.conſi. 14. punctus ta-
lis eſt, lib.tertio, per l.in vſu iuris. ff. de verb. ſignif.
quòd ſingulare nominis appellatiui comprehendit plu-
rale:& per l.ſi quis ita.§. ſi quis filio. de teſtamen. tu-
to.& latiſſimè Iaſ. in dict.l. placet. colum. 2. nume. 67.
ponit & concord.allegando Seb.Medi.ſuo tract. regul.
43 reg.2.nu.58. † pariter ſubſtitutio facta ventri ſeu poſt-
humo,intelligitur facta vni, & omnibus, qui naſcun-
tur, & cenſentur inſtituti: vt illationem talem facit
Oldr.dicto conſil. 212. dicendo, Et ſic vt videtur ſtat
prædicta ſubſtitutio.Nam generale eſt, ſubſtitutionem
illud continere,quod continet inſtitutio, & ab iſta ca-
pere interpretationem, & declarationem,l.prima, &
ibi tradunt Doct.C.de impub.& ali.ſubſtitu. pon. Alex.
conſi.204.colum.penult.nume.18.lib.ſexto, Iaſ. conſil.
143.colum.penult.num.12.lib.quarto, Socin. conſi.14.
in princip.lib.tertij, & Ruin.conſi.141.nume. 8. lib. ſe-
cundo,quo ſtante, teſtator iuſtituendo, & ſubſtituen-
do, cum exprimit poſthumos in plurali, id præſertim
faciendo eo modo,quo tacitè ineſt. Sic propriè videtur
exprimere id, quod tacitè in eſt. Ergo huiuſmodi ex-
preſſio ſua per viam conditionis nihil debet operari,
& perinde eſſe debet & operari, ac ſi facta eſſet in
ſingulari,Si poſthumum vnum naſci, & ſi hunc vnum
poſthumum mori contigerit, & pariter alias conditio-
nes prædictas neceſſariò euenientes nihil operari per
reg.l.tertiæ,& ibi not.Cyn.Bartol.Bald.Alb.& Salyc.C.
de fideiuſſ.& l.tertia,de legat.primo, & ibi Bart. & alij
latè tradunt,faciendo propriè regulam, ad quam tota
die allegatur iſta lex,dicit ibi Iaſ.colum. 2. in 5. & vlt.
not.& Ripa ſub nume.7.in 2.not.eam explicando per
duos caſus, ſcilicet & quando fit expreſſio per modum
& viam conditionis, vt eſt caſus noſter, & quando per
modum diſpoſitionis, etiamſi à ſtatuto,cuius forma de-
bet ſeruari ad vnguem, exprimatur id, quod tacitè in-
eſt,nihil tamen operatur: Bald.in l.fina.in princ.not.C.

L de

de procur. operatur autem ad declarationem,& demon
ſtrationem Aret. in dicta l.3. in princ. & Socin. in l. in
conditionibus.§.primo.ad prin. de condit. & demonſt.
probatur per text. in l. fin. circa fin. ff. ad Trebel. vt in
quæſtionibus præpoſitis,teſtator potius declarat, & de-
monſtr. in inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus contin-
gentiam caſuum de natiuitate , & morte poſthumo-
3 rum,qui poſſunt euenire, conſiderando , & diſponendo
eiſdem poſthumis deficientibus ſuam hæreditatem,de-
uenire ad ſubſtitutum ab ipſo teſtatore datum , quàm
quòd habeat rationem vel ſingularis, vel pluralis: nu-
meri poſthumorum , vt bene aduertit Gabriel Eugub.
dicto ſuo conſi. 117.nume.41.facit text.in l.qui concu-
binam.§.ſi Stichus.de legat.tertio, & in l. ſecunda, §.fi.
ff.de condit.inſtit.cum ſigna.ibi in gloſſ.& quòd in plu-
rali ineſt ſingulare, vel minùs, l.quoties. §. ſed ſi maio-
rem.ff.de hæred.inſtitu.& facit ratio dictæ l. qui con-
cubinam.§.cum ita legatum, de poſthumis enim non
obſtat locutio in plurali, quia teſtator credidit, ſuam
vxorem poſſe parere plures filios: ita in ſpecie reſpon-
dit Bartol. conſil.54. Angelus Maciæ. colum. fina. ſub
nume.4.verſicu.non obſt.quòd dicit.Regulam hanc ei,
qui dicit in quæſtionib.propoſitis pati exceptionem,in-
cumbit onus probandi eam, interim non oſtenſa fallen
tiæ regula ſtare debet:Alexand.in l.non ſolum.§.ſcien-
dum.colum.1.de no.oper.nunt.Felin.in cap. in præſen-
tia.col.6.de prob.Iaſ.in l.fina.col.5.de edict.diui Adria.
toll.Crot.in l.re coniuncti. nume.106. de leg.3.gloſſ.&
docto.in l.omnis definitio.ff.de reg.iur.& in rubr.eod.
lib.6.quoniam de fallentijs traditis per docto.in caſu
noſtro non video aliquam deſtruentem regulam ip-
ſam.
44 Ideò mihi operante † expreſſione poſthumorum in
plurali pro ſubſtituto quidem dicitur facta prouiſio à
teſtatore de natiuitate, morteq; & vnius poſthumi, vt
ab euentu demonſtratur, & per pupillarem expreſſam
ex clauſula,Vulgariter,&c.vt dictum eſt ſupra in ſpecie
vulgaris, mater excluditur, per text.in c.ſi pater.de te-
ſta.in 6.& in l.Papinianus. §. nec impuberis. ff. de inof.
teſta. nec id odioſum reputatur, immò fauorabile, &
vtile pro pupillo, vt teſtatus decedat, per alleg. etiam
ſupr.in ſpecie iſta pupillaris, verſi.& quatenus, ita cor-
ruunt,& ceſſant rationes alleg.ab Oldr.in d.conſil.142.
Ioan.Andr. & ſequaci. & partem hanc pro ſubſtituto
contra matrem probat Ruin.in d.§.& quid ſi tantùm.
nume.48.verſicu.ſextò quæro.per Docto. Bartol.in l.2.
in princip.num.33.verſic.vlteriùs quæro, quid de pupil-
lari partim tacita.de vulga.& pupil.vbi ex mente teſta-
toris expreſſa in vno caſu pupillaris excludit matrem,&
in caſu omiſſo:& doct.ibi ſequuntur,& Corn.conſ.276.
colum.5.verſ.& alius ſimili.lib.3. nec eſt attendenda in-
uóluta reſponſio Ruini, conſ.110.nume.9.lib.3.quia ſa-
tis videtur conditio verificata per mortem contingen-
tem,in ętate pupillari eius,cuius mors poſita eſt in con-
ditione, & cui facta eſt ſubſtitutio, alijs verò non natis,
habitis pro mortuis,eadem ratione,eodemq; affectu vi-
gentibus, vt antè probatum eſt: idem aliqua prædictis
ſimilia adducendo,probat Alci.ſuo lib.3.de verb.ſigni.
in 4.reg.verſicu.tertiò dubitatur, teſtator inſtituit.pag.
69.vel 71.idemq; contra matrem pro ſubſtituto, quan-
do mater non ſit cohęres filij inſtituti,ſentit Hier.Zanc.
in d.§.cum ita.ſub nume.966.& 967.atque idem pro
ſubſtituto pupillari in ſimili ſpecie ab alijs, quos vide-
rim,non allegatus,probat Card.Zab.d.conſil.60.ad nu.
8.& ſeq.contrarijs congruè reſpódendo, & Lud.Bolog.
d.conſi.9.col.3.verſic.ſed certem, & verſ.ſeq.& Signor.
de Homod. conſ.199.col.fin.poſt nume.6.præcedente
maximè reciproca inter ipſos poſthumos, inficiari non
poſſe, ad ſucceſſionem eius,qui ſuperſtes fuerit, ſubſti-
tutum admitti: vbi & ſubſtitutio facta eſſet, filijs naſci-
turis, reprobando Old.d.conſil.142.firmat Hier.Zanc.
d.§.cum ita nume.991.in fin.& num.ſeq.cum alijs ſup.
proximè in fideicommiſſaria allegatis,& adductis.

Ideóque & ſucceſſiuè idem dicẽdum eſt,& fortiùs in
vulgari: nam ſiue filius natus inſtitutus moriatur patre
teſtatore, & ſubſtitutus vulgaris admittitur.l.ſi pater fi-
lium.de vulgar.& pupil.& ibi Bartol.idem not.in dicta
l.Gallus.§.1.nume.2. eſt Com.opin. Rip.in d.l.1.nume.
167.cum alijs alleg.ſupra verſicu.vnde refugium, etiam
quòd verba ſubſtitutionis non expreſſim ſonent in hũc
caſum,quo filius inſtitutus,viuo patre teſtatore præmo-
riatur, vt ſentit Martianeſius d. ſuo conſi.28.ad nume.
30.ſic aliter vulgarem non habere locum ductus verbis.
l.1.§.pro ſecundo.de caduc.tollen.ibi, niſi & in hunc ca
ſum, vel ſubſtitutus,&c.quia reſpondeo, hæc non eſſe
verba teſtatoris ſic formaliter proferenda, ſed Legiſla-
toris,generalem diſpoſitionem promulgantis, circa ca-
ſum ſecundo loco ibi propoſitum, quòd ſubſtitutus ad-
mittatur, ſi eo caſu contingente datus inuenitur, vt
45 hac ratione attenta ſola † quia teſtamentum à vulgari,
incipere poteſt generaliter, intelligit Bart.in d.l.ſi pa-
ter filium.num.1.quod verum eſſe apparet, quia in ſub-
ſtitutione vulgari neceſſe non eſt, quòd exprimatur ali-
quis caſus, cum ſufficiat dicere, Inſtituo Mæuium,&
ſubſtituo Caium, ſecundum gloſſ.& omnes in d.l.Gal-
lus.§.quidam rectè, ſic reſpondet,Rip.in d.l.1.ſub num.
94.verſicu.tertia fuit. Ideo in ſubſtitutionibus larga ſit
interpretatio, Bal.in l.cum proponas,colum.4.ſub nu.
8.C.de hæred.inſtit.& ibi Iaſ.colum.2.ſub verſicu.item
adde.ſat eſt enim, quòd in locum caducæ inſtitutionis
ſupponitur ſubſtitutio non caduca: per d.§.pro ſecun-
do,dicit Bald.conſil.196.Super eo.col.2.verſic. in con-
trarium arguitur lib.4.& in terminis noſtris firmat Bar.
conſil.37.quidam Cola.& conſil.38.& conſil.40.& Bal.
46 conſil.122. Verba teſtamenti.ſup.fin.lib.1. † Et ſcitur,
duos eſſe caſus vulgaris,& noluntatis & impotentiæ hæ-
redis,& inter plures caſus impotentiæ connumeratur ca-
ſum,quo hęres viuente teſtatore moritur, vt explicatum
47 eſt ſupra in ſpecie vulgaris, verſic.redeundo:† Cum etiã
ex dictis ſuprà liqueat, conditiones reſpicientes filios
naſcituros, potius dici neceſſarias, ideò circa eas magis
eſſe attendendum effectum,quàm modum, per commu
nem theoricam Bartol.& alim.in d.§.& quid ſi tantùm,
qui quidem effectus à teſtatore inſpectus in terminis,
præſertim præmiſſæ ſecundæ dubitationis in hoc con-
48 ſiſtit, † quòd filia excluſa ab vniuerſali hæreditate, vel
ſucceſſione teſtatoris frater ſubſtitutus vocatur in de-
fectum filij, & omnium naſciturorum maſculorum,de-
ficientium ſine filijs maſculis,quod iure,& effectu,idem
eſſe, cum eo caſu, quo nati non fuerint, antè demon-
ſtratum eſt, accedente reiterata maſculinitatis expreſ-
ſione à teſtatore facta præcipuam ſanè præ ſe ferente ra
tionem agnationis à teſtatore habitam, Pariſ.conſi.72.
nume.23.24.lib.3.cum ſimil. in ſequent. interpr. alleg.
49 Vnde clauſula hæc, † Tunc, & eo caſu, non exclu-
dit caſus comprehenſos ex mente teſtatoris conue-
niente ſic filijs non natis, vt natis, & mortuis: Decius
conſil.227.ſupra fin. Rolan.à Val.conſil.70.nume.51.&
ſeq.lib.3. Et verborum ſcrutator, ſcientiámque eorum
ſenſuum profitens, Alci.tenet d.lib.3.de verb.ſign.in 3.
axioma. verſi.ſed quid ſi limitatiua, cum concord.alleg.
ſupra in ſpecie vulgaris.verſic.ſed hanc concluſionem,
quia hæc clauſula continet declarationem, & demon-
ſtrationem,quandam potius caſus,qui tacitè inerat,eui-
taturus:quàm limitationem, ſeu reſtrictionem caſuum,
ideo nihil operatur, vt talis quidam modus loquendi,
quo aliqui teſtatores, & Notarij vtuntur, aliqui non, vt
non minùs prudenter, quàm verè declarat Caſſad.in
deciſ.1.nume.3.4.de teſta.reaſſumpſit approbando col-
leg.Bonon.ſuo reſpon.num.18.pro Triuultijs. Secundo
vltra



vltra alios notandum eſt, quòd dicta clauſula intelligi-
tur eo caſu, qui poſſibilis iam reijcitur à diſpoſitione,
ideò hunc impoſſibilem non poteſt comprehendere
reſtringendo,limitando, vel excludendo eum, qui poſ-
ſibilis eſt,quãdo ſuum effectum ſortiatur, vt probat tex.
habens etiam dictionem, Tunc. in d.l.ſi Mæuia.ff.de
hæred.inſtit.& in l.mulcta.§.1.de condit.& demon.Ca-
ſus ergo mortis filiorum,qui nõ fuerunt nati, pro nihilo
habetur,& per mortem filij nati verificatur ſubſtitutio,
etiam quòd ſolus moriens fuerit, Rui.conſi.119.nume.
13.lib.2.& Dec.conſ.362.col.fin.ita pro ſubſtituto, qui
maximè ſit de agnatione teſtatoris contra filiam inſtitu
tam in re certa tantum, eſt ſpecialis deciſio Card.Zab.
in alleg.conſ.60.ad nu.8. Quo quidẽ ſubſtituto ex vul-
gari admiſſo ceſſant conſiderationes cõtrarię de filia in
re certa inſtituta admittenda iure ſuo,& ex poteſtate iu-
ris,vt etiam adducit An.Gom.in ſuo Com.Iu.to.1.c.10.
nu.9.quia vulgaris ſubſtitut' cauſã teſtati defẽdit, Ang.
conſ.204.quidã Bar.ad fi.tex.in d.l.1.prin.ibi, vt & ſub-
ſtitutiones introducerẽt,de cad.tol.& l.3.§.ſi.& ibi Bar.
& alij tradũt de lib.& poſth.& filia inſtituta in re certa,&
iuſſa ſtare contenta dicta re, & amplius nõ poſſe petere,
vti legataria habetur.l.quoties.C. de hære. inſt. & nullã
coniunctionẽ habet in ſucceſſione vniuerſali, & minùs
ius accreſcendi cũ inſtitutis, Bar. in l. Lucius. col. pen.
nu.17.de vulg.& pup.in l.1.§.ſi ex fundo.de here.inſti.&
ibi D.præſertim Imo.& Alex.conſ.66.nu.2.& in termi-
nis Goz.conſ.21.nu.25.26.& Corn. conſ.239. col. pen.
verſ.non enim obſtat,& verſ. ſeq.lib.2.& Bart.conſ.38.
Paul.ſed ſic ꝓhibita plus petere excluſa dicitur ab vni-
uerſali ſucceſſione fauore hæredis inſtituti.Bar.in l.quo
ties.§.ſi duo.ad fin.ff.eo. & hic poteſt dici fauore ſubſti-
tuti,qui vtiq; excludit ius accreſcendi.l.2.§.ſi duo. ff.de
bon.poſ.ſecundùm tab,& d.l.1.& ſeq.de cad. toll. Cag-
nol.in l.1.num.10.11.12. quando non peten. part. Quod
quidẽ ius accreſcendi magis excluſum dicitur pro ipſa
filia prohibita plus petere per latè firmata à Bar.& Fran.
Tigr.& colleg.Piſa.conſi. 81. Iacoputius, & conſi. ſeq.
lib.2.conſi.Bart.& à Iaſ.conſi.8.colum.8.& ſeq.lib.3.&
Cur.Iun.conſi.12, col.2.& ſeq.& Aym.de antiqui. par-
te 4.ſub numę.91.ſic etiam cum inſtitutis hæc filia non
coniuncta non valet excludere ſubſtitutum, ita non
procedit, quod not.Bart.in l.quidam teſton.de vulg. &
pup.qui etiam in eo,quod ibi dicit, communiter repro-
bantur,ſecũdum Alex.conſ.91.num.10.11.lib.1. & Soc.
conſi.94.col.pen.verſ.ſed ad hoc lib.4. & Ruin. conſi.
198.col.fin.nu.2.lib.2.Idq; in vulgari tenendum eſt nul
lis hæredib. inſtitutis exiſtentibus, quòd facit eſſe lo-
cum vulgari: l.quanuis.C.de impub. & l. ſi pater impu-
beres in fin.de vulg.minus quoque procedit, quod tra-
dit Bart.poſt Guil.de Cun.in l.ſeruo.ff. de cond. indeb.
quia ſubſtituto admiſſo per ſupradicta, ceſſat poteſtas
iuris, nec pro parte teſtatus &c. iuxta l. ius noſtrum. de
reg. iur. cum à vulgari ſumendo vires cauſa teſtati vi-
geat d.l.3.§.fina.præualeat l.quamdiu poteſt de acq.hæ-
red.hæc enim eſt ſumma rei, & vniuerſa vis contro-
uerſiæ, quòd Hip.Rim.Martianeſ.Forliuien.Iul. Scar-
la.& Maluati. in eorum citatis, ſupra elegantiſſimis, &
copioſiſſimis reſponſis, nolunt eſſe caſum, & locum
vulgari ſubſtitutioni, ego vero contrarium opinor ve-
riùs, & voluntati teſtatoris magis conſentaneum, vt ex
alleg.ſup.diligenter omnibus inſpectis, probare credo,
& quòd ita mea opin. ſit ipſa veritas, vt in ſimili dicit
Bald.conſi.129. domina Franciſca. verſus fin. verſi. ſed
mea opin.lib.1.
50 Siue autem,& proſequendo alium caſum.† quo filius
natus in ætatę infantili vel pupillari, poſt mortem
patris teſtatoris deceſſerit, alijsq; poſthumis non natis,
tunc dicendum eſt, hæreditate non adita per infantem,
vel pupillum, vt ſine tutore adire non poteſt: l. potuit.
C.de iure deliber.& firmat Burſ.d. conſi. 19. nume. 32.
eſſe locum vulgari, vel ſi dicatur: Per pupillum eſſe
tranſmiſſam hæreditatem paternam ad matrem, ſub-
ſtitutus quoq; ex clauſula, Vulgariter & pupillariter,
&c. eligendo venire ex directa magis vtili poſſet obti-
nere ſucceſſionem: vt latè probat Rui.conſi.105.col. fi.
lib.2.cum alleg.ſupra in ſpecie vulgaris,in tertio modo,
ver. ſecundus effectus.

Siue demum ſolis filijs poſthumis inſtitutis, & nul-
lus naſcatur, tunc iſto caſu dicerem, non eſſe locum fi-
deicommiſſariæ,per rationes alleg.à Caſtr.d.conſ.394.
col.2.nu.3.lib.1.& ab Alex.in conſ. 1. col. fin. ſub num.
20.verſ.quia ad hoc reſpondeo, lib.1. & à Corn. conſi.
298.lib.3.& ab Alci.conſi.5.num 31.32.lib.4. & ſentẽtiã
Marzarij poſitam in d. q. 13.ſ.hoc caſu mihi non place-
re,ſed eam approbo,quam etiam ipſe ait, ibidẽ clariùs
procedere,quòd ſit locus vulgari. Iſte autẽ caſus eſt præ
dictarum tertiæ dubitationis in contrarium deciſæ, ab
Alex.d.conſi.188.colum. 2. in 2. dubit. lib. 2. & quartæ
dubitationis contra ſubſtitutum ſolutæ per Anc. d.con-
ſi.356.& Fulgo.d.conſi.49. Super quibus ſpecialiter lo-
quendo, repeto memoriæ habenda ea, quæ ſupra fue-
51 runt à me adducta,præſertim illud,quòd † ſubſtitutio fa-
cta naſcituris filijs inſtitutis poſt mortem eorum, per-
inde locum habet, ſi non naſcantur, ac ſi naſcantur, &
moriantur,per l.qui ventri.ff.de ventr.inſpic.& l.ab ex-
hæredati.§.fina.de leg.1.firmant Bald.in l.fina.nume.7.
C.de inſtit.& ſubſtit.& Io.de Ana.conſi.66.col.2.verſi.
conſtat autem.Ludo.Bologn.d.conſi.9.colum.3.verſic.
probat etiam Corn.d.conſi.276.col.5.verſi.& propter-
ea cum aliàs,lib.3.Iaſ.conſil.148.col.3.lib.3.lib.2. Curt.
Iun.conſi.83.colum.5. ſub num. 5. cum concord. alleg.
à Tiraq. in d. verſic. libertis num.50. & Marzar.Vin-
cent. in d. conſi.1.col.1.Bart.in d.l.1.num.33.& ſequun-
tur alij,dicit ibi Rip.num. 168. de vulg. Cephal. conſil.
380.num.32.ex quibus deniq; patet,iſtam eſſe cum. opi.
magis communem, non tot deciſ. allegatis, quot per
me hic allegatæ ſunt,dicit Odd.Peruſ.de compẽd. par-
ti.6.q.1.artic.1. verſ. contrarium ergo in 4. concl. fol.
177. Tunc igitur ſubſtitutus re & nomine dicitur pro-
priè inſtitutus, ſicut omnis ſubſtitutus eſt propriè in-
ſtitutus:l.mulier.§.fin.ff. de cond. inſt. & ibi Bartol.&
gloſſ.in verſic. inſtitut. in l. cum pater. §. ab inſtituto.
de leg.2.& ibi Bar.in d.l. Gallus in princip. num. 5. ita
enim fauorabilis eſt vulgaris ſubſtitutio, ſicut inſtitu-
tio,ne teſtator decedat inteſtatus, dicit Caſtr. in l. cum
proponas.colum.1.ſub num.2. C. de hæred. inſti. vnde
quemadmodum ſi poſthumi inſtituti naſcantur, & de-
cedant ante aditam hæreditatem, ſubſtitutus vocatur:
ita ſi non naſcantur, ipſe ſubſtitutus remanet propriè
inſtitutus,vt modò probaui, & quaſi ab initio inſtitu-
tus, iuxta commodius dictum Iuriſ. conſ. in vtrum in
princ.de reb. dub. quare filiæ naſcituræ in quantitati-
bus certis non poſſunt dici hæredes vniuerſales,vti alio
hærede vniuerſali deficiente:vt ex l.1. §. ſi ex fundo. de
hæred.inſtit.infert.Alex.d.conſi.188.colum.2.ſub num.
7.cum ſubſtitutus excludens omne ius accreſcendi con
petens filia b. naſcituris,per l.2.§.ſi duo.ff. de bon. poſ.
ſ.tabul. effectus propriè vniuerſalis hæres inſtitutus
adſit,& ceſſat ratio, ne teſtator pro parte teſtatus, &c.
ex qua procedit diſpoſitio d. §. ſi ex fundo. ſecundùm
Bart.in l.ſeruo. de cond. indeb. & vulgaris ſubſtitutio
operatur,ne teſtator decedat inteſtatus, vt ex ſententia
Caſt.modò diximus,& non habet ſubſtitutus expecta-
re caſum, quo fœmina naſcatur,& decedat,vt etiam fo
re inſpiciendum ibidem infert Alex. habendo caſum,
quo neque maſculus,neque fœmina naſcatur pro caſu
omiſſo,quo ſubſtitutus non admittatur, quia maſculis
tantùm naſcituris eſt datus ſubſtitutus, & non fœmi-
nis, quibus etiam natis ſatis dicitur ſubſtitutus, cum
penes

penes eum effectum hæredem vniuerſalem inſtitutum remanere debent certæ quantitates eis relictæ, d.l.1. §. in primo.cum ſeq.de cad. tollen. Anch. conſi. 440. in quæſtione.col.fin.verſic.& ſic ſtant iuris regulæ, quo caſu ſubſtitutus eſt ſpecialiter datus filiis maſculis vniuerſalibus hæredibus inſtitutis, ſi habentur in conſideratione,ſi non naſcantur,vel ſi moriantur, per text. in l. ſi is,qui ducenta.§.fin.de reb.dub. & non fœminæ legatariæ ſic inſtitutæ in rebus certis, pen. l. quoties. C. de hæred.inſtit.ita corruit inductio Alexan.in d.conſi. 188. de caſu, quo copulatiuè, neq; maſculus, neq; fœmina naſceretur, non prouiſo teſtatore, quia quoad ſubſtitutum ſufficit prouiſio, ſi maſculus naſceretur, vel ne, ſpecialiter expreſſa per text.in d. §. fin. qui text. hanc Alexand. inductionem deſtruit, & pariter diluitur argumentum ab Alex.inductum à contrario ſenſu, ex l. ſi ita ſcriptum.de libe.& poſthu.quia ibi loquitur in inſtitutione maioris, vel minoris portionis principaliter facta, ſecundùm euentum conditionum ſeparatarum, & locum habet conditionibus ſimul ſecutis, meritò à contrario ſenſu forſan non haberet locum,ſi facta eſſet in conditione ſola,puta,ſi naſcatur maſculus,& cum eo eſſet hæres,& naſcantur maſculus,& fœmina; quia fœmina non inſtituta, rumperet teſtamentum: innuit. d. l.ſi ita ſcriptum,ſi eſt inſtituta, ceſſat ratio decidendi, ibi,attamen cum vtroq; nato,&c.ſed nos ſumus in ſubſtitutione, facta maſculis naſcituris hæredibus, quæ quoad effectum, vel defectum, nihil commune habet cum alia prouiſione,facta per teſtatorem de certa quantitate relicta filiabus naſcituris, quia ſtante inſtitutione hæredum vniuerſali de maſculis naſcituris, & vulgari ſubſtitutione eis facta,filiæ ipſæ naſcituræ erant propriè
52 legatariæ: d. l.quoties, vt modò deduximus. † Si enim inſpiciantur diligenter caſus l.commodiſſimè.de liber. & poſth.& legum ſimul de caſu non prouiſo,vel omiſſo, facilè cognoſcetur,has leges de caſu prouiſo, vel non prouiſo,ſed omiſſo,loqui,circa eaſdem perſonas, & res, in prouiſione comprehenſas,non autem circa diuerſas res,& perſonas.in ſpecie propoſitæ ſunt diuerſæ perſonæ,maſculi naſcituri, & fœminæ naſcituræ, réſque diuerſæ ſunt,vniuerſa hæreditas relicta maſculis, & certa quantitas relicta fœminis. Ergo ex diuerſis illationes, & argumenta non fiunt:l.ſi domus.§.cum alicui.de le.1. cum ſimil.inſpiciatur etiam,quòd prouiſiones de filijs, vel filiabus naſcituris eatenùs operantur, quatenus naſcantur filij,vel filiæ, & ſi non naſcantur nihil operantur circa prouiſionem,factam de non natis: vt probantur ex l.ſi ita ſcriptum fuerit.§.1.& l.Clemens,ff. de hæred.inſt.quia caſus filiorum non natorum euenientes, vti impoſſibiles ex natura pro non ſcriptis habentur in teſtõ,vt ſuprà diximus,ſuper his dubitationib.verſi. nec facit.Præterea teſtator prouidendo vlteriùs de inſtitutione particulari filiab.naſcituris, neceſſariò fuit pro validitate ſui teſtamenti circa vniuerſalem inſtitutionem & ſubſtitutionem dantem ſuum proprium eſſe teſtamento,ne præteritione filiarum rumperetur,per iura vulg.ita enim debemus interpretari ꝙ teſtam.valeat, & quòd teſtator ſenſerit de caſib.neceſſarijs, per d. l. Gallus.§.videndum.dicit Bal.conſ.128. Ad intelligentiam. ſub num.2.ver.contrarium.lib.1.Aym.conſ.297.ad fin. verſ.quia diſpoſitio.conſ.301.nu.6.conſ.304.nu. 5. conſ. 308.in fin.& actus ob cauſam neceſſariam præſumitur factus:idem Aym.conſ.25.n.29.& conſ.135.n.12.34. cõſ. 272.n.4.ideòparticularis hæc inſtitutio de filiab. facta inducta ad effectum neceſſarium validitatis teſtamenti, nõ debet aliam effectum operari,maximè deſtructiuum diſpoſitionis teſtatoris:arg.l.quidam teſtamẽto. in prin. de leg.1.& l.alimẽtorum.de aſſign.libert.Ang.conſ.317. ſtatutum. verſ. diſpoſito: & Caſtr.conſil.31.Circa primum.poſt prin.lib.2.ex quib.vera ſit concluſio,quòd ſit locus vulgari ſubſtitutioni, & malè conſuluerit Alex. d. conſ.188.in 2.dubit.libr.3.vt etiam eum, licet non per media ita clara,vt ſunt prædicta,reprobat Ruin. in d. l. Gallus.§.& quid ſi tantum.nu. 46. verſ. quintò quæro. quem referendo ſequitur Ripa in d.l.ſ.ſub.num.168.de vulg.& pupil.reprobat Alcia. in d. lib. 3. in 2. axioma. verſ.& ex his pag.66.de verb.ſign.

Ex quibus etiam apparet non vera ſolutio prædictæ quartę dubitationis,facta per Anc.d.conſil.366.& Ful. d.conſilio.49.& Soc.Iun.conſilio 169.libr.2. vt pariter probat Rui.in d.§.& quid ſi tantum. nu. 46. verſ. quartò quæro.& Alci.in d. lib.3. in 4. princip. reg. verſic.5.
53 pag.72.& firmant.quòd † non natis filijs maſculis, nec fœminis,ſit locus vulgari pro vxore ſubſtituta, excluſo fratre teſtatoris,contendente venire ab inteſtato,quòd fortiùs quoque procedere demonſtratur, ex iure ſubſtitutionis pro vxore factæ filijs maſculis, & eis non natis, ſed fœminis naſcituris augmentato pro vxore inſtituta hærede vniuerſali, in d.caſu natiuitatis filiarum dotandarum eius arbitrio,ita ex dicto iure aucto maiorem affectionem oſtendit teſtator erga vxorem: igitur eius conditio melior,& efficacior reddita eſt: arg. l. ſi mancipia.in princ.de fun.inſtr.& l.falſa.§.1. de cond. & demonſt.ibi: nam honor eius auctus eſt. adducit in ſimili Caſtr. d. conſi.31. in prin. lib.2.Alex.conſil.109. colum.2.num.5.lib. 2. Aym. conſ. 62. num. 8.proinde non in fauorem fratris ſuccedentis, ab inteſtato etiam ex agnatis deberet interpretari teſtatoris voluntas, etiã ambigua, ſecundum Fulg.dict.conſ.49. ſupra fin. Sed quinimo in fauorem vxoris interpretanda eſt: quia ei magis fauet teſtator, ideo pariter eidem magis fauet lex,vt dicit Bal,in l.1.col.1.ſub nu.8.verſ.ſeptimo oppo. C.de inſti.& ſubſti.& Aym.d.conſ.62.nu.8.Soci.conſil. 49.col.5.verſicu.accedat,lib.1.& pro cauſa teſtati iudi-
54 candum eſt,l.ſi pars.† in princip.ff.de inoff.teſta.&c.fin. de re iud.etiam ſi Communis opin.eſſet in contrarium, tenenda eſſet opinio vnius Doctoris,quæ pro teſtamento eſſet,dicit Barb.conſ.6.col.2.lib.1,ſequitur Iaſ. in d. l.Gallus.§.quid ſi is.colum.2.in vlt.lect.& eſſe memoria dignum,propter fauorem teſtãtium,dicit Gatel.Cot.in ſuis memorial.verſ. teſtamentum caſu amiſſum. addo, quòd idem comprobat Iaſ.conſ,13.ad ſi.lib. 3. & conſil. 112.colu.2.verſ.imo.fortius,lib.4.refert & Soc.Iun.in l. Centurio.num.301.de vulg.& pup.

Ex his denique poſſunt colligi congruæ reſponſiones ad ſingula motiua in conſilijs contrarijs adducta.
55 Dico adhuc non obſtare,† illud de conditione ſubſtitutionis implenda circa natiuitatem, & mortem poſthumorum caſu, quo plures naſcerentur: non verificato,ſi vnus tantùm natus eſt, & de conditione ipſa non ſcindenda quando non ſit implenda in ipſa re,vel circa ipſam rem, de qua ſit diſpoſitio, vt talis videtur caſus prædictarum quæſtionum.& Old.& Io.And. ſic declaratus,per Alex.conſ.109.col.fi.lib.7. pro efficaci ratione, & ponente gladium ad radicem, adducit Nat. d. conſ.667.nu.2.quia reſpondeo,non poſſe ſubſiſtere huiuſmodi declarationem Ale.Cum enim primùm dicat, Verba illa ſubſtitutionis, ſi omnes prædictos poſthumos mori contigerit, & ſic caſu, quo plures naſcerentur,dicam ego poſſe etiam intelligi caſu, quo vnus naſceretur,quia qui omne dicit,nihil excludit: l. Iulianus in princ.de legat.3.Glo.in l. à procuratore.C.mend.prędicatum præcedens continet & vnum: talia ergo ſunt ſubiecta, qualia præceſſerunt prædicata: l. nam quod liquidæ.§.ſi cui penus.de penu. leg.l. Titia. §. idem reſpondit de verb.obl.ita in ſpecie Sign.de Homod.cõſi. 199.quidam nomine,A.col.fi.ad nu. 6. & Iaſ.conſ. 132. col.3.ad prin.li.1.confirmatur ex eo,quod Caſtr.dicit in ſæpe alleg.§.cùm ita hæredes mei.ad Treb.in col.2.ſub nu.2.verſ.ſed aduertendum ſubtiliter, quòd in ſubſtit.





ſecundo loco facta dictionib.collectiuis intentio teſtaſtoris non videtur requiſiuiſſe iſtam vniuerſalitatem locum habere,ſed potius denotaſſe facti contingentiam, & ſic cõditionẽ talis ſubſtitutionis poſſe impleri etiam per mortẽ vnius poſthumi,quẽ ſecũdũ facti cõtingentiã naſci contigerit,idẽ vult Imol.in l.Stichũ.nu.2.de lega. 1.dũ notat, vbi euẽtus conditionis reſpicit diſpoſitionẽ poſſe diuidi conditionũ ſecundũ qualitatem euentus,licet aliàs etiã generaliter cõditio nõ ſcindatur per l. cui fundus,de cond.& demon. dicit ipſe, & ibi Alex.nu.4. & facit Caſt.conſ.287.caſum iſtũ col.2.li.2.In eo quoq; quod Alex.& Nat.ſentiunt nõ ſcindi conditionem ſubſtitutionis implẽdã circa natiuitatem & mortẽ poſthumorum,malè ſentiunt, & cõtra cõmunẽ theoricã Doct. nam primò cõditio mortis eorũ,quib.ſubſtitutio dicitur intrinſeca,& ſcinditur ex mente teſtatoris, vbi ſubſtitutionis caſus euenerit:vt tradit Salyc. in l.pen.col. 2. ſub verſ.ex his patet.C.de impub. & al. ſubſt. ſequitur Alex. conſ.93.col.3.verſ.ſolũ reſtat.lib.3. & Iaſ. in l.ſi quis ita ſtipulatus.col.2.verſ.2.notabiliter.de verb.obl. vbi exemplificando in ſubſtitutione fideicommiſſaria vel pupillari, aſſignat rationẽ,quia in iſtis conditionib. intrinſecis ad ſubſtitutionem magis attẽditur mens, & intentio teſtatoris,& qua ratione ſint appoſitæ, quam ſignificatio verborũ,per d.§.cum ita.& d.l.pen.cũ gl.refert,& ſequitur quando ſubſtitutio eſt facta plurib.Hie. Zanc. in d.§.cũ ita.nu.77.87.91.& 1234.ita in pupillari, & in fideicõmiſſaria, niſi ſuperſit perſona,quæ ex præſumpta mente teſtatoris excludat ſubſtitutum, conditio mortis plurium inſtitutorum ad ſubſtitutionem ſcinditur, & verificatur pro portione eius, qui moritur,ſecundum Com.opi.vt per Rip.in d.§. cũ ita nu. 118. & per Socin. Iun.nu.61.& ſeq.& Hier.Zanc.num. 915. & ſeq.& 1036. etiamſi ſubſtitutio eſſet facta plurib. naſcituris. idem nu.992.& 1051.in vulgari autem verificanda ſi hæres non erit,conditio implẽda negatiuè reſoluit illam particulã, ſi omnes prædictos poſthumos mori contigerit. & in hũc caſum impotentiæ,ſi non naſcãtur:l. ab exhæredati.§.fi.de leg.1.cum alleg.antè, & in hũc caſum etiã noluntatis, ſi nullus hæres erit,æquipollentem cum eo, ſi omnes hæredes non erunt,vt declarat Ri.in d.§. cum ita.nu.113.& tunc ſubſtitutus vocaretur, quod dicit text. in l.ſi pater impuberes.in fi.de vulg. & pup. Dicã quoq; verba illa ſi omnes prædictos poſthumos mori contigerit, aptiorem & menti teſtantium magis conuenientem interpretationem hanc recipere, & in caſu, quatenùs plures naſcãtur,per intrinſecam, & ſubintellectam ineſſe cõditionem ipſam natiuitatis:Gloſ.1.in l.ſi ita facta.de iniu. rup. teſtã. quia etiam priuatio præſupponit habitum in ſpe,& in potentia:per l.3.§. deſinere. ff. vſufr.quem ad.caue.vt antè dictum eſt: ideò conditio ipſa, Si omnes prædictos poſthumos, &c. ſic poteſt ſcindi, per not. à Bart.Imo.& ali.in d.l. Stichum. Quorum, & præſertim Bart.diſtinctionẽ ibi,& declarationẽ,non integrè,neq.fideliter refert Alex.d.conſ. 109.col. fi.lib.7. nec bonã ex dicta declaratione illationẽ facit:nam ſimpliciter dicit,conditionẽ non ſcindi, & requiri in totum impleri,quando implenda eſt in ipſa re,vel circa ipſam rem,de qua ſit diſpoſitio,ſic eſſe inferẽdo,conditionem ſubſtitutionis circa natiuitatem, & mortem poſthumorum quaſi non ſcindendam, ſed conditiones circa perſonas ſubſtitutorum,de quib.erat facta diſpoſitio ſubſtitutionis ſcindi poſſe,per d.l.Stichum.bonũ eſt hoc vltimũ dictum, ſed præcedentia non aduerſantur caſui noſtro prout declaratur à Bart.nu.3.Im.nu.2.& Alex.nu.4. in d.l.Stichũ. ita quando cond.cõfertur in aliquẽ euentum,aut cond.eſt implenda in ipſa,circa ipſam rem, de qua ſit diſpoſitio,vel reſpicit ipſam diſpoſitionẽ,& tunc poteſt diuidi ipſa conditio,ſecundùm qualitatem euentus: & iſte eſt caſus noſter:quia conditio natiuitatis, & mortis poſthumorum reſpicit ipſam diſpoſitionem ſubſtitutionis, quæ conſtructiuè ſuum ſortitur effectum, ex deſtructione deficientiæ, & ſic morte natorum poſthumorum inſtitutorum, & ad inuicem primorum ſubſtitutorum, ſecundùm ipſius ſubſtitutionis definitionem, ſupra in prin. huius principalis dubitationis adductam. ideo dicitur intrinſeca conditio, ſecundum Saly. Alex. Iaſ.& Zanch. ſupra proximè relatos, ſcinditur in ſingularitatem, quòd reſoluitur, prout caſus natiuitatis, & mortis, ver deficientiæ poſthumorum, quib. facta eſt ſubſtitutio, euenit,maximè in pupillari:& in fideicommiſſaria, ſecundùm etiam relatam com. doct. ſententiam in d. §. cum ita aut conditio cõfertur in aliam rem extrinſecam ab eo,de quo ſit diſpoſitio,& tunc non poteſt ſcindi:l.penult.de cond.infert.l. ita fuerit ſeruis de manu.teſta. & huic vltimæ diſtinctioni nullo pacto poteſt applicari, nec conuenit caſus natiuitatis, & mortis poſthumorum,ſed conuenit primæ diſtinctioni, vt modò probauimus.Ergo non eſt bona argumentatio Alex. & Nat.in dict. conſ. & hanc ipſam puto veritatem eſſe, & tenendam, niſi velimus teſtantium voluntatem circunuenire, & defraudare contra ſententiam Iuriſconſ. in l.ſi cui legatum. ibi: neque enim debet circunueniri teſtantium voluntas:de cond. & dem. in l.ſi quis hær. in ſi.C. de inſt.& ſubſt.his verbis: ne,dum nimia vtimur circa huiuſmodi ſenſus ſubtilitate, iudicia teſtantium defraudentur.

Poſthumorum, ſeu ventris, circa inſtitutiones & ſubſtitutiones in teſtamento, frequens intentio à principali inſtituto de cognitione pupillaris,me ad tractandum prædicta aliqua communia de directis, & obliquis ſubſtitutionibus,non parùm quidem & vtilia, & neceſſaria aliquantulum detraxit in viam cognitionis ipſius pupillaris, modò reuertens, exempla, ſeu deciſiones doct.aliquas,vt memoriæ ſuccurrerit,adducam.

56 Pone † Teſtator inſtituit hæredem filium pupillum, vel ventrem ſuæ vxoris, ex quo natus fuerit filius, cui ſubſtituit Petum fratrem ipſius teſtatoris,& Petro quandocunq; decedenti,vel ſi omnes prædicti deceſſerint ſine liberis,ſubſtituit Franciſcum ſuum attinẽtem, mortuo teſtatore, adita hæreditate per pupillum, moritur Petrus,deinde pupillus obit, dempto quidem Petro de medio, cognoſcitur pupillaris eſſe pro Franciſco, per doct.Bar.ex illo tex.in l.quamdiu.la 2.nu.10.ff.de ac.hęred.& in conſ.54.pũctus quæſtionis.nu.2.li.2. & eſt mediante vulgari facta Petro,vt ibi Bar. declarat,& ſequit Caſtr.nu.7.& Are.in col.pen.dicit Moder.communiter ſequit. Bart.in l.quãdiu.& ſequitur Caſtr.conſ.151. præſens dubiũ.col.1.lib.1.vbi ſubiungit,hoc habere locum, etiamſi Petrus deceſſiſſet cum liberis, ſequitur Aym. conſil.283. col.3. verſ. itaque non videtur. probat idem Bal.conſ.162.Quidam fuit ſubſtitutus. lib.1. Bart. ſecutum per alios idem ꝓbãs, dicit Iaſ.conſ.132.col.2. verſ. in primis ergo.lib.1.& hanc veram deciſ. Bart. & magis communiter approbatam, dicit in conſ. 148. col.3. ad fin.verſ.ſeptimò.lib.2.& ibi in col.ſeq. ſubiungit, quòd temerarium eſſet in iudicando ab iſta magis Commu. Opin.recedere.idem Pariſ.conſil.73.col.3. nume. 26.& ſequen. lib.3. Quam quidem opin. intellige, & limit. niſi ſubſtitutio facta Petro non poſſet eſſe vulgaris, ſed eſſet reſtricta ad fideicõmiſſariam, vel facta in aliquem euentum,qui non fuit impletus, vt declarat Alex. conſil.1.col.fin.in princ. lib. 1. vt ſi facta eſſet de vno tempore,& ſequatur in alio,ſi dictum, quod ſi Petrus decedat viuo teſtatore,ſubſtituit Franciſcum, & decedat eo mortuo,quia non habet locum, d.opin. ſequendo Ang. probat Aret.in d.l. quandiu. ad fin. & ibi Caſtr. ſub nu. 7.verſ.ſecùs,ſi eſſet facta. & Bero.conſil.98.num.8. lib. 2.& Hier.Zanch.in d.§.cum ita.nu.51.

57 Caſus iſte † Teſtator inſtituit filium adultum, cum

hac conditione, quòd bona ſua non poſſint hæreditari, niſi per lineam maſculinam, poſt mortem dicti filij ſui, & ſic ſucceſſiuè de hærede in heredes magis ꝓpinquos, & ſi nurus ipſius teſtatoris pareret filium, vult, quòd ſit hæres, vt ſup. dixit: ſi pareret ſiliam, ei certam quantitatem reliquit: ex filio mortuo in vita teſtatoris natus eſt filius nepos teſtatoris, qui mortuo auo, & adita hæreditate mortuus eſt in ætate pupillari, ſuper eius ſucceſſione orta controuerſia inter ſororem vterinam, & eius agnatos collaterales rationib. adductis pro fideicom. & pro directa à Raph. Cu. in col. 2. col. fi. deciditur in fauorē agnatorū pro directa pupillari, ex verb. vulg. groſſo hæreditare directo, & etiam veniēte nepoti defuncto in ætate pupillari, ſequitur Iaſ. in l. centurio. in fi. de vul. licet pup. hoc caſu, & ſimili, nō cōtinēte pro pupillari ita clara verba, videatur quodāmodo cognoſci per cōiectu ras, ex quib. directa ita fieri, & perſpici nō poteſt: l. iubemus. C. de teſtam. concord. referendo ponit Socin. conſil. 140. col. 1. verſ. præterea. li. 1. & conſil. 249. col. 5. ſub verſ. ſed præmiſſis l. 2. & conſ. 77. col. 3. nume. 5. li. 3. Dec. conſ. 211. col. 2. nu. 3. l. 4. & conſ. 314. còl. 4. num. 2. Grat. conſ. 5. nu. 48. 39. lib. 2. tamen & verū eſt, directā cognoſci, etiam ex cōiecturis neceſſariò eam inferentibus per verba oſtendentia mentē teſtātis, cōueniētem perſonis ad directā: exemplū habetur de reciproca inter plures filios pupillos ex directa ſubſtitutione eis facta in tota hæreditate, poſitum per Bart. in l. poteſt. vel in ſequ. l. & ibi Alexand. in fin. columna ſequitur Bartolum, & ibi Iaſo. ſub num. 8. & ſequ. de vulg. & pupil. & ex pupillari tacita per Bartolum in l. 3. nume. 26. & ſequ. eo & ibi communiter doct. ſequuntur. idem Bart. conſil. 56. Bar. fecit teſtamentum. colum. 1. ſub nume. 2. vbi tenet hanc tacitam pupillarem præſumptam ex aliquibus verbis, vel alijs coniecturis excludere matrem, hoc neceſſariò præſuppoſito, ſecundum Rapha. d. conſil. ſecundo. vbi inter vocatos adeſſent aliæ perſonæ: puta, mater, vel pater, qui poſſet ab inteſtato ſuccedere in parte, vel in toto, & referendo Iaſo. in dict. l. poteſt. & Deci. in l. pen. in 4. not. de impube. & ali. ſubſtit. idem probat Aymo. conſil. 62. colum. fin. in princ. num. 15. & Alexand. conſ. 94. colum. 6. verſ. & licet quidam. lib. primo. dicit: nam certè, quoad ſubſtitutionem inducendam, attendimus etiam coniecturas, & tenet Ioan. Mari. Rimi. conſilio 255. nume. 20. lib. 2. Idem comprobat Iaſo. in conſil. 41. colum. penult. verſic. iſta ratio lib. primo, facit cap. ſi pater de teſtam. in 6. & l. quoniam indignum. & l. in teſtamentis. C. eo. idem tenet Angel. conſil. 125. hoc eſt teſtamentum. colum. pen. & fin. ibi: Niſi ex aliquibus coniecturis appareat, quòd teſtator voluit valere iure directo, vt quando in omnibus bonis facta ſit ſubſtitutio pleno iure, vt ibi per eum, vel adſint ſigna per alia verba quę faciunt directam, de quibus latè dictum eſt ſupra hac ea dubi. verſ. directorum verborum: & adduxi in conſi. 61. num. 48. lib. 1. & declarat Odd. Peruſ. de compendi. part. 5. quæſt. 1. arti. 5. in 3. conclu. ſub 2. limit. verſ. vnde poſſeſſ. fo. 74. & latiùs Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 146. ad Trebel.

Alioquin autem, ſi generalis eſſet, & vſquequaque vera illa concluſio, quòd directa induci non poteſt, niſi verbis expreſſis, & non per coniecturas, Dec. conſ. 211. colum. ſecunda, nume. 34. de ea ſemper eſſet clarum, in quo propriè non eſt opus coniecturis, neque alia interpretatione: l. continuus. §. cum ita de verb. oblig. l. in his, ibi Bald. & Socin. not. de conditio. & demonſtr. & vana ac fruſtratoria eſſet alia concluſio hæc, quòd ſubſtitutio in dubio potiùs interpretanda eſt directa, quàm obliqua: quod dicendum non eſt, quia de concluſione iſta eſt text. apertus in dict. cap. ſi pater. & hanc multifaciendam, & valde notandam hoc in loco propono:
58 nam † inſtitutis filio, & filia impuberibus, caſu, quo ipſe, vel ipſa decederent ſine hærede ex proprio corpore, & legitimo matrimonio procreato, teſtator ſubſtituit fratrem, filijs iſtis in pupillari ætate defunctis, etiam contra matrem hanc pupillarem per dict. cap. ſi pater, interpretatur, Old. conſil. 125. In propoſito themate. idem quando teſtator verbis demonſtrat omnia ſua bona deuenire pleno iure ad ſubſtitutum, eſſe directam pupillarem, quia ſemper ſubſtitutio cùm poteſt intelligi directa, potius intelligitur directa, quàm fideicommiſſaria, dicit Bartol. conſil. 15. Pater habens filium. col. fin. & conſilio 244. columna penult. nume. 6. Subſtitutio per verba dubia, debet interpretari directa, per dict. cap. ſi pater. & l. ſi quis ita. ibi not. Bald. ff. de vſufruct. dicit Alexand. conſil. 12. colum. 3. ſub nume. 13. verſic. rurſus poſito. lib. 3. & conſ. 51. colum. 2. nume. 10. lib. 7. & Bald. conſil. 35. Pater filio. lib. ſecundo. cum concord. allega. per Neuiz. conſil. 53. num. 13. & hoc eſt,
59 † quia directa eſt plenior, quàm fideicommiſſaria, & fauorabilior pro filio pupillo, dicit ibi Bald. & Alexan. d. conſil. 51. num. 9. 10. & conſil. 17. colum. 4. num. 7. lib. 3. quia per eam pupillus decedit teſtatus, dicit ibi Alex. ideo pro ea benignior eſt interpretatio Ang. conſi. 148. Dominus Quiricus. colum. penult. verſ. cum igitur hic ratione fauoris impuberis, ſi ex duobus impuberibus ad inuicem facta eſt ſubſtitutio pupillaris, vnus per emancipationem extrahatur à poteſtate patris, remanere ſubſtitutionem factam perſiſtenti in poteſtate, tenet Baldus in leg. in teſtamento. columna fin. nume. 15. C. de teſta. milit. licet in hoc contraria opinio Bartol. ſit & commun. ibi Deci. ſub numero. 18. tamen opinionem Baldus vti æquiorem poſt longam diſputationem amplectitur Iaſ. in leg. Lucius. ſub numero 19. de vulga. & pupil. eadem ratione fauorabili ſubſtitutio dubia etiam ob diuerſas opiniones Gloſſ. vel doct. de ea directa & pupillaris interpretanda eſt, Baldus conſi. 415. lib primo. refert cum alijs concor. Roland. à Val. conſi. 69. nu. 8. lib. 1. & plures ali. concord. quaſi tota pagina plena allegat Tiraq. in l. ſi vnquam verſ. reuertatur. nu. 253. de reuo. don. Lex enim ipſa interpretatur. quòd vbi verba ſubſtitutionis poſſunt importare pupillarem, & perſona, cui fit, patiatur, ea ſemper directa ſubſtitutio pupillaris dicatur: Socin. Iun. conſ. 65. num. 16. 27. lib. 1. & pro regula ponit Caccialup. in l. precibus. nume. 67. C. de impub. & ali. ſubſtitut. concor. ex profeſſo colligit Neuiza. conſ. 53. nu. 13.

60 Et conſequenter hæc rudis teſtatoris † verba dubia, Relinquo filium meum viuum, & mortuum, cum omnibus bonis ſuis Petro fratri meo, in vita filij deſignant tutorem, & curatorem datum, & poſt mortem in ætate pupillari interpretantur pro pupillari ſubſtitutione: ex facto reſpondit latè probando Socin. conſil. 83. colum. 1. & ſequ. lib. 1. meminit in l. qui duos. in princip. col. 1. numero ſecundo. de reb. dub. ponit in ſuis memor. Catel. Cot. in verſ. tutela eſt ius. ad illud de tutela addo Bald. in c. ex parte M. in fi. de appell. colligentem ex illo
61 tex. quòd † ſi pater relinquit filium in poteſtate matris ſuæ, quòd per hoc relinquit eam tutricem teſtamentariam & videtur defendere Socin. Iun. in dict. l. Centurio col. fi.

62 Quanuis † ſubſtitutio pupillaris intra annos pubertatis poſſit per patrem reſtringi ad breuius tēpus: l. ſi quis
63 ita. & l. ex facto. §. item quæro. de vulg. & pup. ſi † tamen pater inſtituerit filium infantem, & ſi in ea ætate deceſſerit, ſubſtituit ei ſororem, & decedat in vndecimo anno vigere & habere locum pupillarem vti fauorabiliorem, ad certum tempus non reſtrictam, ex facto determinat Grat. conſil. 125. lib. 2.

64 Siquidem † in ſubſtitutione à patre teſtatore facta fuerit mentio pupillaris ætatis, & fieri communiter coſueuit, Si ætate pupillari deceſſerit, ſubſtituit Titium, cenſetur



cenſetur vtiq; & intelligitur pupillaris, per l. qui liberis. in prin. de vulg. & pup. abſque eo, quòd intelligi poſſit compēdioſa alijs verbis non mixtis, vt, Si deceſſerit ſine liberis, vel quādocunq;, vt latè defendit plures cōcord. allegando Caccialup. in l. precibus. ſub num. 14. diſcutit Vaſq. Hiſp. de ſucceſſ. progreſ. lib. 2. §. 13. num. 20. tenet Anto. Gomez. in commen. iur. tom. 1. cap. 4. de pup. nu. 14. & Pa. Leo. trac. de ſubſtitut. de pupillari. nu. 44. 46. hanc opin. de iure probabiliorem dicit Soc. Iun. in l. 2. num. 83. de vulg. & conſ. 95. num. 13. lib. 1. vnde reſpectu vulgaris ſit talis diſcuſſio, quia tacita eſt, ſi non ſit compendioſa, quæ vbi adeſſet vulgaris expreſſa, continere- tur verbis generalib. vt in hoc omnes Modern. concur- rere dicit, licet conētur impugnare Dec. in d. l. precibus colum. 8. & Couar. in cap. Raynutius. §. 5. nume. 6. de teſtam. & latè tractat Alex. in l. ſecunda. in prin. ſub nume. 25. ad fin. de vulga. ita eſt communis ibi Rip. num. 40. vt infra in compendioſa dicetur: pupillaris tamē ſine dubio apparet & continetur, vbi facta eſt mentio pupillaris ætatis: Alex. conſilio 47. columna fina. & ad fina. lib. 2. & Cuma. conſil. 16. Ioannes ſup. fin. quæ mentio & expreſſio operatur, vt in caſu, quo aliâs non interpretaretur directa ſubſtitutio, vel eſſet dubium per talem expreſſionem indubiè directa interpretaretur, dicit Corn. conſil. 142. colum. ſecunda verſ. nec obſtat, quòd dicebatur. lib. 4. tunc etiam dictio, mihi non impedit pupillarem: Pariſ. conſi. 73. ad fin. nume. 55. lib. ſecundo pro mentione pupillaris ætatis habetur hoc, ſi fuerit dictum, ſi filia mea non peruenerit ad nubilem ætatem, vel antequàm nuberet, deceſſiſſet. per gl. & Bal. in d. c. ſi pater. tradit Socin. conſil. 116. col. 1. in fin. lib. primo. & per tex. iuncta Gloſ. 1. in l. qui habebat filium. de vulg. & pupil. conſuluit Soc. Iun. conſ. 121. lib. 1. & Caſtr. conſ. 304. Primum dubium. col. 4. nu. 5. lib. 1. idem eſt, ſi dicat teſtator, Si moriatur ante legitimā ætatē, & mortuo teſtatore, & decedat impubes, exinde directa & mera pupillaris cognoſcitur locum habere: Bal. conſ. 122. verba teſtamenti. colum. fin. lib. 1. & conſil. 113. nume. 4. lib. 5. Card. conſil. 60. ad num. 7. eſt text. in princ. Inſtit. de pupil. ſubſtitu. vel dicat, ante legitimam ætatem teſtandi, Bald. conſil. 128. Ad intelligentiam. vltra med. libr. 1. idem, ſi dicatur, Si filius intra pubertatem deceſſerit: interpretatur ante pubertatem, & ſic pupillaris, per d. l. qui habebat filium. reſpondit Bal. conſilio. 115. Super primo. lib. 4. adiectio etiam, Sine filijs, vel, ſine liberis, non impedit, quin dicatur directa, quando pupillus deceſſit in ætate pupillari, communiter doct. tenere, in d. l. precibus. firmat Curt. Iun. conſil. 86. colum. 3. nume. 5. Io. Ant. Alexand. conſil. 129. eſſe Commun. Opin. atteſtatur Ripa in d. l. Centurio. num. 89. idem tenet Cum. conſil. 125. colum. 2. & Caſtr. conſil. 172. Dubium facit columna fi. verſic. illud autem conſtat. libr. primo. & clariùs Bald. conſil. 18. Teſtator filiæ. lib. ſecundo. vbi ſentit, eſſe pupillarem expreſſam, quando teſtator poſt mortem filij ſubſtitutos fecit hæredes vniuerſales: facit l. fin. C. de hæred. inſtit. & l. in ſubſtitutione. de vulga. & pupill. vel ſubſtituit hæredes: ſic oſtendi pupillarem expreſſam, etiam probat Ang. conſil. 101. Conſiderandum eſt. in princ. & Alexan. in d. l. Centurio. ſub nu. 96. verſ. poſſe tamen. & Bart. conſil. 36. Omnis ſubſtitutio. lib. 2. Ruin. conſil. 161. nume. 5. lib. 2. Bald. conſi. 46. Verba inſtitutionis. col. 2. lib. 1. Aduerte tamen, quòd mentio pupillaris ætatis debet fieri conditionaliter, vel diſpoſitiuè, vt demonſtretur pupillaris; ſecùs autem, ſi fiat demonſtratiuè, vt ſubſtituo filio meo pupillo, quia tunc non arguitur pupillaris eſſe facta, auctoritate Baldus dicit bene not. & Iaſon. in leg. ſi teſtamento. C. de impub. ibi tamen Dec. per Bart. & Alexand. text. in l. 3. §. hæc verba de vulgar. allegatos per eum, tenet contrarium, ſic per verba denominatiua quandocunque prolata pupillari ætate demonſtrari ipſam pupillarem ſubſtitutionem.

65 Nec iſtam † pupillarem expreſſam alterare, vel impedire poteſt adiectio hæc, Sibi, vel, in ſuis bonis, vti contraria ipſi pupillari, per quam ſucceditur pupillo, & in omnibus bonis pupilli: l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. de vulgar. & pupill. quia verba illa, ſibi, vel, in ſuis bonis intelliguntur in materia pupillaris ſibi teſtatori, & in bonis teſtatoris per mediam perſonam pupilli, & nihil aliud operantur: vt declarat Bart. in l. ſi ita ſcriptum §. 1. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. & ipſe, ac alij in l. prima, in princ. vbi eſt text. & Gloſ. in verſ. Caius de vulg. & Deci. conſ. 642. nume. 23. vbi in expreſſa pupillari dicit, talia verba non tollere eam, ſed in comprehēſa in compendioſa dicit, facere nō leuem præſumptionem, quòd ſit ſola fideicommiſſaria, vt ibi per eum, & Alex. conſ. 12. colum. 4. numero 14. & dicam infra de alijs ſignis, quæ demonſtrant, non eſſe pupillarem, quinimò dictionem, Mihi, in hac facti ſpecie ſignificare directam ſubſtitutionem, per dict. l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. & per d. Gloſſ. in verſic. Caius. in d. l. prima. §. primo. de vulg. tradit Bald. conſil. 272. Caſus talis. Quidam teſtator, ad fin. lib. ſecundo. & Matheſi. not. 152. dictio, Sibi, multiplicem quidem habere interpretationem, reperitur, quandoque enim refertur ad proximam perſonam nominatam, ſi teſtator inſtituens pupillum, quandocunque deceſſerit, ſibi ſubſtituit Titium; Sibi referri ad pupillum, atque pupillarem expreſſam, oſtendit Socin. conſilio 218. columna 3. ſub verſ. aliquando & tertiò. lib. ſecundo. & conſilio 140. columna 3. ſub verſ. item quia dictio. lib. 1. quandoque eſt pluralis numeri, & poteſt referri vel ad teſtatorem, vel ad eas, quibus factę ſunt ſubſtitutiones, ſecundùm variorum caſuum contingētiam. Corn. conſil. 295. colum. antepenult. lib. 1. Tunc, & eo caſu ſibi ſuſtituit. Sibi, refertur ad teſtatorem. Dec. conſ. 371. colum. 3. in princ. quando eſt dubium, ad quem referatur. idem de dictione, Sua, vel ſuas, quæ refertur ad teſtatorem: Pariſ. conſil. 51. num. 34. & ſeq. lib. ſecundo. Ruin. conſil, 103. num. 14. 15. lib. 2. Cur. Iun. conſil. 139. colum. 4. num. 12. Aret. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. col. ſecunda. in 3. not. de liber. & poſthum. Deci. conſil. 470. nume. ſecundo. 12. Ange. Aret. tract. de teſtam. in gloſſ. 51. num. 1.

66 Expreſſam † verbis ſpecialibus factam pupillarem, ſicut cæteras, & vulgarem, & fideicōmiſſariam ſubſtitutiones, ex clauſula vſitata in teſtamentis, Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, demonſtrari, latè ſcripſi ſupra in ſpecie vulgaris, verſ. tertio modo. quę ibi ſcripta hoc in loco eſſent repetenda: ſed breuitatis cauſa, cùm oportuerit, illic reuideantur.

67 Omittam quoq; hîc referre, † quotuplex ſit ſubſtitutio, vel expreſſa, vel tacita, vel partim expreſſa partim tacita, ex quibus verbis fiat pupillaris, licet hæc ad eius cognitionem multùm conferant: ſi facta ſit verbis generalibus, quando non fit mentio pupillaris ætatis: verbis ſpecialibus, quando fit mentio pupillaris ætatis: ſingularibus verbis, quando ętatis, & propriæ formę pupillaris fit expreſſio. Cum tamen diffuſè, & clarè ab omnibus Doct. in d. l. ſecunda, de vulg. & in rubr. Salic. in l. ſi teſtamēto. num. 12. C. de impub. & in d. l. precibus. & in particularibus tract. de pupillari, & tanta claritate ſint pertractata, & breuitate ſimul, præſertim nouiſſimè à clariſſimo Iuriſconſul. Sfor. Odd. Peruſi. ſub clariſſimo & diſtinctiſſimo tract. de compendioſa in prælud. part. 4. q. 5. & 6. & Couar. in d. cap. Raynuntius. §. 5. num. 4. de teſtam. iſta ergo prætermiſſa facio, remittendo Lectorem ad loca prædicta.

68 Si verò in ſubſtitutione, facta impuberi, † mentio pupillaris ætatis facta non fuerit, nec adſit Clauſula, Vulgariter, pupillariter, &c. & adſint verba directa, vel, communia

communia ipſius ſubſtitutionis, hæc quidem conueniẽs verbis, & perſonæ inſtitutæ etiam dignoſcitur eſſe pupillaris expreſſa verbis generalibus, vt in ſpecie probat Alexan.in l.Gallus. §. quidam rectè.colum. ſecunda.verſ. prædictis adde.de liber.& poſthum. intelligendo,quando eſt facta nullo adiecto, quod requirat tractũ temporis, vt Bartol. tradit in dict.l.Centurio. ſub num. 32.verſic.ſecundò opp.ad prædicta. ſequitur ibi Iaſ. nu. 55.& Galiau.numero 94. atteſtatur hanc eſſe commun. opin. Idem præcipuum inſpicitur, quòd ipſa ſuſtitutio verbis ſ. directis, vel communibus, & perſonis inſtitutis ſ. impuberibus conueniat, dicit text. in dict. c. ſi pater. & l. ſecunda.§.fin.de vulgar.ibi, Sed etſi extiterit filius hæres, & intra pubertatem defunctus eſt, &c. & dicit Imol.in l.verbis.in fi.eo.ſi verò conditio aliqua in ſubſtitutione adiecta fuerit,importans tractum temporis in futurum,& ſi talis compendioſa oſtendatur, de qua infra ſuo loco dicetur,ea tamen etiam oſtendit pupillarem, cùm inſtitutus intra pubertatem moritur: Bart.in dict. l.Centurio.nu.32. Iaſo.nume.53.Rip. num. 114.allegando atteſtantes,hanc eſſe commu.opi. quam diſcutiendo tandem ſub nume.117.in fin.in iudicando, dicit non eſſe tutum diſcedere ab opin. Bartol. & communi, quæ valet, vt pupillaris intra tempus pupillaris ætatis, & poſtea, vt fideicommiſſaria, per tex. in dict.c. ſi pater.Socin. Iun.nume.262.ponendo regulam generalem, dicit,quòd ſemper, ſi verba, & perſonæ patiantur directa pupillaris intelligatur: idem probat Caſtr. conſil. 275.Super primo. colum.1.conſil.374.Viſis omnibus.colum.ſecunda.num.3.lib. 1. cum concord. alibi infra allegandis, cuius quidem pupillaris cognoſcendi materiam proſequendo ad aliam non digrediar.

69 Deprehenditur † quoque pupillaris ex ſignis alijs,vt ſi teſtator dicat: Subſtitutus ſua auctoritate capiat,vel, ſi filius hæres inſtitutus deceſſerit, voluit omnia bona ſua, vel totam & integram hæreditatem, vel libe è, vel ſine aliqua diminutione deuenire ad talem: hæc enim & ſimilia verba directo adhuc tam ſupra ea dubit. verſ. directorum verborum demonſtrant directam pupillarem: probant Bart.in dict.l.Centurio.nume.27.Iaſ.nu. 46.& ſequ.Ripa.nume. 123. & ſeq. Caſtren. conſil.172. dubium facit.nume.3.lib.1.Signoro. conſil. 107. nume. 27.Roma.conſil.130. Viſo teſtamento.ad fin.Bart.conſ. 70.Pater facit teſtamentum, colum. 2. verſic. iſtæ autem coniecturæ, lib. ſecundo, & conſil.75.In quæſtione.& conſi.79. Viſo teſtamento.eo.lib.vbi adducit mirabilem & notabilem modum cognoſcendi pupillarem, etiam in ſecundo gradu ſubſtitutionis, excludentem matrem, quòd ſi filiæ ſit ſubſtitutus filius naſciturus, & ſi filius non eſſet,ſubſtituit fratres ſuos, quia veriſimile eſt, filium prætuliſſe matri:idem ergo in ſecundo gradu,quem loco primi poſuit, aliam coniecturam facit,quando teſtator dixit indefinitè, Bona eorum deueniant, &c. cum prima coniectura de prima ſubſtitutione directa ſentit Bald.conſil.38.Super primo. ad fin. lib.ſecundo,& conſil.20.quidam Petrus,colum.fi. verſ. ſex.& vltima.lib.3. interpretando & verbum æquiuocum ad pupillarem per aliud verbum directum, in alia parte teſtamenti poſitum: & concord.& commun. opi. atteſtatur Pariſ.conſi. 73. colum.penult.nume.48. libr. ſecundo, & Aymo conſil.62.nume. 12. interpretatur & directa pupillaris, quando apparet ſubſtitutio facta in bonis & hæreditate pupilli: idem conſil. 161.in fin. & quando teſtator dixit, In omnibus bonis ſubſtituit, ſubſtitutio directa interpretatur, quæ eſt omnium bonorum delatiua: Bart. dict.conſil.75. lib ſecundo.& Bald. d.conſil.20. quidam Petrus,colum.ſecunda.ad fin.verſ. quarta ratio.lib.3. & conſi.12. quidam nomine Angelutius.num.1.lib.ſecundo,vbi quando teſtator dixit, Succedat eis, dicit,eſſe ſubſtitutionem pupillarem,propter verbum. eis comprobat, & Gualden. de arte teſtan.tit. 5.de ſubſtitu. cau.6.nume.6.idem in cau.11. nume. 3. Si ſubſtituerit in omnibus rebus filij decedentis in ætate pupillari. & de his idem conſil.532. nume. 4.5.& ſequen.idem Bald.conſi.60.Viſo teſtamento ſer. Iacobi. lib.primo,quando dixit,Si ambo deceſſerint,quòd omnia eorum bona remaneant, & ſint Titij ſui nepotis, quòd propter illa verba, omnia eorum bona, ſi ſubſtitutio directa pupillaris expreſſa excludens matrem, item quando dictum eſt, In omnibus bonis ſuis, Subſtituit pleno iure eſſe pupillarem, quę excludit matrem, vt tradit Ang.conſil.125.hoc eſt teſtamentum. colum.fi. & Barto.conſil.15.Pater habens. nume.6. & verba hæc ſuccedat alter alteri, oſtendere directam, ponit Bald. conſi.423.Verba teſtamẽti.lib.primo,idem per verba, In hæreditate prædicta ſuccedat.idem Bald.dict.conſil. 38.ad fin.lib.ſecundo, per verba, reſiduum verò totum etiam demõſtrari pupillarem idem Bal. probat in conſil.422.ſtatutum. ad fin. lib.3. vbi propriè dicit, id eſſe, licet teſtator neſciat dicere pupillarem,tamẽ debet haberi pro expreſſo,per l.quoniam.C.de teſta.& l.quoties. C. famil.herciſc. idem probat Corn.conſi.35. colum.3. verſi.item pondero.lib.ſecundo,ita quòd in totum vnus ſuccedat alteri ſine diminutione pupillaris, oſtenditur excludens matrem: Ioan.de Ana.conſil.89.ad fi.ſequitur Gualden.de arte teſtan.d.tit.5.cau.7. in fin. Succedat eis,importare pupillarem cõtra matrem, etiam decidit Fulgoſ.conſi.33.Titius in teſtamento.colum. fina. declarat Bero.conſil.125.nu.19.lib.ſecundo, ex quibus apparet vera, & communis concluſio, quòd pupillaris poteſt cognoſci, & interpretari ex coniecturis habitis & collectis ex verbis teſtamenti,quę directa eſſe liqueant, & maximè ex dictis Bartol. & aliorum ſex iſtas eſſe coniecturas adducit Ripa & ibi videndas, in dict.l. Centurio.nume.121.vſque ad nume.125. & aliam eſſe ex adiectione, & mixtione verbi directi, vt, Inſtituit, & ſubſtituit,tradit Caſtr.conſi.152. Viſo puncto.colum. 2. ad princ.lib.ſecundo,Abb.conſil.32.Circa duo.lib. ſecundo, Signoro conſil.107.nume.26.29.hęc autem pupillaris,apparens per coniecturas, etiam expreſſa dicitur: arg.l.licet Imperator.de leg. 1. dicit Caſtr. in l. in teſtamento. colum.penult.ſupra nume.9. C. de teſta. milit. cætera de cognitione directarum in compendioſa,& in reciproca ſuper eis infra dicentur.

70 At econtrà † non directa pupillaris cognoſci poteſt, & quando non apparent pręmiſſa ſigna,quòd nulla verba ibi ſint directa Communis opini. ſecundum Bald. conſi.456.Punctus quæſtionis.nume.ſecundo,libr.3.& quando concepta eſt ſubſtitutio verbis merè obliquis, quæ tunc eam ſanè oſtendunt fideicommiſſariam, ſecundùm omnes,per l.cohæredi,§.cum filiæ. de vulg. & pupil.dicit Bartol.in d.l.Centurio.nume.20. cum Bart. tranſire Doct.dicit,& ibi Socin.Iun.nume.242.etiamſi dictum ſit, Si in ætate pupillari deceſſerit, vt ibi Ripa nume.101.& firmat Bald.conſ.120,In facto proponitur. verſi.in contrarium videtur.lib. ſecundo. talis enim expreſſio pupillaris ætatis non alterat naturam verbi, Aliqui, dicit Ancha.conſ.43.ſuper prædicto dubio, col. 2. vbi de hoc magiſtraliter loquitur.

Et quando ſubſtitutio facta reperitur in bonis certis,expreſſione etiam vniuerſali, In omnibns bonis ſuis mobilibus, & immobilibus,dummodo non adijciat iuribus, & actionibus, non directa pupillaris interpretatur etiam facta per verba communia:Bartol.in d.l.Centurio.num.33.& ſeq.per l.cogi.§.& generaliter, ad Trebel.alij ſequuntur communiter ibi Ripa nu.136. & Caſt. conſ.114.colum.fin.conſil.341.Mater iſta. colum.2.lib. primo,& conſil.16.Viſo dicto puncto colum. ſecunda. & conſil.287. Caſum iſtum, ſub nume.ſecundo, ad fin. lib.3. Bald. conſil. 140. Viſo teſtamento libro primo





Alexand.conſi.45.nume.15.lib. primo, & Bald. conſili. 121.Proponitur, colum.ſecunda, nume.3.libr. 5. Corn. conſi.47.colum.pen.verſ.& hoc,quòd non ſit.vbi dicit, quòd ita communiter tenetur, & con. & ſubſcrip. 14. etiam ſi facta ſit expreſſa mentio de pupillari ætate, ibi in 2. colum.verſ.quia etiam.lib.1.& Bero.conſi.125. nu. 10.lib.ſecundo, idem quando ſubſtitutio eſt reſtricta in bonis, & hæreditate teſtatoris, quòd non ſit pupillaris: Dec.conſi.642.& Aret.latiſſimè in conſi. 155.colum. 8. & ſequen. Aymo conſil.98.ſub nume. 10. Pariſ. conſil. 73.colum.3.nume. 19. & ſequen. libr. ſecundo, & contrariatur, niſi facta ſit expreſſa mentio pupillaris ætatis: Corn.conſil.95.colum.3. & ſequ. & conſil. 152. col. 6.verſ. ſextò principaliter.lib.ſecundo,& conſi.40.col. 2.verſic. nec etiam obſtat. lib. 3. vbi loquitur in ſubſtitutione facta filiabus in dotibus relictis. & Bero. conſ. 99.nume.7.& ſequen.libr.ſecundo, tenet etiam cum expreſſione pupillaris ætatis, dictio, Mihi impedit pupillarem, quando teſtator ſcit, pupillum habere bona propria: Pariſ. d. conſi. 73. in fin. lib. 2. & ibi num. 26.& quando dixerit, Si moriatur ſine liberis, & inteſtatus,ſed hæc in rebus certis importare legatum,vel fideicommiſſum particulare, probat Alexand.conſil.98. col.1.num.ſecundo, & Ang. conſi.13.Iacobus,item non pupillaris eſt ſubſtitutio facta à matre, ſed fideicommiſſaria: Cald.conſil.11.quidam ſubſtituit, titu. de teſta.Ange. conſili. 118. Auia. Bald. conſili. 129. Domina Franciſca.lib.primo, Alexand.conſil.247.lib.6.M.Socin.conſil.116.volum.ſecundo, vbi etiam, quòd contineat vulgarem, ſecundum magis Commun. Opini. in verſic. ſecunda pupillaris. lib. 1. idem in quota bonorum per verbum commune. Ripa in d.l.Centurio.num. 155.& ſeq.vbi declarat, & ad alia.

71 Rurſus ad ſupradicta adde, † Si ſubſtitutio facta ſit in bonis indefinitis certi loci, dicitur facta de re certa,& importat fideicõmiſſum:Grat.conſi.33. nu.7.& ſeq.li.2.

Idem ſubſtitutio facta per verbum,Legat, non eſt directa pupillaris: Bart.in d. l. Centurio.nume.19.ſic reſidet Alexand.nume.91.& Capr. d. tract. regularum in 5.ſpecie compendioſæ,nume.43. eſt Communis Opin. Socin.Iun.in rub.nume.87.de leg.primo, Bald.in tract. de ſubſti.de compendioſa.num.12. ad oſtendẽdam non pupillarem adducit quatuor, coniecturis prædictis conuenientes Odd. Peruſ. de compen. par. 5. de compen. facta à Paga. arti. 3. concluſi. ſecunda,& ſeq. fol. 153. & ſequent.

72 Item ſubſtitutio † pupillaris facta in codicillis, non valet, ſecundum Commun.Opin.Cur. Iun.conſili. 70. colum.ſecunda.ſub nume. 4. niſi inter liberos idem ibi conſil.ſequ.nume. ſecundo. quo verò ad alios, vertitur in fideicommiſſum: l. Scæuola. ad Trebel. duraturum, pupillari ætate durante: l. quod per fideicommiſſum. de leg. primo. Bart. & alij vtrobique, interpretari tantum pupillarem, quando eſt reſtricta. ad bona teſtatoris, & eſt facta mentio pupillaris ætatis in forma pupillaris, ipſe Corne.firmat conſi.138.colum.4.verſi. tamen his.eo.lib.3. idem conſil. 35. colum.3. lib. 2. quando ſit dictum, pupillariter, idem comprobat Pariſ. conſil.59. col.2.nume.9.lib.ſecundo,idem eſt, ſi facta ſit ſubſtitutio perſonæ pupilli,etiam in re certa inſtituti:Corn.conſil.297.colum.penult. verſi. & ſi dicatur. lib. 4. ſimpliciter tenet Bald.in l.fin.colum.fina.verſ. ſi autem dico, C.de ſacroſanct.eccl.eſt.Commun.Opi.Soc.Iun.conſi. 121. nume. 18. ſequen. lib. primo, quando maximè eſt ſubſtitutus alius filius teſtatoris, ſecùs eſſet in extraneo ſubſtituto.Gui.Pa.in q. 522. Teſtator habens, & quando eſt facta per verba merè directa:Bero.conſi.124.nu. 27.& Alex.conſil.45.lib.primo, & quando adiecta ſunt verba,Si in pupillari ætate deceſſerit, plenè Socin.Iun. conſi.95.num.11.& ſequ. & conſi. 121. nume. 15. & præceden.& ſequ.lib.primo.& Bald.conſi. 170.Pater inſtituit.lib.primo, vbi intelligit, hoc procedere, dummodo ſubſtitutus in re certa non habeat alium ſubſtitutum pupillo vniuerſaliter verbis ciuilibus: quia tunc haberetur loco legatarij,& deberet hoc legatum habere à cohærede vniuerſali: ſecus eſſet, ſi dixiſſet ſimpliciter, Subſtituo, quia fideicommiſſaria eſſet, etiamſi conditionem adieciſſet, ſi in pupillari ætate deceſſiſſet, vt ibi per eum,& in conſi.110.Subſtitutio.& conſil.121. Proponitur nume.3.lib.5. vbi etiam declarat, hoc habere locum in pupillo inſtituto, in re certa, cui facta ſit ſubſtitutio in eadem re: ſecùs eſt in pupillo vniuerſaliter inſtituto, cui facta ſit ſubſtituto in re aliena certa: quia alio non dato conſubſtituto in re certa,ſubſtitutus ſuccederet in totum, per l.cohæredi.§.fi.de vulg.idem, quòd ſit pupillaris in re certa, facta per verbum commune admixto directo. In qua hæredem mihi inſtituo. Calder.conſil.16. teſtator his verbis. tit. de teſta. ponit, Gualden.de arte teſtan.tit.5.de ſubſtit.cap.11. nume. 2. & cau. 6. num. 4. eo. tit. idem in ſubſtitutione ſimpliciter facta pupillo inſtituto, etiam in re certa.Alexand. conſi.45.ſub nume.15.ver.vbi verò ſit ſimpliciter. libr. primo, tunc prædict. text. in dict. cap. ſi pater, & Ripa in dict.l.Centurio.ſub num.154. verſ. limita quarto.Socin.conſil.117.colum.fina. verſic. aliquando & quinto, lib.4. vbi magiſtraliter declarat materiam propoſitam,
73 & referam breuiter, † Subſtitutio in re certa per verba naturaliter obliqua, vt, Relinquo, non directa eſt,per
74 l. cogi.§.& generaliter, ad Trebel. † Subſtitutio in re certa ſine temporis diſtributione, quandocunque, putà,deceſſerit in pupillari ætate,per verba directa ciuilia infra pupillaris ætatis tempora inducitur directa pupillaris: d.l. cohæredi.§.fin. Socin.Iun.conſi.95. nume. 2. lib. primo, ſubſtitutio in re certa ſine temporis diſtributione per verba communia vel directa, non ciuilia, non eſt directa, ſed fideicommiſſaria: Bart.in d.l.Centurio.nume.34.Alex.dicit.conſi.98.num. ſecundo. libr. 2. Subſtitutio in re certa per verba communia. Subſtituo, vel decedat,etiam ſub conditione, Si deceſſerit in ætate pupillari, non directa iudicatur, ſed fideicommiſſaria ex intentione Bart. & aliorum in dict. l. Centurio, ibi Ripa num.136.& 153.verſi. vltimo amplia, in conſulendo, & iudicando hanc opinionem ſuſtentabilem,& bonis auctoritatibus roboratam,dicit tamen ſuper ea, datis contrarijs, cogitandum præmonet Socin. Iun.ibidem, num.288.& tenet Corn.conſi.47. colum.
75 penul.& conſi.94.colum.ſecunda lib. primo † de ſubſtitutione diuerſimodè facta pupillo de pluribus, vno, per verba obliqua, vel communia,vel directa in re certa,alio, per verba ſimilia in reliquo bonorũ reſpectiue, vide ſeptem concluſiones per Zaſi.d.tract.de ſubſtit. c. 5.num.29.cum ſequen.& per Socin.conſi. 117. latè tractantem in 4.volum.ſupra alleg. quòd ſi pupillaris, capiens vniuerſa pupilli, latè diſcutit Socin.Iun.d. conſi.
76 95.lib.primo.† Subſtitutio in re certa, facta ſimpliciter per verba communia infra tempora pupillaris ætatis reputatur directa, vt modò dictum eſt per dict.c. ſi pater.ſubſtitutio in re certa per verba communia cum diſtributione temporum, Si in pupillari ætate vel poſtea, quandocunque deceſſerit, interpretatur pupillaris infra tempora iſtius ætatis,ſecundum Ang.conſi.148.Dominus Quiricus.colum.fin.& Socin.dict.conſi. 117. col. fin. lib.4.licet hoc vltimum ponat ſubdubio.Ripa in d. l.Centurio.num.153.154.& plenè ponit Odd.Peruſi. de compen.part.5.de compen.fac.à. paga. in art.3.conclu. 26.fol.163.& ſeq.

77 Vbi autem valet † directa ſubſtitutio pupillaris in re certa, conſequens eſt, quòd idem ſubſtitutus ſolus vniuerſam capiat pupilli hæreditatem ex teſtamento pu-
78 pillari, per l.1.§.ſi ex fundo.ff. de hæred.inſtit.qui §.† Si

ex fundo habet locum in tali ſubſtitutione directa, cum
eadẽ militet ratio, ne pupillus pro parte teſtatus, & pro
parte decedat inteſtatus. d. l. cohæredi. §. fin. & ibi Caſtr.
Alexand. Aret. & Iaſ. & alij probant dicendo illum text.
in d. §. fi. eſſe ſingularem ad hoc, ponit Aym. in conſ. 62.
num. 5. & Pariſ. d. conſi. 59. nume. 9. lib. 2. & Corn. conſi.
35. col. 3. verſ. & ratio illa. lib. 2. & Hier. Zanch. in §. cum
ita, num. 534. l. heredes mei. ff. ad Trebel. ſi verò, vt obli-
quà, & fideicõmiſſaria valeret talis ſubſtitutio vltra rem
certam relictam in reliquo ſuccederent pupillo venien
tes ab inteſtato: Bal. conſi. 223. ſubſtitutio. & conſi. 296.
præmittendum eſt, ad fin. lib. 4.

79 Omnis denique tunc ceſſat interpretatio † pupilla-
ris, cum inuentum eſt, eam non apparere factam in
teſtamento, vel defectã eſſe, aliquo non extante, ex octo
requiſitis ad eam, per Bart. & ali. in d. l. 2. de vulg. vel ex-
tinctam & expiratam modis traditis, per gloſ. Bartol. &
& ali. in l. in pupillari, eo. & gloſ. & doct. in §. qua ratio-
ne. inſtit. de pupil. & per omnes tractantes in cap. de pu
pillari. in car. fin. ad quos circa hæc, cum expedierit vi-
dere gratia breuitatis aditus habeatur, congrua fiet ite-
rum mentio de ipſa directa pupillari infra ad recipro-
cam, & compendioſam, prout etiam de vulgari.

## ¶ *SVMMARIVM.*

*1 Subſtitutio directæ exemplaris connumeratur inter alias ſpecies directæ ſubſtitutionis, quæ quomodo cognoſci poßit, eſto, quòd raro in teſtamentis facta reperiatur, & de ea rara conſilia ſint doctorum, vti materia parùm vſitata, ſicut ſunt legata libertatum.*

*2 Subſtitutio exemplaris, vt cognoſci poßit, quatuor ſunt inſpicienda.*

*Perſona teſtantis.*

*Perſona inſtituti, & eius cui ſit talis ſubſtitutio.*

*Perſona ſubſtituti.*

*Verba, vel modus ipſius ſubſtitutionis.*

*3 Subſtitutio exemplaris requirit, primo perſonam teſtatoris, vt cognoſci poßit, quid, quale vel fuerit ab eo diſpoſitum, quod declara, vt ibidem.*

*4 Relictum factum à marito vxori, vel à filio matri, ſi vel cùm erit vidua, non ſufficit eſſe viduam, niſi in viduitate duret, qualitate teſtatoris inſpecta, adeo vt filio teſtanti fieret iniuria, per ſecundas nuptias legatariæ.*

*5 Teſtator inſtituens filios, ſi pater eſt, non veniunt fœminæ, ſi extraneus, veniunt & maſculi & fœminæ, ſtante ſtatuto excludente à ſucceßione patris fœminas propter maſculos.*

*6 Subſtitutio exemplaris vt valeat, oportet teſtatorem, vel teſtatricem eſſe de aſcendentib. maſculis vel fœminis, & quibus ſubſtituitur, ſint filij, filiæ, nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, ſicq; ratione correlationis teſtantes debent eſſe pater, vel mater, auus vel auia, proauus, proauia, tam ex patris quàm matris aſcendentia, & de nomine, Parentibus, aſſumendo vſque ad tritauum, & quomodo ſecundum vulgares accipiatur, & de quibus intelligatur.*

*Quid ſi ſint viles, abiectæ & prodigæ perſonæ: & de hoc latè, ibidem.*

*7 Filij vſque ad pronepotes cuiuſcunque ſexus, debent à parentibus inſtitui, ſaltem in legitima.*

*8 Subſtitutio exemplaris ſit filijs perpetuò, tamen mente captis.*

*Vel furioſis.*

*Et eſt Communis Opin.*

*Vel ſurdis in totum.*

*Et mutis, qui verè nequeunt teſtari.*

*Vel prodigis, prohibitis teſtari.*

*Quid de fatuis, quòd non, cum poßint teſtari, & tãdem quibus fieri poßit, ibidem.*

*Quid de minore 25. annis à ſtatuto prohibito teſtari, & quòd prodigo æquiparetur, & an ei in q. d. ſtatuti à patre poßit fieri talis ſubſtitutio in bonis ab eo relictis, & ad materiam vide latiùs ibidem, & an ei pupillaris poßit fieri. ibidem habetur, & ſub nume. ſeq.*

*9 Probatio quomodo fiat de mente non ſana, & intellectu non ſano.*

*10 Subſtitutio exemplaris fit à parentibus filijs inſtitutis ſaltem in legitima, & debent eſſe tales, quibus debeatur, vt legitimi & naturales, vt legitimati, non naturales tantum.*

*Et eſt magis Communis Opin.*

*Fallit in matre non illuſtri: quia debet legitimam ei relinquere, non tamen nato & damnato coitu.*

*Et eſt pro forma exemplariæ ſubſtitutionis, vt quibus ſit, relinquatur legitima: & vide ibidem latiùs de materia, cum num. ſeq. nonnullis.*

*11 Intellectus leg. humanitatis, C. de impub. & ali. ſubſtit.*

*12 Filius naturalis ſuccedit matri non illuſtri.*

*13 Subſtitutio exemplaris, facta mente captis à parentibus inſtitutis in legitima, operatur, ne detur querela contra teſtamentum eius inſtitutis primo in legitima; cum non reputetur grauamen, ſed prouiſio.*

*Nec datur fratribus eius, cui facta eſt ſubſtitutio.*

*Nec matri, nec patruis, & quare, adeo vt per exemplariam mater excluditur, eſtq; Communis Opinionis & quare, & quomodo ſit adinſtar pupillaris, ibidem late.*

*14 Subſtitutio exemplaris non poteſt fieri de omnibus perſonis ipſis mente captis vel furioſis, nam fratres primo illis à communi parente debent ſubſtitui, nulla ſexus differentia habita, cum & contineantur ſorores, quibus deficientibus, alij poſſunt ſubſtitui, & quid, ſi non ſit parens communis, & fratre à communi parente non ſubſtituto, licet alias rumpatur teſtamentum per eum, & totum aduocat, non partem, & qui tandem in exemplari ſubſtitui poßint, ibidem declaratur.*

*15 Subſtitutio exemplaris an valeat pro alio non fratre ſubſtituto, puta à patruo cum ſorore vel fratre ſubſtituto mẽte capto, cum ſorores ab inteſtato per ſtatutum ſuccedere debent, & quòd non valeat, ſed quòd ſoror ſola totum habere debeat, cum ex forma ſubſtantiali, exemplaris ſit, vt ita neceſſariò ſubſtituantur fratres & ſorores, ſicut filij, furioſi ipſius, & in totum, & vt hæc materia latißimè diſcutitur ibidem, cum numeris ſequentibus.*

*Et in quo d. ſubſtitutio ſit ad exemplum pupillaris, ibidem, & quid hac materia, conſideretur.*

*16 Verbum, Oportet, in materia, neceſſario importat præciſam neceßitatem.*

*17 Dictio, etiam, inter alias copulatiuas pro copulatiua ponitur: nam implicat & copulat ſenſum eundem in facto, & in Iure, & quòd ſit aduerſatiua cum copula, & denotat idem ius.*

*Et quando etiam aduerſatiua præcedentibus aduerſaretur in facto & in iure inducere tamen repetitionem, etiam præcedentium qualitatum.*

*18 Teſtator apponens aliquam conditionem vel onus filijs, vel fratribus, vel ſororibus, furioſi filij ipſius teſtatoris exemplariter ſubſtitutis, vti quid contra legem reijcitur, & non valet, vbi ſ. poteſt apparere, teſtatorem voluiſſe facere exemplariam declarando, vt ibidem legitur.*

*Subſtitutio exemplaris reſpicit verba vel modum ipſius ſubſtitutionis, & quæ ſint verba, vide verbum, Verba concipiendi.*

*19 Verba concipiendi exemplarem ſubſtitutionem, pro ea cognoſcenda poſſunt eſſe indiuidua.*

*Vel ſingularia.*

*Et ſpecialia.*

*Et generalia, quoad defectum teſtandi.*

*Et directa vel cõmunia, quoad formulã diſponendi: quæ omnia quomodo exemplificãtur, vide clarè ibid. declarata.*

*Et conſequenter, qualis ſit expreßio verborum, exemplaria dicitur expreſſa tacita, partim expreſſa, partim tacita, & quando ſuper tacita non ſit exemplaris, ſed fideicommiſſaria, ibidem latiùs per exempla declaratur.*



## ¶ SOLVTIO VII.

1 EXEMPLARIS † nuncupata, vel exem-
plaria ſubſtitutio ſequitur alias ſpecies di-
rectæ ſubſtitutionis, quæ pariter ex his co-
gnoſcitur, quæ quidem & ipſa requiſita ad
eam conficiendam, vbi in teſtamento in-
terueniſſe conſpiciantur. arg. l. non codicillum, cum ibi
not. per Bald. nume. 3. & per ali. C. de teſtam. quanuis ra-
ra teſtamenta legantur, in quibus reperiatur facta hæc
exemplaria ſubſtitutio: poſſum equidem verè dicere, me
hucuſque nullum legiſſe teſtamentum, in quo ſubſtitu-
tionem talem appoſitam viderim, raraq; leguntur re-
ſponſa, ſeu conſilia doctorum ſuper hac ſubſtitutionis
ſpecie, etiam in magna copia librorum doctorum, con-
ſulentium hodie in lucem editorum, vt ſic etiam mate-
riam in hanc parum vſitatam, nullumq; teſtamentum
legiſſe continens hanc ſubſtitutionem, dicit Pa. Leon.
in ſuo tract. de ſubſtitu. in c. exemplaris. in fin. ſicut etiã
circa legata libertatum nullam vnquam in practica cau
ſam vidiſſe, dicit Hier. Cagno. in §. quarta. in princ. l.
Papin. ff. de inoff. teſta. tamen vt propoſitum cognitio-
nis directarum ſubſtitutionum ordinem proſequar, non
tractando materiam exemplaris, ſed Lectorem in oc-
currentijs potius lectionum ſcholaſticarum, quàm vſus
practici, remittendo ad eam plenè pertractatam per an
tiqu. & Moder. & Legiſtas, in l. ex facto, de vulga. & pu-
pill. in l. humanitatis. C. de impub. & ali. ſubſtit. in §. qua
ratione. Inſtitut. de pupilla. & Canoniſtas in cap. Raynu
tius. de teſta. in c. 1. eo. lib. 6. & per omnes in tracta. ſubſti
tut. tit. vel c. de exemplari breuiter pro cognitione tan-
tùm directè exẽplaris ſubſtitutionis dicam, quatuor in-
ſpicienda fore.

2 Primum † perſonam teſtantis.

Secundum inſtituti, & eius, cui fit talis ſubſtitutio.

Tertium perſonam ſubſtituti.

Quartum & vltimum, verba, vel modum ipſius ſub-
ſtitutionis.

3 Primum † generale eſt, & valde opportunum videre
de perſona, & qualitate teſtantis ad interpretandum
cognoſcendúmve, quid, quale fuerit ab eo diſpoſitum:
vt l. cum de lanionis. §. primo. de fun. inſtr. l. pen. in
princ. de aur. & arg. gloſſ. fin. in l. fin. ff. de iure delib.
Aret. poſt Ang. in l. in ſubſtitutione, colum. ſecũda. verſ.
4 extra gloſ. de vulg. & pupilla. in † queſtione relicti facti
à marito vxori, vel à filio matri, ſi vel cum erit vidua,
non ſufficere, eſſe viduam, niſi duret in viduitate, qua-
litate teſtatoris inſpecta, quia contriſtaretur anima viri
teſtantis vel filio teſtanti fieret iniuria per ſecundas nu
ptias legatariæ: & Socin. conſi. 33. colum. ſecunda, num.
4. li. 4. vbi poſt Petr. Ancha. in l. tres patres. ff. de pact.
ſtante ſtatuto excludente à ſucceſſione patris fœminas
propter maſculos, cùm teſtator inſtituerit filios: Si pa-
ter eſt, non veniunt fœminæ: ſi verò extraneus eſt te-
5 ſtator, veniunt maſculi & fœminæ, † hoc facit inſpectio
qualitatis teſtatoris, firmatur ex alleg. à Pariſ. conſi. 78.
colum. 4. num. 19. lib. 2. & Socin. Iun. conſi. 140. nume.
9. libr. 1. & à Corſet. in ſing. ſub verbo, conditio perſo-
næ, vt alibi diximus, qualitas enim perſonarum valde
differt: Bald. in d. l. humanitatis, colum. 2. in 4. oppo.
6 nume. 14. † vt exemplaria igitur intelligitur facta, opor
tet primum teſtatorem eſſe de aſcendentibus maſculis,
vel fœminis, quorum inſtituendi, & quibus ſubſtitui-
tur ſint filij, filiæ, nepotes, neptes, pronepotes, pro-
neptes: d. l. humanitatis, & d. §. qua ratione. horum ergo
correlatiuorum ratione, teſtator vel teſtatrix debet
eſſe, pater vel mater, auus vel auia, proauus vel pro-
auia, tam ex patris, quàm matris aſcendentia, ſecun-
dùm declarationem Iuriſcon. in l. Iuriſconſultus. §. ſe-
cundo gradu. degradi. affini. talis enim debet eſſe teſta-
tor, vel teſtatrix, licet per alios, quos legerim, non
videam ita expreſſum, niſi per Saly. in dict. l. hu-
manitatis, nume. 19. fortè tamen omiſſum, vti intel-
lectum, vigore correlatiuorum, vt dixi, ex quo quidem
nomine correlatiuo, præſertim vltimo illo ſ. pronepo-
tes, proneptes, reſtringitur nomen hoc parentibus ex-
preſſum: in d. l. humanitatis. nominatum vſq; ad tri-
tauum: d. l. Iuriſconſultus. §. parentes, vt comprehen-
datur vſque ad proauum: alia diuerſa generali de cæte-
ris aſcendentibus locutione facta, per Paul. Leon. non
obſtante, & per eum ſcripta in d. tract. de ſubſtitu. c.
exemplaris. num. 45. quia correlatiuum, pronepotes ma
gis ſpeciale, quàm correlatiuum parentes hoc reſtrin-
git ad ſuam correlationẽ, per reg. Generi per ſpeciem,
de reg. iu. in 6. cum vulg. quanuis id parui ſit momen-
ti: quia raro inueniuntur vlteriores aſcendentes, & de-
ſcendentes, licet vulgares accipiant parentes quomo-
docunque ſint coniuncti. Alexand. conſi. 221. colum. pe-
nult. nume. 4. lib. 6. intelligitur ſanè de parentibus ha-
bilibus ad teſtandum, ne primò ad inuicem teſtari pro
hibeantur ratione patriæ poteſtatis, per l. qui in poteſta
te. ff. de teſta. vt ponit Ripa in dict. l. ex facto nume. 100.
verſic. aduerte diligenter, neque teſtatori prohibean-
tur tetione interdictæ adminiſtrationis. iux. terminos.
l. is, cui bonis. de verb. oblig. & l. is cui lege. ff. de teſtam.
tales denique eſſe debent parentes, vt ſibi poſſint teſta
ri, & eorum teſtamentum valeat, vt probatur per d. l.
humanitatis Bald. ibi nume. 33. verſic. ſecundo habet.
Bened. Capra tract. reg. Commun. Opin. & de ſuſtitut.
in 3. ſpecie exemplaris. nume. 57. & ſeq. Pa. Leo. d. tract.
& cap. exemplaris. nume. 81. Odd. Peruſi. tract. de com-
pendi. in prælud. part. 4. de exemplari, in q. 4. verſic. ſex-
tum requiſitum, nunquid ſi parentes ſint viles & abie-
cti, inhoneſtę & prodigæ perſonę, poſſint facere exem
plarem, diffusè tradunt Barto. Imo. Alexand. Aret. Iaſ. &
Ripa in dict. l. ex facto. Vaſqui. tract. de ſucceſ. progr.
lib. ſecundo, §. 17. de exemplari nume. 90. & ſequent.
idem & de matre, tranſeunte ad ſecundas nuptias, &
per Odd. Peruſi. d. part. 4. in q. 6. & Pau. Leon. d. cap. exẽ
plaris, num. 48. & ſeq. & Boër. in. deciſ. 188. & in his locis
habetur de parentibus gradus diuerſi, & diſparis, & de
ſubſtitutis diuerſis datis ab eis, & per Capr. in d. 3. ſpecie
num. 123. & ſeq. & Alber. de Roſa. in l. precibus. num. 80.
C. de impub. vnde ſi deficit, quòd teſtator non ſit talis
de aſcendentibus: omnis quoque circa exemplarem ceſ
ſat interpretatio.

Secundum eſt, quod inſpici debet, & iam dictum eſt,
7 quòd † filij vſque ad pronepotes, cuiuſcunque ſextus,
debent eſſe à parentibus inſtituti ſaltem in legitima,
8 † & quibus fieri valet hæc exemplaria ſubſtitutio, ſi ita
tamen ſint mentecapti perpetuò, d. l. humanitatis. & d.
§. ratione, vel furioſi, dict. l. ex facto, Bald. in dict. l. hu-
manitatis. nume. 15. Commun. Opin. Vaſq. de ſucceſ.
progreſ. §. 17. nume. 75. libr. ſecundo, vel ſurdi in to-
tum & muti, qui verè nequeant teſtari. l. diſcertis. C.
qui teſtam. fa. poſ. vel prodigi ob prodigalitatem, pro-
hibiti adminiſtrare bona, & conſequenter teſtari: l. is,
cui lege. ſup. alleg. ff. de teſta. his demum liberis fieri po-
teſt hæc exemplaria ſubſtitutio, qui teſtamentum face-
re non poſſunt, defectu non ſanę mentis, non ſani intel
lectus colligendo ex d. l. facto. & dict. l. humanitatis, &
dict. §. qua ratione. id omnes ibi tradũt, & ponunt Pual.
Lolit. de tract. de ſubſtitu. de exemplari ſubſtit. nu-
me. 20. & ſeq. in 7. quæſt. & Zaſi. d. tract. de exemplari.
nu. 3. & Bened. Capra. d. tract. reg. & Commun. Opin.
&

& ſubſti.ad tertiam partem ſubſtit. videlicet exempla-
rem. nume. 41.& ſequent.per totum illud tertium re-
quiſitum , & Pa.Leon. d, cap. exemplaris. in 11. quæſt.
nume. 67.Anto. Gomez. in ſuo Comment, Iu. tom. 1.
cap.6.de ſubſtit.exemplari.num. 1, & ſequent. & Odd.
9 Peruſ.d.par.4. in 7. queſt.quomodo † autem proban-
dum ſit de mente non ſana,de non ſano intellectu ho-
minis,plenè dictum eſſe arbitror, ſupra,lib. præced. in-
terpre.1.ſolut.4.incip.habilis.vbi & ver.quarto dictum,
de fatuo habetur,quòd poſſit teſtari, & propter id ei nõ
poſſe exemplarem fieri omnes proximè allegati tenent,
diſtinguendo ſecundum Rip.in d. l. ex facto.nume. 72.
vbi in fin.generalem concluſionem facit , exemplarem
fieri poſſe omnibus impeditis teſtari,propter defectum
naturalem , inter Commun. Opiniones ponit Ema.
Soarez.in Theſau.recept. ſent. verſic. ſubſtitutio quaſi.
nume.229.& Vaſqui,d.§.17.nume.100.ampliatur idem
in minore 25.annis per ſtatutum prohibito teſtari , in-
ducens quandam bonorum interdictionem ſpecialem,
vti prodigo,ne poſſit teſtari , poſſe exemplariter ſubſti-
tui,ſecundum Bart.in d.l.ſecunda.in princip.num.5. de
vulga. & pupill. ſe remittendo ad dict. l. ex facto. & ibi
ſub num.28.verſ.in prodigo verò ſequendo Rayn. pro-
bat poſſe prodigo exemplariter ſubſtitui;quia non pro-
cedit prodigalitas,niſi ex quadam dementia : Cuma.in
d.l.2.col.2.verſ.Bar.tamen eum ſimpliciter refert Alex.
in d.l.ex facto,num.41.refert & ſequitur Bar. in hoc di-
cto,& in eo, quòd tenet, in prodigo poſſe exemplariter
ſubſtitui, dicit, cum eo eſſe Commun.opin.quam Bart.
opin.& ipſe ibi tenet.Iaſ.in d.l.2.num.18.refert Bart.in
hoc dicto,de exemplari nihil dicendo,de pupillari pro-
ſequitur, & ibi Ripa nume.17.18.nihil de exemplari , in
pupillari autem relatis opin. & rationibus hinc inde te-
net contra Barto.ſtando dicto ſtatuto,poſſe adulto pro-
hibito teſtari ſubſtitui pupillariter , & ibi Socin.ſtante
eodem ſtatuto , in col.4.de exemplari remittit ſe , vt in
d.l.ex facto,de pupillari verò dicit, eam non poſſe fieri,
ſecundùm Bart.opi.& Com.caue ab allegatione. Vaſq.
d.tract.de ſucceſ.progreſſu,lib.2.§.14.num.38.dicentis,
dict.ſtatuto ſtante circa exemplarem opi.Bart.eſſe com
mu.ſecundùm Ripam in d.l.2.nume.17.& alios ibi per
eum allega.quia iſti non de exemplari , ſed de pupillari
loquuntur , licet & in exemplari in quæſtione d. ſtatuti,
opin.Barto.poſſit dici Com.cum omnes tranſeant cum
eo , & clarius in ſua ratione minoris per dictum ſtatu-
tum ſic teſtari prohibiti æquiparati prodigo,cui , vt di-
xi,poteſt ſubſtitui exemplariter, ſecundum opin.Barto.
in d.l.ex facto. quam ibi Ripa nume.80.Commu. dicit,
& comprobat , ponit Odd.Peruſ.in dicta quæſt.7.addo
Angel.Aret.in tracta.de teſtam.in glo 85.colum.ſecun-
da.nume.7.qui in quæſtione dicti ſtatuti cum Barto.te-
net , exemplarem poſſe fieri tali minori à patre in bo-
nis ab eo relictis & eo modo,vt dicitur in dicta l.huma-
nitatis.

10 Item ex eo, quod dictum eſt,eos,quibus fit huiuſmo-
di exemplaria , deberi inſtitutos eſſe à parentibus ſal-
tem in legitima , per d.l.humanitatis conſtat eſſe legi-
timos , & naturales liberos , vel legitimatos , quibus
debetur legitima,& non naturales tantùm , quibus ſal-
tem à patre non debetur legitima, vt reiecta opin.Bar-
tol.& ſequacium,in d.l.ex facto.& Pa.Leon.in dicto c.
exemplaris.nume.28.& ſequen.ſequendo opin.Angel.
& Imo.putat hanc veriorem Alexan.in dicta l.ex facto.
ſub num.27.hunc & Cuma.& Aret.referendo eandem
opin.tenendam dicit,& comprobat Iaſ.ibi nume.20.&
ibidem hanc opin.magis commun.dicit , & tenet Rip.
num.57.58.exceptuando quo ad matrem non illuſtrem
naturalem natum non ex damnato coitu , iſtam eſſe
commun.ſententiam tenet Zaſi.dict.tracta.ſubſtitu.de
ſubſtitut.exemplari.ſub nume. 4.idem probat Bened.
Capra in d 3.ſpecie ſubſtitu. exempla.nume.35.& ſeq.
ita doct.communiter tenere probat Ant.Gomez d.c.6.
de ſubſtit.exempla,num.6.ver,quæro tamen,relatis au-
thor,hinc inde hanc opin.vti veriorem latè comprobat
Vaſq.d.§.17.num.10.& ſeq,quam ego quoque non mi-
nus communiorem , quàm veriorem , & tenendam pu-
11 to,vt vltra alios,quos viderim, ſic probo † verba diſpo-
ſitiua principalia text.d.l.humanitatis.ibi, liceat iiſdem
parentibus legitima portione ei vel eis relicta,quos vo-
luerũt his ſubſtituere, exprimunt legitimam portionem
his,quib.facieda eſt ſubſtitutio, relictam per ablatiuum
abſolutum,qui tripliciter ponitur ; in vim ſuppoſiti : in
vim cauſæ finalis : & in vim conditionis,declarat Bal.in
lib.1.col.1.verſi.eſt ergo ſenſus.C.quando non pet.part.
refert Iaſ.in rubr.ſub nume.2.ſol.matrim.& in l.ab em-
ptione, col.2.ff.de pact. primùm de ſuppoſito legis id
debet verificari,vt ſortiatur effectum diſpoſitio, Glo.in
verſic.Aduocandum,Salyc.Fulgoſ.& Caſtr.in l.manci-
pia.C.de ſeru.fugit.comprobat Soc.conſ.55.col.2.verſi.
quoniam iſta,lib.primo.Deci.conſil.519.colum.penult.
verſic.ſecundo.& Feli.in cap.nonnulli.car.penult.verſ.
amplia iſta.de reſcript.facit tex.in l.prima.§.ſimili mo-
do.ff.de eo , qui pro tu.Aliud de cauſa finali intelligen-
dum eſt , quòd ea poſita ineſſe , ponitur ineſſe voluntas
diſponentis , & ea ceſſante , conſenſus ceſſat.Bald.in d.
l.prima. colum.1. verſicu.item poni poſſunt. cap. cum
ceſſante.& ibi Gloſ.& Canon.de appel.cum vulga.de-
inde per ablatiuum abſolutum vis eſt conditionis ex-
preſſæ.Barto.in l.1.colum.fina.de condit.& demonſtra-
tio, refert.Dec.conſi.63.columna ſecunda.conſ.89.col.
2.cum ſimil.quæ conditio poſita per legem , nunquam
continet leuem ſolennitatem , ſed neceſſariam, quòd
exiſtat , argum.l.poteſt. in princip.ff.de collatio.bonor.
dicit Bald.in auth.de matri & auiæ.ſub num.3.C.quan-
do mul.of.tut.ponit Feli.in cap.cum dilecta.col.7.verſ.
ſecundum ſignum.de reſcript.Afflict.deciſ.355.nume.
Aymo conſi.265.ante num.6. Tiraq.de retract.tit.1.§.1.
gloſ.21.num.13.& debet ipſa conditio prima purificari,
dicit Cald.conſi.444.rub.de verb.ſignifi. ex quib.con-
ſtat pro forma dictæ exemplariæ ſubſtitutionis oporte-
re relinquere legitimam portionem his , quibus fit ſub-
ſtitutio:ergo neceſſe eſt intelligi relictam à teſtatore , à
quo , & filio,cui debetur legitima, non deberetur à pa-
tre filio naturali.l.2.& l.humanitatis.C.de natu. liber.&
gloſ.in verſ.Naturales.in l. prima.in princip.ff. de bon.
poſſ.contra tab.ita conſequentia , vel concluſio hîc fir-
ma remanet,vt talia ſint ſubiecta, qualia prædicata de-
monſtrant : l. 3. in princip. de fun. inſtruc. cum ſimil.
12 Hoc in patre,vt dictum eſt,locum habet;†in matre ve-
rò non illuſtri,ſecùs eſt, quia ei ſuccedit filius naturalis.
§.nouiſſimè. Inſtit.ad Orfic.vt tenent allega.ſupra pro
hac parte,ita ſimiliter ipſa mater teneretur ſeruare for-
mam d.l.humanitatis,& relinquere legitimam filio na-
turali , cui vellet exemplariter ſubſtituere : congrua
verborum dict.l.humanitatis. relatione etiam ad eam
facta:Angel.in l.fina.C.de fideicommiſſ.& in l.prima.§.
dolum.in fin.ff.de dolo.& cap.cum dilectus. & ibi Car.
& Abb.not.de conſuetu.& Iaſ.in l.contra maiores.col.
2.ver.alibi tamen.C.de inoffic.teſtam.& alibi dixi.Hæc
autem diſpoſita neceſſariò ex ſuppoſito legis, ex cauſa
finali,ex forma inducta per conditionẽ,vt probaui,non
poſſunt egredi perſonas comprehenſas in d.l.humani-
tatis.etiamſi ad alias perſonas humanitatis & pietatis
cauſa ita ſe haberet : quia lex de vna perſona loquens,
non ſe extendit ad aliam:Bartol.in l.omnes populi. col.
antepen.num.63.de iuſt.& iur.Bal.in l.ſi quis.§.certum.
ad fin.C.de ſecund.nupt.in ſecunda lect.Tiraq.in l.ſi
vnquam.verſic.libertis.nume.28.de reuoc.donat.vt la-
tiùs etiam alibi diximus , & in ſpecie Bald.in d.l.huma-
nitatis.num.43.

Nec



Nec intellectum iſtum turbat,nec alio trahendus eſt
ſenſus d.l.ibi.vt occaſione huiuſmodi ſubſtitutionis ad
exemplum pupillaris querela nulla contra teſtamẽtum
eorum oriatur , &c. quia verè huc tendit, cum duo , vel
plures fuerint mente capti, dat formam Imperator eos
inſtituendi in legitima,& poſteà eis,quos voluerit teſta-
tor,ſubſtituendi licentiam præbet.Hæc duo,quòd ſub-
ſtitutio ſit facta mente captis in legitima,quod videba-
tur eſſe grauamen,l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.
13 teſtam.alterum,quòd pluribus † mentecaptis exiſtenti-
bus liberis,alij,quos teſtator voluerit, ſubſtituti ſint, fa-
ciunt , quòd contra eius teſtamentum non datur primo
querela inſtitutis in legitima , cùm hæc ſubſtitutio eis
non ſit grauamen,ſed prouiſio.l.ex tribus.C.eod. ſecun
dum gloſ.in verſi.pupillaris.in d.l.humanitatis.nec de-
inde datur fratribus eius , cui facta eſt ſubſtitutio , nec
matri,nec patruis:quia parens fecit teſtamentũ , & men
tecapti teſtamentum reputatur : vt de ſubſtitutione pu-
pillari diſponitur,per l.Papinianus.§.ſed nec impuber.
ff.de inof.teſta.adeò , quòd per exemplariam mater ex-
cluditur,ſecundùm Com.opin.Dec.in d.l.humanitatis.
col.pen.num.9.& in hoc vno ſubſtitutio iſta facta mẽte
captis , ad exemplum pupillaris facta eſt reſpectu dene-
gandæ querelæ,vt clarè diſponitur in d.l.humanitatis.in
hoc altero etiam facta ad exẽplum pupillaris reperitur
reſpectu finis,qui ſit cum mentecaptus reſipuerit , ſicut
finis eſt pupillaris,cum pupillus adoleuerit : vt clarè di-
ſponitur in d.§.qua ratione , vnde cum in duobus, de
exemplificatione, & æquiparatione harum ſubſtitutio-
num,habeamus claram legum diſpoſitionem,in cæteris
fruſtratoria,& imaginaria videtur communis,alia varia
& longa diſcuſſio de conuenientia,vel difformitate ea-
rundem ſubſtitutionum , facta per docto.in lectu.dicta-
rum legum , ex facto,& humanitatis , & in ſpecialibus
tract.de exemplari, à quorum tamen docto.determina-
tionibus communibus , amplificantibus ipſam materiã
exẽplaris,ego ſolus non diſcedo, ſed magis legibus ipſis
adhæreo. Circa autem qualitates impedimenti , ad te-
ſtandum in eo, cui exemplariter ſubſtituitur de tempo-
re & perſeuerãtia earum,breuitatis gratia , & quia nihil
eſſet addendum, remiſſio fit ad Doctores in d.lecturis,
& tractatibus:quare ſecunda hæc inſpectio , ſi talis non
inuenitur ,qualis ſupra oſtenſa eſt , deficit exemplaria,
& omnis ſua interpretatio.

14 Tertium eſt animaduertendum circa perſonã † ſub-
ſtituti:quia non omnes perſonæ poſſunt mẽtecaptis,vel
furioſis ſubſtitui , vt patet ex d.l.humanitatis, vt etiam
aliàs in perſonas certas ex cauſis mouentibus legiſlato-
rem teſtandi facultas reſtricta eſt.l.ſi quis inceſti.§.te-
ſtandi.cum ſigna.ibi in gloſ.C.de inceſt.nupt.Sed filij ſa
pientes ſic teſtari impediti & inſtituti,vt dictum eſt, de-
bent eſſe ſubſtituti,vel vnus alijs in re certa inſtitutis,cę
teriſque teſtamenti ſolennitatibus ſeruatis , his verò nõ
exiſtentibus, fratres ipſius impediti teſtari, oportet eſſe
ſubſtitutos,vel vnum,nulla ſexus differẽtia habita , quia
continentur & ſorores Dec.in d.l.humanitatis.col.fin.
num.2.Ripa in d.l.ex facto.num.92.Caſt.conſil.232. ſu-
per primo dubio, col.1.lib.2.omnibus iſtis non extanti-
bus,quilibet alius poteſt eſſe ſubſtitutus , perſæpè alleg.
l.humanitatis.declarant ibi Salyc.nume.27.& ſeq.poſt
alios Ripa in d.l.ex facto.num.44.cum ſeq.Poli.in d.c.
de exemplari , nu.21.Capra.in d.tertia ſpecie ſubſtitut.
exempla.num.84.& ſeq.Pa.Leon.d.c.exemplaris.num.
63.Odd.Peruſ.in dicta quarta part.in q.8.& fratres ne-
ceſſariò ſunt ſubſtituendi à parente communi ipſorum
ſubſtitutorum, & eius mente capti, cui ſubſtituuntur.d.
l.humanitatis,ibi.ſi verò etiam alij liberi teſtatori,vel te
ſtatrici ſint ſapientes, &c. Si verò ſint tantum fratres ex
alio parente non teſtante, hi non neceſſariò, ſed vt qui-
libet alij poſſunt ſubſtitui:Sal.in d.l.humanitatis.nu.30.
ſentit Bar.& alij communiter ſequuntur in d.l.ex facto.
nu.32.& ſi frater ex communi parente teſtante non ſit
ſubſtitutus,ſed alius,nõ valet ſubſtitutio, vt exemplaris,
Ang.de Periglis conſi.134.num.2.inter conſ.vltim.vol.
ſuper eodem caſu,ita cõſuluit Paul.de Caſt.d.conſ.222.
Super primo numero,ſecundo Repetito , in conſil.vlt.
lib.2.quinimò frater,qui debebat ſubſtitui,alio exiſten-
te,ſubſtitutio in totum rumpit teſtamentum. Alex.in d.
l.ex facto,num.45.verſi.& ibi de vno,& aduocat.totum
& non partem.Salyc.ſub d.nume.30.illi tandem ſunt in
exemplari ſubſtituendi, qui ſunt à lege vocati , Gephal.
conſ.428.num.128.

15 Sed quid, † ſi cum fratre , ſeu ſorore ſubſtituto , vel
ſubſtituta fratri mentecapto fuerit ſubſtitutus alius ex-
traneus , puta, patruus ab inteſtato etiã cum ſorore per
ſtatutum ſuccedere debẽs exemplarem ſubſtitut.etiam
pro alio non fratre,valere, ex facto reſpondit Hierony.
Grat.conſ.133.col.3.in primo dubio.lib.1. Cuius ſenten
tia mihi non placet,quo ad alium,non fratrem ſubſtitu-
tum,puto equidem,ſolam ſororẽ etiam in re certa ſub-
ſtitutam ad totam ſucceſſionem fratris mente capti de-
bere admitti ex ſubſtitutione exemplari. Probo , quòd
ex forma ſubſtantiali ipſius exemplaris de neceſſariò
ſubſtituendis ita eſt frater , & ſoror furioſi ſicut eius fi-
lius , pater : ex d.l.humanitatis.Salyc. ſub nume.29.ibi:
quia hæc lex non neceſſitat niſi in filijs & fratribus , &
nu.40.ibi vnde dico,quòd ſubſtitutus eſt de ſubſtituen-
dis neceſſariò , putà de filijs furioſi , & eius fratribus , &
ſunt verba clara.d.l.humanitatis. in fin.ibi:eandem fieri
ſubſtitutionem,ita eadem exemplaris ſit de filijs, & fra-
16 tribus furioſi per verbum,oportet.†quod in materia ne
ceſſaria importat præciſam neceſſitatem. Bald.in lib.1.
col.2.in princip.de iuſtit.& iur.Barb.conſil.24.num.12.
lib.2.cum ergo de filijs ſit in totum , vt concedit Gra-
tian.d.conſ.134.num.17.ita debet fieri in totum de fra-
trib.aliàs non eſſet eadem,ſed diuerſimodè facta de fra-
tribus ſubſtitutio,non facit aduerſatiua:ſi verò,quia iun
cta eſt cum copula, Etiam, ibi, ſi verò,etiam alij liberi,
17 &c. † quæ dictio , Etiam , inter alias copulatiuas pro
copulatiua ponitur à Firma. in vulga.reper. in verſi.co-
pula.implicat enim , & copulat ſenſum eundem in fa-
cto,& in iure,quem Legiſlator habuit in narratione.d.l.
humanitatis.in princ.ibi:nec alia proles deſcendẽtium
eis ſit. Congruè igitur ſubiungit , & non diuerſificat fa-
ctum,neque ius dicẽdo ibi : ſi verò etiam alij liberi,&c.
ita cõtrarium eius,quod dicit Grat.verius eſt , quòd ad-
uerſatiua eſt,cum copula , Et denotat idem ius , vt poſt
alios declarat Iaſ.in l.1.in prin.col.pen.ver.quintò not.
ff.ne quis eum.& in l.patris & filij.nu.6. de vulg.& pup.
maximè,vt hîc verſi.ſi verò etiam alij. referendus eſt ad
principium legis, ibi, nec alia proles iſto modo impor-
tat idem ius, ſecundùm Rainer.& Alber. & Iaſo.refert,
quando etiam aduerſatiua præcedentibus aduerſaretur
in facto, & in iure, induceret tamẽ repetitionem etiam
præcedentium qualitatum , quod diligenter notandum
mandat Iaſo.in d.l.1.in princ.d.col.pen.verſ.ſed aduer-
te,cum concord.per me alleg.ſup.lib.2.interpret.4.du-
bit.2.ſolut.2.ſub verſ.repetitam.ergo qualitas hæc repe
tita eſſe debet , quòd non liceat parentibus ſubſtituere
alios, quàm fratres furioſi , & ſic in totum,quemadmo-
dum de filijs furioſi dictum procedit , & ipſe Grat.con-
cedit , & debent ſubſtitui, ex vniuerſo dicit Ang. in d.l.
humanitatis.ſupra fin.non valent aliæ eius inductiones,
quòd cum fratrib.poſſint alij ſubſtitui , vt exẽplaris ma-
gis ſit,& contineat ſimilitudinem cum pupillari, in qua
omnes ſubſtituere licet quia hoc prohibere in exẽplari,
& reſtringere ſubſtitutionẽ ad certas perſonas exiſten-
tes filiorum,& fratrum furioſi facit, quòd non ſit ſimilis
cum pupillari, nec cum alijs ſpeciebus ſubſtitutionum:
namque per iura ipſa expreſſum non habemus, vt ante

M dixi,

dixi, quòd ſubſtitutio ſit facta mente capto ad exẽplum pupillaris, niſi reſpectu querelæ prohibitæ in dict. l. humanitatis, & reſpectu finis per reſpiciẽtiam eius, cui fit, ſicut per pubertatẽ pupilli in §. qua ratione. Inſtitut. de pupil. illud etiam, quod in fin. dict. l. humanitatis, dicitur eandem ſubſtitutionẽ, quæ facienda fuiſſet de filijs exiſtentibus furioſi, fieri oportere de eius fratribus, operatur: quòd alij non poſſunt includi in ipſa ſubſtitutione, ſicut de ea facta de filijs omnes concedunt, ſimiliter alia adducta per Grat. de fratre, cui cõpetit querela, & de illo ſubſtituto cum ſorore, qui per ſtatutum ab inteſtato cũ ea ſuccederet, non refragantur, quoniã in hac materia non cõſideratur, an fratri poſſit competere querela, vel non; ita dicit ad literam Alexan. in dict. leg. ex facto. ſub numero 44. quia etiam in hac eadem materia non attẽditur ordo ſuccedendi ab inteſtato, cũ mater poſſet præteriri, & non omnes filij, vel fratres eſſent ſubſtituẽdi, Saly. in dict. leg. humanitatis num. 28. & ibi Alexand. ſub numero 5. in fin. & Dec. colum. pen. ſub num. 9. ver. ſecundò non obſt. & Iaſ. in dict. leg. ex facto. ſub nu. 43. ver. ſecundò & fortiùs. atque etiam ſoror per ſtatutũ excluſa ab inteſtato, ad exẽplarem eſt vocãda, ex prouiſione dict. l. humanitatis. Socin. Iun. dict. conſil. 103. num. 43. libro primo, ſic pertrãſit, alios allegando Hier. Zãch. in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 1179. cum ſequent. ad Trebel. ex quibus patet, nõ eſſe veram opinionẽ Grat. in d. cõſil. 413. libro primo. in dicto primo dub. ſed meã eſſe veriorẽ, quòd dicta ſoror in quæſtione propoſita debeat ſola admitti ex dicta exemplari, excluſo patruo, vel alio extraneo ſubſtituto, vti contra formã legis, & nulliter ſubſtituto, & habito pro non ſcripto ſtante ſorore, vt in ſpecie probat Pau. de Caſtr. in dict. conſil. 222. Super primo. ſub num. 2. libro 2. pro qua ſorore in totum valet ſuſtitutio reiecto extraneo, ſic inhabili, argum. leg. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. & vt in totum mente captus decedat teſtatus per l. ius noſtrũ. de Regu. Iur. & l. prima. §. his ita de cadu. tollen. & ibi doct. & in l. ne cõiuncti. de leg. 3. in exẽplari ſubſtituto ampliãdo ius accreſcendi ſicut in pupillari, ſecundùm Bald. in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. de vulga. & pupil. ſequitur Dec. in dict. leg. ius noſtrum. num. 3. & Hiero. Cagno. num. 5. idem per Ang. latè in conſ. 148. Dominus Quiricus. col. fin. dicentem, id fieri ex benigniori interpretatione. & Socin. conſi. 117. li. 4. quoniã quæcunq; verba fauore pupillaris ſubſtitutionis directa interpretantur, eadem fauore exemplariæ directa interpretantur, dicit Bald. in dict. l. humanitatis. num. 34. verſic. decimo eſt ſimilitudo & Ang. Aret. in dict. §. quia ratione. columna 3. ſub num. 2. verſicu. ſextò eſt. Actus enim ex vtili perſona per vtilẽ non vitiatur, quod facere ad multa dicit Bald. in l. Imperator in prima lect. colum. penul. ſub num. 4. ver. not. etiã. ff. de ſtat. homi. & in l. Polla. in 3. not. C. de his, quibus in di. Signo. conſil. 238. colum. 2. ver. ſed prædictis. †
18 Quinimo ſi aliqua cõditio vel onus apponitur per teſtatorem filijs, vel fratribus, vel ſororibus furioſi, exemplariter ſubſtitutis, vti quid contra legem reijcitur, & non valet, Dec. conſilio 371. colum. 3. verſ. quartò. Socin. Iun. in eodẽ caſu ſubſcribendo in conſil. 103. num. 21. libro 1. ſentit Roland. à Val. cõſil. 68. num. 67. lib. 4. quod quidem intelligendũ eſt, vbi apparere poteſt, teſtatorẽ voluiſſe facere exẽplariam eo modo, vt dicetur infra, & ex verbis obliquis, directis vel cõmunibus, quæ ex intẽtione teſtatoris de re particulari poſſint trahi ad vniuerſum, etiã in cõpendioſa, vt declarant Ang. d. cõſilio 148. & Socin. d. conſilio 117. & Corn. conſil. 297. columna 6. verſic. & ſi dicatur verbum. libro 4. cæterùm, quando ſubſtitutio cõpendioſa in re certa eſt facta non per verba directa ciuilia, non exẽplaria, ſed legatũ, & puram fideicõmiſſariam cõprehendit, ſecundum Bald. in d. leg. humanitatis. num. 58. & Alexan. in cõſil. 25. ad fi. lib. primo. & conſil. 252. in fi. lib. 6. vt ſic nec pupillarem continet, Ang. conſil. 13. Rom. conſ. 58. & conſil. 200. & Bero. conſilio 99. num. 8. & conſ. 125. num. 32. lib. 2.

Quartò & vltimò interuentis ad perficiẽdam, & cognoſcendam exẽplariã perſonis teſtantium, qui ſint parentes, & eorum, quibus fit talis ſubſtitutio, qui ſint filij, nepotes, vel pronepotes defectu intellectus perpetuò impediti ad teſtãdum, & ſubſtitutorum, qui ſint filij, vel
19 fratres ſapientes, ſic teſtari impeditorum † verba concipiendi, & exprimẽdi ipſam exemplariã pro modo eam cognoſcendi, poſſunt eſſe indiuidua, vel ſingularia, & ſpecialia, & generalia, quoad defectũ teſtãdi, & directa, vel cõmunia, quoad formulã diſponendi, vt ſunt verba indiuidua, vel ſingularia, filius, vel nepos meus mẽtecaptus, furioſus, mutus, deceſſerit in demẽtia, furore, mutate, qua nũc detinetur, & impeditur. Bal. d. l. humanitatis. nu. 56. Couar. d. cap. Rainutius. §. 6. num. 5. verſic. tertiò fit, vt verba ſpecialia, ſi filius vel nepos meus deceſſerit mente captus, &c. & ſunt verba congrua exẽplaris Salyc. d. l. humanitatis. nume. 33. Couar. dict. ſuo §. 6. num. 5. verſi. idem exẽplaris, vt & his ſunt alia æquipollẽtia verba, Pa. Leon. dict. tract. ſubſtitut. de exẽplari, in 10. quæſtio. num. 64. & vt ſunt verba generalia, ſi filius, vel nepos meus deceſſerit, ei ſubſtituo Titium: quia indefinita ſunt, & apta comprehendere exemplariã, ſi mẽte captus decedat: Bald. dict. l. humanitatis. numero 54. Couar. dict. ſuo §. ſex. numero quinto, verſic. idem erit. & Cephal. conſ. 423. num. 112. cum præcedent. & ſeq. vbi latè, vt etiam ſunt verba directa, Si filius deceſſerit, &c. talis ſit hæres, talem hæredem facio, inſtituo, & cõmunia, Talem ſubſtituo, Angel. Aret. dict. §. qua ratione colum. penultim. num. 20. & conſequenter ſecundum talem, qualis ſit expreſſio, & conceptio verborum, exemplaria dicitur expreſſa, tacita, partim expreſſa, partim tacita: Bart. remiſſiuè dict. l. ex facto. nume. 27. Alex. num. 32. Capra in dict. tertia ſpecie exemplaris num. 97. & ſequent. Odd. Peruſi. dict. part. 4. quæſtio. ſuper qua, præſertim tacita, animaduertẽdum eſt, quòd ſi apponantur à teſtatore cauſæ vel verba aliqua, quæ reſpiciant teſtatorem ipſum circa perſonam vel bona ſua dignoſci, hæc faciunt eam non exemplarem, cum non mente capto prouideatur, vel in omnibus eius bonis ſubſtituatur, ſed fideicommiſſaria demonſtretur, per quam teſtatori ſucceditur, vt quando teſtator mandat, poſt mortem ſui filij mente capti ſua bona diſtribui, & dari pro anima ipſius teſtatoris, apparet, teſtatorem voluiſſe bona ſua, & non aliena ſui filij acquiſita dare pro ſua anima, cui alienorum bonorũ diſtributio non prodeſſet: capit. non eſt putanda, 3. quæſtio. prima tradit Ancha. conſilio 8. difficultas, aut quando in conceptione verborum ſubſtitutionis non eſt facta mentio furoris, mutitatis, ſurditatis & qualitatis defectiuæ inſtituti filij, niſi forſan demõſtratiuè, & non limitatè, reſtrictiuè, vel cõditionaliter, ſimul cum verbo cõmuni, Subſtituit, inſerta ſunt verba, Sibi ſuos hæredes, cũ hæc verba in dubio referãtur ad teſtatorem ante aditam hæreditatem vulgarem, & poſt aditam hæreditatem fideicommiſſariam, & non exemplariam deſignant, latè reſpondit Ruin. conſilio. 103. à num. 14. vſque ad fin. lib. 2. aut quãdo inſtitutio, & ſubſtitutio eſt facta in bonis teſtatoris, & filio decedenti ſine filijs, & ſubſtituto non liberè, ſed in vita tantùm, vel cum alio grauamine, quòd maximè bona remaneant in agnatione teſtatoris, quoniam hæc potiùs conueniunt fidei commiſſariæ & plurimùm exemplariæ ſubſtitutioni repugnant: ideò non eſſe exemplariam iſto caſu diffuſè cõſuluit Dec. conſilio 371. & ſubſcribendo longè firmat Socin. Iun. dict. conſilio 103. per totum, libro primo, & quando in re certa non per verba directa, Alexand. conſilio 152. ad fin. lib. 6.





¶SVMMARIVM.

*Militaris ſubſtitutio directa quomodo cognoſcatur? & de materia, vide verb. Subſtitutio militaris.*

1 *Subſtitutio militaris directa quomodo cognoſcatur, quæ oportet vt fiat à milite tempore locoq; militiæ, at verbis congruis.*

*Pro cuius cognitione tria ſunt inſpicienda.*

*Primò, de perſona teſtantis.*

*Secundò, de tempore locoq; conditi teſtamenti.*

*Tertiò, de verbis, quibus ipſa ſubſtitutio militaris concipi valeat.*

2 *Subſtitutio militaris requirit perſonam teſtantis, & eius qualitatem bene eſſe notam, eum ſcilicet eſſe militem.*

*Milites vt creentur, ſex requiruntur de Iure Communi.*

3 *Et de militibus noſtri temporis, qui plurium, & diuerſorum ordinum ſunt creati.*

*Vt aliqui milites dicantur Hieroſolymitani priùs nuncupati.*

*Deinde Rhodiani.*

*Nunc Melitenſes.*

*Aliqui dicuntur milites S. Lazari & Mauritij.*

*Aliqui ſancti Iacobi.*

*Aliqui ſancti Marci.*

*Aliqui ſancti Michaëlis.*

*Aliqui ſancti Stephani.*

*Aliqui ſancti Georgij.*

*Aliqui Lauretani.*

*Aliqui equites aureati à ſummo Pontifice, ab Imperatore, & Regibus, & Ducibus.*

*Alij diuerſimodè ſimpliciter ſtipendiati, in quorum creatione non ſunt ſeruata illa ſex requiſita, de quibus ſuprà, quæ tamen non ſeruantur amplius.*

4 *Milites vt creentur, ſeruantur infraſcripta hodie.*

*Benedictio.*

*Verbum, Eſto miles.*

*Donum torquis.*

*Vibratio enſis.*

*Portare torquem aureum, in veſtibus ſanctiſſimæ Crucis ſignum diuerſorum colorum, vt eorum ordo requirit.*

5 *Milites ſic creati, ſi non incumbant militiæ, ad quam ſunt aggregati actu, nec habitu, ſed ſolo nomine, vel Cruce inſigniti glориantes, manentes domi cum commodis & diuitijs, dántve operam literis aut mercantiæ præterquàm armis, non gaudent priuilegijs conceſſis militibus per iura noſtra, quæ ſunt quinquaginta, licet digni ſint reuerentiæ & nobilitatis ſuæ perſonæ, nec torqueri poſſunt, nec pœnis plebeiorum condemnari. Qui tamen poſſunt torqueri vel non, vide clariùs.*

*Qui verò vacant armis, actu & habitu militiam profitentes, habent priuilegia prædicta, eiſq; vtũtur circa etiam teſtamenta per eos condenda: vt ibi.*

6 *Milites priuati ſtipendiati ita demum gaudent priuilegijs prædictis, & iure militari teſtantur, dum ſunt in exercitio armorum.*

*Vel in bello.*

*Vel in cuſtodia arcis.*

*Vel ciuitatis.*

*Vel in plateis ciuitatis, vt milites vrbani nuncupati, & vt ibidem clarè dicitur.*

7 *Teſtamentum an & quando valeat factum iure & more militari à Medico tempore & loco militiæ.*

*Vel à Cancellario ducis.*

*Vel Capitanei exercitus militum.*

*Quid in eo facto à Doctoribus, Aduocatis, Clericis, Cardinalibus, quòd taliter factum non valeat, ſecundùm Communem opin.*

*Quid de teſtamentis militum naualium, factis more militari.*

*Quid de eo facto à remigibus & nautis in claſſibus.*

*Quid de Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Dominis alicuius terræ, etiam de facto non recognoſcentibus ſuperiorem, & non de ordine militari exiſtentes habenteſq; in ſtatu ſuo facultatem legis condendæ: nam vtique poſſunt in ſtatu ſuo directò ſubſtituere, & vt ibi deciditur pulchrè.*

*Teſtamentum qui poſſunt vel non facere iure militari, vide verbum Teſtamentum, an, & quando, proxim. ſup.*

8 *Subſtitutio militaris vt valeat, ſicque teſtamentum iure militari requirit locum & tempus conditi teſtamenti, quod inſpici neceſſariò debet, & de tempore aliqua, & de loco, maximéque locus inſpicitur in ſolennitate teſtamenti, in quo factum fuit, & qualis eſſe debeat iſte locus, latiùs diſcutitur ibidem, aut tempus cum alijs, num. ſequent.*

9 *Tempus de neceſſitate eſt in quolibet actu, & omne, quod fit, in tempore fit, & maximè tempus teſtamenti conditi eſt inſpiciendum, vt valeat.*

10 *Locus eſt vnum de decem prædicamentis in iure ciuili neceſſarium in dependentibus loco, & quis eſſe debet conditi teſtamenti.*

11 *Teſtamentum iure militari à quocunque homine etiam non milite, fieri poteſt, deprehenſo & decedente in conflictu militiæ, & quomodo valeat factum à milite, & probatum per duos teſtes, ſeu coram duobus, etiam non rogatis.*

12 *Teſtamentum militis valet coram duobus teſtibus etiam non rogatis factum, & vt dicitur factum al ſoldo & guerra.*

13 *Teſtamentum militis an valeat factum extra loca & tempora, de quibus ſup. vel conflictus, vel expeditionum, vel caſtrorum, vel militiæ, iure ſcilicet militari, & quòd poſſit vtraq; opinio ſuſtineri, vid. ibidem latiſſ. vbi de hac materia hincinde pulchra leguntur, vbi de opi. Auctoris habetur.*

14 *Priuilegia militum diſpartiuntur in quatuor.*

*Primum, circa formam & ſolennitatem teſtamenti ſubdiuiſum in nouem particularia priuilegia.*

*Secundum, circa perſonam teſtatoris ſubdiuiſum in tria particularia.*

*Tertium, circa perſonam hæredis & legatarij, excepto præiudicio iuris gentium & iuris tertij, ſubdiuiſum in tria particularia.*

*Quartum, circa ipſam diſpoſitionem, ſubſtantiam & efficaciam, ſubdiuiſum in ſeptem particularia priuilegia, & vt ibi de materia late.*

15 *Teſtamentum non factùm vel non ratificatum tempore militiæ, ad priuilegia militum non pertinet.*

16 *Teſtamentum militis, vt valeat, requiritur, vt non ſolùm fiat in militia, ſed etiam, quòd ibi miles teſtato decedat, vel infra annum poſt iuſtam miſſionem: quorum vltimum, ſi deficiat, non valet teſtamentum iure militari factum, nec reſpectu Falcidiæ, nec aliorum priuilegiorum, militi competentium, vnde directo nec ſubſtituet.*

17 *Teſtamentum militis factum limine prælij, in conflictu, in loco hoſtili, vt attendatur, debet probari per teſtes duos: etiam fortuitos, & non rogatos.*

*Et eſt communis ſententia, & per duos tamẽ rogatus, quando factum ſit in caſtris, non exiſtente milite in tanta occupatione, & tamen modo ſolenniter teſtari habent.*

*Et de ſubſtitutione directa facta per militem poſt pubertatem quando attendatur & valeat, & ibi latè habetur.*

18 *Miles filiusfamiliâs extra caſtra non poteſt directò ſubſtituere in bonis caſtrenſibus teſtando, id enim facere debet iure cõmuni, quo iure non ſit directa ſubſtitutio, poſt pupillarem ætatem, & eſt cõmunis, & magis commu. opin.*

*Et vbi & quando valeat teſtamentum, iure militari factum, ibidem.*

19 *Intellectus. §. illis autem, inſtit. de milit. teſtam.*

20 *Miles dicitur quoque non militans, vt quia eſſet ob cauſam*
*miſſus, & tunc iure militari teſtatur, aliàs non militans*
*exiſtens domi, non ſic teſtaretur, quod debet inſpicere in-*
*terpres teſtamenti, pro validitate militaris ſubſtitutionis*
*directæ.*
*Itémque poteſt domum comparare in prouincia ea in qua*
*opera bellica peregit.*
21 *Subſtitutio militaris requirit & tertio, quibus verbis va-*
*leat & concipiatur, quæ ſit à milite, militante filio pube*
*ri vel extraneo poſt aditam hæreditatem, & quando di-*
*catur facta verbis directis, matre instituti hæredis de-*
*functi non exiſtente in medio, quòd ſit militaris directa,*
*& quando ſit concepta verbis communibus matre præ-*
*defuncta, quando hæres decedit poſt pubertatem, quòd ſit*
*militaris directa, ſecùs matre viuente quia eſſent obli-*
*qua, prout ſi fieret verbis obliquis. & vt ibi latè de hoc*
*habetur.*
22 *Intellectus l. precibus. C. de impube. & alijs ſubſtit.*
23 *Princeps concedens aliquid, intelligitur concedere ſecũdum*
*tenorem precum.*
24 *Leges in concordia ſunt tenendæ.*
25 *Dictio velut, frequentius ſignificat ſimilitudinem, non ip-*
*ſam planè veritatem.*
26 *Priuilegia militum varia, vide ibidem.*

## ¶ SOLVTIO VIII.

1 MILITARIS † quomodo nunc alia dire-
cta ſubſtitutio percipiatur, videndum eſt,
quoniam hanc à milite, tempore locó-
que militiæ & congruis verbis fieri opor-
tet, ideò pro eius cognitione cenſeo equi-
dem tria hæc inſpicienda fore.
Primum de perſona teſtatoris.
Secundum de tempore, locóque conditi teſtamenti.
Tertium de verbis, quibus ipſa ſubſtitutio militaris,
concipi valeat.
2 Primum † autem explicando generale eſt, & ante
quandoque dictum perſonam teſtantis, & eius qualita-
tem bene notam præcipuam eius diſpoſitionem inter-
pretandi partem tribuere. l. penultima, in princip. de
aur. & argen. lega. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Tre-
bellia. l. cum de lanionis. §. primo. de fund. inſtru. & l.
ſuos autem. §. penultimo. ibi, eum qui venaliciariam
artem exercebat, &c. de lega. tertio. & de qualitate mi-
litis in ſpecie, vt l. ex militari. in princip. ff. de milit. te-
ſtam. cum ſimil. in diſcurſu eiuſdem tituli. & C. eo. igi-
tur neceſſe eſt, prius noſcere, teſtatorem eſſe militem,
cuius quidem cognitio habetur ex traditis per gloſſ. in
l. penultim. ff. ex quibus cau. maio. & Spec. titu. de pro
cura. §. primo. colum. 10. verſ. item quòd eſt miles, prout
antiquitus milites fiebant. & Mat. de Afflict. in conſtit.
regni Neapol. lib. 1. rubr. de illici. port. armorum, incip.
3 intentionis. num. 49. & ſeq. recenſet † illa ſex requiſita
de Iure communi procreandis militibus, ſed quid de
militibus moderni tẽporis, qui plurium, & diuerſorum
ordinum ſunt creati, vt aliqui milites Hieroſolymitani
prius nuncupati, poſtea Rhodiani, nunc Melitenſes, ali-
qui ſancti Lazari, & Mauritij, aliqui ſancti Iacobi, aliqui
ſancti Marci, aliqui ſancti Michaëlis, aliqui ſancti Ste-
phani, aliqui ſancti Georgij, aliqui Lauretani, alij à ſum
mo Põtifice, ab Imperatore, à Regibus, à Ducibus equi
tes aurati, & alij ſimpliciter diuerſimodè ſtipendiati, &
in eorum creatione non ſunt ſeruata illa ſex requiſita.
quæ amplius etiam non ſeruantur, ſed receſſerũt ab au-
4 la, † & loco eorum alia ſeruantur: vt benedictio, ver-
bum, eſto miles, donum torquis. cap. ius militare. 1. diſt.
vibratio enſis, portare torquem aureum in veſtibus ſan-
ctiſſimæ Crucis, ſignum diuerſorum colorum, vt eorum
ordo requirit, an gaudeant priuilegijs, conceſsis per
iura noſtra militibus: Breuis reſponſio, & reſolutio eſt,
5 quòd † milites ſic creati, ſi non incumbant militiæ, ad
quam ſunt aggregati, actu nec habitu non habentes ar-
ma, nec equos ad militiam aptos, ſed nomine ſolo mili-
tis, equitis aurati, vel Cruce inſigniti gloriantes, ma-
nent domi gaudentes commendis, & diuitiis, quas ha-
bent, & per plateas otioſi ſpatiantur, aucupãtes ſaluta-
tiones in foro, vel literis dant operam, vel mercaturæ,
vel aliæ negotiationi omni præterquam armis, licet ſint
veri milites, cùm tamen ceſſet in eis cauſa, vel ratio pri-
uilegiorum militũ, quæ multa ſunt, quinquaginta enu-
merat. Marc. Mant. in ſpeciali tracta. de priuileg. milit.
in quinto tom. tractat. non ſunt etiam ex his militaribus
priuilegijs digni, ſecũdum Cyn. in d. quæſtio. 6. num. 10.
Bald. num. 8. Salyc. in quinta quæſti. num. 8. Iaſo. in co-
lum. 3. ver. ſed nunquid priuilegium, dicens, ſic eſſe cõ-
munem concluſionem in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. &
Deci. in rub. ſub num. tertio, verſic. circa primum. C. de
teſtamen. milit. & Math. de Afflict. in dict. conſtitut. in-
tentionis, num. 46. & Pau. Leon de ſubſtit. in compen-
dioſa. nu. 120. Candidiſſimus Legalis, Scientiæ, meus
vti frater honorandus, Math. Brun. Ariminenſ. tract. de
ceſſi. bon. in 11. quæſt. 3, quæſt. princ. num. 7. & ſequen.
vbi plenè de militibus per tot. illam 11. quæſtionem.
ſcripſit, ſunt tamen digni priuilegio competente ratio-
ne reuerentiæ, dignitatis, & nobilitatis ſuæ perſonæ,
quòd non debeant torqueri, nec pœnis plebeiorũ con-
demnari: per l. milites C. de quæſt. ſentit. Cyn. in dict.
quæſtio. 6. dicit Salyc. in dict. quæſtio. quinta. num. 8. &
Bald. dict. num. 8. dicat, Veri tamen milites ſunt, idem
in l. 1. in fin. C. qui bon. ced. poſſ. & comprobat Alexan.
in l. Centurio. num. 24. de vulgar, & pupil. & ſequitur
Deci. in dict. rub. ſub nume. 3. verſi. & iſta concluſio. ita
communiter concludi, dicit Boſi. tracta. crimin. tit. de
indic. & conſid. ante tortu. nume. 104. vbi in nume. ſe-
quent. quòd hoc non procedit in alijs merentibus ſtipẽ-
dia, & ſe in armis exercentibus, ſubiungit, & credit in
his ceſſare priuilegiũ, ne torqueantur, ex quo hi in nulla
ſunt dignitate, nec in ſpecie, nec in genere, & pro com-
muni ponit, & ſequitur idem tenendum in capitaneis, &
ductoribus militum, quòd non poſſint torqueri: ſecùs in
alijs militibus priuatis: Clar. lib. 5. §. fin. pract. crimin.
in quæſt. 64. verſi, quæro etiã recep. ſentent. & Pa. Leon.
in compendioſa: num, 115.
Si verò milites moderni, & noſtri temporis, ſic crea-
ti vacant armis, obſeruant honorem militaris dignita-
tis cum armis, & equis, continuo ſunt parati ad militiã
pro defenſione Republicæ vel ſuæ ciuitatis, vel Princi-
pis, & Domini ſui, adeo quòd actu, & habitu militiam
profitentur, & in eis eadem ratio, & cauſa priuilegiorũ
militibus, per iura conceſſorum militat, eiſdem ergo
priuilegijs militibus talibus etiam circa teſtamenta
vti, & gaudere debent, firmant, Cyn. Bald. & Salyc. in
dict. l. 1. d. q. 6, C. iur. & fact. igno. Alexand. in d. l. Centu-
rio. ſub nume 23. Ioan. An. in rub. de pecu. cleri. ad fin.
in ſpec. Ioan. Faber. in rub. num. 3. inſti. de mili. teſtam.
Zaſi. de ſubſtitut. de compend. cap. 5. nu. 12. & de feud.
in part. 7. in princip. Pau. Leon. dict. compendioſa, nu.
112. & ſequent. & Mathe. Bru. Ariminenſis in tract. ſuo
de ceſſi. bon. in dict. 11. quæſt. quarta q. princip. nume.
10. Odd. Peruſi. in ſuo diſtinctiſſimo, & politiſſimo ope-
re de compendi. part, 5. in 3. quæſt. 3. præmiſſ. ſub 4. con-
clu. ver. ſecunda inſpectio. fol. 89. 90. Math. de Afflict.
lib. ſecundo, de conſti. regni. Neapol. rub. de pugnis
ſublat. nume. 35. ita communiter concludit dic. Socin.
conſil. 33. colum. ſecunda, verſi. circa ſecundùm breui-
ter. libr. quarto, & in ſpecie Deci. conſil. 578. nume. 2.
6 Eadem quoque † priuilegia competunt priuatis mi-
litibus ſtipendiatis, & armigeris, donec ſunt in exerci-
tio armorum, vel in bello, per primam, de bon. poſ.
ex teſta



ex teſtam. milit. vel in cuſtodia arcis, vel ciuitatis, vt in
plerisq; locis ſunt homines armati ad portas, & ad pla-
teas ciuitatum pro cuſtodia, & defenſione cõtra inimi-
cos, & turbare volentes publicam pacem & quietem
ciuitatis, quòd iſti poſſunt appellari milites vrbani, ſicut
appellantur, qui vrbem Romam cuſtodiebãt, l. qui mit-
tũtur. §. ſed & in vrbanis cum gloſſ. ibi ff. ex quibus cau.
maior. & l. ſed & milites. §. planè ſi quis, de excuſ. tut. pro
bonis quidem ſitis in territorio illius ciuitatis gaudere
debent priuilegijs militaribus, ſicut faciebant illi cuſto-
dientes ciuitatem Romanam, vt tradit Paul. de Caſtr. in
l. ſcriniarios. ad fin. C. de teſtam. milit. & ibi plene ſequi-
tur Alexand. ad fin. & Dec. in dict. rubr. num. 14. C. eo. &
in conſ. 578. ſub num. 2. & Paul. de Caſtr. conſ. 414. viſo,
& examinato, col. 2. nume. 2. lib. 2. vbi teſtamentum ab
huiuſmodi ſtipendiato conditum iure militari validum
defendit ob identitatem rationis, & effectus in his vige-
re militaria priuilegia, etiam probant Ripa in d. l. Cen-
turio. ſub nu. 9. verſ. contrariam opinionem. Pau. Leon.
dict. compendioſa num. 114. & Odd. Peruſi. dict. tertio,
præmiſ. car. fi. fo. 91.
7 Quid de † teſtamento tempore, & loco militiæ facto
à medio, vel cancellario Ducis vel capitaneis exerci-
tus militum, id ſane vt nullo modo tãgens ipſos milites
priuilegio militari non valet, per text. in d. l. ſcriniarios,
& ibi Alexand. & Dec. & Iaſ. col. 1. ſecus eſt, ſi teſtamen-
tum ſit factum in actu belli, & ibi decedat teſtator per
l. fin. tradit Ang. in l. quod conſtitutũ. ff. de milit. teſtam.
Quid etiam de teſtamentis militum naturalium, hæc
ſuſtineri priuilegio militum ſimul tradit Ripa d. l. Cen-
turio. num. 2. & Odd. Peruſi. allega. 3. præmiſſ. in 3. con-
clu. per text. in l. 1. ff. de bon. poſſ. ex teſtam. milit. idem
de remigibus & nautis in claſſibus, Rebuf. de priui. ſco-
la. verſ. 166. ſub num. 4.
Doctores, aduocatos, Clericos, Cardinales non poſſe
facere teſtamentum more militari, mihi placet ſenten-
tia Socin. Iaſo. Poli. Clau. & Ripa per eum relata, in d. l.
Centurio. ſub num. 10. & 19. 21. & Zaſi. de compendi. ca.
4. num. 13, & latè Pau. Leon. d. compendioſa. in quæſt. 15.
& 18. & Odd. dict. quæſt. 3. præmiſſ. 4. vbi hanc commu.
atteſtãtur. cui adhærere intẽdo in hoc tractatu edito pro
interpretanda, & dilucidanda veritate, non obumbran-
da, dicentes contrarium, mihi parcant, vel videntur fa-
cere legem pro caſibus & perſonis, pro quibus ſpeciali-
ter nec Papa, nec Imperator fecerunt, nec generaliter
communes leges deficiunt.
Reges autem Principes, Duces, Marchiones, Comi-
tes, Barones, Domini alicuius terræ, etiam de facto non
recognoſcentes ſuperiorem, etiam non de ordine mili
tari exiſtentes, & habentes in ſtatu ſuo facultatem le-
gis condendæ, ſi volunt, & exprimant, vel per clauſu-
lam non obſtãte, vel ex certa ſcientia, vel vt talis aucto-
ritate ſua poſſunt in ſtatu ſuo directo ſubſtituere, pluri-
bus rationibus & auctor. probat Alexand. in d. l. Centu-
rio. num. 26. idem Soc. Iun. num. 76. Caccialup. in dict. l.
precibus, num. 20. & Dec. in d. conſil, 158. nume. 2. Paul.
Leo. in d. compendioſa. in quæſtio. 17. nume. 194. & ſeq.
alios citat, & pro communi refert, & firmat contra Rip.
Odd. Peruſ. in d. q. 3. præmiſ. 4. verſ, 3. an regibus. fol. 97.
8 Secundum † de tempore, locóque conditi teſtamen-
ti ſciri neceſſarium exiſtimo, quia militia habet ſuum
tempus. l. 3. §. qui militiæ tempus, ff. de re milit. & in l.
9 ſed & milites. in princ. ff. de exclu. tut. † tempus enim de
neceſſitate eſt in quolibet actu. cùm omne, quod fit, in
tempore fit: cap. Abbate ſanè, de re iud. in 6. l. liberorum
ff. de accuſ. l. 3. §. hæc verba lib. 2. de neg. geſt. l. ſi pecu-
lium. §. penul. de ſtatu liber. tradit Bart. in conſ. 92. col.
fi. verſ. tertio obijcitur, & præcipuè teſtamenti conditi
tempus inſpici debet, vt valeat teſtamentum, quoad ſui
ordinationem, not. Bald. & Imol. in l. ſi alienum. § 1. ff.
10 de hæred. inſtit. locus † quoque eſt vnum de decem præ-
dicamentis in iure ciuili neceſſarium in dependentibus
loco, Bald. in cap. primo. §. vel ſi cum filia. quibus mod.
feu. amit. præſertim in ſolennitate teſtamenti: inſpicitur
locus, in quo fuit factum, Bartol. in l. ſecunda, in fina.
C. quemadmodum teſta. aper. cum pluribus alijs per
me ſupra allega. lib. 2. interpretatio 2. dubitat. 1. ſolut. 2.
verſic. item ratione loci, locus autem conditi militaris
teſtamenti illud eſſe requiritur, & percipitur, in quo mi-
11 les exercendo militiam reperiebatur, quando fecit † te-
ſtamentum, prout caſus, vel accidentia geſtorum dede-
rit, quæ in iure expreſſa habemus, aut in loco hoſtili, in
præcinctu periculorum, in conflictu; quod eſt vltimum
terribilium militiæ, vbi omnium etiam non militum,
ibi deprehenſorum, & decedentium teſtamenta, quo-
quo modo voluerit, condita valent iure militari, licet
iſto iure alibi teſtari non potuiſſent, vt dict. l. 1. de bon.
poſſeſſ. ex teſtam. milit. Pariſ. conſil. 32. nume. 25. lib. 2.
aut in loco expeditionũ in tentorio, in apparatu ad bel-
lum, & in prælio tempore vltimi exitus vitæ, tunc teſta-
mẽtum à milite factum quomodocunq; probetur duo-
bus teſtibus etiam non rogatis ſtabile eſſe oportet. l. mi-
lites, & ibi gloſſ. & doct. C. de teſtam. milit. aut in caſtris
vulgari verbo ita, Lo. in campo allogiamento, exercitu
pergente, vel in tentorijs demorante: vt §. ſed hacte-
nus. inſtitu. eo. ibi quatenus militãt, & in caſtris degunt,
vbi eius, qui non ſit miles. ibi etiam decedentis vltima
voluntas non iure communi diſpoſita non tenet, etiam
iure militari. l. tribunus. in princ. ff. eod. ſecùs diceretur,
ſi facta eſſet in loco hoſtili & in conflictu, d. l. 1. de bon.
poſſ. ex teſtam. milit. & eſt expreſſum ſæpius, vt dicam
modo in legibus. ff. de milit. teſtam. militis teſtamentum
12 factum, in † militia, quæ Italo ſermone vulgari dicitur
al. ſoldo, & guerra.
13 Sed extra † hæc loca, & tempora, vel conflictus, vel
expeditionum, caſtrorum, vel militiæ iure militari fa-
cta teſtamenta militum an valeant quæſtionem mul-
tum controuerſam facit, & aliter non decidendo, dicit
diſputando facilè vtramque opinionem poſſe ſubſtine-
ri, Socin. Iun. in l. Centurio. nume. 46. & ſequent. cum
nume. 50. nolens ſtare deciſioni factæ per Galia. ibi in 3.
colum. verſicu. ſecunda cadit dubitatio, tenentem in
ſpecie ſubſtitutionem directò factam puberi, vel extra-
neo per militem, teſtantem extra caſtra non valere per
iura ibi allega. per eum. Contrarium verò, & quinimo
valere firmant. Paul. Leon. in compendioſa in 13. quæſt.
nume. 101. vſque ad num. tertium, & Odd. Peruſ. dict. 3.
præmiſſ. verſicu. quoad ſecundum, fol. 88. diuerſifican-
do cauſas, vel rationes priuilegiorum militum circa
teſtamenta, vel ob neceſſitatem, & anguſtiam tempo-
ris, conflictus, tunc quoquo modo volunt, & poſſunt
teſtari in caſtris, & non extra, vel ob ſimplicitatem, &
ignorantiam militum, & in hoc diſſentiunt Leon. &
Odd. quia ille ſub nume. 104. miſcendo priuilegium ob
ſimplicitatem, & ob communem vtilitatem reipub.
tenet hoc priuilegio poſſe vti extra caſtra, & is in ſecun-
da conclu. tenet non competere extra caſtra, quia poſ-
ſent conſulere peritos, vel ob dignitatem, & prærroga-
tiuam meritorum militum, & hoc eis competit, ſiue in
caſtris, ſiue extra caſtra cum directo ſubſtituere conue-
niat, dictæ prærogatiuæ, dummodò ſint milites, dicit
ipſe Leon. & quia hæc ratiò competit eis, poſtquam re-
dierunt è militia, & continuo ſe exercentibus in armis,
& præparatis ſemper ad nutum principis inire bellum,
& interim recipientibus ſtipendia, & quia etiam nõ mi-
les dum in caſtris eſt iure militari teſtari poteſt, dicit
Odd. eſſe text. expreſſum in dicta l. prima. de bon. poſſ.
ex teſta. milit. & priuilegium directo ſubſtituendi da-
tum ſolis militibus, neceſſarium eſſe dari etiam extra
caſtra, aliàs nullum eſſet eorum priuilegium ſecundùm
 ipſum

ipſum. Odd. ſed modo dixi ſupra illum textum d. l. pri-
mæ.loqui.inteſtante,& moriente in loco hoſtili,& con-
flictu,& non in caſtris,in quibus vigent priuile.militum.
Videtur autem mihi ex verbis, & mente legum gloſ.
& doct.aliter iſtam materiam explicandam eſſe, conſi-
dero enim, quòd propter hanc ſolam rationem à lege
expreſſam. ſ.propter ſimplicitatẽ militarem, & nimiam
imperitiam, concedunt leges militibus generale pri-
uilegium teſtandi, quoquomodo volunt, & quoquo-
modo poſſunt, vt l. prima. ff. de milit. teſtam. & l. 3. l.
milites l. penult. C. eo, & in princ. & §. plane. inſti. eod,
quod quidem generale priuilegium, vt magis fiat cla-
rum, & ne prætextu eius generalitatis, teſtando milites
faciant contra ius gentium, contra ius tertij, contra
edicta prætoris, contra bonos mores: & ſciant, quid fa-
cere poſſint contra ius ciuile, legiſlatores ſpecificaue-
runt in plura particularia priuilegia, quæ ſunt circa ſo-
lennitates teſtamentorum Bartol. poſt antiquiores in
l. neque. §. deportati. ff. de milit. teſtam. quem ad lite-
ram recitant, & ſequuntur. Bald. & Salyc. & Rom. ali-
quo addito in l. milites. C. eo. & Ang. Areti. in §. penult.
14 iſti. eo. † diſpertit in quatuor priuilegia, primum circa
formam, & ſolennitatem teſtamenti, quod ſubdiui-
dit in nouem particularia priuilegia, ſecundùm circa
perſonam teſtatoris ſubdiuiſum per eum circa tria
particularia. Tertiùm circa perſonam hæredis, & le-
gatarij, excepto præiudicio iuriſgentium, & iuriſter-
tij ſubdiuiſum in tertia particularia. Quartum & vlti-
mum circa ipſam diſpoſitionis ſubſtantiam, & effi-
caciam quòd remoto iuretertij, vt ne fiat contra edicta
prætoris, nec contra bonos mores, ſimilirer ſubdiuidit
in ſeptem particularia priuilegia, quæ omnia exprimit,
& ego breuitatis gratia non refero, niſi quòd inter iſta
ponit noſtrum, de quo agimus in tertio loco, quòd, mi-
les poteſt extraneo poſt aditam hæreditatẽ ſubſtituere
directo. dict. l. Centurio. l. milites etiamſi de milit. teſta-
mento. ad fina. C. eod. nunc dico ſic, quòd circa hoc
particulare contentum ſub dict. quarto videtur quo-
que diſpenſatam per illud generale priuilegium, quo-
quomodo velint, dicente Bartol. in dict. l. neque dict. §.
deportati. in princip. relatis dictis quatuor ſolennita-
tibus circa teſtamenta ſic per eum appellatis, quòd cir-
ca quodlibet illorum videtur diſpenſatum per illa ver-
ba poſita in d. l. 1. ſ. teſtentur quoquomodo velint: ergo
per hanc claram doctr. Bart. liquet non procedere quod
Pau. Leon. in d. ſua decimatertia quæſtio. dicit, & ſæpius
replicat ſub nu. 103. 105. 110. illud priuilegium quoquo-
modo velint competere militibus teſtantibus, tantum-
modo conſtitutis, & occupatis in expeditione omitten-
do ſolennia numeri teſtium, & ſignaculorum, & alia ne-
ceſſaria de iure cõmuni, quia dico cùm per id ſit diſpen-
ſatum circa quodlibet priuilegiorum præmiſſorum, &
neceſſario etiam circa hoc ſubſtituendi directo per al-
leg. doct. Bar. per Bal. & alios communiter approbatam.
& veram cõprobo per text. in l. tribunus. in fi. ff. de mili.
15 teſtam. vbi † teſtamentum non factum vel non ratifi-
catum tempore militiæ ad priuilegium militũ non per-
tinebit, vt dicit text. pluraliter ad priuilegia, & indefini-
te, & ſic vniuerſaliter cõprehendit: igitur & priuilegium
directo ſubſtituendi, & ſub illo priuilegio quoquomodo
velint, continetur etiam id ſubſtituendi directo per tex.
& gloſſ. in l. cum filiusfam. ff. eod.

Secundò animaduertendum eſt, quòd vbi tractare
contingit de forma, ſolennitate, factione, eſſentia, &
validitate teſtamenti militaris, leges ſemper mentio-
nem faciunt, vel in militia, & tempore militiæ, vel in
caſtris, vel in expeditionibus, vt l. ex militare. §. fin. in l.
fraud. §. teſtamentum. & §. pen. l. ſi certarum. §. fin. l. tri-
bunus. §. 1. l. quòd dicitur. §. 1. ff. de milit. teſtam. & l. pri-
ma. l. penul. C. eod. §. 1. & §. ſed hactenus. Inſtit. eod. &
text. ibi, nam ſicuti in militia conceſſum eſt, &c. in l. co-
16 gi. §. ſed & ſimiles. ff. ad Trebel. † & nõ ſolùm requiritur
fieri teſtamentũ in militia, ſed quòd etiam ibi miles te-
ſtator decedat, vel infra annum poſt iuſtam miſſionem,
d. l. in frau. §. pen. d. l. ſi certarum. §. fin. d. l. quod dicitur
in princ. & l. quod conſtitutum. & l. teſtamenta eorum.
ff. eod. & l. ex teſtamento. C. eo. & quodcunque iſtorum
deficiat, iure militari non valet reſpectu non ſolùm le-
gis Falcidiæ, ſed etiam omnium aliorum priuilegiorum
quæ militi competunt, dicit Pau. de Caſt. in l. ſi miles, &
ibi etiã Imo. in fi. ff. ad leg. Falci. magis ergo idem pro-
batur, quòd non competit etiam priuilegium ſubſtitu-
endi directo, ita ſuppoſito teſtamento ineſſe cõdito in
caſtris, ſuperfluũ, & ineptum fuiſſet in legibus, loquenti-
bus de ſubſtitutione directa priuilegio militari facere
aliam mentionem temporis militiæ, vel loci caſtrorum.
17 Præterea, & tertiò † communis, & firma ſententia eſt
gloſſ. & doct. quòd vbi miles facit teſtamentum in limi-
ne prelij, in cõflictu, in loco hoſtili, vt id valeat, & attẽ-
datur, debet probari per duos teſtes, etiam fortuitos, &
non rogatos: ſi non in tanta occupatione exiſtens facit
in caſtris teſtamentum, id probari debet per duos teſtes,
vocatos, & rogatos, ſi autem fit in domo ſua, requiritur
ſolennitas iuris communis, vt eſt gloſ. fin. in d. l. milites.
C. eo. & ibi comprobant Bart. Bald. & Salyc. Fulg. & alij
ſequuntur, Spec. de inſtru. edi. §. compendioſè. verſ. ſed
& ſi premiſſ. & gloſ. in verſ. is ergo in §. planè. inſtit. eo. &
Fab. Ang. Aret. & alij ſequuntur. & Gab. Eugub. conſ. 1.
nu. 3. Alcia. cõſ. 33. nu. 4. lib. 6. & nouitij inſtitutarij ſciũt,
ergo ex teſtamẽto domi facto non valido, niſi facto iu-
re communi non tenet ſubſtitutio directa, poſt pupilla-
rem ætatem, bene inſpecta probat, d. l. Cẽturio, de vulg.
& alias diſtinctiones, vel ob anguſtiam temporis in ca-
ſtris, vel ob ſimplicitatem, vel prærogatiuam militum
teſtantium extra caſtra, iure probari nõ video, & quan-
do leges dicunt, vt valeat teſtamentum militare, id de-
bere fieri, in expeditionibus, in caſtris, in militia, abſ-
que dubio verum cenſeo, ſcilicet eas fore intelligen-
das, quoad totum teſtamentum, & ſucceſſiuè, quoad
omnes partes, & inſtitutionis hæredum alias non capa-
cium de iure ciuili, & pro parte hæreditatis & tempo-
ris & ſubſtitutionis directæ poſt aditam hæreditatem
puberi, vel extraneo factæ, & aliorum expreſſorum per
Bart. in d. l. neque. §. deportati, quia ſimiliter in his non
video iure dari poſſe partes abſq; toto, facit, quod tradit
Bald. in l. ſi plures. colum. 3. verſ. exemplum de tertio. C.
de cõd. inſer. nam & ſubſtitutio directa ſic facta per mi-
litem, eſt voluntas ſua vltima, quæ generaliter non valet
facta per militem non exiſtentem in expeditionibus: d.
l. 1. & d. l. penult. C. de teſtam. milit. eſt & bon. text. in l.
quærebatur. §. verum. ff. eod.

Itaque non credo iure verum quod Odd. d. fol. 88. in
18 3. conclu. tenet. † filiumfamilias in bonis caſtrenſibus
poſſe extra caſtra iure militari teſtando directo ſubſti-
tuere, quia ne filius natus rumpat teſtamentũ patris mi-
litis filijfam. neceſſe eſt, vt is ſi modo militat, & ſit in ca-
ſtris, perſeueret in ea voluntate. l. ſi filiusfam. in princ. ff.
de milit. teſtam. teſtãdo autem extra caſtra id iure com-
muni facere debet l. ſi. C. inof. teſtam. quod quidem iu-
re communi poſt pupillarem ætatem directa ſubſtitutio
valet, d. l. Centurio à contrario ſenſu tenendo ſolemni-
nitates iuris militaris comprehendere omnes partes te-
ſtamenti, & omnia priuilegia militaria, d. l. tribunus. §. ſi.
& Bart. in d. l. neque. d. §. deportati. in principi. & Paul.
de Caſtr. in d. l. ſimiles ad leg. Falcid.

Non probo quoque, quòd ſi magis communis opi-
nio, atteſtata per Odd. in d. fol. in 4. conclu. verſ. ſecun-
dus caſus. Priuilegium ſubſtituendi directo extra ca-
ſtra teſtantibus in alijs bonis competere, quia ex alleg.
per eum talem opinionem, niſi ſolus Paul. Leon. firmat:
nam



nam gloſſ. 1. in §. pen. vel verius allegando. §. ſed hacte-
nùs tenet contrarium, quòd cùm miles redijt de mili-
tia priuilegia, quæ habet in teſtando, finiuntur. Ripa
allegat text. & gloſſ. in dicta l. in fraudem. §. miles. te-
nentes contrarium, ſcilicet, ſi pater, vel in militia, ergo
non domi, vel intra annum deceſſerit, & poſtea num. 8.
ipſe Ripa reſidet in opinione cõtraria Galia. ibi reten-
tatum opinione nouiſſimorum. Socin. Iun. dict. l. Cen-
turio. vt dixi, non ſtat in aliqua opinione, ſed dicit paſ-
ſum dubium, & poſſe diſputando vtramque opin. ſuſti-
neri, & Bertran. conſi. 196. Multa fuerunt, lib. 3. per Rip.
nume. 7. allegatur ſequi ſententiam Galia. contrariam,
vnde ſecurius dici poteſt contrariam opin. eſſe magis
communem, probatam per Galia. Bertran. dict. conſ. &
Aret. conſil. 12. in princ. qui clarè tenet, quòd miles te-
netur domi facere teſtamentum iure communi, licèt
adhuc ſit miles, idem probat Dec. in l. quanquam. num.
2. C. de teſtam. milit. Ripa d. l. Centurio. nume. 8. vt dixi,
& videri poteſt, retinet opin. Galia. quam ideo puto
magis communem & veriorem, per tot text. expreſſos,
& gloſſ. & doct. ſupra firmantes generaliter, iure militari
valere teſtamentum militis factum, vel in prælio, vel in
expeditione, vel in caſtris, vel in militia, & non in alijs
locis, vel ſuis ædibus degendo. d. l. pen. & §. illis autem.
Inſt. eo. & per Hoſti. in ſum. de teſtam. col. 2. verſ. quid ſi
non in expeditione. & Curt. in l. licet. ſub nume. 5. C.
de pact.

Quatenus verò Paul. Leo. in dict. quæſt. 13. num. 101.
& 104. ſuam opin. de milite valde iure militari teſtan-
te, & directò ſubſtituente etiam extra caſtra, vbicunque
reperiatur, temperamentum hoc apponat, adhuc ta-
men miles, & dummodo miles ſit, dico primum con-
tra hoc eſſe authoritatem Aret. dict. conſil. 12. in princ.
modò relatum, deinde aſſentirem opinioni huic Paul.
Leon. & etiam Oddi. quando miles in ædibus ſuis, vel
vbicunque reperiretur, opera bellica perageret, & eſſet
miles militans numeris & ſignis ſuis iugiter inhærens.
l. milites. C. loc. & in actu milites, probat à contrario
ſenſu illorum verborum citra expeditionum neceſſi-
19 tatem, text. in d. §. † illis autem Inſti. de milit. teſta. qui
ſenſus eſt, quòd tempore, per quod in expeditionum
neceſſitate degeret domi ſuæ, vel in alijs locis poſſet
adiuuari priuilegio militari, teſtando, quomodo vellet,
& exponit gloſ. in verſ. militib⁹. id eſt, in actu militio ex-
tantibus, in l. Titius. vbi eſt etiam not. text. ff. eo. & gloſ.
in verſ. militis, id eſt militantis exponit in l. ſi inſtituta.
§. de inofficioſo ff. de inof. teſtam. & gloſ. in verſ. militis,
20 exponit etiam militantis: in l. 1. C. de teſta. milit. † Exin-
de miles in ea prouincia, in qua opera bellica peragit,
domum comparare non prohibetur. leg. milites agrum.
in prin. ff. de re mili. Dicitur enim quoque miles nõ mi-
litans per gloſſ. in verſ. ante militiam. in d. l. in fraudem.
§. teſtamẽtum. & gloſ. fi. in l. tribunus. in fi. ff. eo. & Ioan.
Fab. in §. pen. Inſt. eo. intelligit de milite non militante,
quia miſſio ob cauſam. Secùs ergo tenerem in iſto mili-
te, non militante exiſtente domi, quòd nullo modo poſ-
ſet validè teſtari iure militari, & ita concludo, quòd te-
ſtamẽti interpres pro cognitione directæ militaris ſub-
ſtitutionis inſpicere debet, ſi miles tempore locoq; mi-
litiæ expeditionum, in caſtris, vel in tentorio, vel in præ-
lio ſuum condiderit teſtamentum, alias tempore: & lo-
co alijs facto teſtamento ceſſat militaris ſubſtitutio.
21 Tertium ſequitur, & vltimum videre † quibus ver-
bis valeat ſubſtitutio militaris concipi, quæ fit, vt ſcitur,
& dictum eſt, à milite militante filio puberi vel extra-
neo poſt aditam hæreditatem dicta l. Centurio. l. miles
etiam his. l. cum filiusfam. ff. de milit. teſtam. & l. in te-
ſtamento. in fin. C. eod. ſi quidem omiſſis diſputationib.
& communibus opin. inhærendo, facta reperiatur ver-
bis directis: ita poſt mortem filij, vel Sempronij hæ re-
dis, vel poſt 10. annos, vel poſt aliquem alium euentum,
facientem primum hæredem, deſinere eſſe hæredem,
ſit hæres Titius, inſtituo, vel facio hæredem Titium,
matre hæredis inſtituti, & poſtea defuncti, non exiſten-
te, ea dignoſcitur militaris directa, per dict. l. Centurio.
& ibi Alexand. teſtando ita eſſe commun. opin. allegat.
Bart. Bald. Angel. Paul. de Caſtr. Card. Flor. & latè de-
fendit ſub num. 52. 53. 56. & Iaſ. num. 19. 20. Galia. num.
58. 59. Ruin. num. 18. 19. Ripa num. 66. Capra. de reg. &
tract. ſubſti. ad quintam ſpeci. videlicet compen. nu. 47.
48. & Odd. Peruſ. de compendioſa par. 5. c. de compen-
dioſa, facta à milite, arti. 3. In conclu. 2. concord. colligit
hanc commu. atteſtantes, & diſcuſſis, ac relatis contra-
rijs breui, diſtincto, & eleganti ſtilo hanc Bart. opin. ap-
probat in fol. 114. verſ. ego breuiter dico. conciliando
opin. contrarias in ipſa materia, d. l. Centurio. & l. preci-
bus. C. de impub. & ali. ſubſtit. cum declaratione milita-
ris expreſſa, in genere, in ſpecie, & indiuiduo, & milita-
ris tacitæ. vt ibi per eum.

Si verò apparet concepta verbis communibus, ita,
poſt mortẽ mei filij hæredem ſubſtituo Titium, & hæ-
res poſt pubertatem decedat matre prædefuncta, poſi-
to etiam, quòd iſte hæres decedens, ſi extraneus, hæc
quoque directa militaris dicenda eſt, ſecundùm Bart.
in dict. l. Centurio. num. 12. cuius opin. doct. etiam con-
trarium tenentes atteſtantur communem, vt ibi Ripa
nume. 67. Socin. Iun. nume. 197. ideo placet ab ea non
diſcedere, vt veriori, & latè probata per Odd. Peruſ. dic.
cap. de compen. à milite, &c. artic. 2. verſ. prima opinio.
fol. 108. per c. ſi pater, de teſta. in. 9. & l. 3. ff. de mili. teſta.
& Capra. ad dictam quintam ſpeciem ſubſti. videlicet
compen. nume. 48. 49. & gloſſ. in verſ. fideicommiſſi in
princip. in dicta l. precibus. Secùs diceretur, ſi mater
viueret quia non directa, ſed obliqua ſubſtitutio cenſe-
retur, Bart. & alij in d. locis tradunt, magis idem dicen-
dum eſt, cùm de verbis obliquis facta reperitur ſubſti-
tutio à milite, quæ omni tempore eſt fideicommiſſaria.
Couar. in cap. Raynutius. ſub §. 9. nume. 13. & Odd. Pe-
ruſ. in dict. cap. poſuit. in 1. artic. fol. 107. & Vaſq. tract.
de ſucceſſ. prog. libro ſecundo. §. 18. titi de compend.
numero 68. ex quolibet, quod non bene ſentit Franc.
Grati. Vicent. in ſuo opuſculo, de vulg, & fideicommiſſ.
dict. leg. Centurio. & l. precibus. in vlt. car. dicendo, in
l. precibus. ſubſtitutionem eſſe factam verbis obliquis,
quia omni tempore eſſet fideicommiſſaria, & ſub eo-
dem præſuppoſito factæ ſubſtitutionis contrarium ibi
deciditur: ſi hæres intra pubertatem decedat, ſubſtitu-
tus admittit hæres, & ſic ex directa pupillari: multi qui-
22 dem multa dicunt ſuper † intellectu dictæ leg. precibus:
ego breuibus inhærendo literæ dictæ legis ibi, & ſecun-
dum hæredem ſcripſiſſe, hunc eius verum intellectum
puto, quòd ex narratis ibi in precibus de teſtamẽto mi-
litis, continente filium hæredem inſtitutum, & ſecũdum
hæredem ſcriptum, habemus expreſſionem hanc ſe-
cundum hæredem eſſe ſubſtitutum, datum per verba di-
recta, & per militem, vt verbum illud, hæredem eſſe di-
rectum & ſecundum, eſſe ſubſt. patet, ex li. 1. de vulgar. &
pupil. & ex traditis per Bartolum. in d. l. Centurio. num.
43. & ibi per omnes. & Paul. de Caſtr. conſil. 152. Viſo
puncto. in princip. lib. 2. & Crot. conſil. 23. nume. 12. al-
legando propriè Bald. in dicta leg. precibus. ſuper illis
verbis, Scripſit hæredem. Ang. Imol. & Alexan. in locis
ibi per eum expreſſis. adde Alex. in l. iam hoc iure co-
lumna 2. ſub num. 3. verſic. limita tamen. de vulgar. &
pupil. Ang. conſil. 101. conſiderandum eſt in princ. Ad
rem mihi parum facientem conſiderationem alioquin.
perſpicaci intellectu, factam per Odd. Peruſ. d. part.
5. de compen. fact. à mil. artic. 2. verſ. vnde dic. dict. leg.
precib. continere ſubſtitutiones. verbis directis factas,
quòd promulgata fuerit antè, l. quoniam indignum

C.de teſta.enunciãtem, priùs eſſe obſeruationem con-
dendi,teſtamenta directis, verbis,quia lex iſta loquitur
de inſtitutione, hæredis, illa verò l.precibus, loquitur
circa ſubſtitutiones, quæ quidem omni tempore con-
cipi potuerunt, & directis & communibus, & obliquis
verbis, vt patet tot. ti.de vulgar. & pupil.& ad Trebel.
hoc autem ibi pro congruo reſponſo dando per Impe-
ratorem ambiguum: & non expreſſum erat, An ſubſti-
tutio eſſet vulgaris, an pupillaris expreſſa,vel compen-
dioſa,non ad aliquam certam ætatem, vt deſignant illa
verba, vtrúmne in primum caſum, an in ſecundo, &c.
per leg. iam hoc iure. de vulgar. & pup. Vnde retento
expreſſo de ſubſtitutione directa, ſupponendo, Impe-
rator ſuum reſponſum per,ſi,ſic, eſt, decidit, ſi ſubſtitu-
tio eſt tantùm vulgaris, & expirata per aditionem hæ-
reditatis,non impedit matrem precantem, quin ſucce-
dat filio hęredi defuncto ab inteſtato, ſi eſt pupillaris
expreſſa, vel compendioſa, & filius hæres decedat in
ætate pupillari ſubſtitutus in totum, admittitur ex pu-
pillari: quæ matrem excludit in totum: l. Papinianus.
§.ſed nec impuberis.ff. de inoff.teſtam.c.ſi pater. de te-
ſtam.in 6.ſi poſtea decedat mater,ſuccedit in bonis filij
decedentis & ſubſtitutus admittitur ad bona teſtato-
ris, ſicuti fideicommiſſarius, cui non debentur,niſi bo-
na,teſtatoris: l. cohæredi.§.cum filiæ. de vulgar.& pup.
cum ſimili. & ſubſtitutus ad bona teſtatoris admittitur
ex directa, & directis verbis facta etiam puberi:iam ſu-
pra prænarrata in precibus,& militari ſic expreſſo teſta-
mento militis, ita concordat dict.lex. Centurio. & Im-
perator ſupponendo contingentiam caſuum directæ
ſubſtitutionis ſemper per verba directa, vt non diſce-
dat à teſtamento, & ſubſtitutione directa, prænarratis
reſpondet ad vnumquemque caſum ſuper teſtamento
23 à milite.† & quidem conceſſio reſponſioq; prin.intelli-
gitur ſecundùm tenorem precum,l.ſi defenſor.§.primo
ff.de interrog. act. §.præterea. Inſtit. de inutili ſtipu. c.
inter dilectos. §. cæterum. & ibi Bald.de fide inſtrum.
& l. 1. & ibi Iaſ. not. C. de diuer. reſcript. Dec. conſil.
10. columna penult. ad fin.verſic.quintò, quia & conſi-
lio 142. columna 4.ad numer.6. Is ergo verus intelle-
ctus videtur dictæ leg. precibus. qui eius literæ & mo-
do per Imperatorem reſpondendi, & verbis conuenit:
ideò tenendus: l. prima. §.ſi is, qui nauem.de exercito.
l.quod conſtitutum de milit.teſtam.l.Gallus. §. quidam
rectè. de li.& poſth.& conuenit militi teſtatori, qui pu-
beri directam facit ſubſtitutionem.d.l.Centurio.cum
concord. ſupra allegatis.& cum hac l.Centurio ſic con-
24 cordat, † vt legum concordia tenenda eſt, l.prima C.
de inoff.dot.& parum præiudicat matri, quæ omni caſu
& militaris ſubſtitutionis, & fideicommiſſariæ bona
filij obtinet: & bona teſtatoris dimittit, dicta l. Cen-
turio.l.cum filiusfam.de milit.teſtam. Vnde Imperator
continuando benignè reſpondere mulieri precanti, vt
facere incepit à principio,omnes in d.l.precib. notant,
vt minùs ægrè ferat militarem ſubſtitutionem, factam
per verba directa, excludentem matrem:Bart.ad fin.&
alij ſequuntur in l. inteſtam.C.de teſtam.milit.eſt Com.
Opin.Iaſ.in d.l.Centurio.num.19.quę tantum bona te-
ſtatoris tribuit,d.l.Centurio. ſui reſponſi rationem aſſi-
gnauit Imperator,potius ſic argumentum, vel ſimilitu-
dinem,quàm verã cauſam fideicommiſſi expreſſit, per
dictionem,† velut, quæ magis & frequentiùs ſignificat
ſimilitudinem, non ipſam planè veritatem, ſecundùm
leges alleg. per Alber. in dictione, ſuper ipſa dictione,
Velut,& ſecundum Grammaticos per Lau. Val. lib. 3.
Elegantiarum,cap.74.alioquin volẽs claram, & veram
cauſam fideicommiſſi Imperator exprimere, feciſſet
dictam legem claram,ſine illa dictione, Velut, eod.in l.
pen.C.de part.conuẽt.dicẽte, nos omnia clara cupien-
tes,&c.hunc itaq; credo veriſſimum Imper.intellectum
ſuper d.l.precibus.vt etiam talis,licet non ita explicatus
fuit intellectus,datus à Chriſoſt. de Caſt.à Fulg.& Cum.
& probatus.à Paul.Leo.in compendioſa, num.75.& ſe-
quent.& Iaſ.in d.l.Centurio.ſub num.20.vti veriſſimus,
& magis communis,& Vaſq.d.lib.2. §. 18. de compen-
dioſa.num.57.& ſequ. & num. fin. & hæc ſufficiant pro
cognitione militaris directę, ſuper qua, vbi contigerit
26 † alias haberi interpretationes ex priuilegijs militum,
accedatur ad Bart.in l. neque §.deportari. de milit. te-
ſtam.& Baldus,Saly.& Rom.in l.milites.C.eod.

## ¶SVMMARIVM.

*Reciproca ſeu breuiloqua ſubſtitutio quomodo cognoſcatur,
vide de materia latè,verb.ſubſtitutio reciproca.*

1 *Subſtitutio reciproca ſeu breuiloqua,in teſtamentis poſita,
deprehenditur, quando pluribus hæredibus inſtitutis di-
catur,Eos inuicem ſubſtituo.*

*Vel eiſdem hæredibus inſtitutis dicatur, Et omnes eos filios
maſculos legitimos & naturales tam natos, quàm poſt-
humos, & ſibijpſis inuicem ſubſtituo in ſtirpes & non in
capita,quæ tunc ſolam vulgarem continet.*

*Vel ſic, quòd vnus ſuccedat alteri,& quæ tantum vulgarem
comprehendit.*

*Vel ſic,Ita,quod alter alteri ſuccedat.*

*Vel moriatur alteri.*

*Vel deueniat de vno in alium.*

*Vel vnum alteri,& alterum vni.*

*Vel alteri alter ſuccedat.*

*Poteſtq; eſſe reciproca ſine adiectione illa,Inuicem, & quo-
modo,& de materia reciproca plenè vide ibidem.*

2 *Subſtitutio reciproca, facta abſque aliqua conditione, vel
mortis hæredum,vel tractu aliquo temporis, continet &
vulgarem, & pupillarem, & exemplariam, & milita-
rem,ſubſtitutiones directas, vt ibi legitur, & fideicom-
miſſariam,quando prædictam continet, & ſit facta modo
prædicto circa quam ſit interpretatio, ſecundùm quali-
tatem teſtantium,& hæredum inſtitutorum:nam quan-
doque vertitur in vulgarem, non pupillarem, & non fi-
deicommiſſariam, & quando vulgaris & pupillaris con-
tinentur,& vt latiùs ibi de materia.*

3 *Subſtitutio reciproca,quãdo contineat vulgarem & exem-
plariam:& an filij mente capti excludantur ab vniuer-
ſali ſucceſſione, & quare,ibidem.*

4 *Subſtitutio reciproca directa,pupillaris vel militaris,an ad-
mittat & complectatur ſubſtitutum, excluſa matre pu-
pilli,quando teſtator miles ſit, & inſtituat filium pupil-
lum, & extraneum, vel vnum filium pupillarem,& al-
terum maiorem,eos inuicem ſubſtituendo, matre pupilli
exiſtente,& filio decedente pupillo, & ſecundùm quod
teſtator ſenſerit, declaratur, & de probanda ſic volun-
tate ipſius & per quem,& quomodo,vide ibidem.*

5 *Miles licet poßit teſtando ſubſtituere, directo etiam extra-
neis & maioribus, non tamen hoc præſumitur, ſed quod
vtatur,& vti voluerit iure communi.*

6 *Subſtitutio reciproca ſeu breuiloqua inter pares perſonas
facta interpretatur continere directam ſubſtitutionem,
quæ cõuenit ipſis perſonis,quid,vbi ſit diſparitas,vel per-
ſonarũ, vel portionum in reciproca, & ſi omnes pupilli à
patre ſint inſtituti,& ſubſtituti,eſt vulgaris & pupilla-
ris,& expreßè verbis generalibus,quæ matrẽ excludunt,
ſi omnes ſint furioſi, eſt exemplaris, & quid, ſi teſtator
eſt miles,& de materia ibidem vide latè diſcuſſum.*

*Et quando dicatur pupillaris in reciproca,& quando pariter
exemplaris,ibidem.*

*Et quomodo appareat de voluntate teſtatoris, & conſtet de
pupillari,per quas clauſulas,& quibus verbis, ibidem.*

7 *Subſtitutio reciproca tantum dat de portionibus ſic ſubſti-
tuto, quantũ & quales quis habet comprehenſus in in-
ſtitutione, & quando virilem conſequi portionẽ debeat,
& tunc*



*& tunc reſpectu diuerſarum portionum, quòd non impe-
diatur pupillaris,contineri in reciproca, & quid ſi portio
nes præcedentes ſint diuerſæ reſpectu certæ & reſpectu
vniuerſi,declarando, vt ibidem,vbi perpulchrè.*

8 *Subſtitutio reciproca,& inuicem facta de omnib. filijs,quo
rum fœminæ erant inſtitutæ in certis quantitatibus &
maſculi in vniuerſum,non continet filias,vti legatarias,
& nullam portionem habentes.*

*Et eſt Communis Opin. & quomodò cenſeantur inter eos
ſubſtituti & ſubſtitutæ, ibidem, & quando filiæ conti-
nentur in reciproca,vide ibi latè.*

9 *Subſtitutio reciproca continet directas ſubſtitutiones, ſcili
cet vulgarem & pupillarem,ob diuerſitatem etiã coniun
ctionis ſanguinis inſtitutorum & ſubſtitutorum,& quid
de vulgari,cum indubia ſit Communis Opin.de ea,quíd-
ve dicendum ſit de pupillari, vide latiùs hoc diſcuſſum
ibidem cum nonnullis num.ſeq.*

10 *Teſtator inſtituens filios ex diuerſis vxoribus æqualiter hæ
redes, & inuicem ſubſtituat, vno decedente, non adita
hæreditate,ſimul omnes alij admittuntur,tam vtrinque
coniuncti,quàm ex altero latere tantum,*

*Et eſt communis Dini opin.reprobata.*

11 *Pater ſibi priùs debet teſtari, deinde filio impuberi ſubſti-
tuere,in qua pupillari affectio patris inſpicitur, non ma-
ior coniunctio naturalis:ſed ea,quam ipſe fecit in inſtitu
tione.*

12 *Doctor quantuncunq; magnæ authoritatis dictum ſuum
probare debet,vt ſibi credatur,aliàs ſibi non creditur.*

13 *Opinio Communis non attendenda eſt, niſi ſit fundata in iu
re Communi,vel ratione.*

14 *Opinio Doctoris reputatur ea,quæ dubium examinando fir
matur,& non ea,quæ perfunctoriè refertur.*

15 *Filij filiorum non veniunt in ſubſtitutione, licet filij maſ-
culi inſtituti ſic & ſint,cenſeantúrque ſubſtituti.*

16 *Subſtitutio recipit interpretationem ab inſtitutione, & ex
ea interpretatur,etiamſi ſubſtitutio ſit facta in codicillis,
& inſtitutio in teſtamentis:& ſub num. ſeq.*

17 *Subſtitutio pupillaris ſit altero ex duobus modis:aut nomi-
natim, aut generaliter:hocque modo continetur pupilla
ris in reciproca,verbis generalibus,ſcilicet, de hocq; vide
ibidem latiùs.*

*Et eſt Communis Opin.*

18 *Subſtitutio vna reciproca, reſpiciens plures perſonas inſti-
tutas & ſubſtitutas, & plures caſus ſubſtitutionum de-
terminabiles, eas determinat vniformiter in caſu vul-
garis vel pupillaris, vel aliarum directarum, prout con-
ditio perſonarum tam diſponentium, quàm diſpoſitarum
congruat.*

19 *Vna & eadem determinatio,reſpiciens plura determinabi-
lia, determinat,& æqualiter, & vniformiter, quoad ſ.
effectum, & eſt hæc Regula.*

*Fallit nouem modis, quibus non ſit æqualis determinatio,
ibidem.*

20 *Primò, vbi vnum ex determinabilibus maiorem fauorem
habet,quàm alterum, exemplum ibidem vide.*

21 *Secundò, non ſit æqualis determinatio, vbi ſit diuerſitas
rationis vnius caſus determinabilis ab altero determina
bili,quod declara, vt ibi.*

22 *Tertiò,quòd non fiat, niſi in vno propriè, in altero impro-
priè, propter diuerſam naturam rerum & perſonarum,
in ratione deductarum: quod declara,vt ibi.*

23 *Quartò,vbi natura determinabilium ad inuicem repugnat
vna, æqualis non ſit determinatio.*

24 *Quintò,quando alterum determinabile prouenit ex diſpoſi
tione neceßaria,exemplum,vt ibi.& ita declara.*

25 *Sextò, non ſit æqualis determinatio,vbi ex ea induceretur
correctio Legis.*

26 *Septimò,vbi ageretur,de magno & graui præiudicio vnius,
vocati in determinatione,& quomodo,vide ibidem.*

27 *Octauò,ſi æquali determinatione facta,non valet diſpoſitio,
quoad omnia determinata, tunc inæqualis accipitur de-
terminatio, vt actus ſuſtineatur,quoad omnia,quod de-
clara,vt ibi habetur.*

28 *Nonò fallit in eo,quod tacitè eſſet intelligendum,ex lege in
vno, & in altero non, quod in hoc tacitum ipſum ceſſans
facit ceſſare æqualem determinationem,vide exemplum,
& declara:vt ibi.*

29 *Vna & eadem res,vel diſpoſitio, non debet diuerſo iure cen
ſeri: regula hæc eſt, & vulgata, quomodo procedat, &
intelligatur in inſtitutionibus & ſubſtitutionibus.*

30 *Et vide octo limitationes ad illum,quæ reducuntur,vel ex
diuerſo reſpectu.*

*Vel ex diuerſis cauſis, & rationibus, & quando procedat d.
regula,ibi.*

31 *Et vide plura de diuerſitate rationum, per Iaſ.*

*Et de diuerſitate perſonarum, locorum, temporum, rerum,
ac nominum.*

*Et de diuerſitate tractatuum,& terminorum.*

*Et de diuerſitate facti.*

*Et de diuerſitate locutionis,orationis, & perſonarum: ibi-
dem latè.*

## ¶SOLVTIO IX.

1 RECIPROCA † vel breuiloqua ſubſtitu-
tio,ſequitur, & his formulis primùm in te-
ſtamentis appoſita deprehenditur, plurib.
hæred.inſtitutis, quòd ſubſequatur, Quos
vel eos inuicem ſubſtituit: vel iam hoc iu-
re §.1.l.qui plures.l.Lucius.de vulgar.& pupil. Vel ſic:
Et eiſdem hæredibus omnes eorum filios maſculos le-
gitimos, & naturales, tam natos, quàm poſthumos, &
deſcendentes ab eis ſibijpſis inuicem ſubſtituit in ſtir-
pem,& non in capita,reciprocam iſtam, & ſolam vul-
garem continere, deciſiuè reſpondit,Bero.conſ.65.col.
1.lib.1. Vel ſic: Cum hoc,quòd vnus ſuccedat alteri, &
eorum hæredes maſculi tantùm ex ſe legitimè deſcen-
dentes, quòd vulgarem tantùm comprehendat: tradit
Iaſ.conſ.134. lib.1.vel ſic.Ita quòd alter ſuccedat alteri:
Paul.de Caſt.conſ.441.Viſo puncto.col.2.in princ.lib.
7.vel moriatur alteri,Capra conſ.99.num.2.vel ſic:de-
ueniat de vno in alium: Guido Pap. conſil.227.num.3.
Vel ſic: Vnum alteri, & alterum vni teſtator ſubſtituit,
Dec.conſ.465.col.2.ſub nume.9. Vel ſic: & alter alteri
ſuccedat, Zaſ.de ſubſtitut.de breuiloqua ſub nu.2. Vel
ſi alia verborum forma facta reperitur ſubſtitutio, per
quam mutua deuolutio, & acceptio repetita ſit de vno
in alium: quia ſic de vno in alium repetitur ex verbis
alijs eam repetitionem deſignantibus:vt per Bar.in d.l.
Lucius.nume 4.dum,quibus verbis fiat,tradit: cum eo
ibi tranſit Alexand.num.12.Iaſ.num.9.Ripa num.12.13.
Capra conſil.7.nu.15.pleniùs Sal.in l.in teſtamento.nu.
13.14.15.C.de teſtam.milit.Ang.tract.de teſtam.gloſ.83.
in prin.& poteſt eſſe reciproca ſine alia adiectionę, In-
uicem: vt quando teſtator plures hæredes inſtituit, &
ſubſtituit, quòd inter iſtos intelligatur adeſſe reciproca
ſubſtitutio: per l.cum in teſtamento.§.hæc verba.ff.de
hæred.inſtit.firmant Bal.& Alber.in d.l.iam hoc iure.§.
fin.col.fin.verſ.item quæro.& ibi Ang.ſequitur,referen
do Capra tract.de reg.& commun.opin.tract. ſubſtitut.
ad quartam ſpeciem,videlicet reciprocam,ſub num.10.
verſicu.Imò plus. & Lanfran.de Oriano in l.Centurio.
num.26.verſic.tertiò fit.de vulg.& pupil.vbi & nu.27.
plenè tractat materiam reciprocæ per 16.concluſiones,
complectentes omnia,quæ per Bar.& ali.habentur in d.
l.Lucius.in d.l.in teſtamento.C.de teſtam.milit.in d.l.
iam hoc iure vt quando teſtator vnum alteri ſubſtituit:
Capra conſ.50.num.2.vt etiam huius reciprocę perqui-
rendo de vulgari ſupra memini in ſpecie vulgaris. verſi.
tertius princip.vbi plura de reciproca habentur.

Hæc

2 Hæc autem † reciproca, dum abſque aliqua, conditione vel mortis hæredum, vel aliquo temporis tractu, in futurum facta ſit, ſub ea cognoſcere poſſimus præmiſſas directas ſubſtitutiones, & vulgarem, & pupillarem, & exemplariam comprehendi, & militarem ſecundum qualitatem teſtantium & hæredum inſtitutorum, & ſecundùm contingentiam caſuum, & prouiſionem portionum diſtributarum.

Cum enim facta eſſet reciproca mortis inſtitutorum conditione inſerta, vel aliquo temporis tractu, fideicommiſſariam etiam contineret: Grat.conſ.8.in fin.& conſ.9.ſequen.num.21.lib.2. Nat. conſ.551. num.1. cuius commixtio hîc cum directis congrua non videtur, ſed de eo commodiùs & pleniùs in ſequen. interpr. de fideicommiſſis dicendum reſeruamus.

Secundùm ergo qualitatem teſtantium, & hæredum inſtitutorum circa reciprocam facimus interpretationem, quòd ſi teſtator extraneus ſit, reciproca in ſolam vulgarem vertitur: dicta leg.iam hoc iure in prin. Aret. conſil.37. colum. tertia, ſub verſi. venio, ad quintum, & Couar.in cap. Raynutius. ſuo §. ſeptimo, nume. 3. de teſta.& quòd teſtator ſit pater, tamen ceſſantibus. requiſitis ad pupillarem directa vulgaris tantùm continetur: Bart.in l. 2. C. de impub. & ali. ſubſt. eſſe Com. Opin.comprobat Crot. conſil.2.num.8.Pau.Leo.de reciproca num.14.Gualden.de arte teſtan. tit. 5. cau. 29. & non fideicommiſſaria: Commun. etiam eſt Opinio defenſa per Vaſq.Hiſpa. tract. de ſucceſ. progr. lib. 2. §.11. num. 9. Si quoque teſtator, ſi pater, & hæredes plures inſtituti ſint filij in poteſtate exiſtentes, & impuberes omnes, tempore conditi teſtamenti,etiam quòd vnus, viuente teſtatore, efficiatur pubes vulgaris pariter, & pupillaris continetur dic.leg.iam hoc iure.§. 1. Bart.in d.l.Lucius.ſub num.9.ibi Alexan.nume. 14. ad fin. eſt Commun. & vera opin.Iaſ.ibi ſub nume.15.16. Cap.d.4.ſpecie nu.41.24.ſtante æqualitate hæredum à principio,& ſi deficiat,durat tamen voluntas teſtatoris: Lanfran.de Oria.d.l.Centurio.ſub nu.27. verſi.4.concluſio.ſic omnes ſequuntur,dicit Rip.d.l.Lucius.nu.25. Secùs diceretur, ſi inter impuberes inſtitutos adeſſet vnus maior, quia ob eorum inæqualitatem ſola vulgaris vigeret:Bar.& communiter alios ſic tenere dicit ibidem Ripa nu.22.& Iaſ.num.14.& Capra in d.4.ſpecie de reciproca, ſub nu.15.Gualden.d.tit.5.de ſubſtit.cau. 7.per d.l.in teſtamento.in princ.vulgaris tamen iſto caſu contineret tacitam pupillarem, non operatem contra matrem:Angel.conſil.151. Dictus punctus.ad fin.ſed improbat Rip.in d.l.Lucius.ſub nume.18.ob inæqualitatem inter ſubſtitutos; ſentit Paul.Leo.de reciproca. num.84.tamen ad dictum Angeli adeſt deciſio Guil.de Cun.menti tenenda,& notabilis,ſecundum Alex.in d.l. iam hoc iure.ſub nume.7.idem dicendum eſt, ſi adeſſet extraneus cum filijs impuberibus inuicem inſtitutis, & ſubſtitutis,quòd inter impuberes non ſit pupillaris, ſed ſola vulgaris,propter admixtionē extranei,cui ſola vulgaris conueuit:& ita ratio paritatis dictat, reiecta opin. Bald.& ſequa.relatorum per Ripam d.l.Lucius.nu.24. ſequendo Salyc.Rom.& Imol.in locis per Alex.citatis, is pro veriori opin.ibidem tenet ſub num.14.& Iaſ.nu. 14.idem probat Capra d.4.ſpecie ſubſtit.reciproc. ſub num.16.& ab hac opin.magis communi puto non recedendum.

3 Et ſi † parens habeat filios furioſos, & eos hæredes inſtituat, & inuicem ſubſtituat, ex hac ſubſtitutione reciproca interpretari, & contineri vulgarem, & exemplariam inter iſtos inſtitutos:& ſubſtitutos,probat Bar. in d.l.Lucius.col.pen.num.16.& Ripa ibi num.34.dcit Bart.bene loqui,& ſimpliciter cum eo tranſit, ſed mihi videtur, hanc reciprocam ſubſtitutionem pati difficultatem:quia vnus filius furioſus non debet ſubſtitui alteri filio furioſo: à contrario ſenſu probare videtur tex.in l.humanitatis.C.de impub.& alim.ſubſtit.ibi:nullus verò eorum ſaperet. & ibi:ſi verò etiam alij liberi teſtatori,vel teſtatrici ſint ſapientes,&c.& ibi Dec.num.8.in 5. not.excludi notat filios,ab vniuerſali ſubſtitutione, qui ſunt mentecapti: Reſpondeo, filios mētecaptos excludi à ſubſtitutione vniuerſali, eò quòd non ſunt neceſſariò ſubſtituendi, vt ibi Angel.dicit ſupra fin.ſed poſſent ſubſtitui: ſi teſtator vellet, cùm in eius poſitum ſit voluntate ſubſtituendi quos voluerit alteri filio mentecapto: vt ibi tex.dicit circa med.ita difficultas iſta ceſſat, ob quam forſan dubitat, & vlteriori tractatu indignam reputat, Lancel.Poli.de ſubſtitu. de reciproca. col.fin.num.9.

4 Item ſi † teſtator ſit miles,& inſtitutis filio,pupillo,& extraneo,vel filijs,vno pupillo, & altero maiore,eos inuicem ſubſtituat, matre pupilli exiſtente vxore teſtatoris,decedat pupillus, an ſubſtitutus excluſa matre ſuccedat ex directa pupillari,vel militari reciproca? Text.in d.l.teſtamento.in fin.C.de teſtam.milit.determinat ſecundùm id,quod probabitur, ſenſiſſe teſtatorem:vis eſt in probatione voluntatis teſtatoris, quòd ex eo prouenit:
5 quia, licet † miles poſſit teſtando ſubſtituere directò,etiam extraneis,& maiorib.l.milites etiam.l.fratré. §.pen.l.miles ita.§.1.ff.de teſtam.mil.l.centum.de vulg. in hoc non præſumitur fuiſſe,ſed vſum fuiſſe iure communi.l.quanquam.C.de teſtam.mil.poſt alios not.Dec. in d.l.teſtamento.nume.2.in vlt.not.Pau.Leo.de reciproca.nume.37.& Caſtr.conſ.172.dubium facit.ſub nu. 4.lib.1.ita reciproca,vel breuiloqua, ea non cōprehendit,quæ veniunt ex priuilegio ſpeciali:ſic Bart.intelligit illum text.in teſtamento.verſic.ſed ad iſtud.iſta eſt præſumptio,& ob imparitatem perſonarum,quòd transfertur in ſubſtitutum onus probādi voluntatem teſtatoris, vt ibi Gloſ.Bald.ſub nume.3.& doct. Quæ quidem probatur, ſi apparet facta ſubſtitutio per verba directa,ſecundùm earum naturam, denotantia priuilegium,quo tunc miles teſtator videtur, vti probat Dec.in d.l.in teſtamento.nume.2.verſic.& ad declarationem.ideò talis ſubſtitutio directa,& pupillaris valet contra matrē:Bar. ibidem ad fin.Roman.ſub num.10.verſic.quia aut reſtrimus: reſultat enim pupillaris in perſona pupilli ex eo, quòd probatur militaris facta in perſona maioris:vt declarant ibi Rom.col.5.verſic.vnde hoc.idem Deci.col. 10.verſ.concludendo tamen, & ſi per teſtes probaretur inſpici debet diſtinguendo:aut teſtes deponunt de ſpecie directæ ſubſtitutionis:aut de nulla eius ſpecie; quod proſequitur,& declarat ibi Salyc.col.5.verſicu. ſed tunc quæro.

6 In ſumma: † Vbi reciproca,vel breuiloqua ſubſtitutio inter pares perſonas facta eſt, eam directam ſubſtitutionem continere interpretatur, quæ perſonis ipſis conuenit, ſi omnes pupilli à patre inſtituti, & ſubſtituti ſunt,vulgaris & pupillaris dignoſcuntur, & expreſsè verbis generalibus,quæ matrem pupilli excludunt, d.l.Lucius.& ibi Bart.num.7.Iaſ.num.13.Pau.Leo.de reciproca nume.55.56.Capra d.4.ſpecie de recipro.nume.35.vbi commu.atteſtatur. Si omnes furioſi ſunt,exemplaris eſt Bar.in d.l.Lucius.num.16.Si teſtator ſit miles, & plures directò ſubſtituit, & iure communi non valeat eſt directa militaris.d.l.Centurio.Pau.Leo.de recip.nume.27. & ſeq.Si diſpares ſint inſtituti,& ſubſtituti pupilli & puberes, vel extranei, ſola vulgaris eſt.d.l.iam hoc iure.l. 2.C.de impub.& Ange.conſ.151.in princ.& Bald.in d.l. iam hoc iure.§.fin.verſ.nota hic. Ex coniunctione propriè notat,quòd omnis ſubſtitutio eo modo debet interpretari,quòd poſſit congrui perſonis,à quib.fit,& perſonis,quibus fit,per illum text.& not.in l.verbis ciuilibus. eo.& propter rationem.c.ſi pater.de teſtam.in 6.& plenè Odd.Peruſ.de cōpend.in prælud.part.6.in q. 5.verſi. pro



titas eſt, vel perſonarum, vel portionum in reciproca, quandoque directa pupillaris, exemplaria,vel militaris paſſiuè conuenit, quibus poteſt conuenire ex voluntate teſtatoris, & prout teſtator voluiſſe deprehenditur. Voluiſſe enim conſtare poteſt, quando in teſtamento inſerta legitur clauſula per Notarios apponi ſolita, Vulgariter,pupillariter,&c.per quam teſtator ſe velle oſtendit, quòd duobus impuberibus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis, vno legitimo, & naturali, altero naturali, quo poſtmodum legitimato, pupillaris inter eos viget ex reciproca, ex ſententia Bald.Ang. Salyc.Roman. & Imol.tradit Alexand. in dicta.l. Lucius. ſub num. 16. & Capra in d. 4. ſpecie recipro. ad fin. Aut quando etiam ſine dicta clauſula, Pupillariter, teſtator in continenti poſt factum teſtamentum legitimaſſet filium naturalem, præſumeretur ex tali actu, in continenti facto, pupillarem velle comprehendere,& hunc legitimatum,per ea, quæ in ſimili ſcribit Pau.Leo.de recipro.num.86.Idem dicendum eſt, ſi in teſtamento eſſet appoſita conditio, Si,vel, Quando talis naturalis legitimabitur, quoniam ſicut inſtitutio conditionalis hoc modo facta valet per deciſ. plures à me allega. ſupra eo.lib. interpr. 1. dubit. 4. ſolut.2.verſi.reperitur hæres. ita valere debet ſubſtitutio qualiſcunque eſſe poſsit. Nec ratio diuerſitatis reddi poteſt,lib.4.§.1.in fi.cum ibi ſign.in Glo.ff.de iniuſt.rupt.teſtam.& text.in l.qui liberis.in princ.de vulg. & pupil.

Rurſus per expreſſionem clauſulæ, Vulgariter, pupillariter,&c.vbicunque inter ſubſtitutos reciprocè pupillus pro alijs etiam non pupillis, & extraneis ſubſtitutis, locum habet pupillaris ſubſtitutio, vt latè demonſtratur ſupra ea dubit. in tertio modo cognoſcendi vulgarem.verſ.alius quidem per Anchar.conſ.71.in fin. & Cuma.conſ.16.& Gualden.de arte teſtan.tit.5.cau.7. nume.2. Idem, ſi alio modo appareat facta mentio de pupillo vel pupillaris ætatis, vt etiam ſupra ea dubit.de pupillari cognoſcenda oſtendi in verſi.ſiquidem in ſubſtitutione.per Caſtr. conſil.18. Si bene.lib.ſecundo eadem ratione dicendum eſt, conſtare de voluntate teſtatoris in reciproca contineri exemplariam, ſi mentio facta fuerit de furore, & defectu intellectus filij inſtituti,& Capra d.4.ſpecie reciprocæ, ſub nu.18. verſi.quod verum eſt.

Idem dicitur conſtare de voluntate teſtatoris,ſi præcedente inſtitutione directa, ſubſtituendo reciprocè, dixerit,Succedat in hæreditate prædicta, quòd ſubſtitutio conueniens perſonis in ſubſtitutione ipſa diſcretis,eſt directa pupillaris,ſentit Bald.conſil.38. Super primo puncto.ſupra fin.lib.2.Diceretur etiam conſtare de voluntate teſtatoris in reciproca contineri pupillarem per clauſulam,omni modo meliori.Cur.Iun.conſi. 114. ſub num.2.vt per hanc clauſulam,Et omni iure, &c.induci reciprocam,tradit Cephal.conſil.88.num.38.diceretur etiam conſtare de voluntate teſtatoris,ſi dicat, Alter alteri ſuccedat,ſine diminutione:Ioan.de Ana.conſ. 89.Viſis,que in facto. ad fin. ſeq. Gualden.de arte teſtā. tit.5.cau.7.in fin.

7 Portiones † itē quales,& quantas quis comprehenſus in inſtitutione habet,tales capit veniens ex reciproca:l.cohæredi. §. 1. & l. ſi in teſtamento. & l. ſi plures. de vulg.& l. prima. C. de impub.& vtrobiq; Doct. tradunt poſt gloſ.Ant.Gomez.ſuo Comment. Iur. tom. 1. cap.5.de ſubſti.fideicommiſ.ſub nu.24.verſ.infero vndecimò, niſi in ſubſtitut. ſit vocatus nomine proprio, vel æqualiter onus aliquod cum alijs ſubſtitutis præſtare iuſſus ſit, quia virilem portionem conſequi deberet, vt dictum eſt ſupra interpr. præceden.dubit.5.ſolut.1.& Cap.d.4.ſpecie.num.37.& Ang.Aret.tract.de teſtam.in gloſ.83.ad fin. Hoc autem caſu diuerſarum portionum inſtitutorum non impeditur pupillaris contineri in reciproca,Comment.cum Bar.& bene Rip.in d.l. Lucius nume.35.At vbi inſtitutiones præcedentes ſunt diuerſæ reſpectu certæ rei,& reſpectu vniuerſi, reciproca generalis ſubſequens non comprehendit inſtitutos in re cer
8 ta,cum inſtitutis vniuerſaliter: † vt quādo teſtator filias inſtituit in quantitatibus certis, & filios maſculos inſtituit hæredes vniuerſales, & poſteà omnes ſuos filios inuicem ſubſtituit: hæc ſubſtitutio filias vti legatarias, & nullam habentes portionem non continet, ſecundùm Commun.Opin.Ripa ibidem num.36.Pau.Leo. de recipro. nume.92.& ſequent. Calca. conſil. 48.colum.3. numero.7.8.Socin.conſil.49.colum.4.ſub verſicu.ſextò hæc concluſio,lib.primo, & conſil.14.in princip.lib. 4.ſed maſculi inter eos cenſentur ſubſtituti, & vltimæ fœminæ decedenti,& fœminæ inter eas dicuntur ſubſtitutæ, & vltimo maſculo decedenti: Capra d.4.ſpecie recipro.nu.28.29.Ang.Aret.tract.de teſtam,in gloſ.83. col.penult.nume.9.Vbi ſubiungit, & omnes probant, quòd ſi fœmina ſic in re certa inſtituta ſit,maſculus vniuerſaliter inſtitutus ſit vnus, huiuſmodi reciproca ſubſtitutio inter duos facta,tunc neceſſariò inuitat & continet ipſam fœminam,arg.l.fi.ff.ad Trebel.& ibi Barto. Capra dicta l.num.28.Caſtr.Imol.& Alexand.in d.l.cohæredi.§.qui diſcretas. cum plurib.de interpretatione ex ratione recti ſermonis facienda alleg. à me ſupra lib. 2.interpr.3.dubit.1.ſolu.2.idem ſi ſunt duo maſculi inſtituti, & fœmina vna, vel plures ſint inſtitutæ in rebus certis,& dicatur,Si vnus filius meus deceſſerit ſine filijs, eius portio deueniat ad ſuperſtites, vel ad ſuperſtit. abbreuiatæ tunc etiam filiæ comprehenduntur in tali reciproca dicta ratione recti ſermonis,ponit & Lanfran. de Oria.in d. l. Centurio. ſub numero. 27. in 13. concluſi. licet hæc ſint de compendioſa, & etiam fideicommiſſaria: Alexan.conſi.43.in princ.lib. 2. Ruin. conſili. 148.ad numerum nonum,lib.2.de qua infra.

9 Diuerſitas † etiam coniunctionis ſanguinis inſtitutorum, & ſubſtitutorum, non impedit has directas, &
10 vulgarem, & pupillarem † licet de vulgari ſit indubia Commun.Opin.Docto. vt ſi quis habens duos filios ex prima vxore, & duos ex ſecunda,eos æqualiter hæredes inſtituat, & eos inuicem ſubſtituat, vno decedente, non adita hæreditate,alij vtrinque coniuncti cum coniuncto ex vno latere, & ſimul omnes admittuntur ex vulgari: reprobata opin. Dini. ſic eſt Commun. opin. Doct.concord.alleg.& atteſta. à Iaſ.in d.l.Lucius. col. pen.nume.31.à Ripa nume.47.Capra.in d.4.ſpecie,nu. 36.Sed dubium eſt de pupillari:quia Bar.in l.re coniuncti.in 3.quæſt.5.quæſt.princip.num,62. in fin.de legat.3. ſubſtituendo opin.Din.dicit,in pupillari vtrinque coniunctum in materia reciprocæ ſuccedere pupillo aliud non allegat, niſi, quòd in huiuſmodi ſucceſſione frater vtrinque coniunctus, eſt plus coniunctus, ſimpliciter ſequitur Gualden.de arte teſtan.titu.5.cau. 21. ſub nume. 2. conando reſpondere rationibus Areti. contrarium tenentis in dicta l.Lucius.ſequitur Ruin.conſi. 165.colum.3.num.6.lib.ſecundo. Contraria tamen opi. tenenda eſt, quòd omnes filij diuerſarum vxorum, ex reciproca continente pupillarem, ſuccedant pupillo decedenti, ſicut omnes ſunt inſtituti:& inuicem ſubſtituti à communi patre † & affectio patris inſpicitur in
11 interpretanda pupillari, & ſicut omnes ſimul vocantur ex vulgari: ita ſequendo Aret.Iaſ.in d.l. Lucius.& Crot.in d.l.re coniuncti.ſub nume.136.& eſſe de mente.Bart.& aliorum, probat Ripa in d.l.Lucius.ad fin, & eſt de mente Bald.nume,19.in quæſt.& Salyc.nume.21. in quæſt.10.in dicta l.in teſtamento. C.de teſta.mil.non attendendo maiorem coniunctionem naturalem inter eos, ſed eam, quam teſtator fecit in inſtitutione, quam propriè pater teſtando ſibi priùs facere debet, deinde ſubſtituere filio.l.2.§.priùs.de vulga.vnde quantum habet

bet inſtitutus de paterna hæreditate, tantum habet inſtitutus de pupillari in eadem facti ſpecie per text. ibi probant Bald. & alij, ſi in teſtamento, ita verior, & magis commun. eſt hæc opin. Odd. Peruſ. de compend. in prælud. in partitio. 6. in quæſtio. 5. verſicu. limitatur tertio.

Nec quem deterreat authoritas Bar. quam magnam ad intellectum formatæ quæſtionis dicit Iaſ. in d. l. Lu-
12 cius in fin. quia ad hoc nullam legem allegat: ideò † ei quantocunque magno, ſuum dictum per legem non probanti credi, & ſtari non debet: repeto alleg. ſupra in procemio, verſi. poſtquàm neceſſarium, ſcilicet. cap. ego ſolis. 9. diſt. l. illam. C. de collati. Archid. in c. nolite. in 2. 10. q. 3. Iaſ. conſi. 39. colum. penul. lib. 3. Dec. in cap. 1. nu. 40. 41. de poſtul. prælat. Gram. not. 11. nume. 12. & ſeq.
13 † Communi Opinio. non fundatæ, in iure vel ratione, ſicut & doctori. nihil allegāti, ſtari non debet: Roch. de Cur. tract. de iure patr. verſic. competens alicui. colum. fin. verſi. 67. ſed magis credi debet eidem Bar. in d. l. Lucius. col. fina. vbi bene examinat materiam, & reprobat Din. per iura & rationes etiam conuenientes pupillari, quàm ei, quod potius perfunctoriè tangit in d. l. re con-
14 iuncti. nume. 62. in fin. † cum opin. docto. debeat reputari & teneri ea, quę, dubium examinando firmatur, & non eæ, quæ perfunctoriè refertur: Ang. in l. ſi poſſeſſor. §. ait ſenatus. ff. de pet. hæred. Fulgoſ. conſi. 102. præſuppoſito. colum. penult. verſi. illa enim gloſ. ſola autem ratio alleg. per Bar. in d. l. re coniuncti. quia vtrinque coniunctus, eſt plus coniunctus, nihil eſt in materia teſtati, prout eſt pupillaris, per quam ſucceditur pupillo ex teſtamento ſibi per matrem confecto. d. l. 2. de vulgar. & l. ſi filius, qui patri. eo. & ibi Bartol. & alij in princip. inſtit. de pupil. & l. ſi pupillus, in princip. de acquir. hæred. dictum eſt ſupra de pupillari: nam quoad vocatos in inſtitutione, & reciproca ſubſtitutione pupillari ſufficit filijs etiam diuerſarum vxorum eſſe eiuſdem conditionis, ſcilicet impuberes, & in poteſtate patris teſtantis. l. 2. & ibi gloſſ. & docto. C. de impube. ſic eos æqualiter actiuè & paſſiuè capit reciproca pupillaris. l. iam hoc iure §. primo, de vulg. exinde vtrinque coniunctus pupilli decedentis ſe læſum dicere non poteſt, per ſcripta à Curt. Iun. conſil. 22. & nume. 14. & Bello. conſi. 41. in fi. & Sapia in d. l. 2. nume. 18. & tunc ergo qualitas hæc comprehenſionis, & vocationis in pupillari, faciente teſtamen tum pupilli, præualet & ſuperat, & penitus ſilere facit qualitatem illam, quam haberet alius vtrinque coniunctus ex prælatione ad cauſam inteſtati: arg. l. ſi teſtamen to. C. de impub. & l. Papin. §. nec impuberis. ff. de inoff. teſtam. & per l. quandiu. la prima. de acquir. hæredit. & per alias rationes, adductas à Ripa in d. l. Lucius. in fin. & in d. l. re coniuncti. nume. 215. 216. vbi etiam hæc magis Commun. atteſtata eſt, & ſequitur eam Cum. d. conſ. 16. Ioanneſque Vitalis, cum quo alias tranſit Iaſ. in d. l. iam hoc iure. ſub nume. 9. vbi in ſubſtitutione facta ſit mentio pupillaris ætatis, in qua quidem inſpicitur, ſi ſubſtituti ſuperſtites ſint, ex inſtitutis, etiam quòd vnus ſit frater, & alter patruus pupilli defuncti, & ſic ei diuerſæ coniunctiones, vt firmat Pau. de Caſtr. conſi. 18. Si bene. in princ. lib. 2.

Hanc quoque ſententiam ſimiles ambiguat circa ſubſtitutiones propoſitam, interpretationis præſertim declaratiuæ, vltimarum voluntatum materiam proſequendo, comprobo, ex illa communi regula, quòd dubium aliquod, tam circa res, quàm perſonas in ſubſtitutione, vt l. 1. C. de impub. & al. ſubſtit. & ibi Bart. dicit, & hoc ex interpretatione declaratiua, quia ſic teſtator ſenſit: idem Salyc. not. in princ. Fulg. & Iaſ. in princ. & Dec. ſub num. 2. quòd id ex præcedentibus colligitur. arg. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. 1. num. 1. aſſignat rationem, quia illam affectionem, quam habuit teſtator in
15 inſtitutione, pariter habuit in ſubſtitutione, † vt de filijs maſculis magis dilectis in inſtitutione, ſic & in ſubſtitutione, Bart. in locis per eum ibi alleg. & Soc. conſ. 49. col. 4. verſic. ſexto. lib. primo, & conſil. quinto, in primo, colum. fin. verſic. primo, quia, & conſil. 14. in princ. & in l. ſi is qui ducenta. §. ſi. in 5. not. num. 4. de reb. dubijs. & Pariſ. conſil. 61. col. fin. num. 46. lib. 2. & de filijs dilectis in inſtitutione, idem in ſubſtitutione, in qua non veniant filij filiorum: Corn. conſ. 182. col. 3. lib. 2. & Curt. Iun. conſi. 22. colum. 4. ſub nume. 8. & de filijs inſtitutis in vna dimidia ſubſtitutis in eadem dimidia præferendus alijs Dec. conſi. 186. col. pen. verſ. & in præſenti. Iaſ. conſil. 143. col. pen. verſi. quarto, quia libr. 4. vbi, de ſubſtitutis inuicem, de filijs, inſtitutis, & ſubſtitutis, quòd in ſubſtitutione non veniant nepotes.
16 Corn. conſi. 290. colum. penult. lib. 4. † Subſtitutio etiam fideicommiſſaria facta in codicillis, interpretationem recipit ab inſtitutione, facta in teſtamento: Alex. conſi. 204. Perſpectis, colum. pen. num. 1. lib. 6. De bonis omnibus teſtatoris, contentis in inſtitutione, interpretatur facta ſubſtitutio. Dec. conſ. 371. col. 2. verſic. ſed tamen Alexand. conſi. 252. col. fin. ſub nume. 4. vbique etiam ſubſtitutio comprehendat vlterius, & bona prælegata illi filio, cui facta ſit ſubſtitutio idem conſil. 25. colum. fin. verſic. ſecundo reſpondeo. lib. 1. Secus eſt de legatis, factis alijs, non comprehenſis in inſtitutione, ſecundum quam regulariter intelligi debet ſubſtitutio. Afflict. in deciſ. 38. ſub num. 5. per d. l. 1. & l. ſi plures, de vulg.

Iſtam igitur regulam de interpretanda ſubſtitutio-
17 ne, ſic applico ad ſolutionem prædictæ quæſtionis, † Fit enim ſubſtitutio pupillaris altero ex duobus modis, aut nominatim, vt ſubſtituo Titium, aut generaliter, vt, Quiſquis mihi erit hæres, ſit hæres filio meo, ita ten. eſt in §. ſubſtituitur, de pupil. hoc autem ſecundo modo generaliter dicitur contineri pupillaris in reciproca, verbis ſcilicet generalibus: Bart. in d. l. Lucius. col. 2. nu. 7. Iaſ. col. 4. nume. 13. vbi ſic vera & commun. opin. Pau. Leon. de recipro. nu. 56. Alex. in d. l. iam hoc iure. col. 3. in fin. probat text. in l. cohæredi. §. qui patrem. & ibi Iaſ. in 4. not. ſub §. qui diſcretas. de vulg. & Capr. in d. 4. ſpecie reciprocæ. nu. 35. Quæ quidem generalitas ſubſtitutionis declaratur ex inſtitutione, per dictā regulam, qui omnes inſtituti impuberes ſunt filij teſtatoris etiam ex diuerſis vxoribus, ideo ſubſtituti inuicem admitti debent, ad ſubſtitutionem ſinguli, qui & inſtituti ſunt hæredes. d. §. ſubſtituitur. & l. qui plures. de vulg. quia pares in inſtitutione, ſunt pares in ſubſtitutione, licet non ſint pares in agnatione, dicit Bald. in d. l. 1. in fin. C. de impub. à contrario ſenſu: Si pater, & filius non eſſent inuicem ſubſtituti, inſtituti cum alijs, & inuicem ſubſtituti comprehenderentur in ſubſtitutione ipſa, non inſpecta coniunctione naturę, ſed ea, quę procedit ex diſpoſitione teſtatoris, per text. in d. l. cohæredi. §. qui patrem, vt ibi adducit Imo. in §. qui diſcretas. de vulgar. & pupil. & ibi Caſtr. in ſpecie prædictæ quæſtionis, ſimpliciter ſequitur Bartol. in d. l. Lucius. in penult. quæſt. comprobat Aret. in dicto §. qui diſcretas, & Imolam ipſe Aret. ſequitur in dicto §. qui patrem. col. fina. & quòd ſic Bald. etiam hunc text. intelligit ibi, & ſimpliciter communem, atteſtando ſic tenet Capra. d. 4. ſpecie recipro. nu. 36. Ius denique ſubſtitutionis regulatur ab inſtitutione, vt quantum quis de iure poteſt capere ex inſtitutione, tantum capiat ex ſubſtitutione, exemplum ponit in filio naturali, capace duarum vnciarum, quòd inſtitutus, & ſubſtitutus plus cum effectu non capiat, & pro not. tradit Bald. in l. ſi in teſtamento. de vulg. & pup. & inſtitutio dat intellectum, & interpretationem ad ſubſtitutionem. Alex. conſ. 24. Redeundo. lib. 3. Dec. conſ. 304. col. 1. num. 3. conſ. 412. col. 1. ſub num. 1.

Alia



Alia vulgaris regula dictam ſententiam, & cætera contenta in reciproca cōfirmat, & ex ipſa reciproca infertur, quòd vna determinatio ſequens, & reſpiciens plu-
18 ra determinabilia debet pariter ea determinare. † & vna ſubſtitutio reciproca reſpiciens plures perſonas inſtitutas, & ſubſtitutas, & plures caſus ſubſtitutionum determinabiles, determinat eas vniformiter in caſu vulgaris, vel pupillaris, vel aliarum directarum, prout perſonarum conditio, tam diſponentium, quàm diſpoſitarum congruit, dicta l. iam hoc iure. §. ſecundo, & ibi not. Barto. Caſt. in 3. not. num. 5. colum. 3. num. 10. Imol. num. 4. Alexand. colum. 3. numer. 5. Aret. in 5. not. Iaſ. in 6. num. 10. & l. quāuis. C. de impub. & l. in teſtamento. C. de teſtam. mili. ibi Alex. colum. prima, num. 2. Deci. colum. 4. num. 8. & l. ſi legatarius. §. fin. ibi Bartol. not. de legat. 3. Caſt. in d. 4. not. aſſignat rationem: quia vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, per l. eū, qui ædes. ff. de vſu. ca. l. prima. ff. de reg. permu. l. prima. §. 1. ſi quis teſtamento li. eſſe ius. fu. l. ius noſtrum de reg. iur. c. cum in tua. de deci. ca. quia. de priuilegi. ca. cognouimus. 12. quæſt. 2. Quoniam regula ipſa, & dictum hoc, vna & eadem res. &c. in omni materia, & frequenter allegari contingunt: ſuper his ideò dicam, quòd mihi ſuccurrit. Non omittam primùm recordari notabilem re-
19 gulam, † quòd licet vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, non conueniat, niſi vni ex determinabilibus, tamen quoad effectum, determinat omnia, per caſum l. mulieri & Titio, de condit. & demonſtr. & ibi Cuma. & Socin. in 3. no. pro notabili regula ſequitur Iaſ. conſ. 79. col. fi. verſi. 8. lib. 3.

Regula illa, quòd vna determinatio, &c. recipit aliquas limitationes, vel fallentias, traditas per Alex. & Iaſ. in d. l. iam hoc iure. qui quidem ponunt, & ego addam quòd primo fallit, vbi vnum ex determinabilibus maiorem fauorē habeat, quàm alterum, in illo maiorē fauorē habēte effectum ſortitur diſpoſitio, & † in altero ceſſat,
20 dāt exemplum in legato, libertatis & fundi facto ſeruo, ſi hæres peruenerit ad 30. annos, quo priùs defuncto, debetur legatum libertis eius fauore, & non fundi, per l. ſi ita ſcriptum. ff. de manu. teſta. per quam ibi Benedic. de Plumbi. dicit limitari dict. reg. dictæ l. quamuis. & ſimil. & per ſimil. concord. l. ſi ſeruus liber. de ſtatu. lib. vt Iaſ. in dicta l. iā hoc iure. num. 2. allegando Alexan. in dicta l. in teſtamento. & in conſ. 97. vel conſ. 50. colum. 2. li. 4. dicit, ſe tenere dictam limitationē, quam & probat Rolan. à Val. conſil. 74. num. 14. lib. 2. allegando Ruin. in tribus conſil. eandem vltra eum tenet Socin. conſil. 291. colum. 7. verſic. reſpondetur etiam clarè. li. ſecundo, & conſil. 5. colum. fina. numero 17. lib. 4. & Alexan. conſil. 158. lib. 6. Aduerte, quòd exemplum ponunt. doct. huius fallentiæ in legato libertatis quod rarò, vel nunquam legitur in teſtamentis noſtri tēporis, vt etiam atteſtatur Hier. Cagn. in leg. Papin. §. quarto. in prin. ff. de inof. teſtam. Sed in legato ad pias cauſas, quod frequenter in teſtamentis inuenitur ſcriptum, poſſet extendi & exemplificari iſta fallentia, cùm legatum libertatis cenſeatur relictum ad pias cauſas. & doct. vbique tradant, diſpoſita in libertate locum in relictis ad pias cauſas: Barto. in l. penult. & ibi in apoſtil. per Alexan. ff. de his, quæ in teſta. delen. idem. Alexand. conſi. 76. colum. fin. ſub num. 14. libr. tertio, cum concordant. cumul. à Tiraquel. tract. de priui. piæ cau. in præfati. ver. item legatum libertatis. fol. 15. & in 9. priui. verſic. nec obſtat. in 47. priui. in 59. & alibi ita & fauore piæ cauſæ debere fieri inæqualem determinationem: ſentit Ruin. conſil. 3. colum. penult. num. 22. libr. 2. dum priuilegiatus non experitur contra priuilegiatum, potentiori, & fauorabiliori priuilegio, & in ſpecie dicta l. ſi ita ſcriptum, & dicta l. ſi ſeruus liber. ad relicta ad pias cauſas ita extendit Nicol. Euerar. in locis legal. in loco vigeſimotertio, à libert. ad piam cauſam, verſicu. ſeptimo. faciunt ſcripta per Tiraqu. d. tract. in priuileg. 57. 62. 75. & eſt not. extenſio ſæpè in practica contingibilis.
21 Secundo † fallit, quòd æqualis determinatio non fit, vbi ſit diuerſitas rationis vnius caſus determinabilis ab altero determinabili, Angel. in §. hinc nobis. in fin. in auth. de hæred. & Falcid. Imol. in l. Caius. colum. ſecunda, num. 7. Pariſ. conſ. 73. colum. penulti. nume. 49. libr. tertio Ruin. conſil. 169. colum. penult. verſi. reſpōdetur & tertio. lib. ſecundo, Rolan. à Val. dict. cōſil. 74. num. 13. lib. ſecundo. Dec. conſili. 183. colum. 4. ad fin. verſic. ſed in veritate. Iaſ. conſil. 127. ad fin. lib. 1. Socin. conſi. 291. Colum. 7. verſic. ſed præmiſſis. lib. 2. & d. conſ. 5. colum. fina. num. 16. lib. 4. collegi. Ticinen. pro Triuultijs num. 146. Caſtr. in l. fin. in fin. C. de ſenten. & interlo. om. iud. Alexan. d. conſ. 158. in fin. li. 6. ponit. & Hier. Zanch. in §. cum ita. num. 1227. l. hæredes mei. ad Trebel. hanc limitationem, & fallentiam impugnat. Alexan. in d. l. iam hoc iure. colum. 3. ſub num. 5. & in d. l. in teſtamēto, colum. 1. eod. quòd per has leges, licèt ſit diuerſa ratio, & fauorabilis: pro impubere, vt ſit pupillaris, tamen eſt ſtatutum, eſſe ſolam vulgarem, quæ poteſt impuberi, & puberi æqualiter conuenire. Iaſ. in d. l. iam hoc iure. colum. pen. num. 12. pro ſolutione ſe inuoluit Alexand. in d. l. iam hoc iure. ſub nume. 5. dicit illud de diuerſitate rationis procedere in diſpoſitione legis, ſecùs autem videtur in diſpoſitione hominis, quòd non procedat hæc fallētia, niſi in caſu d. legis, ſi ita ſcriptum. idem tenet in d. l. in teſtamento. num. 2. vbi cauſa neceſſitatis non vigeat, ſed pendeat à voluntate, ibi Dec. d. num. 8. dicit, quando non ſit eadem ratio, certa regula dari non poteſt: ratio enim maior requiritur, quæ ſuperet rationem æqualitatis ſeruandæ, vt in quæſtione de ſubſtitutione, facta filio, & extraneo, ſi deceſſerit, intelligitur in filio, ſi deceſſerit ſine filijs: nam ex coniecturata mente teſtatoris recedimus à regula collectiua rationis, & vniformis determinationis, pro veriori concluſione tenet Socin. in l. cum auus. numero 54. in col. 7. nu 21. de condit. & demonſtr. & Ruin. conſ. 157. nume. 6. 7. lib. 2. & de iſta mente teſtatoris conſtat per clauſulam, omni modo meliori, appoſitam in teſtamento. Cur. Iun. conſi. 114. num. 11. vel intellige ſecundum Ruin. conſil. 3. colum. 5. nume. 20. lib. 2. quòd fallentia procedit, quando duo determinabilia ſunt poſita, in diuerſis rationibus, vel quando vnum determinabile eſt magis fauorabile, quàm alterum ſit, ex diſpoſitione legis, abſque tacita mente diſponentis. Idem ſequi videtur in conſil. 64. colum. 3. nu. 8. lib. 3. ſtaret ergo regula æqualis determinationis, quando ipſa determinabilia eſſent poſita in eadem oratione, & ſub eadem verborū conceptione, ſic demonſtrante præſumptam mentem diſponentis, per d. l. iam hoc iure. d. l. in teſtamento. d. l. quanuis, & ibi Bald. ſupr. fin. dicit præſumi mentem diſponentis ratione ſeruandæ æqualitatis, ſic etiam ob rationem illius reciprocationis, probat Soc. Iun. conſi. 121. num. 27. 28. lib. 1. & in l. Gallus. §. quidam rectè nu. 26. ver. igitur de li. & poſthu. hoc eſt quod, Cum in d. l. iam hoc iure. col. 3. nu. 10. dicit, & denotat verbum, inuicem, & Bero. conſi. 110. num. 15. lib. 2. ita dicta regula procedit quando ſubſtitutio reciproca relata ad plures perſonas poteſt diuerſis caſib. committi, ſecùs eſt in ſubſtitutione compendioſa relata ad vnam perſonam: & pro vno effectu contingente, quia non ſit determinatio æqualiter in tempore, vt pulchrè declarat Alex. conſil. 51. colum. 3. & ſeq. num. 17. & ſeq. lib. 7. idem in diuerſis diſpoſitionibus, Bero. conſi. 116. num. 20. lib. 1. Non fit etiā æqualis determinatio maioris prædilectionis erga vnum. Curt. Iun. conſil. 161. colu. 5. verſi. ad vltimum.

N Tertiò

22 Tertiò † declarando quoque præcedentē fallentiam in eo quidem, in quo determinatio actiuè, & paſſiuè vtrique determinabili conuenire non poteſt, fallit ipſa regula, quòd non ſit æqualis determinatio, niſi in vno improprie, in altero propriè. Paul. de Caſtr. in d. l. iam hoc iure. §. 1. nume. 6. & Aret. colum. 1. in 5. not. dicit, impoſſibilem eſſe æqualem determinationem, propter diuerſam naturam rerum & perſonarum deductarum in ratione, quia tunc iura, & eadem oratio diuerſimodè acciperetur, ſicut vnum & idem verbum, vt l. 2. & ibi glo. da offi. proconſu. addo & gloſſ. in l. 1. C. de vſu & habit. & gloſ. in l. fin. de ſerui. & concord. cumul. & Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 19. num. 22. idem ſentit Alexandr. in d. l. in teſtamento. colu. 1. n. 3. ibi Dec. ſub nu. 8. verſ. tertia regula. vt quando aliqua inter ſe ſunt magis vnita quàm alia, latè Bero. conſi. 131. num. 4. 5. lib. 2. Sic ergo d. regula procedit, quando ambo determinabilia poſſunt æqualiter determinari, per l. cohæredi. §. qui diſcretas, ibi not. Caſtr. & Aret. in 2. not. de vulg. ſequitur Ripa in l. miles. §. decem. ad fin. num. 6. ff. de re iud. poſt Iaſ. ibi in 3. col. ver. ſecundo limita, & Sapia. in d. l. hæreditatem. num. 9.

23 Quartò † fallit, & ſucceſſiuè, vbi natura determinabilium ad inuicem repugnat, æqualis non fit determinatio, Ruin. conſi. 157. num. 14. lib. quinto, refert Rolan. à Valle d. conſi. 74. num. 15. & probat Iaſ. in l. contra maiores. colum. 2. ver. alibi tamen habes. C. de inof. teſtam.

24 Quintò † fallit, quando alterum determinabile prouenit ex diſpoſitione neceſſaria, quia æqualis determinatio non fit, ſed prout neceſſitas vrget, reſultat ipſum alterum determinabile, vt in inſtituente hæredes filium, & nepotes, neceſſitate validitatis teſtamenti nepotes ſunt hæredes inſtituti cum filiis, quibus deficiētibus, ne præteriri nepotes ipſi reperiantur, ideò filijs exiſtentibus hæredibus: inſtitutio nepotum nihil determinat. glo. in dicta l. Gallus. §. quidam rectè & ibi Alexan. colum. tertia, verſi. nec obſtat ratio. de liber. & poſthu. dicit hanc fore magnam limitationem ad l. iam hoc iure. præalleg. vbi Iaſ. ad fin. num. fin. idem ſequitur. qui itaque dicunt, dictā regulam procedere in diſpoſitione voluntaria, inſiſtit Hippol. Riminal. conſi. 50. nu. 60.

25 Sextò † fallit, quòd æqualis determinatio fieri non debet, vbi ex ea induceretur correctio legis, quia potiùs fit inæqualis determinatio, vt minus iuri communi derogetur: cap. cum dilectus, de conſuetu. ibi Card. & Abb. in 5. not. pro notabiliori reſponſione ad d. regulam refert & ſequitur Ruin. conſi. 169. col. 4. num. 2. lib. ſecundo & Rolan. à Val. dic. conſ. 74. num. 12. in dubio enim interpretatio, vel fictio iuri communi contraria euitatur, gloſſ. fin. in l. talis ſcriptura de legat. 1. quam ad hoc ſemper allegamus, dicit ibi Bald. idem in d. l. precibus ſub num. 26. C. de impub. quòd interpretatio fit ſecundùm ius commune, non ſecundùm priuilegium, cum ſimi. alleg. à Soc. conſi. 30. col. 9. verſ. decimoquinto lib. 1.

26 Septimò † fallit, vbi ageretur de magno & graui præiudicio vnius vocati in determinatione, quòd tunc non fit æqualis determinatio, maximè in tempore pro fideicommiſſaria inducenda cōtra impuberem ad eius grauamen, quia auferatur ei hæreditas paterna pro magna parte: adducit ita Aret. conſ. 166. Periculoſum. colum. 3. verſic. & capio primam, ſequitur exinde faciens limitationem, Dec. in d. l. in teſtamento. dict. num. 8. verſ. quarto limitatur. facit l. 1. §. ſint autem. ad fin. ne quid in flu. publi. ſentit Socin. Iun. dict. conſil. 121. num. 25. lib. primo.

27 Octauò † fallit, ſi æquali determinatione facta, non valet diſpoſitio, quoad omnium determinata: tunc enim accipiēda eſt inæqualis determinatio, vt ſuſtineatur actus, quòd omnia, vt diſcutiendo not. 27. Matheſ. de interrogato, ſi promittit mihi Stichum ex cauſa donationis, & reſpondere, quòd promittit Stichum, & tradit Soc. in l. 1. §. ſi quis ita, colum. 2. ſub num. 5. verſi. ſecundò principaliter not. de verb. oblig. refert Ripa in d. l. miles. §. decem. ad fin. ſub num. 6. dicit bene facere. cum vulgari. de dote præleg. cum not. per Bart. in l. talis ſcriptura. §. fin. de l. 1. addo melius facere tex. in l. planè, vbi §. ſi duobus. de leg. primò, vbi legatum duobus, quorum alter eſt inſtitutus hæres, non valens æqualiter determinari in legatarijs duobus deſignatis, inæqualiter determinādo ſuſtinetur, & valet in altero non hærede collegatario in totum, vt latiùs explicaui ſupra interpr. præceden. dubit. 5. ſolut. 3. ver. reperitur quandoque.

28 Nonò † fallit in eo, quòd tacitè intelligendum eſſet ex l. in vno, & in altero non quòd in hoc tacitum ipſum ceſſans, facit ceſſare æqualem determinationem: quia ſufficit ſimilitudo, & adæquatio in eo, quòd poteſt fieri. Exemplum. In compendioſa, continente vulgarem, & fideicommiſſariam, quòd in fideicommiſſaria intelligitur conditio, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs, per l. cùm auus de cond. & demond. ſecùs eſt in vulgari, quia in ea non intelligitur talis conditio tacita. Ita latè probat Dec. conſil. 416. nume. 12. & ſequent. quinimo & iſto caſu in fideicommiſſaria non ſubintelligi d. conditionem de liberis, ſequendo Corn. tenet Soci. Iun. conſil. 100. num. 3. & ſeq. lib. 1. & Cur. Iun. conſ. 33. colum. pen. num. 9. Dec. & alios in ſimili refert Hier. Zanch. in §. cum ita num. 1227. l. hæredes mei. ad Trebel. æqualis determinatio fit etiam aptitudine, vt per Ruin. conſili. 159. ſub num. 22. verſic. non obſtat etiam. libro ſecundo.

29 Illud † autem alterum dictum, quòd vna & eadem res, vel diſpoſitio, non debet diuerſo iure cenſeri, probatur per d. l. eum, qui ædes. & ibi Barto. de vſucap. & concord. ſupr. alleg. & ab Aym. conſil. 79. ſub nume. verſic. quarto, & omnium pleniſſimè à Tiraqu. in l. ſi vnquam. verſic. donatione largitus. ſub num. 284. tertia ratio de reuoc. don. à Steph. de Fede. de interpr. iu. par. 3. num. 28. & Neuiz. in Silua nupt. lib. 1. num. 16. & ſeq. vbi etiam de aliquibus fallentijs tangit, facit & l. ſi nemo tutorum, in fin. ff. de teſta. tut. & dicitur vulgata regula per Roch. Cur. in c. fin. num. 203. de conſuetu. per quam quidem, ne pro parte dicatur coniuncta, & pro parte disiuncta, in inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus continentibus conditiones disiunctiuè enunciatas, veram exiſtentiam earum ex diſpoſitione iuris, vel mentis interpretatione requiri in filio inſtituto decedente inteſtato, vel ſine filijs, vel ſine nuptijs alterum ſubſtitutum habente. Idem in extraneo ſic inſtituto, & habente ſubſtitutum cum ſimilibus disiunctiuis, eas copulatiuè vim habere. per l. generaliter. C. de inſtitu. & ſubſtitu. tradit Oldr. conſil. 189. de inſtitutionibus, ne, inquam, pro parte dicatur coniuncta, &c. argum. dictæ l. eum, qui ædes. & l. prima. ff. de rerum permu. & l. fin. C. de codicil. & l. qui quadringenta, in prin. ibi: *rurſus partem deberi rationi non congruit.* ff. ad legem Falci. intelligendo dictam l. generaliter. & ibi not. ſecundum Socin. conſil. 52. colum. 4. verſic. non obſt. lib. primo, ex debito maioris partis aliorum deberi à cæteris per dict. regulam. Ne vna & eadem res diuerſo, &c. habetur per text. & gloſſ. in cap. ſopitæ. & in cap. eccleſiis, & cap. ſuper eod. de cenſi. & per Aym conſi. 27. in fin. & alibi ſæpè in diuerſis materijs iſta regula obſeruata reperitur. Sed ad eam Roch. Curt. in dict. cap. fin. dict. nume. 203. adducit octo limitationes, elicitas ex legib. & doct. diuerſis, ibi per eum remiſſiuè alleg. Quę ſanè & ſimiles pro clariori earum cognitione ad diuerſitates iſtas breuiter reducuntur, quòd eadem res perſona, vel diſpoſitio



ſitio diuerſo iure cenſeatur, quandoque ex diuerſo reſpectu, per text. gloſſ. & Anton. de Butr. in cap. cum capella. ad fin. de priui. & l. in numerationibus. ff. de ſolut. Imol. conſil. 146. colum. tertia, ſub nume. 8. verba enim interpretantur ſecundùm reſpectum pertinentem ad rem, de qua agitur. per iura in materia vltimarum voluntatum probat Steph. de Feder. de interpre. iur. in tert. part. nume. 23. facit gloſſ. 1. in l. qui liberis, in princip. de vulgar. & pu. text. & Bart. in l. prima. §. prætermittere. ff. ſi quis om. ca. teſta. Signoro. conſil. 188. ſub num. ſecundo, verſic. item non obſt. quod eadem. Aymo conſi. 9. nume. 21. Dec. in cap. reprehenſibilis. nume. 6. de appel. quandoque ex diuerſis cauſis & rationibus, per l. miles. §. pro parte de leg. ſecundo, Imol. in l. Caius. col. ſecunda, num. 7. ſolut. matr. cum pluribus ad rem congeſtis à Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 1. gloſſ. 18. nume. 23. hoc eſt, habita conſideratione corporali, procedit dict. regula. ſed intellectuali conſideratione intellectus, diuidentis cauſas & rationes ipſas, vbi plures intelligendi formæ concurrunt, tunc vnum & idem pluribus æquipollet: ita Bald. in l. 1. colum. prima, nume. 4. in 3. oppoſ. C. de ſeru. fugi. quandoque ex diuerſis temporibus, per l. 3. §. penult. ff. de hæred. inſtit. & l. cùm vnus. §. fina. de ali. & cibar. lega. Alex. in conſi. 51. In caſu præſenti. colum. 4. ſub nume. 18. in fin. lib. 7. & in d. l. Centurio. ſub nume. 72. in fin. & Paul. Leon. d. tract. ſubſtit. de compendioſa, nume. 396. & Aret. conſi. 155. colum. 4. in princ. & Cagn. remiſſiuè in auth. ex cauſa. ſub nume. 134. C. de liber. præter. & faciunt plura de diuerſitate rationum per Iaſ. in l. 2. §. item Iuli. colum. 1. in ſecundo not. ff. de eo, quod cer. loc. per Bald. in l. filia in fin. C. de lega. de diuerſitate perſonarum, locorum, & temporum & rerum, ac nominum, per gloſſ. in verſi. formam. in c. prouinciæ. 99. diſ. per Bald. in l. conuenticulam. colum. 1. verſic. item eſt arg. à diuerſitate temporum. C. de epiſ. & cler. per Bart. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de manu. teſta. per Aym. conſi. 252. ſub num. 4. & conſi. 272. colum. 1. ſub num. 2. de diuerſitate tractatuum, & terminorum, per Ang. in l. qui autem, in princ. ff. de his, quæ in fraud. cred. per Bald. in l. Mæuio. in princ. in fin. de leg. 2. de diuerſitate facti. deciſ. Pedem. 99. num. 34. Diuerſitas locutionis in vno facit in alio capi ſcripturæ interpretationem diuerſam, prout in illo vno locutus eſt teſtator, vt l. Si ita ſcriptum. §. fin. ff. de hæred. inſtit. item diuerſitas orationum, & perſonarum facit diuerſa diſpoſita cenſeri: Bart. in l. ſi quis teſtamento. de leg. 1.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa eſt, quæ legitur in teſtamentis, quæ directa nuncupatur, & quomodo cognoſcatur, ad quod tria ſunt conſideranda ac inſpicienda.*

*Primùm, de conditione vel tractu in futurum, à qua vel à quo initium ſumit ipſa compendioſa.*

*Secundùm, de verbis vel directis, vel obliquis, vel communibus, quibus concepta appareat.*

*Tertiùm, de ſpeciebus directarum, quas per compendioſam ipſam complecti contigerit.*

2 *Conditio eſt quidam futurus euentus præcedens principalem diſpoſitionem & eius originem præueniens, in quem quidem euentum ſuſpenditur ipſa principalis diſpoſitio, & propriè tractum habet. 1. conditionale eſt.*

3 *Subſtitutio compendioſa ſæpius inducitur per dictionem, Si moriatur, ſi deceſſerit, & conditio, apponitur pro ſi. Vt, ſi alius deceſſerit, dicitur compendioſa.*

*Vel ſi exprimatur, quandocunque deceſſerit, quod importat compendioſam.*

*Vel ſi deceſſerit ſine liberis, & ſine filijs.*

*Et quomodo inducatur tractus temporis ſucceſſiuus.*

*Et de dictione poſt idem illud ſignificans, & poſt mortem, tempus futurum demonſtrat, & fideicommiſſum, & de materia. vide ibidem.*

4 *Subſtitutio compendioſa diuerſimodè per exempla cognoſcitur principium habentia ex verbis importantibus tractum in futurum, & ex perſonis vocatis.*

*Vt ex his verb. quòd extantibus Ioanna, vel eius filijs, cum inſit aduerbium, quandocunque, continens compendioſam.*

*Vel caſu, quo deficerent maſculi, &c.*

*Vel conditio, Si alienauerit, appoſita pro ſubſtitutione.*

*Et dictio, in perpetuum, habet temporis tractum ad compendioſam.*

*Et quando ex vocatis habeatur tractus ſucceſſiuus ad fideicommiſſum, vt quando filij filiorum vocantur in capita, & non in ſtirpes.*

*Et quid, quando primò dicatur, In ſtirpes, & non in capita, & quòd tunc fiat diſtributio per gradus, & non ſimul.*

*Et quæ verba habeant tractum ad fideicommiſſum.*

5 *Verba hæc habent tractum ad fideicommiſſum.*

*Si de Bartholomeo non remancat hæres per lineam maſculinam.*

*Vel vt remaneant in familia.*

*Vel ſeruato ordine primogenituræ.*

6 *Subſtitutiones plerunque concipiuntur per ablatiuum abſolutum, deficientibus dictis filijs, quod conditionem demonſtrat: eſtq; conditio expreſſa, & importat, quandocunque deficiant in infinitum, & verificatur conditio, etiam in non natis.*

7 *Tractus temporis apparet inductus ex conditione, appoſita de morte inſtituti. Vel per hæc verba, ibidem, & poſt num. ſeq.*

*Vt, ſi filius non ſupereſſet.*

*Vel, ſi non reperirentur.*

*In defectum.*

*Omnes deficerent.*

*Deficientibus, in quibus mentio mortis habetur ſuo nomine tacito.*

*Vt quando dicat, Si quid filio meo acciderit.*

*Vel, Si Deus fecerit aliquid de filio meo, hæreditas mea deueniat ad talem.*

*Et de alijs modis loquendi, maximè de morte: ibidem.*

8 *Ablatiuus abſolutus importat cōditionem momentaneam, ita quòd ſufficit ſemel eueniſſe ſine perſeuerantia, & reſoluitur in conditionem per adiectionem, ſi, & non per dictionem, donec, habet tamē vim diſpoſitionis & naturam pluſquàm dictio, Si.*

9 *Dictio, donec, habet plus diſpoſitionis & naturæ, quàm dictio, Si.*

10 *Mors eorum, quibus eſt facta ſubſtitutio compendioſa aſſignata pro conditione, tractum temporis faciente, dupliciter contingere poteſt.*

*Vel naturaliter, vel ciuiliter, modò ciuilis habeat eundem effectum, quem habet mors naturalis, & quomodo hoc ſit, & quando in effectu mors naturalis tunc ſit expectanda.*

11 *Subſtitutio compendioſa diligenter attendi debet, quibus verbis concipiatur, vel directis, vel obliquis, vel communibus, reſpectu ſubſtituti, quibus compendioſæ dicantur ſubſtitutionum ſpecies, an directis, an obliquis, an communibus, reſpectu ſonus verborum, ſcilicet non voluntatis, ſeu diſpoſitionis teſtatoris, cùm directis verbis fiat, vt capiat manu propria, obliquis verò manu aliena: hacq; differentia obliquorum & directorum durat hodie in vniuerſalibus generalibus relictis, nec refert, qua lingua verba proferantur, directa vel communia: quod ſecùs eſt in ſingularibus relictis.*

24 Rurſus,† pupillaris comprehenditur in compendioſa mixta cum reciproca ſubſtitutione, facta etiam pluribus impuberib.& puberibus, & ſic imparibus ætate, & hoc ſecundùm diuerſitatem formæ ipſarum ſubſtitutionum, vel inſtitutionum, vt ſi duo impuberes ſimul ſint inſtituti,& alius pubes ſeparatim inſtitutus ſit, & quandocunque deceſſerint inuicem ſunt ſubſtituti, nempe ſubſtitutio pupillaris conueniens ſimul impuberibus inſtitutis, inter eos viget.l. cohæredi. §. qui diſcretas,de vulga. ſentit Pau.Leon. de reciproca. nume. 48.ex præſumpta voluntate defuncti collecta ex eo, quod ſeparatim ſunt inſtituti, ſecundùm Bart. & ali. in l.qui cùm plures.eo.de vulg.& ceſſante ratione inæqualitatis inter puberes.Vaſqu. lib. 2. §. 19.numer. 5. 6. de reciproc.ſubſtit.vel ſi pluribus inſtitutis dicatur, ſi aliquis eorum deceſſerit, hæreditas decedentis deueniat in ſuperuenientem, pupillo quidem decedenti, ſuccedetur ex pupillari.Capr.conſi.50. col. fin.vel ſi alias voluntate teſtatoris ex coniecturis probari poſſint ex eo, quòd ſubſtitutus fuiſſet alius filius teſtatoris, per gloſſ. fin.in d.l. precibus.Alexand in l. teſtamento. colum. 4. in princ.C. de teſtam.mili.ex eo, quòd excluſis filiabus inſtitutis in reb. certis hæreditas extra filios maſculos, non eſt peruentura:Ruin.conſi.107.colum.2.lib.2.Nat. conſi.325. Odd. Peruſ.d.compend.fac.à paga.artic.3.in concluſ. 4. verſic. contrarium igitur. fol. 154. & ex ipſa commixtione compendioſæ cum reciproca, ſecundum Caſtr.in d.l. in teſtameuto,colum.2.num.4. & ibi Doc. nume.7.in 4. colum.licet huic ſoli non ſtarem ob contradictionem doctorum per Alexand.ibi in colum.fin. & latè per Emanu.Conſtan.in c. ſi pater in gloſſ. perſonis.ſub num,3. de teſta.in 6. & ex eo, quòd matri ſunt relicta certa legata taxatiuè in caſu mortis pupilli, maximè,vbi cum matre eſt contentio,& ex eo,quòd ſuperſtes omnium bonorum ex ipſo teſtamento futurus eſt ſucceſſor,vt latiſſimè ex facto, reſpondi in conſ. 61. nu. 21.cum ſequen.lib. 1. & ex dictis ibi refutantur, quæ in eadem facti ſpecie pro aduerſa parte allegantur à Tob. Peruſ. ſuo conſi. 35. & fuit iudicatum ſecundùm meum reſponſum,item ex eo,quòd in tali ſubſtitutione compendioſa facta eſt mentio pupillaris ætatis,habetur cõiectura mentis defuncti, quòd vult includi pupillarem: Caſt.conſi.18. Si bene colum.2. ſub num.3. verſi. item fecit mentionem. lib.2.Cuma.conſi.16. Ioannes quondam vitalis, ſeu alijs modis poteſt haberi coniectura voluntatis teſtatoris ad pupillarem, vt aliqui fuerunt expreſſi ſupra ea.dubi. ſolut. 6. verſi. ſiquidem in ſubſtitutione.cum ſequen. veluti per clauſulam teſtamento appoſitam, omnimodo meliori, &c. Curt. Iun. conſ. 114. colum. 4. ſub num. 2. verſic. cum igitur, ita ſit conciliatio doctorum in compendioſa mixta cum reciproca,quòd facta etiam imparibus poteſt continere pupillarem: vbi ſic poteſt coniecturari voluntas teſtatoris.d.

l.iam



l.iam hoc iure.§.fin.Bart.in l.Lucius.nume.6.de vulgar. Alex.in d.l.in teſtamento,col.2.ad fin. C.de teſtam.mil. Aret.conſ.37.col.penult.verſic.pro his facit. Ita finem his facio quæ ſcribēda exiſtimaui pro ſolutionibus propoſitæ dubitationis de cognoſcendis ſubſtitutionibus directis.

## ¶LIB. III. INTERP. III. DVB. I.

TERTIA, & vltima huius libri tertij interpretatio ſupereſt exponēda circa ſpeciem alteram ſubſtitutionis obliquæ, ſiue fideicommiſſariæ, & circa fideicōmiſſa. Video equidem, propoſitam materiam de fideicommiſſis amplam eſſe, & variam & frequentem pluſquàm aliqua ſit, quæ ex vltimis voluntatibus proficiſcatur, vnde pro ea explicanda longiore opus eſſet tractatu, ſicut de fideicommiſſis pleni ſunt tituli,& ff.de leg.1.2.3.& ad Treb. & C.de fideicommiſſ. & inſtit. de fideicommiſſ. hæred. & in his titulis per doct.& in pluribus particularibus tractatibus de compendioſa, & de fideicommiſſis, & nouiſſimè in materia fideicommiſſaria extat elegans, & locuples epitome inſignis iuriſconſulti Franciſci Marzarij Vicentini, alterius Metiani pariter,qui libros fideicommiſſorum edidit allega.ab Vlpiano Iuriſconſulto in l.cogi.§.ſed & ſi miles.ff.ad Treb.& in §.ſed ſi ſeruo. citatur idem Metianus.7.lib.de fideicommiſſis, ex quo etiam deprehenditur materiam fideicommiſſorum ipſorum vetuſtiſſimam eſſe, & ampliſſimam, cùm ab eodem Periſco iuriſconſulto Metiano auctore multi, vſque ad ſeptem, libri de eis compoſiti exprimantur, vnde fateor me talem non eſſe, vt valeam tam plenè materiam talem tractare, quantum res ipſa requireret, & tam perfectè, quam adeò cupidi lectores forſan exſpectare, ſperaréque poſſint, ad hæc mea ſcripta benignè recurrendo.Tamen pro parua mea,qualis eſt, facultate propoſita de fideicommiſſis interpretatione, has dubitationes explicare conabor.

Primam, an fideicommiſſum in diſpoſitione aliqua ſit,& quomodo indictum apparere valeat.

Secundam, qui poſſint grauari, & cenſeantur fideicommiſſo grauari, & id præſtare teneantur.

Tertiam, an ceſſerit dies fideicommiſſi.

Quartam, circa vocatos, & comprehenſos in fideicommiſſo.

Quintam,quæ bona veniant in fideicommiſſo.

Sextam, an duret fideicommiſſum.

## ¶PRIMÆ DVBITATIONIS
*ſolutiones 12. infra ſequuntur.*

I. Prima ſolutio eſt, quòd diffiniendo fideicommiſſum propriè declaratur conſtitui in vltimis voluntatibus.

II. Demonſtrando illud eſſe duplex vniuerſale,& particulare, tredecim differentiæ inter vnum & alterum adducuntur.

III. Diuerſis reſpectibus oſtendēdo fideicommiſſum, & odioſum, & fauorabile dici, proinde & contra illud,& pro eo,interpretationum diuerſi caſus afferuntur.

IIII. Per modos aliquos inducendi fideicommiſſum enumeratos,& primum ex verbis precarijs, & rogatiuis, vel ad hæc reducendis.

V. Per modum ex mente teſtatoris.

VI. Per modum magis proximum inducendi fideicommiſſum ex ſubſtitutione fideicommiſſaria.

VII. Per modū ex codicillis,& ex clauſula codicillari.

VIII. Per modum ex clauſula, per fideicommiſſum.

IX. Per modum ex nominibus collectiuis vocatorum.

X. Per modum ex prohibitione alienationis.

XI. Per modum ex ratione agnationis conſeruandæ.

XII. Per modum ex coniecturis.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Tractatus cuiuſque rei intentio neceſſe eſt, eam rem prius cognoſcere,de qua futurus eſt tractatus,vel definitione, vel deſcriptione,vel vocabuli alluſione.*

2 *Fideicommiſſa quare ſint appellata, & à fide,ſicut & feuda appellata ſunt,& , vti quid ſubiectum fideicommiſſo ſub cuſtodia rogati, vt depoſitū ſub depoſitarij cuſtodia, vnde à Iureconſulto dicitur fideicommiſſum.*

3 *Fideicommiſſum fit propriè in diſpoſitione,quæ firmitatem capit per diſponentis mortem, & à quo veniat præſtandum, & valeat ex vltima voluntate ex diſpoſitione per viam contractus inter viros valida.*

4 *Fideicommiſſum fit verbis alijs obliquis deprecatiuis, videlicet,*
*Peto,*
*Rogo,*
*Volo,*
*Mando,*
*Fidei tuæ committo.*
*Non verbis obligatiuis, de quibus ibi, quæ non pertinent ad ius teſtandi,ſed ad contractus,item nec pactione firmata conſenſu plurium hæreditates acquiruntur,nec ſucceſſiones fideicommiſſariæ, nec iure directo,nec iure fideicommiſſi,vti inualida de futura ſucceſſione.*
*Et de fideicommiſſo non valido ex contractu, ſed ex vltima voluntate.*

5 *Pactiones quædam ſeruantur non in vim fideicommiſſi,ſed cuiuſdam directæ ſubſtitutionis validæ in contractibus inter viuos appoſitæ verbis obligatiuis de rebus certis dandis Titio poſt mortem Sempronij, &c.vt ibi habetur, pro qua non actio datur ex fideicommiſſo, licet ex pacto vtilis actio perſonalis contra hæredes primi donatarij,& datur vltimo donatario.*

6 *Fideicommiſſum dari & conſtitui poteſt per quamlibet ſpeciem vltimarum voluntatum, cùm plures ſint, & aliquid ſit peruentum ad aliquem per mortem diſponentis, vel & teſtamento vel cauſa mortis donatione, vel ex codicillis,per quos datur fideicommiſſum, à venientibus ab inteſtato, & de virtute clauſulæ codicillaris.*
*Itemq; & nutu conſtitui poteſt.*

## ¶SOLVTIO I.

PRIMAE itaque dubitationis interpretationem ipſam aggredienti mihi ſuccurrit, obuiamq; fit illud inter omnium ſcientiarum
1 profeſſores commune dictum † quòd initio cuiuſque rei tractatus neceſſe ſit, vel definitione, vel deſcriptione, ſeu alluſione vocabuli eam rem prius bene cognoſcere, de qua tractatus ipſe futurus eſt: cum autem propoſitam de fideicommiſſo cognitionem alijs exponendam non reliquerit Imperator, ſed eam ipſe plenè exponere voluit tot.titu.Inſtitu.de fideicommiſſ.hæred.hoc ideo titulo perlecto definitionem fideicommiſſorum qualem & congruam, quæ poſſit tradi ab ipſo Legiſlatore habemus in his
2 verbis, maximè in princip. ibi. Et ideò † fideicommiſſa appellata ſunt, quia nullo vinculo Iuris, ſed tantùm pudore eorum, qui rogabuntur, continebantur;& in §.& quia.ſubſequitur, quia ex ſuis principijs à fide hæredum pendent, tam nomen, quàm ſubſtantiam acceperunt, ideò diuus Auguſtus ad neceſſitatem iuris ea detraxit, ita in hac eadem ſpecie prudenter recenſet Franc. Mazar. Vicenti.in materiam fideicommiſſo, compendio ſuo in ſecunda part.in princip. addoq; exinde

inde Azo.in ſum.C.de fideicommiſſ.dicit. Et appellata ſunt fideicommiſſa à fide, ſicut & feuda, eò, quòd fidei grauati ſit commiſſum, Socin.Iun.in rub.nu.120.de leg. 1.Odd.Peruſ.de compend.prælud.part. 7.quæſt.2.Guli. Benedic.in c.Raynutius.ver.ſi abſq; liber.more. 2. par. de fideicommiſ.ſubſti. col.1. quaſi etiã quid ſubiectum fideicommiſſo dicatur ſub cuſtodia rogati, ſicut ſub depoſitarij cuſtodia depoſitum: quod ideo quoque fideicommiſſum appellatum.iuriſc.in l.1.in prin.ff.de poſ.

3 Proinde tamen † fideicommiſſum fit in diſpoſitione, quæ per mortem diſponentis firmitatem capit, & illud præſtandum venit ab eo, qui capit cauſa mortis, id quod vel prius ei fuit datum, vel ei vt viuenti ab inteſtato nõ ademptum: text.ex gl.Alber.& Bald.in l.1.§. ſciendum. de lega.3.& in l.donationibus.C.ad Leg.Falc.ibi Salyc. & Caſtr.& l.1.§.ſin autem aliquod in fin. de cad. tollen. ex teſtamento, & codicillis.l.in tacitis.de leg.1.latè proſequitur Benedic.dic.ver.ſi abſq; liber.more.2.part. de fideicommiſſ.ſubſti. num.15. 16. ex diſpoſitione autem facta via contractus valida inter viuos, non valet fideicommiſſum, ſicut ex vltima volũtate valet, vt per Alb. in d.§.ſciendum.poſt Cum.Caſtr.Alexan.col. 2.ſub nu. 4.Socin.col.7.num.19.in §.cohæredes.l.qui Romæ. de verb.oblig.Marzar.Vicenti.d.compend.in mater. fidei com.in 2.par.in 2.quæſt.& Menoch.conſil.85. num. 28. concord.allegando, & Bero.latè diſtinguendo in conſi. 4 84.num.7.lib.2.& Mazol.conſil.3.numer.2. † quia alijs verbis obliquis, & deprecatiuis fit fideicommiſſum. §. fin.Inſtit.de ſing.reb.per fideicommiſ.relic.ſ.Peto, Rogo, Volo, Mando, fidei tuæ committo, vt & l.2. commu. de lega. & alijs verbis obligatiuis concipitur cõtractus, contraxerunt, geſſerunt, quæ ad ius teſtandi non pertinent.l.verba contraxerunt. de verb.ſignific, l.conſenſu. & l. obligamur. ff.de actio.& oblig.ita pactione firmata conſenſu plurium, ne inducatur votum captandæ mortis, néve reſtringatur factio teſtamenti obuentiones hæreditatum, nec ſucceſſiones quodammodo fideicommiſſariæ acquiri nequeunt, per l. hæreditas. C. de pact. conuent.l.ex eo.de inutil. ſtip.l.pactum, quod dotali.de pact.& l. ſtipulatio hoc modo.de ver. oblig.in his Doct. tradunt, & in ſpecie Dec. conſi. 93. ad fin. ponderando expreſſam gloſſ. in ver. nulla actione. in d. l. hæreditas. ibi, item, neque iure directo, neque iure fideicommiſſi. & allegando Alexand.conſi.28.Põderatis verbis inſtrumenti.lib.3.qui latè inſiſtit ſuper inualiditate huiuſmodi pactorum de futura ſucceſsione initorũ, vt plura allegando dixit conſ.53.num.15.& ſequen.conſi.123.num. 10.& ſeq.& conſi. 199.num. 11.12.lib.1. quare differentia hæc circa fideicommiſſum, quod non valet ex contractu, ſed ex vltima voluntate, poteſt addi his, quæ circa differentias contractuũ, & vltimarum voluntatum ex profeſſo colligendo ſcripſit Iaſo. in l.quæ de legato. de lega.1.memini ſuprà lib.preceden.interpr.1.dub.1.ſol.3.

5 Veruntamen quandoque reperitur † in contractibus vel communis, vel diuiſionis, vel initis ex cauſa matrimonij, vel donationis apponi pactiones verbis obligatiuis inter viuos de certis rebus dandis, puta Titio poſt mortem Sempronij, has quidem pactiones debere ſeruari non in vim fideicommiſsi, cuiuſdam directæ ſubſtitutionis in contractibus validæ, & legis per promittẽtem appoſitæ ſuæ rei ex honeſta cauſa, & benigni iuris interpretatione, & per l. quoties. C. de dona. quæ ſub mo.tradunt Oldra. conſil.139.Ad habendã Alexan. conſil. 83. Viſa prædicti facti narratione col. 3.ver.& in propoſito.Ange.conſil.179. Viſis prædict.colum.6. declarat Alexan.d.conſil.28. colum. fin. verb. non obſtat etiam lib. 3. Dec.d.conſil. 63. in fin. & conſil. 225. col. penult.verſi.primus eſt. Ayni.conſil. 19. nume.8.9. pro qua ſanè non actio ex fideicommiſſo ordinaria, ſex ex pacto vtilis actio perſonalis competit contra hæredes primi donatarij, & datur vltimo donatario, ſecundum Guid.Pap.in quæſt.512.Titius bona donauit. Menoch. dict. conſil. 83. 42. Tiber. conſil.55. num. 1. lib. 3. & Bero.dict.conſil. 84. ſub numer.7. ibi & tunc ex pacto agetur, lib. ſecundo.& pleniſſimè ſuper intellectu doct. Bart. in dict.l.qui Romæ.§.Flauius.& dict.l.quoties.diſcutit Couar.c.14.lib. primo Vari. reſoluti. & Dominus Pedemon.deciſ.85.nu.7.& ſequent.quod modò ad rem noſtram non facit, niſi quòd fideicommiſſum propriè creatur in diſpoſitione vltimarum voluntatum, tex. & gloſ. in dict. l. prima. §. ſciendum.de l.3.& non ex contractu, Ruin.conſil.7.colum.6.num.14.lib.3.& Marzar. Vicenti. ſuo libel. de fideicom. in quæſt.2. Menoch.d. conſi.85.num. 28.Alci.conſi. 65. Breuiter agendo num. 1.lib. 9. vltimæ impreſ.

6 Quarum quidem vltimarum voluntatum, & ſi plures † ſpecies comprehendi poſſint, vt memini ſuprà lib. præcedente interpre.1.dubit. 1. ſolut.9. ideò tamen per quamlibet earum ſpeciem fideicommiſſum conſtitui, & dari poteſt, cum id validè poteſt imponi, ei ad quem per mortem imponentis aliquid peruenturum eſt, per text. in dict.l. prima.§. ſciendum. de legat.3.vbi dictum hoc, Vel dum eis datur, poteſt intelligi ex teſtamento: vt l. prima, & per tot.titul.ff.ad Trebell.& l.eam, quam C.de fideicommiſſ.cum ſimil.in diſcurſu.d.tit.& ſic ff.de fidei commiſſ.liber. & ex donatione cauſa mortis: vt l. cum pater. §. 1. & ibi gloſ. & Doct.de leg.2.& leg.ab eodem C.de fideicommiſſ.& gloſſ.in dict.§.ſciendum & ex codicillis magis fit, & datur fideicommiſſum: l. Scæuola. ibi Barto.& alij.ff.ad Trebel.l.2.in prin.& l.ſequent.in princ.& l.conficiuntur. in prin. de iure codicill.& l.1.& ſequent.C. eod.Angel.in auth.de reſti. fideicommiſſ.in prin.col.2.verſi.ibi: mori impuberem. Alexand. conſil. 194. lib.7. ſic enim per codicillos fideicõmiſſum datur à veniẽtibus ab inteſtato etiam expreſſum, in d.§.ſciendum ibi: vel dum eis non adimitur, per d.l.conficiuntur.in princ. idq; frequens eſt per clauſulam codicillare in omnibus teſtamentis apponi ſolitam, dum per eam teſtamenta rupta ſuſtineri oportet.l.ex teſtamento.& ibi gloſ.& Docto.C.de fideicommiſ.& in auth.ex cauſa. de liber.præter.Fulgoſ.conſi.21. Ad primum.cum ſimil. de ea, per me dictis ſuprà eod.lib.præced.ea.interpret. 1.dubit.1.ſolu.11. Denique fideicommiſſum in qualibet vltima voluntate, legitimè comprobata, cum nutu relinqui poſſit, rectè conſtitui, per l.& in epiſtola.C.de fideicommiſ.ibi tradunt Salyc.Fulgo.Caſtr. & Iaſ.& Ripa in l.1.num.37.de leg.1.& in l.1.§.ſi quis ita.nu.12.de verb. obli.Hier.Zanch.in l.hæredes mei.§.cum ita. ſub num. 287.ad Trebel.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſum eſt duplex.*
*Vniuerſale,*
*Vel ſpeciale ſingulare ſeu particulare: ſub cuius appellatione includitur tam vniuerſale, quàm particulare: de ſermonis proprietate.*
*Et de multis differentijs eorum, ſcilicet vniuerſalis & particularis.*
2 *Fideicommiſſum quale ſit, an vniuerſale, an particulare, cognoſcitur ex verbis teſtamenti, an verba tendant ad vniuerſalitatem, tuncq; vniuerſale dicitur, vel partem eius, & in dubio ſic tenendum eſt, & quando in effectu ſit tale: ibid.*
*Et quando ſit particulare vel ſingulare, vt quia verba teſtamenti contineant quantitatem particularem, vel rem ſingularem, vt centum, aut fundum, & ſic particulare etiam in re quodammodo vniuerſalis, & quando vniuerſitas bonorum vel iuris eſſet reſtricta per teſtatorem expreſſione certi loci vel qualitatis, & vt latius ibidem legitur, & quãdo tale relictum particulare, vt ibi, poßit verti in fideicommiſſum vniuerſale.*
3 *Fideicommiſſa vniuerſalia differunt in multis à particularibus.*
*In vniuerſali fideicommiſſo præſtando hæres grauatus, poteſt cogi adire, non ſic in particulari.*
*Secundò: Vniuerſale non tranſit in fideicommiſſarium, niſi facta reſtitutione reali per grauatum, vel verbali, vel poſt aditam hæreditatem, ſecùs in particulari, ibidem.*
*Tertiò: Vniuerſale valet, hæreditate exiſtente non ſoluendo, particulare verò non: ibid.*
*Quartò: Vniuerſale non tranſmittitur ad hæredes ante conditionis euentum, non ſic de particulari, quod declara, & intellige, vt ibid.*
*Quintò: In vniuerſali dies cedit ab adita hæreditate, in particulari à die mortis teſtatoris: ibid.*
*Sextò: De vniuerſali non validè reſtituendo procuratori in rem ſuam, de particulari ſecùs, ibid.*
*Septimò differt, vt per gl.l.cum filioſa.de lega.1.ibid.*
*Octauò: Vniuerſale validè non præſtatur fratrib. minorib. particulare ſic, pro eorum neceßitatibus, ibid.*
4 *Nonò: Vniuerſale per exiſtentiam ſuitatis hæredis grauati confirmatur, ſecùs in particulari: num. 4*
5 *Decimò differunt circa fructuum acquiſitionem, vt ibi legitur, & quando veniant, vbi de materia, num.5.*
6 *Vndecimò: Conſtructa domus in eodem loco ſubiecto fideicommiſſo, vbi prius fuerat destructa, venit in fideicommiſſo vniuerſali, in ſingulari ſecùs eſt: num.6.*
7 *Duodecimò: Ex vniuerſali detrahitur Trebellianica, ex particulari, Falcidia, & per quem detrahatur, deq; materia ibid.vide num.7.*
8 *Decimotertiò: In reſtitutione vniuerſalis fideicommißi creditor defuncti & hæres grauatus, etiam non confecto inuentario, poteſt ſuum creditum detrahere, non ſic reſtituendo particulare.num.8.*
9 *Decimoquartò: In vniuerſali filij, poſiti in conditione, ſubſtitutio.facta de hæreditatib.non cenſentur vocati, & eſt Communis, ac ſecùs in particulari, & eſt magis communiter receptum, num.9.*



¶SOLVTIO II.

1 EST autem † fideicommiſſum duplex. Vel vniuerſale, vel ſpeciale, ſingulare, ſeu particulare.§.pen.in fin.Inſtit.de fideicom.hær. & §.his igitur.& §.etenim.in auth.de hære. & Falcid.& auth.hoc amplius.ibi: vel generali fideicommiſſario, &c.vel ſpeciali fideicommiſſario.&c.C.de fideicom.& ſub appellatione fideicommiſſi, de proprietate ſermonis includitur tam vniuerſale, quàm particulare.fideicommiſſum dicit. Corſe.tract.de Trebel.§.ſi. ad fin.& propriè ponit Odd.Peruſ.de compend.in prælud.par.7.q.4.multum enim intereſt, cognoſcere, quale ſit, ob multas differentias, quas adeſſe inter vniuerſale, & particulare fideicommiſſum, adducunt Bart.& alij in l.1.in 3.reg.de leg.1.vt paulò pòſt ſaltem in ſumma refe-
2 rant. † Cognitio quidem, ſeu quæſtio, an ſit fideicõmiſſum vniuerſale, an verò particulare, poteſt haberi, & dirimi ex verbis teſtamenti, pòſt gl.ibi Imo.in l.ille à quo. §.1.col.2.verſi.in gloſ.ſuper ff.ad Trebel.Nam ſi verba teſtamenti & fideicommiſſi, circa commodum & grauamen, continent quoddam vniuerſale totum vel partem vniuerſalis, vt Petrus habeat, & reſtituat hæreditatem meam, omnia bona mea, quicquid habeo, patrimonium meum, facultates, ſubſtantias meas, cenſum, peculium meum, mea, & quid ſimile deſignans vniuerſalitatem bonorum & iurium teſtatoris, ſanè percipitur vniuerſale fideicommiſſum: vt per l.nam quod.§.fina.& l. cogi.in princ.& ferè per tot.ad Trebel.l.meorum.l.pecuniæ nomine.ff.de verb.ſignifi.& l.ſi legatus.§.1.& ibi Alex.eo.ad Treb.de patrimon.Ruin.conſil.120.ſub nu. 8.lib.3. Et vniuerſale dicitur fideicommiſſum, dum ex voluntate, & mente teſtatoris colligi poteſt, illud tendere ad vniuerſalitatem: vt latè proſequitur Pariſ.conſ.43. num.47& ſeq.per totam addi.lib.3.per d.l.cogi.§.ceterum. & ibi per ſuperiorem.§.de ſucceſſione. deciditur, in dubio eſſe tenendum pro tali fideicommiſſo vniuerſali, ne intercidat habere locum compulſionem per Trebellianum, quare Bar.in l.ſi quis ſeruum.§.fin. nu.3. delegat.2.dicit, teſtator inſtituit me hæredem in certa parte hæreditatis, & vtens vocabulo bonorum, puta in eadem pater bonorum mihi decedenti ſine filijs, ſubſtituit Titium, quòd fideicommiſſum hoc dicetur vniuerſale, quia cõmodum inſtitutionis eſt in parte hereditatis, quæ demõſtrat vniuerſalitatem quandam, ac ius ſucceſſionis: l.bonorum, de verborum ſignifi. & grauamen eſt appoſitum in eadem parte, etiam ſic nominata bonorum, & eſt vniuerſale, ratione præcedentis commodi vniuerſalis, vt ibi per eum, licet non ita clarè exprimentem, quem ſequitur Ruin.conſ.57.nu. 16.lib.2. & Pariſ. dicto conſil.43.nume.61.lib.3.& idem eſt vniuerſale fideicõmiſſum in parte hæreditatis dimidia, tertia, quarta, vel alia quota, quæ ſapiat vniuerſitatis iuris partem ipſam: per tex.in d.l.ſi quis ſeruum.§.fin.& Bero. conſil. 93.num.36.lib.2.vbi declarat amplè.& per nume. ſequ. & rogatus ad reſtituẽdum alijs, quòd ſicut in inſtitutione venit vniuerſa hæreditas teſtatoris l. 1. §. ſi ex fundo ff.de hæred.inſtit.ita venit in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſa hæreditas: probat Bart. in l.cogi. §. ſed & ſimiles.num.2.per text.ibi.ff. ad Trebel. & ibi defendendo Bart. ab alijs, qui tenent contrarium, dicit Alexand. hoc procedere, quando fideicommiſſum non eſt impoſitum in re certa, ſed in hæreditate vniuerſa, quæ ſibi obueniebat. Idem eſt fideicõmiſſum vniuerſale, quando quis alio cohærede non dato, eſt inſtitutus iure certo.

Illud verò ſingulare ſeu particulare fideicommiſſum eſt, quod pariter ex verbis teſtamenti deprehenditur continere particularem quantitatem, puta centum, vel ſingularem rem, puta fundum: vt l.nam quod.§. non omnis.& l.cogi. §. & generaliter. ad Trebell. & tot. titul. Inſtitu.de ſingul.reb.per fideicommi.relic. & res etiam in ſe quodammodo vniuerſalis, ſed ſeparata ſit ab vniuerſitatis iuris teſtantis, vt quando teſtator grauat ad reſtituendum hæreditatem ſui patris, fratris, ſeu alterius ad eum obuentam, tale tamen dicitur fideicommiſſum particulare. Bartol. & alij per text. ibi in l.cùm filius. §. primo. de leg.2. etiam, quòd fideicommiſſarius habeat ſufferre onera ipſius rei ſibi præſtitæ, per textum in dict.§.primo, vt ibi per Bartolũ & latè Dec.conſ. 69. Ang.Aret.tract.de teſta. in glo.21.colum.pen.numer.9. Aret conſ.155.Periculoſum.colum.9.ver.iſta concluſio. & ſuper relicto dotis maternæ facto, dixi conſ.205.num. 16.libro primo.idem quando ex vniuerſitate ex verbis teſtatoris venit id detrahendum, quod aliâs ad eam ſpectaret, vt ſi teſtator dicat, deductis oneribus hæreditarijs, vel ſolutis debitis, & legatis, ſeu à legatis ſuprà factis omne, vel quicquid ſupererit, ſeu reliquum bonorum ſuorum deueniat, vel reſtituatur Petro, hoc ſanè fideicommiſſum ſingulare, vel potius certæ rei eſſe, quàm vniuerſale, tradit Bart.in d.l.cogi in prin. ſuper ver.ibi, inde quæritur.quem ibi ſequitur Caſt. & Alex. in §.non omnis.ſub nu.14.quem ſub l.apud Iul.eo.ad Trebel.dicit Caſtr.tenere opin.Bart.& cum eo Raph.in l. Titius. eo.tranſire & bene, & comprobat Cor.in conſ.242.Circa primum. col. 6. ver. nec obſtant adducta.lib.4.Alci. conſ.146.num.1.lib.9.Aut ſi teſtator in ordinãdo fideicommiſſum aliquo modo poſſit apparere eum habere intentionẽ ad vires ſuæ hæreditatis, vel ſui patrimonij, non eſſet vniuerſale, ſed intelligeretur, deducto ære alieno per not.à gl.& Bal.in l.1. C. ſi aduer. dot.tenet Alex.

in d.§.non omnis.in fin.facit Bar.in repet.l.ſi pater. nu. 16.ff.de inof. teſta.idem, quando vniuerſitas bonorum vel iurium eſſet per teſtatorē reſtricta expreſſione certi loci,vel qualitatis,quia tūc eſſe dignoſcitur particulare, & non vniuerſale fideicommiſſum: vt ſi dicat teſtator, Omnia iura, & omnia bona relinquo, quæ habeo extra tale caſtrum:Corn.cōſ.161.Licet videatur.verſ.nec obſtat illa particula.lib.1.facit Old.conſ.8.& latè Tiraq.in l.ſi vnquam.verſ.bona.nu.13.de reuo.don.& Bero.conſ. 93.nu.44..47.lib.2.& Nat.conſ.199.nu.1. & conſ.234. nu.1.conſ.236.nu.1.& conſ.238.nu.1.idem Corn. in cōſ. 105. Pro parte col.3.verſ.prout & his.lib.2,tenet, relictū bonorum mobilium & immobilium, non eſſe vniuerſale,& Ruin.conſ.116.nu.7.lib.2.Alex.conſ. 45. habita. col.3.nu,12.lib.1.Bero.conſ.110.col.fi.lib.2.Capra conſ. 28.nu.8.ſubſtitutio facta de tali in bonis mobilib.& ſtabilib.particulare fideicommiſſum continet,Bald. conſ. 46.quidā nomine Cola.lib.2.cum ſimil.per Dec. conſ. 237.col.1.& ſeq.& per Cum.conſ.132. filius in prin. vbi de fideicommiſſo immobilium non eſſe vniuerſale. & Bero.conſ.81.nu.1.lib.2. eſſe etiam certarum rerum relictum tertiæ partis bonorum mobiliū, & immobilium, tradit Bart. conſ.51.Bonauentura ſub nume.2. & clarius in repet.l.ſi arrogator.col.11.verſi.item diligenter. ff. de adopt.concludit,tale dici fideicommiſſum particulare, non eſſe etiam de omnibus bonis dicendo, in his bonis hæreditarijs ipſius teſtatoris,quę decedens reliquerit,vt per Curt.Seni.conſ.43.ad num.38.

Super his etiam aduerte,quòd ſi relictum particulare eſſet ex ſimilib,modis prędictis,poſſet tamen verti in fideicommiſſum vniuerſale,cum in hoc tale relictum veniret,quando relictum ipſum ſuccederet loco portionis hæreditariæ,quod fit, vbi teſtator omnia bona particulariter diſtribuit inſtitutis,per no.in l. quid ergo in prin. de leg.1.prout tradit Caſtr.in l.cum virum col.1. ſub nu. 7.de fideicommiſſ.

Quemadmodū ergo diuerſa ſunt circa bona vel vniuerſalia, vel particularia, quæ continent fideicommiſſa ipſa,& vniuerſalia,& particularia proinde ſic appellata, ita conſequens eſt, in pluribus eorum articulis iuris differentes interpretationes dari, vt præſertim in materia adæquationis legatorum, & fideicommiſſorum ſuper tertia regula negatiua de fideicommiſſis vniuerſalibus non exæquatis fideicommiſſis particularibus:glo.in l.1. de leg.1.adducit vnam differentiam,quòd pro fideicom miſſo vniuerſali præſtando hæres grauatus poteſt cogi adire hæreditatem,non ſic eſt pro particulari,dādo alias differentias ad numerum 8.addunt ibi Dyn.Bart. num. 8.Caſtr.num.14.& alios moder.latè diſcutiendo vnamquamque earum,vt ibi per Rip.à num.34.vſque ad nu. 37.& per Socin.Iun.à nu.211.vſque ad nu.283.licet in omnibus huiuſmodi differētijs non loquantur de fideicommiſſis,ſed de legatis etiā particularibus: at cum de eis videre oportuerit adſcripta per Doct. ipſos in d.l.1. & per Guil.Bened.in cap.Rayn.in 2.part.ſecti.de leg.& fideicom.col.fin.breuitatis gratia recurſum haberi poterit,quales tamē ſint operæpretium eſſe exiſtimaui hoc in loco tantum earum capita recenſere & indicare.

3 Prima † igitur traditur differētia,quòd pro fideicom miſſo vniuerſali reſtituendo hæres grauatus poteſt cogi adire hæreditatem:ſecùs,pro particulari.

Secunda de vniuerſali, non tranſeunte in fideicommiſſum, niſi per grauatum, facta reſtitutione reali vel verbali,vel poſt aditam hæreditatem, ſecùs de particulari:quia tranſit à die mortis recta via,& ipſo iure,vt per Nat.conſ.200.num.2.& Alber.in l.3.§.2.de adim.leg.

Tertia, quòd vniuerſale valet, hæreditate exiſtente non ſoluēdo,particulare verò non,niſi quòd hodie non confecto inuentario hæres ſoluit de ſuo.

Quarta ex gloſ.in l.is cui.ff.de act.& oblig.de vniuerſali conditionali, non tranſmittendo ad hæredes ante conditionis euentum:non ſic de particulari,quæ tamen communiter damnatur,niſi aliter appareat de mente teſtatoris, quod alioquin neutrum conditionale tranſmittitur ante conditionis euentum.

Quinta circa diem cedentem in vniuerſali ab adita hæreditate,in particulari à die mortis teſtatoris.

Sexta,de vniuerſali non validè reſtituendo procuratori in rem ſuam,de particulari ſecus.

Septima,vel quòd ſit hæc præcedens,& ſexta ſit tradita per gl.in l.cum filiofam. de leg.1.

Octaua & vltima de fideicommiſſo vniuerſali non validè præſtando fratribus minor.particulare autem valet pro eorum neceſſitatibus.

4 Addo ego & has diffentias,& ſic nonam, † quòd fidei commiſſum vniuerſale per exiſtentiam ſuitatis hæredis grauati confirmatur,per tex.ſing.in l.ita tamen.§.ſi pater. ad Trebel. at de particulari diuerſum diſponitur, per tex.in l.1.in fi.ff.vt in poſ. legat. probant & rationes quas adducunt Bar.Ang.Imo.Caſtr.& Alexan.in d.§.ſi pater.quem §.ſi pater.legunt Ang.& alij poſt eum ſub l. omnibus,& Ang.in l.ſi pupillus.verſ.in gloſ.ibi,vel extitit.ad Trebel. poſt alios tenet Iaſ. in l. ſi filius qui patri. col.3.nu.11.de vulg.& pupil.Grat.conſi.134.num.35.lib. 1.& vt per Signoro.conſi.107.ſeq. nu.

Et decimam non modicam vtilitatem afferente cir-
5 ca † fructuum differentem acquiſitionem, quia fructus pendentes tēpore mortis teſtatoris, vel eo viuente, vel hæreditate iacente percepti ex rebus vniuerſali fideicommiſſo ſubiectis, eiuſdem iuris ſunt cum ipſo fideicommiſſo,ſecus autem dicendum eſt de ſimilibus fructibus rei particularis fideicommiſſi Caſtr.in l.in fideicom miſſaria,in prin.col.1,ſub.num. 2. & ibi Alexan. colum. 4.ſub nu.6.ad Trebelli,& in alijs fructibus pariter differentia eſt inter vniuerſale fideicommiſſum & particulare, cùm in vniuerſali veniant percepti poſt moram hæredis.d.l.in fideicōmiſſaria.& ibi Doct.Socin.conſi. 42. col.3.Areti.conſ.136.ad fin.Bero.conſ.116.nu.13.lib.2.& in particulari à die tranſlati dominij,Soc.Iun.conſ.181. nu.21.22.23.24.lib.2.& Alex.in l.non amplius.§.1.col.1. ſub nu.3.de leg.1.cum alijs de fructibus alibi dicendis.

6 Et vndecimam differentiam adijcio † quòd ſi ex vniuerſali legato vel fideicommiſſo per teſtatorem *aliquid* remoueatur, & poſteà in eodem redigatur vel *conſerue*tur,vt puta deſtruxit domum, poſteà eam *conſtruxit in* eodem loco ſubiecto fideicōmiſſo,quippè id *redditum*, vel iſta conſtructa cedit,& venit in fideicommiſſo,per l. Lucius.la 2.in prin.de l.2.& ſummant Bar. Alber. Caſt. & Cum.& Imo.eſt autem diuerſum in ſingulari, ſeu particulari,vt ſi domus ipſa relicta deſtruatur,ac in eod.loco à teſtatore reædificata fuerit,non venit in legato particulari,quia id interitum dicitur per tex.in l. ſi ita legatū.§.fi.de leg.1.& firmat Bar.in d.l.Lucius in princ. quia fideicommiſſum particulare non recipit incrementum Ang.in d.l.cogi.§.& generaliter ad Trebel.

7 Et duodecimam differētiā adduco † magni momenti,quod ex fideicommiſſo vniuerſali detrahitur Trebel. ex particulari Falcidia relatis diuerſis opinionib.ab hac communi nullatenùs recedēdum firmat Iaſ.in rub. col. penul.verſ.iſta ſunt ſubtilia.ff.ad Trebel.& diſcurrendo probat Soc.Iun.in l.in quartam,nu.4.5.6.ad l. Falcid.& conſ.122.nu.2.lib.1.licet ex fideicōmiſſo particulari impoſito alicui inſtituto in re certa aliqui velint,imò Trebel.detrahi debere & poſſe,vt Curt.Iun.cōſ.160.tamen verius eſt hoc particulari relicto per grauatum ſic particulariter non poſſe detrahi Trebellianicam ſecundùm Bar.in l. ſi quis ſeruū.§.fi.nu.2.in fi.de leg.2.& Bal.in l. filium quem habentem,col.8.nu.27.verſ. ſed hîc quæro Q.famil.erciſcun.cōcordantes allegando tenent Pariſ. conſ. 17,nu.26.& conſ.52.nu.32.lib.2.Ant.Alex.cōſ.73. ſub



ſub nu.12.& latè defendit Aym.conſi.186.col.1.& ſeq.& deci.Rot.853.teſtator in antiqu.& Bero.conſ.67.ad fin. conſ.110.col.fi.num.72.lib.2.Gui.Pap.deciſ.465. pater filiam.refert & Aym.cōſ.137.col.pen.nu.13.ſentit. Ang. in d.l.cogi.§.ſed ſi milites.in fin. ad Trebel.hac ratione quia etiam in caſu dubij obliqua:per quam fiunt omnia fideicommiſſa de re certa,nunquam trahitur ad vniuerſum per d.§.&generaliter,& extra vniuerſum ceſſat omnis auctoritas Trebellianicæ.l.nam quod.§.non omnis. ad Trebel.& per alia alleg.per Soc.Iun.d.conſ.122.col. 1.& ſeq.lib.1.vbi dicit opin.Bal. in loco d.l.filium quem habentem eſſe com. hæc probantur & per Bero. conſ. 126.col.fi.nu.5.conſ.93.col.fi.lib.2.falcidia quoq; ex particularib.quando eſſe detrahenda, vt declarat Bero. d. conſ.126. in fi.non per particulariter grauatum, ſed per vniuerſalem hæredem detrahitur.l.lex falcidia. §. nunquàm.ff. ad l. falci. Soc. Iun. d. conſ. 22. nu. 6. tenet & Imo.in l.cohæredi.§.cum filiæ.col.2. nu. 7. de vulga. & pupil.poſt gl.fin.ibi, & Ceph. conſ. 153. num. 61. Aym. conſ.19.num.352.

8 Et decimatertia ſubijcio differentiam, † quod creditor defuncti, & hæres grauatus ad reſtituendum vniuerſale fideicommiſſum in reſtitutione, etiam non confecto inuentario,poteſt ſuum creditum detrahere,& retinere,non autem ita poteſt facere, reſtituendo particulare fideicommiſſum, quòd integrum etiam de ſuo reſtituere debet,hāc differētiam tradit, dicendo eam menti tenēdam,Pa.de Caſt.in l.omnibus.§. ſi ex Trebelliano. nu.1.& ibi alios allegando,comprobat Alex.num.3.ff.ad Treb.& idem Caſt. latiùs declarando tenet in conſ.77. Viſa facti narratione.col.1.conſ.188. quia dubia. col. 2. lib.1.idem Alex.conſ.124.in fi.lib.7.Soc.conſ.44.lib.3. & Rui.conſ.112.col.fi.nu.19.lib.2.& Ang. tract. de teſt. in gl.86.nu.15.& ita videtur com.Opin.quicquid perfunctoriè tentauerit dicere in cōtrariū Imo.in l.ab omnib. §.fi.de leg.1.cui reſpōdet Alex.in d.§.ſi ex Trebel.idem concor.allegando firmat Aym.conſ.144.col.2.nu.5. & conſi.316.num.4.Nat.conſ.323.ad fin.

9 Et decima quarta, quòd † filij poſiti in conditione ſubſtitutioni factæ de hæreditatibus,non cenſentur vocati,per gl.& Com.Opin.in l.Lucius.ff.de hæred. inſtit. factę verò de particulari cenſentur vocati in diſpoſitione, adducit, & latè vti magis communiter receptum probat Socin.Iun.conſil.158.colum.fin.lib.2.licet contrarium tenentes vltimo referat Gabr. Rom. de Com. opin.lib.4.tit.de fideicommiſ.concl.4.nu.12.& Zanch. in §.cum ita.nu.787.l.hæredes mei.ad Trebel.& Eman. Coſta in l. Gallus.§.& quid ſi tantum, num.30.de liber. & poſthum.primam opin.probat Bero.conſi. 110. num. 41.42.lib.2.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſum, an & quod ſit fauorabile, vel odioſum, & quando eſt fauorabile,pro eo ſit amplior,ſi odioſum,ſit ſtrictior interpretatio, & vbi de illis tractatum ſit, & quando in dubio vti odioſum ſit contra illud iudicādum, vel pro eo vti fauorabile,etiam quòd ſit onus,& pro concordia opinionum,& quòd diuerſis reſpectibus dicatur,& odioſum,& fauorabile, & quid,quando fauor & odium poßint ſeparari,reſpectu diuerſarum perſonarum, de hac materia vide latè ibidem.*

2 *Fideicommiſſum ſecundùm Doct.reſpectu grauati eſt onus, & dicitur odioſum, & hoc per inductionem de legitima, quæ debet eſſe libera ab omni grauamine.*

3 *Tutela eſt onus,reſpectu tutorum.*

4 *Actus vnus & idem ſecundùm diuerſas intentiones operantis,diuerſas inducit effectus.*

5 *Dies diuerſis reſpectibus dicitur certa,& incerta.*

6 *Verba eo reſpectu, quo prolata ſunt, intelligi debent.*

7 *Fideicommiſſum quando largè interpretatur, & quando ſtrictè,tam circa perſonas,quàm circa res,reſpectu dubitationum ipſarum.*

8 *Fideicommiſſum debet omninò probari à proponente illud, & licet coniecturis probetur, verum eſt quatenus ſint concludentes,& quare,& vbi agitur de obligando fauorabiliores eſſe debemus ad negandum, vel illud minuendum,& ſic non extare pronunciandum eſt,eſto,quòd verba teſtamenti videantur fideicōmiſſo conuenire,& quòd odioſum ſit dum agitur de eo inducendo, & de hoc ibid. latè.*

9 *Fideicommiſſum,vt inductum appareat,duo ſunt inſpicienda: quòd adſit habilitas perſonæ grauatæ, & conſtet de perſona,cui ſit dandum fideicommiſſum.*

10 *Fideicommiſſum vti grauamen quandoque inuenitur impoſitum filijs, nepotib.vel fratrib.vel ſimilibus quorum appellatione poſſunt alij comprehendi,vt ibi,nu.ſeq.*

11 *Filiorum appellatione veniunt nepotes,& venit filia.*

12 *Fratrum appellatione veniunt ſorores.*

13 *Nepotum appellatione veniunt pronepotes.*

13 *Fideicommiſſum,quòd reſpectu grauatorum odioſum ſit,& ſtricte interpretandum, adeò vt non extendatur vltra primos nominatos, de filijs non ad nepotes, de nepotib. non ad pronepotes,de fratrib,non ad ſorores,nō ad filias, & quādo hoc maximè procedat,ibidem latè, vbi quando ſit odioſum, & quando fauorabile.*

15 *Fideicommiſſum quando interpretetur non eſſe, & pro hærede,ac reo,ſitq́; reſtringendum vti onus & odioſum,dubitationibus tendentib.in verbis,in re,in perſonis grauatis,in probationib.rem eſſe maiorem,vel minorem, & vt latius ibid.exponitur.*

16 *Fideicommiſſum,vt ſit fauorabile,multifariè deprehenditur, & quòd præcipuum ſit ac diligenter inſpiciendum, & in vltimis volūtatib.ſit interpretatio in fauorem eius, in cuius fauorem verba proferuntur, ſiue ſit hæres, ſiue legatarius, in qua vltima voluntate ſit larga interpretatio,dum cenſetur factum fauore eius cui debetur.*

17 *Fideicommiſſum dicitur odioſum,& habetur ac ſtrictè interpretatur,& pro reo conuento,dum dubitatio contingat extra probationem legitimam,& extra plus, vel minus eius oneris, ſed conſiſtat in vnam rem vel aliam, caſum vnum vel alium, reddentem fideicommiſſum validum vel inualidum,& de eius fauore, vide nonnulla ibi. declarat,vt valeat,& de odio ampliando,latiùs de materia ibid.habetur.*

18 *Intellectus l.cogi.poſt principium.ff.ad Trebel.*

19 *Intellectus principij inſtit.de fideicom.hæred.*

20 *Fideicommiſſum dicitur fauorabile,quando venit poſt aliquod tempus reſtituendum filio teſtatoris, commodo & prouiſione filij.*

*Item dicitur fauorabile, quando grauamen eſt reciprocum inter grauatos & honoratos, & non odioſum dicitur, ſi tamen fideicommiſſum ſit vniuerſale, aliàs purè factum non valeret,vti fruſtratorium,& quare, num.21.*

*Item dicitur fauorabile,factum pro conſeruatione bonorum in familia, & ideo largè interpretandum, & quomodo tunc dicatur factum.num.22.*

*Item dicitur fauorabile, quando venit reſtituendum ſuccedentib.teſtatori ab inteſtato ex conſeruatione legitimarum hæreditatum ac ſucceßionum.num.23.*

*Ideoq́; dicitur diuerſis reſpectibus, & odioſum, & fauorabile: ibidem.*

¶ SOLVTIO III.

EST quoque aliud maximè pro interpretatione de fideicommiſſo fienda accuratè in-
1 ſpiciendum, † quale ſit fideicommiſſum, ſcilicet fauorabile, vel odioſum: nam ſiquidem fauorabile eſt,pro eo amplior,ſi verò odioſum, ſtrictior

ctior ſit interpretatio.ca.odia.de Regul.Iur.in 6. l. cum
quidam.in fin.de liber. & poſthum. & ſi de his, & fauo-
rabilibus, & odioſi, vti ſuo loco generali, plenè tracta-
ui ſuprà li.1.interpret.1.dubit.4.ſolut.12.& fin.ver.præ-
terea, qui facturus, & poſſet etiam ex ſcriptis ibi com-
modè quæſtionem hanc dirimi, vlterius tamen & ſpe-
cialiter dicendum eſt,quòd Marzar. Vicẽt.ſuo libel. de
mater.fideicommiſſ. in 2. part. primo loco quæſtionem
iſtam ponit, & eam multum controuerſam facit, addu-
cendo prius rationes, & Doct. tenẽtes fideicommiſſum
odioſum,& contra hoc in dubio fore iudicandũ, dein-
de ex aduerſo,tenẽtes illud eſſe fauorabile, etiam quod
onus ſit,& pro eo in dubio iudicandum, & hanc conſu-
lendo & iudicando ſemper fuiſſe,eſſe ſuam ſententiam,
dicit allegando nouiter tex. ad hoc propoſitum ſecun-
dum eum à nemine animaduerſum,& Inſtit.de fideicõ-
miſſ.hæredi poſt prin.ibi, tantuſq; eorũ fauor factus eſt.
& in l.cogi.ver.de ſucceſſione.ff.ad Trebel.ibi in ambi
guo, tamẽ magis de ſucceſſione ſenſum dico, ne inter-
cidat fideicõmiſſum. Denique pro concordia opinionũ
aliquos caſus diſtinguẽdo in fideicõmiſſo, facta pro cõ-
ſeruatione bonorum in agnatione,& familia,perſiſtit in
opin.iſta,ꝙ ſit fauorabile: & de hoc loqui Doct. tenen-
tes ſecundam opi.quos allegat, & addit,vt ibi per eum.
Ego vero appoſitam quæſtionem non controuerſam
propriè exiſtimo,ſed potius variam, diuerſimodam,vel
reſpectiuam,id eſt,diuerſis reſpectibus fideicommiſſum
& odioſum fauorabile dici,per nota.regulam,quam fa-
cit Areti. in l. ſi filius,qui patri.colum.quinta,verſic. eſt
enim iſta regula de vulgari & pupillari, quòd diſpoſitio
poteſt eſſe odioſa reſpectu vnius perſonæ & fauorabilis
reſpectu alterius, & quando fauor & odium poſſunt ſe-
parari reſpectu diuerſarum perſonarum,ſemper vtrum-
que attẽditur, quoad effectum ſuum de per ſe, per legẽ,
ſed ſi hac.§.final.cum gloſſ.ff.de in ius vocand.& per al-
leg.opportunè à Tiraquel.de retract. titulo 1.in præfat.
nu.66.& in fideicõmiſſo propriè ex vna parte ineſſe fa-
uorem,& ex alia odium,dicit Cor.conſi. 35.colum. fina.
ver.ſpes enim ſubſtitutionis. lib.2.& conſil.199.colum.
13.ver.tertio, quia eodem dicit, quòd ſubſtitutio fidei-
commiſſaria non minus eſt oneroſa grauato, quàm ſit
proficua honorato, pulchrè in ſpecie Hippol. Riminal.
conſil.23. num.75.& eſſe onus,quoad alios, quoad alios
vero commodum, Bartolus in leg. in pupillari. colum.
fin. numero ſexto, de vulgari & pupillari, & ſubſtitu-
tionem fideicommiſſariam eſſe ad onus, & non ad pro-
uidentiam eorum, quibus fit, dicit Baldus in leg. pri-
ma colum.fin. num.6. C. de cond.inſer. ſicut de legato
reſpectu legatarij eſſe merum fauorẽ, ſed reſpectu hæ-
redis grauati eſſe onus,dicit Iaſo.in l.Lucius.col.6.ver.
ego autem puto. de vulg. & pupil. & in l. teſtamento.
col.14.ſub verſ.tertiò mouetur.C.de teſta.milit.facien-
do tamen legatario dicam ego hæredis commoda, de-
fraudari non debent,per tex.in l.fin.§.ſed etſi quis,in fi.
com.de leg.
2 Namque paſſim Doctores arguunt,dicuntq; † fidei-
commiſſum reſpectu grauati onus,& odioſum dici:Bar-
tolus,Baldus, & alij in l. ſi pater.in l. ex tribus. in l.quo-
niam in prioribus.C. de inoffic.teſtam.in l.cohæredi.§.
cũ filiæ.de vul.& pupil.Curt.Sen.conſ.46.nu.22.Aymo
conſ.180.colum.ſecunda. ver.ſecundò reſpondeo,& in
fin.& alij in conſ.& ſolent has dictas leges, & præſertim
d.§.cum filiæ allegare ad probãdum, quòd fideicõmiſ-
ſum ſit onus, quæ probant per inductionem de legiti-
ma,quæ debet eſſe libera ab omni grauamine,& hac ra-
tione,quia fideicõmiſſum continet reſtituendi alij onus
non valet impoſitum ſuper legitima.& Pa.Leo.de ſub-
ſtit.in compẽdioſa num.295. dicit iſtud melius probari,
in l. ſi arrogator. ff.de adopt.quæ ſimiliter probat ex in-
ductione ratione quartæ per legẽ debitæ à patre arro-
gatore, ideò non valente eam tãgere,vel diminuere fi-
deicommiſſo. Ego autem clarius probo fideicõmiſſum
appellari onus per tex. apertos in l. ſi Titio.§.1.de lega.
2.vbi fideicõmiſſum onus expreſſè dicitur, & in l. hære-
dibus.in prin. ff.ad Trebel.his verbis expreſſis, *Reſpondi
ſecundũ ea,quæ proponerentur videri fideicommiſſi onere libe-
ratos.* & text. in l. cum acutiſſimi. C.de fideicommiſſ.ſi-
cut per verba l. tria onera.ff. de excu.tut.reſpectu tuto-
3 rum, † tutelam eſſe onus probat Ange.conſi.191.col.2.
Cum igitur ratione diuerſi reſpectus fideicommiſ-
ſum ſit odioſum, & fauorabile: ſic enim ratione reſpe-
ctus mutatur effectus, quia veritas alio reſpectu dicitur
4 falſitas,gloſſ. in ver.rei veritas in l. pen.C. de iur. dot. †
ac vnus & idem actus, ſecundùm diuerſas intentiones
operantis diuerſos inducit effectus:Alber.in l. cũ pater.
5 §.pater plurium. in fin.de l. 2. diuerſis † reſpectib. dies
dicitur certa,& incerta, trãſactio fieri dicitur de re cer-
ta & incerta diuerſis reſpectib. dicit gl.in var.pertinere.
in l.ſi ita ſcript.§.ſi ſub conditione.de l.2.eo.in reſpectu
cõſiſtit eſſe,per l.ſi quis domũ.ad fin.ff.loc.dicit Bald.in
l.ad probationem.col.fin. ver.quæro ſi poſſides. in ſi.C.
6 eo.& † verba eo reſpectu.quo prolata ſunt,intelligi de-
bent,per no.à Dec.in c.1.in 13. de poſtu. præla. adducit
Aymo conſ. 33. in fin.ante hos ſentit Bal. in l. fin.col.4.
nu.30. ver.decimò quæritur. C. de hære. inſt. vnde cla-
7 rior de his,vt poſſibile erit,doctrina fiat, cẽſeo † primũ
dicẽdum eſſe, tam circa perſonas, quàm res fideicõmiſ-
ſi ambiguitates ſingulas, quoad eum, qui grauatur præ-
tenditur tendentes adeſſe,vel non eſſe ampliãdum, vel
diminuendum diſſolui in eo quod fideicommiſſum ip-
ſum ſit odioſum, & ſtrictè interpretandum,deinde verò
dubitationes ipſius,quoad teſtatorem,& eum, cui reſti-
tuendum erit, tradentes ad validitatem,obſeruantiam,
& ampliationem explicari in partem pro fideicommiſ-
ſo,quòd ſit fauorabile,ideo latè,largéq; interpretãdum.
Vtrumq; enim dictum hoc verum oſtendam,& con-
gruis exemplis,ac iurib. manifeſtiſſimum faciam.
8 Primò,& circa primum † quilibet proponens fidei-
cõmiſſum extare,id plenè probare debet.Dec. cõſ.513.
col.pen.num.10.Aym. conſ.191.col.pen.nu.16.dixi cõſ.
42. nume.1.7.lib.1.per.reg.l.2.ff.de prob.idem expreſſè
dicit Corn. in conſ.161.col.fin.ver.& quia non habetur
li.2.Cephal.conſ.67.num.27.Socin.Iun.conſ.28.nu.8.
libr.4.eo quòd fideicommiſſum non habet locum,niſi
expreſſum ſit.Dec.conſ.455.num.15.Alci.conſil.74.nu.
2.lib.9. & ſi coniecturis probari poſſit:l. cum propone-
batur.& ibi gloſſ.& Doct. de leg.2. & dicam infrà,tamẽ
huiuſmodi coniecturæ debent probabiles,& neceſſario
cõcludentes eſſe,Pau.de Caſt.cõſ.28.In cauſa,quæ ver-
titur inter Petrũ.col.1.ver.ſi verò verba,li.2.Iaſ.cõſ.143.
col.4.in p.li.2.aperte Ripa in l.hæredes mei.§.cũ ita, n.
34.ad Treb.poſui in d.cõſ.24.nu.17. 24.Syl.cõſ.64.ad
n.ſecundùm.Alci.conſ.44.nu.3.to.3.lib.9.Burſat.conſ.
51.num.9. cum fideicommiſſum adeſſe volens intendat
alium onerare,& obligare ex verbis tex.in l.ſed & ſi ſic.
ad fin.de leg.3.& in l. Scæuola.& in l.ex facto.§.non tã-
tum.ad Trebellia.& vbi de obligãdo quæratur, ſi occa-
ſio adſit.i. ambiguitas, propenſiores, & fauorabiliores
eſſe debeamus ad negandum,vel minuẽdum obligatio-
nem,vul.l.Arrianus.ff.de acti.& obli.in ſpecie:ſic etiam
adducit Ang.in l.cum virum.vltra med.C.de fideicom-
miſſ.ideo iſto caſu dubio exiſtente odioſum fideicom-
miſſum non extare pronuntiandum eſt: Cephal. conſi.
45.nu.12. Hier.Gabr.Eugub.conſi.111.nu.16.Menoch.
conſi. 85.num.50.Alci.conſil. 68.num 26.& conſ.81.nu.
6.& ſequen.to.3.lib.9. Rolan.à Val.conſi. 55.in fin.li.3.
etiam,quòd verba teſtamenti videantur cõuenire fidei
commiſſo: cùm tamen poſſint aliquo reſpectu intelligi,
& capi in alio effectu & iure, quàm fideicommiſſi:in il-
lo ſatis enim eſt ea verificari,abſq; eo quod importẽt fi-
dei



deicommiſſum,per text.ibi Pau.de Caſt.probat ad fi. in
d.Lucius.§.filiam ſuam.ff.ad Trebel.& per Ceph.conſi.
45.nu.12. ſumus enim in odioſis, dum agimus de fidei-
commiſſo inducendo,Odd.Peruſ.de compen.par.5.de
cõpend.fac.à paga.art.3.in 3.inſpect.verſ.vnde dicerem
fol.171.& Menoch.conſ.171.nu.8.& ſeq.vt conueniens
eſt, quid ineſſe deducendum dici odioſum,& deductum
fauorabile dici,Gigas tract.de penſi.q.66.in fi.& magis
proprium eſt illud, quod Io.Mari.Riminal.dicit conſi.
223.num.58.ad inducendum fideicommiſſum, rigorem
inſpici, & attendi debere,ad diminuendum verò æqui-
tatem † deniq; fideicommiſſum inductum, vt apparere
9 poſſit,duo ſunt inſpiciẽda,quòd adſit habilitas perſonæ
grauatæ,& conſtet de perſona,cui ſit dandum fideicom-
miſſum,vt pulchrè per Cephal.conſ.330.num.24.& ſeq.
Secundò inuenitur, † quandoque fideicommiſſi gra
10 uamen impoſitum filijs, nepotibus,vel fratrib. vel ſimi-
11 libus † quorum appellatione poſſunt alij comprehendi,
ſicuti appellatione filiorum veniunt nepotes:l.filij.l. iu-
ſta.l.liberorum.§.ſed & Papinianus. de verbor. ſignific.
& venit filia d.l. iuſta. † fratrum appellatione veniunt
12 ſorores:l.tres fratres, & ibi Iaſ.in primo not.cõcord. al-
legat.ff.de pact.† Et appellatione nepotum veniũt pro-
13 nepotes.Alex.conſil.125.col.3.ſub. num.2.verſ. quia re-
ſpondetur.lib.5.Ruin.conſ. 166.col.3.num. 8. Bart. in l.
Gallus.§.inſtituens.num.2.& ibi Imol. & alij. de liber.
& poſthum. † fideicommiſſum autem huiuſmodi reſpe-
14 ctu ſimilium grauatorum odioſum eſt, & ſtrictè inter-
pretatur, ita quòd non extenditur vltra primos nomi-
natos de filijs, non ad nepotes,de nepotibus nõ ad pro-
nepotes,de fratribus non ad ſorores, non ad filias:gloſſ.
in §.nos igitur.in auth.de reſti.fideicom.Bal.conſ. 487.
In iſto punct.in fi.lib.2.Alex.conſ.55.ad fi. lib.3. & conſ.
140.in prin.lib.6.Dec.cõſ.95.ſub nu.7.conſ.218.nu. 12.
& ſeq.conſ.511.num.5.& ſeq.& conſ.593.ad fin. idem in
alijs conſ.ſuis repetit.Grat.conſ. 68.nu.8. lib.1. & conſ.
126.num 17.18.lib.2.& maximè quòd non veniant paſ-
ſiuè,Marza Vicent.in fideicom.q.17.par.2.Pariſ.conſi.
31.col.3.num.26.conſ.89.num.22.Nat.conſ.602.nu.16.
vbi verbum filij, appoſitum eſt ex parte eorum, qui te-
nentur reſtituere fideicommiſſum,ſimil. concordãtium
generalem collectam admodum fecit Ant.Gabr.Rom.
de Commun.Opin.lib.6.tit.de verb.ſign.concluſ.1. vbi
nu.78.congerit concord.ad propoſitum noſtrum, quòd
eſt, quòd fideicommiſſum ex parte grauati ſit odioſum:
vt econtra fauorabile eſt,quãdo in ſe continet agnatio-
nis conſeruationem,vt dicetur infrà,& de fratribus non
ad ſorores procedere conprehenſionem, vbi de exten-
ſione odij ageretur, probat Iaſ.in d.l.tres fratres. col. 2.
in 4. limit. vbi etiam de excluſione fœminarum agitur,
odioſum dicitur ſaltem ex parte fœminarum Io. Mari.
Rimi.conſ.233.nu.33.& ſeq.
Tertiò,& quacunque factorum ſpecie, & exemplis,
quæ proponi, & imaginari poſſint, hoc vtique genera-
le eſt,& hoc iure,& priſcorum, & recẽtiorum Iuriſcon-
15 ſultorum ſententijs vti debemus,quòd† vbicunq; ſuper
fideicommiſſo ambiguitas, & dubitatio vertitur in ver-
bis,in re, in perſonis grauatis,in probationibus.ſ. verba
poſſe,vel non poſſe importare, vel inducere fideicom-
miſſum,rem eſſe maiorẽ,vel minorem, vel ſimplicem,
vel duplicatã,perſonas oneratas eſſe,vel nõ eſſe,ad alias
extendendas,probationes eſſe,vel nõ eſſe factas, & cõ-
cludentes,& his quidem caſib.fideicommiſſum habetur
vti onus,& odioſum, & reſtringendum, ac pro hærede,
vel reo, ſemper ſit interpretatio cõtra fideicommiſſum
ad non eſſe, vel minus eſſe,& pro liberatione,per l.ſi ita
ſcriptum.in fi.l.apud Iulianum.§.ſcio.l. quod in rerum.
§.quod ſi poſt.de leg.1.& l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.
l.Titia cum teſtamento.§.qui in vita.de legat. 2.& l.qui
concubinam.§.cum ita legatum.& §.qui fundum. & l.
vxorem.§.1.& l.nummis.de leg.3.& l. 2. §. ergo. & §. fin.
& l.penult. de dote præleg. & l.Sticho. in fi.de vſufruct.
leg.& l.ſi fuerit.in prin.de reb.dub. & c. cum ſint partiũ
iura.& c.fauorabiliores;de Regu.Iur.probant. Rom. in
l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus.colum. ſub nu. 1. 4.
verſ.contra quem autem.de verb.oblig.Corn.conſ. 72.
colum,penul.verſ.facit,quia.& conſ.81. col.7. verſ.iura
autem. conſ. 203. in fin.lib.1.& conſ.304. col.10.lib.3.
& conſ.71.col.1.verſ.in contrarium.conſ.160. col.pen.
verſ.cõfert autem.conſ.230.col.2.lib.4.& Soc.in conſi.
113.col.fin.in prin.lib.1.Dec.in conſi.336.in fi.384. in fi.
465.nu.14.593. in fi.Aym. conſ.180. in fin. 207. num.3.
Alci.conſ.36.in fi.& iam alleg.conſ.46.num.6.concluſ.
68.num.26.& conſ.71.col.1.conſ.81.num.7.tom. 3. lib.
9.Gabri.Eugub.conſ.95.num.17.Val.d.conſ.66.in fin.
lib.3.Nat.conſ.200.in fi.Ceph.conſ.66.num.15. Alben.
conſ.31.num.22.
16 Quartò, & circa alterum,quando † fideicommiſſum
fauorabile dici debeat, id quoque multifariàm depre-
henditur:hoc præcipuum generaleq; ſemper,& diligen-
ter inſpiciendo, quòd cui magis teſtator fauet, eidem
magis lex fauet,per l.in teſtamento ita.& l.multa.§. fin.
de cond.& demonſt.dicit Bald.in l. prima.colum. 1. ſub
nume. 8. in 7. opp.C.de inſtitut.& ſubſtitut.ſentit An-
charanus conſil. 27. non ſeruato ordine verſic. ſecun-
dò ſic, quando & text. in l.facta. §. ſi verò turpis. ibi:
plus enim tribui à prætore ei, qui fideicommiſſum pe-
tit,quam teſtator voluit, abſurdum eſt:ff. ad Trebellia.
meminit Bald.conſil.219.Pepus Nicolutij. col.1. in fin.
verſ.præterea ſciendum eſt.lib.ſecũdo dicit enim Albe.
in l.Scæuola.§.primo. nume. 5. de eo, quod certo loco,
quòd in vltimis voluntatibus ſit interpretatio in fauo-
rem eius,in cuius fauorem verba proferuntur, ſiue hæ-
res, ſiue legatarius ſit: nam in ſubſtitutione fideicom-
miſſaria de Sempronio,facta Titio, decedenti ſine filijs
maſculis,& cum finalibus,quę debeant dotari caſu eue-
niẽte,quòd Titius deceſſerit ſine aliquibus filijs, & ma-
ſculis, & fœminis, habendo hunc caſum omiſſum ſimi-
lem in ratione,effectu, & mente teſtatoris cum caſu ex-
preſſo,per plures deciſ.Iaſ.in conſi.203.lib.ſecũdo.pro-
bat eſſe locum fideicommiſſo, dicens expreſſè ibi in 4.
col.verſi.non obſtat ſecundò, quòd licet dicatur graua-
men eo reſpectu hæredis grauati, tamen reſpectu teſta-
toris, & eius qui ſubſtitutus eſt: & quia eſt vltima vo-
lũtas, dicitur fauorabile, & in eo ſit larga interpretatio,
dum cenſetur factum fauore eius, cui debetur: Alciat.
in l.1.in verſ. non iniquis. C. de pact. Nat. conſil. 602.
ſub nume. 16. probat textus in l. miles ad ſororem in
prin.de leg.2.
17 Quintò, quicquid † ambiguitatis acciderit, quæ ſit
extra probationem legitimam, & oſtenſionem fidei-
commiſſi, & extra plus,vel minus eius oneris, quoniam
de his antè dictum eſt,fideicommiſſum haberi odioſum
& ſtrictè interpretandum, & pro liberatione rei con-
uenti,ſed ſi conſiſtat ambiguitas vnã rem,vel aliam, ca-
ſum vnum vel alium, reddentem fideicommiſſum in-
ualidum,vel validum,eſt obſeruandum,quòd ea res ca-
pienda eſt,talis caſus eſt attendendus, ne fideicommiſ-
ſum intercidat,ſed valeat, & obſeruari per iudices fiat,
in tantũ reputatur fauorabile, & tantus fauor ei attribu
tus eſt,vt ſi quis grauatus,ſi deceſſerit ſine filijs, propo-
natur mortuus, præſumitur mortuus ſine filijs fauore
fideicommiſſi,per leg.ex facto.§.ſi quis autem.in fin.ad
Trebel.tradit ibi Angel.ſequitur Alexan.conſi.20.in fi.
& conſi.39.ſub.nu.2.lib.1.pupil.conſil. 29.lib. ſecundo,
iſtam eſſe Commun.opin. dicit Dec.conſil.578.in prin.
& conſi.652.nume.7. eo modo declarando, prout per
Paul.de Caſtr.conſil.287.Pro declaratione.num. 4. lib.
primo,& melius facit,quàm alius. Ripa in dict.§.ſi quis
autem.num.8.9.& Pedemon.dec.108.num.3.& ſequen.

Ruinus in rubr.nume.53.de nou.ope.nunc. Gabri. Eugub.conſil.117.num.3.& aliquo grauato, ſi deceſſerit ſine hærede fauore fideicommiſſi, ne fiat eluſorium:quia nunquam, vel rarò poſſet verificari,interpretatur ſine hærede,id eſt,ſine filijs:per text.in dict. l:ex facto. §. fin. & ibi Gloſ.& Doctor.& dubium de eo ſit, à quo debeat præſtari pro eo,vt valeat,fit interpretatio, quòd debeat præſtari ab eo,qui poteſt illud præſtare, per Commun. Opin. firmat Iaſ.conſil.196. colum.penul.verſi.non ſtat in quantum.lib. ſecundò, & vt ſi dubium vertatur, an res ſubiecta fideicommiſſo ſit particularis, vel vniuerſalis, quia ſi fortè particularis, grauatus non poſſet cogi ad adeundam hæreditatem, & fideicommiſſum redderetur inutile : l.ille.§.non omnis. ad Trebel.Sed vt valeat adhibita coactione in dubio præſumitur res vniuerſalis,per l.cogi.poſt prin.verſ.de ſucceſſione.eo.ad Tre
18 bel.ita † intelligi debet ille text.ſecundum Gloſſ.ibi in verſ.ne intercidat.allegãtem l.quoties de reb.dub. cum ſuis concord.non verò, quòd generariter probet,fideicommiſſum eſſe fauorabile, prout ad hoc eum genera
19 liter allegat Marzar.Vicenti.in d.5.q. ſimul cum † text. in princ.Inſtitu.de fideicommiſſ. hæred. in illis verbis, *Tantusq; eorum fauor factus eſt.* qui text.etiam hoc generaliter non probat,quòd fideicommiſſum indiſtinctè ſit fauorabile,niſi cum clarum, & certum ſit, quòd debeatur vnde ad hoc ibi text. ſubiungit, *Vt paulatim etiam prætor proprius creatur, qui de fideicommiſſis ius diceret,* &c. & hoc quidem non ſimpliciter fauore fideicommiſſorum inductum eſt,ſed fauore vltimarum voluntatum.Sic illum text.quem ad hoc dicit Marzar.à nemine ponderatum ſe reperiſſe,Alexand, ponderat, & allegat in l.1.colum. 4. ſub. num.8.& verſic.quartò eſt præmittendum.de legat.1.ſentiunt Paul.Leo.tract.de ſubſti. in prælud.in fin.& de compendioſa,num.270.& Odd.Peruſ.tract.compendioſæ in prælud.par.7.q.3. aſſignando fideicommiſſariæ ſubſtitutionis rationem, quæ ideo fit tantummodò conſeruandæ volũtatis teſtatoris,ad idem Ceph.conſ.336.num.17. & ſic teſtatori fauorabile, dicit Roland.à Val.conſ.23.nu.26.lib. 4.ſicut & aliàs odium etiam ampliandum dicitur.Cum enim conſtet, maleficium eſſe commiſſum pro eo integro puniendo, etiam fit extenſio, ſic publica vtilitate exigente:l. ita vulneratus.ad legem Aquil.conſequẽdo Cyn. in c.odia. de Regul.Iur.in 6.tradit Bart.in l.2.§.1.ff. de his qui not. infa. & Iaſ.in l.qui ſe patris.col.22.C.vnde lib. Cagn. in l. in omnibus,nume.pen.de Regul. Iur.ita vbi conſtat fideicommiſſum eſſe factum,etiam aliquo reſpectu odioſum debet obſeruari & exequi, veluti vltima voluntas exequenda fauore publico etiam ei debito:per l. vel negare.ff.quemad.teſtam.aper.prout quoq; frequentiſſimas leges ſe poſuiſſe adiuuantes teſtatorum volũtates, dicit Imperator.in l.fi.C.de poſthu.bene enim Aymo.conſil. 208.nu.4.fatetur,quòd vbi fideicõmiſſum non valeret, larga fiat interpretatio ad actus validitatem idẽ in conſ. 147.ad fi.optimè probat hæc, quæ modò dixi, ad idem Socin.Iun. conſ.94.num.42.lib.1.& conſ.168.num.91. 92.lib.2.& Soc.Seni.in l.cum auus.col.40.verſ. ex quibus octauo loco, de condi.& demonſtrat.facit l.Scæuola.ibi tamen benigna interpret.ad Trebel.

Idem ne dicatur renuntiatum fideicommiſſo, Ceph. conſ.371.num.58.

20 Sextò,vbi † fideicommiſſum venit poſt aliquod certum tempus reſtituendum filio teſtatoris commodo & prouiſione eiuſdem filij nempe huiuſmodi fideicõmiſſum fauorabile reputatur,per l.in fideicommiſſi.§. cum Pollidius.ff.de Vſu.& l.Seius Saturninus.ad Treb.Bart. Ang.& alij,in l.cum ex filio de vulg.& pupill. cum ſimil. concord.alleg.à Iaſ.in l. multi.col. 1.de liber.& poſthu. & à Vaſq.Hiſp.tract.de ſucceſ.ꝓgreſ.lib.2.§. 18. nu.27.

21 Septimò ſiquidem † grauamen eſt reciprocum inter grauatos & honoratos,non odioſum, ſed fauorabile fideicommiſſum dicitur per l.ſi pater.C.de inoffi.teſtam. ibi Doct.probant,& Georg.Nat.in c.quamuis. nu. 132. verſ.2.de pact.in 6.Cur.Iun.conſ.22.nu.14.Bello. conſ. 41.in fi.& conſ.81.num.2.Aym.conſ.306.col.fin. Ruin. conſ.18.nume.16.lib.2.& per Doct. in l.fideicommiſſo. C.de tranſact.hoc ideò verum, ſi fideicommiſſum conditionale ſit, alioquin purè factum nõ valere vti fruſtratorium,continens tantum dare, quantum recipere,l.ab omnibus.§.ſi Titio. de leg.1.& ibi Bart. & alij, & in l.ſi quis ſeruum.de cond.& demonſtr. Gui. Pa. conſi.227. Crot.conſ.62.num.10.& ſeq.Soc.Iun.conſ.100.nu. 47. lib.3.Cephal.conſ.329.num.22.23.

22 Octauò † fideicommiſſum, factum pro conſeruatione bonorum in familia, & agnatione, vtiq; reputari fauorabile, & largè interpretãdum,tenent Anch. conſ. 28.Non ſeruato.col.3.ſub verſ.2.ſic.Cum.conſ.2. col.1. ad fin.Goz. conſ.89.ſub num.12.Pariſ.conſ.35.num.38. & conſ.63.num.27.& ſeq.lib.2.& conſi.52.num.26.27. lib.3.Ant.Rub. Alexand.conſil.1.ſub num.11. Soc. Iun. conſil.181.num.39.lib,2.Curt.Iun.conſ.111. ſub num.12. verſic.ergo in propoſito.Iaſ.in l.fin.col.penult. verſic.3. not.C.de verb.ſignific. poſuit Marzar. Vicenti. in d. 1. quæſt. & Menoch. conſil. 95. nume. 95. Burſat. Mant. conſil.64.num.3.Cephal.conſ.137.nume.40.conſi.336. num.18.conſ.446.num.30.& ſeq.conſ.426.in fin. Seb. Medi.tract. mor.omnia ſol. par.1. nume.162.quomodo autem dicatur factum fideicommiſſum fauore agnationis,aliqua tradit Bero.conſ.102.num. 19.lib.2. infra dicetur ſuo loco : proinde fauorabile quoq; dicitur fideicommiſſum, quod venit reſtituendum ſuccedentibus teſtatori ab inteſtato ex conſeruatione iuris legitimarum hæreditatum & ſucceſſionum, per l.vel ſingulis. de vulg.& pupil.vt per Alex.conſ.158.col. 2.num. 8.verſ.4. lib.6.ſequitur Hieron.Zanch.in §.cum ita.num.2.l.hæredes mei ad Trebel.conſtat ex his ergo diuerſis reſpectibus fideicommiſſum cenſeri, & odioſum, & fauorabile, quorum quidem reſpectuum diuerſorum notitia, & ratio congruè habet,quoq; ex hiſmetipſis, quæ ſupra ſcripta ſunt.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſum quidquid dici poſſit apparere poſſe,pendet in his duobus,in verbis, & mente teſtatoris.*
*Cuius verba ſunt precaria & rogatiua. ſ.*
*Peto.*
*Rogo.*
*Volo.*
*Mando.*
*Fideicommitto,& ex verbis l.cohæredi.§.cum filia de vulg. & pupill.& verbis commendaticijs in ſpecie prolatis, & quæ ſint obliqua, vt plurimùm tamen data apparent, per verba directa vel obliqua vel communia, ex ſubſtitutione compendioſa fideicommiſſaria.*
*Vt inſtituit.*
*Subſtituit.*
*Deueniat.*
*Perueniat,& per aliud verbum,vt ibi latè deducitur.*
2 *Fideicommiſſum poteſt fieri per quæcunque verba, per quæ poſſit apparere de voluntate teſtantis.*

¶SOLVTIO IIII.

HIs autem pro fideicomiſſi definitione aliqua præmiſſis, aggredior nunc ipſam propoſitæ dubitationis interpretationem,nobis oſtẽdẽtem in fideicõmiſſum inductum, quod etſi mille modis (vt ita dicam) formatũ apparere poſſit,quorũ aliquos pro clariori ordine, prout memoriæ ſuccurrit,explicando enumerabo,in his tamen duobus



bus pendet præſens tota fideicommiſſi apparentis materia.ſ.in verbis,& mentis teſtatoris.

1 Primò † verba,quæ fideicommiſſum inducunt, ſunt precaria & rogatiua ex verbis text.ibi notat.Dec.in l. à patre.in princip.C.de colla.vt peto,rogo,volo, mando, fidei tuæ committo,aſcripta in fi.Inſt.de ſingul.reb. per fideicom.relic.in l.2.in princ.C.com. de lega.& ex verbis in l.cohæredi.§.cum filiæ.de vulg.& pupil.& l.etiam hoc modo.& l.eo modo.de legat.1.verbis quoque commendatitijs in ſpecie prolatis induci fideicommiſſum, declarat Alexand.conſil.158. Viſo teſtamento. num. 5. lib.7. & ſunt obliqua, quæ tribuunt fideicommiſſario indirecto modo per manum rogati res obuenientes à committente, & rogante,ex allegat. à Tiraq. in l. ſi vnquam in verſi.Reuertatur.ſub num.5.C.de reuoc. dona. & à me ſuprà in præcedenti interpret.dubit.1.ſolut.3. & ea quæ diximus ibi, & hic dici poſſunt, vt vtar verbis gloſſ.magnæ in l.fin.in l.cum proponas filios.C.de pact. Vlterius & licet his verbis precarijs,& obliquis,expreſſis & apertis non reperiantur relicta fideicommiſſa hodie in teſtamentorum & codicillorum formulis vſitatis,quòd teſtator roget hæredem ad reſtituendam hæreditatem Titio, vt formulam talem antiquitùs & vereformiter fuiſſe obſeruatam, deprehenditur ex plurium legum caſibus, ſed vt plurimùm appareant data fideicommiſſa ex ſubſtitutione compendioſa fideicommiſſaria per verba vel directa, vel obliqua, vel frequentiùs communia inſtituit,ſubſtituit,deueniat,perueniat, & ſimil.per Bart.in l.Centurio.nu. 20.32.de vulg. & pupill. quem omnes ſequuntur ibi Ripa.num.101.Capra tract. de reg. iur.poſt concluſ.114.de ſubſtit. ad 5.ſpeciem de compendioſa num.21.& ſequent. & num. 95. Alexand. conſil.43. colum.1.lib.ſecundo,cum ſimil.per Odd.Peruſ.de compendioſa par.5.quæſt.1.articul.5.Pau. Leont. d.tract.in materia compendioſæ.in 4.5. 20.& vlt.quæſt. Tamen omnis ſubſtitutio fideicommiſſaria aut quòd fit per verbum reſtituat, aut per aliud verbum quod reducitur ad hoc verbum reſtituat.dicit Bald.conſil. 272. caſus talis, quidam teſtator, num.3.verſ. 2. præmittendum eſt.lib.2.eſt text. clarior quàm allegat Bald. ni fallor in l.1.§.1.ad Treb. dicit quoque Soc. Iun. conſ. 131. num.70.lib.1. quòd certè tantum videtur dicere, Tibi decedẽti per fideicommiſſum ſubſtituo Caium, quantum dicere,Te rogo,vt poſt mortem reſtituas Caio hæreditatem per fideicommiſſum.

Itaq; verba, quæ deficere plerumq; & congruere videntur ad rectam fideicommiſſi formulam, per eius interpretem ſubintelligi & ſuppleri debent, vt l.vnum ex familia.§.ſi omiſſa.& l.cum pater.§.cum imperfecta. de leg.2.l.verbum volo.C.de fideic.l.in teſtam.de leg.1.l.1. in fi.ff.de hæred.inſtit.Soc.Iun.conſ.114.nu.11.lib.1. adde verba,ſine liberis, volo deueniat,innuunt eſſe fideicommiſſum.Bar.in conſ.41.Factum.num.2. Oldr.conſ.
2 99.Factum.Tene, per † quæcunque verba poſſe fieri fideicõmiſſum,per quæ poſſit apparere de volũtate teſtãtis:d.l.1.com. leg.l.mulier. in prin.& ibi Alex. ab Treb. refert Iaſ.conſ.108.col.3.ſub verſ.alibi tenet,lib.4.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſum inducitur non ſolùm verbis, ſed etiã mente teſtatoris, quæ vltra ſonum verborum percipitur ex effectu coniecturato exequendo ipſorum verborum,quod conſequi non poteſt niſi vigore & iure fideicommiſſi, quandocunque appareant verba concepta ipſa diſpoſitiua, de transferendis bonis, de manu hæredis, ſeu aliàs grauati in alium,vt per verba,*Rogo,Reſtituas.
2 *Fideicommiſſum eſt tranſlatio hæreditatis iam acquiſitæ per ſubſtitutionem ſin.facienda per alium.*
*Et de exemplis, verborum prolatorum.*
*Et de exemplis factorum,oſtendentib. fideicommiſſum, ibidem declaratur.*
3 *Verba omnia partitiua ſeu diſtributiua rerum ſeu quantitatum fideicommiſſum ſapientia, modò verba ipſa propriè vel impropriè conueniant dicto,id eſt,perſonis & rebus in fideicommiſſo comprehenſis, quod induci prætenditur.*

¶SOLVTIO V.

1 SECVNDO † fideicommiſſum inducitur non ſolùm verbis,ſed etiam mente teſtatoris:vt l.fideicommiſſaria.§.hæc verba.& ibi Gloſ.l. pater filium.§.pen. ibi Gloſ. & Bart.de leg.3. Mens autem teſtatoris præter vel vltra expreſſionẽ,& ſonum verborum, inducens fideicommiſſum,comprehenditur & percipitur ex effectu exequendo ipſorum verborum coniecturato, qui non poteſt cõſequi alio iuris titulo, vigore, vel miniſterio,niſi vigore & iure fideicommiſſi quãdocunq; appareant concepta verba ipſa diſpoſitiua de transferendis bonis à manu hæredis, ſeu aliàs grauati in alium, ſanè accipiuntur pro verbis, Rogo,Reſtituas, &c.vt dictum eſt per text.in d.l.vbi.§.1.ad Trebell. & probat Bald. d. conſ.272.nume.3.lib.2.idem conſ. 461.Super primo.in princ.eo.lib.adducit definitionem,quòd † fideicommiſ-
2 ſum eſt tranſlatio hæreditatis iam acquiſitæ per ſubſtitutionem fi.facienda per alium:in propoſito idem, per Pariſ.conſ.41.num.17.& conſ.53.num.14.ſeq. conſ. 72, num.7.lib.2.Hippol. Rimin.conſ.21.nu.24.& ſequent. exempla huiuſcemodi verborũ prolatorum quiſq; per ſeipſum imaginari poteſt,quę ſimilia ſint caſib.ſeu conſultationib.ꝓpoſitis & deciſis,in l.Titia cum teſtamento.§.fi.& in l.cum proponebatur. in l.vnum ex familia. §.fi.in l.peto.in prin.in l. miles ad ſororem. in princ. in l.cum pater. §. filius matrem. in fin.§. Lucius.de leg. 2. in l. fideicommiſſa.§. ſi quis ita.& §. hæc verba.& §. interdum.in l.pater. §. pen.& l. ſed.de leg.3.in d.l. vbi. §. 1.& l. quanuis.C.de fideicõmiſ.& ſimil. & aliqua exempla factorum, fideicommiſſorum oſtendentia, inferiùs ponam,& tandem conſiſtunt in hoc, † quòd omnia ver-
3 ba partitiua ſeu diſtributiua rerum ſeu quantitatum fideicommiſſum ſapiunt, per l.cogi.§. & generaliter, ad Trebel.dicit Baldus conſil.125. Ego ſuper iſto puncto. verſ.item omnia verba. lib. 2. & dummodo verba ipſa propriè vel impropriè conueniant dicto,id eſt, perſonis & reb.comprehenſis in fideicõmiſſo, quòd induci prætenditur,per d.text.& Gloſ. in l.cum pater. §. cum imperfecta.de leg.2.reſpondit Alex.conſ.55.nume.5.lib. 3. Iaſ.conſ.228.col.penul.verſ.in primis ergo.lib.2. Ruin. conſ.122.col.fi.num.12.lib.2.Alci.conſ.11.num.4. tom. 3.lib.9.Aymo.conſ.161.num.13.&per ea,quę plenè ſcripſi ſupra libro præceden.interpr. 4. dubit. 2. ſolut. 1. & quæ pro loco iſto perficiendo ibidem reuidenda eſſent, ac etiam ea ſimul, quæ in d. interpr. 4. dubit.1.ſolut. 1. ſupra de mente teſtatoris, præcipuè & maximè, ſicut verba text. ſonant, in dict. l. fideicommiſſa. §. item ſi quis.& in l.quiſquis mihi in princip.de legat. 3. in fideicommiſſis attendenda & ſeruanda, & de huius dicti ratione ſcripſi.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſum quare dicatur inductum ex ſubſtitutione fideicommiſſaria, quæ & quibus verbis fiat, & quando talis ſubſtitutio fideicommiſſaria dicatur, vt quia tractum in futurum continent per mortis condionem, vel alium expreſſum, & quæ habeant tractum in futurum*

 per

*per quem qualibet ſpecies ſubſtitutionis poſt aditam hæreditatem conuertitur in fideicommiſſum.*

2 *Fideicommiſſum & fideicommiſſaria ſubſtitutio interpretatur attento effectu non ſono verborum aſcriptarum, vulgariter, pupillariter, & etiamſi ſit facta ſubſtitutio, per verba directa.*

3 *Fideicommiſſum, quando inducatur per reciprocam ratione compendioſæ annexæ, & eſt communis opin. & quid, quando ineſt compẽdioſa cum reciproca, aliquo expreſſo denotante tractum temporis, & de materia ibidem, quid tenendum in puncto iuris, & quid in iudicijs quãdo non contineat fideicommiſſariam talis reciproca, eſtq; communis opin. & qua ratione.*

4 *Fideicommiſſum inductum per clauſulam codicillarem neceſſariò continet tractum in futurum quod non debetur, niſi poſt mortem grauati.*

5 *Intellectus l. qui plures. ff. de vulg. & pupil.*

6 *Inſtitutus & grauatus in fideicommiſſaria ſubſtitutione, requiritur, quod non repudiet & amittat, ſed priùs acquirat, cum ad id cogi poſſit, vt poſteà reſtituat.*

## ¶SOLVTIO VI.

1 TERTIO clariùs explicando ex frequentiori & magis vſitato modo inductum † fideicõmiſſum videmus ex ſubſtitutione fideicommiſſaria etiam antè dicta repetẽdo, quæ quid fideicommiſſaria ſubſtitutio ſcitur ea eſſe, quæ ſic verbis futurũ euentũ deſignantib. concepta aliquo futuri tẽporis tractu ipſo, & poſt aditam hæreditatem eſt factura locũ fideicõmiſſo, vt de eius talib. formulis diffuſè explicaui ſupra interpr. præceden. dubit. 1. ſolut. 10. verſ. primũ itaque. ad quę ibi ſcripta, cum alia nunc addenda non videantur, beneuolum & ea reminiſci cupidum lectorem remitto, vnde conſequens eſt, fideicommiſſum dici ex ſubſtitutione fideicommiſſaria inductũ, per l. hæredes mei. §. cùm ita, ad Trebel. & cap. 1. de teſta. in 6. tradit Bart. in d. l. Centurio. ſub nume. 32. ſub verſi. ſecundò opp. de vulg. & pupill. gloſ. & Doct. in l. precibus. C. de impu. & ali. ſubſt. & in c. Raynutius. de teſtam. Pariſ. conſ. 11, nume. 37. lib. 3. & Ruin. conſi. 137. colum. 5. nume. 6. lib. 3. Roland. conſil. 25. nu. 13. & ſeq. lib. 1. Bero. conſi. 145. nu. 8. & alij ſæpe alibi. hæc enim propriè eſt ſubſtitutio, per quam per alium fit tranſlatio hæreditatis iam quæſitæ, & eſt fideicommiſſum, ſecundùm Bald. d. conſil. 461. Super primo in princ. lib. 2. ſubſtitutio fideicommiſſaria dicitur, quando teſtator fidem alterius interponit, in hoc cognoſcitur voluntas teſtatoris per formam verborum, dicit Bartol. vel alius, cuius eſt repetitio, in l. ſi arrogator. columna 7. ſub. nu. 24. verſic. extra. not. quòd iſta littera. ff. de adopt. Sed forma verborum in hac ſpecie, & hæc ſit ſumma rei, neceſſe habet continere pro effectu ipſius ſubſtitutionis tractum in futurum per conditionem mortis, vel aliam expreſſam, vel ſubintellectam, vt declaraui ſup. d. 10. ſolu. circa compendioſam: adde quòd mentio hæredum nominum collectiuorum dictionum, poſt, deinde, ſucceſſiuè, tractum habet in futurum: Alci. in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 29. & ſequent. de liber. & poſthum. Aymo conſilio 131. numero 10. poſt mortem. ex hoc videtur fideicommiſſum, dicit Gloſſ. in l. cum pater. §. donationis, de legat. ſecundo, cum plurib. per Zuccar. in l. prima, nume. 22. C. de pact. cum dictum fuerit, ſi deceſſerit ſine liberis, ita enim per talem tractum in futurum quælibet ſpecies ſubſtitutionis poſt aditam, & ſic quæſitam hæreditatem conuertitur in fideicommiſſariam, vt de vulgari dictum eſt ſup. præcedent. interpret. ſolut. 5. in 4. modo. verſ. ſi verò poſt. & de pupill. in ſolut. 6. verſ. inſpecta ſpecie, & per doct. in d. l. precibus in d. l. Centurio. & in l. ſecunda, de vulg. &

2 pupil. † attento etiam effectu, & non ſono verborum impertinenter aſcriptorum, vulgariter, pupillariter, dignoſcitur fideicommiſſaria. Aymo conſ. 305. facit Gloſ. in verſ. Magna. in l. Titia cum teſtamento. §. penult. de lega. 2. per l. ibi alleg, in fin. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. Corn. conſ. 231. col. 2. lib. 4. etiam quòd ſi facta ſubſtitutio per verba directa, heredem inſtituit, exponitur pro ſubſtituit, & interpretatur, quòd ſit fideicõmiſſaria, Anch. cõſ. 71. Dubia propoſita circa med, Ioan. de Ana. conſil. 37. viſo pũcto. Calder. conſ. 35. teſtator inſtituit. tit. de teſta. Alex. conſil. 40. col. 1. lib. 3. vbi de com. Bal. conſ. 53. Inſtituo, lib. 3. & de reciproca ſupra in ſolut. 9. verſ. hæc au-

3 tem: & pleniùs dicẽdum eſt, † quòd reciproca concepta verbis conditionalibus, vt puta mortis inſtitutorum, & ad inuicem ſubſtitutorum, & ſic tractum ſucceſſiuũ deſignantibus, efficitur etiam fideicommiſſaria, & conſequenter inducit fideicommiſſum: Bart. in d. l. Lucius. col. pen. ſub nu. 20. de vulg. & pupil. & ibi Iaſ. ſub num. 30. in fi. & id ratione compendioſæ annexæ, vt ibi Ripa ſub num. 46. verſ. vlt. Pariſ. conſ. 41. nu. 31. 35. & ſeq. lib. 2. vbi concord. alleg. Zanch. in §. cum ita. num. 110. hæredes mei. ad Trebel. Rolland. à Val. d. conſ. 25. num. 10. 11. lib. 1. vbi de communi eſt teſtimonio, & cõprobatione, Iaſ. conſil. 134. col. pen. lib. 1. idem refert, & ſequitur Gualden. de arte. teſtan. de ſubſtit. titu. 5. cau. 14. num. 11. & caut. 29. in fin. firmat. Bal. conſ. 55. Ad euidentiam. nu. 5. lib. 3. Dec. conſil. 318. col. 2. verſ. vnde licet, idem in reciproca deſignat prohibitio alienationis bonorũ, plenè tradit Aret. conſ. 37. col. pen. & Cagnol. in d. l. precibus. num. 160. 161. pro indubitabili tenet, quando ineſt compendioſa concepta cum reciproca aliquo expreſſo ex natura verborum vel conditionis appoſitæ, denotante temporis tractum, hoc caſu nullã adeſſe dubitationem, dicit Paul. Leo tract. de ſubſtit. in reciproc. num. 29. 41. Qui quidem, & ſi ibi, num. 16. 17. 18. 19. & d. num. 29. intrepidè ſine adiectione etiam tractus temporis teneat reciprocam ſimpliciter formatam poſt aditam hæreditatem à pubere fideicommiſſariam cõtinere præcipuè, per l. qui plures. de vulg. & pupil. & attẽto communi ſignificato verbi, Subſtitutio, & hoc poſſe tenere diſputatiuè, & in puncto iuris, ſecundum. Iaſ. in d. l. Lucius. ſub num. 30. Tamen in iudicis tenenda altera eſt opin. quòd talis reciproca ſimpliciter facta, non admixta compendioſa, non continet fideicommiſſariam, vt firmant Bar. Caſtr. Alexan. Imol. Iaſ. & Dec. in l. 2. C. de impub. & ali. ſubſti. Bald. in l. iam hoc iure. §. hoc itaque. ſub vlt. not. de vulg. bene comprobat Rom. conſ. 503. Diligenter inſpectis. colum. 2. verſic. 3. moueor. & tenet Oldr. conſ. 33. Quidam habuit. non obſtante allegatione quorundam d. l. qui plures. ibi per eum citata, & Alex. conſ. 100. num. 3. lib. 7. & Dec. in l. in teſtamento. col. 2. C. de teſta. mili. Aret. in l. ſi plures ſint. col. penul. verſic. vnde quærenda eſt. ff. eo. vbi dicit, iſtam concluſionem communem, & ſequendam. idem atteſtatur de cõmuni, & tenenda Iaſ. in d. l. Lucius. num. 29. & ibi Ripa num. 41. & Crot. conſ. 2. num. 8. Vaſq. Hiſpa. tract. de ſucceſ. progreſ. lib. 2. §. 11. num. 9. Odd. Peruſ. de compend. in prælud. par. 6. ſub 6. quæſt. Capra tract. regul. de ſubſtit. ad quartam ſpeciem videlicet reciprocam, num. 32. Zanc. d. §. cum ita. nume. 109. vbi id eſſe regulare firmat, & Cagn. in d. l. precibus. num. 161. Crot. conſ. 62. nu. 6. & ſeq. ſic pertranſit Ceph. conſi. 17. nu. 2. 3. & Anton. Gomez. ſuo commen. iur. tom. 1. cap. 8. de ſubſti. breui. Ita plerique iſtorum vno ore atteſtantur eſſe commu. opin. quam veram demonſtrant hac præcipua ratione, quòd fideicommiſſum reciprocum ex breuiloqua ſine conditione, vel tractu temporis formata inductum eſſet deluſorium & inutile, continens tantum recipere, quantum eſt reſtituere, Aret. in dict. l. ſi plures ſint. col. penult. Crot. d. conſi. 62. num.



num. 10. & Socin. Iun. conſil. 100. num. 46. lib. 3. Ruin.

4 conſil. 7. col. 5. nume. 11. lib. 3. vt antè dictum eſt. † quinimò fideicommiſſum ex breuiloqua inductum per clauſulam codicillarem, vt omnes conſentiunt, & dicetur infra, neceſſariò continet tractum in futurum, quòd non debetur, niſi poſt mortem grauati, probat Socin. Iun. conſil. 128. num. 10. & ſequent. lib. 1. pro quo videtur text. cum gloſſ. fin. in l. Epiſtolam. §. fin ad

5 Trebel. ſentit Pariſ. conſi. 81. num. 6. lib. 2. †. Non facit contra hanc communem ſententiam d. l. qui plures. de vulg. ponderata ibi per illa verba: quoniam inuicem in omnem caſum ſingulari, &c. quia verus, ni fallor, intellectus eſt dictæ l. qui plures, & iſtorum verborum in omnem caſum, quòd cum caſus vulgaris exequendæ ſint, & impotentiæ noluntatis inſtituti, per text. & ibi omnes tradunt in l. 2. C. de hæred. inſtit. & in l. 1. de vulg. & in d. l. qui plures iſti caſus indicantur, ſcilicet impotentiæ. ibi, ſi conditio ſubſtitutionis extiterit, & noluntatis, ibi, alio hærede partem ſuam repudiante. ergo neceſſariò ſequitur, quòd hæc ſubſequentia verba, ibi, quoniam inuicem in omnem caſum, intelliguntur non pro fideicommiſſaria, ſed pro vulgari proſequenda in omnes dictos caſus impotentiæ & nolũtatis, vt ibi Gloſ. verſ. in omnem caſum, ſentit exponendo, id eſt, in quali cunque cauſa vnus ſuam portionem amiſerit, quòd ſanè diuerſum eſt in fideicommiſſaria, † cùm in ea requira-

6 tur, quòd inſtitutus, & grauatus non repudiet & amittat, ſed prius acquirat, cùm ad id poſſit cogi, vt poſtea reſtituat. l. ille à quo. §. primo. & l. ſequent. ad Trebell. & hoc clariſſimum puto, cætera autem quoad reciprocam pertinentia ad fideicommiſſum, tangentur infra in dub. 4.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Fideicõmiſſum inducitur ex codicillis propriè ad hoc ipſum ordinatis etiam, quòd in eis eſſet facta hæredum inſtitutio.*

*Et ex clauſula codicillari, etiam in reciproca facta concepta verbis futuri temporis, ſi non valebit, & de reciproca ſimpliciter, facta per d. clauſulam, quòd trahatur ad fideicommiſſum, & inducatur, per quam directa diſpoſitiones vertuntur in fideicommiſſum, & de hac clauſula codicillari latè ibidem.*

2 *Clauſula codicillaris idem importat, quod clauſula per fideicommiſſum.*

3 *Verba iure codicillorum, & verba fideicommiſſi, æquiparantur, eandémque vim habent inuicem.*

4 *Clauſula, Omni meliori modo, eandem vim habet, quam habet clauſula, Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ad faciendum, quòd verba directa obliquentur ad fideicommiſ. ſit modò ſcripta vna cum illa codicillaris & per fideicommiſ. in principio vel medio vel fine teſtamenti.*

## ¶SOLVTIO VII.

1 QVARTO inducitur † fideicommiſſum ex codicillis ad hoc ipſum propriè ordinatis: vt l. 2. C. de codi. & §. fin. inſtit. eod. & l. 2. §. fina. ff. eod. & l. Scęuola. ad Trebellia. etiam quòd in eis eſſet facta hæredum inſtitutio, traheretur ad fideicommiſſum ſecundùm gloſ. magis communiter approbatam in l. verbis ciuilib. de vulgar. & pupil. Alex. conſil. 194. nume. 3. lib. 7. idem & per quam frequentiſſimè dicendum eſt, ex clauſula codicillari ſolita apponi in omnibus teſtamentis, &c. ex conſuetudine tabellionum, quòd exinde etiam in reciproca ſimpliciter facta fideicommiſſum inducitur, vbi maximè talis clauſula concepta eſt verbis futuri temporis, ſi non valeret, ſi non valebit, &c. quia tunc eueniente caſu, quo ſubſtitutio directa non valeret, efficitur obliqua ex tempore per digreſſionem teſtatoris ad codicillos, vt fieri poteſt per tex. in l. cohęredi. §. cum filiæ. ibi, *Codicillos non faciet*, niſi hoc expreſſum eſt de vulg. & pupi. & in l. fin. in prin. iuncta gloſ. ibi in verſ. valere. C. de codicil, gloſ. & doct. in l. ex teſtamento. C. de fideicom. ita per l. Scæuola. ad Trebel. firmant Bal. vltra med. Ang. verſ. & addit Bal. & Imol. col. 1. verſ. & intellige. & Caſtr. col. 1. nu. 3. & Aret. col. pen. in fin. & Alex. ſub nu. 2. & Iaſ. col. 3. num. 13. in l. verbis ciuilibus. de vulg. & pupil. in reciproca cõprobat Ripa in l. Lucius, col. pen. num. 45. ff. eod. reſpondendo Decio, nitẽti tenere contrarium in l. precibus. C. de impub. & in conſ. quòd ſua oppoſitio nõ procedat in clauſula ſic concepta per verba futuri temporis. ita ſequitur Hier. Cagnol. in d. l. precibus. ſub nume. 198. idq; placet Hier. Zanc. in repet. §. cum ita. ſub nume. 82. l. hæredes mei. ad Trebel. refertur enim ad tempus futurum, quo per eam, vt valeat ſubſtitutio, obliquatur Anch. cõſi. 27. non ſeruato ordine. col. 1. verſ. & ad corroborandum, & ita eſſe magis commun. opi. atteſtatur, & perſiſtit requiſitus cõſulere pro contraria parte, & recuſauit Soc. Iun. conſ. 166. lib. 2. & latè contra Dec. cõprobat Grat. conſ. 8. nume. 10. & ſeq. lib. 2. idem vbi non eſſet vulgaris expreſsè facta, tenet Aymo conſ. 22. col. pen. num. 8. & pro magis communi & vera contra Dec. ſic etiam ſequitur Pariſ. conſil. 41. num. 53. lib. 2. & Alci. conſil. 144. nu. fin. li. 9. quòd reciproca ſimpliciter facta per clauſulã codicillarem trahatur ad fideicõmiſſariam, & ſic inducit fideicõmiſſum præſtandum etiam ab hærede decedentis ſuccedente ſic mediatè teſtatori l. paterfam. de vulg. & pupil. probat Aret. in di. l. verbis ciuilibus colum. fin. & Cur. Iun. conſil. 139. colum. fi. Equidem hanc communem ſententiam contra Decium veram comprobo argumentatione iſta multùm concludente, quòd teſtator excitando & exprimendo clauſulam codicillarem re vera, & effectualiter in teſtamento excitat & ponit clauſulam iſtam, & per fideicommiſſum, vt ex ſe patet, cum ex codicillis ſolùm iure fideicommiſſi experitur per iura hîc ſupra in princ. alleg. & paſſim doct. appellant in d. l. verbis ciuilibus. per clauſulam codicillarem directas diſpoſitiones verti in fideicommiſſum, per d. l. Scæuola. vt Aymo conſil. 305. colum. pen. verſi. 3. & dicto conſil. 22. ſub nu. 8. Pariſ. conſil. 17. ad fin. lib. 3. Cel. Hugo conſi. 20. num. 58. Alexand. conſ. 82. colum. prima. nu. 3. lib. 2. & alibi ſæpè per eum, & ali. in conſi. & in d. l. precibus, & in auth. ex cauſa. de liber. præter.

2 ita quòd † paria ſunt apponere clauſulam codicillarẽ, vel clauſulam, & per fideicommiſſum, probatur iungẽdo dicta per Bald. & Caſtr. in l. ſi frater. C. de fideicom. & per verba expreſſa tex. in §. fi. Inſtitu. de codicil. ibi

3 nam per fideicommiſſum hæreditas codicillis, &c. † & eandem vim habent verba vice codicillorum, & verba fideicommiſſi: vt l. poſthumus. §. fin. de iniuſto, & rupt. teſta. l. querebatur. §. fin. ff. de milit. teſta. Per clauſulam codicillarem conſtituitur fideicommiſſum, Menoch. conſi. 37. num. 125. clarè quoque probatur per tex. in l. conficiuntur. in prin. de iure codici. ibi autem per fideicommiſſum teſtamento facto, cum gloſ. in verſ. teſtamento facto ſic exponente per clauſulam ipſam codicillarem, hęc licet non allegando bene ęquiparat Dec. conſi. 478. ſub nu. 8. ſed per dictam clauſulam, & per fideicommiſſum, ſine controuerſia per reciprocam ſimpliciter factam inductum, dicitur expreſſum fideicommiſ. Ripa in d. l. Lucius. col. pen. nu. 46. Gual. de arte teſtan. tit. 5. cau. 7. num. 2. & cau. 29. verſ. ſecundùm Alex. conſ. 208. nu. 2. 3. lib. 6. Bero. conſ. 94. ſub nu. 9. 20. lib. 2. cum ſimil. antè per me alleg. ſupra interpr. præced. dubit. 1. ſolut. 5. in 3. modò in 4. effectu, cla. vulgariter, &c. eadẽ ratione, & ſine controuerſia, ergo idem tenendum

dum videtur,& per cla. codicillarem diuerſitatis ratione non extante. l.3.§.1.ff.de iniu.& rup. teſta. cum cita. ibi in gloſ. in ver.diuerſitatis. De qua autem codicillari latiùs ſcripſi ſupra lib.præceden. interpr. 1. dubit. 1. ſolut.10.11. Pręterea ex coniunctione verborum directi & communis,vt inuicem, inſtituit, & ſubſtituit, reciproca ſic concepta,vt verbũ commune ſit ſine effectu operandi importat fideicommiſſum, probat Dec. in d.l. 2. ad fin.verſi.tertiò limitatur.C. de impub. & ali. ſubſtit. idem Bald.conſi.176. Quidam nomine A. num. 3. lib. 3.exprimendo per illa verba.Inſtituit, & ſubſtituit, plenam ſubſtitutionem demonſtrari ad directam, & ad fideicommiſſum:ita Bar.conſuluiſſe, & ipſum poſt eũ ſæpiſſime ſequitur Gualden.d.tit.5.cau.12. ſub nu.primo, idem Deci.conſil.86.num.primo,verſi. accedat etiam, poſt Bartol. nume.38. & alij in d.l.Centurio.idem Dec. conſil.227.nume.5.Memento quoque hoc in loco eorum, quæ ſcripſi ſupra lib. præceden. interpr.2.dubit. 2.ſolut.4.verſi. quintus eſt, & per plures deciſ. proba-
4 ui,† De clauſula omnimodo meliori, ferè in omnib. teſtamentis per Notarios ſcripta eandem vim habente, quam habet clauſula,Vulgariter,pupillariter, & per fideicommiſſum,ad faciendum,quòd verba directa obliquantur ad fideicommiſſum, rurſus, quòd ibi in d. ſolut.4.verſ.non refert,demonſtraui, non referre, an in principio,medio,vel in fine teſtamenti huiuſmodi clauſulæ ſcriptæ reperiantur,vt apertè etiam ſentit Bald. in l.ſi frater.verſ.ſi autem teſtator.C. de fideicom. & Soc. Iun.conſil.103.ad fin.lib.1.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum expreſſè apparet per clauſulam, & per fideicommiſſum,& in ſubſtitutione reciproca non eſt dubitandum, cum id verbum,Et per fideicommiſſum, adeò ſit clarum,vt non recipiat interpretationem,ſed alia verba dubia.*

2 *Item apparet & accipitur fideicommiſſum per clauſulam, volens teſtator bona ſua eſſe ſubiecta fideicommiſſo, modò appareant ea omnia, de quibus ibidem aperte legitur.*

## ¶SOLVTIO VIII.

QVINTO prædicta proſequendo, vbi ad ſubſtitutiones inuenitur aſcripta † clauſula
1 iam dicta,Vulgariter,pupillariter,& per fideicommiſſum,ſuper hac vltima particula, & per fideicommiſſum, inſtando, cum de alijs dictum fuerit ſupra pro cognitione vulgaris,& pupil.dicendum eſt,poſt aditam hæreditatem ab inſtitutis ſequuto tractu temporis appoſito ex ipſis ſubſtitutionibus per dictam clauſulam,& per fideicommiſſum, apparere inductum expreſſum fideicommiſſum,per doctr.Bald.in d.l.ſi frater.C. de fideicommiſſ. in ſubſtitutione reciproca non eſſe dubitandum de fideicommiſſo,cùm ſit facta expreſſio:per fideicõmiſſum,ponit Deci.conſi.86.nu.1. ſumus in claro,idẽ dicit conſ.95.ſub nu. 4.verſ.ſed in caſu iſto. ſic eſſe ſecundùm Bar.ſub.nu.38.& communiter omnes in d.l.Centurio.firmat Pariſ.conſi.11.num.31.lib.3.& Cephal.conſilio 16.num.2.Baro.conſilio 102.num.34.lib. 2.& Pariſ.conſil.14.num.4.lib. ſecundo. idem & Alex. Rip.Gualden.& Bero.probant in locis per me alleg.ſupra in præceden.verſic.quartò recenſueram,& in conſi. 110.ſub nume.26.lib.primo,ſubuenit etiam,quòd pro fideicommiſſo inducẽdo illud verbum, Per fideicommiſſum,eſt clarum,& non recipit interpretationem, vnde præter illud alia verba dubia declarantur: l. vtrùm. ibi Bartol.& Angel.ff.de peti.hæred.ita ait Socin. in l. prima,in 2.lect.col.2.ſub num.8.verſi.deinde circa illam, de vulg.& pupil.ad fideicommiſſum etiam reciprocum eandem declarationem per dictam adiectionem per fi-
2 deicommiſſum,adducit Socin.Iun.conſ.180.nu.3.lib.2. & Bero.conſil.94.nu.9.lib.2.Adde, † accipiendum per illam clauſulam,Volens teſtator bona ſua eſſe ſubiecta fideicommiſſo. Pariſ. conſilio 75.num. 9. lib. ſecundo, ſentit Aret.conſil.37.colum. penul. verſ. ſecundo præmitto. ponit Marzar. Vicenti. in mate. fideicommiſſ. in quæſt.28.part.2.dummodo appareat de grauato, qui ſit honoratus à teſtatore. Petr. à Barb. inter conſi. vltimæ volantatis.conſi.138.num. 7. & appareat de eo, cui ſit reſtituendum.Cephal.conſi.430. num. 25. & text. in l.5.de reb.dub. & in l. Titia cum teſtamento. in princ. de legat. 2. atq; dummodo impoſſibilitas, vel perplexitas non impediant noſtrum fideicommiſſum, & demonſtrare in illo caſu conſultationis ſuæ conatur Bero. conſil.64.num.8.& ſequen.lib.ſecundò, & clariùs ante eum Roman.conſil.56.In caſu propoſito. colum.fin. & appareat cuius fauore fuerit appoſita talis clauſula, quæ tendat ad declarationem, non ad ampliationem: Pariſ.conſil.82.num.14.lib.ſecundo,dixi conſil.39.nu. 28.lib.1.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum inducitur, & quando, & nominibus collectiuis vocatorum & ſucceſſiuis, inter ipſos vocatos nominibus, & tractibus, & de vocatis nomine collectiuo ſeu relictis tali nomine factis, vt puta familia, agnatis, & quòd veniant proximiores gradatim, vti per fideicommiſſum, ſecundùm Caſtrenſem, & econtra, quòd non, ſed ſolùm per vulgarem,vel iure accreſcendi,ſuccedatur ſecundùm Cumanum, vide latiùs de hac quæſtione perpulchrè diſcuſſum per Auctorem.ibi.*

2 *Intellectus §.in fideicommiſſo.l.cum ita.ff.de leg. 2.*

3 *Fideicommiſſum familiæ relictum, intelligitur de his, qui ſunt proximi gradu, ſecundum tempus mortis teſtatoris tantum, nec gradatim accipitur, vt deinde poſteriores admittantur, niſi id expreſſerit teſtator, & quomodo id apparere poſſit.*

4 *Fideicommiſſum non inducitur per ſucceſſionem mediam. nominibus collectiuis, familia agnati,cognati.Propinqui de vno in alium ad omnes contentos ſub ipſis collectiuis, ſed ad eos tantùm, qui certo tempore mortis,ſcilicet teſtatoris,ſunt tales, quales nomen collectiuum deſignat, vt qui ſunt in primo gradu,& non vno admiſſo alius habeat ſuccedere iure fideicõmiſſi,& quare,& vide vndecim rationes ad hanc ſpeciem, & ibidem de materia, vide ibi, quòd ſit magis Communis Opin. contra Caſtrenſem, quando in ſubſtitut.ſcilicet non ſunt verba,habentia tractum in futurum.*

5 *Intellectus l.fin.C.de verb.ſign.*

6 *Fideicommiſſum inducitur ex nomine collectiuo, quando teſtator expreſſit aliquem tractum in futurum admixto nomini ipſi collectiuo, deſignantem eius vlteriorem progreſſum, per nomina appellatiua vel generalia, vel per aliquam ſucceſſiuam diſpoſitionem, vel actum futurum, adeò,quòd coniecturari poſſit, ſic voluiſſe teſtatorem vltra primum gradum ad vlteriores extendi voluntatem ſuam & de exẽplis,vide ibidem cum ſeq.*

7 *Verbum,hæredes,præſupponit mortem, cùm non dicantur hæredes viuentium, quod verbum per multas ſucceſſiones vlteriores hæredes ſignificat.*

8 *Fideicommiſſum inducitur & accipitur fortiùs ex voluntate teſtatoris,cum ſubſtituerit omnes alios filios ſuperſtites & eorum deſcendentes maſculos in infinitum, ita quòd ſua hæreditas vadat de hærede in hæredem.*

*Idem,ſi dicatur præfata ſua hæreditas prouenire debeat de vno in alterum,qui ſuperuixerit:ibidem.*

*Idem quando per ſimilia & pleniora verba facta eſt ſubſtitutio,quia inductum eſt fideicommiſſum ſucceſſiuum ibi.*



*Idem dicendum eſt per hæc verba, vadat in maſculos, & deſcendentes ex maſculis de domo. ibidem.*

*Idem,quòd bona deueniant de liberis ad liberos.ibidem.*

9 *Idem quando dicatur,quòd vult bona ſua ſemper eſſe ſuorum filiorum & deſcendentium,& quòd tranſeat de hærede in hæredem.*

10 *Idem,quando inſtitutis filijs, inſtituit poſt eos quoſcunque eorum filios maſculos, & præſertim in defectum maſculorum ſubſtituit fœminas, adeſt tractus temporis & ſubſtitutio fideicommiſſaria,pro omnibus filijs filiorum.*

*Eóque magis dicitur fideicommiſſum,ſi dixerit,Quoſcunque filios maſculos naſcituros. ibidem.*

*Idem demonſtratur fideicommiſſum in infinitum ſucceſſiuũ circa vocatos per verbum, Deſcendentes, vel poſteros. ibidem.*

*Secùs,per verbum familiæ,vel agnatorum, & quare, vide ibidem.*

*Item demonſtratum quoque ſucceſſiuum per clauſulam,Ne exeat extra ſuam ſtirpem & progeniem. ibidem.*

11 *Clauſula,Ne exeat extra ſuam ſtirpem & progeniem, æquiparatur verbo,in infinitum.*

12 *Fideicommiſſum item reputatur vti habens tractum in futurum, reſpectu perſonarum ſubſtitutarum, vbi ponitur hoc adiectum, Superſtites,vt quia dictum ſit, Subſtituit ſuperſtites,declarando,vt ibi.*

13 *Idem dicendum eſt, vbi adſit hæc clauſula, Et ordine ſucceſſiuo in teſtamento.nu.13.*

*Idem de inducendo fideicommiſſo habent dictiones & aduerbia temporis, aſcripta in teſtamentis in particulis ſubſtitutionum.*

*Vt perpetuò.*

*Semper.*

14 *In perpetuum,modò in teſtamento non adſit alia limit.*

*Idem de voluntate teſtatoris ad vlteriores extendenda,colligitur ex onere aliquo annuali impoſito in perpetuum duraturo,exemplifica & declara, vt ibi.num. 15.*

## ¶SOLVTIO IX.

1 SEXTO inducitur fideicommiſſum ex nominib. collectiuis vocatorum, & ſucceſſiuis inter ipſos vocatos nominibus, & tractibus de his pro cognitione vulgaris quodammodo compulſus fui, exprimendo fideicommiſſariam ſcribere aliqua ſupra in præceden. interpr. dubit.1. ſolut. 5.in 4. modo. verſic. ſi verò poſt adſcripta. ibi, quorum remiſſionem hoc in loco,etſi ſufficere putarẽ, tamen iſto loco ſuo clariùs exponendo,dico,adhuc animaduertendum ſuper contrarietatẽ.Pau. de Caſtr. & Raph. Cuma.in l.Gallus. §. quidam rectè, de lib. & poſthum.& in l.cum ita. §. in fideicommiſ. d.l. 2.in eo,quòd ſi teſtator inſtituit fratrẽ, & eius liberos,vel ſubſtituit fratrem & familiam ſecundũ Caſt.liberi videntur ſubſtituti patri,vulgariter,& per fideicõmiſſ. ita quòd pater eorum non poterit alienare & nomen collectiuũ familia importat,ꝙ videntur inuicem grauati veniendo de vno in alium,ſecundũ gradus prærogatiuam, donec ſit aliquis de familia, cum quo videtur tranſire.Socin.in d. §. quidam rectè. colu. pen. in fin.num.6. in 5.caſu,quem putat rectè loqui ibi Alci. num.62.in expoſitione poſteriori, idem Socin.conſ.12. num. 13. lib. 3. ait, quòd teſtator relinquendo agnatis ſub nomine collectiuo, videtur eſſe huius intentionis, quòd res remaneat in agnato, adducitur Ancharanus conſ.27.Non ſeruato ordine.colum.pen. de relicto facto duobus propinquioribus de domo & progenie ſua, quòd intelligatur fideicommiſſum inductum, extinctis duobus propinquioribus, fore reſtituendum alijs duobus propinquioribus,latè probat Barb.conſ.18.colu.4. ver.tertio præmitto.li.ſecundo,idem conſ. 27.col. 9. & ſequent. lib.primo, vbi dicit, qui relinquit fideicõmiſſum familiæ, videtur inuicẽ ſubſtituiſſe illos de familia, vt vnus reſtituat alij, allegando. §. in fideicommiſſo, & alia, vt ibi per eum, & per Couar.Hiſpa.in cap. Raynutius.ſuo.§. 2. ad fin.de teſta. & tract. ſuarũ quæſti.quæſt. 38. poſt nu.4.ver.1. in d. §.in fideicommiſſo.dicentem, opin. Paul. de Caſtr. eſſe commun. & Soci.ſentent.recep.quòd fideicommiſſum relictum familiæ,ſub nomine collectiuo proximiorib.admiſſis,non ceſſare,ſed remanere integrum ex fideicommiſſaria ſubſtitutione reſtituendum gradatim cæteris de familia, ſic etiam pertrãſit Alber.col.51. & diffusè diſcutiente ex profeſſo materiam d.§. in fideicõmiſſo. Idem nouiſſimè per Frãch. Grat. Vicenti. ſuo libel.inſcripto de conciliatione legum,tractatione de vulgari, & fideicõmiſſ. ſubſtitu. nu. 12.& ſequen.ex attentione etiam differentem d.§.in fideicommiſſo contra Ruin.non aliquam vulgarem cõtinere,ſed fideicõmiſſum familiæ relictum, ad quod omnes de familia extinctis nominatis admiſſis, vel quòd aliqui non ſint nominati gradatim, admittuntur iuxta diſpoſitionem.l.fin.C.de verb. ſign. cum de vulgari nequeat tractari poſt aditam hæreditatem requiſitã ad fideicommiſſum petendum.

At Raphael Cuma.in d.§. quodam rectè.ad nume. 8. in eo, quòd teſtator ſuis filijs decedentibus ſine liberis ſubſtituit fratrem,& eius deſcendentes, dicit, ſe conſuluiſſe fratri venienti ex ſubſtitutione,& decedenti,eius deſcendentes ſubſtitutos non videri per fideicommiſſum,quia grauamen & conditio non reſpicit perſonam fratris,ſed liberorum teſtatoris, inter eum verò & ſuos deſcendẽtes ordo charitatis indicat eſſe vulgarem, quæ etiam in fideicommiſſis fieri poteſt: l.vt hæredibus. de leg.2.idem in d. §. in fideicommiſſo, tenet, quòd ſi relictum ſimpliciter ſit factum familiæ, vocantur ad illud proximiores, quibus tamen excuſſis & mortuis, vlteriores non vocantur,quia relictum ſemel tantum familiæ,ſufficit ſemel eſſe verificatum, quem ſequi videtur. Ant.Rub. Alexand.in d.§.quidam rectè.ſub num.64.& conſi.106.num. 4. & ibi Alci. in prima expoſitione. nu. 55. ſibi contrarius, vt ſupra & clariùs, ſecundùm verba Cumani in d.§.in fideicommiſſo verſic.niſi ſpecialiter, vbi concludentibus rationibus hoc dictum probat, & per nomina collectiua in relicto,facto Titio & Sempronio, & eorum hæredibus ex eis deſcendentibus inter iſtos & nominatos & deſcendentes, non eſſe inductum fideicommiſſum, parum ſibi conſtans, & immemor eorum, quæ in curſu lectionum forſan ſcripſerat in locis ſupra alleg.Pau.de Caſtr. tenet in conſili. 434. iſtud relictum.ad fin.lib.ſecundo, clarè Ruin.conſi.92. num. 8. conſi. 159. colum. penult. nume.22.lib. ſecundo,Crot. conſil.65. num.6.Menoch. plenè in conſil.85. num. 97.Cephal.conſil.80. nume.34. conſi.269. num. 16.ſentit Gabr.Eugub.conſi.121. num.13.& clarè Celſ. Vgo.conſi.68. num.7.8. & fin.& conſ. 120. num. 29. & ſequent.& apertè enixéque inſiſtendo, comprobat nouiſſimè Ant.Anguſo.Placenti. conſil.38.& conſi.80.lib. 6.in mater. vlti.voluntatum, vbi ex teſtimonio Socin. Iun.conſi. 180. num.53. lib. ſecundo, iſtam eſſe Commun.Opin.& veram, comprobat dando bonos intellectus d.§. in fideicommiſſo.& §. fratri.l.peto.de leg.2.& d.l.fin.C. de verb.ſign.quòd admiſſo proximiore ex vocatis nomine collectiuo,cæteri amplius non admittuntur iure fideicommiſſi, ſed primo in gradu repudiatione,incapacitate,vel morte excluſo, alij quidem ſequẽtes poſſent admitti iure vulgaris vel accreſcendi, per l. vt hæredibus.& l.ſi Titio & Meuio.in fin.de lega.2.Ego quoque iſtam ſententiã nunc magis receptam,& veriorem comprobaui, in conſ. 203. num. 24. cum ſequent.
2 libr. primo,dando ad §. † in fideicommiſſo, nouum & verum intellectum, ni fallor, ſicut Euangelium, quòd ibi

ibi per Iuriſconſ. ſit declaratio, & diſpoſitio de modo
præſtandi fideicommiſſum relictum familiæ ambiguum
circa perſonas, quibus dandum ſit cum familia perſo-
nam incertam & variam contineat, vt dixi, & proba-
ui in d. conſi. ad num. 25. primum ibi Iuriſconſ. venit ad
declarationem, factam per teſtatorem, quòd nominati
ab eo ad fideicommiſſum admitti debent, & hoc verifi-
catum, & executum ſufficere, oſtenditur id ex diſiuncti-
ua ibi in text. aut poſt eos omnes extinctos, quæ in le-
ge appoſita, contenta eſt vna executione iam facta, &
congruè, per allega. in d. meo. conſili. nume. 26. 27. ſi
quidem Iuriſconſ. ſenſiſſet grauamen impoſitum nomi-
natis, & admiſſis eſſe poſt eorum mortem cæteris de fa-
milia reſtituendi fideicommiſſum, non alternatiuè, aut
poſt eos, ſed copulatiuè dixiſſet, Et poſt eos, per vulg. l.
ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit. adde, & alternatiuam
demonſtrare ordinem ſucceſſiuum per vulgarem, &
non per fideicommiſſum, probat not. Alci. conſi. 83. nu.
3. li. 9. impreſ. Vene. & in dicto §. quidam rectè. ſub nu.
29. verſic. tertius eſt caſus. Deficientibus autē nomina-
tis, & certificatis per teſtatorem Iuriſconſul. facit ſuam
declarationem bimēbrem, & cōiunctam eorum ad hu-
iuſmodi fideicommiſſum admittendorum, ſcilicet, qui
de eadem familia ſunt, temporis mortis teſtatoris, & qui
ſunt in primo gradu, ſi enim verbū, familia, hoc impor-
taret, vt donec aliquis ſit de familia, veniat de vno in
alium, vt Paul. de Caſtr. in hoc parcat mihi excelſa au-
thoritas ſua, non bonus textualis, & alij ſui ſequaces di-
cunt. fruſtra, & otioſè Iuriſconſul. adieciſſet hanc ſubſe-
quentem, & finalem particulam, niſi ſpecialiter defun-
ctus ad vlteriorem volūtatem ſuam extenderit. Verùm
quia hoc non eſt dicendum, & quia illud non importat
verbum, familia, ideò opus fuerit, & eſt hac ipſa adie-
ctione, Niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores, &c. hoc
idem ſignificationis verborum diligens & optimus ille
ſcrutator & latini ſermonis elegās obſeruator. Alc. rectè
arbitratus eſt in d. §. in fideicōmiſſo. in verſicu. niſi ſpe-
3 cialiter. columna prima, † Fideicommiſſum familiæ re-
lictum intelligi pro his, qui proximi ſunt gradu, ſecun-
dum tempus mortis teſtatoris tantū, nec gradatim acci-
pi, vt poſteriores deinde admittantur, niſi teſtator ex-
preſſerit, ex quibus clarè liquet, non bene ſe fundare, &
non bene loqui, Aymo. conſil. 22. nu. 4. & ante eum per
eum, non alleg. Barb. conſ. 27. colum. 9. & ſeq. li. primo,
& conſ. 18. colum. 4. lib. 2. & ſimiliter non bene loqui,
Alben. d. conſ. 5. prout ſic etiam reprobat Hippol. Ri-
minald. conſ. 50. num. 40. & quomodo apparere poſſit,
id teſtatorem exprimere, aliqua ibi Alci. ſubijcit, vt ego
nunc dicam.

4 Sed adhuc alia efficaci ratione oſtendo, † per nomi-
na collectiua, familia, agnati, cognati, propinqui, non
poſſe induci, ſucceſſiuum fideicommiſſum de vno in
alium ad omnes contentos, ſub ipſis collectiuis, ſed ad
eos tantùm admittendos, qui certo tempore, ſcilicet
mortis teſtatoris ſunt tales, quales nomen collectiuum
deſignat, vt ſunt text. aperti in dict. §. in fideicommiſſo,
& in l. ſi cognatis. de rebus dubijs, & tunc quidem ſunt
in primo gradu, d. §. in fideicommiſſo. & dict. l. peto. §.
fratre. & dicta l. fin. C. de verb. ſignific. ſic iure ſucceſ-
ſiuo dicuntur ſuccedere regulato ex iure ſucceſſionis,
quæ competit proximiori in gradu, per iura vulg. non
verò, quòd vno admiſſo, alius habeat ſuccedere iure
fideicommiſſi, cum facilè poſſit incidi in eos, qui co-
pulatiuè, & de familia vel agnatione, & de exiſtentibus
in primo gradu, tempore mortis teſtatoris non ſunt,
prout eſſe requiruntur, perſæpè alleg. §. in fideicommiſ-
ſo, & tradit Alexand. conſi. 14. colum. 6. in princ. lib. 4.
Ruin. conſil. 119. num. 9. libr. 2. & expreſſè Alcia. in l.
Gallus §. quidam rectè. nu. 31. in fin. de liber. & poſthu.
Quinimò, vno verè tali dict. tempore, iam admiſſo, non
poteſt dari poſtmodum alius, qui verè ſit talis ob repug-
nantias, & contradictiones euidentes, argum. l. ſi vt cer-
to. §. ſi duobus. ff. commod. & l. 3. §. ex contrario. de ac-
quir. poſſeſ. & not. per Bartol. in l. certum. §. primo. ff.
de confeſ. & Bald. in l. quædam ad fin. de iure codicil. &
Ang. in l. edita. col. 2. verſi. ſit tamen cautius. C. de eden.
dicētes, quòd de vno tempore ponitur, de altero dene-
gatur, meritò & veriùs ſaltem ex hac ratione in eodem
caſu, conſi. 27. Ancha. reſpondit. Bald. conſi. 46. verba
inſtitutionis. in fin. li. 1. vt tenet excluſis proximioribus,
ſequētes, poſt eos non venire, quia tempore mortis non
erant proximiores. d. l. ſi cognatis. & arg. l. 1. §. fin. de l.
3. vbi Bald. concludit, non eſſe tacitam ſubſtitutionem
inter gradus ab inteſtato, & ſic vno admiſſo, cæteri ex-
cluduntur, in ſimili probat. Corn. conſ. 47. colu. 3. lib.
4. & per Alci. in d. §. in fideicommiſſo. d. ver. niſi ſpecia-
liter. colum. fin. vbi & adducit, nil abſurdius dici, quàm
iuxta terminos, d. l. fin. C. de verb. ſign. coniunctum de
familia teneri poſt mortem ad reſtituendum fideicom-
miſſum olim genero vel nurui: quibus ergo & alijs gra-
datim ibi expreſſis de familia, quod præſtandum venit,
intelligitur præcedentibus ibidem aſcriptis ad fideicō-
miſſum, non admiſſis arguendo ab abſurdo euitando,
per vulg. & per Alcia. & Angu. Placenti. & Menoch. in
locis alleg. & per Socin. Iun. conſi. 126. num. 46. lib. pri-
5 mo. † Enimuero conſonus & verus eſt intellectus. d. l.
fin. in illis verbis, *Et hoc videlicet gradatim fieri*, quòd ce-
dente die fideicōmiſſi familiæ relicti, non ſuperſtite fi-
lio nurus, non ſuperſtite filia, gener admittitur ad fidei-
cōmiſſum, quòd aut ſemel admiſſo filio, poſt mortē te-
neatur illud reſtituere nurui, & ſic vxori ſuæ: hoc nō di-
cit d. l. fin. neq; nos dicere debemus, niſi ſpecialiter te-
ſtator dixerit & oſtenderit, vt dictū eſt toties concordā-
do cum ipſo. §. in fideicommiſſo. Cuius quidē. §. in fidei
commiſſo. & d. l. ſi cognatis, intellectus eſt de fideicom-
miſſo ſimplici, vt poſſint admitti nati vel cōcepti, tem-
pore mortis teſtatoris, non verò de fideicōmiſſo condi-
tionali, & collato in tēpore alicuius euētus futuri. Ruin.
conſ. 117. num. 20. & conſ. 158. colum. penult. ſub nu. 15.
verſic. non obſtat quoque lib. 2. & conſ. 92. num. 7. lib. 3.
Hier. Zanch. in reſpon. pro Triuult. num. 14. Alcia. in l.
pronunciatio. ſub ver. agnatorum. de verb. ſignifi. Col-
leg. Ticine. reſpond. pro Triuulti. num. 82. ſentit Pariſ.
conſilio 88. num. 3. li. 2. Crot. in l. filius fam. §. Diui. nu.
164. de lega. primo, Cur. Iun. conſil. 57. num. 12. acce-
dant huic ſpeciei vndecim rationes breuitatis gratia ibi
legendæ, adductæ ab Aymo. conſ. 161. num. ſexto, & ſe-
quen. & corroborante in conſilio 180. idem conſil. 131.
colum. prima, ſub nume. tertio, vbi de magis communi
contra Caſtren. quando in ſubſtitutione non ſunt ver-
ba, habentia tractum in futurum, vt & latiſſimè per Ce-
phal. conſil. 326. num. 27. 28. & pleniùs conſil. 353. per
totum.

Dico igitur, inhærendo verbis text. in dicto. §. in fi-
deicommiſſo, Niſi ſpecialiter defunctus, ad vlteriores,
6 &c. quòd † ex nomine collectiuo fideicommiſſum in-
ducitur, quando teſtator expreſſerit aliquem tractum
in futurum admixtum nomini ipſi collectiuo, deſignan-
tem eius vlteriorem progreſſum per nomina appellati-
ua, vel generalia, vel per aliam ſucceſſiuam diſpoſitio-
nem, vel actum futurum, adeo quòd plenè coniectura-
ri poteſt, teſtatorem ſic fideicommiſſum factum agna-
tioni, non ſolùm de agnatione, & in primo gradu exi-
ſtenti tempore ſuæ mortis reſtitui voluiſſe, ſed ad vl-
teriores ſuam voluntatem extendiſſe, & ſi teſtator filio
hæredi decedenti ſine filijs ſubſtituit fratrem, & alios
proximiores hæredes de agnatione, & eueniat caſus ſub
ſtitutionis pro fratre, exinde videtur inductum fideicō-
miſſum poſt mortem fratris, reſtituendum proximiori-
bus hæredibus de vno in alium hæredem, de agnatione
ex



ex voluntate teſtatoris, habita ex adiectione, hære-
7 des, † quæ præſupponit mortem præcedentium ſub-
ſtitutorum, cùm viuentium hæredes non dicantur.
Bart. in dict. l. Gallus. in d. §. quidam rectè. colum. pe-
nult. num. 7. Iaſ. num. 38. Deci. conſili. 47. nume. 12.
diffuſè examinando concludit Aym. conſil. 131. nume.
10. allegando Socin. Dec. & Cur. Iun. & verbum, hære-
des, per multas ſucceſſiones vlteriores hæredes ſignifi-
cat. l. hæredis. & l. ſciendum. de verb. ſign. ſic neceſſaria
eſt mors eorum, quorū hæredes ſucceſſiui dici oportet,
quæ tractum facit ad fideicommiſſariam ſub compen-
dioſa, per gloſſ. & Moder. in l. in teſtamento. C. de teſta.
mili. Pariſ. conſil. 15. num. 13. lib. 3. Barto. in l. Centu-
rio. ſub num. 32. & ibi alij, de vulg. Alexand. conſil. 43.
8 colum. 1. libr. 2. cum ſim. Idem † fortius accipiendum
eſt, Si ſubſtituerit omnes alios filios ſuperſtites, & eo-
rum deſcendentes maſculos in infinitum, ita quòd ſua
hæreditas vadat de hærede in hæredem. Ruin. conſi. 151.
nume. 7. lib. 2. Idem ſi dixerit, Prædicta ſua hæreditas
peruenire debeat de vno in alterum qui ſuperuixerit:
idémque Ruin. conſil. 158. num. 11. Idem quando per
ſimilia, & pleniora verba facta eſt ſubſtitutio, inductum
eſt fideicommiſſum ſucceſſiuum, Pariſi. conſil. 41. num.
20. 21. li. 2. conſ. 18. num. 20. & ſequent. lib. 3. Pariter
per hæc verba, Vadat in maſculos, & deſcendentes ex
maſculis de domo, idem, quòd bona deueniant de libe
9 ris ad liberos. † Idem, quando dictum eſt, quòd vult bo-
na ſua ſemper eſſe ſuorum filiorum, & deſcendentium,
& quòd tranſeant de hærede in hæredem, induci efficax
fideicommiſſum, probat idem Pariſ. conſil. 88. num. 17.
& conſi. 55. num. 2. & ſequent. & conſi. 92. num. 44. 45.
46. lib. ſecundo, & conſil. 8. nume. 7. 8. & conſil. 53. nu-
me. 18. & ſequen. libr. 3. eſt ſolenne. Anch. conſili. 152.
Plura ſunt dubia. colum. 2. & Pariſ. conſil. 72. num. 90.
10 lib. 4. † Idem quandoque eorum filios maſculos, & præ-
ſertim in defectum maſculorum ſubſtituit fœminas, ad-
eſſe tractum temporis, & fideicommiſſariam ſubſtitu-
tionem pro omnibus filijs filiorum generaliter in om-
nem caſum, ex facto reſpondit Dec. conſil. 431. num. 6.
& ſequen. & Menoch. conſil. 117. num. 9. & ſequent. eo
magis, ſi dixerit, ſubſtituit quoſcunque filios maſcu-
los naſcituros. Ruin. conſil. 140. ſupra fin. libr. tertio,
Socin. Iun. conſil. 136. num. 16. lib. tertio, Cur. Iun. con-
ſilio 48. num. 4. 5. circa vocatos per verbum, deſcen-
dentes, vel poſteros demōſtrari in infinitū ſucceſſiuum
fideicommiſſ. ſecùs per verbum familiæ, vel agnatis,
quia de præſentibus ſolùm intelligi declarat Rui. conſi.
11 164. nume. 3. & 7. lib. 3. † ſic & demonſtrari fideicom-
miſſum ſucceſſiuum per clauſulam; ne exeat extra ſuam
ſtirpem & progeniem, perinde ſi eſſet verbum in infini-
tum reſpondi conſi. 110. num. 12. & ſeq. li. 1. Habet quo-
12 que tractum in futurum reſpectu perſonarum ſubſti-
tutarum, nomen hoc adiectiuum ſuperſtites frequens
& ſolitum ponit in ſubſtitionibus ſic conceptis, ſub-
ſtituit ſuperſtites, denotatur enim conditio, ac ſi dictum
eſſet, ſi ſupereſſent: ſeu qui ſupereſſent, adducit Alexan.
conſi. 109. col. 2. num. 4. 5. 6. li. 7. probat per ea quæ cir-
ca cognoſcēdam conditionē docet Bar. in l. 1. de cond.
& demon. vltra eum ego magis in ſpecie probo per tex.
iuncta gloſſ. in verb. vel vni. in l. hæredes mei. §. peto. ad
Trebell. vbi in fideicommiſſo relicto filijs vel vni eo-
rum d. gloſſ. exponit, vni. ſ. ſuperſtiti, alijs præmorienti-
bus, & text. dicit inter filios ſubſtitutionem fideicom-
miſſi factam videri intelligo, quòd ſuperſtites loco præ-
defunctorum eſt ſubſtitutus, quod cum fieri nequeat,
niſi præcedat mors aliorum, ergo ineſt conditio mortis
quæ vtique tractum in futurum habet. gloſſ. Fulg. &
Caſtr. Alexandr. & Dec. in l. teſtamento. C. de teſta.
mili. Bello. conſi. 19. num. 16. cum ſim. ſup. alleg. in præ-
ced. interp. in ſolu. 10. ſub verſi. primum itaq; ſic pariter
ſit concluſio, quòd expreſſio nominis ſuperſtes affert
13 tractum futurum, † tandem vim quoque extenſionis
voluntatis teſtatoris ad vlteriores habet clauſula hæc,
& ordine ſucceſſiuo, appoſita in teſtamento, referenda
ad omnes partes teſtamenti continentes ſucceſſionem
vocatorum, Pariſ. conſ. 40. num. 19. 20. cum ali. libr. 2.
ponit, licet non ad hoc expreſſè Marza. Vicēti de fidei-
commiſſ. q. 16. part. 2. cum pluribus à me alleg. infra.
14 dubit. 4. ſolu. ver. præterea & ſecundo, † & habent vim
& demonſtrationem eiuſdem extenſionis volūtatis te-
ſtatoris, & inductionis fideicommiſſi dictiones, & ad-
uerbia temporis, aſcripta in teſtamentis, in particulis
ſubſtitutionum, vt, Perpetuo. Ruin. conſil. 108. num. 13.
lib. 2. & conſi. 123. num. 19. eo. Pariſ. conſil. 63. num. 13.
lib. 2. ſemper, Alexand. conſi. 23. colum. 1. num. 2. lib. 2.
Pariſ. conſil. 53. nume. 21. lib. 3. plene Boer. de dictione,
Semper, in deciſ. 158. Ruin. conſil. 101. num. 16. lib. 2.
Socin. conſil. 57. col. 2. num. 5. lib. 3. Menoc. conſi. 44.
num. 2. ex. dictione, in perpetuum. Goz. conſi. 102. nu.
5. & ſeq. refert Ancha. Regien. in q. 72. num. 10. lib. 1.
Alci. conſi. 72. Videretur in præſenti caſu. num. 1. tot. 3.
lib. 9. vbi dicit, quòd hæc conditio, in perpetuum, opti-
me declarat induci fideicommiſſum, & inter gradus
valde diſtantes, quales ſunt, qui inducuntur longa di-
ſtantia à primo ſtipite, de quo in l. fin. ff. de gradi. dum-
modo in eodem teſtamento non adſit alia limitatio, &
ibidem per Alci. d. conſ. 72. num. 12.

15 Colligitur etiam intentio † & voluntas teſtatoris ex-
tendendi fideicommiſſum, relictum propinquioribus
ex onere aliquo annuali, impoſito in perpetuum dura-
turo, vt puta, quòd debeant in perpetuum in die obitus
ipſius teſtatoris celebrari facere tot Miſſas, pro anima
ſua ſuorū & defunctorum, vel manutenere aliquod ora-
torium, vel dare pauperibus annuatim tot in eleemoſi-
nam, vt propriè ſecundo loco ex ſimili perpetuo onere,
Anch. d. conſil. 27. colum. fin. mouetur ad reſponden-
dum, huiuſmodi fideicommiſſum perpetuare inter om-
nes vlteriores propinquos teſtatoris, vt ibi per eum,
quem propter hoc ſequitur Aym. conſil. 180. ad fin. cui
etiam latè reſpondit Menoch. conſi. 85. num. 123. vſque
ad fin. nā ex onere impoſito habetur optima coniectu-
ra, & declaratio voluntatis diſponentis & teſtatoris l.
Proculus. in prin. & ibi Bald. ff. de vſufr. & Cyn. in l. 1.
in 2. opp. C. de impub. & ali. ſubſtit. vt in ſpecie probat
Socin. conſil. 12. colum. fin. verſi. confirmantur iſta lib.
3. Fulg. conſi. 68. Mattheus colum. fin. ver. & hoc etiam
confirmatur. ſequitur Anch. Regien. in d. quæſt. 72. nu.
26. part. 1. & Nat. conſil. 531. nu. 28. 29. Socin. Iun. conſ.
181. num. 45. lib. 2. conſil. 136. num. 24. lib. 3. & conſil.
90. ſub num. 9. 10. lib. 1. Cur. Iun. conſi. 87. colum. fina.
nume. 9. pulchrè confirmo p ex text. in l. ſi fideicommiſ-
ſum. §. quid tamen. ff. de iudi. aut quòd alijs ſimilibus
modis poſſet teſtator ſuam voluntatem extendere ad
vlteriores de agnatione, de quibus circa alia explican-
da, ne digrediar materiam propoſitæ dubitationis, lo-
quar in ſequentibus dubit. & ita ſunt ea intelligenda,
quæ ſcripſi ſupra præceden. interpr. dubit. 1. ſolut. 5. in
4. modo verſi. ſi verò poſt.

¶ *SVMMARIVM.*

1. *Fideicommiſſum vel vniuerſale, vel particulare, induci-
tur ex prohibitione alienationis, facta per teſtatorem.* 2
*Vel de re vniuerſali vel particulari, ſicq; inductum dici-
tur tacitum, de quo fideicommiſſo doctores variè loquū-
tur, quod duobus modis diſſoluitur, per Authorem clarius
vt ibi legitur.*
2 *Fideicommiſſum dicitur, ſub conditione inductum per pro-
hibitionē alienationis, ſi alienatio fiat exteris, vt prohi-
bita alienatione ſimplici adiecta ſit alia, exprimētur cō-*

P tenta

*tenta in illa ſimplici, redditur valida ab inteſtato vltima adiectione continente cauſam prohibitionis, vt quia prohibeatur domus vendi, quia velit in familia remanere, & quid operetur illa adiectio, vt remaneat in familia, an oſtendat apertum fideicommiſſum, & quomodo, & de materia huiuſmodi ibidem legitur.*

3 *Fideicommiſſum inducitur ſub conditione ex prohibitione alienationis, ſiquidē talis prohibitio ſemel valida ſit ſimplici reſpectu, quo dici poßit non nuda, ſiue ratione rei proficuæ familiæ, vt turris, palatium, caſtrum & ſimile, pro refugio familiæ, ſiue ratione perſonæ prohibitæ, quòd ſit pupillus vel minor, ſiue expreſſa ſit cauſa vel tacita ſimplex, quæ validat teſtatoris præceptum de non alienando.*

4 *Fideicommiſſum conſequenter dicitur ſub conditione inductum, Si alienatio extra familiam vel perſonas permiſſas facta fuerit.*

*Et eſt Communis opin.*

*Quæ quidem fideicommißi conditio non verificatur prohibito alienante, ſuccedenti ſibi ab inteſtato, etiam ſorori, vel matri, & exiſtenti de alia familia, dum ſuccedens ſit ab inteſtato.*

*Et eſt Communis Opin. Intelligendo, vt ibi, niſi eſſet prohibitus etiam teſtari extra agnatos maſculos deſcendentes: quo caſu videtur fideicommiſſum conſtitutum illis, & ibidem de veritate, vide.*

5 *Fideicommiſſum tunc euenit pro eo, cuius cauſa vel prætextu apparet facta prohibito contra faciente alienare.*

6 *Fideicommiſſarius debet inſpicere cauſam alienationis, an fuerit voluntaria, an verò neceſſaria, quia ſi voluntaria, ſtatim vendicabit, & propria etiam authoritate capiet, & de alijs effectibus operantibus hæc expreſſa prohibitio, & facit, vt filij, poſiti in conditione, cenſeantur vocati ad fideicommiſſum, & quid in prohibitione tacita, & quid ſi fuerit neceſſaria, an ex debitis teſtatoris & corruit, an grauati, & eo mortuo fideicommiſſum conſequitur, & quid, quando fuerit res pro parte alienata, & quid pro ea quæ accreuit alienata.*

7 *Prohibitio alienationis ſimpliciter facta hæredibus ſuis abſque nominum expreßione, cenſetur facta hæredibus etiā hæredum.*

8 *Fideicommiſſum ſimpliciter & abſolutè inductum apparet in caſu mortis, & quando abſque etiam contrauentione, vt quando teſtator nolit inſtitutos, ſubſtitutos, & ſuos alienare, quia voluit perpetuare in familia, exemplificando, vt ibi: ſic enim inductum dicitur fideicommiſſum de vna perſona in aliam, etiam non ſecuta alienatione.*

*Et de eo fideicommiſſo, non duraturo vltra quartam generationem, interim tamen eſt præciſum & abſolutum.*

9 *Prohibitio alienationis egreditur perſonas filiorum in infinitum ex verbis ſic deſignantibus perpetuum, hæredibus puta deſcendentibus, & ſimilibus.*

10 *Fideicommiſſum ſimpliciter & abſolutè habetur teſtatore diuiſionem perpetuò prohibente fieri inter filios, hac ratione, quia vult inter eos & eorum deſcendentes maſculos bona ſua perpetuo, & ſemper permanere, maximè adiecta dictione, totaliter, omninò, & fortius per eam nullo modo.*

11 *Fideicommiſſum neceſſariò quoque dicitur abſolutum inter plures prohibitos deſcendentes adeſſe, vbi in caſu contrauentionis prouidit teſtator de alio extraneo, ſubſtituto in modum pœnæ.*

12 *Fideicommißum quoque inductum ſimpliciter dicitur (& ſi prohibitio alienationis eſſet nuda) apparente hac ratione, quia iußit bona prohibita alienari ſemper & in perpetuum peruenire, & permanere in deſcendentes, & ſuos poſteros maſculos, de hærede in hæredem, de liberis in liberos, in infinitum, & quare, ac quomodo, vide ibidem, & de contrauenientе priuato hæreditate præter legitimam, & ad quos tranſeat.*

13 *Fideicommiſſum inducitur per cauſam aſcriptam in teſtamento, quia voluit teſtator ſua bona peruenire in ſuam poſteritatem abſque expreßione prohibitionis alienationis, & vide nouem fundamenta Soc. quomodo per eam ſit ſimplex fideicommiſſum.*

14 *Fideicommiſſum inductum apparet ex prohibitione faciendi teſtamentum vſque ad certam ætatem.*

*Idem quòd non poßit diſponere ſine conſenſu talis.*

15 *Fideicommiſſum ceſſat finito tempore, quo quis erat prohibitus alienare. viget tamen poſt dictum tempus, & perſeuerat, vbi ſine tali tempore præfixo ad alienandum adhuc extaret.*

16 *Fideicommiſſum extenditur per verba expreſſa aſcripta in expreßione cauſæ, vt ſemper verbum, deſcendentes, & de hærede in hæredem, de quibus verbis, vide verb. ſemper, verb. deſcendentes, & verb. de hærede in hæredem, incip. per hoc verbum, & vt latè in d. verb. verbum, de hærede in hæredem.*

17 *Verbum, Semper, importat idem, quod verbum, Perpetuò, quo fit vt fideicommiſſum cum tali verbo ſit duraturum ſine temporis præfinitione, & infinitum.*

18 *Verbum deſcendentes, oſtendit fideicommiſſum, habiturum inter eoſdem progreſſum in infinitum actiuè & paßiuè, ſicut nomen, deſcendentium, ad omnes in infinitum extenditur, eſtq; Commun. opin.*

19 *Verba de hærede in hæredem, interpretantur de deſcēdente in deſcendētem tranſire bona, quo fit, vt fideicommiſſum induci dicatur, & quare. ibid. ſicq; plus propinqui ſuccedere habeant.*

*Idem per hæc verba, Vadant ſemper de maſculo in maſculum.*

*Idem, de vno in alterum.*

*Idem. Quia voluit bona & iura ſuæ hæreditatis ſucceßiuè venire de gradu in gradum ſuorum deſcendentium.*

*Idem quòd voluit bona tranſire de hærede in hæredem, & quomodo intelligantur, & de gradu in gradum.*

*Idem, quòd vnus alteri ſuccederet.*

*Idem, de maſculo in maſculum.*

*Idem, ad deſcendentes gradatim.*

*Idem, ordine ſucceßiuo.*

*Idem, vt omnino remaneant bona in familia.*

*Idem, donec, & quouſque deſcendētes ſupereſſent, & latiùs ibi de materia.*

20 *Fideicommiſſum de liberis in liberos, de hærede in hæredē, de gradu in gradum, ſic intelligi videtur, vt donec ſuperſunt filij vnius lineæ, ſuccedunt ſuperſtites illius lineæ, demum vna linea finita, tunc deducitur ad alios alterius lineæ.*

21 *Fideicommißum non extenditur de gradu in gradum, de liberis in liberos, in infinitum, quando eſt impoſitum grauato, ſub conditione momentanea, Si deceſſerit ſine filijs, decedente eo cum filijs, qui poſtea decedant, & quare, & quomodo, vide ibi latiùs de materia.*

*Et quando perpetuitas deuolutionis bonorum ad poſteros eſſe non poteſt, niſi etiam filij filiorum, & hæredes hæredum cenſeantur grauati.*

22 *Verbum in infinitum expreſſum in teſtamento, fideicommiſſum denotat duraturum proprie in infinitum ad deſcendentes, vltra quartum & decimum gradum.*

*Idem de verbo, Perpetuò, quod tamen intellige, & declara, vt ibi pulchrè.*

23 *Fideicommiſſum, perpetuum, an duret vltra centum annos.*

24 *Fideicommiſſum firmius demonſtratur, vbi prolata ſunt ſimul vniuerſalia & geminata verba in diſpoſitione teſtatoris, & quare.*

25 *Fideicommiſſum inductum ex prohibitione alienationis, vt valeat, & extendatur inſpiciendū hoc eſt, vnum, quòd fit vel ex ratione & cauſa. Quia voluit & iußit.*

*Et maximè, quando verba principaliter ſunt directa in rem & quando dicantur in rem, & quòd in dubio onus præſumatur, in rem fideicommiſſum dicitur inductum.*

*Idem quando teſtator loquitur in genere grauando quemlibet ſuccedentem ab inteſtato.*

*Idem, quando fideicommiſſum eſt imperſonaliter iniunctum, tunc in rem grauamen cenſetur aſcriptum, quoad bona prohibita, ſub ratione permanendi in familia, cuius vigore poſteri gradatim conſequuntur d. bona, quomodocunque vadant, & vt ibi latiùs de grauamine fideicommiſſorum.*

25 *Verbum in rem, quomodo exponatur, id eſt, aduerſus rei eius poſſeſſorem.*



## ¶SOLVTIO X.

SEPTIMO & prædicta continuando cir-
1 ca voluntatem teſtatoris cognoſcēdam, quomodo etiam ad vlteriores extenſa dici poſſit, fideicommiſſum, † vel vniuerſale vel particulare inducitur ex prohibitione alienationis, factæ per teſtatorē, vel de re vniuerſali, vel particulari, & qualis eſt prohibitio, tale eſt fideicommiſſum. l. is cui de conditio. & demonſtratio. & l. filiusfamil. §. diui. & §. cum pater. de lega. primo, l. vnum. §. ſed ſi fundum. verſic. quòd ſi talia. & l. peto. §. frater l. cum pater. §. libertis. l. codicillis §. inſulam. & §. ſequ. de legat. 2. l. pater. §. fundum. §. Iulius. Agripa. §. quindecim libertis. l. Lucius. in prin. de legat. 3. & l. quoties ab omnibus. C. de fideicōmiſſ. tale quidem fideicōmiſſum ſic inductum tacitum dicitur: Guid. Pap. in quæſt. 469. ex verbis. Quoniam de hoc fideicommiſſo doct. vario modo loquuntur, & dubium articulum dicit Alexand. in l. qui Romæ. §. cohæredes. colum. tertia, verſic. puto concludendum. de verb. obligatio. & ibi Socin. ſub nume. ſecundo, & ſequen. quæſtionem difficilem putando eam diſtinguendo per quatuor caſus diſcurrit, & expedit: & Ripa in dict. §. diui. num. 119. vſque ad fin. per quinque membra diſcutit, & in nullo tandem concludit eſſe inductum ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum. & Couar. Hiſpa. in cap. Raynaldus. in princip. nume. quinto, & ſequent. ſuper hoc per quaſdam ſuas cōcluſiones procedit. & Deci. conſil. 584. in princip. exorditur quæſtionem eſſe poſitam in alto pelago, & in ea doct. vario modo loqui, & ipſe fatetur in ea pariter vario modo, ſecundùm varietatem caſus cōſuluiſſe, & Anton. Gab. Roman. ſuo tract. de commun. opin. libr. 1. de fideicommiſſ. conclu. 9. quæſtionem ipſam per plures caſus, ampliationes & limitationes explicare conatur: in pluribus, ne eius dictis decipiaris, videas doct. per eum allegat. qui aliter quandoque loquuntur. Sed ego quæſtionem hanc, propoſitam dubitationem non egrediendo breuiùs, & clariùs diſſoluam duobus modis, ad quos propriè tendit, & quibus omnes caſus omnéſque concluſiones, per alios adductæ recenſentur.

Primò, quando fideicommiſſum per prohibitionem alienationis inductum eſſe dicatur ſub conditione, ſi ſequatur alienatio.

Secundò, quando per alienationis prohibitionem fideicommiſſum ſimplex abſque alia cōtrauentione grauati, & abſolutum inductū eſſe dicatur, & cognoſcatur.

2 Primum declaro, quòd † vbi teſtator præcipiendo & prohibendo alienationem, facit vnam ſimplicem diſpoſitionem, alteram verò ſubiungit adiectionem, quæ diſpoſitionem etiam ſapit, & quandam illationem, & expreſſionem contentorum in dict. ſimplici diſpoſitione, reddita demum valida ab inteſtato vltima adiectione continente cauſam huiuſmodi prohibitionis, per not. in dicto §. diui. vt ſi prohibita ſit alienatio domus, vel fundi, hoc adiecto, vt remaneat in familia, fideicommiſſum non eſt inductum, niſi ſub conditione, Si alienatio fiat exteris, id eſt, non illis de familia: quoniam ſic non obtemperatū eſt voluntati teſtatoris per text. in d. l. peto. §. fratre. de legat. 2. & ibi Bart. nu. 3. in illa diſtinctione prohibitionis limitatiuè reſpectu perſonarum, inter quas poteſt alienari: Alexand. in d. §. hæredes. col. 4. verſi. puto concludendum. Socin. ſummoperè nitens ex d. §. fratre. in conſil. 227. colum. 3. & ſequent. li. 2. Ripa diſcuſſis contrarijs hoc veriùs credit in d. §. diui. nu. 122. 123. col. pen. ab hac opi. nec poſſe quemquam diſſentire, ſcribit Couar. in dict. cap. Raynutius. in princ. nu. 6. verſi. ſecunda concluſio. per d. §. fratre. & d. §. cum pater. l. filiusfam. de leg. 1. & l. pater. §. filiam. de lagat. 3. vbi propriè no. Bart. quòd ſi præcedit diſpoſitio prohibitiua, & alia ſimpliciter ſequitur diſpoſitio, ſequēs intelligitur ſub cōditione, Si contra prohibitionē factum fuerit. Idem, ſi teſtator facit principale fideicommiſſum inter hæredes, & poſtea apponit prohibitionem alienationis, quòd ſi expirauerit primum fideicommiſſum, ex tali prohibitione non induci fideicommiſſum, probat. Dec. conſil. 636. num. 7. & ſequent. quem ſequitur Cephal. conſilio 544. num. 12.

Idem eſt in formula, quòd non poſſit alienari, niſi inuitatis fratribus ſeucohæredibus, vt latè in deciſ. Pedemon. 49. nume. 7. & per tot. Id enim operatur adiectio illa, Vt remaneat in familia, quæ validam reddit ipſam alienationis prohibitionem, ſimplicem, alioquin & nudam, vt declarat Socin. in l. ſi cognatis. colum. 7. nu. 18. verſi. ſecundò habemus de rebus dubijs, & cōſi. 261. col. 3. verſi. aliquando & ſecundo. li. ſecundo, Cephal. conſi. 134. nu. 38. 39. & conſi. 394. Crot. in d. §. diui. num. 25. Socin. Iun. conſi. 163. num. 8. libr. ſecundo, Curt. Iun. conſ. 167. colum. 2. verſi. ſecundo verò caſu. Non ſolùm autem, ſi vnus ſimpliciter prohibitus ſit per teſtatorem alienare vti nudum præceptum non valet: l. Lucius. in princip. de legat. tertiò. Sed etiam ſi plures eſſent prohibiti, non valeret huiuſmodi præceptum ex pluralitate quidem prohibitionum non veſtitum, aliter non apparente de cauſa prohibitionis, probat Alexan. in dicto §. cohæredes. in princi. Bero. in quæſtio. 42. nu. quarto. concordan. allegatis, dicit eſſe magis Commū. Opin. Anton. Gabr. dicta concluſi. 9. num. tertio, verſic. contrarium voluit. idem de communi Bero. conſi. 84. num. 63. lib. ſecundo, & Socin. Iun. in dicto. §. diui. num. 49. Cauſa ergo validans prohibitionem eſſe dicitur, cùm appareat eſſe facta fauore alterius, quàm prohibiti, & eidem alteri poſſe, & debere applicari rem pohibitam alienari in caſu contrauentionis: Bartol. in dicto §. diui. colum. prima, num. 3. & ibi alij, & in l. quoties. C. de fideicommiſ. & pulchrè Angel. conſi. 7. ex dicto themate. colum. fin. verſic. contrarium eſt verum, & conſi. 154. Andreas Petri Monaldi, Alciat. conſilio 125. numer. 6. libr. 9.

Ita adiectio ipſa poſt ſimplicem prohibitionem, Vt remaneat in familia, in ſuis, in deſcendentibus, oſtendit cauſam diſpoſitionis teſtatoris prouidētis familiæ, non via aperti fideicommiſſi, ſed cauſati à tranſgreſſione ſui præcepti, ne bona per alienationes tranſirent ad extraneos: vt per Socin. in dicta. l. ſi cognatis. ſub num. 18. Silua. conſil. ſexto, ſub num. 19. verſic. accedit ſextò. & ſequent. idem eſt dicendum, quòd vbi teſtator ſolam facit prohibitionē alienationis cum cauſa admixta ſuæ validitatis, vt ſi vetat & prohibet bona alienari per hæredes inſtitutos, vel ſubſtitutos, vel per legatarium extra familiam, pariter ex hoc inducitur fideicommiſſum, cōditione eueniēte, Si fuerit facta alienatio extraneis, non ſuccedentibus ab inteſtato. Ripa in dicto §. diui. num. 119. Nat. conſi. 506. num. primo, Alexand. in dicto §. cohæredes. columna 3. verſic. puto concludendum, & ibi Socin. num. 13. 14. Anton. Gabriel. dicta concluſi. nona, num. 53.

3 Denique ſit generalis concluſio, quòd † ſi quidem
prohibitio alienationis ſemel valida ſit ſimplici reſpe-
ctu, quo dici poſſit non nuda, ſiue ratione rei valde pro-
ficuæ familiæ, vt, turris, placitum, caſtrum, & quid ali-
ud pro tuitione, & refugio familiæ, per Gloſſ. Cyn. Bald.
num. 8. Alexand. & Iaſ. in l. quoties. la. 1. C. de fideicom-
miſſ. Bald. conſilio 57. Item inſtituo. in fin. lib. primo, di-
cit illam gloſ. multùm notabilem eſſe, licet vulgaris ſit,
Bartol. in dicto §. diui. ſub num. 3. & ibi Alexandr. & Mo
der. Dec. conſ. 38. col. 2. verſ. quintò etiam. Anto. Gabri.
de concluſ. 9. nu. 44. Alexan. conſi. 53. nu. 5. Bero. conſil.
84. nu. 10. lib. 2. Rolan. à Vall. conſ. 23. num. 23. lib. quar
to, ſiue ratione perſonæ prohibitæ, quòd ſit pupillus, vel
minor, vt l. ſecunda C. pro emptore. Bald. in dicta leg.
quoties num. 9. & ibi alij in dict. §. diui. Alexand. con-
ſil. vigeſimo ſeptimo, num. tertio quæ dicuntur cauſæ
tacitæ, ſiue expreſſus ſit reſpectus, vel cauſa prohibitio-
nis, ſcilicet, vt in familia remaneat, dicto §. fratre. vel ne
extra familiam alienetur, & ita cauſa tacita, vel expreſſa
ſimplex adeſt, & validat præceptum teſtatoris, de non
4 alienando, † exinde quoque & conſequenter ſub con-
ditione fideicommiſſum inducitur, ſi alienatio extra
familiam vel perſonas præmiſſas facta fuerit, per tex. in
l. codicillis. §. inſtituto. ibi, an conditio teſtamenti ex-
titiſſe videatur. de legat. 2. & in l. cum pater. §. libertis. di
cto §. fratre. eo vt omnes tenent: dicit Deci. conſil. 218.
nu. 16. conſ. 287. ſub nu. 2. conſ. 377. nu. 4. 5. 6. conſ. 422.
nu. 7. verſi. his tamen. Alcia. conſi. 31. nu. 19. lib. 9. Socin.
Iun. conſi. 112. nu. 4. li. 1. conſ. 140. nu. 7. li. 3. conſi. 30. nu.
10. li. 4. Curt. Iun. conſil. 145. ſub nu. 10. verſic. quartus
principalis: & conſ. 167. num. 2. vbi diſtinguendo caſus,
firmat caſum iſtum Ruin. conſil. 89. numero 14. con-
ſilio 119. ad numerum 6. conſil. 123. colum. 3. li. ſecun-
do, Pariſ. conſi. 17. col. 1. num. 3. lib. 3. vbi de commu-
ni, idem Silua. conſ. 6. ſub num. 26. Bero. conſ. 84. nu.
42. 63. & conſ. 86. nume. 14. li. 2. & Ruin. conſ. 134. co-
lum. pen. lib. 3. vbi in caſtro & fauore certarum perſo-
narum. & Cephal. conſilio 17. numero 22. Menoc. conſ.
85. ſub numer. 194. Hippol. Rimin. conſi. 147. num. 3. &
ſequent.

Conditio autem huiuſmodi fideicommiſſi non ve-
rificatur per alienationem, etiam teſtamento à prohi-
bito factam ſuccedenti ſibi ab inteſtato, etiam ſorori,
vel matri, exiſtenti de alia familia, dum ſuccedens ſit ab
inteſtato, quia in eum dicitur fieri neceſſaria alienatio:
vt l. voluntas. C. de fideicom. l. 1. ff. de fun. dot. Alexan.
conſil. 56. colum. fin. li. 1. repetito conſ. 23. li. 2. vbi hanc
opin. cómun. atteſtatur idem in conſ. 59. colum. 4. verſi.
quintò probatur. & nu. 10. li. 3. Iaſ. conſi. 120. col. 2. libr.
1. & conſil. 31. colum. 3. li. 3. & conſi. 96. colum. 4. & ſeq.
li. 3. & latè Silua. conſ. 9. ac latiùs Socin. conſ. 227. col. 7.
& ſeq. in 2. quæſt. princ. libr. 2. Gualden. de arte teſtan.
tit. 8. cau. 6. num. 2. & diffuſè Io. Mar. Rimin. conſi. 25.
col. 2. & ſeq. & conſi. ſeq. lib. 1. Sic non eſt prohibita ſuc-
ceſsio ab inteſtato concord. congerit Gabr. Roman. d.
tit. de fideicom. conclu. 10. num. 27.

Quod ſanè procedit, niſi prohibitio eſſet etiam te-
ſtandi extra agnitionem maſculinam, vel deſcendentes
maſculos, quia ex alienatione etiam via teſtamenti fa-
cta, non ſolùm extraneis, ſed etiam fœminis attinenti-
bus inductum eſſet fideicommiſſum, per plura probat
Pariſ. conſil. 22. colum. 4. & ſequent. li. tertio concord.
alleganti ſemper hanc opin. vti conſonam voluntati, &
menti teſtatoris, & communi vſu intelligenti, & mori-
bus totius Italiæ ſibi placuiſſe, dicit Marzar. Vicenti.
tracta. de fideicommiſſ. in quæſt. 43. ſecunda part. &
Gabr. Roman. alleg. libr. 4. de Commun. Opin. tit. de
fideicommiſſ. d. concluſ. 10. num. 5. 6. 17. quod & mihi
placet, & per reſponſum Crot. conſi 48. num. 39. & ſe-
quent. cum non ſit interdicta factio teſtamenti in quē-
libet ex agnatis maſculis: l. filius famil. §. ſed ſi omnes.
de leg. primo, l. vnum. §. itaq;. de leg. ſecundo: quæ qui-
dem ratio, & iſta adiuncta, quòd teſtator potuiſſet &
nihil relinquere prohibito alienare: potuit ergo relin-
quendo limitare poteſtatem circa rem relictam, & per-
ſonas: argum. l. videamus. §. penult. de in lit. iur. magis
ad proxima addo text. in leg. qui plures. in princip. de
vulgar. & pupil. & ſic prohibendo propriè teſtari extra
agnatos maſculos videtur his conſtituere fideicom-
miſſum, per text. in l. qui filium, in princip. ff. ad Tre-
bel. ita rationes iſtæ confundunt & tollunt conſilium
Ioann. de Ric. de Florentia, & aliorum ibi nominato-
rum, quod per omnes paſſim allegatur pro Angel. con-
ſil. 57. Domina Andrea. columna penult. verſic. pro-
batur, quia in eo quòd dicit non valere fideicom-
miſſum datum in conditionem non inſtituendi hære-
dem quem vult, approbatum per Alexandr. conſilio
155. libro ſecundo, & Iaſ. conſi. 142. colum. pen. libr.
ſecundo, quod poſtmodum etiam latè reprobatur per
eundem Iaſ. in dict. §. diui. in 2. lect. colum. 21. in fin.
& ſequent. ſub verſic. ſecundo principaliter. ſequun-
tur ibi Crot. & Loaz. alleg. per Couar. in capit. Ray-
naldus. in princip. nume. 7. de teſta. ſequitur & Pariſ. d.
conſil. 22. num. 56. lib. 3. & Apoſtil. ad Alexand. d. con-
ſil. 155. & iſta eſt veritas, vt per Marza. Vicenti. d. 2. part.
quæſt. 42.

5 Cum ergo † prohibitus alienare cōtrafecerit, fidei-
commiſſi caſus tunc eueniſſe dicitur pro eo, cuius cau-
6 ſa vel prætextu apparet facta prohibitio, † qui tamen
fideicommiſſarius debet priùs inſpicere cauſam alie-
nationis, an voluntaria, vel neceſſaria fuerit: ſiquidem
voluntaria ſit, ſtatim poteſt vendicare rem alienatam:
l. cum pater. §. libertis, de legat. ſecundo, Gloſſ. in verſ.
voluntaria. in dicta l. peto. §. prædium. Socin. Iun. in
d. §. diui. n. 91. cum concord. per Hier. Zanc. in l. hære-
des mei. §. cum ita. nu. 406. ad Trebel. quinimò poſſet
propria authoritate rē iſtam alienatā capere, per Gloſ.
ſign. in verſi. licetiam. in §. de cætero. in auth. de cætero
cōmut. eccleſi. poſt. Bal. Roman. & Iaſ. alleg. tradūt Ay-
mo conſi. 241. nu. 16. Hier. Zanc. in d. §. cū ita. nu. 407.
& Ioſeph. Aſiſien. in deciſ. Peruſ. 71. num. 9. part. ſecun-
da, & Ang. Aret. tract. de teſta. gloſſ. 90. num. 6. & mul-
tos alios not. effectus expreſſa hæc prohibitio alienatio-
nis ſecuta contrauentione operatur ex ſententia alio-
rum, vide per Hie. Zanch. dic. num. 406. cum ſequen.
adde, quòd vrgentem coniecturam præbet, *vt vocati*
ad fideicommiſſum cenſeantur filij poſiti *in condi-*
tione: alios allegando ponit Iacob. Alben. *conſil. 87. nu.*
13. & de Gabr. Roman. de Cōmun. Opin. tit. de fidei-
commiſ. concluſ. 4. num. 34. Ruin. conſil. 122. col. 3. nu.
4. lib. ſecundo, nec ſtandum eſt allegationi, per Gabr.
dicto conſil. 4. num. 34. de Pariſ. conſil. 44. colum. 3.
lib. ſecundo, quòd teneat contrarium, quia ibi nullum
verbum de prohibitione expreſſa alienationis, quini-
mò in prohibitione tacita, ibi num. 18. & 22. ſentit in fi-
7 deicommiſſo ex volūtate teſtatoris † erga illos de fami-
lia non videri prohibitam alienationem, *dixi* reuiden-
das eſſe allegationes d. Gabr. in d. tract. quia aliter,
quàm ipſe ſcripſerit, curſim ad memoriam forſan, quā-
doque loquuntur, ac magis expreſſè eidem concluſio-
ni aſſentit Pariſ. conſil. 18. num. 50. & conſil. 41. num.
64. cum ſequent. lib. ſecundo, & Corn. conſil. 22. col.
4. verſic. concurrit etiam, lib. ſecundo, Alexan. de Ne-
uo. Vicenti. conſil. 17. num. 4. Aduerte, quòd etiam iſto
caſu filiorum poſitorum in conditione. & prohibitio-
nis alienationis eſſe inductum fideicommiſſum ſim-
plex, non ſecuta alienatione, tenet Ruin. conſi. 124. ſub
numero. 4. libr. ſecundo, Goz. conſilio 20. ſub numero
4. Burſat. Mantu. conſilio 13. num. 55. & 60. & per iſtam
concluſionem non ſtarem ſimpliciter deciſioni Deci.
in



in conſilio 636. Super qua cogitandum relinquo. Si ve-
ro alienationis cauſa fuerit neceſſaria ex debitis teſta-
toris, ſecurus eſt acquirens, & fideicommiſſum corruit,
Si ex debitis grauati, & prohibiti, poſt eius mortem con
ſequitur fideicommiſſum: d. l. peto. §. prædium. & l. cum
fideic. ff. de fideicommiſſ. liber. & ibi Gloſſ. & latè magi-
ſtraliter declarat Alber. in d. l. fratre. & doct. in d. §. diui.
& maximè Crot. ibi num. 41. ad quos nunc fiat remiſſio
& ad Ruin. conſ. 109. num. 20. & ſeq. lib. 2. & Soc. in d. §.
cohæredes ſub num. 22. 23. & conſ. 43. col. fin. lib. 3. vlti-
mò aduerte, quòd ſi res prohibita alienari pro parte
fuerit alienata, pro ea quidem parte, quę fuerit aliena-
ta tantùm, competit fideicommiſſario vendicatio re-
probata opin. Ang. tenet. Iaſ. in l. ait prætor. in princ. ff.
de iu. iur. comprobat Ruin. conſilio 119. ſub nume. 12.
lib 2. idem dicendum eſt etiam pro parte, quæ accreuit
alienare, quòd ea vendicari poſſit, cum alienata, probat
idem Ruin. conſ. 125. nume. fin. eo. & Crot. in d. §. Diui.
num. 49. declarat, adde, quòd ratio ſuadet pro parte,
cùm de toto & parte agitur, per text. in l. Imperator. in
princ. de leg. 2. Item adde quòd ſi prohibitio alienatio-
nis eſt ſimpliciter facta hæredibus ſuis, abſq; nominum
expreſſione, cenſetur facta hæredib. etiam hæredum:
Socin. conſ. 116. col. 3. verſ. Ad ſecundum lib. 3.

Secundo, capio modum, quo † fideicōmiſſum etiam
8 abſque contrauentione ſimpliciter & abſolutè in caſu
mortis inductum apparet, namque vbi primùm in ali-
qua vltima voluntate inuenitur prohibitio alienatio-
nis validè facta, quæ veluti nuda improbari non poteſt,
vt ſuprà diximus, vt quando maximè teſtator ratione
rei proficuæ familiæ, vt puta, turris, domus, Palatij, Ca-
ſtri, & ſimilium, vel ratione perſonæ aliàs de iure com-
muni prohibitæ alienare, vel expreſſim extra familiam,
inſtitutos, ſubſtitutos, & ſuos, vetat alienare, & adijciat
rationem vel cauſam, quia voluit perſeuerare in familia
inter ſuos, ne quidem vltima adiectio hæc ſtet ocioſè &
ſine effectu operādi, & ad fideicommiſſa magis ex men-
te teſtatoris procliuiori ſententia abſque controuerſia,
vel modica fideicommiſſum inductum firmatur ex
doct. Bart. in d. §. cohęredes. num. 3. l. qui Rom. de verb.
oblig. volentis, ex formula dicta cum eadem adiectio-
ne nullo modo poſſe fieri alienationem rei vti ſubiectę
deicommmiſſo per auth. res quæ com. de lega. firmantis
ergo exinde inductum fideicommiſſum, ſentit ibi Imol.
colum. prima, verſ. item not. ar. ſecundum Dyn. latè
declarando probat ibi Soc. ſub nume. 16. & verſ. tertius
& in l. ſi cognatis. col. 7. ſub num. 18. verſic. aliquando
& ſecundo. de reb. dub. vbi expreſſè dicit ex iſta for-
mula prohibitionis alienationis induci fideicommiſ-
ſum ſimpliciter de vna perſona in aliam, etiam non ſe-
cuta alienatione. Socin. idem conſil. 251. colum. 5. verſ.
aliquando & ſecundò. lib. 2. & conſ. 57. num. 4. 5. lib. 3. &
inter conſ. Curt. Sen. conſ. 40. col. pen. comprobat Dec.
conſ. 481. col. 1. & ſeq. Cur. Iun. conſ. 22. num. 18. & ſeq. &
conſ. 161. nu. 8. 9. & ſeq. vbi dicit iſtam eſſe commu. ſen-
tentiam, & reconciliat dicta Socin. in conſi. 227. lib. ſe-
cundo, cum hac opin. per eum probat in locis ſupra
allegatis in eo, de quo contrarius ſibi reputaretur, vt
per Curt. Iun. in d. conſi. & in conſi. 167. colum. ſecun-
da num. 23. dicentem, etiam ſemper conſulendo ſe fuiſ-
ſe ſequutum concluſionem iſtam, vel diſtinctionem
notabilem: quam etiam latè ſequuntur, & probant
Ruin. conſ. 110. nu. 7. 8. conſ. 127. num. 13. conſil. 134. nu.
16. lib. 2. Gozad. conſ. 52. num. 5. Crot. conſ. 13. 14. Alben.
conſ. 54. Bero. conſ. 81. nu. 213. lib. 2. dicens hanc opin.
conſulendo ſemper ſe fuiſſe ſecutum, vt apparet in ſuis
conſ. quæ aliter non citantur: idem Alex. conſ. 53. ſub nu.
5. vbi de domo ꝓhibita alienari. Alcia. conſ. 102. nu. 3. &
ſequen. lib. 9. vbi etiam idem tenet, præcedente nuda
prohibitione in ratione expreſſa per teſtatorem, quia
voluit bona remanere in familia, ita fuiſſe inductum
ſimplex fideicommiſſum, & ita fuiſſe iudicatum per
amplum Senatum Mediolanen. & Albent. con. 54. Hip-
pol. Riminal. conſil. 20. num. 10. conſi. 47. num. 25. Cel.
Hug. conſil. 20. nume. 41. Socin. Iun. conſ. 140. num. 8.
lib. 3. Ancha. Regien. in quæſt. 72. part. prima. Marzar.
de fideicommiſſ. quæſt. 44. part. 2. Menoch. conſil. 197.
numero 23. pro communi ponit, prout eſt, Gabr. Ro-
man. de commun. opin. lib. 4. tit. de fideicommiſſ. de
concluſ. 8. num. 37. 41. Cephal. conſil. 134. nume. 37. &
ſequent. per text. plures licet notos in materia probat
Anguiſo. Placenti. conſ. 50. num. primo, & ſequent. in
mate. vltim. volunt. lib. 9. & Roland. à Vall. conſil. 23.
nume. 22. lib. 4. & ab hac communi ſententia per tot
celeb. doct. firmata, & voluntati teſtatoris conſenta-
nea, minimè puto diſcedendum, reiectis contrarijs, ad-
ductis per Ripam in dicto §. Diui. ad fin. quæ nimia ſua
ſubtilitate franguntur, cum ſatis Bart. volens in propo-
ſita ſpecie in dic. §. cohęredes. nullo modo poſſe aliena-
ri, &c. intelligit firmum & abſolutum fideicommiſſum,
iuxta intellectum d. auth. res, quæ per. cum alleg. & non
inductum per contrauentionem alienationis, quam
ipſe dicit, nullo modo poſſe fieri. ſic & eum intelligere
probat Socin. conſi. 57. ſub nume. 4. verſic. confirmatur
ex doctrina. lib. 3. & ſic concord. adductis Hippol. Ri-
minal. conſil. 23. num. 94. atteſtatur eſſe commun. opin.
contra Rip. in dicto. §. Diui. col. fin. neque impedit. imò
ſentit text. in §. nos igitur. auth. de reſtit. fideic. non du-
raturum vltra quartam generationem, interim eſſe
præciſum & abſolutum, & inter dictionem alienationis
non egredi perſonas filiorum, † quæ tamen egreditur,
9 & progreditur in infinitum ex verbis ſic deſignantibus,
in perpetuum hæredibus, deſcendentibus, & ſimilibus,
Dec. conſ. 516. nume. 16. conſil. 23. colum. 3. Marſil. in l.
vnius. §. cogniturum. num. 40. de quæſt. & alij alibi, præ-
ſertim Gualden. de arte teſtan. tit. 8. caut. 2. Crot. conſil.
13. num. 35.

10 Habetur & tale † ſimplex fideicommiſſum inductum
etiam ex diuiſione perpetuò per teſtatorem inter filios
prohibita dict. ratione aſcripta, quia vult inter eos
eorum deſcendentes maſculos ſua bona perpetuo, &
ſemper permanere, latè tradit Ruin. dicto conſilio 134.
lib. ſecundo quæ ratio quoque ſic aſſignata, quia vult
teſtator dicta bona eſſe communia ſuorum filiorum, &
eorum ſucceſſorum fideicommiſſum oſtendit, Capra
conſilio 126. eſt text. in leg. fin. §. Lucius. de legat. ſe-
cundo, & per eadem verba in leg. Lucius. in princip. ad
Trebel. & Gozad. conſilio 52. numero tertio, & Dec.
conſilio 584. numero 7. verſic. tertio ad hoc facit. &
conſilio 637. numero 8. 9. & Curt. Iun. conſilio 115.
nume. 45. & Ioan. Mar. Rimi. conſil. 243. nume. 27. &
ſeq. lib. ſecundo, & maximè etiam adiecta dictione, to-
taliter, omnino, quæ eſt valde generalis, & ampliat pro-
hibitionem, atque inducit fideicommiſſum abſolutum
Alc. conſi. 141. num. 8. 9. lib. 5. & Ruin. conſi. 150. colum.
pen. lib. ſecundo Anch. Regien. in quæſt. 72. num. 8. 9.
10. par. 1. & fortiùs per dictionem. Nullo modo. Pariſ.
11 conſil. 63. num. 40. lib. ſecundo. † Idemque abſolutum
fideicommiſſum neceſſariò quodammodo dicendum
eſt inter plures prohibitos deſcendentes adeſſe, vbi in
caſu contrauentionis in modum pœnæ per teſtatorem
prouiſum eſt de alio extraneo ſubſtituto: Ruin. conſil.
122. nume. 2. conſil. 126. nume. 2. lib. 2. Cur. Iun. conſilio
161. colum. venult. num. 16. Crot. conſil. 13. num. 13. Dec.
conſil. 182. ſub num. 4.

12 Deinde vbi † & ſi prohibitio alienationis eſſe nuda,
tacitum vel expreſſum non continens reſpectum quo
validitatem in ſe continere dici poſſit, per not. in d. §.
Diui. l. filiusfam. de leg. 1. vt ante demonſtraui, attamen
cum conſequens, & frequens per teſtatorem appoſita

 appa-

appareat hæc ratio, quia voluit & iuſſit bona ipſa alienari prohibita, ſemper, & in perpetuum peruenire, & permanere in deſcendentes, & poſteros ſuos maſculos, de hærede in herede͂, de liberis in liberos, in infinitum, ſic vel amplioribus verbis cõcepta legatur, exinde multifariam ipſi, verbis perpenſis, fideicõmiſſum ſimplex, & abſolutum inductum oſtenditur. In primis enim dictio, quia, importat rationem: Bald. in l. 1. in princ. col. 1. ſub nume. 3. verſ. gloſ. 4. ff. de fer. cum plurib. in ſpecie per Aymo. conſ. 243. num. 3. & ponendo rem pro certo, & conſtanti cauſaliter, & non conditionaliter, erit cauſa expreſſa. Bart. in l. demonſtratio. §. 1. nu. 8. 9. de conditio. & demonſtr. ideò non ſub conditione futuræ alienationis, verum ſimplex fideicõmiſſum eſt ex dicta cauſa expreſſa per verbum conueniens fideicommiſſo, Voluit, iuſſit, vt l. 2. in prin. com. de leg. §. fin. Inſtit. de ſing. reb. per fideicommiſſ. relict. & probat Dec. conſi. 23. nu. 4. verſ. 6. moueor. conſ. 425. col. 2. Socin. conſil. 57. num. 5. lib. 3. Gozad. conſ. 102. num. 5. Bero. conſ. 81. num. 6. & conſ. 90. num. 15. lib. 2. Crot. conſ. 13. nu. 14. Aym. conſil. 130. num. 10. Pariſ. conſ. 18. nu. 48. conſ. 30. num. 22. conſ. 41. num. 40. l. 2. Alci. conſi. 102. num. 4. l. 6. vbi atteſtatur hanc opin. veram, & ſeruatam per amplum Senatum Mediolane͂ſem, pulchrè declarat Bero. conſ. 176. nu. 56. lib. 2. & Cephal. conſ. 153. vbi cõtraueniens præter legitimam priuatur reſiduo hæreditatis paternæ, quæ per fideicommiſſum vadit ad eos, quorum contemplatione fuit facta talis prohibitio, vt ibi plenè per eum.

Itaque ex dicta ratione & cauſa, quia voluit, &c. ampliatur, limitatur, & declaratur, ac exte͂ditur d. nuda prohibitio alienationis ad abſolutũ validũ fideicõmiſſum, extenſum & ampliatum ad hæredum hæredes: arg. l. cum pater. §. dulciſſimis. de leg. 2. l. cancellauerat. de his, quæ in teſta. delen. tradit Rom. conſ. 457. Circa propoſitam col. 1. probat Curt. Iun. conſil. 43. col. pen. num. 2. Pariſ. conſ. 26. nu. 15. & 52. nu. 2. 16. lib. 2. conſ. 1. nu. 36. conſ. 6. nu. 20. & conſ. ſeq. nu. 18. 19. 20. conſ. 17. nu. 21. & conſil. 20. nu. 31. lib. 3. & alibi repetit idem dictũ, quoniã potius cauſa, & ratio dicendi attendi debet, quàm cortex verborum, Caſtr. conſ. 302. Viſis & diligenter conſideratis. col. 3. ſub nu. 3. verſ. contrarium dico. lib. 1. quorum quidem & dictorum intelligentiam, ex cauſis aſſumere debemus: cap. intelligentiam, extra de reg. iur. Alber. in l. cum filio. num. 2. de leg. 3. & pulchrè Bero. conſ. 64. nu. 20. lib. 2. in ſpecie Alci. conſ. 36. nu. 12. lib. 9. adde, quòd valida eſt prohibitio teſtatoris, non ſolum, ſi cauſa exprimitur, ſed etiam, ſi tacitè ex intentione teſtatoris comprehendi poteſt: not. Bald. per text. ibi in l. fin. num. 4. C. qui non poſ. ad liber. perue. & habetur in d. §. Diui.

13 Quinimò † cauſa ipſa aſcripta in teſtamento ad bonum propoſitum, quia voluit teſtator, & iuſſit ſua bona peruenire in ſuam poſteritatem abſque expreſſione prohibitionis alienationis, inducit ac demonſtrat fideicommiſſum: Caſtr. conſil. 401. Super primo quæſito. colum. prima, verſic. conſtat autem lib. ſecundo, & Curt. Iun. conſil. 43. colum. fin. vbi per expreſſionem dict. cau. de bonis perſeuerandis in deſce͂dentes, abſque eo, quòd procedat prohibitio alienationis per nouem fundamenta Socin. adducta in conſi. 227. lib. ſecundo, abſque doct. controuerſia firmat, eſſe inductum ſimplex & abſolutum fideicommiſſum, idem ſentit Pariſ. conſilio 92. nume. 42. lib. ſecundo, & Cephal. conſilio 134. ad num. 25. & nu. 37. & Crot. conſil. 48. num. 20. Roland. à Val. conſi. 23. nume. 21. lib. 4. Menoch. conſil 85. num. 90.

14 † Fideicommiſſum apparet inductum etiam ex prohibitione faciendi teſtamentum vſque ad certam ætatem: Caſtr. conſil. 445. Circa primum. in princip. ſecundo, per l. qui filium. in prin. ad Trebel. Idem, quòd non poſſit diſponere ſine conſenſu talis, Bero. conſilio 186. lib. 2. Ruin. conſi. 126. col. 2. lib. 2. vbi etiam ſit mortuus, qui conſentire deberet.

15 Quando autem † fideicommiſſum eſt inductum ex ſola prohibitione alienandi ad certum tempus, puta vſque ad ætatem xxv. an. prohibiti, tunc poſt tale tempus ceſſat fideicommiſſum, & poteſt alienari: Rui. conſil. 76. & conſi. 112. num. 4. conſ. 132. lib. 2. vbi verò aliâs viget fideicommiſſum ſine dicta prohibitione ad tempus, id etiam poſt ipſum perſiſtit, Dec. conſ. 386. Rui. conſ. 117. nu. 27. conſ. 153. in fin. lib. 2. Soc. Iun. conſ. 130. num. 6. lib. 1. ſic concordare iſtos & remiſſiuè per Marza. Vicenti. de fideicom. par. 2. q. 4. per Zanch. in §. cum ita. num. 679. l. hæredes mei. ad Trebel.

16 Extenditur † item, magiſq; ampliatur fideicommiſſum per verba aſcripta in expreſſione directæ cauſæ ſemper, &c. In perpetuum, & c. deſcendentes, & c. de hærede in hæredem, & c. infinitum, & c. quorum licet meminerim ſupra ead. dubit. modo ſeu ſolut. 9. ſub verſ. dico igitur tame͂ hoc etiam in ſuo congruo loco eadem
17 repetere verba non ſuperfluum arbitratus ſum: † namq; verbum, Semper, importat idem, quòd verbum perpetuò, ſic ideo habetur fideicommiſſum duraturum ſine temporis præfinitione: Pariſ. conſilio 30. nume. 24. & conſilio. 90. num. 28. 29. conſi. 92. nu. 38. & ſequen. lib. 2. conſil. 1. num. 30. 31. lib. 3. Gualden. de arte teſtan. tit. 8. cau. 2. num. 4. Dec. conſ. 23. nu. 2. Goz. conſ. 102. num. 8. Alex. conſ. 23. num. 2. lib. 2. & vltra quartum gradum & in infinitum extenditur. ibi Alexan. dicit, ad idem Ruin. conſ. 147. num. 12. & ſeq. lib. 2.

18 † Deſcendentes, verbum, hoc itidem oſtendit fideicommiſſum, habiturum inter eoſdem deſcendentes progreſſum in infinitum actiuè, & paſſiuè, ſicut deſcendentium nomen ad omnes in infinitum extenditur, per l. fin. C. de ſu. & legi. hæred. & §. 1. in auth. de hæred. ab inteſta. probant Alex. conſ. 56. ſub nume. 1. verſic. & ita eſt de mente. lib. 1. & conſ. 584. num. 6. par. conſi. 92. num. 41. lib. 2. Ruin. conſil. 124. num. 2. conſi. 101. nume. 15. lib. 2. Gualden. d. tit. 8. d. cau. 2. nu. 2. Bero. conſ. 87. num. 9. lib. 2. talis opinio abſque dubio communis eſt. Couar. de vari. reſolut. lib. 3. cap. 5. ſub num. 4. & verſ. ſecundum quod.

19 De † hærede in hæredem, etiam verba iſta interpretantur de deſcendente in deſcendentem tranſire bona, quod cum fieri non poſſit, niſi via fideicommiſſi: l. Scæuola. ad Trebel. ſic ergo ad fideicommiſſum inductum apparet, vt ſuccedant plus propinqui: Cuma. conſil. 2. col. 2. ſub verſ. ad ſecundum. Deci. conſ. 38. nu. 4. Pariſ. conſ. 55. num. 3. lib 2. & conſ. 8. num. 7. conſ. 18. num. 20. lib. 3. & latè Ruin. conſ. 151. colum 4. ſub nume. 7. lib. 2. ita ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum inducitur: Rolan. à Val. conſ. 23. lib. 4. Grat. conſ. 31. nume. 20. lib. 2. Idem important iſta ſimilia verba, ſemper vadant de maſculo in maſculum: Pariſ. conſ. 53. nu. 18. 25. lib. 3. Idem de vno in alterum: Ruin. conſ. 158. col. 5. nu. 2. lib. 2. idem quia voluit bona & iura ſuæ hæreditatis ſucceſſiuè venire de gradu in gradum, ſuorum deſcendentium: Bero. conſ. 41. num. 4. conſ. 82. numero. 7. & conſ. 83. nume. 13. & ſequent. ibi ſeruando ordinem primogenituræ, libro 2. & hæc ſimilia, quòd voluit bona tranſire de hærede in hæredem, de vno in alium, quòd vnus alteri ſuccederet, de maſculo in maſculum, ad deſcendentes gradatim, vel ordine ſucceſſiuo: & omninò remaneant bona in familia, & donec, quouſq; deſcendentes ſupereſſent, ſimul author. allegatis ſcripta ſunt à Gabr. Rom. de commun. opin. libro 4. titu. de fideicommiſſ. concluſ. 9. num. 15. conſequent. & Bero. conſi.
20 84. numero. 13. lib. 2. † de hærede in hæredem maſculum intelligi debere de non vero, per aditionem hæreditatis, ſed ſanguinis, & vltimi grauati, declarat Socin. Iun. conſ. 188. num. 6. 7. 14. lib ſecundo, & conſ. 13. nu. 8. lib. 3.



8. lib. 3. poſt Dec. conſi. 38. colum. 5. & ſeq. non requiritur etiam, quòd adeat hæreditatem. latè probat Alcia. conſ. 20. 35. num. 7. lib. 9. cum alijs concord. alleg. ſupra interpr. 1. dubit. 4. ſolut. 5. verſ. de hærede. & per Nat. conſil. 531. nume. 21. ſic enim de gradu in gradum dicuntur inuicem ſubſtitui & grauari. Bal. conſ. 57. item nu. 4. lib. 2.

Hæc autem intelligenda ſunt habere locum finita linea vnius ex cohæredibus grauatis: nam donec ſuperſunt filij vnius lineæ, ſuccedunt ſuperſtites illius lineæ, & demum vna linea finita, tunc fideicommiſſum ſucceſſiuum de liberis in liberos deuoluitur ad alios alterius lineæ, ex doctr. Bald. per cap. 1. de nat. ſucceſſ. feu. tradit Corn. conſ. 190. pluries col. 3. verſ. hoc præſuppoſito. lib. 3. & conſ. 233. In hac conſultatione. col. 5. verſic. portio enim matris. lib. 4. Celſ. Hugo. conſ. 93. num. 10. & alibi erit dicendum.

21 Præterea locum non habet † extenſio fideicommiſſi de gradu in gradum, de liberis in liberos in infinitum, quando primum eſt fideicommiſſum impoſitum grauato ſub conditione momentanea, Si deceſſerit ſine filijs, ſi quidem decedat cum filijs, qui poſtmodum etiam decedant, vlterius non progreditur fideicommiſſum: vt plenè conſuluerunt Alexand. conſil. 139. colum. 1. & ſeq. lib. 6. & Iaſ. conſil. 228. li. 2. & Socin. conſ. 62. col. 2. & ſeq. lib. 3. poſui in conſi. 167. num. 37. verſi. tertio dicta concluſio. lib. 1. quibus in locis Iaſ. & Socin. & Ruin. conſilio 102. numero. 2. 13. lib. 2. pleniori tractatu interpretari aſſumpſerunt adiectionem iſtam de liberis in liberos ſatis frequentem poni in particulis teſtamentorum circa ſubſtitutiones fideicommiſſarias, vt de liberis in liberos intelligatur progreſſus circa perſonas ſubſtitutas non circa perſonas, quibus facta eſt ſubſtitutio, ſecundùm Iaſ. vt includantur deſcendentes præmortuorum ſubſtitutorum ad portiones decedentium ſine filijs nõ eorum patris, quid ideo non cenſetur grauatus reſtituere ſuis filijs, ſed liberis alterius lineę onere fideicommiſſi reali de liberis in liberos bona perueniendo, ſecundum Soc. vt liberi eorum parentibus non per fideicommiſſum, ſed vulgariter intelligantur ſubſtituti: ſic inter ipſos liberos vulgari ſubſtitutione progrediente, ſecundùm Ruin. quorum autem ſententia in hoc non procederet, vbi coniecturæ ex teſtamento apparent, quibus dici poſſet filios poſitos in conditione cenſeri vocatos in diſpoſitione ad fideicõmiſſum. Ruin. conſ. 158. num. 13. & conſ. 124. ſub nume. 4. lib. 2. Iacob. Alben. conſ. 87. nume. 13. Gab. Rom. d. tit. de fideicom. concluſ. 4. num. 34. quæ limitatio præſertim locum haberet in re particulari legata. Iaſ. conſ. 4. col. pen. ſub verſ. 4. ad ide͂ lib. 1. & quando perpetuitas deuolutionis bonorum ad poſteros eſſe non poteſt, niſi etiam filij filiorum, & hæredes hæredum cenſeantur grauati, vt eſt pulchra deciſio Anch. conſ. 152. plura ſunt dubia. col. 3. verſ. 2. deceſſit. Socin. Iun. conſ. 114. num. 28. lib. 3. Ruin. conſ. 111. col. pen. ſub num. 15. lib. 2. Nat. conſ. 531. nu. 30. Alben. d. conſ. 78. num. 13.

22 In † infinitum, verbum expreſſum in præſcripta formula prohibitionis adhuc proſequendo, cum verbum ſignificat idem, quòd ſonat. l. fin. ibi Bald. no. in prin. C. de fal. c. ex ſono ſuo nimis euidens eſt in ſuo ſignificato, quòd per id non vult teſtator ſua bona peruenire ſolum ad primum vocatum, ſed omnes ſuos deſcendentes, vltra quartum & decimum gradum, per fideicommiſſum duraturum propriè in infinitum, Ruin. conſil. 117. num. 19. lib. ſecundo, Alexand. conſi. 53. ſub nume. 3. verſic. & cum in dicto teſtamento. Marzar. Vicenti. de fideicommiſſ. in quæſt. 14. part. ſecunda, Rip. in §. diui. num. 112. firmat per verbum, perpetuo, idem & clariùs per dictum verbum, in infinitum, & Pariſ. conſ. 22. nume. 38. lib. 3. Alben. conſi. 53. num. 2. Bero. conſ. 81. ſub num. 17. lib. 2. Gualden. de arte teſtan. tit. 8. cau. 2. num. 2. cum, vt dixi, ſignificat idem, quod ſonat in infinitum. intellige & dummodo vocati non ſunt per teſtatorem ſub nomine proximorum & deſignante vocatos ſucceſſores ab inteſtato, quia tales dictiones, in perpetuũ, in infinitum, intelliguntur ſecundùm ſubiectam materiam de vocatis ab inteſtato vſq; ad decimum gradum, vt declarando tenet Alci. conſ. 72. ad nu. 12. lib. 9. aduerte † tamen,
23 quòd fideicommiſſum perpetuum non videtur durare vltra centum annos, adducit. Dec. conſ. 378. col. fi. verſ. 4. & vlt. comprobat. Cephal. conſ. 268. nu. 25. & ſequen. quod tamen non credo verum, dixi alibi, & dicam. infr. in vlt. dubit.

24 Singula † verba prædicta cum demonſtrant ſimplex & abſolutum fideicommiſſum, idem ſanè eo firmius dicendũ eſt, vbi ſimul prolata ſunt vniuerſalia, & geminata verba in diſpoſitione huiuſmodi, quia ſic deliberatam, enixam, & præciſam manifeſtãt teſtatoris voluntatem: vul. l. Baliſta. & ibi omnes not. ad Treb. & omnes in ſpecie iſta perpendunt, vt Corn. conſ. 59. colum. 2. lib. 2. Socin. conſ. 249. verſ. 1. in effectu. lib. 2. Alexand. d. conſ. 53. ſub nu. 6. Dec. conſ. 23. col. 2. verſicu. 5. quia conſil. 38. col. 2. verſ. quarto, quia conſi. 481. nu. 8. conſil. 584. num. 7. Pariſ. conſ. 41. nume. 39. conſ. 36. nume. 2. lib. 2. Goz. conſ. 52. num. 2. Iaſo. conſ. 4. ſub nu. 3. lib. 1. Gabr. Rom. d. tit. de fideicom. concluſ. 9. num. 14. Silua. conſ. 25. nu. 20. Crot. conſ. 13. num. 28.

25 Vnum † præter hæc & ſimul accuratè inſpiciendum eſt pro validitate & exte͂ſione fideicommiſſi inducti ex huiuſmodi prohibitione alienationis, vel ex ratione & cauſa, quia voluit, & iuſſit, &c. & ſi verba diſpoſitionis, prohibitionis, vel rationis ipſius fuerint concepta in rem, & id ſanè percipitur, quando verba principaliter, & diſpoſitiuè ſunt directa in rem, vt volo, ne bona mea alienentur, vt relinquantur in familia, perueniant de gradu in gradum ad proximiores, Barto. in l. peto. §. fratre. num. 4. & in l. Titia. §. Seia. in fi. de leg. ſecundo, Bal. conſi. 57. item inſtituo. num. 4. lib. ſecundo. Caſtr. conſ. 77. viſis & ponderatis. colum. pen. verſ. contrarium dico. lib. primo, conſi. 438. quantum ad primum, colum. ſecunda. verſ. vnde videmus lib. ſecundo, Pariſ. conſ. 37. ad num. 22. lib. ſecundo, facit text. in l. iuriſgentium. §. pactorum. & in l. contra. §. ſi filius. ff. de pact. & magis ad rem tex. in l. vnum. §. ſed etſi fundum. ibi quòd ſi talia verba. &c. de leg. ſecundo, & in l. pronuntiatio. §. primo. de verb. ſignifi. vt quia bona remaneãt in agnatione ſua ex generali ratione id in rem & reale eſſe conſtat. Iaſo. conſil. 23. nume. 1. lib. 3. & Socin. conſil. 62. colum. penult. verſ. pręterea ex qu, o lib. 3. clarius Dec. conſi. 182. ſub nume. 3. colum. 2. verſic. conſtat autem Pariſ. conſil. 90. nume. 43. lib. ſecundo, idemque quoque in rem eſſe reputatur grauamen impoſitum aliquibus ſub nomine appellatiuo, vt quando grauamen eſt iniunctum hæredi hæredis, vel legatarijs, per l. ſi fuerit. in fin. de leg. 3. & ibi Bald. & tradit Barto. in l. cum filiofam. ſub nume. primo, de leg. primo, & ibi Socin. Iun. in verſi. venio ad apparatum. numero 66. dicit. quòd in hoc concordant omnes. & Alb. conſil. 125. nume. 5. lib. vltim. additio. i. in verſic. nomen in dictiona. Alber. facit l. ſi vnus. §. fin. & ibi gloſſ. fin. ff. de pact. dummodo nomen appellatiuum non ſit adiectum ad demonſtrationem nominis proprij, declarat Alexand. conſil. 140. nume. 6. lib. 6. videtur etiam grauamen impoſitum hæredibus filijs inſtituti, & in rem, quando teſtator dixerit, Si filius meus deceſſerit ſine liberis, vel eius filij ſine filijs, ſua hæreditas vel bona reſtituantur, vel perueniant ad talem: vt ponunt Bald. in l. ab eo nu. 4. C. de fideicommiſſ. & Caſtr. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ſub num. 9. verſ. intellige tamen de vulg. & pupill. & Ange. Aret. in tract. de teſta. in glo. 90. colum. pen. ad fi. vbi dicit, quòd non ſolum filij, ſed etiam poſteri deſcendentes ſine filijs, videntur eſſe

grauati:quinimò in dubio onus præſumitur in rẽ, Alex. conſ.143.ſub num.8.cum dictis per Alex.conſ. 193. col. 2.verſic.quinimo dicta,lib.2.per Dec.conſil.51.nume.2. & cum concord.ibi in additi.item quando teſtator loquitur in genere,grauando quemlibet ſuccedentem ab inteſtato,quòd grauamẽ potius ſit in rem, quàm in perſonam,Bald.in l.2.de leg.3. idem quando fideicommiſſum eſt imperſonaliter iniunctum.Gabr.Eug.conſ.117. num.34.& ſeq.tunc ideo grauamẽ cenſetur in rem ſcriptum quoad bona ſic alienari prohibita, ſeu poſita, ſub ratione vel cauſa permanẽdi in familia, & perueniendi ad deſcendentes & poſteros,ex quo fideicommiſſum inductum eſt,cuius vigore ipſi deſcendẽtes & poſteri gradatim vocati,conſequuntur dicta bona,quocunque vadant affecta onere ipſius fideicommiſſi in rem ſcripto,& nomine appellatiuo rei cõprehenſiuo, facientq́; vnam qualitatem deſcendere multas ſubſtantias,probat Bald. in l.precibus.col.pen. ſub num.49. ibi Saly. ſub. nume. 26.verſ.quęro ſextò C.de impub.& ali.ſubſti.in d.§.fratre.num.5.Bald.in d.l.ab eo.num.4.C.de fideicommiſſ. d.conſ.num.4.lib.2.Cur.Sen.conſ.43.num.31.conſi.52. num.45.Gualden.de arte teſtãdi.5.caut.19. num.3. Bello.conſ.81.num.fin.Becci.conſ.24.nume.24. Cur. Iun. conſ.115.num.19.pen.& fi, Pariſ.conſ.30.num.29.conſi. 37.num.27.conſ.90.num.43.conſ.92.num.43.& conſi. 93.num.24.lib.ſecundo,conſil.1.nume.43. & conſil.17. num.29.lib.3. Ruin.conſil.124. colum. ſecunda, conſ. 147.num.2.lib.ſecundo,ſic eſt commun.opin. per Menoch.conſi.85.ſub num.70.dixi conſi.90.num.10. lib.1. verbum enim hoc,in rem,id eſt aduerſus rei eius poſſeſſorem exponitur per text. in l. in cauſæ.in §.interdum. ff.de mino.& facit text.in l. generaliter.§.quoties. ff. de fideicommiſ.libert.exinde memento demum,quòd intelligitur prohibita alienatio etiam legalis, Ruin.conſi. 147.num.2.lib.2.& alia circa fideicommiſſorum grauamen dicenda habentur in ſeqent. dubit. hæc ſatis demum faciant ad text.ſuperius alleg.in l.cum ita. §. in fideicommiſſo.in fin. de leg.2.ibi, niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit, per quem ita fideicommiſſum indultum habetur, & vlteriores extenditur.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum inducitur & ampliatur ratione agnationis conſeruandæ vt patet in teſtamentis in quibus vt plurimum maſculi & non fœminæ vocantur, ſed certa dote conſtitutæ,excluduntur, ſiue ægnatus de hæreditate patris in qua habetur ratio agnationis, ſiue maternis, in qua conſideratur conſeruatio maſculorũ, & in hoc mens teſtantium eſt conformis conſuetudini & ſtatuto excludenti fœminas ob agnatos & quæ ſit ratio excludens fœminas ibid.pulchrè & latè.*

2 *Maſculi maiora onera ſuſtinent, quàm fœminæ eisq́; ſunt digniores, & familiarum dignitatem conſeruant, rempublicam gerentes,quæ tamen fieri non poſſunt citra bona & diuitias,& hæc eſt ratio, fœminas excludendi, & maſculos admittendi.*

3 *Ratio,qua inducitur fideicommiſſum in teſtamento pro conſeruanda agnatione, hæc enim ratio eſt duplex:expreſſa & tacita, & quæ dicatur expreſſa,& quibus verbis fiat & modis, & quid faciat ac operetur fideicommiſſum & extẽdi & ampliari & nepotes, & vlteriores comprehendi,& de multis alijs operãte d.expreſſa ratione agnationis conſeruandæ,quænam ſit, & quibus modis cognoſcatur, & quòd procedat pro inducendo fideicommiſſo, & ea attendatur, ac ſi per teſtatorem eſſet expreſſa,& quod dicatur expreſſum, & de hac vide multa deducta & declarata pulchrè ibidem.cum nu.ſeq.*

4 *Ratio viua eſt anima ipſius ſcripturæ & magis conſiderata quàm verba.*

5 *Fideicommiſſum dicitur inductum & cõtinuari in agnatione, quando teſtator in fideicommiſsis vocauit maſculos vel de linea maſculina.*

6 *Ratio magis attenditur in diſpoſitione legis,& in diſpoſitione hominis magis attenditur voluntas maximè in diſpoſitione teſtatoris, in teſtamentis enim non conſideratur ratio tacita,ſed ſolùm verba.*

7 *Expreſſum videtur, vbi tacitum expreſſum ſequitur, item quod neceſſariò importatur ex verbis, & de agnatione expreſſa in fideicommiſsis, quæ neceſſariò importatur ex verbis virilis ſexus, & eſt illud, quod continetur ex natura verbi expreſsi.*

8 *Tacitum habetur pro expreſſo in vltimis voluntatibus, quæ voluntas ſolùm attenditur & allegatur in teſtamentis, quia totum facit defuncti voluntas.*

9 *Voluntas defuncti in teſtamentis totum facit,& ſola attenditur & allegatur pro ratione.*

10 *Agnatio quid ſignificat, & propriè vocatur, quæ per mares contingit, vt meos fratres ex eodem patre natos, & patruum & filium fratris,& fratres patrueles, & deinceps in infinitum.*

11 *Agnatio, verbum hoc in fideicommiſsis & vltimis voluntatibus, continet & comprehendit infraſcripta nomina & vocabula vti ſynonima, videlicet, Affines, Attinentes, Antiquitatem, Caſatam,Cippum,Cõſortes, Conſanguineos,Domum,Domeſticos,Deſcendentes, Familiam, Filium,Fratres,Gentem, Generationem, Genus, Hæredes, Lineam maſculinam,Parentes,Progeniem,Poſteros,Proſapiam, Prolem, de quibus omnibus vide in ſuis verbis proprijs ſic aſcriptis,à nume.11. ferè vſque ad finem ſolutionis.*

12 *Agnati in teſtamento expreſsi intelliguntur, qui de nuptijs legitimis contractis ſunt conſanguinei ex latere paterno quos cum teſtator vocauerit,quam conſiderationem habuiſſe cenſetur,& dicuntur vſque ad decimum gradum, ſecundum ius ciuile.*

13 *Lex magis fauet agnationi,quàm cognationi.*

14 *Affines ſi contigerit vocari ad fideicommiſſum in teſtamento,& ſi mariti & vxore cognati dicantur, pro agnatis ſumuntur,maximè cum teſtator habeat agnatos ſuos,& forſan non affines, vt fit plerunque imperitia Notariorum & quorum.*

*Item & dicuntur affines coniuncti, & propinqui etiam dicuntur.*

15 *Attinentes nempe agnati dici poſſunt, cum attinent ex parte patris teſtatoris ſintq́; ſic in teſtamento nominati, & qui ſint, ſtatur arbitrio iudicis,& qui veniant,ibidem.*

16 *Antiquitas accipèretur pro agnatione, ſi teſtator diceret in elogio ſuo,bona mea deueniant ad illos de antiquitate mea & intellige de paterna,vt ibi.*

17 *Caſata accipitur pro agnatione,vbi proximiores de caſata reperiuntur ſubſtituti,ac ſi dictum eſſet de domo.i.parentela ex parte patris.*

*Idem,ſi dictum ſit,proximiores de meo caſale ſubſtituo. Quod declara & intellige,vt ibi latius.*

18 *Fideicommiſſum,relictum proximioribus de caſata pro patruo magno, etiam Presbytero, contra amitam grauati intelligitur,exiſtentibus coniecturis, fœminas excludentibus.*

17 *Cippus domus deſignat agnationem in teſtamento nominatam,tuncq́; gradatim proximiores vocantur, & de quo cippo domus intelligendum ſit, & quomodo, ibi pulchrè habetur.*

20 *Conſortes, ad quos teſtator vult bona peruenire, ſunt & dicuntur de agnatione teſtatoris, & quomodo intelligun tur de agnatis teſtatoris & de propinquioribus, cum inter eos ſint gradus.*

21 *Conſan-*



21 *Conſanguinei alio non dicto in ſtatutis & teſtamentis cõtinent agnatos propriè & largè,quorum expreſsione videtur expreſſa ratio conſeruandæ agnationis, & vltra ſeptimum gradum non admittuntur.*

22 *Domus,dum in teſtamento exponitur, intelligitur de familia & agnatione,& quando hoc ſit, & proximiores gradatim admittuntur,vide & declara, vt ibi.*

23 *Domeſtici vocati ad fideicommiſſum intelliguntur,qui ſunt de familia.*

24 *Deſcendentes,vbi aliter non appareat teſtatoris voluntas, in ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs vocati veniunt tam de agnatione quam cognatione,nulla differentia ſexus habita,in infinitum,& eſt nomen collectiuum plurium graduum ac perſonarum, & quo ordine veniunt, etiam ex ſtatuto & vltra decimum gradum, anve requirantur, quòd ſint hæredes.*

*Et quando hæc declaratio, deſcendentes, non dicatur in infinitum,ſed tantum pro filijs ſumatur,ibidem.*

25 *Familia vocata in fideicommiſsis per teſtamenta agnationem ſignificat, licet variè accipiatur nomen hoc:hoc caſu tamẽ duobus modis accipitur iure proprio, altero paſſiuè ſeu contentiuè, quod declara,vt ibi,& quomodo in dubio accipiatur,& qui veniant,& dicantur de familia, & quomodo gradatim ſuccedant,& vſque ad quem gradum admittantur,& quid de ſucceſſoribus Regum, Ducum,& vſque ad quem gradum,&c.quòd quando ſit vocata familia teſtatoris,& quid quando ea extranei,quo modo fiat ſucceſsio, quod quomodo intelligen.ſit, ibidem latiſsimè,vbi multa & pulchra de materia,fideicommiſsi familiæ relicti,& ſub num.ſeq.*

26 *Succeſsio ab inteſtato regulariter competit,primo,deſcendentibus, ſecundo, aſcendentibus, tertio, collateralibus, qui omnes de familia dicuntur, & gradatim ſuccedunt, nec vltra decimum gradum ſit.*

*Fallit in ſucceſsionibus Regum,Ducum & Comitum,in quibus vlterior ſucceſsio:& dic,vt ibi.*

27 *Relictum factum familiæ, in dubio intelligitur de familia teſtatoris & ſua agnatione.*

*Et eſt Communis Opin.*

28 *Eligendus mandato teſtatoris,qui ſit de Turre,eligi debet, qui ſit de agnatione teſtatoris,ſi ipſe ſit de Turre, & ſint diuerſæ agnationis de Turre.*

29 *Diuiſio dicitur deſtruere.*

30 *Familia quando intelligitur ea extranei non teſtatoris,cuius appellatione venit, & tertius,cuius familiæ relictum eſt fideicommiſſum, & de caſibus conuenientibus varietati ſignificationis huius nominis.*

31 *Familiares poſſunt & eſſe extra agnationem,& qui verè ac propriè dici poſſunt tales, & qui fictè ſic dicantur, & quòd aliud ſit,eſſe familiarem, & de familia, & quis ſit in effectu familiaris.*

32 *Filius ex agnatis patri agnatus eſt proximus, & vide quid ibi dicatur.*

35 *Fratres ſunt ex agnatis, etiam ex diuerſis matribus nati, eundem tamen patrem hæredes, & ratione agnationis conſeruandæ vocantur ad fideicommiſſum à patre communi: idem in fideicommiſſo à fratre creato teſtatore, & quando hoc ſit,& de materia ibid.latè.*

34 *Gens. Generatio. Genus.* } *hæc nomina appoſita fideicommiſſo agnationem quoque deſignant,& quod verbũ, genus, ſolos agnatos, non cognatos, comprehendat & de verbo, gentis, quod verificetur in vtroque, & quod generatio dicatur ex parte patris, & quæ veniant eius appellatione,& qui dicantur de genere,vide ibidem latius,cum num.ſeq.*

35 *Fœminæ non comprehenduntur ſub appellatione, & nomine generis vel generationis,vnde non veniunt pariter nepotes ex filijs, nec pronepotes ex nepte, ſub tali appellatione in vltimis voluntatibus, niſi aliter appareat de voluntate diſponentis,& de fœmina: vide plura ibidem.*

36 *Fideicommiſſum duraturum in familia & agnatione, non progreditur ad fœminam.*

37 *Fœmina familiæ caput & finis eſt,& ſui filij nõ ſunt de ſua familia.*

38 *Hæredes nominati in ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſiue conditionaliter,ſiue diſpoſitiuè, veniunt qui ſunt deſcendentes,& non extranei hæredes etiam ſi dictum ſit, Sine hærede legitimo.*

39 *Linea maſculina in teſtamentis poſita proprie agnatos continet, qui propriè agnati tales dicuntur.*

40 *Linea diuerſimodè accipitur.*

*Primò ſimpliciter.*

*Quandoque effectiuè, vel contentiuè.*

*Quandoque defectiuè,conditionaliter.*

*Quandoque & vlt.ſucceſsiuè, ad continuandum fideicommiſſum.*

41 *Linea ſimpliciter intelligitur ex lata ſignificatione verborum de tribus lineis, Aſcendentium, Deſcendentium, & Tranſuerſalium, & in dubio intelligitur de directa, & quomodo,& vnde, & à quo initietur, ibi.*

42 *Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens,numeros diſtinguens, & de filijs fœminis de directa linea plurium fratrum vocatis ad eorum bona, quòd ſufficiat, quòd ſint de directa aliquius eorum.*

43 *Linea an accipiatur effectiuè, vel contentiuè, & quando tales dicantur,& à quo initientur.*

*Et quòd primò effectiuè ſit tenenda, vti magis conueniens proprio ſignificato,& communi vſui loquendi in materia ſtricta ſtatutorum, adeò vt patruus non dicatur de linea patris.*

*Et quòd contentiuè veniant agnati tranſuerſales, vt magis de mente teſtatoris, maximè, vbi adſit dictio, quaſcunque, de linea maſculina, ita operante fauore agnationis non obſtante linea paterna ſtriſtè intelligenda, etiam in ſtatutis & diſpoſitione teſtatoris: & quod ceſſante linea effectiuè, procedit ea contentiuè, & vt ibidem.*

44 *Linea tranſuerſalium non extenditur vltra decimum gradum.*

45 *Linea aſcendentium directa & deſcendentium,extenditur in infinitum.*

46 *Linea defectiuè quomodo ponatur,& conditionaliter, vide ibi.exemplum.*

47 *Linea dicitur deficere duobus modis,primò,cùm deſcendentes nati deficiant: ſecundò, quando nunquam naſcuntur, primo modo propriè id dicitur deficere:ſecundo modo impropriè, & vterque modus in fideicommiſsis attenditur ex veriſimili & tacita mente teſtatoris, & de ratione, cui menti ſi propriè verba non poſſunt conuenire, vt quia ſint nati & mortui,impropriè conueniant, ſufficit, ſi nunquam.ſ.ſint nati, & vt latius ibi declaratur, cum num.ſeq.*

48 *Deficere dicitur, non ſolùm per viuentium & natorum mortem, ſed etiam per non natorum,& non exiſtentium deſinentiam & carentiam.*

*Et dicitur deficere aliquid, quod non fuit.*

49 *Intellectus, l.ſi extraneus.ff.de condic.cau.dat.*

50 *Intellectus. l.ſi Titio vſufructus.ff.de conditio. & demonſtratio.*

51 *Linea maſculina ſucceſsiuè ad continuandum fideicommiſſum, exprimitur diuerſimodè,vt ibi apparet.*

52 *Linea maſculina, quando incipiat & progredi debeat, à quo, & quibus verbis,vt in ea bona permaneant, an fœmina in progreſſu.d.lineæ contineri poſsit, contentiuè, maximè, cùm ea faciat nouam lineam, & quomodo filia non comprehendatur in linea maſculina, & quare, nec neptis ex maſculo in d.linea non comprehenditur, & quando, & quomodo exponatur linea maſculina, & de hoc latius vide ibi, cum num.ſeq.*

*Linea*

53 *Linea maſculina dicitur à maſculo, vti fine quodam: ſicut familia Iulia, dicitur à Iulio, quaſi à fine quodam.*

54 *Fœmina nata ex maſculo non continetur in linea maſculina, contentiuè, cùm in ea non ſit, licet nouam faciat lineam fœmininam.*

55 *Probatio nulla maior & magis fida eſt, quàm viſus ipſe.*

56 *Linea quãdo vocatur tam maſculina, quàm fœmimna præferuntur maſculi, etiam vlterioris gradus fœminis.*

57 *Parentes ad fideicommiſſum vocati poſſunt intelligi pariter, & pro agnatis, & cognatis poſſunt accipi ſecundùm vſum communem loquendi, non extantib. maximè patre & matre, & de appellatione parentelæ & familiæ, qui veniant.*

58 *Appellatione parentelæ veniunt omnes de parentela.*

59 *Appellatione familiæ veniunt illi de familia.*

60 *Progenies dicitur propriè vltra nepotes, impropriè pro filijs, & nepotibus ſumitur in teſtamentis, eſtq́; verbum ſynonimum cum verbis proles, ſtirpes, poſteritas, & ſoboles.*

61 *Poſteri dicuntur liberi, & nati ex maſculis non fœminis.*

62 *Proſapia, idem eſt quod familia.*

63 *Proles dicitur de his omnibus, qui veniunt appellatione liberorum.*

*Et qui dicantur, de prole.*

64 *Verbum, conſeruatio & conſeruanda, poſitum cum verbis, Ratio & agnatio, ratione, ſcilicet agnationis conſeruandæ, &c. importat fideicommiſſum, tuncq́; agnatio conſeruatur, quando bona relinquentur perpetuò permanere inter agnatos, & quòd bona pro vita accipiantur, & aliqua de eis, & quando teſtator dicatur voluiſſe conſeruare agnationem ſuam, vide ibi de materia, & quibus verbis, ſiue ſit teſtator maſculus vel fœmina, ſiue parens, ſiue tranſuerſalis, & de fratre teſtator & fœmina teſtatrice, cum num. ſeq.*

65 *Bona dicuntur vita alicuius, quibus conſeruatur familiarum honeſtas, ideoq́; dantur maſculis non fœminis & quare.*

66 *Fœminæ ex agnatis deſcendentes agnatæ dicuntur, & de familia ac agnatione, & veniunt appellatione deſcendentium, & dicitur filia de deſcendentibus per lineam maſculinam, hæcq́; in fideicommiſſis procedunt, ſecùs in priuilegijs & immunitatibus, & ſimilibus materijs.*

67 *Fœminæ veniunt appellatione coniunctorum, proximorum, propinquorum, attinentium, ſuorum hæredum, ſtirpis, generationis, progeniei, & familiæ, de quibus omnibus ibidem vide pulchre, & quando non comprehenduntur ſub nominibus collectiuis, & à fideicommiſſo excludantur.*

68 *Fœmina nupta, an dicatur de domo & parentela patris.*

69 *Fœmina non venit de cippo domus.*

70 *Fœmina non venit ſub vocabulo, proximiores de agnatione.*

71 *Ratio agnationis conſeruandæ regulariter inducit fideicommiſſum pro maſculis, quod tamen limita & reſtringe aliquibus caſibus, quibus non attenditur in his conſideratio agnationis conſeruandæ, vt ibi varijs exemplis explicatur, quæ vide quoniam pulchra.*

## ¶ SOLVTIO XI.

1 OCTAVO conſequens eſt per ſupradicta, † fideicommiſſum etiam inductum, conſtitutum, ac ampliatum, &c. conſtare ex ratione agnationis conſeruandæ. Dec. conſil. 371. nume. 6. verſic. ſexto, & vltimo, Aymo conſi. 113. num. 5. conſi. 130. nume. 10. Pariſ. conſi. 26. ſub nume. 14. conſil. 41. nume. 21. 38. conſil. 42. num. 12. conſil. 90. nume. 21. cùm præced. lib. ſecundo. Alben. conſi. 51. num. 8. Ceph. conſil. 16. ad num. 43. Bero. conſil. 116. nume. ſeptimo, id autem frequenter, & ferè in omni teſtamento verſari conſpicimus, quòd de fideicommiſſis diſceptatum, & interpretatio paſſim fieri, quæritur pro agnatis, & circa agnationem, hoc ideo accidit, quia ſiue maſculus, ſiue fœmina teſtamentum faciat, vt plurimùm in inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus videntur, & leguntur vocati filij maſculi, & non fœminæ, quæ imò certa dote contentæ, mandantur ab hæreditatibus excludi, & hoc per experientiam videmus, dicit Caſtr. conſ. 91. præſuppoſito. col. fin. lib. 2. vbi maximè tradit, non tantum quandoque de agnatione, quantum de ſexu virili rationem haberi, ſequitur & comprobat Io. Mar. Rimi. conſi. 253. nu. 25. & ſeq. & Iaſ. conſil. 115. col. 6. ſub verſi. tertio principaliter. lib. 4. idem latè per Socin. Iun. conſil. 56. col. 2. lib. 4. dum enim agitur de hæreditate paterna, de agnatione ratio eſt: dum verò de hæreditate materna, tunc eſt gratia conſeruandi maſculos: vt ibi Caſtr. in fin. dicit, vel quòd mater ſic teſtando cõſiderat conſeruationem agnationis, vel familiæ ſuorum filiorum, vt etiam dicit Socin. Iun. conſ. 56. num. 3. & magis rectè, quàm intellexerit Bero. conſil. 120. nu. 13. lib. 2. aut etiam probat Grat. conſil. 26. nu. 53. lib. 1. & perſpicuè facit Fulg. conſ. 86. ex facto. col. ſecunda, verſi. cæterùm in his, quòd intellexerit de familia filiorum, & ſic ſua largo modo ſubtiliter probat Socin. conſil. 43. colum. 7. lib. 3. refert Pariſ. conſil. 88. num. 26. lib. ſecundo, vt maſculi ſint ditiores pro eorum agnatione conſeruanda, Io. Mari. Rimi. conſ. 251. nu. 14. & Rolan. à Val. conſil. 82. lib. 3. loquens in teſtamento mulieris, vnde mens huiuſmodi teſtantium fœminas excludendi conformis eſt conſuetudini, quam hodie eſſe, quòd fœminæ faciant pactum de non ſuccedendo, dicit Barto. in l. fin. col. 2. num. 8. C. de pact. de quo Roma. conſil. 22. in 2. dubit. Ceph. conſil. 138. & ſtatuto in omnibus ferè locis Italiæ vigente, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, de quo Bar. in l. Titio. §. Titio genero. num. 5. de condit. & demonſt. Alber. Bru. in tract. de ſtatu. fœmin. exclu. in art. 1. 2. & per tot. prout diſpoſitio teſtatoris præſumitur conformis diſpoſitioni ſtatuti, loquentis ab inteſtato. Bartol. & alij in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell. Alexand. conſil. 15. num. 3. lib. 4. Socin. conſil. 73. colum. ſecunda, nume. 13. lib. 4. & clarius ac notabiliter conſi. 90. colum. 2. verſic. item ratione lib. 1. & eſt generalis affectio ad agnatos, vt per eos bona extra domum non exeant Anch. cõſi. 432. B. filijs maſculis. ad fin. & pulchrè Signo. conſil. 172. col. 2. num. 4. quæ † quidem diſpoſitio fœminas excludens,
2 videtur rationem ſumere ex eo, quia maſculi maiora onera ſuſtinent. Bal. not. ex illo tex. in l. Titia cum teſtamento. §. penult. ad fin. de leg. 2. & ſunt digniores, art. l. cum pater. §. pater pluribus. eo. idem Bal. conſ. 321. Teſtator tria. verſ. ſolut. lib. 2. & Steph. de Fede. tract. de interpr. in par. vlt. num. 36. familiarumq́; dignitatem conſeruant Rempublicam ſic gerentes, vulg. l. 1. §. ſed ſi ſeruus. de vent. inſpic. & hęc circa bona & diuitias geri nequeunt, per plura alleg. ab Alber. Brun. d. tract. de ſtatu fœmin. exclud. in 3. art. & Guil. Bened. in cap. Raynut. in 1. par. verſ. duas habens filias, num. 130. & ſeq. de teſtam. Curt. Sen. conſ. 52. num. 14. & Gabri. Roma. de commu. opin. lib. 6. de ſtatutis. conclu. 6. vbi maximè ſub num. 3. congerit doct. in diſpoſitione teſtatoris, etiam loquentes cum alijs pluribus circa diuitias no. dictis per Barto. Romul. in tract. ad §. diui. in prin. quoniam de maſculis vel fœminis dubitationes plures extant, quarum ſolutiones etiam conueniunt ſequentibus dubit. præſertim 3. an dies fideicommiſſi impoſiti grauato decedẽti ſine filijs cedat per mortem grauati defuncti filia ſuperſtite, & quarto dubit. an fœmina ſit vocata & comprehenſa in fideicommiſſo, de his ergo infra ſuis locis dicendum referuo.

Nunc autem de fideicommiſſo conſtituendo & ampliando ex ratione agnationis conſeruandæ, vt præallega.



allega. Doct. dicunt, diſſoluã, tria verba hæc explicãda.

Ratio.

Agnatio.

Conſeruanda.

Nam primò † ratio iſta eſt duplex, expreſſa, & tacita.
3 Expreſſa dicitur iſta quæ legitur in teſtamento, quia teſtator voluit & iuſſit ſua bona permanere, & conſeruari in familia & agnatione, vt in præceden. ſolu. dictum eſt, & quam per teſtatorem aſſignatam, ſcilicet, vt dicta bona remaneant in domo teſtatoris, &c. ponit Caſtr. conſil. 238. Videtur dicendum ad fin. lib. ſecundo, & quam rationem teſtatoris expreſſam & finalem, vti reſpicientem commodum agnatorum, & generalem, quia ſemper militat fauor agnationis, tradit Aymo cõſ. 243. nume. 2. & 3. & Soc. in. conſil. 45. colum. ſecunda, & ſequent. ſub verſic. poſtremo iſta concluſio. lib. 3. vbi ratio talis expreſſè aſſignata generaliter dicto ampliat diſpoſitionem ad caſus & perſonas, non comprehenſas in d. l. pater. §. fundum. & ibi Barto. de l. 3. cum concord. alleg. per Pariſ. conſ. 1. num. 36. conſi. 53. num. 21. li. 3. & alibi ſæpè in ſuis conſi. in hac materia editis, vbi de cõmuni & ſolida ſententia atteſtatur per dictam rationẽ, vel cauſam, qua teſtator motus fuerit ad faciendũ fideicõmiſſa, hæc ipſa fideicõmiſſa ampliari, extendi, declarari, reſtringi, & limitari cum alijs per Hippi. Riminal. conſi. 23. num. 90. ita ex ratione expreſſa agnationis fideicommiſſum induci debet: Aymo conſilio 113. num. 5. idem, quãdo teſtator declarauit, quòd velit bona ſua in agnatione conſeruari, talem dici rationem expreſſam tenet Curt. Iun. conſi. 111. num. 11. Goz. conſi. 45. num. 8. & 14. vbi hæc expreſſa eſt, vt ſaluetur dignitas domus & generis ſui. idem per Crot. conſil. 58. num. 14. & Dec. conſ. 495. nu. 13. quæ quidem expreſſa ratio multùm facit, & maximi eſt momẽti, vltra quòd per eam inducitur abſolutum fideicõmiſſum in fauorem illorum de agnatione: Aymo conſil. 113. nu. 5. & d. conſil. 130. nu. 10. Pariſ. conſil. 5. nu. 24. li. 3. Cepha. conſilio 153. num. 48. 49. & facit illud ampliari, & extendi, vt modò dixi, & dici poteſt, quantum ſe extendit agnatio, & donec durabit: Barb. conſil. 18. colum. 5. ad fin. libr. ſecundi, facit comprehendere nepotes & vlteriores, Hipp. Riminal. conſil. 23. num. 49. non quidem per extenſionem, ſed per propriàm comprehenſionem diſpoſitionis, inducendo fideicommiſſum gradatim actiuè & paſſiuè inter illos de familia: Pariſ. conſil. 92. num. 41. & ſequent. lib. ſecundo. Tiraqu. de retrac. tit. primo. §. 20. gloſſ. prima, nu. ſecundo, operatur etiam ad interpretationem vocabu-
4 lorum, † cum viua ratio ſit anima ipſius ſcripturæ, ſic & ponitur inter illa octo ad talem interpretationem tradita per Bal. in l. fin. colum. 5. num. 36. C. de hæred. inſtitu. & magis conſideratur, quàm verba, Bart. in l. fin. in ſecunda opp. ff. de hæred. inſtit. cum ſimil. per Tiraquel. in l. ſi vnquam. ver. libertis. num. 47. de reuo. don. alibíque operatur ratio expreſſa vel adiecta: facit enim mutare proprietatem verborum & eorum proprium ſignificatum, & ampliare dictum præcedens etiam in materia ſtrictiſſimè intelligenda, in ſtatutis verbum, Inteſtatus, conuenit pupillo: Imo. in l. Centurio. col. 10. ſub num. 19. verſi. item pro hoc de vulg. hoc & in teſtamẽtis, l. ſi ſeruus. §. qui quinque. d. l. primo. & ibi Bal. Caſtr. & Imo. not. Iaſ. conſil. 23. in 3. dubit. libr. 4. Socin. conſilio 249. columna antepenult. verſi. ſecundo confirmatur. & verſi. ſequent. lib. ſecundo, Corn. conſilio 86. in ſubſcript. colum. fi. & conſ. 99. in ſubſcript. ver. & ratio. lib. primo. pro fideicommiſſo latè probat Alci. conſi. 35. num. 8. & ſequent. lib. 9. & conſi. 203. num. quinto, & ſequent. eo. Hipp. Riminal. conſi. 23. nu. 84. ſi hæc non facit, non operatur tacita agnationis ratio, in promptu eſt in ſimili reddita ratio per text. in l. ſi ita legatum. §. primo de leg. primo. in hæc verba: *Aliud eſt enim iuris, ſi quid tacitè continetur, aliud, ſi verbis exprimatur.*

Tacita verò ratio agnationis conſeruandæ in teſtamentis illa eſt, & his modis cognoſcitur, nam quando videmus teſtantes habentes filios vel nepotes, & filias vel nepotes, in vniuerſalibus inſtitutionibus & ſubſtitutionibus tam directis, quàm obliquis, & fideicommiſſarijs maſculos ponunt in conditione deficientium, & vocant, fœminas verò, vt propemodum ſemper ſit certis rebus relictis pro dotibus & omnibus ſuis legitimis, mandando ſtare tacitas & contentas, & eas prohibendo plus petere de bonis ſuis, ſic ab vniuerſali ſucceſſione excludũt: l. qui volebat. ff. de hæred. inſtitu. Oldr. conſil. 113. Quæſtio. in fin. quòd nempe videtur factum fauorę maſculorum, vniuerſaliter inſtitutorum, & ſubſtitutorum, per l. peto. in prin. de leg. 2. Bart. in l. quoties. §. ſi duo. ſupra fi. ff. de hæred. inſtit. ſequitur Dec. conſil. 242. ſub num. 4. Corn. conſi. 133. colum. 2. in princip. libr. 3. dixi conſi. 110. nume. 32. & ſequent. lib. 1. idem quando teſtator vocat fratrem, poſthabitis filiabus: Deci. conſilio 574. ſub num. 4. & tandem generalis & communis eſt ſententia Doctorum, paſſim
5 præſertim in conſilijs approbata, † quòd vbicunque vocando & diſponendo, & præcipuè in fideicommiſſis teſtator mentionem facit de maſculis, vel de linea maſculina, exinde habetur ratio tacita & præſumpta ſuæ voluntatis, quæ ſit, vt prouideatur & conſulatur ſuæ familiæ agnationi, quòd voluit teſtator ſua bona conſeruari in linea maſculina & in ſua agnatione cõtinuata ſucceſſione per fideicommiſſum, vt in mille locis, per Doct. reſponſum eſt: referam Cum. conſilio ſecundo, col. 1. ver. ſed ſi teſtator. Socin. conſil. 90. colum. 2. ver. pro hac parte. libr. primo, conſi. 12. col. 2. ſub nume. 2. conſi. 63. ſub nume. 22. lib. 3. conſilio 73. col. 3. verſic. concluditur ergo. nume. ſecundo, libr. 4. Deci conſil. 15. colum. 3. ver. teſtator ergo. & conſi. 226. ſub nume. 6. verſic. nam dum teſtator. conſil. 270. colum. ſecunda, ver. nam teſtator. conſi. 433. ſub num. 18. conſi. 545. nu. 6. dict. conſil. 574. ſub nume. 4. Iaſ. conſi. 141. colum. 8. verſic. ſeptimò prædicta. conſil. 233. col. 1. libr. 2. Pariſ. conſi. 41. nume. 38. conſilio 90. nume. 15. lib. 2. conſi. 5. num. 18. conſi. 11. nume. 17. libr. 3. & in alijs conſi. ſæpè. Ruin. conſi. 95. num. 8. conſi. 111. num. 15. lib. 2. Socin. Iun. conſilio 116. nume. primo, & ſequent. libr. tertio; Ceph. conſil. 16. nume. 44. conſil. 62. nume. 45. Bero. conſi. 85. num. 13. conſilio 102. numero 19. libro ſecundo. Neuiz. conſil. 33. nume. 6. 11. Grat. conſilio 5. num. 19. conſilio 120. nume. 36. 37. l. ſecundo, Hipp. Riminal. conſil. 21. numero 32. conſilio 23. numero 83. vbi concor. etiam colligit plures, & nume. 85. dicit, quòd procedit ſine controuerſia ratio agnationis conſeruandæ ad inducendum fideicommiſſum: ideo conſequens eſt, talem rationem agnationis conſeruandæ ita ſolam cõſiderari, præſumi, & attendi, ac ſi nominatim per teſtatorem eſſet expreſſa in teſtamento, & ex ea, non per extenſionem etiam, ſed per interpretationem intellectiuam & declaratiuam inductum extenſum, & ad vlteriores maſculos de agnatione ampliatum fideicommiſſum demonſtratur: vt alleg. Doctores vno ore dictis in locis inferunt & tenent per vulg. Gloſſ. & expreſſiùs per. Bald. Raph. Caſtr. & Iaſ. in l. quanuis. C. de fideicommiſſ. idem latè Barb. conſil. 27. colum. 9. in 3. dubit. li. 1. conſ. 18. col. 5. verſi. & adduco, li. 2. Cum conſ. 2. col. 1. ad fin. & Grat. conſil. 111. num. 11. lib. 2. Goz. conſ. 64. nu. 17. Pariſ. conſi. 20. num. 28. & ſeq. lib. 2. Crot. conſ. 1. num. 34. conſ. 253. num. 17. Cur. Iun. conſi. 125. num. 33. Io. Mar. Riminal. conſ. 550. num. 15. & Hipp. Riminal. d. conſ. 23. nu. 92.

Cum autem Doct. iſti loquantur, & ſic arguant in diſpoſitione teſtatoris, non rectè poſſet hæç communis

conclu

concluſio turbari ex, eo, quòd Curt. Iun. conſilio 35. numero 5. & Bero.conſilio. 120. ſub numero 16. libro ſecundò, dicunt hanc rationem agnationis conſeruandæ à ſolis Doctoribus eſſe conſideratam, qui ita opinari volunt, & ex eo, quòd ſicut in ſtatutis fœminas excludentibus, & maſculos admittentibus, ſola agnationis conſeruandæ ratio conſiderari nequeat, cum aliæ rationes poſſint eſſe, ſic ſtatuentium, eáque non ſit expreſſa: Barto.in l. liberorum. ſub num. 13. verb. ſignific. Alexand.conſilio 97. colum. penult. ad fin. libr.ſecundo, Dec.conſil.589.ſub num.6.Cephal.conſilio 401. numero 39.ſic videri, hanc eſſe magis Commun.Opin.ait. Anch.Regien.in quæſt.66.nu.ſecundo, par.2. ita in diſpoſitione teſtatoris à tali ratione tacita agnationis conſeruandæ non eſſe arguendum, minimèque eam haberi pro expreſſa, in ferendo tenet Dec. conſ.315. colum. 3. verſi.præterea à tali ratione, & conſil. 511. ſub nume. 6. verſicu.& quia ratio.& Bero.conſil.122.nume.6.7. lib. 2.vbi hoc fortius procedere dicit in diſpoſitio.hominis, & præcipuè in ſubſtitutione fideicommiſſaria, in qua non continentur, niſi expreſſa, per illud commune dictum Oldr.& Ioan.Andr. Socin. & Abb. quòd ſemper poteſt dici, de hoc non loquitur ſubſtitutio, vt ibi per eum, hoc etiam addito, quòd in diſpoſitione legis magis
6 attenditur ratio, † ſed in diſpoſitione hominis magis attenditur voluntas, not.dicit Bal.in l.ſi quis prioris.§.certum.num.2.in fi.C.de ſecun.nupt. in 2. lect. & maximè in diſpoſitione teſtatoris, per tex.in l.cum quidam.in fi. C.de neceſ.hæred.inſtit.fortius Bald.dicit in conſil.171. Inter illuſtrem.ad fi.lib.2.quòd in teſtamentis non conſideratur ratio tacita, ſed ſolum verba.arg.l.ſi alij.de vſu fruct.leg.

Quoniam pro reſponſione dicendum eſt, & ad Iuriſconſ.doctoreſque pertinet, defunctorum voluntates interpretari, antè dictum eſt lib.1.interpr.1.dubit.3. ſolut.8.meritò ab expreſſione qualitatis huius maſculinitatis facta in teſtamento circa vocatos in inſtitutionibus & ſubſtitutionibus cõiectant voluntates defunctorum ipſorum ad expreſſionẽ agnationis, ad quam proinde habita fuerit affectio & contemplatio, ac intentio pro ea vocanda, licet in alios verba ſint directa: l.ſi ſeruo legato.§.ſi teſtator.de leg.1.l.fideicommiſſa.§.interdum.de leg.3.cum ſimil.plenè adductis.ſup.eo.lib.1.interpr.2.dubit.2.ſolut.5.& 6.vbi latè tractaui, quantum affectio, quantúmve contemplatio polleat ad vltimarum voluntatum interpretationes, ſic qualitatem maſculinitatis à teſtatore expreſſam deſignare conſiderationem, ac rationem agnationis conſeruandæ, tenendũ eſt, & ab hac opin.quæ magis eſt communis, diſcedendum non eſt, expreſsè dicit Soc.& comprobat in l.Gallus.§.nunc.de leg.nu.7.8.de li. & poſthu. vt verè comm. opin.eſt, & approbata per tot.doct.ſupra alleg.ſimile de ratione ſtatuti non expreſſa conſeruandæ agnationis, non habenda pro expreſſa, minimè verum eſt, quòd de eo videatur commu. opin.vt dicere auſus eſt Ancha.Regien.dict.ſua quæſt.66.num.ſecundo, part.2.cum in contrarium commu. opinionem atteſtentur & probent, Curt.Iun.conſil.87. nu. quintò, & Alber. Bru. de ſtatu. fœmi.exclu.in 3.art. colum. 2. verſ. & ſic hac ſola ratione. & Alci.in dict.l. liberorum, colum. 3. his verbis. ab ea tamen argumentaria nos poſſe receptiùs eſt, ſ.talia ſtatuta & tales diſpoſitiones, excluſis fœminis, vocantes maſculos, dici factas ratione conſeruandarum agnationum: idem de communi atteſtatur & probat Dec.conſi.333. ſub num. 5. & num. 7. In fideicommiſſo dixi.conſil. 161. num. 18. lib. primo, & bone Menoch. conſi.95.num.51.52.& Hipp.Riminal.conſi.23.num. 9. Pariſ.conſ.50.nume.25.26.lib.3.expreſſum quoque dici & contineri in ſubſtitutione fideicommiſſaria id proueniens ex qualitate maſculinitatis expreſſa, probatur ex eo, quod dicit Bald. in l. fin. colum. ſecunda. num.
7 10.in 10.opp. C de hæred.inſti. vbi expreſſum † ſequitur tacitum videtur expreſſum, per l. ſi ita. §. qui filio. ff. de bon. poſ. ſecundum tabu. & quod dicit Ang. in conſil.331. an in reſtitutione ad fi. id expreſſum dici, quod neceſſariò importatur ex verbis per l.certum. ff. ſi cert. pet. & §. ſi verò expreſſim. in auth.de hæredi. & Falci.cum ali.per eum.ibi alle.ita de agnatione expreſſa habetur, quæ neceſſariò importatur ex verbis virilis ſexus, in princip.Inſti.de legi. agnat. tute. quia expreſſum dicitur, quod continetur ex natura verbi expreſſi, Ruin.conſi.76.numero fina.& conſi.132.numero. 4. lib.ſecundo.eſt enim idem, quòd teſtator diſponat expreſsè, vel, tacitè, vt Bald.not. in l. quidam cum filium fam. in tertio. not. ff. de hæred. inſti. quem ibi Imo. & alij ſequuntur, idem & ratione tacita, Cepha.conſi.153.
8 nume. 54. † vt propriè in vltimis voluntatibus tacitum habetur pro expreſſo: Bart. in l. quicquid aſtringendæ. numero.ſecundo.verſ.ergo.de verb.oblig.Gloſſ. in l. ſi legatum. de adi. leg. & alibi dictum eſt antè. at poſtremum illud conceditur de voluntate magis attendenda in diſpoſitione hominis, & præcipuè in fideicommiſſis: l.fideicommiſſa.§.idem ſi quis.& l.quiſquis.de leg.3.heredes mei.§.cum ita.ad Trebellia.l.cum virum.C.de fi-
9 deicommiſſ.cum ſim. † Quicquid enim in teſtamentis negamus aut cõcedimus, pro ratione ſolùm allegamus voluntatem defuncti: dicit Angel.in l.3.C.de inſtit.& ſubſtit.& in conſ.396.In conſultatione. col.penul.verſ. quid preterea.& facit quidem totum voluntas defuncti. l.ex facto.§.rerum autem.ff.de hæred.inſti.facit ergo & bona conſeruari in agnatione, dum qualitas in teſtamento expreſſa ſit maſculinitatis, vt præallega.Docto. probant.

10 Deinde autem verbum, agnatio, quid ſignificet, videndum eſt: namque certum eſt, agnatos dici adinuicem, qui ex perſonis virilis ſexus legitimè procreati ſunt: per text.ijſdem ferè verbis, in princip.Inſtit.de legi.agna.tute.& in princip.Inſtit.de legi.agna.ſucceſſ. & in l.ſunt autem.ff.de legi.tut.& in l.ſecunda.§.primo. de ſu.& legit.hæred.ponit Bald.in l.fina.nume.8. C.vnde legit.& latè diſcutit Curt.Iun.conſil.5.nume.vigeſimo ſecundo, & ſeq. Ita propriè agnatio vocatur, quæ per mares contingit, dicit l.non facilè.§.cognationis.in fin.ff.de gradib.affini. quam quidem adeſſe exponunt Legiſlatores inter fratres, ex eodem patre natos, & patruum, & filium fratris, & fratres patrueles inuicem, & deinceps in infinitum per lineam maſculinam, vt
11 in dictis iuribus. † Sed quoniam agnatio ex varijs vſibus per plura & diuerſa ac varia vocabula appellari contingit, vt paſſim in teſtamentis legitur, & hæc noſſe debet teſtamentorum interpres, ſimul dicit de gradibus, text. in l.Iuriſconſultus.in princip.eo.de gradi.affinit.& exorditur Stepha.Coſta.ſuo tracta.de conſanguin.& affin.in princip.quæ licèt ſynonima videantur eandem habentia ſignificationem quam habet verbum ipſum, Agnatio, & cognatio, quandoque horum tamen ſcientiam ab auctoribus probatis excerptam habere ſummoperè conducit: ea ideò, quæ mihi ſuccurrent, infrà nunc conferam ordine quodam alphabetico.

12 Agnati † igitur, cum de his in teſtamento fiat mentio, illi intelliguntur, qui de nuptijs legitimè contractis conſanguinei ſunt ex latere paterno. dicta l. non facilè. §.cognationis.de gradi.affin.in princi.& per tot.tit.Inſtitu.de legi.agnat.ſucceſſ.poſt Bald.ponit Franch.Peruſi.in cap.ſi pater.colum.penul.verſ.30.de teſtam.in 6. Lau.de Pala.tract.de ſtatu.quòd ſtanti.maſcul.nu.170. Anchar.in cap.vbicunque.col.2.de pen.in 6.Curt.Iun. dict. conſil.5.nume.22.& ſequent. & cum agnatos teſtator vocat, cenſetur potiùs habuiſſe reſpectum & conſiderationem agnationis, quàm perſonarum, quas dilexiſſe creditur propter agnationem: Ruin. conſ. 24. numero 6.7. & conſil.110.ſub num. 10. 4. Ancha. conſ. 27. non ſeruato. col. 3. ad fi. ver. hîc autem loquimur. Roma. conſ.438. col.pen. Barb.conſ.51.nu. 13. & cenſetur habuiſſe rationem naturalis coniunctionis, & iuris ſanguinis: Io.Mar.Riminal.conſ.128.nu.17. & ſequ.li.1.
13 † & nota, quòd etiam Lex magis fauet agnationi, quàm cognationi: Salyc. in l. fratres col.2.num.4. C. de inof. teſta.& dicuntur agnati vſque ad decimum gradum cõputando, ſecundùm Ius Ciuile: Bal.conſi.469.Statuto cauetur.in fin.lib.primo.

14 Affines † vbi etiam de eis fieret mentio circa fideicommiſſa, & ſi mariti & vxoris cognati dicantur, eo modo, de quo in tex. dict.l. non facilè. §. affines. ſi tamen contigerit, vocari ad fideicommiſſum affines pro agnatis, vt accidere poteſt imperitia notarij, & eo poteſt comprehendi, quòd teſtator ſuos habet agnatos, & forſan non affines venirent vtique agnati, etiam ſub lato vocabulo affinitatis, vt in l. vlt. ff. vbi pu. edu. deb. cum alijs alleg. à Tiraqu.de retract. tit. 1. §. primo, gl. 9.nume.20.vbi curam habuit allegandi plures, & Ciuilis & Canonici Iuris text. & loca ad hoc vocabulum, quam fecerint Franch.Peruſi. in dict. cap. ſi pater, col. antepen.verſic.24. & Lau. de Palati. dict. tracta. quòd ſtant.maſcu.num.164.arguendo, ne caduca fiat diſpoſitio, & ex l. fundus. de fund. inſtruct. in ſpecie facit deciſ. Bal.in l. fin.verſi.& pro hoc.C.de verb.ſigni.etenim affines etiam dicuntur coniuncti vt latè probat Soc.cõſil.57.col.pen.ver.1. enim caſu.li. 1. & propinqui dicuntur, Alci.conſ.107.num.14.li.9. bene facit tex. in l. non ideo.C.de hæred.inſti.

15 Attinentes, † quorum nominatio, vbi ſic in teſtamẽtis facta reperiretur, cùm attineat ex parte patris teſtatoris, Corn. conſi.133.col.1.ver. his tamen.li.2.nempe dici poſſunt agnati, in princip.Inſti.de l. agna.ſucceſſ.& plenè Pariſ.conſil.23.num.16. cum.ſequent.li.ſecundo.qui ſint attinẽtes, ſtatur arbitrio iudicis. idem conſi.49. nu. 12.eo. & proximiores tantum teſtatoris veniunt vt ibi, & num.20.

16 Antiquitas tunc acciperetur pro conſanguinitate, & ſic agnatione, quando in elogio teſtator, & ſi id raro accidit, diceret, Bona mea deueniant ad illos de antiquitate mea, quia antiquitas idem eſt, quòd conſanguinitas, per l.cum ſcimus.in fi.C. de agrico.& cenſi. li. 11. & ibi Gloſſ.in verſi.antiquitas, exponit, addẽdo.Paterna, ſic poſt Bal.tradunt Franch. Peruſi. d. cap.ſi pater, car. pen.ver.15.& Lau.de Palat.d.tract.quòd ſtantibus maſcul.nu.160.

17 Caſſata † etiam accipitur pro agnatione, vbi illi vel proximiores de caſata reperiũtur ſubſtituti, ac ſi de domo dictum eſſet eiuſdẽ vocabuli vulgare ſequendo, id eſt, parentela ex parte patris: Bald. in cap.innotuit. col. fin.num.16.de elect. & per Imol.in l. ex facto.ſi quis rogatus.col.8.ſub num.10.ver. ſi autem ſtatutum. ad Trebel. ſequuntur Franch. Peruſi. d. capit. ſi pater. colum. pen.ver.29.Lau.de Pala.d. tract.nu. 155. & 169. idẽ Pariſ.conſi.35.col.1.li.3.& idem, ſi dictũ eſſet, illos, vel proximiores, de meo caſale ſubſtituo.Socin.Iun.conſil.94. nu.7.li.primo.Pariſ.conſi.32.colum.ſecunda, lib. 3. hoc tamen in locis non intelligeretur, in quibus caſale appellatur locus plurium caſarum, tuguriorum, vel domorum ruſticalium ſimul poſitarum, vt in regno Neapolitano, maximè in Calabria, nec in quibus caſale appellatur prædium, vt Ferraria: ſunt enim verba ciuilia de tali caſata, de tali domo: Felin. in cap.in præſentia,
18 nume.23. de probati. ita ex facto † fideicommiſſi, relictis proximiorib. de caſata pro patruo magno etiam presbytero contra amitàm grauati, coniecturis exiſtentibus, fœminas excludentibus: reſpondi & obtinui, vt conſilio 161. libr. primo.

19 Cipppus † domus vocabulũ ſubſequitur pariter deſignans agnationem, vbi in teſtamento ſit mentio de eo ſic: Talia bona perueniant ad cippum domus, intelligitur de ſtipite agnationis, quo non omnes de agnatione vocantur, ſed gradatim proximiores, ſecundùm Ang.in dict.leg. fin. in princip. C. de verb. ſignifi.& ibi ſequitur Caſtr. numero 7. & communiter Doctores approbant: vt Barb. conſil. 27. colum. 10. verſic. modò iſtud videtur. libro 1. & conſil. 18. colum. 4. ſub verſic. tertiò præmitto. libro ſecundo. & Corn. conſil. 55. col. 4. ver. attento etiam. lib.1. dicens, teſtatorem per cippum domus videri ſubſtituiſſe illos tantum de domo, in quibus conſiſtit firmamentum, ſtabilitas, & conſeruatio domus.idem conſi. 26.colum.ſecunda, in princ.& conſil.41.colum. ſecunda, & pen. lib. 4. vbi etiam ſi ſimpliciter ſubſtitueret cippum abſq; expreſſione domus, probat, intelligi non de cippo arboris, ſed domus teſtatoris: & Pariſ. conſil.53. num.28.29. lib.4. vbi per cippum domus intelligitur conſeruatio agnationis, & ſucceſſio per lineam maſculinam, & de agnatis maſculis, per Curt. Iun. conſil. 172.num.3.remiſſiuè Alber. Bru. de ſtatu.fœmi. exclu. in 12. art. in quæſt. 19. col. 1. ver. item appellatione illorum.Thob.Peruſi.conſi.34.num. 1.& conſi.76.num.29.latè ex facto reſpondi, conſi. 203. nu.2.& ſeq. lib.1.

20 Conſortes † item, ad quos teſtator bona peruenire voluit præter alias ſignificationes, appellantur illi, & ſunt de parentela, & agnatione teſta.Salyc.in l. in pen. prin.C. de contr.empti.Franch.Peruſi. d. c. ſi pater fol. pen.ver.8.de teſta.in 6.Alexand. conſi. 125. num. 1. lib. 7. In ſpecie eadem de fideicommiſſo, perueniendo ad conſortes de Tauellis intelligi de agnatis teſtatoris, reſpondetur Rui.conſil.24.num. 5. lib. ſecundo, & Goz. conſil. 79. num. 4. & intelligitur de propinquioribus teſtatoris, cum inter conſortes ſint gradus, & affectio teſtatoris, præſumitur ad propinquiores maior, quàm ad remotiores, in ſpecie tradit Caſtr.conſil.159.ſuper primo. in prin. lib. 1.

21 Conſanguinei † vel gradus conſanguinitatis, mẽtionem habitam in ſtatutis, & in teſtamentis, diſcurrendo loca iuris, tractantia de multiplici intelligentia huius vocabuli largè & propriè alio non dicto de cõmuni vſu intelligendi, continere agnatos, & agnationem, cõcludunt Alexandr. conſil. 153. num. 1. libr. 7. & Curt. Iun. conſil.46.num.4.Corn. conſil.21. colu. 2. verſic. tertiò videtur.& colum.ſequent.verſic. tertiò præmitto. libro primo, & conſil. 13. columna penult. libr. 2. & clariùs Bero. conſil. 83. numero 5. 6. & conſil. 95. numero 10. libro ſecundo, per expreſſionem conſanguineorum dici tanquam expreſſam rationem agnationis conſeruandæ, tenet Grat.conſil. 43. num. 19. 20. libr. primo. Aduerte, conſanguineos vltra ſeptimum gradum admitti non debere, putat Caſtr.conſil.383. notandum eſt, in fin.lib.1.ſequitur Alci.in l. pronuntiatio.in ver.agnatorum.ad fin.ff.de ver. ſignificat.etiamſi iuriſperitus ſit, qui legat conſanguineis, intelligitur de conſanguineis omnib.qui ſint de ſanguine, ſiue de genere, ſecundum communem vſum loquendi, adducendo notab.rationẽ quia licet ſciendum ſit vt pauci, tamen loquendum eſt, vt plures, ſeu multi: dicit Alber.in l.ſi is, qui nepotem.in fin. ff.de adopti.

22 Dominus † in propoſita ſpecie, dum ita in teſtamentis exprimitur, ſubſtitui illos, vel proximiores de domo, aut bona perueniant ad illos, vel ad proximiores de domo, exponitur interpretatione intellectiua pro familia, & ſic pro agnatione: vt ſunt notæ deciſ. Bartõ. in l. prima in princ.ff. ad Silla. in l. pronuntiatio. §. familiæ.de verb.ſignific. & in l. ſi cognatis.in fin. de reb. dub.& Alexand.conſ.213.num.3.lib.6.Capra conſi.90.

num. 4.& Corn.conſil.217.colum. 2.verſic. his tamen.
& colum. 3. verſic. reiectis autem.lib.2.& conſil. 26.
colum.1.& conſilio 41. colum.3.lib. 4. cum maximè
ponitur in ſingulari. idem Corn. conſilio 198. libr.3.
Ruin. conſilio 110. numero 14. conſilio 161. numero
4.lib.2.Goz.conſilio 45.num.9.cum ſimil.alleg.in dict.
meo conſilio 161.numero 4.29.libr.primo,& per Bero.
conſilio 96.numero 7.lib.2.& Tiraqu.de retra.titu.pri-
mo.§.1.gloſſ.nona numero 193.& per ſacram Scriptu-
ram ad Euangelium Lucæ cap.2.ibi, eò, quòd eſſet de
domo & familia Dauid,idem vbi ſimpliciter,puta, filio
decedenti ſine liberis,eſt ſubſtituta domus de Bardis,ex
ponitur,id eſt,illos de Bardis ſubſtituit.Gloſſ. & Bartol.
in l.prima.C.de conduct.libro duodecimo, intelligitur
etiam de tranſuerſalibus agnatis teſtatoris:Ancha. con-
ſilio 152.plura ſunt dubia.columna 2.& proximiores gra
datim admittuntur Cagno.in l.precib.num.297.de im-
pub.& ali.ſubſtit.

23 Domeſtici † item vocati ad fideicommiſſum intel-
liguntur,qui ſunt de familia: Bar.in d. l. 1. in princ. ad
Silla. ſequuntur Franch.Peruſi. d.c.ſi pater. col.55.verſ.
17.& Laur. de Pala. d. tract. quòd ſtanti maſcu.nume.
161.

24 Deſcendentes † inſtitutionibus fideicommiſſarijs ſæ-
piùs aſcripti & vocati, niſi voluntas teſtatoris aliter
ſe habeat, tam de agnatione, quàm cognatione nulla
ſexus differentia appellantur hi, qui deſcendunt in in-
finitum, ſicut vocabulum liberorum ſignificat. vt §.1.
in auth.de hæred.ab inteſta.l. liberorum.de verb. ſigni-
fic. ibi Alcia. colum.prima, & Franch. dict. c. ſi pater.
antepenultim.verſ.26.& Laur.de Pala.dict. tract. quòd
ſtantib.maſcu.nume.166. Alexand. conſil. nume.3. lib.
2.Socin.conſil.51.colum.fi. num.43.lib. 4. Dec. conſil.
364. nu.1.& alibi Ruin.conſi.92.nu.6. 7. lib.3. & Nat.
conſi.64.nu.6.& conſil. 431.nume.24.conſi. 417. num.
1.2.Alci.conſil.36.nume.decimo.lib. 9. eſt enim colle-
ctiuum nomen plurium graduum, & plurium perſo-
narum.Bero.conſil.102.nume.24.lib.2.Pariſ. conſil.11.
num.17.libr.3.ita,quòd teſtator mandans bona & iura
ſua remanere apud ſuos deſcendentes, vel inter ſuos
deſcendentes conſeruari, intelligitur inducere genera-
le fideicommiſſum inter ſuos deſcendentes, ſine præ-
finitione temporis, ſicut inducitur per illa verba, vo-
lens bona ſua transferri de hærede in hæredem:Cephal.
conſ.134.nume.29.& ſeq.Alci.conſil.36.nume.10.lib.9.
Bero.conſil.109.num.9.lib.2.& veniunt ſecundum or-
dinem ſucceſſionis ab inteſtato,etiam ex ſtatuto,vt latè
diſcutit Socin.conſil.51.num.19.& ſeq.lib.4.Nat.conſi.
474.nu.26.tamen vltra etiam decimum gradum, exin-
déque demonſtrari per teſtatorem noluiſſe reſeruari ius
legitimarum hæreditatum ab inteſtato, pulchrè cenſuit
Cel.Hugo.conſ.20.num.39.facit Nat.d.conſi.531.num.
ſecundo, & non requiritur, deſcendentes eſſe hæredes,
dum maximè vigeat diſpoſitio pro conſeruanda fami-
lia, & bona etiam aliunde perueniant ad eos.Nat.dicto
conſ.531.nu.18.cum ſeq.& cum ſimil.alleg.ſupra hac ea.
dubit.ſolut.10.verſic.de hærede in hæredem, niſi agen-
dum eſſet de iure quærendo deſcendentibus, quatenùs
eſſent hæredes, vt ex contractu, vel ex teſtamento, ita
cautum deprehendi poſſet, quia tunc oportet eos, &
deſcendentes & hæredes eſſe: Alc.conſil.17. Tria prin-
cipaliter.num.21.lib.9. Corn.conſ.199.col.3.ſub verſi.
his tamen libro 2.in eodem caſu.Alexand. conſi.1.num.
9.10.lib.1.Gui.Pap.q.457.ſupra fin.verſic.credo, quòd
filius.cum concord.reſpice declarationem hanc,deſcen
dentes non dici in infinitum, quando ſequitur dictio,
Ex, vt deſcendentes ex ipſis hæredibus, quia pro filijs
immediatè intelligitur per Cephal. conſil.330.nume.
40.41.

25 Familia † ad fideicommiſſa reperitur vocata, per
quàm ſæpe in vltimis voluntatibus: id namque manife-
ſtum eſt reſponſis, & veterum Iuriſconſultorum, in l.fi-
liusfamil.§.cum pater.de lega.1.in l.vnum in princip.&
ſeq.in l.peto.§.prædium.& §.fratre.in l.cum ita.§.in fi-
deicommiſſo in l.cum pater.§.libertis.de leg.2.in l.pa-
ter filium.ad leg.Falcid.& recentiorum noſtrorum ſcri-
ptis conſtat, ac magis prope rem noſtram, ex l.pronun-
ciatio.§.familiæ.in fin.ff.de verb.ſignifi. familiam ſigni-
ficare agnationem, idémque eſſe familiam, agnitio-
nem, vel domum, per dictum §.familiæ.Gloſſ.Bald. &
Caſtr.in dicto §.fratre.& alia per eum alleg.ponit Ti-
raq. de retract.tit.1.§.1.gloſſ.9.nume.193.234. Alexand.
conſil.160.nume.5.lib.2.conſil.90.nume.5.Socin. conſ.
63.colum. nona.numero 25.in verſicu.ex quibus. libro
tertio.Caſtr.conſilio 421. Quòd iſta mater. columna 3.
in princip.libro primo,Gabr.Eugub.conſilio 132. num.
59. Vnde licet nomen familiæ variè accipiatur: d.§.fa-
miliæ.ex quo ſic Barto.in l.tutelas.ff.de capi.dim.Corn.
conſ.40.col.fin.verſ.nec obſt.conſi.216.colum.2.verſi.
his tamen. lib. 2. tamen noſtram ne egrediamur ſpe-
ciem,familia pro agnatione accepta duobus modis po-
teſt intelligi.Vno, iure proprio eius, cuius cenſetur no-
minata familia, & dicitur effectiuè, ſeu actiuè, quòd fa-
milia ex eo deſcendat,& ipſe ſit cauſa efficiens & origi-
nalis, ac primus dominans, probat text.in d.§.familiæ.
verſ.iure enim proprio.& verſ.fin. vbi veniunt filij, ne-
potes, & alij deſcendentes ex eo.& per dicta l.pater fi-
lium. ad leg.Falcid.& hæc dicitur ſpecialis familia te-
ſtatoris: Pariſ.conſi.51.nume.10.lib.ſecundo,altero au-
tem modo contentiuè,ſeu paſſiuè,poteſt accipi, vt fami
lia intelligatur de omnibus agnatis, etiam tranſuerſali-
bus eius,cuius mentio familiæ habita deprehenditur,ſic
& ipſe ex eadem agnatione genitus eſt: probat idem
text.in d.§.familiæ.verſi.communi iure.& hæc de agna-
tis familiæ teſtatoris: Pariſ.d.conſil.51.nume.10.lib.2.&
alia allegando adducit Saly.inter conſi.Anch.conſil.95.
In quæſtione.col.pen.ſequitur Ruin.conſil.153.num.10.
lib.2.vbi etiam ſi in dubio familiam eſſe accipiendam
primo modo firmare videtur.ſ.de deſcendentibus ab
eo, cuius familia nominatur, & hoc caſu intelligitur
etiam de his, qui de conſanguinitate non ſunt.l.fina.C.
de verb.ſignific.Alexand.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.
ſub num.55.verſi.paſſus eſt ad Trebel.Anguiſo.Placent.
conſi.26.num.7.lib.1.in mater.vlt.volunt.vbi tradit iſto
caſu ſufficere, probare quem eſſe de familia abſque
probatione conſanguinitatis: hoc caſu intelligi debet
generalis, & in pluribus, vitio forſan impreſſoris corru-
26 pta allegatio per Gabr.Eugub.dicto conſi.132.num.59.
† hoc tamen ego firmarem coniecturis ex teſtamento
ſic dictantibus,ſin autem ſequerer communem regulam
ſucceſſionum ab inteſtato in fideicommiſſis, etiam ap-
probatam per Bartol.& alios.in l.hæredes.§.cum ita.ad
Trebell.quæ eſt primo deſcendentium, deinde aſcen-
dentium, poſtremò collateralium: auth.ceſſante.C.de
legi.hæred.cum vulga.cum omnes iſti, & deſcendentes,
& aſcendentes, & collaterales, dicantur de familia.d.
l. pronuntiatio. §.familiæ. & l.familiæ.in princip.ff.de
verbor.ſignifi.& l.fina.& ibi Docto.C.eod.ſic gradatim
debent ſuccedere, vt habetur in dicta l.fina.& in dicta
l.cum ita.§.in fideicommiſſo, & in dicta l.peto.§.fratre.
de legat.ſecundo.& in ſpecie Pariſ.conſil.22.col.penul.
num.62.63.lib.3.Nat.conſil.437.num.3.Menoch.conſi.
pro Triuult.num.230.accedat propè.quod tradit tex.in
l.1.& ibi gloſ.& Bald.in 2.lectu.nu.2.C.de ſecund.nupt.
quòd illud,quod defertur agnationi vel cognationi ali-
cuius gradatim deferri intelligitur. Non tamen admit-
tuntur vltra decimum gradum:auctor.Bald.Anch.Dec.
exceptis ſucceſſionibus Regum, Ducum, & Comitum,
& primogenij, vel maioratus à teſtato.inſtitu. quia in
his vlteriorem ſucceſſionem dari, ponit Couar.de vari.
reſolu.



reſolut.lib.3.cap.quinto.verſi.quinto hinc.vt per Guil.
de Bened.in cap.Raynutius.verſic.& vxorem, nomine
Adelaſiam.nume.92.par.1.vſque ad ſeptimum gradum,
tenet Caſtr.conſi.383.notandum eſt ad fin.lib.1.etenim
hoc vltimo contentiuè familiæ propriè, & ſecundùm
communem vſum loquendi continet agnationem.Bar.
in d.§.in fideicommiſſo.num.5.Caſtr.& ibi, nu.2.Corn.
conſi.4.col.fina.verſi.nec ob.lib.primo,Eman.Soarez.
recept.ſentent.in lit.F.num.43.Namque certum eſt,no
men familiæ collectiuum eſſe plurium perſonarum, &
plurium graduum.dicto §.familiæ.& dicta l.familiæ.&
ibi Bartol.& Alci.& Bero.conſil.102.nume.24. Ruin.
conſil.22.ſub numero decimoquarto, libro ſecundo,
Anchar.Regien.in quæſtio.72.numero 25. part. prima.
quamobrem datur vocatio ordine ſucceſſiuo, vt ibi, &
in deciſ.modò alleg.& per Cephal.conſil.386.numero
10.11.& continere quid vniuerſale, quod eſt pluſquàm
generale.Bart.in l.ſcire debemus,in princip. ſub nume.
27 primo.de verbor.obligat.atque vbi † apparet relictum
familiæ,& non dicatur cuius vel dicatur eius, ipſius, vel
ſuæ familiæ, in dubio intelligitur de familia teſtatoris,
& de ſua agnatione, vt tenent omnes, & communis eſt
opin. ſecundùm Bartol.in dict.l.peto.§.fratre.nume.1.
28 Iaſo.conſil.215.colum.prima, lib.ſecundo, & † eligen-
dus mandato teſtatoris,qui ſit de Turre, debet eligi qui
ſit de agnatione teſtatoris,ſi ipſe eſt de Turre,& ſint di-
uerſæ agnationes de Turre, tradit Alexand. conſ.213.
nume.primo.lib.6. Pariſ.conſil.primo, nume.60.lib.3.
Bero.conſil.176. nume.67. vſque ad nume.72.diſcutit
Ripa.& ita tenet in l.ex facto. in princip.nume.6.7.ad
Trebellia.iſto enim caſu familiæ teſtatoris vocatæ in-
ter iſtos de familia procedit ſucceſſio ordine proximi-
tatis gradus ſeruato, per dict. §.fratre. & dicta l.fi.C.de
verbor.ſignific.ſecùs eſt, vbi vocata ſit familia alicuius
extranei, quia omnes exiſtentes de familia, quando ce-
dit dies relicti, admittuntur nullo proximitatis gradus
diſcrimine habito, ſed æqualiter: quia ceſſat ratio con-
iunctionis perſonæ defunctæ, tenet Bartol.in l.ſi co-
gnatis, in fine de rebus dubijs, ibi Socin. ſub numero
32.ſequitur reputat notatu dignum, & comprobat, per
l.is, qui complures.de legat.3.& l.ſi quis Titio.§.fina.de
leg.ſecundo,& conſil.37.colum.ſecunda, lib.3.Hoc au-
tem procedere intelligo in fideicommiſſo ſimplici mo-
mentaneo ſemel præſtando familiæ, non ita in fidei-
commiſſo ſucceſſiuo & duraturo in familia,hoc modo,
vt permaneat in familia, vel ſemper, in perpetuum, in
infinitum conſeruetur in familia, quia tunc cenſeo fo-
re neceſſarium fideicommiſſum præſtari gradatim pro-
ximiori nominati extranei,ratione voluntatis teſtatoris
vt fideicommiſſum vtile ſit & diuturnum gradatim in
proximiorem dandum, & non in tantos pluries etiam
29 diuiſum, † cum diuiſio deſtruat per alleg. ab Aymo.
conſil.256.in princip.& in ſpecie per Caſtr.conſil.383.
notandum columna prima, verſicu.de mente verò, lib.
primo, perſcripta à me, conſil.203.num.8.9.lib.primo,
ac ratione generalitatis.dicta l.cum ita.§.in fideicom-
miſſo, & dicta l.peto.§.fratre,maximè ex temperamen-
to,ibi, in text.conſiderato,& per dicta l.fina.C.de verb.
ſignific.& per Cuma.in dicto §.in fideicommiſſo, & ibi
Caſtr.nume.tertio.Ruin.conſil.vigeſimoſecundo,num.
decimotertio lib.ſecundo, quem intelligo bene loqui
in hac ſpecie, propoſita in fideicommiſſo, duraturo in
familia,quæ ideò continent præſentes de familia,& na-
ſcituros, vt ibi per eum,& Iaſ.dicentem hoc ſummè no
tandum,in l.quoties.verſicu.ſecundo limita.C.de fidei-
30 commiſſ. † & conſequenter, vbi legatarius ſit extra-
neus,intelligitur de familia ipſius extranei, & non teſta
toris,Salic.In dicta l.quoties,nume.3.Nempe & tertius,
cuius familię relictum eſt fideicommiſſum,venit appel-
latione familiæ,per text.in dicta l.familiæ.in princip.de
verb.ſignifi.& ibi Alci.dicit, quòd nomina collectiua &
vniuerſitatum non membris ſolùm, ſed & capite con-
ſtant,ideo illud quoque comprehendere debent: & in
ſpecie firmat Ruin.conſil.101.colum.fina.lib.ſecundo.
Præterea vide caſus aliquos conuenientes varietati ſi-
gnificationis huius nominis, familiæ,per Alci.in dicta l.
pronuntiatio.in verſic.vltimo.& per Bartol.Romul.in
tract.ad §.diui.nume.102.& ſeq.

31 Familiares † etſi extra agnationem eſſe poſſint, cum
tamen in teſtamentis quandoque prælatorum familia-
res nuncupati relictis præmiantur: ita reliquit familia-
ribus ſuis quingenta diſtribuenda inter eos, vel quin-
quaginta pro quolibet eorum,quo & ordine dictionum
aſſumpto, adducor cogorq; explicare, qui dicantur fa-
miliares: ſunt enim iſti verè & propriè, quos ſuperior
circa ſe & ſui cultus cauſa tenet continuos commenſa-
les domi ſuæ exiſtentes. Cæterùm ſi aliquem duntaxat
familiarem nominat voce, vel & addo, literis, reputat,
ſibi tamen alimenta non miniſtrat,nec ſibi cultus, cau-
ſa eſt deputatus,fictè & non verè familiaris dicitur:ideò
gaudere non debet prærogatiuis familiarum,nec lega.l.
alimenta.§.libertis.in fin.de alim.& cibar.legat.ita de-
clarando probat Paul.de Caſtr.conſi.340. Præmiſſis al-
legationibus.ſub nume.ſecundo, lib.primo, & plenius
Bero.in quæſt.35.nume.3.& ibi nume.4.ſubiungit,aliud
eſt, familiarem eſſe, quia familiaris dicitur ille, qui eſt
ſeruitialis,& commẽſalis,& quodammodo ſocius, idem
Ioan.de Selua.tract.de benefic.part.3.quæſt.11.num.22.
Ioan.Staphi.de grat.& expect.§.circa nume.50.Barbat.
conſ.82.col.3.lib.4.quibus in locis etſi tractatum ſit cir
ca gratias ſummi pontificis, tamen ex his poſſe argui ad
diſpoſitionem vltimarum voluntatũ,tradit Gigas tract.
de penſ. quæſtio.27.num.5.

32 Filius † ex agnatis proculdubio patri agnatus eſt
proximus.l.filius, ff.de ſuis & legiti.hæred.& l.iuriſcon-
ſul.§.primo.de gradib.affin.& l.pater filium.ad leg.Fal-
cid.licet quidpiam maius eſſe, & ſuum dici filium ve-
lit Rebuf.in l.proximus.92.pag.558.circa med.de verb.
ſignifi.

33 Fratres † etiam abſque dubio ex agnatis ſunt ex di-
uerſis etiam matribus nati, eundem tamen patrem
habentes, dicta l.Iuriſconſul.§.cognationis.de gradib.
affin.& vocati ad fideicommiſſum ratione agnationis
conſeruandæ formatum maximè à communi patre, ſi-
mul admittuntur, per text.in l.fina.ff.ad Trebellia.
Alexand.conſilio trigeſimo, columna prima,ſub nume.
ſecundo,verſicu.tamen in hoc libro ſecundo,Ripa in l.
Lucius. colum.fina. de vulgar.& pupillari. Crot. in l.fi-
liusfami.§.diui.nume.162.de leg.primo.Dec.conſ.304.
columna prima, numero ſecundo, Bero.conſil.90.col.
fina.conſil.145.columna penultima. & fin.lib.ſecundo,
Gabri.Eugub.conſil.121.columna ſecunda, & ſequent.
Socin.Iun.conſil.66.nume.5.& per totum lib.tertio, &
eſt communis ſententia, ita ex facto reſpondi Floren-
tiæ, idem ius eſſet in fideicommiſſo creato à fratre te-
ſtatore, dummodo contractum coniecturetur pro agna
tione conſeruanda,quæ ideò facit admitti fratres teſta-
toris & vtrique coniunctos & conſanguineos tantùm,
quia omnes ſunt agnati per text. in dicto.§.cognatio-
nis, ſoláque ipſa agnatio inſpicienda eſt,pulchrè Crot.
in dicto.§.diui.num.162.Alcia.conſilio trigeſimo ſepti-
mo, tom.1.libro ſecundo, ſecùs verò dicendum eſt, ſi
frater teſtator agnationis rationem non habuerit: quia
hæredes inſtituerit fœminas, filias, vel ſorores, & eis
decedentibus ſine filijs, ſubſtituerit ſuos fratres: vt per
Pariſ.conſil.78.columna penultima, numero vigeſimo
ſeptimo, libro ſecundo, tunc enim, caſu fideicommiſ-
ſariæ ſubſtitutionis eueniente ex proximiori volunta-
te teſtatoris erga ſuos ſibi proximiores:Caſtr.conſi.159.
Super primo, in princip. lib. primo. Ruin. conſil. 141.

num.7.li.ſecundo:& ſibi ſuccedētes ab inteſtato, Barto. & alij in d.l. hæredes mei.§.cum ita ad Trebel. hic fratres vtriq; coniuncta fideicommiſſum obtinebunt, excluſis cōſanguineis,vel vterinis tantùm vt in legato fratribus facto eſt expreſſa deciſio,Pau. de Caſt.per tex.ibi in l.fin.ad fin.C.de verb.ſignifi.quam ibi ſequitur Iaſ.in colum.fin.Ruin.conſi.169. colum.3.ſub num. 7. lib. ſecundo,Pariſ.conſi.49.num.18.li.2.conſi.59.num.41. li. 3.Nam qualitas perſonæ extraneæ teſtatoris dubitationes ſucceſſionum circa perſonas vocatas, facit determinari, ſecundùm Ius commune, omni affectione ceſſante,&c.ſecundùm doctor. Petri.de Ancha.in leg. tres fratres.ff.de pact. refert & ſequitur. Socin.conſil.33. nu. 4.li.4.& Pariſ.dict.conſil.78.nu.19.lib.2.

34 Gens,Generatio,Genus,nomina hæc appoſita fideicommiſſis conſequendis, ipſam quoq; agnationem deſignant:vt l. prima, & ibi gloſſ. Barto. in fin. Alberi. in princip. Ang. in ſecundo, not. ff. de prob. dicunt verbum,Genus,comprehendere ſolos agnatos,& non cognatos,verbum autem, Gētis verificari in vtroq;,idem ponunt cum alijs ſimil. Petr.de Ancha, in ca.penul.col. ſecunda,de pœn.in 6.Franch. in cap. ſi pater.colum.55. verſic. 12.13.de teſta.& Lau.de Pala.quòd ſtant.maſcul. nume.157.158. & plenius Luc.de Pen.in l.ſiquis procurationem. colum. prima, C. de decur. lib. decimo, vbi etiam exprimit,quòd generatio dicitur ex parte patris. per dict. cap.pen.de pœn.in 6.quādo ſit mentio, de generatione,venire illos,qui deſcendunt per lineam maſculinam probat.Pariſ.conſi.93. num. 34. lib. ſecundo, Corn.conſil.190. colum.2.verſic. & ſic generatio.lib.3. vbi latè, quòd non veniunt fœminæ hunc & alios concord.ſic dicentes,allegat, Tiraqu.de retract.ti.1.§.1.glo.
35 nume. 196. fœminas † non comprehendi ſub nomine & appellatione generis, vel generationis, non allegatū Luc. de Pe.in loco per me modò alleg.quantūque profiteatur, da vnumquodque dictum omnium auctorum cumulum allegationum facere,quare non eſt fidendum generali allegationi Bero.conſi.77. num.16.li.2.dicentis,nepotes ex filia,pronepotes ex nepte, in vltimis volūtatibus dici de generatione aui & proaui,quia & Spe. per eum allega. hoc non dicit,niſi aliud appareat de intentione diſponentis.Corn.conſi.51.colum.4. ſub ver. ſed in contrarium.lib.3. & plura pro fœmina ſentiendo diſcutit,conſi. 235. lib. 4. de quo non eſt hic locus vlterius progrediendi, ſed recurrendum eſt ad Moder. in l. Gallus.§.nunc de leg. de liber. & poſthum. & ad Deci. in l. fœminæ.num.72.de reg. iur. & Cur.Iun.conſi.222.
36 nume.4.5.Niſi † quòd pro comperto tenendum eſt, fideicommiſſum ſucceſſiuum & duraturum in familia &
37 in agnatione,non progredi ad fœminam † quæ familiæ caput & finis eſt,& filij ſui non ſunt de ſua familia.l.pronunciatio,in fi.& l. ſequen.§.1.de ver. ſignifi. cum concord.per Aym conſi. 250.colum.2. verſi. ideo videmus. Adde illos de genere dici, qui ſunt conſanguinei, poſt gloſſ.ibi tradit Ange.in princip.ad fin.in auth.de inceſt. nup.inferendo,quòd ſi ſubſtituo filio meo decedenti ſine filijs omnes de genere meo, quòd vigore huius ſubſtitutionis vocantur omnes conſanguinei mei.

38 Hæredes† nominati in fideicommiſſaria ſubſtitutione,ſiue conditionaliter,vt, Si deceſſerit ſine hæredibus ſiue diſpoſitiuè, vt, Subſtituit. T. & ſuos hæredes, veniunt quidem deſcendētes,& non extranei hæredes. Ad primum eſt tex.gloſſ.& doct.in l.ex facto.§.fin.ad Trebell.etiamſi dixerit, Sine hærede legitimo.Gui.Pap. in deciſ.457.Mater.ad ſecundum eſt plena cōcordantium allegatio,per Pariſ.conſi.31.nu.45. li.2.& Gabr. Roma. de comm.opin.lib.6.tit.de ver.ſignifi.conclu.2. nu. 17. 18.de his latè ſcripſi ſupra eod.lib.interpreta. 1. dubi. 4. ſolut.quinta.& Cephal.conſ.499.num.13.& ſeq.

39 Linea † maſculina eo modo in teſtamentis,quo expreſſa inuenitur, item agnatos comprehendit ex adiectione maſculina, ex qua agnati dicuntur, vt antè probatum eſt, per l. iuriſconſultus.§. primo,de gradibus affinitatis, & in princip. Inſti. de legi. agna. ſucceſſ. vnde agnatos propriè venientes per lineam maſculinam, po-
40 nit Proſdoci.tract. de cōſangui.nu.8. verùm † linea diuerſimodè exprimitur,diuerſimodéque accipitur.

Nam quandoque,& primo ſimpliciter.

Quandoq;, & ſecundo effectiuè vel contentiuè.

Quandóq; & tertio,defectiuè conditionaliter.

Quandoque & vltimò, ſucceſſiuè ad continuandum fideicommiſſum,ſuper his longam moram non trahendo,breuiter hæc ipſa expediam.

41 Primò † ſimpliciter linea intelligitur ex lata & generali ſignificatione verborum de tribus lineis,aſcendentium,& deſcendentium, & tranſuerſalium, per text. in l. teſtamenta.ff.de gradi. affinit.probat Cuma.conſil.2. vt in exemplo, vbi per eum propoſito, quòd poſt mortem ſui hæredis ſua bona non poſſint adipiſci,vel hæreditari ,niſi per lineam maſculinā, reſpondit venire etiā tranſuerſales proximiores, in dubio tamen: & credo propriè intelligi de linea directa, & maximè, quando dictum ſit de linea Frāciſci,vel hæredis,Bald. conſ.321. Teſtamento cauetur.lib.primo,ſub alio numero,& lib. allegat.Capryc. deci.159. num.9. & plenius Bald.conſ. 334. In quæſtione,quæ vertitur,colum.fin.lib.3.quando eſt expreſſa alicuius perſonæ certa linea, vt puta Franciſci patris mei,quòd intelligatur de linea directa, initiata à dicto Franciſco adducendo prius,ibi.nu.9.quòd
42 † linea eſt collectio perſonarū,ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, numeros diſtinguens: ſic à Ioan.Andr.tract.de arbo.conſanguini. & affini.in prin. num.7.& Proſdoci.eo.tract.colum.3.num.31.& quando filiæ fœminæ directa linea plurium fratrum ſunt vocatæ ad eorum bona, ſufficit, quod ſint de directa linea alicuius eorum, vt ſubtiliter examinando probat Corn. conſil.159.colum.pen.lib.4.

43 Secundo, an † effectiuè vel contentiuè accipiatur linea, diſcutit Bal. dict. conſi.334. li.3 .& ſubſcripſit Salyc. cui adſcribitur inter conſi.Anch.conſi.95.Inquiſitione. & eſt idem cum dict.conſi.334.vbi colum. penult. dicit, effectiuè lineam patris eſſe,quæ à patre ſumit initium,& in ea eſſe ſolum deſcendētes à patre:per Bero.conſ.77. nume.decimoquinto,lib. ſecundo, contentiuè verò eſſe lineam,in qua pater continetur habēte initium à ſuperiori,faciente agnationem, & generationem patris, ſed illam primo modo effectiuè, & materialiter tenendam eſſe,ibidem dicit,vti ſenſum magis conuenientem proprio ſignificato,& communi vſu loquendi, ſequitur Ruin. conſi.153.colum. penult.num. decimo,lib.ſecundo, in materia ſtricta & exorbitante ſtatutorum: ſequitur,& comprobat Socin.conſi.trigeſimotertio, colum. quinta, ſub nume.12.lib.3.etiam poſt Barto. conſili.56. quia factum tale.lib. ſecundo,& maximè,quando teſtator capit lineam deſcenſiuè,Pariſ. conſi.74.num.32. li. 3. comprobat Aymo conſil. 252. nu. 5. allegando Corn. Iaſ. & Deci. & Alber. Brun. qui hoc modo tenent patruam non dici de linea patris.dixi conſi.59.num.14. li. primo,& Ruin.conſil.149.num.ſexto,conſil. 205.num. tertio, libro ſecundo, ita in materia ſtricta & odioſa debet fieri interpretatio,poſt Socin. tenet Dec. conſil. 379.ſub num. 4. & Cephal. conſil. 313. num. 59. 60. & Socin.Iun.conſi.97. num.65.& ſequen.li.2.Adeo,quòd in materia fauorabili, vt in fideicommiſſo pro agnatione conſeruanda talis interpretatio facienda non eſſet, ſed quod de linea etiam venirent agnati trāſuerſales eā accipiendo contentiuè, vt concludit Cum.d. conſi. ſecundo, hinc iſte intellectus lineæ contentiuæ magis de mente teſtatoris videtur Salyceto inter conſ. Anch. d. conſi.95. colum. penult. verſic.alius ergo ſenſus, maximè,



mè,quando adeſt dictio, quoſcunque, de linea maſculina:Ruin.dict.conſi.149.nume.10.lib. ſecundo,& alias indiſtinctè Socin.in l.Gallus.§.nunc de lege. ſub nume. 4.& Cephal.dict.conſil.313.nume.57.& ibi. vbi propter indefinitam idem per Gualden.de art.teſtan. tit. 5. cau. 22. in fin.quia fauor agnationis facit per lineam paternam etiam ſtrictè intelligendam,venire coniunctos,qui ſunt agnati, & attinentes patri per maſculinum ſexum, etiam in ſtatutis, Probat Pau. de Caſtr. conſil.111. Viſis & ponderatis, colum.fina. lib. primo, etiam attinentes matri per ſexum maſculinum, cum de eius hæreditate ageretur ex ſtatuto, concedente ſucceſſionem parentum deſcendentibus per lineam maſculinam: vt magis latè verba huiuſmodi intelligantur, ſecundùm quòd conuenit perſonis & materiæ,in qua proferuntnr. argu. not per.Bart.in l. tutelas. de capi.minut. tradit egregiè idem Pau.de Caſtr.conſil.91.Præſuppoſito, colum. fin. breuius in eodem caſu in conſi.40. Preſens caſus.in fin. lib.ſecundo,allegat Iaſo.in l.Gallus.§.nunc de lege.ſub num.14.de liber.& poſthu. ſic ergo dicendum eſt in diſpoſitione teſtatoris, in quo cenſetur eſſe eadem mens in conſeruatione agnationis, quæ eſt in ſtatuto. Curt. Iun. conſi.172.in fin.Dec.conſi.227.ſub num.8.& conſ. 371.ſub num.9.& Soc.Iun.conſi.181.nu.38. lib. 2. Curt. Sen.conſi.52.nume.16.17.Menoch.conſi.95. nume. 91. ita tamen ſit,quòd vbi linea recta effectiuè ceſſat locum habet contentiuè.Ceph.d. conſil. 313.nume.58. ex linea autem paterna ſcias,non contineri filiam in ſubſtitutio-
44 ne,vocāte proximum agnatum,ſecundum Bal.in conſi. 115.Super primo lib.4. poſtremò nota lineam tranſuerſalium non extēdi vltra decimum gradum † lineam verò
45 directam aſcendentium & deſcendentium, extendi in infinitum: probat Curt.Sen.conſi.52. col.11.ſub nu. 36. verſ.quia reſpondetur.

46 Tertiò † defectiuè linea ponitur & conditionaliter, quando teſtator inſtitutis hæredibus,ſine filijs, ſeu alijs, & decedenti,ſeu decedentibus, ſine filijs maſculis,ſubſtitutis inuicem ſuperſtitibus, ſeu eorum filijs maſculis, adijcit,eorum autem linea maſculina deficiente,ſubſtituit vel fœminas,vel alios.linea autem intelligitur deficere duo.mod. primo, † cum deſcendentes ex maſculis
47 inſtitutis & ſubſtitutis faciētes lineam maſculinam: per doctr. Pau.de Caſtr.in l.maritus.C. de procu. probatam ibi per Iaſ.per Alex.& Ruin.in l.Gallus.§.nunc de lege. de liber.& poſthum.& nati omnes deceſſerint, tūc propriè linea dicitur deficere per mortem facientiū ipſam lineam,vt verbum deficere exponitur per caſum mortis per gloſſ.in verſ.deficientis.in §.huic nobis. in auth. de hæred.& Falci. text. iuncta gloſſ.in l.ſi in teſtamento.de vulg.& pup.Pariſ.conſ.20.num.21.lib.3.Bero. conſ. 66. num.16.19.lib. 2. Secundo dicitur linea deficere, cum nulli deſcendentes extiterint vel fuerint nati ex dictis
48 inſtitutis,& ſubſtitutis: † quia deficere eſt,nō ſolum per viuentiū & natorum mortē,ſed etiam per non natorum, & non exiſtentium deſinentiam & carētiam.probat Bero.in conſil.66.num.16.19.repetit & conſ.102.num.18. lib.ſecundo, per l.ſecundam. ff. de præſcript. verb. l. 1. iuncta gloſſ.fin.C.de indict.vidui. toll.& l. princip.§. & cum triplici.§.ſin autem aliquid de cadu.tollen.per hęc iura & alia,dici, deficere aliquid, quod non fuit, etiam tenet Alci.conſi.41.nume.11.12.lib.nono.& Socin Iun. conſi.181.nume.23.25.lib.ſecundo,& hoc confundit,vel non veram demonſtrat conſultationem in eadem facti ſpecie ſeparatim nulla de alio facta mētione,tamē concorditer redditam ac explicatam,per Ruin.conſi.4.col. prima,& ſequent.lib.3.& Pariſ.conſi.74. colum. prima, & ſequent.lib. 3.& Alci.conſil.46.lib. 9. reſpondentes, lineam, quæ non inceperit, non poſſe dici deficere pro explenda conditione fideicommiſſi præſtandi ſub conditione præſcripta,deficiente linea,inter alias rationes, & iuris argumenta, præcipuè mouentur per text. in l.ſi extraneus.ff.de cond.ca.da. & in l. Titio vſusfructus. de conditio.& demonſt. & in l. nō poteſt videri deſijſſe. de
49 Reg.Iur.ad quæ poteſt † reſponderi, quòd dict. l.ſi extraneus in ſe continet reſponſionem, vbi, & veriſimile eſt in hunc quoque caſum, &c.& ibi gloſſ. exponit. ſaltem tacitè,& Iaſo.in ſecunda, colum.in 4. not. colligit plura iura etiam loquentia in vltimis voluntatibus de vniuerſali & tacita prouiſione teſtatoris tenenda,prout veriſimile eſt, teſtatorem apponendo conditionem deficientiæ lineæ,& ſic ad caſum non eſſentiæ,conſideraſſe caſum carentiæ lineæ, quæ nunquam extiterit, cùm vterq; caſus tendat ad non eſſentiam & priuationē. Sūt hîc repetenda, quæ latiſſimè in conditione, ſi naſcatur poſthumus, & moriatur, effectualiter verificata ſi non naſcatur,adduxit ſupra interpret.præcedent.dubit.1.ſolutio.6.verſ.iuſtius autem cum ſequentibus.

50 Et d.l.† Titio vſusfructus,non obſtat, quia continet diuerſum caſum, in quo debebat præcedere validū legatum vſusfructus ſerui, vt poſſet verificari aſcripta conditio ſubſequētis alterius legati libertatis, ſi ad eum pertinere deſiiſſet,quod verbum, pertinere, præſupponit habitum acquiſitionis iuris in legato, per l. verbum illud de verb.ſignific. cuius quidem verbi, pertinere, ſignificato ceſſante,meritò cadit ratio dict.l.Titio vſuſfruct. deſijſſe enim non videtur, quod nec incepit: ita priuatio ibi penitùs requirebat habitum eſſentialem & exiſtentem, vt demonſtrat ſignificatio dict. verbi, pertinere,non ſic dicendum eſt in fideicommiſſo, data ſub conditione deficientis lineæ, cum ea dicatur deficere, etiam quæ nunquam extiterit, vt ex locis ſupra allega. & remiſſis conſtare poteſt, & quæ potuiſſet finire, cum habuerit principium in perſona hæredis nominati: l. familiæ.de verb.ſignificati. l.ſtemmata.de gradi. affini. contra Caſtr.in d.l.maritus. firmat Iaſo.in l.2.col.74.in princ.ſub q.20.de iu.emphit.vnde ſufficit habitus principij,quòd ipſa linea ſaltem potuerat incipere per ſolu. traditam ab Imo.in d.l.Titio vſusfruct. ſequendo gloſſ. 2.in leg.3.in princ.ff.vſufructu. quēad. caue. vbi eſt text. ſecundum hanc ſententiam, & prout in ſpecie reſpōdit Alc.conſ.119.nu.7.vltim.impreſ. Vene. libro 9. idque eſſe de mente teſtatoris, liquet ex dicto Cuma.& Imo. in dict.lege.Titio vſusfruct.dicentium, illum text. eſſe contra mentem teſtatoris:ita reſpondetur ad dict.l.non poteſt videri deſijſſe, quòd hæc regula, & ſimilia iura, de non deſinentia, non deficientia, vel non priuatione eorum quæ non fuerunt, non extiterunt, procedunt ſecundum proprietatem verborum, impropriè verò & largo modo etiam dicitur deeſſe, deficere,priuari illud, quod non extitit,non habetur, & nunquā fuit, per plura iura bene probant.gloſſ.Dec.in l.non videtur rem amittere,nu.4.& Cagno.num.3.& gloſ. in d.l. non poteſt videri,de Regu.Iur.ſed mente teſtatoris, ſi propriè verba non poſſunt conuenire ſufficit, quòd impropriè conueniant:Iaſo. in lege Gallus. §. etiam columna quarta,in prima fallentia verſiculo,item quando.de liber.& poſthum.per leg. fundus, qui locatus. de fun.inſtr. l.quibus diebus.§. domus. de conditio. & demonſtratio. & lege. hęredibus.§.fin.ad Trebellia.& Baldus in l.cum virum, ſub nume.19.C.de fideicommiſſis,& ibi Salyc.ad finem Ruin. conſilio 150. numero. 13. libro ſecundo, cum concord. in triginta locis facilè reperiendis, putabat enim teſtator ex hærede inſtituto, & ex ſubſtitutis deſcendere lineam maſculinam, & penes eam ſua bona permanere,text.& gloſ.in l.Lucius.ff. de hæred.inſtitut. & ea linea deficiente,vel finita,& ſic deducta ad nō eſſe in rerum natura bona peruenire ad vltimum fideicommiſſarium,ad quod lineam defectam, vel non eſſe, ſiue propriè per mortem,ſiue impropriè, & largo modò defeciſſe, vt dicitur,quod nunquam fuit, idem eſt effectus

in ſimili. attendendus per communem omnium doctr.
in §.& quid ſi tantum.d.l. Gallus.& in l.3. C. de inſtitut.
& ſubſtitut.& veriſimile teſtatoris cogitatum eſt atten-
dendum l. cum in teſtamento, de rebus dub. ergo & li-
neam maſculinam quæ nõ fuit,defeciſſe ſat eſt,ex men-
te ipſa teſtatoris ſeruanda, cui etiam verba ſaltem im-
propriè conueniunt, vt in ſpecie probat collegi. Tici-
nen.pro Triuult.num.19.& ſeq.hanc autem ſententiam
veriorem puto, licet in cõtingẽtia facti obiter pertran-
ſierim cum Ruin. Pariſ. & Alciat. in allegatis ſuis con-
ſilijs:tamen in facto illo præcipuè monuit me, quòd te-
ſtator ex cõiecturis ibi collectis ſenſit de linea deficien-
te per mortem eorum in ea exiſtentium,& non per non
exiſtẽtiam,vt in ſimili per Alci.conſ.5.num.31.32.lib. 4.
51 Quarto & vltimo, † linea maſculina exprimitur ſuc-
ceſſiuè ad continuandum fideicommiſſum ſucceſſiuis
formulis diuerſis, prout hæc verba per lineam maſculi-
nam comprehendere hæredes in infinitum, per lineam
maſculinam exponit,Alexand.conſi.43.colum. fin. ſub
num.12.lib.3. ita quãdo teſtator mandat bona ſua con-
ſeruari in linea maſculina,vel in eis ſemper ſuccedi per
lineam maſculinam,vel ſi non remanerent hæredes,per
lineam maſculinam,ad hoc vltimo modo ibi Alexandr.
52 exemplificat, oportet ergo ſcire † quomodo hæc linea
incipere,& progredi debeat, vt in ea cõtinuent, & per-
maneãt bona. Nemo autem ignorat eius initium, quod
nempe eſt, vel à maſculo teſtatore, ſi hoc eius verba ſo-
nant,quòd dicat,ſuam vel eius lineam,gloſſ.& Imo.in l.
ex facto.in princ.ad Trebellia.vt etiam in dubio ſic te-
nendum eſſet per alleg.à Pariſ.conſi.83. colum.2. num.
53 10.lib.2.& ab Alex.conſ.213.num.1.& ſequent.lib.6. vel
à maſculo hærede,vti à fonte quodam, dicatur maſculi-
na à maſculo,ſicut familia Iulia, dicitur à Iulio, quaſi à
fonte quodam,per text.in l.pronuntiatio.in fi. de verb.
ſignifi.vt in ſimili arguit Bar.in conſ.61.quia factum ta-
le ſub num.2.col.2.tenet Paul. de Caſtr.in d. l. maritus,
col.fin.C.de procur.& Iaſ.ibi & in d.§.nũc de lege.poſt
Alexan. ibi.ſed progreſſus talis lineæ eſt in dubitatione
aliqua, quando conſtare non poteſt eam teſtatorem ex-
preſſiſſe agnationis conſeruandæ gratia,nam Alex. in d.
§.nunc de lege.dicẽdo,ſe conſuluiſſe & Iaſ.eum defen-
dendo, volunt poſſe in progreſſu dictæ lineæ maſculinæ
adeſſe fœminam, deſcendentem ex maſculo, & clarius
Soc.conſi.51.col.1.num.6.lib.4.& adducit.Pariſ.conſil.
40.colum.fin.nume.38.& ſequent. lib. ſecundo, & Ale-
xand. dict.conſil.43. colum.ſecunda, in fin.verſic. non
obſtat, qui mouentur per gloſſ. fin. in dict. §. nunc de
lege volentem ſub formula illa omnis vtilis, qui ei ſuus
hæres futurus, &c. venire neptem ex filio, cum ſit per
lineam virilem. Socin. verò in d.§.nunc de lege. num.
54 tertio, & ſequent. tenet contrarium, ſcilicet, † fœmi-
nam natam ex maſculo, non contineri in linea maſcu-
lina,maximè contentiuo modo ſumpta, quia non eſt in
tali linea, cùm faciat nouam lineam fœmina, & ille di-
catur deſcendere per lineam, qui ſit in linea. arg. l. vr-
bana prædia.§.pernoctare.de verb.ſignifi.& Ruin. in d.
§.nunc de lege.ſub nu.ſeptimo,ſequitur,quando dict.ſit
per lineam maſculinam filiam tunc non comprehendi,
& hanc vltimam ego ſequor opinionem,quam etiam in
filia deſcendente à maſculo,faciẽte caput lineæ,probat
ipſe Alexandr.dict.conſil. 43.nume.6.& quicquid dicat
Apoſtillator in eodem conſi.53.Alexand.lib.6.corrobo-
ratur hæc opinio, quòd principium & medium lineæ
huius progredi debet æqualiter, eadem qualitate con-
tinuata maſculinitatis per dictionem,per ſecundum Pa.
de Caſtr.iam allega.conſil.91.ſup.fin. verſic. filius verò.
lib.ſecundo,ſequitur Pariſ.conſil.22.nume. 45. lib.3. &
probatur per corruptionem ipſius lineæ, nam ſi quis
velit à pictore fieri totam lineam albam, & ipſe faciat
principium album,& medium nigrum, non quidem fe-
ciſſe dicetur totam lineam albam, vt patet ad ſenſum,
55 etiam viſus,† quo nulla magis fida probatio eſt.§.fi. In-
ſtit.de gradi. affini.leg.ſi irruptione. in fi.ff.fini. regund.
compluribus ad hoc collect.per Cagno.in l. prima, nu.
144.C.de ſen.quæ pro eo,quod inter.ita linea maſculi-
na habens interruptionem per fœminam, non dicetur
continuata linea maſculina, quod eſſe contra mentem
teſtatoris facile credere eſt,vnde iuridicè pro more ſuo
ex ſententia.Spec.Io.And.& Bald. dicit Aret. in dict.§.
nunc de lege.colum.fin. qualitatem maſculinam, non
videri poſſe aliud ſignificare,nec propter aliud eſſe po-
ſitam,niſi vt prouideatur deſcendentibus maſculis per
lineam maſculinam,vt pro comperto,& de plano con-
cedit Pariſ.dicto conſi.quadrageſimo,nume.43.lib. ſe-
cundo, & conſ. 47. num.68.lib.3.& conſi. vigeſimo ſe-
cundo.num.54.eo.Alc.in l.cognoſcere.§.primo,in fi.de
verb. ſignific. quando teſtator conſiderauit conſeruari
bona in familia,neptem ex maſculo in linea maſculina
non comprehendi, & plenè comprobant Bero. conſil.
116.ſub nume.9.lib.ſecundo,& Pariſ.dict.conſil.vigeſi-
mo ſecundo.nume.82.& ſequent.lib.3.Socin.Iun. conſ.
186.nume.5.& per tot.lib.ſecundo,& conſil. 69. nume.
30.lib.3.tunc enim exponitur de linea maſculina is eſſe,
qui ſit maſculini ſexus,etiam trãſuerſalis, vt egregiè de-
clarat Ruin.conſi.149.num.ſecundo,& ſequent.lib. ſe-
56 cundo,ibi vocata† linea tam maſculina,quàm fœmini-
na,præferri maſculos, etiam vlterioris gradus,fœminis,
multipliciter oſtendit, niſi contrarium poſſit apparere
ex mente teſtatoris,vt oſtendere ſatagit Cephal. conſil.
413.nume.18.& ſequent.per to.& aliqua conſi.600. nu.
31.& ſeq.Pariſ.conſi.51. num.17.& ſeq.lib.2. & hæc ſuffi-
ciant pro interpretatione verborum præmiſſorum, li-
neam maſculinam & agnationem ſignificantium.
57 Parentes † groſſo modo quandoque ad fideicommiſ-
ſa vocati poſſunt ſimiliter intelligi pro agnatis Bald. ex
text.ibi in cap.primo nume.3.quemad.feu.ad filiam per
ti. idem pro agnatis & cognatis poſſunt accipi, attento
vulgari & communi vſu loquendi.Capra.conſi.104.nu-
me.nono.Corn.conſ.57.colum.3.verſic.ſolemus.lib.ſe-
cundo,Caſtr.conſi.421. quod ita mater. colum.1.lib.1.
Aret.in c.per tuas.colum.3.ſub num.9.de probat.maxi-
mè,quando nõ extant pater & mater. Aymo conſil. 80.
num.12.Socin.Iun.conſ.94.ſub num 2, lib.1.conſi. 116.
num.4.lib.3. exinde enim appellatione illorum de pa-
59 rentela, veniunt omnes de parẽtela,† ſicut appellatio-
ne familiæ,veniunt illi de familia. Soc.conſ.37.colum.
1.lib.3.& latè Alex.in l.Gallus.§.quidam rectè num. 90.
de libe.& poſthum.
60 Progenies† proprie vltra nepotes, impropriè, pro filijs
& nepotibus,etiam appellata ſciri debet, cum de eo in
teſtamentis mentio habetur: Laur. de Pala. tract. quod
ſtanti.maſcu.nume.149.Franch.in cap. ſi pater. colum.
55.verſic.quarto,qui veniant.de teſta.in 7. Corn. conſil.
317. colum.penult.verſic.inſuper ex alio.lib.3. eſſe ver-
bum ſynonimum cum verbis,proles,ſtirpes, poſteritas,
ſoboles,tradit Curt.Iun. conſil.5. nume.40. *dixi conſil.*
61 110.nume.13. lib.primo, † Poſterorum appellatione li-
beri continentur, eſt text.& Barto.in l. quòd his §. pri-
mo,de lega.3. & nati ex maſculis, non ex fœminis ibi.
62 Alber.† Prolapia idem, quod familia continet Franch.
in dict. capi.ſi pater.verſicu. quinto, quid ſi ſiat. Pariſ.
conſ.51.num.2.& conſ.93.num.33.lib.2.
63 Proles† dicitur eſſe de his omnibus, qui veniunt ap-
pellatione liberorum; Laud. de Palla. dict. tract. quòd
ſtanti.maſcul.num.159. Eadem locutio per Franch. d.c.
ſi pater col.55.verſ.14. qui dicantur de prole. & Ancha.
in c.fin.col.2.de pen.in 6.

Verba hæc ſuprà recenſui, per quæ frequẽtius in te-
ſtamentis inueni agnatos comprehendi, cætera autem
his ſimilia ferè eadem ſcire,tradita reperiũtur poſt Bal.
per



per Franch.in d.c. ſi pater.fol.fin ,Lau.de Pala. d. tract.
quod ſtant.maſcu.poſt.num.148.& Anch.d.c. fin,col. 2.
& ſequen.& Alber.Bru. tract.de ſtatu.fœmi.exclu.art.12.
quæſt. 19. & breui compendio, Caſtr. in l.ſi quis ſuo in
prin.num 4.C.de inoffi. teſta. & Rom. in l.1.in prin. ad
Sen.conſu.Syllani.
64 Supereſt interpretari modò† verbum illud, Conſer-
uanda præmiſſum cum verbis,ratio, agnatio, ſuprà ex-
poſitis, & importat propriè fideicommiſſum: l. pater fi-
lium.in prin.de leg.3.ponit Ioan.Mari.Riminal. conſil.
27.num. 19.cum ſimil. ibi in apoſtil. ſeu addi. per Hip.
Riminal. Namq; ſcitu facile eſt, quòd agnatio tunc ve-
nit cõſeruãda, quando inter agnatos ipſos relinquendo
bona ſua, perpetuò permanere diſponit teſtator. Ete-
nim nihil commodius eſt pro agnatione conſeruanda,
quàm in ea anteceſſorum bona perpetuari iure fidei-
commiſſorum, † cum bona, quę quis habet,eius vitam
65 appellet text.in l.aduocati.in fi.C.de aduoca.diuer.iudi.
& in auth.de Trebel. circa med.ibi, *corrumpant alienas
vitas*, &c.& gloſ.in verſicu. quoniam in paucis. in auth.
de referend. ſentit & textus in cap. ſi quis obiecerit,in
quæſt.3.& in cap.verum.de iureiuran.cum alijs ſimil. re
collecta.à Tiraq.in his præ cæteris curam adhibente, in
l.ſi vnquam.verſ.bona.col.1.& ſequen.C.de reuo.dona.
eſt autem nimis euidens,manu in dies palpabilis,& ma-
nifeſtiſſima omnium ſententia,quòd familiarum hone-
ſtas diuitijs conſeruatur: Guiliel. de Benedict.in c.Ray-
nutius.part.1.in verſ.duas habens filias.num.131.& ſequ.
vbi plura dicta,de bonis maſculis ad honeſtatem digni-
tatemq; conſeruandam agnationum, & non fœminis
tranſeuntibus, & aſportantibus bona ad alienas fami-
lias, adducuntur & eadem, ac alia ſimilia per Alb. Bru.
tract.de ſtatu.fœmi.exclu.arti.3.col.2.& Pariſ.cõſ.1. nu.
28.lib.3.Cur.Seni. conſ.52. nu. 14. quæ nota ſunt, ideo
aliter non refero,& ſuperius memini hac ead.ſolut.verſ.
tacita verò ratio.

Ita ergo tunc arbitramur, Teſtatorem voluiſſe ſuam
agnationem conſeruare, vel vbi expreſſè in teſtamento
dixit,pro cõſeruatione ſuæ agnationis: Pariſ.dict. conſi.
1.num.30.31. & ſeq.& conſ.66. nu.44.lib.3. vbi per hoc
omni tẽpore caſu in omni perſona de agnatione, actiuè
& paſſiuè dicitur inductum fideicommiſſum, vt ibi per,
eum,& Caſtr.conſ.238. Videtur dicendum in fin. lib.2.
Soc.conſ.43.nu.3.5.lib.3. & hoc ex ratione expreſſa per
teſtatorem prouenit,Cur.Sen.conſ.76.ſub nu.74. verſ.
& ſic vbi ratio.Aymo conſ.113.num.3.5. vel & idem di-
cendum eſt,quando teſtator in conditione, vt ſi deceſ-
ſerit ſine filijs maſculis, aut in diſpoſitione inſtituendo,
aut ſubſtituẽdo, aut aliter vocãdo nominauit,& expreſ-
ſit maſculos, ex qualitate enim iſta maſculinitatis ex-
preſſa per teſtatorem,eius voluntatem fuiſſe, & eſſe in-
terpretamur, ſic maſculos nominaſſe, & expreſſiſſe, vt
bona ſua veniant via fideicommiſſi, & permaneant in
agnatione ſua, & nominatorum pro ea vtique con-
ſeruanda,vt eſt omni.Doctor.& commun.not. & cano-
nizata opinio in mille locis (vt antè recenſui) relata &
hoc in loco etiam ſuo reperto.quiſquis ſit teſtator, ſiue
maſculus ſiue fœmina,ſiue parens, ſiue tranſuerſalis, &
pro magna Doct. caterua ad hoc ſufficit aliquos, & re-
centiores referre: Soc.conſ.12.ſub num.2.& 13.conſ.63.
ſub num.22.verſ.quinimo ſi totus,lib.3.& conſ.73.nu.2.
lib.4.Iaſ.conſ.233.col.1.verſ.ſed iſtis,lib.2. & conſ. 108.
col.3.lib.4.Curt.Sen.conſ.76.num.18.& 75.Dec. conſi.
15.col.3.verſ.2.principaliter. conſ.227.ſub nu.6. conſil.
371.ſub nu.6.verſ.6.& vlt. vbi de fratre teſtatore. Pariſ.
conſ.11.num.17.& ſeq.conſi.18.num. 29.& ſeq. conſ.50.
num.20.& ſeq.conſ.53.num.25.& ſeq.conſ.66. num.37.
lib.3.& conſ.31.nu.18.conſ.37.nu.31.conſ.42.nu.10. cõſ.
48.nu.10.conſ.57.nu.8.9.10.conſi.63.num.14. conſ.76.
num.2.& conſi.90.num.15.lib.2.& Ruin.conſi.95.num.
8.conſil.111.num.15.conſ.141.nu. 9. lib.2. vbi in mulie-
re teſtatrice,& Aymo conſi.113.num.2.conſi. 130.nu. 9.
& Socin.Iun.conſilio 116.num.1.lib.3.conſi.66. colum.
2.lib.4.vbi in fœmina teſtatrice,Cephal.conſi.306. nu.
71.conſi.330.num.62.Alci.conſi.213.nu.10.lib. 9. Bero.
conſi.102.num.19.conſi.112.num.19.& conſi.114.num.
8.& conſi.96.nume.6.lib.2.Tob.Peruſi.conſilio 32.nu.
9.Neuiz.conſ.33.num.11,Hippol.Riminal.conſ. 23. nu.
83.& ſeq.& in muliere teſtatrice Grat.conſ. 67. lib.2.&
Rolan.à Val.conſ.82.ſub num.41.lib.3.
66 Nunc recordari non prætermittam, licet iterum for-
ſan erit dicendum alibi, quòd † & ſi fœminæ ex agnatis
deſcendẽtes agnatæ ſint, & de familia, agnationeq; di-
cantur.l.voluntas.C. de fideicommiſſ. cum concordan.
per Soc.conſ.227.col.7.& ſeq.lib.2.& Pariſ.cõſ. 23. nu.
45.lib.1.conſ.51.num. 13.& conſ.88.num.14.20.lib. 2.&
eueniant appellatione deſcendentium.Curt.Sen. conſ.
65.col.fi.Soc.conſ.51.nu.56.& col.ſequent.lib.3. vbi re-
fert,per doctiſſimos viros fuiſſe conſultum, Filiam dici
de deſcendentibus per lineam maſculinam, & puta in
fideicommiſſis hæc dicta veriſſima, quicquid dicatur
aliàs in priuilegijs & immunitatibus & ſimilibus mate-
rijs,& Bero.conſil.87.num.7.lib.ſecundo,Cephal.conſ.
386.nume.2.& Celſ.Hug.conſil.120.num. vigeſimoter-
67 tio. Idem † & fœminæ veniant appellatione coniun-
ctorum,proximiorum,propinquorum, attinentium,ſuo-
rum hæredum, ſtirpis, generationis, progeniei, & fa-
miliæ ſingula hæc probant,de coniunctis,proximis, po-
ſteris: Dec.conſi.223.nume. 1.2.3.conſil. 570. num. 9. &
ſequent.& Ruin.conſil.117. nume 14.lib.2. Socin. Iun.
conſi.13.num.17.& ſequent.lib. tertio.De attinentibus,
Pariſ.conſil.24.nume. 17.& ſequent.lib.2.De ſuis Dec.
conſil. 253. nume. 4. De hæredibus.Pariſ.conſil. 83. nu.
12.lib.2. De hæredibus & ſucceſſoribus, maximè ad ex-
cluſionem extraneorum hæredum: Bero.conſil. 110. nu.
quinquageſimo & ſeq. lib. 2. etiam ſi eſſet nupta: Ale-
xand. conſilio 56. colum. 2. nume. quarto, libro pri-
mo, De proximioribus, quòd veniat & fœmina: Ale-
xand.conſi.106.num.4.De propinquis: Dec. conſ.527.
num.5.Pariſ.conſi.20. num.18.lib. 2. Aymo conſil. 250.
col.1.de ſtirpe,generatione, progenie: Pariſ. conſil. 35.
num.6.7.8.& conſil.47.num.57.& per text.lib.3.De fa-
milia: Cephal.conſil.386.num.10.11. cum tamen fœmi-
næ aptæ non ſint, conſeruare agnationem in eis finien-
dam,transferendoq; bona in alienas familias: l.familiæ.
§.1.de verb.ſignifi.in locis ſuprà alleg.ſæpe Doct.dicũt,
& Pariſ.conſi.72. nume.25.26.lib.4. Ideò fœminæ tunc
non comprehenduntur ſub dictis, vel ſimilibus nomi-
nibus collectiuis, quando teſtator expreſſam rationem,
vel tacitam,& conſideratam agnationis conſeruãdę ha-
buit, & à fideicommiſſo ſic inducto excluduntur Bald.
Corn. Dec.& Curt. Iun. allegando comprobat Aymo
conſ.180.num.1.& conſil.306.num.5.Socin.Iun. conſil.
90. ſub num. 20. lib.primo.dixi & ego conſilio 161.nu-
mero 14.& ſequent.& per Iaſo.conſi.52.colum. 4.& ſe-
quent.lib.3.conſi.108.colum.3.& ſequent.libro 4.Crot.
conſil.48.num.39.Ruin.conſ.24.num.7.8.lib.ſecundo,
& Pariſ.conſ.57.colum.2.& conſ.63.nu. 24. & ſequent.
lib.2.& Bero.conſi.83.nu.2.lib.2. & alibi per Doct. ſup.
alleg. Item, ſub his collectiuis non comprehenduntur
fœminæ, quando adiectio hæc fuerit appoſita, ſcilicet
maſculina,vt generatio maſculina.Corn.conſi.190.co-
lum.2.ſub verſ.& ſic generatio.lib.3. Pariſ.conſi. 22.nu.
26.lib.3.Anch.conſil.359.Nos Pe. Bero. conſil. 116.ſub.
68 nu.9.lib.2.† An autem fœmina nupta dicatur de domo
& parẽtela patris,vide remiſſiuè per Roch.de Cur.tract.
de iur.patr.in verſ.competens alicui.ſub num. 2. ad fin.
69 † De cippo domus non venit fœmina: Goz. conſ. 79.
70 nu. 6.† neque ſuo vocabulo,proximiores de agnatione,
Alexand.conſ.63.

71 Hæc autem concluſio † de ratione agnationis cõſeruandæ,inducente fideicommiſſum pro maſculis, declarationes aliquas recipit.

Primò declaratur,dictam concluſionem non habere locum ſi in teſtamento conditionaliter, vel diſpoſitiuè de maſculis mentionem faciente,etiam fœminæ aliquo modo fuerit vocatæ, quæ ideo faciunt ceſſare cauſam agnationis conſeruandæ:Dec.conſil.370. ſub nu.3.verſ. ſed deuenio.Pariſ.conſ.78.nu.27.lib. 2. Alexand.conſ. 22.num.2.12.& eo dupl.conſ.128. & Aymo. conſil.250. num.1.ſeq.& conſ.306.ſuprà num.5.& infrà.

Secundò declaratur,quòd vbi poteſt apparere,teſtatorem vocando maſculos aliquo modo reſtrinxiſſe voluntatem & diſpoſitionem ſuam ad certas perſonas, per nomina propria, Ioannem, vel Franciſcum, vel appellatiua naturalia,vt filium, nepotem, fratrem, patruum, patrem,auum,vel hæredem, vel per dictiones relatiuas, vt dictos prædictos,vt ſuprà modo, quo ſuprà vltra quidem perſonas expreſſas & nominatas, & vltra modum conſtitutum non conſideratur, & non extenditur ius agnationis conſeruandæ per propagationem Alexand. conſi.180. ſub nume. 14. verſ.confirmatur,quia lib.1. & conſi.59.colum.fin.lib.3.Dec.conſil.287.nu.9.10.conſ. 409.num.7.verſ.ſed hoc in caſu noſtro.conſil.315.num. 4.conſi.511.colum.fi.conſil. 569.ſub nume. 2. verſ. non obſtat,ſi dicatur.Pariſ.conſ.31.num.19.lib.2. conſil. 72. num.36.lib.3.Alc.conſ.87.nu,10.lib.9. Ruin. conſ. 143. col.pen.num.10.lib.2.Soc.Iun.conſ.111.num.fi. & conſ. 118.num.18.lib.1.Alben. conſ.13.nu. 5. præter hoc addo. Bald.conſ.135.Præmiſſis verbis.ad fi.verſ.ſed.ſi non habet filios.lib.5. plures autem reſtrictionũ formulas vide conſideratas per Aymo conſ.98.num.6.cum ſeq.& plenius per me ſuprà lib.præceden.interpr.vlt.dubit.vlt.& ſolu.vlt.& in ſpecie in meo conſil.42.nu.27.lib.1.Idem dicendum eſt eandem procedere declarationem, quòd vltra nõ attendatur conſideratio agnationis,quando teſtator vocauit deſcendentes maſculos per lineã rectam, quòd non veniãt aſcendentes, neq; tranſuerſales agnati.Corn.Dec.Alex.in locis per me alleg. conſil.32. nu.2. 3.4.lib.1.& Socin.Iun.conſ. 108.nume.32.lib.2.& Alex. conſ.118.num.2.3.& Cephal. conſil. 510. licet in diſpoſitione ſtatutaria loquãtur promiſcuè, tamen Doct. in locis prædictis,& alibi arguunt.idem & in diſpoſitione teſtamentaria,per l.1.& ibi Bart.num.4. C.de his quib. vt indi.Dec.conſ.127. nu.8.Aym.conſ.254.num.4.

Tertiò declaratur,Non procedere prædictam cõcluſionem de conſeruanda agnatione,quando diſpoſitio & vocatio ad fideicommiſſum reperitur facta certo caſu euenientis conditionis appoſitæ, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis & defecerit hæc conditio, quòd grauatus deceſſit cum filijs maſculis,vtique ceſſat fideicommiſſum: l. pater Seuerinam.§. ita fideicommiſſo.de conditio. & demonſtratio. l. filiusfamiliãs. §.cum quis erit.de legat. 1.& l.ex facto.§.ſi quis rogatus.l.hæredes mei.§.cùm ita. l.hæredibus.§.fin.ff.ad Trebel.l.iubemus.§.ſi autem.C. eodem,& leg.generaliter.in prin.de inſtit.& ſubſtit. eo. ampliùs non attento,quòd filij, per quos defecit conditio,decedant ſine filijs:l.cum vxori.C.quãdo di.leg.ced. cum concordan.per Oldr.conſil.21. Thema tale eſt, & Dec.cõſ. 63.nu.2.3.& conſ.287.nu.1.2.& alibi per eum, & alios per me alleg.conſ.167.num.30.31.& ſeq.lib.1.eo etiam nõ attento,quòd ex parte eorum, qui ſunt ſubſtituti & vocati, teſtator ſuam extenderit locutionem ad propinquiores de ſua parentela, ſemper ſequendo de gradu in gradum, de liberis in liberos,in infinitum,quia tamen eo,cui facta eſt talis ſubſtitutio,decedẽte cum filijs,fideicõmiſſum ceſſat,vt ex facto reſpondit Alexand. conſ.139.Circa primum.lib.6. & latè Iaſ.conſ.228. col. 2.& ſequent.lib.ſecundo.Ruin. conſil.153. colum.4.nu. 5.lib. 2. & latè Cephal. conſil. 17. & aliorum.concord. ſcilicet Cur.Sen.Socin.Deci.Roland.à Val. & Burſat. memini loca citando d.meo conſil.167. ſub nu.37.verſ. tertiò dicta concluſio. Tunc ita enim fauor agnationis ex mentione maſculorum cedit voluntati teſtatorum. apparenti ex dicta conditione defecta, per text.in dicta l.pater Seuerinam.§. ita fideicommiſſo. & vltra conditionem & caſum ab ipſo teſtatore expreſſum,non habet locum,declarat Socin.conſil.116.colum.5.verſic.ſecundum verò tollitur.lib.3.Pariſ.conſil.14.num. 20. conſil. 35.num.16.& 17.conſil.63.num. decimoquinto. lib. tertio,& conſil.44. nume. 17. lib.2.Menoch.conſil. 85.nu. 102.109.Socin. Iun.conſil.118.num.17.18.lib.1.& conſ. 57.colum.fin. verſ. nec quiſquam lib. 4. Sed aduertendum eſt, declarationem hanc poſſe turbidam reddi ex coniecturis,per quas dignoſci perſuadetur filios in conditione poſitos, cenſeri in diſpoſitione vocatos, & de quibus accuratè agere profitetur Gabr. Rom.de Commun.Opin.lib.4. tit. de fideicõmiſſ. concluſ. 4. & alibi ſuo loco dicetur. Et hæc de fideicommiſſo, ex ratione agnationis conſeruandæ inducto,dixiſſe ſufficiant.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſum probatur ex cõiecturis in teſtamentis ipſis, de quibus coniecturis ibidem vide.*

2 *Mens teſtatoris eſt attendenda, collecta ex verborum conuenientia, & vide 28. illationes de tacita mente teſtatoris.*

3 *Fideicommiſſum inducitur his vocabulis ſynonymis, ex coniecturis,indicijs, argumentis,præſumptionibus, & veriſimilibus.*

4 *Fideicommiſſum quando inducitur ex coniecturis (quidquid dicant aliqui non ex eis induci) debent eſſe concludentes ipſum fideicommiſſi actum,& per quot teſtes probandum ſit,& de mente attendenda potius in teſtamento,quàm verbis, vide 17. rationes pro ea mente,quæ eſt difficilis tamen probationis,& quare, ideò coniecturis ſit eius probatio, & quare.*

5 *Probatio fit per coniecturas de his, quæ conſiſtunt in animo alicuius.*

6 *Fideicommiſſum poteſt indicijs induci & relinqui,puta nutu & ſignis ab eo,qui loqui nõ poteſt,ex aliquo accidenti impeditus, cum in fideicommiſſo qualibet indicia ſufficiant,& ſit ille ſani intellectus.*

7 *Fideicommiſſa vt inducantur quæcunque verba ſufficiunt à teſtatore prolata,modo conſtet de eius voluntate, pro qua ſeruanda vna dictio ponitur & exponitur pro alia, & de voluntate teſtatoris coniectura ſequenda:ibid.*

8 *Fideicommiſſum tacitum inducitur per coniecturas ex tacita voluntate teſtatoris, & quomodo inducatur, vide ibidem exempla,& quibus verbis,vbi latiſſimè explicatur per totam ferè ſolutionem.*

9 *Exempla,quibus dignoſci poſſunt fideicommiſſa eſſe inducta,& quibus verbis,ibiq; latiſſimè fit declaratio,per totam fere ſolutionem.*

10 *Fideicommiſſum inducitur per verba enuntiatiua de futuro,directa ad grauatum, aut per verba de præſenti, aut per verba multum prægnantia,per quæ appareat, teſtatorem voluiſſe bona ad poſteros peruenire,& quibus alijs verbis inducatur, ibidem latiſſimè declaratur.*

11 *Relictum reputatur illud in teſtamento expreſſum, & ſcriptum,quod venit in conſequentiam ad expreſſum, quando antecedens ſit neceſſarium ad poſitionem conſequentis,vel aliter, vt ibi determinatur circa hunc terminum pulchrè.*

12 *Extenſio non fit de perſona ad perſonam ex tacita mente teſtatoris,maximè ad inducendũ fideicommiſſum, etiam ex identitate rationis.*

13 *Fideicommiſſum an inductum dicatur,quando apparet, teſtatorem*



*ſtatorem prohibuiſſe in vniuerſali fideicommiſſo, ſcilicet, detractionem Trebellianicæ, & quare.*

14 *Fideicommiſſum tacitum de dando incapaci, quando vti factum in fraudem legis à fiſco ſit auferendũ: quod,quomodo conſtare poſſit, vide ibidem.*

*Et quando ſit factum de dando,cui elegerit grauatus,& non eligente recurritur ad iudicem, & facta electione de inhoneſto, poteſt iterum fieri de honeſto per iudicem,& de coniecturis probandis per teſtes ſingulares in fideicommiſſo tacito per inſtitutum reſtituendo alij, & de materia ſimili,vide ibi late,cum ſeq.num.*

15 *Rogatus reſtituere hæreditatem, cui velit, poteſt cogi ſuo iuramento reſpondere, cui reſtituere fuerit rogatus à teſtatore.*

16 *Iuramentum de tenendo occultum, non valet.*

17 *Grauatus eligere,cui de agnatione teſtatoris velit reſtituere,non eligendo,recurritur ad arbitrium boni viri,id eſt, iudicem,qui eligat,& electo indigno,alius poteſt eligi dignus per iudicem.*

18 *Electio damnata de ſpurio, poteſt iterum fieri per iudicem de honeſto.*

19 *Teſtes ſingulares probare poſſunt coniecturas in fideicommiſſo tacito alij reſtituendo per inſtitutum,& quòd in his poſſint probare voluntatem teſtatoris.*

20 *Confeſſio patris ſufficit.*

*Fallit vbi talis confeſſio vel error iuris dubij, vel facti detegitur erronea, & errore facta.*

21 *Confeſſio teſtatoris, de debito aliter non apparente, importat id deberi,& peti poteſt per fideicommiſſarium.*

## ¶SOLVTIO XII.

1 NONO principaliter † fideicommiſſum inducitur,probatur,appareréq; poteſt ex coniecturis, & hoc ferè in omni iuris reſponſo edito, per noſtros in materia fideicommiſſaria adductum reperitur: quorum numerum, vti ſyluam denſam, prætermittit Grat.conſil.5.nume.14.lib.2.vbi de his plures coniecturas adducit, principalis text.eſt in
2 l.cum proponebatur.de leg.2.& alij tex. † de mente attendenda teſtatoris,collecta ex verborum congruitate, & conuenientia.in l.vnum.§.penult.& fin.in l.cum pater.§.cum imperfecta.in l.Titia cum teſtamento.§.fin. eo.& in l.fideicommiſſa.§.hæc verba.gloſſ.in l.pater filium.§.pen.de leg.3.meminerunt,& hanc afferunt concluſionem,Alex.conſi.100.col.1.num.7.lib.4.Iaſ.conſi. 146.col.penul.verſ.tertiò & adhuc.lib.2.conſ.52. còl.4. verſi.tertiò principaliter.lib.3.Curt.Iun.conſi.54.col.2. num.6.Goz.conſi.102.num.2.Aret. conſ.37.col.penul. verſi.præterea,ſi iſta ibi,dicemus potius.Pariſ.conſil.31. num.32.conſ.37.num.39.conſi.90.num.2.& per totum. & conſ.75.nume.48.& ſequen.lib.2.conſi.6.nu.7 lib.3. Socin.Iun.conſ.158.nume.60.conſi.181.num.20.21.lib. 2.conſi.1.num.10.11.lib.3.& alibi.Grat.conſ.8.nume.9. lib.2.Crot.conſil.144.num.10.conſi.264.num.12.& ſequent.Cephal.conſi.478.nu.11.& ſeq.Anton. Gomez. in ſuo Commentar.Iur.tom.1.cap.5.de ſubſt.fideicommiſſ.ſub num.23.24.verſ.ſextus caſus. cum ſequent.vbi 28.illationes facit de tacita & præſumpta mente teſtatoris,ad inducendum fideicommiſſum, & eius modum, & effectum,& alibi per Docto.etiam relatos per Tiber. Decia. conſil. 103.nume. 43.lib.2.& Paſeth. Ferrarien. conſi.92.num.2.

3 His †autem veluti ſynonimis & promiſcuis vocabulis Doct.vtuntur ad fideicommiſſum inducendum,coniecturis,indicijs,argumentis,præſumptionibus,& veriſimilibus:de quibus & eorum probatione, effectu, & importantia, non inutiliter diſcutiendo ſcripſi ſuprà lib.1. interpr.2.dubit.1.per omnes 5.ſolu.ad quas reuidendas, cùm libuerit,reuertendum eſt.

Rem iſtam non ita amarè,& ſtrictè accipiendam cenſeo, vt aliqui volunt, fideicommiſſum non induci per tacitam voluntatem teſtatoris, ſed expreſſis verbis, & non coniecturis,niſi à lege approbatis: vt per Menoch. conſi.85.num.87 88.Rolan.à Val.conſi.97.num.15.lib.
4 3.†Concedo autem, coniecturas & præſumptiones, fideicommiſſum inducentes,debere taliter eſſe probabiles & concludentes,vt probabiliter, & neceſſariò inferant ipſum actum fideicommiſſi,dixi antè, & repeto,vt per Iaſ.in l.poteſt.col.2.nu.9.de vulg. con. 143. colum. 4.in prin.ſuprà num.4.lib.2.Alci.conſi.71.num.2.li. 9. Cephal.conſi.46.num.19.con.419.nu.62.Alben.conſ. 31.num.10.22.Deci.conſi.377.num.7.cum.ali.concord. & pulchrè ad propoſitum reſpondendò huic obiectioni Zanch.in §.cum ita.num.140.& ſequent.l.hæredes mei. ff.ad Treb.Dico quoq; has coniecturas vel debere colligi ex ſcriptis & expreſſis in teſtamẽto,& non ex phantaſia imaginari: Ripa in d.l.hæredes mei.§.cum ita. nu. 34.Pariſ.conſi.44.num.25.lib.2.excerptum eſt ex Bald. in l.1.ſub.num.10.C.de his,qui ante ap.tab.Caſtr.conſi. 264.ſub num.2.lib.2.credo.validius ex text.in l.vnum. §.pen.ibi:& cætera,quæ leguntur,cum his,quæ ſcribi debuerunt,congruant, & in l.cum pater.§. cum imperfecta.ibi,Si dicto ſcriptum congruat, de leg.2.vel debere probari coniecturas ipſas per legitimum numerum teſtium 7.conuenientem teſtamento,aut teſtium 5. numerum, conuentionem codicillis, cùm probandum ſit de voluntate diſpoſitiua, & non de aliqua declaratione: Gloſſ.Bart.Bald.& Caſtr.in d. l. cùm proponebatur. de lega.2.Ant.Gomez.d.loco ſui commen.iur.c.5.ſub nu. 24.ver.etenim cauſa.tom.1.Syl.nupt.lib.6.ſub num.15. & dixi ſuprà lib.1.d.interpr.2.dubit.1.ſolut.1.

Nam id ſatis dicatur à lege probari,cum paſſim Lex dicat,In fideicommiſſis potiùs teſtatoris voluntatem & mentẽ præcipuè inſpiciendam eſſe, & attendẽdã, quàm verba: vt l.pen.de leg.1.l.fideicõmiſſa.§.item ſi quis de lega.3.l.cum virum.C.de fideicõmiſſ.etiam,quòd verba ceſſare,& aliud ſonare videantur,tamen ille ſenſus verborum, qui poteſt colligi,cõuenire voluntati teſtatoris, accipi debet pro fideicommiſſo præſtando.l.Titia cum teſtamento.§.fi.l.vnum.§.fi.de leg.2.d.l.fideicommiſſa. §.hæc verba.& l.ſi cui legatũ.§.fi.de condit.& demõſtr. cum ſimil.ſuprà alleg.pulchrè declarat Curt.Iun.conſi. 121.num.10.& ſeq.Iaſ.conſ.140.col.pen.verſ.tertiò pro eadem parte.lib.2.Pariſ.cõſ.75.nu.50.lib.2.& Zanch.d. §.cum ita.ſub nu.145.verſ.quare meliùs.& nu.140.141.

Vnde euidens,& manifeſta ratio eſt, poſſe fideicommiſſa coniecturis, & indicijs induci, & probari: quia mens teſtatoris præcipua eſt,& magis attendenda,ac voluntas in fideicommiſſis, quæ mens & voluntas non poteſt ita videri,& cognoſci ab alijs c.Deus qui.24.quæſt. 3.latiùs dixi ſuprà lib.præced.interpr.4.in princip.& ſic eſt difficilis probationis: meritò indicijs & coniecturis eius probatio facienda ac admittẽda eſt,Pariſ.conſ.79. nume.2.lib.4.ponit Menoch.tract.de arbitr.iudi.lib.2. Centur.2.caſ.116.nu.19.addo, quæ ſcribit Luc.de Pen. in l.fin.colum.pen.verſ.ſed quomodo iſta probari.C.de præd.Curial.lib.10.& Franc.Peruſ.in c.ſiquidem ſecùs.
5 in 3.not.de procur.in 6.dicens,quòd†ea quæ conſiſtunt in animo alicuius,probantur per coniecturam.

6 Et quia † fideicommiſſum ab eo, qui potuit iam loqui,ſed accidenti impeditus,& ſani eſt intellectus,nutu, & ſignis, & ſic indicijs poteſt induci & relinquit. l.nutu, de legat.3.& ibi Bart.& l.& in epiſtola.ibi Bald.C.de fideicommiſſ. Alexand.& alij in l.diſcretis.qui teſta.fac. poſ.in l.iubemus. de teſta.conſil.40. plenè & accuratè Io.Bapt.de S.Seueri. Felin.& Fab.de Monte Subſcriben.inter conſil.Crot.conſil.417.lib.3.ſimpliciter inferendo allegant Gualden.de arte teſtan.tit.4.cau.2.in fi. Eman.Coſta in §.quid ſi tantum.in 1.par.nu.30.l.Gallus.de

lus. de liber.& poſthum.Zanch.in §.cum ita.num. 787.
in fin.hæredes mei.ad Trebel.& Ripa in l. 1.num.37.de
leg.1.per quam l. nutu.Cum.in d. l. cum proponebatur.
ſub nu.7.de l.2.dicit,in fideicommiſſo quælibet indicia
ſufficere.

7 Et quia demum ad conſtituenda † fideicōmiſſa non
ſunt certa formalia verba,ſed per quæcunque à teſtato-
re prolata verba ſatis eſſe, dummodo ex his ſua volun-
tas colligatur, & ſic per coniecturales conſequentias ad
ipſa fideicommiſſa inducenda : vt per text.in l. etiā hoc
modo.in l. & eo modo. de leg.1.in l.in legatis.C.de leg.
in l.2.com. de l.Rimi. ſen.conſi.27.num. 15. cum ſimil.
ſuprà alleg. quinimò pro ſaluanda voluntate defuncti,
de qua etiam conſtat per coniecturas, vna dictio poni-
tur,& exponitur pro alia, per gloſſ.in verſ.eas verò.in l.
eas cauſas.de condit.& demonſtr.tradit Caſt.conſ.264.
Videtur dicendum ſub num.1.verſi. ſed in contrarium.
li.2.& Pariſ.conſi. 91.num.40. li. 2. quoniam verba ſe-
cundùm voluntatem teſtatoris exaudienda ſunt l. ſi pe-
culium.§.ſi ſeruus.de pecul.& voluntas teſtatoris etiam
coniecturata ſequenda eſt intentione principis:Saly. in
authent.hoc locum.in fin.C.ſi ſecundo nupſ.mul.

8 Tacitum ergo † fideicommiſſum appellatur hoc per
coniecturas ex tacita volūtate teſtatoris inductū. Guid.
Pap. in quæſt.469.Caſtr. conſi.396. Præmittenda. ſub
nu.1.verſ. tertiò præmittendum eſt.li.1.inducitur enim
ex conſequentia quadam & illatione,fienda ex verbis à
teſtatore expreſſè prolatis,tendentibus ad cōcluſionem
9 ſententiæ pro fideicommiſſo ipſo inducēdo,† vt his,vel
ſimilibus exemplis percipi, & dignoſci poteſt, quæ per
Leges,& Doct.tradita reperiuntur.

Primò pone,quod maritus,vt ſæpe euenit, relicta ſo-
la legitima filijs inſtituens vxorem hæredem dixit, Se
benè confidere vxorem ſuam omnia bona per eam ac-
cepta ſuis filijs conſeruaturam & reddituram fore, hæc
verba fideicommiſſo accipienda ſunt, quo vxor graua-
ta cenſetur reſtituere mariti hæreditatem filijs,per text.
in d.l. vnum.§.fin.de legat. 2. & ibi Bart.not.per verba
enuntiatiua de futuro, directa ad grauatū induci fidei-
10 commiſſum, † aut quòd ſint verba enuntiatiua de præ-
ſenti:Bart. Caſtr.& Imol. in d.l. cum proponebatur,aut
quòd ſint verba multum prægnantia, per quæ apparet,
teſtatorē voluiſſe ſua bona peruenire ad poſteros ſuos
& deſcendentes : ex his fideicommiſſum inducitur abſ-
que alio expreſſo grauamine : l. Pamphilo. in princ. de
leg.3. Socin.conſi. 251. colum.7. verſi. confirmatur iſta
concluſio.lib.ſecundò,Crot.conſi.48. numer.21. conſi.
144.numer. 10. vbi ex verbis his, quòd propoſiti & in-
tentionis teſtatoris fuit,& eſt,quòd eius bona & præſer-
tim domus, perpetuò ſuis deſcendētibus maſcul. vſque
in infinitum conſeruentur fideicōmiſſum,quoad omnia
bona induci,latè defendendo reſpondit & Pariſ. conſi.
79. num.7.conſ.93.nu.15.lib.2.conſi.53.nu.16.conſ.66.
nu.27.li.3.Goz.conſ.64.nu.14.

Secundò pone,quòd pater filium habet,& ex eo plu-
res nepotes,inter quos vnus eſt, quem auus ex cauſa ali-
qua plus diligit:facit teſtamentum, in quo filium hære-
dem inſtituit abſq; alia expreſſione fideicommiſſi,dan-
di nepotibus, niſi quòd ſimpliciter grauat filium, poſt
mortem debere plus relinquere illi nepoti magis dile-
cto,per hoc quidem fideicommiſſum apparet inductum
etiam pro cæteris nepotibus, detracto illo pluri expreſ-
ſè relicto alij nepoti nominato, & hoc ratione cōpara-
tiui, plus dimittentis vim & formam, poſitiui in ſubie-
cto, per text.in l. cum filius.§ pater.de leg.2. & ibi Bart.
Bald. Alber.& alij not. facit Socin.Iun. conſi.1. nu. 22.
lib.3. cuius quidē conſultationi propriè addo deciſ.text.
d. §.pater.de quo ipſe non fuit recordatus.

Tertiò pone, Teſtator mandat,hæredem ſeu legata-
riū debere cuſtodire & ſeruare bona relicta pro ſuis fi-
lijs, id pro ipſis filijs eſſe tacitum fideicommiſſum pe-
penditur : vt l. epiſtolam.§.fin.ad Trebel.l.filiā, de aur.
& arg. legat. ponit tum exemplis aliarum ſimil. legum.
Guid. Pap.in d.quæſt. 469. ex verbis Alcia. conſil. 73.
Verba teſtamenti.col.1.lib.9.

Quartò pone, Teſtator duobus hæredibus inſtitutis,
Seio,& Mæuio,ſubſtituit, ſcilicet vulgariter Mæuio Se-
pronium, demum in codicillis Sempronium in locum
partemq; Mæuij poſuit: ex hac enim duplici vocatione
Sempronij deprehenditur voluntas teſtatoris, vt omni-
modo portio,hæreditas iſta Mæuio priùs relicta perue-
niat ad Sempronium,ita pro eo valere fideicommiſſum
à Mæuio præſtandum, per caſum l. cum quis decedens.
§.Seiam. de leg.3.vbi fideicommiſſarius eſt poſitus loco
grauati:idem per tex.in l. qui quadringenta. & ibi Bart.
Bald. Ang.Imol. Alexan.nu.4.ad Trebel.& clarè Bero.
conſ. 86.num.15.li. 2.

Quintò pone, Et ſi ante dictum ſit,libet tamen repe-
tere inter ſua,quòd teſtator vult,& diſponit hæredes in-
ter ſe habētes particularia bona,& iura propria,debere
communicare ad inuicem omnia quòd exinde fidei-
commiſſum conſtitutum eſt,vt habentes bona propria,
vel iura, eorum æqualem portionem per fideicommiſ-
ſum præſtare debeant cohæredibus:per l.fin.§.Lucius.
de leg.2.l.Lucius in princ.ad Treb.Bar.in l.cum pater.
§.dulciſſimis.in fin.de l.2.Caſtr.conſ.396. Permittenda
ſunt,li.1.Curt.Iun.conſ.115.num.45.cum concord. antè
alleg.& Deci.conſ.637.ſub nu.5.verſ.2. principaliter.&
ſub num.9.

Sextò pone, Teſtator, vt euenire aliquando viſum
eſt,iure legati aliquibus reliquit bona nullo vniuerſali
hærede inſtituto,ſine quo teſtamentum corruit, quam-
obrem vt res valeat, etiam ſine inſtitutionis ſolennita-
te,legata hæc per fideicommiſſum à venientibus ab in-
teſtato relicta reputantur:tradit Bald.in l. & in epiſtola.
num.4.C.de fideicommiſſ.addo gloſſ. in l.fin.ff.de iure
codicil.Securiùs valent per clauſulam codicillarem,vel
omni modo meliore.Gualden.de arte teſtan.tit.4.cau.
1.quia etiam ſine dicta clauſula valet, vt codicillus:Bal.
conſ. 267.dicta mulier.in fin.lib.4.

Septimò pone. Quòd teſtator maſculis inſtitutis,&
ſubſtitutis hæredibus,vt fit communiter,mandat fœmi-
nas debere dotari,ex hoc tacita volūtas teſtatoris habe-
tur, fideicommiſſum inductum pro maſculis vocatis,
idq; eis dandum fore:Gui.Pap. in quæſt.299.*Teſtator.*
Dec.conſil.477.nume.3. Curt.Iun.conſil.87. colum.2.
nu.2.Crot.conſi.349.num.18.19.Aymo conſi.130.nu.4.
Iaſ. conſ.108. col.3.verſ.ſecundò principaliter.li.4.

Octauò. Vbi teſtator ex aliquo committendo, omit-
tendo,vel non obſeruando, priuat hæredem vel legata-
rium,& is non obſeruat & contra venit mandatum te-
ſtatoris,hæreditatis,vel legati,ſuccedit priuatio, ex qua
ſanè fideicommiſſum inducitur, dandum ſubſtitutis, ſi
adſint,aliâs veniētibus ab inteſtato : Barto.in l.paterfa-
miliâs. ſub num.6.& 7.ff. de hæred. inſtit. Rimin. Seni.
conſi.258. num.6. Iaſ.conſil. 124.col.3.ſub num.2. li.4.
Aret.conſi.67.colum.3.verſ.venio ad ſecundum: ita eſt
communis Doct.ſententia. Aymo conſi.1.num.6.& pro
communi ponit Clar. in ſuo §. teſtamentum. in quæſt.
69.& hoc verum eſſe poſt aditam hæreditatem:Bald. in
l.fin.ad fi.num.25.C.de fideicommiſſ.& declarat Corn.
conſil.55.colum.1.ſequent.lib.1. conſil. 158. colum.pen.
lic.4.Pariſ.conſil.91.colum.penult.& fin.lib.2. & conſi.
19.numer.135.& ſequen.eod.conſi.8.colum.fina.lib.3.&
quando vti ex inſtitutione effecta caduca,vel exhęreda-
tione ſub conditione poteſtatiua id euenire poſſit ex
mente Ang.Felin.Iaſ.Pariſ.dixi in conſ.106.numer.26.
lib.1.& Caſt.conſil.302.Viſis & diligenter conſideratis:
col.1.& ſeq.lib.1.

Nonò pone.Quòd teſtator præcipit & mandat,quòd
filiæ



filiæ ſuorum hæredum inſtitutorum, & ſubſtitutorum,
& deſcendentium maſculorum, non ſuccedant earum
parentibus, ſed ſint contentæ de certa quantitate pro
earum dotibus,vel quilibet alius ſuccedens ab inteſtato
ſit,& remaneat contentus aliqua quantitate, vel re ali-
qua,vt ſuccedens ab inteſtato,poteſt fideicommiſſo gra
uari,per l.primam.§.ſciendum, & ibi gloſſ.de leg.3. Ex
his quidem verbis habetur inductum fideicommiſſum
à tali ſic iuſſo ſe eſſe contentum re aliqua,&quicquid eſt
vltra dandum maſculis, vel quibus teſtator prouidere
voluerit:vt l.peto in prin.& ibi Bartol.& alij tradunt de
legat.2.& l.cum quis decedens.§.nuptura.& l.fideicom
miſſa.§.ſi quis ita de legat.3.ibi, per hæc verba expreſſa,
*Quoniam & illud fideicommiſſum eſſe arbitramur, contentus
eſto illa re.* exponit gloſ. finali. in l. filijs. C. fam. erciſ.
& Baldus conſil.321.teſtator tria. verſi. illa enim verba.
lib.ſecundo,de verbis,quòd debeat eſſe dote contenta,
quòd vim fideicommiſſi ſapiant:per dict.legem peto in
prin.ita ex facto reſpondi conſil.110.nume.31. verſ.exin
de autem.libr.primo, pro eadem parte reſpondit.Tob.
Peruſ.conſil.32.adde pro not.firmat & cordi tenendum
mandat,Saly.in l.quoties.col.2.nume. 5. C. famil. erciſ.

Decimò & idem eſt. Si teſtator certa re alicui relicta
vetat & prohibet eum,ne poſſit plus habere,vel petere,
pro his,vel maſculis, vel venientibus ab inteſtato, quo-
rum contemplatione poſſint comprehendi hæc verba
prolata, ideò fideicommiſſum important : Dec. conſil.
242.ſub num.50.Ruin.conſi.60.num.5. lib. 2. & dixi d.
conſ.110.num.22.& ſequent.& addo Curt.Sen.conſ.75.
col.pen.verſ.& poſito,quòd per illam inſtitutionem, &
clarè exponit Socin.conſ.21.col.fin.num.19.verſi.quin-
tò oſtenditur.lib.3.

Vndecimò pone, & conſidera : Si teſtator ordinat,
diſponit & mandat, de ſuis bonis fieri longæuam diſtri-
butionem,tranſlationem,vel conſeruationem perpetu-
am de pluribus gradibus, & perſonis ad plures perſo-
nas, & gradus,cognoſcas tu exempla, prout factum de-
derit, cum id in pagano non poſſit fieri, niſi iure, & via
fideicommiſſi, hoc ſanè fideicommiſſum inductum ap-
paret,vti antecedēs neceſſarium,ſcilicet adeſſe fideicō-
miſſum, per l. illud ff. de acquirend. hæred. & l. ad rem
mobilem.l. ad legatum,de procur. arguunt Doctores in
pleriſque locis,vt Dec. conſil. 259.colum.2.ſub num.2.
conſi.584.num.8.& conſi.637.nu.8. Pariſ. conſ. 41. nu.
23.& ſequent.conſi. 90.num.21.conſil. 91. num.26.lib.
ſecundo,conſi.11.num.21.lib. 3.Ruin.conſil.111.num.9.
10.lib.ſecundo,Curt.Iun. conſil. 112. colum. 1. num. 2.
Socin.Iun. conſil. 101. colum.2.num. 6.lib.1. Hipp.Ri-
minal.conſi.21.nu.34. facit tex.in l. cum filius. §. pater.
de legat. 2.ibi : neceſſitas quidem reſtituendi, &c. text.
gloſſ. & Doct. in l. quanuis. C. de fideicōmiſ. & in pro-
poſito Bald. not. in l.2. C.pro empto,quòd ſi probatur,
quòd teſtator mandat rem ſeruari, probatur, quòd ve-
tuit alienari,quia eadem eſt natura verborum æquipol-
11 lentium:quod eſt menti tenendum,ſecundum eum † &
in teſtamento ſcriptum, expreſſum, & relictum reputa-
tur illud, quod venit in conſequentiam ad expreſſum
per bona iura,& deciſ.probat Dec.in l.humanitatis.col.
antepenul. ſub. nu.7. verſ. ſecundò,quia. C. de impub.
& ali. ſubſtit. videmus enim in legibus etiam expreſſa
argumenta per conſequentiam:vt l.mortis.in princ.ibi:
credo per conſequentiā.ff.de pœn. & l. fin.ibi:ita, vt ex
conſequentia verborum.C. de hæred. inſti. vt bene de-
clarat Steph.de Feder.de interp.iur.par.1.ad num.71.in
9.argumento ab antecedente:& num.75.in 10.argum.à
conſequenti,& Nicol. Euerar. in Centur. ſua locorum
l.loc. 94. & loc.95.

Et hoc locum habet,quando antecedens eſt neceſſa-
rium ad poſitionem conſequentis : Rui. conſil. 114. nu.
5.lib. ſecundo, & quando ſumus in his, quæ dependent
à mera voluntate diſponentis. Bar.in dict.l. illud.Aymo
conſil. 134. nu.45.& Nicol. Euar.d. Centu.d.loc.95.ad
fin. & quando ſub onere includeretur honor ex mente
expreſſa, vel tacita teſtantis, aliàs ſimpliciter ex onere
non includitur honor : ita fideicommiſſum non valet.
per l.ab eo.C.de fideicommiſſ.Itaque hoc caſu non va-
let tale argumentum,per Bald. in d.l.fin.num.16.in 16.
opp.C.de hæred.inſtit.tenet Iaſ.conſi.143.colum.5.ver.
item illa regula.lib. ſecundo,& Zaſ.tract.de ſubſtit.cap.
5. ſub num.36.vbi ſubiūgit,& ob id iſtam Doct. qui vult
conſequens,&c.tunc habere locum,quādo par eſt ratio
vtrobique, & quando antecedens eſt omnino neceſſa-
rium, & habet locum in ordine formali de vno ad alte-
rum,ſecùs in ordine perſonali, vbi eſſet faciēda ſubau-
ditio extraneæ perſonæ,ſcilicet non expreſſæ per arg. l.
ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.in fi.de verb.obli.& l.ex
facto etiam. de hæred. inſtit. & not.in l. Gallus. in prin.
de liber.& poſthum. tradit Bald.in d.l. fin.in 16.opp.C.
de hæred.inſtit. hoc enim ei conforme eſt, quod dicit
Aret. in d.l.Gallus.§ & quid ſi tantum.colum.3. ver. ſe-
12 cundò adde,† quòd ex tacita, & præſumpta mente te-
ſtatoris,non fit extenſio de perſona ad perſonam, ſequi
tur Dec. Conſil.218. num.9.Gabr.Eugub.conſ.111.nu.
13. vbi de commun.& cum concord.ante alleg.lib.præ-
ced.interpr.3. dubit. 1. ſub verſ.commiſit,verſ.ſextò.&
interpr. 4. dubit.2. ſub verbo,Extenſam.verſi.extenſio
quoque, neque ex identitate rationis ad inducendum
fideicommiſſum fit argumentatio de perſona ad perſo-
nam:Rimin.Sen.conſi.224.num.52.

13 Duodecimò videndum eſt,† quando ſit ambiguitas,
vel dubitatio aliqua de fideicommiſſo inducto : vel de
eo maximè vniuerſali,deſideratur minor declaratio, ſi-
quidem apparet, teſtatorem prohibuiſſe detractionem
Trebellianicæ,quæ cùm non detrahatur, niſi per hære-
dem grauatum ad reſtituendum vniuerſale fideicom-
miſſum,leg. Falci.§. nunquàm.ff.ad L.Falci.& l.1.§. in-
de Neratius. ad Trebel. ideo ex tali prohibitione cōie-
ctura habetur clarior, vel declaratio de ipſo fideicom-
miſſo inducto,vt tradūt Bal.conſi.111.caſus aſſeritur ſub
verſ.& hoc maximè. ibi maximè cum prohibuerit Tre-
bellianicā.li.3.& Goz.conſ.64.ad nu.& Pariſ. conſ. 41.
nu.22.23.&26.lib.2.Soc.Iun.conſ.131.col.fin.nu.75.li.1.

14 Decimotertiò pone † in fideicommiſſo tacito dan-
do non capaci, vel alij, puta eligendo per grauatum de
agnatione teſtatoris,ſeu alia,vt ei videbitur, vel alij, de
quo non eſt incertitudo,quoad primum detegitur fidei-
commiſſum in fraudem legis,& auferēdum per fiſcum,
qui ſolus & non alius hoc caſu poſſet agere:Bald.conſil.
470.col.fin.num. 4.lib.1. & opponere Lud.Bologni.in
addi.ad conſ.13.Io.de Ana.in fin.vbi apparet cautio pri
uata per promiſſionem vel chyrographum grauati de
dando in capaci,vel ſpurio.l. in tacitis de l.1.& ibi Imo.
tenens idem ſi apparet per verbalem obligationem,vel
etiam per inſtrumentum publicum ſecretè factum, vt
etiā latè in deciſ. Delfin.per Franciſ. Marc.in quæ.257.
idem ſi de fraude talis fideicōmiſſi taciti appareret per
alias cōiecturas,de quibus agit Ludo.Bologn. conſ. 24.
15 & Io.de Ana.conſi.13.† Et rogatus reſtituere hæredita-
tē,cui velit,poteſt cogi ſuo iuramēto reſpōdere, cui re-
ſtituere fuerit rogatus à teſtatore:Bar.conſ.194.Cechus
16 de Spoleto. num. 4. quinimò iuramentum de tenendo
occultum non valet : Card.Zaba.conſi.35.refertur in d.
deciſ.Delfin.257.in fin.vide quomodo declarat Iaſ.cōſ.
110. col.1.& 2.lib.1. Quoad aliud,probatur per electio-
17 nem grauati, † qui ſi non elegerit, poteſt recurri ab ar-
bitrium boni viri, id eſt, ad iudicem,qui eligat,vt tradit
18 Bero.conſi.23. & in addit.li.2. vbi † damnata electione
de puero ſpurio per Ang.& Imo.in l.Lucius.§. in teſta-
mento. de legat.1. poſſe iterum fieri electionē de puero
honeſto, etiam per iudicem firmatur, qui electus via fi-
deicom

deicommiſſi conſequetur bona, vt ibi per l.qui filium. in princip.ff.ad Trebel.& idem in q.86.

Quoad aliud etiam habetur certitudo per coniecturas plures ſecundum contingentiam caſuum colligendas,vt per Grat.conſ.5.num.14.& ſeq.lib.2. Aym.conſ. 305.col.2.vbi coniecturas colligit ab effectu factarum ſubſtitutionum reſultante in fideicommiſſum,etiã coniecturas plures recenſet Cephal.conſ.383.nume.4. cum
19 ſeq.& per totum. † Et poſſunt probari per teſtes ſingulares in fideicommiſſo tacito, per inſtitutum reſtituendo alij,latè probat Caſtr.conſil.395.in cauſa, quæ vertitur col.2.& ſeq.lib.2.refert Aym.conſi.73.num.33. alios de teſtibus ſingularibus in his probantibus voluntatem teſtatoris concordantes retuli conſi.67.num.12.lib.1.& ex pluribus gradibus ſubſtitutionum coniectura pro vltimo gradu colligitur:vt per Gui.Pap.in quæſt.531.& ex alijs conſideratis à Pariſ.conſi.66.num.33.cum ſequent. lib.3.conſil.90.nu.15.& ſequent.lib.2.& ab Anton.Gomez ſuo comment.iur.tom.1.cap.5.de ſubſti.fideicommiſſ.ſub num.24.verſic.primò infero vſque ad num.25. ex profeſſo colligente 28.caſus, quibus ex tacita mente teſtatoris fideicommiſſa inferuntur, & per obſeruantiam grauati interpretatur adfuiſſe fideicommiſſum, ad id pone maſculos admittendo,ita quòd etiam hæres grauati non poteſt contrauenire:Pariſ.conſ.11.num.38.39. 40.lib.3.vel etiam per confeſſionem grauati exponit gloſ.in verſ.probationibus.in l.non intelligitur.§.tacitè.ff.de iure fiſ.Auguſt.Placent.in mater. vltim.volunt. conſ.15.Pariſ.conſi.75.num.52.& ſeq.& præceden.lib.2. conſil.17.num.21.22.23.lib.3.Ruin.conſi.147.colum.4. nu.9.& conſi.124.num.4.5.lib.2.vbi per confeſſionem grauati per præiudicantem ſibi & ſucceſſori, & probatur fideicommiſſum,& declaratur ambiguitas fideicommiſſariæ ſubſtitutionis,quòd teſtator intellexerit,de ma
20 ſculis in conditione poſitis.†Confeſſio enim partis ſufficit Gozad.conſ.3.num.17.Afflict.deciſ.337.num.7.facit l.2.C.de fideicommiſſ. Hoc tamen locum non habet,vbi talis confeſſio vel errore iuris dubij & intricati, de fideicommiſſo ipſo, vel errore facti, detegitur erronea, & errore facta.Curt.Iun.conſi.96.col.pen.num.6. Socin.conſ.112.col.2.nume.3.lib.1.& conſ.180.num.83. & ſeq.lib.2.& per tex.gloſſ.Doct.in l.pen.ff.de confeſ. poſui ſupra lib.præced.interpr.1.dubi.2.ſolut.vlt.in fin.
21 † Item confeſſio teſtatoris de debito aliter non apparente importat, id deberi, & peti poſſe per fideicommiſſum.l.Lucius.§.quiſquis.il 2.de leg.2.l.cum quis decedens.§.codicillis.& ibi Bar.& Alber.de leg.3.

## ¶SOLVTIONES QVATVOR dantur infrà.

PRIMO, dando commodum pecuniarium in vltima voluntate,vel non adimendo ab inteſtato,quibus datur,vel quibus obuenit fideicommiſſi onus imponitur.

Secundò, poſiti in conditione ſimpliciter vocati, & conſequenter grauati non cenſentur.

Tertiò,per formulas ſubſtitutionum plenas plurium graduum,actiuè & paſſiuè perſonarum,& factorũ agnationem conſeruantium & demonſtrantium poſitos in cõditione vocatos, & ſucceſſiuo fideicõmiſſo grauatos.

Quartò per grauamina nõ maiora commodo, quando filius in bonis datis, quando mulier in dote, & quis alius ſit grauatus, clericus in ſacris etiam ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs grauari poteſt fideicommiſſo, & hæc latè reſoluuntur dub.2.ſub ſol.1.& num.4.

### ¶SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum qui præſtare teneantur,& qui eo grauati cenſeantur.*

2 *Fideicommiſſum non valet, nec eſt præſtan.ab inteſtato ab eis, qui commodo aliquo pecuniario honorati non ſint, econtra valebit, ſi fuerint honorati,& de quo commodo & lucro intelligẽdum ſit,& quomodo,vide exempla ibidem,& declara omnia, vt ibi pulchrè.*

3 *Fideicommiſſum,quando valeat, ita vt cenſeantur grauati veniẽtes ab inteſtato,tuncq́; cogi poſſunt retenta quarta Treb.ad reſtituendum,cui defunctus reliquerit,& de quibus venientibus ab inteſtato intelligendum ſit.*

4 *Fideicommiſſum an & quando valeat, ita vt grauatus quis prætendatur, inſpiciendum eſt bene ſi commodum conſequatur iudicio teſtatoris vel grauãtis in perſonam directo, vel in rem, & quomodo cenſeatur in perſonam vel in rem,& dignoſcatur, & quid quando habeat commodum fortuito iudicio,& non teſtatoris, & de materia ibi vide.*

## ¶SOLVTIO I.

1 DVBITATIO ſecunda. † Quinam grauari poſſint, & cenſeantur fideicõmiſſo grauati, ac id præſtare teneantur, nunc diſſoluenda ſequitur. In ſumma paucis verbis explicari
2 poteſt, eos ſcilicet, † qui commodo pecuniario honorati,non ſunt expreſsè dando in qualibet vltima voluntate,tacitè non adimendo, quod obuenit, ab inteſtato grauari, & onerari fideicommiſſo non poſſe, ſunt vulg. text.in l.ab eo.C.de fideicommiſſ.in l.1.verſi.& hæc diſponimus.com.de leg.in l.planè ſi filium.§.fina.& l.ſeq. de leg.1.& in l.1.§.ſciendum.de leg.3.& in l.conficiuntur.in princip.verſ.1.de iu.codicil.& in his Docto.planè tradunt.Sinautem econtra ſic fuerint honorati commodo pecuniario valeret fideicommiſſum ab eis præſtandum,eadem diſponunt iure,& gloſ.in verſ.poſſunt.in §. pro ſecundo.de cad.tol.Cyn.in l.1.num.2.C.de his,quæ pen.no.Bar.in d.l.1.num.3.com.de leg.vbi declarat,intelligi tale commodum, vel lucrum haberi ex diſpoſitione defuncti, vel in modum diſpoſitionis, vel in modum conditionis: idem latiùs in l.cum filio.col.2.& ibi alij,vt Rip.num.28.de leg.1.& Guliel.Bened.in c.Raynutius.par.2.in verſi.ſi abſque liber.mo.2.nu.25.& ſeq. adde & ex diſpoſitione inter viuos inualida, quæ tamen morte concedentis confirmatur, ponendo exempla in donatione inter virum & vxorem,& in donatione inter patrem & filium in patria poteſtate exiſtentem, probat Fulgoſ.in dicta l.ab eod.ſentit & Caſtr.in dicta l.ſi mulier.in princip.de legat.3.& poſſunt exempla poni, vbi commodum pecuniarium habetur ex diſpoſitionibus omnium ſpecierum vltimarum voluntatum, quarũ quidem memini ſuprà lib.præced.interpr.1.dub.1.ſolut.9. vt & per l.Seia.in fin.& ibi gloſ.de do.præleg. Idem eſt, ſi habeatur per ſuccedens ab inteſtato, ex tacita illa diſpoſitione defuncti, permittentis ſucceſſionem venire ad ipſos legitimos ſuccedentes ab inteſtato, ſic eos etiã validè grauantis fideicommiſſo:vt §.prætereà.Inſtit. de fideicommiſ.hæredi.& d.l.1.§.ſciendum.de leg.3.declarando tamen, ſi ſimpliciter, vel nominatim ſit impoſitum grauamen fideicommiſſi ſuccedentibus ab inteſtato,& ſi plures ſint in eodem gradu, vel in diuerſis gradibus,& ſi diuiſibilis,vel indiuidua ſit res ſubiecta fideicommiſſo:vt per text.gloſſ.Bart.& ali.in l.ſi Titio.§.Iulianus.& in l.cum pater.§.cum extimaret.de leg.2.& in d.l.1.§.illud certè.de leg.3.
3 Cenſentur autem † grauati venientes ab inteſtato, quando quis non ſeruatis ſolennitatibus ad teſtamenti validitatem requiſitis coram numero ſaltem 5. teſtium dicit ſua bona, vel ſuam hæreditatem relinquere tali, vel peruenire ad talem, cum hæc diſpoſitio vel ſimilis non valeat,vt teſtamẽtum, iam hæreditas eſt in caſu inteſtati, ſic venientes ab inteſtato cogi poſſunt, retenta quarta



quarta Trebellianica ad reſtituendum illi tali hæreditatem,vel rem aliam relictam per defunctum: l.3.& ibi Caſtr.& l. & fine ibi Bald. num. 2.& Fulg.C.ad Trebel. & Bald.in l. & in epiſtola. num.4. C. de fideicomiſſ. gl. fin.in l.fin.ff. de iure codicil. Vel quando modo aliquo teſtator oſtendit, deficientibus hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis, velle ſuam voluntatem habere locum cùm id nequeat expleri,niſi per ſuccedentes ab inteſtato, hi demum fideicommiſſum præſtant: l. Lucius.§.filiam. l. codicillis.§.final.& ibi gloſ. & Doct.de l.2. intellige de ſuccedentibus ab inteſtato, qui fuerint concepti tempore mortis ro[illegible]ntis, & grauantis, & ei nati ſucceſſuri fuiſſent:l.Titius.ff. de ſu.& leg.hæred.& text.in d. l. 1.§. ſciendum. in fi. de l.3. vbi & de exiſtente in primo gradu per Caſtr.niſi de vlteriori fuerit expreſſum:Cur.Iun. in auth. ex cauſa. num.73. C. de lib.præter.

Sed rurſus propoſitæ hæſitationis ſumma eſt, vt vniuerſa contentio ſapientum virorum ingenia ſæpe defatigans vertitur ſuper hoc,†reſpicere,& bene cognoſce-
4 re, ſi is, qui fideicommiſſo grauatus prætenditur, commodum,& emolumentum conſequitur,iudicio teſtatoris,vel grauantis directo in perſonam,vel in rem,in perſonam,in Titium hæredem, vel legatarium, quòd ipſe reſtituat ad hoc reducendo ſubſtitutiones fideicommiſſarias:Socin. Iun.conſi. 114. num.2. lib. primo.In rem, quòd Titij hæredis vel legatarij,hoc eſt reſtituat,ita valet fideicõmiſſum: vt l.ſi fuerit.§.1.& l. ſequent.in prin. de leg.3. In rem nomine appellatiuo, hæredem hæredis grauando,magis videntur grauata bona,quàm perſona: Bald.in dicta. l. ſi fuerit. §. primo vbi nota.mandat eſſe multùm aduertendum in forma grauaminis, vt hæres hæredis ſimpliciter veniens,& ſic grauatus magis reſpicit ius hæreditarium, & ſic cõſecutum à teſtatore,quàm perſonam: Bar.in l. Titia cum teſtamento.§. Titia.nu. 4.de leg.2. & Bald.in l. 2.de leg.3.in genere per teſtatorẽ grauato,quolibet ſuccedente ab inteſtato,tradit grauamẽ hoc valere eadem ratione, quia iſtud eſt onus potius in rem, quàm in perſonam: firmat & Socinus Iun. conſil. 116.colum.tertia, verſi.ad ſecundum.lib.3.Zãch. in §.cum ita.num. 836.l. hæredes mei.ad Trebel. Ruin. conſil.113.num.5.lib.2.bene declarat Pariſ.conſi.21.col. fin. num.48.& ſequent. li.3.Bero.conſi.82. colum. pen. num.7.& ſequent.lib.2. & Ripa in l.cum filiofam.num. 26.27.de leg.1. poſui conſil.110.num.31.li.primo,rationes diſcutit & Aymo in d.l. cum filiofam. nu. 86. & ſeq. par.1.Si verò commodum quis habet medio ſucceſſionis alterius perſonæ,& ſic fortuito iudicio, & non iudicio teſtatoris,ab eo etiam nominatus,& vocatus nomine proprio, vel ſpecialis perſonæ, filiorum, vel nepotum, vt quia nihil ei datum eſt à teſtatore, fideicommiſſi onere non tenetur:text.in d.l.ſed & ſi ſic.§.primo. de legat.3.vt bene declarat Signor. de Homod. conſil. 173. colum.penult.& fin.num 22.& ſequen.differt enim appellatio nominis appellatiui denotãtis hæreditatem, vt hæredis, & nominis appellatiui.Alius, denotãtis perſonas,vt filios, fratres,vel nepotes, vt ſcribit Deci. in l. prima,num. 6.C.de impub. & ali. ſubſtitu. facit Barto. in l. Lucius.§. primo,de legat.3.

### ¶SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum an filius inſtitutus hæres vel legatarius cenſeatur grauatus dare ſuis filijs poſitis in conditione.*

2 *Filij primi hæredis, poſiti in conditione, vel non honorati, & vocati,an poſſint, vel non, grauari fideicommiſſo: & vide varias Doct.Opiniones, & quòd non cenſeantur vocati ex teſtamento,ſed reſeruati ſint ab inteſtato in ſucceſſione,& de 21. coniecturis, quibus conſeantur vocati, cum ſublimitationib.quatuor,& quòd ſit magis Commu. Opi.quòd non ſint vocati ex teſtamẽto, de hacq́; materia vide duas concluſiones ibid.*

3 *Filij grauati primi hæredis, quando non cenſeantur vocari in diſpoſitione,ſub conditione poſiti, & quando cenſeantur,vide de materia hac diffuſè ibidem, & quid, talibus filijs poſtea deficientibus ſine filijs,& quòd ſubitò moriantur:cum nu.ſeq.*

4 *Intellectus l.Lucius.la 2.ff.de hæred. inſtit.*

5 *Conſilium,de quo in l.Lucius,la 2.ff.de hæred.inſti.neceſſitatem fideicommiſſumq́; non importat,cùm nõ neceſſitet.*

6 *Filij poſiti in conditione, quare non poſſunt dici venire ex teſtamento,nec eſſe in diſpoſitione vocati.*

7 *Verba ſemel poſita propriè & impropriè referuntur, prout ad relata conuenire poſſunt.*

8 *Intellectus l.generaliter.C.de inſtit. & ſubſtit.*

9 *Dictio,firmiter, ſignificat præciſum firmumq́; factum conſiſtere,& non ſubiectum obligationi.*

10 *Lex & eius dictum debet intelligi indiſtinctè & generaliter,maximè cum incipiat per dictionem,generaliter: & cùm principium legis eſt generale, tota lex eſt generalis.*

11 *Filij poſiti in cõditione indubitanter non ſunt vocati,quando ſumus in ſimplicibus terminis.*

*Idemq́; eſt diſpoſitum de perſonis extraneis, vt ſic poſiti non cenſeantur vocati,intelligas, vt ibi: quod verum eſt in extraneo teſtatore, & in deſcendẽtibus vel extraneis ipſi teſtatori,de hacq́; materia vide ibidem latiſſimè.*

12 *Fideicommiſſum & eius grauamen, quibus perſonis certis, vocatis,& grauatis, ſic iniũctum & impoſitum dicatur, & quem taſtator videatur in dubio grauaſſe.*

13 *Grauatus decedens cum filijs, conditio quæ eſt momentanea deficit,& fideicõmiſſum expirat inter omnes ſubſtitutos. Qui actiuè ſolùm ſunt vocati, & vt ibi declaratur, & vide latè de materia hac.*

14 *Intellectus l.Quintus Mutius ait.§.1.de aur.& arg.legat.*

## ¶SOLVTIO II.

EXINDE autem maiores forſan, & difficiliores quæſtiones, quæ poſſunt eſſe inter Doct. & oriuntur circa interpretationes fideicõmiſſorum reſpectu filiorũ primi hæredis grauati poſitorum,vt plurimùm in conditione.
1 An & ipſe † primus inſtitutus hæredes vel legatarius cenſeatur grauatus dare fideicommiſſum iſtis etiam ſuis filijs, poſitis in conditione.
2 An † & ipſi filij cenſeantur vocati & honorati,& cõſequenter fideicommiſſo grauati,licet quæſtio iſta circa vocatos reſpiciat videnda in ſequent.4.dubit.circa vocatos, & comprehenſos in fideicommiſſo: nihil tamen refert hîc,vel ibi iſta explicari: cùm vtrobique tantundem afferant adiumenti inſtituto noſtro de fideicommiſſis interpretandis:atque his primus circa grauamen fideicommiſſorum locus ſe obuiam fecerit, pater namque cognitionem primæ quæſtionis, quòd hæres vel legatarius pater ſit,vel non grauatus reſtituere filijs, poſitis in cõditione,præbere cognitionem,& reſolutionem alterius quæſtionis, quòd filij in conditione poſiti ſint, vel non vocati & honorati,& ſic poſſint,vel non grauari fideicommiſſo. Super quibus, & ſi poſſet in longum dilatari ſcriptura, recẽſendo varias,diuerſas, & contrarias opin. Doct. adducendo cõiecturas, & limitationes, cum allegationum cumulis, hodie plerunque etiam ad faſtidium vſitatis, de quibus quidem quæſtionibus, inter recentiores, ex profeſſo,& vtiliter agunt Iul.Clar.in ſuo §.teſtamentum. in quæſt. 77. cum duabus ſequent. Odd. Peruſ.de compend.part.5.arti.4.ſub verſi. quoad tertiam inſpectionem.con.3.fol. 168.& ſequen.Hieron. Zanch. in d.§. cum ita.nu.707.cum ſequent. l. hæredes mei.ad Trebel.vbi facit regulam negatiuam,quòd filij, poſiti in cõditione,non cẽſeantur vocati ex teſtamẽto, ſed reſeruati in ſucceſſione ab inteſtato, & poſteà ad-

docit & diſcutit 21.coniecturas,ſeu limitationes,quibus cenſeantur vocati,ac demum temperãdo, ſeu ſublimitãdo quatuor modis, vt ibi per eum poſt num.794 & ſequent.Gabr.Roman.de commun,concluſ. li. 4.tit.de fideicom.conclu.4.congerit primò author.tenentes,filios poſitos in conditione venire ab inteſtato, deinde alios tenentes, tales filios cenſeri vocatos, & venire ex teſtamentária diſpoſitione: firmando tandem primam opinionem,vt magis communem, adducit ad eam limitationes 28. prout Doct.pluribus in locis ponunt,& referunt, ducti coniecturis demonſtrantibus, ſic eſſe voluntatem teſtantium.

Veruntamen ego breuitati ſtudens,quæ ideò ſit perſpicua, & clara, de his facio duas concluſiones, totam materiam huiuſmodi etiam longam, & controuerſam complectens.

Prima eſt,quòd ſi teſtator hæredi,vel legatario decedenti ſine filijs ſubſtituerit Sempronium, vel eius filios, & deſcendentes,decedentes hæredes vel legatario,relictis filijs, deficit ſubſtitutio vulgaris, ſeu fideicommiſſaria, filij quidem ipſius grauati non ſunt in diſpoſitione vocati,ſed eis legitima ſucceſſio reſeruata eſt.

Secunda eſt, quòd teſtatore ſubſtituente hæredi, vel legatario decedente ſine filijs quotieſcunque poteſt apparere ex teſtamento, vel aliter legitimè eum ſic ſubſtituiſſe,vel rationis agnationis conſeruandæ, vel aliter bona relicta deueniendi in filios deſcendentes, & propinquos grauati, ſeu teſtatoris,vel ad aliquem effectum conſeruandi in perpetuum. Vtique filij ita in conditione poſiti cenſentur vocati, & graui, vt caſus euenerit à teſtatore cogitatus de bonis reſtituendis, conſeruãdiſq; prout ordinatio teſtatoris extenſa eſt: de qua deinde dicam.

3 Prima autem concluſio vera probatur quòd † fideicommiſſo grauatorum relicti filij, in conditione poſiti, faciunt fideicommiſſi poſitionem deficere.l.filiusfamiliâs.§.cum quis erit.de legat. primo.l. pater Seuerinam. §.ita fideicommiſſo.de condi. & demon.l. ex facto. §. ſi quis rogatus.l. hæredib.§.fin. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel.& l.iubemus.verſi.ſin autem his.C.eo.etiam, quòd tales filij poſtea deficiãt ſine filijs:per l.cum vxori, C. quando d.leg. ced.notum eſt Oldr.conſi.21.ſequitur Dec.conſ.95.col. fin. conſ.511.nu.1.2.& conſ.586.nu. 2. & ſeq. Rui.conſ. 153. col.4.nu.5.li.2.Ang.Aret. tract.de teſta. gloſ. 79.col.1. Zaſ.de ſubſtit.c.7.nu.3. Aym.conſ. 98.nu.4.vbi ꝙ hoc dictũ cõmuniter tenetur,cum concord.cumul.per Odd. Peruſ.de compend.par.vlt.art. 2. concl.5. fol.189.de his etiam infrà in 3. & vlt.dub.& per Ceph.conſ.517.nu.17.& per tot.& Pancir.Regien.conſ. 92.nu. 8.& per tot.& conſ. 59. & quòd ſubitò,& immediatè moriantur:Cepol. conſ. ciuil.50. nu. 6. 7.

Sed quòd nũc agitur, tales relicti filij non ſunt vocati, & honorati in diſpoſitione, ita non cẽſentur fideicõmiſſo grauati:per reg.l. ab eo. C. de fideic.cum cõcord. vulg. per Pariſ. conſ.31.col.4.num.4.5.li.2.conſ.14.nu. 5.6.7.li.3.Soc.Iun.conſ.112.nu.24.lib.1.Ceph.conſ.433. num 32.& ego conſ. 52.nu.15.lib.1.quòd ſint vocati, ſed ab inteſtato poſſint ſuccedere,eſt not.glo.in l.Lucius.la 2.ff. de hæred.inſt.ibi Bar.& alij probãt alleg. plena pagina per Cla.d.§.teſtamentum.d.quæſt. 76.Gabr.Rom. de com.concl.d.ti.de fideicom.concluſ.4.in prin. li. 4. Eman. Coſta,in c. ſi pater.part.1.verſi. ſi abſque liberis. num.54.de teſta. in 6. vbi atteſtantes plurimi citãtur de iſta communi,licèt in caſu d.l.Lucius.filij hæredes inſtituti ſemoto patre, hæreditatem non adeunte,intelligãtur ſubſtitutis prælati in hæreditate teſtantis patrui ab inteſtato:Alex.conſi.185.col.4.num. 20.lib.2.& Zanch. in d.§.cum ita. numer. 712. à quo ideò poſſent fideicõmiſſo grauari:per l. 1. §.ſciendum.de l. 3.& l.conficiuntur.verſi.1.de.iur.codicil.eſt ratio in cõditione: quia ibi agitur de aliqua prælatione perſonarum, quæ ſit ſecundum ordinem charitatis naturalis, dicit Bal. in conſ.13. Ponctus.in fin. li.3.ita filij tunc poſiti in conditione excludunt vulgarem ſubſtitutũ defectu conditionis aſcriptæ ſubſtitutioni, & iure ſucceſſionis ab inteſtato præferuntur ex tacita voluntate teſtantis patrui ſecundum veram expoſitionem gloſſ.fin.in d.l.Lucius.examinant Zanch.in d.§.cum ita.num.707. 708. & ſeq. Ema. Coſta.in d.c.ſi.pater.par.1.verſ.ſi abſque liberis. ſub nu.54. verſ.ſed hic notandum eſt.vide,quòd poſſunt excludere ſubſtitutum etiam iure tranſmiſſionis: Bar.in l. 1.nu. 20. de vulg.& pup. magis Com.Opin.Alex.conſ.79.nu.3.li. 6.cum concord.

Minùs autem filij,poſiti in conditione aſcripta fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, dici poſſunt vocati in diſpoſitione per communem ſententiam, modò relatam per tot.text.& rationes probatas,de quibus per Alex. conſi. 185.nu.13.per tot.& conſ.199. col.2.& ſeq.li.2. & Corn. conſ.66. col.2.& ſeq.2.Ant.Gom.in ſuis Com.iur.tom. 1.c.5.ſubſtit.ſidei.ſub num.42. verſ. primò pro hac ſententia,& Alex.conſ.202.col.1.ad fin.lib.7.dicit,pro hac parte ſe ſemper conſuluiſſe,& ſibi videri,hãc eſſe veram & Com.Opin.vt plura ſua conſ.extant idem firmantia, vt conſ.32. num.1.in fin. lib.1.con.22.col.pen.li.3. conſ. 139.colum.3.num.7.lib.6.cum alijs per Curt. Sen.conſ. 43.ſub nu. 28.& Corn.conſ.283. col. fi.li.1. vbi quando ſubſtitutio eſt facta vni vel duobus,& ſuperſint filij eius, de cuius portione agitur vel filij alterius, qui in ſucceſſione ſunt potiores ſubſtitutis: ſecùs verò, ſi ſubſtituti eſſent potiores,idem Corn.conſil. 180.col.1.li.4.& latè conſ.118.col.2.li.2. quòd hæc pars ſine dubio eſt cõmunis, & tenenda in deciſiuis: & Hier.Cagn.in l. 1.nu. 45. &ſeq.C.de pact.Nat.conſ.551.nu.3.4.5.8.cum alijs concor.per Rol.à Val.conſ.51.nu.5.verſ. quib.tamen li.3.eſt ſententia communis vbique approbata, & canonizata: Burſ.Mant.conſ. 75.nu.14.

Non obſtat,quòd alij inter antiquos & modernos nõ leuis nominis & authoritatis pro contraria ſentẽtia pugnant citati per Gabr. Rom.d.concluſ.4.num.2.& hac hodie poſſe affirmari eſſe magis com.dicit Bero.conſil. 104.num.9. 10. & multum inſiſtẽdo,Caſſan.conſi.14.& Laur. Sylu.conſ.53.quod eſt Purpurati, & Cephal.conſ. 93.in princ.Quia reſpondendo ſolùm ad hoc, quòd filij ſimpliciter poſiti in cõditione non ſunt vocati,ita quòd eorum pater cogi poſſit ad reſtituendum eis fideicommiſſum, vel quòd poſſent vigore fideicommiſſi reuocare, & vendicare bona alienata per patrem, & deſtruendo principalem aſylum aduerſariorum ſumptum ex verbis fi. d. l. Lucius.ibi, nam prudens conſilium teſtatoris animaduertitur: non enim fratrem ſolum hæredem prætulit ſubſtitutis, ſed etiam eius liberos. Equi-
4 dem eiſdem verbis fulcitus dico,ſic † fideicommiſſum, quoad oneratum, erga fideicommiſſarium eſſe ſub neceſſitate,& obligatione illud præſtandi fideicommiſſario,in prin.Inſti. de fideic.hæred.l. ille.§. tempeſtiuum. & per tot.ff.ad Trebel.& l.pater filium.in fi.ad L.Falci. & l. 1.com.de leg. Scæuola autem. Iuriſconſultus bene videns in d.l.Lucius.non adeſſe aliquam neceſsitatem impoſitam fratri hæredi præſtandi fideicommiſſum ſuis liberis,& melius ſciens,quàm nos ſcimus interpretari voluntatem teſtatoris: nempe illud teſtatoris præferre ſubſtitutis,non ſolùm fratrem hæredem,ſed etiam eius liberos interpretando, aduertit eſſe ex prudenti conſilio animi teſtãtis, hoc verbũ,conſilium, expreſ-
5 ſit. Ergo decidit, abeſſe neceſſitatem fideicommiſſi, † quia conſilium neceſſitatem fideicommiſſumq; non importat:l.cum pater. §. mando filiæ. de l. 2. & l. fideicommiſſa.§.hæc verba.de legat.3. Conſilium enim non neceſſitat: c. cum olim.de arbi.&c. quiſquis præceptis. 14.q. 1. conſilium autem prudens teſtatoris inſpectum per



per Iuriſconſultum in caſu.d.l.Lucius. vertitur in hoc, quòd frater hæres ſi velit adire hæreditatem, vt apertè ſolus ex aſſe hæres inſtitutus eſt, ita præferatur libertis ſubſtitutis, vel liberos ex ſe natos habens, nolit adire hæreditatem, & decedat. ita ſubſtitutis eius liberi præferuntur, & neceſſaria eſt expoſitio gloſſ.fin. ibi, quòd ſuccedant ab inteſtato patruo,vel iure tranſmiſſionis,vt antè dixi,per doctr.Bartol,num.20.& ali.in l. 1. de vulg. & pupil.proueniente etiam ex voluntate teſtatoris: l. 1.ad fin.C.de his,qui ante aper.tabu.ſeu velit adire hæreditatem,tunc eius filij ſuccedent ei ab inteſtato, vel ex teſtamento, vt ei libuerit,vt omnes hanc partem tenentes aſſentiunt, ſic filij præferentur ſubſtitutis, & quodammodo ex teſtamento patrui, cum hæres hæredis, &c. l. fin. C. de hæred.inſtitu. Exinde perpenditur conſilium teſtantis in aliquo non neceſſitans fratrem hæredem inſtitutum, & prudens, quòd ſui conſanguinei tam frater, quàm eius filij præferantur vilib. libertis,& extraneis: arg. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. l.conficiuntur.de iure codicil.& l.ſi is, qui ducenta.§. fin.in fin.de reb. dub. & iſte eſt verus intellectus dict. l.Lucius.per aliquem hoc modo adhuc non excerptus, licèt ſuper eo multa verba effundant Eman. Coſta.in d. cap.ſi pater.d.1.part.& verſic.ſi abſque liberis.ſub num. 54.& Vaſc.tract.de ſucceſ.progreſ.lib.1.§.4.nume.6.7. 8.9.& Zucha.in l.1.num.70.71.C.de pactis.tamen alio-
6 rum tendunt, concludunt ideo hoc idem, † filios poſitos in conditione non poſſe dici venire ex teſtamento, nec eſſe in diſpoſitione vocatos, per d.l.Lucius. Cuius quidem intellectus euidenter verus patet ex ponderatione, quam feci, verbi per Iuriſcon. expreſſi, prudens conſilium. Quod vtique quãtum attinet ad propoſitam quæſtionem contra patrem alij fideicommiſſario aſcripto conditionaliter grauatum pro filijs in ipſa conditione poſitis, nequaquam poteſt continere diſpoſitionẽ obligatiuam fideicommiſſi,per tex. expreſſos, quos de conſilio teſtantis loquentes modò allegaui in d. l. cum pater.§. mando filiæ.de leg.2. & in l. fideicommiſſa. §. hæc verba.de leg. 3. quanuis enim verba illa: Nam prudens conſilium, &c. referantur ad fratrem inſtitutum, & ad eius liberos, poſitos in conditione, vt ſic videantur vniformiter operari diſpoſitionem & vocationem: arg.l.nam hoc iure.de vulg. Tamen reſpondendum eſt, quoad liberos, debent intelligi propriè, vt ſonant per modum conſilij, quod non neceſſitat, dicto cap.cum
7 alijs alleg.ita † verba ſemel poſita propriè & impropriè referuntur, prout ad relata conuenire poſſunt, per gloſ. in verſ.manumitti.in l.2.ff.de offi.procon.& lega.& in l. 1.C.de vſu & habit.& in l.fina.de ſer.fugit. Aſſentior equidem, conditionis huiuſmodi poſitionem teſtatoris erga filios,ſic poſitos in conditione, aliquali indicare inclinationem,vt habeant ex diſpoſitione tacita vel expreſſa ſuorum parentum, & excludant ſubſtitutum ex voluntate. tex.in l. cum pater. §.volo. de leg. 2. Cephal.conſi.206.nu.112.Soc. conſi.6.col.pen.ſub nu. 12. lib.3.per Gloſ. in l. filiusfa.§.cum quis erit. de leg. 1. ſi parentes ſui eis relinquere velint,non quòd neceſſitentur, Ang.Aret.tract.de teſta.in gl.79.& ſi deceſſerit ſine liberis.col.1.ſub verſi. quæro tali caſu,& eſſe fauorabilem filijs ipſis, vt aſſerunt aduerſantes: proinde tam in parentib. ſuis non fideicommiſſarium grauamen, ſed etiam rem gratam & prouiſionem affert, per clara verba tex.in l. generaliter.C. de inſtit.& ſubſti.ibi, *Et hanc legem in perpetuum valituram inducimus tam patribus,quàm liberis gratam*, ſentit & Aret. conſi.1. col. 2.ſupra.fi.Bar. conſ.130.Pater dedit.n.1.ſic etiam in hoc ceſſare debet do.altercatio,de qua per Zan.in d.§.cũ ita.nu.90.93.

Rurſus & ſecundo veritatem huius ſententiæ perquirendo, & hauriendo ex fonte legis, & non ex ratio-
8 nib.doctorũ,dico,etiam patêre ex verbis d.l.† generaliter.in trib. locis.Primò,ibi, & ipſe vel ipſa liberos locũ ſubſtitutioni eorũ, vel reſtitutioni. Ecce ſi filij poſiti in conditione eſſent vocati, & ſic eis vocatis parentes eorum eſſent fideicommiſſo obnoxij, nempe Legiſlator non dixiſſet, per ipſos parentes firmiter res poſſideri cum ſubſequenti abſoluta,& indiſtincta declar. expreſſa: & non eſſe locum ſubſtitu. eorum, vel reſtitutioni, cùm res fideicommiſſo ſubiectæ non poſſideantur firmiter,ſed poſſint à fideicommiſſario vendicari: l. fi. §. ſin autem ſub conditione.com.de l.cum ſimil. Ergo dicendum eſt, filios poſitos in condione, non eſſe vocatos,vt Ligiſlatoris vera ſit diſpoſitio,per eorum exiſten-
9 tiam firmiter res poſſideri:dictio enim † firmiter, ſignificat præciſum,firmumq; factum conſiſtere,& non ſubiectum obligationi, neq; reſtitutioni:Soc.conſ.99. col. pen.verſ.4.reſpõdetur.li.1. & l. id quod pauperib.C. de epiſ. & cler. & l. codicillis. §. inſtituto. de leg. 2. iuncta glo.in verſi. firmat & d. l. generaliter.cum dicat,& non
10 eſſe locum reſtitutioni † cuius dictum debet intelligi indiſtinctè & generaliter:l.de precio.publi.l.1.§.1.de le. præſtan. maximè, cũ incipiat per dictionẽ, generaliter, & cum principiũ legis eſt generale, tota lex eſt generalis: l. regula.§. fi. ff. de iur. & fact. ignorantia. Secundo loco ex verbis d. l. generaliter. ibi, propter huiuſmodi verborũ argutias eius liberos omni penè fructu paterno defraudari, & ibi expreſſè notat ex his verbis, Aret. in 3. not.decîdi quæſtionem iſtã,quòd filij,poſiti in conditione,non ſunt vocati,quia non patri grauato, vt verba hæc ipſa comprehendunt, ſed auo teſtatori ſuccederent per fideicommiſſum vocati;l.cohæredi.§.cum filię. de vul.& pupil.hoc & per Nat. conſ.551.num. 8. & Ant. Gom.ſuo com.iu.to.1.c.5.ſub n.42.verſ.5.& principaliter. Tertio loco ex verbis d.l.generaliter.§.fi.ibi,& non concedente,ad eos eam partẽ venire,ſed ad filios vel filias, nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes emorientis tranſmittente: ergo filij poſiti licet in cõditione, ſubintellecta à lege,habita tamẽ,vt expreſſa à teſtatore,ſed non ſcripta:l. cum auus. de cond. & demon. non ſunt vocati per fideicommiſſum, ſed per ius tranſmiſſionis, proueniens ex præſumpta voluntate patris, de cuius ſucceſſionis tranſmiſſione agitur: Iaſo. conſi. 201. colum. 2. verſicu. & in iſta ſpecie. libro 2. cum ſi. de transmiſſione latè ſcripſi ſupra eo.libro interp. 1.dubi.5.ſolu.4.alia enim eſt vocatio, alia tranſmiſſio, quæ faciliùs fit, quàm inducetur vocatio:Zanch.in d.§.cum ita,num. 242.allegando Aym.conſilio. 62.in fi.aliáque eſt voluntas, & alia eſt vocatio, Ioann. Andr, in addi. Magn.fin.ad fin.ad Spec. de teſta.§. 1. ad fin. & dictam inductionem pro vrgentiſſima facit Soc. in d. leg. cum auus.ſub num.3.columna 60. verſi.præterea hoc vrgentiſſimè.

Quapropter ſententiã hanc de filijs poſitis in conditione non vocatis, & non ſubſtitutis eorum parentibus non tam com. quàm veriſſimam in iure exiſtimo, & conſequenter eorum parentes: quorum fauore, etiam probaui, per d. l. generaliter, filios eſſe poſitos in conditione, non grauati reſtituere eorum filijs, imò per eorum exiſtentiam liberari à fideicommiſſo, poſſunt alienare res, & de eis quomodo volunt, diſponere, relinquendo filijs ſeu alijs:relicta tamen legitima filijs: de his non dubitat Baldus conſilio 216. verba teſtamenti, vltra med. verſic. & non dubito.libro 1. conſil. 101. ſupra primo, in fi. lib. 4. probat Bart. in l. ſi cùm dotem, in princip.numero 10. ſol. mat.& conſilio 130. numero 1. Alexand. conſilio 66. nume. 8. conſilio 109. colum. 2. ſub numero 5. verſic.poſtremò deceſſit libro. 2. Socin. conſilio 62. columna 3. verſic. tertiò principaliter. libro 3.Pariſ.conſilio 14.numer. 16. libro. 2. Cur. Sen. conſilio 46. columna 6. numero 14. verſic. occurrit ergo. dicit ita eſſet commun. opin. Si teſtator inſtituat



ſiue

ſiue extraneum , ſiue filium , vel deſcendentes , dando
ſubſtitutum , ſi deceſſerit ſine filijs , quòd filij , poſiti in
conditione , liberant inſtitutum à ſubſtituto , cui ipſi
præferuntur,& ſuccedunt patri ab inteſtato, qui tamen
poterit alium hæredem inſtituere , cum ei filij ſubſti-
tuti non cenſeantur:etiam ſic eſſe ſententiam commu-
niter receptam, ponit Rolan.à Val.conſ.56.ſub nu.24.
ver.item deſtruetur.li.3. multum cõprobat Ant. Gom.
d.to.1.c.5.n.24.in q.3.8. ſuis com. vari.reſolu. licet plu-
ra cõtra hãc opi.ſe ſcripſiſſe,tamen in actu practico, ab
ea non eſſe recedẽdum,firmat Soc.Iun.in cõſil.177.ſub
11 n.9.in fi.li.2.† quãdo ſumus in ſimplicib.terminis,quòd
filij ſint poſiti in conditione , indubitanter tenendum,
non eſſe vocatos,firmat Soc.conſ.140.col.2.lib.1. quòd
idem diſpoſitum eſt de perſonis extraneis : tex. eſt in d.
l.generaliter. verſ. quo exemplo. vt proculdubio poſiti
in conditione,non cenſeantur vocati.Zanch. in d.§. cũ
ita. n.71. dummodo non adſint coniecturæ aliquæ, hoc
præſumi faciẽtes.Bero.conſ.104.ſub n.18.verſ.non ob-
ſtat tertium.li.2. gloſ. in d.l. Lucius. veram in extraneo
teſtatore,ponit Pariſ. conſ. 86.col.2.n.6.li.2.vera quip-
pe eſt in deſcendentibus vel extraneis ipſi teſtatori per
text. in d.l.generaliter.ver.quo exemplo , per quem &
ſcripta per Ber.ſui d.n.18.ver.non obſtat tertiũ.deſtrui-
tur diſtinctio de extraneo vel deſcendente ipſi teſtato.
facta,per Clar.d.ſuo.§.teſtamentum in q. 77. colu.pen.
in fi.

Magis quoq; recepta,& in iudicijs frequentiùs obſer
uata eſt ſententia hæc etiamſi dictũ fuerit , Si deceſſerit
ſine filijs maſculis,qualitas iſta maſculinitatis ſola adie-
cta facit , ꝙ filij maſculi, poſiti in conditione, dicantur
vocati,& ſubſtituti eorum patri , exindeq; poſſint gra-
uari,vt eſt deciſ. Delfi.per Gui.Pap.in q.600. Cur.Sen.
conſ.43.n.24.com.opi.atteſtantur Pariſ.44.col.2.n.11.
12.li.2.Soc.Iun.conſ.118.n.15.li.1.cõſ. 177.n.10.li. 2.vbi
plures concord.allegat & Rol. à Val. conſ.51.col.6. li.3.
Ceph.conſ. 419.n.69.Clar.d. §.teſtamentũ.q.79.Bero.
conſ.11.ſub nu.30.conſ.84.ad nu.75.li. 2. parùm de iſta
qualitate,& eam ſequentibus curandũ,dicit Grat.conſ.
3.num.31. libr. 1. dixi aliàs latè in conſ. 167. à nume. 45.
vſque ad num. 50. lib. 1. contra limitationem de verbo,
Maſculis,fuiſſe aliâs deciſum in Rota Florentina,refert
Marzar.Vicenti.compen.fideicom. q. 20. par. 2.diuer-
ſóſque refert Zanch. in d. §. cum ita.n.751.in 2. conie-
ctura.tamen in ſimplicibus terminis poſitis in cõditio-
ne maſculinitatis , ne ſis ambiguus. Sed tene quod hîc
dictum eſt, cùm ita ſit Comm.Opin.Gab.Rom.d. con-
cluſ.4.nu. 9.tit.de fideicom.& Zãch.in l.1.nu.72.& ſeq.
C.de pact.Quoad diuerſos terminos alios apparẽtes ex
teſtamento,infra in.2.concluſione præmiſſa, dicendum
erit in 4.for.

Vlteriùs ſciendum eſt,quòd vbi conditio,Si deceſſe-
rit ſine filijs , certis perſonis vocatis & grauatis , eſt in-
iuncta : vt, ſi Petrus deceſſerit ſine filijs , ſi dicti ſui filij,
ſui hæredes , vel aliquis dictorum filiorum , vel hære-
dum deceſſerit ſine filijs,vel aliquo alio termino reſtri-
ctiuo eſt compoſita , vti ad certas perſonas accommo-
data & iniuncta , non debet referri ad alias perſonas,
per tex. in l.quæ cõditio.ff.d.cond.& demonſtr.per cla-
rum text.in l.1.§.fin.iuncta gloſ.ibi,in verſ.non debere.
12 de leg.3. † Et conſequẽter fideicommiſſi grauamen eſt
impoſitum iſtis certis perſonis vocatis, eis etiam graua-
tis ſic decedẽtibus, vt ſic impoſitum deprehẽdi tradunt
Soc. conſil.140.colum.3.verſi.aliquando & tertiò.lib.1.
Ruin.conſil.58.col. 2. nu. 10. 11.& conſi.111. num. 6. 7.
li.2.& clarè conſ.136.ad nu.5.li.3.Goz.conſ.194.nu.14.
Dec. conſil.513.per tot.conſil.218. ſub num. 9.& Aymo
conſil.98.num.5.6.7. & ſeq.,Cepol.inter conſ. Alex. de
Neuo. conſil.81.num.4. & ſeq.nam ita videtur teſtator
in dubio grauaſſe illum , de quo in conditione fit men-
tio, & ad quæ principaliter verba conditionis dirigi vi-
dentur : not. Imol.in l. ſi fundum. §. ſi libertus , de leg.
1. Quamuis enim ex parte eorum , qui ſunt ſubſtituti
extenſa ſit ſubſtitutio ad propinquiores de parentela
teſtatoris de gradu in gradum,de liberis in liberos ma-
ſculos vſque in infinitum,ita quòd bona nunquam poſ-
ſint recedere ex parentela teſtatoris,donec ſint maſcu-
13 li,in ea vel in ſimili formula amplior. Tamen † vbi gra-
uatus deceſſerit cum filijs,conditio ipſa,quæ momenta-
nea eſt , defecit , & clauſula eſt via fideicommiſſi inter
omnes ſubſtitutos , qui ſolummodò actiuè ſunt vocati,
nullo inter eos fideicommiſſi grauamine exiſtente : per
l. ſi mater. §. 1. loqui habebat. de vulg. & pupil. & alia
iura probant Alex. conſi. 139.Circa primum.col.2. li.6.
Soc.conſ.62.col.2. & ſeq.conſ.104.num.4.& col.ante-
pen.libr.3. Cur.Sen. conſi.64. numer. 8. & ſequ. Caſtr.
conſil.97. Ne improprijs.nume.2.3. lib. 2. Dec. conſil.
218.num.6. 7. & ſeq. & ſub num.13.conſil.291.nu.5.323.
nu.2.327.col.1.465. num. 7.poſui in conſil. 167. nume.
37.per tot.libr. primo, allegando Rolan. à Val. & Cur-
ſat.Mantu.addo.Iaſ.conſi. 228. lib. 2.vbi latè, & Pariſ.
conſi. Decimo quartò,per tot. libr. 3. Ruin. conſil. 153.
col.4. nu.5.lib.2.vbi comprobat d. conſil. 119. Alexan.
Aym.d. conſil. 99. nu.5.& ſeq. Alci.conſil. 35.nu. 13. vſ-
que ad fin.li. 9. etiam , quòd extenſio lata eſſet in poſi-
tione conditionali filiorum poſitorum in conditione,
hoc vel ſimili modo , ſi aliquis ſuorum hæredum more-
retur ſine filijs, vel nepotibus , vel vlterioribus maſcu-
lis , & ex maſculis deſcendentibus, nulli quidem deſcẽ-
dentes,poſiti in conditione,cenſentur vocati,neq; gra-
uati,& quamprimùm inſtitutus moritur cum filio , ceſ-
ſat ſubſtit. per dictum Old.conſi.21.& deci. Io. And. in
addi.fi. in vlti.ad ſpec.§. in fi. de teſta. pro ſingulari re-
fert,& ſequitur Aret.in d.l. Centu.col.22.ſub verſi.cir-
ca ſecundum mẽbrum:pro cõmuni cõcluſione præſup-
ponit Cur.Iun. conſil. 121.ſub n.15.& latè Cephal.conſ.
17.per totũ. & conſ.419.nu.28.ſeq. vbi & nu.34.& ſeq.
idem,quãdo ſubſtituti ſunt relatiuo, & ſtricto modo vo-
cati, diffuſè per Aym. d.conſ.98.nu.5. & ſeq.& Io. Bapt.
de Roſell. inter conſil.Alex. de Neuo.conſ.79.nu.4.&
ſeq.huius.n.ſententiæ baſis eſt reſtrictio , ſeu ſpecialitas
perſonarum certarum , quibus eſt iniuncta conditio
mortis ſine filijs , & grauamen fideicommiſſi,& non
iniunctum filijs filiorum , poſitis in conditione: Tor-
niel.inter conſi.Port.Imo.conſi.43. nume. 31. odiumq;
grauaminis ipſius fideicommiſſi aliquali ob extenſam
vocationem ſubſtitutorum præſumpta mente diſpo-
ſitiua teſtatoris ceſſante ; quia voluntas ſine diſpoſitio-
ne nihil eſt : Bal. & Imo. in l. quidam cum filium. ff. de
hæred.inſti.Pariſ.conſ.44.num.25.lib.2. itaq; ſubſtituti
hoc caſu actiuè tantùm ſunt vocati.idem Pariſ.cõſil.31.
nu.28.& ſeq.libr.2.& non paſſiuè , vt requiritur per Ay.
con.155.n.5.Pariſ.con.1.n.44.& ſeq.li.3.& conſi.87. nu.
25.li.2.& Ber.con.110.ſub n.34.li.2. vbi maximè volun-
tas eſt in defectum conditionis mortis grauati ſine filijs,
per tex.in l.pater Seuerinam.§.1.de cond.& demo.cum
ſi.& latiùs in alleg.locis Doct.reſpondent,& plenè Pan-
cir.Regien.conſil.94.n.8.cum ſeq. Quibus credendum
cenſeo, quicquid magis ſibi placere dicat Marz.Vicen-
ti.de fideic.q.16.par.2.circa opi.Soc.Iun.conſ.78.num.
25.li.3. cum loquatur in ſubſtitut. generaliter facta filijs
& nepotib.grauatis & poſitis in conditione ad inuicem,
& relatiuis verbis, & ſic extra terminos noſtræ propo-
14 ſitionis : nobis nunc inſeruiunt verba tex. in l. † Quin-
tus Mutius ait. §.1.de aur.& arg.leg.ibi:multũ enim in-
tereſt,generaliter, an ſpiritualiter legentur hæc. Ita in-
duco.ſ.generaliter,quando pluribus vocatis , & graua-
tis,& ſimul poſitis in conditione.& ſ.ſpecialiter , quan-
do certis vocatis , ſic conditionis fideicommiſsi gra-
uamen impoſitum eſt, quòd primo caſu poſiti in con-
ditione



ditione cenſeantur vocati,& inter eos vigeat fideicom-
miſſum, vt latiùs in ſequentibus explicabitur : ſecundo
autem caſu diuerſum eſt,vt ſupra iam dictum eſt.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione grauati & vocati fideicommiſſo cenſentur quando poteſt apparere de mente teſtatoris, filios eſſe poſitos in conditione duplici,in longa ſucceſſione duratura per plures gradus,pro agnatione cõſeruanda de facili voluntate teſtatoris interpretanda,quid inſpici debeat.*

*Et de nonnullis formulis fideicommiſſariarum ſubſtitionum , quibus poſiti filij in conditione fideicommiſſo vocati & grauati cenſentur , & idem quatuor vide pro formula prima , ſecunda , tertia , & quarta, cum alijs ſimilibus.*

2 *Formula prima ſubſtitutionum fideicommiſſariarũ eſt talis: Si dictus eius filius vel hæres deceſſerit ſine filijs, dicti ſui filij ſine filijs , quòd dicta res deueniat ad talem , vel ei & eis ſubſtituit talem , & latè ibi appoſita prohibitione Treb.vel clauſula omni meliori modo.*

*Et quando copulatiua reſoluatur in diſiunctam, & quando in alternatiuam, ibidem vide clarè.*

3 *Fideicommiſſum & eius onus ex teſtamento perſoluendum in dubio cenſetur iniunctum hæredi , & quando hoc ſit.*

*Idem vbi eſſet grauatus executor vel tutor , datus in teſtamento,quia dicitur grauatus ille,qui hæres eſt.*

4 *Filij poſiti in conditione , quando cenſeantur vocati , & grauati fideic. & an , & quando valeat , ita vt filij videantur habere ex diſpoſitione teſtatoris id , de quo fuerunt grauati,ſecundùm Bart. & quid ſecundùm Iaſ. & quòd fideicommiſſo grauati cenſeantur cum eis, quid ſit datum,ſaltem quoad mentem, licet non ſecundùm verba teſtamenti, & de ampliatione & limitatione vtriuſque opinionis,vide ibidem pulchrè.*

5 *Fideicommiſſum validum & eius grauamen reputatur in filijs ipſis filiorũ poſitis in conditione & prohibitione detractionis Trebellianicæ,poſita in teſtamento,ex quo non valeat in liberis primi gradus , valebit contra nepotes talis prohibitio.*

*Quod in teſtamentis parentum procedit , non autem extraneorum.*

6 *Fideicommiſſum quoque inducitur per clauſulam , Omni meliori modo , poſitam in quacunque parte teſtamenti, & iniunctum filijs filiorum , poſitis in conditione honoratus tamẽ & grauatus,& de clauſula hac,ibidem vide.*

7 *Formula ſecunda , qua filij poſiti in conditione cenſeantur fideicommiſſo grauati, ſi dicatur , vt ſic vnus alteri ſuccedat in perpetuum , inuicem ſuccedendo & appareant honorati & grauati,& vt bene ibi hoc diſcutitur.*

8 *Formula tertia , qua probatur , filios poſitos in conditione cenſeri fideicommiſſo grauatos , quando ponuntur verba duratura.ſ.per plures gradus , declarando vt ibi per digreſſionem linearum deſignatarum, antequàm extraneus ſubſtitutus vocetur, ne præferatur ſuis cõtra abſurdum,ſic ſtante inclinatione teſtatoris,maximè, vbi poſiti in conditione,ſunt prælati pijs opi. & de hac materia vide latiſſimè, quando filij poſiti in conditione,cenſeantur fideicom.grauati,cum nu.ſeq.*

9 *Teſtator magis dicitur diligere filium & ſobolem grauati quàm ſubſtitutum, & primò inuitatum magis diligit.*

10 *Formula quarta,qua probatur , quòd filij poſiti in conditione ſint vocati & grauati , per verba illa contemplatione agnationis conſeruandæ inter inſtitutos maſculos , exemplificando , vt ibi , vbi apparent plures demonſtrationes mentis teſtatoris , quod d. filij in conditione poſiti ſint ad fideicommiſſum vocati & honorati,& ſimul poſtea grauati , vt ibi latiſſimè de materia diſcutitur.*

11 *Formula,quæ continet hanc adiectionem ex legitimo matrimonio natis , vt in formula quarta ſupra habetur, facit mẽtem teſtatoris intelligi, quòd tales nati in conditione poſiti, excludere habeant ſubſtitutum ex teſtamento, non autem ab inteſtato , & quare,ibidem , & de materia vide.*

12 *Argumentum valet ex declaratione ex adiunctis.*

13 *Argumentum valet à geminatis & multiplicatis verbis.*

14 *Verba operantur,ſecundùm naturam actus.*

15 *Formula fideicommiſſorum vbi continet in ſubſtitutionib. verbum , Superſtites , propter hoc verbum plurale facit filios filiorum , poſitos in conditione, ad fideicommiſſum venire , & cenſentur grauati & honorati à teſtatore, quando de eis ſit facta mentio actiuè & paſſiuè, & quòd verbum , ſuperſtites , quoque in ſingulari verificatur, ſecundùm facti contingentiam, &c.vt ibi.*

16 *Formula in qua continentur verba , Ad inuicem vni decedenti , vt in d. formula.4. facit , vt per hæc verba reciprocæ ſubſtitutionis fideicommiſſariæ oſtendantur vocati , & priùs grauati mixtim filij etiam deſcendentium poſiti in conditione.*

17 *Idem poſitos filios in conditione cenſeri in diſpoſitione vocatos,quando mentio filiorum maſculorum fuerit geminata,vel ea teſtatorem pluries vſum fuiſſe.Sicque validum erit fideicommiſſi grauamen.*

18 *Idem vbi adſint verba, De hærede in hæredem , donec ſuperfuerint maſculi de domo,cenſentur maſculi etiam in conditione grauati & honorati ſucceſſiuè,ſic ſimul & ſemel cuiuslibet relinquitur, & quilibet grauatur.*

*Idem,quando dictum ſit, Et maſculis non exiſtentibus , voluit ſuam hæreditatem,&c. tunc conſtat, filios in conditionibus poſitos omnium præcedentium graduum ſubſtitutionum ſucceſſiuè cenſeri,vocatos & honoratos.*

19 *Et quid, ſi deficientibus maſculis maſculorum ſint ſubſtituti maſculi filiarum,& de materia vide.*

20 *Sequentia ex præcedentibus,& econtrà,interpretantur & declarantur.*

21 *Filij in conditione poſiti, venientes per lineam finitam agnationis vocati, & grauati per teſtatorẽ ad reſtituen. ſubſtituto extraneo , deferenti arma & nomen familiæ ipſius,quando teneantur bona & fideicommiſſum reſtituere illi, & quando non.*

*Et an, & quando valeat talis conditio deferendi arma teſtatoris,vel præceptum , & quando poſſit remitti, & per quantum tempus poſſit tardare ſubſtitutus , & quid , ſi per ſe non ſtetit , ſed non vocetur de tali agnatione ab alijs vide ibidem.cum num.ſeq.*

22 *Relictum factum bonorum alicui extraneo, ſi arma cognomen ac nomen domus teſtatoris deferat pro conſeruanda agnatione eius , tam conſumpta,valet , & quando priuaretur , non implendo legatarius aut fideicommiſſarius voluntatem teſtatoris , & quanto tempore poſſit tardare, & quid, ſi per eum non ſteterit, ſed per alios illum ſic non vocantes.*

23 *Pœna non imponitur alicuius ex facto , aut delicto alterius. & ſic tertij.*

24 *Filij poſiti in conditione , cenſentur vocati & fideicommiſſo grauati ,quando in formula ſubſtitutionum fideicommiſſariarum generalis ſit prohibitio alienationis, quia voluit bona ſua remanere in ſua agnatione:quia quilibet gradus tunc videtur inuicem ſubſtitui & grauari.*

*Sicut per clauſulam , Omni meliori.*

25 *Idem , vbi adſit particula , de aliquo faciendo per filios & hæredes in perpetuum , & in eorum defectum de expendendis omnibus bonis in aliquo opere pio , & quòd tales filij in conditione poſiti , ſint vocati ad excludendum fideicommiſſum ſubſtitutum , vide ibidem pulchrè declarata.*

¶ SOLVTIO. III.

1 SECVNDA & altera concluſio probatur ſupra præmiſſa † quotieſcunque poteſt apparere de mente teſtatoris, filios eſſe poſitos in conditione duplici, in longa ſucceſſione fidicommiſſaria, duratura per plures gradus, contemplatione agnationis conſeruandæ inter inſtitutos maſculos, poſitos in conditione & ſubſtitutos viciſſim, ſuperuenientes, & decedentes, continuando ſucceſſionem bonorum, vel cauſa alia extendente voluntatem teſtatoris, excludentem, & includentem, prout diſponit, quæ aliter ſeruari nequeat, niſi fiat, & ſequatur ſucceſſiua vocatio, & grauamen reſpectum, & reciprocum poſitorum in conditione: tunc enim poſiti in conditione vocati, & grauati cenſeantur: huc tẽdũt ferè omnes cõiecturæ, ſeu limitationes exacta cura, & ingenioſè inuentæ, & collectæ, per Zanch. d. §. cũ ita. poſt. nu. 724. Gabr. Rom. d. conc. 4. tit. de fideic. li. 4. de com. concl. & aliquę per Cott. in memor. verſic. filij in conditione poſiti. & alibi per Doct. quoniã circa hæc verſantur, quæ indicãt teſtatoris mentem, & voluntatem ad hæc ipſa, quæ in ſumma dixi. Qui vult ergo, huiuſmodi mentem, & voluntatem congruè, facileq; interpretari, diligenter, ſicut in cæteris generale eſt, reſpiciat, intelligat totã formam propoſitæ ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, per ea quæ de verbis teſtamenti videndis cognoſcendiſq; antè latè ſcripſi lib. præced. interpr. 3. dubit. 2. ſolu. 1. & dicẽdo Bal. in l. ſi fuerit. §. 1. de leg. 3. quod eſt multum aduertẽdũ in forma grauaminis.

Quamobrem non per cõiecturam ſeu limitationum enumerationem, quæ poſſet in immenſum progredi, certoq; numero nunquam concludi ob multas, & diuerſas hominum voluntates, etiam in teſtamentis ipſis, & diuerſa Doct. ſuperinde reſponſa in dies edita ad l. quia poterat. & l. nonnunquam. ff. ad Trebell. & c. quia de conceſſ. præben. ex quib. demum videmus exceptas ſuas limitationes, per Gabr. Rom. in d. 4. concl. ſed meo inſtituto commodiùs, clariùs, magiſq; expediens putauĩ conſiderare, & ponere ſolitas ſubſtitutionum fideicommiſſariarum formulas aliquas, quibus præmiſſa concluſio hæc vera probatur.

2 Prima illa ponitur † formula qua teſtator dicit, ſi dictus eius filius, vel hæres deceſſerit ſine filijs, & dicti ſuĩ filij deceſſerint ſine filijs dicta res deueniat ad talẽ, vel ſubſtituit talem, vel ei, & eis ſic decedentibus ſubſtituit talem, vel dicti ſic decedentes dictam rem reſtituat tali appoſita quandoq; vel prohibitione Trebellianicę, vel clauſula, omni modo meliori, hęc primũ obiter interpretãda ſunt, quoniã copulatiuè ſtare non poteſt ꝙ pater decedat ſine filijs, & filius decedat ſine filijs, ideo quãdo copulatiuè ſtaret propoſita formula, ob impoſſibilitatẽ, copulatiua reſoluitur in diſiũctam, & .i. vel, quod omiſit explicare, Galiau. in l. Centurio ſub nu. mihi 110. de vul. & pup. ibi per l. ſi Titio fundus. de vſuf. leg. & Alex. conſ. 130. col. fi. lib. 2. melius explicauit Rip. ſub nu. 169. verſ. ſed quam d. ſi ſubſtitutio. in d. l. Centurio. idem de copula ponẽda pro diſiuncta per Caſtr. conſ. 43. ſubſtitutio. col. 2. li. 2. refert Io. Ant. Alex. cõſ. 129. col. fi. nu. 3. & propriè Ruin. conſ. 111. col. 3. nu. 8. li. 2. & Zanch. d. §. cum ita. num. 1304. Et per verba illa dicta res deueniat ad talẽ, vel ſubſtituit talẽ, & prout in dubio ſemper cenſetur grauatus hęres, & hic ſub duplici conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, vel ſui filij ſine filijs, per doct. Bar. in d. l. Centurio. ſub nu. 37. verſ. quæro vlteriùs, quid ſi teſtator cõmuniter receptã, ibi Rip. nu. 167. Alci. ſub nu. 37. verſ. tertius eſt caſus. & nu. 38. ſubiungit quòd aduerti conditionem iſtam non referre proponi coniunctim, vel diſiunctim, cùm ſit copulatiua tunc vertenda in alternatiuam, vbi copula poſita eſt inter duo, quæ ſimul vera eſſe non poſſunt d. l. ſi Titio fundus.

Hoc in loco cadit communis ſolutio ad principalem
3 noſtram dubitationem, ꝙ † fideicommiſſi grauamen, & omne aliud onus ex teſtamento perſoluendum ſemper in dubio cenſetur iniunctum hæredi: l. ſi ſeruus legatus. §. qui margaritam ibi Bal. & alij de leg. 1. gl. in l. Marcel. in prin. ad Treb. Alex. conſ. 66. col. fi. n. 14. cõſ. 170. n. 12. l. 2. conſ. 13. col. pen. cõſ. 55. n. 15. li. 4. Cor. conſi. 69. col. 2. conſ. 76. col. 4. verſ. in caſu. li. 4. Bald. in l. eam, quam. nu. 21. C. de fideic. in ratione, quia teſtator, quãdo loquitur, ſemper videtur ad hęredem loqui: declarando, vt tenent. Cum. Caſtr. & Soc. in l. Paulus. 2. de reb. dub. & in ſpecie Soc. conſil. 140. col. 3. lib. 1. clarũ eſt enim filio eſſe onus impoſitũ, quãdo ei decedẽti ſine filijs ſubſtituit, &c. Soc. Iu. conſ. 131. nu. 71. lib. 1. non nominatim eo relictum fideic. intelligitur, ſed tanquã ab eo, qui poteſt illud præſtare, vt ſic valeat ex communi opi. pulchrè declarat Iaſ. conſ. 196. col. pen. verſi. non ob. in quantũ. li. 2. idem etiam, vbi eſſet grauatus executor, vel tutor in teſtamento datus, ille, qui hæres eſt, grauatus dicitur: Alex. conſ. 105. col. pen. verſ. non obſtat etiam, lib. 1.

4 † Per illa autẽ verba, Ei, & eis ſic decedentibus, ſubſtituit talem, id nempe eſt, de quo nunc quærimus, filijs filiorum poſitis in conditione apparet facta ſubſtitutio fideicommiſſaria, & fideicommiſſi grauamen impoſitum: Ruin. conſ. 58. col. 3. nu. 10. conſ. 122. ſub nu. 4. conſ. 111. col. 2. nu. 6. li. 2. defendit & Corn. cõſ. 22. col. 4. verſ. ſed poſſet. lib. 2. conſ. 273. col. 3. verſ. cũ itaq; lib. 4. latè examinando tenet Soc. conſ. 250. col. pen. lib. 2. ſequitur Rim. ſen. conſ. 243. nu. 90. nunquid valeat. notus eſt inter doct. conflictus opinionum in filijs filiorum poſitis in conditione: nam Bart. in d. l. Centu. ſub nu. 37. tenet hoc caſu fideicommiſſum valere pręſupponendo videri filios filiorũ iſtos habere ex diſpoſitione primi teſtatoris id de quo fuerunt grauati: vt l. deniq;. §. interdum. de pec. leg. ibi, eius opi. comprobando ſequun. Are. col. 22. Galiau. ſub n. 3. verſ. vlt. fit conclu. & Rip. ſub n. 166. & 169. verſ. tertius caſus: dicit hanc opi. ſe ſequi, tanquã magis conſonã voluntati teſtatoris. & Alc. n. 38. 39. probando valere ex perſona patris ſimul grauati: quia inſtitutus & honoratus in teſtamẽto, & in perſona filiorum, vt eius hæredum ab inteſtato: per l. ſi fuerit. §. 1. de leg. 3. etiam ꝙ ſoli filij ipſi ſint grauati, vti de mero facto poſſint facere reſtitutionem fideicõmiſſi: l. inter. qui ſatiſd. cog. quamlibet interpretionem ibi ſe probare dicit, per quam ſuſtineatur fideicommiſſum, quia mens teſtatoris ſemper iuuanda eſt, & ibi Soc. Iun. num. 298. & 303. in fi. dicit, ſibi opi. Bar. magis placere, & alij ſequuntur, vt infra. At Iaſ. in dict. l. Centurio num. 57. allegando concord. vti veram & com. opin. contra Bart. tenet, & in conſ. 35. col. 3. lib. 3. & Cur. Sen. conſil. 43. nume. 29. contra Bart. eſſe com. dicit Dec. conſi. 270. col. 1. & repetit conſ. 422. & alij de com. contra Bar. citati per Gabr. Rom. in d. concl. 4. nu. 18. & per Clar. in d. §. teſtamentum. in q. 78. de magis communi contra Bart. atteſtantes colligendo refert, & Odd. Peruſ. de compend. par. 5. artic. 3. fol. 168. verſ. primam ergo opin. vbi partis huius etiam rationes diſcutiendo proſequitur.

Ego verò opin. Bar. & ſequentium, etiam quòd onus fideicommiſſi cenſeretur tantum iniunctum filijs poſitis in conditione, veriorem arbitror, & tenendam in actu practico pro validitate fideicommiſſi, & adiuuanda voluntate teſtatoris, tum auth. Bar. ipſius, & aliorum ſup. citatorum eum ſequentium, & d. opin. veriorem atteſtantium, & Caſtr. conſi. 5. quicquid dicatur colum. pen. verſ. breuiter. Bart. lib. 1. Corn. conſil. 226. col. 3. & præterea dicit conſi. 320. col. 4. lib. 4. conſi. 119. col. pen. verſ. accedat. conſ. 149. col. 6. lib. 2. Alex. conſi. 64. col. 1. & ſeq. liq. 5. Gui. Pap. in q. 39. & q. 184. Ruin. conſi. 139. col. 3. nu. 8. conſil. 142. col. 4. ſub nu. 2. lib. 3. vbi maximè in caſu illo his trib. concurrẽtib. quod ſint in conditione poſiti,



quòd ſint grauati, & quòd in omnibus bonis, & quòd hæc opin. Bart. à certo tempore citra eſt communis, & apud Peruſinos habetur pro canonizata, firmat & Bero. conſil. 104. num. 12. conſi. 107. num. 5. conſi. 109. num. 9. lib. 2. & Socin. Iun. conſi. 145. ſub nume. 36. lib. 3. & plures concord. allegando Aym. conſi. 139. num. 3. conſi. 155. col. 2. num. 5. Zaſi. de ſubſti. c. 5. ad fina. Crot. conſi. 349. num. 117. & Odd. Peruſ. d. arti. 3. fol. 130. verſ. contrarium, & fol. 171. diſcuſsis rationibus putat opin. Barto. veriorem, hodie nedum verior, ſed crebrior eſt opin. iſta Cephal. conſi. 251. nu. 72. 73. idem latè defendendo atteſtatur Crot. d. conſi. 349. nume. 2. & ſeq. ſemper ſe ſolitum tranſire cum opin. Bart. dicit Alci. conſi. 207. Talis eſt caſus. Teſtator ſub num. 5. lib. 9. Tum etiã ratione iſta, præter adductas per doct. in dictis locis, moueor ad opin. hanc Bart. tenendam, quia tales filij poſiti in conditione, & grauati etiam ipſi, Si deceſſerint ſine filijs, eorum parte primo grauato mortuo, bona dicuntur habere potius iudicio teſtatoris, quàm fortuito iudicio, ſuccedendo eorum patri ab inteſtato, cum eorum pater, pendente adhuc alia ſecunda conditione, ſi ipſi filij etiam grauati deceſſiſſent ſine filijs, nõ potuiſſet de bonis à teſtatore relictis diſponere. l. fin. §. ſin autem ſub conditione commun. de legat. & ſufficit habere à teſtatore non diſponendo tantum ſed etiam occaſionem capiendi dando: Bald. conſi. 57. Item inſtituo. colum. ſecunda, ſub nume. 3. verſ. quid dicemus. lib. ſecundo, & etiam in modum conditionis dicit Bart. in l. prima, ſub num. 3. com. de lega. & in l. cum filiofamil. colum. 2. de leg. 1. ſufficitque proinde in iſtis filijs grauatis non verificari vniuerſalis negatiua, inducta per dictionem, nihil dederis, aſcriptam in l. ſed & ſi ſic. in fi. eo. & in l. cohæredi. §. quòd ſi hæredem. in fin. de vulg. & pupill. cum ſic ergo aliquid eis videtur datum, ita fit, vt validè poſſint fideicommiſſo grauari, per d. l. ſed & ſi ſic. & l. ab eod. C. fideicommiſſ. cum ſimil. in ſpecie per Bero. conſi. 82. nume. 6. 7. lib. ſecundo, & not. Ioan. de Imo. in l. quidam ita in teſtamento. §. 1. ad Trebell. quòd licet quis ſecundùm verba teſtantis non ſit honoratus, ſi tamen, quòd mentem, ſit honoratus, poteſt fideicommiſſo grauari, quod eſt ſingulare & notabile dictum in materia, comprobans, ſufficere mentem teſtatoris haberi ex verbis enuntiatiuis, vel præcedenti diſpoſitione, & ſecundùm latam ſignificationem verborum continentibus, & comprehendentibus honorem vel commodum, ex quo procedat & inducatur validè fideicommiſſi grauamen iniunctum: vt idem Imol. declarat in d. l. Centurio. colum. 11. num. 22. circa regulam & intellectum. d. l. ab eo. & l. planè. 2. in fin. de leg. 1. cum concord. per Alexand. conſi. 64. colum. 2. num. 4. verſ. fortifico concluſionem. lib. 5. & per Ruin. conſ. 98. ſub nu. fi. 32. lib. 2. Vtranq; opin. limita, amplia, & declara, vt per Zanch. d. §. cum ita. nu. 731. vſq; ad num. 751.

5 Validum † grauamen exinde quoque in filijs ipſis filiorum poſitis in conditione, reputatur ex prohibitione, ſi poſita ſit in teſtamẽto, detractionis Trebellianicæ, cum non valeat in liberis primi gradus, operatur validitatem oneris fideicommiſſi contra nepotes, vti hæredes priorum filiorum, & ſic poſitos in conditione per inductionem: l. quoties. de reb. dub. in ſimili factam à Bart. in d. l. Centurio. ſub num. 37. vbi expreſſè probat Galiau. col. 72. ſub nu. mihi. 101. verſi. ego autem puto. quem ibi Rip. ſub num. 167. in fin. impugnat, conſiderando melius eſſe, quòd non teneat prohibitio Trebellianicæ, quàm quòd fideicommiſſum non teneat, &c. aliter rationem diuerſitatis non probando contra reg. d. l. quoties. ideò ſententiæ Galiau. ſtandum probo, per expreſſam deciſ. in terminis Alex. in conſi. 67. ſub num. 4. colum. 3. verſ. & maximè in caſu noſtro. lib. 1. de qua, neque Galiau. neque Rip. recordati fuẽre, ſequitur Pariſ. conſ. 21. col. fi. num. 50. lib. 3. & Ruin. conſi. 115. nume. 25. lib. 3. ſentit & hoc Cephal. conſil. 419. num. 36. & Rimin. Seni. conſi. 243. ſub num. 90. hoc tamen admoneo locum habere in teſtamentis parentum, de quibus loquitur. l. iubemus. C. ad Trebel. non autem extraneorum, qui indiſtinctè poſſunt prohibere Trebellianicam. adde Bart. & alij in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falci. Dec. conſ. 81. col. 2. num. 3.

6 Adde per † clauſulã omni modo meliori, &c. in quacunq; parte teſtamẽti appoſitam etiam cenſeri filios filiorum poſitos in conditione honoratos & grauatos in fideicommiſſo inducendo, vt teſtatoris voluntas validiori, quo poſſit, modo ſeruetur in ſpecie, probat Pariſ. d. conſ. 21. col. fi. nu. 53. lib. 3. Soc. conſi. 12. col. fi. nu. 15. ibi, primum, quia teſtator, &c. conſ. 63. col. pen. verſ. poſtremo hoc clariſsimè. lib. 3. Cur. Iun. conſ. 73. col. 8. nu. 22. vbi plura in propoſito, & in conſ. 114. col. 3. num. 9. & ſeq. cum ſim. de hac clauſula per me in conſ. 110. ſub nu. 6. 7. 8. lib. 1. & in lib. præceden. interpr. 2. dubit. 1. ſolut. 4. vbi latiſſimè clauſula iſta.

7 Secunda † formula ſequitur cum facta ſubſtitutione continente filios hęredum poſitos in conditione, ita dicit, & ſic vnus alteri ſuccedat in perpetuum inuicem ſuccedendo, ex his filios poſitos in conditione apparere honoratos & grauatos, reſpondit Corn. conſil. 101. col. pen. & fi. conſ. 273. col. 3. verſ. cum itaq;. lib. 4. Soc. conſ. 250. col. 4. verſi. præterea adijcitur cauſa lib. 2. eſt enim tale fideicommiſſum reciprocum omnibus, & ſic etiam poſitis in conditione, actiuè & paſſiuè, iniunctum, vt declarat Pariſ. conſ. 7. col. penult. lib. 3. & inter nominatos tam diſpoſitiuè quàm conditionaliter, Ruin. conſi. 158. ſub num. 2. lib. 2.

8 Tertia ponitur † formula probans, verba præmiſſæ conclu. illa, duratura per plures gradus, ita præcedente inſtitutione plurium filiorum hæredum, ſi quis eorum, vel hæredum ſuorũ deceſſerit ſine filijs, ſubſtituit ſemper viuentes, vel d. ſua bona perueniant ad ſuperuiuentes, ſeu eorum filios, & deſcendẽtes, de gradu in gradum morientium ſine filijs in infinitũ, donec aliquis reperiatur de ſua linea paterna, deficiente verò linea paterna, ſubſtituit proximiores ſuos de linea materna, de gradu in gradũ decedentium ſine filijs, ſi linea materna etiam defecerit, ſubſtituit Eccleſiam ſancti Dominici.

Ex hac quidem formula, vel ſimili plurium ſubſtitutionũ graduum conceſſione, & digreſſione filij poſiti in cõditione videtur vocati, & grauati fideicõmiſſo, prout ipſorum graduum digreſſio fit in lineis deſignatis, antequàm extraneus ſubſtitutus vocetur, ne ſequatur abſurdum de extraneo præferẽdo ſuis, contra l. cũ acutiſſimi. C. de fideicom. & vigente prima intentione & inclinatione teſtatoris erga poſitos in conditione, vt habeant, gloſſ. in l. filiusfa. §. cum quis. de leg. 1. qui iam ex voluntate teſtatoris excludũt ſubſtitutum tex. eſt in l. cum pater. §. volo. de leg. 2. vt ſic progrediendo, voluntas teſtatoris obſeruetur, per notatum, licet controuerſum Petri de Anch. conſ. 74. contra Philippum ſupra fin. vbi dicit hanc modificationem ſibi videri iuſtiſſimam, & æquam, nec poſſe dici cõtrarium, quanuis cõtrarium dici poſſet ex conſ. plurium doctorum aſſerant & allegant Soc. in l. cùm auus, col. fi. de cond. & demonſtr. Pariſ. conſil. 86. nume. 26. lib. 2. Bero. conſ. 84. num. 75. lib. 2. conſil. 57. num. 65. lib. 3. Eman. Coſta in c. ſi pater. par. 1. verſic. ſi abſque liberis. nume. 58. de teſtam. in 6. tamen hanc ſententiam Anch. comprobando ſequuntur Grat. conſil. 106. nume. 45. lib. ſecundo, poſt Alexand. conſi. 64. col. fin. lib. 5. Pariſ. conſi. 53. num. 43. lib. 3. Aymo conſil. 326. num. 3. Socin. Iun. conſi. 168. num. 75. lib. 2. conſil. 1. num. 20. conſil. 119. num. 20. lib. 3. vbi maximè poſiti in conditione ſunt prælati pijs locis: Purpur. inter conſil. Sylua. conſil. 33. colum. fin. verſic. quartò reſultat. Crot.

conſil.58.num.22.Alci.conſil.34.nume.5.lib.9.vlti. im-
preſ. Venet. vbi reſpondit contradicentes non loqui,
quando ſubſtitutio eſt extenſa in tòt gradus, & teſtator
ſemper vult præferri deſcendentes, & de ſuis lineis, &
concord.plu.allegat Cephal.conſ.251. nu.79. Alexand.
conſi.28. ad fin. contrarijs hincinde alleg.cum hac opi.
tranſit Gabri.Rom.dict.conclu. 4.num. 13. & 14. ponit
& Zanch.in d.§.cum ita.num.780. Tob. Peruſi. conſil.
31.num.15.Menoch.conſi.135.num.5. quæ maximè pro-
cedit, quando teſtator plures filios inſtituit, & ſubſti-
tuit inuicem,ſi deceſſerint ſine liberis, concedit Socin.
conſil. 116.colum.penult. ſub verſ.pòſtremò allegatur.
lib.tertio,Alben.conſil.78.nume. 12. vt noſtra formula
præſupponit, ea maximè ratione, & quando prælatio
filiorum poſitorum in conditione ſubſtitutis neceſſa-
ria eſt ex teſtamento,vt contingere poteſt in decèdente
longinquo gradu:probat Corn. conſi.74.col.2. verſicu.
ſecundo induco,lib.ſecundo, addo perbellè ad propo-
ſitum Petrũ.de Anch.in conſ.152. plura ſunt dubia. col.
3.verſ.contrarium dico, vbi in fideicommiſſo duraturo
& perpetuò in poſteros eius extinctio, & expiratio non
datur per mortem grauatorum cum filijs, ſed vt inten-
tio teſtatoris obſeruetur,qui voluit filios, & omnes hæ-
redes iſtos onere digreſſiuo prægrauare, filij habentes
portionem patris, ſeu aliorum deſcendentium ſine fi-
lijs quorum ſunt hæredes ad eam reſtituendam ſucceſ-
ſiuis ſubſtitutis grauati fore intelliguntur: vt hæc nota-
bilis interpretatio habetur ibi per eum, & Ang. Aret.
tract.de teſta.in gloſſ.95.nume.5.ad fin. & Rip. in dict.l.
Centurio.nume. 156. verſic. quarta coniectura. ſaluan-
tem Anchar. quòd ſic teſtator voluerit honorare poſi-
tos in conditione priorum graduum,eos magis diligen-
do.ar.l.Publius.§. Titia.de condi.† & demonſtr. magis
9 enim didigit teſtator filium, & ſobolem grauati, quàm
ſubſtitutum.dict.l.cum acutiſſimi. Alexand. conſi. 167.
colum.fin.verſ.tamen fallit,quando.lib.5. Corn. conſil.
298.colum. 4.ad princ. lib. 4. & primo inuitatum ma-
gis diligit.l.quoties.in princ.ff. de vſusfruct. & ſi per viã
fideicommiſſi teſtator vult conſeruare ius legitimarum
hæreditatum digrediendo per plures gradus ſubſtitu-
tionum: Socin. conſil. 49. colum. 3. verſicu. quartò
prædicta concluſio. lib. primo, Alexand.conſi.101.col.
4. ſub num. 12. verſic. ex quibus apparet. lib. 7. quòd
nequit fieri reuera,& effectualiter, quin poſiti in condi-
tione in progreſſu ſubſtitutionum ſimul mixti & com-
prehenſi ſint vocati,grauati, & veniant in diſpoſitione,
tunc demum ex tacita mente defuncti verba conditio-
nalia diſponere dicuntur: Ruin. conſi.142.col.4.num.
ſecundo,lib.3.Socin.Iun.conſil.174.num.12.lib.ſecun-
do,Bero.conſi. 104.ſub num.14. lib.ſecundo, maximè
in terminis,ibi,in verſic. quinto colligitur,& conſi. 110.
nume.34.conſil. 114. ſub nume.20. eo.Quare quantum
velint contradicant alij, puto ego cum D. Cephal. dict.
conſi.251.num. 79. & cum eo D. Tiberius Dec. conſil.
103.nume.17.lib ſecundo, conſi.89. nume. ſecundo, &
ſequent. lib. 3. hanc ſententiam tutam & veram, quan-
do poſiti in conditione etiam ſucceſſiuè grauati appa-
rent, vt doct.in locis alleg.ſentiunt, ne ſit contra aliam
communem ſententiam ſupra firmatam ſolu.prçceden.
verſicu.fin.

Quarta datur † formula præmiſſam concluſionem
10 demoſtrando per verba illa, Contemplatione agnatio-
nis conſeruandæ inter inſtitutos maſculos, &c. Ita pro-
pter dotes relictas excluſis fœminis & maſculis vniuer-
ſalibus hæredibus inſtitutis, ſequitur, ſi quis dictorum
hæredum deceſſerit ſine filijs maſculis, ex legitimo ma-
trimonio natis, ſubſtituit alios ſuperuenientes maſcu-
los adinuicem vni decedenti ſine filijs maſculis, vt ſu-
pra ſubſtituendo alium, ſeu alios, vel eorum filios me-
ſculos, de hærede in hæredem maſculum, donec ſuper-
fuerint de domo ſua, & maſculis non exiſtentibus præ-
dictis voluit d. ſuam hæreditatem peruenire ad deſcen-
dentes maſculos ex d.ſuis filiabus, vel ſororibus, dum-
modo ſe nominent & faciant,& aſſumant arma de caſa-
ta d.teſtatoris, prohibendo in perpetuum aliqua bona
ſuæ hæreditatis alienari,quia vult, & mandat ea perpe-
tuo conſeruari penes omnes ſuos hæredes prædictos
de ſua caſata, qui etiam in perpetuum debeant manu
tenere vnum capellanum, qui habeat celebrare,&c.&
quibus omnibus deficientib. mandauit, de omnibus
ſuis bonis conſtrui monaſterium, vel ſimilibus for-
mulis.

Ex formula autem huiuſmodi non digrediendo pro-
poſitæ dubitationis ſolutionem plures habemus de-
monſtrationes mentis, & voluntatis teſtatoris, quòd
filij in conditione ſic poſiti ad fideicommiſſum ſunt vo-
cati,& honorati, eoq; ſimul poſtea grauati cenſentur.
Nam primum illud excludere fœminas ab hæreditate,
& maſculos hæredes vniuerſales inſtituere oſtendit vo-
luntatem teſtatoris fauore agnationis.Deci. conſil.545.
nume. 6. Aymo conſil. 113. nume. ſecundo. cum ſimil.
alleg.ſupra præceden.dubit.ſolu. 11. verſic. tacita verò
ratio. vnde fœminis excluſis ab vniuerſali ſucceſſione
ex teſtamento,vel ex ſtatuto ab inteſtato maſculi in cõ-
ditione poſiti ad ſuſtitutiones cenſentur vocati ex te-
ſtamento & rogati ſuo caſu mortis ſine liberis maſculis
eueniente.Aymo.conſil.62.colum.fin.conſil. 130. num.
4.Grat.conſi. 31.nume.19.conſi. 101.nume. 20. lib. ſe-
cundo,Alci. conſi.34.nume.quarto, lib.9. Bero. conſil.
109.colum.fina.lib.ſecundo, Socin.Iun. conſi. 119. nu-
me. 29. & 32.lib. primo, conſil.158. nume. 174. lib. ſe-
cundo, conſil.78.nume.16.conſil. 145.nume.36. libr.3.
Goz.conſil.64.nume. 8. ponit & Zanch. d. §. cum ita.
num.751.concord. cumulare voluit, vt atteſtatur *hanc*
ſententiam magis communem,Cephal.conſi.251.num.
77. cum maximè de maſculis ſæpiſſimè eſt facta men-
tio, & fœminæ ſint excluſæ iam ab vniuerſali inſtitutio-
ne,& à ſubſtitutionibus, plenè Menoch.conſi.152.num.
3.& per tot. ſicque non obſtant contradicentes, alle-
gati per Gabri. Rom. dict. concluſ.4. nume.9.qui lo-
quuntur, intelligi debent in caſu ſimplicis conditionis
ipſius ſine filijs maſculis, de quo in præceden. *concluſ.*
verſ.magis quoq;, non autem in caſu præſentis *formulę*
ſubſtitionum.

11 Adiectio † hæc, Ex legitimo matrimonio *natis, facit*
etiam mentem teſtatoris intelligi, quòd *tales* ex legiti-
mo matrimonio nati in conditione *poſiti* debeant ex-
cludere ſubſtitutum ex teſtamento, non autem ab in-
teſtato, cum enim ab inteſtato legitimati pariter ſuc-
cedunt, ita ergo nati ex legitimo matrimonio cenſen-
tur vocati ex teſtamento, pro coniectura multum con-
cludente, potentiſſima, & cui nihil poſſit opponi, ad-
ducit Socin.Iun.conſi.110. nume. 25. & ſequent. conſil.
145.nume.38.lib.3. ſequitur Hippol. Riminal. conſi. 21.
nume.46.dubiam tamen facit Zanch.in dict.§.cum ita
nume. 764. Sed inficiari non poteſt, quin ex qualitati-
bus huiuſmodi pluribus à teſtatore adiunctis erga filios
poſitos in conditione, magis perſpicua, & vehemen-
tior eius intentio,& mens detegatur, vt eorum exiſten-
tia ſic magis qualificata operetur ex teſtamento ipſo, id
quod forſan ab inteſtato ſecùs eſſet,& vt magis habeant
12 per gloſſ. in dict.l. filiusfamil. §. cum quis.de lega. pri-
mo † arguendo à declaratione ex adiunctis,per iura al-
leg.à Caſtr.conſil. 356.num.3. lib. primo, Signor. conſ.
107.ſub nume.ſecundo, verſ. præterea ratione, Socin.
Iun.conſi. 112. nume.15. lib. primo.Stepha. de Feder.
13 tract.de interpret. iu. par. 1. nume.85.† arguendoque à
geminatis,& multiplicatis verbis: l. Baliſta. per tot. ad
Trebell. cum not. per gloſſ.& doct. in l. quæ dubitatio-
nis.de regu.iu.per Alexand.conſil.214.ſub num. 10.lib.
6.& per



6.& per not.in l.ſecunda, ff. de excuſ. tuto. ab eorum
etiam effectu operandi. l. ſi quando. in princip. de lega.
primo.cum ſimil. per Curt. Sen. conſi. 52. nume. 33. at-
que operandi ex teſtamento, cuius quidem ipſa verba
ſunt. Et ſecundùm eius naturam debent operari per ge-
14 neralem doct. quòd † verba operantur, ſecundum na-
turam actus. Saly.in l. coiri. in fi.ff. pro ſoc. Alex. conſi.
21.col.3.nu.8.lib.5.cum ſimil.

Verba illa, † ſubſtituit alios ſuperuenientes, ſeu ſu-
15 perſtites maſculos,& eorum filios maſculos, poſita poſt
illa, Siquis dictorum hæredum deceſſerit ſine filijs ma-
ſculis,continent,filios hæredum eſſe vocatos, & per te-
ſtatorem honoratos,& conſequenter, hi etiam poſiti in
conditione,potuerunt grauari: Pariſ.conſili. 42. colum.
2.numero.6.libro 3.& ibi in colum.3.numero.13. intel-
lige,quando de filijs poſitis in conditione,facta eſt men
tio actiuè, & paſſiuè: actiuè, quòd ſunt vocati: paſſiuè,
quòd ſint grauati, etiamſi vnus ſit grauatus, propter
verbum plurale, ſuperſtites veniunt ad fideicommiſ-
ſum filij poſiti in conditione: Cuma.conſi.13. Titius in-
ſtituit, verificatur quoque in ſingulare, ſecundùm facti
contingentiam.Pariſ.conſil.37.nu.52.lin. 2. & in ſpecie
ibi ſub num.21.

16 Ad † inuicem vni decedenti, &c. nempe verba hæc
reciprocæ ſubſtitutionis fideicommiſſariæ oſtendunt
vocatos, & prius grauatos mixtim eſſe etiam de filijs
deſcendentium poſitis in conditione: Bero. conſil. 82.
numero.6.& ſequen.lib.2.Alexand.conſilio 48. nume.
4.Zanch.in dict.§.cum ita.nume.779.Ruin.conſi. 198.
ſub nu.7.lib.2.Tob.Peruſi.conſ.32.nu.12. vt eſt dictum
ſupra in fin. formula.

17 Cum viderimus, vt in præſenti † formula mentio-
nem maſculorum filiorum habitum eſſe in geminatis
conditionibus,vel ea pluries teſtatorem vſum fuiſſe, di-
cemus, tunc poſitos in conditione, cenſeri poſitos in
diſpoſitione, quamobrem ſubſequitur validum graua-
men fideicommiſſi: Purpur.inter conſil.Sylua.conſil.53.
ſub nume.4.verſicu.tertiam. refert Zanch.in d.§.cum
ita.ſub nume.769.verſic.vel vltimo.Idem Corn.conſil.
74.colum.2.verſic.primo,quia.& ver.ſequen.lib.2.Go-
zad.conſ.94.col.3.num.9.Pariſ.conſi.37.col.4.num.31.
lib.2.

18 De † hærede in hæredem,donec ſuperfuerint maſcu
li de domo. Particula iſta demonſtrat claram teſtatoris
voluntatem de bonis conſeruandis in ſua agnatione
gradatim continuando,etiam circa maſculos,poſitos in
conditione,vt ſucceſſiuè honorati, & grauati intelligan
tur: Pariſ.conſi.52.num.14.conſ.63.num.29.lib.2.ita ſi-
mul & ſemel cuilibet relinquitur, & quilibet grauatur.
Bart.in l. Marcellus.§.quidam.col.fina.nume.10.fin.ad
Trebell.& Bald.in l.voluntas.ſupra fin.C.de fideicom-
miſſ.per l.peto.§.frater.de leg.2.

19 Et † maſculis non exiſtentibus,vel deficientibus,vo-
luit d.ſuam hæreditatem, &c. Ex hac particula conſtat
teſtatorem voluiſſe filios poſitos in conditionibus, om-
nium præcedentium gradum ſubſtitutionum ſucceſſiuè
& gradatim cenſeri vocatos, & honoratos, vt poſterio-
res qui defecerint, poſſint grauari ad reſtituendum,vel
diſtribuendum hæreditatem ad vlteriores, vel ſuæ, vel
alterius cognationis, vel ad loca pia Bero.conſ.80.col.
fin.lib.2.Curt.Iun.conſil.87.col.fin. clarè Ruin.conſil.
122.colum.3.ſub nume.4.verſicu.& de qua voluntate.
& conſi.168.nume.6.lib.ſecundo, Purpur.dicto conſil.
53.ſub num.4.verſicu.ſecunda, inter conſi.Sylua.& Pa-
20 riſ.conſil.63.nume.29.lib.2.quoniam † ex præcedenti-
bus ſequentia, & econtra interpretantur & declaran-
tur, vt in propoſito Corn.conſ.32.9.colum.3.verſ.quia
negaui.lib.4.& Aymo conſil.130.nume.6.vbi propriè,
quando deficientibus maſculis maſculorum, ſunt ſub-
ſtituti maſculi filiarum, quòd ob id liberi inter ſe mu-
tuò,& inuicem cenſeantur ſubſtituti,vt bona inter ma-
ſculos conſeruentur.

Reperitur in teſtamentis quandoque, vt in præſenti
21 formula,† quòd finita linea agnationis teſtatoris bona,
& ſub pœna amittendi, ea imponitur, quòd debeant
ferre nomen,ſe nominari,& cognominari facere, & aſ-
ſumere arma de agnatione,& cognatione,& familia ip-
ſius teſtatoris: hoc enim in formam, ſiue conditionis,
ſiue modi diſpoſitum, vt latè diſcutiendo declarat Pa-
riſ.conſi.decimonono,nume.38. cum ſequent. & præ-
ceden.lib.ſecundo,continet in ſe facile voluntarium &
honeſtum præceptum, & laudabile nominis teſtatoris
memoriale quoddam conſeruantium, per l. facta. §. ſi
verò nominis.ff.ad Trebell.& l.cum filius. §.pater cum
filia.de leg.2. ponit Pariſ. dict. conſi.19. num. 28. ad-
do l.Titia. §. fina. de aur.& arg. leg. ibi. *Et in patria ſta-
tui ſubſcriptione nominis mei.* & Gui. Pap. in quæſtio.
251.& 467.ad nota.ad Dec.conſi.273.Socin.conſi.259.
colum.ſecunda,lib.ſecundo,& Celſ.Hug.conſi. 20. nu.
40.41.& Hipp.Riminal.conſi.42.num.penult.& vlti.
& ad rem noſtram valet relictum de armis nomine, &
cognomento domus ad conſeruandam agnationem eo
rum qui habent arma antiqua ſuæ familiæ, & non ha-
bent aliquos de familia,ad quos ſucceſſorio iure deue-
nire debeant:tradit Barto. Caſſane. ſuo catalogo gloſſ.
nume.part. 1.46. conclu. ita filij poſiti in conditione
venientes per lineam finitam agnationis, vocati & gra-
uati ſunt ad reſtituendum huic ſubſtituto, ferenti ar-
ma & nomen familiæ teſtatoris. Zanch. in dict. §. cum
ita.num.769.addo & clarius ponere Barb.conſi.32.Sa-
pienter,& aliter ſubſtitutus iſte non admitteretur: Alex.
conſil. 144. in fin.& in ſpecie Ripa in l.Centurio.num.
164.verſi.qua ratione, & de hac conditione aſſumendi
nomẽ,& ferendi arma teſtatoris, latè per Gul.Benedic.
in ca.Raynutius,par.ſecunda, verſ.ſi abſque liber. mor.
tract.fideicommiſſ.ſubſti.nume.90. & ſequent. & Celſ.
Hug.conſi.20.num.40.56.ad fin.ante alleg. & in ſpecie
Cephal.conſi.251. num. 50. 51. 52. Quando autem pri-
uaretur, non implendo voluntatem teſtatoris, diffuſè
tradit Pariſ.dict.conſilio.19.nume.38.cum ſequent. re-
quiri receptum teſtatoris diffuſè tali ſubſtituto factum
per iudicem, & eius contemptum per annum, vt poſſit
priuari, reſpondit Caſtr.conſil.396.Præmittenda ſunt,
colum.fin.verſi.de illo vero. lib. primo, Fortè remitte-
retur talis conditio,Si teſtator eſſet de vili & abiecta a-
gnatione, iuſſus verò de clariſſima & nobiliſſima fami-
lia: ar.tex.in l.ſed ſciendum.§.1.ad Trebell.

22 Sed quid, ſi iſte † ſubſtitutus, quantum in ſe eſt, ad-
implet voluntatem teſtatoris, vocando ſe de cognomi-
ne & agnatione teſtatoris, tamen ab alijs vocatur de
ſuo vero cognomine, & de ſua agnatione,& non teſta-
toris,debétne priuari? Reſpondeo,quòd non: cùm non
ſtet per eum,& fecerit ac faciat,quãtum in ſe eſt,l. vter.
in fin.ff.de condi.inſtitu.l.ſi Titio.de lega. primo, l.Lu-
cius.§.quiſquis mihi de leg.ſecundo, l.Mæuia.in princ.
de an.leg.l.ſi poſt.§.item ſi qua,quando di.leg ce.l.iure
23 ciuili. de condit. & demonſt. † & facto tertij quis pœ-
nam pati non debet.Bald.in dict.l.1.nume.10. C. de his
quæ præ.no.

24 Generalis † prohibitio alienationis munita ratione,
quia teſtator voluit bona remanere in ſua agnatione,&
plurimum in formulis ſubſtitutionum in fine poſita
poſt omnes ſubſtitutionum gradus vtique poſitos & in
diſpoſitione &in conditione omnes reſpicit,& compre
hendit,ideo pariter eueniente caſu mortis, & deficien-
tiæ tamen in diſpoſitione quàm in conditione poſito-
rum demum omnes neceſſario ſunt vocati,& agnati re-
ſpectiuo,& ſucceſſiuo fideicõmiſſo vſque ad vltimum,
qui ſupereſſe poſſit. Corn. conſi. 97. Primò conſultus
colum.3.lib.primo,conſi.22. In hac conſultatione, col.
4.ves.

4.verſi. concurrit etiam conſili. 59. diu poſt conſilium. colum.3.verſi.& pro certò.lib.ſecundo,Caſtr.conſ.263. Circa primum.ſub num.ſecundo, verſi.nam in ſuperioribus.lib.ſecundo,Bald.conſi.300.Circa primum. lib.3. & pulchrè in conſil. 57. Item inſtituo. colum. 2. in fin. nume. 4.lib.2.vbi tradit, alienatione prohibita in defectum vnius gradus,alium ſurrogari, & tales videri inuicem ſubſtitui, & grauari, per l. Titia Seio. §. Seia. de leg. 2. & optimè facit text. in l. cùm quis decedens. §. Seiam. de lega.3. ibi quæſitum eſt, cum voluntas teſtatoris hæc fuerit, vt omnimodo perueniat, &c. & in ſpecie Ruin.conſil.124.num.4.lib.ſecundo, Ioan.Mar. Rimin,conſi,189.num.9.vt per clauſulam, omnimodo meliori.Bero.conſi.82.num.12.lib.2.Pariſ.conſi.18.nu. 50.conſil.30.num.32,conſil.63,num,13,conſ,78.num.13. lib.2.Alexand.de Neuo.conſil.10.nume.3,Clar.§.teſtamentum.quæſt.79.verſi.quinta.vbi de com. Poſtremò
25 ex illa † particula,de aliquo per filios,& hęredes faciendo, in perpetuum, & in eorum defectum, vel non exiſtentiam,de expendendis omnibus bonis in aliquo opere pio, & publico,vt hæc geri queant, voluntas teſtatoris extenſa apparet etiam ad poſitos in cõditione, quòd ſint vocati,& diſpoſitionem teſtatoris exequantur, Soc. conſil.77.In præſenti conſultatione.col.3.& ſeq.lib.1. Curt.Iun.conſil,87.col.fina.nume,6.veritas enim præmiſſarum concluſionum manifeſta eſt, quòd ita circa filios poſitos in conditione omnia concurrunt ad formandum fideicommiſſum,ſ.vocatio, commodum, vel honoratio, & grauamẽ.quod ideò ita valet per l.ab eo. C.de fideicommiſſ.& l.ſed & ſi ſic.de legat.3,nam filios poſitos in conditione primum teſtator quodammodo vocat, quia vult eos excludere fideicommiſſarium ſubſtitutum, per text.in l.cùm pater.§.volo.de leg.2.à nemine,quem viderim, ad hoc allegatum,qui etiam vltra illa quatuor iura alleg.per Socin.Iun.in d.l.Centurio. ſub nume.34.verſic.& pro ea.probat fideicommiſſum dici ſubſtitutionem, deinde fauore agnationis reciproca,& continuata ratione maſculorum de agnatione, & extra eam bonorum prohibita alienatione poſiti in diſpoſitione,& prius vocati aſtringuntur poſt mortem reſtituere bona eorum filijs maſculis,ſi quos habent,poſitis in conditione, per l.cum auus.de conditio.& demonſtr.& l,generaliter.C,de inſtit,& ſubſtit.qui poſtmodùm diſpoſitis in conditione efficiuntur de poſitis & vocatis in diſpoſitione continuata actiuè & paſſiuè inuicem vocati & grauati.Pariſ.conſil.1.nume.44.45. lib.3.conſil.30.nume.33.lib.2.Ruin.conſil.151. colum.4. nume.7,lib.2.Aymo.conſil.155.nume.5. Menoch.conſi. 95.nume.7.Tob.Peruſi.conſi.31.nume.19.ſic meritò & ipſi poſſunt grauari.d.l.ab eod.cum ſimil.cum hęc aliter procedere nequeant, in hanc materiam intelligere oportet.

## ¶SVMMARIVM.

1 Fideicommiſſum an grauatus præſtare teneatur, vbi commodum ſit minus, quàm onus & grauamen fideicommiſſi, & quòd non poſſit vti regulariter, & quando hoc procedat.

Et quatuor caſibus, quibus quis poteſt grauari in plus quàm habuerit de honore, aut commodo, qui quando procedunt etiam, ibid.latè diſcutitur de materia huiuſmodi.

2 Grauatus pluribus oneribus, quàm fuerit commodum relictum in remittendo, vel compenſando fideicommiſſum, vel ob magnum creditum à teſtatore debitum, vel ob aliud magnum ei impoſitum, hæreditatem aut legatum agnoſcens ſine inuentario,obnoxius ſit ſuſtinere talia onera,& ſatisfacere,etiamſi nullum ex hæreditate vel legato conſequeretur emolumentum.

3 Fideicommiſſum an poſſit imponi, & eo grauari filius à patre in bonis ei aſſignatis in diuiſione,vel donatis,& quod poſſit,& quare,ibidem vide,quando ſit ſ.& intelligatur reuocabilis, at ſecus ſi ſit diuiſio, vel donatio irreuocabilis,exemplificando,vt ibi,quod tamen limitatur ibi.& de materia vide.

4 Fideicommiſſum & eius onus an imponi poſſit, & quando ſuper dote mulieris, aliquáve alia conditio, vel grauamen, adeo vt de ea non poſſit diſponere mulier, vel ad hæredes tranſmittere, & quia eſt quæſt. alta ac varia, ideò diſcutitur per octo caſus, contingentes circa dotem ipſam,de quibus ibidem latius, vbi multa pulchra leguntur.

5 Primus caſus,quo onus fideicommiſſi ſuper dote imponi poteſt,quando mulier habet dotem,& eſt habilis ad teſtandum, & grauat alium de ea reſtituenda,hoc vti clarum fieri poteſt,& valet tale onus.

6 Secundus,Venit ſub onere fideicommiſſi, marito relinquente dotem vxori,vel aliæ mulieri eam grauanti reſtituere poſt mortem alij,& quando hoc ſit, declara., vt ibi, vbi quando veniat & non veniat apparet,& de materia latè diſcutitur.

7 Tertius, valet fideicommiſſum ſuper dote in exceſſu vltra legitimam,cum pater obligatus de iure communi legitimam relinquere filiæ vel nepti,& dotem reliquerit illi in teſtamẽto:de legitima enim omnis conditio & grauamen tollitur, & vt ibi dic. & declara. cum ſequentibus numeris.

8 Quartus,valet onus fideicommiſſi ſuper dote in eo,quòd excedit legitimam intra legitimam nõ minimè,patre data dote ratæ cuius vel promiſſa marita ſimpliciter pro filia condente teſtamentum,eam in dote hæredem inſtituente & in alijs bonis,cui decedenti ſine liberis fratrem ſubſtituit,& quãdo in ea dote grauari poſſit,vel non, vide ibidem pulchrè diſtinguendo.

9 Quintus caſus,quo grauari mulier non poteſt in dote, quando fratribus ſtatutis excludentibus fœminas à ſucceſſione parentum vel agnatorum ab inteſtato, & maſculos admittentibus ſiue purè, ſeu cõditionaliter eis dotes præſeruando,nam nupta tempore mortis parentis & cõſequuta dote ab eo, ſi in teſtamento grauetur in dote non valet grauamen, tum effectum ſit mulieris patrimonium proprium, & in legitimam eius imputantur, & de ratione alia, vide de materia.

10 Sextus, quòd onus fideicommiſſi non cadat ſuper dote ſub conditione,ſi nubat, deſtinata per ſtatutum, admittens maſculos ad hæreditatem, excluſis fœminis, & decedat antequàm nubat,quòd tranſmittat, quicquid de legato tali in contrarium dicatur,ex quo loco legitimæ accipiatur talis dos,ſuper qua onus apponi non poteſt,& quid in filiabus pluribus ad inuicem ſubſtitutis:vide hic latiſſimè de materia.

11 Septimus caſus, quo onus admittitur ſuper dote,quando ſtatutum,excludens fœminas,mandat eas debere ſtare contentas dote eis relicta modo, quo eſt diſpoſitum in teſtamento patris vel aui, in quo teſtamento grauamen fideicommiſſi ſit impoſitum.

12 Octauus caſus,quo non poteſt imponi onus ſuper dote,quando ſtatutum circa dotandas fœminas mẽtionem facit de legitima,vel dotis congruitate,vel quòd vltra nõ poſſint petere de bonis maternis,paternis & auitis,quia tunc loco legitimæ debetur, ideo poteſt tranſmitti ad hæredes fœminæ, & antequàm nubat, nec in ea grauari poteſt, etiam ſi tale loco legitimæ ſit plus, quàm legitima.

13 Fideicommiſſum ne ſit inutile,& pro non ſcripto, oportet, vt ſit,à quo præſtari debeat,& quis cenſeatur grauatus, & à quo ſit fideicommiſſum reſtituendum.

14 Fideicommiſſum, aut apparet iniunctum certæ perſonæ.
Aut imperſonaliter,vel ſimpliciter.
Aut directum in rem.

15 Fidei



15 Fideicommiſſum certæ perſonæ quando dicatur iniunctum,vide ibi,& per clauſulam, pupillariter, & per fideicommiſſum dignoſcitur onus fideicommiſſi inſtituto hæredi iniunctum, & quæ ſint inſpicienda circa grauatum,ibi.

16 Fideicommiſſum quando imperſonaliter eſt iniunctũ exẽplificando,vt ibi.diſtinguendum eſt,aut in fideicommiſſo ſumus vniuerſali:aut particulari.In vniuerſali onus iniunctum intelligitur hæredi inſtituto, maximè imperſonaliter fideicommiſſi iniuncti, & quando vltimus moriens cenſeatur grauatus, & quando habeat locum in fideicommiſſo, dando poſt mortem inſtituti vel ſubſtituti adulti,quid poſt mortem pupilli grauati,cuius legitima, an fideicommiſſario ſit reſtituenda ab hæredibus illius ſuccedentibus ab inteſtato, & quando non procedat fideicõmiſſum in legitima mortuo inſtituto in ætate adulta,& non procedat contra matrem, quòd legitima.ſ.filij non priuetur,& de materia late, ibid.cum num.ſeq.

17 Pater poteſt codicillari vel pupillariter ſubſtituere filio, quod non poteſt mater.

18 Grauatus quando cenſeatur primo moriens,vel vltimo moriens in vniuerſali fideicommiſſo.

19 Fideicommiſſum quando eſt particulare, & in eo ſumus, quia dicendum,quando apparet impoſitum hæredi inſtituto.

Et quid ſi à legatario relictum eſt: nam ſi agnouit tenetur eam rem præſtare, & ſi non agnouit, remanet penes hæredem cum onere ſuo,& quando teneatur de dolo culpa lata vel leui,hærede effecto non ſoluen.& de materia.

20 Legatarius grauatus fideicommiſſum præſtare, ita demum tenetur,ſi rem agnouit relictam,& quando fideicommiſſario cedere teneatur tantum. Quid ſi non agnouit, ſed remanſit cum onere ſuo penes hæredem,& quando teneatur de dolo lata culpa & leui hærede effecto non ſoluendo: & de materia ibid.vide.

21 Fideicommiſſum & eius onus, quando eſt directum in rem, quomodo id cognoſcatur, & qualiter tale onus ſequatur,ad quoſcunque vadit res fideicommiſſo ſubiecta.

Et quando id etiam fieri dicitur in hæredem hæredis nomine appellatiuo.

Et de generalitate diſpoſitionis in rem.

22 Hæres in dubio dicitur obnoxius oneribus in teſtamento ſcriptis.

Et quando non hæres,ſed legatarius teneatur.

Et in dubio præſumatur minùs grauatus à teſtatore,ſicq; minus duplici onere grauatus eſſe præſumitur.

23 Creditor habens domum debitoris pro credito pignoratam, legans in teſtamento eandem domum debitori, præſumitur ſolum grauatus hæres,vt liberet debitorem à pignore, remanente tamen perſonali actione.

24 Legatum dotis factum in teſtamento, & in codicillis, ſufficit ſolui ſemel,ſicq; ceſſat, & hoc dicto onus fideicõmiſſi, quod ſ.appellatione filiorum veniant filiæ, & de ratione ibid.

Et limita tripliciter, quibus hæres videtur duplici onere grauatus, & declara quoque hac omnia, vt ibidem pulchrè.

25 Fideicommiſſum an valeat impoſitum per patrem ſacerdoti vel clerico in ſacris conſtituto, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus ſubſtituẽdo ei Petrum,& quòd non valeat vti nullum,ſecundùm Bart.& de ratione, & quòd valeat ac reijciatur conditio illa, Si deceſſerit ſine filijs, &c. vt turpis & inhoneſta. vide latiſſimè hoc diſcuſſum,vſque ad totam ſolutionem, vbi multa perpulchra ponuntur de materia,cum num.ſeq.

26 Conditio, quæ eſt turpis & ignominioſa, dicitur tanquam impoſſibilis eſſe de iure,& pro non adiecta habetur.

27 Sacerdos & clericus quare nõ poſſit habere filios legitimos & naturales.

28 Verba ſubſtitutionum non debent intelligi, vt verificentur in materia diſpenſatiua.

29 Sacerdos debet ſtare celebs,etiam ſecundum Ius Ciuile Romanorum,& ſe abſtinere à liberis procreandis, & continenter caſteq; viuere, neque committere fornicationis peccatum,quo nullum maius reputatur.

30 Intellectus ad l.quoties de condit.& demonſtr.

## ¶SOLVT. III. ET VLT.

PROSEQVENDO reſolutionem principalis dubitationis,aliquas non extra rem queſtiunculas exponam.
1 Primò quæro † ſi commodum ſit minus, quàm onus,vel grauamẽ fideicommiſſi, an & quatenus teneatur grauatus præſtare fideicommiſſum? Reſpõdeo regulariter,quem non poſſe rogari plus reſtituere,quàm ei quantum relictum eſt.l.filiusfamiliâs.§.apud Marcellum.verſic.ſi poſt acceptum.l.ciuitatibus.§.fin.de leg.1. & l.Imperator.§.1.& ſeq.de leg.2.vbi eſt text.magiſtralis.& §.hoc ſolùm.Inſtitu.de ſing.reb.per fideicommiſ. relict.hoc maximè verum eſt in commodo quantitatis, & in grauamine quantitatis, ſed in alijs rebus ſecùs eſt, poſt Cyn.in l.2.C.de his, quæ ſub mo.& poſt Bart.Bald. Alber.Cuman.& Caſtr.in d.l.Imperator.§.1.vbi Imola colligit quatuor caſus, in quibus poteſt quis grauari in plus quàm habuerit de honore & commodo præſuppoſito, quòd commodum ſeu relictum ſit in quantitate, vel in ſpecie.Primus caſus eſt: Si onus ſit in ſpecie propria grauati, agnoſcendo relictum,poteſt in plus grauari,licèt ſibi imputetur: quia agnouit, per d.l.Imperator, verſic.hoc ita.ibi, enimuero cum concord.recollect.ab Aym.conſil.174.nume.9. idem plura diſcurrit in l.cum filiofamil.nume.149.& ſequent.par.1.de legat.1.ſi verò grauamen eſſet in ſpecie aliena redimenda vltra non teneretur expendere, quàm ſit relictum, etiamſi agnouit.l.ſed ſi non ſeruus.in princip.ad l.Falcid. Secundus caſus, quando grauamẽ ineſt ex natura rei legatæ,vti in menſa,ſeu alio negotio continẽte debita,vel in portione hæreditaria damnoſa, & in plus poteſt grauari, quia tenetur debita agnoſcere:cũ l.filius.§.Lucio.l.cum pater.§.menſę.de lega.2.Tertius caſus, quando commodum vel legatum eſt alternatiuum, & onus fideicommiſſi eſt in altero, & intelligitur in eo, quod eſt pluris, etiamſi minimum agnouerit.l.planè.la 2.§. ſi cui de lega.1.Quartus eſt in caſu l.ſi mihi Stichus.de leg.1.vbi eſt fideicommiſſi grauamen alternatiuum: vnde grauatus ſi non eligit, quod poteſt, eſt quid ſibi imputandum. Quintus poteſt addi caſus, quo per modum conditionis poteſt quis grauari in plus quàm ſit commodum, quod conſequitur à teſtatore:vt ſi fuerit ei relictus fundus, valens centum, ſi dederit Titio ducenta: hæc conditio cùm debeat impleri ante quæſitum commodum,non poteſt cogi,implere, ſi voluntariè ſibi imputet,acceptando legatum,ſubiit onus vltra commodum, iuxta tradit.Caſtr.in l.Plautius.ad fin.de cõdit.& demõſtrat.& Gualden.de arte teſtan, titu.6. de lega.cau. 22. vt & l.quidam teſtamento.§.fin. de leg.1. Aliqua enim per modum conditionis fieri poſſunt quæ non valent per modum diſpoſitionis: Ruin.conſil.135.nume.5.lib. 2.ſecùs eſt autem per modum fideicommiſſi quia præter caſus prædictos non valet onus fideicommiſſi vltra commodum relictum, ſecundum Caſtr.in dict.l.Plautius.in fi.& per dict.l.Imperator in princi.& §.primo,& alias concord.ſignat ibi in gloſ.in verſic.offerat.& l.cohæredi.§.cum filiæ.ibi, alioquin.de vulgar.& pupilla. & Guilli.Bened.in cap.Raynutius.par.2.verſicu.ſi abſque liberis.tract.de fideicommiſ.ſubſti.num.25.Atque ſecùs eſt, quando conditio foret implenda poſt honorem, & emolumentum ex teſtamento quæſitum, quia tunc etiam per modum conditionis implendæ non poſſet in

plus

plus grauari,ponēdo exempla:Si teſtator legauerit fundum creditori minus valentem ſuo credito, ſi non petierit ſuum creditum ab hærede, ſi legauerit centum Titio, ſi conſtruat capellam, hæc legata non valere vltra onera,probat Ripa in l.ex facto.in princip.col. pen. num.8.ad Trebel.quia iſto caſu non eſſet conditio, ſed modus:Dec.in l.creditori.nu.12.C.de pact.& plura de oneribus non conformibus commodo legati ſubeundis per legatarium,per Ioan.Andr.in addit.ad Spec.titu.de fruct.& inter.in princip.ſub verſic.quid de liberis. dicit enim Cyn.in l.1.C.de impub.& ali.ſubſtit.quòd coniectura voluntatis teſtatoris ſurgit ex eo, vt quis videatur honoratus, ſecundum quod eſt oneratus, per d.l.ab eo. C.de fideicommiſſ.

2 Veruntamen vbi † hæres vel legatarius pluribus oneribus grauatus, etiam longè ſuperantibus,& excedentibus commodum hæreditatis, vel legati in remittendo, vel compenſando fideicommiſſum, vel aliud hæredis vel legatarij magnum creditum ei à teſtatore debitum, vel quid aliud magnum imponendo hæreditatem maximè ſine inuentario,& legatum agnouerit,& acceptauerit,quippe obnoxius eſt ſuſtinere talia onera, & ea agnoſcere, & ſatisfacere, etiamſi ex hæreditate vel legato nullum conſequuturus ſit emolumentum,vt eſt plenum Petri de Ancharano conſil.365. In themate propoſito, col.3.ſequitur Alex.conſil.24.col.2.verſic.tamen ſi non fuit.lib.3.& prædicta tenet,conſ.102.col.2.num.6.lib.1. Socin.Iun.conſi.68.num.2.lib.4.Aymo d.conſ.174.nu. 9.Ruinus conſi.79.ad fin.lib.2.Angel.Aret.tract.de teſtamen.in gloſ.65.per iura ibi per eos alleg. addo & per l.Lucius.§.maritus.ibi, cum fuerit hoc approbatum.ff. ad Trebel. Quando tamen vltra grauatus venit reſtaurandus ex fructibus hæreditatis, vel rei legatæ, proinde valet grauamen, d.l.filiusfamil.§.apud Marcellum.de leg.1.d.l.Imperator.§.quòd ſi plus.de leg.2.l.mulier.§. cùm proponeretur. l.ita tamen. §.hæres ex aſſe. & ibi Barto.& cæteri ad Trebel.cum ſimil.per Alci.in l.Centurio.nu.15.de vulgar.ita ex hac ratione fructuum perceptorum ex alijs bonis teſtatoris patris, teſtatoris filiū, intelligi grauatum in legitima,probat Cuma. conſil.25. Franch.col.pen.& fin.

3 Secundò quæro an † pater onere fideicommiſſi grauare filium poſſit in bonis ei aſſignatis in diuiſione, vel donatis: Breuiter reſpondendum: Si diuiſio vel donatio non valeat inter viuos,ſed defectu patriæ poteſtatis. l.antepen.C.de donat.inter vi.& vxor.vel defectu inſinuationis.l.data.C.de dona.& ſit quodammodo vel in præmium emācipationis, vel in peculium profectitium data.l.fi.de pec.l.Bar.in l.ſi donatione.ad fin.C.de collat.quia hæc non ſunt filij irreuocabiliter:donata enim tempore emancipationis ſubiecta ſunt collationi.l.vt liberis.§.fin.auth.ex teſtamento.C.eod.& diuiſio ſimpliciter de bonis paternis,facta per patrem inter filios, nō contractus,ſed vltimæ voluntatis vim habet,etiamſi dictum eſſet,talem diuiſionem eſſe perpetuò ratam:Bald. in l.fin.ſub nume.3.C.pro don.Caccialup.in l.fratre.§. quæſitum.nu.102.q.21.ff.de cond.indeb.& per l.ſi filia. §.pater.ff.famil.herciſcun.& Iaſ.conſi.104.col.4.lib.4. ergo reuocabilis,per l.4.de adi.legat. Ideo filius pro his bonis poteſt teſtamento patris fideicommiſſo grauari: Bald.in l.cum virum.col.2.num.11.C.de fideicommiſſ. Commu.conſi.87.Videtur primò.lib.2.Si verò donatio vel diuiſio talis fuerit irreuocabilis,vtpotè verbis tranſlationis dominij obligatorijs de euictione aliqua honeſta cauſa expreſſa, & iuramēto per patrem,firmat Ruin. conſ.187.col.2.& per totum lib.2.tunc quidem filius de bonis in tali donatione, vel diuiſione contentis, vbi de bonis proprijs non cenſetur per patrem fideicommiſſo grauatus.l.cohæredi.§.cum filiæ.de vulg.& pup.l.ſequēs quæſtio.& ibi Doct.de leg.2.& Fulgoſ.in l.generaliter. §.cum autem.nume.3.C.de inſtitut.& ſubſtitu.plenè in terminis probat Alexand.conſi.20.ponderatis his lib.3. & pleniſſimè comprobat Pariſ.conſi.33.à princip.vſque ad num.78.lib.3.& d.nu.78.limitat hoc, non procedere,quando pater filium nominatim inſtituiſſet hæredem in bonis donatis vel diuiſis, & in illis eum expreſsè grauaſſet fideicommiſſo, & talis filius paternam hæreditatem adiuiſſet, vt propriè dicit eueniſſe in caſu illo. Veruntamen à num.89.vſque ad fin.defendit talem filium beneficio inuentarij per eum confecti in aditione hæreditatis,vt ibi per eum.

4 Tertiò quæro,an ſuper † dote mulieris imponi poſſit onus fideicommiſſi, ſeu alia conditio vel grauamen:ita quòd mulier non poſſit de ea diſponere contrahendo, teſtando,vel tranſmittendo ad hæredes? Quæſtio eſt varia & diuerſa,ſecundùm diuerſitatem,& varietatem caſuum,circa dotem ipſam contingentium,vnde pro reſo
lutione plures caſus ſunt diſtinguendi & inſpiciendi:pri
5 mus autem caſus & clarus eſt, † quando mulier habens
dotem, & aliàs habilis ad teſtandum grauat alium dos
ipſius venit,ſicut & cætera bona.Bart.in l.Lucius.§.ma
6 ritus.in fin.ff.ad Trebel.ſecundus caſus eſt, † ſi maritus ſeu alius reliquit dotem mulieri, & eam grauat de reſtituendo poſt mortem alij, & aliunde non apparet hanc dotem eſſe debitam dictæ mulieri, niſi vigore teſtamēti grauātis,quoniam hoc merum legatum reputatur.l.Lucius.§.quiſquis.de leg.2.l.cum quis decedens.§.codicillis.de leg.3.l.cum ſcrip.§.1.de do.præleg.l.3.C.de fal.ca. adi.leg.ideò tale venit ſub onere fideicōmiſſi, ſicut alia legata.l.qui vxori.in princip.de aur.& argen.leg.& ibi Bart.& in d.l.Lucius.§.maritus.in 1.not.ad Trebellia.& firmant ibi Caſtr.& Imo.ſi verò per inſtrumentum, vel per teſtes apparet,mulierem eſſe creditricem grauantis de dote relicta,niſi teſtator dicat ſpecialiter, dotem relictam venire ſub fideicommiſſo, vel non apparent alia prælegata mulieri,non venit quidem dos ſub *fideicommiſſo*, & quando veniret pro menſura quartæ retentæ venit.d.§.maritus.& l.cum quis.§.vxor.& §.mulier.de dot.præleg. Caſtr.in d.§.maritus, ſeu alius. ſ.extraneus quando reliquit dotem mulieri,eam dotare non obligatus, crederem,hunc poſſe tali legato dotis ponere onus fideicommiſſi,quod ſibi liberet, per reg.l.in re mandata.C.de mand.cum ſimil.implentib.paginā dedita opera, collectis per Aym.conſil.217. In primo *præmiſſo*. idémque & in teſtamento Socin.conſil.48.*col.2.lib.1.* quemadmodum extraneus promittendo *dotem* à principio poteſt onus ſtipulationis interponere, ſoluto matrimonio dotem reſtitui.l.1.§.accedit.C.de rei vxo.act.

7 Tertius caſus,inſpecto Iure communi,ſi parens obligatus relinquere legitimam filiæ,vel nepoti,teſtamento ei reliquerit dotem,etiam in ea ſola ipſam hæredem inſtituendo,validum redditur teſtamentum:Iaſ.conſil.25. in fi.lib.1.ſequitur & id Guil.Bened.in cap.Raynutius, verſ.Alterochæ filiæ vltra dotem.in fin.de teſtam.cum onere fideicommiſſi poſt mortem reſtituendi alij, ſeu onere alio alicuius conditionis, temporis,vel modi, eatenùs non valet tale onus,conditio,tempus,vel modus, quatenùs aſcendit mēſura legitimæ, hoc enim ita dicere oportet:quoniam talis dos imputatur in legitimam.l. quoniam nouella.C.de inof.teſtam.& de legitima omnis cōditio, dilatio,& omne grauamē detrahitur.l.quoniam in prioribus.C.eod.conditio verò, & fideicōmiſſi grauamen,ſeu dilatio valet in eo,quod ſupereſt vltra legitimam.l.ſcimus.§.cum autem.C.eo.l.ſi.§.fideicommiſit filiæ.ſeu §.filiæ.de legat.2.& l.à filia ad Trebellia.& vtroque Bart.& alij tradunt, & hoc communiter teneri, dicit Caſtr.in d.l.Lucius.§.maritus.nume.4.ad Trebel. & in conſil.43.ſubſtitutio prædicta.ad fin.verſicu.item poſſet opponi.lib.2. Corn. conſil.32. Licet ſecundum thema.col.2.in fin.verſi.concludendum autem videtur.





col. ſeq. lib.quarto idem ſenſit Caſtr. in leg. Titio centum. §. Titio genero,colúm. tertia verſic. circa ſecundum articulum. de condit. & demonſtrat. & Gui. Pap. in quæſt. 613. intellige tamen in illo pluri vltra legitimam legatum dotis non conditionale dici, ſed purum, prout eſt intra legitimam, vt vno & eodem iure vnum ipſum legatum dotis cenſeatur: per l. nam hoc iure.de vulg. & pupil.& l.eū,qui ædes.de vſucap.probat hoc Bart.in d. §.Titio genero.ſub. num. 4. comprobat Socin.Iun.conſil.134.nu.19.lib.1.& Ruin. conſi. 53. nu. 12. lib. 2.

8 Quartus caſus eſt etiam, Iure communi inſpecto, quando pater inter viuos data vel promiſſa dote marito pro filia ſimpliciter condens teſtamentum eam hæredem inſtituit in dote, & in alijs bonis, & ei decedenti ſine liberis per fideicommiſſum fratrem ſubſtituit, caſu fideicommiſſi eueniente in dote, fideicommiſſum pariter non valet intra legitimam filiæ, ſed in eo valet, quòd excedit legitimam:Cyn. in l. prima. §. videamus. in fin.C.de rei vxo. act. per d. l. quoniam in prioribus. & dict.l.à filia.in princ. ff. ad Trebel. hoc eſſe indubitatum de iure Communi,dicit Corn.d. conſilio 32. columna 3.lib.4. idem probat Iaſo. conſilio 44. in princ. lib. primo. hoc eſſe verum dicit in fideicommiſſo ſpeciali ſuper dote: at in fideicommiſſo vniuerſali, de quo ſit grauata mulier indiſtinctè non venire dotem, tenet per d. leg. à filia. & l.mulier. §. cum proponeretur. ad Trebel.hæc eſt deciſio Bald. in l. cum virum. columna ſecunda. num. 10. 11. ver. quæro nunquid in ſubſtitutione.C.de fideicommiſ. Idem in terminis Iuris Communis, & extra ſtatuta,ſentit Rom. conſil. 134. Pro declaratione, columna ſecunda,ver.item,& quòd ea dos. quos Iaſo.refert & ſequitur d.conſi.quadrageſimoquarto in princ.& eſt commun. concluſio Areti. conſil. 153. Breuiter colum.prima,& Baldus nouel. tract.dot.par.6. priuile.62.

Si verò non ſimpliciter, ſed ſtipulatione interpoſita ſit data vel promiſſa dos de ea reſtituēda patri, & ſuis hæredibus in caſu dotis reſtituendæ, tunc filia poſſet grauari in dote, ſequendo opin. Iac. de Bel.tenet Bald. conſi.301. In primis eſt videndum, an pater. ver. ſeptimò. ibi:vel actio de dote,&c. lib.4. ideo eſt,quia etiam iſto caſu dos in legitimam filiæ non imputatur: idem Bald. in l. quoniam nouella. in fin. C. de inoffic. teſta. cum concord. per Alber. Bru. de ſta. fœmi. exclu. in art.11.in quæſt. numero 12. vbi autem dos reſeruata eſt ad filiam, & ad ſuos hæredes, ex ſtipulatione tacita vel expreſſa pro ea,ita in hoc bene inſpicienda ſunt verba inſtrumenti dotalis, in particula reſtit. dotis, pro quibus concepta eſt promiſſio & ſtipulatio dotis reſtituendæ, quia tunc, quando reſtituenda eſt filiæ dos, in ea vti re propria filia grauari non poteſt. idem Bald. probat in conſilio 59. Super ſecundo.lib. ſecundo,& dict. conſilio 301.vbi plures rationes ad hoc allegando, probat & hæc Alexand. conſil. 20. columna penult. verſic. ad fortificationem. ſub numero 2. lib. tertio & conſil. 217. columna 3. num. 12. libr. 6. eò magis hoc dicendum eſt, etſi filia non agnouit, ſed repudiauit hæreditatem paternam.Baldus conſi. 283. & conſi. præceden. lib. tertio Quinimò inſtituta hæres generaliter dotem non dicitur habere ex cauſa hæreditaria, ſed iure proprio: Caſtr. conſil.343. poſt princ. libro primo. facit text. in l. vxorem. §. teſtamento, quo filium.de legat. tertio.

9 Quintus caſus eſt, nunc inſpectis † ſtatutis ferè per totam Italiam, excludentibus fœminas à ſucceſſionibus parentū, & agnatorum, ab inteſtato decedentium, & maſculos admittentibus, ſiue purè, ſiue conditionaliter fœminis dotes præſeruando, ſiquidem tempore mortis parentis teſtatoris fœmina fuerit nupta, & conſecuta dotem à parente, à cuius ſucceſſione ſtantibus maſculis per ſtatutum excluſa eſt, & à quo in teſtamento grauata in dote reperitur, dicendum eſt, fideicommiſſi grauamen hoc in dote tali non valere, quia dos iſta effecta eſt patrimonium mulieris: leg. tertio §. ſed vtrùm,in fin.de mino.l.Pomponius.ff. famil.herciſcun.& l.1.§.& hoc ex rei.de rei vx. acti.& ſub fideicommiſſo non veniunt bona aliena, non teſtatoris: l.cohæredi. §.cum filiæ. de vul.& pupil.l. ſequens quæſtio cum ſimil. ibi in glo. de leg.2.etiam ſi bona aliter, quàm per teſtamentum, fuerint acquiſita ex bonis teſtatori,per l. pater. de priui.credi. & l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. de vulg.& pupil.& d. §. cum filiæ. tradit Ang. in l. cum virum,ſupra fin. C. de fideicommiſ. text. in dote ſuprà alleg.in d.l. à filia. ff.ad Trebel.& l. fin.§.fideicommiſit filiæ.de lega.ſecundo. ita concedit eſſe verum in dote, quæ effecta, & verſa eſt in patrimonium propriū ipſius fœminæ, vel imputanda eſt in eius legitimam, Cuma. cum Fulg. in conſ. 134.Dominus Antonius de Verona.col.fina.verſicu. non ob. quòd filia. Non obſtat, quòd videatur tenere contrarium Caſt. conſ. 16. Viſo dicto puncto.colum. ſecunda, ver. ſed dubium.lib. ſecundo, quia loquitur in relicto dotis, ſub cenſura ſtatuti conſtitutio & ſolutio fœminæ per hæredes. Caſus noſter eſt,quando pater in vita ſoluit dotem filiæ nuptę, cùm per ſtatutum ſit reductus adinſtar extranei, ſecundùm Barto. in d. l. Titio centum. §. Titio genero. columna fina. verſic. ad quæſt. propoſitam, dando filiæ dotem, facit eam dominam dotis, ſicut faceret extraneus: l.ſi extraneus.ff. de cond.cap. da. d.leg.1.§.accedit. de rei vxo. act. quemadmodum enim poſt dotem datam, non poteſt interponere ſtipulationem de ea reſtituenda ſibi:d.§.accedit.ita non debet poſſe eam ſubijcere oneri fideicommiſſi, à quo etiam dos exempta: auth.res,quæ. com. de leg.dict.l. à filia. dict. §. maritus. cum alleg. ſupra & per Ruin.conſi.52.colum.pen.num. 12.lib.ſecundo.

10 Sextus eſt caſus, † quando ſtatutum prius admittit maſculos ad hæreditatem parentis, decedentis ab inteſtato, & excludit fœminas: ſed poſteà mandat, fœminas non dotatas dotari, vel etiam dotari mandat ſub conditione, Si nubent, vel maritabuntur, cùm ſic fœminæ excluſæ ab inteſtato, etiam ſint excluſæ à legitima ad tempus, quo nupſerint, vel dotatio veniat ſub conditione facienda,ſi & quando nupſerint, ſicut legatum dotis interim eis innuptis factum eſt conditionale: Bartol. & Caſtr.in dict. §. Titio genero, ac interim morientes non tranſmitterent ad hæredes,& de eo non poſſent diſponere, vt clarè demonſtraui ſup. eod.libro interpre.1. dubit. 6. ſolut. 4. verſi. quartò ſuper tranſmiſſione, vbi latè docui de tranſmiſſione dotis ſtatutariæ, per plures diſtinctiones, & quod tango hîc, ibi dixi in ſecunda & tertia diſtinct. ita pater eis decedentibus antequàm nuberent in dote tali poſſet fideicommiſſariam ſubſtitutionem facere: vt per Cuman. cùm Fulg.dict. conſil. 134. & Caſtr. conſilio 6. Super eo, de quo quæritur. in fin. libr. ſecundo,& conſil. 59. colum. prima.lib. primo, cùm non ſuccedat loco legitimæ tale dotis legatum, etiam purum, vt ibi per eum, & in conſil. 16. Viſo dicto puncto. colum.2.verſic. breuiter. & conſi. 95. Si dicta Corne.in princ.& conſ.222.Super primo dubio.col.pen.num. 5.ver.3.& vltimo.libro 2.licet tuta non videatur hæc op. in fœmina,decedēte antequàm nubat, quia eius dotem effectam eſſe ſuum patrimonium, cùm ſit per ſtatutum priuata ſua legitima, propter iſtam dotem, dicit Ant. de Butr. conſil. 9.Caſus talis Bartol. verſic. tertium dubium. quem. & Laur. de Palla.Corn. Socin. Baldus & alios allegando,Alber. Bru. de ſtatu.fœmi. exclu. in 11. arti. quæſt. 3.à num.48, vſque ad numer.56. concludit tandem, non licere ap-

ponere vnius, vel modum in dote, per ſtatutum præ-
ſeruata filiæ excluſæ, attentando denique indubitatam
eſſe talem dotem ſuccedere loco legitimæ,& ſic proce-
dere text. in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſta,
vt ſuper ea non poſſit onus apponi author. & deciſ. ibi
per eum alleg. eò maximè, quando pater, vel maſculi
neceſſitâtur per ſtatutum dotem fœminæ dare, ita hæc
dos ſurrogatur loco eius portionis, & ſic legitimæ, in
ſpecie contra Cuma. & Caſt. in dictis conſ. reſpondet
Ioan. Mari. Riminal. conſil. 337. Viſis his. ad fin. libr.
ſecundo & reprobat Alber. Bru. dict. arti. 11. ſub num.
60. ita tenet & dicit, hanc opi. eſſe magis communem.
Gabri. Rom. de commu. conclu. lib. 6. tit. de legitima,
conclu. 1. num. 26. & 63. & concord. allegat etiam Ti-
ber. Dec. conſil. 54. num. ſecundo. libr. primo. Tamen
& magis indubitatum credo, ſi talis filia, ſic grauata in
dote, decedat, poſtquàm fuerit nupta, quòd expleta
conditione talis dos fuerit effecta ſua potiùs diſpoſitio
ne legis municipalis, quàm iudicio teſtatoris, & propter-
eà, quòd non venit ſub onere fideicommiſſi, per l. ſed &
ſi. §. fin. de lega. 3. & l. cum quis. §. vxor de do. præleg.
& l. debitor. §. ſi. ad Trebelli. & quia peruenit ad eam
cauſam, à qua incipere non poteſt: l. tertia. §. fin. ff. de
his, quæ pro non ſcript. & probo, quòd filia excluſa per
ſtatutũ amittit ſuitatis iura, & æquiparatur exhæredatæ
alios allegando, & dicens, ſic eſſe commu. tenet Alber.
Bru. dicta. tract. in arti. 10. in quæſt. 3. num. 12. & ſequen.
& Ruin. conſi. ſeptuageſimoquarto num. 15. li. ſecundo.
ſed exhæredata omnimodo ſuam dotem debet habere
præcipuam, text. in d. l. prima. §. videamus. de rei vxor.
act. Ergo liberam habere debet ab onere fideicõmiſſi.
arg. d. auth. res quę ſaltem intra legitimam, vt plura vol-
uendo concludit Corn. conſil. 32. colum. pen. libr. 4.
Fallit in pluribus filiabus adinuicẽ ſubſtitutis: Tiraqu.
in l. ſi vnquam. ver. Donatione. numer. 129. C. de reuo-
can. dona.

11 Septimus caſus eſt, quando ſtatutum, excludens fœ-
minas mandat, eas debere ſtare contentas dote eis
relicta eo modo & forma, quibus diſpoſitum fuerit in
teſtamento patris, vel aui, grauamen fideicommiſſi in
dote appoſitum in teſtamento patris tunc ratum & fir-
mum haberi debet per fœminam grauatam: & iſto ca-
ſu putarem habere locum opin. Cuma. dict. conſil. 134.
vt ibi in colum. ſecunda, vltra med. & Caſtr. in conſil.
allega. in præcedenti caſu, & Roma. conſil. 134. ſentit
Alexand. conſi. 55. colum. penul. verſi. ſed deciſio Barto.
li. 2. expreſſè Corn. conſ. 210. in hac conſultatione. col.
fi. verſi. & ideo infert, lib. primo. ſequitur Alber. Brun.
d. tract. 11. art. nu. 85. ad idem Capra conſ. 72. num. 4. &
ſequen. diffuſè Gabr. Eugubi. conſi. 116. num. 19. & per
totum.

12 Octauus & vltimus eſt caſus, † quando ſtatutum
circa dotandas fœminas mentionem facit de legitima,
vel congruitate dotis, vel quòd vltra non poſſint pe-
tere de bonis paternis, maternis, & auitis, dos debetur
tunc fœminæ, loco legitimæ, & quandoque maior le-
gitima, & poteſt tranſmitti ad hæredes fœminæ, etiam
antequam nubat: vt pluribus auctor. comprobaui alle-
ga. in 6. caſu, & ibid. in 4. & 5. diſtin. & dixi conſi. 72.
nume. ſecundo, & ſequent. libro 1. & Aymo conſil. 235.
columna. fin. & conſequẽter in dote ſic debita loco
legitimæ, & in nulla parte eius fœmina poteſt grauari,
probat Caſtr. conſilio 43. Subſtitutio prædicta. in fin.
libr. ſecundo, Baldus nouel. tract. de dot. par. 6. priui-
leg. 17. ſub verſic. & ex prædictis. cum concord. cumul.
per Tiraqu. in leg. ſi vnquam. verſicu. ſuſceperit libe-
ros. numero 117. de reuo. dona. etiamſi præſeruatum
tale loco legitimæ ſit pluſquam legitima, quia in illo
pluri etiam fœmina non poterit grauari: Alber. Brun.
dict. arti. 11. in 3. quæſt. numero 59. allegando Caldet.
conſilio 32. An ſi ſtatutum. tit. de teſta. & Socin. conſi-
lio 241. circa colum. 1. ſecundo tenet & Alber. de Roſ.
de ſtatu. liber. 2. quæſt. 104. ad fin. num. 24. & ſequent.
ponit Gabri. Roma. de commun. concluſ. lib. 6. tit. de
leg. concluſ. 1. num. 18. Bald. Nouel. dict. 7. par. priui. 62.
ſup. fi.

13 Quartò quæro † quis cenſeatur grauatus, & à quo fi-
deicommiſſum præſtari debeat: eſſe enim oportet à
quo ſit fideicommiſſum reſtituendum, aliàs nullum eſ-
ſet fideicommiſſum inutile, & pro non ſcripto; l. facta. §.
ſi hæres. l. Epiſtola. in princip. l. ille à quo. §. primo in fi.
ff. ad Trebel. & ibi Bart. num. 2. poſt gloſ. Bald. in l. qui-
dam referunt. de Iure codicil. & Caſtr. conſi. 394. Vi-
dendum eſt col. ſecunda, ſub num. 3. lib. 1. Reſpondeo,
14 † fideicommiſſum aut apparet iniunctũ certæ perſonæ,
aut imperſonaliter, vel ſimpliciter, aut directam in rem.
15 Primo caſu † certæ perſonæ impoſitum grauamen eius
dicitur, quando ſubſtitutio fideicommiſſaria expreſſè
eſt facta inſtituto legatario, vel ſubſtituto, vt ſi talis in-
ſtitutus legatarius vel ſubſtitutus deceſſerit ſine libe-
ris, ei ſubſtituit Titium: quod idem eſt, ac ſi dictum ſit,
Rogo talem, vt reſtituat Titio: l. vbi. §. primo. ad Tre-
bell. Bald. conſil. 272. Caſus talis, eſt quidam teſtator.
nume. 3. verſic. ſecundo præmittendum eſt lib. ſecun-
do, Socin. Iun. conſi. 131. nume. 60. lib. primo. idem per
tale exemplum probat Ruin. conſil. 58. colum. 3. nume.
10. lib. 2. & per clauſulam, pupillariter, & per fideicom-
miſſum, dignoſci onus fideicommiſſi, eſſe iniunctum
inſtituto hæredi, tenet Iaſo. conſ. 99. col. 4. lib, 4. Zanch.
in d. §. cum ita. num. 484. dixi ſuprà dubit. præceden.
ſolut. 4. verſ. 1. Circa quem rogatum & grauatum aliqua
forent reſpicienda: ſed breuitatis cauſa de his remiſſiuè
loquar. Si ex capa. ſi deceſſerit ante, vel poſt aditam
hæreditatem: Si vnus vel plures ſunt diſtributiuè, vel
collectiuè grauati: de quibus per tex. gloſſ. Barto. & ali.
in l. eam, quam C. de fideicommiſſ. in l. cogi. §. *hi qui ſo-*
lidum. in d. l. ille à quo. §. primo. in l. hæredes mei. §. cum
ita. ad Trebellia. in l. ab omnibus. in princ. in l. ſi à plu-
ribus. in prin. in l. turpia. §. fina. in l. ſi tibi. §. penult.
in l. ſi hæredes. in l. ciuitatibus. §. primo. de leg. pri-
mo. & in l. ſi quis duobus. in l. legatorum. in l. ſi pluribus.
in prin. & §. primo. in l. fin. §. filium, de leg. 2. & in l. ille.
de lega. 3. & in l. vtrum. §. fina. de rebus dub. & *in l. quo-*
ties. ad Trebellia. & in l. quæ conditio. in prin. *de cond.*
& demonſt. & in l. penult. C. de impub. & ali. *ſubſti.* per
16 Aret. conſi. primo, colum. 1. Secundo caſu, † *quando ſim-*
pliciter, vel imperſonaliter fideicommiſſi *onus* eſt in-
iunctum, vt pòſt mortem talis inſtituti ſubſtituit Titiũ,
vel ſua hæreditas reſtituatur Titio, & non dicit, per
quem, vt poſt gloſſ. in ver. ſimpliciter. in d. l. eam, quam
Doctores exemplificant, aut ſumus in fideicommiſſo
vniuerſali: aut particulari, in vniuerſali onus quidem
eius iniunctum, quoad ius intelligitur hæredi inſtitu-
to. l. ſi ſeruus legatus. §. qui margaritam. de leg. primo,
& ibi Barto. & Bald. & id Bart. in l. codicillis. in prin. de
vſufru. leg. & in ſpecie fideicommiſſi imperſonaliter in
iuncti tradit Socin. conſ. 140. Primum, an filij, colum.
3. in prin. ſub verſic. aliquando, & ſecundo, lib. primo, &
Aret. in l. prima. §. ad fin. de vulg. & pupil. & antè dixi.
& quando poſteriores prioribus gradatim ſunt inſti-
tuti, vltimus moriens cenſetur grauatus: per l. peto. §.
fratre. Bald. conſi. 300. Circa primam quæſtionem libr.
3. quoad executionem meri facti hæres inſtituti hære-
dis debet fideicommiſſum reſtituere: l. inter. ff. qui ſa-
tiſd. cog. probat Alcia. in l. Centurio. ſub nume. 39. de
vulga. & probat. per l. hæredibus. in prin. & per gloſſ. fi.
in l. ille à quo. §. primo. & per text. in l. quanuis. §. pri-
mo. ad Trebellia. & hoc tale onus executionis facti in-
iunctum hæredibus inſtitutæ vxoris in vita tantùm, &
grauatæ poſt mortem diſtribuere bona inter puellas
virgines



virgines intelligi debet, per Bald. in l. poſt mortem, co-
lum. fina. num. 10. C. de fideicommiſſ. ita quãdo venerit
conditio, hæredes hæredum grauati ad onus fideicõmiſ-
ſi obligati remanẽt, per l. legato ſub conditione. de cõ-
dit. & demonſtra. latè tradit Alexandr. conſi. 105. colum.
2. & ſeq. per tot. li. 1. & conſi. 22. col. fina, ver. & licet d.
conditio. lib. tertio. Hoc etiam procedere à ſubſtituto
fideicommiſſario grauato reſtituere alij, per dict. §. fra-
tre. & l. prima. §. de illo. ad Trebellia. & hoc habet lo-
cum in fideicommiſſo, dando poſt mortem inſtituti, vel
ſubſtituti adulti, vt & Pariſ. conſil. 21. colum. fina. libr. 3.
Eman. Soarez theſa. recept. ſent. in ver. Faber. nu. 109.
In dando autem poſt mortem pupilli grauati inſpectio
eſt non modici momenti: quia in dubio fideicõmiſſum
iniunctum præſumitur hæredibus pupilli ſuccedentibus
ab inteſtato, qui cum cæteris bonis & legitimam pupilli
tenetur reſtituere fideicommiſſum, in qua pupillus ipſe
non poteſt grauari: & hoc euidentis momenti eſt, & du-
rat tale grauamen in legitima, donec durat pupillaris
ætas: per l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fina. cum l.
ſequ. de leg. primo, & ibi Iaſ. Barto, & alij in l. qui duos
de vulga. & pupilla, Cuma. & Caſtr. in l. ex tribus, col. 2.
numer. 4. 5. C. de inoff. teſta. & ibi Iaſo, & in leg. preci-
bus. colum. 9. C. de impube. Alexand. conſi. 67. ſub nu-
mero 4. ver. modo in propoſito, lib. primo, & conſi. 12.
colum. fina. ver. & in dubio. lib. tertio, vbi dicit, hanc
eſſe commun. opin. inde Bologn. in addi. ad conſil. 43.
Ioan. de Ana. idem de communi. atteſtatur, & pertran-
ſit in dubio Iaſo. conſil. 99. colum. ſecunda, & ſequent.
colum. 5. libr. quarto, Mattheſi. ſing. 164. idem de com-
muni Zanch. in dict. §. cum ita numer. 481. & ſequent.
Alexand. conſi. 143. ad fin. Cephal. conſi. 446. num. 29.
& latè Pariſ. conſi. 81. num. 6. vſque ad num. ſecundum,
lib. ſecundo. idem conſi. 21. colum. fi. lib. tertio, ſed ni-
mis latè labitur, parcat reuerendiſſima ſua reuerentia,
quatenus ibi velit de legitima affirmare, hoc procedere
17 in matre teſtatrice, & in filio adulto defuncto: † cùm id
eueniat ex pupillari ſubſtitutione, ſeu codicillo pupilla-
ri, quem pater facere poteſt filio: per text. & alibi non
inueniri, no. ibi Bald. in l. ſi Titio. §. fin. in fin. de leg. 1.
dubium non eſſe dicit Alciat. in d. l. Centurio. numer.
28. idem Bald. conſi. 457. Viſo teſtamento, num. 2. lib.
ſecundo, & tabelliones etiam ſciunt matrem non poſſe
pupillariter ſubſtituere filio, & tale fideicommiſſum in
legitima non procedere, inſtituto mortuo in ætate adul
ta, omnes affirmant in dict. l. ex tribus. in locis ſupra
alleg. Caſt. conſi, 77. Viſa facti narratione. colum. ſecũ-
da, in fin, & ſequen. lib. ſecundo, & per Zanch. in dict. §.
cùm ita. nume. 482. & ſic & in matre in ſpecie non pro-
cedere, probat Ruin. conſi. 59. colum. penult. num. ſe-
cundo, lib. ſecundo, & in conſi. præceden. 58. colum.
quinta, ſub nume. decimonono, dicit, eſſe manifeſtè er-
roneum, ſentire vel dicere fideicommiſſum in bonis,
& in legitima pupilli ſuperueniente pubertate, non
expirare, & nõ annullari, & ſimilia, vt ibi per eum, & in
conſi. 95. col. fin. nume. decimoſeptimo, & quando non
habeat locum contra matrem, quòd non priuatur legi-
tima filij.

18 Et † quando primo moriens, vel vltimo moriens,
cenſeatur grauatus, declarat Aret. conſi. 156. colum. 3. &
ſequen. Iaſo. in l, pater. l. prima. de vulga. Alexand. con-
ſil. 105. colum. penult. & fin. lib. primo, conſ. 11. nu. 8. li. 3.
Socin. conſi. 104. colum. penult. lib. 3. Pariſ. conſi. 43. &
ſeq. li. 2. Ruin. conſil. 96. nu. 8. 9. conſi. 149. nu. 8. conſi.
175. nu. 2. Curt. conſ. 43. col. prima, Pariſ. conſi. 72. num.
4. lib. 3.

19 Aut & ſecundo † ſumus in fideicommiſſo particula-
ri, ſi apparet impoſitum hæredi inſtituto, dicendum eſt,
vt modo ſcripſi antè: ſi verò à legatario relictum eſt, dic
poſt Iaco. de Areti. diſtinguendo ſecũdum Bald. Alber.
Bald. & alios in l. fideicommiſſum, de leg. primo, quòd
20 † legatarius grauatus præſtare fideicommiſſum, aut
agnouit & recepit rem relictam, & tenetur eam præſta-
re fideicommiſſario, dict. l. fideicommiſſum. & l. Impe-
rator, in princip. de lega. ſecundo, aut agnouit, & non
percepit, tenetur fideicommiſſario cedere actionem,
dict. l. imperator, & l. ſi legatarius. de lega. tertio, aut
non agnouit, nec habuit, ſed remanſit penes hæredem,
cum onere ſuo. l. ſi ab eo de vſufruct. leg. ita talis lega-
tarius non cogitur agnoſcere. glo. & Bar. in l. huiuſmodi.
in princ. de l. 1. ſed quatenùs teneatur de dolo, culpa la-
ta, vel leui, ſi hæres fuerit effectus non ſoluendo: vide
Cuma. in d. l. fideicommiſſum, & doct. in l. cum res. §.
culpa. in. l. ſi ſeruus. §. cum quid de leg. prim. Quando
& onus iniunctum inſtituto non trãſeat ad ſubſtitutum:
vide Bal. & alios in l. ſub conditione. ff. de hæred. inſtit.
& quando potius à ſubſtituto, quàm ab inſtituto, Ruin.
cõſ. 175. col. 3. nu. 2. li. 2. mortuoq; legatario grauato, qui
agnouerit legatum, debetur id ab eius hærede. l. cum ita
§. 1. de leg. 2.

21 Tertio caſu, † quando fideicommiſſi onus eſt dire-
ctum in rem, quomodo id cognoſcatur, & qualiter ta-
le onus ſequatur ad quoſcunque vadit res, fideicom-
miſſo ſubiecta, plenè explicaui in præced. dubit. ſolut.
10. ver. fin. & quomodo etiam id fieri dicitur in hæredẽ
hæredis nomine appellatiuo, declaraui ſupra ea. dubi.
poſt prin. ver. ſed rurſus. addo hanc rationem, quia di-
ſpoſitio in rem eſt generalis, quoad caſus, & quoad per-
ſonas, poſt gloſſ. tradit Bald. in l. Gallus. §. inſtituens. in
primo no. de liber. & poſthum.

22 Quintò quæro, dictum eſt † hæredem in dubio ob-
noxium onerib. in teſtamento aſcriptis eſſe, quid in am-
biguis, circa plus vel minus oneris: reſpondeo alibi di-
xiſſe, & recipro. benignam appellari interpretationem,
quæ fit, vt nõ hæres, ſed legatarius teneatur, vt l. Stichus.
in princ. ver. Ita cum alimenta. de ali. leg. vnde ortum
eſt vulgo dictum apud nos teſtatorem in dubio cenſe-
ri minus velle grauare hæredem, quàm fieri poſſit l. qui
concubinam. §. qui fundum de leg. 3. ſuas quotas ad hoc
recollectas, eaſdem repetit Aym. conſilio 25. numero
24. conſ. 86. num. 7. conſi. 149. num. 14. conſi. 167. num.
14. conſi. 187. num. 3. & minus duplici onere hæredem
præſumi grauatum. leg. Titia cum teſtamento. §. qui in
vita. l. Mæuius. in prin. de leg. 1. l. ſecunda. §. ego. §. fin. &
23 l. pen. de dot. præleg. l. vxorem. §. 1. de l. 3. Exinde † cre-
ditor habens domum debitoris pro credito pignora-
tam teſtamento legans eandem debitori domum præ-
ſumitur minus grauare hæredem, vt ſolum liberet de-
bitorem à pignore, remanẽte perſonali actione, Bart. in
l. ſi tibi circa pri. de leg. 1. & legatum dotis factum in te-
ſtamento, & in codicillis ſufficere ſemel ſolui: Cum cõ-
ſil. 18. Sine diſputatione, per text. in l. ſi tibi homo. §. 1.
24 de l. 1. † Ex hoc dicto ceſſare onus fideicommiſſi, quòd
appellatione filiorum veniant filiæ. Crot. conſi. 17. num.
12. & ſeq. & ad euitandum onus fideicommiſſi, eodem
dicto ſæpe vti Alci. vt conſi. 11. num. 7. conſi. 32. nu. 10.
conſi. 35. num. 15. conſi. 44. num. 7. conſi. 67. nu. 27. lib.
9. vlti. impreſ. Vene. & in indice legitur, & ne res ſemel
grauamini ſubiecta veniat ſub grauamine fideicõmiſſi.
Silua. conſi. 49. num. 23.

Ampliatur hoc dictum, etiam quòd potius induca-
tur nullitas relicti, quàm quòd hæres grauaretur: vt
per Iaſ. in l. quod in rerũ. §. 1. in prim. not. de l. 1. & conſ.
109. colum. ſecunda, ver. defendendo. lib. 4. cum alleg.
per Aym. d. conſ. 149. num. 15. hoc tamen procedere,
quando hæres multum grauetur, dicit Caſtr. conſi. 121.
col. pen. ad med. alleg. per Aymo.

Sed limita, quando ex præſumpta mente teſtatoris
videtur non ademptum maius commodum legatario,
quòd hæres cẽſeatur grauatus etiam præſtare legatum

integrum legatario in caſu legatorum, & dotis, & ali-
mentorum vxori factorum eam poſſe vtrumque conſe-
qui,tradit Caſtr.conſi.224.legatum prædictum, colum,
1.lib. ſecundo, & ſic teſtatorem præſumi velle grauari
hæredem duplici onere, ne legatum reddatur inutile,
ſequitur Dec.conſi,conſi.324.ſub nu.1.ver.ſextò Corn,
67.nu.42.& Rui.conſi.98.nu.15.lib.2.

Secundo limita, quando etiam diuerſa coniectura
poſſet colligi ex perſona teſtatoris, qui ſit extraneus, &
hæredem extraneum inſtituerit, & ex hæreditate, quæ
ſit opulenta,& pinguis, itaque ſoluendo omnibus ad-
huc diues remanet: huic ergo præſumptioni cedit illa
de minori grauamine, & hæres grauatur ad omnia one-
ra:tradit Caſtr. conſi.383.notandum eſt ad fin. lib.1.

Tertio limitat Cephal. conſi.81.num,16.quando le-
gatum venit præſtandum coniunctæ perſonæ, quòd in
dubio legatum magis interpretatur ad fauorem lega-
tarij, quàm hæredis: l. Aurelius. §. Titius teſtamento.
de liber.leg.cum allega.ibi per eum,& per me ſupr. lib.
primo,interpret. 2.ſolut.3.à conſanguinitate,ſed ceſſa-
ret hoc data pari coniunctione, & hæredis, & legatarij
cum teſtatore, per l.non ſolum. §. primo. de ritu. nupt.
Socin.Iun. conſi.74.num.21.lib.1.

Quarto limita hoc dictum, teſtator cenſetur minus,
&c.procedere,quando proprietas vocabuli reſtringere-
tur,quòd minùs importaret, quàm vocabulũ ipſum de-
ſignat,ex Lancel.Galia.confirmat Hiero.Cag.in l. pre-
cibus. nu.43.C.de impuber.

25 Sexto quære † pater inſtituendo hæredem filium ſa-
cerdotem, vel clericum in ſacris ordinibus conſtitu-
tum, eum onere fideicommiſſi grauauit,quòd ſi deceſ-
ſerit, ſine filijs legitimis & naturalibus,ei ſubſtituit Pe-
trum, an tale fideicommiſſi onus valeat. Ambigua, &
varia ſuperinde reſponſio Doctorum videtur. Nam
Bart.in l. hæredibus.§.primo.ad fi.ff.ad Trebel.reſpon-
det, fideicommiſſum hoc eſſe nullum.argum.l.quoties.
de condit. & demon. inducendo. quòd videtur, filium
in ſacris ordinibus conſtitutum inuitare ad fornican-
dum,& ſi non facit,eum grauat fideicommiſſo, merito
fideicommiſſum eſt nullum, Bart. ibi concludit, & ſe-
quitur ibi Angel. ſi teſtator ſe retuliſſet ad filios ſpurios,
quòd fideicommiſſum ſit nullum: & ſimpliciter ſequi-
tur Deci.conſi. 299. colum. quarta,ſub nu.9.cum Bar.
tranſit,& probat Areti. in l. ſi quis poſthumos. in princ.
colum.fin.verſic. ſecundus caſus eſt de lib. & poſthum.
& Boer.deciſ.353. ſub nu.13.ver.ſecùs videtur ex mente
& plenè.Pariſ. conſi.109.in princip.li.3.vbi plures con-
cord.allegat. qui tamen parum probant id,ad quod eos
citat, vt modò recenſebo, & ſequitur Bero. conſi.107.
col.penult.nu.31.lib.2.dicens,hanc opinio. ferè ab om-
nibus communiter receptam eſſe.

26 Alij verò † reſpondent,aliter non inferendo, tamen
fideicommiſſum nullum, ſed conditionem nullam vti
ignominioſam, & turpem, ideo reijciendam eſſe, ita
Bald.in l. generaliter.§.cum autem. nume.3.C.de inſti-
tut.& ſubſtitut.dicit hoc caſu conditionem liberorum,
non facere conditionem, quia ignominioſum eſt, &c.
Caſt.in dict.l. hæredibus.§. primo.in fi. dicit, reijcietur
talis conditio tanquam impoſſibilis de iure. Abb. in ca.
in præſentia.nume. 16.verſic. & ſi fuit dictum. de prob.
dicit, habetur hæc conditio pro non adiecta, quia inui-
tat metu perditionis bonorum ad illicitum coitum,
27 idem ibi ſentit Dec. dum ſub num.38. in fin. dicit, † in
ſacerdote,vel clerico in ſacris inſtituto,& grauato, non
poſſe conſiderari filios naturales & legitimos. ſ. quòd hi
excludant ſubſtitutum, quia non excludunt, ita eſt ſua
limitatio prima, vt ibi expreſſit, quoad reiectionem
conditionis huiuſmodi, eòque reſpectu fideicommiſ-
ſum non inualidum, ſed purum, cum ratione iſta Baldi
tenet Salyc. in dict. §. cum autem, ad fin. remouendo
per conditionem explicitam,expreſſam,&c. Si deceſſe-
rit ſine filijs, &c. illam implicitam affirmatiuam dece-
dere cum filijs, quod turpe eſt in ſacerdote, quia non
poteſt elici,niſi à contrario ſenſu dictæ explicitæ condi-
tionis, qui non debet ſumi, quando eſt contrarius iuri,
per l. cum patrem. de condi. inſer. ita ibi reſidet Salyc.
latiùs declarando, talem conditionem vti turpem &
inhoneſtam reijciendam, & fideicommiſſum remane-
re validum, probat & hanc opin.veriorem,magiſq; iu-
ridicam eſſe,dicit Bero.conſi.73.colum.3.& ſequen.lib.
2. idem in ſpecie multa diſcurrendo fideicommiſſum
eſſe validum concludit.Ruin.conſi.153. colum.2. lib. 3.
per hæc expreſſa verba ibi, & conſequenter ille, cui di-
cta bona ſunt relicta,ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, nõ
remanet excluſus, ſed per mortem grauati dicetur vo-
catus, & ibi ad fin. exprimit, quòd in hoc caſu noſtro
reijcitur conditio tanquam turpis, idem in ſpecie con-
tra Barto.concludit Ripa.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,
nume. 19.ad Trebellia.& tantum per alia tamen argu-
menta, non neceſſariò concludentia, ita conſulendo
probat Capra conſi.20. eſſe locum fideicommiſſo, im-
poſito filijs, adinuicem decedẽtibus ſine filijs per mor-
tem vnius ex eis effecti presbyteri ſecularis & mortui
demũ ſine filijs,eo ſolo inſpecto, quòd valet tale fidei-
commiſſum, dummodò talis presbyter ſe ſuáque bona
non dedicauerit alicui Eccleſiæ, in qua ſemper permã-
ſerit, & cui deuoluta ſunt bona expendẽda in pias cau-
ſas,pront hæc omnia requiri, vt excludatur ſubſtitutus,
firmant gloſſ.& omnes in §.ſed & hoc præſenti:in auth.
de ſanctis epiſc.& in auth. niſi. C. ad Trebellia. & in d.
c.in preſentia.& ſic eſſe com.dicit Dec.conſ.259.col.fi.

Et hanc ſententiam in quæſt. propoſita puto verio-
rem,& magis communem, quòd talis conditio in preſ-
bytero ſeculari ſit reijcienda, tanquam inhoneſta,& re-
proba generaliter in contraria affirmatiua, ſed in nega-
tiua,ſecũdùm cõmuniter accidẽtia,quæ ſunt attendẽda
vulg. iur. alleg.per Alber. in l.vt liberis.ad fin.de colla-
ti. & non argumenta à ſpecialibus, & à raro contingen-
tibus inducta per Rip. dict.§. ſi quis rogatus, num. 19.
contra.l.nam ad.ff.de legi.& contra impoſſibile de iure
reducendum poſsibile per diſpenſationem. Gemi.in c.
gratia colum.pen.nu.9.de reſcrip.in 6.& l.ergo. §. pri-
28 mo.ff. de fideicommiſſ. liber. quòd † verba ſubſtitutio-
num non debent intelligi vt verificentur in materia
diſpenſatiua: Cur. Iun. conſi. 54. nu. 14. cum pluribus
in ſpecie per Dec.conſi.541.nu.13.14.dico in negatiua,
ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus ſolita &
præſumenda in ſacerdote, quòd turpiter tangat mulie-
res, per text. & gloſſ.in cap.abſit.11.q.3.quæ igitur con-
ditio negatiua in presbytero, quòd decedat ſine filijs le
gitimis,& naturalibus, cum prohibitus ſit habere vxo-
rem,dicitur neceſſaria,ſecũdùm vnam lecturam, quam
bonam & not.dicit Bart.in d. l. cohæredi. §.1.ſub num.
3. in fin. ideo fideicommiſſum validum & purum habe-
tur, quoad eam conditionem, quæ non poteſt non exi-
ſtere: l. hæres meus. in princ.de cond.& demonſt.gloſſ.
ordi. & text. in l. ſi pupillus.§. qui ſub conditione.ff. de
nouatio.Caſt.in l. 1.col,2.ad fi.C.de his quæ pen.no.ſed
ſub conditione mortis grauati presbyteri tantum re-
manet: d. l.hæres meus.vbi expreſſum eſt conditionem
eſſe fideicommiſsi præſtandi poſt mortem grauati, & in
l.cum auus.eo. de cond. & demonſt. per Fulg. in l. poſt
mortem.col.pen.ſub num.9.C.de fideicomm.& Ceph.
conſi.395.num.12. alteram verò conditionem eſſe ſine
filijs adiectam.d.l.cum auus.l.pater Seuerinam.§. 1. eo.
cum centum ſimil.ſiquidem ſimpliciter,& ſine adiectio
ne iſta ſine filijs impoſitum ſit fideicommiſſum presby-
tero ſeculari,ſi deceſſerit, nullum dubium, nullave al-
tercatio adeſſet,quòd valeret fideicommiſſum, ergo d.
conditione in ſenſu contrario tanquam ignominioſa,&
im



impoſſibilis de iure reijcitur.l.conditiones.ff.de condi.
inſti.& §.impoſsibilis. inſtitu. de hæred. inſtit. & Bald.
Saly.Caſt.Abb.Rui.Bero.volunt in locis ſup. alleg. ſuf-
ficit tamẽ quòd remanet illa mortis grauati reiecta tur-
pi & inualida,& ſub ea mortis presbyteri grauati rema-
net validum fideicommiſſum.l. Titiæ.de condit. & de-
mon.gloſſ.in l.ſi quis ita inſtitutus ſit de cond.inſti. ab
omnibus recepta eſt ſententia, quòd in vltimis volun-
tatibus vtile per inutile non vitiatur.l.2.de his quæ pro
non ſcript.& Iaſ.in l.2.§.ſed ſi mihi.col.5.verſic.4. adde
de verborum obligatione & ibi alij. & in capitu. vtile.
de reg.iur.in 6.Eman.Coſta in c.ſi pater.par.3.verſi. per
ſonis n.20.de teſt.eo.& regula cum fallen.per Guil.Be-
ned.in c.Raynutius.verſ.reliquit.ſub.nu.12.cum ſeq.de
teſta.dixi in ſimili ſup.lib.1.interp.2. dubit. 2. ſolut. vlt.
ver.item per d.regalam.& poſt Cart.Imo.& ali.in l.1.de
condi.inſtit.& Ang.Aret.in d.§.impoſsibilis.

29 Aut dicendem eſt, quòd † dicta adiectio ſine liberis
aſcripta ſacerdoti,qui debet ſtare cælebs, etiam ſecun-
dum ius ciuile Romanorum:l. vitricus. ff. de donat. in-
ter vi.& vxo.& abſtinere ſe à liberis procreandis,& con
tinenter caſtéque viuere,c.vt clericorum, de vi.& ho-
neſt.cleric.atque demum non committere fornicatio-
nis peccatum, quo nullum maius reputatur, dicente
Apoſt.in 1.ad Corin.cap.6. ad fin. Omne enim pecca-
tum quodcunque fecerit homo extra corpus eſt: qui
autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. An neſcitis,
quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti,
&c.ideò & quòd decedat ſine liberis,tacitè ineſt de iu-
re,ergo eius expreſsio non ſolum nullitatem fideicom-
miſsi,ſecundùm Bart.debet operari,ſed etiam nihil, &
conſequenter, non inualiditatem fideicommiſsi opera-
ri debet,per tritam reg.l.3. de leg. 1. & ſimili operatur
enim monitionem potius, vt ſecundùm iura decedat
ſine liberis.l.muto.§.hanc autem adiectionem.ff.de tu-
te.cum ſimil.per Rip.in l.qui Romæ.§.duo fratres. nu.
6.de verb.obl.& Azo in ſum.C.de fal.ca.adie.l.in pri.

29 Præterea argumentum ab exemplo caſus. l. quoties.
de condit.& demonſtr.per Barto.in §.primo.dict.l. hæ-
redib.ad Trebell.inductum,quòd ita in quæſt. noſtra te
ſtator videtur inuitare filium ſacerdotem,vt fornicetur,
& ſi non facit,grauat eum fideicommiſſo: meritò fidei-
commiſſum eſt nullum,ſecundùm eum,hoc non proce
dit in quæſt.noſtra,& de facili tollitur hac diſsimilitudi-
ne manifeſta:nam in caſu d.l. quoties. conditio, in cu-
ius defectum erat datum fideicommiſſum, concepta
affirmatiuè in pœnam,& ſi nubat, illius ibi præceden-
tis,ſi non nupſerit eſt prohibita,per l.hoc modo. eo. de
cond.& demonſt.& ex ſua forma ſpecifica,ſi non nubat
videtur inducere viduitatem, & ſi nubat, eſt impoſita
pœna fideicommiſsi,quod ideò non valet, at in q. no-
ſtra cõditio,Si deceſſerit ſine liberis,in cuius defectum
eſt relictum fideicommiſſum, eſt licita iuſta & conue-
niens ſacerdoti,vt decedat ſine filijs,per ſup.alleg. & ex
tra ſuam formam ſpecificam,contra l. Mæuius. eo. non
debet trahi. quòd teſtator videatur inuitare ad forni-
candum,vt euitetur grauamen fideicommiſsi, quia de
hoc nullum verbum in dicta conditione noſtræ queſt.&
grauamen non reputatur alicui impoſitum facere,quod
aliàs facere tenebatur:l.vnũ ex familia.§. ſi de Falcid.
de leg.2.ſuperfluum reputat.Caſt.in l.cum pater.§. cu-
ratoris.in primo no.eo.facit gloſſ.in verſi.concedimus.
in cap.cum aliquib.de reſcript.in 6.

Ex quibus conſtat dictum Bartol.& ſequacium in d.
l.hæredib.§.1.non eſſe verum maximè in ſecundo mem
bro,quoad terminos noſtrę quæſt.et an eſſet verũ,Alex.
in d. l.ſi quis poſthu.in prin.ad fi.de lib. & poſth.remiſit
ad doct.ibi in locis per eum alleg.& eorũ quidẽ ſcriptis,
credo,ſed nullibi poſſe clarius apparere de Bart.dict.il-
lo non verò,quàm à me ſcriptis ſup. & infr.atque ratio-
nes & Docto.adducti per Pariſ.d.con.109.nu.3.4.lib.3.
non concludunt ad id,neq; probant ſuam ſententiam.
Nam ratio illa,Si deceſſerit ſine filijs,&c.ex hoc elicita,
non reddit fideicommiſſum, impoſitum presbytero,
nullum, tanquam reprobata in ſui commodum, quia
potius reijcitur,& habetur pro non ſcripta. & eſt talis,
quam magis presbyter,quã alius,debet explere,& ſuffi-
cit ad cõmodum tam presbyteri, quã fideicommiſſarij,
remanere conditionem illam mortis presbyteri graua-
ti,quia poſſet fideicommiſſarius prius mori, & ſic gra-
uatum à fideicommiſſo liberari, per leg.1.& d.l.hæres
meus.in prin.iam alleg.de cond.& demonſ.& l. 1. §. ſin
autem aliquid.de cadu.toll.cum ſimil. Alexan. in d.l. ſi
quis poſthumus, nihil firmat,niſi vt dixi, & in conſil. al-
leg.par Pariſ.nam loquitur de noſtra q.Abb.Dec.& Fel.
in d.c. in præſentia in ſpecie noſtra non tangunt, niſi
vt ſup.recenſui,Ruin.in §.& quid ſi tantum nume. 28.
non ſe firmat ſuper d.Bart.cum poſtmodum dicat, Su-
per hoc diligentius cogitandum eſſe, ſed noſtram ſen-
tentiam firmat in d.conſi.153.lib.3.ſup.allega.Alex. in l.
1.§.Lex.Falcidia.ad fin.ad l.Falcid.non firmat pedẽ,ſed
loquitur remiſſiuè,& illa q.ibi per Caſt.tracta eſt in di-
uerſis terminis à noſtris,quia ibi plures filij, inter quos
aderat vnus in ſacris,erant à patre grauati,quòd ſi deceſ
ſerint ſine liberis,reſtituant tali,dicit,in tali generalita-
te non comprehendi eos,qui non poſſent habere filios
legitimos & naturales, inferendo ex eo, quòd ſignum
vniuerſale reſtringitur ad habilia,& quæ poſſent locum
habere,& tamen ibi Alex.dicit,quòd Caſt.in lectu. Bo-
no.alia addidit:queſt.noſtra eſt ſpecialiter de filio in ſa-
cris grauato fideicõmiſſo ſub cõditione mortis,& carẽ-
tiæ filiorum,& iſtam de carentia filiorum non obſtare,
ſupra multifariam, multíſque modis oſtenſum eſt.

Namq; prędictæ rationes,& auctor.locum habent &
in presbytero fideicommiſſo grauato cum alijs,& com-
prehenſo ſub nominatione plurium filiorum à patre in-
ſtitutorum,& fideicommiſſo grauatorum, vt in hoc ca-
ſu:ita conſuluit Capr.conſi.20.ſup.alleg.quem ad mo-
dum & procedunt in ſolo grauato,arg.l.ſi duo. in fin. ff.
de admi.tut.& in l.ſi ſeruus. §. inquit lex. ad l. Aqui. ita
ceſſat illud de ſigno vniuerſali, reſtricto ad habilia, &
quæ poſſunt locum habere,poſtquam locum habet, vt
probaui fideicommiſſum in ſacerdote grauato,ſi deceſ-
ſerit,ſine liberis,quoniam etiam verba hæc, Sine liber.
ſunt priuatiua,& abnegatiua:Rip.in l.ex facto. §.ſiquis
autem.nu.3.ff.ad Trebell.per gloſſ.in l.1.in fi. ff. de pig.
acti. quæ ideò non inferunt habitum & affirmationem
ſecundùm Bal. in l.2. in fin.C.de cond.inſer.vt dici ne-
queat, poſſe decedere ſine liberis eum,qui vel natura
vel iure prohibitus, & inhabilis eſt ad procreandum
liberos:& iam hæc verba,ſi deceſſerit ſine liberis, aſcri
pta impuberi, natura inhabili ad liberos procreandos,
leguntur in text.c.ſi pater.de teſta.in 6.& cõuenire ſub
ſtitutioni pupillari concor.allegat Hier.Cagn.in l. pre-
cibus.num.240.C.de impub.& ali. ſubſti.& opportunè
ad rem Cur.Iun.conſi.86.num.5.Soc.conſi.35. col. pen.
num.5.lib.3.& in terminis proprijs,Ruin.conſil. 144.ad
fin.nu.2.lib.3.ſic diuerſificãdo & reprobando rationem
Bart.

Alioquin nec vſquequaq; generale eſt, cùm presby-
ter ſecularis poſsit habere filios legitimatos, excluden-
tes ſubſtitutum: Bal. Imo.& Alex.in d.l. ſi quis poſthu.
& filios legitimos & naturales procreatos ex legitimo
matrimonio contracto,& ſoluto morte vxoris, vel vo-
to caſtitatis antequam promotus eſſet ad ſacros ordi-
nes,ad c.ſecundum,& ibi gloſſ.de cleri.coniug.& gloſſ.
fin. in c. ad extirpandas.de fil.presbyter.& hac inſtan-
tia in ſimili vtitur Ruin.in dict.§.& quid ſi tantum, ſub
num.44.& ibi Iaſo.num.43.eadem pariter tollitur ar-
gumentatio contraria Barto. & ſequacium & remanet

firma concluſio de validitate grauaminis & fideicommiſſi in quæſt.propoſita, & tenenda pro iuuanda & ſaluanda voluntate teſtatoris, & per reg.l.quoties.de reb. dub.cum ſimil.Non inficior,quòd in materia remiſsionis fideicommiſsi tacitæ, vel per diuiſionem ad tradita in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb.obl.vel per tranſmiſsionem ad l.de fideicommiſſo. C.de tranſact.inter clericum in ſacris ordinatum, & fratres laicos habenda eſt ratio, fideicommiſſum impoſitum decedenti ſine filijs legitimis & naturalibus non eſſe coæquęuum, & ob id non cenſeri remiſſum pro clerico,neq; pro alijs cum eo,ratione æqualitatis ſeruandæ,ad tradita per Barto.in d.§.duo fratres.in ſecunda quæſt.in fi.non perſcrutando aliter de veritate dicti Barto.in §.primo.dict.l.hæredibus,prout modò feci, obiter dixi in conſil.137.nume. 91.& ſequent.lib.primo, volui equidem hîc inſiſtere, quia conuenit propoſitæ dubitationi, quis fideicommiſſo grauari poſsit,& quia frequens & quotidiana quęſtio eſt.

## ¶DVBIT. III. SOLVITVR.

PRIMO inſpecto & cognito eo, quòd adita fuerit hæreditas ex teſtamento, cum ex eo quæratur peti fideicommiſſum, & ab inteſtato, vbi ex codicillis, ſeu alia vltima voluntate petendum ſit fideicommiſſum purè aut conditione verificata relictum.

Secundò,perſpecta conditione appoſita,Si vni inſtituto hæredi,ſi pluribus ſimpliciter, vel diſtributiuè grauatis,Si deceſſerit vel deceſſerint ſine filijs,eadem conditione in quolibet grauato verificata dicitur fideicommiſsi diem ceſsiſſe: ſi verò pluribus nomine collectiuo grauatis, in omnibus de proprietate ſermonis requiritur conditionis verificatio,at de mente teſtatoris interpretata in eo in quo verificatur conditio, deberi fideicommiſſum,& ſecundùm diuerſitatem formularũ conditionum & ſignificationis vocabuli filiorum, de maſculis tantùm, vel de maſculis & fœminis, diuerſimodè verificari conditiones,& fideicommiſsi diem cedi, latè diſſoluitur.

Tertiò pariter benè inſpecto multiplici modo expreſsionum ſolitæ conditionis ſimpliciter, ſi deceſſerit. Si deceſſerit ſine legitimis hæredibus. Si deceſſerit ſine hæredibus legitimè deſcendentibus,& de legitimo matrimonio natis, & procreatis. Si deceſſerit ſine liberis, vel ſine teſtamento. Si moriatur, antequam habeat filios de filio grauati in conditione poſito, qui etiam decedat. Eo inſtituto,vel ſubſtituto non ſuperuiuente,Maſculis exiſtentib. Quomodo conditio de his dicitur verificata per mortem grauati: Et qui ſit excludens ſubſtitutum ex mente interpretata teſtatoris,ita vt fideicommiſsi diem omninò ceſsiſſe dignoſcatur.

### ¶SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſsi dies, an & quando ceſsiſſe dicatur.*

2 *Fideicommiſſum inductum à quo peti poſsit,& quando petendi dies ceſſerit.*

3 *Fideicommiſſum & eius dies venit, & ceſsit, quando fideicommiſſarius per hæredem adita hæreditate petere poteſt fideicommiſſum, ſi purè ſit relictum, & ſi ſub conditione ea impleta,niſi ex tacita teſtatoris voluntate adſit, qui eum excludat.*

4 *Dies quòd veniat,& quòd cedat,differunt inter ſe.*

5 *Dies fideicommiſsi ſufficit,quòd ceſſerit, & hæreditate non adita,interim decedente fideicommiſſario,tranſmittitur fideicommiſſum ſingulare & vniuerſale ad hæredem.*

6 *Fideicommiſſum vniuerſale differt à ſingulari, & in quo vide ibid.*

7 *Fideicommiſſum vniuerſale & eius dies,tunc ceſsit, & ex teſtamento peti poteſt, cum hæres ſuus eſt grauatus per cuius ſuitatis exiſtentiam confirmatur vniuerſale ipſum fideicommiſſum, vel hærede extraneo adeunte hæreditatem ex ipſo teſtamẽto, tuncq; firmatur fideicommiſſum, & cedit eius dies,quoad ſcilicet eius petitionem,& quomodo intelligatur relictum ſub conditione tacita.*

8 *Fideicommiſſum quando vires habeat, hæreditate non adita.*

9 *Fideicommiſſum debitum ex codicillis poſt teſtamentum factis, an & quando dicatur valere.*

10 *Fideicommiſſum eodem iure cenſetur præſtandum per ſuccedentes ab inteſtato,quo per hæredem ex teſtamento vigore clauſulæ codicillaris, qua ſæpius teſtamento defenduntur, tuncq; eſt neceſſaria pariter aditio hæreditatis per venientes ab inteſtato, aliàs nec legata, nec fideicommiſſa nullo adeunte peti poſſunt, & de materia vide latè,cum num.ſeq.*

11 *Fideicommiſſum, nec legata peti poſſunt nullo adeunte,vel ex teſtamento,vel ab inteſtato.*

12 *Fideicommiſſum tunc purè dicitur quoque relictum, vbi dies petitionem eius non ſuſpendit, conditione aſcripta, & præſenti die debetur,vel conditione impleta,tunc dicitur diem ceſsiſſe, & locus tunc eſt petitioni, qua defecta, deficit & diſpoſitio, & pro non facta habetur, & de ratione: ibidem.*

### ¶SOLVTIO I.

1 TERTIA dubitatio, An † ceſſerit dies fideicommiſsi nunc ſoluenda eſt,cum enim vltimarum voluntatum interpres noſter cognouerit fideicommiſſum inductum, &
2 eo prægrauatum, à quo peti poſsit, † operæpretium eſt videre,ſi eius petendi dies ceſſerit,& venerit,ſicut & noſtri Legiſlatores obſeruarunt particularem titulum inſcribere.ff.& C.quando di.leg.ce.

3 Diem † autem fideicommiſsi ceſsiſſe & veniſſe, in
ſpecie noſtra dicendum eſt, quando fideicommiſſarius per hæredem adita hæreditate petere poteſt fideicommiſſum,ſi purè relictum,ſi ſub conditione extante,& impleta, dummodò non ſint, qui ex voluntate teſtatoris
4 ſaltem tacita eum excludant:† differentiam verò, inter cedere diem,& venire diem,vide per tex gloſſ.Alber.&
5 Alci.in l.cedere diem.de verb.ſignific. † ſolùm ceſsiſſe diem fideicommiſsi,ſufficit, quòd ſi interim etiam hæreditate non adita,decedit fideicommiſſarius,tranſmittit fideicommiſſum ſingulare & vniuerſale ad hęredem: l.hęredis.in princ.l.ſi Titio.§.penul.ff.quãdo di.leg.ced.
6 Bar.& alij in l.cum filiofam.de leg.1. † circa differẽtias vniuerſalis & ſingularis fideicommiſsi,quarum memini ſupra dubit.1.ſolut.1.ſub verſi.quemadmodum ergo.

7 Tunc igitur † fideicommiſsi vniuerſalis diem ceſsiſſe
percipimus, & poſſe id peti ex teſtamento,cum vel hæres ſuus eſt grauatus, per cuius ſuitatis exiſtentiã ipſum, vniuerſale fideicommiſſum confirmatur, per text.ſing. in l.ita tamen.§.ſi pater.ad Trebel.& ibi Bartol. Angel. Imo.Caſtr.& Alex.& cum alijs comprobaui ſuprà ead. dubit.1.& ſolu.1.ver.adde ergo.de hoc nemo eſt diſcrepans.Grat.conſil.134.nume.35.lib.primo.vel hæres extraneus eſt,qui adierit hæreditatem ex ipſo teſtamento, quia ex ipſa hæreditatis aditione, ſicut cætera in teſtamento diſpoſita firmantur, fideicommiſſum ratum exiſtit,& eius dies cedit, & nullum poteſt habere effectum, niſi poſt aditam hæreditatem.l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.& l.ſi patroni.§.qui fideicommiſſariam.gloſ.in verſi.Adeatur.in l.quidam ita in prin.ad Trebel.& glo. 1.in l.3.de regu.Caton.hoc maximè verum eſt, quod fideicommiſsi petitionem Bartol.in dict.l.cum filiofam. colum.fina.de lega.primo.& ibi poſt alios Socin.Iun.in vlti.



vit. par.num. 67.Ruin.conſi.170.colum.2.num.3.lib.2. notabiliter vlteriùs dicens fideicommiſſum intelligi relictum ſub tacita conditione,ſi ille,à quo relinquitur, erit hæres vel adibit hæreditatem: & Guid.Pap. conſil. 122.ſub num.7. verſ.non obſtat.gloſſ.& Pariſ.conſi.44. colum.2.numer.12.lib.3.& conſil.73.num.13.lib.3.Paul. Leo.de ſubſtitu.in compendioſa.num.270.Bero.conſil.
8 6.num.3.lib.2. † Quando autem fideicommiſſum vires habeat hæreditate non adita,vide Guald.de arte teſtan. tit.5.de ſubſti.cau.16.

9 Idem dicendum eſt,† vbi quæritur,diem ceſſiſſe fidei
commiſſi debiti ex codicillis poſt teſtamentum factis, quod aliter eſſe non poteſt,niſi hæreditas ex teſtamento adita fuerit: quia aliàs fideicommiſſum ex huiuſmodi codicillis nullius erit momẽti ſunt verba tex.in l.ſi quis
10 cum teſtamentum.in fin.de iure codicil. † Eodem iure cenſetur fideicommiſſum pręſtandum per ſuccedentes ab inteſtato,vigore clauſulæ codicillaris,quia ſæpiùs teſtamentum ſuſtineri contingit,& defendi vel à præteritione, ad Doct. in auth.ex cauſa. de libe. præter. vel ab alijs difficultatibus,de quibus per Moder. in l.Centurio de vulg.& in l.precib.C.de impub.& Bart.in l.1. de iure codicill.quòd & his caſibus neceſſaria ſit aditio hæreditatis ab inteſtato illius teſtantis,cum clauſula codicillari, per ipſos ſuccedentes ab inteſtato grauatos per dictam clauſulã,alioquin cedere nõ poteſt dies fideicommiſſi,quòd à nemine debetur,& ſua caret firmitate,per l.2.ff.de fideicommiſſ.libert. & ibi Bart.& in l. qui filio. §.1.num.2.poſt.gloſſ.ibi & Imo.ſub num.7.ff. de hæred. inſtit. & Spec.in §.1.col.3. de teſtamen. vbi firmiter re-
11 ſpondit † ſi nullus adiuit hæreditatẽ, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato legata & fideicommiſſa peti non poſſe.Idem aduertit in omnibus caſibus veniendi contra ſuccedentes ab inteſtato ex clauſula codicillari expreſſa,vel tacita,& ſubintellecta,vel aliter,vbi legata & fideicommiſſa repetita ſunt à venientibus ab inteſtato neceſſariò requiri,aditionem hæreditatis faciẽdam, vel factam per ipſos veniẽtes ab inteſtato,per d.gloſſ. ſing. in d.l.qui filio. §.1. probat Iaſ. in dict. auth. ex cauſa. in fin.& in leg.eam,quam colum.6.in 2.fallen.C. de fideicommiſſ.in cæteris quoq; dependentibus ex teſtamentis,quantum faciat hæreditatis aditio,dicendum erit infra lib.vltim.quo de vlt.voluntatib. ſeruandis exequendiſq; ſpecialiter agendum eſt. Quanuis hæc in Iure noſtro propemodum trita videantur, admonenda ſunt tamen, ne in facto practicè prætermittatur eorum allegatio & probatio, vidi enim aliquando proceſſus ſuper litigijs fideicommiſſorum, ex teſtamentis,ex codicillis,& clauſula codicillari, non inuenta in eis probatione aditionis hæreditatis,nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, prout caſus dabat, & de hoc defectu in ſalutari facto motiuo,& dubio aduocatis, qui pro ſolutione ſe voluerunt & reuoluerunt, & ſuffragij boni nihil inuenerunt, niſi demum recurrendo ad probationes de nouo faciendas ſaltẽ ſecundùm practicam:Bart.in l. pen.§.cum autem.C.ad Trebell.relatam per Aret.conſ.37.col. fin.

12 Tunc quoque † fideicommiſſum purè dicitur reli-
ctum, vbi dies conditione aliqua aſcripta, petitionem eius non ſuſpendit, & præſenti die debetur.l. prima de conditio.& demonſtra.l.cum ſine, in princ. & §.ſi debitori.ff.quando di.leg.ced.aut vbi conditio appoſita impleta eſt,pro puro habetur, & conſequenter, eius diem ceſſiſſe & veniſſe,certum eſt:l.ſi pupillus. in fi.ff.de cõd. inſtit.l.ſi à reo.§.ex diuerſo.de fideiuſſ.l. cohæredem. de verbor.ſignific.l.potior.in princip. in fin. ff. qui poti. in pign.hab.tradunt Dec.conſ.267.colum.2.ver.ſed vlterius.conſil.480.colum.1.Pariſ.conſ.18.colum.4.nume. 18.conſ.26.colum.2.num.7.8.conſi.30.num.35.36.conſ. 75.num.15.lib.2.Socin.Iun.conſil.181.num.22.lib.2.itaque omninò locus eſt fideicommiſſi petitioni. Zanch. plenè in §.cum ita.num.463.ad Trebellia.ſed vbi conditio impleta nõ eſt,& defecta,facit deficere diſpoſitionem,& haberi pro nõ facta:l.pecuniam. ante fin.ſi cert. pet.& l.iubemus.§.fina. C. ad Trebellia. & ibi expreſſè Caſtr. no. quia vult teſtator, apponendo conditionem. eam priùs exiſtere: Bald.conſil.149.iſti executores. lib. 4.& concord.ad dict.l.pecuniam.colligit Zanch.in dict. §.cum ita.num.7.ff.not.text.in l.facta.§.ſi verò turpis.ff. ad Trebellia.ibi: vtique autem teſtator,niſi expreſſa ſit conditio,neque ſcriptum hæredem ad hæreditatem vocauit,nec per hunc illi voluit reſtitui hæreditatem, cum ſimil.etiam pluribus per Pariſ.conſil.8.num.22.cum ſequent.lib.3.

### ¶SVMMARIVM.

1 *Conditio eſt particula & adiectio,quæ in omnibus ferè teſtamentis & vltimis voluntatibus appoſita reperitur,& in omnibus eorum diſpoſitionibus, vel hæredum inſtitutorum,vel ſubſtitutorum,vel legatorum, vel fideicommiſſorum,& de ea pleni ſunt tituli & tractatus.*

2 *Conditio eſt adiectio, quæ dum pendet, impedit.ceſsionem diei fideicommiſsi,& fideicommiſſum totum propriè dicitur conditio.*

3 *Conditio aſcripta in codicillis remiſſa filijs per teſtatorem in codicillis, & poſita in teſtamento, in quo erat conditio fideicommiſsi reciproci inter filios, ſi decederent ſine filijs intelligitur eſſe remiſſum & caſſatum fideicommiſſum.*

4 *Conditio quibus verbis,& verborum forma, & conceptione inducatur.*
*Et quotuplex ſit?*
*Et quem habuerit effectum?*
*Et alia de conditione, & de ea,quæ frequentius impedit fideicommiſſum, eiuſq; diem cedere: & hæc eſt conditio mortis grauati,ſi ſine filijs deceſſerit, ſine liberis,ſine teſtamento,& vide nonnullas q.*

5 *Fideicommiſſum eſt conditionale,cum mors grauati eſt aſcripta fideicommiſſo.*

6 *Fideicommiſſum ceſsit & venit eius dies, hærede inſtituto, cui ſit ſubſtitutus Petrus,ſi deceſſerit ſine filijs,decedente adita hæredit.ſine filijs.*
*Idem,ſi pluribus inſtitutis ſeparatim ſit facta ſubſtitutio,& decedente cum filio,ceſſat fideicommiſsi petitio:& de materia ibi.*

7 *Fideicommiſſum petitur à ſubſtituto,cum pluribus inſtitutis ſit ſubſtitutus abſque nominib.collectiuis, vt eis deficientibus,vel quando diſtributiuè ſit ſubſtitutus vel ſimul,& vnus deceſſerit cum filia,exemplificando, vt ibi, & quando ſubſtitutio diſtributiuè facta verificetur in vno decedente,vt caſus,quo pluralitas reſoluatur in ſingularitates,& ibi vide de materia,cum nu.ſeq.*

8 *Cohæredes quando ſuperſtites,vel alij ab inteſtato ſuccedentes defuncto grauato,excludant fideicommiſſarium.*

9 *Fideicommiſſum & eius dies de proprietate ſermonis non ceſsit in vno pluribus grauatis, ſi omnes non deceſſerint, cum pluribus nomine collectiuo ſubſtituatur puta.*
*Si vterque.*
*Si ambo.*
*Si omnes.Vel copulatiuè,ſi talis & talis deceſſerint & quando idem ſit dicendum,prout de nomine collectiuo dictum eſt, tuncq; quando de tota hæreditate intelligatur, & quando ad portionem decedentis tantùm admitti poſsit ſubſtitutus, & de mente teſtatoris indaganda,quemodove dignoſcatur,& quando pluralitas reſoluatur in ſingularitatem, & quando mens teſtatoris dicatur ceſſare, & de dictione,Tunc & eo caſu, & de alijs, ad prædicta, pulchrè.ibi.cum num.ſeq.*

10 *Mens teſtatoris quomodo dignoſcatur, vt fideicõmiſſarius habeat totam ipſius teſtatoris hæreditatem, & quando*

ceſſare dicatur, ne habeat totam.

11 Dictio, Tunc & eo caſu, in fideicommiſſis & ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs poſita, quòd non operetur contra mentem teſtatoris, quin ſubſtitutus ſuccedat vltimo decedenti, & aliter non poſſit ſuccedere, & quomodo, vide & declara, vt ibi.

12 Fideicommiſſum & eius conditio non dicitur impleta adeò, vt locus ſit ſubſtitutioni de ſorore vel fratre teſtatoris, ſed bona ad filias eius transferuntur, filiabus patris in certis rebus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis, eiſq; ſubſtitutis filijs maſculis, quos duos vniuerſales hæredes inſtituerat teſtator, & inuicem ſubſtituerat, cum hac ſubſtitutione, Et ſi omnes dicti ſui filij deceſſerint ſine filijs, ſubſtituit ſororem vel fratrem omneſq; filij deceſſerint ſine filijs ſuperſtitibus dict. filiabus propter verbum, vel omnes, vt ibidem.

13 Fideicommiſſum non ceſſit, nec eius dies, teſtatore non vniuerſaliter, ſed indefinitè dicente, Si dicti ſui filij deceſſerint, antequàm ſint in ætate legitima, quòd de omnibus ſuis bonis fiat hoſpitale, & omnes deceſſerint ſic, præter vnum, qui deceſſit poſt legitimam ætatem per indefinitũ æquiparatum vniuerſali, & vt ibi. de ratione.

14 Fideicommiſſaria ſubſtitutio facta ſub conditione mortis grauati ſola & ſimpliciter appoſita, an complectatur & in ea ſubintelligatur alia adiectio. ſ. ſine liberis, & quòd non teſtatore exiſtẽte extraneo, vel etiam fratre, vel alio transuerſale prægrauante extraneum vel fratrem, aut extraneum, ſecùs, ſi ſit aſcendens prægrauans deſcendentem, & illa ſubintelligitur.

15 Intellectus l. cum auus de cond. & demonſtr. l. cum acutiſſimi. C. de fideic. & l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi vide 22. ampliationes, & 26. limitationes, & aliam, vt ibi pulchrè.

16 Fideicommiſſum & eius dies, quando dicatur ceſſiſſe, vel ne, per illa verba conditionis, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, & ex ſuo corpore procreatis & natis.

Et circa verbum Filijs, & quod eius mentio quadrupliciter fiat.

Aut ei prouidendo.

Aut eum grauando.

Aut de eo verſus alium nominando.

Aut eum in conditione ponendo.

Et quando filius poſitus in conditione, qui veniant eius appellat.

Et de verbo filij, & liberi à legibus pro ſynonimis aſſumpti, nulla eorum differentia habita, quando in ſubſtitutionibus ponuntur, & qui venire filiorum appellatione largè, & quòd contineat omnes liberos in infinitum in fauoribus & gratijs, & latiùs de materia hac, ibidem vi. cum num. ſeq.

17 Filij app. qui veniunt, & poſiti in conditione eorum fauore excludũt ſubſtitutũ, & quòd omnes liberi intelligantur.

18 Verbum, Filij: & verbum, Liberi, à legibus quaſi pro ſynonimis habentur, & non differt in ſubſtitutionibus, ſi dicatur ſine liberis, vel ſine filijs.

19 Filiorum appellatione largè ſumpto vocabulo veniunt omnes deſcendentes, & continet omnes liberos in infinitum in fauoribus & gratijs, & num. ſeq.

20 Ieſus Chriſtus appellatur filius Dauid, & tamen non fuit filius, nec abnepos, ſed vltra 14. generationes.

21 Conditio hæc, ſi ſine liberis deceſſerit, inſerta fratri vel alio legitimo ſucceſſori exponitur per Iuriſconſultum Scæuolam. i. ſi ſine liberis deceſſerit, ex larga ſignificatione vocabuli, & ex mente defuncti, maximè in conditione, licet non ſit in diſpoſitione, & de ratione: ibidem.

22 Fideicommiſſum deficit nec eius cedit dies, exiſtente nedũ filio grauato, at nepote & pronepote, cæteriſq; deſcendentibus, imò & nepote ex filia, & eſt Commun. opin.

23 Fideicommiſſum deficit & eius conditio tollitur per filium vel nepotẽ grauati, cum idem ſit dicere, ſi deceſſerit ſine filijs, vel ſine liberis. Quicquid dixerit Dec. quando dictũ ſit ſimpliciter, ſine filijs, & de ratione quòd nulla ſit differentia aut diuerſitas: ibidem.

24 Conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, vel ſine liberis, tacita ſeu expreſſa an debeat exponi de maſculis, an intelligatur de maſculis ex fœminis, quæſtio eſt varia & frequens, & in vtramque partem ſunt multi & multa dicentes, & vide aliquos caſus pro concordia, & regulam communem pro filia, contra ſubſtitutum, & quatuor limitationes pro eo, contra filiam aut neptem, & quando adiectio, ſine filijs, exponatur pro maſculis contra filiam, & quando de maſculis & fœminis intelligatur pro ea, ex regula cõmuni, quòd in vltimis voluntatibus circa fauorabilia maſculinum concipiat fœmininum: & eſt Communis hæc Opin. ibidem latè, niſi aliter conſtaret de voluntate teſtatoris, quòd quomodo cognoſcatur. ibi, & de materia hac latiſſ. cum numer. ſequent. & de opin. auctoris, tenentis, filiam excludere ſubſtitutum & ſic fideicommiſſi diem non cedere, & quare, vt latiùs ibid. reprobatis Caſtrenſe, Fulgo. & ſequacibus, & modeſtè repehenſis per auctorem, vt ibi, cum nu. ſeq.

25 Teſtator non exprimendo aliter intelligentiam vocabulorum habentium certam intelligẽtiam à iure, abſq; dubio ſtare voluit iuris intelligentiæ, vnde præſumitur ſecundùm ius, & non contra ius velle diſponere.

26 Filia teſtantis diuerſæ eſt conditionis, quàm ſit neptis ex filio, cum filia à patre erat dotanda, & neptis à filio, vnde non valet illatio, Filia eſt excluſa, ergo & neptis, & quare, & quomodo, vt ibidem latè.

27 Filia excluſa ab vniuerſali ſucceſſione filijs relicta ſub nominibus proprijs & appellationis filijs maſculis, & ſub his nominibus inter eos conſtituto fideicommiſſo, non operatur: vt & pariter excluſa dicatur neptis à ſucceſſione ſui patris imaginata ratione agnationis conſeruandæ, & quare: maximè cùm teſtator non vocauerit ad fideicommiſſum per nomina ciuilia agnatos, propinquos, cõſanguineos de agnatione, de familia, & vt ibi latè dicitur.

Et quod datum ſub nomine proprio, quòd non ſit datum nomine agnationis conſeruandæ, & de materia hac latiſſimè, vide ibid. cum num. ſeq.

28 Frater vel filius eſt nomen appellatiuum naturale quo nomine dicuntur nominatim vocati.

29 Teſtator non vocans ad fideicommiſſum per nomina ciuilia, Agnatos, propinquos, conſanguineos, proximiores, de agnatione, de familia, & de domo, de caſata, & ſimilibus, non videtur conſideraſſe rationem donationis conſeruandæ.

30 Bona inter ipſos nominatos, inter quos cõſtitutum ſit fideicommiſſum debent eſſe ſubiecta fideicommiſſo, ſub conditione maſculorum & fœminarum vltra quos, & quas non progreditur fideicommiſſum, declarando vt ibi.

31 Conditio hæc expreſſa à teſtatore, Si deceſſerit ſine filijs maſculis, licèt videatur ſupplendum, vel fœminis, tamen maſculis, non fœminæ ſubſtitutam excludunt, ſecundum Bartolum.

Quid, ſi in parte teſtamenti dictum ſit, ſine filijs maſculis, & in alia parte ſimpliciter, ſine filijs, an ſupplendum ſit maſculis.

32 Conditio ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, poſita in vna parte teſtamenti, & in alia, ſic dictum ſimpliciter ſine filijs, an cenſeatur & ſuppleatur maſculis.

33 Fideicommiſſum deficit & eius conditio per nepotem teſtatoris, habentis filiam & filios, filiæq; relinquentis certam dotem, & inſtituentis hæredes vniuerſales nominatim filios, & ſi quis eorum deceſſerit ſine filijs, alium ſuperſtitem vel ſuperſtites ſubſtituit, & decedente cum filia: hæc enim neptis excludit ſubſtitutum, cùm non appareat, reſtitutionem habuiſſe effectum ad cõſeruandam agnationem, declarando latè, vt ibi habeatur, cum num. ſeq.

34 Conſue



34 Cõſuetudo alicuius rei, vel facti declaratoria, probatur ex inſpectione plurium inſtrumentorũ: & hoc hodie eſt multum in vſu in Italia.

35 Paria ſunt, Filias non extare, vel extare, & ſemper à patre teſtatore dote relicta, eſſe excluſas.

36 Paria ſunt, Non eſſe, vel eſſe, & non ſuccedere.

37 Fideicommiſſum non defecit, imò tenet pro ſubſtituto contra filiam aut neptem, quibus ſit de dote prouiſum, vel non extante filia aliqua, inſtituerit maſculos filios hæredes vniuerſales, & ſi deceſſerint ſine filijs, vel quis eorum ſic deceſſerit collectiuè ſubſtituit, & nõ nominatim agnationem, familiam, cippum domus, caſatam, & ſuam lineam maſculinam vocando maſculos in perpetuum: quia videtur habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ. Tunc verbum, filijs exponitur, ſcilicet maſculis. Idem quando prouidet teſtator filiabus, nepotibus & pronepotibus, de illis mandans ſua bona perpetuò ire de vno in alium de caſata, & vt de materia latiùs ibidem legitur.

38 Fideicommiſſum non deficit per filiam, ſtante ſtatuto, quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant ab inteſtato, cum ſecundum id ſtatutum præſumatur mens teſtatoris exponendo ſine filijs, id eſt, maſculis: & eſt Communis Opin. hócque quando filia excluderetur ab hæreditate patris grauati per patruos, & quando per ſtatutũ non excludatur filia per ſubſtitutum de Iure Communi, quo appellatione filiorum veniunt filiæ, & ſuccedunt pariter patri cum maſculis, & quando nõ tractetur de hæreditate patris, ſed filij, & quando ſtatutum excludit ab inteſtato filiam grauati ab hæreditate, quando teſtatoris, vel grauati, quod ſcire multum intereſt, quod declarat, & dic, ſecundum auctorem, vt ibi.

39 Voluntas teſtatoris interpretatur ſecundum ſtatutum loci, quando filia excluderetur ab hæreditate patris, grauati per patruos: & quando ita non ſit teſtator, ponendo filios filij in conditione, ſic & filias dicitur poſuiſſe ad excluden. ſubſtitutos, vt eorum patri ab inteſtato, vel ex teſtamento ſuccederent.

40 Fideicommiſſarius an & quando dicatur ſuccedere teſtatori, conditione ſcilicet fideicommiſſi purificanda, quæ tamen non eſſet purificata, extãte filia grauati ſuccedente ab inteſtato patri ſuo grauato, quã ſucceſſionem quãdo teſtator conſeruaſſe præſumatur & quãdo ſubſtitutus admittatur ab inteſtato contra filiam, & quando non, vide pulchrè ibidem latiſſimè de materia, cum numer. ſequentibus.

41 Statutum loquens in caſu excluſionis neptis, patre prædefuncto à ſucceſſione aui, non habẽt locum, ſi pater veniat tempore mortis aui.

42 Filia grauati per ſtatutum à ſucceſſione excluſa ab agnato non impedit, quin ſubſtitutus agnatus admittatur contra ipſam.

Fallit, ſi à patre ſuo fuerit hæres inſtituta.

Idem comproba & amplia, vt ibi dicitur.

43 Succeſſor nouus & dominus rei, locando & faciendo nouam inueſtituram alij, dicitur ſuam declarationem facere de re bene conceſſa ei, cui locauit.

44 Conditio, Si ſine filijs, dicitur appoſita fauore grauati, & filiorum poſitorum in conditione.

45 Teſtamentum grauati inſtituentis filium, poſitum in conditione, debet fortius operari ad excluſionem ſubſtituti.

46 Vtens Iure Communi, & iure ſuo, non dicitur facere contra voluntatem teſtatoris, neminiq; facit iniuriam.

47 Conditio, ſine filijs & extante conſuetudine in aliqua familia, quòd inter eos ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant interpretatur mens teſtatoris, Sine filijs, id eſt, maſculis, & quomodo hoc intelligatur. ibidem clarè, & cùm ſit ſtricti iuris, conſuetudo non eſt extẽdenda vltra ſolitam obſeruantiam, nec ad caſum ſimilẽ: & quando ſubſtitutus vigore dictæ conſuetudinis, excluderet filium grauati tunc per eam non deficit fideicommiſſi conditio: & de hac materia dic, & declara vt ibi pulchrè & latè.

48 Conditio, Sine filijs, intelligitur de maſculis, quando deficientibus maſculis ſine filijs ſunt ſubſtitutæ proximiores fœminæ.

## ¶ SOLVTIO. II.

1 ETENIM † conditio eſt particula & adiectio, quæ in omnibus ferè teſtamentis, & alijs vltimis voluntatibus appoſita reperitur, & in omnibus eorum diſpoſitionibus, vel hæredum inſtitutionum, vel ſubſtitutionum, vel legatorum vel fideicommiſſorum, & de ea tractantes ſunt plures, & pleni tituli: ff. de condit. inſtit. de condit. & demonſtr. & C. de inſtit. & ſubſtit. & de his, quæ ſub mo. & de cond. inſer. & in his tit. Doct. præſertim Bart. in l. 1. de condit. & demonſtr. & 2 Bald. in rub. de inſtit. & ſubſtit. primùm † exponit, conditionem eſſe adiectionem quæ dum pendet, diei ceſſionem impedit: l. cedere diem. de verb. ſign. & propriè totum ipſum fideicommiſſum dicitur conditio, not. Bart. in l. 1. in prin. C. de pact. & ibi Fulg. Caſtr. & alij ſequuntur etiam in quæſt. deciſa per Barto. ibi & in l. ſiquis ſeruum. de condit. & demonſtr. & per Zanch. in §. cum ita. 3 num. 128. l. hæredes mei. ad Trebel. † Si teſtator in codicillis remiſit filijs conditionem aſcriptam & poſitam in teſtamento, in quo erat conditio fideicommiſſi reciproci inter filios ſi decederent ſine filijs, intelligitur etiam 4 remiſiſſe & caſſaſſe ipſum fideicommiſſum. † ſimiliter quibus verbis, & verborum forma & conceptione inducatur conditio, & quotuplex ſit, & quem habeat effectum, latè tradunt Bar. Bal. & cæteri in rubr. & tit. præd. aliqua dixi ſuprà interpr. præceden. dubit. 1. ſolut. 10. poſt prin. alia de conditione erunt agenda infrà lib. ſequent. quo legatorum interpretationi locus erit, quo verò ad hunc attinet locum, dicendum eſt de conditione, quæ vt plurimùm & frequentiùs impedit fideicommiſſi diem cedere, hæc eſt conditio mortis grauati, cum adiectione iſta frequenti, ſine filijs, ſine liberis, ſine teſtamento. De his ergo breues has quæſtiones, & ſolutiones proponã.

5 † Fideicõmiſſum enim ſcitur eſſe conditionale cum mors grauati eſt aſcripta fideicommiſſo. Fulg. in l. poſt mortem. col. 2. C. de fideicom. Dec. conſ. 585. Arct. conſ. 1. col. 2. per tex. in l. pater Seuerinã. §. 1. & l. hæres meus. in prin. de cond. & demon.

6 Primò quæro. † Teſtator ſolum filium vel alium hæredem inſtituit, & ei, ſi deceſſerit ſine filijs, ſubſtituit Petrum, deceſſit adita hæreditate ſine filijs, certa eſt ſolutio, quòd huiuſmodi fideicommiſſi ceſſit, & euenit dies: l. 1. §. ſin autem aliquid de cadu. tol. l. generaliter. in prin. de inſtit. & ſubſtit. Pariſ. conſ. 92. colum. 2. num. 15. lib. 2. cum alleg. ſuprà verſ. tunc quoque. Idem tenendum eſt, ſi pluribus inſtitutis, etiam ſeparatim facta ſit ſubſtitutio: Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. colum. fin. in prin. ad Trebel. per l. penult. de iniu. & rupt. teſta. & l. pater ſi lium. §. fin. ad L. Falci. & Zanch. in d. §. cum ita. nu. 1034. Sic econtra, ſi deceſſit cum filio, non ceſſit dies fideicõmiſſi, petitio eius deficit: l. 1. de cond. inſer. l. Iubemus. §. ſin autem is. C. ad Trebel. l. pater Seuerinam. §. ita fideicommiſſo. de condit. & demonſtr. dict. l. hæredes mei. §. cum ita. Pariſ. conſi. 87. num. 19. lib. 2. Cephal. conſil. 17. nu. 4. & ſeq. Sed quid, ſi talis inſtitutus & grauatus non habuerit hæreditatem ob nullitatem teſtamenti, quoad hæredis inſtitutionem remanente valido fideicommiſſo, per auct. ex cauſa. C. de liber. præter. vt cedat dies talis fideicommiſſi, non habentis hæreditatem, ſed dicti inſtituti & grauati mors ſine filijs requiritur, per l. peculium. §. fin. de lega. 2. tradi Bar. in l. fundum. in fin. ff. de acti.

aċti.emp.& in d.auth. ex cauſa.ſub nu.17.ibi alij cōmu-
niter ſequuntur.
7 Secundò quæro.† Sunt plures inſtituti,& eis facta eſt
ſubſtitutio abſque nominibus collectiuis,vt eis decedē-
tibus,vel diſtributiuè,ſi aliquis eorum deceſſerit, vel ſi-
mul,ſi dicti hæredes deceſſerint ſine filijs maſculis, ſub-
ſtituit P.vnus deceſſit cum filia? Reſponſio eſt, ſubſtitu-
to competere fideicommiſſi petitionem:l. fin.§. filium.
de leg.2.probat Alex.conſ.91.lib.1.dupli.in conſ.11. lib.
3. & Zanc.in d. §. cum ita.l.hæredes.nu.1098.ad Tre-
8 bel.Cephal.conſ.529.num.12.dicam infrà quando† co-
hæredes ſuperſtites vel alij ab inteſtato ſuccedentes de-
functo grauato, excluderet fideicommiſſarium; hoc e-
nim caſu, quot ſunt perſonæ grauatæ, tot ſunt ſubſtitu-
tiones,& quilibet ex eis tenetur verificata cōditione in
perſona ſua reſtituere ſuam portionem fideicommiſſa-
rio:Caſtr.conſ.14.Si contingat.col.1.verſ.fortiùs in ca-
ſu noſtro.lib.1.Bald.conſ.271.Subſtitutio. in prin.lib.3.
Alex conſ.38.colum,1.nu.2.lib.1.per l.Lucius.§.Caio.ad
Trebel.& d.l.fin.§.filium.idem conſ.92.col.2. ver.dein
de lib,3.vbi in eodem caſu conſuluit contra Barb. conſ.
55.col.10.lib.2.qui diuerſificat hanc concluſionem in al-
tera perſona,cui facta ſit ſubſtitutio limitata & diuerſa
à ſubſtitutione facta cæteris cohæredib.&Alex.dicit,de-
ciſionis caſum non eſſe in ſubſtitutione illa limitata, &
dictam ſuſtitutionem diſtributiuè factam, verificari in
vno decedente,tenet idem Alex.conſ.175. col. 2.ad fin.
lib.5.Pariſ.conſ.42.ad num.8.lib.2.ita eſſe Com. Opin.
Soc.conſ.94.colum.2.num.5.lib.4.Ruin.conſ.125. col.
pen.num.5.lib.3.Goz.conſ.67.num.7.& ſequent. Aym.
conſ.109.col.2.per text.in d.l.hæredes mei.§.cum ita.&
Bero.conſ.119.num.14.lib.2.eo.quòd iſte ſit caſus reſpi
ciens diuerſos effectus, quo pluralitas eorum,quibus eſt
facta ſubſtitutio fideicommiſſaria, reſoluitur in ſingula-
ritates: prout caſus conditionis euenerit in ſingulis eo-
rum,vt per Bartol.& alios, in l.penul.C. impub. & ali.
ſubſtit,in d.§.cum ita,& maximè Zanch.nume.880.cum
ſeq.ad idem Fulgoſ.conſi.92,Antonius col.fin.§.filium.
& d.§.Caio.& d.§.cum ita.vbi & hæc dicta,ſi dicti ſui hæ
redes nō vixerint cum hæredibus,interpretatur,id eſt, ſi
deceſſerint ſine liberis,& ad hæc adde ſcripta per Anto.
Gomez. tom. 1,c.5.de ſubſtit.fideicom.ſub nu.21.verſ.ſi
verò loquimur.
Tertiò quæro ſucceſſiuè.Subſtitutio fideicommiſſa-
ria facta eſt pluribus nomine collectiuo,ſi vterq;, ſi am-
bo,ſi omnes,vel copulatiuè,ſi talis,& talis deceſſerint,ei
ſubſtituit talem,quid ſi in vno conditio eueniat, & puri
9 ficetur?†Communis reſponſio, & ſolutio eſt, quòd de
proprietate ſermonis dies fideicōmiſſi nō ceſſit in vno,
ſi omnes non deceſſerint, & in omnibus grauatis non
ſit purificata conditio:Alex.conſ.88.num. 1.lib.7.Pariſ.
conſ.14.nu.9.lib.2.& Bero.conſ.111.nu.12.lib.2.& Dec.
conſil.465.nu.10.11.conſ.594.col.1.& ſeq. Caſtr. conſil.
321.Viſis & ponderatis.lib.2.vbi quòd idem, vt nomen
collectiuum, importat ſi teſtator mandat, poſt mortem
inſtitutorum, & ſubſtitutorum diſtribui omnia bona
ſua inter pauperes:& vt per Bald,in l.pen.num.8. in fin.
C. de impub. vel etiam,quod dicatur,dicta ſua hæredi-
tas deueniat,intelligitur de tota hęreditate,quo caſu in-
dubitante verum videtur,quod conditio exiſtat in per
ſona omnium inſtitutorum,dicit Io.de Ana.conſ.21. Ad
probandam.Socin.licèt improbet,conſ.94.colum.pen.
num.16.lib.4.ſic tamen tene, quando intelligitur tota
hæreditas:Zanch.d.§.cum ita.nu.617.procedit in reci-
proca expreſſa vel tacita:ibi Rip.ſub nu.136.& Bero. d.
conſ.119.n.15.& ſeq.lib.2.Si autem ex interpretata mē-
te teſtatoris colligi poſſit,etiam ad vnius grauati dece-
dentis portionem petendam fideicommiſſarius admit-
ti deberet.per text.in d.§.cum ita.& ibi Bart.ad fi.quem
cæteri communiter ſequuntur.ibi Soc.Iun.n. 67. Zanc.
10 nu.1056.qui ante ſub n.883.opportunè meminit,†quòd
vis eſt in indaganda iſta mente teſtatoris, quæ circa hoc
vertitur quòd fideicommiſſarius habeat tandem vel ha-
bere poſſit hæreditatem totam teſtatoris, & ſic portio-
nes omnium inſtitutorum & grauatorum per text. in d.
§.cum ita,& prout declarat Bero.d.conſ.111.num.13.14.
& dignoſcitur per expreſſionem omnium bonorum,
vel totius hæreditatis, in ſubſtitutione poſitorum, vel
per reciprocam expreſſam præcedentem.d.§.cum ita.
ibi Zanc.nu.825.& ſeq.Soc.Iun.con.59.lib.4.& iſte præ
cipuus eſt effectus,quòd pluralitas inſtitutorum& graua
torum reſoluitur in ſingularitates, quoad exiſtentiam
conditionis,& circa mentem indagandam hanc teſtato
ris,ſe remittit ibi ad Bart.Alber.& Alexa.Sed materiam
pluralitatis vertendæ in ſingularitatem circa omnes
ſubſtitutionum ſpecies, ex profeſſo aſſumit & diſcutit,
à nu.819. vſque ad nu.1060.ad quam haberem aliqua:
ſed meum ne digrediar tramitem, dicam alibi. Ceſſare
autem dicitur dicta mens teſtantis, vbi contrarium ap-
pareret. ſ. ipſam mentem per adiectiones reſtrictiuas,
tunc & eo caſu,in caſibus prædictis, & ſimiles,eſſe reſtri
ctam, & vbi etiam ſubſtitutus eſſet extraneus,nō de de-
ſcendentibus teſtatoris, & quando cōditio mortis eſſet
appoſita copulatiuè,vel collectiuè, etiam non inſtitutis
vniuerſaliter, & non grauatis cum inſtituto & grauato:
quia his caſibus, niſi conditio mortis grauatorum ſub
collectiuo impleatur in perſona omnium, nō cedit dies
fideicommiſſi:latè probat Bero.conſ.79.nu.7.8.conſil.
110.num.32.lib.2.Ruin.con.155.col.2.lib.2.& Gualden.
de arte teſta.tit.5.cau.16.nu.4.Ex facto tamē Anchonæ
11 reſpondi,†adiectionē tunc & eo caſu,non operari con-
tra mentem teſtatoris,quin ſubſtitutus ſuccedat vltimo
decedenti,& aliter non poſſet ſuccedere,vt quando in-
ter plures grauatos eſt facta prima reciproca ſubſtitutio
fideicommiſſaria, idem eſt,quando plures conditiones
etiam diſiunctiuè ſunt appoſitæ filio grauato, quòd ſi
omnes non verificentur, non eſt locus fideicommiſſo.l.
generaliter.& ibi Bal.multum not,C.de inſtit.& ſubſtit.
Zanc.d.§.cum ita.num.1095.Alexan.conſ.88.col.2.ſub
nume.2.lib.7.& copulatiuè per l. ſi hæredi plures.ff.de
cond.inſtit.per Rip.d.§.cum ita. num.138.declarando,
vt per Bero.conſ.110 ſub nu.30.lib.2.& Gabr.Rom.de
Com.Opin.lib.4.tit.de ſubſti.conclu.3.nume.25.& ſeq.
& per tot.Rui.conſ.172.nu.4.lib.2.Aduertendo, quòd
his caſibus grauatorum collectiuè primo moriente ſine
filijs ſua portio ſtat in pendenti penes ſuum legitimum
hæredem, quoſque omnibus grauatis mortuis ſubſtitu-
tus poſſit conſequi portiones omniū concor.allegando
probat Cephal.conſ.380.nu.27.Alba. conſ.31.num.6.
Quartò quæro.Pater in teſtamento inſtitutis filiabus
in reb.certis adinuicem ſubſtitutis, vel eis ſubſtitutis fi-
lijs maſculis, & ipſos duos filios maſculos vniuerſales
12 hæredes inſtituit, & eos inuicem ſubſtituit,†hanc demū
ſubſtitutionē fecit, & ſi omnes dicti ſui filij deceſſerint
ſine filijs, ſubſtituit ſororem,vel fratrem ipſius teſtato-
ris,ſeu alium: vita deceſſerunt omnes filij maſculi, ſine
filijs, ſuperſtitibus dictis filiabus teſtatoris, an impleta
dicatur conditio huius fideicommiſſariæ ſubſtitutionis?
Reſponſio & ſolutio eſt,quòd ex vniuerſali verbo. Om
nes ac relatione ad omnia præcedentia, Aym.conſi.155.
col.fin.num.10.& ex humaniori interpretatione de bo-
nis transferendis potius in filias teſtatoris, quàm in ex-
traneum fideicommiſſarium,non eſſe impletam condi-
tionem fideicommiſſi,ex facto reſpondit Ancha.conſil.
68.Subtiliter ad plenum col.2.& Alex.conſ.17.Circūn-
ſpectis verbis.lib.7.Barb.conſ.81.col.6.lib.3. vltra iura,
per hos Doct.alleg.bene facit text.in l.ſi is qui ducenta.
in fin.de reb.dub.
Quintò quæro.Quid ſi non vniuerſaliter, ſed indefi-
nitè teſtator dixerit, ſi dicti ſui filij deceſſerint, ante-
quàm



quàm ſint in ætate legitima, reliquit & voluit de omni-
bus ſuis bonis cōſtrui hoſpitale,vel quid aliud fieri,om-
nes alij,qui erant,puta tres,deceſſerunt in ętate minori,
præterquàm vnus,qui vltimò deceſſit poſt ſuæ ætatis 25.
13 an.† nunquid ceſſerit dies fideicommiſſi huius? Reie-
cta argumentatione de infinita,diem ceſſiſſe, reſpondit
Bero.conſ.119.lib.2.ſed contrariū,& verius,de quo non
meminit Bero.tenet Ang.conſ.330. Quidam Cambius.
ſcilicet diem non ceſſiſſe defectu cōditionis nō imple-
tæ in forma,vt requiritur.per l.Mæuius. l.qui hæredi. de
cond.& demonſtr.l.ſi quis ita.de condi.inſti. per indefi-
nitam æquiparatam vniuerſali ratione eadem vigente
omnium particularium in ea comprehenſorum:l. legi-
timos.ff.de legi.tute. cum maximè iuxta l. ſi ſeruitus. de
ſerui. vrba. præd. humanior ſit hæc interpretatio, vt fi-
lius legitimæ ætatis effectus, habeat & portiones fratrū
ex voto parentis teſtantis:l.ſcripto.in fi.ff.vnde liber. &
par ſit & æqua conditio omnium filiorum grauatorum:
per l.ſi ita relictum fuerit in prin.& l.ſi pluribus de lega.
2.ponit Couar.cap.13.nume.9.verſic.ſexto ſubinfertur.
vari.reſolu. voluerítque teſtator, de omnibus ſuis bo-
nis conſtrui & fieri illud tale per eum diſpoſitum, quòd
eſt factum indiuidum, ideò in perſona omnium adim-
pleri debet in ſimili ſpecie, per conſilium Cald.pro-
bat Ripa in §. cum ita. numero 137. l. hæredes mei. ad
Trebel. ſentit Caſtr. conſilio 302. Viſis & diligenter
conſideratis.colum.penult.verſi.ſed nos ſumus.lib. pri-
mo,colligitur etiam eum voluiſſe,locum eſſe fideicom-
miſſo vbi omnes filij non peruenerint ad legitimam
ætatem:arg.l.quanuis. C. de impuber. diuerſum erat in
conſultatione Beroi, quòd omnes filij deceſſerunt ſine
filijs,vt conditio aſcripta erat,tenendo,quòd filia vnius
non faceret conditionem deficere, quæ de maſculis in-
telligebatur.
14 Sextò. † Nunquid vltra conditionem mortis grauati
quandoque ſola, & ſimpliciter fideicommiſſariæ ſubſti-
tutioni appoſitam ſubintelligatur alia adiectio,iſta ſcili
cet,ſine liberis? Communis ſolutio eſt,quòd non, ſi te-
ſtator ſit extraneus, vel etiam frater, & quilibet alius
tranſuerſalis,prægrauans extraneum, vel etiam fratrem
& quemlibet alium tranſuerſalem, ſi vero ſit aſcendens
prægrauans deſcendentem,ſubintelligitur adiectio illa,
Si grauatus deceſſerit ſine liberis:per tex.in l.cùm auus.
& ibi Socin.colum.1.in princip.not.& col.20.nume.52.
de condit.& demonſtr.& in l.generaliter.§.1.C.de inſti.
& ſubſtit.& in l.cum acutiſſimi.de fideicommiſ. gloſ.in
verſ.ex voluntate.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ad Tre-
bel.& poſt alios ibi firmat Ripa num.55.Anchar.conſil.
71.dubia propoſita.verſ.ſuper quarto.Alexan.conſi. 93.
col.2.nume.3. Dec.conſi.529.colum.fina.num.7.Pariſ.
15 conſil.20.nu.50.lib.3. Declara † ſecundò,d.l.cum auus.
cum l.cum acutiſſimi non procedere, quando deſcen-
dens purè,vel ad tempus, puta poſt annum, grauatur ad
reſtituendum:gloſ.in d.§.ſi quis rogatus.Ibi Ripa num.
56.de his citiùs me expeditam vltra ordinariè ſcriben-
tes.in d.l.cum auus.in d.l.generaliter.in d.l.cum acutiſ-
ſimi.vide Zanch.in d.§.cum ita.nume.852.vſque ad nu.
866.& multùm ordinatè ex profeſſo harum legum ma-
teriam enumerando, & diſcutiendo per 22.ampliatio-
nes,& per 26.limitationes,tractat Gabr.Rom.de Com.
Opin.lib.4.tit.de fideicom.concluſ.2. Quibus adde &
limita, quando prima ſubſtitutio reciprocè facta eſt ſim
pliciter inter filios, & ſecunda eſt facta inter eoſdē cum
expreſſione filiorum, vt ſi dicti decederēt ſine filijs,&c.
quòd in dicta prima ſubſtitutione etiam fideicommiſſa-
ria non intelligitur tacita cōditio,ſi deceſſerit ſine filijs,
latè probat Socin.Iun.conſ.128.num.42.& ſeq.lib.1.re-
petit conſ.34.num.14.lib.4.Item limita,ſi alia conditio
appoſita poſſet verificari in vita grauati:Menoch. conſ.
95.num.89.
Septimò quæro,& eſt inueſtigatio neceſſaria,& vtilis
16 ad plura,ſuper ſolita formula conditionis, †ſi deceſſerit
ſine filijs legitimis, & naturalibus, ex legitimo matri-
monio,& ex ſuo corpore procreatis & natis, quomodo
hæc verba intelligantur, vt ſciatur diem fideicommiſſi
ceſſiſſe, vel ne? Dico primum de verbo,filijs:cætera in
ſequentibus quæſtionibus exponam. Cùm autem filij
mentio quadrupliciter fiat, aut ei prouidendo, aut eum
grauando,aut de eo verſus alium nominando, aut eum
in conditione ponendo,vt poſt Bar.per Alc.in l.libero-
rum.de verb.ſign.hæc vltima eſt quæſtio noſtra: de hac
17 ergo videndum eſt, † quando filius eſt poſitus in condi-
tione,quínam veniat appellatione filij,quoniam omnes
conſentiunt, filios eſſe poſitos in conditione eorum fa-
uore,vt habeant,dicit gloſ.in l.filiusfam.§.cum quis.ibi
Caſtr.& Imol.de leg.1.& excludant ſubſtitutum, l.cum
pater.§.volo.de leg.2.& d.l.cum acutiſſimi.imò & eo-
rum parentum grauatorum fauore, probatur per tex.in
d.l.generaliter.C.de inſtitu.& ſubſtit.ibi:& hanc legem
in perpetuum valituram inducimus tam patribus,quàm
liberis gratam, vt aliàs ex facto tali reſpondi conſil.90.
ad nume.10.cum ſequent.lib.1.meritò filij appellatione
omnes liberos intelligimus, dicit text.in l.filij appella-
tione,& ſentit in dicta l.liberorum.de verbor.ſignifi. &
ibi Bart.num.5.verſi.ſed ſi materia noſtra.in fin.dicit ita
debere intelligi d.l.filij & l.iuſta.ff.eo.per l.Lucius.la 2.
18 de hære.inſtit.† Verbum, Filij, & verbum Liberi, à le-
gibus, quaſi pro ſynonimis habentur,vt l.pater Seueri-
nam §.1.de condit.& demon.l.ex facto.§.ſi quis autem.
l.hæredibus.§.1.ad Treb.& d.l.liberorum.in prin.cum
plur.ſimil.& Franch.in cap.1.col.28.verſicu.quintò eſt
animàduertendum in 6.dicit, quòd non eſt differentia,
ſi in ſubſtitutione dicatur,ſi deceſſerit ſine liberis, vel,ſi
deceſſerit ſine filijs,ad idem per plures author.dicit Ay-
19 mo conſ.155.col.fin.nu.8. † quòd appellatione filiorum
largè ſumpto vocabulo, veniunt omnes deſcendentes,
20 etiam per teſtimonium ſacræ Scripturæ: † in qua Do-
minus Redemptor noſter Chriſtus appellatur filius Da-
uid,& tamen non fuit filius, neque etiam abnepos, ſed
vltra 14.generationes,vltra Aym.qui non allegauit,alle
go Bal.in tribus conſi.in conſ.303. Ad euidentiam lib.2.
dicit, quòd hoc nomen, Filius continet omnes liberos
in infinitum:& iſta eſt vera natura huius vocabuli in fa-
uorib.& gratijs,adducendo etiam teſtem diuinam ſcri-
pturam,quæ dicit, quòd omnes Hebræi,ſunt filij Abra-
hæ,& in conſ.13.punctus talis eſt, quidam teſtator.nu.2.
21 lib.3.idem Bald.dicit, † quòd hæc conditio, ſi ſine filijs
deceſſerit inſerta fratri,vel alio legitimo ſucceſſori, ex-
ponitur per Scæuolam Iuriſconſ.id eſt,ſi ſine liberis de-
ceſſerit, hoc eſſe ex larga ſignificatione vocabuli, & ex
mente defuncti: vt d.l.Lucius, idq; facilius concedi in
conditione,quàm in diſpoſitione:quia in cōditione agi
tur de aliqua prælatione perſonarum,quæ fit ſecundùm
ordinem charitatis naturalis,addo,cum liberi præferan
tur ſubſtituto, qui ſit etiam filius teſtatoris, per d.l.cum
auus:at ſecùs in diſpoſitione,in qua non cadit compara
tio perſonarum,ſecundum Bal.in d.conſil.13.in fi.idem
Bald.& in conſil.413.Viſo teſtamento Bozzanis.lib.4.
firmat, appellatione filiorum omnes liberos contineri,
& idem eſſe dicere, ſine filijs,& ſine liberis.idem Ruin.
conſil.144.colum.3.nume.quinto, lib.2.Goz.conſil.4.
numero 15. & conſilio 36.colum.penult.nume.2.vbi id
propriè comprobat, quando nomen filij eſt prolatum
conditionaliter, quòd veniunt nepotes, & in verſi.ſeq.
infrà dicit,eſſe veriſſimam reſponſionem,quòd iuxta d.
l.Lucius.teſtator ideo voluit liberos contineri,ne videa
tur extraneos ſubſtitutos præferre propriæ agnationi,
quatenus dicit,extraneos, intelligitur reſpectu grauati,
ne ſui liberi excludantur, quia reſpectu teſtatoris,etiam
quòd excluſus eſſet, proprius filius,vt eſt caſus d.l.cum
auus,

auus probat Alexand.conſil.5.colum.1.verſ.ſed præmiſſis.lib.3.Io.Mar.Riminal.conſil.189.nu.12.13.ita appellatione filij maximè conditionaliter nominati, venire liberos,& ſic nepotes, ex prædictis apparet, iſtam eſſe Commun.Opin.vt & Socin.Iun.probat,conſ.30.nu.19. ſub ver.vel ſecundò.lib.3.& Socin.Sen.conſi.90. ſuprà fin.lib.1.

Vnde ex his infertur,primùm non modici momenti,
22 quòd† nedum filij grauati,ſed etiam nepotes, & pronepotes,& cæteri deſcendentes impediunt,ne dies fideicommiſſi cedat,per l.primam,de condit.inſer. & dict.l. cum acutiſſimi.Bald.Imol.& Moder.in l.Gallus.§.inſtituens.de liber.& poſthu.& in locis ſuprà alleg. Doct.dicunt etiam,quòd conditio dicat ex ſe & ex ſuo corpore procreatis & natis,tamẽ nepos etiam ex filia facit deficere conditionem ipſam fideicommiſſi.d.l.1.de cond. inſer.dicunt Bald.d.conſil.13.lib.3.Ang.in d.l.Lucius. & latè Capra conſ.22.num.10.& conſi.123.in vlti.quæſito. & Rom.conſi.148.Viſo themate.Caſtr.conſi.198.num. 2.lib.2.quicquid.aliter Guid.Pap.in quæſ.353.& alij ſenſerint, iſta eſt Commun. Opin.& ab ea non diſcedendum latè defendit Rolan.à Vall. de lucro dot. quæſtio. 56.ita quòd iſto caſu per grauati ingreſſum monaſterij ſubſtitutus non excluderetur.Com.Opin.per Rui.conſ. 98.num.20.lib.2.

23 Infertur & ſecundò,quòd † cum idem ſit dicere, Si deceſſerit ſine filijs,vel ſi deceſſerit ſine liberis(vt proximè probaui)ſequitur,quòd etiam filia vel neptis grauati facit deficere conditionem fideicommiſſi,quia appellatione liberorum continentur etiam propriæ fœminæ,& ex eis deſcendentes:l.cognoſcere.in fin. de verb. ſignifi.Alexand.conſil.141.colum.fina.numer. 6.Corn. conſil.68.lib.4.vt propriè,vbi dictum fuerit,Si deceſſerit ſine liberis,contineri filiam, quæ excludat ſubſtitutum,tenet Gualden.de art.teſtan.tit.5.caut.17.nume.4. Cephal.conſ.527.nu.18.& ſequen.Dec.conſi.567.licet ſecùs ibi Dec.inferat,ſi fuerit dictum ſimpliciter, ſi deceſſerit ſine filijs:ego tamen non video huius diuerſitatis rationem, cùm lex apertè,& indiſtinctè decidat, quòd filij appellatione omnes liberos intelligimus, & tanti Doct.affirmẽt idem eſſe,dicere ſi deceſſerit ſine filijs,vel ſi deceſſerit ſine liberis:vnde huic iuris interpretationi,donec aliter non ſim edoctus, ſtãdum arbitror, vt ſcripſi d.conſ.90.verſ.ſecũdò probatur.per tot.Adde & aduerte,ſi filia per expreſſam conditionem,ſi deceſſerit ſine filijs non excluderet ſubſtitutum, tamen excluderet per tacitam continentem etiam filiam.per dict.l. cũ acutiſſimi. in ſpecie tenet Bald.d.conſ.413. Viſo teſtamento.in fin.lib.4.Ruin.conſi.92.col.pen.ad fi.verſ. item non obſtat,quòd fœminæ.li. 2. quãdo ſine liberis. & per Tiber.Dec.conſ.12.lib.1.

Octauò quæro & ſubſequens & neceſſariò,& annexa quæſtio non minùs frequens,quàm varia & controuer-
24 ſa apud Doct.à tempore Paul.de Caſt.& circà:†An conditio iſta,Si deceſſerint ſine liberis,vel ſine filijs, tacita ſeu expreſſa exponi debeat,ſine liberis,vel ſine filijs, id eſt,maſculis,an intelligatur de maſculis & fœminis? In vtrãq; partem ſunt multi, & multa dicẽtes : multi enim fauentes fideicommiſſo, vt facilius, & citius eius dies ceſſiſſe dicatur contra filiam grauati exponũt ſine filijs, id eſt maſculis.Alij verò multi contra fideicommiſſariũ pro nepte vel filia intelligunt tam de maſculis, quàm fœminis liberis grauati.Si vellem auctores omnes vtriuſque partis citare, iura,rationes, & argumenta eorum ſcribere triginta mihi huius libri paginæ non ſufficerent, bonam curam citandi.Gabr.Rom.tract.commu. concluſ.lib.4.tit.de ſubſtit.concluſ.2.adhibuit, & congerendi Doct.& pro ſubſtituto fideicommiſſario ibi nu. 1.tenẽtes, filiam grauati non facere ſubſtitutiones conditionem deficere,imò eſſe locum fideicommiſſo:& ibi num.3.tenentes,pro nepte,id eſt,filia grauati,quòd imò ipſa facit fideicommiſſi conditionem deficere:vbi tandem poſt Socin.in l.cum auus.colum. 44.ad num.83.& ſeq.de condit.& demonſtr.& Goz.conſil.89.pro concordia opin. diſtinguit aliquos caſus, ampliat, declarat, & limitat, vt ibi per eum, & per Odd.Peruſ.qui itidem in ſuo tractatu de compendi.in 6.& vlt.part. quæſt.2. art.4.eleganter & perſpicuè more ſuo facit communem reg.pro nepte,& contra eam, pro ſubſtituto quatuor limitationes ſelegit, & aliqua perfunctoriè, vt ipſe ait, Zanch.in §.cum ita.nu.771. ad Trebel.

Quoniam caſus illos omnes pro ſubſtituto contra neptem traditos, non puto veros in iure, vlteriùs igitur, & breuiter recẽſendo primùm aliqua reſponſa Doct. tenentium pro ſubſtituto contra neptem, deinde aliqua eorum tenentium pro nepte contra ſubſtitutum, dicam poſtmodùm & de limitationibus Odd. Peruſ. quid ſuperinde ſentiam.

Hi ſunt igitur pro ſubſtituto, adiectionem hanc ſine filijs exponentes, id eſt,maſculis: Caſtr.conſil.58. Viſo dicto teſtamento.lib.1.conſ.409. Caſus iſte frequenter. lib.ſecundo.Fulgoſ.conſil.18.Solumucia.Ioan.Mar.Riminal.conſil.121.lib.primo,Socin.inter conſ. Curt.Sen. conſil.40.Alexand.conſi.42.Barb.inter conſi.Alexand. conſil.52.lib.4.Corn.conſil.124.colum.4.lib. ſecundo, loquens in excluſa à ſucceſſione patris per ſtatutum,eo. libr.Bald.Nouel.& Corn.ſubſcribens conſi.120.& con. 138.eo.vbi in teſtamento erant excluſæ filiæ, & vocati filij maſculi,& conſil.273.colum. 4. conſil. 275. colum.3. li.4.Calca.conſi.48.& præced.Iaſ.conſ.140.& conſ.ſequent.lib.ſecundo,Socin.conſil.6.colum. penult. & fin. conſil.14.lib.3.Dec.conſi.15.conſil.270.col.3.con. 480. & 495.colum.1.& ſequent. etiam in teſtamento mulieris,quando habens ſorores inſtituit hæredes tantum fratres:idem conſilio 514. & ſequent. numero. 2. conſilio. 545.Ruin.conſil.146.colum.3.num.3.& ſequent.nume. 7.conſil.148.conſi.150.num.5.12.conſ.158.num.6.conſ. 161.num.8.conſil.183.num.10.conſil. 196. ante num.4. lib.2.Curt.Iun.conſi.11.nume.7.8.conſil.35. colum.prima,conſilio 111.num.15.16.conſil.ſequent.num.5.conſi. 139.num.15.16.Socin.Iun.conſil.90.num.16.& ſequent. conſi.114.num.17.& ſequent.Bero.conſi.112.numer.2. cum ſeq.conſil.119.num.10.& ſequent.lib.2.Goz. inter conſil.56.Grat.ipſe conſi.53.cum ſubſcriptionibus aliorum doct.lib.2.Pariſ.conſil.48.num.5.& ſequent.lib.2. & Roland.à Val.conſ.82.num.24.cum ſequent.lib.tertio, qui colligere conatur concord. & loquitur in teſtamento mulieris: & nouiſſimè, & pleniſſimè Cephalus conſil.306.

Hi verò ſunt pro filia grauati: quòd ſine filijs,intelligatur de maſculis & fœminis,contra ſubſtitutum,Anch. conſ.120.pro clariori deciſione ad fin. Ioannes de Ana. conſil.22.ad fin.latè Curtiùs Sen.conſil. 45.num. 26. & ſequent.conſi.64.num.25.& per tot.Alexand.conſil. 55. colum.3.num.10.lib.3.conſil.38.num.4.lib.6.conſil. 17. colum.2.num.8.9.lib.7.& pro filiabus contra collaterales,nullo extante ſtatuto,Corn.conſ.83.colum.2. conſil. 91.colum.prima,& ſequent.lib.primo, conſil. 202.col. 2.& ſequent.con.230.colum.4.& ſequent.lib.3.Si fuerit dictum ſine liberis:Dec.conſil.567.vel ſine quibuſcunque filijs:idem conſil.599.Socin.con.55.lib.3. conſ. 182. lib.ſecundo.Pariſ.conſi.86.num.31.conſi.89. nume.36. lib.ſecundo,plenè.conſ.41.lib.3.Ruin. conſ. 92. colum. penult.conſ.93.num.12.con.100.colum.fina.conſil. 182. num.7.conſ.140.nu.3.4.5. etiam quòd teſtator excluſerit proprias filias.idem conſ.143.col.3.num.7.& conſ. ſeq.num.11.12.eò magis, quando grauatus inſtituit filiã: ibi nu.15.idem conſ.152.col.3.num.3.Iaſ.conſ.142.num. 4.& per tot.lib.2.Curt.Iun.conſ.49.col.2.& ſeq.conſi. 156.num.6.conſi.163.col.3.num.19.& ſeq.cum Ruin.d. conſil.



conſil.144.Gabriel Eugub.conſil. 97. per tot. Iacob. Riminal.conſili.123. & conſili. ſequent. quod pleniſſimum & latiſsimum eſt Virgi. de Syluestris Doctor Ferrarien.inter conſili. Ioan. Mar. Riminald.lib.2. Crotus conſil.17.numer.9.& ſequent.conſil.379.numer.2.cum ſequent.vbi in penult.colum.verb.vltimò.non obſtant dicit, quòd huic opin.eſt inhærendum:quia nedum cõmunis,ſed verior eſt.& Socin.Iun.conſ.158.num. 47.& per tot.lib.2.& Ioan.Mar.Riminal.conſ.376.num.17.& ſeq.idem latè, imò latiſsimè Tiber.Deci. conſil. 1. per tot.lib.2.Alci.conſi. 71. per tot.lib.9.vlt.impreſ.Venet. & Burſ. Mantua.conſ.64.nume.13.conſ.86.num.7. vbi ita ex magis Commun.Opin.etiam excluſa filia teſtatoris Cephal.conſil. 45.nume.7.& conſil.ſeq.Tob. Peruſ. conſ.29.num.24.25.hanc veram doctrinam,ſemoto ſtatuto excludente fœminas,putat Zaſ.tract.de ſubſti.c. 7. num.5.6.Bero.conſ.115.num.10.11.12.& fortiùs pro hac parte arguit.conſ.118.lib.2.& dixi ego conſ.31.& 90.lib. 1.præterea partẽ hanc maximè & latè probat Dec.conſ. 370.& conſ.568.Quando eſt ſubſtituta fœmina.

Iſtorum enim ratio principalis, & interpretatio eſt ex legibus ipſis.ſ.ex d.l.cum auus.& d.l.cum acutiſsimi. & l.filij appellatione. & l. iuſta.de verbor. ſignifi. dantibus intelligentiam de maſculis, & fœminis adiectione huiuſmodi,ſine filijs, & ex regula communi, quòd in vltimis voluntatibus circa fauorabilia,maſculinum cõcipit fœmininum:l.qui duos.l.ſeruis.in prin.l.Lucius.§. quæſitum.de leg.3.l.ſi quis ita.de teſta.tutel.cum ſimilibus.& eſt Communis omnium ſententia:Dec.conſ.570. & alibi per eum,& alios.

Illorum autem exceptio eſt regulæ huius, quòd hæc vera non ſit circa interpretationem de fœminis,vbi aliter conſtare poſsit de voluntate teſtatoris:d.l.Lucius.§. quæſitum.& l.1.de cond.inſer. De voluntate tali,conſtare dicunt,quando quis habens filiam,& filios,inſtituta filia in re certa vniuerſales hæredes inſtituit filios maſculos,& ſi quis eorũ deceſſerit ſine filijs,ſubſtituit aliũ, ſeu alios ſuperſtites, ſeu eorum filios maſculos. Et eo caſu quòd filiam propriam excluſit ab vniuerſali hæreditate, & in ea maſculos inſtituendo, & ſubſtituendo incluſit,& vocauit præſumitur velle, quòd tantò magis neptis ſit excluſa,ne ea in longiori gradu exiſtens,& forſan non viſa,neque nota auo teſtatori plus de bonis auitis conſequatur, quàm propria filia arg.l.ſi viua matre, C.de bon.mater.

Quid dicendum in tanto opinionum anfractu, breuiter in mente mea poſt longam reuiſionem, & lectionem Auctorum,de hac quæſtione loquentium,accurata diſcuſsione habita,cenſeo,opinionem illam, quòd filia grauati impediat diẽ talis fideicommiſsi cedere,ac ſubſtitutum excludat, nedum magis commun. ſed etiam veriorem eſſe,præterquàm in caſibus, de quibus infrà modò loquar.Perſuadeo primùm, cum quæſtio ſit frequens,vt Caſtr.ipſe exorditur, ſi ante eum & Fulgoſ.& ſequaces gloſſatores,ſummiſtæ Spec.Dyn.Cynus, Bartolus, Alber. Baldus,Angelus & cæteri non habuiſſent hanc quæſtionem pro ſic reſoluta iuxta terminos,dict.l. cum auus.dict.l.cum acutiſsimi.dict.l. prima, de cond. inſer.& l.generaliter.de inſtit.& ſubſtit. & ſimil. vtique reſoluiſſent.vt tantas alias ambiguas explicarunt:ſic miratur Alciat.dicto conſil.71. ſub numer. 26. lib. 9. imò Dyn.pro hac opinione ſentit ſuo conſ.6.Ex teſtamento Domini Alberti.num.12.etiam Bal.expreſſe ſentit in d. l.cum acutiſsimi.num. 5. dum probat nepotem excludere patruum ſubſtitutum,ſubiungens idem in nepte,& eſſe not.ex charitate teſtatoris,habita ad filium,& continuata in nepotẽ vel neptem,deſcendẽtem ex eo:vt ſonare videtur verba finalia d. l. cum acutiſsimi ſequitur Crot.con.4.n.29.Addo admirationem eandem de priſcis illis Iuriſconſ. & Legiſlatoribus, cur quæſtionem iſtam tam frequentem certa lege non diffinierint?Nam & tunc contingebat etiam,quòd pater dotem filię,filijs hæredibus inſtitutis, & fideicommiſſa conſtituebat, vt videre eſt ex caſibus & conſultationibus ipſarum legum: in l.pater filię.de leg.3.in l.Theopompus.de dot.prę leg. in l.penult.de opt.leg.in l.qui filium.ad Trebel.in l.pater.in princ.ad l. Falci.in l.Paulo.§.1.de leg.3.& in l.qui volebat.ff.de hæred.inſtit.& in alijs.

Sed pro eis reſpondeo, quòd multifariam, & apertè, ſatis conſultationi quæſtionis huius reſponderunt, quæ eſt. Nunquid adiectio, ſine filijs,appoſita fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, intelligatur de maſculis & fœminis, vel de maſculis tantùm?Reſpõdent per l.in his de condit.& demonſtr.quòd debet expediri ſecundum ſcripti iuris rationem,cum ſit de his, quæ ex teſtamento oriuntur circa probationem fideicommiſsi, vt ibi in gloſſ.& omnia demum appareant ſcripta in teſtamento, & excluſio filiæ teſtatoris per inſtitutionem in dote, & ſubſtitutio cum conditione mortis grauati ſine filijs, ad quæſtionem intelligentiæ vocabuli, Filijs, ius eſt ſcriptum, in d.l.filij appellatione,& in d.l.iuſta.de verb.ſign.quòd intelligatur de maſculis & fœminis, magis propriè eſt quoque ius ſcriptum, in d.l.cum auus,quando pater teſtamento mandat filio, & ſic deſcendẽti reſtitui per nepotem fideicommiſſum, intelligi dictum,quando nõ ſit ſcriptum, Si nepos ipſe deceſſerit ſine liberis: & Imperator ius ipſum ſcribens in d.l.cum acutiſſimi, hoc Papiniani reſponſum ampliat ad omnes poſteros teſtantis,& vocabulum,ſine liberis,exponit ſine filijs vel filiabus, vt proprietas vocabuli liberorum eſt,continere & filios, & filias,ex iure etiam ſcripto : in l.cognoſcere. in fin.de verb.ſignif.Quare cum idem ſit dicere,ſine filijs, vel ſine liberis, vt clarè probatum eſt antè in q.præced. & nemo contradicit,& ſine liberis contineat,ſine filijs, vel filiabus:expedita eſt ergo quæſtio iſta,ſecundùm iuris ſcripti rationem,per filiam grauati fideicõmiſſi conditionem deficere.d.l.in his.cum alijs modò alleg.

Dicant quæſo Caſtr.Fulg.& ſequaces, quando fideicommiſſi conditio expreſsè fuiſſet ſcripta, ſi deceſſerit ſine filijs,vel filiabus,quæſtio eſſétne dubia?Certe non, quiſque reſpondebit,quia per filiã deficit ipſa conditio, fuerit filia teſtatoris dotata, & in re certa inſtituta, velne? Dicant rurſus, ſi vnquã viderint teſtamẽta patrumfam.habentium filias,& filios,credo affirmarunt vidiſſe, & ego vidi,ſemper talia teſtamenta cõtinere certas dotes relictas filiabus, & filios eſſe inſtitutos, & ſubſtitutos hæredes vniuerſales, quòd modo pro dictis teſtamentis in cõditione ſubſtitutionibus aſcripta ſine filijs, dicatur non habere locum dicta iura de expoſitione, & intelligẽtia,ſine filijs,ad illud ſine liberis,& ad illud. Maſculis & fœminis,eſſet dicere,ea non eſſe cõdita ad caſus, qui frequenter accidunt, ſed ad ea, quæ rarò, vel nunquam accidunt, quod non eſt dicendum, contra l.nam ad ea.
25 ff.de leg. † quia teſtator non exprimendo aliter intelligentiam vocabulorum, habentium certam intelligentiam à iure, abſque dubio ſtare voluit iuris intelligentiæ : itaq; præſumitur ſecundum ius, & non contra ius velle diſponere:Bal.in l.2.in fin.de cond.inſer.in conſi. 79.Caſus talis eſt.Zeno.col.2.ad fin.lib.1. In ſpecie ſuper intellectu ſine filijs.Anch.conſil.120.pro clariori ad fin.& generaliter in conſ.163.Viſis, & diligenter inſpectis.col.2.in fin.& in ſpecie Curt.Sen.conſ.64.num.50. cum ſim.quæ nota ſunt:& dixi ſuprà lib.1.interpr.1.dubit.3.ſolu.9.

Quoniam vbi teſtator vult fœminam, ſcilicet, filiam grauati non excludere ſubſtitutum,facile eſt eum exprimere ſine filijs maſculis, & quando non exprimit, vult ſtare ſignificationi verborum, & interpretationi iuris Alex.cõſ.38.col.2.nu.6.lib.6.conſ.5.nu.2.in fin.conſ.55. col.3.verſ.non obſtat,quòd tacitè.lib.3.conſil.17.nu.12.

conſil.45.num.9.lib.7.Corn.conſi.230.colum.4.verſic. item circa.li.3.& Curt.Iun.conſ.163.num.12.& ſeq. per tot.coucludens in fi.quòd ita intrepidè iudicaret. Soc. conſ.69.col.5.verſ.addo tamen.lib.3.per vulg.text.in l. 1.§.ſinautem ad deficientis.de cad.tol.& Crot. conſi.4. nu.30.Dixi conſ.90.num.27.facit text,in l. ſi plures gradus.de legat.3.& in ſpecie idem Crot.conſil.379.nu.25. 26.Vnde non videtur efficax & concludens probatio propoſitæ exceptionis à dicta iuris communis interpretatione,quòd per excluſionem filiæ teſtator voluit tantò magis eſſe excluſam neptem ab vniuerſali ſucceſſione,nec ea habeat pluſquam filia,quia talem extẽſionem de filia ad neptem, de vna excluſione ad alteram, non poſſe fieri probatur, & non excludere, ob euidentem diſſimilitudinem, & inæqualitatem perſonarum, re-
26 rum,& cauſæ.†Diuerſa autem eſt conditio filiæ, quæ à patre erat dotanda:l.fin.C.de dot.promiſ.à perſona neptis quæ à filio erat dotanda:l.dedit dotem.ff. de collat. bonorum,ita extenſio & illatio talis vel conſequentia non valet:Filia fuit ex cauſa.Ergo & neptis:dixi d.conſ. 31.nume.16.& ſequent.& d.conſ.90. num.7.& ſequent. Diuerſitas eſt rerum:quia filia à patre fuit inſtituta in re certa,cum ſpe iuris accreſcendi habendi totam hæreditatem.ſi filij morerentur ante patrem, vel repudiarent hæreditatem paternam. ad l.quoties.& ibi Docto.C.de hæred. inſtit. & in l. 1.quando non peten.par.in ſpecie Capra de Reg.Iur.& tract.ſubſtit.ad quartam ſpeciem, videlicet recipro.ſub num.24.quinimò,ſi filia eſſet ſubſtituta in quãtitate certa, filijs heredibus vniuerſalibus inſtitutis præmortuis, vel repudiantibus poſſet totum patrimonium habere diffuſe probat Iaſ. conſi. 72.col. pen.lib.3.Neptis verò nihil habet ab auo,poſita in conditione,non dicitur vocata,& ſuccederet patri ab inteſtato.per vulg.gloſ.communiter receptam in l. Lucius. ff.de hæred.inſtit.de quà ſuprà latè dictum eſt, & ſuccedens patris dicitur ſuccedere non iudicio aui teſtatoris, ſed iudicio fortuito,per text.in l.ſed & ſi ſic.§.de leg.3. & ſic rerum diuerſitas nimis euidens eſt inter aliquid, & ſpem totius,& nihil, ſimiliter diuerſitas cauſæ eſt: quia filia ſic in re aliqua debebat inſtitui pro validitate teſtamenti per not.in l.3.§.ſed vtrum in gl.fin.de minor.non ſic eſt in nepte, viuente patre:ex his enim colligitur euidens voluntas teſtatoris,excluſionẽ,qualis ſit,de filia factam,non eſſe repetitam,vel illatam in neptem,ſicut ex his,quòd minùs eſt colligitur voluntas teſtatoris eſſe relicta ab inſtituto,repetita à ſubſtituto nõ cẽſeri, per tex. in l.libet Imperator,de legat.1.ita argumentatio ex d.l. ſi viua matre ceſſat per iſta, & per plures limitationes ad eam parti huic cõuenientes:adductas per Gabr.Roman.de commun,concluſ.lib.4.tit. de fideicom. concl. 6.hic aſſentit Tob.Peruſ.conſ.29.ſub.nu.24.

27 Nec † excluſio filiæ ab vniuerſali ſucceſſione relicta filijs ſub nominibus proprijs,& appellatiuis, filijs maſculis,& ſub his nominibus inter eos conſtituto fideicommiſſo,poteſt operari excluſionem neptis à ſucceſſione ſui patris imaginata ratione agnationis conſeruandæ: quia non ſe extendit, tam quoad incluſionem, quàm quoad excluſionem vltra perſonas nominati excluſas, & nominatim vocatas,prout ſic in ſtatuto, concord. allegando in conſ.ſæpius firmat Dec.vt conſ.451.num. 8. conſil.461.numer.2.553.num.4.569.numer.primo.589. numer.4.& ſequent.ſequitur Alexand.conſil.94.in fin. poſui in conſil.33.num.2.& dicto meo conſil. 90. num. 7.29.vbi allego concord.in terminis, & in teſtamento. vt Dec.conſil.511.colum.fina. Secundò animaduerten-
28 dum eſt,† quòd Frater, vel Filius eſt nomen appellatiuum naturale:l.tutelas.ff. de cap.dimi. & ibi Bartol. & alij not.quo nomine dicuntur nominatim vocati:Aret. conſ.88.colum.2.verſ.vnde ille dicitur.Dec.in l.prima, ſub num.6.C.de impub.Cur.Iun.conſi.161.ſub num.4.

29 †Vnde cum teſtator ad fideicommiſſum non vocauerit per nomina ciuilia,agnatos,propinquos, conſanguineos proximiores de agnatione,de familia,de domo,de caſata, & ſim.de quibus plenè diſſerui dubit.1.ſol.11. ea. interp.ſuprà non videtur cõſideraſſe rationẽ agnationis conſeruandæ per propagationem: ita in ſtatuto probat Alex. conſil. 80. colum. 4. ſub num. 14. verſic. confirmantur, quia libro primo, pro quo adduco notabilem rationem ad aliud propoſitum tamen etiã in indiuiduo facientem ad propoſitum noſtrum, per Alber. de Roſ. in dict.l. tutelas. in princ. colum. 2. verſi. adhuc quærit ex dictio Iacobi de Rau.his expreſſis verbis.Quia cùm expreſſum ſit nomen proprium, non videtur datum ſub nomine agnationis, ſed ſub nomine proprio Addo etiam in ſpecie, quòd ſi teſtator non ſit vſus nominib. denotantib.ipſam agnationem, non proximiores, alijs. excluſis,ſed filiæ decedentis, ſi habet, veniunt: probat
30 Bald.conſil.85. Præmiſſis verbis. lib. 5. ita † bona inter ipſos nominatos debent eſſe ſubiecta fideicommiſſo ſub æquali conditione filiorum maſculorum & fœminarum, quia vltra filios eorum maſculos & fœminas, non progreditur fideicommiſſum, & tam filiæ vnius, quàm alterius,ex ipſis grauatis debẽt poſſe frui, & gaudere bonis parentis: hoc ſuadet ius æqualitatis ſeruandæ inter ipſos, & ſuam ſobolem: l.maximum.ibi, æqua lance mares & fœminæ vocantur, de liber.præter. l. vt liberis.C.de collati.l.fin.com.vtr.iud.l.ſi ita legatum ſit. de conditio.& demonſt.Aret.conſil.1. colum. fin. Dec. conſil. 59. nu. 3. concurrit & fauor liberorum, poſitorum in conditione ſexus vtriuſque, vt habeant bona patris grauati: Gloſ.in §. cum quis. l. filiusfam. de leg. 1. & fauor ipſius grauati, vt largiùs ab onere fideicommiſſi liberetur: l. generaliter. de inſtitut. & ſubſtitu. Bart. in dicta.l. cum auus. ad fin. extat denique aperta iuris deciſio in prælleg. l. cùm auus. l. cum acutiſſimi. l.filij.l.iuſta.leg.cognoſcere.§. fin. & l. in his. à qua non diſcedere ob incertam & obſcuram, & re vera non excludenter probatam diſpoſitionem teſtatoris circa excluſionem filiæ à ſucceſſione patris: quæ ideò impedit, ne exiſtat conditio fideicommiſſi, non minùs veritate Iuris,quàm receptiori, & crebriori ſententia doctorum teneat alleg. Doct.pro hac filia contra fideicommiſſarium, & hæc ſunt, quæ paſſim faciunt exclamare apoſtil.ad con.Alexan.38.lib.6.ad Dec.conſ.15.& ad cætera conſ. prò parte ſubſtituti edita, quòd dicta opinio contraria eſt falſa,plena ſophiſticationum,& peſſima.

Vt fieri ſolet, in his ambiguitatibus diſſoluendis diſtinctio caſuum aliqua adhibenda eſt: iſta enim, quæ ſequitur,mihi placet.

31 Aut primò † teſtator in conditione tali expreſſit, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, licet vel fœminis videatur ſupplendum, per dict. l. cùm auus. tamen ibi Bart. reſpondet non fœminas, ſed maſculos ita excludere ſubſtitutos, cum quo omnes ibi tranſeũnt, & Caſtr. conſ.152. Præſens dubium. in fi. lib. 1.Socin.63.colum. 5.ſub numero.17.lib.3.Abb. conſi. 36. lib. primo, Dec. in leg.fœminæ.numero. 97. de regul. Iur.Crot. conſil. 280. numero 25. & de hoc nemo dubitat, vt etiam ponit Odd.Peruſ. diſt. artic. 4. concluſ. 2. quæſtio. 2. vlti.
32 part. de ea † verò, quæ circa hoc extat doct. contradictio.an ex eo, quòd ſemel dictum eſt in parte teſtamenti ſine filijs maſculis,dictum in alia parte ſimpliciter ſine filijs declaretur, vel ſuppleatur maſculis, dicit ipſe Odd.in dict.4.artic.conclu.4.latè dixi & ego lib.præceden.interp.3.dubitat.1.ſolu.4.ver.partem vnam.

33 Aut ſecundò, † Pater habens filiam & filios, dotata & inſtituta filia in quantitate certa, hæredes vniuerſales inſtituit filios nominatim. Et ſi quis eorum deceſſerit ſine filijs, ſubſtituit alium ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes, ſeu præmortuorum filios, euenit vnum eorum



eorum deceſſiſſe cum filia: dixi conſil.90.per talem filiam defeciſſe conditionem fideicommiſſi; & eiuſdem nunc opinionis ſum quam veriorem, quicquid alij dicant,& magis communem puto, per iura & author.ibi, & ſupra alleg. pro nepte ſeu filia: quia hoc caſu vocatis ſimpliciter filijs maſculis per nomina propria, & naturalia, non videtur teſtator habuiſſe tantam rationem agnationis conſeruandæ, quantam potius habuit rationem perſonarum filiorum, eis bene faciendi, ſicut econuerſo dicitur, teſtatorem vocando agnatos nomine collectiuo ciuili, cenſeri potius habuiſſe reſpectum & conſiderationem agnationis, quàm perſonarum, quas dilexiſſe creditur, propter agnationem, Ruin. conſilio 24.nu.6.7.conſi.110.ſub num.14.libr.2.Rom.con.438. col.pen.ſentit Dec.conſ.568.ad nu.tertium, accedente adducta ſupra ratione, per Alber.in dict.l. tutelas. col. ſecunda. verſicu. adhuc querit. vt proinde non cenſeatur voluiſſe detrahere ſignificationi, de maſculis & fœminis determinatæ, & datæ per leges illi vocabulo, filijs: cum omnes ſic inſtituti, & ſubſtituti filij poſſint habere filias fœminas tantùm, & in eis finire agnationem deſcendentium teſtatoris: quam ideò ſic teſtando conſeruandi rationem non habuit teſtator aliter, ſed æqualem erga ſobolem filiorum, ſiue maſculinam,ſiue fœmininam habuit charitatem naturalem non exprimendo ſine filijs maſculis, vt lex præſumit, & habet dicta lege cum acutiſſimi. & dicta lege maximum vitium. Siquidem filiam teſtator non habuiſſet, & hoc modo teſtamentum condidiſſet: Caſtr. dicto conſilio 4. 19.& omnes ſequaces conſentiunt, neptem excludere ſubſtitutum: quia ſemper, vt dixi, & ex inſpectione omnium teſtamentorum liquet, quòd filiæ, ſtantibus filijs maſculis, certa dote relicta, & quandoque maiore, quàm ſit portio maſculorum in teſtamentis excluſæ, apparent ab vniuerſali ſucceſſione relicta maſculis.
34 † Sic enim conſuetudo alicuius rei vel facti declaratoria probatur ex inſpectione plurium inſtrumentorum: Aymo conſilio 134. nume. 9. Roch. tract. de conſuetu. numero 584. & ſequent. in ſpecie Deciſ. conſilio 399. numero ſeptimo, imò Caſtr. ipſe dicto conſilio 409. ſub numero ſecundo, fatetur hoc eſſe hodie multum in vſu in Italia. Ad propoſitum ergo dici poteſt, quòd
35 † paria ſunt, eas non extare, vel extare, & ſemper à patre teſtatore dote relicta eſſe excluſas, quoad hoc maximè, quòd eadem voluntas vtroque caſu deprehenditur teſtatoris dicentis, ſine filijs, † quòd neptis excludat ſubſtitutum: nam paria eſſe, non extare, vel & extare non ſuccedere, allegando iura probat Alexandr. conſil.109.ſub numero 13.lib. ſeptimo, & per alia congeſta à Tiraquel. de primog. quæſtio. 53. numero 16.effectúſque idem in vtroque caſu facit præſumi, eandem eſſe voluntatem agentis in vno, ſicut in alio caſu, argum. l. ſi mater. de inſtit. & ſubſtit. & l. mulier. in princip.ff.ad Trebel. l. ſi ita eſſet. quando di. lege. ced. Aut tandem inficiari non poteſt, huiuſmodi rationem conſeruandæ agnationis eſſe obſcuram, ideo non attendendam: bene Gabr. Eugub. dicto conſilio 97.numero 17.18.

Et magis hoc locum habet, vbi geminatè, vel pluries in teſtamento hac actione ſimpliciter, Si deceſſerit ſine filijs, teſtator vſus eſſet: quia ſua voluntas magis oſtenſa eſſet pro intellectu iuris de maſculis, & fœminis, tradit Bero.conſ.115.nu.9.10.lib.2.Dec.conſi.599. ſub nu.4.dixi d.con. 90.num.19.20.

37 Aut tertio, † filia excluſa, certo relicto ſibi facto,ſeu aliqua etiam non extante filia, teſtator filijs maſculis vniuerſalib. inſtitutis hæredibus, conditione appoſita, ſi quis eorum deceſſerit ſine filijs, fecit ſubſtitutionem nominibus collectiuis ciuilib.de agnatione, de familia, de cippo domus, de domo, de caſata, de ſua linea maſculina, & ſimilibus, vocando deſcendentes maſculos in perpetuum, ita quòd his ſimilib. verbis deſignantibus vocationem ſuæ agnationis, certi eſſe poſſumus, ipſum teſtatorem habuiſſe reſpectum & conſiderationem ſuæ agnationis conſeruandæ:tunc decedentis grauati filia non faceret fideicommiſſi conditionem deficere: quoniam ita de mente teſtatoris conſtare videtur quòd vocabulum, filijs,exponi debeat,id eſt, maſculis: ſic & iſto caſu loquuntur Doctores ſupra allegat. contra neptem: vt Socin, in dicta l. cum auus. ſub numero 85. verſic.quartus caſus. in illis verbis, Subſtituit alios deſcendentes, vel agnatos, &c.& ibi, quia videtur, quòd teſtator habuit mentem ad conſeruandam familiam, vel agnationem.ad idem Grat. conſil.53. num. 7. lib.2. Ruin.conſilio 146. numero tertio,libro ſecundo, Crot. conſilio.48.numero 39.Socin. conſil. 168. numero 26. & ſequent. libr. ſecundo, Alba. conſilio 19. numero 2. Burſat.conſilio 64.num.13.Menoch. conſilio 96. num. 39.55.57.Cephal.conſilio 45.numero 15.Pariſ.conſil.53. num.28.libr.3. Bero. conſil. 116. num. ſecundo, & ſeq. libr.ſecundo.Corn.conſil.273.columna.4. ad fin. vocat illos de cippo domus.& conſilio 275. colum. 4. verſicu. nam quarta.libro 4.prohibet fœminas dotari vltra certam ſummam. idem, quando teſtator prouidet filiabus, neptibus, proneptibus de dotibus: Socin. Iun. conſilio 114. num. 21. libr. primo, cum ſimil. ſupra adduct.ea,interpr.dubit.1.ſolut.12. verſicu. ſeptimò pone, & quando mandauit, quòd ſemper & perpetuò ſua bona vadant de vno in alium, de caſatà & agnatione: Alciat.conſil.183.Tranſeo.lib.9. Hæc certa ſigna ſunt pro agnatione conſeruanda: ita, quòd mens teſtatoris apparet ad expoſitionem dictam, ſine filijs, id eſt,maſculis,vt in hunc finem habendi reſpectum ad agnationem ſuam maſculinam, & voluiſſe bona ſua in familia ſuorum deſcendentium maſculorum remanere: Caſtr. & omnes ſequaces volunt pro ſubſtituto contra neptem, & cum alijs ſunt concordes, ſed in modo non conueniunt: quia non ſufficit excluſio filiæ ab vniuerſali ſucceſſione, & incluſio nominatim filiorum maſculorum in inſtitutione & ſubſtitutione, vt ſufficere volũt Caſtr. eiuſq; ſequaces, cum exinde nimia ſit ambiguitas, & obſcuritas mentis teſtatoris ad generalem rationem ſuę agnationis conſeruandæ, per allega. ſupra, pro parte neptis contra ſubſtitutũ. Quare tutius eſt ab interpretatione Iuris non recedere in conſulendo & iudicando.

Aut quartò, retentis terminis caſus propoſiti, ſupra
38 in ſecunda diſtinctione, † quando extat ſtatutum in loco ſtantibus maſculis, excludens fœminas ab inteſtato, quo præſertim ſubſtitutus excludat filiam grauati, quoniam ſecundùm hoc ſtatutum præſumitur, & declaratur mens teſtatoris: Bart. & alij in l. hæredes mei. §.cum ita.ad Trebel. exponendo, ſine filijs, id eſt, maſculis grauati filia non facit conditionem fideicommiſſi deficere: Deci.conſilio 514.ſub numer.3.& conſil.ſequent.nume.4. Bero. conſil. 115. num. ſecundo, Alcia. conſil.202. libr. 9. ita eſt Commun. Opin. Zanch. in d. §.cum ita.numero.771.Odd.Peruſ. dict. tract. de compendi.part. vltim. quæſtio. ſecunda, dict. artic. 4. concluſ. 5. fol. 195. Aduertendum tamen eſt,cum recentiores iſti non exprimant, quando ſtatutum ab inteſtato excludat filiam grauati ab hæreditate, quando teſtatoris, vel grauati, & id ſcire multum interſit, & ego declaro: namque Socin,conſil.6.ad fin.libro 3.tenet, hoc intelligi,quando etiam neptis, puta, licet ipſe non dicat, prædefuncto filio fuiſſet, per eum, qui eſt ſubſtitutus, excluſa à ſucceſſione aui teſtatoris, cui per fideicommiſſum ſucceditur: leg. cohæredi. §. cum filiæ. de vulgari & pupillari: ita ergo maſculus ſubſtitutus excluderet eam, vt ibi per eum: quem ad literam refert, & ſequitur Goz.conſ.89.col.pen.nu.2.idem probat Alex.

inter conſil.Ioan.Riminal.cōſil.37.nume.10. Contra-
rium tenet etiam ipſe Socin. conſil.55.libr.tertio, dî-
cens ad fin.quòd niſi ſtatutum excluderet filiam graua-
tam à ſucceſſione ipſius grauati non procederet diffi-
cultas contrarium: qui ſi ſecùs tenent, paralogizant,
dicit ipſe, quia not. per Bart. in dicta l. hæredes mei. §.
39 cum ita † de voluntate teſtatoris interpretanda ſecun-
dum ſtatutum loci intelligitur, quando filia exculdere-
tur ab hæreditate patris grauati per patruos, quando
autem ita non ſit, teſtator ponendo filios filij in condi-
tione, & ſic filias dicitur poſuiſſe ad excluſionem ſubſti-
tutorum, vt patri earum ab inteſtato, vel ex teſtamen-
to ſuccederent: per Gloſſ. in l. filiusfam. §. cum quia
de legat.primo, & gloſſ. communiter approbata in leg.
Lucius. de hæred. inſtituen. ſecundùm eum, quem la-
tè ſequitur Ruin.conſil.144.col.6.num.15.lib.2.& conſ.
141.colum.3.num.8.lib.3.alia allegando comprobaui d.
conſil.60.num.3.& ſeq.vt ibi dixi:& hoc puto verius, &
ita tenendum.addo eundem Rui.idem probare in conſ.
93.colum.penult. & fin. lib. 2. & latiſſimè probat idem
conſil.124.colum.2.& per totum lib. tertio, vbi in col.
penult. verſiculo, & ſic iſto caſu. vult imò quando ſub-
ſtitutus non excludit per ſtatutum filiam grauati patris
non eſſe in terminis iuris communis; quo filiorum ap-
pellatione veniunt filiæ,d. l. iſta.& dicta.l.filij: quo fœ-
minæ pariter cum maſculis ſuccedunt patri.dicta l.maxi
mum vitium. & ſecundùm quod ius commune cenſetur
teſtator,ſe velle conformare,& ſuam voluntatem inter-
pretari:per not.in l.Gallus.§.primo.de liberis & poſthu
mis,& per Bartol.in l. vxorem. §.teſtamento.de legat.3.
comprobaui dicto conſilio 90. primo, iſta etiam pro-
bat Cephal.conſilio 45.ſub numero 9.& 20. Cum enim
pater grauatus tempore mortis teſtatoris ſui patris adeſ-
ſet,& per eum adita fuerit hæreditas patris,amplius tra-
ctandum non eſt de hæreditate patris,ſed de hæreditate
filij, etiam dicto ſtatuto extante, dicit Barto.in l.2.§.1.
col.2.verſ.ſed ſi poneremus.ff.ad Tertul.quod autem dî
citur,fideicommiſſarium ſuccedere teſtatori, d.l.cohæ-
40 redi.§. cum filiæ. † intelligitur, quando conditio fidei-
commiſſi fuerit purificata: ſed hoc eſt, quod nunc dici-
mus,Non eſſe purificatam, extante filia grauati, quan-
do ea ſuccedit ab inteſtato ſuo patri grauato: quam ſuc
ceſſionem ab inteſtato teſtator, apponendo conditio-
nem, ſi deceſſerit ſine filijs, conſeruaſſe præſumitur: l.
vel ſingulis.& ibi doct. de vulga. & pupillari, Alexand.
conſil.167.col.3.ad prin.li.5.per d.glo. Caſtr. & Imol. in
41 d.l.filiusfamil.§.cum quis.& in d. l. Lucius. † Et quem-
admodum ſtatutum loquens, ita in caſu excluſionis
neptis patre prædefuncto à ſucceſſione aui, non habet
locum,ſi pater viuit tempore mortis aui,quia vltra per-
ſonas,& caſus in eo expreſſos non ſe extendit, deciſ. al-
legat.in d.meo conſilio 90. numero 7. Alexand. conſil.
94.ad fin.per vulg.l. quod conſtitutum. ff. de teſta. mi-
li.ita auus ipſe teſtando conformis cum ſtatuto non cen
ſetur ſuam mentem extendiſſe ad alios caſus, nēpe per-
ſonas,& ſic non ad excluſionem neptis: argum.leg. aſſe
toto. & ibi not. per Bartol. & alio. ff. de hæred. inſtit. l.
42 ſi ita ſcripſero.de condit.& demonſt. †. Si verò per ſta-
tutum filia grauati ab eius ſucceſſione ab inteſtato ex-
cluderetur ab agnato ſubſtituto, poſſet tunc habere lo-
cum d.commun. opinio de ſubſtituto admittendo con-
tra ipſam filiam.

Hoc etiam limitatur, niſi à patre ſuo in teſtamento
fuerit hæres inſtituta: vt per Socin.conſi.182. colum. 2.
verſic. poſtremò & quartò. lib. 2. & in l. cum auus. col.
51. ſub num. 96. de condit. & demonſt, vt Ruin. conſil.
144.numero 15.conſilio 152. nume. tertio. lib.ſecundo.
Idem validis argumentis tenet Corn.conſi. 202. col.
pen.verſic.præterea & ſecundò. lib. 3. idem ſentit conſ.
1.col.pen.libr. 4. Alber. Bru. de ſtatu. fœmi. exclu. art.
6.num.36. & ſequent.cum quo, alia coniectura non ex-
tante, tranſit Cephal. conſil. 306. in fi.latiſſimè diſcur-
rendo fundamenta,& refutando obiectiones, adductas
per Fab. & Torniel. idem comprobat & ampliat etiam
ſi filia ſit inſtituta à grauato in re certa, & in teſtamento
ſolenni: Zan.in d.§.cum ita.nu.1186. vſque ad nu.1196.
ad Trebel.

Comprobatur & hac ratione: quia adiectio iſta, ſine
filijs, appoſita ſubſtitutioni per teſtatorem, & dubia,
an comprehendat filias hæredis inſtituti, qui ideo, vt
hæres, poteſt ambigua verba teſtatoris interpretari &
declarare: l.ſi quis à filio.§. 1. de leg. 1. & ibi Bar. & alij
not.& Grat.conſi.35. nu. 12. lib. 2. cenſeturq; declaraſ-
ſe ſuam filiam hæredem inſtituendo in ſuo teſtamento,
quod reputatur vnum & idem cum teſtam.primi teſta-
toris: l.huiuſmodi. §. 1. de leg. 1. cum alleg. per Rimin.
Sen.conſi.230.num.12.13.& Caſtr. conſi. 35. col. 2. verſ.
43 ſed ad hoc reſpondetur. lib. 2. † Sicut nouus ſucceſſor
& dominus rei locando & faciendo nouam inueſtitu-
ram alij dicitur ſuam declaratonem facere de re bene
conceſſa ei, cui locauit: Caſtr.conſ.2.col.fi.verſ.præte-
rea poſito.li.1.Corn.conſi.257.col.3.in fi.verſ.& ſic gl.li.
44 1.Accedente,ꝙ† cōditio illa,Sine filijs, dicitur etiam ap
poſita fauore grauati & filiorum poſitorum in condi-
tione: l. generaliter.ibi, & hanc legem in perpetuum
valituram inducimus tam patrib. quàm liberis gratam.
C. de inſti.& ſubſti.ad fauorem grauati dicit Are.conſi.
45 1.col.2.verſi. præmitto pro declaratione.†ita teſtamen-
tum grauati inſtituentis filiam, poſitam in conditione,
debet fortiùs operari ad excluſionem ſubſtituti: Gloſ.
& doct. in l. filiusf. §. cum quis. de l.1. quia fauores ſunt
ampliandi, per not.in l.2.de liber.& poſthu. c. odia. de
Reg.Iur.in 6.Alex.conſil.110.col.3.num.12.libro 3.Nec
quis obijciat, hoc facere non licere grauato, in ſubuer-
ſionem fideicommiſſi: quia reſponderem, quòd graua-
tus, procreando liberos, & eos inſtituendo hæredes,
vtitur iure ſuo.

Exinde, ſi ſequatur defectus conditionis fideicom-
miſſi: l. pater Seuerinam §.in fideicommiſſo.de condit.
& demonſt.d.l.generaliter.in prin. cum ſimilib. cum id
non accidat ex ordinatione grauati principaliter ordi-
nata ad ſubuerſionem fideicommiſſi, ſed ad alia ten-
dente,de hoc ei nihil imputari poteſt, per alleg.oppor-
tunè in ſimili ſpecie à Ruin.conſ.98.nu.21.lib.2.& à Pa-
riſ.conſ.32.nu.32.li.2.& conſ.53.col.pen.num.68. lib. 4.
46 † Sed accidit iure communi & ſuo,ideo vtens iure com
muni & ſuo, non facit contra voluntatem teſtatoris:
leg.pen.ff.de his,qui.vt indi. Cum. conſil. 51. quòd Do-
minus Ambrogius.& nemini facit iniuriam: l. 1.§.idem
quæ Marcellus. de aqua plu. arcen. l. qui iniuriarum. §.
is, qui.de iniur. cum vulga. Si quis adhuc inſtaret, velle
hanc rationem impugnare, quòd in aliqua parte forſan
non bene concludat,replicarem, pro ea extare Comm.
Opin. Doct. per Corn. Socin. Bru. Rui.Zanch. in locis
ſupra alleg. probatam, & demùm in re dubia fauorabi-
li pro filijs grauati & pro grauato contra fideicommiſ-
ſarium ſatis concludere per illud Terentianum: dum
in dubio eſt animus paulo momento huc vel illuc
impellitur:meminit Corn. conſilio 40. colum. 6. verſi.
nihilominus ego. lib. 3. In ſimili pro filiabus contra ag-
natos ſentit Anch.conſ.432.B.filijs.in fin.vbi dicit, non
videri nouam diſpoſitionem, ſed quandam excitatio-
nem,quæ continet idem, quod ius commune: c. licet.
de off.ord.&c.1. de conſtitu. in 6. & eſt fortis ratio, in-
quit ipſe Anch.ibi in fin.

Aut quinto, Terminis retentis præcedentis diſtin-
47 ctionis, & ampliatis, ad conſuetudinem † quæ extaret
in aliqua familia, quòd inter eas de familia ſtantibus
maſculis fœminæ non ſuccedant, quòd ex hac conſue-
tudine mente teſtatoris interpretata: per leg.ſi ſeruus
plurium.



plurium. in fin.de leg. primo, & l. domus. §. teſtamen-
to. de pecu.leg.ibi,cum de conſuetudine domus eſſet,
&c. exponatur ſimpliciter ipſa adiectio,ſine filijs maſ-
culis,vt tradit Socin.Iun. conſ. 158. ad nume. 41. & ſe-
quent.lib. ſecundo, pro egregia & not. limitatione po-
nit Odd. Peruſ. d. art.4.in fin. fol.199.facit Pariſ.conſ.
7.num.40. liber. 3. præter iſtos: adde plenius per Boer.
deciſ. 155. num. 29. Vlteriùs tamen aduertendum eſt,
quòd Ruin.conſ. 144. colum.penult. ad fin. nume. 18.
lib.2. dicit hoc procedere, quando inter illos de domo
conſuetum eſſet, quod appellatione filiorum ſimpli-
citer venirent maſculi tantùm, & non fœminæ: ex hoc
enim, quando alij noluerunt fœminas excludere, de
maſculis expreſſè conſueuerunt loqui, non ſequitur,
quòd idem alius voluerit, ponendo ſimpliciter filios in
conditione,cum aliter fecerit,quàm alij,quorum etiam
mos eſt, quòd iſto caſu fœminæ non excludantur: vt
ibi per eum, alia non allegantem.ſed. pro eo poteſt al-
legari, quòd talis conſuetudo eſt ſtricti iuris: ideo non
poteſt extendi vltra ſolitam: Aymo conſi. 30. colum-
na fin. numero quinto, neque ad caſum etiam ſimilem.
Pariſ. conſilio 13. numero 39. lib. primo, & in ſpecie
Goza.conſi.26.numero 34.Quare cenſeo hoc ita acci-
piendum,quòd ſi ſubſtitutus vigore huiuſmodi conſue-
tudinis filiam grauati excluderet à ſucceſſione ipſius
grauati ab inteſtato, tunc deficere,fideicommiſſi con-
ditionem non faceret eodem iure, quo ſupra de ſtatu-
to dictum eſt: & hoc caſu poteſt habere locum, quod
Socin.Iun. tenet dicto conſilio 168. nume. 41. quòd ſi
verò conſuetudo familiæ ſit ſolùm eorum, qui condunt
teſtam.maſculos inſt. & ſubſtituendi, fœminas autē do-
tandi & ſic excludēdi ab vniuerſali ſucceſſione, iſto ca-
ſu vera eſt Reſponſio Ruin.dict.conſil.144. num.18. ſi-
cut ſtante etiam communi vſu, & ſolito ferè omnium
teſtantium inſtituendi, & ſubſtituendi filios maſculos
& dotādi filias,verior,& magis communis eſt ſententia
eorum, qui pro nepte contra ſubſtitutum tenent,vt ſu-
pra ſcriptum eſt.

Aut & ſextò poteſt apparere de mente teſtatoris,
48 quòd † filij ſimpliciter poſiti in conditione, intelligan-
tur de maſculis tantum, quando inſtit.agnatis,& eis de-
cedentib.ſine filijs ſubſtit.ſunt ſuperuenientes,ſeu,præ-
mortuorum filij,& omnib. & deficiētib. ſine filijs voca-
tæ & ſubſtitutæ ſunt fœminæ proximiores de caſata,
ſeu agnatione teſtatoris: nam iſto caſu expreſſa voca-
tio & ſubſtitutio facta de fœminis comprehendi facit
mentionem filiorum in conditione poſitorum intelli-
gi de maſculis, vti de oppoſito exiſtente excluſio fœ-
minarum ſubſtitutarum: l. cum pater.§. volo. de legat.
2.ita videtur de præordinata voluntate teſtatoris, ex-
cludente ſubſtitutas fœminas:argum. eorum, quæ tra-
dit Bart. in l. cùm auus. nu.4. de conditio.& demonſtr.
ita hoc caſu maſculinum non videtur concipere fœmi-
ninum, quia eſſet contra mentem teſtatoris, expreſſè
probat Bal.conſ. 254.Titius inſtit.col.186. quia allega-
tiones.in prin.l. 1. & vti de oppoſito pariter deficiente:
ſic econtra incluſiuo fœminarum intelligi de maſculis,
tantum, ita ab oppoſitis arg. per l.& ſi contra.in fin. de
vulgar.& ibi Bartol. nu.3. & aliæ not. & l. Iulianus. §. ſi
procurator. ff. de actio. empti. cum ſimilibus, atque ita
vna pars teſtamenti, ſcilicet illa includens & vocans
fœminas ſubſtitutas, declarat alteram hanc,omnib. de-
ficientib.ſine filijs,ſcilicet maſculis,vt in ſimi. per Dec.
conſ.480.col.1.& clariùs per Iun.conſ.65.col. fin.num.
20.lib.4.& in terminis per Rim.Iun. conſi. 246. num.
34. & ſequent. vbi de vltimo maſculo, deficiente cum
filia: hæc autem minùs intelligi in conditione, cum te-
ſtator intellexit de maſculis: vt probatum eſt, ne ſuæ
voluntatis in hoc inducatur diuiſio: l. eum, qui. in fin.
ff. de his, quibus vt indi.l. ſi ex toto.§. fin. de.leg.1.Nec
etiam intelligi poteſt in diſpoſitione vocata, quando
adeſſet alia fœmina proximior teſtatori, ſecundum ea,
quæ declaraui infra dubit. 4. ſolut. vlti. verſic. ſeptimò
quæro.& iſtam quæſtionis huius congruam, & veram
ſolutionem exiſtimo.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Conditio, Si deceſſerit multipliciter accipitur,ac interpre tatur, vt per hanc ſolam ferè ſolutionem habetur, & an,& quando extiterit vel defecerit conditio.*

2 *Conditio ſimpliciter quandoque apponitur, ſi deceſſerit, tunc ſufficit mors ſimpliciter inſtituti, aut grauati,vt dies fideicommiſſi cedat, hócque extraneo teſtatore non aſcendente exiſtente, quia tunc ſuppletur,id eſt,ſine liberis.*

3 *Conditio, ſi deceſſerit ſine legitimis hæredibus,intelligitur, ſine liberis: & quia fuerint verè hæredes, & de omnibus intelligitur deſcendentibus ab inteſtato.*

4 *Conditio, ſi deceſſerit ſine hæredibus maſculis deſcēdentibus legitimè,& de legitimo matrimonio natis, interpretatur de agnatis coniunctis per maſculos,& non de legitimatis per Principem, aut Comites Palatinos, quo ſit, vt non impediatur dies fideicommiſſi cedere, & ſubſtitum tunc non excludit & eſt communis.*

*Fallit,ſi Comes Palatinus à Papa vel Principe, habet talem facultatem legitimandi ſpurios, ac ſi eſſent de legitimo matrimonio nati, & ſi hoc expreſſum ſit in legitimatione,tunc excluderet ſubſtitutum declarando,vt ibi, cum nu.ſeq.*

*Fallit 2.in legitimatis per ſubſequens matrimonium, quod declara,vt ibi, vbi de matrimonio plura,cum nu.ſeq.*

5 *Filius legitimatus à Comite Palatino,habente facultatem à Papa vel Principe ſpurios legitimandi,excludit ſubſtitutum, ac ſi natus eſſet ex legitimo matrimonio & vero, ſi hoc ſit formaliter expreſſum,& talem Comes facultatem,& quomodò hoc intelligatur,vide ibi.*

6 *Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium, facit fideicommiſſi conditionem deficere, cōceptam etiam, ſi de legitimo matrimonio nati eſſent,& ſubſtitutus excluditur,& quòd ſuccedat in hæreditatibus ſuorum,ſicut alij legitimi,& in feudis, quod eſt Com. Opin. & per omnia æquiparatur legitimè natis, cuiuſcunque conditionis ſit mulier, modò ſint filij hi certi per confeſſionem patris & matris, nulla ratione habita perſonarum nobilium vel vilium, & nulla obſtet prohibitio canonica.*

*Et de filijs legitimatis, excludentibus ſubſtitutum, vel ne. vt ibi.*

7 *Conditio ſic appoſita, ſi deceſſerit ſine liberis, vel ſine teſtamento,tunc alternatiua,vel, ponitur pro coniuncta, fauore liberorum,vt ſine liberis & ſine teſtamento, tunc qua liberi tantum faciunt deficere conditionem, declarando,vt ibi.*

*Item deficit conditio, ſi grauatus fecerit teſtamentum. Aut pro eo pater fecerit pupillare teſtamentum, & validum, non conualidatum per clauſulam codicillarem: & de alijs, quæ requirantur ad hoc, vide ibi latiùs.*

8 *Conditio, ſi moriatur, ſi decedat, antequam pariat, vel habeat liberos, ſic interpretatur, quamprimùm grauatus vel grauata habuit filios, deficiat conditio fideicommiſſi, etiam ſi tales filij moriantur ante patrem vel matrem grauatam, ſecto ventre in lucem prodito, vel naturaliter nato, & quando procedat ibi.*

*Idem, ſi dictum ſit, Si inſtitutus liberos non habuerit conditio deficit per vnum filium, & quare, vide & declara vt ibi.*

*Conditio, ſi quis dictorum ſuorum hæredum deceſſerit ſine filijs, aut nepotibus, aut deſcendentibus, ſubſtituit alios ſuperſtites, vno decedente cum filio tollitur ſpes fideicōmiſſi, adeò quòd ille filius dein moriatur ſine filio, quoad*

*ſcilicet illum primum morientem cum filio, & quare ibidem, & de ratione, & an, & quando conditio ſemel defecta non reuiuiſcat, etiam quòd filius momento ſuperuixerit, & quando ex coniecturis conditio vltrà extendatur, vocando filios poſitos in conditione, præſertim pro agnatione conſeruanda conditione habente tractum ſucceſſiuum, & vt ibi latè, cum nu. ſeq.*

10 *Conditio fideicommiſsi quando deficiat per mortem grauati cum filio, qui poſtea non ſuperuixerit, & ſic ſemel defecta conditio non reuiuiſcit etiam quòd filius momento ſuperuixerit.*

*Fallit prædicta concluſio ſex modis, de quibus ibi pulchrè habetur.*

11 *Conditio, Si deceſſerit ſine filijs & liberis, facit, grauatum eſſe ſub duplici conditione, ſi ipſe deceſſerit ſine filijs, & ſui filij ſine liberis, id eſt, deſcendentibus.*

*Et dictione, Et, quòd eſſet ampliatiuè. ibi.*

12 *Conditio talis. Eo ſcilicet inſtituto vel ſubſtituto non ſuperſtite, ſubſtituit eius filios, ſuperſtite iſto admiſſo, ceſſat dies fideicommiſsi pro eius filijs.*

*Idem de filijs Iacobi dicen. Si Iacobus iam inſtitutus uel ſubſtitutus non ſuperuiueret, & tempore mortis eius, cui facta eſt talis inſtitutio vel ſubſtitutio, Si Iacobus ſuperuiuit; non eſt locus ſubſtitutioni pro filijs Iacobi, conditione non purificata, vt ibi patet.*

13 *Conditio, ſine filijs, exponitur quandoque, ſine alijs filijs, vt in teſtatore, habente filium, habentem filiam, qui filium inſtituit, & ei decedenti, ſine filijs ſubſtitui ſororem, & dictam ſuam filiam, illa adiectio, ſine filijs, intelligitur de alijs, & non de dicta filia: & vt ibi declaratur.*

14 *Conditio hæc, Omnibus decedentibus ſine liberis, refertur ad inſtitutos & ſubſtitutos, ita, vt vltimo moriente cum filia, deficit conditio fideicommiſsi: ſecùs, ſi filia vltimi decedentis cenſeretur vocata: & de ratione.*

15 *Conditio, ſub his verbis, Maſculis exiſtentibus, exponitur, ſi extabunt maſculi: & donec extabunt: & quo tempore extare debeant: & de ablatiuo abſoluto, faciente cõditionem & quando in conditione poſiti, non vocentur ad fideicommiſſum, ſed ſuccedant ab inteſtato, & excludant fideicommiſſum, cum num. ſeq.*

16 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem per dictionem, Si, non, donec.*

17 *Conditio, continens mortem grauati, quomodocunque contigerit mors, ſiue naturaliter, ſiue ciuiliter, aut violenter, dies fideicommiſsi cedit, & debetur fideicommiſſum: idem dicen. de morte præter naturam, vel ſecundùm naturam, modò quòd culpa & facto fideicommiſſarij non interuenerit, quia tunc priuaretur fideicommiſſo.*

18 *Conditio fideicommiſsi aliquando plurib. iniuncti, quanuis videatur eueniſſe, tamen quandoque ſuperſunt, qui ex præſumpta mente teſtatoris excludunt fideicommiſſarium ſubſtitutum: & eſt ille, quo tria hæc concurrunt.*

*Quòd ſit de liberis teſtatoris.*

*Quòd ſit cohæres, vel poſitus in conditione præcedentis fratris cohæredis grauati.*

*Quòd ab inteſtato ſuccedat grauato, & ſubſtitutum excludat, & vt ibi hoc, & de materia declaratur latiſsimè, ſiue collectiuè, ſeu ſimpliciter ſit facta ſubſtitutio, Quid, ſi ſubſtit. ſit & ipſe de liberis teſtatoris, & qualis eſſe debet in effectu, excludens ſubſtitutum, & quid, ſi ex ſtatuto teſtatori non ſuccederet, ſtante ſubſtituto, ſed de Iure communi ſuccederet ei, cui aſſeritur facta ſubſtitutio, & quando ſubſtitutus fideicommiſſ. petere poſſet: vide ibi latiſsimè & pulchrè.*

## ¶ Solvtio. II.

1 NOno quæro, de multiplici modo expreſſionum huius propoſitæ conditionis, ſi deceſſerit, ac de eius multiplici ſignificatione, & interpretatione, circa principale quæſitum, an extiterit, vel defecerit conditio?

2 Nam † quandoque conditio ſimpliciter apponitur, Si deceſſerit, aut teſtator eſt extraneus non aſcendens: tunc ſufficit etiam ſimpliciter mors inſtituti, ſeu grauati, vt dies fideicommiſſi cedat. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebell. aut teſtator ſeu prægrauans eſt aſcendens, ſuppletur tunc, Si deceſſerit, id eſt, ſine liberis: per l. cum auus. de condit. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. & ad aſcripta ſupra ea. dubit. verſi. ſextò nunquid. me refero.

3 Et † quandoque dicitur, ſi deceſſerit ſine legitimis hæredibus, intelligitur nempe ſine liberis, per text. & ibi doct. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. Dec. conſi. 594. col. 1. qui verè fuerint hæredes. Odd. Peruſ. de compen. par. vlt. quæſt. 2. art. 5. conclu. 2. Gualden. de arte teſtan. tit. 5. cau. 25. in fi. Soc. Iun. conſi. 14. num. 1. li. 2. & intelligitur de omnibus ſuccedentibus ab inteſtato: Ruin. conſi. 174. col. 3. num. 6. lib. 2.

4 Et quandoque † dicitur, Si deceſſerit ſine hæredibus maſculis, legitimè deſcendentibus, & de legitimo matrimonio natis, interpretatur non de extraneis, ſed de agnatis coniunctis per maſculos: Soc. conſi. 12. nu. 2. & ſeq. libr. 3. Alexand. conſ. 105. colum. 1. in fin. lib. 1.

Ac etiam non de legitimatis per principem, ſeu Comites Palatinos, quia id eſſet contra voluntatem teſtatoris, cùm dixerit, de legitimo matrimonio natis, vel procreatis, ideò non impedit, diem fideicommiſſi cedere, & ſic ſubſtitutum non excludit, Bart. conſi. 75. Viſo inſtrumento, pluribus alleg. atteſtando, ita eſſe commun. opin. probat. Alex. conſi. 172. Viſis duobus teſtamentis. num. 2. lib. 7. Cur. Sen. conſil. 35. nume. 19. Curt. Iun. conſi. 83. ſub num. 10. 11. Bal. & alij in l. Gallus. §. ſi eius. ad fin. de liber. & poſthu. Pariſ. conſil. 8. num. 45. conſi. 12. num. 145. lib. 2. Cephal. conſi. 111. nu. 6. cum pluribus concord. per Odd. Peruſ. d. part. vltim. verſi. legitimati. concluſi. 4. & Hippol. Riminal. conſil. 46. nu. 47. & ſeq. conſi. 222. nu. 201. & Tiber. Decia. conſi. 42. nu. 27. 28. lib. 1. conſi. 88. num. 2. lib. eod.

5 Hoc † tamē intellige & limita, niſi Comiti Palatino eſſet à Papa, vel à Principe tributa facultas legitimandi ſpurios, & habilitandi eos, & reducendi perinde, ac ſi nati eſſent ex vero & legitimo matrimonio, & ſic formaliter eſſent legitimati: quia tunc excluderent ſubſtitutum, ſicut nati ex legitimo matrimonio, probat Soc. conſi. 63. colum. penul. ad fin. verſi. præterea ex quo. lib. 3. ſequitur Goz. conſ. 29. num. 22. conſi. 92. ſub nu. 15. verſic. pręthereà datur, cum alijs comprobando, refert Menoch. conſil. 20. num. 10. 29. idem Socin. conſi. 3. col. 4. & ſequent. num. 12. lib. 3. & Cephal. conſi. 103. num. 4. ſed de contingentibus, & quoad diſpoſita poſt conceſſam legitimationem, intelligit Cephal. d. conſi. 111. nume. 10. & ſequ. eadem ſentit Couar. in epito. de matr. part. 2, capit. 8. §. 2. num. 26. Hippol. Riminal. d. conſil. 46. num. 95. & quoad diſpoſita per Ius Commune, non autem per ſtatuta loci, intelligit Franc. Curt. in vltim. apoſtil. ad Alex. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit.

6 Limita † & ſecundo, quòd legitimati per ſubſequēs matrimonium, faciunt fideicommiſſi deficere conditionem, verbis etiam dictis conceptam, ſcilicet legitimè, & legitimo matrimonio natis: licet hæc ſit controuerſa limitatio, & contrarium tenent Alexand. conſi. 5. li. 7. cum pluri. cumul. per Roland. à Val. conſi. vltim. nume. 27. lib. ſecundo, Cephal. conſi. 82. num. 15. conſil.





364. num. 28. & per tot. & conſi. 451. num. 9. & ſequent. Menoch. conſil. 16. num. 19. latius Bero. conſ. 167. lib. 2. tamen iſtam limitationem, quòd talis legitimatus ſic ſubſtitutum excludat, poſt Caſt. tenent Deci. conſil. 155. colum. fina. & plures concord. cumulando, rationibus corroborando, & contrarijs reſpondendo, Odd. Peruſ. d. part. vltim. quæſt. 2. art. vlti. fol. 220. & ſeq. & Dec. d. conſi. 155. referendo, quòd per ſubſequens matrimoniū legitimatus ſuccedat in hæreditatibus ſuorum, ſicut alij legitimi, & cæteros allegando, ſequitur Phanu. Luceas. ſuper ſtatu. de lucro dot. verſic. poſt mortem. nume. 36. pag. 94. & ſeq. adde & Rip. in rub. num. 3. ſi cert. pet. iſtam ſententiam, vti æquitate fulcitam, approbat Apoſtil. ad Alex. d. conſi. 5. & ad Dec. d. conſi. 155. & probat Petr. Duen. in ſuis reg. reg. 350. nume. 8. in fina. cum ea pertranſit Marza. Vicenti. de fideic. part. 2. quæſt. 30. & Couar. in epit. de matr. c. 8. §. 2. nume. 30. vſque ad fi. part. 2. & hanc, vti magis communem, probat Gabri. Rom. de Commun. Opin. lib. 6. de legitimat. concluſ. 1. ſub. nume. 55. 56. ac vt magis veram comprobat Alci. conſi. 52. hæc præmitto. lib. 9. & plenius corroborando iurium argumentis & plurium doctorum auctoritatibus, & deciſ. in ſpecie opin. iſtam firmantibus, & fundando ſe in vi tanta matrimonij, tribuētis pleniſſimam legitimitatem filijs ante, & poſt illud contractum natis, & reſpōdendo contrarijs de verbis geminatis, & de legitimo matrimonio natis, &c. indubitanter credens, Alexan. d. conſi. 5. lib. 7. & Ruin. conſ. 93. lib. 3. & alios eorum ſequaces peſſimè conſuluiſſe, tenet Pet. Ant. Auguſ. Placent. ſuo conſi. 74. in mater. vlt. volunt. lib. 6. & ſimiliter & plenè Cephal. conſi. 541. num. 9. & per tot. & ſine vlteriori progreſſu iuribus & author. pro hac parte alleg. ita ego quoque ſequor fauore matrimonij, & filiorum in conditione poſitorum, & liberationis grauati ab onere fideicommiſſi, vel etiam ſic verba ſtatuti, in quibus maior pars contrarium tenentium loquuntur, diſtinguendo à verbis teſtatoris: quia hæc fauorabilia pro filijs grauati intelligenda ſunt: l. in teſtamentis. de Regulis Iur. cùm non tendant in iniuriam ſubſtituti, qui tractat de lucro: argu. not. in l. ſi quis è filio. §. ſi plures, de legat. primo, dicit Caſt. conſ. 343. Circa primum. ad fin. lib. ſecundo, & vt in feudis eſt Commun. Opin. Clar. in §. feudum in quæſt. 82. in fin. hac ratione ibi per eum aſſignata, per ſubſequens matrimonium æquiparantur legitimè natis in omnibus, & per omnia: facit text. in l. cum quis. in fin. C. de natu. liber. ita & in teſtamentis comprobat Riminal. conſi. 226. nume. 4. & ſequent. lib. ſecundo. Cuiuſcunque conditionis ſit mulier, dummodo filij ſint certi per confeſſionem patris & matris. Iaſ. conſ. 234. lib. ſecundo, & ſi cōtrarium teneat Crot. conſi. 208. quia tamen omnis ſolennitas inter nos, & vis matrimonij à Iure Canonico tradita habetur, & hoc iure perſonarum diuitum, pauperum, nobilium, vilium, nulla ratio eſt in matrimonijs contrahendis, dummodò ſolutus cum ſoluta, & nulla obſtet prohibitio canonica. vt cap. 1. de coniug. ſeruo. & alleg. tenentibus cum Iaſ. conſ. hîc citato, ita pertranſit Gabr. Roman. d. tract. de Commu. opin. lib. 6. de legitimatione, concluſ. 1. num. 47. & tenēdum eſſe ſic, ait Franciſcus Sarmientus ſelect. interpr. lib. 1. c. 7. ad fin. & cap. ſeq. in princ.

Atque in cæteris de filijs legitimatis excludentibus ſubſtitutum vel ne, plenè & bene tractandi curam adhibuerunt, Odd. Peruſ. dict. titul. de compendi. part. vltim. quæſt. 2. artic. vltim. verſi. an legitimati. fol. 208. vſque ad fin. & Gabr. Roma. d. tit. de legitimatione. per conclu. 8. libr. 6. vt ſcitur, materia ampla eſt, & in titut. part. & tract. pleniſſimis, & in conſil. antiquorum & recentiorum doct. in lec. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. §. ſi eius qui. & in l. generaliter. §. cum autem. de inſtitu. & ſubſtitutio. & Canon. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legi. pleniſſimè per tractata facilè inueniri poteſt: quam ideò vlterius non aggrediar, & meam adhuc longam talem contexendo progrediar.

7 Item † & quandoque ſic appoſita eſt conditio, Si deceſſerit ſine liberis, vel ſine teſtamento: tunc fauore liberorum alternatiua, vel ponitur pro coniuncta & copulatiua, vt, ſine liberis, & ſine teſtamento: liberi enim faciunt deficere conditionem, per text: & in l. generaliter. in prin. de inſtitu. & ſubſtitu. & ibi Doct. communiter tradunt, ſemotis liberis, non ita eſſe in alijs conditionibus cum diſiunctiua: & Socin. conſil. 52. colum. 4. lib. 1. & pulchrè de ratione huius l. generaliter. per Old. conſil. 189. de inſtitutionibus, quia ſufficeret, vnam ex eis extitiſſe, & non defectam eſſe, & præcedentem coniunctam defeciſſe per exiſtentiam liberorum, probat Alexan. conſi. 88. Omiſſis tribus. lib. 7. & ibi in Apoſtil. ponitur limitatio: niſi liquere poſſet de veriſimili mente teſtatoris ex diſiunctiua vna extare: vt ibi in ſuo caſu, & Zanch. in §. cum ita. nume. 971. ad Trebell. Idem eſt quòd deficit conditio, ſi grauatus fecerit teſtamentum: Dec. conſil. 465. nume. 10. & 11. Aut pro eo pater fecerit pupillare teſtamentum: Pariſ. conſi. 15. nume. 6. & ſequ. lib. 3. & ſic etiam in pupillo verificatur, quòd decedit inteſtatus: Iaſo. conſi. 196. colum. 5. verſi. non obſtat ſecundo. lib. 2. & intelligitur de teſtamento valido, non conualidato etiam per clau. codicill. quia codicilli non ſunt propriè teſtamentum: inſtitu. de teſta. in princ. in ſpecie Socin. conſi. 97. ad fin. lib. 3. non ſolùm autem requiritur, quòd teſtamentum fuerit ſolenne, ſed etiam quòd habuerit effectum per aditionem hæreditatis: Bero. conſil. 101. ad fin. lib. 2. & non fuerit poſtmodum ruptum. Ruin. conſi. 46. colum. penult. nume. 10. lib. 2. id quoque ita accipiendum eſt, quòd talis grauatus de bonis fideicommiſſo ſubiectis expreſſè fuerit teſtatus, & teſtari potuerit. vt per Soc. conſi. 92. colum. fin. lib. 3. & Pariſ. conſil. 44. colum. fin. nume. 18. lib. tertio, alios concordantes & tenentes contrarium. Vide tamen per Zanch. in dicto §. cum ita. num. 1206. aliàs fideicommiſſi petitioni locum eſſe reſpondet Socin. dicto conſil. 97. in fin.

8 Et quandoque eſt forma conditionis, † ſi decedat antequam pariat, procreet, vel habeat filios, ita interpretatur, quòd quamprimum grauatus, vel grauata habuerit filios, deficit conditio fideicommiſſi, etiam ſi tales filij moriantur ante patrem, vel matrem grauatam, quia iſtud habere filios memento fit, & alia perſeuerantia non requiritur per l. ſi quis hæredem. C. de inſtitut. & ſubſtitut. l. Arethula. de ſta. homi. & l. enixa. de verb. ſignifi. tradit Bald. conſil. 57. item inſtituto. colum. 2. ſub num. 2. lib. 2. Nat. conſi. 551. nume. 23. Crot. conſil. 4. num. 19. 20. nihil refert, an ſecto ventre in lucem procedat, vel naturaliter filius naſcatur: idem Bal. conſil. 122. Verba teſtamenti. colum. 1. & conſil. 128. ad intelligentiam. ad fin. lib. 1. Socin. conſi. 194. colum. 1. verſic. primum. lib. 2. Pariſ. conſi. 70. num. 20. lib. 2. hoc verum reſpectu patris, ſeu alius, ſecùs quod matrem, vbi ea deberet conſequi ex conditione implenda per natiuitatem ſui filij, & prius moreretur, ſanè conditio efficeretur caduca. l. 1. §. pro ſecundo, & §. ſin autem ſub conditione. de caduc. tollen. vt Bald. d. conſil. 122. & Socin. d. conſi. 197. colum. 1. idem, ſi dictum fuerit: Si inſtitutus liberos non habuerit, quia deficit cōditio per vnum filium, quem habuerit inſtitutus, & prędefunctum etiam perdiderit, amplius non perſeuerante ipſa conditione: Oldr. conſil. 141. thema tale eſt. Dominus. G. colum. 1. verſi. ſecus tamen. & Crot. conſil. 4. num. 16. ita conditio, cuius principium inſpicitur, & quæ non habet tractum ſucceſſiuum, & abſque fraude fuerit impleta, & cuius perſeuerantia non reſpiciat damnum, ſufficit ſemel eſſe impleta, & momento etiam quòd non durauerit: ita

rit: ita extendendo limitationes, tradunt Iaſo. & Deci. in d.l.ſi quis heredem.& Gabr.Rom.de Commun.opin. lib.4.tit.de fideicommiſſ.conclu. 7. & latè diſcuſſi ſup. lib.1.interpr.1.dubit.vlt.ſolu. 9.

9 Proximè accedit & ita conditio cæteris frequentior, Si† quis dictorum ſuorum heredum deceſſerit ſine filijs, aut nepotibus, aut deſcendentibus, & ſubſtituit alios ſuperſtites, &c. euenit, quòd vnus moritur cum filio, qui poſtmodum deceſſerit ſine filio, quoad iſtum ſpes amplius diei cedendi fideicommiſſi penitùs amiſſa eſt:
10 † quia fideicommiſſi conditio deficit per mortem grauati cum filio, qui poſteà etiam non ſuperuixerit: & ſic ſemel defecta conditio non reuiuiſcit: per l.hæredibus. in prin.ad Trebell:l. qui vxori. C.quando di.leg.ced. l. ſi quis hæredem.de inſtit.& ſubſtit.eſt vulg. deciſ. Oldr. conſi.21.& conſi.141.col.2.in pleriſq; locis, & communiter per doct.relata & recepta, vt per Alex.cõſ. 66. ſub num.8.lib.ſecundo, Dec.conſil.95. ſub numero octauo. conſ.218.nu.7.conſi.287.num.1.col.1.conſil. 465. num. 15.conſ.513.col.1.& ſeq.conſil. 594.nume.5. Pariſ. conſ. 14.nume.10.16.conſi.31.colum.prima, conſi.86.colum. prima, conſi.89.num.12.& ſequent.lib.2.conſi.41.num. 24.lib.3.Ruin.conſi.153.colum. 4. num. 5. lib. ſecundo, vbi etiam, quòd momento filius ſuperuixerit. Iaſo. conſi.56.colum.quinta, lib.tertio, cum ſimil.per Tiraq. in l.ſi vnquam. verſic. ſuſceperit. num. 187. & ſequent. de reuoca.donat.& Roland.à Val.conſil.56. nume. 10. lib.3.Menoch.conſil.85. nume.46. & ſeq. cum alijs collect. per Gabriel. Rom. de Com.Opin.lib. 4. de fideicom.concluſ. 7.in prin. vbi ad concluſionem iſtam ſex limitationes adducit, quę ad hoc tendunt, quòd requiritur etiam in filiorum conditione poſitorum, mors ſine filijs vt impleta ſit conditio fideicommiſſi, idem per Hip.Riminal.conſi.161.nume. 76. quando poteſt conſtare ex coniecturis, teſtatorem voluiſſe vlterius conditionem perdurare, & extendi, vocando filios poſitos in conditione modis & formis, de quibus plenè ſcripſi ſupra dubit.præceden.ſolu. 3.& agendo de rebus, natura, vel prouiſione teſtatoris, non transferẽdis ad extraneos, & apponendo conditionem in defectum plurium, & ad effectum aliquem ſucceſſiuum, vt ibi per eum, & Aymo.conſi.98. num. 1.& conſil.326.colum.pen. verſi. 10. vbi præmiſſa & præſertim pro agnatione conſeruanda. Zanch. in dict.§. cum ita.nume. 752. l. hæredes mei.ad Trebel.& ibi num.739. quando conditio habet tractum ſucceſſiuum, vt deficientibus filijs, vel quando relatio nõ eſſet facta ad tempus mortis grauati, & quando prima vocatio eſſet limitata ad certum genus perſonarum, quòd his caſibus d. Oldradi deciſ. non procedat, ibi per eum, & Pariſ.conſil.18.nu.43. lib. 2. & Marzar.Vicenti.epit.de fideicomm.par.2.q.19.& 23.& plenè diſcutit Odd.Peruſi.de compendi.part. vlt.q. 1. in 2. par.artic.2.per tot.fol.189.& ſeq.vt eſt cau.25.Gualden. tit.5.de ſubſtit.& Ruin.conſ.9.col.5.nu.8.lib.1.Menoch. conſ.117.num. 9.& ſequentibus.

11 Adde & aliam † limitationem, quòd dicta deciſio. Oldr.non habet locum, quando fuerit dictum, Si deceſſerit ſine filijs, & liberis: quia dictio, &, ſtat ampliatiuè: l.ea tamen adiectio, de leg.3.adeò, quòd grauatus videtur ſub duplici conditione grauatus, ſi ipſe deceſſerit ſine filijs, & ſui filij ſine liberis, i. deſcendentibus, iuxta doct.Barto.in l.Centurio.num.37.verſic.quæro vlterius de vulgar.probat Pariſ.conſil.75.col.penul.lib.2.vt adiectio hæc, & liberis, non ſtet ſine effectu operandi: l. ſi quando in prin.de leg.1.cum. ſimil. differendo onus fideicommiſſi.c.odia.de reg.Iu.in 6.hæc ſua operatio dari poteſt.idem ſentit Ruin.conſi.175.col.penul.lib. 2. & Aymo.conſ.151.num.3.

12 Et quandoque ſtat † conditio. eo.ſ.inſtituto, vel ſubſtituto, non ſuperſtite, ſubſtituit eius filios, quòd iſto ſuperſtite admiſſo pro eius filijs ſic ſubſtitutis fideicommiſſi dies aliqua expectanda non eſt, diffuſè reſpondit Socin.Iun.conſil.180.nume.37.cum ſequen.libr.2.eiuſdem conditionis videtur ſubſtitutio facta de filijs Iacobi. Si Iacobus iam inſtitutus, vel ſubſtitutus, non ſuperuiueret, quòd tempore mortis eius, cui facta eſt talis inſtitutio, vel ſubſtitutio, Si Iacobus ſuperuiuit, ſubſtitutioni locus non eſt, pro filijs Iacobi, conditione non purificata: Corn.conſil.186.colum.2.& ſeq.lib.3. idem in ſimili.Anch.conſi.137.Principaliter, conſil.266.Iſte magiſter.& Ruin.conſ.180.col.2.ad.fin.lib.2.

13 Sine filijs, expone, quandoque ſine alijs filijs, † vt quando quis habens filium, habentem filiam, inſtituit filium, & ei decedenti ſine filijs, ſubſtituit ſorores, & dictam ſuam filiam, vnde ex ſequentibus declarando præcedentia, & ne teſtator ſibi contrarius ſit, illa adiectio, ſine filijs, intelligitur de alijs filijs, & non de dicta filia, cum alijs ſubſtituta, quibus ideo fideicommiſſum debetur per inſtituti mortem ſine alijs filijs: probat Alex.con. 178.Attentis verbis.colum.prima, lib.5.adde eandem expoſitionem facere, ſine filijs: Bald.con.254.Titius inſtituit.col.1.nu.3.lib.1.

14 Omnibus † decedentibus ſine liberis, refertur ad inſtitutos, & ſubſtitutos, ita quòd vltimo moriente cum filia, deficit conditio fideicommiſſi: Caſtr.con.111.Viſis & ponderatis, nu.2.lib.1. ſecùs eſſet, ſi filia vltimi decedentis cenſeretur vocata: quia ea demum ſine liberis moriente, eſſet locus fideicommiſſo: idem con.123.Viſo teſtamento.eo.

15 Maſculis† exiſtentibus, exponitur, ſi extabunt maſculi, & non, donec extabunt maſculi, & ſufficit, maſculos ſemel extitiſſe tempore mortis grauati: quia verba conditionum, ſunt intelligenda ſtrictè ad literam: Bar. in l.prima.§. bonorum ad Trebel. vt per Corn. conſili. 304.colum.10.verſ.accedat ad hanc lib.3.& conſil.160. col.pen. lib. 4. vbi ad fin. tradit, quòd ablatiui faciunt
16 conditionem per, ſi, & non per, donec, † & ſic momẽto, & non duratione temporis, facit Ancha.con. 266. Iſte Magiſter. ad fin.

Namque iſto caſu maſculi exiſtentes, in conditione poſiti, non vocantur ad fideicommiſſum, ſed ſuccedunt ab inteſtato, & excludunt fideicommiſſum: vulg. gloſſ.in l.Lucius. ff. de hæred. inſtitu. gloſſ. in l. filiusfami.§.cum quis.de lega.1.vt Io.de Ana. conſil.58. ad fin. Cur.Seni.conſil.43.colum.12.num.36.verſ.ad quartum. & nu.37.reſpondi con.167.ad num.42.43.lib.2.

17 De † morte grauati, quæ in conditione, vt ſupra diximus, appoſita, & contingens fideicommiſſi diem cedere facit, & naturalis, & ciuilis eſſe poteſt: ſcripſi ſatis ſup. interpret.præceden.dubit.1.ſolu. 10. verſi. mors autem. ibi, ſcripta reuideri poſſunt, & per Cephal.conſilio.395. num.31.nihil autem refert, an naturaliter, vel violenter mors grauati acciderit: quia ſemper Dei diſpoſitione mors aduenit.gloſſ.in verſ.commutatio.in fi.in prin. Inſti.de cap.dim.quam idem Aug.Aret.ſequitur. & Bal. in cap.hoc quod nos.colum.2.ſub num.8.de pace Conſtan.& in conſilio.8.Si codicillaris, ſub numero.2.libro 4. Petr. de Ancha. in Clem. 1. ad fin. de pœni. & remiſ. Alexand.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ſub nume.7.de liber.& poſthum.Socin.conſi.62.nume.12.lib. 4. Guili. Benedic.in cap.Raynutius, verſic. mortuo itaque teſtatore.nume.27.& ſequent.de teſta.idem iuris eſt de morte, præter naturam, & de morte ſecundùm naturam, dicit Bald.in l.prima, nume.4.C.de his, qui an. ap. tab. Dummodò talis mors grauati non interuenerit facto & culpa fideicommiſſarij: quia omnimodò & iure fideicommiſſi priuari deberet, per not. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir.ſolu.matri.& per Anch.in dict. cle. 1. in fin. & Rolan.à Val.in tract.de lucro dot.in q.61. num. 13. & ſequ. & to.tit.ff.C.de his, quib. vt indig.

Poſtremò



18 Poſtremò, quanuis † aliquando videatur eueniſſe conditio fideicommiſſi pluribus iniuncti, tamen & quandoque ſuperſunt, qui ex præſumpta mente teſtatoris excludũt fideicommiſſarium ſubſtitutum: hoc enim primum contingere poteſt, vbi expreſsè, vel tacitè præcedit reciproca inter ipſos inſtitutos ſubſtitutio etiam fideicommiſſaria tractum temporis habens, eorum vno deficiente cohæres ſubſtitutus, ſiue ſit de liberis, vel de extraneis, excludit ſequentem alium ſubſtitutum; per l. codicillis.in princip.& l. Titia.§.Seia libertis. de leg.2. tradit Ripa in l.heredes mei.§.cum ita.ſub num.148.ad Trebel.& ibi Zanch.nume.1311.plures concord.allega. Deinde ille eſt, qui ex præſumpta mente teſtatoris ſubſtitutum excludit, in quo tria hæc concurrunt: quòd ſit de liberis teſtatoris: quòd ſit cohęres vel poſitus in conditione præcedentis fratris cohæredis grauati: & quòd ab inteſtato ſuccedat grauato, & excludat ſubſtitutum, & iſta proſequitur concord.allegando, & comprobando, Zanch.d.§.cum ita.num.1071.& ſeq.ita quòd frater cohæres, & nepos ex fratre cohęrede grauati excludunt ſubſtitutum, ex intentione commu.Barto.& doct. ponit Ripa in d.§.cum ita.ſub num.133.& expreſsè Zanch.ibi num.857.& hoc non ex ſubſtitutione aliqua, ſed ex iure legitimarum hæreditatum reſeruato: Iaſ.conſil.41.col. 6.lib.1.Riminal.conſ.255.num.15.& ſeq.lib.2.intellige, vt per Pariſ.conſ.43.nu.64.lib.2.& melius Alba.conſil. 31.& Bero.conſi.68.num.11.12.lib.2.ſiue collectiuè, ſiue ſimpliciter ſit facta ſubſtitutio, idem Zanch.ibi nume. 1088.vbi & diffuſè num.922.de commun.& Gabr.Roma.concl.3.per tot.ſuprà alleg. & hoc eſt ſecundùm interpretationem, collectã ex mente defuncti, ſecundùm Bart.ibi ad fi.atque ita de præſumpta mente teſtatoris contra apparentem ſubſtitutionem, & verba eius ſunt per doct.excepta ex tex.d.§.cum ita.l.pen.C.de impub. l.cum acutiſſimi.C.de fideicommiſ.l.generaliter.de inſtit.& ſubſtit.& l.ſi is qui 200.§.itẽ ſi pater.de reb.dub. & l.cum auus.de cond.& demon.& l.qui duos.de vulg. & pupil.idq; ſciri ex interpretatione iuris, inter alia declarat Bal.in d.l.penult.ſub num.8.vt & per Capr.tract. de regu.& ſubſtit.ad quintam ſpeciem compendioſam, in vlt.car.Ruin.conſil.125.col.penult.& fin.num.6.lib. 3.& Anton.Gomez, ſuo commentar.in tot.1.& capit.5. de fideicommiſ.ſubſtit.ſub num.21.verſic.quòd tamen limita.& verſi.ſeq.vbi probat intelligi debere illum excludentem ſubſtitutum eſſe de liberis, & deſcendentibus teſtatoris, quibus facta eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria, dummodò ſubſtitutus ipſe etiam non ſit de liberis ipſis concurrens etiã cum ipſo, volente excludere in ſucceſſione grauati.quia ab alio de eiſdem liberis non excluderetur: allegat Bart.qui hoc tenet in d.§.cum ita. in fin.& eſt magis com.Gabr.Rom.conclu.3. nume .6. ſuprà alleg. tit. de ſubſtit.libr.4.de com.opin.& talis excludens ſubſtitutum debet ſuccedere grauato, id eſt, ei, per cuius mortem ſubſtitutionibus caſus euenit, ſecundùm com.ſententiam, per Aymo.conſil. 109. numer.3.& Pariſ.conſilio.44.nume. 39 libr. 2. & Burſat. Mant.conſil.19.nume.2.3.etiam quòd per legem municipalem non ſuccederet teſtatori, ſtante ſubſtituto, ſed ſuccedat de iure communi ei, cui aſſeritur facta ſubſtitutio probaui conſi. 90.nu.4.5.6. lib.1.Corn.Soc. Ruin.Iaſo.Pariſ.Bero.Aym.allegan.addo.Gabr. Rom. de com.opin.lib.4.ti.de ſubſtitu.conclu.3.num.5. idem Bero.conſil.100.num.2.lib.2.iſto enim caſu cenſetur teſtator, ſe velle conformare cum diſpoſitione Iuris Communis, vt is præferatur ſubſtituto, qui de iure communi præferatur.Corn.conſil.31.colum.2.verſ.& volunt.& colum.fina.lib.2.& conſil.298.colum.3.verſic. teſtator. lib.4.cum ſimil.in dicto meo conſil.90.nume.1.& ſeq. dummodo & is ſit de deſcendentibus teſtatoris.Pariſ.d. conſilio 44.columna penultima, nume.3.lib.2. Cephal. conſil.132.nume.6.vt dictum eſt. Hoc quoque aliud inſpiciendum eſt, quòd is volens excludere ſubſtitutum effectualiter poſſit ſuccedere defuncto grauato. Nam ſi grauatus teſtamẽto alium ſibi faceret hæredem ſucceſſorem, nempe deſcendens ille ſic excluſus à ſucceſſione grauati ſubſtitutum non excluderet, tunc ita iuris huiuſmodi interpretatio ſileret, & ſubſtitutus fideicommiſſum peteret: arg.l.falſa.§.fina.de cond.& demon.ſequens Nico.Mat.tradit Bal.in d.l.pen.ſub fin.C.de impub.ibi Fulgoſ.& moder.ſequuntur.& Alexand.conſil. 92.col.pen.lib.3.Tiraq.in l.ſi vnquam.verſic.ſuſceperit. ſub num.103.Iaſ.conſi.41.col.9.ſub verſ.quartò principaliter.lib.1.Aym.conſil.113.nume.4.cum alijs, & ibi de communi per Anch.in d.§.cum ita.nu.1203.& nu.1197. concord.allegat & adducit idem dicendum eſſe, vbi perſona talis excludens ſubſtitutum, ipſa excluditur aliquo modo impedita, non ſuccedit grauato, ſed ita & tunc ſubſtitutus admittitur, idem Iaſ.d.conſ.41.col.6.d. verſic.quartò principaliter.& Gabr.Roma.d.concluſ.3. nume.14.16.Item an ſit perſona, quæ veriſimiliter, &c. non procedit, vbi ſubſtitutio eſt facta in tota hæreditate, vel in omnibus bonis, ſecundum Bart.& Bal.& Ang. tenet Corn.conſil.226.col.7.ver.nec ob.d.§.filium.lib. 3.quia tunc talis venit ex reciproco fideicommiſſo. Pariſ.conſ.43.num.64.lib.2.ſecundùm commun.ibi atteſtatam, licet materiam hanc plerique alleg.ſupra circa illud egerint, quòd pluralitas reſoluatur in ſingularitates. Ad noſtram tamen etiam attinet dubitationem, an cedat dies fideicommiſſi, cum ita ſubſtituto fideicommiſſario admiſſo perpendatur fideicommiſſi diem ceſſiſſe. Et hęc circa ipſius principalis dubitationis ſolutionem dicenda mihi ſuccurrerunt.

## ¶ LIB. III. INTERPRET. III. DVBIT. IIII.

¶ *Quarta dubitatio circa comprehenſos, & vocatos ad fideicommiſſa, ſoluitur his breuibus, ſed latiſſimè explicatis tribus ſolutionibus.*

¶ Prima, quòd fideicommiſſo comprehenſi & vocati declarantur & dignoſcuntur. Aut nomine proprio. Aut nomine appellatiuo. Aut nomine relatiuo: Super quo diffuſè & clarè de pluribus reciprocè, tacitè vocatis adinuicem. Aut nomine naturali, ſuper quo latiſſimè & diſtinctè, quando nepotes veniant nomine filiorum. Aut nominatione facienda per alium. Aut ex veriſimili mente teſtatoris, ſuper hoc dantur tredecim declarationes ad illud. Si de hoc fuerit interrogatus teſtator, veriſimiliter ita reſpondiſſet.

¶ Secunda, quòd ſunt vocati eo modo, quo deſignantur, ordine ſubſtitutionum, verbis: ordine ſucceſſiuo ſucceſſiuè, expreſſis vel tacitis, & nominibus collectiuis aliquibus declaratis.

¶ Tertia, quòd declarati & explicati ſunt plures modi, & reſolutæ plures quæſtiones, quibus apparet inter vocatos de prælatione contendentes, quis præferri debeat, & perſpicuè, quando nepos veniat cum patruo ad fideicommiſſum dilucideq; reſoluendo quæſtionem, an proximior teſtatoris grauantis, vel grauati attendatur, & præferatur, & quędam alia generalia circa prælationem ad fideicommiſſa.

QVARTA dubitatio circa vocatos & comprehenſos in fideicommiſſo, declaranda ſequitur. Sicut enim præ cæteris magis expetenda, & optabilis videtur cum quiſque cupiat eſſe de vocatis ad fideicõmiſſã, vt ſit pro ſe beatificum illud Martialis carmen: *Res non parta labore, ſed relicta*, ita magis accuratè ad eam explicandam inuigilare oportet.

Iamq;

Iamq; diximus inutile, nulliuſq; momenti eſſe fideicommiſſum, ſi non apparet, quis vocatus ſit, vel cui ſit illud reſtituendum.l.quidam referunt, ibi:eſſe enim debet,cui detur;de iur.codicil.& Paulus Iuriſconſult.cum nomen fideicommiſſarij teſtamento aſcriptum non ſit, nulli perſonæ,neque certæ,neque incertæ,datum fideicommiſſum videri,indubitatum eſt,reſpondet in l.Paulus de rebus dub.& ibi not.Socin.& Ruin. conſil.177. col.2.num.3.lib.2.& text.in l.qui plures.de vſufruct.leg. & ibi glo.& in l.non oportet.de leg.2. Vnde operæpretium eſt videre,quomodo poſſit de nomine vel perſona fideicõmiſſarij apparere, vt propoſitæ dubitationi congruæ ſolutiones dentur. Quoniam id variè percipi, dignoſci,accipiq; poteſt, ſecũdùm varias fideicommiſſorum formulas,ideò commodiori,quo poſſit fieri,ordine ſeparatim tria hæc inſpiciam, & diſſoluendo interpretabor.

Primum, an & quando fideicommiſſo cenſeantur comprehenſi & vocati?

Secundò, quomodo vocati?

Tertiò, quinam inter comprehenſos præferantur?

## ¶SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſo vocati qui ſunt, & comprehenſi, & quid agendum,vt cognoſcantur.*

2 *Vocati fideicommiſſo multipliciter oſtenduntur ex verbis teſtamentorum vel codicillorum.*

*Aut nomine proprio.*

*Aut appellatiuo.*

*Aut relatiuo.*

*Aut naturali.*

*Aut nominatione fienda per certam perſonam.*

*Aut ex veriſimili mente teſtatoris.*

3 *Fideicommiſſarius quando nomine proprio dicatur vocatus, quod nomen duobus indicijs debet demonſtrari, vt ſubſtituo Ludouicum de Prætis de Piſauro,& quãdo ſola nominis expreſſio ſufficit, & de binomio, quòd in eo ſufficiat vnum nomen quo vocetur.*

4 *Binomius quid eſt, ſufficit, quòd vno nomine ſit vocatus.*

5 *Fideicommiſſarius quando demonſtretur nomine appellatiuo, & quæ dicantur nomina appellatiua,& nomen appellatiuum rebus impoſitum, duplici iure dignoſcitur, Iure Genti.& Iure Ciuili, & hoc iure vltimo tale nomen accipitur,quo fidei.ommiſſarius dicitur, & quomodo ſufficiat demonſtrari, & de materia huiuſmodi, ibidem vide.*

6 *Nominatus appellatiuo nomine, quando perinde ſit, ac ſi proprio nomine ſit nominatus.*

7 *Fideicommiſſarij admittuntur ad fideicommiſſum pro hæreditarijs portionibus.ſ.quantam quiſque capit portionem ex inſtitutione,tantam capere debet ex ſubſtitutione,declarando,vt ibid.*

8 *Fideicommiſſarius quandoque maius commodum percipit, ſi pronuntietur nomine appellatiuo, quàm proprio, cùm primo caſu poteſt valere fideicommiſſum, ſecundo non minimè: vt ibi habes.*

9 *Relictum factum Titio, & duo ſint Titij, cum non appareat de quo ſenſerit teſtator,inutilis eſt diſpoſitio. At relinquendo nomine appellatiuo,pone fratri,& plures ſint, valet relictum,quoad omnes.*

10 *Fideicommiſſarius quando maior commodum percipiat nominatus nomine proprio,quàm appellatiuo & collectiuo, tum propter prælationem, tum propter maiorem portionem, quam conſequitur ſit vocatus, declarando, vt ibi pulchrè, cum num.ſeq.*

11 *Vocatus nomine proprio inter vocatos ad fideicommiſſum, præfertur his,qui ſunt vocati nomine appellatiuo, collectiuo,vel generali, & ſecundò vocatus, portiones viriles habere debet per numerum perſonarum,& vocati nominibus appellatiuis habentur pro vno, & vnam inter eos portionem recipiunt.*

12 *Fideicommiſſum tale,ſi dicatur,Perueniat ad Petrum fratrem ſuum & eius filios.ſ.Franch.Iohannem, & Philippum, & Bartolum nepotem ex Antonio eius fratre præmortuo, debetur vna portio Petro & filijs eius nomine appellatiuo nominatis cùm pater, & filij pro vna perſona habeantur, & pro alia portione debere nepoti nomine proprio nominato, & de portionibus diſtribuendis, quando pro virilibus portionibus fiat diſtributio, ita vt veniant nominati in viriles, vel non latius, ibi colligitur de materia hac de nepotibus appellatiuo nomine nominatis ex pluribus ſororibus quòd veniant in ſtirpem, & non in capita, & quando pariter veniant in capita, ibi.vide.*

13 *Fideicommiſſarius quando dicatur vocatus nomine relatiuo,& de dictionibus,nominibus,& pronominibus relatiuis ad eos, qui ſunt fideicommiſſarij.*

14 *Superſtites, hæc dictio ſecundum quod diuerſimodè ponitur,diuerſam fideicommiſſariorum relationem continet.*

15 *Superſtites ſubſtituti ſimpliciter ſine alia clauſula,dicuntur vocati, qui ſuperſunt ex nominatis præmortuis & alijs præferuntur in vlteriori gradu,ſc.licet filijs præmortuorum,& de hac dictione ibi.*

*Fallit, vbi filij,quibus eſt facta ſubſtitutio de mente teſtatoris,ſint poſiti in conditione,& vt ibi colligitur.*

*Et de dictione plurali,ſuperſtites,ad quos referatur,& quãdo in vno verificetur diſpoſitio,eueniente caſu.*

*Et de vocato in fideicommiſſo paſſiuè conuenit, quòd etiam actiuè ſit vocatus ſub nomine congruo.*

*Et quid,ſi dicatur, ſubſtituit ſuperſtites & hæredes eorum, vel eorum filios,vno decedente cum filijs,& alio ſine.*

*Et de nepotibus ſuccedẽtibus cum patruis auo teſtatori vel patruo ab inteſtato, & cum patruis ad fideicommiſſum, ibidem.*

16 *Superſtites,aut ſuperuiuentes,diuerſas hoc vocabulum habet interpretationes.*

*Quid, ſi dicatur, ſuperueniat in ſuperſtitem aut eius filios, de mente teſtatoris intelligitur,de filijs non ſuperuiuentis,licet alterius filij prædefuncti teſtatoris.*

*Quid,ſi pluribus filijs inſtitutis dixerit, ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, ſubſtituit alios fratres ſuos ſuperſtites & ſuperuiuentes, veniunt tantùm fratres defuncti ſine liberis,& non filij alterius fratris prædefuncti.*

*Idem,quando eſſent filij prædefuncti diſiuncti,& cum alternatiua,vel eorum filios intelligi.*

*Quid, quando de ſuperuiuentibus poſſunt eſſe, & non eſſe ſuccedentes ab inteſtato, defuncto grauato: tunc ſolus ſuccedens ab inteſtato,intelligitur vocatus ad fideicommiſſum,& quare, quando tamen,limita,vt ibi habetur: num.17.*

18 *Teſtator ſimpliciter ſubſtituens videtur regulare ſuam voluntatem,ſecundum diſpoſitionem iuris Communis, ſtatuti,vel conſuetudinis.*

19 *Superſtites ſubſtituti,ſi tractu temporis dicatur facta ſubſtitutio poſt aditam hæreditatem, continet ſubſtitutiones fideicommiſſarias reciprocas, quibus demonſtratur, quòd ſunt fideicommiſſarij vocati vice ſua: & dic, vt ibidem.*

20 *Subſtitutio reciproca, quando adſit, vel non, dic latiùs, vt ibidem.*

*Et quòd ſi ſubſtituit vnum alteri, ſeu alijs, vel diſpoſuit ſuã hæreditatem peruenire de hærede in hæredem, in infinitum,quòd præſtat fideicommiſſum:cum num.ſeq.*

21 *Commiſſum, factum ex vna parte inter plures, & plures ab altera, non intelligitur factum inter eos ipſos de parte.*

22 *Fratres inſtituti æqualiter in tota, & æqualiter grauati, non tenentur adinuicem ad fideicommiſſum, vt eluſorium.*



23 *Subſtitutio reciproca non inducitur inter ipſos grauatos, per ſubſtitutionem fideicommiſſariam pluribus factam.*

*Amplia duodecim caſibus.*

*Limita quinque modis,& vt ibi latè.*

24 *Subſtitutio fideicommiſſaria tacita reciproca,vt conſtituatur,ſimul tria hæc concurrere debent.*

*Quòd plures ſint honorati.*

*Quòd ex his pluribus expreſſè vltim.moriens ſit grauatus ad reſtituen.alicui alij.*

*Et ad reſtituendum totam hæreditatem, vel totam rem legatam per teſtatorem.*

*Et quòd iſta materia ſit ſatis intricata, & explicari poſſit commodè præmittendo ſimul de vno, dum agitur requiſito aliud adeſſe præſupponi requiſitum,quibus trib.concurrentibus fideicommiſſarius exiſtit,aliàs non,vt ibi habetur.*

25 *Fideicommiſſum reciprocum locum habere non poteſt, niſi inter plures vocatos pariter in teſtamento,& ſimul honoratos, & non procedit in perſona vnius tantum, & quomodo debeat eſſe ſubſtitutis,& quando non ſit grauamen tacitè, nec expreſſè.*

*Et quando inter plures etiam poſitos in conditione cenſeri poteſt.*

26 *Fideicommiſſaria tacita ſubſtitutio reciproca dicitur inter plures vocatos,quando teſtator ſubſtituit plures eius filias toto tempore vitæ ipſorum, & cuilibet earum, & de vltima moriente, fideicommiſſum venit ad venientes ab inteſtato, & differt multum inter ipſos grauatos, an ſint extranei,an tranſuerſales,an liberi,& deſcendentes teſtatoris.*

*Et quid, quando vltim.hæres ſit grauatus, cui ſit facta ſubſtitutio.*

*Quid ſi pluribus inſtitutis ſimpliciter ſit facta, ſi deceſſerint, vel poſt mortem eorum,vel eis ſubſtituit.*

*Quid,quando facta eſt ſubſtitutio collectiuè,ſeu copulatiuè.*

*Si omnes.*

*Si ambo.*

*Si Petrus & Franciſcus deceſſerint omnes.*

27 *Subſtitutio,quòd fiat poſt mortem omnium,vel vltimò decedenti,idem eſt,vt dicantur inuicem ſubſtituti,& reciprocum ſit fideicommiſſum.*

*Idem,vbi ſuperſit perſona cohæres, excludens ſubſtitutum, & dic, vt ibi.*

*Idem eſt, quòd ſit dictum finita linea, vel vltimo morienti ſubſtituit.*

*Idem, ſi ſit dictum, poſt mortem plurium.*

*Idem, ſi deficientib.filijs & hæredib.ſuccedant proximiores de linea maſculina.*

*Idem habetur facta vltimo decedenti.ſi dicatur,ſubſtituo, ſi deſcendentes non extarent.*

*Idem,de ſubſtitutione facta poſt mortem omnium.*

*Idem accedente præſuppoſito de tota re relicta,communi omnium admiſſione.*

28 *Fideicommiſſa demonſtrantur coniecturis, legibus ſic dictantibus,& tacitum fideicommiſſum reciprocum inducitur ex eis, & mente coniecturata teſtatoris, quanuis verba deficiant, & quomodo coniecturæ conſpiciantur mente teſtatoris.ibidem latè.*

29 *Fideicommiſſum reciprocum tacitum requirit tria, quòd ſit de tota hæreditate,vel re: vel omnibus bonis:ſine quo nihil factum dicitur, túncque Trebellianica non detrahitur.*

*Et quando dicatur facta de tota hæreditate vel re.*

*Vt ſi dicatur, Omnem hæreditatem.*

*Vel, Quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, reſtituas cum morieris.*

*Aut mandat totam hæreditatem reſtitui per fideicommiſſum,per plures inſtitutos.*

*Idem dicendo,Omnia & integra bona ſua.*

*Idem,ſubſtituẽdo in medietate bonorum omnium,& in alia ſubſtituit, &c.*

*Idem,In omni portione, quæ ad filios perueniret, ſubſtituit. &c.*

*Vel vnum in tertia,alium in alia tertia.*

*Vel in reſiduo bonorum, & decem florenis ſuprà, & conſequenter,In omnibus bonis.*

*Idem poſt legata dicatur reſiduum hæreditatis.*

*Idem,ſi ſuccedant in dictis bonis,cum in inſtitutione præcedenti dixerit,In omnibus bonis.*

*Idem, ſuccedat in omnibus bonis, mobilibus & immobilibus.*

*Idem, ſubſtituendo hæredem vniuerſalem.*

*Idem, pleno iure.*

*Idem.plenè & integrè bona perueniant.*

*Idem,fructus omnium bonorum diſpenſentur,quid & de materia hac latè ibi cum num.ſeq.*

30 *Intellectus.l.Titia Seia libertis.de leg.2.*

31 *Res legata debet eſſe certa,alioquin legans fundum ſimpliciter, legatum eſt inutile: quia poteſt intelligi de vna ſpanna terræ.*

32 *Fundus vt valeat relictus debet demonſtrari ſuis confinibus appoſitis.*

33 *Indefinita non æquipollet vniuerſali in materia probatiua, & tunc æquipollet vniuerſali, contingenter, & non neceſſariò,& declara,& intellige,vt ibi.*

34 *Fideicommiſſarius nomine naturali cognoſcitur, vt ſit ad fideicommiſſum vocatus,eo nomine, quòd eius perſonam naturaliter deſignat.*

*Vt de filio., de deſcendentibus, propinquis, proximioribus, poſteris,& comprehendunt tam maſculum, quàm fœminam.*

35 *Filius fratris vel Titij vocatus ad fideicommiſſum, debet intelligi de vero & naturali filio,non ciuili, vel legitimo ſolum per adoptionem, vel arrogationem.*

*Et an de naturali & legitimo,an de naturali tantum intelligendum ſit, accipiendo naturales pro omnibus baſtardis,& quòd ſi teſtator ſit extraneus,vel parẽs,aut aſcendens, & de hac materia latiſſimè, & pulchrè vide diſcuſſum, vſque ad num.34.*

36 *Filius vocatus ad fideicommiſſum, an & quando veniat nepos,& ſit, an & quando per appellationem filiorum veniant nepotes,materia eſt trita & varia:de qua vide ampliationes & limitationes, de quibus,&c.vt ibi, & pro vtraque opin.vide, vt infra verb.filij appellatione.cum multis ſeq.num.*

37 *Filij appellatione ex proprietate ſermonis, & propriè ac regulariter nepos,non continetur, reprobata opin.Bart.& doct.an proferatur à lege,vel ab homine,& vide, vt ibi, & in verb.Nepos non venit.*

38 *Nepos non venit appellatione filij teſtatore ſic diſponente vel ſtatuto, quòd verba intelligantur ad literam, prout ſonant, & vt ibi declaratur.*

39 *Non venit,quando teſtator nominat filios ſui fratris nominibus proprijs.*

*Idem, quando quocunque modo diffinito & arctatiuo certi nominis filij conſtat, teſtatorem ſenſiſſe de certo filio, & vt latiùs ibi.*

40 *Non venit teſtatore extraneo exiſtente, & nepote ei non ſuccedente ab inteſtato,& quod eo non admiſſo, inhumanum aliquid vel abſurdum non ſequeretur.*

*Non venit nepos, vbi inſurgeret inde grauamen aliquod fideicommiſſum imponendi, tam contra filios, quàm contra ipſos nepotes.*

41 *Idemq; in fideicommiſſo euitando, actiuè & paſſiuè,& dic vt ibi.*

42 *Non venit,quando ex nominatione filiorũ fieret extẽſio ad nepotes in damnum alterius, & in id quod odioſum & pœnale*

*pœnale reſultaret,& nullo pacto venit,niſi de mente teſtatoris conſtet:ſed text.eſt contrarius,de quo ibi, & dic, vt ibi.*

43 *Non venit, cum teſtator in vna parte teſtamenti prouidet nepotibus de his intelligens expreßit nomen liberorum, & in alia parte expreßit nomen filiorum,in prima venit, in hac ſecunda non venit.*

*Non venit,ſi diſpoſitio teſtatoris in ea parte, qua eſt expreſſum nomen filiorum ſortita fuerit, & impleuerit ſuum effectum, amplius ſub hoc nomine filiorum non oportet nepotes venire declarando,vt ibi.*

45 *Non venit, quando filius nominatur cum aliqua qualitate,vt filius Titij,qui erit Doctor, &c.vt ibi.*

46 *Non venit, vbi nomen filij in teſtamento fuerit prolatum aliquibus reſtrictiuis circumlocutionibus, vt dictus filius, talis filius, qui tale quid fecerit, declarando pulchrè,vt ibi.*

47 *Non venit, quãdo illi,qui nomine filiorum voluerint contineri vti nepotes & ſic admitti ad fideicommiſſum non erant nati vel concepti tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris.*

*Idem,ſi conditio collata ſit in euentum futurum,intelligendo in relicto ſimplici & puro, ſecùs,ſi tractatur de legato aùt fideicommiſſo conditionali, & in futurum euentum præſtando, & in hæreditatibus legitimis, & non ex teſtamento, & dic, ac declara latiùs de hac materia, an & quando veniat nepos vel non, vt ibidem dicitur.*

48 *Lex ſemper dicitur loqui.*

49 *Filij appellatione ſæpe iuſta interpretatione nepos comprehenditur, & primò in teſtamento domini, nominantis filios villici ſui,& concluditur,quod veniant. nepotes: ſic de teſtamento tertij dicendum eſt generaliter, nominantis.ſ.filios alterius ſæpè nepotes accipiuntur & veniunt appellatione dictorum filiorum.*

50 *Nepos, quòd veniat appellatione filij, vide diuerſos caſus, quibus venit, & quando procedat iſta concluſio, ſecundum Rebuf.vt ibi adſit ratio pietatis, vel eadem ratio in filio,& in nepote,& quando conſtat de voluntate diſponentis, dic tamen & intellige de hoc, ſecundum Auctorem ibi.*

51 *Nepos venit eò in caſu,quo nomine filij venit & filia,vt ſic æquiparando determinat Lex,à qua excipitur caſus dationis tutoris,quòd & ſi datus filijs,cenſeatur etiam datus filiabus non tamen dicetur datus nepoti.*

52 *Venit, quando filij appellatio habetur in conditione ad excludendum ſubſtitutum, vt,ſi deceſſerit ſine filijs, etiam ex ſuo corpore procreatis, decedẽs cum nepote,is quidem venit & excludit ſubſtitutum,& eſt Commun.Opin.*

53 *Venit, vbi teſtator diſponendo oſtendit ſe velle bona ſua conſeruare in agnatione.*

54 *Venit,quando teſtator inſtituendo, relinquendo,vocando, prouidet filijs, & pro eis facit fauorabilia, & diſponit, quod declara,& intellige,vt ibi.*

55 *Intellectus l.vxorem.§.concubinæ.ff.de leg.1.*

56 *Muli legati veniunt,& mulæ.*

57 *Venit, ſi teſtator de filijs mentionem faciendo extenderit diſpoſitionem in aliquem futurum euentum, qui in nepotibus ſicut in filijs verificari poteſt,declarando latiùs, vt ibi per auctorem.*

58 *Venit tandem vbicunque de mente teſtatoris conſtare poteſt & nepotes comprehendit, ſicut eſſe traditur quando teſtator inſtituendo nominat filios & filias, & vt latius ibi exponitur,& quomodo veniat reſpectu naturæ,& proprietate tributa à lege.*

59 *Nepotes ex communi vſu ad inſtitutiones & legata, & in teſtamentis vocati,reperiuntur,qui non ex filijs & filiabus,ſed ex fratribus & ſororibus nati ſunt, declarando, vt ibi: & hodie per abuſionem vocabuli,filius fratris, dicitur nepos.*

60 *Nepotes ex filio vbi ſunt ſimul,& nepotes ex fratre vocati, cenſentur nepotes ex filio.*

61 *Pronepotes veniunt appellatione nepotum,cum in ſono vocis conueniant, & maximè, vbi in diſpoſitione ſunt hæc verba gradatim,ſucceßiuè in perpetuum, & ſimpliciter etiam in contractibus.*

62 *Subſtitutus per hæc verba, Voluit peruenire in hæredes ſuorum filiorum, interpretatur de liberis, & non de hæredibus extraneis.*

63 *Subſtitutio facta per teſtatorem de filiabus fœminis ſimpliciter, ſeu eorum filijs,veniunt ad fideicommiſſum earum, tam filiæ teſtatoris, quàm filiæ maſculorum deficientium,ac earum filij.*

64 *Filiæ fœminæ quando præferantur in portione eorum patris, alijs fœminis etiam teſtatoris proximioribus.*

65 *Maſculi ſi ſemper ſint vocati in pluribus particulis teſtamenti, & vltimò ponatur talis clauſula, vel ſimilis, vt ex eo, vel eis in perpetuum deſcendentes, &c.ex tali clauſula interpretatur, vt deficientibus maſculis, fœminæ ex eis deſcendentes, ad fideicommiſſum vocatæ dicantur.*

*Idem, in omni caſu,quo ſubſtitutio fideicommiſſaria vltimo vocat ſubſtitutos ſub vocabulo communi, cõtinente tam maſculum,quàm fœminam.*

*Coniunctos,*
*Proximos,*
*Poſteros.*

66 *Deſcendentes maſculi quandoque ex fœminis etiam admittuntur,& præferuntur ſaltem fœminis.*

67 *Fideicommiſſarius dicitur,& cognoſcitur, cum ſit vocatus & nominatus ab eo grauato, cui teſtator id impoſuerat, vt de ſua agnatione aliquem nominaret.*

68 *Nominatio per grauatum fideicommiſſarij commiſſa à teſtatore ipſi grauato, valet de incerto de certis, vt quòd vnus eligatur de ſua agnatione, non verò de incerto de incertis. Nec vbi commiſſa in libera voluntate grauati, & quare.*

69 *Teſtator dicens,ſe dixiſſe hæredi ſuo in ſecreto,cui reſtitui debeat per eum hæreditas, vel res relicta, ſtandum erit hæredi dicenti cum iuramento de perſona nominata ad eam rem.*

*Et de materia nominationis ſeu electionis, ibid.vide in verb. Nominatio, Nominatus,& Nominandi.*

70 *Nominatio per grauatum de commißione teſtatoris de vno de agnatione debet fieri de pauperiore, non inimico ſeu odioſo teſtatoris, & de maſculo, non fœmina, & vt ibidem.*

71 *Nominatus & electus nepos dicitur ſatisfeciſſe voluntati teſtatoris,adeò vt à coniunctis eius aliud peti non poteſt, quando ei ſint relicta credita, & pars certa pecuniæ, & dimidia pars mobilium obligato relinquere affinibus vel coniunctis teſtatoris tam ex parte patris, quàm matris vſque ad quartum gradum.*

72 *Fideicommiſſarius dicitur electus,ſi grauatus eligeret vnũ de agnatione, ſi deceſſerit ſine filijs, & eligat ſub conditione, ſi deceſſerit eo modo coram fide dignis, dicendo, Volo eligere Tullium in fideicommiſſarium, & vſque ad mortem perſeuerauerit.*

73 *Nominatus & electus vnus ſolus, is admittitur ad fideicommiſſum, excluſis alijs proximioribus,quando plures erant prolati nominandi,vt affines, coniuncti, vel illi de ſua agnatione.*

74 *Nominatus in teſtamento primi teſtatoris dicitur ſuccedere,& non huic eligenti,ex quo ſolet dici ſæpè,quòd fideicommiſſarius teſtatori & non grauato ſuccedat.*

75 *Fideicommiſſarius teſtatore,& non grauato, ſuccedere dicitur.*

*Fallit,quando veniret ſub nomine collectiuo: quia tunc grauato ſuccedit,ſecundum ordinem Iuris Communis,& declara,& intellige,vt ibi latè.*

*Et de*



*Et de quinque caſibus,quibus fideicommiſſarius non eſt loco hæredis, & quoad, quæ ſint hæredes, & quoad, quæ non.*

76 *Nominandi per grauatum ad fideicommiſſum, vbi de certis incerti non ſunt nominati, vel aliquis eorum non nominatur,omnes tunc pares in gradu de illis certis poſt mortem grauati ad fideicommiſſum admittuntur, alio de voluntate teſtatoris non apparente,ſcilicet de vno ſolo,& quando apparere ſic dicatur de voluntate eius, ibi. pulchrè.*

77 *Fideicommiſſarius tandem cognoſcitur, quòd ſit vocatus ex veriſimili mente teſtatoris,cum aliter ex verbis non apparet,vel alio modo, recurritur ad mentem eiuſdem, & de veriſimili mente teſtatoris habenda pro diſpoſitione in caſu omiſſo, cum interrogatus, idem reſpondiſſet, hócque & in vltimis voluntatibus, in ſtatutis, in conuentionibus & in prædictis.Idem in communi Legiſlatore,& in priuato,vt teſtamento, & de hoc veriſimili nonnulla vide,ibi & de materia.*

78 *Argumentum à ſimili fragile & debile reputatur, & quare,ibidem habetur..*

79 *Ius totum mutare ex modica facti mutatione.*

80 *Lex teſtamentaria, & ipſa dicitur Lex.*

81 *Caſus omiſſus quando habeatur pro expreſſo ex veriſimili mẽte teſtatoris, vti ſi de eo fuiſſet interrogatus,ſic diſpoſuiſſet: quæ regula ita demum procedit, quando quædam comprehenditur de vltimo in alterum caſum,ſimilitudo mentis,rationis,effectus charitatis & affectionis teſtatoris.*

82 *Fallit in tredecim caſibus, primò, ſi diſpoſitio expreſſa fuerit verbis priuatiuis, vel negatiuis, & quare.*

83 *Fallit ſecundo,vbi aliquid eſt omninò omiſſum,quia habetur pro omiſſo.*

84 *Fallit tertiò, quando caſus inordinatus non ſit conueniens æquitati,bonis moribus,nec legibus,vel ſtatutis, tendens contra conſeruationem familiæ, tunc non habetur pro diſpoſito.*

85 *Fallit quartò,ſi teſtator aliquo modo cogitauit caſum omiſſum: quia habetur pro omiſſo.*

86 *Fallit quintò,quando teſtator ſciens, vel quòd ſcire potuit caſum omiſſum euenire poſſe,dic & declara,vt ibi.*

87 *Fallit ſextò,quando teſtator per verba clara,ſ. ipſam gloſſando, & mentem ſuam interpretando, Diſpoſitio in caſu certo non debet extendi ad caſum omiſſum eius voluntas,& vt ibi.*

88 *Fallit ſeptimò, quando caſus eſt prouiſus per modum conditionis maximè voluntariæ, vti reſtricta voluntas ad formam ſpecificam talis conditionis voluntariæ, & dic, vt ibi.*

89 *Fallit octauò in caſu, prouiſo per verba præciſa & reſtrictiua,vt, Tunc,& eo caſu.*

90 *Fallit nonò, quando caſus expreſſus errore per teſtatorem prouiſus reperitur, non fit extenſio ad omißum, & vt ibid. inferendo de inſtitutione filij legitimati, & non validè legitimati, quia eſt nulla tali errore, nec conualidatur ex legitimatione poſt mortem teſtatoris validè facienda,vti de hac non cogitantis,& vt ibi.*

91 *Inſtitutio de filio legitimato, & non validè legitimato, nulla eſt errore tali: adeò, vt nec conualidari poßit ex legitimatione,facienda poſt mortem teſtatoris: quia de hac non cogitauit.*

92 *Fallit decimò quando caſus omiſſus habetur pro omiſſo, vbi caſui omiſſo verba caſus expreßi & prouiſi non conueniunt propriè, nec largè, vel impropriè, declarando vt ibi pulchrè declaratur.*

*Fallit vndecimò,quando caſus omiſſus eſt talis,in quo teſtator expreßè ſuam diſpoſitionem facere non poſſet: & de ratione.*

93 *Et de diſpoſitione teſtatoris etiam iurata adaptanda ad caſus poßibiles,non autem impoßibiles:ibid.*

94 *Fallit duodecimò in caſu expreßè prouiſo, exorbitãti contra Regulas Iuris Communis, tunc non fit extẽſio ad non expreſſum, declarando latè,vt ibi.*

95 *Fallit decimotertiò, in caſu prouiſo circa certam perſonam vocatam,fideicommiſſum, quia non porrigitur ad aliam, de qua veriſimiliter etiam teſtator cogitans idem reſpondet:& vt ibi.*

96 *Fideicommiſſum etiam illis debetur, de quibus cogitauit abſq; eo, quòd expreßè etiam eos vocauerit.Exemplum vide, arguendo à contrario ſenſu, & dic,vt ibi latiùs, cum nu.ſeq.*

97 *Argumentum à contrario ſenſu valet in vltimis voluntatibus,modò non reſultet abſonus intellectus ex mente teſtatoris: & dic,vt ibi.*

98 *Fideicommiſſum valet ad veniẽtes ab inteſtato vti vocatos à teſtatore ex tacito fideicommiſſo honorato non parente præcepto teſtatoris ſub pœna tranſlationis bonorum in alium, eo alio pariter negligente vocato, & ſic mortuo,& vt ibi.*

## ¶SOLVTIO I.

1 PRIMVM explicando, & qui comprehenſi, & vocati ſint fideicommiſſo? Dicendum eſt,vt generale eſt pro cognoſcendis omnibus,quæ ex teſtamento dependent, diligẽter fore inſpiciẽda ipſius fideicommiſſi verba:vt §. nos igitur. in auth. de reſtit. fideicommiſſ. leg. cum virum. C. de fideicommiſſ. circa verba pleniſſimè per me cumul. ſupra lib.præcedent.interpreta. tertia, dubit. ſe-
2 cunda. ſolut. 1. † Verba enim teſtamentorum, vel codicillorum poſſunt multipliciter oſtendere comprehenſos & vocatos ad fideicommiſſum.

Aut nomine proprio.
Aut nomine appellatiuo.
Aut nomine relatiuo.
Aut naturali.
Aut nominatione,facienda per certam perſonam.
Aut ex veriſimili mente teſtatoris.

3 Primò apparet † nomine proprio quis vocatus ſit fideicommiſſarius, quando in teſtamento vel codicillis dictum ſit, Reſtituat Ludouico de Prætis de Piſauro, vel perueniat ad Ludouicum, vel ſubſtituit Ludouicum,quod eſt certæ perſonæ nomen proprium, demõſtratum duobus accidentibus ſeu indicijs, ſicut docet Bartol. in leg. demonſtratio.in princip. num. 14. in 7. quæſt. de condi. & demonſtrat. comprobat Alexandr. conſil. 153. numer. quarto lib.ſecundo, Deci.conſil. 13. columna penulti. mer.9.& pulchrè Baldus conſilio 154. ſuper primo. in pr. libr. quarto, vbi per perſonam ſic cõſtat de loco,& per locum de perſona:ſufficeret etiam ſola expreſſio nominis proprij fideicommiſſarij abſque alijs accidẽtibus, dummodò ex aduerſo non fuerit probatum de pluralitate talis nominis in loco per ea, quæ tradit Bartol.in l.ſi in rem.ff. de rei.vendit.& in l.ſi quis ſeruum. §.inter duos.de l.ſecundo,& ibi alij,in l.prima. de lib. & poſthum. & plura dixi huic etiam loco pertinentia ſupra eo. libro interpretatio. prima. dubitatio, quarta, ſolutio. prima. in principio. ideo ibi ſunt reui-
4 denda † & ille,qui binomius eſt, ſufficit, quòd vno nomine ſit vocatus; leg. quæ extrinſecùs. & ibi Baldus not. in fin.de verbo.obligat.Multùm enim refert fideicommiſſarium eſſe vocatum proprio nomine, quia tunc ſubſtitutio huiuſmodi fideicommiſſaria ad alias perſonas extendi non poteſt:tradit Deci. conſilio 513. colum.1. num.1. Bero.conſil. 6.numero. 9. libr. ſecundo,corroborari poteſt hæc concluſio ex pluribus, quæ adduxi ſupra lib. præcedent. interpreta. tertia, dubitat.prima,ſolut.tertia,ſub verbo, Omiſit. verſic. ſexto.

& in caſu ratio poteſt aſſignari, ex dictis per Alexand.
in leg.2. ad fi.de lib.& poſth. quia exprimendo per no-
men proprium teſtator de vno tantum ſenſiſſe videtur
vt per Abb.in c.quoniam.colum.1.de off.de leg.
5 Secundo † appellatiuo nomine demonſtratur, quis
ſit fideicommiſſarius, vbi in ſubſtitutione fideicom-
miſſaria vocatur per aliud nomen,quod nõ eſt propriũ:
quia nomina appellatiua dicuntur omnia,quæ non ſunt
propria, ſecundùm Salyc.in l. 1. nume. 4. ad fin. C. de
impub.& ali.ſubſtit.exemplificando, quòd teſtator di-
cat, Siue vos inuicem ſubſtituo, ſiue alios hæredes ſub-
ſtituo, ſi vt fratrem ſuum ſubſtituit, vt ibi per eum, li-
cet nomen appellatiuum duplici iure impoſitum rebus
dignoſcatur, vt iure gentium deſignante ſubſtantiam
rei: vt,bos,equus,mulus,homo.gloſ. & doct. in l. ſi quis
in fundi vocabulo.de l. 1. in §. ſi quis in nomine. Inſtit.
de l.Bad. in l.ſi Fortidianum.C. eo.& Abb.in d. c. quo-
niam.col. 1.de off.de leg. & vt Iure ciuili ac Naturali ſi-
mul deſignante coniunctionem in perſonis, & in reb.
vt filij,nepotes,fratres,hæredes,propinqui, attinentes,
& alij, de quib. ſuperiùs dictum eſt, & habetur per gloſ.
& doct.in d.l.1.& in l.fin. C. de impub.& ali.ſubſtitu. &
tex. in l. quoties.& in l.Lucius.§.pater.& §.Mæuia.ff.ad
Treb.per Bart.& ali.in l. turpia.§.fin.de l.1.& hoc vlti-
mo iure tamen accipiendum eſt nomen appellatiuum
hac in noſtra ſpecie, quo fideicommiſſarius nobis de-
monſtratus dicitur, & ſufficit, vel nomine proprio vel
appellatiuo demonſtrari, vel pronomine, cognomine,
agnomine:Caſtr.Alex.Aret.& Iaſ.in l.1.de libe.& poſth.
6 † & quando appellatiuum vni congruit, is tali appella-
tiuo nominatus habetur, ac ſi proprio nomine fuiſſet
nominatus, idem Doct. tradunt in l. 2. eo. ſicut nomi-
natim quid fieri dicitur, quod exprimitur per verba id
importantia,licet non ſint ſpecifica: l. nominatim. de
manu.teſta.Neuiz.conſi.2.nu.45.gloſſ.in ver.Nomina-
tim. in ca. conſtitutionem. de ſent. excommu.in 6.Pa-
riſ. conſ.2.nu.57.li.3.in propoſito enim dicit Ruin.con-
ſilio 134. numero 24. quòd quis nominatim vocatus
dicitur dupliciter nomine proprio, & nomine appella-
tiuo,per l. Titius in princ.de liber. & poſth. & not. per
gloſ.& Bart.in locis ibi per eum alleg.& per Grat.conſ.
5.nu.60.li.2.& cenſentur vocati ſolùm nominati,&non
eorum hæredes, Bero.conſ. 94.nu. 10.& ſeq.li.2.
7 Sed plurib. inſtitutis † nominib. proprijs in portio-
nib.diuerſis,qui poſtea per fideicommiſſum ad inuicem
nominib.appellatiuis fuerint ſubſtituti. ſunt quidem vo
cati ad fideicommiſſum pro hæreditarijs portionibus. ſ.
quantam quiſque capit portionem ex inſtitutione, tan-
tam capere debet ex ſubſtitutione fideicommiſſaria: d.
leg. quoties. & di. leg. Lucius.§. pater. & §. Mæuia.ſic
etiam in fideicommiſſis allegat Dec.in d.l.1.nu.7.C.de
impub.
8 Aduerte, quandoque † commodius eſt, quem pro-
nuntiari nomine appellatiuo, quàm nomine proprio:
9 † vt ſi dicat teſtator, perueniat ad Titium, & duo ſint
Titij, cùm non appareat,de quo ſenſerit teſtator,inuti-
lis,eſt talis diſpoſitio: l. duo ſunt Titij. de teſta. tut. l. ſi
fuerit.de rebus dub. at ſi dicat, Perueniat ad fratrem, &
plures ſint fratres, valet fideicommiſſum, quo ad om-
nes,quia appellatio hæc refertur ad omnes fratres: l. ſi
quis ita.& ibi Bart.nu.1. de teſta.tut.l.qui filiabus.§.1.de
l. 1. tradit Alexan.in l. 2. ad fin. de liber. & poſthum.vbi
eſt eadem ratio in vno, vt in pluribus: Aym. conſi.161.
nu.4.conſi.180.nu. 3. facit.text: in l. 1. §.quanuis. de aſ-
ſigna.liber.Vide & in alio caſu magis eſſe ponderãdum
nomen appellatiuum hæredis, quàm nomen proprium
fratris,per Bal. in l.tale pactum.§. fin.in 3.no.ff.de pact.
10 Plerunque † verò & contra magis expedit, & vtilis
eſt pro eo,qui fuerit nominatus proprio nomine, quàm
appellatiuo, & collectiuo, & quàm pro eo, qui fuerit
nomine appellatiuo nominatus, tum propter prælà-
tionem, tum etiam propter maiorem portionem,quàm
11 nomine proprio vocatus conſequitur: † nam primo
verum eſt, quòd inter vocatos ad fideicommiſſum, qui
vocatus reperitur nomine proprio vel ſpeciali, præfer-
tur his, qui vocati ſunt nomine appellatiuo, collecti-
uo,vel generali,, per leg. cum ita. §.in fideicommiſſo,
de leg. ſecundo. Curt. Iun.conſil. 58. numero 3. Bero.
conſil.97.numer.12. 13.libr. ſecundo. Idem Curt. Iun.
conſi.57.colum.fin.& Ruin.conſil. 112. colum. fin. nu-
me.13.libr.3.& conſi.101.nume.ſecundo, libr. ſecundo,
& dicam infra in ſolu. 3. Qui & ſecundo reperiuntur
vocati nominibus proprijs, viriles pro numero perſo-
narum portiones habere debent, plures verò nomini-
bus appellatiuis vocati habentur pro vno, & ſic vnam
inter eos recipiunt portionem,poſt Alexand.& Iaſo.iu-
ra allegando probat Deci.in l. fin. colum. penult.& fin.
C.de impub.& ali.ſubſti.& Fulgo. conſi.31. & plura cir-
ca hæc ob hæredum portiones ſciendas dixi ſupra eo.
lib. interpr. 1. dubit. 5. ſolu.1. vbi & de fideicommiſſa-
riorum, & legatariorum portionibus aliqua tetigit, &
12 repeto ad id corroborandum, quod dixi, † ſi dicatur,
Perueniat ad Petrum fratrem ſuum, & eius filios, vide-
licet Franciſcum,Ioannem, & Philippum,& Bartolum
eius nepotem ex Antonio eius fratre præmortuo, fidei-
commiſſum tale debetur pro vna portione Petro, &
ſuis filijs, præcedenti nomine appellatiuo nominatis,
quod attenditur, & præualet nominibus proprijs eo-
rum poſtea expreſſis ad demonſtrationem: leg. ſi com-
munis ſeruus ita. & ibi Bart.de ſtip.ſeruo.& habita per-
ſona patris & filiorum pro vna perſona, per dict. l. fin.
pro alia verò portione debetur Bartolo nominato pro-
prio nomine: vt latè probat Dec.conſi.320. & defendit
conſi.382. eundem caſum ita iam fuiſſe iudicatum, pa-
riter defendit Ruin.conſi.97.nume. 10.& ſequent. lib.
ſecundo,idem Ang.Aret.tract.de teſta. gloſſ.51. Cepol.
conſi.ciuil.52. num.4.Attenditur autem, & econuerſo
præualet, ſi nomen proprium præcedat, & appellati-
uum ſubſequatur, quod eſſe dicitur ad demonſtratio-
nem, nam portiones tunc diſtribuuntur, pro num.per-
ſonarum proprijs nominibus expreſſarum. dict. leg. ſi
communis ſeruus ita.in fin. leg. interdum. ff. de hæred.
inſtit.l. turpia.in fin.de leg.primo.Ruin.d.conſi.97.nu-
me.12.& conſi.120. colum.fin.nume. 12. libr. ſecundo,
idem eſſe, vbi ex coniecturis colligi poteſt, teſtatorem
potius attendiſſe & inſpexiſſe nomina propria,quæ etiã
ſubſequantur,quàm appellatiua, quæ præcedant: con-
iecturas aliquas ponit Barto. in dict. l. ſi ſeruus com-
munis ita. colum. 1. vltra. med. & tendunt ad hoc tam
circa proprium nomen, quàm appellatiuum, quòd po-
ſitum ad demonſtrationem alterius,non diſtribuit, ſed
poſitum ad reſtrictionem & diſpoſitionem attendi de-
bet, ita quòd præcedente nomine appellatiuo filijs,vel
nepotibus commune ad omnes filios & nepotes, ſi po-
natur dictio reſtrictiua vel limitatiua, ad aliquos,& non
ad omnes,vt ſubſtituit Sẽpronium, & filios vel nepotes
ſuos,videlicet Ioannem, Titium,& alios,etiam exiſten-
tes filios vel nepotes,non expreſſit, tunc nominati ve-
niunt in viriles, quia limitatiuè ad determinationem
appellatiui præcedentis, & diſpoſitiuè inter alios, ſunt
expreſſa eorum nomina propria, cùm alij contenti ſub
eodem nomine appellatiuo fuerint pretermiſſi,vt idem
Rui.dicit conſi.97. num. 13.ſentit Dec. dict.conſi.382.
colum. 3. ſub num.5.Bero.conſil.72. ſub numer. 8.libr.
2.Vel alio modo apparet, teſtatorem potius reſpexiſſe
perſonas plurium in ſpecie, & nominibus proprijs,
quàm in genere & nomine appellatiuo vel collectiuo,
probat & Ruin.conſi.163. colum.ſecunda, & ſeque.lib.
ſecundo,& præſertim poſteà mortuis patribus eorum,
qui ſunt vocati nomine appellatiuo, veniunt iſti pro vi-
rilibus



tribus portionibus, tradit Pariſ. conſi. 4. numer.20. &
ſequent.lib.3. vbi & Ruin.dict.conſi. 163. plura haben-
tur de intellectu & limit. dict.l. fin. C. de impub. & pro
virili etiam intelligũtur vocati ſimpliciter, nomine ap-
pellatiuo plures deſcendentes & nepotes, Pariſ. conſil.
37. ad fin.num.82.li.2.vbi allegat Deci.conſ. 10.colum.
prima,& ſequent.inter.40.vltimo impreſſa.qui per plu-
ra id latè probat, ſed tamen vide & diſtingue,quomodo
tenet cõtrarium. ſ. nepotes appellatiuo nomine ex plu-
ribus ſororibus nominatos venire in ſtirpem, & non in
capita.Deci.conſi.299 num.ſeptimo, maximè,quando
ſunt vocati repræſentãdo perſonas ſuorum parentum,vt
videre eſt ex ſcriptis per Alexand. conſi.55. colum. 3. ad
nu.4.& ſequen. li.4.& ex. l. interdum.in prin.ff. de hæ-
redi. inſtit.ibi, *Qua detracta ſemiſſe fratris filijs*,&c. ſ. præ-
mortui fratris,filijs eſſet relictum,quia venirent in capi-
ta.Deci.d. conſ.10. num.4.5.
13 Tertio nomine † relatiuo vocatus apparet fideicom-
miſſarius, vbicunque relatio habetur de eo, vel ex no-
minibus, ſeu pronominibus relatiuis, vel ex ratione re-
latiua,vt ſunt pronomina vel dictiones, quis vel qui,vel
ea, alius,dicti,prædicti, ſupraſcripti, oratio relatiua eſt,
quando refertur ad aliam ſcripturam, de quibus plura
explicando ſcripſi lib.præceden.interpr.3. dubit. 2. ſolu
ſecunda,ver. relatã,ſunt quoque aliæ dictiones,vel par-
ticulæ plures, quæ poſſunt referre eos, qui ſint fideicõ-
miſſarij, de frequentioribus quibuſdam loquar, quæ re
vera nobis referunt certo modo,& oſtendunt fideicom-
miſſarios, vt hoc modo, ſi pluribus nominatim hæredi-
bus inſtitutis, vel legatarijs, vel donatarijs conſtitutis,
dicatur, Si quis eorum deceſſerit ſine liberis, ſubſtituit
14 ſuperſtites vel ſuperuiuentes, † ſecundum quod diuer-
ſimodè ponitur hæc particula,diuerſam fideicommiſſa-
riorum relationem continet.
15 Nam primo † ſi dicatur ſimpliciter ſine alia clauſu-
la,ſubſtituit ſuperſtites, vel ſuperuiuentes, illi quidem
nominatim ſunt vocati, & relati ad eos,qui ex nomina-
tis præmortuis ſuperſunt, & ſuperuiuunt, & præferun-
tur alijs in vlteriori gradu exiſtentibus, puta filijs ipſo-
rum præmortuorum per iura, hanc dictionem,ſuperſti-
tes habẽtia:alleg.ibi per eum probat Pariſ.conſ.37. nu.
53. & ſequen. libro 2.quia conditio inducta per partici-
pium ſuperuiuẽtes,conuerſum in relatiuum, qui ſuper-
uiuunt, ſecundum Alexand. conſilio 109. ſuper prima,
colum.2.numer.quarto, & ſequent. lib. ſeptimo, facit,
ac ſi nominati eſſent nominibus proprijs, cum propria
ſunt ſubſtituere aliquem, ſi viuit, vel nominare eum
proprio nomine, allegando Deci.conſil.79.in princip.
& Pariſ.conſi. 9.numer.24.lib. ſecundo, & d. conſi. 37.
num.53. adducit Hier. Zanch.in §. cum ita nume. 220.
l. hæredes mei. ad Trebell. addo per hanc dictionem
ſuperſtites, priores in gradu fere nominatos, & admit-
tendos. Dec.conſi.299. ad fin.Gabr.Eugub.conſil.121.
num.23.etiam quod ſit in num.ſingulari,vt ibi per Deci.
poſt Cuma.conſi. 13.& Alexand.d.conſi. 109.nu.6.7.li.
7.& reprobato Decij conſi.287. colum.penult.num.13.
& ſequen.idem comprobat Zanch. in §.cum ita. nume.
876.l. hæredes mei.ad Trebel.& Bero.conſi.97.nu.16.
lib.2.
Sed hoc de numero ſingulari limita, niſi coniecturæ
de mente teſtatoris colligi poſſint,maximè, vbi filij eo-
rum, quibus facta eſt ſubſtitutio, ſint poſiti in conditio-
ne, & vbi hi, quibus facta eſt ſubſtitutio,ſint fratres te-
ſtatoris, vnde ſubſtituendo ſuperſtites, videtur intelli-
gere de cohærede & liberis præmortuis, qui ſuperui-
uunt: vt tradit Cum.conſi.13.Titius,quia ad ſolos filios
inſtitutos ratione recti ſermonis referri non poſſe, in-
telligit Nat. conſi.551.nu.28.& refertur ipſa dictio plu-
ralis,ſuperuiuentes ad eos, qui ſuperuiuunt ex præce-
dentibus inſtitutiſ prius vniuerſaliter, aliàs particulari-
ter, in re certa,ſecundum Bar. in l.fin.ad Trebel.quem
ibi Doct. communiter ſequuntur, & Dec. conſil.547.
colum.pen.num.6.& Ruin.conſi.168. colum.4.ſub.nu.
10.lib.2.cum tamen de plurib. mentio facta dicatur per
modum cõditionis,quæ ſcindi & impleri poteſt in vno,
in eo etiam tantũ poteſt habere effectum diſpoſitio,ſi in
vna perſona euenerit caſus,& hoc eueniat menti diſpo-
nentis, licet pluraliter loquutus fuerit, vt latè declarat
Alexan. d.conſ. 109.per tot. & ita concludit colum.pe-
nultima,nu.16.optimè in propoſito faciunt plura alleg.
per.Dec.in conſil.50.vt videri poſſunt.
Secundo pluribus legatarijs conſtitutis,& alijs, vni-
uerſalibus hæredibus inſtitutis, ſi poſtea vni legatario
decedenti ſine filijs ſubſtituantur ſuperuiuentes: hoc
verbum, Superuiuentes, non ad hæredes etiam proxi-
miores in ſcriptura teſtamenti, ſed ad legatarium, qui
ſuperuiuit,referri,bene probat Corn.conſi.167.ibi Vi-
detur in hac conſultatione. lib.4.vbi circa medium dat
theoricam cognoſcẽdi fideicommiſſarium, quòd qui in
fideicommiſſo eſt comprehenſus paſſiuè.cõuenit, quòd
etiam actiuè ſit vocatus ſub nomine congruo,per regu.
qui ſentit incommodum,&c.
Tertio,Si dicatur, Subſtituit, ſuperſtites & hæredes
eorum,vel eorum filios, vno decedente cum filijs, &
alio ſine filijs, ad huius portionem fideicommiſſarios
eſſe vocatos,& ſuperuiuentes,hæredes & filios præmor-
tui fratris cohæredis, cum ſic cum patruis ſuccederent
auo teſtatori & patruo ab inteſtato, ob relatiuum eo-
rum,tenet idem Corn.conſ.37.colum.2.li.primo,Ruin.
conſ.169. colum.2.num.3.& melius conſ.168.col.quar-
ta,& per tot.& conſ.171.num.octauo,lib.ſecundo,quod
clarius procedit, vbi adeſſet adiecta clauſula, hæc eo
modo,quo ſucceſſuri eſſent ab inteſtato:Deci. conſ.79.
colum.2.refert Pariſ.d.conſ.37. nume. 53. libr. 2. & ſe-
quitur Gualden.de art.teſtan.tit.5.de ſubſtitu. caut. 27.
ad fin.& quando nepotes cum patruis ad fideicommiſ-
ſum admittuntur, dicetur etiam in ſequenti ſolutione
ſecunda.
16 Attamen proſequendo interpretationem huius vo-
cabuli, ſuperuiuentes, tam vſitati in fideicommiſſarijs
ſubſtitutionibus, ſi dicatur, Perueniat in ſuperuiuen-
tem, aut eius filios, licèt relatiuum eius videatur refer-
re filios ſuperuiuentis, tamen ex mente teſtatoris veri-
ſimilius eſt, quòd referat filias alterius, teſtatoris filij
prædefuncti:probat Corn.conſ.127.colum.fin.li.2.& d.
conſ.37.col.2.li.1.& Ang.conſi.38.quidam Ioan.Rui. d.
conſ.168.num.2.
Si verò dicatur pluribus filijs inſtitutis, ſi aliquis eo-
rum deceſſerit ſine liberis, ſubſtituit alios fratres ſuos
ſuperſtites, & ſuperuiuentes, ratione iſtius geminatio-
nis, ſuperſtites, & ſuperuiuentes intelligi vocatos ad
fideicommiſſum tantum fratres defuncti ſine liberis, &
non filios alterius fratris prædefuncti: latè reſpõdit So-
cin.Iun.conſi.133.colum.2.li.1.idem etiam, quando eſ-
ſent filij prædefuncti diſiuncti, & cum alternatiua, vel
etiam eorum filios intelligi:vt tenet Bero.conſ.97. nu.
9.& ſeq.li.2.
17 Quoniam ſub iſto verbo,Superuiuẽtes, reſpectu de-
functi grauati, ſecundum inſtitutionem diuerſorum &
nepotum etiam ſubſtitutorum ad inuicem, ſub dicto
verbo, Superuiuentes, de ſuperuiuentib. ipſis poſſunt
eſſe, & non eſſe ſuccedentes ab inteſtato ipſi defuncto
grauato, & breuis, generalis nempe fit concluſio, quòd
ſolus talis ſuccedens ab inteſtato intelligitur vocatus
ad fideicommiſſum; Socin. Iun. conſi. 140. lib.primo,
Cephal. conſi.46.nume.26.Iaſo.conſi. 84. colum. 1. &
18 ſequ. lib. primo, vbi dicit, quòd † firma indubitata &
marmorea eſt concluſio, quòd teſtator ſimpliciter ſub-
ſtituens videtur regulare ſuam voluntatem ſecundum
diſpoſitionem Iuris communis, ſtatuti,vel conſuetudi-

nis,& ad hoc plures concordan.allegat.& Goz.conſi.4.
nu.36.Cur. Iun.conſi.57.ſub nu.8.conſ.128.num.2. dixi
conſ.37. num.10.li.1.& alibi ante,& per Bar. & moder.
in l.cum ita.§.in fideicommiſſo. de lega. 2. & in l.hære-
des mei. §.cum ita ad Trebel.

Hanc tamen concluſionem limita,quòd frater vtrin-
que coniunctus,licet ab inteſtato, ſuccedat ſolus,& ex-
cludat fratrem conſanguineum ab hæreditate fratris
vtrinque coniuncti, nihilominùs ad iſti fratri impoſi-
tum à patre commune fideicommiſſum admitteren-
tur d. fratres, & vtrinque coniunctus, & conſangui-
neus, per commun. docto. ſententiam, atteſtatam per
Rip.in l.Lucius.colum. fin.de vulg. & pupil. poſt Alex.
conſi.30.colum.1.ſub nu.2.lib.2.Dec. conſ.304.colum.
1. nume.2.Crot.in §. diui. num. 162.l. filiusfam.de leg.
1.Gualden.de arte teſtan. tit.5.caut.21.Bero. conſil. 98.
col.fin. conſil.145. colum.penult.& fin.lib.2.Gab.Eug.
conſi.121. colum.2.& ſeq.Socin.conſi.66.num.5. & per
tot.lib.3.ſic quandoque debet attendi, quanuis per hoc
recedatur ab ordine ſuccedendi ab inteſtato de iure
communi vt in ſimili dicit Ruin.d.conſi.168.colum. 4.
num. 10.lib.2.ratio eſt ab alijs,quos viderim,non aſſig-
nata: quia cùm fideicommiſſum huiuſmodi conſtitua-
tur ratione agnationis conſeruandæ, qui eundem pa-
trem habet, licet diuerſas matres,etiam agnati ſunt,di-
cit tex.in l.Iuriſconſultus.§.cognationis origi.ff.de gra-
di.affini.& in §.itaque.Inſti.de leg.agnat.ſucceſ.cogna-
tio verò eſt impertinens,ſecundùm Bald.in l. 1.nu.3. C.
de legi.hæred.communiter approbatum,Soc.Iun.conſ.
15.ſub nu.1.lib.3.

19 Prætereà † ſi dicatur,ſuperſtitem vel ſuperſtites ſub-
ſtituit tractu temporis, vt dictum eſt ſupra eo. lib. inter
præt.præcedent. ſolut. 10. facta ſubſtitutio poſt aditam
hæreditatem continet ſubſtitutiones fideicommiſſarias
reciprocas, viciſſitudinarias, quibus connexa oratione
relatiua demonſtrantur,& qui ſunt fideicommiſſarij vo-
cati vice ſua,vt eos teſtator, quos in ſubſtitutione præ-
dilexerit, & inuicem vnierit, etiam in fideicommiſſo
prætulerit:per l.cohæred.§.qui diſcretas, de vulg.& pu-
pill. Bart. in l. fi. in fi. ad Trebel.tradit.Bero. conſi. 45.
col.2. nu.8. li.2.& Menoch.conſi.50.num.10.ita tamen
quòd vltimus moriens eſt liberatus fideicommiſſ. Bald.
conſ.435.punctus,ſuper quo. ad fi.li.4.literam refert,&
ſequitur Nat. conſ.551.nu. pen.

20 Nunc igitur opportunè aliqua dicẽda ſunt † de taci-
ta reciproca fideicommiſſaria,vt ex ea percipiatur, qui
ſint fideicommiſſo vocati,vbi ideò non adſit, vel adſit
reciproca videndum eſt.

Primum quando plures ab vna parte, & plures ab
altera parte reperiuntur in eorum portionibus ſepara-
tis mutuo, & reciprocè ſubſtituti, exinde tamen inter
ipſos de vna parte,& reſpectu eorum inuicem de parte
ipſa vnam nullam cenſeri factam reciprocam ſubſtitu-
tionem,tenet Deci. conſil. 253. colum.penult.in fin.ar-
gumento eius, quod tradit Bald. conſ.309. cum eſſent
21 plures, nu.tertio,lib. primo, compromiſſum factum in-
ter plures ex vna parte & plures ab altera parte non in-
telligi factum inter eos ipſos de vna parte,ad idem alle-
gando Ant.de Butr.conſi.77.viſis actis, colum. 2. idem
per Zanch. in §. cum ita. num.545. & ſequen.l. hæredes
mei.ad Trebellia. ad hoc magis proximam addo deciſ.
22 Barto. in l. 1. in 11. quæſtio.nu. 16. de iur. codicil. † vbi
fratres inſtituti æqualiter in tota, & æqualiter grauati
non tenentur ad inuicẽ fideicommiſſum, vti eluſorium
per not.in l. ab omnibus.§. ſi Titio.de leg.1.

Verum inter iſtos vnius partis re & verbis coniun-
ctos ante ius quæſitum remanet ius accreſcendi,Zanch.
in di.§. cum ita.nu.364.poſt verò ius acquiſitum ius ac-
creſcẽdi inter dictos ſic coniunctos poteſt remanere ex
præſumpta mente teſtatoris, quòd tandẽ dici poteſt re-
ciprocum inter eos fideicommiſſum, idem dicto.§.cum
ita.nu. 1291. vltra alleg. ibi per eum poteſt apparere de
tali mente teſtatoris,vbi poſt ambas dictorum plurium
partes eſſent ſubſtituti quidam alius extraneus, & eius fi
lij, & deſcendentes maſculi, per Ruin.conſi. 198. colu.
penultima,nu.6.li.2. ſecus dicẽdum eſt, ſi extraneus eſ-
ſet ſimpliciter ſubſtitutus,Bero.conſ.68.num.7. li.2.vel
etiam conſtat ex verbis his, ſubſtituit vnum alteri, ſeu
alijs, vel diſpoſuit ſuam hæreditatem peruenire de hæ-
rede in hæredem in infinitum, item Ruin.conſi.151. nu.
7. eo.

Deinde poſt antiquos & moder. in dicto. §. cum ita
Zanch. ex profeſſo à numer. 545. vſque ad numer. 704.
diſcutiendo aſſumpſit tractare materiam de fideicom-
miſſaria reciproca inter plures grauatos faciendo re-
23 gulam †. ſ. per ſubſtitutionem fideicommiſſariam plu-
ribus factam non induci reciprocam inter ipſos graua-
tos per l. fin. §. filium.de lega.ſecundo, & l. Lucius §.
Caio. ad Trebell. adducit vndecim ampliationes, vel
potius caſus,quibus explicantur exempla dictæ regulæ,
& cõſtat dictam reciprocam inter cohæredes,vel colle-
gatarios grauatos non eſſe inductam, de quibus ibi per
eum à numer.549. vſque ad numer. 633. vbi incipit, &
ſequitur adducere quinque limitationes, vel potius
etiam caſus, quibus econtra apparere poteſt ipſam re-
ciprocam fideicommiſſariam adeſſe adinuicẽ inter ip-
ſos plures grauatos, & eſt vltimus caſus, vel omnes etiã
alij reducuntur ad iſtum,quando ſubſtitutio eſt, vel de-
prehenditur facta vltimo, & in tota vel hæreditate,vel
re legata per l. Titia Seio.§.Seia.libertis de leg. ſecun-
do,vt ibi num.638.per eum allegantem concor. & plu-
res poſſent cumulari,vt Curt.ſeni.conſil.52.numer. 46.
Alexan.conſ.2. nu. 9. conſil. 28. in fin.conſ. 100. ad fin.
Alexandr. conſilio 26.lib.ſeptimo,confirmando Socin.
conſi.77. lib.primo, Iaſo. conſil.33. colum.fina. conſi.
41. colum. quarta,conſi.89.colum.2.lib.1. hæc ſenten-
tia indubitatiſſima eſt,Cephal. conſ.166.nu.20. itidem
& cum multis concordan. Gabri. Rom.de commun.
conclu.lib.3.tit.de ſubſtitu.conclu. 1.nu.8.vbi & præce-
den. & ſequent. nume. de pluribus caſibus diſtinctis &
limit. agitur in matéria, in eadem etiam latè proponit,
diſtinguit l. limitat, & diſcutit Odd. Peruſi. ſuo.libr. de
compend.part, 5. quæſtio. 1. arti. 6. fol. 70. & ſequent.
meminit & aliorum recent. Burſat.Mantu.conſ.51. nu-
mero octauo,cum in locis his alleg. articulus etiam val-
de implicitus fuerit ſatis commodè & perſpicuè decla-
ratus, ne res peracta iterum agatur, ad loca ipſa fit re-
miſſio, prout etiam in hoc articulo remiſſiuè loquitur
Marzar. Vicenti. in mater. fideicommiſſorum. par. 2.
quæſt.22.

Cum tamen vltimarum voluntatum interpres,& per-
quirens fideicommiſſarium relatum per tacitam reci-
procam hos prææallegat liberos viderit & perlegerit hoc
dicat in ſumma cum Aym. conſi. 161. nume. 7. & Ro-
land.à Val.conſil.34.nu.57.58 59. lib. 4. quòd tria hæc
pro conſtituenda tacita reciproca fideicommiſſaria ſi-
24 mul concurrere debent, primum quòd plures ſint ho-
norati, ſecundum quòd ex his pluribus expreſſè vlti-
mo moriens ſit grauatus ad reſtituendum alicui alij,ter-
tium & vltimum ad reſtituendum totam hæreditatem,
vel legatam rem totam relictam per teſtatorem iuri, &
auctor.Alleg.ibi per eos,& Bero.conſi.78.nu.1.lib.2. &
Socin.Iun.conſ.101.nu.6.lib.3.

Quæ quidem requiſita in ſumma etiam & ſeparatim
diſcurrendo, materia iſta tacitæ reciprocæ fideicom-
miſſariæ ſatis intricata,& in longum protracta per mo-
der.in dicto.§.cum ita.& alibi poteſt commodè & per-
ſpicuè explicari, præmittendo ſimul de vno dum agi-
tur requiſito aliud præſupponi dubio procul adeſſe re-
quiſitum, & his ſimul requiſitis concurrentibus fidei-
com



commiſſarius exiſtere cenſeatur ex ipſa tacitâ recipro-
ca,aliter non Aymo, Val.Bero. & Socin.Iun.modò al-
legati dicunt.

Ergo circa primum requiſitum de pluribus honora-
tis, vt neceſſarium antecedens præſuppoſitum in reci-
proca non expreſſum,ab alijs doct.dicentibus,duo eſſe
talia requiſita.ſ. quòd vltima ſubſtitutio expreſſa ſit fa-
cta vltimo decedenti,& in tota hæreditate,vel in omni-
bus bonis,Alba.conſ.31.nu.tertio.Iaſo conſi.41.colum.
4.verſi.1.ergo.lib.1.conſi.142.colum.antepenult.conſi.
ſeq.col.2.nu.2.conſi. 206.colum.fina.lib.2.Ruin.conſi.
126. colum.5.nume.8.lib.3.Cephal.conſi.330.num. 74.
25 & alibi dicendum eſt, & hoc congruè poſitum eſſe †
quia fideicommiſſum reciprocum etiam locum habere
non poteſt, niſi inter plures pariter vocatos in teſtame-
to,& ſimul honoratos, vt bene declarat Rui. conſi. 180.
colum.3.ſub num. 6.ver.ſed quando.libr. ſecundo, re-
fert Gabr. Rom.d.concluſ. prima, num.decimotertio,
titu.de ſubſtitu.lib. 4. de commun. opin. limitando fi-
deicommiſſum reciprocum non poſſe habere locum in
perſona vnius tantum, adde Deci.in l. teſtamento, nu-
mer.3.C. de impub.& ali.ſubſtitu.& idem tenet,non ita
demum quando iſti plures non ſunt inſtituti, & hono-
rati, ſed tantum poſiti in conditione Ioan. Mar. Rimi.
conſi.29.colum. fin.20.conſi.42.nu.23. conſi.521.num.
23.ver.3.& meliùs, Soc.Iun. conſi. 176. num. 15. & ſeq.
lib.ſecundo, conſi.110.numer. 6.& ſequent. conſil. 96.
nume. primo, libr.3. Cephal. conſi. 330. in fin. & voluit
Socin. conſilio 113. in fin. libro primo, quòd ſubſtitu-
tio debet eſſe poſt mortem plurium vocatorum & in-
ſtitutorum, & non poſitorum in conditione, quia po-
ſiti in conditione regulariter non ſunt vocati ex te-
ſtamento, ſed ab inteſtato ſuccedunt,vulga. gloſſ. in l.
Lucius. ff. de hæred. inſtit. & non honorati reciproco
fideicommiſſo tali non poſſunt grauari expreſſè, & mi-
nus tacite,per l.ab eo.C. de fideicommiſſ. cum.ſimil.vt
doct.tradunt in locis allega.ſic inter iſtos non poteſt eſ-
ſe reciprocum fideicommiſſum,clarè Pariſ. conſil. 44.
num. 26.lib. ſecundo.Odd.Peruſi.dict.arti.6. conclu.1.
fol. 70.

Sed de pluribus poſitis in conditione cadit limitatio
quòd reciprocum fideicommiſſum etiam inter eos cẽ-
ſeri poteſt, quando ex coniecturis, vel ex formulis ſub-
ſtitutionum eos etiam vocatos eſſe apparere poteſt, de
quibus plenè dictum eſt ſuprà ea. interpretati. dubitat.
2.ſolut.3.& per Socin.Iun.conſi.115.nu. 5.verſic.& dica-
tur,conſi.110.nu.20.lib.3. & Ioan. Mar. Riminal. conſi.
189. nu.6.& per tot.Curt.Iun. conſi. 43.nu.9.& Gabri.
Roma. d.conclu.prima colum. fin.Zanch.dicto.§. cum
ita.nu.704.vel quando poſiti in conditione eſſent no-
minati per nomen collectiuum, tunc inter ſe etiam vo-
cati cenſerentur,Ruin.conſi.139.col.penult.conſi. 167.
col.penult.li.3.tamen cõtra & verius per Socin.Iun.cõſ.
176. colum.3.li.2.ita referendo,& ratione addita, quòd
certè ſemper ferè nominantur per collectiuũ,pertranſit
Zanch.dicto.§.cum ita.nu.799.addo ita tenere Ancha.
26 conſ.120.pro clariori deciſione.verſi.2.ſubſtitutio † ſe-
poſitos in conditione non eſſe inuicẽ ſubſtitutos, ſequi-
tur & ipſe Ruin.conſi.180. colum.3. ſub nu. 6.ver. & ea
etiam ratione,li.2.Eſt etiam reciproca inter plures vo-
catos, hoc caſu teſtator ſubſtituit plures eius filias to-
to tempore vitæ ipſarum, & cuilibet earum, ex hoc in-
ducitur repetitiua ſubſtitutio de ſuperuiuẽte in portio-
ne præmorientis probat Caſtr.conſi. 86. dubitatio ver-
titur,colum.penult. numero octauo, in fin. lib.primo,
& de vltima moriente ad venientes ab inteſtato fidei-
commiſſum venit, idem Caſtr. conſil. 141. ſuper hoc
puncto,colum. penult.ſub numer. tertio, refert.Zanch.
in dicto.§.cum ita.ſub num. 605. Multum quoque in-
tereſt inſpicere iſtos plures honoratos & grauatos,qua-
les ſint,an extranei, & trãſuerſales vel liberi & deſcen-
dentes teſtatoris,vt modo dicetur.

Circa ſecundum pro diuerſitate,& varietate eius for
mulæ conceptionis verborum varia, & diuerſa eſt eius
difinitio,eſſe vel non eſſe ipſum requiſitum.

Aut enim primo ex pluribus inſtitutis & honoratis
vltimus decedens eſt grauatus, vltimóque decedenti
facta eſt ſubſtitutio, ſic ad tacitam reciprocam inter ip-
ſos honoratos adeſſe hoc requiſitum omnes conſen-
tiunt, per d. l. Titia Seio. §. Seia libertis, de l.ſecundo.
Socin. in dict.§. cum ita,colum. ſecunda,nu. 4. & con-
ſil. centeſimodecimotertio, ad fin. verſic. aliquando &
quarto.lib. primo,Zanch. in dicto.§.cum ita. num.638.
Gabri.Roma.dict. conclu.prima, nume.8.Odd.Peruſi.
dict.ſuo lib. de compend. dict.part.5.quæſtio.1. artic.6.
conclu.3. fol.73. vbi concord. colligit fere omnes, vbi
de communi, & nulla de hoc diſcrepantia inter doct.
atque ita tenendum eſt, aduertendo tamen quòd ſub-
ſtitutio precaria expreſſè ſit facta vltimo decedenti,
non verò poſt mortem vltimi decedentis, quia hîc in-
telligeretur grauatus in portione ſua, prout quilibet
præmoriens intelligeretur etiam grauatus in portione
ſua poſt mortem huius vltimi.Ripa.dict. §. cum ita. nu-
me.vigeſimotertio, cum concordan.ibi per Zanch.nu-
me.625. & Petr. Anto.Anguſo. Placenti. conſilio ſexa-
geſimoquinto, nume. 3. in mater. vltim. volunt. libro
ſexto.

Aut & ſecundo ſubſtitutio pluribus inſtitutis ſim-
pliciter eſt facta,ſi deceſſerint vel poſt mortem eorum,
vel eis ſubſtituit, & ceſſat tunc hoc ipſum requiſitum,
quoniam quiſque moriens non ſibi inuicem nec vlti-
mo decedenti cenſetur grauatus ſed ei ſeparatim, qui
eis ſubſtitutus eſt, per l. fin. §. filium. de leg.ſecundo.l.
Lucius.§.Caio.ad Trebel.nam hoc caſu quot ſunt per-
ſonæ grauatæ tot ſunt ſubſtitutiones, latè probaui ſup.
ea.interpr.dubit.præceden.ſolut.1. verſi. ſecundo quæ-
rò,ſic habet locum iſto caſu regula.l. falſa.§. fi.de cond.
& demonſtr.per Alexan.in l.ſi pater impuberes,colum.
ſecunda,de vulga.& pupill.& in d.§.cum ita. nume.19.
& Couar. Hiſp. in cap.Raynutius. ſuo §. 8,num.4. ver.
tertia concluſio. de teſta.Et de formula illa,vel eis ſub-
ſtituit,ita per Zanch.in dict. §. cum ita num. 563. & hoc
abſque controuerſia procedit quando inter grauatos
non extat, qui ex præſumpta mente teſtantis excludat
ſubſtitutum.Socin.dicto §. cum ita.colum.3. verſic. ali-
quando & ſecundo: licèt talis ſuperſtes excludens ad-
eſſet, tamen hoc requiſitum ceſſare ad propoſitam taci-
tam reciprocam latiſſimè diſputando, diſcutiendo, vſ-
que propemodum ad ſibi ipſi faſtidium probat & tenet
Zanch. dicto §. cum ita.à nume. 564.vſque ad numer.
574. atteſtando ita eſſe commu. ibi ſub nu.573. à quo
non recedendum puto in hac formula ſubſtitutionis
non collectiuè, ſed ſimpliciter poſt mortem plurium
etiam liberorum inſtitutorum factæ, quo caſu loquun-
tur dict.l. fin. §. filium.& dict. l. Lucius. §. Caio. vt re-
ſpondit Iaſo. in l. penult. colum.4.ver. & tenẽdo iſtam
deciſ.C.de impub. & ali. ſubſtitu. poſt Fulgo. ibi colu.
3. nume. 6. alio maximè non conſtito de voluntate te-
ſtatoris, niſi de ſuperexiſtentia aliorum filiorum ſubſti-
tutum excludentium, & nempe ab inteſtato per l.pater
filiam. §. fina.ad l.Falci.& ibi doct.& in dict. l.penult.&
in dicto.§.cum ita.Iaſo.conſi.41. colum.6.li.primo. Io.
Mar. Riminal.conſi. 255. nume.15.& ſequent.vnde pro
his allego Bald.in l. prima.§. fin.de leg.3.dicentem non
eſt tacita ſubſtitutio inter gradus ab inteſtato, & cla-
rius dicẽtem in l.1.circa. prin.C.de his qui an. aper.tab.
nota reciprocam ſubſtitutionem inter filios non præ-
ſumi per text. ibi,licet non ſint inuicem ſubſtituti, qui
ab alijs non ponderatur bene ad hoc allegabilis eſt, &
hoc caſu loquuntur ſi bene inſpiciantur alleg.per Gabr.

Roma.d.concluſ.1.nu.18.& alleg.nu.1.loquuntur quan-
do ſubſtitutio non eſt facta de tota.

Aut & tertio & vltimo collectiuè ſeu coniunctiuè, &
copulatiuè facta eſt ſubſtitutio,vt ſi omnes, ſi ambo, ſi
Petrus & Franciſcus hæredes, vel legatarij omnes de-
ceſſerint, vel poſt mortem eorum omnium ſubſtituit
Antonium, quoniam hanc formulam ſubſtitutionis ſi
omnes deceſſerint, deficientibus omnib. vel poſt mor-
tem omnium & in ſenſu & in effectu pro eodem acci-
pio, prout ſic accipit Alexand.in dict.l.pater filiam.§.fi.
colum.ſecunda, ver.potes facere.ad l.Falci.& alij doct.
infra alleg. accipiunt,quidquid aliter alij ponant, cùm
tamen non ſit expreſſè dictum vltimo ſubſtituit, pleri-
que volunt pro tacita reciproca conſtituenda inter plu-
res ipſos honoratos & grauatos deficere propoſitum
requiſitum, allegati à Zanch. id etiam comprobante d.
§.cum ita.num. 550.cum ſequen. & Gabr.Eugub.conſ.
117.num.24.Ioan.Mar.Riminal.conſ.255. nu. 13. Pariſ.
conſ.39.ad fin.li.3.cum.concord. etiam ſæpe de comm.
atteſtantibus,per Gabr. Roma.dict.concluſ.prima. nu.
27 18.alij vero tradũt idem eſſe dicere † poſt mortem om-
nium ſubſtituit, vel vltimo decedenti ſubſtituit, vt di-
cantur inuicem ſubſtituti, vt Alexand. in l. ſi pater im-
puberes, colum.ſecunda.verſi. ex prædictis colligi poſ-
ſunt.de vulg. & pupill.& in dict. §. fina.colum.ſecunda,
verſi.tertiò caſu. idem tenet & in primo caſu,vbi ſuper-
ſit perſona cohæres excludens ſubſtitutum,ita ſuo inter-
eſſe reputato etiam in fideicommiſſo per Barto.in l.co-
dicillis.in prin.ſub num.3.verſ. merito vno. de vſufruct.
legat.& per Ang.Aret.in §. ſingulis. ſup.fin.nu.9.inſtit.
de pupil. & pro eodẽ quòd fiat ſubſtitutio vltimo dece-
denti,vel poſt mortem omnium,ponit Iaſo. in l. poteſt,
col..penult. ver. moueor in primis.ff. de vulga. & pupil.
& quando concurrat tertium requiſitum de tota hære-
ditate vel re legata, vt præſuppoſui,& præſuppono ſem-
per de vnoquoque alio requiſito, ſic & de alio tractan-
do,vbi ſupereſt perſona veriſimili ex mente teſtãtis ex-
cludens ſubſtitutũ vt latè probat Socin. conſi.249. col.
7.verſ.2. reſpondeo. lib. 2. & generaliter valere con-
ſequentiam, dictum eſt poſt mortem omnium: ergo vl-
timo decedẽti facta eſt ſubſtitutio, & ſic hoc requiſitum
adeſſe pro tacita reciproca diffuſè probat Bero. conſil.
61.nu. 11.12.15.18.conſi. 68.nu.12.16.& expreſſè Alciat.
conſ.51.ordine propoſitæ dubitationis,nu.1.& ſeq. li. 9.
dicit verba ſubſtitutionis cõcepta poſt mortem omniũ
idem importare,& eſſe,ac ſi expreſſè grauatus eſſet vlti-
mo moriens.Idem conſ.80.generoſiſſimi Ludouici,nu.
4. 5. co. vlt. impreſſ. Venet. quicquid ſecus dilexerit in
curſu lectionis.l.vel ſingulis.de vulg.ita rem eſſe claram
dicit Cephal.conſ.383.nu.26.27. eandẽ conſequentiam
probat Curt.Iun.conſ. 43.colum.1.conſ. 139. col. 2.nu.
6.Ioan.Mar.Riminal.conſ.225.num.18.conſi.139.num.
17.19.vbi etiam ſubiungit,idem eſſe quòd ſit dictum,fi-
nita linea,vel vltimo morienti ſubſtituit, idem conſilio
243 nu.91.ſi fuerit dictum poſt mortem plurium de ve-
ra,& commun.& præſertim vbi appoſita ſunt verba,tũc
& eo caſu videtur reſtricta ſubſtitutio in caſu mortis
omnium,& ſic vltimò decedenti,Cephal.conſi.166.nu.
21.& ſeq.vbi nu.24. idem ſi deficientibus filijs & hære-
dibus ſuccedant proximiores de linea maſculina, quòd
ab vltimo decedente capiant proximiores, ſic inter ip-
ſos deſcendentes eſſe tacitum reciprocum fideicõmiſ-
ſum per Pariſ.conſi.7.colum.pen.nu.39.li.3.& conſi.43.
nu.26.43. de magis com.& veriori opin.& conſ. 92.nu.
55.& ſequ.lib.2.& conſ.11.num.fin.in perſona ex veriſi-
mili mente,& de com.conſi. 72. nume.25. & ſequent.3.
idem ſi facta ſit ſubſtitutio,Crot.conſil. 349.numer.16.
idem Socin.Iun.conſi.180.num.13.& conſi.151.nume.6.
lib.ſecundo,vbi idem ſi diceret ſubſtitutio,ſi deſcendẽ-
tes non extarent quòd habeatur pro facta vltimo dece-
denti, quia ibi num. 9. dicit ſufficere ſubſtitutionẽ eſſe
factam vltimo decedenti expreſſè,vel interpretatiuè, &
conſil.110. num.35.36.li.3. dicit quòd iſta opin.procedit
ſine dubio, & eſt veriſſima,quãdo hi,poſt quorum mor-
tem eſt facta ſubſtitutio, ſunt deſcendentes teſtatoris,&
ex veriſimili mente teſtatoris excludentes vltimum
ſubſtitutum,vt per eum ibi allegando Dec. Caccialup.
Hercu.Cur.Iun.Socin. & Aym.& per eũdem conſi.115.
num.5.eo li.3.firmat Pedemon.deciſ.110.num.12. idem
de ſubſtitutione facta poſt mortem omnium eſſe ipſum
requiſitum iuxta terminos dict. §. Seia libertis, ſe con-
ſulente Bononiæ fuiſſe iudicatum per duos excellentiſ-
ſimos Doctores, ferè obiter dicit Crot. conſil. 13. num.
40. idem accedente præſuppoſito noſtro de tota relicta
de communi omnium admiſſione tenet Vaſq.Hiſp. de
ſucceſ.progreſſ.lib.3.tit.de ſubſid.ſubſtit. §. 25.nu.43.&
exiſtente perſona ex veriſimili mente teſtatoris ex-
cludente ſubſtitutum atteſtando de communi ex dictis
aliorum,idem probat Couar.di.cap.Raynutius.ſuo §.8.
ſub num.4.ibi. niſi adſit perſona,quæ &c.Idem præſup-
poſito eodem noſtro extante de tota tenet Odd.Peruſi.
d.art.6.fol.78.ver.ego igitur.

Hanc ego quoque ſententiam magis commu. & ve-
riorem tenendam arbitror, quod ſtante requiſito præ-
ſuppoſito (vt dixi)de tota re relicta,reſtituenda,ſi inſti-
tuti,& honorati deceſſerint omnes, vel decendentibus
ambobus, omnibus, vel poſt mortem omnium intelli-
gatur facta ſubſtitutio vltimo decedenti, & vltimus de-
cedens grauatus eſt ad reſtituendam totam rem, pro-
inde vt iſte vltimus moriens poſſit totam ipſam rem re-
lictam reſtituere,dicitur extare fideicõmiſſum recipro-
cum inter dictos inſtitutos & ſic coniuncti, vt grauatos
ſucceſſiuè,donec res tota perueniat ad ipſum vltimum
per tex. in di.l. Titia Seio.§.Seia libertis. magis comm.
probatur per tot. ſuprà alleg. & verior omiſſis diſputa-
tionib.oſtenditur,his etiam notis præmiſſis, quòd cõſti-
tutio fideicõmiſſorum non eſt aſcripta certis verbis,ſed
quæcunq; ſufficiunt verba,ex quibus poſſit apparere de
mente teſtantis, quæ ſola, & effectus ſolus attenditur in
fideicõmiſſis,l.2.comm.de lega.l.cum virum.l.& in epi-
ſtola.C.de fideicommiſſ. Alexand.conſi. 100. viſa parte
teſtamẽti,nu.8.& ſeq.li.4.Iaſ.conſ.52.colum. penult. in
prin.li.3.& conſ.198.col.3.ver.alibi tenet li.4.ſolo effe-
ctu attendendo,& non ſono verborum in ſubſtitutioni-
bus fideicõmiſſarijs,Aym.conſi.305,colum.2.Cor.conſ.
231.colum.2.li.4.l. Titia cum teſtamẽto.§.fin. de legat.
2.cum ſimil.& cõiecturis demonſtrantur fideicõmiſſa l.
cum proponebatur.eo.cum alijs ſup. alleg. dub. 1. ſolu.
12. in pr.ergo non tantũ attendenda videtur ſubſtitutio
facta expreſſè vltimo decedenti,vt aliqui volunt, inhæ-
rentes verbis,d.§.Seia libertis,quantum effectus ſubſti-
tutionis pluribus inſtitutis omnibus decedentibus factæ
vel poſt mortẽ eorum omniũ,qui euidens eſt,quòd nul-
lus primo de grauatis pendente conditione expreſſa fi-
deicõmiſſi communiter impoſiti poteſt vẽdere aliquam
ſuã portionẽ,auth.res quæ comm.de lega.& gl.& Doct.
in l. Marcellus.§.res quæ. ff. ad Trebel. quòd tendit ad
idem cum eo dicto in dicto §. Seia libertis. ibi, ne eum
fundum vendatis,&tollit illud de libera facultate aufe-
rendi legitimã ſucceſsionem ab inteſtato reſeruatam in
fideicõmiſſaria,de qua per Doct.in d.l.penult.& d. §.cũ
ita.ibi Socin.Iun.ſub nu.24.Gabr.Roma.di.concluſ. 1.
nu.21.Alexan. conſi.91.col.6. li.1. deinde viuis omnib.
adhuc ipſis grauatis,penes eos debet remanere res reli-
cta,& non reſtitui fideicommiſſario vltimo,dict.§.cum
ita.& l.legata ſub conditione.decond.& demonſt.Idem
eſt aliquo etiam mortuo,vt penes ſuperſtites remaneat
dictantibus ſic verbis cõditionis, quæ enim ita collecti-
uè,ſeu coniũctiuè appoſita oſtendit volũtatem,& men-
tem teſtantis, vt primo ſuperſtes ſuccedat morienti, &
poſteà



poſteà omnibus mortuis ſubſtitutus vocetur ad totum:
vt per l.quanuis. C.de impub.declarat Salyc.in d.l.pen.
colum.2.ſuper verſ.ex his patet,& ibi Fulg.colum.3. nu.
5.& moder.ſequuntur.C. eod. & in d.§.cum ita.ibi ma-
ximè vim facientes in collectiuo Bart.Ang.Caſtr.in col.
fin.repeto coniunctim duo dicta Saly. & Fulg.in d.l.pe-
nult. mentem meam ſatis quietam reddentia pro hac
ſententia.dicit enim Salyc. in d.col. 2. ſup. verſ. ex his
patet,quando datur ſubſtitutus pluribus collectiuè, ſeu
coniũctiuè apparet teſtatorem velle præferri ſubſtitu-
to coniunctum, & cohæredem, quod dicit eſſe tenen-
dum cordi & Fulg. ſub num. 5. dicit cùm ſubſtitutio eſt
facta per nomẽ collectiuum vniuerſale non eſt facien-
da differentia inter directam, & fideicommiſſariam,ſed
eſt inſpiciendum exiſtente cõditione vnius alter ſuper-
ſit.Hæc dicta probantur etiam per text.in d.§. cum ita,
facit Caſtr.conſil.86.dubitatio vertitur.colum.pen. ſub
nu.9.verſ.ſuadet etiam hæc mens. lib. primo exinde ſe-
quitur clara & neceſſaria concluſio, quòd expreſſa ſub-
ſtitutio re vera dicitur facta vltimo decedenti, qui de-
mum is eſt, poſt quem nemo ſit moriturus, per text. in
l. ex duobus.in prin. & ibi gloſ. & Bart. in l.vel ſingulis.
& in l.qui duos.de vulg.& pupillar.Alex. poſt Caſtr. in l.
eum qui nouiſſimus.col.2.ſub verſic.ex quibus infertur,
ad Trebellian. & omnes ſup. alleg. pro hac parte vno
ore concluſionem hanc inferunt & probant,quòd ſub-
ſtitutio facta poſt omnium mortem, intelligatur facta
vltimo decedenti,addo Caſtr.conſ.239.pro declaratio-
ne, colum. 2. verſic. contrarium dico, & conſil. 271.
quanquam multa,col. 2. lib. 2. ita ergo ſumus in verbis,
& deciſ.d.§.Seia libertis, quòd inter plures iſtos cõiun-
ctim grauatos extat tacitum reciprocum fideicommiſ-
ſum, & non legitimum ius ſucceſſionis ab inteſtato in-
ter eos ſeruatum cum pendente conditione fideicom-
miſſi eis cõiunctim impoſiti, nullus eorum de portione
aliqua ſubiecta fideicommiſſo poſſet teſtari, vel diſpo-
nere,vt dixi,& tenet Pariſ.conſ.43.num.64.lib.2. idem
poſt mortem omnium per ſubſtitutum intellectum vlti-
mo decedenti eſſe ſublatum ius legitimum ſuccedenti
ab inteſtato, & inductum reciprocum fideicommiſſum,
probat Soc.conſ.77.col.4.vnde ſtat dubitatio.& in eo-
dem caſu conſi.80.col.3.verſ.hoc ego.lib.1. ſubſcriben-
do comprobat Alexand.conſil.26. col.1. verſ. & fortifi-
catur.lib.6.

Ex quibus clarè liquet, ſufficere ſubſtitutionem eſſe
factam vltimo decedenti expreſſè, vel interpretatiuè,vt
nuncupatim reſpondet Socin. Iun. conſil. 151. colum.
fina.num.9.lib.1.vel tacitè, cum taciti & expreſſi idem
ſit iudicium in vltimis voluntatibus, & nulla ſit diffe-
rentia, Curt.Iun.conſil.73.colum.5.num.15.Ripa in l. 1.
num.40.de vulg.& pupil.facit tex.in l.non aliter §. pri-
mo.de legat. 3.ibi, *Non enim in cauſa teſtamentorum ad
diffinitionem &c.* & tolluntur obiectiones aduerſantes
etiam dialecticè de actu exercito, quia & is magis con-
gruit huic parti in actu mortis omnium. l. hoc articulo.
ff.de hæred.inſt.& de actu ſignato in vltima decedente,
qui demum is eſt omnis, poſt quem &c. dict. l. ex duo-
bus,in pr.de vulg.licet derelicto ſyllogiſtico, ſophiſtico
& dialectico modo inhærendum ſit legibus, ſimilitudini
rationis legum. gloſ. & communibus opin. doctorum
ſecũdum Alber.in ſuo procemio.ff.verſ.col.1.& Alc. ſuo
lib.3.in fin.de verb. ſign.
28 Debemus itaque ſtare † legibus dictantibus in cauſis
fideicommiſſorum coniecturas admitti debere dict. l.
cum proponebatur.de legat.2.& glo.in l.pater filium §.
penult.de leg.3.volenti reciprocum fideicommiſſorum
coniecturas admitti debere, dict.l. cum proponebatur.
de leg.2.& gloſ.in l.pater filium.§. pen.de leg.3. volenti
reciprocum fideicommiſſum induci ex coniecturata
mente teſtatoris, quanuis verba deficiant ſecundùm
Iaſ.conſi.108.colum.3.verſ.item fideicommiſſum lib.4.
vbi plura de coniecturis ad tacitum reciprocum fidei-
commiſſum, vltra Aymo conſil. 113. colum. prima, &
conſil.130.num.6.& ſequent. & Zanch.dicto §. cum ita.
num.551.633. coniecturæ enim mentis teſtatoris conſpi-
ciuntur, & ſubſtitutione collectiuè, & in tota hæredita-
te facta poſt mortem omnium inſtitutorum, quòd inter
eos ſuperſtites interim ſtet hæreditas,Saly.& Fulg.in lo-
co alleg.in d.l.penul.& quòd teſtator noluit ſubſtituere
primo decedenti in ſua portione, ſed omnibus in tota
hæreditate benè declarat Corn.conſ.226.col.6.& ſeq.l.
4.quod tacito fideicõmiſſo reciproco expediri pro ma-
gis firma conſeruatione bonorum inter ſuperſtites, vt
tota hæreditas per vltimò decedẽtes reſtituatur vltimo
fideicommiſſario, Bar.& alij in d.§.Seia libertis, & ar. l.
deniq;.§.interdum.de pecul.leg.& l. quidam teſtamẽto
de vulg. & pupil.& ibi no.per Bar.& Aret.& d.§. cũ ita.
in fi.vt quid fauorabile etiam fiat pro ipſis ſuperſtitibus
inſtitutis grauatis, prout inter eos fauorabile reciprocũ
conditionale fideicommiſſum ſup.ea.interpr.dub.1.ſol.
3.verſ.7.ſiquidem probaui per l. ſi pater C.de inof.teſta.
ibi Doct.& in l.de fideicommiſſo.C.de trãſact. & Geor.
Nat.Curt.Iun. Bello. Ruin. & Aym.in locis ibi per me
alleg.& per Pariſ.cõſ.52.nu.37.lib.3. vtiq; inter eoſdem
grauatos ſuperſtites idipſum tacito reciproco fideicom
miſſo fieri,& procedi dicendũ eſt,vt omnes ſup.pro hac
parte alleg. concludunt, & tantò magis vbi dicti ſuper-
ſtites ſunt de deſcendentib.teſtatoris, & vltimis ſubſti-
tutus eſt extraneus.d.l.pen.& plures ſup.alleg. tenent,&
conſequenter iſto caſu extat hoc ipſum ſecundum re-
quiſitum,quòd vltimo decedenti facta eſt ſubſtitutio.
29 Circa tertium requiſitum † de tota hæreditate, tota
re,vel omnib.bonis firmiter tenẽdum eſt hoc eſſe prin-
cipale,totum faciẽs, & poteſt dici ſine eo factum eſt ni-
hil, de noſtra propoſita ſpecie tacitæ precariæ ſubſtitu-
tionis,vt ex ſcriptis Doct.conſtat in d.§.Seia libertis. in
d.§.cum ita.ibi præſertim Zanch. nu.650.in d. l. pen. in
d.l.vel ſingulis.& in cõſ.& tract.ſup.alleg.maximè.Odd.
Peruſ.d.art.6.concluſ.2.fo.70.& facit ne Trebellianica
quidem detrahatur per grauatos in ipſa tacita recipro-
ca.Zanc.d.§.cum ita.num. 671. cum autem aliàs ſubſti-
tutio ſimpliciter facta nõ videatur facta in toto. in ſpe-
cie probat Alex.conſ.201.ad num.12. & ſeq.lib.6.& di-
uerſimodè,diuerſisq; exemplorum expreſſionib. requi-
ſitum ipſum de tota apparere contingat. de his breuiter
dicendum eſt.

De tota enim intelligitur vt ſi dicatur omnem hære-
ditatẽ,vel quicquid ex hæreditate mea ad te peruene-
rit,cum morieris reſtituas Titio.d.§. cũ ita. l.Lucius. §.
tres hæredes.ad Trebel.Bart.in l.Marcellus. §. quidam
ad fin.eo.

Aut mãdat totã hæreditatem reſtitui per fideicõmiſ-
ſum per plures hæredes inſtitutos Curt.Senior conſ.52.
nu.46.Alex.conſ.28.in fi.Grat.conſ.8.num.20.lib.2.

Omnia & integra bona ſua Alex.conſ.2.num.9.

In medietate bonorũ omniũ,& in alia medietate ſub-
ſtituit &c.Alex.cõſ.100.verſ. præmiſſis tamẽ,facit l. qui-
dam teſtam.& ibi Doct.de vulg.& pup.Caſtr.conſ. 280.

In omni portione quæ ad filios perueniret ſubſtituit,
perinde eſt ac ſi in tota hæreditate ſubſtituiſſet. Corn.
conſil.229.colum.3.verſ.& licet loquantur. lib.3. refert
Zanch.d.§.cum ita.num.663.Curt.Iun.conſ.111.ſub nu.
14.vel vnum in tertia,alium in alia tertia &c. Iaſ. conſ.
89,col.2.lib.1.& Caſt.conſil. 280.præſuppoſito ſtatuto.
col.1. in fin.lib. 2.

In reſiduo bonorum à x.florenis ſuprà.& conſequen-
ter in omnibus bonis.Corn.conſil.226.col.6.verſ.quòd
maximè.in fi.lib. 4.poſt legata reſiduũ hæreditatis, quæ
verba continent totam hæreditatem,Bero.conſ.129.lib.
2.eſt tex. in l.2. C.de hæred.inſtit. & ibi Doct. multa. de

hoc verbo reſiduum,& de hoc Port. Imol. conſ. 46. in fin.& Panciro.conſ.155.num. 9.

Succedant in dictis bonis & ſic in omnib.bonis,cum inſtitutione præcedenti dixerit in omnib.bonis, Socin. conſ.77.col.3.verſ.nec dicat.lib.1.Zanch.d.§. cũ ita.nu. 661.comprobat Alexand.conſ.26.col.1.lib.7.dixi conſ. 56.nu.22.lib.1.& per Io. de Ana. conſ.22.verſ. præterea ponderando verba hæc, & quòd dict.ſua hæreditas &c. quòd ſenſit de tota hęreditate,ita hac relationis ratione
30 probo vltra alios,in † d.§.Seia libertis.ibi, eumq; qui ex vobis vltimus deceſſerit &c.contineri totum fundũ definitum, certum & demonſtratum veriſimiliter,& communiter & per certos fines, & non per indefinitam, vt ferè omnes in hoc dict.tex. intelligũt,nam ibi Iuriſcon. proponendo fundum ſuis libertis eſſe legatum & fideicõmiſſum eis de hoc impoſitum,intelligit & præſuppoṅit fundum ipſum eſſe & certis finibus demonſtra-
31 tum §.vt res legata † certa eſſe debet, l. cum poſt. §. gener.ff.de iur.dot.l.ſi domus.in prin. de leg.1. alioquin. ſi teſtator fundũ legat ſimpliciter, legatũ eſt inutile, quia poteſt intelligi etiam de vna ſpanna terrę,dicit Cuman.
32 in l.quòd in rerum.§.ſi quis poſt ſupra fin.ff.eo.† & fundi demonſtratio fit ſuis confinibus appoſitis.l.forma. in prin.ff.de cenſib.tradit Bart.in l.demonſtratio.in princ. num.14. verſ.item ad demonſtrandum fundũ. de cond. & demonſtr.Ruin.conſ.115.col.pen.nume.15.lib.5.continentia enim vel cõprehẽſio confinium verſatur circa vniuerſale,& quicquid intra eos continetur,venit in diſpoſitione,quam de re legata & confinata poteſt facere teſtator in legato domus ſicuti latè ꝓbat Alex. conſ. 54. ponderatis verbis teſtamenti,in princ.lib. 2. iuribus ibi alleg.per eum & Aym.conſ.293.col.2. verſ. ideò ſtante, hinc eſt quòd vltra ſimplicẽ domus relictæ appellationem continentem totam domum, & legatũ fundi continens totum fundum.l.Caius.§.1. de leg. 2. dicit Caſtr. in d.§.ſi quis poſt:ſuprà fin.ſub nume.3. & eſt Commun. opin.Ruin.in conſ.nunc allegando, & magis per confinium incluſionem,teſtatorem ſenſiſſe de tota domo, in ſpecie probat Ruin.conſ.109.num.9.ponit Zanch.d.§. cum ita nu.662.& ſic de toto fundo eadem ratione ex pluribus alleg.ab Alex.conſ.195.num.1.lib.6. & Vaſqu. de ſucceſſ.progreſſ.lib.3.§.26.ſub nume.43.& Dec. in l. id quod noſtrum.ad fi.de reg.iur.& in ſpecie Ruin.conſ. 134.ad num.12.lib.12.lib.3. vbi propriè in caſu d.§.Seia libertis. de fundo legato, intelligi tradit de toto. Quo quidem ſtante (prout veriſſimum eſt) apertè oſtenditur in dicto caſu,§. Seia libertis. in 2. parte teſtamenti, ſic per Iuriſc.nũcupata ibi, *Eumq; qui ex vobis vltimus deceſſerit cum morietur reſtituat Sempronio*, intelligi propriè de toto fundo per dictionem, eumq;, quæ relatiua eſt ſubſtantiæ & identitatis antecedentis per l.ſecundum,ff.de fer.& l.cum quæritur.& l.ſeq. ff. de except. rei iud. dicit Bartolus,ſeu is cuius repet.in §.ſi initium,colum.prima, num.ſecundo.l.ſi quis.ff.de eden.Roland.à Vall.conſil. 97.num.23.lib. 4. ita quòd totum relatũ eſt in referente.l.ſi ita ſcripſero. de condit.& demonſtr.l. ait prætor. §.ſi iudex.de re iud. cum ſimil. ſicut enim præcedente inſtitutione in omnibus bonis ſequens ſubſtitutio in dictis bonis continet tota, vel omnia bona, per dictionem,dictis, etiam relatiuam, vt antè dixi probare Alexand.dict.conſi.26.ſub num 1.lib.7.& Socin.conſil.77. colum.3.lib.primo. & Zanch.dict. §. cum ita num. 661. ita in caſu dicto §. Seia libertis. in prima teſtamẽti parte,ibi per Iuriſconſult.ſic appellata,qua fundum prælegauit,de toto intelligitur, vt proximè probaui. Conſequens eſt & in ſecunda qua teſtatrix adiecit, eumq; qui ex vobis vltimus deceſſerit &c.intelligi de toto fundo per relatiuum,eum, vt etiam proximè probatum eſt, & hunc proprium circa hoc requiſitum de toto & veriorem dicto §. Seia libertis, intellectum credo & teneo, quàm ſint illi antiquorum & moder.in dict.§.cum ita.in dicto §.Seia libertis.in dicta l. vel ſingulis. in dicta l.penult.intellectus de toto in d.§.Seia libertis, eſſe vel ob prohibitionem venditionis ibi aſcriptam,vel ob indefinitam. Ibique verior eſt litera negatiua, Quæro cùm nec in prima parte teſtamenti & nõ cum hæc in prima, vt eſt textus impreſſionis de Tortis. ita aduertit Zanch. dicto §.cum ita,ſub num.645. qui non refert tamen vidiſſe Alber. in dicto §. Seia libertis circa med. qui ponderat illum textum in litera negatiua, vbi & hoc innuit text.ibi quæro cum nec in prima, ſic ergo ſtare debet, & verior eſt per me probatus intellectus d. §.Seia libertis.quem ſenſit Ripa in dict.§.cum ita.ſub num.16.verſ. præterea:ſed aliò tendens, prout ego feci,probare non animaduertit.

Succedat in omnibus bonis mobilibus & immobilibus,licèt non veniant iura,& non ſit relictum vniuerſale, vt hac ratione contra tacitam reciprocam reſpondet Petr.Anto.Anguſo.conſ.65.num. 2.in mater. vltim. volunta.lib.6. Tamen cum totum cõtineat eius de quo agitur, ſcilicet de certis rebus, vt ſunt bona mobilia & immobilia,vt antè dixi, ea.interpret.dubitat. 1. ſolut.2. ſufficit totum eſſe & continere totas vel omnes res relictas,verius reſpondet Soc.Iun.conſ.96. num.ſecundo lib.3.

Idem in omnibus bonis ſuis ſubſtituit.Caſt.cõſ.404. duo videnda.col.2.in fin.lib.1.

Subſtituit hæredem vniuerſalem, apparet quòd ſubſtitutus eſt in tota hæreditate Socin. Iun. conſi.180. col. 2.num.9.& ſeq.lib.2.Zanch.d.§.cum ita.num. 667. dicas Soc.Iun.nihil ad hoc allegare, non vidit eum ſuprà num.10. d. ſuo conſ. quoniam allegat talem ſermonem eſſe vniuerſalem,qui ideò omnia complectitur. l. Iulianus.in prin.de leg.3.l.à procuratore, & ibi gloſ.C.mandati.addo Bald.in conſ.103. in d.teſtamento poſt princ. verſ.Sed hoc eſt valde inconueniens.lib. 4.

Pleno iure, hoc verbum appoſitum in ſubſtitutione deſignat eam eſſe factã:in tota hæreditate:per plura iura probat Alciat.conſil. 80.verſ.generoſiſſimi. num.6.lib. 9.ſentit Soc.Iun.conſ.110.num.33.lib.3. plenè & integrè bona perueniant, idem importat quòd tota bona per Caſtr.& Moder.in auth.ſed cum teſtator. C.ad l.Falcid. Ruin.conſ.40.colum.3.ſub verſi.& quòd maſculi.lib.1. & per plura his ſimilia verba latè inter conſ.Alex.conſ. 14.colum.pen.verſ.vel ſecundo.ad fin.lib.4. eſt conſil. vel ſubſcripito Ioan. Bapt. de Sancto Seuer. ſecundum Soc.conſ.104.colum.fin.lib.3.& Iaſ.in l. Gallus.§.1. nu. 24.de & poſthum.

Prohibitio detractionis Trebellianicæ in teſtamẽtis ſæpe aſcripta demonſtrat totam hæreditatem eſſe reſtituendam ſecundùm Bart.in l.Centurio. nume. de vulg. & pupill. quo caſu in terminis noſtris ſubſtitutionem comprehẽſam vltimò factam intelligi factã de tota hæreditate,concorditer tradunt Io. Mar. Riminal. conſil. 243.nu.90.& Cur.Iun.conſ.11.col.4.verſ.conſtat etiam ex alio.

Fructus omnium bonorum diſpenſentur &c. importat ſubſtitutionem vltimo factam in tota hæreditate, Socin. Iun.conſ.151. num.6. lib.2.refert Zanch. dict. §. cum ita.num. 660.

Adeò enim hoc ipſum tertium requiſitum debet eſſe expreſſum de omnibus bonis, de tota hęreditate, vel de toto relicto, ſi quis ſupra dictis, vel ſimilibus tale relictum demonſtrantibus totum venire in vltima ſubſtitutione,quòd non ſufficeret eſſe expreſſum per verbum indefinitum, vt ſuccedat in bonis, in hæreditate, vel in fundo,intelligeretur ſolùm in portione vltimo decedentis, l.ſi fundum ſub conditione. §. ſi libertus. l. Lucius. cum gloſſ.de leg.1.Alexand.in l. Titia.in prin.ad l.Falci. ita eſſe Commun.Opin.dicit Zanch.d.§. cum ita. num. 606.



605.614. Odd.Peruſ.de compend.fol.73.74. Cephal. conſil.401.num.29.Quanuis idem eſſe in relicto prolato verbo indefinito,vt in prolato verbo vniuerſali, cùm in vltimis voluntatibus indefinita æquiparetur vniuerſali.l.ſi pluribus.in prin.ibi Doct.de legat.1.Dec. conſil. 61.colum.1.Seb.Medi.ſuo libr.de reg.iur.2. numer. 117. per hanc regulam, & per hoc quòd ſibi videtur, in d.§. Seia libertis.mẽtionem fundi legati eſſe habitam indefinitè, audacter in ſpecie probare conatur Curt. Iun. in d.l.penult.nu.14.15. 16. eadem repetendo in conſil. 43. col.2.nu.45.& conſil.139.col.2.& ſequent.nu.4.9.ſequitur Soc.Iun.conſ.110.nu.31.conſ.115.num.6.lib.3. & latè Couar.in c.Raynutius.ſuo §.8.nu.3.de teſta.

Ego tamen à Communi Opin. non recedendum, & eam veriorẽ cenſeo,vt diffusè defendit,& probat Zanc. d.§.cùm ita.n.614.namque veriorem probo vltra alios, ſolum aduerſariorum aſylum deſtruendo, totum ſuper indefinita conſtructum, primò deſtruitur, & refellitur,quod in text. d. §. Seia libertis mentio fundi legati habita non eſt maximè in parte teſtamenti ſuper fidei commiſſo,de quo ibi quęritur, ſed relatiuè per geminatam dictionem cum ibi,ne eum fundum vendatis, eũq; qui ex vobis, &c.quæ eſt relatiua ſubſtantiæ, & identitatis ſui antecedentis,qui eſt fundus, vt ibi præſupponit Iuriſconſ. in prima parte teſtamenti prælegatus, & nos præſupponere debemus,vt legatum fundi valeat, in eadem prima parte teſtamenti fundum legatum certo loco, certiſque ſaltem duobus confinib. deſcriptum, & demonſtratum, ſic per incluſionem confinium totum fundum oſtendi, atque alioquin totum intelligi legatũ, vt parum antè probaui,ſub verſic.ſuccedant in dictis bonis. Quæ nempe vt habilia requiſita de validitate legati certi fundi in totum demonſtrati & relicti,pręſupponenda ſunt in eo.tex.§.Seia libertis, de alio. ſ. de fideicommiſſo ſuper legato fundi quæritur,per l.qui in teſtamento.in princ.ff.de teſtã.l.furioſum.in fin.C. qui teſtã. fac. poſ.& per alia iura theor. faciunt Dec.in l.fi. col.1.verſ. ſecundò reſpondetur. de inſtit. & ſubſtit. & Cagnol. in l.vinum.nu.3.ſi cert.petat.&Zanch.in d.§.cum ita.num. 4.ita verius eſt hac ratione relationis ad totum fundum legatum potius quàm ratione indefinitæ in caſu dic. §. Seia.libertis.per Bar.& alios in d.l.vel ſingulis. per Bal. Cuman.Caſtr.& Imol.in d.§.Seia libertis, intelligi fidei commiſſum de toto fundo. Secundò dici non poteſt in caſu. d. §. Seia libertis. vigore indefinitæ illum vltimo decedentem debere reſtituere totum fundum,quia non eſſet par ratio omnium particularium in vniuerſo comprehenſorum,vt eſſe debet ſecundùm Dyn.in rub.num. 7.de reg.iur.in 6.eſſet enim fauorabile, quòd reſtitueret ipſius fundi ſolam portionem ſuam, quia teneretur in minus. Hanc rationem probat Bar.in l.ſi pluribus. in prin.colum.fin.ad num.7.de legat.ſecundo, & econtra quòd teneretur in maius eſſet odioſum, ergo,&c. ſed ex proprietate ſermonis totius fundi legati, & relati tenetur in toto Ruin.conſil.134.nume.12.libr.3. Socin. Iun. conſil.110.num.33. libr.3. vt modò probaui. Tertio alicuius indefinitæ ratio in propoſito noſtræ tacitæ precariæ ſubſtitutionis haberi non poteſt in caſu dict. §. Seia libertis.quia ſigno vniuerſali de toto fundo opus eſt ad probationem taciti fideicommiſſi inter plures grauatos,vt nouiſſimus decedens poſſit reſtituere totum ipſum fundum vltimo fideicommiſſario, vt paſſim doct. dicunt in locis ſupra alleg. ſed in materia probatoria indefinita non æquipollet vniuerſali pro communi, & vera concluſione doct.vt ponit cõcord.allegando Curt. ipſe Iun.conſil.17.col.pen. num.14.& Couar.cap. 13. n. 9.verſ. vndecimo. lib. tertio, ver. reſolut. ratio eſt quia
33 † indefinita æquipollet vniuerſali contingenter & non neceſſariò,Bal.in l.2. colum. 1. ver. item ſi ſtatutum. C. de libert. & eorum libr. & in l.fin. §. in computationa. col.fin.verſ.& hanc gloſſ.ſub num.17.de iure deliber.ita non facit ad probationem, quæ neceſſario debet eſſe concludens.l.nõ hoc.C.vnde legit.cap. in præſentia de probat. cum vulg. ſentiunt in ſpecie Ripa in d. §. cum ita.ſub nu.17.18.& Zanch.num.619.

Hæc ſanè intelligenda ſunt, dum relicta res prolata ſimpliciter & indefinitè reperitur, non ita eſt cum adiectio aliqua appoſita eſt oſtendens rem fideicommiſſo expreſſo ſubiectam eſſe vltra portionem vltimi decedentis grauati, vt quando teſtator dixit, Hæreditatem meam, vel fundum meum. Vel notarius ſcripſit hæreditatem eius, ſuam, vel ipſius teſtatoris, & fundum ſuum, &c.quia tunc eſt vti res ſingularis & definita totum ipſius in ſe continens. l.ſi quis cum totum.de except. rei iud.Bar.in l.legatis.de legat.2.cum ſimil.per Dec.in l.id quod noſtrum. ad fin. de reg.iur. ideò intelligi debet de tota,Socin.Iun.conſ.110.num.32.& conſi.145. ſub num. 42.lib.3. Odd. Peruſ. de compend. loco alleg. car. 74. verſ.ſecundo limitari poteſt, vbi & ex ſentẽtia aliorum limitat,quando aliunde apparerę poteſt de mente teſtatoris volentis de hæreditate tota intelligi, vt per verbum,liberè hæreditas perueniat,vt per Cum. cum Fulg. conſil.3. teſtator. B.

In hoc principali requiſito de tota extante cum alijs requiſitis, ſupra declaratis fideicommiſſarium cognoſcimus ex reciproca tacita ſubſtitutione vigente inter congrauatos,vt demonſtratum eſt.

34 Aut & quarto principaliter dignoſci † fideicommiſſarium contingere poteſt nomine naturali, vt quòd eo ſit ad fideicommiſſum vocatus nomine, quòd eius perſonam naturaliter deſignat, qualis eſt filius, l. tutelas. de cap.dimin.ibi Bart.& alij notant,Gozad.conſ.4.nu. 14.Crot.conſ.360.num.35.Bero.conſ.174. num. 13. lib. 2.vt de filio,idem de deſcendentibus propinquis,proximioribus,poſteris, quòd nomina ſint naturalia & comprehendant tam maſculum, quàm fœminam: probat Dec.conſ.570.num.8.9.10.11.

35 Exinde † filius,puta fratris, vel Titij,vocatus ad fideicommiſſum intelligi debet de eo qui verè & naturaliter eſt filius, & non ciuiliter, vel legitimè ſolum, vt per adoptionem, vel arrogationẽ,ita eſt nota regula, quòd verba teſtamenti intelligenda ſunt naturaliter & non ciuiliter per l.ſi ita quis.§.fin. de lega.2. l. fideicommiſſum de condit.& demonſt.ampliat Cald. conſ.1.tit. qui fil.ſint legi.Alexan.conſil.94.col.3.in princ.lib.1.conſil. 4.num.3.lib.4.vbi loquitur in verbis teſtamẽti, & Dec. in l.generaliter.ſub num.16.C.de inſtit.& ſubſtit.& clarè Iaſ.conſ.51.col.pen.verſ.confirmantur prædicta lib.3. cum in fin.ſimil.per Tiraq.in l.ſi vnquam verſ. ſuſceperit liberos.nume.2.& ſeq.de reuoc. don. & propriè Cur. Iun.conſil.145.colum.fin.nume.26.

Sed vbi quæritur, an de filio naturali & legitimo intelligi debeat, vel de naturali tantum breuis eſt & diſtincta reſponſio. Siquidem conditionaliter fit mentio de filijs, vt ſi talis moriatur ſine filijs ſecundùm conditionem teſtatoris vel grauati, intelligitur de legitimo & naturali, vel de naturali tantùm:nàm horum conditio ſi honeſta.ſit,ita quòd dedecori eius inhoneſta & iniuſta ſoboles,de hac quidem tali intelligi non debet,ſin autem contra pariter & contrariũ dicendũ eſt per tex. gloſſ.& doct.in l. ex facto. §.ſi quis rogatus. l. 1. ad Trebel. ib.maximè Ripa diffusè diſcutit,limitat & declarat, & Odd.Peruſ.de cõpend.part.vlt.q.& arti.vlti. fol. 105. & ſeq.& Io.Mar.Rimin.conſ.128.nu.5.& ſeq.& quando dixerit, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, ceſſant hæc de filio naturali tantum, Pariſ.conſil. 14. num.23.lib. 2.

Si verò in teſtamento de filijs mentio fit diſpoſitiuè eis dando & tribuendo, tunc etiam ſecundùm varietatem temporis quo ſit præſtandum relictum, diuerſimodè acci-

dè accipiendum eſt: vt enim ſi de præſenti aliquid ſit relictum filijs ſuis, vel alterius,& filius adſit tantum naturalis,de hoc nempe intelligi oportet. l.ſi.ff.de iur. deliber.l.ſi quis ſeruum.§.ſi quis ita. de leg. 2. ibi, ſed hoc tantummodo accipitur,quod inuenitur, ſi autem ſimul adſint aliqui legitimi, & naturales, & aliqui naturales tantùm, de illis legitimis intelligere videtur argum. d. l.fin. cum legitimi propriè filij definiantur, qui ex viro & vxore, &c.leg.filium. de his qui ſunt ſui vel alien.iur. Si vero in futurum aliquem euentum diſpoſitio dirigatur in filios ſuos,vel alterius,vt ſi inſtit. deceſſerit, reſtituat filijs ſuis vel alterius, & tempore iſtius euentus adſint legitimi & naturales prius vocantur legitimi Cephal.conſilio 5269.num. vigeſimonono, & ſequen.l.his non extantibus de naturalibus tantùm intelligendum eſt ſecundum honeſtam vel vilem conditionem teſtatoris & grauati, vt paulò antè dictum eſt, hãc diſtinctionem facit & probat Imol.in d.§.ſi quis rogatus. colum. 4.verſi. interdum verò. vbi ſequuntur Alexand. colum. 8.ſub num.16.Ripa.nu.57.latè.Ang.conſi.366. quidam Ioan.de Camerino.Ruin.conſi. 120.colum.4.ad nu.12. lib.1.&conſi.161.num.20.lib.2.vbi demum & de legitimatis admittendis.

Sed ſi quis teſtamento,vt quandoque videmus, deficientibus legitimis,& naturalibus filijs, & deſcendentibus ſubſti tuerit filios naturales & deſcendentes ex eis, & huiuſmodi caſus ſubſtitutionis euenerit, talem cẽſeo interpretationem adhibendam, & ſi teſtator ſit extraneus,cui naturales ſubſtituti poſſunt ſuccedere ex teſtamento, poſſunt naturales iſti ſuccedere ex omni ſubſtitutione, vulgari, & pupillari, & fideicommiſſaria per l.ex hoc edicto.§.ſed hæredem ff. de ali.iud. mut. tradit Bart.in l.ſi is qui.num.3.de vulg.& pupil.& ibi alij communiter ſequuntur,& Alex.conſil. 51. ad fin.lib.2. Grat. conſil.17.num.34. lib.1.

Si autem ſit parens & aſcendens naturalium, qui eius ſucceſſionis ſint incapaces, vtique naturales ipſi in bonis teſtatoris vltra alimẽta,vel portionem eis à lege tributam ex vulgari,pupillari, & fideicommiſſaria aliquid conſequi non poſſunt d. l. ſi is qui.& ibi plenè doct. & Ang.Aret. tract.de teſtam.gloſſ.68.nume.5.& gloſſ. ſeq. num.4. Si aliqui adſint liberi legitimi eis dimiſſa legitima,his verò non extantibus vocati cenſentur ex teſtamento ipſo vulg.auth.licet.C.de natura.liber.& deſcendentes legitimè ex naturalibus validè ex teſtamentis auorum admitti poſſunt ad eis relicta in l.fin. §.ſi.C. eo. Ang.Aret.d.tract.gloſſ.69.num. 4. in ſi.vt eſt commun. opin.per concord.alleg.in meo conſi.33.nume. 4. lib. 1. & opportunè per Feder.de Sen.conſi.57.incip. Videtur mihi.verſi.ſuper ſexto dubio.& Bar. conſ. 118. Oducius col.2.& dixi ſupra eo.lib.interpr.1.dubit 4.ſolut.2.verſ. poteſt quoque ſpurius. & verſic. præceden. & in ſpecie per.Dec.conſi.433.colum.penult.verſi.& iſta concluſio ſecunda. Namque non admittuntur naturales ad fideicommiſſum niſi extinctis omnibus legitimis de lineis inſtitutorum, & ſubſtitutorum omnium præcedentium vt latè probat Aym.conſi.226.

Accipiendo naturales,vt ſunt omnes baſtardi,ſecundum communẽ vſum loquendi & naturaliter accipiendum in teſtam.vt alibi dixi, & diffuſè probat etiã Hipp. Rimin.conſil.187.nume.83.& ſequent.num. 89. etiam cum.ſeq.& Vaſqui.lib.3.illuſtr.quæſt.c.102. num.13.

36 Vbi autem † filius vocatus eſt ad fideicommiſſum, an veniant nepotes, licet quæſtio ſit trita, varia & perplexa,vt per Bar.& ali.in l.Gallus.§. inſtituens de liber. & poſthum.in l.liberorum.de verb. ſignif. & pleniſſimè ex profeſſo conc.cumulando,ampliando, & limitando, tractare ſatagit Gabri.Roman.de commu. concluſ. lib. 6.tit.de verb.ſign.concluſ.1. & remiſſiuè.Tiraq. de iure primig.quæſt. 40. nume. 59.Cum tamen eius reſolutio propoſitæ noſtræ ſpeciei multum congrua, neceſſariaq; videatur, eam duxi breuius ac dilucidius, quo poſſem, explicãdam fore his duabus concluſionibus, diſpoſitionem teſtamentariam non digrediendo.

Prima quòd filij nomen propriè & regulariter non comprehendit nepotem.

Secunda quòd nepos appellatione filij ſæpe accipi multiplici iuſtaq; interpretatione cenſeri poteſt.

Prima autem concluſio probatur ex l. quòd ſi nepotes ff.de teſt. tut.per rationem ibi, aliter enim filij aliter nepotes appellantur, & l.filium. de his qui ſunt ſui. & l.iuſta interpretatione.de verb. ſign. ponderando ibi verbum,interpretatione,& l.liberorum.eo. ibi in verſi. ſed & Papirius.& ibi per Bart.ſub num.10.verſ. contrarium tenet Dyn.& nume. ſequent. & per Alciat. in d.l.
37 liberorum.& in l.fili.eo. arbitrantem & bene † ex proprietate ſermonis appellatione filij nepotem non contineri,& ibi per gloſſ.tenẽtem ita eſſe regulariter, & per Corn.conſ.182.col.3.ad ſi.verſ. ſexto videtur lib. ſecundo,Bero.conſil.96.colum.fin.lib. ſecundo, Tob.Peruſ. conſ.33. num.15. & Rebuf. in d.l. liberorum. pag. 963. verſ. filij enim appellatione. & verſ.ſeq. reprobata diſtinctione Bart.& doct.an proferatur è lege, vel ab homine,vt ibi per eum.

Hanc enim ſententiam firmam permanere oſtendo per aliquos caſus, qui mihi in mentem veniunt & per quos propoſitæ quæſtionis ſolutio ſit clarior nũc in partem negatiuã,ꝙ filij appellatione non cõtinetur nepos.

38 Primus eſt caſus † quando ſtatuto, vel teſtatore ſic diſponente verba teſtamentis ſunt intelligenda propriè ad literam prout verba ipſa ſonant, & iacent abſq; aliqua interpretatione,ſeu aliquo extrinſeco intellectu,vt latè propoſui ſupra lib.1.interpr.1.dubit.2.ſolut.4. tunc nepos appellatione filij venire non poteſt ex aliqua interpretatione, quæ ideo ſic prohibita apparet in verbis ſtatuti, vt per Bald.in l.maximum. num. 10.de lib. præter.in verbis teſtamenti per eundem in l. precibus.nu. 15.de impub.& al. ſubſt. remouentem extraneum intellectum à verbis, per l. in his. de condi.& dem. & per ea quæ plene ſcripſi in d.ſolut.4. & in ſpecie probat Alex. conſ.198.ad ſi.num.16.17.lib.6.& conſ.45.num.5.lib.7.

39 Secundus caſus eſt † quando teſtator nominat filios puta ſui fratris nominibus proprijs vt poſt mortem ſui hæredem ſubſtituit Petrum, Ioannem, & Antonium, filios Frãciſci ſui fratris pendente cõditione huiuſmodi fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, moritur Antonius, ſuperſtitibus filijs, & ſic nepotibus Franciſci.iſti quidem eueniente caſu fideicommiſſi non veniunt nomine filiorum Frãciſci, & ſic nõ ſunt vocati ad fideicõmiſſum, eo quòd nominatio & expreſſio proprij nominis Antonij filij Franciſci facit comprehẽdi, & dignoſci cogitatum & intellectum teſtatoris, quod non porrigitur ad nepotes Franciſci,per gloſ. in verſ.ſi quis filio.in l. ſi quis ita.ad prin.ff.de teſta.& d.§.inſtituens.l.Gallus. de liber.& poſthum.tradit Bar.ibi, & in d.l. liberorum. ſub num.5.verſic.ſed mihi videtur, hanc concluſionem eſſe extra omnem diſputationem doctor. dicit Curt. Iun. conſil.57.colum.2.nume.2.conſil.92.colum.2.nume.6. 7. Bald. conſil. 302. non continentur. lib. 4. vbi idem quando quocunque modo diffinito & arctatiuo certi nominis filij conſtare poteſt teſtatorem ſenſiſſe de certo filio,quòd tunc non veniat nepos,Cum.conſ.118. teſtator. circa med.verſ. inſtituti autem fuerant. Goza. conſ.29.num.14.15.conſ.36.num.10.Aym.conſ.94.nu. 9.Dec.conſi.513.num.12.Pariſ.conſ. 20.nume. 57.lib.3. Bello.conſ.50.num.5.Rolan.à Val.conſ.97.num.17.18. lib.4.ſic eſt com.opin.Gabri.Rom.d.cõcluſ.1. num.70. tit.de vera.ſign.Alciat.conſ.78.num. 8.lib.9.

40 Tertius caſus, † quando teſtator eſſet extraneus & nepos volens venire nomine filij deficientis, & vocati in teſta-



in teſtamento non ſuccederet teſtatori ab inteſtato, & aliquod inhumanum, iniquum, vel abſurdum non ſequeretur,tali nepote non admiſſo, tunc quoque iſte nepos non venit mente teſtatoris, & voluntate in dubio de ſua diſpoſitione conformanda diſpoſitioni iuris communis,Aret.conſ.145.reſpondendo ſummatim comprobat Curt.Iun.d.conſi.57.colum.3. nume. 5. & plene Bero.conſi.122.lib.2.

41 Quartus caſus vbi † filiorum appellatione venirẽt nepotes,inſurgeret inde grauamen aliquod fideicommiſſi imponendi tam contra filios,eò quòd eſſent grauati reſtituere ipſis nepotibus, quàm contra ipſos nepotes, eò quòd grauarentur alij reſtituere, ne tale grauamen eueniat, nempe ceſſare nepotes contineri appellatione filiorum firmat Caſtr.conſilio 97.ne improprijs. ad nu.3. lib.3.ſecundo,Dec.conſil.95.colu.4. verſi. ſed tamen in caſu.conſil. 218. colum. 5. numero 2. & ſequent. verſic. vltimo prædicta.conſil.287.colum. 5. verſic. non obſtat ſucceſſiuè.conſil.511.col.2.513.num.6.& 593.nu.5. Pariſ. con.31.n.15.16.con.86.n.26.con.ſeq.n.23.con.89.n.23. libro ſecundo,Gualden.tit.de ſubſtitut.caut.4.nume.2. Tob.Peruſ.conſi.33.nume.23.Alci.conſil. 2. donationis verba.num.18.& ſequent.lib.8. impreſ. vlti. Venet. vbi in fideicommiſſo euitando actiuè & paſſiuè idem concludit,& Nat. conſilio 191. num. 10.

42 Quintus caſus eſt præcedenti ſimilis, † ſi quando ex nominatione filiorum fieret extenſio ad nepotes in damnum & grauamen alterius, puta tutori, cui oneroſum eſt ſuſcipere tutelam, & in grauamen & pœnam ipſorum nepotum, pone ſi filijs facta ſit prohibitio, ne alienẽt, vel pœna priuationis iis impoſita,ſi quid faciãt, vel ſi quid non faciant, & in id quod odioſum, corrigibile, & pœnale reſultaret, & reputaretur, tunc vtique nomine filiorum non continentur nepotes, hac præſertim ratione, vt cenſeo,qui in odioſis & pœnalibus ſtrictè, & propriè proceditur. c. odia. de reg. iur. in 6. & probationes debent eſſe liquidiſſimæ & concludentes.l.ſi.C.de proba.& l.in teſtamento quidam. & ibi Bald.& Imo.de condit.& demonſtr.ex prolatione enim nominis filij nequaquam ſit concludens probatio in nomine nepotis,quia aliter fili⁹, &aliter nepos appellatur, ita alterum nomen filij non complectitur alterum nomen nepotis, vt leg. quid ſi nepotes. Digeſtis, de teſtat. tut. & §. fin. inſtitut. qui da. tut. in teſta. poſ. & §. nos igitur.& ibi gloſ.in auth.de reſtit.fideicommiſ.Bart. & alij in d.§.diui.l.filiusfam.de leg.1.poſt Io.Andr.Burt. & Abb.in c.ad extirpandas.ſub num.8.de fil. preſ. Alex. conſil. 140. nume. 1. & ſeq. libr. 6. conſil. 36. columna pen.conſ.55.in fin.lib.3.Cur.ſen.conſil.46. ſub num. 23. Socin.conſ.73.nu.24.lib.4.Tob.Peruſ.conſi.33. nu. 26. Ruin.conſil.127.col.2.conſ.130.nu.3.conſ.ſequen.num. 1.lib.ſecundo, Gabr.Roman.d.concluſi.1.nume.79.tit. de verb.ſign.Io.Mar.Riminal.conſ.26.ad num.4. Soci. Iun.conſil.30.num.9.& per tot.lib.3.qui nullo pacto tenere tentat nepotes contineri appellatione filiorum, niſi de mente teſtatoris aliter conſtet, ſed in hoc aduertatur tex. contrarius in dicta l. liberorum. §. ſed & Papyrius.de verb.ſign.

43 Sextus caſus, † cum teſtator in vna parte teſtamenti prouidet nepotibus, vel de his intelligi forſan volens expreſſit nomen liberorum, quod propriè continet & nepotes, dicta l.quid ſi nepotes, & d.l. liberorum. & in alia parte inſtituendo,ſubſtituendo,vel aliter diſponendo expreſſit nomen filiorum. In hac quidem parte tale nomen filiorum non continere nepotes arguendo tenent Soc.d.con.73.nu.21.22.lib.4.illi plures conſulent. & ſubſcribentes inter conſ.Soci.conſ.152.colum.2.verſ. inſuper dubium hoc. & in ſequent.ſubſcript.lib.1.ſuper hoc eodem per alios caſus multum inſiſtunt, & conſil. 62.ſub nu.10.lib.3.ad idem Corn.conſi. 290. colu. 2. & ſeq.li.4.Soc.Iun.conſ.128.nu.71.lib.1.Goz.conſ.92.nu. 16.verſ.4 ex quo.ponit Gab.Rom.d.concl.1.nu.81. 92.

44 Septimus caſus † ſi diſpoſitio teſtatoris in ea parte, qua expreſſum eſt nomen filiorum ſortita fuerit & impleuerit ſuum effectum, amplius ſub hoc nomine filiorum nepotes venire non oportet, vt quòd filij fuerint vocati ad fideicommiſſum vlterius non extenſum ita nepotes ſub nomine filiorum iuris aliud non habent, vt tradit Bart.in d.l.liberorum.colum.pen.nume.18. ſequuntur, & probant Curt.ſen.d.conſ.46.num.21.Corn. conſ. 131.col.2.lib.3.Goz.conſ.36.num.6.9.Pariſ. conſ. 20.num.56.conſ.86.nume.25.conſ.ſeq.num. 22.libro 2. conſ.14.nu.16.lib.3.Alex.conſi.120.num.5.Ruin.conſil. 78.num.5.lib.2.

45 Octauus caſus eſt, † quando filius nominatus cum aliqua qualitate, pone filius Titij,qui erit Doctor,mercator,primogenitus, vel aliam qualitatem habens ſuccedat in ſua hæreditate, huiuſmodi enim filij nomine nunquam nepos comprehenditur, vt latè probat Alex. conſ.4.col.2.num.8,& ſeq.lib.4.& Ioan.Mar. Riminal. conſ.27.num.4.

46 Nonus caſus, vbi † nomen filij in teſtamento fuerit prolatum aliquibus reſtrictiuis circumlocutionibus, vt dictus filius, talis filius, qui tale quid fecerit, ſi quis dictorum filiorum, & hæredum aliter faceret, vel inſtituit, ſubſtituit ſuos filios, & quoſcunque alios naſcituros ex tali, & ex quacunque vxore, vel perueniat ad filios præmortuos, tunc quippe reſtrictiones huiuſmodi impediunt,ne filij nomen aliquo modo cõprehendat nepotem,vt tradit Alex.conſ.56.num.6.lib.5. conſ.140. nu.3.lib.6.Soc.conſ.62.nu.10.conſ.140.num.2.lib.3.

Intellige niſi nomen filij ex tali naſcituri vel nati ſit appoſitum ſub conditione ad excludendum ſubſtitutum,etiam quòd dicat ex corpore nati, ſcilicet ſi deceſſerit ſine filijs ex ſuo corpore natis, quia etiam nepos continetur, cum quo ſi decedat inſtitutus, ſubſtitutus excluditur,Ang.& Imol.in 1.col.in vlt. not. in l.Lucius. ff.de hæred.inſtit.cum concord.per Gabr.Rom.d. concluſ.num.77.verſ.contrarium.

47 Decimus caſus eſt, † quando illi, qui nomine filiorum volunt cõtineri vti nepotes, & ſic admitti ad fideicommiſſum non erant nati vel concepti tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris, minimè poſſunt nepotes tales nomine filiorum comprehendi per not. à gloſſ. & Bart. in l.ſi cognatis. de reb.dub. & in l. placet de liber. & poſthum.tradunt Otto. Nicolinus Florentinus inter conſ.Socin.conſi.152.colum.ſecunda,lib.primo, & ibi Soc.in ſua 2.ſubſcript.& Barb.in ſua 3.ſubſcrip. & Ioan. Bapt. Caccia.in vlt.ſubſcript.& plenius idem Soc.confirmat conſ.73.col.7.num.25.& ſequent. lib.4. ſequitur Dec.conſi.95.colum.5.verſic. tertio principaliter,idem inferendo ſi conditio collata ſit in euentum certum futurum,idem Ruin.conſi 36.col.pen.lib.2. tangit Tiraq. de retract.tit.1.§.1.gloſſ.9.num.85.plenius num.96.ponit Gabr.Rom.d.conclu.1. num.65.& nu. 66. eos citat. qui tenent contrarium, quando teſtator protulit verba in futurum euentum.

Hoc autem verius, & magis receptum exiſtimo, quòd natiuitas ſeu conceptio illius nepotis, qui velit comprehendi nomine filij, ſolummodo locum habeat in relicto ſimplici, & purè dato, non vero in legato vel fideicommiſſo conditionali, & in aliquem futurum euentun præſtando, quia talis euentus, & conditionis aduenientis, & purificatæ tempore ſufficit nepotem cõtineri poſſe appellatione filij,etiam natum poſt mortem teſtatoris,quo tempore cedentis diei fideicommiſſi eſſentia, & capacitas fideicommiſſarij requiritur per tex.in l.cum pater.§.in hæreditatem filius in fin. de leg. ſecundo,& in l.ſi deportati.in prin.de lega.3.& in l.eum qui poſt de cõd.& demonſt.& ibi gloſſ. & doct. & ſentit gloſſ.

gloſſ.magna circa med.in d.l.ſi cognatis.dum allegat.d.
l.ſi deportari. & d. l.eum qui poſt. æquiparando ſuffice-
re fideicommiſſarium eſſe capacem tempore mortis
tantùm vel tempore exiſtentis conditionis relicti , &
per l.interuenit.deleg. præſtan.& vulg.deciſ. Ioan.An-
dreæ in add.Spec. in rub.de teſt.d.l.ſi cognatis.& l. cum
ita.§. fideicommiſſo de legat.ſecundo,locum habere in
fideicommiſſo ſimplici & puro , & non conditionali,
& tempore exiſtentis conditionis ſufficere fideicom-
miſſarium habere qualitatẽ vel naturalitatis,vt filij, ne-
potis, vel pronepotis,vel ciuilitatis,vt agnati proximio-
ris, ſub qua fuit vocatus,tradunt Soc.d.l.ſi cognatis. ſub
nu.30.verſ.ex quib.infertur.& in conſ.10.col.fi.conſ.86.
num.12.lib.3.Alexand.conſi.22.nu.3.conſi.26.nume. 4.
verſic.& hoc ſaltem procedit. li. 3. vbi in indiuiduo di-
ſpoſitionis ſimpliciter de filijs factæ & collectę in euen-
tum futurum tenet veriſimile eſſe teſtatorem latè ac-
cepiſſe verbum, filijs quòd comprehendat nepotes eo-
rum patribus præmortuis , extantes in euentum prædi-
ctum futurum,vt ibi per eum, & in conſ.13.col.ſecunda,
& Caccialup.in ſubſcript.ſeq. conſilio 14.confirmãtem
pluries requiri,& ſufficere eum , qui vult ex ſubſtitutio-
ne admitti eſſe in rerum natura tempore quo cedit dies
fideicommiſſi per d.l.determinationẽ Lamber.& Ioan.
Andr.vt ibi,ſub num.2.idem per.Crot. in l. filiusfam. §.
diui.num.164.ad fin.de legat.primo,& Dec.conſil.217.
ad fin.& conſil.253. colum. fin. verſ. nam ſi conditionis
conſi.299.colum.penult.num.8.vbi tenet in nepotibus
non natis nec conceptis tempore mortis teſtatoris, &
Pariſ.conſil.37.num.9.10.conſil.83.num.13.lib.2. Ruin.
etiam hanc partem firmat conſil.159.colum.penult.ſub
num.15.& conſil.151.in fin.lib. 2.& Curt.Iun. conſil. 111.
num.19.Socin.Iun. conſil. 126. nume. 53. lib. primo, &
Guid.Pap.deciſ.511.ad fin.ita eſt Commu.Opin. ſic at-
teſtantes,& ali.concord.allegat Rolan. à Val.ſuo conſi.
pro Triuultijs.num.40.& ſequent.quod eſt conſ.38.nu.
35. & ſequent. ſuo lib. 4. & alij conſulendo pro illa ſua
par.& dixi ante ea.interpr.dubit.1.ſolut.9. verſ. ſed ad-
huc in quibus locis etiam reſpondetur. l. Titius. & l.
item prætor.ff.de ſu. & legit. hæred. requirentibus eum
volentem ſuccedere eſſe natum vel conceptum tempo-
re mortis eius,de cuius ſucceſſione agitur , ꝙ loquantur
in hæreditatibus, & acquiſitionib.legitimis,vt per Bart.
in dicta l.item prætor. & non in acquiſitionibus ex te-
ſtamento, Fulg. conſil.34.Domina Catharina. colum.
2.ad fin.verſ.nec me mouet Alexand. conſil.26.ad fin.
lib.3.ſequitur Dec.in rub.num.3. verſ. vltimo prædicta.
C.de ſucceſſ.edict.Rolãd.à Val.conſi.70.num.48.verſ.
ſupereſt modo.lib.3.Ruin.dicto conſil.151. in fi.& conſi.
158.ſub num.15.Dec.dicto conſil.217.ad fin.& Iaſ.conſ.
159.colum.pen.in fin.num.3.lib.4.in quibus ſufficit vo-
catos eſſe in rerum natura , tẽpore quo cedit dies relicti
per dictam l. cum pater.§.hæreditatem filius. in fin. de
leg.2.& d.l.interuenit.de leg.præſtan. & per com. doct.
ſententiam ſupra probatam , & in ſpecie iſta per Alex.
conſ.28.ſub num.9.

Et hoc recipiendum eſt in caſibus,quibus aliàs inter-
pretationẽ ipſam legis habere locum percipimus , qua
filij appellatione nepos continetur , & de quibus in ſe-
quenti concluſione dicetur, in his enim ſat eſſe videtur
filium eſſe natum in vita teſtatoris patris , ſeu alterius
tertij, cuius filius vocatus reperitur ad fideicommiſſum
in aliqua vltima voluntate , & quemadmodum retinet
filius iura filiationis poſt mortem patris dicit Cin. in l.
qui ſe patris.colum. fin.ſub num.8.C. vndè lib.ita mors
patris impedimẽdo eſſe non videtur, quin ſemper dicta
legis interpretatio locũ habere poſſit , quòd nepos ve-
niat appellatione filij per dictã l. iuſta interpretatione.
48 de verborum ſignific.† cum ſemper lex dicatur loqui.l.
Arriani.C.de hæretic. & quãdocunq; nati forent nepo-
tes,viderentur inuitati ex voluntate teſtatoris facientis
mentionem de filijs per l.Lucius.ff.de hęred.inſtitut.te-
net deciſ.Delphi.per Guid.Pap.alleg.Dec.conſ.511. in
fin.vt nũc dicantur nepotes,puta Titij defuncti, ſubau-
di quondam Titij,per gloſ.in verſ.defuncti.in l. penult.
ſi cert.petatur.& ibi Bart.num. 1.& alij multum nota. &
Felinus in cap.fi.in princip.de teſtib. cogend. ſic potius
per ius & nomen filiationis ſignificari , quàm per ius
agnationis,ſeu cognationis, & etiã per continuationem
ſanguinis in nepote,Baldus in l.1.C.de condit.inſer.Di-
xi de filio tertij , quàm in diſponentis procedere inter-
pretationẽ de filiò ad nepotem etiam ipſius tertij,ad re-
futationem eius quòd dicit Soc. in ſua 2. ſubſcrip. poſt
d.conſ.Ottonis Nicolini.152.lib.1.conſ.Soc.ad fin.non
meminiſſe ſe legiſſe fieri dubitationem de nepote loco
filij accipiendo,niſi reſpectu patris diſponẽtis & appel-
lantis filium ſuum,& non filium tertij , vt & pro nepote
tertij interpretetur , quoniam in hoc de Soc. dicam il-
lud , *quandoque bonus dormitat Homerus* , eſt text. aper-
tus etiam in materia per glo.& Doct.allega.in l.vxorem
49 §.concubinæ.de legat.3.† vbi in teſtamẽto domini no-
minantis filios villici & ſic alterius quàm diſponentis,
deciditur venire.Idem reperitur in d.l.liberorũ.§.ſed &
Papyrius.de verb.ſign.& ſub hac quęſtione de teſtamẽ-
to tertij nominantis filios alterius, ibi ſubiungitur gene
ralis ratio hæc,ſeu generale dictum hoc:filij enim appel
latione ſæpe & nepotes accipi, multifariàm placere , id
ergo generaliter eſt intelligendum. l. in fraudem,in fin.
ff.de milit.teſtam. cum vulg.

50 Altera & ſecunda concluſio† quòd appellatione filij
iuſta interpretatione,& ſępe ac multifariam nepos con-
tinetur,probatur per d.l.iuſta interpretatione. & d.l. li-
berorum.§. ſed & Papyrius.de verb. ſign.Rebuff.in d.l.
iuſta interpretatione,quæ eſt lex.201.& pag.883.exponit
iuſta,vera,communis, æqua & propria,& ſumpta occa-
ſione dictionis , iuſta, ordine alphabetico alios diuerſos
caſus proſequitur,qui in diuerſis legibus determinantur
expreſſione iſtius dictionis,iuſta,vt affectio iuſta , bellũ
iuſtum,cauſa iuſta,& ſimil.vbi per eum , qui & in d.l.li-
berorum,quæ eſt lex.220.d.§.ſed & Papyrius.pag. 963.
ad fi.tenet concluſionem iſtam procedere ad regulã iu-
ris contrariam ex limitationib.tantum *expreſſis per le-*
ges ipſas, ſ.per d.§.ſed & Papyrius. quãdo *ratio pietatis*
ſic oſtẽdit,& per l.filium.ff.ad Macedo.& l. ſenatuſcon-
ſulto de ritu nupt.& l. ſi quis filium.C.de inof.teſta. qui
ſunt caſus à iure expreſſi,& per l.at ſi quis.5. plerique de
relig.& l.2.§.ſi mater.ad Tertul. vbi eſt eadem ratio in
filio,& in nepote,rurſus per d.§.ſed & Papyrius.& gl. in
l.filij.de verb.ſign.& Dec.in conſ.95.quando conſtat de
voluntate diſponentis,& per l.primã,de iuſt.& iur.& l.ſi
quis à liberis de liber. agno.vt alimẽta & filijs & nepo-
tibus ſunt præſtanda eadem natura duce, & in filiorum
appellatione contineri nepotes tantum concedit Re-
buf.at regulariter non in alijs caſib.

Ego vero non ita anguſtè rem hanc accipiendã cen-
ſeo,quòd in caſibus duntaxat expreſſis per leges appella
tione filiorum nepotes comprehendantur , quia ſi hoc
verum eſſet , fruſtra occuparent paginas d. l.iuſta inter-
pretatione,& d.l.liberorum.§. ſed & Papyrius.quod nõ
eſt dicendum,cum maximè dictiones habeãt,ſæpe mul-
tifariam , quæ in legibus expreſſæ,iterationem quãdam
caſuum,& modorum multiplicitatem deſignare viden-
tur per ea, quæ de his habetur per Alber.in ſuo diction.
litera M,& litera S, per Alex.in l.ſæpe. nu. 2. de re iudi.
ſatis enim videtur,quòd alij caſus multi , quibus depre-
hẽdi poteſt nepotes venire nomine filiorũ , ſimiles ſunt
caſibus ſuprà per leges expreſſis,qui etiam ſic recipien-
di ſunt l.non poſſunt & l.ſeq.ff.de legi.
51 Primus caſus,vel modus eſt,† qui eo in caſu , quo no-
mine filij venit filia , & ſic maſculinum concipit fœmi-
ninum



ninum, ita venit & nepos, vt æquiparando determinat,
d.l.iuſta interpretatione , à qua determinatione excipi-
tur caſus dationis tutoris , qui & ſi datus, filijs , cenſetur
& filiæ datus.l.ſi quis ita.in prin.ff.de teſt.tut.non tamen
dicitur datus nepoti.l.quid ſi nepotes. ff. eo. diuerſitatis
ratio in hac exceptione aſſignatur per Bar.in d.l.libero
rũ col.3.poſui.conſ.56.n.15.lib.1.& pulchra ponit Corn.
con.207.col.8.ſub ver.nec obſtant adducta.lib.2.
Secundus caſus , † quando filij appellatio habetur in
52 conditione ad excludendum ſubſtitutum , vt ſi dicatur
ſi deceſſerit ſine filijs,etiam ex ſuo corpore procreatis,ſi
inſtitutus decedat cum nepote , is quidem venit nomi-
ne filiorum , & excludit ſubſtitutum , hac ratione , quia
in nepote eſt ſanguinis cõtinuatio,ideò immediatè dici
tur quidquid per rerum naturam continuatur ac vnum
idem eſt,ſecundùm quẽ tradit Bal.in l.1.n.3.C.de cond.
inſer.quę ibi alij ſequũtur,& in l.Lucius.ff.de hęred.inſt.
Curt.Iun.con.113.ad nu.3.& in hoc eſt magis Commun.
Opin.Socin.dicit.conſil.17.colum.prima,ad fin.libr.4.
& conſi.249.colum.prima,verſi.ſecundò confirmatur.
lib.ſecundo,& Corn.conſi.97.colum.5.verſ.& propter-
ea dicunt.libr.1.Caſtr.conſil.198.ſuper primo.col.2.nu.
2.lib.2.

Tertius caſus , † vbi teſtator diſponendo oſtendit ſe
53 velle bona ſua conſeruare in agnatione modis pluribus,
de quibus ſuprà diffusè ſcriptum inuenire poteris ea in-
terpr.dubit.1.ſolut.11.& dubit.2.ſolut.3.hoc etenim ca-
ſu nepotes contineri appellatione filiorum tradunt Iaſ.
conſil.52.lib.3.Pariſ.conſi.75.col.fin.conſil.78. num.10.
lib.2.conſi.52.nume.20.cum ſequent.lib.3.& Curt.Iun.
conſi.111.num.5.vbi ex voluntate teſtatoris id fieri col-
ligunt ex tex.d.§.ſed & Papyrius. vt generale eſt volun-
tatem teſtatoris totum facere, l.ex facto proponebatur.
§.rerum.ff.de hæred.inſtit.l.ſi mihi & tibi.in fin.de lega.
1.cum ſimilibus.
54 Quartus caſus ponitur † quando teſtator inſtituen-
do,relinquendo , vocando prouidet & filijs & pro eis fa
uorabilia facit & diſponit,in hoc quidem caſu ferè om-
nium recepta eſt ſententia & communis,quòd appella-
tione filiorum continentur nepotes per dictam leg.Lu-
cius,& dictam l.iuſta interpretatione, tenent Bar.in d.l.
liberorum col.3.ſub num.5.Alexand.d.conſil.26.nume.
5.6.lib.3.& latiſſimè conſi.37.num.12.vſque ad fin.lib.6.
Ang.Aret.tract.de teſta.gloſ.89.num.5.Alexand. conſil.
28.num.9.Socin.conſi.18.colum.prima,lib.4.Iaſ.conſ.
52.colum.3.lib.3.Pariſ.conſil.52.num.24.conſi.63.num.
27.lib.ſecundo,Socin.conſ.14.colum.prima,& ſequen.
libro primo , conſilio 249.colum. prima , lib.ſecundo,
Curt.Iun.conſil.113.nume.ſecundo.conſil.116.nume.13.
Bero.conſil.12.numer.10.lib.ſecundo,Socin.Iun.conſi.
125.num.25.lib.primo, vbi plenè allegando concord.li
cet in his locis Doct. dicant hoc maximè procedere in
teſtamentis aſcendentium, tamen idem affirmant & in
teſtamentis tranſuerſalium , & extraneorum , prout lo-
quitur tex.in dicta l. Lucius.& Alexand.dicto conſil. 37.
colum.2.ad fin.& Alexand.dicto conſil. 28. ſub. numer.
9.& Pariſ.conſil.75.colum.fin.num.65.& ſequent. libro
ſecundo,Nat.conſil.602.num.12.13.dixi dicto conſi. 56.
nume.9. & generaliter loquitur dicta l.iuſta interpreta-
tione, & dicto §.ſed & Papyrius.Sic & in teſtamento ex
tranei & non aſcendentis loquitur text. in l. vxorem. §.
55 concubinæ. de leg. 3. † Qui & ſi per gloſſ. & paſſim per
omnes exponatur nepos vocabulo filiorum venire cau-
ſa pietatis,ne dura ſeparatio fiat nepotum à parentibus,
cum tamen ibi de hoc nullum verbum in ipſo text. di-
cerem ipſius Iuriſconſ.veriorem & propriorem intelle-
ctum eſſe non ob ius aliquod proximitatis mancipio-
rum, ſed propter verborum latiorem interpretationem
faciendam in teſtamentis per l.in teſtamentis. de regul.
iur.ſicut dicitur in text.leg.qui concubinam. in prin. de
leg. 3. non ius vxorium ſecundùm interpretationem
eſſe faciendam,ita in d.tex.§.concubinæ.continente le
gatum villici,& contubernalis,& filiorum largius inter-
56 pretando venire & nepotes ſicut † legato mulorum ve-
niunt mulæ.l.qui duos.de leg.3. per comparationem ita
factam per Iuriſconſ.in dicta l.iuſta interpretationẽ, no
men ipſum filij interpretando,ſicut continet filiamfam.
ita & nepotem,& magis congruè ſupplenda vidẽtur ver
ba tex.d.§.concubinæ.ibi,nihil proponi, cur non debe-
retur,ſcilicet de contraria voluntate teſtatoris,cum quę
ſtio ſit de voluntate teſtatoris,ibi ex verbis præcedenti-
bus,pertinere voluerit,& exprimitur ipſum contrarium
quòd eſſe poſſet in text.ſimili dicto §. ſed & Papyrius.
ibi , niſi voluntas teſtatoris aliter ſe habeat , quia cum
hæc non aduerſetur,ſubiungitur ibi ratio, filij enim ap-
pellatione ſæpe & nepos accipi,& multifariam placere.
Huius autem verioris intellectus vtilitas eſt quod pro-
poſitam interpretationem non ſuadet ius aliquod pieta
tis,mancipiorum legatorum, ſed verborum interpreta-
tio ipſa ſic facienda,arg.d.l.qui concubinam. in prin.&
per text.in d.§.ſed & Papyrius.& in d.l.iuſta interpreta-
tione.& in d.l.in teſtamentis.
57 Quintus caſus eſt , † ſi teſtator de filijs mentionem
faciendo diſpoſitionem extenderit in aliquem futurum
euentum , qui in nepotibus ſicut in filijs verificari po-
teſt , verbaq; de filijs ipſis protulerit in futurum, vti de
naſcituris filijs, & vti ſi dicatur inſtituit eius filios natos
& naſcituros , cùm poſt mortem Petri ita poſſint ex-
tare nepotes,& ad eos par affectio teſtatoris veriſimilis-
que intentio directa appareat , euẽtu ipſo verificato ne-
potes,qui tunc reperiũtur extare,vtique appellatione fi-
liorum eueniunt, ita dicta l. Lucius. intelligendo tradit
Imol.in dicto §.inſtituens.colum.fin.ver.vel potes dice
re dicta l.Gallus de liber.& poſthum.& ibi Iaſ.poſt Ale-
xand.colum.6.verſicu.tenendo iſtam partem atteſtatur
hanc opin.eſſe commun.& eam tenet & Alexand.conſ.
5.colum.2.num.quarto,lib.3.& conſi.37.colum.4. num.
15.lib. 6. vbi loquitur de filijs penitus extraneis & præ-
mortuis , quòd eiuſdem extranei nepotes admittantur
ad ſubſtitutionem,& Socin.conſi.43.colum.2.ver.nam.
licet quatenùs lib.tertio.Dec.conſi.299.colum.penult.
num.octauo.Ruin.conſil.101.colum.4.num.9.& conſi.
154.colum.fin.num.4.lib.2.Curtius Iun.conſil.139. nu-
mero 22.Pariſ.conſil.52.num.22.lib.3.Gozad.conſil. 4.
numer.13.Socin.Iun.dicto conſi.125.num.35.lib. primo,
Cephal.conſil.107.num.15.Alci.conſil. 80. num. tertio,
lib.9.quod & fortius procedit quando poſt mortẽ filio-
rum dicatur , & hæredum , eſt alia ſubſtitutio facta de
alio extraneo,quòd tunc veniant nepotes,& poſt mor-
tem vltimi nepotis ſuccedat ſubſtitutus etiam locus
pius maximè in tota hęreditate , vt latè probaui dict.
con.56.ſubſcribendo con.excellentiſſimi Doctoris Le-
lij Taurelli Fanenſis.
58 Sextus caſus in ſumma eſt.† Vbicunque de mente te
ſtatoris cõſtare poteſt,& nepotes comprehendi appel-
latione filiorum,ſicut eſſe traditur , quandò teſtator in-
ſtituendo,ſubſtituendo, vel aliter diſponendo nominat
filios,& filias,& vigęt æqua charitas,& neceſſitudo erga
vocatos tam teſtantis , quàm fideicommiſſariorum,vel
legatariorum ſint filij vel nepotes , & vt actus valeat,
& vt extranei non præferantur propriæ agnationi , &
minus dilectus non præferatur magis dilecto, atque ab-
ſurdum euitetur,vt per Corn.conſ.207.colum.8. & ſeq.
lib.ſecundo,Io.Mar.Riminal.conſ.117.colum.fin. Ang.
Aret.in §.fin.colum.fin.verſ.primò quia.inſtitu. qui da-
re tuto.in teſta.poſſeſ.Bald.conſil. 413. viſo teſtamento
Lozanis.lib.4.Alexand.conſil.9.colum.ſecunda , num.
4.5.lib.primo,conſil.5.num.3.lib.tertio.Pariſ.conſil.52.
num.25.26.& ſequen.lib.2.Goz.conſ.4.ſub num.13.Ga
bri.Roma.d.conclu.1.num.32.34. 42. Aym. conſil. 155.

num.3.8.vbi idem quando teſtator vſus fuerit pro ſynonimis iſtis verbis filijs & liberis, idq; etiam eſſe ex largè ſumpto vocabulo his enim conſentanea ſunt, & quòd dicit text.in l.item prætor.in princip.ff.de ſuis & legit. hære.quòd per abuſionem nepos dicitur cognatus eius, poſt cuius mortem conceptus eſt,& quod dicit text.in l. non aliter.§.1.de legat.3.quòd in cauſa teſtamentorum omninò non eſt ſtandum diffinitionibus verborum, quia abuſiuè plerunque loquuntur, nec proprijs nominib.ac vocabulis ſemper vtuntur.licet appellatio filij reſpectu naturę prolati,prout ſic in dubio prolatus reſpectu naturæ præſumitur, continet nepotem ex proprietate tributa à lege,vt ſequendo Iacob.probat Bald.in l. maximum.nu.7.de liber.præter.& Cepol.conſi.ciuil. 7. col.4.ſub nu.2.verſic.item quia.& exponit Rebu.in d.l. iuſta interpretatione.pag.883.ad fin.

His igitur modis perpendimus ſub nomine filiorum quandoq; nepotes ad fideicommiſſum vocatos eſſe,qui ideò propriè ſunt filij filiorum, vel filiarum. l. 3. in fin. l.Iuriſconſultus.§.nepotes.de gradi.affinit.& tales ſunt intelligendi, cum nominatim appareant nepotes ex-
59 preſſi in teſtamentis.Verùm & frequentius, † ex communi & notorio vſu ad inſtitutiones, ſubſtitutiones, & legata in teſtamentis vocati reperiuntur nepotes, qui non ex filijs, vel filiabus, ſed ex fratribus, & ſororibus nati ſunt, cum ſimul maximè ita ſunt nominati, fratres,& nepotes, vel ſorores, & nepotes.ita pro nepotibus ſunt accipiendi, & admittendi ad fideicommiſſa, cum ſic vocati inueniuntur, vt poſt Bald. Salyc. Caſtr. Alexand.firmat Dec.in l.2. colum. pen.nume. 2. C. de ſucceſ. edic. vbi plures tex. iuris canon. ad hoc citat, & Philip.Franch.in cap.1.colum.54.verſ.in glo.in verſ. verbis, de teſta. in 6. Fulg. conſil. 67. paterfam. ſupra fin. Aret. conſil.37.colum. 3. verſic. venio ad tertium, dicit, filius fratris hodie per abuſionem vocabuli dicitur nepos Curt.ſeni.conſil.29.colum.prima, verſi. ſucceſſiue contingit, vbi idem eſſe de communi vſu,& more Hiſpaniæ,& Corn.conſil.140.colum.fin. verſic. poſſet etiam attentari lib.ſecundo, Iaſ.conſil. 228. colum, penul.poſt princ.verſi. ad prædicta. lib. ſecundo, Alex. conſil.49.colum.3.num.8.9.libr.primo,ita eſt de communi vſu loquendi, & de generali conſuetudine intantum,quòd ea probari non expedit, Franciſc. Cremen. ſingul.91.

60 Aduerte tamen quòd † vbi ſimul ſunt nepotes ex filio & nepotes ex fratre,q̃ nepotes ex filio cenſentur vocati ſequendo Bal.tenet Feli.in c.per tuas col.3. ver. limita 2.de probati.

61 Pronepotes † etiam veniunt appellatione nepotum, cum in ſono vocis conueniant, & præſertim vbi in diſpoſitione ſunt hæc verba gradatim, ſucceſſiuè, in perpetuum probat Fulg.dict.conſil.67.colum.fin. verſicu. in contrarium, & ſimpliciter etiam in contractibus, Alex.conſil.125.colum.3.& ſeq.libro. 5. & Ruin. conſil. 166.n.8.l.1.& clarius in ſpecie con.130.col.pe.n.2.li.2.

62 Voluit † peruenire in hæredes ſuorum filiorum, interpretatur de liberis, & non de hæredibus extraneis. Bal.conſil.283.verba teſtamenti vltra med.libro ſecundo,Caſtr,conſi.378.primo videndum eſt.col. 2. verſicu. 2.probatur.lib.1.

63 Vlterius † deficientibus maſculis teſtator ſubſtituit filias fœminas, vel fœminas ſimpliciter ſeu earum filios, huius quidem ſubſtitutionis caſu eueniente ad fideicommiſſum vocatæ ſunt tam filiæ teſtatoris, quàm filiæ maſculorum deficientium, ac earum filij,vt tradit Caſtr.conſi.198.ſuper primo.colum. ſecunda,libro ſecundo, Corn.conſil.159.colum.4.& ſequent. lib.4.& Pariſ.conſi.53.num.22.& ſequent.lib. ſecundo, ſequitur Gabr.Eugub.conſil. 96.ſub. num. 19. & ſequ.

64 Aduertendo tamen quòd † fœminæ aliquæ in portione earum patris præferuntur alijs fœminis etiam proximioribus teſtatori, vt latiſsimè probat Socin. Iun. conſil.126.poſt num.16.& ſeq.libr.1. Burſ. Mant.conſil. 64.num.26. vbi de concord. pluribus, & Crot. conſil. 234. nume. 32. cum ſequent. de proximiore autem vel teſtatori,vel grauato admittendo dicetur infra.

65 Item ſciendum eſt, † quòd vocatis ſemper maſculis ad fideicommiſſum in pluribus teſtamenti particulis & vltimo loco ſit appoſita talis vel ſimilis clauſula,vt ex eo vel eis in perpetuum deſcendentes, nam talis clauſula interpretatur, quòd deficientibus maſculis fœminæ ex eis deſcendentes intelliguntur vocatæ ad fideicommiſſum.not.tradit Corn.conſil.203.per tot.libr. 4. ſentit Ruin.conſi.165.col.fin. & con.127.num.fin.lib.2. facit Alexan.conſi.17.nume.8.& ſequent.lib. 7.& clare Bero.conſ.83.nume.2.libro ſecundo,& conſil.87.& ſequent.eo.Idem dicendum videtur omni caſu,quo ſubſtitutio fideicommiſſaria poſtremo loco facta vocat ſubſtitutos ſub vocabulo communi continente maſculum & fœminam,de quo alibi ſupra dixi, & repetam, vt deſcendentes maſculum, & fœminam ſignificantes.Curt. Sen.conſil.65.colum.fin.Socin.conſil.51.colum.1.lib.4. Bero.dicto.coſil.63.num.9.& conſil.87.num. 7. libr.2. Idem coniunctorum proximorum poſterorum vocabulo de maſculo & fœmina Dec.conſil. 223. nume.2.3. Alex.conſil.106.ſub nume.4.idem ſuorum.Dec.conſil. 253. numero 4. idem propinquorum Deci. conſil. 527. num.5.6.& plenus conſil.570. nume. 10.& ſequent. Pariſ.conſ.20.nume.18. libr. ſecundo, Aymo conſil. 250, colum.2.num.4.idem attinentium Pariſ.con.24. num. 71.& ſequent.lib.2.dixi ſupra ea.interpr. dubit. 1. ſolut. 11.verſic.nunc recordari. De his & pluribus ſimil. idem per Cephal.conſi.53.nu.84.& ſequent. Hoc etenim accuratè reſpiciendum eſt, ne vltimus maſculus ex deſcendentibus alicuius antiqui teſtatoris decipiatur credens ſe liberatum fideicommiſſo, cum id nequaquam verum ſit ſuper exiſtentibus adhuc fœminis ex eiſdem deſcendentibus etiam vocatis ad fideicommiſſum
66 vt dictum eſt, modo † deſcendentes maſculi quandoque ex fœminis etiam admittuntur & præferuntur falſem fœminis,vt plenè ponit Bero.conſi.120.num.37.& ſeq.lib.2.

67 Quinto principaliter † fideicommiſſarius qui ſit vocatus habetur etiã ex nominatione facta ab eo, cui teſtator impoſuit,vt quandoque euenire in aliquorum teſtamentis legitur,vxor hæres inſtituta eſt, vel quis alius, & ei à teſtatore mandatur,vt aliquando eligat,vel nominet aliquem bonæ indolis iuuenem de agnatione ipſius
68 teſtatoris, cui hæreditatem reſtituat, † valet enim talis nominatio à teſtatore commiſſa de incerto de certis, non verò de incerto de incertis,Alciat.conſil.92.lib.9. nec commiſſa in libera voluntate grauati:quia incertitudo fideicommiſſarij vitiaret,& teſtatoris voluntas decepta remaneret, hæc ſingula probant text.& doct.in l. vnum ex familia.in princip.& §.rogo.& in l.cum pater. §.rogo.de leg.2.in l.vtrum.§.cum quidam.in l.ſi fuerit. in princi.de reb.dub.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus fuerit filijs.ad Trebel.in l.illa inſtitutio.ff.de hæred. inſtit. Ruin.conſil.21.col.2.num.6.& ſeq.& conſ.36. nume.6.
69 & ſeq.lib.2.Corn.conſil.156.col.3.& ſeq.lib.2. † Declara, quando teſtator dixit ſe hæredi ſuo, vel vxori dixiſſe in ſecreto cui velit dari,ſtari debet vxori, vel hæredi dicẽti tamen cum iuramento de perſona nominata ad rem relictam,tradit Ruin.conſi.19.colum.2.& ſeq.lib.2.his ſimilia tetigi ſupra interpret.1.dubit.4.ſolut.1.verſicu.2. ab eo.

70 Nominatio † ſeu electio debet fieri de eo, qui ſit de propria agnatione teſtatoris, & qui ſit pauperior, & qui non inimicus ſeu odioſus teſtatori fuerit,Alexan.conſi. 213.ponderatis his. columna 2. & fin. lib. 6.dummodo non ſit



non ſit remiſſus in libera voluntate grauati,per tex.in l. cum quidam ita. in prin. de legat. 2. & qui ſit maſculus & non fœmina,Rui.conſ.24.nume.7.& ſeq.lib.2.& qui ſit legitimus & naturalis, & non legitimatus, Bero.vbi latiſſimè in materia in conſil.23.lib.2.& qui ſit de magis propinquis,quando eſt prolatus in comparatiuo,Baldus conſi.334.in quæſtione quæ vertitur.nu.4.lib.3.& Deci. conſi.321.colum.2.nume.5.verſic.vlterius etiam aduertendum.

71 Qui † debet relinquere affinibus, & coniunctis teſtatoris, tam ex parte patris,quàm matris vſque ad quartũ gradum partem dimidiam hæreditatis, eligendo & relinquendo vni nepoti teſtatoris credita teſtatoris,& certam pecuniarum quantitatem,& dimidiam partem bonorum mobilium, ita quòd ſe ſatisfactũ vocauit, dictus nepos electus, dicitur ipſe grauatus pariter ſatisfeciſſe voluntati teſtatoris,adeo quòd ab alijs coniunctis aliud peti non poteſt, latè iura & doct.in materia diſcurrendo,& obiectionibus reſpondẽdo,probat Pariſ.conſ.72. per tot.lib.2.principalis tex.eſt in l.is qui complures. de
72 leg.3. † Dicitur quoque electus fideicommiſſarius,ſi grauatus eligere vnum de agnatione ſi deceſſerit ſine filijs, eligendo ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, coram fide dignis dixerit, Volo eligere talem in ſucceſſorem, & fideicommiſſarium, & in hoc perſeuerauerit vſque ad mortem,latè diſcutiendo probat Soci.conſil.86.col. 1.& ſeq.lib.3.

73 Quibus in locis habetur,† & ſi in plurali hi ſunt prolati,qui ſunt nominãdi ad fideicommiſſum,vt affinibus, coniunctis,vel illis de ſua agnatione. Tamẽ in ſingulari vnus electus vel nominatus is ſolus excluſis alijs etiam proximioribus admittitur ad fideicommiſſum.l.filiusfa. §.cum pater in fin.de leg.1.l.cum quidam ita.in princi. clarius.l.vnum ex familia.§.itaque ſi.& §.rogo.l.cum pater.§.rogo, de legat.ſecundo. ponit Pariſ. d.conſil.72. num.11.12.

74 Electus † autem, vel nominatus in teſtamento grauati ex teſtamento quidem primi teſtatoris, & huic non eligenti ſuccedere dicitur.d.l.vnum ex familia.in prin. cum pluribus ad hoc in propoſito ſimili alleg.ab Aym. conſ.144.col 1.& Pariſ.d.conſ.72.num.15.lib.2.

Vnde illud accidit ſæpe in ore loquentium in hac materia verſans ad plures etiam diuerſorum factorum
75 ſpecies, quòd † fideicommiſſarius teſtatori,& non grauato ſuccedere dicitur, principalis text. allegatur ad hoc,& ibi omnes not.in l.cohęredi.§.cum filiæ.de vulg. & pup.ſubſt.Soci.Iun.volente in conſi.126.nu.49.lib.1. impugnare hoc dictum id non probari per iſtum text.in d.§.cum filiæ.clarè iudicio meo in alijs etiam ponderando dictum text.hoc probare reſpondendo demonſtraui in conſi.37.ad num.16.cum ſeq.lib.1.vt ibi poteſt videri addendo text.in l.credendum.§.ſi verò maritus.ff.qui pet.tut.id apertè probantem, & in §.reſtituta.inſtit.de fideicom.hæred.dicunt Caſtr.conſ.51.bona de quib.agitur in princ.conſ.161.Viſo puncto.in princi.lib.1.conſi. 64.licet plura,col.2.circa princip.lib.2.Alex.conſi.94. ſub nu.2.lib.1.conſil.64.poſt princip.lib.5.Dec.conſi.1. col.1.ad fin.Fulg.conſil.33.Titius in Teſtamento.col.2. Alc.conſ.59.teſtamentum nobilis.num.12.lib.11.docto. vbique dicit Tiraquel.de retracta.titu.1.§.11.gloſ.1.ſub num.20.

Limitat Alex.conſil.36.num.8.hoc dictum non habere locum quando fideicommiſſarius venit ſub nomine collectiuo, quia tunc potius grauato dicitur ſuccedere ſecundùm ordinem ſuccedendi de iure communi ab inteſtato ex mente reſtatoris, vt ibidem, & num.5.& dicetur alibi.

Mediateq;.ſ.medio grauato, qui habet reſtituere,dicitur ſuccedere teſtatori:Corn.conſil.131.col.fina.lib.3. Socin.Iun.conſil 126.nume.50.51.lib.1.Ideò ſtrictè loquendo,fideicommiſſarius ſuccedit teſtatori,& largè loquendo ſuccedit grauato, probat Corn.conſil.101.col. fin.poſt princip.lib.4.& ponitur in locum primi hæredis grauati ſecundario & non principaliter ſicut hæres hæredis dicitur teſtatoris hæres.Bartol.in l.ſi patroni. in princip.ſub num.2.ff.ad Trebel.ita loco hæredis habetur per iura ibi per Bartol.alleg.& per l.ſi necem,in fin. de bon.lib.effectu.n.quodammodo hæres eſt,dicit text. in l.ſi filiusfam.§.1.ff.quod cum eo.& in §.reſtituta.inſtit.de fideicom.hęred.& in ſimilitudinem hęredis conſiſtit.§.etenim in legatarijs, in auth.de hæredib.& Falcid.Nota quinque caſus, in quibus fideicommiſſarius non eſt loco hæredis.per gloſ.in l. quia perinde. ff.ad Trebel.& Caſtr.in l.Lucius.§.quæ habebat.ad fin.eod. dicit fideicommiſſarios eſſe hæredes quoad quædam, vt teneantur ad onera ſicut hæredes,& non quoad alia, exemplum vnum quoad ius accreſcendi, vt ibi per eum.

76 Sed vbi † incerti de certis eligendi,& nominandi ad fideicommiſſum per grauatum non ſunt nominati, vel aliquis eorum non eſt nominatus, nempe tunc omnes ſcilicet pares in gradu de illis certis poſt mortem grauati, ad fideicommiſſum vocati ſunt & admittendi. l. cum quidam ita.l.vnum ex familia. §. rog.l. cum pater. §.rogo.de leg.2.Ioan.Bap.Caccial.inter conſ.Alexand. conſ.14.nu.10.li.4.& Alex.conſ.22.nu.3.in fin.verſ.quo ad ſecundum.lib.3.& Iaſ.conſi.215.col.2.ad fi.& col.ſeq. lib.2.Niſi aliud appareat ex voluntate teſtatoris ſeruandum, quod ſolummodo vnus debeat ad fideicommiſſum admitti, & non omnes: voluntas enim teſtatoris ſi talis poteſt apparere quando præciperet per illum eligendum,& habiturum ſuam hæreditatem quid debere geri & obſeruari quod vni ſoli,& prima vice verificari conuenit:vt quando teſtator mandat illum nominandum, & ſuam hæreditatem conſecuturum, ſuum cognomen aſſumere, & ſuis inſignijs, ſeu armis vti debere,exinde veriſimile eſt teſtatorem de vnico tantum ſenſiſſe, & ita de primogenito ex ratione.l.eum qui calendis.verſic.ſin autem.de verb.oblig.& l.boues.§.hoc ſermone.de verb.ſign.& l.hæc conditio.la 1.de cond.& demonſtr.eſt deciſ.Delph.per Gui.Pap.in q.467.teſtator, vel quando teſtator mandat maiorem maſculum debere ſuccedere,tunc ſolus maior natu admitti debet ad fideicommiſſum,latè diſcutiendo probat Alex.conſ. 4.per tot.lib.4.& Mar.Vicen.in reſpon.pro Triultijs, nume.6.& ſeq.& colleg.Bono.ſuo reſpon.num.2.3.pro eiſdem. Vel quid relictum filiab.alicuius pro prima nubenda,interpretatur pro ea,quæ prima nata fuit, Rom. conſil.408.In propoſita quæſtione.

77 Sextò principaliter, † aut ex veriſimili mente teſtatoris, qui ſit fideicommiſſarius vocatus comprehendi poteſt, ad hoc enim deuenire oportet poſtremo loco, cùm expreſſis modis.ſ.nomine proprio, nomine appellatiuo, nomine relatiuo, nomine naturali, nominatio neque per alium facienda, non poſſit de fideicommiſſario vocato conſtare. Quod tandem in illud generale incidit, vbi quid ex verbis non apparet, recurrendum eſt ad mentem teſtatoris, de qua quidem ſolet inquiſitio fieri iſta,vel altera forma, ſi teſtator poſtquàm illud, vel illud voluit,vel noluit,de hoc caſu omiſſo fuiſſet interrogatus, vel ita cogitaſſet, ita veriſimiliter reſpondiſſet, vel ita diſpoſuiſſet, & hæc veriſimilis reſponſio, vel diſpoſitio habetur pro ipſa diſpoſitione mentem voluntatemque teſtatoris oſtendente, per l.Titius.§.Lucius.de liber.& poſthum.ibi Bart.Caſtr.Alexan.& Iaſ. dicit in primo not.in vltimis voluntatibus non habes vtiliorem regulam, quàm ſit iſta, de qua & per vulga. gloſ.fin.in l.tale pactum.in fin.ff.de pact.ibi Iaſo.idem dicit in 2.not.& Bald.quòd idem procedit in ſtatutis, in conuentionibus,& in reſcriptis, Alex.conſi.29.nume.1.

lib.6.conſil.17.num.1.lib.7.& conſil.130. nume.5.lib.2. Socin.in l.3.columna fin.verſi.ſexta concluſio.de rebus dub.idem in communi legiſlatore, & in priuato, vt in teſtatore, Oldr.conſil.25.colum.1.verſic.præterea id debet ſeruari.& Signo.conſi. 206. num.3. debet reſeruari veriſimile cogitatum teſtatoris, idem Curt. ſeni. conſil. 52.nume.10.51.conſil.76.nume. 19. vbi in ſpecie argumentatio de his qui videntur ad fideicommiſſum vocati, Barb.conſilio 63.colum.5.libro ſecundo, Iaſ. conſi. 140.colum. 7.verſicu. ſexto multum facit. lib.2.& in l. cum res.colum.2.verſicu.ſexto.not. de leg. 1. Cur. Iun. conſil.83.nume.5.Pariſ.conſil. 51. nume. 24. conſil. 70. num.16.vbi in cauſa Piſaurenſi.& conſil.77.nume. 24. lib.ſecundo, & conſilio 1.nume. 41. lib.3. concord. alij collegit Neuiz.in ſyl.nupt.lib.6.ſub nume. 15. & Tiraq. concordant plenam paginam impleuit in l.ſi vnquam. in præfati.numero.56.de reuocan. donat. & Marſil. ex profeſſo plures gloſſ. & plures tex. iuris ciuilis, & iuris canonici,& plures deci.doc.congerere curauit,in l. ſed ſciendum.num.2.de parricid.vbi num.6.idem in diſpoſitione teſtatoris,& Socin.Iun.conſil.90. nume.14.libr, 2. Bero. conſ.102.nu.12.13.lib.2.inter iuris regulas cum ampliationibus,& fallētijs aliquibus ponit Gabri.Rom. de commun.opin.lib.6.titul.de reg.iur.concluſ. 10. nu. 6.& per totum.

Ad hoc argumentum doct. ſæpe confugiunt, maximè in conſilijs, & covtuntur ad id fallax,& parum modicumque curari dicit Bero. conſil.63.nume.36.conſil. 99.nume.13.libr.2. vt probatur tale: quia fundatur in veriſimili, quod primum difficile eſt probari per ea, quæ de ipſo veriſimili latè ſcripſi, ſupra.lib. 1. interpr.
78 2. dub. 1.ſolu. 5.& vlti. Deinde † argumentum à ſimili fragile & debile reputatur,quia minima, & omni diſſimilitudine oſtenſa in eo in quo fit comparatio, deſtruitur,tradit Euerar.in ſua centu.lo.legal.loco à ſimili 10.
79 verſ.quarto non procedit, † ſicut dicitur ex modica facti mutatione totum ius mutari,per Spec.tit.de aduoc. §.nunc tractemus.colum.1. Dec.in l.precibus.col.2.in ſecundo,not.C.de impub.& in l.quamdiu.num.4.quidam.& conſil.584.num.1.eſt autem ad inſtar illius quod præcipitur de lege communi non comprehendente omnes caſus in non comprehenſis de ſimilib. ad ſimi-
80 lia debere procedi.l.non poſſunt.ff.de legi.†ita de lege teſtamentaria,quæ & ipſa etiam dicitur lex, l. verbis. ff. de verbor.ſignif.& §.diſponat.in auth.de nuptijs. dicendum videtur de caſibus non expreſſis in teſtamento interpretari, & ſeruari debere de ſimilibus ad ſimilia ex bono & æquo.l.in his.de condit.& demonſtr.l.Mæuia. §.vxore.de manu.lega.vt ſupra dixi lib.1.interpr.2.dubit.2.ſolut.1.& ſentit Tiraquel.in d.l.ſi vnquam.in præfat.num.56.ad fin.allegando Ariſt.Ethicor.lib.5.cap.10. vbi ex bono & æquo.

81 Proinde † huius regulæ operatio & effectus videtur in hoc conſiſtere,quòd ſi eo modo quem docui ſupra d. lib.1.interpret.2.dubit.1.ſolut.5.& vlti.diligenter inſpectis caſu expreſſo,& caſu omiſſo comprehendatur quædam de altero in alterum caſum, ſimilitudo mentis,rationis,effectus charitatis,& affectionis teſtatoris,vtique procedit ipſa regula per iura & deciſ.ſupra alleg. Alioquin ad eam multæ limitationes, ſeu declarationes per docto.traduntur quarum aliquas prout memoriæ ſuccurrunt infra exponam.

82 Prima declaratio datur, † quòd ſi diſpoſitio expreſſa concepta fuerit verbis priuatiuis,vel negatiuis, quia in his non reſultat habitus,neque affirmatio,ideo ceſſat diſpoſitio tacita,& caſus remanet omiſſus per doctr.Bald. in l.2.ad fin.C.de condit.inſer.ſequitur Caſtr.conſ.160. conſiderandum eſt.col.1.in fin.verſic.ſed nec iſta pars. lib.2.

83 Secunda declaratio, † aut aliquid eſt omnino omiſſum, & habetur pro omiſſo, aut ſequitur ad aliquid expreſſum,& tunc reputatur cautum, Bald.in l.1.ſub num. 10.C.de his qui ante aper.tab.ſequitur Iaſ.conſil.42.in fin.lib.3.& Socin.in d.l.3.ſub nume.7.verſic.tertia concluſio.de rebus dubijs, Ruin.in conſilio 4.ſub nume.4. verſic.nec obſtat.num.10.lib.3.& Socin.Iun.conſil.185. in fin.lib.ſecundo,& Bero.conſil.81.nume.15.lib.2. poſt Dec.conſil.89.colum.4.verſi.non obſtat quòd ſi teſtator, ita quando ex diſpoſitis,& expreſſis in teſtamento colligit voluntas teſtatoris etiam in caſu omiſſo, habetur pro diſpoſito, aliàs non releuat imaginari ita teſtatorem ſenſiſſe & voluiſſe, Socin. conſil.104. colum.5. verſicu. ſed prædictis. & conſil. 116. colum. 5. in fin.& colum.ſequent.lib.3.Dec.conſil.465.colum. fin. verſic. vltimo non obſtat.& Alexand.conſil.68.ſupra nume.3. Pariſ.conſi.44.num.24.25.conſil.89.nume.33.34.conſ. 90.num.41.lib.2.& conſ.63.num.18.lib.3.vbi quòd hoc procedit quando voluntas tranſit in diſpoſitionem, & pulchrè Ruin.conſ.29.col.4.nu.2.lib.2.& Alben.conſ. 106.num.24.

84 Tertia declaratio, quòd † caſus inordinatus non conueniens æquitati, bonis moribus, nec legibus vel ſtatutis,& tendens contra conſeruationem familiæ non debet haberi pro diſpoſito,nec extendi ad expreſsè diſpoſitum, Anch.conſ.356.ex ſerie teſtamenti, col.2.& ſic in caſu diſſimili & contrario, ſequitur Bero.conſil.63.nu. 36.conſil.99.col.fin.nume.13.lib.2.facit deciſ.Neapol. per Afflict.deciſ.141.

85 Quarta declaratio, ſi teſtator † aliquo modo cogitauit caſum omiſſum, ceſſat ratio legis præſumendæ ſi teſtator cogitaſſet &c.Ripa in l.prima, ſub nume.171.de vulga.& pupil.probatur ex eo quòd ſi teſtator ſciens filium grauatum habere filios eum grauando ſimpliciter ſi deceſſerit,cum de filijs grauati ſic cogitauerit,& omiſit dicere ſine filijs, iſti quidem filij omiſſi ſcienter per teſtatorem contra eius cogitatum non excludunt ſubſtitutum,Socin.in l.cum auus.ſub nume.79.de condit. & demonſt.& plenius in conſil.191.colum.1.& ſequent. lib.2.refert & ſequitur Socin.Iun.conſil.128.nume.92. & ſequen.& nume.93.lib.1.& concord.ponit Tiraquel. in dicta l.ſi vnquam.in præfat.nume.65.& clarè idem Socin. Iun. conſil.102. nume.41.& præceden. eod.lib. Bero.conſil.98.num.9.10.lib.2.Grat.conſil.9.num.27. lib.2.

86 Quinta declaratio,quòd † teſtator ſciens,vel qui ſcire potuit caſum omiſſum euenire poſſe, & maximè pro validitate ſuæ diſpoſitionis, ne fiat contrarium proximæ declarationi, voluit iſtum caſum prouidere, vt credibile eſt in exemplo teſtamenti continentis ſubſtitutionem factam de filijs ſeu hæredibus Ioannis, ne ſubſtitutio fiat caduca, & ſic valeat argu. l.quoties.de rebus dub.veriſimile eſt teſtatorem prouidiſſe & ſe retuliſſe ad tempus vitæ illius Ioannis, in quo potuit verificari conditio,ex facto reſpondit Caſtr.conſil.378.primo videndum.colum.2.nume.3.lib.1.facit illud,ſi teſtator de poſthumo &c.quòd id tollitur,ſi teſtator ſuperuixit,& ſciuit poſthumum ſibi natum non mutando teſtamentum prius factum videtur cum eadem voluntate decedere voluiſſe ſecundùm Angel. conſil.99.Petrus colum.penult.verſi.reſpondetur, quòd toleratur.Vt in oppoſito,ſi teſtator ignorauit caſum omiſſum, non admittitur interpretatio præmiſſa ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita veriſimiliter reſpondiſſet per l.ſi quis ita.§. pen..ff.de teſtam.tut.defendendo com.firmat Dec.in l. ſicut certi.num.9.10.11.12.C.de teſtam.mili.Crot.conſ. 363.nume.27.

87 Sexta declaratio, † quando teſtator per verba clara & aperta ſeipſum gloſando, & mentem ſuam interpretando diſpoſuit in caſu certo, nō debet ad caſum omiſſum extendi voluntas teſtatoris, qui & maxime de facili



facili ſciuiſſet exprimere ſi voluiſſet per Curt.Sen.conſ. 29.columna penultim. numero 5.6. vbi plene inſiſtit, ita quando ſibi facile erat exprimere, Alexand.conſilio.55. columna 3. verſicul. non obſt.quòd tacitè libro 3.& Corn. conſilio 297.columna penult.verſic.tacita eſt illa.libro 1.ibi & hinc eſt &c.poſui in conſ. 42. num. 30.31.libro 1.vbi præſentis tractatus obiter memini, & conſi.122.num.2.& alia ibi num.ſeq.& Soc.Iun.conſ.4. num.17.18.19.lib.3.refert & ſequitur Rolan.à Val.conſ. 56.num.24.ſub verſ.nec obſtat.lib.3.

88 Septima declaratio, quòd † facilius fit interpretatio, & extenſio ad caſum omiſſum quando caſu expreſſus eſt prouiſus per modum diſpoſitionis, ſecùs eſt autem ſi prouiſus & per modum conditionis maximè voluntariæ, eo quia in hoc caſu teſtatoris voluntas reſtricta videtur ad formam ſpecificam talis conditionis voluntariæ per l.qui hæredi.in princ.& l.Mæuius. de condi.& demonſtr. in ſpecie tradunt Ruin. conſil. 4. colum. 2. num.5.lib.3.Anch.dicto conſi.365.colum.2. verſicu. tertio hoc probatur.Dec.conſ.86.colum.quarta,verſic. ſecundo poteſt reſponderi.

89 Octaua declaratio fit † & in eo caſu,qui eſt prouiſus per verba præciſa & reſtrictiua, vt ſunt hæc, tunc & eo caſu,dicto caſu adueniente,non aliter, & ſimilia, quorū recordor antè mentionem feciſſe, & præſertim interp. præceden.dubit.1. ſolut. 5. verſicul. quintus caſus. quia verba huiuſmodi reſtrictiua remouent aliam voluntatis teſtatoris interpretationem poſſe fieri ad alium caſum omiſſum non prouiſum, Dec.dicto conſ.89. colum. 4.Burſat.Mantu.conſ.51.nu.17. expreſſe Bero. conſilio 99.col.fin.nu.13.lib.2.Crot.conſi.358. nu. 32. vbi plura de hoc dicto.

90 Nona declaratio † quando caſus expreſſus errore per teſtatorem prouiſus reperitur non poteſt habere locum illa veriſimilis reſponſio teſtatoris faciendo interrogationi ſeu cogitatui de caſu tacito verè prouidendo per doctr.Caſtr.in l.eam quam.C.de fideicommiſſ.
91 † & de inſtitutione filij legitimati, & non validè legitimati nulla tali errore, & non conualidāda ex legitimatione poſt mortem teſtatoris validè facienda, quia de hac teſtator non cogitauit, & non poteſt dici ſequi ad expreſſum caſum, qui erroneus eſt,ita in ſpecie longè de dicta doctr.Caſtr.diſcutiendo reſpondit Dec.conſil. 176.col.3.verſic.non obſtat quòd ſaltem, quia error excludit ſatis coniecturas voluntatis.l.cum teſtamentum. C.de iur.& fact.ignor.l.ſi pater.C.de hæred.inſtituend. l.neque.§.ſi ſeruum.ff.de milit.teſtam.l.ſi per errorem. de iuriſdict.om.iud.cum ſimil.Niſi in teſtamento appoſita fuerit clauſ.omni modo meliori. Alciat. in l.Gallus. §.quidam rectè.num.5.de liber.& poſthum.

92 Decima declaratio † quòd vbi caſui omiſſo verba caſus expreſſi & prouiſi non conueniunt propriè nec largè, vel impropriè, exinde mens teſtatoris in tali caſu omiſſo non poteſt coniecturari pro eo, qui prætendit ſe ſubſtitutum, & qui denique non eſt nominatus explicitè, implicitè, aut per relationem ad aliud, ita id omiſſum poteſt dici in totum eſſe omiſſum, ideo haberi debet pro omiſſo, & non procedit dicta gloſſ.fin. in dicta l.tale pactum.§.fina.quia omiſſum ipſum ſequelam non habet ex caſu expreſſo, vt requiritur ſecundùm Bald.in dicta l.1.nume.10.C.de his qui ante apertas tabulas, vt antè in ſecunda declaratione dictum eſt, & quæ poſſet imaginari voluntas in mente retenta nihil operatur l. Paulus.ibi Soci.in primo.not.de rebus dub. & Bal.poſt gloſſ.in l.qui quartam.de legat.primo, & in l.codicillis. §.inſulam.de legat.2.ita in ſpecie reſpondit Ruin.conſ. 29.num.11.conſil.177.nume.11.12.lib.2.& Pariſ.conſil. 63. nume.17.18.lib.3.& Socin.in l.in ambiguo. colum. fin.verſicu.octaua concluſio.de reb.dub. nam alibi dictum eſt non debere attendi mentem teſtatoris, cui verba prolata nōn congruant, à contr.text.in l.vnum ex familia.§.ſi omiſſa.de legat.2.l.in ambiguo. & ibi Bart. & Socin.de reb.dub.Alex.ſupra fi.Iaſ.in colum.1.verſic. ſecundo intellige.in l.3.C.de liber.præter.addo in propoſito text.apertum in l.talem.§.fin.ff.de hæred.inſtit. per hæc verba non enim hūc caſum teſtatorem voluiſſe excludere palàm eſt,nec verba omnino repugnāt, nam quanuis ſeruus eius non eſt, attamen certè libertus eſt, ecce per hunc text.quòd verba conueniunt ſaltem impropriè, vt caſus non ſit omiſſus.

93 Vndecima declaratio eſt, † quòd non procedit veriſimilis diſpoſitio teſtatoris de caſu prouiſo ad caſum omiſſum,& non prouiſum, quando caſus iſte non prouiſus eſt talis,in quo teſtator expreſſe ſuam diſpoſitionem facere non poſſet,vt tradit Bar.in l.Gallus.in prin. colum. pen. nume. 8. de liber. & poſthum. ibi ſequitur Galiat.in colum.6.ad numero.30.cuius ſolus meminit Neuiz.in ſyl.nupt.libro 6. nume.15.in fin. affirmo concludenti ratione, quia diſpoſitio ſimpliciter facta non porrigitur ad caſum, in quo quis diſponere non poteſt per plura alleg.probat Dec.conſ.218.colum.2.nu.3. Exinde interpretatio voluntatis teſtatoris non fit ad caſus eidem teſtatori impoſſibiles, Socin.Iun. conſil. 72. num.55.conſil. 112.num.17.libro 1.Sed ad caſus poſſibiles diſponenti debet omnis diſpoſitio etiam iurata adaptari per plures deciſ.alleg.per Aym.conſil.12.nume.2. & ſequen.& Felin.in c.1.col.6.de reſcript.& alibi dixi.

94 Duodecima declaratio † fit etiam in caſu expreſſe prouiſo, qui ſi exorbitans ſit contra regulas iuris communis de eo non debet fieri extenſio ad caſum non expreſſum, qui ideò remanere debet ſub diſpoſitione iuris communis l.ſi cum dotem.in prin.l.ſi vero. §. de viro. ff.ſolut. matr. per reſtrictionem caſus ipſius expreſſi ad verba ſua, & ad mentem diſponentis ex verbis ipſis ſpecificè ſumptam poſt gloſſ. & Anton. de Butr. tradit Imo.in clem.1.nu.20. de reſcript. licet videatur impugnare Iaſ.in d.l.tale pactum.§.fin. & in l.Barbatius col. 4. verſic. redeundo ad notabile. de off. prætor. cum tamen ſolum in ſtatutis correctorijs iuris communis loquatur,& abſque alia ratione adhærendo etiam ſententiæ Bart.in l.ſi conſtante.in princ.ſub 9. quæſt.num.39. 43.ſolut.matr. circa declaratoria, & fauorabilia etiam per Alexan.conſil.50.num.2.lib.2.& Socin. Iun. conſil. 128.in fin.libr.1. huic limitationi ſtandum eſt, quam & ipſe Iaſ.tenet in conſil.42.ad fin.lib.3.& conſil.171.col. fin.libro.4.& Socin.conſilio 207.columna 3. verſiculo. quarto conatur libr. 2. addo in exorbitantibus à iure communi verba teſtatoris non fore extendenda per text.Gloſſ.& Bart.in l.vxori.§.1.de l.3.& Soc.Iun.con. 112.nu.21.lib.1.Bero.con.148.nu.34.35.36.lib.2.

Decimatertia declaratio,& cæteris quidem frequentior eſt, & proprior in fideicommiſſarijs ſubſtitutioni-
95 bus, † quòd caſus prouiſus circa certam perſonam vocatam ad fideicommiſſum non porrigitur, neque extenditur ad aliam perſonam,de qua etiam veriſimiliter teſtator cogitans,vel interrogatus idem reſpondiſſet,& diſpoſuiſſet, & in qua concurrit eadem ratio, quæ eſt in perſona expreſsè vocata per l.ſi quis ita.§.penult.de teſtam.tut.& Gloſſ.in l.Titius.in princip.de liber.& poſthum.Aret.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.colum 3.verſ. ſecundo adde.de liber.& poſthum,dixi alibi, idem hoc in loco etiam ſuo repeto,quòd ita in conſ.ſæpè probant Iaſ.conſ.230.col.4.& ſeq.conſil.228.col.2.lib.2. conſil. 29.col.2.verſic. 2. facit & col.ſeq.conſil.30.colum.1.in fin.& colum.2.verſicu.quinto.conſil.66.colum.7.verſi. tertio principaliter.& colum.penult.verſic.ideo tertio modo.lib.3.& Dec.etiam ſæpius in conſil.211.colum.3. nume.5.conſil.218.colum.4.nume.conſi.291. colum.4. verſic.ſecundo præmitto.conſi.314.col.2.num.5.conſil. 377.col.3.num.3.conſil.465.col.3.num.16.Crot.conſil.

363.num.26.Alexand.conſi.31.colum.2.num.5.Cephal.conſi.107.num.18.19.Rolan.à Val.conſil.56.nume.24.libro 3.& in ſpecie Port.Imol.conſil.11.nume.35.36.& Tiber.Deci.conſil.47.nume.34.lib.3.De his hactenus, cætera autem quoad declarationem, ſeu limitationem præſentis declarationis reuideamus ſupra.lib. præceden.interpr.3.dubit.1.ſolut.3.verbo,omiſsis.in verſ.ſexto & in caſu. & interpr.4.dubit.2.ſolut.2.in verbo extenſam,vbi de omiſſis,& extenſis plene diſcuſſum eſt.

96 Proſequere † fideicommiſſum deberi illis de quibus teſtator cogitauit abſq; eo etiam quod expreſſe eos vocauerit,vt ſi teſtator inſtituens hæredes, vxorem & filiū, mandauerit vxorem eius decedentem debere reſtituere ſuo filio partem ſibi tangentem , ſi vero filius prius deceſſerit ſine filijs , & legitimis hæredibus , quòd tunc dicta vxor habeat medietatem omnium bonorum hæreditatis teſtatoris , & acciderit illum filium prius deceſſiſſe cum filijs:iſtos quidem filios cenſeri vocatos ad fideicommiſſum eis reſtituendum per dictam vxorem,reſpondit Caſt.conſi.355. ad primum quæſitum ad fin.lib.1.arguendo à contrario ſenſu,quòd ea erat habitura medietatem ſi filius decederet ſine filijs, à contrario,eo decedente cū filijs nihil eſt habitura,de quo poſ-
97 ſit libere diſponere † vt in vltimis voluntatibus , valet argumentum à contrario ſenſu , dummodo non reſultet abſonus intellectus per l.2.de cond.inſer.Caſtr.in d.conſi.355.Ad fin.Alexand.conſi.130.col.2.Iaſ.conſi.189.num.2.lib.2.Pariſ.conſi.25.num.15.conſi.64.nume.23.lib.2.ſenſit in ſpecie Ruin.conſi.139.col.pen.ſub nu.22.verſ.vnde à contrario ſenſu.lib.3.procedit ex mente teſtatoris.Socin.in l.quibus diebus.§.quidam Titio num.6.de condi.& demon.abſonus intellectus non eſt , imo æquitatem quandam habet naturalem dare liberis teſtatoris,per tex.in l.1.in prin.ff.de leg. præſtan. quorum contemplatione illa vxor inſtituta habitura non eſt illam medietatem relictam, ergo eis debetur fideicommiſſum,arg.l.peto in prin.& l.cum pater. §. plerunque. § interdum.de leg.3. & l.qui filium in prin. ad Trebell. hac ratione dicti filij etiam poſiti in conditione cenſentur vocati & ſubſtituti eorum patris cohæredi , & non eorum patri,eo obſtante,quòd poſiti in conditione nō cenſentur vocati in diſpoſitione per vulg.gloſſ.in l.Lucius.de hæred.inſtit.vt firmat Caſt.d.conſi.355.in fin.lib.2. ita hoc caſu poteſt limitari d.glo.& conſequenter etiā argumentum à contrario non valet,quod dicti filij cenſentur tacitè ſubſtituti eorum patri. com. & vera opin.per Iaſo.conſi. 206.nu.2.verſ.circa ſecundum.lib.2.nec ad correctionem alterius partis teſtamenti. Alci.conſi.78.num.3.lib.9.

98 Poſtremo pone † caſum tranſlationis bonorum vel hæreditatis in aliquam perſonam in pœnam prius honorati non parentis præcepto alicui teſtatoris , & in negligentia alterius vocati ,qui mortuus non poſſit etiam parere , caſum iſtum potentiæ non comprehendi per l.pater Seuerinam, & ibi doct. de condit. & demonſtr. ſed eſſe caſum alio cohęrede non dato dicta bona deferendi ad ſuccedentes ab inteſtato , qui ideo iſto caſu ex tacito fideicommiſſo cenſentur à teſtatore vocati per text. in §. præfati. in auct. de nupt.& alia bene probat Iaſo.conſilio. 124. columna ſecunda , & ſequent. libro quarto.

## ¶SVMMARIVM.

1 Vocati ad fideicommiſſum quomodo veniant, & quid inſpici debeat.

Et quomodo admittantur vel ne circa ordinem ſubſtitutionum , quando verò ſunt plures gradus verificatis conditionibus ipſorum graduum,& tunc duplici via purificata conditione admittuntur ad fideicommiſſum ſubſtitutione vulgari & fideicommiſſaria , & diſcuſſam vide vtramque per Zanch.vt ibi.

Et de exemplis vide plurium graduum , vbi quando vltimo ſubſtitutus admittatur vti ſubrogatus loco præcedentis ſubſtituti per modum vulgaris in compendioſa ſubſtitutione facta ei de dicto vltimo vocato.ibidem.

Et de medijs ſubſtitutis etiam decedentibus cum filijs , ibidem.

Et de caducitatibus ceſſantibus pro vltimo ſubſtituto vocato ad fideicommiſſum exiſtente clauſula in ſubſtit. ex nunc prout ex tunc,ibidem.

2 Vocati ad fideicommiſſum an ſint alij filij inſtituti ſuperſtites,vno ex eis filijs inſtitutis decedente ſine filijs , quibus pluribus filijs inſtitutis teſtator ſubſtituerat eorum filios & deſcendentes in ſtirpes & non in capita.

Et de cohæredibus non vocatis cum limitationibus quinque, vide ibidem latè.

3 Subſtituti vocantur ad fideicommiſſum excluſis hæredibus auiæ ab inteſtato teſtatore filiam hæredem inſtituente & ei decedenti quandocunque ſubſtituente auia ſuperuiuente , poſt cuius matrem ſubſtituti vocati mortua filia auia viuente , & poſt mortem auiæ viuentibus ſubſtitutis,hæredes auiæ ab inteſtato excluduntur.

4 Vocati quomodo veniant per hæc verba ordine ſucceſſiuo, vel ſucceſſiuè poſita in fideicōmiſſarijs ſubſtitutionibus, vnde variæ dantur interpretationes , de quibus ibi pulchrè.

Et de clauſula expreſſa gradatim & ſucceſſiuè, & quomodo idem ſit ac ſi expreſſum ſit de vno in alium, tuncq; oſtendatur fideicommiſſum ſucceſſiuum ad materiam. vide verb.ordine ſucceſſiuo.

5 Ordine ſucceſſiuo vel ſucceſſiuè, poſita hæc verba in ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs quòd gradatim & de vno in alium accipiantur,& de 55.caſibus per Alciatum poſitis, quòd tali ordine intelligantur.

Et ordine ſucceſſiuo vocatio cenſetur facta quando teſtator ſubſtituit Titium ſeu eius filios, & de hoc ordine ſcripturæ & perſonarum affectione.

Idem de pluribus vocatis diſiunctiuè & alternatiuè. dic vt ibid.

7 Item talis ordo attenditur,quando ab aſcendente eſt facta ſubſtitutio de neceſſarijs ſubſtituendis.

8 Ordine ſucceſſiuo vocatio fit quādo teſtator ſubſtituit plures nomine collectiuo vt fratrem & eius liberos , deſcendentes agnatos.

9 Item quando ſubſtituit fratrem & eius hæredes , cum nomen hæredum ſit collectiuum,& dic vt ibi.

10 Item tali ordine cenſetur facta vocatio,vbicunque poſſunt apparere coniecturæ quibus deprehēdi queat teſtatorem velle ſubſtitutionem factam extendi ad vlteriores declarando latius ibi.

11 Ordine ſucceſſiuo non ſunt vocati plures quandocunque, ſed ſimul & ſemel veniunt.

Primò quando abeſt neceſſitas relinquendi cauſatiua ne rumpatur teſtamentum , vt fratrem & eius filios ſubſtituit.

Et quando ſimul pater & filij vocentur. ibidem vide latè & pulchrè.

12 Secundò filij & nepotes ſimul vocati intelliguntur , quando nepotes ſunt copulatiuè vocati cum qualitate maſculinitatis, & quòd ſint ſimul cum filijs aliquo onere grauati,& de ratione.ibi.num.12.

Tertiò ſimul & ſemel filij & nepotes cenſentur vocati quādo eodē ſermone ſunt iuncti dictionibus vnà, cum, ſimul, & non dictione,&c.

13 Et de differentia dictionum ex , à dictione cum, & hoc in ſubſtitutione facta ab aſcendente , quid in ea facta à tranſuerſali.

14 Quartò ſimul & æqualiter vocati veniunt plures ſubſtituti ab extraneo teſtatore ſub nomine collectiuo , intelligen.



ligen.etiamſi omnino non ſunt extranei & vbi declaratur.

15 Ordine ſucceſſiuo vocati , an veniant per vulgarem vel fideicommiſſariam & quomodo ſi per vulgarem primo admiſſo,truncatus eſt ordo finita & ipſa vulgaris , ſi per fideicommiſſariam durat ordo vſque ad vltimum vocatum , & quando dicatur vulgaris,vt quia nullum habet tractum in futurum temporis,quod ſi habet tuncq; fideicommiſſaria dicitur , & vt latiùs de materia ibi diſcutitur.

16 Fideicommiſſarij nominatim non expreſſi , ſed nomine collectiuo,vt conſanguinei,attinentes,agnati,propinqui,de familia,de parentela,cenſentur vocati eo ordine quo ſucceſſuri erant ab inteſtato , quia talis voluntas teſtatoris interpretatur , eoq; magis vocando propinquos proximos de iure ſuccedentes , ſcilicet ciuili , quod attenditur in ſucceſſionibus.

Et quomodo ſucceditur vel teſtatori,vel pupillo , & quid in dubio in fideicommiſſis.

17 Et qui ſint de numero propinquorum vel attinentium , & quòd vltra decimum gradum non detur talis ſucceſſio.

18 Maior vel antiquior de agnatione, de domo,de caſata vocatus in teſtamento , an cenſeatur de maiori ætate , vel an ſcientia,gradu dignitatis,potentia, vel diuitijs.

19 Maior vel antiquior vocatus in ſingulari numero, vbi plures in paritate gradus exiſtunt, & non apparet ratio diuerſitatis ſimul vocati admittuntur ad fideicommiſſum, & quando vltra eos non extendatur.

## ¶SOLVTIO II.

1 SECVNDVM principale , quod inſpiciendum,& diſſoluendum præmiſſum eſt , ſequitur , ita tunc videndum eſt † quomodo vocati ad fideicommiſſum veniant. Hoc namque interpretari, & dignoſci poteſt , vt ſæpiùs admonitum eſt,diligenter & accuratè inſpiciendo ordinem,ſeriem,& verba fideicommiſſariarū,ſubſtitutionum, cæterarúmque teſtamenti partium , ex quibus adeſſe fideicommiſſa coniectamus.

Primùm circa ordinem ſubſtitutionum , quando earum ſunt plures gradus , verificatis , vel defectis conditionibus ipſorum graduum , quomodo vocati ad fideicommiſſum , cum hæc noſtra ſit præſens hæſitatio , admittantur,vel ne,ſolutio eſt , quòd verificata conditione , ſub qua datum eſt fideicommiſſum vocati admittuntur, vel admitti poſſunt duplici via ſubſtitutionis, & vulgaris & fideicommiſſariæ. Vtramque viam in omni ſubſtitutionum ſpecie latè diſcutere dedita opera aſſumpſit perſpicacis ingenij vir Zanch.in repet.§.cum ita.ad Trebel.nu.27.cum plurib.ſequen.& econtrà defecta conditione,vt generale eſt,non admittuntur.Horum autem,& ad rem noſtram aliqua inſeramus exēpla, his verbis.

Petrus inſtitutis , & ſubſtitutis adinuicem ſuis filijs, eis omnibus decedentibus ſine filijs maſculis ſubſtituit Ioannem eius fratrem , & ſi Ioannes deceſſerit ſine maſculis , ei ſubſtituit Luciam eius ſororem , & ſi dicta Lucia ſoror deceſſerit ſine filijs , ei ſubſtituit monaſterium ſancti Franciſci.

Eueniente caſu , quòd aliquis , vel omnes iſti medij ſubſtituti præmoriātur etiam cum filijs maſculis ſuperuiuente antecedēte in ordine grauato, qui poſtmodùm decedat ſine filijs maſculis,& ſic in eo ſit verificata conditio fideicommiſſi,nempè ſubſequens,vel vltimo ſubſtitutus vocatus ad fideicommiſſum admitti debet , vti ſubrogatus loco pręcedentis ſubſtituti , per modum vulgaris comprehenſæ in compendioſa ſubſtitutione ei facta de dicto vltimo vocato , vt in fideicommiſſis etiam valet vulgaris l.vt hæredib.de leg.1.& valet ſubrogatio primi ſubſtituti. l. ſi Titius & l. cohæredi. in princ. de vulg.& pupil. & per modum oneris fideicommiſſi remanentis penes ipſum inſtitutum , vel ſubſtitutum præcedentem grauatum,vt l.1.§.pro ſecundo , cum ſequen. & ibi per gloſſ.& doct.de cad.tol.ita eſt com.doctr.Bart. & ali.in l.quamdiu inſtitutus.ff.de acq.hæred.approbata & per ipſum Bart.in conſi.64.punctus quæſtionis lib. 2. Bal.conſi.162.quidam fuit ſubſtitutus.lib.1.loquentes in pupillari,& in fideicommiſſaria per Caſtr.conſ.152. præſens dubium. lib. 1. vbi late de iſtis medijs ſubſtitutis, etiam decedentibus cum filijs,& in conſil.267.viuentibus.ſupra fin.& conſi.422.videtur quòd filij,colum.fin. verſ.in contrarium.lib.2.ſic eſſe com. atteſtatur Iaſ. in conſ.148.colum.3.& ſequent.& conſil.202. colum.2. in fin.lib.2.in l.1.colum.7.verſi.11.de vulg.& pupil.& Dec. conſi.238.colum.2.& ſeq.& conſi.427.nume.8.9.etiam ſi caſus mortis grauatorum & ſubſtitutorum præpoſtero ordine extiterit,Bal.conſi.279.factum tale eſt,proponitur.lib.primo,& plene Aymo.conſil.283.colum.2. & ſequent.& conſ.295.col.1.Soc.conſ.52.lib.1.diſtinguendo plures caſus in vulgari,& pupillari , & in vltimo caſu in fideicommiſſaria,idem firmat, & eſt inſertum cum ſubſcriptionibus aliorum doct.inter conſi.Corn.conſ.298. lib.3.Socin.Iun.conſi.90.num.21.22.conſi.101.num.fin. lib.1.Alci.conſi.116.Ludouicus Teſtator.num.4.& ſeq. lib.9.impreſ.Vene.& conſi.59.num.7.eo merito , & ad noſtram ſolutionem tendens , & ad propoſitum ſuum, quòd per huiuſmodi caducitatem non ſit extincta compendioſa eadem & ſimil.allegan. Odd.Peruſ. ſuo tract. de compendioſa part.6.& vltim.quæſt.1.arti. 1. tenet & quoad vulgarem in prin.fol.168.177.ampliando & dando duas limitationes,quas demum reprobat ex com. vt ibi per eum,& quoad fideicommiſſariam ſtando in ſolut.noſtra,vt ibi fol.178. verſi. quoad tertiam. ſimiliter ita extat plena deciſio Delphi.per Guid. Pap. in quæſt. 550. teſtator duos habens. vbi in fin. dicit quòd pluries vidit pro hac parte determinari , & iudicari in camera ſui conſilij,eò magis tales caducitates ceſſant pro vltimo ſubſtituto vocato admittendo , vbi in ſubſtitutione eſſet adiecta clau.ex nunc,prout ex tunc ſubſtituit , &c. vt Pariſ.conſi.62. colum.fin.num.23.lib.2.Etiam quòd mediæ caducatæ fuiſſent plures, vltimus ſubſtitutus admitteretur ad primi grauati portionem,Zanch.d.§.cum ita.num.42.

Non obſtat quando medius ſubſtitutus decederet cum filijs,videatur non fore locum vulgari defectu cōditionis , quæ deberet pariter determinare vulgarem comprehenſam in compendioſa , ſicut fideicommiſſariam vt defendere conatur Corn.conſi. 180.colum 3. & ſequent.in 2.quæſtio.lib.4.& Bero.conſi.128. nume. 21. lib.2.Quoniam medio ſubſtituto ſublato de medio, vltimus ſubrogatus eſt,qui debet conſequi fideicommiſſum à primo grauato, argum.d.l. ſi Titius. & l. cohæredi.in prin.de vulg.ergo ſufficit conditionem fideicommiſſi ipſius impoſitum primo grauato verificatam eſſe, quòd deceſſerit ſine filijs.l.cedere diem. de verb.ſign. l. 1.§.ſin autem aliquid ſub conditione.,de caduc. toll. cum iſti filij valeant ſuccedere grauato ab inteſtato per gloſſ.vulg.in l.Lucius.ff. de hæred. inſtit.& excludere ſubſtitutum, ſuperſtitem. l. filiusfam. §. cum quis. de legat.1.l.cum pater.§.volo.de legat.2.non vero illi filij ſubſtituti illius de medio ſublati , quibus nihil debetur de hæreditate teſtatoris ſatis amplè tradit Corn. conſili. 118.columna ſecunda,lib.ſecundo,& Alexandr. conſi.106.colum.ſecunda.lib.ſecundo.Quamobrem requiritur implementum conditionis adiectæ primæ ſubſtitutioni etiam vulgari , Alci.conſi. 37.teſtamenti ſunt verba.num.1.& ſeq.lib.9.impreſ.Ven.& hoc caſu loquitur Bero.dicto conſil.128. non vero quòd ſit verificata

vel defecta conditio ſecundæ & mediæ ſubſtitutionis rationibus & authorit. Caſt. Cuma. Iaſ. & Dec. Bertran. Anchar. Rui. Pariſ. & Aym. firmat Zanch. in dict. §. cum ita, num. 58. 68. in locis ibi per eum allegat. & per Alcia. in terminis ſuper hoc ſolo articulo in conſil. 88. ſententiæ lib. 9. vltim. impreſ. Venet. contra dictum conſilium 180. Cornei.

Hic tamen oportet eſſe memor. quòd ſi medij ſubſtituti ſublati de medio ſuperſtitibus filijs hæredibus ad hoc etiam conditionale fideicommiſſum tranſmitterent ex mente coniecturata teſtatoris modis, quibus ſupra dictum eſt, eo, lib, interpr. 1. dubit. 5. ſolu. 4. verſ. atq; in ceteris palã eſt vltimo ſubſtitutos excluſos eſſe Zanc. d. §. cum, ita, num. 39. 306.

2 Item his verbis, † Teſtator inſtitutis pluribus filijs ſubſtituit eis filios eorum, & deſcendentes in ſtirpes, & non in capita, vno ex his inſtitutis decedente ſine filijs, nunquid alij inſtituti ſuperſtites ad fideicommiſſum ſint vocati, cum verba ſubſtitutionis non contineãt ſubſtitutos morientibus niſi filios & deſcendentes, & ex pluribus comprobando verba ſubſtitutionis non conuenire, cohæredes non vocatos ex facto reſpondit Alc. con. 87. fideicommiſſis ſunt ver. lib. 9. impreſ. Venet.

Inſpiciendæ autem ſunt, & conſiderandæ quatuor limitationes ad prædicta, quòd caducatæ mediæ ſubſtitiones vbi ſint, vltimus ſubſtitutus etiam non admitteretur traditæ per Alci, conſil. 44. explicitus eſt caſus, nume. 50. 51. & ſeq. d. lib. 9. Prima eſt quando medius gradus eſt nullus, qui pro non ſcripto ſit, & intellige vt per Zanch. d. §. cum ita, num. 43. Secunda eſt quando conditio adiecta medio gradui repugnaret vltimo ſubſtituto. Tertia eſt quando de re diuerſa agitur in primis ſubſtitutionibus à re veniente in vltima ſubſtitutione, vt & de iſta per Zanch. d. §. cum ita, nu. 40. Quarta & vltima eſt quando vltimus ſubſtitutus non poteſt pro ſe prætendere aliquam vulgarem ſubſtitutionem, vt ibi per eum. Quinta additur limitatio, quando primo inſtituto vulgaris tantum facta eſt ſubſtitutio, de eo qui poſtmodum grauatus eſt per fideicommiſſum ad reſtituendum vltimo ſubſtituto, vel adita fuerit hæreditas per primum inſtitutum ſic vulgari ceſſante. l. poſt aditam. C. de impub. vel medius ſic grauatus ſubſtitutus ſublatus eſt de medio, nullum quidem debetur fideicommiſſum vltimo ſubſtituto, vt bene probat Rui. con. 99. col. 5. nu. 14. 15. lib. 2. ſequitur Zanch. d. §. cum ita. nu. 47. alia hîc prætermittam de caducitatib. dicenda infra ad vltimam dubitationem, an duret fideicommiſſum.

3 Item verbis his † teſtator filiam hæredem inſtituit & ei decedenti quandocunque ſubſtituit auiam, ſi tunc ſuperuixerit, alias & poſt mortem auiæ ſubſtituit ſibi Antonium, & Franciſcum, euenit caſus mortis filiæ viuente auia, & poſtea mortis auiæ, viuentibus vltimis ſubſtitutis, inter quos & dictæ auiæ hæredes ab inteſtato orta controuerſia ſuper bonis, ad quæ d. auia fuit ſubſtituta, multifariam illud verbum ſibi, & illa verba, Si tunc ſuperuixerit, aliàs & poſt mortem, &c. exponendo, ſibi, ſcilicet teſtatori, filiæ, & auiæ, aliàs ſi auia non ſuperuixerit poſt mortem auiæ excluſis eius hæredibus ab inteſtato, dictos ſubſtitutos vocatos & admittendos rectis & congruis iuribus & rationibus alleg. reſpondit Corn. conſil. 295. videtur in hac conſultatione. lib. 1.

4 Prætereà & ſecũdo circa verba hæc, † ordine ſucceſſiuo, vel ſucceſſiuè, & quandoque aſcripta fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus, & quandoque ac ſæpius in his ſubintellecta ob formulas ipſarum fideicõmiſſariarum continentes vocatos plures caritate & affectione coniunctos vel nomine collectiuo, vocati ipſi quomodo veniant, videmus verbis his varias interpretationes dari. Namque primum quando eſſent inſerta ſubſtitutioni conceptæ de pluribus perſonis diuerſorum graduum, ſic ordine ſucceſſiuo, vel ſucceſſiuè, ſubſtituit Titium, & filios, attinentes, agnatos & ſimiles, vel ſuccedant Titius & filij, attinentes, &c. exiſtimo per iſta verba hos vocatos eſſe gradatim ad fideicommiſſum, vnum primi gradus, & poſt alium ſequentis gradus ſucceſſiuo ordine, vt ipſa verba ſonãt, & ſubintelligi per fideicommiſſum, ſicut & per hoc verbum ſucceſsiue, accedens etiam alijs expreſsis tradit Bero. conſi. 41. nume. 4. lib. 2. & per illa, ordine ſucceſsiuo, ſubintellecta, Pariſ. conſ. nu. 29. 38. lib. 3. Eo magis cum fuerint expreſſa per teſtatorem, ne ſint ſine effectu operandi l. ſi quando in princ. de leg. 1. cap. ſi Pap. de priuileg. in 6. operantur ſaltem tractum ſucceſsiuum demonſtrantem in compendioſa fideicommiſſariam doct. in §. quidam rectè. l. Gallus. ibi in ſpecie Alciat, ſub nu. 27. verſ. idem ſi copulæ. & ſub nu. 29. verſ. ſi enim teſtator. & clarius Gualden. de arte teſtan. titul. 4. cau. 6, in primo remedio. Pedemon. deciſ. 81. num. 15. vbi de clauſula expreſſa gradatim, & ſucceſsiue, eo modo, quo ſucceſsio datur ab inteſtato. Marza. de fideicommiſſ. part. 2. quæſt. 16. Ruin. conſi. 164. colum. penult. ſub num. 9. lib. 3. Zanch. in dict. repet. §. cum ita nume. 813. Aymo conſi. 22. num. 4. 7. Pariſ. conſi. 88. num. 17. 18. lib. 2. expreſſo enim iſtorum verborum, ordine ſucceſsiuo, vel ſucceſsiuè, deſignant idem ac ſi exprimatur de vno in alium, l. cum pater. §. cum extimaret. ibi, iure ſucceſſionis, &c. de legat. 2, & l. ſi hæredibus. §. qui filium. iuncta gloſſ. 1. ff. de teſta. tut. cum ſimil. & verba de vno in alium, oſtendunt fideicommiſſum ſucceſsiuum, Deci. conſi. 481. colum. 1. ſub. nu. 3. & Bero. conſi. 84. num. 14. lib. 2. Gabri. Roma. de commun. opin. lib. 4. tit. de fideicommiſſ. conclu. 9, num. 19, facit in l. tex. cum quis decedens. §. Seiam. de legat. 3.

5 Deinde & ſecundo, † quando ſubintelligenda ſint verba, ordine ſucceſsiuo, vel quando non, ſic apparet ex concluſionibus pluribus factis per Caccialup. inter conſil. Alexand. conſi. 14. colum. 4. ſub nume. 12. lib. 4. & ex caſibus pluribus enumeratis per Alci. in d. §. quidam rectè. num. 19. & ſequent. plures vocatos primum ſubintelligi ordine ſucceſsiuo, & primo

6 † quando teſtator ſubſtituit Titium, ſeu eos filios, per diſiunctiuam filij ſunt vocati poſt Titium ordine ſucceſsiuo, l. cum pater. §. pẽ. de leg. 2. ordine ſcripturæ, & perſonarum affectione hoc inducitur, idem & l. hæredes mei, §. fi. ad Trebel. per Dec. conſi. 318. colum. penult. num. 6. Ripa, in l. qui Romæ. §. duo fratres. colum. penult. ad fin. ſub num. 101. de verbor. obligat. & Alciat. d. §. quidam rectè. nume. 19. ex quo quidem ordine charitatis & ſcripturę etiam coniunctam reſolui in diſiunctam. per l. primam. C. de ſecun. nupt. & l. ſi quis. C. de inceſt. nupt. & l. 1. de natu. liber. tradit Corn. conſil. 47. colu. 2. verſ. his tamen. lib. 4. licet hoc dictum ex mente aliorum improbet, & ſolum procedere in ſubſtitutione referente ſe ad filios naſcituros, putat Alci. dicto. §. quidam rectè. num. 24. tamen pro concludenti, & manifeſta demonſtratione, idem quòd Corn. comprobat Socin. conſi. 113. colum. pen. ver. quinto hanc opinionem. lib. 1. ſequitur. Pedemon. deciſ. 81. nume. 18. allegando eundem Corn. conſi. 231. colum. penult. verſic. non enim obſtat. lib. primo, idem de pluribus vocatis diſiunctiuè, & alternatiuè, Pariſ. conſil. 21. num. 10. 11. lib. 3. Deci. conſi. 95. nu. 3. & ſequent. Gualden. cau. 6. num. 2. tit. 4. Ruin. conſi. 127. colum. 4. nu. 8. lib. 3. in allegat. Alc. conſi. 89. nu. 4. lib. 9. impreſ. Ven. & diſtingue ſecũdum Sign. conſ. 173. nu. 19. Bero. conſ. 97. nu. 17. 18. libro 2.

7 Secundo † quando ab aſcendente facta eſt ſubſtitutio de illis, qui neceſſario ſunt ſubſtituendi, ne teſtamentum corrueret præteritione eorum, quando non fuiſſent ſubſtituti, quibus ideo debetur legitima, & inter eos dicitur cadere neceſſariæ vocationis ordo, tunc iſti videntur inuitati ordine ſucceſsiuo ſecundùm com-

mun.



mun. opin. gloſſ. & doct. in d. §. quidam recte. ponitur in d. conſil. 14. col. 4. verſi. primoq; quando inter conſi. Alexand. lib. 4. Corn. d. conſi. 231. colum. 1. in fin. & col. ſeq. lib. 1. Pedemon. deciſ. 81. n. 12. & Clar. in ſuo §. teſtamentum. in q. 80. in 2. concluſ.

8 Tertio † quando teſtator ſubſtituit plures nomine collectiuo, puta fratrem, & eius liberos, deſcendentes, agnatos, familiam, & ſimiles exiſtentes plurium graduum, hos enim vocatos ordine ſuceſſiuo nemo ambigit: Alci. d. §. quidam rectè. nume. 19. verſic. alter eſt caſus. Socin. conſil. 43. colum. 5. ver. aliquando & quarto. & verſ. ſeq. lib. 3. Pariſ. conſi. 40. colum. 2. num. 2. lib. 2. Gualden. d. cau. 6. num. 4. Ruin. conſi. 127. colum. 1. num. 6. lib. 3. vulg. iur. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. in l. peto. §. frater. de legat. 2. in leg. fin. C. de verb. ſign. vocando etiam filios veniunt liberi, & ſic nomine collectiuo. Socin. conſ. 90. colum. fin. lib. 1. Goz. con. 4. nu. 15. Aym. con. 155. col. fin. nu. 8.

9 Quarto † quando ſubſtituit fratrem & eius hæredes, quoniam viuens non dicitur habere hæredem. l. 1. ff. de hæred. vel acti. vend. & nomen hæredum eſt collectiuum. l. hæredis appellatio. l. ſciendum. l. hæredis appellatione. de verb. ſign. ideò ſic ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur, Alci. d. §. quidam rectè, nume. 22. verſ. tertius caſus plene Aymo. conſi. 131. colum. 1. Pariſ. conſil. 4. nu. 3. lib. 3. & ex eo quòd dixit hæredes. apparet quòd intellexit poſt mortem ſubſtituti, & ſic ordine ſucceſſiuo. Barto. dicto. §. quidam recte, nume. 7. Gualden. d. cau. 6. nume. 3. Couar. in c. Raynutius. ſuo. §. 2. nume. 5. de teſta.

10 Quintò alias plures concluſiones, vel caſus complectendo, vbicunque poſſunt apparere coniecturæ, quibus deprehendi queat teſtatorem velle ſubſtitutionem factam extendi quodammodo ad vlteriores per expreſſiones perſonarum plurium graduum ſubſtitutorum & diuerſarum conditionum vel factorum, quæ ſimultaneam vocationem difficilem, & non veriſimilem reddunt, tunc etiam conſequens eſt, vocationem ſubſtitutorum intelligi factam ordine ſucceſſiuo, vt quando ſubſtituit fratrem & eius filios, & nepotes ob extenſionem, ad dictionem nepotes diuerſi gradus, & habentem vim nominis collectiui, l. liberorum. ibi per Bar. de verbor. ſignifi. Alci. dict. §. quidam rectè. num. 25. aut quando ſubſtituit Titium, & ſuos, vt per Dec. conſil. 205. col. ſecunda, conſi. 253. colum. prima. Couar. dict. cap. Raynutius. ſuo §. ſecundo, nume. 6. Aut quando teſtator habens tres nepotes, cuilibet ſuam portionem aſſignando inſtituit eos hæredes, & eorum filios, qui filij ideò cùm non ſint vocati in diuiſione, venirent ſucceſſiuo ordine, Dec. conſi. 291. colum. num. 1. hæc & alia exempla per Alciat. dict. §. quidam rectè. nume. 27. & quando filij indefinitè ſunt vocati omnes, nec teſtator ſenſit de certis, tunc intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo, arg. l. Lucius. ff. de hæred. inſtit. & l. Titia Seio. §. Seia. de leg. 2. dict. conſil. 14. columna 4. verſicu. quarta concluſio. & verſi. ſequen. inter conſil. Alexan. lib. 4. & verbum inperpetuum, ſine dubio eſt ſucceſſiuum. Alex. con. 43. col. fin. nu. 13. lib. 3.

11 Quándo vero † econtrà ordine ſucceſsiuo non ſunt vocati plures, ſed ſimul & ſemel veniunt, ſic venit primò quando abeſt neceſſitas relinquendi cauſatiua, ne rumpatur teſtamentum vt fratrem & eius filios ſubſtituit, cùm ſubſtitutio non fiat ab aſcendente curam adhibituro, ne præteritione liberorum teſtamentum irritetur, ſed à tranſuerſali etiam moto charitate & affectione, ac ordine ſcripturæ prætermiſſo, ſubſtituti copulatiuè ſimul pater & filij vocantur, per l. ſi quis Titio. leg. ſi mulieri. ff. de vſufruct. accreſcen. & commun. opin. contra Bart. per omnes in d. §. quidam rectè. concord. allegant ibi Iaſ. & in conſil. 265. colum. 1. num. ſecundo, & Corn. conſ. 17. col. 2. ver. eſt autem alia opinio. lib. 4. & Clar. in ſuo. §. teſtamentum. q. d. 80. in 1. concluſi. & Capra conſ. 35. nu. 2. & ſeq.

12 Secundo † ſimul intelliguntur vocati filij & nepotes, quando nepotes ſunt copulatiue vocati cum qualitate maſculinitatis, adiuncto quòd ſint ſimul cum filijs aliquo onere grauati. Corn. conſil. 321. colum. 3. lib. 3. per qualitatem maſculinitatis ſequitur Alci. conſi. 115. multæ difficultates, nume. ſecundo, lib. 9. licet idem in dicto. §. quidam rectè, ſub numer. fin. in hoc diſſentiat, & ſequitur tamen ob onus ſimul verbis claris extra inſtitutionem impoſitum, argum. l. denique. §. fina. de pecun. legat. confirmo quòd ad comprehenſionem, & vocationem plurimum facit alicuius oneris impoſitio per alleg. plene ſupr. ead. interpret. dubitatio. 1. ſolut. 9. verſi. fin.

13 Tertio † ſimul filij & nepotes cẽſentur vocati, quando eodem ſermone ſunt iũcti dictione, vna, cum, ſimul, quæ magis denotat ſimultaneam vocationem, quàm faciat dictio, &, quæ poteſt eſſe magis continuatiua, Barto. in dicto. §. quidam recte. colum. ſecunda, numer. 5. ibi Iaſo. colum. 7. verſi. primo limita. dicit quòd omnes cum iſta deciſ. indifferenter tenent, ita pro communi concluſ. ponit Clar. in dict. quæſtio. 80. in 4. concluſ. ſed ex mente aliorum inter dictiones, &, & cum parum aut nihil referre dicit Couar. dict. cap. Raynutius. dicto §. ſecundo, nume. 3. ita videtur tranſire cum opin. contraria, defenſa tamen & tenta cum Iaſo. in dict. §. quidam rectè, colum. 8. verſ. vnde aduertendum eſſe differentiam inter dictionem, &, & dictionem, cum, quando reperiuntur poſita inter ea quorum vnum eſt acceſſorium alterius, vel pro eodem reputantur, vt pater & filius, per l. fin. C. de impub. & al. ſubſti. & Garci. Hiſpa. in dicto. §. quidam recte, ſub. num. 35. verſ. cogita. quòd omnia, vbi verum dicit hæc non poſſe habere certam interpretationem, & quidem mihi, inquit ipſe, certior eſt, vt ſeruetur orationis vis, & ſignificatio, alio non apparente, per l. non aliter. de leg. 3. & l. prima. §. ſi is qui nauem. de exercitor. idem in dict. §. quidam rectè. Alci. probat nume. 32. Et hoc accipiendum exiſtimo in filijs & nepotibus ſimul ſubſtitutis ab aſcendente, qui ſi vult poteſt ſic ſimul inſtituere, vel ſubſtituere filios & nepotes, & voluiſſet apparet per dicta verba, vna, cum, ſimul. in ſubſtitutis autem à tranſuerſali, vbi cadit ſolus ordo charitatis, vt non bene aduertentes loquuntur doct. citati, ſatis eſt copula, &, vt modo in ſuperiori ver. quando ver. dictum eſt.

14 Quarto generale eſt, quòd plures ſubſtituti à teſtatore non attinente & penitus extraneo etiam ſub nomine collectiuo ſimul & æqualiter vocati veniunt per doct. Barto. in l. cognatis. in fin. de rebus dub. approbatam, ibi per Socin. ſub nume. 32. per text. gloſſ. Raynutius. & Barto. in l. is qui complures. de leg. 3. & text. in l. ſi quis Titio. §. fin. de leg. ſecundo. qui reputat id notatu dignum, & poſt Raph. & Alexand. per Iaſo. in dict. §. quidam rectè. colum. 7. ver. tenendo tamen, & colu. 8. verſi. tertio limita. & ibi Alci. ſub nume. 33. intelligit quando etiam non omninò tales ſunt extranei, ſed ſat eſſe, quòd nullus adſit inteſtatæ ſucceſſionis ordo, quia alius gradu proximior extet per Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. colum. prima, ver. & aduerte. ad Trebell. adde & d. doctr. Barto. in dict. l. ſi cognatis. in fin. ſequitur & comprobat Imo. in cap. indicante. numer. 22. verſic. ſecundo tamen quærit, de teſta. poſt Ancha. ibi & Barb. conſi. 18. colu. 4. lib. 2. ſi nominati ſint hæredes extranei limitat Ruin. conſ. 174. nu. 9. lib. 2.

15 † Redeundo ad primum ſuccedendi modum ordine ſucceſſiuo videtur non modica non paruiq; momenti ambiguitas, doctorumque altercatio in dicto §. quidam rectè, & in alijs locis, nunquid talis ordo ſucceſſiuus

procedat

procedat per vulgarem, vel per fideicommiſſariam ſubſtitutionem? Nam ſi per vulgarem, primo vocato agnoſcente & admiſſo, truncus eſt ordo finita & ipſa vulgari. l. poſt aditam. C. de impub.& l.ſi legata. C. de legat.ſi per fideicommiſſariam, ordo ipſe durat & progreditur vſque ad vltimum vocatum. l. cum ita. §. in fideicommiſſ.& l.peto.§. fratre.de legat. ſecundo. & leg. fin. C. de verb. ſignific. ſuper hoc iuris articulo habui ter equidem perſcrutari prima vice pro vulgari cognoſcenda ſupra eo. libro interpret. 2. dubit. vna. ſolut. 5. verſiculo quarto itaque per totum, alia vice in contingentia facti pro legato dando proximiori de cippo domus vlteriori non debito, dixi conſil.203. nume.24. & ſequent. lib. primo. tertia & vltima vice de fideicommiſſo inducto per nomen collectiuum ſup. ea. interpr. dubit.1.ſolut.9. vbi de contrarietate circa hoc inter Pa. Caſtr.& Raph.Cuma.late diſſerui,actam rem ne iterum agam,ad ſcripta eadem lectorem beneuolũ,& reuidendi cupidum remitto,cum adhuc alia permulta peragenda ſuperſint.

Præcipuum hoc vnum & in ſumma repetam, quòd vbi actus ſubſtitutionis cadens inter iſtos commixtos & vocatos ordine ſucceſſiuo nullam habet conditionem, nullúmve tractum temporis in futurum, tunc vulgaris extat,Bald. in d.§.quidam recte.colum. prima. in 4.nót. dicit à Bar.didiciſſe extra ſcholas & eſſe bene not. quòd verbum, ſubſtitutio, ſine vlla conditione prolatum intelligitur de ſubſtitutione vulgari, & alij ſupra in dictis locis relati idem dicunt, maximè Aym. conſilio 131.nume.3 Cephal. conſil.326.nume. 27. cum tractus aliquis in futurum non appareat vulgarem intelligi. vbi verò progreſſus ſubſtitutionis inter eoſdem ſic vocatos ordine ſucceſſiuo efficitur cum tractu temporis futuri, tunc fideicommiſſaria viget ſubſtitutio, paſſim doct. in ſupradictis locis alleg. tradunt, & per Menoch.conſ.85, num. 67.& ſeq. quomodo autem appareat de tractu illo in futurum exempla plurima poſui ſupr.interpr.præceden.dubit.1.ſolut.10.verſ.primum itaque. & ſupra hac ea interpr.dubit.1.ſolut.9.verſ.dico igitur.& aliqua in ſolut.10.& per Menoch.conſ.44. nu. 7.& ſeq.& Ruin.conſ.164.col.pen.& fin.lib.3.

Eſt quoq; animaduertendum, quòd eatenùs locum habet fideicommiſſaria inter vocatos ordine ſucceſſiuo quatenus deprehẽditur ipſum tractum ad futurum progredi & extẽdi,ſentit text.in d.l.cum ita.§. in fideicommiſſo,in fi.de leg.2.& dicit Aym.d.conſ.131.nu.4.adeóque ita fideicommiſſum peruẽtum ad primum gradum vocatorum nomine collectiuo vlterius reciprocè non progreditur,vt per Cuman.in d.§.in fideicõmiſſo.Ruin. conſ. 159. colum. penult. nume. 22. lib.2.cum concordan.per me in d.conſil.203.nume.31.alleg.& in alijs locis ſup.citatis,& Alciat.d.§.quidam rectè,nu.31.verſicu. quomodo autem, & Menoch.dict.conſil.85. nume. 54. per plura probat conditionem appoſitam, intelligo in fideicommiſſis certo gradu nõ cenſeri repetitam in alio gradu, facit ratio text.in l. cùm in teſtamento. in pri. ff. de hæred.inſtit.& in l. ſi ita expreſſum. in fin. de condit. & demonſtr.& in l.ſi quis ita. in fin. de vulgat. & pupil. addo & Alexand. in conſ. 105. colum.ſecunda, num. 2. verſicu. perinde eſt.lib.primo.qui propriè in caſu, quo teſtator ſuſtituit Viuianum, & eius liberos hæredes, ſeu deſcendentes,tradit per verificationem ſubſtitutionis in primo hærede Viuiani eſſe ſatisfactum eidem ſubſtitutioni, vt vlteriores non comprehendat, & conſumpta dicatur in primis hæredibus ex not. per Bartol. in l. liberorum, columna penult. num. 18. de verbor. ſignific.ita in propoſito per Ruin.conſilio 78.num. 5. 6. conſi.92.& ſequent.conſi.96.num. ſecundo & ſequent. conſil.100.num.8.& ſequent.conſil.102. colum. penult. nume.8.& ſequent.lib.ſecundo.& per Aym.conſil. 161. nume.9.& ſequent.& Ceph.dicto conſil.326.nume.28. quo autem ad ipſos nomine collectiuo vocatos pro fideicommiſſo inter eos de vno ad alium, continuando hic inter alios ſufficit tractus in futurum.vt bona remaneant ipſis deſcendentibus vel in eis,vel in familia, aut extra eos non exeant, iuxta dict.leg. peto. §. fratre. per Cuman.in d.§. in fideicommiſſo.Socin. in d.l. ſi cognatis. num. 18. de reb.dub. & niſi etiam ad tacitam reciprocam concurrant illa tria, de quib.per Aym.d.conſil. 161.nu.7.& latè dixi ſup.ea.interpr.dubit.ea ſolu.1.verſ. nunc igitur.cum ſeq.& vt per Curt.Iun.conſ.47.nu.4.5. & Rol.à Val.conſ.24.num.52.cum ſeq.lib.4.

16 Conſequenter & tertio perſequendo interpretationem verborum,quibus vocari fideicommiſſarios cõtingit,cum aliunde eorum ſignificationem habere nõ poſſumus,ad ius quidem recurrimus,id eſt,ad eam ſignificationem,quam facit ius,dicit glo.in ver.ad ius.in l.3.C.de hæred.inſtitu.& per c.cauſam quæ.de reſcript.& c.cum dilectus.de conſuetu.ergo fideicommiſſarij nominatim non expreſſi, ſed nomine aliquo collectiuo, vt conſanguinei,attinentes,agnati,propinqui,de familia,de parẽtela,& ſimil.quorum alibi ante mentionem feci,cenſentur vtique vocati, qui ſecundum ius ab inteſtato ſucceſſuri forent, quia voluntas teſtatoris ſemper interpretatur,vt ſit conformis ſucceſſioni ab inteſtato:itaque ſucceſſiuo in fideicommiſſis regulariter eo ordine, quo de iure communi,vel municipali fideicommiſſarij vocarẽtur,& ſucceſſuri extent ab inteſtato, hæc eſt commun. ſententia per doct.in centum locis relata, & communiter recepta per Bart. & omnes,qui ſcripſerunt in §.cum ita.l.hæredes mei.ad Trebel.Alex.conſ.15.num.3.lib.4. Corn.conſ.37.col.2.verſ.ac etiam ex eo,lib.1.Iaſ.conſil. 84.col.1.& ſeq.lib.1.vbi dicit quòd iſta eſt firma, indubitata,& marmorea concluſio, idem conſ.215.col.2.lib.2. & conſ.143.col.3.nume.9.lib.4.& Dec.conſ.299.circa fin.Socin.conſ.86.col.pen.num.13.lib.3.conſ.50.1.num. 19.lib.4.Ruin.conſil.163.col.2.num.7.lib.1. Pariſ.conſ. 83.col.3.nume.14.lib.2.Socin.conſ.126.nume. 22.lib.1. Cephal.conſil.137.num.32.& plenius. conſ.313.num.45. & alibi alij probando hanc concluſionem per text.in d. §.fideicommiſſo.ibi.& qui ex his proximo gradu.& in d. §.fratre,ibi, vt proximus quiſque primo loco videatur inuitatus,& in d.l.fin.C.de verb.ſigni. Nam per hæc vocabula proximitatum & graduum trãſeunt deferuntúrque ſucceſſiones ab inteſtato,vt l.2.ff.de legit.& ſuis hæred.& l. Iuriſconſultus.in princ.de grad.affinit.& tot.tit. inſtit.de legit.agna.ſucceſ.& de hæred.quæ ab inteſta.& iam teſtatoris voluntas principio facilis ac prona viſa eſt ad ſuccedentes ab inteſtato.l.ſi quis cum teſtamentum.in princip.& l.conficiuntur.§.1.de iure codicil.

Hæc autem & magis locum habent, quando teſtator ſubſtituendo vocat propinquos proximos de iure ſuccedentes,vel eos ad quos de iure debent peruenire bona, quia ad ius ſe retulit,videtur teſtamentum ſuum loco diſpoſitionis legalis ſubrogari debere Bald.conſi.488.caſus talis quidam Titius.ad fi.lib.3.Iaſ.conſ.159.col.pen. verſic.iſta multo fortius.lib.4.ſentit Anchar.conſil.152. plura ſunt dubia.col.2.verſic.contrarium dico.& intelligi debet de iure ciuili quod in materia ſucceſſionum attenditur,Socin.Iun.conſil.116.num.12.lib.3. quomodo ſuccedatur vel teſtatori Alexand.conſil.126.vel pupillo,Cephal.conſil.410.nume.40.& in fideicommiſſo in dubio de proximioribus ſuccedentibus teſtatori plenè Pariſ.conſil.83.col.2.lib.2.de quo tamen infra dicetur, vide interim Portum Imolam plenè diſcutientem, conſ.121.num.2.cum ſeq.

17 Sed quæro † qui ſint de propinquorum, attinentium & proximorum numero, breuiter reſpondetur illos ſanè de propinquorum numero dici,qui vocantur ad ſucceſſionem de iure ciuili ab inteſtato, per l.primam.C. vnde



vnde vir & vxo.& l.prima.C.de impo.lucr.deſcript. lib. decimo.Bald.conſil.334.in quæſtione quæ vertitur.col. ſecunda,nume.tertio.verſic.circa primum.lib.tertio. & fit computatio graduum, in ſucceſſionibus ſecundum Ius Ciuile, & non Canonicum, cuius computatio graduum ſeruatur in matrimonijs: Bero.conſil.95.numero octauo,lib.ſecundo. Barto.Bald.Salyc.Alexand.& Dec. in l.ſecunda.ſupra fin.C.de ſucceſ.edict.& Dec.in conſil.443.nume.primo.At bene aduertatur, quòd non ſit vltra decimum gradum à teſtatore, cui dicitur ſuccedi in fideicommiſſis.l.cohæredi. §.cum filiæ.de vulgar.& pupil. qui proximus cui relictum eſt fideicommiſſum, debet eſſe intra decimum gradum,cùm talis eſſe debet, cui competeret ſucceſſio ab inteſtato de iure ciuili, & vltra decimum gradum, talis ſucceſſio amplius non datur per text.in §.hoc loco.inſtitut.de ſucceſ.cogn.gloſſ. & doct.in l.fin.C.vn.legi.late comprobat Deciſ.conſil. trecenteſimo vigeſimo primo, columna ſecunda, num. 2.& 4.& conſilio 323.ad fin.& dicetur infra in vltim. dubit.

18 Maior † vel antiquior de familia, de agnatione, de domo, de caſata, & de ſimil. ad fideicommiſſum in teſtamento inuitatus reperitur, quínam cenſeatur vocatus, an maior, ſeu antiquior ætate, vel ſcientia, gradu dignitatis,potentia,vel diuitijs.Communis reſolutio traditur pro maiore, vel antiquiore natu, vel ætate, ſi ratio ſubiectæ materiæ aliam interpretationem non ſuadet, cum interpretatio hæc magis actiui naturali congruat, ita primum per Anchar.in repet.cap.canonum ſtatuta. car.mi.22.ſub verſicu.refert vltimo, late per Alexand. conſil.3. nume. ſecundo. & per tot.lib.quarto.& Barb. conſilio decimo.colum.fina.& conſil.18.colum.quarta, lib.ſecundo.Felin.in rubr.colum.penult.verſicu.de excellentia obedientiæ.de maior.& obed. Dec.conſ.443. numero vigeſimoquinto, Pariſ.conſilio decimonono, nume.125.conſil.93.nume.32.lib.ſecundo. Crot. conſil. 9.nume.12.conſil.150.nume.68.69.vide Alexand.dicto conſil.4.& Barb.dicto conſilio decimo in eadem facti ſpecie conſuluerunt contrarium,Alexan.pro eo qui de agnatione verè ſuperfuerit maior ætate contra filium eius qui maior natu erat, ſed obijt, conſuluit Barb.pro dicto filio maioris natu defuncti, reſpondit longo apparatu de iuribus patris tranſlati in filium, Alexand.verò in hærede verbis teſtamenti de maiore continuò vocato, huiuſmodiq; ius non eſſe tranſmiſſibile ad filium, vel alium carentem qualitate requiſita per teſtatorem, & iam ſentẽtiam per iudicem ſic latam defendit verius, & iuſtius iudicio meo, quod autem dictum eſt, ſi ratio ſubiectæ materiæ,alia re,intelligitur,quando alio reſpectu, quàm ætate maior poteſt eſſe nuncupatus,vt ratione adminiſtrationis,vel alicuius ordinis,& dignitatis eſt nominatus ad diuidendum bona, frater antiquior, vel ad aliquid peragen.antiquior canonicus, non de antiquiore ætate,ſed receptione in canonicatu, & in adminiſtratione bonorum intelligitur. Felin.in dicta rubr.in fi.& in cap.cum omnes,columna penultima.ſub verſic. ſed dubium eſt,de conſtit.Pariſ.d.conſil.19.nume.130. vbi num.127.& ſeq.etiam quòd qui prius paruit voluntati teſtatoris, habetur pro maiore, vel primogenito, etiam quòd ſit minor ætate.

19 Antiquior † vel maior de familia ſic ſubſtitutus etiam in ſingulari numero, vbi plures in paritate gradus concurrũt,& ratio diuerſitatis non apparet,ſimul vocati admittuntur ad fideicommiſſum, quod ſane vltra eos non extenditur,niſi appareat vlterior tractus in futurum, vt circa intellectum Anchar.conſil.27.non ſeruato ordine, late inſiſtit Aymo conſil.161. & conſil.180.& Menoch.d.conſil.85.nume.123.& ſequen. comprobaui ſupra ea.interpr.dubit.1.ſol.9.verſ.ſub ſed adhuc. & verſi. dico igitur.ad fin.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Fidicommiſſum pluribus contendentibus inuicem de prælatione ſibi fore relictum, quomodo cognoſci hoc poßit, quis.ſ.contendentium debeat alteri præferri,& vltra ibi relata,nonnulli ponuntur caſus,quibus ſola voluntas teſtatoris attendi debet, vt infra num.ſeq.*

2 *Fideicommiſſum in teſtamento relictum Ioannis de Spinolis, cùm duo ſint, Ioannes de Spinolis,is præferendus eſt alteri qui probauerit ſe magis amicum & mentem teſtatori,vel qui probauerit ſe conſanguineum eſſe illi.*

3 *Fideicommiſſum relictum attinentibus & conſanguineis, & multi probent ſe conſanguineos fuiſſe teſtatoris, tunc magis dilecti qui præſumuntur teſtatori cæteris præferuntur.*

*Et qui dicantur magis dilecti, aut præſumantur, dic vt ibi. ſcilicet,*

*Deſcendentes magis quàm tranſuerſales.*

*Nati & noti,quàm poſthumi & non viſi.*

*Magis proximiores gradu quàm remotiores, & dic vt ibi.*

4 *Fideicommiſſum in teſtamento relictum pluribus in indiuiduo ſpecialiter & regulariter nominatis inter quos contentio eſt de prælatione,præferri debent qui nomine proprio ſunt nominati.*

*Item quòd magis ſunt nominati in ſpecie quàm in genere.*

*Item nominatus per nomen ſpeciale filij præfertur nominato per nomen liberorum generale.*

*Item is præfertur cui ſpecialiter eſt res relicta.*

*Item primò nominatus magis dilectus præſumitur & ideò præfertur.*

*Fallit in diuiſione vbi primo nominatus non habet ius optandi, ſed ſorte dirimitur.*

*Item natus legitimè præfertur legitimato.*

5 *Fideicommiſſum de eo quòd poſſet obuenire inſtitutis prius in teſtamento diuerſis modis & diuerſis quantitatibus contendentibus inter eos de prælatione,reſpectu illius reſidui quod obuenit, vti magis ab eo, præferuntur hi qui maiori commodo magis in re vniuerſali quàm in re certa & pluribus prælegatis, & maiori prouiſione in teſtamento honorati fuerunt.*

*Item magis dilecti dicũtur hæredes inſtitutorum quàm ſubſtitutorum.*

*Item filij hæredes inſtituti & poſiti in conditione quàm ſubſtitutus in portione inſtituti.*

6 *Teſtator nullam affectionem, aut dilectionem dicitur habere erga eum, cui nihil reliquit.*

7 *Fideicommiſſum æqualiter & parib.portionibus eſt diſtribuendum comprehenſis in eo, nulla diſparitate conſanguinitatis,gradus,honoris, & dilectionis penes teſtatorẽ etiam quòd ſint filij diuerſarum vxorum, ſunt enim adinuicem agnati,& dic vt ibi.*

8 *Fideicommiß.relict.attinenti,proximo,propinquo,ſuperſtiti de agnatione, in num.ſingulari & plures eo.& pari gradu,an & quando vnus vel omnes admittantur.*

*Et an & quando ſingulare contineat plurale.*

9 *Fideicommiſſum relictum attinentibus proximis in plurali numero, omnes vocantur ad illud non vnus etiam cohæres & coniunctus grauato, ſed omnes in teſtamento veniunt, etiam legatarij & fœmina etiam excluſa ab vniuerſali ſucceßione,& quare ibid.*

*Fallit ſi plures eſſent cohæredes ſuperſtites & inſtituti vniuerſaliter,qui hic vocantur non legatarij,aut in re certa inſtituti.*

10 *Fideicommiſſum & ad id an potius admitti debeant & præferri agnati cognatis, maſculi fœminis, verba inſpicienda ſunt quibus vocantur, nam omnes continentur ſi ſint apta eos comprehendere vt ſciat verba infra ſcripta, videlicet,*

*Attinentes.*

*Propinqui.*

*Coniun*

*Coniuncti.*
*Proximi.*
*Poſteri.*
*Hæredes.*
*Succeſſores.*
*Stirps.*
*Generatio.*
*Progenies.*
*Familia.*
*Deſcendentes per virilem ſexum.*
*Cippus domus, ſecus vbi apparet ex verbis mentem teſtatoris fuiſſe pro conſeruanda agnatione, tunc maſculi tantum vocati cenſentur, & quomodo & de materia ibid. vide.*
*Agnati an & quando præferantur cognatis, & maſculi fœminis. vide verb. fideicommiſſum, & ad id.*

11 *Teſtator tres habens agnatos tranſuerſales, Caium, Titium, & Lucium, inſtituit Lucium, & ei ſubſtituit primo grauatum maſculum, & ſic de primogenito in primogenitum vſque in infinitum, qua linea deficiente primi inſtituti Lucij ſubſtituit ſuum proximiorem in gradu agnatum maſculum, & ei ſubſtituit pariter, vt ſupra ſuum primogenitum maſculum, aut ſecundogenitum, cui primogenitum ſubſtituit, & ſic de primogenito in primogenitum, mortuo teſtatore viuente Lucio hærede, Caius deceßit ſuperſtite mortuo filio eius maſculo primogenito, demumq; deceßit Lucius primus hæres abſque liberis ſicq; ſua linea defecit, quisnam admittendus ſit ad fideicommiſſum, an Titius proximior agnatus teſtatoris, an Meuius filius primogenitus Caij, quæſtio eſt pro Triultijs valde controuerſa. vide ibidem latiſſimè diſcuſſum per auctorem, qui videtur tenere pro Meuio, vt ibi per eum, cum num. ſeq. vſque ad num. 21.*

12 *Præcedentia in teſtamentis demonſtrantur & reſtringuntur per ſubſequentia.*

13 *Scriptura ſpecialis ſequens reſtringit præcedentem generalem, cum non includit illud quod erat apta includere.*

14 *Numerus ſingularis quando demonſtratiuè ponitur ſeu relatiuè non congruit pluribus.*

15 *Subſtitutio declaratur ex inſtitutione.*

16 *Proximitas alicuius quòd attendatur tempore adimpletæ conditionis non teſtamēti ſit de voluntate teſtatoris etiā & econtra quòd tempore teſtamenti ſufficiat. num. 18.*

17 *Primogenitus vel maior natu debet præferri ad fideicommiſſum, & quando alijs exiſtentibus in gradu æqualibus declarando. vt ibi.*

19 *Nomen appellatiuum vel generale quando non poteſt conuenire vel verificari niſi in vno, iſte vnus intelligitur vocatus in diſpoſitione nomine proprio & ſingulari ſuo.*

20 *Legatum dicitur nominatim factum non ſolum demonſtrata perſona proprio nomine legatarij: ſed etiam nomine appellatiuo, vel alia demonſtratione.*
*Et quando quid nominatim fieri dicatur. ibidem.*

21 *Nepos ex fratre, an & quando ſubintret locum patris ſui, adeò vt ſuccedat vnà cum patruo vel non, ac ſolus patruus, trita & varia eſt quæſtio per doctores, & eſt opin. glo. quòd intret & ſic patruo ſuccedat altera eſt Bald. quòd non, ſed ſolus patruus in ſucceßione. ſ. fideicommiſſi, & quod ea gl. ſit verior quando teſtator ſit aſcendens, patruus, auunculus, amita, vel matertera, ſecùs ſi extraneus vel tranſuerſalis & patruus magnus vel patruelis frater, cui nepos non ſuccedit cum patruo, ad quod vide quæ latiſſimè ponuntur per Anchar. hanc materiam pulchrè diſcutiētem, & hoc niſi formula ſubſtitutionis aliud ſuaderet, quod patruus proximior in gradu in totum præferatur, & vt ibi vſque ad num. 32.*

22 *Fideicōmmiſſum relictum familiæ vel agnationi, cenſetur habita conſideratio ad familiam & agnationem non ad perſonas, ideoq; patruus ſolus non admitteretur excluſo nepote.*

23 *Nepos cum patruo in ſucceßione fideicommißi non venit, quando in ſubſtitutione reciproca fideicommiſſaria ſola inter filios vel fratres vel deſcendentes adſint hæc verba, ſalua grad. prærogatiua, maximè ſecundum auctore, vbi pluries d. clauſula, ſalua grad. prærogatiua reiterata eßet in ſubſtitutionibus quod declara & dic, vt ibi circa hanc materiam & concluſionem.*

24 *Non venit quando inſtitutio continet ſolos filios vel fratres teſtatoris, vel alios nominatim inſtitutos & pariter ſubſtitutio vocat eoſdem vel nominibus proprijs vel appellatiuis, vel relatiuis, puta ſupra dictos filios eorum fratres aliàs ſuperſtites, & nominib. collectiuis ſubſequitur & eorum liberos poſteros deſcendentes, vel aliquam non faciat mentionem de filijs ſubſtitutorum.*

25 *Non venit ad fideicommiſſum nepos cum patruo propter mortem fratris cohæredis, quando pluribus filijs inſtitutis hi eorúmque filij inuicem ſint inſtituti & ſubſtituti in ſtirpes & non in capita, & quare hoc ſit, ibid. legatur.*

26 *Venit, quando in ſubſtitutione poſt filios per alternatiuam vel, ſeu, aut, nepos eſt vocatus. exemplificando, vt ibi, & de ratione, & de alternatiua, poſita inter perſonas inter quas cadit affectio ordinata non reducenda in coniunctam, ſed prior ſecundum ordinem literæ eſt admittendus, quo admiſſo euaneſcit ſubſtitutio, & quando vltimus admittatur. ibid. late.*

27 *Nepos venit cum patruo ad fideicommiſſum quando id poteſt apparere ex mente & voluntate teſtatoris, vt quando inſtitutis decedentib. ſubſtituit copulatiuè ſuperuiuentes & eorum filios in ſtirpes & non in capita. declarando ibi, maximè, cum in ſubſtitutione adiecerit eorum liberos & hæredes, nam tūc ſuccedunt in locum parentum ſuorum nepotes & tantum habere debent quantum pater haberet, veniúntque ex perſona non corrumpendo ſed repræſentando gradum patris.*

28 *Venit nepos cum patruo, quando verba ſubſtitutionis factæ pluribus inſtitutis de alijs inſtitutis, vel de eorum filijs quo ad decedentes & vocatos ſunt concepta in numero ſingulari, & per verba relatiua, quæ pariter referantur ad filios filiorum & ſic ad nepotes, qui cum patruo habeant ſuccedere illi, ſoli decedenti, ut & in eum verificetur caſus illius decedentis ſolius, eis etiam datus, ſicut caſus mortis omnium inſtitutorum datus eſt eis, etiam relatis per hæc verba, Eaſque ſibi taliter decedenti, & ipſis taliter decedētibus inſtituit & ſubſtituit æquis portionibus in ſtirpes & non in capita, declarando vt ibi hanc materiam latius 28. vbi quomodo apparere dicatur de mente teſtatoris hoc eſſe, vt veniat.*

29 *Clauſula in ſtirpes & non in capita, quid demonſtrat & quomodo intelligatur & multa de hac clauſula ibi. late & pulchrè diſcutitur, & quòd importat inter ſubſtitutos tractum temporis & fideicommiß.*

30 *Nepotes ex diuerſis parentib. ſoli ſine aliquo patruo ſuperſtites, ſuccedunt patruo defuncto in capita & non in ſtirpes, ſecus patruo viuente, quia cum eo admitterentur in ſtirpem & non in capita.*

31 *Clauſula, ſeruata gradus prærogatiua quid operetur & ſignificet & de ea late ibid. vide per auctorem poſita.*

32 *Nepotes an & quando cenſeantur ſubſtitui patruis ſuis materteris vel amitis per fideicommiſſum, an verò eorum patribus & in eorum portione tantùm, frequens eſt quæſtio, & inſpicienda eſt formula ſubſtitutionis, an ſit facta ſubſtitutio cauſa conſeruandæ agnationis, quia tunc per fideicommiſſum patruis dicuntur etiam ſubſtituti, aliàs non & quomodo hoc cognoſcatur. Vide declarata ibid. pulchrè.*

33 *Proximior teſtatoris, an proximior grauati præferatur in petitione fideicommißi, varia & ambigua eſt quæſtio multos habens doctores hincinde: ex diuerſitate tamen perſonarum teſtantium & grauatorum & ſubſtitutionum & caſuum ſecundum auctorem variè indicatur, & de nōnullis caſibus quibus proximior teſtantis præfertur, & de alijs quibus proximior grauati admittitur, de quibus omnibus ibidem conſtat, vſque ad num. 34.*



34 *Proximior teſtatoris præferri debet proximiori grauati, quādo teſtamentum, vt ſit cōmuniter ſcriptū eſt in tertiam perſonam, & teſtator vocat ad fideicommiſſum agnatos attinentes, proximos vel conſanguineos ſuos, propter pronomen ſuos.*
*Idem ſi dicatur ad propinquiorem conſanguineum de meo nomine, & de meis antiquis.*
*Idem & clarius quando vocat proximiorem ipſius teſtatoris & vt ibi.*

35 *Item attenditur & præferri debet proximior teſtatoris, quando vocat ſimpliciter propinquiorem, proximiorem vel illum ad quem de iure ſpectat ſucceßio de ſuo genere vel de ſua parentela, quia de ea teſtatoris in dubio cenſetur, & maximè quando proximior eſt vocatus cum mētione primogenituræ, & de proximo quia dicatur. ibid. pulchrè.*

36 *Item proximior gradu teſtatori attenditur & non grauato, in hoc caſu quando teſtator ſimpliciter & ſine tractu tēporis in futurum, vel progreſſu fideicommißi in agnatione duraturi ad fideicommiſſum vocat agnatos, familiam, cippum domus, deſcendētes nominibus collectiuis, & mortui ſint nominati de familia, qui tunc admitti debeant, vel non exiſtentibus tempore mortis teſtatoris, tunc talis proximior gradu teſtatori admittitur, declarando latius hanc materiam & quæſtionem, vt ibi per auctorem, cum num. ſeq.*

37 *Intellectus. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. de leg. 2. & l. fin. C. de verb. ſig.*

38 *Proximior grauati & non teſtatoris præferri debet & ad fideicommiſſum admitti, quando teſtator intra ſuam familiam, & ſuos agnatos eos vocando conſtituit ſucceſſiuum & longæuum fideicommiſſum, de vno in alium, cum tractu temporis in futurum, vt bona non exeant de familia & conſeruentur in agnatione, boniſque iam peruentis ad inſtitutos vel ſubſtitutos agnatos, vnus eorum vbi defecerit proximior gradu atque deficientis & grauati in fideicommiſſo præferri debet alio proximiori teſtatori, & vt ibi diffusè declaratur cum num. ſequent. trib.*

39 *Intellectus. l. peto. §. fratre. de leg. ſecundo.*

40 *Fideicommiſſarij licet debeant eſſe de familia teſtatoris & per fideicommiſſum dicantur ſuccedere teſtatori tamen cum requiratur ſeruari gradus prærogatiuæ, proximitas eorum & non teſtatoris attenditur, cum inter ſe largè loquendo dicantur ſuccedere adinuicem per fideicommiſſum.*

41 *Fideicommiſſarius habet iura vtilia ab hærede grauato, & in eius locum ſuccedere dicitur & ponitur in locum primi hæredis ſecundario & ſuccedit teſtatori reſpectu diſpoſitionis, reſpectu vero bonorum ſuccedit grauato.*
*Et quoad incluſionem vel excluſionem perſonarum ſpectatur perſona & grauati & non teſtatoris.*

42 *Proximior grauati, potius quàm teſtatoris attendi debet, quandò teſtator in fideicommiſſo præſtando conſtituit primogenituram, vt continuo fideicōmiſſum perueniat de primogenito in primogenitum, vel ad proximiorem de familia alterius quàm teſtatoris.*
*Tuncque nepos præfertur patruo.*

43 *Item proximiores grauatorum magis admitti debent ad fideicommiſſum quàm illi teſtatoris quando teſtator mādat certis perſonis nominatis puta Franciſco & Ioanni & alijs de agnatione vel familia ſuam hæreditatem reſtitui, ea peruenta, ſcilicet ad ipſos nominatos, & his deficientibus, contentione orta inter eos de familia reſpectu teſtatoris & eos reſpectu nominatorū, proximiores enim nominatorum ſeu grauatorum præferri debent, & non illi teſtatoris.*

44 *Itémque admittitur potius ad fideicommiſſum proximior grauati quàm teſtatoris, quotieſcunque poteſt apparere ex cōiecturis etiam teſtatorem prædilexiſſe de proximioribus grauati potius quàm de ſuis, vt ſi notarius dicat in teſtamento in prima perſona poſt mortem Franciſci perueniat ad propinquos ſuos, intelligitur de eis grauati, & vt ibi latè declaratur.*

45 *Fideicommiſſarius vt admittatur ad fideicommiſſum conditionale, ſufficit quòd ſit in rerum natura tempore euenientis conditionis eſto quòd poſt mortem teſtatoris fuerit conceptus natus.*

46 *Fideicommiſſarij niſi & concepti tempore mortis teſtatoris, præferri debent alijs natus tempore tantum conditionis adimpletæ, vti primi, à teſtatore niſi & magis dilecti, intellige duob. modis, vt ibi, cùm verba teſtatoris in his quib. nouerat verificari poßint, & omnib. exiſtentibus in æquali gradu, ſecus ſi nati & noti eſſent alterius lineæ, & agnati propriè teſtatoris. & dic vt ibi latius explanatur.*

47 *Fideicommiſſum relictum, vt reſtituatur fratribus, & reperiantur fratres eſſe ex diuerſis parentibus, quibus debentur, diſtingue, vt ibidem. ſi teſtator eſt pater, omnes fratres admittuntur, ſi eſt vnus ex fratribus, & tunc vtrinque coniuncti præferuntur alijs ex vno latere tantùm, ſi eſt extraneus grauans hæredem vel legatarium ad reſtituendum fratribus ipſius hæredis vel legatarij, idem veniunt vtrinque coniuncti, quod tamen hoc fallit in pluribus patruis vocatis modo ſint in gradu priori, quia omnes veniunt. & vt ibi pulchrè.*

48 *Fideicommiſſarius cum proprium ius habeat præferri debet executor habenti ſolum miniſterium non tamen præfertur legatario à quo ipſe rem relictam conſequi debet, & quare vide. ibidem cum num. ſequentibus.*

49 *Aßignatio rei debet fieri illi qui habet plurimum iuris & quare dic vt ibi.*

50 *Gratificatio debet fieri cui magis placuerit gratificari inter plures contendētes ſe admitti, & ambiguum ſit quis eorum præferendus ſic, adeò vt id dirimi nequeat niſi gratificatione vel ſorte, parib. ſ. hinc inde extantibus coniecturis. & dic vt ibi latè.*

51 *Sors admittuntur, & eius medio fit declaratio vbi extet dubium circa portiones eligendas. & de ſorte plura vide & quomodo eius iudicium deteſtetur, & quomodo ab ea non detur appellatio, niſi ſit enormis læſio, & poßit alio remedio reparari, nec minori datur reſtitutio aduerſus eam, & de ratione ibi pulchrè.*

52 *Clauſulæ hæc in teſtamentis apponi ſolitæ, ita tamen, ita quòd, ideò quòd, & ſimiles quandoque ponuntur ad limitationem & reſtrictionem præcedentium vocatorum ad fideicommiſſa quandoque ad declarationem & ampliationem, & prout ſonant formulæ earum clauſularum, & vt ibi de his latius oſtenditur.*

53 *Dictio ita tamen, ſtat limitatiuè & reſtrictiuè, & declaratiuè, cum ſeq.*

54 *Dictio ita quòd, habet naturam taxatiuam & limitatiuā, & prolata ad augendum non operatur diminutionem, ita debet declarare & ampliare præcedentia actiuè & paßiuè, itemque ſtat ampliatiuè, itemq; ſtat diſpoſitiuè, ſeu habet vim modi neceßitatem importantis, & vt ibi habetur.*

## ¶ SOLVTIO. III. ET VLT.

TERTIVM & vltimum ſubſequitur, quòd diſſoluendum ſupereſt, cognito enim ex ſcriptis ſupra quomodo vocati dicātur ad fideicommiſſum, nunc inter iſtos de prelatione ſæpius orta controuerſia, quínam præferantur, videndūm eſt.

1 Primo generaliter quæro pro faciliori propoſitæ dubitationis ſolutione inter plures ad fideicommiſſum ſe vocatos prætendentes, & de prælatione ad inuicẽ contendentes, quæ cognitio facilior, quæ doctrina clarior tradi poſſit, qua edoceamur, quis contendentium debeat alteri præferri, recordor equidem circa noſtri tractatus generalia dum percunctarer, ſupra lib. primo, interpr. ſecunda, dubit. ſecunda, præſertim ſolut. 3. loco à conſanguinitate, & ſolut. 4. loco ab amicitia, & ſolut. 5. loco ab affectione & charitate, me plura inueſtigaſſe, & ſcripſiſſe, quæ ad locum iſtum optimè conferunt, vt videri poſſunt, licet ad ea remiſſio ſufficeret, non piget tamen eorum, quę viſa ſunt aptiora, aliqua hoc in loco inſerere, præmittantur quod ſola voluntatis quæſtio vertatur in his qui ſequuntur caſibus, & eius interpretatio prælationibus quæ pariter ſequuntur, datur.

2 Primus caſus eſt † quòd duo eiuſdem nominis. ſ. Ioãnes de Spinolis reperiuntur, & Ioannes de Spinolis in teſtamento nominatus eſt, & contendunt ſe alterum alteri præferri in fideicommiſſo quod Ioanni relinquitur, is quidem præferri alteri debet, qui oſtenderit ſe magis amicum, & meritum teſtatori, quem ideo ſic de eo ſenſiſſe probauerit, Barto. in l. duo ſunt Titij in fin. ff. de teſta. tut. Socin. in l. ſi fuerit. in 3. not. de reb. dub. Bal. in l. voluntatis, columna fina. verſi. item legatum. C. de fideicommiſſ. Imol. in l. tempus. §. quoties. ver. in glo. fina. ff. de hæred. inſtit. & Pariſ. conſilio 3. num. 47. lib. 3. vt latius declaraui in dict. ſolut. 4. ab amicitia, vel qui probauerit ſe conſanguineũ eſſe teſtatori, qui ideò præſumitur ſe magis dilexiſſe illos de conſanguinitate ſua, quàm extraneos, per l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. l. Lucius. & ibi Bal. & Imo. not. ff. de hęred. inſtit. & tradit Signor. conſi. 206. in quæſtione. Alexand. conſi. 130. attentis verbis, colum. ſecunda num. 4. lib. ſecundo, conſi. 213. ponderatis. num. primo, li. 6. Socin. conſi. 26. colum. ſecunda. verſic. & dixi. li. 4. Aymo conſi. 297. colum. 2. verſic. tertio arguitur, & hæc & alia pariter declarando allegaui in d. ſolut. 3. à conſanguinitate.

3 Secundus caſus † quando apparet in teſtamento fideicommiſſum relictum, & præſtandum attinentibus, & conſanguineis, & veniunt multi probãtes ſe conſanguineos, & attinentes fuiſſe teſtatoris, vtique breuis regula eorum prælationis traditur, quòd qui magis dilecti teſtatori præſumuntur, cæteris præferendi ſunt, qui autem ſic magis dilecti habeantur, in dictis locis plene diſſerui, iterúmque repetam, ſunt enim magis dilecti teſtatori primo deſcendentes quàm tranſuerſales, per l. cum auus. de cond. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. & alia probat Alexand. conſi. 17. circumſpectis verbis. colum. 1. nu. 2. lib. 7. Pariſ. conſil. 22. colum. penult. nu. 63. li. 3. & pulchre Bald. conſi. 40. quidam magnus nobilis, col. 1. ver. in contrarium videtur. & per tot. li. 3.

Item nati & noti quàm poſthumi & non viſi, per l. qui filiabus. & ibi poſt ali. Iaſo. not. de l. 1. Barto. conſil. 130. pater dedit, vltra med. Alexan. conſil. 29. præclare. col. penult. in princ. lib. 3. Aymo. conſi. 173. nu. 12. Iaſo. conſ. 140. col. 6. li. 2. Tiraq. in l. ſi vnquam verſ. filios non habens. nu. 1. pulchrè Curt. Iun. conſi. 57. in fin.

Itẽ magis proximiores & propinquiores gradu quàm remotiores per l. cum ita. §. in fideicommiſſo. & l. peto. §. fratre. de l. 2. Barb. conſi. 61. colum. 3. ver. item eſt aduertendũ li. 2. Ruin. conſi. 164. colum. 2. nu. 4. li. 2. Caſtr. conſil. 159. ſuper 1. in prin. li. 1. Iaſo. conſ. 215. col. 2. verſic. ſed præmiſſis. libr. 2. Nat. conſi. 437. num. 3 collegi. Ticinen. ſuo reſpon. ſub num. 109. pro Triuultijs, Panciro. Regien. conſi. 145. num. 7. & ſeq. Aduertas tamen quòd ſi agnati præferãtur cognatis, etiam gradu remotiores agnati præferũtur in fideicõmiſſo. Socin. Iun. cõſ. 15. lib. 4. poſt Bero. conſi. 96. ad nu. 8. lib. 2. idem. Socin. Iun. conſi. 116. lib. 3.

4 Tertius caſus † plures ſunt in teſtamento in indiuiduo ſpecialiter & generaliter nominati, quibus poteſt obuenire fideicommiſſum in eo relictum, & inter quos contentio eſt de prælatione primo nempe præferri debent qui nomine proprio ſunt nomiṫati per tex. & gloſſa. in dicto. §. in fideicommiſſo. Ruin. conſi. 169. colum. 5. verſi. 4. etiam. li. 2. Dec. conſ. 480. colum. 4. nu. 2. Cephal. conſ. 432. nu. 24. Bero. conſi. 11. nu. 27. conſ. 97. nu. 20. li. 2. Pariſ. conſi. 37. nu. 49. li. 2.

Item magis ſunt nominati in ſpecie quàm in genere. Alexand. conſil. 36. colum. penult. lib. tertio, Ruin. conſil. 101. nu. 10. lib. 2. Aymo, conſil. 77. num. 12. Curt. Iun. conſi. 57. colum. fina. & conſil. ſequent. nu. 4. Dec. conſi. 480. colum. 4. nu. 2. idẽ nominatus per nomen filijs ſpeciale præfertur nominato per nomen liberorum generale, Alexan. conſi. 123. poſt princ. li. 1. ſequitur Curt. Iun. dict. conſil. 57. colum. fina. Ruin. conſi. 101. colum. 4. & d. conſi. 57. colum. fina. Ruin. conſi. 101. colum. 4. & dict. conſi. 169. colum. 4. verſic. 3. tertiò confirmatur. eo. præfertur & comprehẽſo, per nomen hæredum, Crot. conſ. 32. nu. 33. vbi de communi opin. declarare nititur Alc. in dicto. §. in fideicommiſſo. in princ. & is præfertur cui ſpecialiter eſt relicta res, text. in l. ſi fideicommiſſorum in prin. ff. vt in poſ. lega.

Item primò nominatus magis dilectus præſumitur, & præfertur per leg. quoties. in princip. ff. de vſufruct. & l. hæredes mei. §. final. ff. ad Trebellian. & l. ſi quis ſeruum. §. certum. de legat. ſecundo. Alexander. conſil. 1. colum. 4. verſic. 2. probatur. libr. primo, conſil. 130. colum. 1. in fin. li. 2. conſilio 36. colum. penult. in princ. li. 3. Aymon. conſil. 62. nu. 147. num. 2. Pariſ. conſil. 18. nu. 73. conſil. 70. ſub num. 2. li. 2. & alibi per doct. maximè per Tiraq. de iure primogen. in quæſt. 19. nu. 3. in diuiſione tamen primo nominatus non habet ius optãdi, ſed fortè dirimitur, Bald. in leg. ſi quis hæredes ita. ff. de hæred. inſtitut.

Natus legitimè præfertur etiam legitimato poſt Baldum Alexandr. in leg. ex facto. §. primo. columna pen. numero quinquageſimoſeptimo, ff. ad Trebellian. ſequitur Ruin. conſil. centeſimoſexageſimoprimo, num. 20. li. 2.

5 Quartus caſus † quando plures in teſtamento diuerſis modis, & diuerſis quantitatibus ſcripti, & honorati, vel nominati inueniuntur, & de eo quod poſſet eis ipſo teſtamento obuenire, inter eos eſſet de prælatione altercatio, vt magis dilecti à teſtatore, hi enim alijs debẽt præferri primò, qui maiori commodo magis in vniuerſali quàm in re certa, & pluribus prælegatis, & maiori prouiſione in teſtamento honorati & proſpecti fuerũt, auc. hoc amplius. C. de fideicommiſſ. & ibi Cyn. & in l. fin. in prin. comm. de lega. Rom. conſi. 408. in propoſita quæſtione. ver. credendum eſt enim Barb. conſi. 59. col. 2. li. 1. Socin. conſi. 49. colum. 5. ver. accedat quòd ex diſpoſitione li. 1. Ruin. conſi. 3. colum. 4. nu. 15. & ſequen. li. 2. Aymo. dict. conſil. 147. num. 2. conſi. 161. nu. 4. 5. Dec. conſi. 504. col. fin. Cepha. conſi. 318. num. 46. & ſeq. & Becci. conſi. 39. nu. 14. 15.

Item magis dilecti dicuntur hæredes inſtitutorum quàm ſubſtitutorum, exemplũ ponit Alex. conſi. 93. col. 3. ver. etſi aliter. lib. 3. Ruin. conſi. 148. colum. 2. & ſequ. & conſi. 178. colum. 4. ver. in cõtrarium tamen li. 2. Angel. Aret. tract. de teſta. gloſſ. 79. num. 2.

Item cenſentur magis dilecti filij hæredis inſtituti & poſiti in conditione, quàm ſubſtitutus in portione inſtituti. dict. l. cum auus & dict. l. cum acutiſſimi, Alexan. conſi. 167. colum. 3. ver. nec præſumitur, lib. 5. Barb. conſil. 10. colum. ſecunda, li. ſecundo Corn. conſi. 229. col. 2. ſub verſi. tamen his lib. 3. & conſil. 298. colum. 4. poſt prin.



prin. lib. 4. Socin. Iun. conſil. 126. nu. 20. 24. li. 1. & per l. Lucius. fin. ff. de hæred. inſtit. & l. cum pater. §. volo. de leg. 2.

6 Sicut & è contra † teſtator nullam affectionem, nullámve dilectionem dicitur habere erga eum, cui nihil reliquit, per l. cum quidem. C. de leg. Socin. inter. conſi. Curt. ſeni. conſi. 40. nu. 13.

7 Quintus caſus eſt, vbi inter comprehenſos in fideicommiſſo nulla eſt diſparitas conſanguinitatis, gradus, honoris, & dilectionis apud teſtatorem, ſed in his eorum omnium eſt par & æqua conditio. Tunc ita breuiter par iſta affectio perſonarum in portionibus diſtribuendis paritatem inducere debet, Bal. in l. Lucius. §. Lucius. Titius. il. 1. de lega. ſecundo. & l. penult. §. primo. de ritu nup. & gloſſ. penult. in ver. ordinem. in §. inordinatũ. in auth. de hęred. & Falc. & per Deci. in l. fin. in fin. C. de impuber. & ali. ſubſtitu. & per l. cum pater. §. rogo. de lega. ſecundo. & auth. poſt fratres. la 2. C. de leg. hæred. Ex hac ratione paris affectionis patriæ erga filios plures etiam ex diuerſis vxoribus procreatos ſubſtitutio pupillaris vel fideicommiſſaria à patre inter eos reciprocè facta, verificata in filio ſic habẽte fratres vtrinque coniunctos & ab vno latere admittit æqualiter omnes fratres ſuperſtites, & æqualiter diſtribuendo, dixi alibi & replico, vt per Bald. in l. in teſtamento, colum. 3. nume. 10. in 5. quæſt. C. de teſtam. milit. Bart. in l. Lucius. ad fin. Iaſo. colum. fin. Rip. colum. fina. de vulg. & pupill. ſequitur Poly. tract. de ſubſti. rub. fin. de recip. num. 7. & Zaſi. ſimil. tract. cap. 4. de breuil. num. 12. loquentes in pupillari & in fideicommiſſaria, Rip. di. colum. fin. & de communi poſt Alexand. conſi. 30. in prin. dub. li. 2. & Deci. conſi. 304. colum. 1. nu. 2. & Crot. in §. diui. num. 162. l. filiusfam. de lega. 1. Gualden. de arte teſtan. titul. 5. cau. 21. Bero. conſil. 90. col. pen. & fin. lib. 2. Gabr. Eugub. conſi. 121. colum. 2. & ſequen. Socin. Iun. conſi. 66. num. 5. & per tot. libr. tertio. Alben. conſil. 29. nume. 18. 19. ita pluries ex facto reſpondi & quia etiam agnati ex patre & diuerſis matribus ad inuicem ſunt agnati. §. itaque inſtitu. de legi. agnat. ſucceſſ. niſi ex mẽte teſtatoris quandoque poſſit apparere diſpares in gradu fore ſimul admittendos, vt per Socin. Iun. conſi. 116. nu. 15. & ſequen. lib. primo, Burſat. conſil. 67. numer. vigeſimooctauo, quando proprietarius & vſufructuarius concurrant in vſufructu vide caſus per Beci. conſil. 98. nu. 8. & ſequ.

8 Vlterius & ſecundo quæro † ſi inuitatio, ſeu vocatio ad fideicommiſſum inuenitur facta in numero ſingulari, vt ad proximum, propinquum, attinentem, ſuperſtitem de agnatione, de parentela & ſimil. & plures ſint in eodem & pari gradu, an vnus & quis, vel omnes admittantur, niſi quidem euidens ratio, vel terminus aliquis arctatiuus appareat de vno ſolo ſenſiſſe teſtatorẽ, omnes de eodem gradu admittẽdi ſunt, in ſpecie probant Aymo. conſilio 161. nume. 4. conſil. 180. nume. tertio. Zanch. reſpon. pro Triuultijs, numer. quinto, Roland. à Val. ſuo reſpon. pro eiſdem num. 48. & ſequent. repetito ſub nume. conſil. trigeſimooctauo, nume. quadrageſimoſexto, & ſequent. li. 4. per text. in §. ſi plures ver. & quanuis. inſti. de legi. agnat. ſucceſſ. addo text. in l. prima §. quanuis. de aſſigna. libert. & quia appellatio ſingularis de nomine appellatiuo, collectiuo, & generali facta continet & pluralem. l. in vſu iuris de verb. ſign. l. placet de liber. & poſthum. Bald. conſi. 14. punctus talis, quidam nomine Iacobus. numer. primo, libr. tertio, Ceph. conſi. ciui. 52. nu. 2. & per nomen indefinitè prolatum vniuerſali æquiparatum in terminis Io. Mar. Riminal. conſi. 505. ad fin. & Capra. conſi. 50. num. 9. & ſequent. non in ſubſtitutionibus, & inſtitutionibus, verbum ſingulariter prolatum trahitur ad pluralitatem, ſi pluralitas occurrerit dicit Feder. de Sen. conſi. 42. teſtator inſtituit. Ratio autẽ diuerſa poteſt eſſe, vel quid aliud demonſtrans mentem & voluntatem teſtatoris, quando fideicõmiſſum congruè non poteſt dari, & cõmodè non cõuenit niſi vni, qui vt puta, debet aſſumere nomen, deferreq; inſignia teſtatoris, & qui ſit primogenitus, vel quid ſimile habere & facere, quod vni duntaxat cõuenit c. Ioſeph. de ver. ſign. ponit Old. conſ. 231. vt eius de quo quæritur. col. final. & in ſpecie probat Gui. Pa. in quæſt. Dalphi. 467. teſtator, ſequitur Tira. de primogen. q. 64. in fin. & cum. concor. per Marza. ſuo reſpon. num. 3. pro Triuult. & ita accipiendum quando ſingulare ponitur demonſtratiuè vel relatiuè Baldus in rub. col. fin. verſic. item oppo. contra. ff. ſi certum petat.

9 Tertio quæro quid ſi econtra † in plurari numero plures pone ſuperſtites, ſint vocati ad fideicommiſſum, reſpondendum eſt (vt pluralis ſermo verificetur) non poſſe intelligi vocatum vnum qui fortè cohæres, & coniunctus eſt cum grauato, ſed intelligi vocatos plures, qui ſunt in teſtamento etiam legatarij etiam fœminæ excluſæ ab vniuerſali ſucceſſione, per doctor. Barto. ex text. ibi in l. fin. ff. ad Trebel. quam ibi doct. ſequuntur, & Ruin. conſi. 168. numer. 10. libr. 2. eſt comm. declaratio ad §. qui diſcretas. l. cohæredi. de vulg. per Menoch. conſil. 50. ſub numer. 18. vt dictio pluralis numeri verificetur, ſic conſtat, quòd de vno non ſenſit teſtator. Barto. & Caſtr. in l. qui quartam. §. 1. de legat. 1. & Bald. in l. ſi quis. in princip. in fin. de iure codicill. dicit cum non poſſit referri ad inſtitutum ſolum, ex vi ſermonis complectitur quemcunque hæredem, adeo quòd ſecus eſſet, ſi eſſent plures cohæredes ſuperſtites, & inſtituti vniuerſaliter, quia iſti præferrentur, & intelligerentur vocati & non legatarij, vel inſtituti in re certa, firmat Barto. in d. l. fin. in fin. comprobat Deci. conſilio 547. numero 6. & conſi. 187. colum. ſecunda, ſub numero 4. conſi. 574. num 5. Becci. conſil. 39. num. 14. 15. 16. 17.

10 Quarto quæro † an præferantur agnati cognatis, maſculi fœminis ad conſequenda fideicommiſſa. diligẽter verba quibus fideicõmiſſarij vocantur inſpiciẽda ſunt, nam ſi talia appareant quæ & agnatos, & cognatos, & maſculos & fœminas contineant, & complectantur, vt ſunt verba hæc, attinentes, Pariſ. conſ. 24. nu. 17. 18. li. 2. propinqui, Dec. conſ. 527. nu. 5. 6. coniũcti, proximi, poſteri, Dec. conſ. 223. nu. 2. 3. ſui. Deci. conſi. 253. nu. 4. hæredes, ſucceſſores, Bero. conſi. 110. num. 50. & ſeq. libr. 2. Pariſ. conſil. 88. num. 12. libr. 2. ſtirps, generatio, progenies. Pariſ. conſi. 35. num. 6. 7. 8. conſi. 47. nume. 56. & ſeq. lib. 3. familia. Cephal. conſi. 389. num. 10. 11. deſcendentes etiam per virilem ſexum, Socin. conſ. 51. colum. 1. num. 5. lib. 4. cippum domus etiam infert Pariſ. dict. conſ. 35. num. 7. & ſequ. & d. conſi. 47. nume. 57. & ſequ. & Cephal. conſi. 53. num. 84. & ſequen. Hæc alibi ante poſui, quia huic etiam loco congrua ſunt, eorundẽ ideo vocabulorum repetitio ſpernenda non eſt, tunc quidem tam agnati quàm cognati, & tam maſculi quàm fœminæ ordine graduum proximitatis ſeruato ad fideicommiſſi petitionem admitti debent, vt doct. in locis hic allega. tradunt, & Aymo. conſi. 161. nume. ſecundo, & ſequent. ſi verò & dicta vocabula, & alia magis propria ad maſculos ex coniecturis ex teſtamento apparẽtibus mentem & voluntatem teſtatoris manifeſtant, ratione agnationis conſeruandæ maſculos tãtum eſſe vocatos ad fideicommiſſa, vt amplè explicaui ſupra ea. interpr. dubit. prima. ſolut. vndecima, proculdubiò tunc ad fideicommiſſa ipſa agnati & maſculi cognatis & fœminis præferuntur, vt in dict. ſolut. 11. habetur, & per Ioan. Mar. Rimina. conſi. trigeſimoſexto, cum ſubſcrip. ibi Alexan. & Vicentij Paleotti ſequentibus, & Alexan. idem conſi. decimoquinto, lib. 4. Ruin. conſi. vigeſimoquarto, nume. ſeptimo, & ſequent. libr. ſecundo, vt paſſim fideicommiſſa maſculorum gratia videntur conſti-

tuta, quandoque tamen aduertendum eſt,ſi fideicom-
miſſum in agnatione permanere debens ad fœminam
agnatam, & de agnatis exiſtentem, perueniat, vt l. vo-
luntas.C. de fideicommiſſ. quòd ea defuncta debet re-
dire,& reſtitui alijs maſculis de agnatione proximiori-
bus concord.allegat Pariſ.dict. conſi. trigeſimoquinto.
& ad fin.& conſi.47.nume.61. & ſequent.lib. tertio,in-
tellige,vt per Alexandr.conſilio 56. columna fina.libro
primo.

11 Quinto quæro † quis habens plures agnatos tranſ-
uerſales, Caium, Sempronium, & Lucium, inſtituto
hærede Lucio, & ei primogenito maſculo ſubſtitu-
to, & ſic de primogenito in primogenitum vſque in
infinitum,& linea dicti inſtituti deficiente,ſubſtituit ſu-
um in gradu proximiorem agnatum maſculum, & ei
ſubſtituit ſuum primogenitum maſculum, vel eius filiũ
maſculum primogenitum ſi aderit, ſin autem ſecundo-
genitum, & ei primogenitum ſuum, & ſic de primoge-
nito,&c.Accidit mortuo teſtatore,& viuẽte Lucio hæ-
rede,Caiũ,deceſſiſſe, ſuperſtite filio maſculo primoge-
nito,nomine Mæuio,& demum deceſſiſſe Lucium hæ-
redem abſque liberis, & ſuam lineam defeciſſe, Titius
ſe vti agnatum proximiorem teſtatoris ſubſtitutũ, Mæ-
uius primogenitus Caij ſe vti ſubſtituti patris ſubſtitutũ
in fideicommiſſum,præferri contendunt, quiſnam eo-
rum præferri debeat. Quæſtio eſt pro Triuultijs quippe
controuerſa,vtraq; pars ſuos,& ex ampliſſimis Iuriſcõ-
ſultorũ ordinibus,& ex particularibus Iuriſcõnſultis ac-
cerrimos defenſores habet,vt ex reſponſorum ſuperin-
de emanatorũ non paruo volumine Palamedico faci-
le videre eſt.nũc huius ergo queſtionis non Paleonem,
nõ Paridem quẽpiam me facio, quia ſuos habuit,& ha-
bet doctiſſimos,& prudentiſſimos iudices,ſed huic for-
ſan ſimilem illam finxi quæſtionem explicandam, quia
tale meæ de prælatione vocatorum ad fideicommiſſa
nunc texẽdæ congruè videbatur.veniens igitur ad iſtius
mihi ipſi propoſitæ quæſtionis reſolutionem omiſſo ar-
gumentorum hinc inde, & allegationum cumulo bre-
uiter id quod mihi videtur vnum præcipuum præmit-
to, quòd ex verbis & mente teſtatoris vnus ſolus ex
proximioribus agnatis teſtatoris, deficiente & finita li-
nea primi hæredis inſtituti, poteſt eſſe ſubſtitutus, & fi-
deicommiſſum ab vno ſolo initium, & per vnum ſo-
lum progreſſum habere poteſt,idem enim ex verbis ap-
paret, quia numero ſingulari vnum ſibi proximiorem
gradu agnatum ſubſtituit, de ſingulari vel vno loquens
excluſit plurale,& de alio denegauit,cap. is cui de præ-
ben.& cap. penult.de re iud. lib.6.gloſſ.in leg. per hæc
iura.ita probat Alexand. conſi.226.colum.fin.numer.5.
lib.6.& l.cum prætor in princip.de iudic. gloſſ.prima.in
cap. diſciplina.45.diſtinctio.cum ſimil.& per Nat.conſ.
112. num. ſecundo,Menoch.conſil. 158. nu. 41. & ſequ.
eo clarius ſenſit de vno ſolo primo ſubſtituto ei etiam
ſic in ſingulari,vt ponderat text. in fin.ff. ad Trebell. &
text. cum gloſſ.in l.ſi ita relictum. in principio.de legat.
ſecundo ſubſtituendo primogenitum maſculum, & ex
eo conſtituẽdo ſucceſſiuam primogenituram, quia pri-
mogenitus non poteſt eſſe niſi vnus,ca.Ioſeph.de verb.
ſignific. vt natura ſic nos fateri cogit, & conſequenter
non poteſt procreari,& procedere niſi ab vno generan-
te, qui eſt primo ſubſtitutus, & qui ergo demonſtratur
non poſſe eſſe niſi vnus,ita per ſubſequẽtem ex eo pri-
mogenitum de neceſſitate naturæ ſolum exiſtentem, vt
12 † per ſubſequentia in teſtamentis demonſtrantur, de-
terminantur, ac reſtringuuntur præcedentia gloſſ. in l.
cum in teſtamẽto.§.fin.& in l.qui non militabat. §. Lu-
cio. ff. de hæred.inſtitu.in l. ſi ſeruus plurium. §. fina. in
l.qui filiabus.de leg. primo.& Imo.in dict.l. cum in te-
13 ſtamento. §.fin.dicit quòd † ſcriptura ſpecialis ſequens
reſtringit præcedentem generalem, vt non includat il-
lud,quod erat apta includere,cum ſimil. à me congeſtis
ſupra lib.præceden.interpret.3. dubitat.1. ſolut. tertia,
ſub verſ. præcedẽs media, & hic propriè cadit quod fir-
mat.Bald.in rub.colum. fina.ver.item oppo. contra. ff.
14 ſi cert.peta.† numerum ſingularem, quãdo ponitur de-
monſtratiuè ſeu relatiuè,non cõgruere pluribus, mens
autem & voluntas teſtatoris deprehenditur euidenter,
quòd finita linea primi inſtituti, prima ſubſequens ſub
ſtitutio per eum facta de ſuo proximiore in gradu non
poteſt cadere niſi in vno proximiore, cum ex eo conſti-
tuerit primogenituram ſucceſſiuam, quòd oſtendit
eum voluiſſe ſua bona magis tute & vnite per vnum
quam per plures conſeruari, & perpetuari in ſua agna-
tione,vt talem eſſe rationem primogenituræ conſtituẽ-
dæ paſſim doct.tradunt.Socin.conſil.47.colum.2.num.
6.7.lib.3. Couar.cap. quinto,nume.tertio.lib.tertio.re-
ſolut.cum rela.per Marzar. ſuo reſpon.num.tertio, pro
Triuultijs,& Bero.conſi.84.num.33.lib.2.ſicut enim eſt
vnitas in primogenito per teſtatorẽ prouiſo quod mul-
tum vrgeret alios:tamen tendens ſentit. Zanch. ſuo re-
ſpon.numero nono, pro Triuult. & proprie in terminis
firmat Couar. capit. 5. numero 3.libro 3.vari. reſolutio.
ita eſſe debet in generante 1.ſubſtituto.art.l.familiæ. in
principio.de verborum ſignificatione, & experimento
naturæ manifeſtiſſimum eſt, cõprehenditur quoque te-
ſtatoris voluntas hæc de vno ſolo primo ſubſtituto, et
pluribus agnatis ſuis vnum ſolum hæredem inſtituit
conſtituendo & ſubſtituendo ex eo primogenituram
15 maſculinam, & ſic de vno in vnum † ſic etiam ex
inſtitutione declaratur ſubſtitutio,vt l.1.C. de impuber.
& ali.ſubſtitu.l.ſi plures. l. cohæredi. §. qui diſcretas. de
vulgar.& pupilla. & ita excell. Senatum iam veniſſe in
hanc ſententiam de vno tantum proximiore admitten-
do,atteſtatur Colleg.Ticinen.ſuo reſpon.pro Triuulti.
num.268.idem colleg. Bononi.ſuo reſpon.num.ſecun-
do, ponit fuiſſe iam per Reuer.Rot.Rom. prolocatum,
rectè quidem, & iuſtè, vt horum eſt religioſiſſimorum
ordinum qui iudicant, bene, rectè iuſtèque cuncta iu-
dicare.

Ex hoc autem præmiſſo clara infertur ſolutio, quòd
ſi Caius non ſit proximior agnatus teſtatoris de eo non
cenſetur facta ſubſtitutio, & ſic Mæuius eius primoge-
nitus non ſubſtituti, non poteſt dici ſubſtitutus, nec
præferri Titio ſubſtituto,qui ſi ipſe ſit proximior agna-
tus teſtatoris tam tempore conditi teſtamenti, quàm
euenientis conditionis, cenſetur ſubſtitutus & præfer-
tur per l. ſecundam. proximum. ff.de ſu. & legit. hæred.
& per not.in l.cum ita.§. in fideicommiſſo. & in l. peto.
16 §.fratre.de legat.ſecundo.† bene enim ſufficit quòd ſit
proximior tempore adimpletæ conditionis,Caſt. conſi.
decimoſexto.viſo dicto pũcto,colum. penult.verſic.ſu-
per quarto,conſil.301. prædicta dubia, colum. prima in
fin.lib.ſecundo,& conſi.247.in cauſa quæ vertitur,col.
5.verſic. illud autem.lib. primo,Iaſo.conſil. centeſimo-
quinquageſimonono,colum. fin. in prin.lib. quarto. &
in l. Gallus.§.nunc de lege.colum.3.in 3.not.de liber.&
poſthum.vbi ſecundùm Barto. dicit, teſtator apponen-
do conditionem non vult inſpici tempus conditi teſta-
menti,ſed tempus futurum,ita & Ang.in l.cætera.§.pri-
mo.de lega. primo.idem Dec.conſil.ducenteſimodeci-
moſeptimo,in fin. Soci.conſi.10.col.fin.li.3.Ruin.conſ.
191.in fin.conſ.123.nu.16.conſ.160.num.10.lib.2. Crot.
in §. diui.ſub nume.164.l. filius familias.de leg. primo,
cum concordan. de communi atteſtant. accuratè col-
lect.per Rolan. à.Val.conſi.38.nume.35.& ſequen.li.4.
quod eſt,vt dictum eſt ſuum reſpon.pro Triuult. & Bo-
lognet.reſpon.pro eiſdem nume.27. 28. quia in actibus
perſonarum in diſpoſitione vocatorum attẽditur tem-
pus quo diſpoſitio ſortitur effectum, & robur. l. penult.
vbi Bald.ff.de teſta. tut. Alexand.in l. diuortio.§. ſi vir.
num.



num.2. ſolut.matrim.& in conſi.143. in prin.lib.6.cum
ſimil.per Aym.conſilio 212.num 3.& ſeq. ſpecialis text.
videtur in l.mea res.de cond.& demonſtrationib.
17 Si vero † Caius fuerit proximior teſtatoris, vel ha-
bens alios æquales in gradu cùm omni modo ſubſtitu-
tio non poſſit cadere niſi in vno proximiore,& ipſe fue
rit,vt præſupponitur, vel primogenitus, vel maior na-
tu & ætate, debet præferri per deciſ.Gui.Pa.in q. 467.
teſtator.Tiraq. de iure primogen. in q. 64. in fin. Alex.
conſil.4.num.4.lib.4.cum adduct.per Socin.conſi.252.
colum.3.ſub verſic.ex quibus verbis,lib.ſecundo,& Ti-
raqu. dict.tract.in præfat. num.195.cum pluribus ſequ.
& Pariſ.conſ.72.num.113. lib. 4. & conſequenter ipſe
ſolus cenſetur ſubſtitutus primus,& ceſſat quòd de plu-
ribus in eodem gradu admittendis per text.in §. ſi plu-
res.inſtit.de legit.agnat. ſucceſſ.tradit Aym. conſi. 161.
num.4.conſi.180.num.3.vbi eſt diuerſa ratio, ne ſingu-
laris numerus poſſit pertinere ad plures, ceſſat enim ex
voluntate teſtatoris,quæ totum facit l.ex facto.§.rerum
autem.ff.de hæred.inſtitut. & quæ reputatur indiuiſibi-
lis. l. eum qui. in fi.ff.de his quibus vt indig. & l.ſi ex tu-
to.§.fin.& ibi Bald. & alij not.de l. primo, reputaturq;
res indiuidua,cum ex voluntate teſtatoris debet hære-
ditas ſtare apud vnum tantum, ſecundùm Bald. in leg.
ſecunda, colum. ſecunda, verſic. duodecima ratione.
C. de hære. acti.& tenet Couar. dict. cap.5.num.3.lib.3.
vari.reſolu.ita quando ſumus in reb. aliqua diſpoſitio-
ne indiuiduis aſſentit.Zanch. dict.reſpon.num.4.5. ita-
que tenendo ne ratione incertitudinis perſonarum vi-
tietur, per l. ſi fuerit. de reb. dub. ſed valeat diſpoſitio
18 per l. quoties. eo. cum vulg. & ſufficit † quòd extiterit
proximior tempore conditi teſtamenti per doct. Bald.
in l. prædia.ſub nu.4.ver.ſi extra quæro.C.de fideicom-
miſſ.vt intẽtio teſtatoris magis cadat ſuper certo, idem
Bald.dicit conſ.485.qui legat.ad fin.li.4. præfertur alijs
exiſtentib.tempore euenientis conditionis, Socin.Iun.
conſ.172.nu.30.lib.2.Zanch.in §. cum ita.numer.81. &
ſit interpretatio magis de proximiorib. de præſenti, vt
bene probat Grat.conſi.124.ad num.24.lib.2.num.81.
l.hæredes mei.ad Trebell.Ceph.conſi.318.num.51. ſen-
tit.& Tiraq.de retract.tit.1.§.1.gloſſ.9.nu.97.98.Nunc
capio principalem clypeum præmiſſum de ſubſtitutio-
ne prima poſt defectam lineam primi hæredis inſtituti
præciſè & omnino cadente in vno ſolo proximiore ag-
nato teſtatoris,qui ipſe eſt Caius, vnde per ſubſtitutio-
nem ſub nomine appellatiuo indefinito & generali fa-
ctam de proximiore,perinde eſt,ac ſi nominatim Caius
proximior agnatus ſubſtitutus fuiſſet per l. ſecundam,
de liber.& poſthum. & ibi commune Barto.& omnium
19 ſummarium,quòd † quando nomen appellatiuum vel
generale non poteſt cõuenire, vel verificari niſi in vno
quòd iſte vnus intelligitur vocatus in diſpoſitione no-
mine proprio & ſingulari ſuo, & ibi Iaſo. in prima col.
ad hoc cumulat plures concordan.deciſ.idem.per doct.
in l. ſi nominatim de condition.& demonſtratio.maxi-
20 mè Socin.ibi in ſecundo not.nume. tertio, nota † lega-
tum non ſolùm dici nominatim factum,quando perſo-
na legatarij demonſtratur proprio nomine, ſed etiam ſi
per nomen appellatiuum, vel aliam demonſtrationem
ex text.ibi, per demonſtrationem corporis,vel neceſſi-
tudinis,vel affinitatis, & ex eo quòd diſpoſitio genera-
lis verificanda in vno habetur pro ſpecialiter facta. l. ſi
domino,& ibi Bart.Bald.& alij tradunt de leg.1.cum ſi-
mil. per Neuiz. conſi. 2. num. 45.& Nat.conſi. 186. nu.
4.5.Aymo.conſi.162. num. 4. ſentit Menoch. reſpon.
pro Triuultijs, num.160. & ſequ. & Pariſ.conſi.122. ad
nu. 4. lib.1. Ruin. conſil.89.ſub num.8.lib.1.cum ſimil.
per Becci.conſi.34. num. 14. Nominatim enim dicitur
fieri quando exprimitur vocabulum ſpeciei licet non
indiuidui ſecundùm Bart. not.Bald.in l. Titius.In prin.
de liber.& poſthum.quia non videtur differentia an ex-
preſſo proprio nomine vel appellatiuo, quãdo vnus eſt
inſtitutus inquit Caſtr.l. libet ſub num.4.de leg.1.

Igitur Lucio primo hæredi inſtituto decedenti ſine
liberis, & ſuæ lineæ deficienti eſt nominatim ſubſtitu-
tus Caius proximior agnatus teſtatoris, & Caio expreſ-
sè eſt ſubſtitutus eius primogenitus, qui eſt Mæuius, vn-
de ante Lucij primi hæredis grauati mortem Caio præ-
decedente & ſublato de medio loco eius remanet ſub-
ſtitutus Mæuius primogenitus, cui debet reſtitui fidei-
cõmiſſum per hæredem Lucij grauati, penes quem di-
cti fideicommiſſi onus remanſit per l. ſi. Titius.& l. co-
hæredi.in prin. de vulg. & pupilla.& l. prima. §. pro ſe-
cundo. de cad. tollen.Alexand. conſi.123.colum.ſecun-
da. verſi.ſed præmiſſis.lib. primo,& eſt commun. doct.
opin.per Iaſo.conſi.148.colum.3.& ſequent.conſi.202.
colum.ſecunda, in fin.libr.ſecundo, Deci. conſil. 238.
colum.ſecunda,& ſequent.Socin.Iun.conſ.60.num.21.
22.conſi.101.numer.fin.lib. 1. & concord. alias adduxi
parum ſupra ſub ver. ſecundum principale & hoc in iu-
re clariſſimum eſſe dicit Socin.Iun.conſi. 3. ſub numer.
24.ver. eo etiam addito.li. 4. propriè loquẽs in primo-
genito ſubſtituto remanente loco patris primi ſubſtitu-
ti præmortui etiam in via teſtatoris, & ſi dicatur ibi pa-
ter nominatim erat honoratus,tantundem ego dico &
hic pater erat ſubſtitutus nominatim, vt demonſtraui
clarè,ni fallor:ad hanc enim ſententiã tendunt quæ pro
Triuult. pro vna parte ſcripſerunt Menoch. ſuo reſpõſ.
nume.19.33.34.154.num.160.cum plurib.ſeq.362. cum
ſeq.nu.390.cum ſeq.Marz.ſuo reſpon.nu.2.813.19.Ro-
ta Floren.ſuo reſpon.num.3.9.Collegi. Bononi. ſuo re-
ſpon.nu.7.23.30.57.cum pluribus ſeq.& num.70.ſed eis
non forſan tantùm prout mihi viſus eſt principalis pun-
ctus iſte diſſoluendi hãc quæſtionem, & propterea eum
prout ego feci non explicauerunt, inuenire quòd res
verſatur in diſpoſitione verificando in vna perſona tan
tùm,quæ ideo ſufficit exprimi nomine appellatiuo in-
definito,& generali,& perinde eſt ac ſi certa expreſſa &
nominata eſſet nomine proprio, idem ſi nomine col-
lectiuo eſſet nominata, vt colligitur ex verbis dict. l. ſi
nominatim, ibi vel neceſſitudinis, vel affinitatis. de
condit. & demonſtr. quæ ſunt nomina collectiua gra-
duum neceſſariorum, & affinium,licet hoc nomen, ag-
natum mihi proximiorem, appellatiuum & non colle-
ctiuum ſit ſecundùm Alci.in l.cum ita. §. in fideicom-
miſſo,colum.937. de legat. ſecundo. & Aymo. conſilio
180. numer. ſecundo, eſſe ponat Colleg. Bonon. dicto
ſuo reſpon.num. ſeptimo, & ſentit Romæ.conſ. 438. in
cauſa conſultationis, columna penul.verſic. his autem.
& latè Tiber.Deci.conſilio 10.nume.13. & ſequent. lib.
tertio.

Nam etiam pro altera parte tenentes pro Triuult.
cederent Mæuio primogenito,ſi Caius pater fuiſſet ſub
ſtitutus primo hæredi, & eius perſona eſſet certa & vo-
cata, vt per Zanch. dicto ſuo reſpon.numer.30.& 42.&
collegium Ticinen.dicto ſuo reſpon.115.148.162.181.
quòd ipſe præferri deberet ſuo aduerſario, & ita ſentio
in quæſtione propoſita.

21 Sextò quæro † an patruus in totum præferatur ne-
poti ex fratre in ſucceſſione fideicommiſſi & filius ſub-
intret in locum patris, tunc trita eſt quæſtio, varia, &
diuerſimodè per doct. intellecta & deciſa, eam quidem
amplè tractare aſſumpſit Gabr. Roma. de commun.
concluſ. libr. quarto, titul.de fideicommiſſ. concluſ.3.
aſcripto ordine,primo ponendo opin.gloſſ.in l. cum ita.
§. in fideicommiſſo.de leg. ſecundo, cumulando doct.
eam probantes,quòd filius intret in locum patris ſuc-
cedendo cum patruo in fideicommiſſo,deinde referen-
do opin. Bald. ibi contrariam, quòd ſolus patruus in
fideicommiſſo ſuccedat, & in totum præferatur nepo-

 ti,&

ti,& doct.concordan.ſequentes opin.Baldi pariter col-ligendo, cum atteſtantibus de communi ab vtraque parte. Adducendóque limitationes ad vtramque partem, vt ibi per eum,ad quem in occurrentia facti poſſet recurri,ſed mihi videtur quod teſtamēti,ſeu noſtrę propoſitæ dubitationis interpres breuius & clarius quæſtionem hanc diſſoluere poterit iſta duo inſpiciendo. Primum,quíſnam ſit is, intellige quoad nepotem,cui ex fideicommiſſo ſuccedēdum ſit. Alterum & ſecundū,quibúſnam verbis,quáue forma verborū conceptus ſit ſermo continens fideicommiſſum,& comprehendens perſonas & patrui,amitæ,auunculi,vel materteræ,& nepotes ad illud vocatas.

Nam quoad primum, ſi is cui per fideicommiſſum ſuccedere contendunt, patruus & nepos, non ſit quoad nepotem aſcendens,vel patruus, auunculus, amita, vel matertera, ſed alius ſit extraneus, vel etiam tranſuerſales, vt patruus magnus, vel etiam patruelis frater, & cui demum nepos cum patruo ſuccedere non poſſet ab inteſtato ſicut diſponitur per text. in §. ſi igitur,cum ſeq. in auth.de hæred. ab inteſt. venien. & ibi Angel.& Bart.Salycet. & alij in auth. poſt fratres. C. de legit.hæred.Alexan.conſ.44.colum.penult.ſub numer. 15. nec obſt. ſi quis dicere. libro quinto.& Pariſ.conſil. 37.colum.1.nu.3.libr.2.tunc res eſſet expedita, niſi formula fideicōmiſſariæ ſubſtitutionis aliud ſuaderet quòd patruus proximior in gradu in totum præferri deberet per generalem diſpoſitionem dicti §.in fideicommiſſo. & §.fratre. peto.de l. 2.& l.fin.C.de verb. ſignif. prout declarat.Deci.in conſi.1.colum.3.& per totū, & in alijs pleriſque ſuis conſi.in hac materia editis cum concord. alleg.per Gabr.Rom.d. conclu.3.num.2. & Marza. Vicent. de fideicommiſſ. par. ſecunda quæſt. 18. At ſi vero ſit aſcendens vel patruus, & cui ab inteſtato ſuccedere poſſet nepos cum patruo ſubintrando locum & gradum patris,hincinde ſunt opiniones, vt recenſuit Gabri.Roman.dict. conclu. 3. numero primo,& ſecundo. Nam etſi Baldus in dicto §. in fideicommiſſo in final. tenuerit contra gloſſ. quòd filius fratris & ſic nepos in fideicommiſſo non admittatur cum fratre, & ſic cum patruo, reſpondendo ad auth. ceſſante. C. de legit.hæred. allegat. per gloſ. quòd in ea conſideratur iuris diſpoſitio, & non affectio, prout in d. §.in fideicommiſſo. conſideratur affectio, quæ maior eſt ad fratrē, quàm ad filium fratris, & conſideratur gradus,quæ eſt in fratre, ergo debet præferri ad filios fratris ſicut dicitur in tutela,per leg.3.§. ſi duo. ff. de legiti. tut. & eum ſequuntur Cuman.& Flor.de S.Petro in dicto §.fideicommiſſo, & plures etiam aſſerentes ita eſſe commun. opin. recollecti per Gabr.Rom.dict. concluſ.3. numero ſecundo, & Ioan. Mar. Riminal. conſilio 233. numero. 6. & ſequen.Tob. Peruſi.conſilio 34. numero fin. abſque eò quòd hîc impleam folium nominibus & locis eorum, ibi relati poſſunt videri,tamen alia opin. gloſſ. in dicto §. in fideicommiſſo eſt communis, & verior, quàm in fideicommiſſo tali ſuccedendo aſcendenti vltimo patruo,nepos cum patruo admitti debet, eſt enim communiter recepta ibi expreſſè per Imo. & Caſtr. tacitè per Barb.Alber. & Ang. ibi cum ea tranſeunte,vt dicit Corn. conſilio vigeſimoquarto. ad fin. libro ſecundo. & Alexand.conſilio 26. columna fin. idem dicit & ver. & dictam glo. libro 3. eam probando dicit in dubio ab opin. gloſſ.non eſſe recedendum, & conſilio Baldi per eam alleg.eſt conſilio 488.libro 3. concor. adduxi conſilio 37.nu.2.li.1.proculdubio frequentius eſt dict. gloſſ. communiter approbata & obſeruata quàm de cōtraria opin.teſtimoniū per Docto.vt Pariſ.conſi.nu.14.Socin. conſilio 249.colum.12.verſi.tertio lib.ſecundo. conſil. 36.colum. penult.num.13.lib.3. Ruin.conſil.142.nume. 14.lib.tertio,Goz.conſi.4.num.16. quibus ſe facile accedere dicit Tiraqu. de iure primogen.q.40.num.192. & 193. ita fuiſſe iudicatum atteſtatur Marz. dict. q.18. de fideicommiſſ. par. ſecunda. à dicta gloſſ. ex plurium relatione crebriore calculo recepta non diſcedendum poſt concord. alleg. firmat Cephal.conſil.13. nume. 30. repetit conſil. 330.nume. 53. & conſil.489. num.38.& ſeq.dict.gloſſ.doct.pro maiori parte ſequi, & eius opin. ſine ſcrupulo tranſire & procedere quando fideicommiſſum emanauit ex teſtamento aſcendentium eorum de quibus agitur quod firmat Socin. Iun. conſil. 20. in princ.lib.3.& Rolan. à Val. loquens in feudo,& inferēdo etiam ad fideicommiſſum latiſſimè per 7.colum. inſiſtit, & tenet pro nepote admittendo cum patruo in conſil.68.num. 22.cum ſeq.& maximè nu.33.li.1.vbi ſæpius de commun. opin.& omnium diffuſiſſime omnem ſuum adhibens conatum pro defenſione, & veritate di. gloſſ.Port.Imo.conſi.55. nu.29.cum ſeq.& Burſat.conſ. 71.num.14.Tob.Peruſi.conſil.29.num.10.Tiber.Dec. conſil. 9.ad num.42.43.& ſequen. lib. ſecundo. conſil. 55.num. 13. & ſeq. lib.3. Eſt autem & verior d. opi. glo. quàm contraria Bald.& ſequacium, quia eorum rationem reprobando & comprobando allegationem per gl.factam de auth.ceſſante.C.de leg.hæred.& eius congruam ampliationem factam verbis illis proximo gradu d.§. in fideicommiſſo, dicendum eſt eandem affectionem & iuris diſpoſitionem, ac proprietatem gradus conſiderari, & in d. §. fideicommiſſo. & in d. aut. ceſſante. dicitur obuenire ex iuris, & legis diſpoſitione pex text.in leg. obuenire. ff.de verb. ſignific. & in titul. inſtit. de fideicommiſſ. hæred. quoad affectionem ſi in fideicommiſſo,eſt à teſtante per l.nec adiecit ff.pro ſoc. in auth. ceſſante. eſt ab inteſtato per l. conficiuntur. in princ.de iure codicillorum, nec in fideicommiſſo relicto familiæ poteſt abſolutè conſiderari maior affectio
22 in fratre,quàm in filio patris † cùm relinquēs fideicommiſſum agnationi vel familiæ cenſetur potius *habuiſſe* conſiderationem familiæ & agnationis quàm perſonarum, quas dilexiſſe creditur propter agnationem, alibi dixi antè per Ancha. conſilio 27. non ſeruato, colum, tertia,ad fin.verſi. hîc autem loquimur. Rom. conſilio 438. colum.pen.Rui. conſil.24. nu.6.7. conſil.110. ſub numero 14. lib. ſecundo,Alben. conſil. 51. num.13. vnde familiæ verbum declaratum à lege de proximo in gradu admittendo cum contineat etiam filium fratris admittendum cum patruo per dict. auct. ceſſante, repræſentantem gradum ſui patris prædefuncti, & reputatum in eodem gradu cum patruo latè probat Iaſ.conſilio 215. columna penult. libr. ſecundo, & conſil. 159. colum. ſecunda,verſi.ſecundo pro iſta parte, & ver. ſequen.lib. quarto. Alexand.conſ.88. num. 5. libr. 1. non videtur adeſſe veriſimilis differentia affectionis teſtatoris erga perſonas pariter à lege declaratas, cui legi ſuam voluntatem eſſe conformem, Bart. & omnes tradunt in l. hæredes mei.§.cum ita.ad Trebell.vt alibi dictum eſt, & quia nepos in locum & gradum patris parem cum patruo ſurrogatus cū eo ſuccedit per d. auth. ceſſante, ſicut ſuccedunt alij proximo gradu procreati, vt dicit tex. di. §. in fideicommiſſo, merito & congruè dicta gloſſ. circa verba dicta, proximo gradu, aperuit tex.illum, & circa ſucceſſionem etiam quandoque imparis gradus quodammodo nepotis cum patruo etiam vocati ad fideicommiſſum, vt expedit text. cuique facultati conueniat, per gloſſ. aperiri, vt dicit gloſſ. expreſſa in verſic. primo videlicet in clem. ad noſtrum.de hæret. vt aliàs pro veritate, & congruitate dict. gloſſ. reſpon. dict. conſil. 37. ſub num. 21. verſicul. tertium contrarium vſque ad numer. 25. & Roland.à Val. dict. conſil. 68. numero 41. cum ſequen. poſt Iaſ. d. conſil. 215.colum.pen.& d. conſil.159.colum.2.& ſeq. ita concludit Vaſq.Hiſpan.de ſucceſ.creati.li.3.§.27.nu.





Aduertendum quoque exiſtimo quòd aliqui volunt eum, cui nepos cum patruo ſuccedit ad fideicommiſſum requiri teſtatorem eſſe aſcendentem vel patruum, ex cuius teſtamento fideicommiſſum debetur, vt Dec. d.conſil.1.colum.3 verſi.de allegata ſupra conſ.79. col. 1.ad fi.verſic.& pro fundamento.Pariſ.conſil.38.colum. 3.nume.15. conſil.36. nume. 11. 12. lib. ſecundo, Ruin. conſil.142.colum.penult.nume.14.lib.3.& Alcin.conſi. 59.teſtamentum nobilis. colum. fin. nume. 12. & ſequ. lib.9.impreſ.Venet.vbi dicit quòd iſta eſt communior opin.licet aliqui moderni variauerint, aliqui ergo volunt, ideò vbi plures nomine collectiuo vocantur ad ſucceſſionem fideicommiſſi, quòd attendatur ſucceſsio rogati & grauati ab inteſtato, & non teſtatoris grauantis, vt ſi nepos cum patruo ab inteſtato de iure cōmuni ſuccederet grauat,ſuccedat cum eo etiam ad fideicommiſſum,eo quòd illum cenſeatur magis dilexiſſe, qui in ipſis bonis non facta ſubſtitutione eſſet ab inteſtato ſuc ceſſurus, ita Corn.conſil.97.primo conſultus,colum.6. in fin.ſub verſi.& quidem circa hoc.lib.1.confirmando eandem opin.Bald.Nouell.& in ſpecie conſil.22.col.6. verſic.item ſecundo infertur.lib.2.refert etiam allegando Socinum,& ſequitur Alexand.conſil.36.colum.pen. nume.5.& conſil.38.colum.fin.nume.4.& ibi per Crot. in conſil.ſeq.ad fin.eſt Crot.conſi.9.idem per Ruin.inter conſi.Alexandrini conſ.40.ſub nume.5.ſequitur Socin.Iun.conſil.20. colum.fina.lib.3.& clarius in ſpecie idem Ruin.conſil.134.ſub nume.22.verſic.& dato quòd opinio.& conſi.171.nume.8.& num.fin.lib.ſecundo,ſed vt videmus,contradictionis horum doct.ſolutio pendet ab illo etiam trito & controuerſo articulo, an in fideicommiſſis proximitas grauati vel teſtatoris attendatur, de quo infra in ſeq.dicetur.

Quoad ſecundum,de diuerſitate formularum ſubſtitutionum fideicōmiſſariorum, quibus ideò diuerſimodè, & quandoque nepos cum patruo venit, & quandoque non,ad fideicommiſſum,videndum eſt. Primo † nō
23 venit quando in ſubſtitutione reciproca fideicommiſſaria facta inter filios,vel fratres & liberos,& deſcendentes adſunt verba hæc,ſalua & ſeruata gradus prærogatiua, quoniam his verbis videtur teſtator noluiſſe filium fratris gradu vlteriorem poſſe ſuccedere cum patruo per auth.defuncto.C.ad Tertul.& ibi Caſtr.hoc videtur firmare,& tenet Dec.conſi.1.colum.4.ad fin.num. 6.conſil.408.in princip.num.12.verſic.3.concluſ.Pariſ. conſil.30.nume.58.conſil.37.num.57.conſil.39.nume.7. & ſeq.lib.2.Curt.Iun.conſi.154.colum.3.nume.9.ponit Marz.Vicent.epit.de fideicommiſ.part.2.q.32.&Gabr. Roma.d.conclu.3.num.3.

Aduerte tamen quòd concluſio iſta non videtur tuta,& minus per ſolam ſubſtitutionem cippi domus intelligitur clauſula(ſalua gradus prærogatiua)excludēs nepotem,vt adducit Tob.Peruſi.conſil.34.num.5.10.quia inter vocatos nomine collectiuo ſubintelligitur clauſula,ſalua gradus prærogatiua,per dictum §.in fideicommiſſo, & intelligitur indubitanter, & ſemper dicit ibi Cuma.ſup.fin.& d.§.fratre.& dicta l.fina.C.de verbor. ſignifi.expreſsè dicit Dec.conſil.299.ad fin.Iaſ.conſil. 215.colum.2.verſi.ſed præmiſſis.lib.2.& Pariſ.conſ.90. num.fin.lib.2.Alciat.conſ.102.difficultatum nume.6.l. 9.noti enim iuris eſt expreſſionem eorum, quæ tacitè inſunt,nihil operari,l.3.& ibi doct.de legat.1.cum ſimil. vt dixi in ſpecie conſ.37.num.27.28.addo Caſtr.conſil. 454.quæritur ad quam in fin.lib.2.dicentem verba ſecundum gradus prærogatiuam importare quòd exiſtentibus aſcendentibus, & deſcendentibus, aſcendentes præferantur,ſed ſi aſcendentes non extant,ſed amitæ, à quibus ideò nepotes non excludūtur,ſed cum eis ſimul veniunt, vt ibi per eum,& Alciat.in d.§.in fideicōmiſſo,in verſic.primo gradu.col.36.ad nume. 20.crederem concluſionem prędictam debere procedere,vbi pluries reiterata in ſubſtitutionibus legeretur clauſula ipſa ſalua gradus prærogatiua, vt Pariſ.& alij ſupra citati ponderant de geminatione ex alleg.in locis vulg.

24 Secundò † non venit nepos cum patruo,quando inſtitutio continet ſolos filios, vel fratres teſtatoris, vel alios nominatim inſtitutos, & pariter ſubſtitutio fideicommiſſaria vocat eoſdem inſtitutos, vel nominibus proprijs, vel appellatiuis, vel relatiuis, infraſcriptos dictos filios, eorum fratres, alios ſuperſtites, ſuperuiuentes, & omnib.collectiuis ſubſequitur, & eorum liberos, poſteros,deſcendentes, vel mentionem non faciat aliquam de filijs ſubſtitutorū, quia nominati ita præferuntur in fideicom.ex voluntate teſtatoris etiam à lege ſic interpretata per ſæpe alleg.§.in fideicōmiſſo,& d.l.fina. C. de verb. ſign. vt in ſpecie declarando tradunt Corn. conſil.182.colum.2.verſi.his tamen.libr.2.Ruin. conſil. 101.colum.5.ad num. 2. conſil. 168. col. 8. ſub num. 16. verſic.quibus tamen.conſil.169.colum. 4. verſic. tertio confirmatur.conſil.134. col. pen. num. 33. lib. 2. Bello. conſ.50.num.3.4.Pariſ.conſil.37.nu.53.Soci.Iun.conſil. 133.nu.5.lib.1.conſil.112.lib.3.conſi.14.nume. 7. libr. 4. Curt.Iun. conſil.161.col.3.& ſeq.conſil.128.colum. fina. Gabr.Eugub.conſil.121.nume.22.23.Port.Imo.conſi. 8.
25 nume.8.& ſequ.& nume.31. cum ſequen. † fortius pluribus filijs inſtitutis ſub hac formula ſubſtitutionis, eos, eorumque filios ſibi ad inuicem inſtituit, & ſubſtituit in ſtirpes & non in capita, nepotem non venire cum patruo ad fideicommiſſum per mortem fratris cohæredis verificatum, probare conatur Cur.Iu. conſil. 22. in prima dubitatione, ſed eius deciſ. non vſquequaq; forſan defenſibilis nec vera eſt, per ea quæ tradunt Pariſ. conſ.42.ad nu.22.& ſeq.lib.3.conſil.91.nu.36.conſi.92. col.fin.libr.2.concordan. ponit Gabr. Rom. d. conclu. 3.num.20.& Burſat.Mant.conſil.71.num.4.vbi de communi opin. maximè ob adiectionem in ſtirpes, de qua & infra dicam,intellige quoque adiectionem, ſuperſtites, vt ſermo pluralis ſeruetur admittere nepotem cum patruo, quando patruus & defunctus eſſent tamen inſtituti, ita loquitur Cuma. conſilio 13. Titius, etiam in ſingulari,ſuperſtitem,quando adſint coniecturæ voluntatem teſtatoris demonſtrantes admittere nepotē cum patruo perſuadet Fulgoſ.conſ.15.verſ.proponitur quòd Montes.ita intelligunt Dec.conſ.299.& Curt.Iun.cōſ. 69.nume.2.& clarius Nat.conſ.551.nu.28.29. non verò quòd aliter teneant, vt non bene aduertens dicere videtur Aymo conſil.306.nu.4.& ſimpliciter refert Tob. Peruſi.conſil.4.in fi.

26 Tertio † nepoti patruus in totum præfertur, quando in ſubſtitutione poſt filios, per alternatiuam vel, ſeu, aut, nepos eſt vocatus, vt ſi quis ſuorum hæredum deceſſerit ſine filijs,ſubſtituit ſuperuiuentes eius filios, vel filios ipſorum in ſtirpes,& non in capita,quia ex ordine ſcripturæ primo ſunt vocati filij ad ſubſtitutionem, & poſtea nepotes per diſiunctiuam, vel,extantibus filijs & nepotibus teſtatoris,& ſic patruus & nepos extant in fideicommiſſo verificato per mortem cohæredis in totum admittitur patruus,& nepos excluditur, per text.in l. cum pater.§.penult.de leg.2.& in l.hæredes mei.§.fin. ad Trebellia.& ibi docto.& firmat Alexand.conſil.30. columna 1. ſub lib. 2. duplicato conſi.6.ſequitur Pariſ. conſil.21.numero 14. lib.3.probat Cuman.conſil.106. mulier. columna 1. verſicu. cæterùm non obſtantibus. Ruin.conſil.169.colum.5.verſic.tertiò reſpondetur.lib. 2.Bero. conſil.97.nume.10.11.& ſequent. lib.2. Burſat. conſil.71. nume.6. Port. Imol. conſil.8. numero 39. & ſequen.ſed aduerte quòd Barb.contemporaneus Alex. vel ſtudio contradicendi, vel reſpondendi verum ſic viſum ſibi in eodem facto conſil.30.Alexand.lib.2.ſuo conſil.61.libro primo, tenuit contrarium latè per qua-

tuor colum, diſcutiendo illum Ioann. Baptiſtam nepotem in fideicommiſſo fore admittendum cum Chriſtophoro patruo, diſiunctiuam inter perſonas honoratas accipiendo pro coniuncta, per l. penultimam. incip. cum quidam. C. de verbor. ſignifi, & inferendo ex doctr. Bart. in l. Gallus. §. quidam rectè. de liber. & poſthum. quòd ex teſtamento videntur vocati, qui affectione charitatis iuncti teſtanti, eſſent ab inteſtato ſucceſſuri, quocunque caſu, ergo ſiue auo teſtatori, ſiue patruis defunctis ab inteſtato ſucceſſurus fuiſſet nepos ille, reſoluta diſiunctiua in copulatiuam per d. l. cum quidam, ſimul cum patruo ad fideicommiſſum ex teſtamento ſuccedere debet, vt ibi per eum ſuo multiloquio.

Veruntamen recedendum non eſt à pręcedenti concluſione probata per leges expreſſas, & commun. doct. ſententiam. Nam Bart. Bald. Caſtr. Imol. Iaſ. & alij in d. §. quidam rectè. pro indubitato concedunt verbis alternatiuis vocatos affectione charitatis iunctos eo adinuicem pręferri ordine ſcripturę & ordine ſucceſſiuo, provt verba ipſa demonſtrant & alternatiuam poſitam inter perſonas, inter quas affectio ordinata cadit, non reſolui in coniunctam, ſed priorem ſecũdùm ordinem literæ admitti, eoq; admiſſo euaneſcere ſubſtitutionem, eo autem deficiente venire vltimum per d. l. cum pater. §. penult. ita Barto. reſpondet ibi, & in d. l. cum quidam. alleg. per Barb. & Bartolum. in hac reſponſione alij ſequuntur communiter, dicit Ripa in d. l. hæredes mei. §. fin. ſub nume. 7. verſic. ſed obſtat text. & Iaſo. in dicta l. cum quidam, colum. 2. verſic. tertio limita. ita pulchrè declarat, & intelligit Signoro. conſi. 173. colum. 6. num. 19. & Corn. conſil. 200. colum. 1. ſub verſi. tamen his non obſtant. lib. 2. refert, & comprobat Dec. conſil. 95. num. 3. 4. & Bero. conſil. 145. num. 3. lib. 2. conſil. 62. nume. 48. lib. 1. Cephal. conſil. 53. nume. 69. clarius in ſpecie conſi. 432. nume. 13. Alciat. conſil. 83. explicationis verborum, & conſi. 89. num. 45. lib. 9. vbi ordine ſucceſſiuo quo ad vltimum intelligi ex vulgari per magis commun. opin. idem Alexand. conſil. 22. ſupra nume. 5. nume. 7. lib. 3. idem propter alternatiuam firmat Ruin. conſil. 21. 2. & conſil. 30. ſub nume. 4. & 7. lib. 3. vnde iſto caſu non procedit. dicta l. cum quidam, & tertiam in ſpecie reſpondet Pariſ. d. conſil. 21. nume. 32. lib. 3. & nequaquam alternatiua debet reſolui in coniunctam, neque etiam Bartolus in dicto §. quidam rectè. loquitur eo modo, quo eum loqui vult, vt dicit Barb. dicto conſilio. 61. lib. 1. vt clarè poteſt videri in dicto §. quidam rectè. ſub numero 4. quòd appellat ordinatam charitatem adeſſe quando ſic erant ab inteſtato ſucceſſuri ad effectum ſciendi ordinem ſucceſſiuum ſeruari inter perſonas, inter quas adeſt, vel cadit ſic ordinata charitas, vel affectio, & ſi ex teſtamento ſic videntur vocati, intelligitur quidem ordine ſucceſſiuo ſecundùm Bartol. reſpondendo dicta l. cum pater. §. penult. quia ibi teſtator vſus eſt verbis alternatiuis, & ibi omnes ſequuntur & non ſimul, vt Barbat. malè conſuluit contra Alexand.

27 Primo autem & econtra † nepos venit cùm patruo ad fideicommiſſum, quando ex mente & voluntate teſtatoris id apparere poteſt, plures inſtitutos hæredes eis decedentibus copulatiuè ſubſtituit ſuperuiuentes & eorum filios in ſtirpes, & non in capita, ita loco patris prędefuncti ante verificatum fideicommiſſum per mortem vel contrauentionem cohæredis ſuccedit nepos cum patruo ad fideicommiſſum poſtmodum purificatum, tradit Corn. conſil. 37. columna prima. in fin. & columna ſequent. l. 1. ſubtiliter, & latiſſimè declarat Socin. conſilio 69. & conſilio 103. lib. 3. firmat Pariſ. conſil. 38. nume. 10. & ſequent. conſil. 92. columna fin. lib. 2. colum. fin. conſil. 8. nume. 16. & conſil. 42. num. 23. & ſequent. lib. 3. Gualden. de arte teſtand. tit. 5. caut. 23. nume. 4. Cephal. conſil. 16. numero 29. cum ſequent. Burſat. conſilio 71. numero 4. procedit maximè cum in ſubſtitutione ádiecerit eorum liberos & hæredes, quaſi vocati ſint eo modo, quo ſunt hæredes patri, qui tandem ſuccederet cum fratre, & ſic patruo ſui filij, qui nepos ideò cum patre ad fideicommiſſum admittitur, Alciat. conſil. 134. teſtatrix. ad nume. 7. libro 9. impreſſ. Venet. & Ruin. conſilio 168. ſub nume. 2. lib. 2. quia nepotes ſuccedentes in gradum ſuorum parentum tantum habere debent, quantum pater haberet ſecundùm Bartol. in l. prima, §. ſi ſit nepos. de collat. dot. & in l. quidam. in fin. de rebus dub. Alexand. conſil. quarto, colum. penult. nume. 13. lib. quarto, & veniunt ex perſona ſua non corrumpendo, ſed repręſentando gradum patris, Bartol. in l. ſecunda. C. de liber. præter. Bald. in l. prima. ſub nu. 7. C. de ſecund. nupt. & in l. ſi pater. ſub nume. 8. C. de inſtit. & ſubſtitut. diſcurrit in ſpecie Alexandr. conſil. 55. colum. 3. lib. 4. Port. Imol. conſil. 55. numero 46. 47. 96. & Vaſq. Hiſpan. de ſucceſ. creati. lib. 3. §. 27. ſub num. 17.

28 Secundò † venire nepotem cum patruo dicitur apparere voluntate teſtatoris, quando verba ſubſtitutionis pluribus inſtitutis factæ de alijs inſtitutis, vel de eorum filijs quoad decedentes & vocatos ſunt concepta in numero ſingulari, & per verba relatiua, quæ pariter referantur ad filios filiorum, & ſic ad nepotes, qui cum patruo habeant ſuccedere illi ſoli decedenti, vt & in eis verificetur caſus illius decedentis ſolius eius etiam datus, ſicut caſus omnium inſtitutorum datus eſt eis, etiam relatis per hæc verba ſequentia, eoſq; ſibi taliter decedenti, & ipſis totaliter decedentibus inſtituit, & ſubſtituit æquis portionibus in ſtirpes & non in capita, &c. vt ſubtiliter & verè iudicio meo determinat Ruin. conſilio 171. ſub num. 8. lib. 2. licet contrarium in eodem caſu reſponderit Curt. Iunior conſil. *161. à num.* primo, vſque ad numerum octauum, & *non bene, ſed* contra voluntatem teſtatoris ſatis perſpicuè demonſtratam per Ruin. vt dixi ex verbis teſtamenti continentibus vocationem nepotum cum filijs ad fideicommiſſum purificatum tam per mortem vnius, quàm plurium, vel omnium filiorum inſtitutorum, vt pro comprehenſis in fideicommiſſo, ei, vel eis, verba ſingularis, & pluralis numeri ponderat etiam Iuriſconſul. in l. fina. ff. ad Trebel. & voluntatem teſtatoris vltra Ruin. ſimul complectendi in fideicommiſſo filios ſuperuiuentes, & præmortuorum filios, & ſic nepotes oſtendunt illa verba ſimpliciter poſita, æquis portionibus in ſtirpem & non in capita, quæ quidem cum ſingula ſingulis ſint referenda gl. in l. negotium. C. de neg. geſt. Gui. Pap. in quæſtio. 533. ad fin. Ang. in l. prima. §. dolum. in fi. ff. de dolo, & in leg. fin. verſic. no. quòd ſingula. C. de fideicommiſſ. cum ſimil. particula æquis portionibus, refertur ad filios, vt in fideicommiſſo habeant æqualem portionem l. interdum. in princip. ff. de hæred. inſtit. altera in ſtirpes & non in capita refertur ad nepotes, vt loco ſui potius, eiùſque ſtirpis habeant ſimul vnam portionem, & non portiones per capita eorum, vt ſic dari debet portio pluribus venientibus loco patris. §. cum filius. ibi & quia, &c. inſtitu. de hæred. quæ ab inteſt. & §. ſi autem defuncto, & ibi gloſſ. in auth. de hæredi. ab inteſta. ita dictæ particulæ coniunctæ propter veritatem ſermonis oſtendunt voluntatem teſtatoris, quòd filij & nepotes ſimul dictis congruis aſſignatis modis ſuccedant in fideicommiſſo argu. text. in §. ſin autem ex his de cadu. tollen. & text. in l. cum de lanionis. §. quod ſi æneum ibi, quibuſque primis proxima copulata procedunt de fund. inſtruct. & text. in l. fin. de rebus dub. ibi, & coniuncta ſcriptura ita cauerat, & text. in l. hoc articulo. ibi, quoniam ad omnium factum ſermo refertur. ff. de hære. inſtit. ſic à verbis omnes ſ. filios & nepotes continentibus, & referentibus, & ſimul terminantibus, arg. Ruin. d. conſ. 171. num. 8.



29 Et per † clauſulam in ſtirpem & non in capita demonſtrat ſimultaneam vocationem nepotum cum patruis, prout inter eos procedit taliter ſucceſſio auct. ceſſante. C. de leg. hæred. ſicut & ea ſolita apponi in teſtamentis per doct. intelligitur vt per Caſtren. conſilio 438. quantum ad primum, col. fi. verſ. ad ſeptimum. libro 2. vbi dicit per hoc patere, quòd teſtator voluit non ſolùm ſubſtituere ſuas filias, ſed filias filiorum, aliàs illud verbum in ſtirpem non caderet, neq; veniret ad propoſitum, idem Caſtr. conſ. 282. caſus proponitur, ſupra fin. eo. lib. 2. dicit venire in ſtirpem, ſeu *per colonello* idem eſſe, quia tantum habet vnus ex vna quantũ haberent plures ex altera parte, l. qui cum plures. l. ſi pater filio. de vulg. & pup. ſequitur Soc. Iun. conſ. 89. ſub numero 14. lib. 3. & Corn. conſilio. 49. columna ſecunda, verſiculo circa quod imminet. lib. 4. dicit verba in ſtirpes & non in capita in fine poſita poſt nominationem nepotum ad hos commodè referri debere, vt ſuccedant ſecundùm dicta verba conformia diſpoſitioni iuris communis, & Iaſ. conſilio. 143. colum. penult. & fin. lib. ſecundo. multum inſiſtit, quòd verba in ſtirpes & non in capita in fine poſita non referantur, niſi ad perſonas poſitas in diſpoſitione, & ad quas poſſunt congruè referri, & Curt. Sen. conſil. 43. colum. penult. dicit in caſu ſuo quòd melius eſt, quòd verba in ſtirpes & non in capita nihil operantur, quàm quòd inducant abſurditatem aliquam, ſeu contrarietatem, vel iniquitatem contra æquitatem ſcriptam ſecundùm Bald. in l. terminato. circa fi. C. d. fruct. & lit. expen.

Et Socin. conſil. 69. colum. 3. verſ. ideò autem dixit. lib. tertio. tenet per dicta verba, in ſtirpes & non in capita, intelligi filium inſtituti præmortui, & alium alterius præmortui, & ſic nepotes eſſe ſubſtitutos cum filio ſuperſtite alij inſtituto decedenti ſine filijs, ad tollendam dubietatem per Bald. & alios factam contra gloſſ. in d. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. de leg. 2. non vero quòd ſint ſubſtituti eorum parentibus, idem in conſilio 104. columna 3. verſic. confirmatur. libro 3. interpretatur iſtam qualitatem in ſtirpes & non in capita conuenire ſubſtit. actiuè, & non paſſiuè, & reſpicere perſonas deſcendentium, & non filiorum, quia in his non cadit, & ſic non ſolum filij, ſed etiam alij deſcendentes ex filijs prædefunctis admitterentur ad tollendam dictam difficultatem, Bald. & moder. in dicto §. in fideicommiſſo, quòd filij prædefunctorum admitterentur in ſtirpes & non in capita, iuxta dictam auth. ceſſante, & ſic teſtatorem ſe reddere conformem diſpoſitioni iuris, vt ibi per eum.

Et Dec. conſil. 465. col. 3. ſub num. 15. dicit quòd hęc verba in ſtirpem, & non in capita ſolùm conueniunt in nepotibus, & caſu quo inſtitutio facta de nepotibus habuiſſet locum.

Item ex his verbis in ſtirpem, & non in capita filios prędefunctorum actiuè eſſe vocatos cùm patruis, & tolli ius proximitatis, & gradus prærogatiuam ſępius reſpondit Pariſ. vt in conſ. 36. num. 5. 13. conſ. 38. num. 10. & in fin. conſil. 40. num. 32. & ſeq. conſ. 88. nu. 25. conſ. 91. nu. 24. conſ. 92. nu. 58. num. 68. 69. lib. 2. idem ſentit Ruin. conſ. 145. col. 2. lib. 2. & d. conſ. 171. ſub num. 8. eo.

Idem voluit Caſtr. conſ. 422. videtur quòd filij ad fin. libro 2. teſtatorem vocando in ſtirpes & non in capita velle vocare filios & nepotes ex prædefunctis, & ſic filios repręſentare parentes d. auth. ceſſante. & auth. poſt fratres. C. de legit. hæredi. ita oportet intelligi de nepotibus, & ſic de filijs prædefunctorum, qui cum filijs teſtatoris admittantur in ſtirpes dicit Sign. de Homo. conſ. 173. col. pen. in prin.

Cætera de hac clauſula, quòd contineat inter ſubſtitutos tractum temporis, & importet fideic. poſui ſup. interpr. præced. dubit. 1. ſolut. 10. verſ. primum itaque.

Ex quib. concluſionem hanc puto verã, quòd in ſubſtitutionibus diſponendo, & vocando dum fit mentio de filijs, & filijs filiorum appoſita clauſula in ſtirpem, & non in capita, & dum alia non repugnent, ſemper intelliguntur, vocati nepotes cum patruis, veniendo nepotes in ſtirpem, & repręſentando gradum parentum, quia teſtator referendo ſe ad clauſ. iſtam in ſtirpem, & non in capita, quę eſt clauſula legis in d. auth. ceſſante. & in d. §. cum filius inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. videtur ſe aſtringere & conformare legi loquenti de dicta clauſula l. ſi duo. & ibi Bald. & Caſtr. ff. de acquir. hæred. & arg. l. non codicillũ. C. de teſtam. & ibi not. per doctr. gloſſ. in l. ſed niſi. ff. de iure dot. in ſpecie Corn. conſ. 37. colum. 2. verſ. ac etiam ex eo lib. 1. Aret. conſil. 145. circa fin. Roman. conſil. 138. noua ſuperuenit. ad fin. Caſtr. conſil. 198. ſuper primo. col. ſecunda, verſicu. ſed his non obſt. lib. 2. & alibi ita probatur vera conſultatio reddita per Ruin. d. conſil. 171. ſub num. 8. Non obſtat & facilè computatur reſponſio ad clauſulam, in ſtirpem, & non in capita, data per Curt. Iun. conſil. vigeſimo ſecundo, nume. 16. conſ. 128. nume. 3. conſ. 161. num. 7. verſ. ad ſecundum, quòd poſſit verificari in nepotibus ex diuerſis parentibus, qui ſuccedant patruo in ſtirpes, alio patruo non ſuperſtite, quia iſta non eſt concludens, & ſecura reſpon-
30 ſio, non ſecura, quia multi tenent, quòd † imò nepotes ex diuerſis parentibus ſoli ſine aliquo patruo ſuperſtite ſuccedunt patruo defuncto in capita & non in ſtirpem: ſecundùm opin. Azo. approbatam per Alber. Bald. & Saly. in dic. auth. ceſſante. & Couar. epit. de ſucceſſ. ab inteſtato num. 8. non concludit, quia verius & magis generale eſt, quòd dicta verba in ſtirpem & non in capita deſignant nepotes etiam ex diuerſis parentib. procreatos cum patruo viuente debere admitti in ſtirpem & non in capita. quare hæc verba ipſa in fauorabilib. per l. in teſtamentis. de reg. iur. potius ita ſunt in genere accipienda quàm in ſpecie, Alexand. conſi. 248. num. 7. cum ſequent. lib. 6. refert. Nat. conſ. 274. num. 7. Becci. conſil. 31. num. 35. facit gloſſ. fin. in l. cum fidei. ff. de fideic. libert. quòd in dubio teſtator prędumitur cogitaſſe quocunque modo fiat.

Quanuis Marzar. epit. de fideicom. in quæſtio. 34. arguendo in cõtrarium concludat clauſ. (ſeruata gradus pręrogatiua) & clauſ. in ſtirpem & nõ in capita, poſſe ſtare ſimul, & ſe reſtringat in vno caſu tantum reſponſionum prædictarum. Curt. Iun. quo ſoli nepotes ſine patruo ſuccedunt patruo defuncto: tamen & iuridicè poſſunt etiam ſtarę ſimul dum nepotes ſuccedunt etiam cum patruis, quia & iſto caſu nepotes non gradu corrupto, ſed repręſentato veniunt, vt dictum eſt.

31 Licet crediderim clauſulã † illã (ſeruata gradus prærogatiua) ſubintellectam, per d. §. in fideicõmiſſo, & d. §. fratre. & d. l. fin. C. de verb. ſignif. expreſſam nihil operari per reg. l. 3. de leg. 1. & l. non rectè. C. de fideiuſſ. & l. ſi arrogator. ff. de adopt. Niſi fuerit expreſſa in fideicommiſſo præſtando familiæ alicuius tertij, & extranei, in quo non illi de familia, qui eſſent proximiores iſtius tertij, ſed omnes æqualiter venirent, ſecundùm Bartol. in l. ſi cognatis in fin. de reb. dub. quem ibi Soc. & alij ſequuntur, & Alciat. in d. §. fratre poſt princ. num. 2. Nã iſto caſu hæc clauſ. (ſeruata gradus prærogatiua) expreſſa, quæ aliter non ineſſet, operaretur per not. in d. l. 3. & in l. ſi quando in prin. de legat. 1. poteſt ſine dubio teſtator apponere modum gradibus fideicommiſſariorum. l. poteſt & l. qui plures. in princ. de vulg. & pupill. facit Alexand. conſil. 51. colum. fina. num. 18. lib. 6. & vltra alleg. per eum: facit text. in l. peculium eſt. in princ. ff. de pecul. ibi, *nam cum ſerui peculium &c.* vnde exprimendo in fideicommiſſi conſtitutione clauſulam,

ſeruata gradus prærogatiua, incipiendo gradum à tertio cuius familiæ relictum eſt fideicommiſſum, & ad eos qui ex his proximi ſunt progrediendo ſeruanda eſt voluntas teſtatoris, quæ facit valere, quæ in teſtamento ſcripta ſunt l.ſi mihi.in fi.de leg.1.l.ex facto.§.rerum autem.de hæred.inſtit.& l.fin.C.de verborum ſignifi.§.diſponat in auth. de nupt. quod nota quia non memini id ab alio animaduerſum fuiſſe.

32 Nunquid autem † nepotes cenſeantur ſubſtituti patruis, vel eorum patrib. & in eorum portione tantum, vtilis & frequens quæſtio eſt, huius quidem breuis ſolutio eſt, vt in cęteris generale eſt accuratè inſpiciendo ſubſtitutionis formulam. Nam ſi plures fratres, vel ſorores ſunt inſtituti, vel ſubſtituti,& eorum filij, vel poſiti in conditione ex coniecturis vocati ſimpliciter, vel ſubſtituti nempe eorum patribus tãtùm, & non patruis, vel materteris vel amitis ſubſtituti dicuntur, Rip. in l.1.colum.4. ſub num. 2.verſ. vltimæ declarandę. C. de pact.Cuman.conſil.118.teſtator.circa med.verſic. cuius gratia aduertendum.ſequitur Dec.conſi.384.nume. 4. Curt.Iun.conſil.135.colum.pen.nume.6.Pariſ.conſil.31. num.29.& ſequent.lib.2.Bero.conſ.66.ſub num.10.lib. 2.Zanch.in §.cum ita,num.794.ad Treb. Ruin.conſil. 134.num.7.verſ.præterea vbi filij lib.3.& conſi.144.nu. 8.9.lib.2.ſolum Ruin.dict.conſil.134. allegando ſequitur idem Cephal.conſi.401. nume.31. ſub hac formula, ſuccedant Angelutia.& Franc. ſuę filiæ, & earum hæredes & ſucceſſores filios Franciſcę non dici ſubſtitutos Angelutię,& ſic per fideicommiſſum ad eius portionem non poſſe aſpirare, ſed de ea ipſam Angelutiã etiam carentem filijs poſſe teſtari deciſiue ſuum reſponſum dedit Corn.conſ.32.viſo teſtamento Colæ. lib. 2.

Si verò ſubſtitutio filijs vel fratribus inſtitutis fuerit de filijs, vel nepotibus maſculis facta verbis deſignantibus fideicommiſſum ſucceſſiuum inter inſtitutos, & ſubſtitutos reciprocè factum cauſa agnationis conſeruandæ, vt per verba oſtendentia tractum in futurum deſcendentes naſcituros, Alex conſ.160. nume.3. lib. 2. Cur.Iun.conſil.48.num.4.5.Aym. conſil.131.num.10.in infinitum,in perpetuum,Ruin.conſil. 117. num. 19. lib. 2. Pariſ.conſil.21. nume. 58. lib. 3. Alexand. conſil. 53. ſub.num.5.Grat.conſ.21.lib. 2. de hærede in hæredem, Dec.conſ.38.nume.4.Pariſ.conſ.55.num.3. lib.2. Ruin. conſ.151.ſub num.7.lib.2 Bero.conſ.84.ſub num.13.lib. 2.Rolan.à Val.conſ.23.num.23.lib.4.prohibenda bona alienari, quia vult,& mandat ea perpetuò conſeruari in agnatione,& donec ſuperfuerint maſculi, poſt Bart. & al.Soc.in l.qui Romæ.§.cohæredes.ſub num. 16.verſ. & tertius.de verb.oblig.in l.ſi cognatis. ſub num. 18. verſ. aliquando & ſecundo de reb.dub.conſ.57.num.4.5.lib. 3.Dec.conſ.481.col.1.& ſeq. Gabr. Rom. de commun. concluſ.lib.4.tit. de fideicom.concluſ.9. nume.37. 41. Crot.conſ.13.14.Bero.conſ.81.num.2.3.lib.2. quia vult bona conſeruari, &c. verba directa in rem exinde onus reale ad quoſcunq; perueniant,bona aſtringit & apprehendit ipſa bona, Iaſo.conſil.23. num.1.lib.3.Dec.conſ. 182.col.2.ſub num.3.verſ.conſtat autem.Curt.ſen. conſ. 43.num.31.conſ.52.num.35.Curt.Iun.conſ.115. num. 19. pen.& vlt.Pariſ.conſ.30.num.29. lib. 2. cum ſimil. ante & in conſ.per me & ali.alleg. Hæc itaq; faciũt vt nepotes dicantur ſubſtituti etiam patruis, Zanch. in dicto §. cum ita.nume.800.Dec.conſil.516.num.19. conſ. 481. num.3.& ſequent.Socin.inter conſi.Curt.ſen. conſ. 40. Anch.Regien.in quæſt. 72.part.1.Pariſ. conſ.11. colum. 1.& ſequen.lib.3.Goz.conſil.102.vbi tradunt iſti, ſuccedẽtes ab inteſtato eſſe excluſos etiam filias, nepotes verò,& alios agnatos maſculos admittendos eſſe ad fideicommiſſum, & latius in ſimili ſpecie ex facto reſpondi pro hac parte ſubſcribendo vni conſi.Excel.D.Pa.Leo. Pataui.& pro prima parte dixi conſ.39.nu.2.& ſeq.lib.1.

33 Septimò quæro † an proximior teſtatoris & grauantis, vel proximior grauati vel in fideicommiſſi petitione præferatur. Adeò varia & ambigua quæſtio hæc quoque reputatur, ꝙ ab alijs potius eam addiſcere ſe velle, quàm alios docere quidam aſſerunt: huius enim dubiæ quæſtionis meminit Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita num.1114.cum ſequent.ad Trebel. colligendo doct. ab vtraq; parte,& tenentes pro teſtatore, & pro grauati proximiore,tãdem ſub num. 118. breuiter de quæſtione ipſa ſe expedit, quod ſibi ſatis ſit doct. ab vtraque parte allegaſſe, vtra ſit verior aliorum iudicio ſe remittit,eo præſertim quòd ſui.§.nõ ſit principaliter materia. Quo quidem relato,relatisque.Soc.Iun.conſ.126.lib.1. & alijs conſil.& Port.Imol.conſ.55.num.85. & conſ.123. & Couar.in quæſt.38.practic. quæſt.& Iul.Clar.in ſuo.§. teſtamentum.in quæſt.76. ſuum interponẽdo iudicium. Marza.Vicenti.in epit.de fideicom.in q.35. part.2.dicit quòd eſt & fuit ſemper in hac ſententia, quòd proximitas reſpectu grauati attẽdi debeat,& ita aliàs, quòd deciſum fuit in Rota Florenti.

Ego autem in quęſtione hac ſic varia & controuerſa, non ita reſolutè & indiſtinctè tranſeundum exiſtimo, cùm diuerſitas perſonarum teſtantium & grauatorum, & formularum ſubſtitutionum & caſuum, vt ibi dixi, facit quòd variè ſcriptum & iudicatum eſt l. nonnunquàm.ff.ad Trebel. Diuerſitas denique tractatuum ſoluit omnia contraria ſecundum Angel. in l. qui autem in princip. ff. de his quæ in frau. credit. & allegat. per Iaſo. in leg. 3. item Iul. colum. prima. in 2. not. de eo quod cert. lo.

Qua diuerſitate ergo inſpecta perpẽdendo perſcrutandoq; verba & caſus legum principalium in materia. ſ.§.in fideicommiſſo l.cum ita.& §.fratre.l. peto.de leg. 2.& in l.fin.C.de verbor.ſignif. & ibi & in *conſilijs & in* tractatibus ſcripta doctorum pro clariori *& breuiori* ipſius quæſtionis reſolutione aliqui caſus *conſiderandi*, & diſtinguendi ſunt, quibus primum proximior teſtatoris pręferri debet. Deinde & ſecundò alij caſus ſunt inſpiciendi, quib.& econtrà proximiori grauati admitti & præferri debeat.

34 Primò itaque caſus primus eſt, † quando teſtamentum, vt fit communiter, ſcriptum eſt in tertiam perſonam,& teſtator ad fideicommiſſum vocat agnatos, attinentes, proximos, vel conſanguineos ſuos,quia pronomen, ſuos, in dubio refertur ad teſtatorem. gloſſa. Bartol.& alij in l.ex facto. in princip.ad Trebel.Bartol. in leg. cùm in teſtamento.de aur.& arg. leg. Ang. Aret. tract.de teſt.gloſſ.51. nume.1. addo text. expreſ. in l. debitor.in princip.ff. ad Trebell. ibi eumque rogauit reſtituere hæreditatem filię,ſuæ,id eſt teſtatoris.Dec.conſil.470.num. duodecimo, agnati, attinentes, proximi, & conſanguinei teſtatoris non hæredis grauati attendi, & præferri debent,Bero.conſi. 83. colum.penult.lib.ſecundo,Mantu.conſ.100.ad num.octauum,lib. ſecundo, Alexand. licet non ex dicta ratione, in l. Gallus. §. quidam recte.ſub nume.88.verſic.ſecundus caſus.de liber. & poſthum. Cephal. conſil. 333. nume. 8. idem ſi diceret ad propinquiorem conſanguineum de meo nomine,& de meis armis per Rolan.à Val.conſ.70.num. 75. cum ſequent.lib. 3. & res clara videtur,quando teſtator vocat proximiores ipſius teſtatoris. Alexand. conſil. 82. ſupra.ſi.eſt enim veriſimile teſtatorem ſenſiſſe de proximis magis ſibi iunctis argum. l. cum vir. decond. & demonſtr.& l.is qui ducenta.§.fin.de reb. rub. vt in ſpecie per Port.Imol.conſ.122.ſub num.10.verſic.ſecũdus eſt, & per Bero.d.conſ.83.col.pen.lib.2.& Tiber. Dec. cõſ. 26. num.76.lib.ſecundo,& conſ.10.nume.39. & conſil. 21.num.2.lib.3.

35 Secundus eſt caſus † quando teſtator ſimpliciter vocat propinquiorem, proximiorem, vel illum, ad quem iure



iure ſpectat ſucceſſio de ſuo genere vel de ſua parẽtela, cum eadem ratione cenſeatur vocatus propinquior, proximior de genere & parentela teſtatoris in dubio, Bartol.in l.ſic cognatis colum. fin. verſ. quæro hîc dicitur.de reb.dub.& in §.fratre. nume.primo, Iaſo. conſil. 215.colum.1.lib.ſecundo,Bero. conſi. 176. num.72. lib. ſecundo, ideo teſtatoris & non grauati proximior & propinquior attenditur Pariſ.conſil.83. colum. 2. num. 10.lib.ſecundo,inſpecto maximè verbo de iure ſpectat præſentis temporis Port.Imol.in d.conſi. 122. ſub num. 10.verſic. tertius eſt caſus. idem Alexand. conſil. 126. comprobo quia nomẽ propinquior, proximior eſt vnius perſonæ & non collectiuum plurium graduum & perſonarum per Anch. conſil. 27. tradit Alciat.in d.§.in fideicommiſſo.verſic.fin.ſub num.14.verſ.etenim.proximior & Aymo conſi. 189. ſub nume.ſecundo, ſequitur colleg.Bonon.ſuo reſpon.pro Triuultijs.num.ſeptimo, & latè:hos tamen doct. non allegando proſequitur Tiber. Deci. conſil. 10. nume. 13.15.23.28.29.lib.3. ergo gradu aliquo nõ poteſt dici proximior, vel propinquior grauati magis quàm teſtatoris, quia proximus etiam dicitur is ante, & poſt quem nemo ſit. l. ex duobus. in princip.de vulg.& pupil.& in vno non cadit prælatio, arg.l.3.§.qui Stichum. de eo quod cert.loc. Bald.in l. 3. C.qui pot.in pign. hab. & hanc defendere conatur partem Panciról.Regien.max. quãdo proximior eſt vocatus cum mentione primogenituræ in conſil.170. nume. 6.& ſeq.de primogenito:aduerte, poſſe intelligi etiam de primogenito vltimi decedentis ex his quæ ſcripta fuêre ſupra ea.dubi.verſi. 5.quæro, & ex dicendis infra, & hunc caſum videtur probare Hippol.Rim.conſ.246. num.27.28.

36 Tertius caſus eſt,in hoc ſunt erigendæ aures † quando teſtator ſimpliciter, & ſine alio tractu temporis in futurum, vel progreſſu fideicommiſſi,in agnatione duraturi ad fideicommiſſum.ipſum vocat agnatos,familiã, cippum domus, & deſcendentes, & ſimiles plures nominibus collectiuis:iſtud enim dicitur fideicommiſſum familiæ relictum: quomodo autem iſti vocati ad tale fideicommiſſum admitti poſſent, cùm dubium videretur ob incertitudinem quandam perſonarum ſic nominibus collectiuis comprehenſarum. l. liberorum. verſic.toties: l. pronunciatio.§.1. de verb. ſign.gloſſ. in
37 verſic.domum.in l.cum vnus.de ali.leg.† ſuper hoc dubio facta eſt lex per Iuriſconſ.in d.l.cum ita.§. in fideicommiſſo.& per Imper.in d.l.fin.C.de verb. ſign.Quod ſi de comprehenſis in familia aliqui eſſent nominati, iſti admittantur,aut iſti omnibus extinctis, id eſt, mortuis, vel repudiantibus, vel non exiſtentibus inter eos de familia teſtatoris tempore eius mortis, qui ſunt proximo gradu, admittantur,nempe intelligendi ſunt proximo gradu teſtatori,hoc in caſu,Riminal.Iun.conſil. 313. nume.16.& non grauato, quia lex requirit eos de familia teſtatoris, ꝙ quandoquidem ſunt familiæ primus eſt. l. familiæ. in princip. de verb.ſign. & in tempore mortis teſtatoris, quo attenditur proximitas ſuccedentis exiſtentis tunc in rerum natura, vt l.1. §. ſi quis proximior.ff.vnde cog.& l.Titius. ff. de ſu. & legit. hæred. & iſto caſu poteſt eſſe grauatus non de familia teſtatoris, vt de eo nullum verbum facit text. in d. §. in fideicommiſſo. & in d. l. fin. verſicu. ibi in dicto. §. in fideicommiſſo.& qui ex his proximo gradu procreati ſunt, intelligitur de exiſtentibus de familia teſtatoris, & qui poſſint admitti, & qui ſunt magis de honoratis quàm de grauatis,vt verborum totius ſcripturæ contextus oſtendit,qui debet attendi,l.Mæuia.ff.de manum.teſt.l.nummis.de leg.3. & l.in ciuile.de legib.& nõ intelligitur de grauatis, de quibus adhuc quis dici non poteſt,niſi priùs appareat, quòd fuerit à teſtatore honoratus, & tantum acceperit commodum pecuniarum, quanto fideicommiſſo grauatus extiterit.l. ab eo. C. dè fideicom. l. planè ſi filium.in fin.de legat.1.l.ſed & ſi ſic.in fin.de leg. 3.cum ſimil. ſed de hoc vt dixi, quòd aliquis de familia teſtatoris in caſu dicto.§. in fideicommiſſo.fuerit honoratus & grauatus, nullum quidem verbum legitur, vbi verò commodum fideicommiſſi receperit, etiam quòd ſit de primo nominatis, hic fideicommiſſo grauatus dici non poteſt ad reſtituendum cæteris de familia, quia hoc caſu propoſito ſufficit ſemel fideicommiſſum eſſe reſtitutum,vt clarè probaui conſil.203. num. 24. & ſeq. lib.1.rationi. & auctor.Cuman.Dec. Ruin. Rip. Alciat. Alex.Crot.Ceph.Anguſ.Menoch. ibi alleg. addo Ruin. conſ.159.col.pen.num.22.lib.2.Cephal.conſ.80. conſil. 269.num.16.conſi.353.num.47.& ſeq.Celſ.Hugo.conſ. 120.num.29.30.quãdoquidem nominatis, vel prioribus in gradu extinctis, vel repudiantibus cæteri de familia venirent. Iſtud eſſe per vulgarem, vt in dictis locis omnes tenent,in qua certius teſtatoris affectio:& proximitas attenditur,vt eſt commun.opin.per Alex. conſ. 126. num.3.Soc.conſ.249.col.14.verſ. circa primum. lib. 2. & conſ.86.num.10.lib.3.

Concludens ergo & neceſſaria ſit probatio & concluſio iſto caſu,eum,cui fieri debet reſtitutio fideicommiſſi eſſe proximiorem reſpectu teſtatoris, non autem grauati ſentit Socin.Iun.conſ.126.num. 43. lib. 1.iunctis his quæ ſcripſi ſupra ea.interpr.dubit.1. ſub ſolut. 9. & iſte verus eſt intellectus,d.§.in fideicommiſſo, diuerſus ab intellectu.d.§.fratre. vt in ſequent. caſu demonſtrando quoad noſtrã quæſt.& in alio caſu intelligentes. d.§.fideicommiſſo.ibi Alciat.& in l.2.num.pen.de vulg. & pupil.& conſil.214.lib.9.Ripa.in l.ex facto. in princ. num.7.Iaſ.conſ. 215.colum.1.lib.2.conſil.159.colum. 1. lib.3.Gabr.Eugub.conſil.121.nume.2. & ſequent.& alij non rectè allegãt.d.§.in fideicommiſſo, & eorum opin. non eſt vera,& eſt contra commun. vt in ſeq. caſu dicetur.Quicquid etiam ſubtilizare conentur.Port.Imol. conſi.55.nume.84.& ſequent. & Menoch.conſ.124. qui arcum acutiſſimi ingenij ſui quantum potuit ad hoc extẽdit, verùm ſagittam,ni fallor,nimis in lõgum emittit,quia regula text.noſtri.§. in fideicommiſſo. in mille annis non loquitur, nec declarat ambiguitatem vocabuli familiæ,niſi in reſtitutione fideicommiſſi ſemel facienda proximiori in gradu tempore mortis teſtatoris. vt ipſe doctiſſimus Menoch. ſequens opin. Cuman. veram apertè defendit conſ.85.nume. 54. & ſequent. & vt manifeſta exceptio dictam regulam firmans aſcripta in fin.d.§.in fideicommiſſo perſpicuè oſtendit,ibi.niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit,vt aliàs expoſui.d.conſ.203. num.28.& ſequen. & alibi ſupra. quo autem ad ſecundum circa alios caſus quibus grauati proximior, proferri debeat, videndum eſt.

38 Primus n.caſus eſt, † quando teſtator intra ſuam familiam, & ſuos agnatos vocando eos conſtituit ſucceſſiuum, & longæuum fideicommiſſum de vno in alium cum tractu temporis in futurum, vt bona non exeant de familia, & in agnatione conſeruentur, & bonis ipſis iam apprehenſis, & peruentis ad inſtitutos, vel ſubſtitutos agnatos, vnus eorum vbi defecerit, proximior gradu atque deficientis, & grauati in fideicommiſſo præferri debet proximiori alio teſtatoris, ſi quis extite-
39 rit,probo per text.† in d.l.peto.§.fratre.de leg.2.vbi teſtato fratrem de ſua familia propinquum per d.l. fin. C. de verbo. ſignif. hæredem inſtitutum grauat fideicommiſſo de domo non alienanda,ſed in familia relinquenda, & caſu fideicommiſſi eueniente deciditur ordine gradus ſeruato, quemque proximiorem, qui in familia fuerit, ad fideicommiſſum primo loco inuitatum eſſe. Vnde per illum text.ex mentione gradus proximitatis, primo loco inuitati, ne ſequentium cauſa propter ſuperiores

periores lædatur primo loco admiſſus, &c. clarè habetur de gradu in gradum ad quemque proximum, primo loco inuitatum, admiſſum de ſuperioribus ad ſequentes progreſſum ſucceſſionis fideicommiſſi fieri de ſuperiori grauato, ad ſequentem inuitatum: ergo neceſſariò concluditur proximiorem grauati, & non teſtatoris attendendum fore, quia per gradus ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus: dicit tex. in l. Iuriſconſul. §. gradus autem. ff. de gradib. affin. hic enim veriſſimus eſt intellectus. d. §. fratre, & in propoſito hæc eſt iudicio meo inconuincibilis ratio, quinimò videtur deciſio legis om-
40 ninò ſeruanda, † & ſi fideicommiſſarij debeant eſſe de familia teſtatoris, & per fideicommiſſum dicantur ſuccedere teſtatori. l. cohæredi §. cum filiæ. de vulg. & pupil. Tamen cum inter fideicommiſſarios qui ſunt etiam de familia teſtatoris, requiratur ſeruari gradus prærogatiua, proximitatem reſpectu eorum & non teſtatoris, quandoq; multum etiam per gradum ignotum diſtantis ab eis attendere debemus, vt probaui, quia etiã fideicommiſſarij largè loquendo dicuntur ad inuicem ſuccedere per fideicommiſſum, vt l. nõ enim ff. ad Trebell.
41 † & fideicõmiſſarius habet iura vtilia ab hærede grauato, & in illius locum ſuccedere dicitur vt probat, Corn. conſ. 101. col. fin. ſub verſ. etiam inſuper lib. 4. poniturq; in locum primi hæredis ſecundario. Bart. in l. ſi patroni in prin. ſub num. 2: ad Trebel. text. eſt in l. ſi necem in fin. ff. de bon. libert. Bald. conſ. 46. Verba inſtitutionis, col. 2. lib. 1. & Port. Imol. conſi. 121. num. 18. 19. & ſub nu. 23. verſ. ad quartum, & facit Dec. cõſ. 516. ante num. 14. ſucceditq; teſtatori reſpectu diſpoſitionis, ſeu ordinationis, reſpectu verò verborum ſuccedit grauato, Socin. Iun. conſ. 34. col. pen. nu. 16. lib. 3. videtur ergo quodammodo eſſe ei hæres, dicit expreſſè gloſ. in verb. videâtur. in l. ſed & in illo de reb. dub. ita quoad incluſionem vel excluſionem perſonarum ſpectatur perſona grauati & non teſtatoris, Cephal. conſ. 45. num. 20.

Accedant aliæ rationes & authoritates plurimorum, qui ita tenent, & eſſe commun. opi. & obſeruantiam iudiciorum atteſtantur. vt Socin. conſi. 249. colu. 10. vſque ad 15. colum. lib. 2. conſil. 86. colum. antepen. & fin. lib. 3. conſ. 51. col. 7. conſ. 73. col. 4. lib. 4. Pariſ. conſi. 40. num. 17. conſi. 89. colum. fin. num. 41. lib. 2. conſ. 21. nume. 22. libr. 3. Ruin. conſ. 117. colum. fin. in prin. conſ. 159. colu. 3. num. 5. conſi. 166. colum. 3. ſub. num. 5. conſ. 191. colu. 3. num. 7. conſi. 203. num. 20. libr. 2. Goz. conſ. 4. nume. 17. Curt. Iun. conſ. 126. nume. 4. & ad fin. latiſſimè, Socin. Iun. conſil. 126. poſt num. 21. libr. 1. Corn. conſ. 22. colu. 6. lib. 2. conſ. 97. colum. 8. lib. 1. Rolan. à Vall. conſ. vlti. nu. 12. lib. 1. Cel. Hug. conſ. 120. num. 22. Alexand. conſ. 36. nume. 6. conſil. 38. colum. fin. num. 4. Cephal. conſ. 313. num. 56. cum ſequent. vbi de communi, & de reſponſionibus ad contraria, & allegat Clar. & Marzar. atteſtantes de obſeruantia, idem Crot. conſil. 234. num. 32. Petr. Ant. Anguſo. conſil. 80. in fin. vlt. vol. libr. 6. vbi de communi. Bero. conſil. 97. colum. 3. nume. 15. libr. ſecundo, tenet idem Alciat. in l. pronuntiatio. verſic. agnatorum. de verb. ſign. & conſil. 32. nume. 8. vbi de communi conclu. vlt. impreſ. Venet. li. 9. idem & Port. Imol. conſil. 121. ad num. 13. & Tiber. Decia. conſil. 26. nume. 44. libr. ſecundo, conſi. 25. num. 8. & ſequent. & conſil. 100. num. 6. & ſeq. lib. 3. pluribus rationibus comprobat Vaſq. Hiſpa. tract. de ſucceſ. creati. lib. 4. §. 27. numer. 4. cum ſeq. & Pancirol. Regien. conſil. 91. num. 16. & conſi. 145. numero ſeptimo, & ſequent. ex quibus in caſu iſto puto ſententiam iſtam veram, communem, & in conſulendo & in iudicando tenendam. ita dicit & Clar. in ſuo. §. teſtamentum. quæſt. 76. 6. reg. verſic. ſed hîc in fi.

42 Secundus caſus † quando teſtator in fideicommiſſo præſtando conſtituit primogenituram, vt continuò fideicommiſſum perueniat de primogenito in primogenitum vel ad proximiorem de familia alterius quàm teſtatoris, tunc fideicommiſſi præſtandi caſu cõtingente, proximior grauati potius quàm teſtatoris attendi debet, de hoc placet mihi reſpõſum datum per Gabr. Eugub. conſil. 107. faciunt quæ ſcribit Couar. cap. 38. pag. 594. verſic. etenim qui primogenitum. practic. quæſt. & hic proprie cadit allegatio cap. 1. de natur. ſucceſ. feu. ſolita fieri per doct. in materia, vt per Cephal. conſi. 313. num. 25. & ſeq. & d. §. fratre. cum allegat. ſupra proximè. Tunc etiam nepos præfertur patruo, plenè allegat. Socin. Iun. conſil. 3. nume. 10. lib. 4. Burſat. conſil. 67. nume. 25.

43 Tertius caſus † quando teſtator mandat certis perſonis nominatis, puta Franciſco, & Ioanni, & alijs de agnatione, vel familia ſua reſtitui ſuam hæreditatem, qua quidem peruenta ad nominatas perſonas, & his deficientibus ſi euenerit contẽtio inter illos de familia aliquos proximiores reſpectu teſtatoris, & aliquos proximiores reſpectu nominatorum circa prælationem in fideicommiſſo, breuiter nominatorum proximiores debent præferri, vt tenent Socin. conſ. 51. col. 7. num. 31. & ſequent. lib. 4. conſ. 86. num. 13. lib. 4. Cephal. conſ. 416. conſ. 416. num. 24. & ſequent. Alex. in d. l. Gallus. §. quidam rectè: num. 80. Alciat. in d. §. in fideicommiſſo, in prin. num. 4. allegando in margine. l. filiofam. de cond. & demonſtr. Bald. conſ. 391. nu. 3. lib. 3. & Fulg. conſ. 17. ad fin. alij allegant d. §. in fideicommiſſo penes me magis facit l. cùm auus de cond. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi: C. de fideicom. vt etiam facit penes Soc. Iun. d. conſ. 126. num. 24. lib. 1.

Quartus caſus eſt, & plures ſimiles complectendo
44 † quotieſcunque poteſt apparere etiam ex coniecturis teſtatorem prædilexiſſe, vel intellexiſſe de proximioribus grauati potius quàm de ſuis, vt ſi notarius ſcribens teſtamentum in prima perſona dicat poſt mortẽ Franciſci perueniat ad propinquos ſuos, intelligitur de propinquis grauati ratione recti ſermonis per Bart. in l. cum teſtamento. in fin. de aur. & arg. leg. Pariſ. conſil. 89. col. fina. numer. 41. vbi etiam extra hunc caſum, & de coniecturis, vt per Port. Imol. conſi. 121. ſub num. 21. verſic. & vltra. & conſi. 122. ſub nume. 10. verſic. tertius eſt caſus cum ſequent. vſque ad fin. Tunccerte proximiores grauati præferuntur per rationem. l. ſi quis eum, in fin. de condit. & demonſtr. & dict. l. cum acutiſſimi. & doct. in locis ſupra alleg. addita etiam hac coniectura ſi teſtator à principio proximioribus, ſuis præteritis vlterior, in gradu reliquerit hæreditatem ſuam. quæ ideò ſemel tranſlatibilis effecta extra proximiores teſtatoris, videtur ſemper durare ſic tranſlatibilis, arg. l. pater filium. §. quindecim. de leg. 3. cum ſi. per Rip. reſpon. 25. num. 19. libr. 2. & in l. filiusfam. §. diui. num. 64. & ſeq. de leg. 1. quibus cenſeo remanere quæſtionem hanc recte ſolutam.

45 Octauo quæro de aliquibus † circa communia de prælationibus ad fideicommiſſa, ſcitur primum in fideicommiſſo conditionali ſat eſſe tempore euenientis conditionis reperiri extare fideicommiſſarium in rerum natura etiam poſt mortem teſtatoris conceptum & natum Alexand. conſi. 26. ad. fin. lib. 3. Iaſo. conſil. 159. col. final. lib. 4. cum ſimil. per Rolan. à Vall. conſi. 38. nume. quadrageſimoſexto, 35. 36. lib. quarto, & à me ante alleg.
46 † Vnde ſi aliqui deſcẽdentes fideicommiſſarij, reperiantur eſſe nati vel concepti tempore mortis teſtatoris, & aliqui tempore adimpletæ conditionis, illi quidem exiſtentes tempore mortis teſtatoris, vti à teſtatore viſi & noti, & magis dilecti in fideicommiſſo debent præferri iſtis poſteà conceptis & natis, tenent Crot. in §. diui. l. filiusfamil. de leg. 1. nume. 164. verſi. conſidera aliquos caſus. & Curt. Iun. conſi. 57. colum. penult. num.



num. 12. & Zanch. in §. cum ita ſub nume. 81. verſic. nec obſtat. l. hæredes mei. ad Trebell. quatenùs ſe referat ad declarationem. Socin. Iun. in conſi. 172. colum. penult. lib. 2. ibi ſub num. 33. hæc eſt ſua declaratio, quòd procedit quando verba teſtatoris propriè poſſunt verificari in his quos teſtator nouerat, & ſic erga eos affectionem Cephal. conſil. 318. num. 71. quando omnes ſunt æqualis gradus & qualitatis, ſecùs ſi noti & nati eſſent alterius lineæ, naſcituri, & ignoti eſſent propriæ lineæ teſtatoris, tunc iſti vti maiori affectione iuncti teſtatori præferuntur cæteris alterius lineæ etiam natis tempore mortis teſtatoris, vt ibi per eum pluribus ſimilibus id probantem, & per Deci. conſil. 98. nu. 13. & ſeq. li. 3.

Item quando pluribus inſtitutis in diuerſis portionibus puta tribus in vna parte hæreditatis, duobus in ſecunda parte, quatuor in tertia parte, facta eſt ſimplex ſubſtitutio vt ſi aliquis dictorum inſtitutorum deceſſerit ſine liberis ſubſtituit ſuperuiuentes, caſu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ eueniente, decedentes coniunctos in inſtitutione duplici, & accreſcendi, & ſubſtitutionis ſuperuiuentes excludit alios ſuperuiuẽtes ſubſtitutos, non coniunctos in inſtitutione, per text. in l. cohæredi. §. qui diſcretas. de vulg. & pupil. tradũt ibi Bar. Imol. Aret. Alexand. Iaſo. & alij Iaſ. conſ. 143. colum. penult. verſic. 4. quia lib. 4. Curt. Iun. conſi. 22. num. 8. Alexand. conſil. 109. nu. 4. 5. li. 2. Dec. conſi. 186. col. 2. verſi. 3. non eundo Aym. conſ. 43. nu. 2. Ruin. conſi. 101. colu. penult. num. 19. libr. 2.

Pone etiam † fideicommiſſum eſſe reſtituẽdum fra-
47 tribus, & fratres reperiuntur eſſe ex diuerſis parentibus, pro eorum recta admiſſione ad fideicommiſſum diſtinguendum eſt. Nam aut teſtator eſt pater communis dictorum fratrum, tunc omnes fratres admittuntur ad fideicommiſſum, quia quoad patrem omnes ſunt filij, & æquali affectione iuncti, vt alibi allegaui, & repetito, Alexand. conſ. 30. colum. prima, ver. tamen in hoc. li. 2. Crot. in l. filiusfamil. §. Diui. num. 162. de leg. 1. Dec. conſil. 304. colum. 1. num. 2. Bero. conſil. 90. colum. fin. conſ. 145. colum. penult. & fin. li. 2. Guald. de arte teſtan. tit. 5. cau. 21. Rip. in l. Lucius. colum. final. de vulg. & pupil. Soci. Iun. conſi. 65. nu. 5. & per tot. lib. 3. Alben. conſi. 29. nu. 18. 19.

Aut teſtator eſt vnus ex fratribus, & grauat puta filiam, vel vxorem ad reſtituendum fratribus ipſius teſtatoris, tunc ſanè præferuntur fratres vtrinque coniuncti, qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, excluſis vterinis, vel conſanguineis tantùm, vt decidit Caſtr. in leg. fin. col. fin. nume. 6. C. de verb. ſignific. quem ibi Iaſo. ſequitur in colum. fin. in 6. not. & Ruin. conſi. 169. colum. 3. ſub num. 7. li. 2. Pariſ. conſi. 49. nu. 18. lib. 2. conſ. 59. nu. 41. lib. 3. Socin. Iun. conſi. 94. nu. 14. lib. 1. quia proximiores in ſuccedendo ab inteſtato præferũtur, dicto. §. in fideicommiſſo & dicto. §. fratre. Caſtr. in conſi. 159. ſuper 1. col. 1. li. 1. cum ſimilib.

Aut teſtator extraneus eſt, & grauat hæredem, vel legatarium, ad reſtituendum fratribus ipſius hæredis, vel legatarij, tunc etiam huius fratres vtrinque coniuncti præferri debent, quia iſti propriè dicuntur fratres, Iaſo. in l. fratres. colum. 3. in princ. ff. de pact. & Io. de Guido. in conſi. 64. nu. 9. & ſeq. inter diuerſ. conſ. vlt. volũt. vol. 1. & verba teſtatoris propriè ſunt intelligenda. l. non aliter. in princip. de l. 3. l. ſi alij. de vſufruct. l.

Limita prædicta tamen locum non habere in pluribus patruis vocatis, qui dummodò ſunt in gradu pari, non impedit, quòd vnus ſit vno latere, & alius vtroque latere iunctus, nihilominùs omnes admitti debent, vt latè diſcutiendo probat Bal. conſ. 424. punctus talis eſt, Titius. lib. 3.

48 Contendunt aduerſus hæredem † legatarius, & ſubſtitutus, cui à legatario res legata reſtituẽda eſt, vel executor, & fideicommiſſarius, nempe legatarius ius directum habens fideicommiſſario obliquum ius habenti, & executori ſolùm miniſterium habenti, fideicommiſſarius proprium ius habens præferri debeat. leg. ſi quis ſeruum. §. certam. de leg. 2. & ibi doct. de primo & de ſecũdo. l. ſi à plurib. in princ. de legat. 1. & ibi doct.
49 † aſſignatio enim debet fieri, qui habet plurimum iuris, Bald. in l. fin. in princ. ad fin. com. de l. per l. ergo. de acquir. rer. domin. facit & gloſ. in verbo duplic. in c. duo mala. 13. diſ. cõcurſus plurium iurium inducit præualentiam dicit Bal. in l. in teſtamento. col. 3. nu. 10. in fi. C. de teſta. mil. faciunt adducta per Dec. conſ. 542. col. fin. nu. 12. cum ſeq.

50 Vbi denique ita † ambiguum eſt quis præferri debeat, quòd aliter id nequeat dirimi, niſi vel gratificatione vel ſorte, tunc coniecturis hinc inde paribus in plures ſe admitti contendentes, locus erit gratificationi, d. leg. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. de leg. 2. & ibi gloſſ. fin. in fin. citat leges concord. & ibi Alber. & Abb. ſub nu. 4. Imol. ſub nu. 12. in capit. indicante. de teſta. Io. Licerier. de primogenitu. in quæſt. 6. primi lib. num. 5. & in quæſt. 10. d. lib. dixi conſil. 90. num. 14. 15. lib. 1. & Pariſ. conſ. 72. num. 30. 31. libr. 2. circa autem neceſſaria non eſſe locum gratificationi limitat Dec. conſilio 542. columna fin. ſub num. 2. & iura gratificandi nũquam competunt niſi eſſent à iure conceſſa, ne detur diſponere de iure tertij Bal. in ca. 1. colum. pen. ver. in contrarium videtur. de alien. feu. Caccialup. in leg. omnes populi. ſub nu. 113. de iuſt. & iur. intelligitur de ſuo & non de alieno quem poſſe alij gratificare Bal. conſil. 38. dominus Thomas col. 2. nu. 5. li. 1.

51 Sorti † verò locus erit dubio exiſtente circa portiones eligendas, per l. 2. C. quando & qui. quar. pars. lib. 10. gloſſ. in leg. ſi legatus. §. multum. ff. ad Trebel. & dubio exiſtente in iure, & non in facto. Bart. in l. ſi duo nume. 5. ff. vti poſſid. Caſtr. in leg. huiuſmodi. §. fin. de leg. 1. & ibi Alexan. & filij, Ripa in leg. quominùs. numer. 55. & ſequent. de flumin. vbi plura de ſorte adducit, & Felin. in cap. capitulum. col. antep. & pen. de reſcript. retuli d. conſ. 99. num. 18. addo & latiſſ. per Io. Licerier. Pariſ. d. tract. de primogenitur. in 4. concluſ. 11. q. primi. li. de teſtando iudicium ſortis, eſt not. tex. in l. generaliter §. quis ergo ſtatuet. ff. de fideicom. libert. à ſorte non datur niſi appellatio ſit enormis læſio, & poſſit alio remedio reparari, nec aduerſus ſortẽ minori datur reſtitutio in integrum, Ant. Nicel. tract. de concord. glo. nu. 86. quia in ſorte diuina indicatur voluntas, qua ſuperior nemo eſt. c. ſors. 26. q. 2. Bal. in l. fin. in prin. vbi text. Bart. Salyc. & alij C. com. de leg. & plura etiam per Dec. in cap. licet cauſ. nu. 28. de probat. Afflict. de iure protomis. §. 1. nu. 45.

Præterea ſuperſunt aliqua etiam breuiter vidẽda de
52 clauſulis teſtamentorum his, † ita tamen, itaque, adeo quòd, & ſimil. apponi ſolitis, quandoq; ad limitationẽ, taxationem, & reſtrictionem præcedentium vocatorum ad fideicommiſſa, quandoque ad declarationem, augmentationem, & ampliationem, ſed de his certa & firma interpretatio dari non poteſt; niſi quatenùs præcedentia demonſtrant, quòd talia ſint, quæ debeant limitari, & reſtringi, vel talia appareant, quæ declarationem, & ampliationem recipere valeant, prout etiam formulæ ipſarum clauſularum ſonant, vel in reſtrictionem, vel in ampliationem. His ergo diligẽter in occurrentia facti, tu quiſquis es vltimarum voluntatum interpres, magis ſcire potes, arg. l. 3. in princ. ff. de teſti.
53 Nam dictio, ita tamen, ſtat limitatiuè, & reſtrictiuè per text. in l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Treb. in l. pro hærede. §. ſi quid tamen de acqui. hæred. Aret. in l. 1. §. pupillus in princ. ver. hæc tamen expoſitio. de acquir. poſ. Ruin. conſ. 18. col. 3. nu. 2. conſ. 74. col. pen. nu. 17. lib. 2.

item Aret. in l. ſi plurib. in 4. not. de leg. 1. Capr. deciſ. 108. num. 7. idem dictio, ita quòd, habet naturam taxatiuam, & limitatiuam per eadem iura, Aym. conſi. 201. num. 41. conſil. 25. nu. 26. de dictione, ita tamen, & venit ad præcedentia declaratiuè, Pariſ. conſil. 1. num. 23. conſ. 22. num. 39. libr. 3. Dec. conſil. 227. colum. 3. num. 6. ita quòd prolata ad augendum non operatur diminutionem, Ruin. conſ. 152. colum. fin. verſic. nec iſto caſu. lib. 2. ita debet declarare, & ampliare præcedentia actiuè, & paſſiuè, Pariſ. conſi. 90. nu. 26. 27. num. 33. ſtatque ampliatiuè Ang. poſt Guilliel. in l. nulla. verſic. hæc lex. inducitur. ff. de legi. Hier. Ianet. inter conſi. Socin. conſi. 100. nu. 8. lib. 4. Bero. conſi. 77. ſub nu. 16. li. 2. Pariſ. d. conſ. 1. nu. 24. Adeo quòd ſignum eſt ad ampliandum. probaui in conſil. 110. num. 9. lib. primo, ita quòd, etiam ſtat diſpoſitiuè, ſeu habet vim modi neceſſitatem importantis, Capyc. deciſ. 108. nu. 6. & ſequent.

## DVBITATIO V. QVÆ BONA veniunt in fideicommiſſa his ſoluitur VI. ſolutionibus.

Prima quòd veniant in fideicommiſſo teſtatoris bona propria, & omnia ſi fuerint alienata, aliàs quarta, quando fuerit dictum, bona quæ ſuperfuerint tempore mortis hæredis grauati, & peruenta ad grauatum ex vulgari, ex fideicommiſſo, ex prælegatis permutata, empta ex pecunijs hæreditarijs, recuperata, reuerſa ad ius hæreditarium.

Secunda, veniunt, & fructus, quando omnes, ſubintellecta fideicommiſſi reſtitutione, quãdo poſt moram, quomodo, & quando ſit inducta mora.

Tertia, veniunt bona, quæ grauatus habet à teſtatore iure vltimæ voluntatis & non contractus, quando feudalia, emphyteutica, & ſola reperta penes grauatum, dum eius abſit culpa.

Quarta, venit in fideicommiſſo illud quodupereſt factis debitis detractionibus, pro funeris impenſa, creditis hæredis grauati, debitis hæreditarijs, legatis ſolutis per grauatum, quando pro his ratio habenda ſit fructuum pro grauato, qualiter fiat ſatisfactio, ſolutiones plures & vtiles in practica afferuntur.

Quinta detractio melioramentorum continet plura hîc diſcuſſa.

Sexta detractio pro legitima, & Trebellianica, quatenùs facienda diffuſè complectitur plurium notabil. dubitationum ſolutiones, & concluſiones.

QVintam aggredior dubitationem ſuper bonis, quæ fideicommiſſo ſubiecta dici poſſint, eiuſdem enim dubitationis inueſtigatio, & ſolutio perutilis eſt, & omninò neceſſaria, ſcilicet inuenire rem, quæ ſub fideicommiſſo veniat, quoniam ſine re fideicommiſſum quærit, vultq; nemo, quinimò corruit omnis diſpoſitio teſtamentaria re non extante, cum vnum de tribus requiſitis ad eam conficiendam eſt res vt latè probatum eſt ſupra li. præceden. interpr. 2. dubit. 1. ſolut. 1. in princ. & ſolut. 3. in princ. & hoc eſt quòd quærebatur quantum eſſet in fideicommiſſo per Iuriſconſ. in l. cum quis vxori. §. mulier. de dot. præleg. Res igitur & bona, quæ fideicommiſſo veniant reſtituenda cognoſcuntur his trib. inſpectis.

Primo quòd ſint bona teſtatoris rogantis.

Secundo quòd ea bona grauatus habeat à teſtatore iure vltimæ voluntatis, & non alio iure.

Tertio quòd factis debitis deductionibus per grauatum, ea tantum quæ ſuperſunt bona veniunt in fideicommiſſo.

### ¶SVMMARIVM.

1 *Bona ea veniunt in fideicommiſſo quæ fuerunt teſtatoris grauãtis & non alia, ideóque hæredis facultates propriè non tenebuntur fideicommiſſo, & tantò magis quãdo teſtator dixerit de ſuis bonis reliquit, ſua hæreditas perueniat, & non ſufficit quòd ſint ſimpliciter repertæ in hæreditate per teſtatorem detentæ, & vt ibi.*

2 *Bona reſtricta per teſtatorem fideicommiſſo ſubiecta ad ea quæ ſuperſuerint, vel quæ reperientur tempore mortis grauati, omnia veniunt ſub fideicommiſſo ſi ea grauatus non alienauerit, qua facta per grauatum valet alienatio de tribus quartis patrimonij teſtatoris, & alia quarta remanet reſtituenda fideicommiſſario etiam facta alienatione via vltimæ voluntatis, & quòd poſſit etiam quartam illam cõſummare ex cauſis, & quòd fideicommiſſum quando non dicatur factum in omnibus bonis vide ibid. pulchrè.*

3 *Bona in eo fideicõmiſſo veniunt quæ ex diſpoſitione teſtatoris ad grauatum peruenerunt, aut ex vulgari & pupillari ſubſtitutione præcedente grauamen fideicommiſſi ſecundùm ordinem ſcripturæ & intellectus, vel intellectus, tantum aut ad grauatum peruenerunt ex fideicommiſſo, obſeruata diſtinctione per Bar. de qua ibi, aut quæ iure accreſcendi, vel ſubſtitutionis vulgaris grauatus habuit & vt ibi.*

4 *Bona in fideicommiſſo an ea veniant quæ grauatus habuit ex prælegatis, & dic quãdoque venire, & quandoq; minime, vt ibidem latius per multos caſus deducitur, ad quem locum te remitto.*

5 *Bona permutata, cum bonis ſubiectis fideicommiſſo cenſentur pariter fideicommiſſo ſubiecta.*

*Fallit in bonis alijs permutatis cum iſtis iã proxima vice permutatis cum illis verè ſubiectis fideicommiſſo, etiamſi teſtator conceſſerit bonorum ſuorum permutationes fieri poſſe, quia non erunt ſubiecta fideicommiſſo.*

6 *Bona acquiſita ex pretijs bonorum alienatorum fideicõmiſſo ſubiectorum per grauatum ignorantem fideicommiſſum, an & quando veniant fideicommiſſario reſtituenda, an non ſolùm pretium, & non res comparata. Iſ venire quòd ad vendentem peruenerit, dic & dec. vt ibi.*

*Quid ſi grauatus erat ſciens fideicommiſſi, & emit fundum ex pretio bonorum fideicommiſſi ſubiectorum, & tũc venit acquiſitum ſi nomine hæreditatis vel fideicommiſſarij emptum fuerit, aliàs ſecus: quia bona alienata remanerent vendicanda ſub fideicommiſſo.*

*Et quando pretium ſit reſtituendum fideicommiſſario, non res empta, dic vt ibi latè, cum num. ſequ.*

7 *Petrum extractum de bonis fideicommiſſario ſubiectis, & ex eo res ſit aut fundus emptus, venit ſolum ipſum & non res empta in reſtitutione, quando venditio talium bonorum fuiſſet facta per ignorantem fideicommiſſum ignorantia.*

*Vel quando fuiſſet talis res vendita cum conſenſu fideicommiſſarij, tunc illi pretium ſolum eſſet reſtituendum, & non res empta.*

8 *Bona lege permittente, vt cauſa dotis alienata per grauatũ de bonis fideicommiſſo ſubiectis, valebunt alienata: at tantundem grauatus, poſteà de bonis quæſitis, debet ſatisfacere fideicommiſſario, ſcilicet de quæſitis ex fructibus bonorum, poſtea medio tempore perceptis.*

9 *Hæres de fructibus perceptis iudicio teſtatoris tenetur ſupplere fideicommiſſum, ſi pendente conditione vel die, res hæreditariæ ſunt peremptæ.*

10 *Bona in fideicommiſſo vniuerſali veniunt vendita per teſtatorem cum pacto retrouẽdendi recuperata per grauatum hæredẽ etiã de pretio ſuo, vt præſumitur ſatisfactio.*

*Item veniunt & iura conditionalia hæreditatis.*

*Et data per teſtatorem in vita vni filio grauato pro parte ſua non via contractus irreuocabilis.*

*Item mobilia & merces continentur.*

*Item & credita teſtatoris exacta per hæredem grauatum, & vt ibi.*

11 *Item fundus acceptus per hæredem à debitore in ſolutum, vti quid hæreditarium venit in fideicommiſſo vniuerſali.*

12 *Item prædium legatum Caio vſufructuandum toto tempore vitæ ſuæ, eo mortuo prædium reuertitur ad ius hæreditarium, ſic prædium cum iure hæreditario venit in fideicommiſſo, Titio inſtituto hærede vniuerſali & poſt mortem grauato ad reſtituendam hæreditatem Sempronio.*



### ¶SOLVTIO I.

1 PRIMVM capio de bonis, quæ in fideicommiſſo veniunt: † indubitati enim iuris eſt, ea venire bona in fideicõmiſſo, quæ teſtatoris & grauantis fuerũt, & non aliena: vt l. ex facto. in princ. & ibi Gloſ. & l. cogi. in prin. & §. 1. & l. Lucius. §. idem quæſijt. ad Trebel. l. cohæredi. §. cum filiæ. & ibi expreſſa glo. in ver. Tenebuntur. de vul. & pupil. l. precib. in ſin. C. de impub. & al. ſubſti. l. qui vxori. in fin. de aur. & arg. leg. qui habeat. in princ. de l. 3. ita facultates propriæ hæredis grauati fideicom. non tenebũtur, d. §. cum filiæ. & l. ſequen. de l. 2. & l. cum pater. §. fidei tuæ. eo & ibi Bal. not. & conſ. 300. tamen legitimam, nu. 4. li. 4. conſ. 421. quòd domina Conteſſina. circa med. li. 5. Alcia. conſil. 204. eſt tam eleganter. nu. 5. li. 9. iterum incidet dicendum in ſeq. 2. ſolut.

Secundò eo magis dicendum eſt teſtatorem ſubieciſſe fideicommiſſo bona propria, & non aliena quando dixerit de ſuis bonis reliquit, ſua hæreditas perueniat, quia dicendo ſua bona, & maximè per genitiuum, ipſius teſtatoris, bona ea intelliguntur venire, in quibus teſtator dominum, vel quaſi habebat: Alexand. conſi. 171. colum. ſecunda, num. 3. verſi. ſecundo. præſuppono. lib. 6. & Corn. conſil. 114. colum. fin. verſic. coadiuuantur præmiſſa. 3. vbi ex hac præfatione etiam communi volens de ſuis bonis diſponere, demonſtratur non de bonis hæredis, ſed de ſuis teſtatorem feciſſe relictum, idem Bertrand. 81. part. 1. volum. 2. Borgni. Fiuiza. tracta. de vſufruct. mul. numero. 108. Marzar. Vicenti. de fideicommiſſ. part. ſecunda, quæſtio. 4. per Baldum. in l. cum rem alienam. columna fin. ſub numero 10. ibi. adijciendo meam. C. de l. & Bartol. & alij in l. ſerui electione. §. fin. num. 3. de legat. 1. Pedemo. Deciſ. 85. in fin. cum ſimil. ſupra eodem. li. interpr. 1. dubit. 2. ſolut. 1. verſi. ſuis bonis. per mea allegat. Et quia dicendo, Sua hæreditas perueniat, intelligũtur in fideicommiſſo hereditatis cõprehendi res, quæ fuerint hæreditariæ de iuribus teſtatoris, & non ſufficere quòd ſimpliciter ſint repertæ in hæreditate per teſtatorẽ detentæ; per l. in fideicommiſſ. §. quoties. per Gloſſ. in verſi. legatum. & text. ibi in l. ſi res aliena, ad Trebel. tradit Alexan. conſi. 90. 1. ſub nu. 14. verſicu. comprobatur etiam, & ſub num. 17. verſicu. ſed ad hoc libr. 1. & Riminal. Seni. conſil. 257. num. 27. Aymo conſil. 144. colum. 2. verſicul. non obſtant modo.

2 Tertio cum teſtator reſtrinxerit † bona fideicommiſſo ſubiecta ad ea quæ ſuperfuerint, vel quæ reperientur tẽpore mortis grauati, & grauatus ea non alienauerit, omnia ſub fideicommiſſo veniunt, Cyn. ad fin. Bald. ſub numero nono, Salyc. ſub numero tertio, vbi quod communiter per doct. & Fulg. ſub numer. 4. vbi cæteri penè omnes doct. in auth. contra rogatus. C. ad Trebel. per l. Titius. ff. eo. & l. ſed & ſi leg. §. quod autem ff. de petit. hæred. Corn. conſil. 242. colum. 6. libr. 4. Si vero grauatus alienauerit, valet alienatio de trib. quartis patrimonij teſtatoris, & alia quarta remanere debet reſtituenda fideicommiſſario per ius nouiſſimum authenticorum vt §. nobis ergo rectè. in auth. de reſtitutio. conſtitutio. no. & exinde ſumpta authen. contra rogatus. C. ad Trebell. & ibi gloſſ. & doctor. & Guid. Pap. in quæſt. 520. teſtator. & conſil. 122. num. 12. verſic. ad ſextum. Corn. conſil. 275. colum. penult. libr. 4. & valet alienatio facta per grauatum etiam via vltimæ voluntatis contra Alexand. poſt Cuma. in dicta. leg. Titius. ſequendo Bald. in d. auth. contra rogatus. num. 10. latiſſimè probat Socin. conſil. 123. viſo conſil. lib. 3. maximè per verba text. in dicto §. nobis ergo rectè. ibi alijs omnibus eius poſitis poteſtate, & licentiam habere eum his ſicut voluerit vti, quemadmodum perfectis dominis competit, & quartam ipſam poteſt grauatus etiam conſumare ex cauſis ibi in text. enumeratis, & per doct. de his in dict. auth. contra rogatus ſane fideicommiſſum non dicitur factum in omnibus bonis, quando teſtator dixerit in his bonis hæreditarijs ipſius teſtatoris, quæ tunc ille taliter decedens, in eorum bonis & hæreditate reliquerint, Curt. Sen. conſil. 43. nu. 37. 38. vltra ibi alleg. facit Bar. in l. ſi ita. colum. 2. in fin. num. 5. de aur. & arg. l.

3 Quarto veniunt † ea in fideicommiſſo, quæ ex diſpoſitione teſtatoris ad grauatum peruenerunt, aut ex vulgari & ex pupillari ſubſtitutione præcedente grauamen fideicommiſſi, ſecundùm ordinem ſcripturæ & intellectus, vel intellectus tantum, per l. qui fundum. §. qui filios. ad l. Falc. tradit Bart. in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. ſub nu. 2. ad Trebel. quem ibi Caſt. ſub nu. 4. in ſua diſtinctione, Imo. circa fin. & Alexan. latè diſputando in 5. col. ſequuntur, & Corn. conſil. 182. ad fin. lib. ſecundo, & conſil. 158. colum. 4. verſ. licet autem. lib. 3. Gui. Pap. in deciſ. 303. verſic. vlterius circa præmiſſa. & firmat Pariſ. conſil. 36. numer. 39. lib. 2. Caſtr. conſil. 239. pro declaratione colum. 2. in fin. verſicul. 3. principaliter. lib. 2. & Petr. de Anchar. inter conſ. Cald. conſil. 24. titul. de teſtam. Caſtr. conſil. 416. iſta domina Sancta. colum. 1. in fin. lib. 1. vbi de deuolutis ex pupillari venientibus in reſtitutione, & de bonis teſtatoris, & non de alijs, tenet Bal. conſil. 97. Videtur, quòd filius. lib. 4. & conſi. 103. ideò dicto teſtamento vltra med. & conſil. 272. iſte adultus. eo. & conſil. 216. ſuper præmiſſo. libr. 5. aut ad grauatum peruenerunt ex fideicommiſſo obſeruata diſtinctione per Bart. in l. Marcellus. §. quidam liberis. nume. 9. ad Trebel. & ibi per al. & in l. hæredes mei. §. cum ita eo. ibi maximè Alex. colum. 2. Ang. in l. cum virum. ver. reſtat. C. de fideicom. Bart. conſi. vlti. Dominus Cato. ad fin. Capr. conſil. 49. num. 10. 11. Alexan. conſi. 66. colum. fin. li. 2. eſt com. opin. per Dec. conſil. 597. nu. 7. & Pariſ. d. conſil. 36. nu. 22. conſil. 48. num. 20. & conſil. 83. colum. 3. num. 16. lib. ſecundo, Goz. conſil. 81. nu. 12. & ſequent. aut quæ iure accreſcẽdi, vel ſubſtitutionis vulgaris grauatus habuit, Bartol. in d. §. quidam liberis. num. 7. 8. & ibi cæteri firmant, & Ruin. conſil. 94. nu. 9. lib. 2.

4 Aut quod † ex prelegatis habuit grauatus venit in fideicommiſſo, & quandoque non venit, venit enim quando teſtator aſſignando æquales, vel parum differẽtes portiones pluribus hæredibus de omnibus bonis vel maiori parte diuidendo inter eos etiam grauatos fideicommiſſo, vt Barto. & Caſtr. in leg. quid ergo. la 2. de leg. 1. & in dict. §. quidam liberis, numero 1. & Corn. conſilio 273. columna penu. verſic. & inſuper. libro 4. Ruin conſil. 116. numero. 8. libr. 2. & Dec. conſil. 254. col. 2. & quando prælegata præcedunt grauamen, vel quando grauamen eſt conceptum verbis vniuerſalibus, vt quicquid peruenerit, vel omnia bona reſtituantur, Bartol. in d. §. quidam liberis. numero. 9. per l. cum virum. C. de fideicomm. vbi de hac materia etiam per omnes & Alexand. conſil. 25. num. 2. libr. 1. repetitio. in conſilio 262. numero 3. libro ſexto. & maximè quando

prælegata capiuntur iure hæreditario, Corn.conſil.105. colum.1.verſicu.his tamen non obſt.lib.4.etiamſi diceret omnibus aliis ſuis bonis inſtitutio & ſubſtitutio fideicommiſſaria, Goz.conſi.30.nume.8.Anton.de Butr. conſil.68.Curt.Iun.conſil.13.ad nume.4.& ad fin.& ex pluribus per Pariſ.conſi.18.num.15.& ſeq.lib.3.vbi maximè quando prælegata abſorbent maiorem partem hęreditatis,& vt per Dec.conſ.254.colum.2.

Non venit autem in fideicommiſſo, quòd grauatus de prælegatis præcepit, quando puta, legatum dotis factum pro augmento vel æqualitate dotis eſt illud, de quo agitur, vt veniat.Aret.conſil.193.breuitate vtendum eſt, & quando eſt factum quaſi in recompenſationem crediti, Caſtr.conſil.398.& circa primum. ad fin. verſ.pręttereà non poteſt.& conſ.ſeq.verſic.2.quia libro ſecundo, alia ſua ratio fundata clauſula notariorum, in omnibus alijs ſuis bonis, &c. improbanda eſt, vt per Ant.de Butr.Goz.& Cur.Iun.modo alleg.& per ea quæ ſcripſi ſupra eod.lib.interpr.1.dubit.2.ſolut.1.& quando aliquo modo poteſt apparere de voluntate teſtatoris, quòd non veniat, vt per Bartol.in d.§.quidam.nume.2. Cuma.conſi.37.quidam legauit ſub verſi.ad ſecundum. Fulg.conſil.100.quidam A.colum.fin.per verba, liberè, & expeditè,& pleno iure in prælegato inſerta, & Corn. conſil.91.colum.4.verſicu. quia reſpondetur.lib.1. Pariſ.conſi.79.nume.2.lib.2.& quando prælegatum eſt factum poſt ſubſtitutionem fideicommiſſariam, Iaſ.conſi. vlt.175.col.ſecunda,verſic.in primis moueor.lib.4.cum concord.per Cephal.conſil.379.nume. 46.& quando prælegatum eſt de eo,quod eſt extra patrimonium teſtatoris,Corn.conſil.114.ad fin.lib.3.& quando prælegatũ omninò per teſtatorem fuit ſeparatum ab alijs ſuis bonis hæreditariis,vt Ruin.conſil.65.nu.16.lib.2.& quando grauatus fuiſſet prohibitus alienare fauore cohæredum, & quando legatum fuiſſet factum pro credito legatarij,Boër.in deciſ.280.ad fin.vbi more ſuo per tot. deciſ. vadit diſcurrendo materiam, quædam ex his, & alia pro limitationibus firmat Alexand.in d.§.quidam. col.1.& ſeq.& Iaſ.in d.l.cum virum.col.1.C.de fideic. Adde quòd prælegata veniunt vel non in fideicommiſſo,prout fideicommiſ.verba ſunt apta, vel non ea comprehendere Ber.conſ.79.nume.19.facit Ceph.d.conſi. 379.num.48.49.& Rim.Sen.conſil.248.ad fin.in ſpeciē Ioan.de Monte Sperello.conſ.100.num.3.& ſeq.inter diuerſ.conſil.vlt.volunt.vol.1.

Bona inter plures fratres reciproca fideicommiſſo grauatos obuenta ad alterum ab inteſtato,ſic etiam formiter probanda vti propria effecta illius ita ſuccedentis, & poſteà decedentis non venire in fideicommiſſo not.probat Ang.in d.l.cum virum ad fin. verſi. attende tamen.C.de fideicom.

Quinto de his dubitari poſſet an in fideicommiſſo veniant, ideò ſcire oportet, quòd bona permutata cum bonis fideicommiſſo ſubiectis cenſentur pariter fideicommiſſo ſubiecta, probat Iaſ.conſilio 231. iſti impuberes colum.1. libro 2. ſequitur & bene comprobat Tiraq.de retract.tit.1.§.32.gloſſ.in nu.26.27.28.repetit in l.boues.§.hoc ſermone.in 14. limit.nu.fin.& Marzar. Vicenti.conſi.22.Menoch.conſi.70.nu.8. Quod locum non habet in alijs bonis permutatis cum iſtis iam prima vice permutatis cũ illis verè ſubiectis fideicommiſſo, etiam quòd teſtator conceſſerit ſuorum bonorum permutationes poſſe fieri,vt Iaſ.ipſe probat con.36.col. fin.lib.3. breuitati ſtudens, iura, & rationes non refero, cum ibi per eum videri poſſint.

5 Si ex † pecunia, argentis, maſſaritijs vel alijs reb. repertis in hæreditate per ignorantem fideicommiſſum fuerit emptum prædium, idque repertum fuerit penes grauatum tempore quo ceſſit dies fideicommiſſi, id ipſum prędium cadit in fideicommiſſum vniuerſale, cum pretium ſuccedat loco rei,l.imperator.§.fina. cum dub. l.ſeq.de leg.2. non offerente ipſo grauato, vel eius hærede id quod verè habuit de bonis hæreditarijs, vt pe Bar.in d.§.fin.ſub numer.1. prima diſtinct. & Caſtr. hoc tenet conſil. 289. in caſu ſupraſcripto. verſicu. & poſito quòd fuiſſet.lib.ſecundo, cum eo tranſit Ruin. conſilio 97.colum.pen.nume.12.lib.5. clarius idem Caſtr. tenet conſilio 468.ad primum quo quæritur.colum. fin.verſi. reſpondeo quantum.lib. 1. probat & hoc Alcia.conſilio 110.ſubſtitutione fideicommiſſaria.num.2.3. 4. libro 9. impreſ. Venet. tranſeundo cum inclyto collegio Ferrarien.idem pobat Iaſ.conſil.43. ad fin. libr. 3. eſt text.in l.item veniunt.in prin.ff.de petit.hæred. Alexan. conſil. 21.num.3.& conſil.51.col.3.nume.12.lib.6. & Iaſ. conſil. 231.ad fin. libro ſecundo, quinimo acquiſita ex pretijs bonorum alienatorum fideicommiſſo ſubiectorum, ſimpliciter venire in reſtitutione, tenet & non bene ita ſimpliciter Aymo conſil.295.colum. pen. numero 4.in ſeptimo dubio, & non bene hoc caſu de pretio bonorum alienatorum, quia non immediatè, & directo, ex rebus hæreditarijs, ſed per circuitum dicitur acquiſitum,quòd non veniret in reſtitutione,ſed pretium quatenus bonæ fidei, & ſic ignorans fideicommiſſum vendens factus eſt locupletior, per l.ſed & ſi.§.1.ff.de petit. hæred.vbi eſt text.expreſſus,quòd venit pretium, & non res ex eo comparata,& ſic contra dictum reſponſum Aymo,& prout tenet Barto.in d.§.fin.d.l.Imperator. quòd id veniat,quod ad vendentem peruenerit, ſcilicet pretium,per l.fina.de legat.2.& de hoc Burſat.Mant.conſi. 13.num.75.Ruin.conſ.114.col.pen.verſi.& ſimiliter.lib. 2.idem pretium ſolutum tantum venire pro fideicommiſſario, vel ſciente,vel ignorante emptore tradit Soc. conſ.16.col.pen.& fin.lib.3.

6 Si autem † ex pretio bonorum fideicommiſſi alienatorum per grauatum ſcientem fideicommiſſum, fuerit emptum prędium,id quidem non venit in fideicommiſſo,niſi fuerit emptum nomine hæreditatis, vel fideicommiſſarij per gloſ.in d.l.Imperator.§.fina.quam ibi Cuman.& Imol.approbant, & eſt ſimil.gloſ.in d.l.item veniunt in princip.ſeq.Angel.in d.l.in fideicommiſſi nunquam.ff.de vſu.vbi generaliter illud in vniuer... bus pretium & rem ex pretio emptam ſuccedere loco rei intelligit eſſe verum quando res fuit empta hæreditario nomine, aliàs ſecùs,idem in ſpecie firmat Capra conſil.88.col.fin.& Alciat.conſil.66.in caſu ad nos.ſub nume.20.lib.9.Sed ipſa bona alienata remanent ſub fideicommiſſo vendicanda,vt l.fin.§.ſin autem ſub condi-

7 tione.com.de leg. † pretium verò dico rurſus remanere in reſtitutione, quando venditio rei ſubiectæ fideicommiſſo facta eſſet per ignorantem ignoranti fideic.per text.fin.in d.l.fin.§.fin.de legat.ſecundo,de quo vide ibi per docto.& Alexand.in l.Marcellus.§.res quæ.& in l. quidam teſtamento.§.fin. colum.1.& ſeq.ad Trebel.& in conſil.184.in fin.lib.ſecundo.conſ.3.nume.1.2.lib.3. Iaſ.in auth.res quæ.commu.de leg.Caſtr.conſ.94.conſ. 263.in fi.lib.2.Soci.conſil.49.col.fin.lib.1.Caſtr.conſil. 247.nu.5.lib.1.Corn.conſil.133.lib.4.Cur.Iun.conſ.88. num.6.Dec.conſ.38.col.4.in fin.conſ.236.ad num.7.in 7.dub.Soc.Iun.conſ.129.nu.19.20.21.conſ.137.nume.5. lib.1.Ruin.conſ.111.in fin.conſil.118.num.4.& ſeq.lib.2. remiſſiuè etiam meminit Marzar.de fideicom.2.part.q. 46.verſi.de hærede grauato, copulatiuè debet concurrere ignorantia grauati vendentis & emptoris Neuiz. conſil.32.nume.10.& Pedemont.deciſ.73.Pretium item venit in reſtitutione rei fideicommiſſo ſubiectæ venditę cum conſenſu fideicommiſſarij, diffusè probat Cornel. conſil.340.col.pen.lib.1.& Curt. Iun.conſil.4.col.pen. num.22.vbi de commun.& conſ.24.ſub num.7.

8 Prætereà quatenus † bona etiam lege permittente, veluti cauſa dotis per grauatum fuerint alienata de bonis



nis fideicommiſſo ſubiectis, eatenùs de bonis poſtea quæſitis debet grauatus fideicommiſſario ſatisfacere, Ruin. conſil.137.ad fin.lib.2.facit l.Titius. & l. pen. ad Trebel. intellgerem de quæſitis poſtea ex fructibus bonorum medio tempore perceptis,arg. l.ſi is qui quadraginta.eo.& l. in fideicommiſſi. §. nonnunquàm de vſufru.& l.deducta.§.qui poſt tempus. & ibi Caſtr. & Alexand.not.ad Trebel.quòd † hæres de fructibus perce-

9 ptis iudicio teſtatoris tenetur ſupplere fideicom. ſi pendente conditione vel die, res hæreditariæ ſunt pereptæ. idem Rip. in l. fideicommiſſaria.nu.18.eo.

Item † bona per teſtatorem vendita cum pacto de

10 retrouendendo poſteà per hæredem grauatum recuperata & de pretio vt præſumitur ſuo ſatisfacto, veniunt in fideicommiſſo,Dec.conſi.88.colum.2. num.3.conſil. 238. colum.fin.verſ. quinto per Marz. Vicent.de fideicommiſ. part. 2. quæſt. 6. veniunt & iura conditionalia hæreditaria, Alciat.conſ. 155. placet ſententia.nu.4.lib. 9. & veniunt data per teſtatorem in vita vni grauato puta filio pro parte ſua, non via contractus irreuocabilis Corn. conſi.273. colum.penul. li. 4. pecuniæ,mobilia, & merces in fideicommiſſo vniuerſali continentur, Alciat.conſi.30. numer. 1. lib.9. Marz.Vicent. de fideicommiſſ.part. ſecunda, quæſtio. 5. vbi aliqua aduertit, & in ſequen.vſque ad 10.quæſt. aliqua alia ſcribit, quæ veniunt in fideicommiſſo, vt breuitatis gratia ibi per eum, veniũt & credita teſtatoris exacta per hæredẽ grauatũ Aymo conſ.316.nu. tertio,verſic.4.dubitatur.

Dixi alibi,& idem cadit hoc in loco, pro credito hæ-

11 reditario † hæres in ſolutum à debitore accipit fundum & hunc eſſe hæreditarium plenè probat Alex.conſ. 49. lib.3.& venire in fideicommiſſo vniuerſali, dicit Caſtr. conſil.326.ſuper primo quæſito. nu.2.ver.ſed certè verum eſt lib.2.aſſentit Rui.conſ.97.col. pen.verſic.item non obſtat.lib.5.

12 Inſtituto † hærede vniuerſali Titio, & eo poſt mortem grauato ad reſtituendam hæreditatem Sempronio legatum eſt prædium Caio, qui habeat illud vſufructuare,& tenere toto tempore vitæ ſuæ eo quidem mortuo prædium reuertitur ad ius hæreditarium, per l. ſi ita. ff. de ſtatu liber. Bart. in l.Titia cum teſtamento.§. Titia. nu.4.de legat.2.Pariſ.conſ.21. nu. 44.li.2.& conſequẽs eſt prædium ipſum cum iure hæreditario conſolidatum venire in fideicommiſſo in ſpecie decidit Soc. conſil. 102.nu.14.15.lib.3.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Fructus quomodo veniant in reſtitutionem fideicommiſſi, vide Ripam, quatuor concluſiones latè facientem declaratas & limitatas per eum, primò quando non veniãt, ſed lucro hæredis grauati cedant, ſecundo quod habens fructus imputet in quartam Treb.3. quòd non imputantur legitimam 4. quòd non imputantur in Falcidiã.*

2 *Fructus veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, qui iure hæreditario habiti dicuntur, qui tempore mortis teſtatoris reperti ſunt in area vel in horreo teſtatoris, vel qui ſunt percepti ex hæreditate ante aditam eam.*

3 *Fructus ſeminati per teſtatorem & maturi tempore eius mortis, vti pro collectis habentur, & hi veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

4 *Penſiones, vſuræ, vel affictus debiti ex contractu teſtatoris decurſi pro fructibus perceptis ante aditam hæreditatem habentur, & ideò veniunt in reſtitutione fideicommiſſi naturam fructuum imitando.*

5 *Pagæ decurſæ tempore vitæ grauati, puta ſuper impræſtitis montis, ſeu Zechæ Venetiarum non exactæ prohibitione, vel non permiſſione dominorum, non ad hæredes grauati, ſed ad fideicommiſſarium ſpectant.*

6 *Fructus qui bonis accepto ferentur & ſic poſt aditam hæreditatem percepti ſunt cura & diligẽtia grauati, regulariter non veniunt reſtitutione, ad hócque vide fallentias & declarationes per Ripam, & quãdo ex voluntate tacita vel expreſſa teſtatoris ſunt fideicõmiſ. reſtituẽdi.*

*Et quid de fructibus, qui mora grauati & iure ſuo debentur fideicommiſſario, ibidem tangitur, circa quod duo ſunt videnda de quibus ibi.*

7 *Fructus fideicommiſſi, & in eius reſtitutione veniunt eo modo quo in legato rei particularis, ſi ſit fideicommiſſum particulare à parte factum, vel ſub cõditione iam expleta purificata, & ſic redacta ad tempus quo fideicommiſſum poteſt dici purè relictum, & de quibus fructibus intelligendum ſit, an perceptis, an percipiẽdis & quomodo, & à quo tempore debeantur, & quando ſint reſtituendi.*

8 *Et quid ſi fideicommiſſum ſit vniuerſale, quod ſui natura creſcit & decreſcit quod omnia veniunt an & poſt aditam hæreditatem, vt eſt peculium, armentum & grex, & cum num.ſeq.*

9 *Et quid ſi ſit vniuerſale, quod non creſcit nec decreſcit ſui natura, vt hæreditas vel omnis quota, quod non veniunt fructus niſi poſt moram grauati, antè non intelligitur te ac verbo in fideicommiſſario ſciente ſibi deberi fideicommiſſum ſecùs ignorante, tunc enim grauatus imputat fructus in quartam & reſiduum reſtituitur.*

*Fructus percepti bona fide ante vel poſt aditam hæreditatem non veniunt reſtituendi.*

10 *Fructus quando non veniant reſtituendi fideicommiſſario niſi poſt moram grauati, adeò vt ante moram grauatus ſuos fructus faciat perceptos negligentia non petẽdis, fideicommiſſario ſcilicet ſciente fideicommiſſum ſibi deberi, ſecùs ſi ignorante, tuncq́ grauatus imputat fructus in quartam reſiduo reſtituto, & hoc in fideicõmiſſo vniuerſali non creſcente nec decreſcente ſui natura, vt hæreditas vel eius quota.*

11 *Fideicommiſſarius ſemper præſumitur ignorans fideicommiſſi, ſi non probetur ſciens: tuncq́ vti abſens excuſatur ſi fructus non petierit cùm non dici poſſit negligens, vnde abſente fideicõmiſſ. grauatus tenetur fructus reſtituere.*

*Item & quando in fideicommiſſarium reſtitutio ſit fienda de bonis grauatum alienatis ipſo iure, & quando dicatur tranſire ipſo iure, tuncq́ abſque eo quòd petãtur fructus, tunc percepti ſunt reſtituendi. cum num.ſeq.*

12 *Mora requiritur in grauato vt fructus veniant omninò reſtituendi, & quando dicatur debitorem conſtitui in mora ex ſola extraiudiciali interpellatione, & quando ea ſufficiat, vel quãdo iudicialis requiratur ad quid conſequendum, & de duplici mora, & de qua intelligatur cõſtituti hæres, & quando noua interpellatio requiratur ad eum conſtituẽdum in mora, & quæ actio competat ad obtinendam reſtitutionem fideicommiſſi, & quando officium iudicis ſit neceſſarium, & vt latius pulchrè hoc ibi diſcutitur cum num.ſeq.*

13 *Debitor vt in mora conſtituatur ſufficit extraiudicialis interpellatio.*

14 *Mora grauati duplex eſt & in adeunda & in reſtituenda hæreditate, & faciendo in adeundo, non dicitur facere in reſtituen. ad noua requiritur interpellatio quæ extraiudicialis ſufficit.*

15 *Actio realis & ex teſtamento competit & datur pro reſtitutione fideicommiſſi petendi.*

16 *Grauatus inſtitutus ad adeundam hæreditatem iudicis officio compellitur propter fideicommiſſi vniuerſalis reſtitutionem.*

17 *Mora non fit in eo quod ſolo officio iudicis debetur, niſi facta petitione in iudicio.*

18 *Reſtitutio fideicommiſſi poteſt fieri extraiudicialiter à parte etiam verbalis parti, & per epiſtolam & per nuntium.*

19 *Mora dicitur facta antequàm etiam ad iudicem perueniatur quoad acquiſitionem fructuum, ſecus quod effectum*

transferendi vtiles ſine ceſſione in primo hærede grauato per fideicommiſſum quia requiritur interpellatio iudicialis,& vt ibi.

20 Mora fit re ipſa fideicommiſſario abſenti,& pupillo,vel furioſo,item & pauperibus.

21 Mora dicitur interuenire ex interpellatione extraiudiciali, vel ea ceſſante ex litis conteſtatione, poſtquàm fructus dicuntur venire.

22 Interpellatio extraiudicialis ſimplex cur moram inducat & non productio libelli coram iudice, niſi ſequuta litis conteſtatione, & ſuper quibus inducatur mora poſt litem conteſtatam, & ſuper quibus non ea non requiratur, litis ſcilicet conteſtatio.& ibi cum num.ſeq.de materia.

23 Litigia curiæ Romanæ ſunt longiſſima, cum eorum tempus duret perpetuo: ideo expectare finem iudicij eſſet expectare regem Alemaniæ.

24 Petitio non dicitur fieri ab aliquo ante litem conteſtatam, ſed quòd velit petere, & ideo libellus offertur parti, vt deliberet an velit cedere vel contendere.

25 Debitor conſtituitur in mora per verba ad minus expoſtulatiua,vt indigeo illa pecunia, quam mihi debes,vel ſcio te habere diſcretionem de pecunia quam mihi debes.

26 Intellectus. leg. denuntiaſſe. §. quid ergo.ff.ad leg.Iul. de adult.

27 Fructus percepti reſtituendi ſunt fideicommiſſario à die litis motæ,& poſt datum libellum, & quando dicatur negligentia eſſe in petẽte vel non,& quãdo ſola citatio, & datio libelli tollat negligẽtiam & de præſcriptione xxx. ann.quæ interrũpitur per ſolam executoris miſſionem & citationem,& vt ibi latius dicitur,cum ſequent.

28 Præſcriptio xxx.annorum quæ currit mera negligẽtia non petentis, interrumpitur per ſolam miſſionem executoris, libelli oblationem,& citationem.

29 Fideicommiſſarius vniuerſalis ſufficit quòd non fuerit negligens in petendo,& potuerit ſibi reſtitui ſaltem verbo, vt fructus percepti veniant.

30 Fuctus omnes debentur & eorum fit condemnatio poſt litem conteſtatam cõtra alium non grauatum vel non hæredem eius,ſed cõtra tertium poſſeſſorem bonæ fidei cum tit.vel ſine,& quare dic vt ibi.

31 Fructus & eorum fit condemnatio contra hæredem grauatum in cauſa fideicommiſſi poſt publicationem proceſſus, ſecundùm ſententias iudicum aliquorum,licet hoc lege aut deciſione non conſtet, vt ſolum poſt litem conteſtatam,in actionibus ſtricti iuris ſcilicet, at in his bonæ fidei veniũt à die moræ à qua fit excuſatio ex iuſta cauſa quo ad rei interitum,non quoad fructus, & quare vide ibi.

Idem de incerta ſpecie, de materia præfatorum latius vide ibi explicatum.

Et quando mora ſine qua fructus non reſtituũtur, non dicatur fieri niſi poſt publicatum proceſſum,quod euenire poteſt vt ibi.habetur.

Et procedat quoad condemnationem expenſarum litis, vel quando de fideicommiſſo probaretur per depoſitiones teſtium,conuentus poteſt excuſari à mora & fructibus vſque ad publicationem teſtium. Secùs quoad moram pro fructibus,& quando dicatur haberi notitia fideicommiſſi, & quando interpellatus tenetur de fructibus perceptis poſt aditam hæreditatem & poſt interpellationem ante moram & quare ibidem,& de iuſta cauſa ligitandi à quibus fructibus excuſet, & vt latius de materia ibi habetur,cum num.ſeq. ſiue loquamur in legato ſingulari, vel fideicommiſſo vniuerſali.

32 Notitia rei & facti præſumitur ex vicinitate,conſanguinitate,& fama publica.

33 Fructus in ſententiia condemnatoria bonorũ in cauſa fideicommiſſi reſtituendorum, ſi non exprimantur, & nulla de eis fiat mentio per iudicem,non condemnantem aut reſeruantem eos,tenetur iudex de ſuo refundere parti.

Fallit ſi in ſententia vſus fuerit verbo reſtituat,quando fructus de iure venire debent,quia tunc venit eorum reſtitutio,& dic de hoc,vt ibi ponitur.

Iudex quando de ſuo tenetur refundere parti cum in ſentẽtia condemnatoria bonorum reſtituendorum ex cauſa fideicommiſſi non condemnauerit ad fructus, vel non reſeruauerit.

34 Fructus quando petantur vt fructus & non vt intereſſe, vt ſit in reſtitutione fideicommiſſi omnes percepti à ruſtico poſſeſſore ſua opera ruſticali ſunt reſtituendi.

Et de fructibus percipiẽdo obligatus tenetur agrum coli facere & ſeminari,aliàs tenetur ac ſi coluiſſet & in horreo recondidiſſet, quod tamen intelligitur ſemper expenſis deductis,etiãſi ſit malæ fidei poſſeſſor & prædo, & quid deducitur ſi obligatus ad fructus dederit fundũ ad laborerium & dederit partem ſœminis, & quid ſi ipſe coluerit vel laborari fecerit,& de materia hac ibi latè habetur.

## ¶ Solvtio II.

1 Frvctvs † autem quomodo veniant
in reſtitutionem fideicommiſſi eſt no-
ta materia text. in leg. in fideicommiſſa-
ria.ff. ad Trebel. & ibi gloſſ.& Bar. pene
& Angel. Caſtr. Alexand. plenius, & Ri-
pa pleniſſimè, qui vltra alios clariori ordine aſſumpſit
talem materiam fructuum diſcutere per quatuor con-
cluſiones latè declaratas & limitatas. Primam negati-
uam, quòd fructus in reſtitutione fideicommiſſi non
veniunt,ſed lucro hæredis grauati cedunt per text. ibi
*Secundam regulariter hæres fructus imputat in quartam Tre-
bell. Tertiam regulariter fructus non imputantur in legitimam.
Quartam & vltimam, quòd fructus regulariter non imputan-
tur in Falcidiam: vt ſuper quaq; earum ibi latiſſimè per eum.*
Quatenus verò ad rem noſtram attinet, ſciendum eſt,
quod fructus aut ſunt hæreditatis, & hæreditario iure ha-
biti,aut bonis accepto feruntur,vel accedunt,vt probat
tex.in d.l. in fideicommiſſaria.
2 Primo caſu † fructus iure hæreditario habiti dicun-
tur tempore mortis teſtatoris reperti in area vel in hor-
reo teſtatoris,per gloſſ.1.in l. quòd his verbis in prin.
de leg.3.vel ex hæreditate percepti ante aditam hære-
ditatem, iſti quidem in fideicommiſſi reſtitutione ve-
niunt vt l. ita tamen.§.1.in fin.ff. ad Trebell.Caſtr.in d.
l. in fideicommiſſaria. ſub num.2.Imol.colum.pen.ſub
num.3.Alex.in pen.colum.ſub num. 7. citando gloſſ.in
ver.non lucrum.in l. in fideicommiſſi.in prin.ff.de vſur.
& doct. plures concord.& Ripa ſub nu.9.11. armat om-
ni caſu fructus perceptos ante aditam hæreditatem dici
hæreditarios, per l.quod ſeruus.de legat.2. & propterea
venire in fideicommiſſo vniuerſali, vt partem hæredi-
tatis per l.item veniunt.§.item non ſolùm.ff.de pet.hæ-
red.& l. ſi marito.in fi.ff. ſolu. mat. poſt alios per Fran-
ciſ. mar.Delphi. deciſ. 829. probat Alci. in conſil. 155.
nu.3. lib.9.& in l. Centurio. ſub num.12. ver. ſanè quo-
3 ties. de vulg.& pupill. Vbi idem eſſe tradit † de fructib.
ſeminatis per teſtatorem,& maturis tempore eius mor-
tis, vti pro collectis habendis per l. diuortio. §. inter-
dum ſolut. matr.vt ibi per eum in d.l. Centurio.numer.
13.& latè per Gabr.Eugub.conſil.121.num.58. & latius
per Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.3.caſ.256. numer.
3. in primo caſu etiam quòd tales fructus ſint pendentes
tempore mortis teſtatoris,Guliel.Benedic. in c.Raynu
tius.ver.ſi abſque liberis.nu.13.part.2.de teſtam.vbi Al-
4 ciat.d.l.Centurio.& num.14. † Idem dicendum eſt de
penſionibus,& vſuris,vel affectibus debitis ex contra-
ctu teſtatoris decurſis pro fructib. perceptis ante aditã
hæreditatem,quòd veniant in reſtitutionem fideicom-
miſſi naturam fructuum imitando. l.poſtulante. §. item
quæro.



quæro.ad Trebel.ad idem Ripa in d.l.in fideicommiſſa-
ria.num.23.prout enim fructus fuerunt percepti, & non
pro rata temporis perceptionis eorum,ita debẽtur pen-
ſiones & affictus de bonis locatis iux.doctr.Bart.in l.fin.
§.fin.in fina.ff.de iure fiſ.& Salyc.in l. fructus. C. de act.
empt.per Alexand.conſi.15.num.3.conſi.82.num.17.lib.
2.repetito conſi.40.ſupr.fin.lib.3.conſi.51.nume.19. lib.
6.& Iaſ.conſi.231.colum.fin.libr.2. ſanè diuiſionem hu-
iuſmodi pro rata temporis perceptionis fructuũ facien-
dam oſtendit neceſſitas inducta per mortem teſta-
toris, quando contingit arg. deciſ. allegatarum per Io-
ſeph.Lud.in Peruſ.deciſ.79.num.10.& ſequent. part. 2.
& in ſpecie per Couar.Hiſp.vari.reſolu.lib.1.cap.15. nu.
5 14. finali. & ad finem.† Quinimo & pagæ decurſæ tem-
pore vitæ grauati,puta ſuper impræſtitis montis,ſeu Ze-
che Venetiarum non exactę prohibitione,vel non per-
miſſione dominorum, non ad hæredes grauati, ſed ad
fideicommiſſarium ſpectant, vt ex facto reſpondit Be-
ro.conſilio.33.nume.9.& ſequent.lib.3.per text. gloſſ. &
Bar.in l. poſtulante §. ſed in huiuſmodi & in l. deducta.
§.qui poſt.ad Trebell.
6 Secundo caſu † fructibus, qui bonis accepto ferun-
tur, & ſic poſt aditam hæreditatem percepti ſunt cura
& diligentia grauati, quoniam eſt regula negatiua indu-
cta per text.in d.l. in fideicommiſſaria, quòd in reſtitu-
tione non veniunt, ideò opportunè ibi Rip. contra ta-
lem regulam à nume.24.poſt Ang.conſi. 331. an in reſti-
tutione colligendo adducit plures fallentias, ſeu decla-
rationes, vt ibi per eum videri poſſunt, & per Menoch.
d.caſ.256. aliquas earum reaſſumentem & firmantem
à num.8.vſque ad num.24.etenim earum aliquę ſuperio
rem caſum reſpiciunt, de quibus ergo dicendum eſt vt
ſupra. Aliquæ verò caſus continent, quibus fructus ex
voluntate teſtatoris expreſſa,vel tacita eſſent fideicom-
miſſario reſtituendi, ita de his teſtatoris voluntati ſtan-
dum eſt,vt doct.alleg.explicarunt.
Verum de alijs fructibus qui mora grauati, & iure
ſuo debentur fideicommiſſario breuiter aliqua dicam
cum ſuper iſtis per practicantes viderim diuerſimodè
ſeruari iura, & parum animaduerti. Nam primo non at-
tendatur generalis caſus tertius, quem adducit Menoc.
d.caſu.256.num.25.de arb.iud.libr.2. quòd fructus poſt
aditam hæreditatem, & conditionis euentum percepti
per hæredem omninò ſint fideicommiſſario reſtituen-
di,quoniam loco illius omnino poni debet ſi mora hæ-
redis interceſſerit, ſi mora facta eſt. vt ſunt text. expreſ-
ſi in d.l.in fideicommiſſaria. in princip. in l. poſtulante.
§.ſed & huiuſmodi.verſic. ſanè pro fructu. & in l. dedu-
cta.in princip. ad Trebell. & ibi gloſſ. & doct. & Corn.
conſi.180.colum.8.verſic.circa nouum. lib. 3. refert So-
cin.Iun.conſil.72.nume.66.lib.1.& eſt deciſ. per Guid.
Pap.in queſtio.467. Vt ergo diſtincte & clare proceda-
mus, duo animaduertenda propono, primum quando
dicatur ius quæſitum fideicommiſſario, vt fideicommiſ-
ſo rem ſubiectam conſequi poſſit:alterum quando dica-
tur commiſſa mora grauati, & conuenti, vt fructus ve-
niant in reſtitutione, quorum factum ratione cõſequen
dorum vtrumque hoc propoſitum eſt.
7 Primum itaque videndum eſt † ſi fideicommiſſum
ſit particulare, vt dignoſci poteſt ex modis ſupra tradi-
tis hac ea. interpr. dubit. 1. ſolut. 2. & purè factum, vel
ſub conditione iam expleta, & purificata, & ſic redacta
ad tempus, quo fideicommiſſum poteſt dici purè reli-
ctum.l.ſi pupillus.in fin.ff.de condit.inſtit.cum ſimilib.
per Dec.conſi.480.colum.prima,Pariſ. conſ.18.colum.
3.nume.18.lib.primo, Zanch.in repet.§.cum ita.nume.
463.per l.fin.§.primo,de vulgar.& pupil. Tunc ab adita
hæreditate, & conditionis euentu dicitur tranſlatum
dominium in fideicommiſſarium, & conſequenter ve-
niunt fructus eodem modo quo in legato rei particu-
laris ſecundùm magis commun.opin.per Alexand.in l.
ſi quis bonorum.ad fin.& in l.non amplius.§.1.ſub num.
3.de leg.1.per l.Herennius.ff.de vſufr.& gloſſ.in l.fina.
C.de vſu,& vſufruct.leg.& ibi Bart.& alij tradunt de re
propria teſtatoris ſic venire fructus perceptos,percipiẽ-
dos autem venire à tempore moræ, & Caſtr.conſil.413.
præmittendum.colum.fina.lib.1.vbi de re partim teſta-
toris & partim hæredis, etiam in terminis latè firmat.
Soci.Iun.conſi.182.num.21.22.lib.ſecundo, quia relin-
quendo fundum ſub cõditione, videntur relicti fructus
tempore quo cedit dies relicti, & illi qui percipientur
poſt conditionis euentum,Bartol.in l.quod de bonis.§.
fructus.ad fin.ibi Alex.ad princ.ff.ad l.Falci.hoc tamen
8 accipiendum eſt † niſi percipiens fructus ſit bonæ fidei,
quia fructus ante vel poſt aditam hæreditatem perce-
ptos non tenetur reſtituere ſecundùm commun.opin.
per Gualden.de arte teſtan.tit.6.cap.11.per eadem ver
ba ab altero mutuo accepta ponunt Eman,Soarez.the-
ſauro recept.ſent.litera F.num.347.& Bapt.Villalobos
de commun.opin.litera F.num.169.
9 Si verò fideicommiſſum ſit † vniuerſale, quoad ſui
natura creſcit & decreſcit, vt peculium, armentum, &
grex,& ſimilia,tunc veniunt fructus,& omnia quæ accre
uerunt tam ante,quàm poſt hæreditatem aditam.l.gre-
ge & ſequen.de leg.1.l.peculium.de leg.2.& ibi per glo.
& doct.& Cyn.& Angel.in l.fin.C.de vſu, & fruct.legat.
Caſtr.in l.1.num.2.eo.idem firmat in dote.Soc.conſ.57.
num.40.41.lib.4.
10 Si fideicommiſſum ſit aliter † vniuerſale, quod non
creſcit,neque decreſcit ſui natura,vt hæreditas vel eius
quota,tunc quia cedente etiam fideicommiſſi die, non
facta reſtitutione re vel verbo in fideicommiſſariũ non
dicitur tranſlatum.l.reſtituta.in princip.& facta.in prin.
ad Trebel.& §.reſtituta.inſtit.de fideicom.hæred. idem
eſt in legato partis bonorum, quòd non dicitur domi-
nium translatum, niſi facta aſſignatione,& traditione
ſecundum commun.opin.per Alexand.in dicta l.ſi quis
bonorum.in fin.allegando.l.non amplius.§.fin.de lega.
primo. Idem fructus non veniunt, niſi poſt moram gra
uati.dicta l.in fideicommiſſaria. cum ſimilibus, & ante
moram grauatus ſuos fructus facit perceptos negligen-
tia non petentis.l.mulier.§.ſi hæres.ad Trebel.intelli-
ge ibi ſecundum Caſtr.quando fideicommiſſarius erat
ſciens fideicommiſſi ſibi debiti, ſecus ſi ignorauit fidei-
commiſſum,quia non dicitur negligens,& grauatus im-
putat fructus in quartam, & reſiduum debet reſtituere
11 vt ibi per eum,quem ſequitur,& quòd † fideicommiſſa-
rius ſemper præſumitur ignorans fideicommiſſi, ſi non
probetur ſciens, tenet Grat.conſil.132.nume.7.8.lib.2.
quòd ignorans non poteſt dici negligens, ſed vt abſens
excuſatur, faciunt plura quæ ſcribit Dec. conſil. 64.
col.3.ad fin.& col.ſeq.ſicut etiam abſente fideicommiſ-
ſario grauatus tenetur reſtituere fructus, Ripa in d.l.fi-
deicommiſſaria,num.10.
At ſi caſus adſint quibus fit reſtitutio ipſo iure, & de
quibus in l.pen.§.fin.C.ad Trebel. & maximè quòd ſæ-
pe accidit, & parum aduertitur de bonis per grauatum
alienatis, ipſo iure tranſit dominium in fideicommiſſa-
rium,eſt gloſ.fin.in d.l.penult.quam ibi Bart.& doctor.
omnes communiter ſequuntur.gloſſ.& Barto.in l.Mar-
cellus.§.res.in fin.ff.eo,& firmat Ioan.de Ana.conſil.13.
in primo dub.Becci.conſi.97.nu.10.& ſic etiam tranſit
in ſecundum vel ſequentes fideicommiſſarios per d.l.
penul.in fin.firmat Guid.Pap.conſil.140.in 7.dub.verſ.
ſecundo, quòd in dictum Aymonem,& per doct. in l.1.
§.de illo.& §.ſequent.ff.eod.& tranſit ipſo iure etiã vbi
ſunt ſtatuta diſponentia de teſtamentis exequendis ſi-
ne alia reſtitutione, Caſtr.in dicta l.reſtituta.in princip.
ſub nume.3.& conſi.55.bona de quibus agitur. ad princ.
lib.1.

Et conſequenter his caſibus licet fideicommiſſarius fuerit negligens in petendo ſibi fieri reſtitutionem realem, fructus tamen percepti ſibi reſtitui debent, ſicut reſtituuntur legatario ad quem recta via dominium trãſit, per l. Herennius. ff. de vſu. & l. prima, & 2. C. de vſu & vſufruct. lega. probat Bart. in dicta l. in fideicommiſſaria. nu. 4. ibi ſequitur Ripa nu. 14. allegãdo Capr. qui ex hac ratione tenet idem, conſi. 32. ad fi. verſ. circa quartum & Aret. qui hoc firmat in conſi. 156. ad fi. verſic. vbi autem reſtitutio, cõprobat & Menoch. dicto caſu. 256. nu. 28. & Alber. in l. 1. nu. 2. ff. de fideicom. hæred. peti.

12 Alterum & ſecundum videamus, quomodo † grauati, & conuenti mora dicantur interceſſiſſe vel facta, vt omnino fructus veniant in reſtitutione, cum ad hoc mora grauati facta requiratur: per d. l. in fideicommiſſaria, in princ. & d. l. poſtulãte. §. ſed & in huiuſmodi. verſi. ſanè. & l. deducta. in prin. ad Trebel. Guid. Pap. quæſt. 497. & nihil certi moræ factæ huius meminerint doct. in d. l. in fideicommiſſaria, intelligitur autem, vbi dominium non cenſeatur tranſlatum in fideicommiſſarium reſtitutione verbali non facta, vel non habita pro facta, vt antè non dixi, & bona fides grauati præſumatur, modò igitur dico certi iuris eſſe, quòd de his quæ ex teſtamento debentur ad inſtar iudiciorum bonæ fidei, per l. in minorum. C. in qui. cau. in integrum reſtitu. non eſt neceſ. ex interpellatione etiam extraiudiciali poteſt induci mora præſtare vel reſtituere debentis, vt l. ſi ex legati cauſa. de verborum obligat. & ibi Bartol. expreſſè probat ad fin. num. 8. & poſt ali. ibi Iaſ. colu. antepenult. verſ. in vltima quæſtione. comprobat iſtam eſſe genera-
13 lem † regulam ad conſtituendum debitorem in mora ſufficere extraiudicialem interpellationem, & pro cõmuni opin. concord. allegatis ponit Eman. Soarez in theſau. recept. ſenten. litera M, nume. 212. idem Rebuf. tract. de fruct. artic. 1. gloſſ. 1. nume. 17. maximè quando eſt adita hæreditas, ita quòd ad hoc non eſt opus amplius officio iudicis, ſicut opus eſſet, ſi non eſſet adita, vt adiretur hæreditas, tunc ideò non ſufficeret extraiudicialis interpellatio. ſecundùm Bartol. in l. cum poſtulaſſem de damn. infec. Ruin. conſilio 184. numero
14 octauo. lib. 2. † Nam duplex poteſt eſſe mora in adeunda hæreditate, & in reſtituenda hæreditate, & hæres qui fecit moram in adeundo, non intelligitur per hoc facere moram reſtituendo hæredi. Quinimo noua interpellatione opus eſt, vt hæreditatem reſtituat. hoc eſſe ſingulare, & menti tenendum dicit Ang. in omnib. §. ſi ſeruum circa princ. verſi. & ex hoc ſequitur. ad Trebell. & ibi Alexand. eum eo tenet, ſed iſta noua interpellatio poteſt fieri extraiudicialiter, per d. l. generaliter & communem regulam, ad obtinendam effectualem fideicom
15 miſſi reſtitutionem, † pro qua competit actio realis, & ex teſtamento. l. 1. commun. de legat. not. in l. 1. de leg. 1. cum vulg. dicit not. Oldr. conſil. 248. præſuppoſita. in fi.
16 quòd † propter reſtitutionem fideicommiſſi vniuerſalis inſtitutus grauatus ad adeundam hæreditatem iudicis officio compellitur, per l. ſi res aliena. §. 1. ad Treb. & quando adierit, reſtituere compellitur per actionem ex teſtamento. l. debitor. in princip. & ibi gloſ. ff. eod. & l. fina. & ibi not. ff. de fideicommiſſ. hæred. pet. Cui quidem actioni determinandæ cùm deſeruiat iudicis officium mercenarium in condemnando, & natura actionis, ad intereſſe, & fructus, & vſuras in bonæ fidei iudicijs, vt declarat. Bartol. in l. 1. colum. penult. ſub nume. 12. ff. de iuriſdict. omn. iudic. cum quo ibi alij
17 communiter tranſeunt, † vnde verum eſt, quod ſolo iudicis officio debetur, mora non fit, niſi petitione facta in iudicio, per l. ſi is cui. ff. vt in poſ. leg. & dicta l. cum poſtulaſſem. Quod vero iure actionis debetur, poteſt extraiudiciali petitione deduci in moram, per gloſſ. in l. qui Romæ. §. cohæredes de verb. oblig. & l. fideiuſſor obligari. §. fin. de fideiuſſ. l. amplius rem rat. hab. ita concludit Salyc. in repet. d. ctæ l. ſi ex legati cauſa. colum. 4. ſub num. 13. & pariter in his quæ debẽtur officio iudicis mercenario deſeruiente actioni, determinandæ interpellatio extraiudicialis conſtituit debitorem in mora per Cyn. in l. prima, circa med. C. de ali. iud. mut. & Bal. in dicta l. prima, colum. ſecunda, verſic. item differunt. de iuriſd. omn. iud. & Roman. in l. prima, colum. 5. ſub num. 16. verſic. item vbi debetur. ff. de arbitr. Firmat Iaſ. in d. l. ſi ex legati. cauſa col. penult. ad princip. & in dicta l. prima, colum. 5. ad fin. ſub verſ. alia differentia eſt, & in l. quod te. col. 7. ad fin. verſi. intellige tamen. ſi cert. pet. & Mar. Anto. Bauer. tract. de mora. part. 1. ſub nume. 20.
18 & in terminis reſtitutionis fideicommiſſi, † quæ extraiudicialiter etiam verbalis à parte poteſt fieri parti etiam per epiſtolam vel nuncium, per l. reſtituta. in princip. ad Trebel. extraiudicialem interpellationem ſufficere ad conſtituendam moram grauati tenet Petr. Anton. Anguſol. Placenti. in mater. vltim. volunt. ſuo conſi. 29. nu. 7. lib. 6. probo per text. expreſſum in l. in fideicommiſſi. in princip. ff. de vſur. ibi quòd decretum ita accipi oportet, ſi ante iudicis ſentẽtiam mora non interuenit, tametſi non facilè euenire poſsit, vt mora non præcedente
19 perueniatur ad iudicem. † Sic ergo mora iam eſt facta ſine iudice, & antequam ad iudicem perueniatur: hoc autem verum eſt quoad acquiſitionem fructuum ſecundùm Barto. in dicta l. in fideicommiſſaria. num. 4. debitam fideicommiſſario per ſolam ſuam petitionem rumpentem ſuam negligentiam, quo verò ad effectũ transferendi vtiles ſine ceſsione in primo hærede grauato pro ipſo fideicommiſſario, requiritur interpellatio iudicialis cum contumacia, & abſentia hæredis Bar. Ang. Caſtr. & alij in l. prima. §. de illo. ad Trebell. quare periculoſam exiſtimo conſultationem Cephal. conſil. 49. quòd fructus non acquirantur fideicommiſſario ius habenti fideicommiſsi ipſo iure, niſi mora præceſſerit primi fideicommiſſarij ſibi reſtituere grauati, cum generalis doctr. Bart. per omnes ibi communiter recepta in dicta l. in fideicommiſſaria. numero quarto, quòd in caſibus in quibus reſtitutio eſſet facta ipſo iure poſitis in l. penult. C. eo fideicommiſſario etiam negligenti petere reſtitutionem realem, ſic omni mora rogati ceſſante, fructus percepti debent reſtitui. Sicut dicimus in legitario &c. vt ibi per eum. non militat reſponſio Cephal. d. conſil. 50. quia negligentia, diligentia, vel interpellatio fideicommiſſarij aliqua non requiritur, nihil facit: minus ergo poteſt præſupponi extare in his caſibus, in quibus iuris fideicommiſsi reſtitutio fit ipſo iure, & quatenus dicat requiri, vt petat, intelligitur, vt petat poſſeſſionem rerum, & non ius, quia id habet ipſo iure per gl. expreſſam in verſic. petant. in l. cogi. §. Metianus. ff. eod. opinio verò illa in d. §. de illo. vt dixi, intelligitur ad aliũ effectum, ſcilicet transferendi actiones vtiles actiuè, & paſsiuè in fideicommiſſarium, vt in his terminis ibi loquuntur omnes, diuerſitatis ratio patet ex not. ibi. & in d. l. in fideicommiſſaria.

20 Prætereà fit † mora ipſa fideicõmiſſario abſenti, pupillo, vel furioſo, per l. in minorum. C. in qui. cau. in integrum reſtit. non eſt neceſſ. per Rip. in dicta l. in fideicommiſſaria. num. 10. adde eandem moram re ipſa fieri pauperibus. probat Bald. conſil. 219. Pepus Nicolatij. colum. 2. ſub num. 2. & verſic. ſed non eſt omittendum. lib. 2.

21 Siquidem † mora huiuſmodi ex interpellatione extraiudiciali non interuenerit per litis conteſtationem dicitur interuenire, ſic poſt lit. conteſt. veniunt fructus l. prima. & ibi gloſſ. dicens id probari ex tot. illo titu. C. de vſu, & fruct. lega. & capit. Raynutius. §. cum autem. & ibi gloſſ. in verſic. conteſtatæ. de teſtam. in ſpecie probat Aret. conſ. 156. ad fi. confuſè ponit Marzar. Vicenti. de fideicom. quęſt. 53. & Bero. conſ. 171. in fin, lib. 2. vnde Bal. in d. l. prima. nu. 13. & in l. 2. nu. 3. C. de fruct. & lit. expenſ. dicit poſt lit. conteſt. ad reſtitutionem fructuum, & extimationis eorum omnes poſſeſſores eſſe pares, idem Io. Copus tract. de fruct. lib. 2. titu. 4. cap. quinto. nume. tertio.



22 Cæterùm non parum facit dubium, † quòd ſimplex interpellatio extraiudicialis moram inducat, & non libelli, ſeu petitionis productio facta coram iudice, niſi ſuper ea ſequatur litis conteſtatio per dictas leges titu. de vſu, & vſufruct. leg. cum inter libelli dationem, & litis cõteſtationem poſſit longum tempus currere, vt fertur ſpeculatorem dixiſſe ſibi fuiſſe commiſſam vnam cauſam in qua datus fuit libellus ante eius natiuitatem, &
23 adhuc non erat conteſtata lis, debebat eſſe † de litigijs curiæ Romanæ vbi litigij tempus durat perpetuò, ideo expectare finem iudicij eſſet expectare regem Alemaniæ, dicit Bartol. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ſub nume. 1. de verborum obligat. hoc autem dubium mouet Caſtr. in dicta l. prima. de vſu, & vſufruct. lega. & ſoluit ſecundùm Bartol. in l. denuntiaſſe. quam legit ſub l. qui vxori. §. quid ergo. ff. de adult. eo quòd dicat per dationẽ libelli cum dirigatur iudici, & non parti, non induci interpellationem, nec moram aduerſarij, tamen ſecus eſſe interpellatione extraiudiciali, quia iſta fit ipſi parti. Parcat Caſtr. nempe fidelis non eſt iſta ſuã relatio ſolutionis Barto. ſi eius libererat prout in præſenti ſunt communes noſtræ lecturæ Bartol. nam Bart. in dicto. §. quid ergo. ex eo quòd libellus non habet vim denuntiationis infert ad leges tractantes materiam moræ, quòd dicat niſi mora præcedat à die litis conteſtatæ, & non à die dati libelli, quem teneri de interitu, rationem addu-
24 cit, † quia ante lit. conteſta. quis non dicitur petere vel. l. amplius. rem rat. hab. & quòd libellus offertur parti, vt deliberet, an velit cedere, vel contendere, non id ergo dicit quòd Caſtr. refert, concedo tamen quod dictarum legum circa effectus moræ mentionem facientium de lite conteſtata, quæ fieri nõ poteſt, niſi præcedat libelli datio, ſentit & infert, quòd dies dati libelli nõ inducat moram, ſed ratio Bart. non concludit, de offerente libellum, quòd non petat, ſed velit petere, & quòd aduerſarius deliberet an velit cedere, proinde nõ ſit indu-
25 cta mora, quia † verba minus expoſtulatiua inducunt moram, vt ſunt hæc, indigeo illa pecunia, quam mihi debet, vel ſcio te habere diſcretionem de pecunia, quam mihi debes, per talia enim verba debitor conſtituitur in mora, vt eſt magis commun. opin. doctor. atteſtata per Iaſo. in dicta l. ſi ex legati cauſa. col. antepen. & in l. vinum col. 7. verſ. iſtam regulam amplia. & ibi. moder. & in l. quod te. ſi certum petatur.

26 Vnde doctrin. Bartol. in dicto † §. quid ergo. vel in dicta. l. denuntiaſſe. intelligunt & Roman. in dicta l. vinum. columm. ſecunda. num. 4. & Butigel. in dicta l. quod te. num. 3. quòd loquatur de mora quæ committitur in iudicio, quòd committatur per litis conteſtationem, & non per libelli oblationem, & Iaſ. paſſim & clarius in d. l. ſi ex legati cauſà. colum. penult. in dict. l. quod te. colum. 7. ad fin. & in dict. l. vnum column. 8. vltra princip. & in l. prima. columna. 5. in fin. de iuriſd. omn. iud. intelligit de his, quæ ſolo iudicis officio nobili expedienda ſunt, moram induci per litis conteſtationem, non autem per libelli donationem allegando ad hoc propriè Bartol. in dictã l. denuntiaſſe. §. quid ergo. Ergo non ita dicẽdum eſt in his quę debentur iure actionis, & officio iudicis mercenario, & de effectu moræ circa fructus rei in quibus facilior modus inducendi moram ſufficit per ſuperius allegat. & alia litis conteſtatio non requiritur in bonæ fidei iudicijs, ſicut fortè requiritur circa effectum morę quantum ad interitum, vt de iſto effectu morę loquitur Bartol. in dicto §. quid ergo, & ſentit glo. fin. in d. l. quod te. & Alber. in l. nemo. §. 1. de verb. oblig. ita illum text. ſummando.

27 Et præſertim in quæſt. noſtra † quando fructus veniant in reſtitutione, namque venit à die litis motæ, quando alia mora non præcedat allegando Caſtr. conſi. 17. in antiq. ponit Marzar. d. quæſt. 63. circa med. addo Bartol. cuius ipſe non meminit, in conſil. 53. Picardus in fin. vbi expreſsè decidit fideicommiſſario reſtituendos eſſe fructus perceptos poſt datum libellum, non autem dicit poſt litem conteſtatam, & mouetur propria ratione conueniente propoſitæ materiæ, quòd eos fructus reus conuentus magis percepit mora non reſtituentis, quàm negligentia non petentis: hanc ergo rationem & ſententiam confirmo appropriatiſſimo argumento & ſimili, hoc enim pręcipuum eſt, & veriſſimũ, quòd poſt diem fideicommiſſi cedentem grauatus, vel eius hæres retinens rem fideicommiſſo ſubiectam, ſola negligentia fideicommiſſarij non petentis, lucratur fructus, quòd eos non imputat in quartam, nec reſtituit per text. & gloſ. in l. mulier. §. ſi hæres, & ibi Angel. Caſtr. Imol. Alexand. & in l. ita tamen. quam legunt ſub l. omnibus. §. ſi ſeruum. & gloſ. Bartol. nume. 4. & alij in l. in fideicommiſſaria. & gloſ. in l. facta. §. reſcripto. ad Trebel. Cyn. & Salyc. in l. iubemus. in princip. C. eod. & ponit Ioan. Copus tract. de fructib. lib. 2. tit. 3. cap. 1. nume. Beroſ. conſil. 100. num. 14. lib. 2. quam negligentiam vtique fideicommiſſarius dicitur rupiſſe per dationem libelli ſuper reſtitutione fideicommiſſi contra grauatum, & detinentem bona, & citatum, vt fit communiter in productione libelli, ſicut & hoc eſt quod dixi appropriatiſſimum argu-
28 mentum † præſcriptio 30. ann. quæ currit mea negligentia non petentis, interrumpitur per ſolam executoris miſſionem, libelli oblationem, & citationem. l. ſicut. C. de præſcript. 30. ann. & ibi Cyn. ſub num. 6. verſi. primo caſu. dicit quando præſcriptio currit odio tantum negligentium iura ſua, ſtatim fit interruptio, quòd factus eſt vigil quis & ſurgit ex ſomno negligentiæ, mittendo executorem, Bart. num. 2. præſcriptio quæ currit ſola negligentia non petentis ceſſante negligentia ceſſat, quæ ſola miſſione executoris ceſſat, idem Alber. ſub nume. 2. verſic. primo caſu, fit interruptio ſtatim, cum excutitur à negligentia, Bald. num. 7. interrumpitur ſola executoris miſsione, quia cauſatur mera negligentia non petentis, & in add. d. l. ſicut, nume. 7. in forma facit ipſum argumentum, cùm vnumquodque corrumpatur à contrario, contrarium negligentiæ eſt diligentia, principium diligentiæ eſt citatio, ergo citatio ſufficit, Salyc. colum. fin. ſub nume. 6. dicit quòd negligentia cauſabat, diligentia ei appoſita interrumpit, eandem rationem in ſimili adducit Guid. Pap. in quæſt. 416. ſub nume. 2. quòd præſcriptio quæ cauſatur negligentia non petentis, vt cauſatum ceſſat negligentia ceſſante, & per l. fin. ad fin. de anna. præſcript. & alibi paſsim per docto. in materia interruptionis, præſcriptionis & maximè per Bal. tract. de præſcript. in ſecunda part. 2. par. 6. par. princi. in prin. columna prima, & ſequen. & de hoc hæſitaturum puto neminem, fideicommiſſarij non petentis negligentiam ceſſare per dationem libelli cum citatione facta contra detinentem, & obſtrictum fideicommiſſo & conſequenter huius non reſtituentis moram eſſe factam ex mente omnium, & præcipuè Caſtr. in dicta l. fideicommiſſaria vltra med. verſic. illi autem, in locis ſuperius alleg. & magis confirmatam perſiſtentes in litigio, qui litigare maluit, quàm reſtituere dicit text. in l. nemo. §. 1. de verbor. obligation. Item ex ſola petitione facta in iudicio nulla conteſtatæ litis mentione facta fideicommiſſarium paſſum moram intelligi probat text. in l. qui ſolidum. in princip. de leg. 2.

Hanc igitur ſententiam Bartol. d. conſil. 53. in fin. vt ſupra comprobatam legum ſententiæ conformem, &

tenendam

tenendam exiſtimo, quòd ſi alia non præceſſerit mora, fructus veniant in reſtitutione percepti poſt datum libellum, ſeu petitionem productam, ad leges autem titu, de vſu & vſufruct. legat. facientes mentionem de litis conteſta, & ſic add. c. Raynutius. ſequens enarrationem dictarum legum reſpondent gloſſ. in l. prima, & leg. fin. dicto tit. de vſu & vſu fruct. leg. quòd licet omnes fere leges dict. tit. faciant mentionem de lit. conteſt. tamen idem accipi debet à tempore moræ, vel intelliguntur cum res erat aliena, & vt per Socin. Iun. conſ. 182. num.
29 24. lib. 2. † vel intellige in fideicommiſſo vniuerſali ſufficere quòd fideicommiſſarius non fuerit negligens in petendo & petierit ſibi reſtitui ſaltem verbo Soc. conſi. 42. col. fin. lib. 3. & clarè per Bart. l. 3. §. 1. ad fi. de adi. l.

30 Poſt vero † lit. conteſtationem fructuum omnium fit condemnatio contra alium non grauatum, vel non hæredem eius, ſed tertium poſſeſſorem bonæ fidei cum titulo vel ſine, l. certum. & l. more. & ibi gloſſ. & doct. C. de rei vend. & in l. fructus. ff. eo, quia ſic per lit. conteſt. interrumpitur præſcriptio contra bon. fid. poſſeſſorem dic. l. more. & per hoc ſua mora facta eſt, prout fit contra præſcribentem ſola negligentia non petentis per ſolam citationem, vt ſupra proximè probatum eſt, quę quidem mora vbi facta eſt per citationem, & ſic prę cedit eius tempus, debet inſpici, ergo non tempus lit. conteſt. Barto. in d. l. vinum. col. 3. nu. 5.

31 Poſt † publicationem proceſſus condemnationem fructuum eſſe factam contra hæredem grauati in cauſa fideicommiſſi, vidi in ſententijs latis per Iudices etiam in locis inſignibus, non memini tamen legiſſe legem vel deciſ. doctoris, quòd ita fieret condemnatio fructuum niſi poſt litem conteſtatam, & ſi in deciſ. 59. nu. ſecundo per Afflict. dicatur in fructibus perceptis lite pendente à tempore publicationis, tamen iura & doct. per eum alleg. loquuntur expreſſè poſt lit. cōteſt. & in actionibus ſtricti iuris, in illis vero bonæ fidei ratione fructuum, omnes dicunt à die moræ, quæ in cauſa fideicommiſſi eſt poſt factam petitionem fideicommiſſarij, vt ſupra, & infra clarè oſtenſum eſt, adeo enim per petitionem eſt acquiſitum ius fideicommiſſario, quòd illud tranſmittere poteſt, etiam ante reſtitutionem factam, vel ante hæreditatem aditam probat Bar. in l. cum filiofam. colum. fin. nume. 15. de l. 1. per l. non iuſtam. C. ad Trebel. vbi text. etiam fructuum relicti fideicommiſſi exprimendo concedit, licet reperiatur propter iuſtam cauſam excuſari quem à mora per gloſſ. in verſ. relinquere. in l. illud. ff. de peti. hær. & glo. in verſ. cum petitum eſſet. in dict. l. vinum. & gloſ. fin. in l. nemo. §. 1. de verbor. oblig. quæ tamen iuſta cauſa nō excuſata mora, niſi quoad interitum rei, non autem quoad fructus, quia conuentus bene valens tempore lit. conteſt. vel motæ controuerſiæ cognoſcere vtrum res ad eum ſpectet, vel ſpectare debeat, ita quòd debeat curare, vt poſſit rem, & eius fructus reſeruare, ſic declarat Bart. in d. l. illud. idem intelligens de interitu ſpeciei Bal. in d. l. nemo. §. 1. dicit vbicunque tractamus de mora iudicij, intelligimus vbi non ſit cauſa litigandi, licèt enim à reſtitutione rei ſit liberatus eius interitu, tamē fructus exinde perceptos reſtituere cogitur ſententia iudicis pro actore ferenda leg. item ſi verberatum. §. fin. & l. ſequen. & ibi gloſ. magiſtralis. ff. de rei vend. & Ioan. Copus tract. de fruct. libro ſecundo. tit. 4. car. 5. nume. 9. & intelligitur de his, quæ ſolo iudicis officio nobili expedienda ſunt, quorum petitio non poteſt fieri niſi in iudicio, Barto. & alij in d. l. cum poſtulaſſem, vt ante dixi. Non ita eſt dicendum de fructibus fi-
32 deicōmiſſario debitis poſt diem † fideicommiſſi cedentem, quos iure cautum non reperitur, quòd fideicommiſſarius amittat, niſi fuerit negligens in petendo d. l. mulier. §. ſi hæres. cum alleg. ſupra. Bene verū eſt, quòd tenetur grauato, vel eius hæredi fidem facere de fideicommiſſo per inſtrumentum publicum per l. ſi quis inficiatus in princ. ff. de poſ. tradit Bar. in d. leg. quòd te. colum. pen. num. 16. Caſtr. num. 5. & ibi alij, & in l. qui in alterius. de reg. iur.

Et ſi dicatur, vt tale reor eſſe motiuum dictarum ſententiarum, per ſimplicem lecturam inſtrumenti continentis fideicommiſſum, quandoque grauatus, vel conuentus non poteſt habere certam notitiā de perſonis teſtantis fideicommiſſarij, neque grauati, neque de rebus fideicommiſſo ſubiectis, cùm ſint de antiquo, de non notis conuento, & de non nominatis in inſtrumento, & antequàm ſit facta horum certificatio conuentus non ſit in mora per doct. Barto. & ali. in d. l. ſi quis inficiatus. & modern. in dict. l. qui in alterius. & cum horum certificatio non poſſit haberi niſi poſt publicatum proceſſum, ergo bene latę ſunt ſententiæ de fructuum cōdemnatione poſt publicatum proceſſum perceptorum, cum prius mora facta non ſit, & ſine ea non reſtituuntur fructus dict. lege in fideicommiſſaria. in princ. cum concord.

Breuiter reſpondetur hoc poſſe habere locum quo ad condemnationem expenſarum litis, quòd conuentus vſque ad publicationem proceſſus potuerit habere iuſtam cauſam litigandi, vt Bartol. & alij loquuntur in dictis locis. Vel ſi de fideicommiſſo probaretur per depoſitiones teſtium, vt quandoque fit ſecundum glo. in verſ. diſpoſitionibus, in l. fi. de edic. di. Adrian. toll. tunc forſan reus conuentus à mora, & fructibus vſque ad publicationem teſtium excuſari poſſet, cum de fideicommiſſo petito prius non fuerit certificatus, extra hunc caſum ſecùs dicendum videtur quoad moram pro fructibus, quia conuentus ſcire potuit eſſe præſtandum fideicommiſſum ex notitia teſtamenti per inſtrumentum productum, argum. l. non eſt ferendus. ff. de tranſact. & de alijs vti notis veriſimiliter inter conſanguineos & agnatos, inter quos, vt plurimum de fideicommiſſis con-
33 trouerſiæ vertuntur, potuit haberi notitia † præſumptione vicinitatis, conſanguinitatis, & publicæ famæ. l. ſi ita. in fin. de fun. inſtru. l. octaui. ff. vn. cog. l. de tutela, ibi gloſſ. C. in de integ. reſtit. tradit Barto. in l. 1. num. 15. cert. pet. & ibi cæteri. De his autem fideicommiſſarijs actor facta legitimatione perſonarum habilium ad iudicium habet poſtea probare ſuper meritis cauſæ, vt docet Spec. tit. de actore. §. 1. col. 20. ſub verſic. ſed pone quidam dicent. & Bartol. conſil. 185. Deodauit, num. 23. facit l. non oportet. de l. 2. vnde contra reum proprie vigent, & vrgent verba tex. in d. l. nemo. la 1. §. primo. de verb. oblig. ibi, & hîc moram videtur feciſſe, qui litigare maluit, quàm reſtituere, & propterea quòd dixi iuſtam cauſam litigandi excuſans ab expenſis non excuſare à fructibus, probo per not. doct. Cyn. in l. fin. C. de vſu, & vſu fruct. l. vbi quærit de fructib. perceptis poſt aditam hæreditatem, & poſt interpellationem: tamen ante moram, quia interpellatus habuit iuſtam litigandi, & decidit eum teneri de fructibus perceptis, per l. item veniunt. §. petitam. ff. de peti. hæred. vbi quamprimùm quis ſcit à ſe peti, eſt in mala fide, & de ſuo iure vacillat, & hoc ſufficit quoad fructus dicit ibi gloſ. de percipiendis autem dicit Cyn. eum teneri de illis, quos potuit percipere poſſeſſor, & non petitor, vt ibi per eum allegantem, ita Petr. intelligere leges ibi alleg. & eum ibi Alber. de verbo ad verbum ſequitur in fin. & cum eo tranſeunt ibi Bar. Ange. & Salyc. & ſi loquantur in legato rei ſingularis, tamen eadem ratio eſt in fideicommiſſo vniuerſitatis, & fortior, vt Fulg. ſentit in dict. l. fina. in fi. & text. in d. §. petitam. per eos alleg. loquitur in hæreditate petita, vbi præſertim poſtquam fideicommiſſarius petierit, quòd hæres reſtituat ſaltem verbo fideicommiſſum vniuerſale, Socin. conſil. 42. colum. fin. ſub verb. circa id quod lib. 3. illa autem iuſta cauſa litigandi excuſat tantum à fructibus percipiendis, quos potuiſſet percipere petitor ſecundùm commu. Cyni, Petri, & doct. ſententiam, nec excuſat prætenſa deductio, quam conuentus poteſt facere vel opponere, pro legitima, Trebellianica, melioramentis, vel ſimil. vt per text. in l. qui ſolidū, in princip. de legat. 2. & ibi Bartol. Bald. & Imol. & ibi Bartol. in l. in fideicommiſſi. num. 55. ff. de vſur. maximè adiecta clauſula in libello deductis deducendis, vt per Guid. Pap. in quæſt. 496. & non facta prius confeſſione & oblatione aliqua per conuentum Caſtr. in dicta l. qui ſolidum. in princip. & in l. diuus. la 2. ad leg. Falcid. & per Marzar. de fideicommiſ. part. 3. quæſt. 64. firmantem ſe omninò de fructibus poſt litem cōteſtatam, intelligere de percipiendis per petitorem, vt modò dixi, hæc enim ſimilia appoſita non ſolùm reſtitutionem fructuum non excuſant, ſed potiùs etiam inferunt, & compatiuntur ipſam reſtitutionem, quia cum eiſdem oppoſitis debitis reo cōuento præter legitimam liberorum functus percepti temporis quo eos non lucratur reus conuentus. ſ. poſt fideicommiſſarij ceſſationem negligentiæ petendi imputantur pro rata. l. mulier. §. ſi hæres. ibi gloſ. fina. ad Trebel. l. cum pater. §. Titio, de legat. 2. Rip. in d. l. in fideicommiſſaria, num. 27. 28. in melioramentis per gloſ. & doct. in l. ſumptus. in l. emptor. ff. de rei vendi. Alexan. conſil. 154. nume. 5. lib. 6. Caſtr. conſil. 247. col. fin. lib. 1. ſic imputatio quidem iſta habetur pro reſtitutione per glo. vlt. in d. l. in fideicommiſſaria. ibi Alexand. colum. 2. verſ. item quia ſatis. ſanè principalem ſententiam probat Alciat. in l. cum proponas, in fin. C. de pact. & in l. 1. §. ſi ſtipulanti. in fin. de verb. obli. quòd prætenſa crediti deductio oppoſita non excuſat à mora, quin grauatus teneatur ad fructus, ita in hac concluſione firma permaneo, quòd noſter vltimarum voluntatum interpres quiſque fuerit, & magis iudex ſi velit, vt tenetur, veram legum & commun. docto. ſententiam ſequi, & non de alieno in perniciem animæ ſuæ elargiri dimittendo fructus grauato, & auferendo eos fideicommiſſario, debeat, ſi alia extraiudicialis interpellatio, & mora præceſſiſſe non probetur, condemnare grauatum, vel eius hæredem conuentum ad reſtituendum fideicommiſſario rem probatam fideicommiſſo ſubiectam, cum fructibus perceptis, & percipiendis per ipſum conuentum poſt datum libellum, & productum teſtamenti inſtrumentum per ipſum fideicommiſſarium. poſt verò lit. conteſt. percipiendis, & qui percipi potuiſſent per ipſum petitorem, & actorem.

Hoc idem ſenſit Hier. Cagn. in dict. l. qui in alterius. ſub num. 26. inferendo poſſeſſorem bonę fidei à principio alicuius hæreditatis à vero hærede facta fide de teſtamento condemnatum teneri ad fructus à tempore malæ fidei citra quod eſt poſt petitionem, & fidem factam de teſtamento per dict. l. item veniunt. §. petitam. cum gloſ. ibi, licèt productio teſtamenti & eius publicatio non operetur quoad cōdemnationem fructuum, ſed quoad condemnationem expenſarum, vt per Alexand. conſil. 90. ad fin. lib. 2.

Vide quoque in cauſa fideicommiſſi magni valoris bonorum plurium, & multorum fructuum etiam petitorum in libello, longi etiam temporis poſt datum li-
33 bellum per iudices † ita reſtitutionem fructuum eſſe paruifactam, & neglectam, quòd de his in ſententia condemnatoria bonorum mentionem penitùs nullam fecerunt. Enimuerò ab omiſſione huiuſmodi cauendum eſt, quia iudex ſi eadem latæ ſententiæ die non condemnat ad fructus, nec reſeruat condemnationem, de ſuo tenetur refundere parti, quæ ſunt de fructibus, cum nullum habeat remedium contra partem victam per l. terminatio. C. de fruct. & lit. expen. ita firmat Ioan. Andr. in addit. in verſic. diſtinguit. in §. vlt. verſic. quid ſi de fructibus. tit. de diſput. & alleg. ad Specu. vide tamen quòd iudex ab hoc poſſet ſe defendere, ſi in ſententia vſus fuerit verbo, reſtituat, quoniam ob huius verbi plenum ſignificatum venit etiam reſtitutio fructuum, alia de his in ſententia iudicis mentione non facta per l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vſufruct. quando fructus de iure venire debent, tradit Bald. in rubr. C. eod. de fruct. & lit. expen. & conſil. 509. arbiter. lib. 4. ſequitur Tiraquel. in l. ſi vnquam. in verſicu. reuertatur, num. 226. de reuocat. donat. & Marſil. in ſingul. 17. acceſſorium. circa med. Iaſ. in §. omnium. in fin. inſtit. de action. licet hanc ſententiam difficillimè in praxi iudiciali admitti, ſe animaduertere dicat, & quia rariſſimè contingeret, quòd iudex non faciat mentionem de fructibus in ſententia, quando tamen id euenerit talem Bal. conſiderationem iure procedere comprobat Couarru. vari. reſolut. lib. 1. cap. 3. ſub nume. 1. vbi etiam per tot. materiam fructuum latè diſcutit. Idem firmat Curt. Sen. conſil. 72. col. fina. nume. 75. vbi & nume. 71. dicit, quòd cum reſtitutio fit de iuſtitia, ſemper venit reſtitutio fructuum per text. in cap. grauis. de reſtit. ſpolia. & in d. §. Fauiana. & ali. alleg. ibi per eum.

Poſtremò non omitto in propoſita ſpecie declarare, quòd Bartol. in l. videamus. §. 1. ſub numero ſecundo. ff.
34 de vſu. dicit quod † vbi fructus petuntur, vt fructus, & non vt intereſſe, vt petuntur in fideicommiſſi reſtitutione, ſi ruſticus poſſeſſor ſua opera ruſticali multos fructus perceperit, omnes quos percepit, tenetur reſtituere, & quod Bald. in l. 2. in princip. C. de fruct. & lit. expenſ. dicit quòd qui tenetur de fructibus percipiendis, tenetur agrum coli facere, & ſeminari, alioquin tenetur, ac ſi coluiſſet, ſeminaſſet, & in horreum recondidiſſet, namque dicta hæc & ſimilia paſſim intelligenda ſunt in reſtitutione fructuum ſemper expenſas eſſe deducendas. l. fructus. ſolu. matrimon. l. prima. C. de fruct. & lit. expenſ. etiam in malæfidei poſſeſſore, & prædone, vt l. ſi à domino. §. fina. & l. planè. ff. de petit. hæred. dicunt Bald. nume. 3. & alij in dicta l. prima. & Couarru. cap. 3. nume. 3. lib. 1. var. reſolut. & Aymo conſ. 87. nume. 2. adeò quòd ſi condemnatus ad fructus, dedit fructus dedit fundum ad laborandum, dando partem ſeminis, vt fit in pluribus locis, pro expenſa detrahere debet dictam ſeminis partem, cum fuerit expoſita gratia quærendorum fructuum leg. diuortio. §. impendia. ſolut. matrim. firmat Ioan. Mar. Riminald. conſ. 211. num. 6. dum fructus veniunt diſpoſitione legis, vt etiam dicuntur venire ſententia iudicis per d. l. 1. de fruct. & & lit. expenſ. & ibi expreſsè Sali. not. in ſpecie fructuum verba iudicis cenſeri verba legis, vnde ſi condemnatio fructuum eſt plurium annorum, ſat eſt vltimo anno ſemel & vna deductio ſeminis: quod ſanè priorum annorum conſumptum præſumitur renouatum, & repoſitum pro ſemine etiam vltimi anni, vt renouari, & proponi debet, per l. item ſi fundi. §. ſeminarios. ff. de vſu. & l. quæſitum. in princip. verſ. item nonnullis. de fun. inſtru. gloſ. & docto. in d. l. fructus. & in d. §. impendia. qua quidem parte ſeminis ſemel detracta fructus reſtituuntur pro parte dominica, ſalua parte coloni per not. in l. cum duobus. §. in coëunda. ff. pro ſoc. & deciſ. Pedemont. 82. nume. 7. & ſequen. ſi verò condemnatus ad fructus ipſe coluerit, & laborauerit, vel laborare fecerit, fundū deducet ex fructibus omnes expenſas forſan excedentes ipſos fructus, quos fecerit pro dictis fructib. habendis, & colligendis per d. l. primam. de fruct. & lit. expenſ. decidit Capra conſil. 55. nume. 7. verſic. circa quartum, vt hic iuris eſſe, ſed ob contraria pro laboratore monendo concludit eſſe ſeruandam ſententiam ruſticanam, vel conſuetudinem locorum, Cephal. conſ. 181. idem ſolum de ratione expenſarum, Burſat. Mant. conſi. 71. ad fin. & pulchrè Saly. in l. ſi quis ſciens. ad fin. C. de rei vend. poſt Bald. ibi.

Attendenda ergo ſunt hæc notatu digna quotidiana & vtilia in practica, & omiſſa per doct.explicari in d.l. in fideicommiſſaria. Reliqua de probatione facienda bonorum teſtatoris, quæ veniant in fideicommiſſo, & fructuum, tractanda erunt infra lib.vlt.cui iudicialium locus eſt.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Extraneus vt reſtituat, opus eſt vt habeat bona à teſtatore iure vlti.voluntatis & non alio iure: alioquin non veniunt in fideicōmiſſo.*

2 *Bona non veniunt in fideicommiſſo, adeò vt reſtitui debeāt à grauato, ſi ille non habuerit ea iure vltimæ voluntatis, & non alio iure, quia tunc non reſtituerentur.*

3 *Bona ex fideicommiſſo non debentur facta diuiſione à patre inter filios ſuam cuilibet aſſignante portionem, ſi per viam contractus inter viuos hoc egerit cum verbis importantibus tranſlationem dominij, de quibus ibi habetur, & ſi eos in teſtamento inſtituerit in portionibus aſſignatis cum onere fideicommiſſi inter eos.*

*Fallit, ſi filij approbaſſent teſtamentum patris vel adierint hæreditatem eius cum beneficio legis & inuentarij, & vt ibi pulchrè habetur.*

4 *Bona in fideicommiſſo non veniunt feudalia vel emphyteutica quæ non iure hæreditario, ſed beneficio & conceſſione domini ac principis vel aliter obuenerunt grauato in inueſtitura comprehenſo, ſic concepta aſſignauit Titio pro ſe filijs & nepotib. vſque in tertiam generationem, vel pro ſe, filijs & hæredibus maſculis.*

*Fallit, ſi fideicommiſſarius eſſet capax æquè vt inſtitutus & grauatus eſſet quæ de compenſis in inueſtitura, quia venirent in reſtitutione.*

5 *Fallit quando inueſtitura diceret pro ſe liberis & hæredibus expreſſè vel tacitè, tunc feudum ſapiens quid hæreditarium veniret reſtituen. aliàs non, tuncq; eſſet hæreditarium quoad deſcendentes & comprehenſos inueſtitura, & vt admittantur, neceſſe eſt vt ſint hæredes, vel primi acquiſitoris vel vltimi defuncti, vt ibid.*

6 *Idem in eccleſia concedente in emphyteuſim pro ſe filijs & hæredibus intelligitur pro deſcendentibus, qui ſint hæredes: tunc inter eos poteſt fieri & imponi onus fideicommiſſi & non ad extraneos deueniendi, & vt ibi latius.*

*Et quid in liuellarijs, dic vt ibi.*

7 *Bona veniunt in reſtitutione fideicommiſſi feudalia & emphyteutica, quæ generaliter ſunt hæreditaria & tranſitoria ad extraneos hæredes, ſicque iure hæreditario ad grauatum peruenerunt.*

*Idem quando ſunt data cum clauſula in inueſtitura, & cui dare vel concedere voluerit.*

*Et quænam ſint bona feudalia vel emphyteutica tranſitoria ad hæredes extraneos & ſint hæreditaria, ibid. habetur.*

*Et quid de feudo nobili & franco, maximè partim acquiſito meritis, partim pecunijs, an ſuper eo valeat teſtamentum feudatarij. ibid.*

8 *Bona emphyteutica feudalia & liuellaria vel precaria in fideicommiſſo veniunt ſtante ſic conſuetudine in loco, vt tranſeant ad quoſcūque hæredes, & de his diſponi poſſit, vti de allodialibus & proprijs, quæ eſt attendenda conſuetudo, & de ea ibidem.*

9 *Idem vbi adeſſet bulla apoſtolica de illis vti bonis hæreditarijs & proprijs alienandis, quia valebit fideicommiſſum poſt eam bullā, non autem antè, & vt ibi de ea bulla habetur latè, vide.*

10 *Bona veniunt reſtituenda in fideicommiſſo, quæ grauatus aliunde quàm ex teſtamento & vltima voluntate habuit etiam ab ipſo teſtatore.*

*Nec quæ habuit ex donatione cauſa mortis.*

*Nec res quæ alio ſuo iure ſpectaret ad fideicommiſſarium.*

*Nec res quæ ad grauatum peruenit contra vel præter voluntatem teſtatoris.*

*Nec ius patronatus eccleſiaſticum.*

*Nec quæ obueniunt grauato ex fideicommiſſo aui vel anteceſſorum.*

*Nec iſta reperta tempore mortis teſtatoris locupletis in hæreditate ſua. ſ. pecuniæ, merces, vel magna quantitas vegetum plenarum vino, horreum plenum frumento, vaſa plena oleo, ſupellectilia & alia mobilia pretioſa, boues, equi, oues, & alia animalia, cùm ſint de his quæ ſeruando non poſſint ſeruari, & parua temporis longitudine conſumuntur & pereunt ſua natura corruptibilia.*

*Et an earum æſtimatio veniat in reſtitutione. vnde quæ latius ponuntur ibidem, cum num. ſeq.*

11 *Bona propria hæredis venirent reſtituenda in fideicommiſſo, quando hæres eſſet nominatim grauatus, & fructus etiam per eum percepti medio tempore, quatenùs concurrunt.*

12 *Bona mobilia, an & quando veniunt in fideicommiſſi reſtitutione quæ reperiebantur tempore mortis teſtatoris locupletis, vt pecuniæ, merces, veſtes magna quantitas vegetum plenarum vino, horreum plenum frumento, vaſa plena oleo, ſupellectilia, & alia mobilia pretioſa, boues, equi, oues & alia animalia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & quòd ſint talia, vt non ſeruentur aut poſſint ſeruari, vide ibi.*

13 *Bona ea non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi quæ hæres grauatus emit & pecunia exacta à debitoribus hæreditarijs, licet ipſa pecunia exacta veniat.*

*Nec quod hæres grauatus lucratus eſt ex reb. hæreditarijs, vel earum occaſione.*

*Nec quæ ideò ex eo fideicommiſſo detrahi debent.*

## ¶SOLVTIO. III.

1 SECVNDVM nunc diſſoluitur † quod bona grauatus à teſtatore habeat iure vltimæ voluntatis & non alio iure, alioquin ex ea non veniunt in fideicommiſſo, & quænam alia non veniant his caſibus vel exemplis demonſtratur.

2 Primò frequenter accidit, quòd † pater diuidit ſua
bona inter filios ſuam portionem cuilibet aſsignando
poſteà in teſtamento, vel hęredes eos inſtituendo in por
tionibus aſsignatis, vel aliter diſponendo, apponit gra
uamen fideicommiſsi inter eos, vt de vno in alium per
ueniant bona ipſa: namq; ſi apparet talem diuiſionem
valere iure contractus inter viuos, vt ſi facta exordiatur
cauſa euitandi rixas, diſcordias, lites & controuerſias
inter filios, & cum verbis importantibus tranſlationem
dominij, dedit aſsignauit iure proprio, & in perpetuum
per ſe & ſuos hæredes, ad habendum, poſsidendum,
cum promiſsionibus de non contraueniendo, & cum
iuramento, bona quidem ſic in diuiſione aſsignata, vt
effecta, propria filiorum & eis etiam à patre obuenien-
tia aliunde quàm ex teſtamento non veniunt in fidei-
commiſſo, per l.cohæredi. §.cum filiæ. de vulgar. & pu-
pil. & l.ſequens. de legat. 2. & l.Lucius. §.maritus. ad Tre
bell. tradunt Alexand.conſ.217.colum.3.num.2.& ſe-
quent.lib.6.& Corn.conſil.228.colum.ſecunda.& ſe-
quen.libr.4.Ruin.conſil.187.colum.2.& per tot.lib.2.
& Pariſ.conſil.33.columna 3.& ſequ.lib.3.& iſti reſpon-
dendo contrarijs latè defendunt, allegans ſolum dictum
conſilium Cornei, dicit ſummè notandum ſi verum eſt,
Socin.conſil.72.numero 67.libro primo, prout veriſ-
ſimum eſt per tot docto. approbatum, & procedit ſi filij
iſti non approbauerint teſtamentum patris, vel eius hæ-
reditatem adierint cum beneficio legis, & inuentarij, vt
meminit Pariſ.d.conſil.33.num.78.89.

3 Secundo † non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi
bona feudalia, vel emphyteutica, quæ non iure hæredi-
tario,



ſed beneficio & conceſſione domini, veluti prin-
cipis, vel eccleſiæ obuenerunt grauato in inueſtitura
comprehenſo, & ſic concepta aſſignauit Z. pro ſe, filijs,
& nepotibus, vſque in tertiam generationem. vel pro ſe
filijs, & hæredibus maſculis, Bald.in l.cum virum. co-
lum. fin. ſub numero 21. C. de fideicommiſſ. Bartol. in
l.ſi patroni. in princ. num. 3. ff. ad Trebell. & ibi Alexan.
numero 9. & ibi omnes plene ſuper hac materia, &
Bart.conſilio 1. proponitur quòd Rigus nume. 3. lib. 2.
Alexand.conſil.91.colum.7.nume.13.lib.1.repet.conſil.
11.lib.3.Calca.conſil.74.nume.3.9.Socin.Iun.conſi.72.
num.24.lib.1.Riminal.Seni.conſ.257.num.26.
Intellige † niſi ſubſtitutus, & ſic fideicommiſſarius
4 eſſet capax ęquè vt inſtitutus, & grauatus, & eſſet de com
prehenſis in inueſtitura, quia tunc talia bona venirent
in reſtitutione, ita eſt ſententia Ioan.Andr.in addit.ad
Specul.titu.de locatione. §.nunc aliqua. verſicu. 159.
incip. quæritur quando non eſſet dubia, vel rectius quæ-
ſtio non eſſet dubia, & Bald.in dicta l.cum virum.num.
21.dicit eſſe not.limitationem Caſtr. dicta l. ſi patroni.
nume.2. hoc quoque demum intellige, & declara ſe-
cundùm Alexand.in dicta l.ſi patroni. columna penult.
5 verſ.limito tamen illud, & in conſil.19.lib.5. † quando
inueſtitura diceret pro ſe, liberis & hæredibus expreſsè
vel tacitè, tunc feudum ſapiens quid hæreditarium poſ-
ſet venire in reſtitutione fideicōmiſſi hæreditatis, aliàs
non, vt ibi per eum melius declarantem in d.conſil.19.
num.9. ad idem Anch.Regien.quæſt.19.nume.6.part.1.
itaque hoc caſu feudum à quocunque habitum, & rece-
ptum pro ſe, filijs, & hæredibus non eſt hæreditariū niſi
quoad deſcendentes, & comprehenſos in inueſtitura, vt
admittantur, neceſſe eſt quòd ſint hæredes communem
opin. probans ponit Clar.in §.feudum.in quæſt.83.& in
quæſt.9.verſic.quandoque & tertio, vel prima acquiſi-
toris, vel vltimi defuncti ſint hæredes mediatè, vel im-
mediatè, vt ibi in verſic.ſeq.& Pariſ.conſil.23.num.189.
6 lib.1.& conſil.65.num.35.lib.3. idem † in emphyteuſi ab
eccleſia conceſſa pro ſe, filijs & hæredibus intelligi pro
deſcendentibus qui tamen ſint hæredes, vt in feudo di-
ctum eſt poſt longam doct. allegationem, & opi. recita-
tionem, & diſceptationem concludit, & tenet pro ma-
gis commun. Clar.in ſuo §.emphyteuſis, quæſt.28.verſi.
tertius eſt caſus. & per tot. quòd nunquam tranſeat ad
extraneos hæredes, ſed ad deſcendentes tantummodò,
& filios recipientis, adeo quòd hæc breuiter inſeruiunt
reſolutioni noſtræ præſenti tam in feudo, quàm in em-
phyteuſi ſic conſtitutis, vbi inter ipſos deſcendentes fue
rit à prædeceſſoribus impoſitum onus fideicommiſsi,
quod huius vigore, eiſdem deſcendentibus vocatis, &
non extraneis bonorum reſtitutio fieri valeat ſecūdùm
Alexand. declarationem in d.conſi.19.num.9. cum quo
tranſijt Curt.Iun.tract.de feud.in 4.par.num.133.Ruin.
conſi.25.col.1.ver.nec refert.lib.1.& conſil.108.num.18.
& conſi.171.col.pen.num.15.lib.2.& idem in liuellarijs,
quamdiu durat generatio aſcripta, & vocata, tamdiu &
non vltra debet ſeruari teſtamentum ſuperinde diſpo-
nens per l.ſi domus. §.fina. de leg.1. tradit Bald.conſil.1.
per ſe conſideranda ſunt lib.2.
Veniunt † in reſtitutione fideicommiſſi bona feu-
dalia ac emphyteutica, quæ generaliter ſunt hæredita-
ria, & tranſitoria ad extraneos hæredes, & ſic iure hære-
ditario peruenerunt ad grauatum. Bald.d.l.cum virum.
col.fin.num.21. Iaſo.in prælud.feud.col.16.verſi.an au-
tem feuda. Pariſ.conſ.23.num.163.lib.1.col.32.num.vlt.
lib.2.Nat.conſil.464.num.22. Crot.conſil.136.num.51.
Hipp.Riminal.conſil.9.num.90. Idem eſt quando data
ſunt cum clauſula in inueſtitura, & cui dare vel conce-
dere voluerit, vt per Bal.conſil.70. punctus teſtator qui-
dam.num.4.lib.2.Pariſ.conſil.71.nu.44.lib. Curt. Iun.
conſil.4.col.2.num.3.Iaſo.in fin.col.3.verſi. contrarium
eſt verum. C.de iure emphyt. Aymo conſil.84.ſub nu.2.
pro commun. ponit Clar.in d.ſuo §.emphyteuſis.q.28.
verſ.fin.ſub generali fideicommiſſo non venire feudum
ponit Cephal.conſil.523.num.43.

Quænam bona emphyteutica, quænámve feudalia ſint hęreditaria & tranſitoria ad extraneos hæredes percipi poteſt ex his quæ ſcripſi ſupra eod.lib.interpr.1.dubit.2.ſolut.2.circa ipſa bona emphyteutica & feudalia, de quibus teſtator poteſt diſponere, in ſumma ſufficit etiam remiſſo ad ſcripta per Clar.d.§.emphyteuſis.q.16.& q.28.& d.§.feudum.q.82.& Nat.conſil.679. cum trib.conſ.ſeq.Cephal.conſil.307.num.24.& ſeq.& Menoch.conſ.61.nu.26.& Gabr.Rom.de commun.opin. lib.6.tit.de verb.ſign.concl.3. aduertendo ne hæredem extraneum duę improprietates ſimul concurrentes impediant, vt adducit Becci.conſ.28.nume.13.& 14.& per totum.

Adde & feudum nobile & francum, & maximè acquiſitum partim meritis, partim pecunijs eſſe tale, quòd ſuper eo valet teſtamentum feudatarij probat Iaſ.conſil. 57.col.2.& ſeq.lib.1. allegando Bald.in auth.niſi rogati. qui hoc dicit ſub num.15.C.ad Trebell. cùm ſit liberum atque gratioſum, argum. l.ſi quādo. C.de inoffic. teſtam. dicit Bald. tamen dicere videtur contra in rub.de feud. num.53. primam opin. dummodo id fiat ſaluo iure domini, tenet Curt.Iun.tract.de feud.in tertia part.num.117. corroborando, vt ibi per eum.

8 Aduertendum † quoque eſt, ſi in loco vigeat conſue-
tudo, quòd bona emphyteutica, feudalia, liuellaria vel
precaria tranſeant ad quoſcunque hæredes, & de his ſo-
leat, & valeat diſponi, vti de bonis allodialibus, & pro-
prijs, conſequens eſt, vt de his valeat fideicommiſſum
vigore conſuetudinis, circa hæc omninò attendenda, vt
per Alexand.conſi.124. colum.1. num.3. Spec. titul. de
locat.verſ.6.Imol.Alexan.in l.quòd dicitur. ad vlt.col.
de verb.oblig. ita ad conſuetudinem huiuſmodi ſemper
recurrendum admonet Clar.d.§.emphyteuſis. d.quæſt.
28.ad fin. de qua etiam in ſpecie attendenda & obſer-
uanda plura ſcribit Hippol.Riminal.conſil.9.nume.95.
9 cum ſeq. idem † eſt dicendo vbi adeſſet aliqua bulla apo
ſtolica de bonis prædictis alienandis inter viuos, vel in
vltima voluntate, vti de bonis hæreditarijs, quòd valeat
fideicommiſſum de bonis inueſtitis poſt dictam bullam
emanatam, & non antè, Alexand.conſil.91.colum.pen.
verſ.non obſtat dum dicebatur.lib.1.& proprie in caſu
bullæ propriè & ſtrictè intelligendæ vti exorbitantis à
iure Communi, Corn.conſil.165.colum.ſecunda in fin.
& colum.ſequen.lib.ſecundo, Hippol.Rimin.conſ.44.
num.59.& non in perſonas prohibitas. Ioan.Mar.Rimi
nal.conſil.422.
10 Tertiò in ſumma dicendum eſt † in fideicommiſſi
reſtitutione non venire bona, quæ grauatus aliunde
quàm ex teſtamento, & vltima voluntate habuit etiam
ab ipſo teſtatore. l.vxorem. §.teſtamento. de legat.3.
Alexand.conſil.20.colum.3.nume.6.lib.tertio, & Corn.
conſi.227.colum.3.verſi.nec veniunt in 4.Socin.conſi.
42.colum.penult.nume.3.lib.3.& non veniunt quæ ha-
buit ex donatione cauſa mortis, Socin.Iun.conſil.72.
nume.64.lib.1.& quæ propria ſunt grauati & acquiſita
per eum vulg.l.cohęredi.§.cum filiæ.de vulgar.& pupil.
Alexand.conſil.201.in princip.lib.6.Corn.conſil.180.
col.8.verſicu.circa nonum quæſitum.lib.4.Caſtr.conſil.
77.viſa facti narratione.colum.2. verſicu. quantum ad
ſecundum.lib.ſecundo, Aymo conſi.24.nume.12.Pariſ.
conſil.55.nume.21.lib.2.& dicto conſilio 33.nume.75.
lib.3.Dec.conſi.218.num.5.verſic.ſimiliter in reſtitutio-
11 ne † & venirent propria bona hæredis, quando nomi-
natim eſſet grauatus hæres, & fructus per eum percepti
medio temporis quatenùs concurrunt Bald.in l.cùm
pater. §.fina.circa med.de legat.2. Non venit etiam in

fideicommiſſo res quæ alio ſuo iure ſpectaret ad fideicõmiſſarium, l. poſt emancipationẽ.in prin.de l.3. idem non venire rem quando ad grauatum cõtra vel præter voluntatẽ teſtatoris peruenit per doctr.Bald. in l.ſi Titio. §. 1. de leg. 2.& ibi alij ſequuntur.

Non ius patronatus Eccleſiaſticum pluribus auctor, probat Alexand.conſil.73.ſub nu.1.li.7.

Non veniunt, quæ obueniunt grauato ex fideicommiſſo aui, vel anteceſſorum, Pariſ.conſ.31.col.fina. li. 2. Aymo.conſi.144.col. 1.& ſeq.vel ex teſtamẽto alterius quàm grauantis vt in caſu not.reſpõdit Caſt.conſi.426. ad primum quæſitum. ſub nu.2. li. 2.Alci.conſi.31.nu.7. lib.9.& quando eſſet relictum grauato,non cẽſetur animo compenſandi.Alexand.conſi.250.in fin.lib.7.

12 Et non veniunt † iſta, pone tempore mortis teſtatoris, præſertim locupletes in ſua hæreditate reperiuntur pecuniæ,merces,veſtes, magna quantitas vegetum plenarum vino,horreum frumento,vaſa plena oleo, ſupellectilia,& alia mobilia pretioſa,boues,equi,oues,& alia animalia , prout frequenter reperiuntur, & magnæ quantitatis, & magni valoris,cùm de his rebus ſint iſta, quæ ſeruando ſeruari non poſſint , & vſu & pauca longitudine temporis conſumuntur , & pereunt ſua natura corruptibili,& parum duratura,vt de pecunijs, quòd ſint de his rebus , quæ ſeruando ſeruari nequeant , eſt tex. in l. Iulianus.ff.de pet. hæred.deciſ. Pedemont.135. num.11.Pariſ.conſil. 26.colum.final.lib.ſecundo,de vino, frumento , oleo , & veſtimentis , quòd non durent vltra triennium,latè probat Iaſ.in l. 1. §. fuit quæſitum, colum.penul.ff.ad Trebel.de ſupellectilibus,& alijs rebus mobilibus , quòd vſu conſumantur,& ſufficiat probare veriſimilitudinem temporis, quo debuerunt poſſe corrumpi,firmat Bartol. in l.quoad præſens. vltra med. verſ. item dicitur. C. de murileg. lib. 11. & ibi Luc. de Pen. ad fin. ſequitur afflict.in deciſ.13. num. 27.& debent poſſe eſſe conſumptæ, comprobat & Alexan.conſil.45. num. 4.lib. primo , & Lud. Bologn. in addit. ad conſ.Ioa.de Ana.conſ.80. de equis & animalibus,quòd veriſimiliter perierint , probando de communi naturali curſu vitæ eorum quòd tanto tempore non durauerint maximè equi.Corn.conſil.186.colum.ſecunda, ver. nec teneretur hæres.libr.primo , vnde à morte teſtatoris vſquequo ceſſit , venit dies fideicommiſſi petendi tanto tempore decurſo , quo prædictæ res conſeruari non potuerint , ſed conſumptæ vel perijſſe præſumuntur,& quæ non probantur reperiri penes hæredem grauatum eiuſq; non probato circa hæc dolo , vel lata culpa,vel leui,vt de hac etiam tenetur,quando ſponte adiuit hæreditatem, & retinet quartam Ang.Aret.tradit de teſta. in gloſſ. 86.ſub num.12.facit & aptè text.in l. cum ita.§.ſpecies. de leg.ſecundo.& gloſſ. in ver.ſi non culpa.& l. ſi legatarius.in princ.de legat.3.tex. & gloſſ.in l. 3. in princ.de fun. inſtru. vt de hac re plenius agere aſſumpſit Menoch.de arbitr.iud.caſ.49.l b.primo.centu. 1. dicuntur vtique non venire in fideicommiſſo , eóque eas quas non habet res grauati , hæres non grauatur reſtituere pex text.in l.mulier.§. ſed etenim. & in l. deducta.§.cùm autem. ff. ad Trebel.ita quoad prædictas res omnes,& earum extimationẽ non venire in reſtitutione in ſpecie probant Dec.conſ.81.col.2.nu.4.verſ.de 5. dubio,& Pariſ. conſ.25.col.penult.& fin. conſil.45.col. 4.conſ.55.in fin.li.2.& conſ.55.num.26.li.3.Burſat.conſ. 71.ſub nu.17.Aduerte quòd per dict.§. ſed etenim, & l. diuus.ff.de peti.hæred.tenet gloſſ.in l. Marcellus. §. res quæ. ad Trebell. quòd eſſet in culpa hæres grauatus, ſi non alienaſſet res ſteriles vel quæ non poterant ſeruari, & ibi Barto.Angel.Caſtr.Imol.& Iaſo.comprobãt pretium tunc hæredi imputari in quartam,ſi non fuerit ſolutum pro oneribus hæreditarijs legatariorum vel creditorum & ſimilium forte pro reparatione domus ait Imol. imputatur enim hæredi grauato ſi non vendidit res fideicommiſſo ſubiectas & tempore perituras, Aret. in l. pro hærede.in princ.ad fin. ff. de acquir. hæred. de mercibus tamẽ & mobilibus inuentis in bonis teſtatoris & conſumptis,hæres grauati tenetur fideicommiſſario reddere rationem , probat Aym.conſi.316.ſub nu. 5.ver.nono dubitatur.

Non parui faciẽda quippe ſunt hæc in practica, nam vidi errores iudicum non paruos aſſignantium in fideicommiſſi reſtitutione ſupellectilem , bona mobilia, & ſe mouentia teſtatoris poſt annos 60.ab eius morte etiã dolo vel culpa aliqua non probata plurium ſucceſſiuorum, & bonis ipſis aliquibus non repertis tempore diei cedentis fideicommiſſi,nec aliter probato quid de ipſis bonis actum fuerit, vt probari debet Alexan.conſil. 82. colum.penult. nu.14.libr. 2. ſequitur Aymo.conſil.316. colum.fin. ſub verſic. nono dubitatur , licet de his mobilibus,vbi de his non fuit factum inuentarium,conſtare poſſit non plenis probationibus,Gabr.Eugub.conſ. 121. nu.53.

13 Præterea illud † non venit in reſtitutione , quòd hæres grauatus emit ex pecunia exactã à debitoribus hæreditarijs,licèt veniat ipſa pecunia exacta per l.ſed & ſi lege.§.primo.ff. de petit.hæred. latè inſiſtendo reſpondit Ruin. conſi.97. colum.penult.lib.quinto, vbi & in col. fin. tradit,quòd venit id etiam in reſtitutione. quòd hæres grauatus lucratus eſt ex rebus hæreditarijs , vel earum occaſione per l.3.ff.ad l.Falci.& l.poſtulante. ſub §. ſed & in hiuſmodi. verſicul. ſed cum hæreditarios numos.ad Trebell.& per Aymo.conſi.295.num.4. verſic. ſeptimum dubium.Denique alia non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quæ ideò ex eo detrahi debent, de quibus modò dicemus.

## ¶SVMMARIVM.


1 *Bona non veniunt fideicommiſſo reſtituendo, & quæ videlicet.*

*Funeris impenſa teſtatoris.*

*Credita grauati , debita hæreditaria,legata per grauatum, & alia legitima neceßitate alienata.*

*Melioramenta facta per grauatum in bonis reſtituendis.*

*Legitima & Trebellianica debita grauato , de quibus ſimul omnibus habetur in verb.fideicommiſſum minuitur.*

*Impenſa etiam funeris teſtatoris eſt ex fideicommiſſo detrahenda,& vt in verb.fideicommiſſum minuitur.*

2 *Fideicommiſſum minuitur ex impenſa funeris teſtatoris, quæ præcedit bonis non exiſtentibus ſoluendo , & ſemper deducitur ex hæreditate,cuius reſpectu Falcidia non detrahitur,ſiue impenſa ea fuerit ordinata à teſtatore,ſiue facta ab hærede,eo tamen modo , vt ibi habetur , & quæ veniunt ſub funeris impenſa quæve detrahi debeant ex fideicommiſſo,& quid hæreditate exiſtente ſoluendi, vbi recurritur prius pro ea facienda , & multa perpulchra ibid.ponuntur & declarãtur pro hac materia , & de detractione pro ratis bonorum fideicommiſſario reſtituẽdorum fienda remanentium penes hæredem pro legitima & Trebellianica ibid.cum num.ſeq.*

3 *Impenſa funeris quoque dicitur ſi corpus mortui extra patriam deferatur ad locum patriæ ſuæ.*

*Item veſtes factæ lugubres quas tota familia defuncti per nouem dies deferre debet.*

*Quid de veſtimentis vidualibus traditis vxori quæ per annum luctus ferre debet,ibidem.*

4 *Veſtimenta vidualia tradita vxori tempore luctus & funeris mariti quæ vxor per annum luctus ferre debet,imputãtur hæredi & non in ſumma dotis ſuæ,& quid quãdo ſit veſtis non magni pretij quod ſit ſua, aliàs quòd hæredis mariti, & ibi de conſuetudine ponitur.*







5 *Expenſæ tamen circa veſtes quàm victus vxoris defuncti non fideicommiſſario,ſed hæredi imputari debent,& qua re. ibid.*

6 *Impenſa funeris quæ debet detrahi tanquam æs alienum & ſic pro quarta habet diminuere quartam Trebellianicam debitam hæredi grauato & pro alijs tribus partibus diminuere bona reſtituenda fideicommiſſario.*

7 *Impenſa funeris ſemper ex bono & æquo arbitrari ſolet,taxari,& detrahi.*

8 *Impenſa funeris ſi fiat de bonis hæreditarijs vt præſumitur hæreditate exiſtente ſoluendo ſemper recurritur ad capſam defuncti,loculos & crumenam pro pecunijs , quibus deficientibus ad horreum tritici & cellam vinariam & ad mobilia,quæ ſolent ſufficere.*

*Et quid ſi fiat de ſuo per grauatum.num.*11.

9 *Argumentum valet à ſolitis.*

10 *Legitima & Trebellianica detrahitur per hæredem ſibi debita ex fideicommiſſo.*

12 *Legata & fideicommiſſa conditionalia effecta caduca ex aliqua cauſa penes hæredem remanentia debent detrahi ex fideicommiſſo , non tamen legatum ex fructibus perſoluendum mandato teſtatoris.*

13 *Hæres grauatus qui nullum confecerit inuentarium ex fideicõmiſſo deducit creditum ſuum ſibi à defuncto debitum vel eius hæreditate pro dote ſua , vel materna , vel ſuæ vxoris,vel ex alia cauſa.*

*Item deducit quod de debitis hæreditarijs ſoluerit de ſuo. item & in hærede hæredis.*

14 *Fallit in vſuris debiti hæreditarijs quas non teneret ſoluere de fructibus bonorum reſtituendorum & ſoluens non repetit , item & ſi ſoluat ſortem debiti vſurarijs non repetit,eſto quòd coactus ſoluat ibidem.*

*Fallit in legatis annuis ſolutis quæ non deducuntur, quando nominatim ab eo,vt ſoluat ſunt relicta.ibid.*

*Fallit quando ſpectaret ad onus hæredis quia non deducitur, vt quia legatum prius eſſet ſoluẽdum ex diſpoſitione teſtatoris quàm fideicommiſſum vniuerſale.ibid.*

*Item deducuntur per hæredem ſoluta non ſpectantia ad eum ibidem.*

*Item legata particularia facta hæredi grauato deducuntur & dari hæredi hæredis à quo petitur fideicommiſſum, ibidem.*

*Item deducuntur quæ iure legati vel fideicommiſſi ex alterius teſtamento debentur hæredi grauato.*

15 *Idem de expenſis pluribus factis pendente conditione fideicommiſſi per grauatum quæ fideicommiſſario imputantur,pro conſeruandis bonis hæreditarijs.vt ibi.*

16 *Bona alienata ex neceßitate aliqua an ex fideicõmiſſo detrahuntur, & quando talia dicantur,vide ibi.*

17 *Detractationes quando ex fideicõmiſſo fiendæ contẽduntur de tribus dubitari ſolet,an fructus medio tempore percepti per grauatum ei imputantur in creditis ſuis detrahendis.*

*An aliqua ratio fructuum habẽda ſit ad commodum grauati pro iuribus ſui crediti,vſquequo dies ceſſerit fideicommißi,& id reſtituerit.*

*An liceat fideicommiſſario ſoluere in pecunia,quanta ſit detrahenda,vel debeat aßignari de bonis hæreditarijs.*

18 *Hæres grauatus an teneatur compenſare fructus perceptos medij temporis cum ſuis creditis detrahẽdis ex fideicommiſſo,vide opin. hincinde , & tandem quòd non,cùm ſint iudicio teſtatoris effecti ſui ſecundùm auctorem adeò vt nec cum melioramentis computentur.*

*Fallit ſi expreße teſtator mandauerit eos compenſari , vel tacitè,eo modo,vt ibi clarè deducitur,& de materia latißimè ibi, cum num.ſeq.*

19 *Fructus percepti regulariter ab hærede,eius efficiuntur & non veniunt reſtituendi fideicommiſſario.*

20 *Fructus debentur grauato hæredi & eorum habenda eſt ratio ad commodum hæredis , quando creditum hæredis habet originem ex aliqua quota bonorum hæreditariorũ teſtatoris,vt eſt dos filiæ,vel neptis grauatæ quæ ſubrogatur loco legitimæ,pro qua cùm dentur fructus à die mortis,ſic & pro dote dicendum eſt.*

21 *Item quando conſiſtit creditum in iure vniuerſali , vt in fideicommiſſo ſibi debito à teſtatore ex alterius teſtamẽto, quia quod ex re mea naſcitur meum eſt,& vt ibi.*

*Item debentur grauato illi fructus concurrentes vſque ad quãtitatem crediti ſui,cum fuerit inſtitutus & expreßè vel tacite grauatus ad reſtituendum alijs fructus ſuæ hæreditatis,vel pauperibus vel propinquis ſuis,& vt ibi diffuſe legitur,vbi nonnulla pulchra de materia.*

22 *Item debentur fructus grauato creditori in quantitate teſtatoris,pẽdente tamen interim cõditione,quia impleta, & in mora conſtituto grauato hærede, fructus tunc ſunt reſtituendi cum fideicommiſſo, qui erat creditor in quãtitate,quæ ſui natura non poteſt germinare fructum, ſecus ſi eſſet in quota hæreditatis,in fructibus quartæ Falcidiæ & Trebellianicæ , quia non reſtituerentur illi , quia ſicut hæreditas reddit fructus, ita & ſua quota pro quarta Falcidiæ & Trebellianicæ,vel legitimæ, & vt de materia latißimè ibid. legitur.*

23 *Fructus reſtituendi ſunt fideicommiſſario vna cum fideicommiſſo.ſ.fideicommiſſo ſubiectis ex mora hæredis grauati,& ideò interim non lucratur fructus ſui crediti hæres grauatus ne ſui mora ſit ſibi proficua , ſed debet eſſe nociua,at ſolùm pro ſuo credito ius habet retinendi,cum aliàs regulariter non ſit licita retentio,& vt ibi latè diſcutitur.*

24 *Detractio debitorum & æris alieni an ſit facienda ex hæreditate , adeò , vt ſint aßignanda bona, vel vt de bonis hæreditarijs hæredi grauato pro ſuo credito , & alijs, an verò poßit fideicommiſſarius ſoluere in pecunia debita illa,& ſecundùm cuius temporis extimationem bonorum ſit facienda, hoc eſt multum controuerſum , maximè ſuper executione ſententiæ pro fideicommiſſo latæ mandantis detrahi ex dict. hæreditate totam quantitatem pecuniarum pro tali & tali re,&c.aliqui quòd fiat ex dict.hæreditate & bonis eius aßignatis pro credito & ſecundum tempus mortis teſtatoris fiat extimatio , quid verò ſecundum auctorem quòd deductio ea ſit intelligẽda ad intellectũ legis ciuiliter,& non materialiter,adeò vt importetur diminutio totius patrimonij , & non rei certæ & hærede grauato deducente ſuum creditum contra fideicommiſſarium abſque iudicis aditione , legibus ſic permittentibus: quæ deductio non datur in nominibus debitorum,ſed in corporibus & bonis hæreditarijs, & vt latè de materia ibi.*

25 *Fideicommiſſarius poteſt ſoluere & tenetur in quantitate debita ſi velit reſtitutionem ab hærede fieri ſibi bonorum grauato & creditore in quantitate,nec creditor habens cogatur aliud pro alio recipere in ſolutionem vt cogi non debet.*

*Fallit in hærede grauato creditore pro legitima & Trebellianica cùm plura poßit habere in ſolutione.*

26 *Creditor certæ quantitatis pecuniarum faciens expenſas in rem alienam reſtituendam non cogitur rem ipſam recipere vel retinere pro expenſis.*

27 *Hæres poteſt ſoluere in pecunia etiã inuito legatario legatum certæ quantitatis illi relictum à teſtatore diſponẽte legatarium poſſe capere de bonis teſtatoris prout ſibi placuerit.*

28 *Deductio æris alieni ex hæreditate quomodo intelligitur , & quòd non detur creditori quicquam inſolutum.*

29 *Funus ac impenſa ipſius funeris ſemper ex hæreditate deducitur & creditum etiam præcedit, non tamen faciens eas poteſt deducere & ſibi ſatisfacere de hæreditate ſed habet actionem funerariam aduerſus hæredem vel ſucceſſores.*

*Fallit ſi reperiatur in hæreditate tanta pecunia numerata*
*ex qua poſſet fieri commodo debiti ipſius detractio, quia*
*fieret.*
30 *Fideicommiſſarius poſt agnitum fideicommiſſum ſciens ſe*
*teneri ad ſoluendum debita hæreditaria poteſt redimere*
*bona retenta per hæredem grauatum creditorem offerẽ-*
*do ei pecuniam debitam hæredi & illi eam ſoluendo, qua*
*hæres tenetur recipere, & relaxare bona illa relicta, &*
*quando augmenti monetæ habenda ſit an tempore con-*
*tractus vel mortis.*
31 *Fructus percepti poſt mortem ab hærede grauato computã-*
*tur in extimationem crediti ipſius hæredis, quando vt*
*fructus perceperit qui creditum extinguunt, cum fidei-*
*commiſſarius poſt ſententiam ſit bonorum dominus &*
*ſui ſunt fructus, cùm bona relicta ſunt fideicommiſſario*
*relaxanda in fructibus ipſis ſuo credito compenſato, &*
*vt ibi dicitur.*
32 *Hæres grauatus creditor teſtatoris nolens cõpenſare credi-*
*tum ſuum in fructibus perceptis, ſciens ex retentione bo*
*norum loco pignoris interim fructus ſuos nõ facere poteſt*
*obtinere dationem in ſolitum fieri de bonis pro quantita*
*te ſui crediti dominij translationem impetrando.*
*Et quid ſi nolit ſibi fieri ſolutionem in bonis, ſed in pecunia,*
*cùm non cogatur rem recipere, vel retinere pro expenſis,*
*dic vt ibi.*
33 *Hæres grauatus reſtituere ſi deceſſerit ſine liberis, & velit*
*ſibi præcauere de certis bonis hæreditarijs ſibi aſsignãdis*
*ſeparatis pro ſuo credito cum defuncto pro ſua legitima*
*& Trebel. ſibi reſpectiuè debitis quomodo agere debeat,*
*& de practica ſeruanda. vide ibi latè, & de materia per-*
*pulchrè.*

## ¶ SOLVTIO IIII.

TERTIVM & vltimum ſupereſt diſſoluẽ-
dum, vt id factis debitis deductionibus, vel
detractionibus, quod ſuperſit veniat ex fi-
deicommiſſo reſtituẽdum, & ſi propoſitio
hæc, quòd detrahenda ex fideicommiſſo non veniat in
eius reſtitutione, effectu videatur eadem cum prænarra-
tis, & tractatis antè de rebus non venientibus in ipſa re-
ſtitutione, ita quòd & iſta cum prædictis potuiſſet expe-
diri, tamen re vera diuerſa eſt, & diuerſam continet ma-
teriam, & talem quæ viſa eſt Guidoni Papæ digna ſpe-
ciali tractatu, quem dicit ſe feciſſe circa detractiones fi-
endas in reſtitutione fideicommiſſi, & ad quem ſe re-
mittit in conſil. 158. in fin. quem non vidi & in omnibus
catalogis & tomis tractatuum non inueni, & nõ eſſe in-
ter ſuos tractatus impreſſos dicit Boer. deciſ. centeſima-
quarta, ſub num. 3. & ſi vidiſſem, magna mihi pars labo-
ris eſſet ſublata, quia in pluribus ego quoque ad illum
me remitterem, veruntamen eo non viſo, quantum po-
tero breuitati, & claritati ſimul ſtudens, ac magis con-
tingibilibus, de his agam quæ vſu practicæ dixi magis
frequentiora.
1 Primo de funeris teſtatoris impenſa.
Secundo de creditis grauati, & debitis hæreditarijs,
& legatis ſolutis per grauatum, & alijs legitima neceſſi-
tate alienatis.
Tertio de melioramentis per grauatum factis in bo-
nis reſtituendis.
Quarto de legitima & Trebellianica debitis gra-
ato.
2 Primo † impenſa funeris teſtatoris poni debet, quia
hoc omne creditum ſolet procedere bonis non ſoluen-
do exiſtentibus, & ſemper ex hæreditate deducitur per
text. in l. penult. ff. de relig. & ſumpt. fun. in ſpecie tra-
dit Caſtr. conſi. 369. dico quòd iſta Gulielmina. ad fin.
ver. & idem dico. li. 1. Crot. conſi. 275. nume. 61. Alciat.
conſi. 139. præſens quæſtio. in princip. lib. 9. impreſ. Ve-
net. idem per Couar. in capit. Rainaldus. ſuo §. 3. num.
ſecundo, de teſtam. Franc. Marc. deciſ. Delphin. 332. vbi
dicit quatenus diminuit bona, ita eius reſpectu aliqua
Falcidia non detrahitur, hoc autẽ circa impenſam hu-
iuſmodi reſpiciendum eſt, quòd ea ſiue fuerit præordi-
nata teſtatore, ſiue facta ſit ab hærede, vt deducatur tan-
quam æs alienum, debet tam in monumento, quàm in
alijs eſſe neceſſaria, & condecens conditioni, qualitati,
& facultatibus teſtatoris, & congruens cauſæ, tempori,
loco, & bonæfidei, per l. At ſi quis. §. hæc actio eo. de re-
lig. & ſumpt. fun. Bero. Alber. Ang. Caſt. & Imol. & Alex.
3 in l. prima. §. fi. ff. ad l. Fal. vbi etiam text. eſt † etſi opus
eſſet perferri ad locum ſuæ patriæ corpus mortui extra
patriam, hæc quoque diceretur impenſa funeris. dict. l.
at ſi quis. §. impenſa: ſimiliter funeris ſumptu diceren-
tur factæ veſtes lugubres, quas tota familia defuncti per
4 nouem dies deferre debet, † veſtimenta autem vidua-
lia tradita vxori tempore luctus, & funeris mariti, quæ
vxor per annum luctus ferre debet, imputantur hære-
di, & non in ſumma dotis ſuæ: hæc dicta probantur per
text. & gloſſ. ibi Angel. & Imo. in l. ſi ex re. §. fina. de ſti-
pul. ſeruo. intelligit ibi Imol. quòd veſtis lugubris non
magni pretij, & quotidiana tradita vxori defuncti ſua
ſit, aliâs ſi feſtiua ſit, remanet hæredi mariti, quia vxor
non poteſt honeſtè trãſire ſine veſte viduali: ideo ea de-
bet ſibi fieri expenſis viri, argumen. not. in leg. ſicut de
oper. libert. quòd ita ſeruat conſuetudo, ſi tamen poſtea
deponit luctum, & habitum vidualẽ, reddat veſtes quas
recepit, & contẽpſit, dicit Bal. conſ. 478. quædã ſunt res
in fin. li. 5. idem cõprobat Capra conſi. 135. nu. 12. & ſequ.
5 in 3. quæſt. † verum iſtæ expenſæ tam circa veſtes, quàm
victus vxoris defuncti, non fideicommiſſario ſed hæredi
imputari debent, quia ei debet 1. anno operari vxor de-
functi, & dari fructus bonorum mobiliũ, & ſemouentiũ
dotis, quæ per annum reſtituere non tenetur, l. 1. §. exa-
ctio. de rei vxo. act. & ob hoc cõmodum debet ipſe hæ-
6 res ſentire illud onus. non ita fit de † alia impenſa fune-
ris, quæ debet detrahi tãquam æs alienum: & ſic pro vna
quarta habet diminuere quartam Trebellianicam de-
bitã hæredi grauato, vt infra dicetur, & pro alijs tribus
partibus diminuere bona reſtituenda fideicommiſſa-
rio, vt hæc probando tradit Guid. Pap. quæſtio. 295.
7 ad onus fideicommiſſarij. † Denique funeris impen-
ſa huiuſmodi prædictis inſpectis ſemper vidi ex bono
& æquo, arbitrari, & detrahi, vt per dictam l. At ſi quis.
§. hæc actio. & l. ſi quis ſepulchrum. §. fin. eo. de relig. &
8 ſumpt. funer. aduertendo tamen, quòd † ſi dicta impẽ-
ſa fuerit facta de bonis hæreditarijs, vt præſumitur, ſi
hæreditas eſt ſoluendo, & non de proprio hæredis, vt fie-
ri debet per text. in dicto. §. fin. & per argum. à ſolitis,
quòd ſemper pro impenſa funeris defuncti recurritur
ad eius capſam, loculos, & crumenam pro pecunijs, his
deficientibus ad horreum tritici, & cellam vinariam, &
ad mobilia, quæ frequentius, & fere ſemper reperiun-
9 tur ſufficere ad funeris impenſas † & à ſolitis: validum
argumentum. l. certi condictio. §. ſi numos. ſi certum
petat. cum ſimil. ibi per Deci. num. 4. & Euerard. in ſua
centu. loco 63. ab vſitato, ſeu à ſolitis, hac & addita præ-
ſumptione, quòd hæreditate reperta ſoluẽdo hæres pro
defuncto ſepeliendo non iactauerit proprias pecunias.
l. cum de indebito. §. 1. ff. de probat. ſic in terminis dedu
cendo probat. Rom. conſ. 276. viſis ab dubij propoſiti,
col. 2. ver. quoad nouum. Capra conſ. 55. nu. 6. facit. l. igi-
tur. ff de liber. ita hæc impenſa tũc detrahitur vt æs alie-
nũ, & hæres ipſe non debet eam deducere pro ſe, & à ſe
factã, etiam in ratione fideicommiſſi reſtituendi poteſt
ſubijcere, cum de ea debitrix & creditrix hæreditas ip-
ſa fuerit, ſi verò hæres probauerit ſe de ſuo feciſſe tale
funeris impenſam, tunc ſibi computatur, vt de impenſa
funerum de proprio facta expreſſè ponit Roma. dicto.
conſil.



conſil. 276. viſis dubij propoſiti in ſeptima dubi. ver. ſi-
militer dicendum erit, adde & text. in l. in reſtituenda.
C. de petit. hæredit. Et detractio pro ratis bonorũ fidei-
commiſſario reſtituendorum, & penes eum remanen-
10 tium † pro legitima & Trebell. vt per Capram conſi. 55.
num. 6. verſ. circa ſecundum. & ibi. ad fin. loquẽtem de
legitima retinẽda, & per Guid. Pap. d. quæſt. 217. loquẽ-
tem de Trebellianica detrahenda, de qua eſt tex. in l. 1.
C. ad Trebell. & per Nat. conſ. 321. nu. 3. in legitima per
Socin. conſil. 82. in fin. libr. 4. idem de Trebellia. reſar-
ciente ratam melioramẽtorum per Alciat. conſi. 19. ro-
gatus. in fin. lib. 6. Plura denique prouidendo circa fu-
neralia ex profeſſo tradit Rebuf. tract. de ſentent. proui
ſi. in præfat. num. 39. in 2. caſu, per tot. tomum. 1.
Secundo funeris impẽſa primo loco detracta ſi fue-
11 rit facta † per grauatum de ſuo, & non de bonis hære-
ditarijs, vt proximè dixi, deuenitur ad reliquam æris alie-
ni detractionem debitam grauato, eò quòd vel ſuum
eſt creditum ex hæreditate à teſtatore debitum, vel
tantum ſoluerit pro debitis hæreditarijs, & legatis, ac
alijs oneribus à teſtatore impoſitis, quæ tandem omnia
pro fideicommiſſi portione fideicommiſſarius ipſe vni-
uerſalis ſuſtinere, ſoluere, & ſatisfacere poſt diem fi-
deicommiſſi decedentem, & agnitum fideicommiſſum
obligatus fuiſſet per l. ſecundam, cum ibi not. per glo.
12 & doct. C. ad Trebel. † legata quoque vel fideicõmiſſa
conditionalia effecta caduca ex aliqua cauſa penes hæ-
redem remanentia detrahi debent ex fideicommiſſo,
Gylfredus de Caballis inter conſ. Martianenſij Forli.
conſil. 61. nu. 24. Aduerte tamen legatum mandato te-
ſtatoris ex fructibus perſoluendum ex fideicõmiſſo non
deducitur, Alexand. conſ. 158.
Quanuis iſta nota ſint & vulgata, tamen pro ſpecie
13 propoſita ordine iſto exponam primum † quòd hæres
grauatus, qui etiam nullum confecerit inuentarium de-
ducit creditum ſuum ſibi à defuncto vel eius hæredita-
te debitum pro dote ſua, vel materna, vel ſuæ vxoris, vel
ex alia cauſa per l. ab omnibus. §. fin. de legat. primo, l.
cum hæreditas ex fideicommiſſi. poſtulante in princ. &
l. cum hæres. ff. ad Trebel. & ibi gloſſ. in ver. creditorem.
Caſt. & Alexan. in l. ita tamen. quam legunt ſub l. omni-
bus. §. ſi ex Trebelliano. ad Trebel. Caſtren. conſi. 369.
dico. ſub num. 2. lib. 1. conſi. 19. vltra. ea. num. 1. verſic. 2.
quæritur. lib. 2. Alexan. conſil. 124. in fin. li. 7. Ange. Aret.
tract. de teſtamen. gloſſ. 86. nu. 15. Corne. conſi. 180. col.
6. ver. deueniendo ad ſextam. li. 4. Ruin. conſi. 112. num.
fin. lib. 2. poſt Bald. & modern. in l. debitori. C. de pact.
Aymo conſil. 306. nu. 4. Plot. conſil. 54. ſub nu. 53. Ceph.
conſil. 394. num. 156. Alcia. conſil. 113. num. vigeſimo, li.
9. in eodem caſu Socin. Iun. conſ. 170. colum. 1. li. 2. Me
noch. conſil. 183. nu. 33.
14 Item quòd † de debitis hæreditarijs ſoluerit de ſuo
deducit ex fideicommiſſo plenè Fulg. conſil. octua-
geſimoſecundo, punctum ſuper quo. vbi idem & in hæ-
rede hæredis, hoc autem non habere locum in vſuris
debiti hæreditarij quas hæres grauatus non tenetur ſol-
uere de fructibus bonorum reſtituendorum, & ſi ſoluit,
non repetit etiamſi ſoluit ſortem debiti vſurarij non re
petit etiam quòd ſoluat coactus, limitat Catel. Cot. in
ſuis memor. in ver. hæres grauatus, & de legatis ſolutis,
quæ tamen ſi ſpectarent ad hæredem, vt ſolueret ipſe
puta legata annua non deduceret. Caſtr. conſ. 16. col. 3.
in princ. lib. 2. Iaſ. conſ. 95. libr. 1. & ſentit Roma. dicto
conſi. 276. colum. 2. ver. quoad ſeptimum & ſpectant ad
onus hæredis, quando nominatim ab eo, vt ſoluat, ſunt
relicta, Aym. conſil. 16. colum. 1. verſic. præmiſſa tamen.
Phan. Lucen. de inuent. hæred. part. ſeptima, num. 48. &
quomodo ibi, & quãdo prius eſſet ex diſpoſitione teſta-
toris ſoluendum legatũ quàm fideicõmiſſum vniuerſale
ſpectaret ad onus hæredis, tenet Bal. in l. fin. ad fin. C. ad
Trebel. aliàs ſoluta non ſpectantia ad hæredem poſſunt
per eum deduci, idem Aymo dict. conſi. 310. nu. 4. verſi.
7. quæritur, Caſtren. conſi. 369. dico ſupra fin verſic. 3. ſi
dictus Bartholomeus. lib. 1. Calca. conſi. 37. col. 4. verſic.
& ſimiliter non perditur. Nat. conſil. 321. num. 2. Pariſ.
conſ. 55. nu. 27. li. 2. Præſumptio tamen poteſt eſſe, quòd
legata fuerint ſoluta ex pretijs bonorum mobilium de-
ſcriptorum in inuentario hæredis & non extantium nec
apparentium, arguit Caſtr. conſ. 212. ſupraſcripta omnia
quæſita. in 3. dubi. verſic. ſecunda ratio. De dotibus filia-
rum teſtatoris Cephal. conſil. 322. numer. 2. Poſſunt
quorum deduci legata particularia facta hæredi graua-
to & dari hæredi hæredis, à quo petitur fideicommiſ-
ſum, Bald. conſilio 291. licet de multis, nume. ſecundo,
lib. 5.
15 Præterea (vt antè dixi) ſi quid † ex alterius teſtamen-
to iure legati vel fideicommiſſi debeatur hæredi gra-
uato in bonis petitis per fideicommiſſum, ab alio ſane
id per grauatum, vel eius hæredem, vt æs alienum de-
duci poſſe certi iuris eſt, per l. irritum. C. ad l. Falcid. &
ibi Bald. & alij, latè Aymo conſi. 44. colum. 1. & ſequen.
Socin. conſi. 44. lib. 3. Bero. conſi. 116. num. 10. lib. 2. Pa-
riſ. conſ. 31. col. final. libr. 2. Ruin. conſil. 114. colum. fin.
& conſilio ſequent. nume. 2. libr. 2. etſi hæres graua-
tus non fecerit inuentarium, hæc tamen & ſimilia ſibi
debita contra fideicommiſſarium poteſt deducere, &
retinere ſecundùm ius antiquum, vt in locis ſupra alle.
omnium eſt ſententia communiter recepta, & id etiam
eſt detrahendum quod vt æs alienum viſum eſt teſta-
tori detrahi debere, Bald. conſilio 57. quia illud. libro
primo.
Vbi quoque contigerit pendente dilatione, vel con-
ditione fideicommiſſi præſtandi per hæredem graua-
tum fieri ſumptus, vel expenſas plures in recuperatio-
ne teſtamenti à notario, vel eius probatione, & defen-
ſione in aduocatis, procuratoribus, ſcripturis, & ga-
bellis, pro diſtrahendis, defendendis, & conſeruandis
bonis hæreditarijs in litigando, & demum obtinendo,
poſſunt & hi ſumptus iuſtè imputari hæredi fideicom-
miſſario, de hac quæſtione dicit Marzar. Vicent. ſuo
compendio de fideicommiſſ. in quæſtio. 67. ſe iam con-
ſultum non reperijſſe aliquem doctorem tangentem in
terminis de fideicommiſſo niſi tũc Campeg. inter conſ.
Grat. conſ. 9. nu. 17. lib. 2. qui ad hoc allegat Bal. & Ang.
in l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliber. & ego ſi li-
tigare & facere dictos ſumptus ſit cõſeruare res hæredi-
tarias, dico de hoc eſſe tex. iuxta gloſſ. fin. ibi in l. vbi pu-
rè. §. fin. ff. ad Trebellia. & deciſ. Angel. Aret. tract. de
teſtamen. in gloſſ. 86. nu. 12.
16 De † bonis alienatis ex neceſſitate aliqua nunquid
de fideicõmiſſo detrahi debeãt, de qua quidem neceſſi-
tate, & eius cauſa intelligendũ ſit pro explicatione bre-
uitatis gratia fit remiſſio ad modern. in §. diui. de l. 1. in
l. Marcellus. §. res quæ. ad Trebell. in auth. res quæ cõ-
mun. de l. & Boer. deciſ. 44. num. 27. & ad ſcripta mea
ſupra lib. 1. interpr. 2. dubit. 2. ſolut. 12. & ad Barto. in fin.
in auth. de reſtit. vbi de alienatis propter alimenta filio-
rum & ſobolis.
17 Cæterum † his vel ſimilibus detractionibus conceſ-
ſis vidi circa eas de aliquib. multum dubitari.
Primò an fructus medio tẽpore percepti per hæredẽ
grauatũ debeant ei imputari in creditis ſuis detrahẽdis.
Secundò an ratio fructuũ aliqua habenda ſit ad com
modum grauati pro iuribus ſui crediti vſquequo ceſſe-
rit dies fideicommiſſi, & id reſtituerit.
Tertio quomodo detractio ipſa ex bonis hæreditarijs
facienda ſit, nunquid fideicommiſſario liceat ſoluere in
pecunia, quanta ſit detrahenda, vel debeat aſſignari de
bonis hæreditarijs, quantum ſufficiat, & pro cuius tem-
poris extimatione.

18 Quoad † primum videtur dicendum fructus per hæredem grauatum medio tempore fore computandos in ſuis creditis veris naturaliter,& ciuiliter ei debitis per l. cum pater.§. Titio.de leg.2.& l.quod de bonis. §. quod auus.ad l.Falcid.& ibi Caſtr. ſub num.3.etiamſi nihil dictum ſit à teſtatore,& ibi ſequitur Alex.ſub nu.2.& in l. baliſta.ſub num.4.& l.mulier. §. cum proponeretur. ad Trebel.idem & ibi Caſtr.col.fin.circa med.firmat & in debito officio iudicis,& in vero debito iure actionis, & obligationis,& dicentes aliter loquuntur contra text. in dicto §.quod auus;ſecundùm eum, & ſequitur Pariſ. conſi.25.nu.65.li.2.ſic tranſit Ripa in l. in fideicommiſſaria, numer.19.ad Trebel.latè inſiſtendo, & hanc ferè omnium cõmun. opin.atteſtando ita firmat Socin. Iun. conſil.57.num.13.li.3.Hier.Laur. in dict.l. in fideicommiſſaria,nu.36.39.Bertran.conſil.181.lib.4.

Contrarium generaliter verius, & tenendum puto quòd hæres grauatus creditum ſuum omne à defuncto,vel hæreditate ſibi debitum deducere poſſit,ex generali diſpoſitione legis de ære alieno detrahẽdo etiam debito hæredi grauato abſque aliqua mentione computationis fructuum per l. ab omnibus. §.final.de leg.1. & l. cum hæreditas fideicommiſſi, l. poſtulante. in prin. verſic.poteſt tamen.& Alexandr. ibi in §. ſed huiuſmodi, numero ſecundo, dicit † quòd regulariter fructus
19 percepti ab hærede eius efficiuntur, & non veniunt reſtituendi fideicommiſſario, & l. debitor.in princip. ad Trebell.cum alleg.ſupra proximè, ver.quanuis iſta, illud autem de compenſatione fructuum cum debito præter in quartam Falcidiæ, vel Trebellianicæ,ac præter teſtatoris perſpicuam voluntatem, & diſpoſitionem mirum eſt non fuiſſe per antiquos docto. vel recentiores animaduerſum, vel clarius explicatum non habere locum, niſi quando teſtator creditore hærede inſtituto rogauerit, & grauauerit eum poſt certum tempus,vel certam conditionem impletam ad reſtituendum alij tam bona teſtatoris hæreditaria, quàm ſua bona propria, & ſic dictum debitum hæreditarium, vt ſunt proprij caſus legum dicto §.Titio. dicto §. quod auus. & d. §.cum proponeretur. quæ leges, & non aliæ aliquæ per Caſtr. & ſequaces ad hoc allegantur, & computationis fructuum bonorum teſtatoris in debito, de quo creditor fuit grauatus ad reſtituendum alij dictarum trium legum in dictis. §.ſpecialis ratio expreſſa eſt in leg. filiusfam. §.apud Marcellum. de legat. 1. ibi, quia placet non plus poſſe rogari quem reſtituere, quàm quantum ei relictum eſt, ita ibi ſupra ſæpè exprimitur de fructibus bonorum teſtatoris grauato relictorum, debere colligi,& fieri quantum relictum eſt vltra, alioqui fideicommiſſum extinguitur. & leg. imperator. & ibi gloſſ. & doct. de leg. ſecundo,& tangunt implicitè tamen in dict. §. Titio.& in dict. §.quod auus, quia fructus medij temporis dicuntur percipi iudicio teſtatoris. leg. mulier. §. ſi hæres. ad Trebell. facilis ergo fructuum eſt tunc computatio huiuſmodi in debito alij reſtituendo, vt valeat fideicommiſſum. leg. etſi ſic. de legat.3. gloſſ. penultim. in leg. cum quis.§.final. de dot. prælega. & Cum.in l. cohæredi.§.cum filiæ. ſub num.2. ad fin. de vulga. & pupilla. Vel illud ideò fit,quia teſtator hoc voluit dicit Bart. in dict. §. Titio.ſub numer.5. verſi. op. quòd etiam fructus. & voluiſſe interpretatur, vbi creditorem grauat, vt propria bona ſua reſtituat, Barto.in ſummario dict. §. quod auus. idem ibi Angel. verſic. item eſt hic caſus. ſentit quòd ita inſtituti dicantur animo compenſandi cum eo quòd recipere debent ab inſtituente, cùm dicat, poſſunt inſtitui per caſum ibi, qui caſus verè eſt in ver. planè. de ita inſtituto, & grauato abſque eo,quòd aliud dixerit teſtator, fieri deciſ. per Iuriſconſult. de fructibus hæreditatis teſtatoris impleta fideicommiſſi conditione compenſandis concurrente quantitate cum debito,ſeu credito grauati, ſic declarando tenet Rui.conſi.112.col.fin.nu.13.li.2. idem latè recẽſendo dicta aliorum comprobat Gabr.Eugub. conſ.124.nu.8.& ſeq.

Ergo breuiter,& magis reſoluta,& vera mihi facienda videtur concluſio, grauatum non teneri compenſare fructus medio tempore perceptos cum ſuis creditis ex fideicommiſſo detrahendis,cum tales fructus ſint iudicio teſtatoris effecti ſui, adeo quod cum meliorāmẽtis etiam non deberent compenſari,Ripa in l.vbi purè. §.fin.in fi.ad Trebel.Boer.deciſ. 44. nu.25.niſi expreſſè teſtator ex cuius iudicio cedunt lucro hæredis mādauerit eos compenſari d. l. in fideicommiſſaria.in princ. & l.ſi compẽſandi.C.de hæred.inſtit.cum ſimil.vel tacitè mandauerit grauato ipſum creditorem ſub cōditione cum bonis teſtatoris ſuum ipſum creditum ad reſtituendum alij per fideicommiſſum,quod vt valeat ſit compenſatio fructuum ſecundùm iura allegat. & per Bald. in dicto §. Titio. ſupra med. & in iſto caſu, & non alio nihil expreſſè, vel tacitè dicti per teſtatorem loquuntur & militant iura prædicta in dicto §.Titio. dict. §.quod auus. & d. §. cum proponeretur, quicquid aliter Caſtr. & ſequaces inferant,vel infraſcant(ſi quis mihi hoc reprobet verbum) pro me reſpōdendo replicet litera diligenter inſpecta dictorum textuum,replicet etiā Phanuc.Lucen.ſuo tract.de inuent.part.7.num.45.46.qui ſententiam hanc pluribus etiam auctor.cōprobat,idem & Marzar.Vicenti.conſil.24.

20 Secundum † an fructuum ratio aliqua habenda ſit ſpectantium ad grauatum pro iuribus ſui crediti,donec effectualiter fideicommiſſum non fuerit reſtitutū. Diſſoluendum cenſeo hoc breui diſtinctione,aut enim creditum grauati originem habet ex quota aliqua bonorū hæreditariorum teſtatoris,puta,dos filiæ,vel neptis grauatæ,quæ ſubrogatur loco legitimæ.l.quoniam *nouella*, C.de inoff.teſt.Alexand.in l. mulier.§.cum *proponeretur*.ſub nu.2. ad Trebell. pro qua cùm *fructus* dentur à die mortis,Ripa in d. l. in fideicommiſſaria,num.46.ita dantur pro dote ſic loco legitimæ ſubrogata, & eadem ratione,qua debentur legitimæ in ſpecie probat Socin. conſ.57.col.8.nu.40.li.4.& Alexan.conſ.69.nu.4.verſ. & cum dos.li.1.Ruin.conſi.26.nu.22.li.3.& ibi Socin.in ſubſcriptione.nu.30.

Aut creditum grauati conſiſtit in iure vniuerſali,vt in fideicommiſſo ſibi debito à teſtatore ex alio teſtamento præcedente alterius perſonæ iuxta caſum leg. irritum.C.ad l. Falc. & per Aymo.conſi. 144. cum ſim. & tunc fructus percepti ex bonis dicto fideicommiſſo ſubiectis ſunt ipſius grauati per gloſſ. 1. in dict. l. cum pater. §. Titio.de leg. ſecundo, ibi. *Non dico de fructibus Seianæ, quia ſuo iure percepit Titius, vt à ſe, & per tritam regulam, quod ex re mea naſcitur meum eſt*, leg. idem Pompo. §. idem ſcribit. ff. de rei vendi. & l. qua ratione. princ.& leg.fin. de acquir. rer. domi.idem ius videtur in portione aliqua bonorum petitorum obuenta grauato, & debita ex ſucceſſione fratris, ſororis,ſeu alterius attinentis, ſic & fructus veniunt. l. item veniunt. §.fructus.ff.de petit. hæredi. l. non eſt ambigendum C. fam.erciſ.

21 Aut teſtator† vxore creditrice pro ſua dote in quantitate,ſeu alio ſuo creditore quantitatis hærede inſtituto expreſſè, vel tacitè mandat fructus ſuæ hæreditatis interim in alios diſpenſari, vel alijs reſtitui, ac ſimul grauat hæredem poſt mortem ad reſtituendum hæreditatem ſuis propinquis, expreſſè enim mandat fructus omnes diſpenſari in pauperes, & in vſus pios ſecundum exemplum Caſt.in l. peculium autem. in princip. ff. de pecul. tacitè verò ſi aliqua re hæredi relicta mandat quicquid, vel omne id de ſua hæreditate, quod peruenerit ad heredem poſt eius mortem velle peruenire ad ſuos propinquos iux.l.cum quis vxor.§.ſina.de dot.prælega.& l.baliſta.& ibi doct.ad Trebel. tunc quia primum hæres contrario iudicio teſtatoris priuatur fructibus medio tempore perceptis.l.in fideicommiſſaria. in hoc ergo grauatus debet in alio releuari, argu.l.eum qui.ff.de iureiur.ſ.quòd ſuum creditum deducatur, & tantò minùs hæreditatis remaneat ad fructandum alijs. Deinde quia hoc diſpenſare vel reſtituere fructus alij ſimile eſt vſufructui.l.patrimonij.de vſufruct.legat.qui pertineat ad alium, qui quidem ideò tanto minor eſt, quantum eſt æs alienum ex omnibus rebus deducendum per l.vſufructu. ad leg.Falcid.& ibi Alexand.& l. fin.de vſufruct.leg.Deci.conſil.485.ad fin.num.15.& in fin.proprio dicit detracto ære alieno tanto minorem vſumfructum habebit vſufructuarius, & quòd iſta eſt vera & communis reſolutio,idem latè in conſil.590.col.2. nume.4.& ſequen.plenè diſcutit Socin.Iun.conſil.109. num.15.cum ſeq.lib.primo. Vnde iſto caſu propriè hæres grauat creditor eoipſo quòd ſuccedit ſuo debitori de vniuerſis bonis,videtur ſtatim ſibi ſoluiſſe ſecundùm Bart.per text.ibi in d.l.peculium autem,in princip.& in l.ſi is qui.ff.de condi.indeb.per l.ſi hæredes.de euict.& procedit illatio quam ibi facit Caſtr.ad quæſt.de vxore creditrice ſui mariti pro dote ſibi data, & grauata per eum in ſuo teſtamento, quicquid vltra ſuum victum ſuperfuerit de fructibus, quòd debeat diſtribuere inter pauperes,& pariter poſt mortem ſuam omnia bona ſua, ita poſt aditam hæreditatem ſtatim cenſenda eſt deduxiſſe dotem,ideo fructus vſque ad concurrentem quantitatem dotis eam non teneri dare pauperibus, & corroboratur deducto ære alieno ex vſufructu per ſolutionẽ ſibijpſi hæredi præſumptè factam. per l.ſi ei cui.§.1.ff.de euict.à contrario ſenſu, melior text.eſt in d.l.peculium autem.§.præterea ibi, ſanè cum ex cæteris cauſis ipſum à ſemetipſo exegiſſet minores,ideò fructus habebit fructuarius, vt deduxi, & iſto caſu procedit cōcluſio ſuperinde probata per Socin.Iun.conſil.170.num.6.7.& ſeq. lib.2.ſequitur Petr. Pech. tract.de teſtam.coniug.lib.5. cap.7.& Menoch.conſil.183.num.35.eodem caſu conſilio Socin.Iun.idem firmat Alciat.conſilio 113.arbitror probabilem,nume.21.22.lib.9.per alia media quàm faciat Socin.Iun.& maximè per d.l.cum quis vxori.§.fin. de dot.præleg.vbi propriè eſt deciſ.noſtri propoſiti caſus, quòd vxor grauata poſt mortem ad reſtituendam alij hæreditatem mariti, & fructus, habebit præcipuam dotem cum fructibus ſuis pro ſingulari caſu, quando creditor teſtatoris fuerit grauatus ad reſtituendum quicquid ad eum ex hæreditate peruenerit, ponit Roman.ſingul.36.quam deciſ. equidem puto non habere locum extra propoſitum caſum, vt modo dicam.

22 Aut † hæres grauatus teſtatoris creditor in quantitate pecuniarum, abſque aliqua alia obligatione alicuius intereſſe,vel fructus ſub cōditione mortis,vt fit communiter, eſt oneratus ad præſtandum vniuerſale fideicommiſſum alij, interim pendente conditione fructus omnes lucrari dicitur iudicio teſtatoris.l.mulier.§.ſi hæres.ad Trebel.vt dictum eſt, impleta autem conditione, & in mora conſtitutus, & donec ita in mora perſeuerat, tenetur reſtituere fideicommiſſum cum fructib. dicta l.in fideicommiſſaria, & reſtituendo poteſt deducere, & retinere ſuum creditum, vt ante probatum eſt, & tunc quòd retineat creditum cum fructibus ſuis, nulla lex dicit quemadmod.dicit in caſu dicta l.cum quis vxori.§.fin.& in retentione Falcidiæ, & Trebellianicæ, vt l.quòd de bonis.§.fructus.ff.ad leg.Falcid.& d.l.mulier.§.ſi hæres. Ergo neque nos dicere debemus.l.pen. ff.ſi quis à par.fu.manu.l.3.§.fin.de præuarica.cap.inter corporalia.§.ſed neque de tranſlat.epiſc.§.optimum. in auth.de non eligen.cum ſimil.per Euerard.in ſua Cent, locorum legal.loco à lege ceſſante 64.in caſu autem d. l.cum quis vxori. §.fina.& in retentione Falcidiæ & Trebellianicę dationis fructuum ratio aſſignatur,quia quod retinetur eſt tale quid faciens fructus, in d.§.fin.erant duo fundi pro dote prælegati animo compẽſandi quorum dominium poſt mortem mariti teſtatoris tranſiuit in vxorem legatariam.l.à Titio.ff.de furt.meritò dotis in dictis fundis prælegatæ vxori fructus dantur.l.Herennius.ff.de vſur.cùm maximè omnes hæreditates mariti reſtituere coacta fuerit in caſu dicto §.fina.& extra hæreditatem fuerint fundi pro dote relicti. l.legatum eſt in princip.de legat.1.& l.ſi quis eum.de conditio.& demonſtrat. vbi commodum rei legati mauult teſtator eſſe legatarij, quàm hæredis, & ibi Bald.& de fructibus quartæ Falcid.vel Trebel.hoc ideò eſt, quia eſt quarta totius hæreditatis, & ſicut hæreditatis in ſuis quotis reddit fructus l.item veniunt.§.fructus.de pet.hæred.& ibi gloſſ.ita debet reddere in ſua quota pro quarta Falcid. & Trebel.arguendo de toto ad partem.l.quæ de tota.in princip.ff.de rei vendi.& ibi gloſ.expreſsè etiam quoad fructus in quantitate verò pecuniæ debita diuerſum eſt, quia pecunia non poteſt ſui natura germinare fructum, Laur.de Rodul.tract.de vſufru.legat.ſub cap.conſuluit. quæſt.18.num.57.& l.2.ff.de vſufruct.ea.re.quæ vſu conſu.nec præbere vſum, cap.eijciens.verſic.fin.88.diſt.ſic non fructum facere, niſi expenſa ſit in re fructuum faciente, Afflict. deciſ.87.nume.7.vnde in legitima veniunt fructus, ſi aliud peteretur quàm pecunia, ſed fructus pecuniæ non veniunt, quia non ſunt fructus perceptibiles natura, vel bonitate, ſed ex ſola negotiatione, ita no.dicit Bald.conſil.22.quædam domina Nicolina. ad fin.lib.5.fructus etiam non venire,vbi in obligatione eſt quantitas firmat Aret.in l.non amplius.§.fin.colum. 1.in primo no.de leg.1.cæteriq; ibi communiter in hanc ſententiam conueniunt, & bene ad propoſitum Cephal.conſil.56.numero 50.& ſequent.& melius Fabia.in authent.nouiſſima, in ſecundo membro.9,quæſt.princ. nume.113.verſic.ſeptimò quæritur.C.de inoffic.teſtam. tradit fructus legitimæ venire quando ſit aſſignata in ſpecie certa & determinata, non verò quando ſit relicta quantitas, niſi à tempore moræ, & poſtquàm fuerit petita, adducendo notabilem rationem, quia natura realium præſtationum trahit ſecum fructus, per l.Herennius Modeſtinus.ff.de vſur.ſed natura pecuniarum præſtationum non trahit, ſed requirit moram.l.in fideicommiſſi.in princip. l.videamus.§.ſi actionem.ff. eod. cum ſimil.excerpſit ab Angel.in conſil.101.conſiderandum. verſicu.interdum conſiſtit, quomodo in legitima habita in quantitate pulchrè declarat Capra conſil.153. Ex quibus clarè conſtat in creditore quantitatis hærede grauato pro fructibus etiam ſui crediti detrahendis eſſe longè diſſimilia, & non procedere argumenta quæ Alciat.dicto conſil.113.nume.21.22.& lib.9.& in l.Centurio.ſub nume.14.ad fin.de vulgar.facit ad fructus legitimæ quia hæc quota bonorum vulga.auth.nouiſsima.C. de inoffic. teſtam.& ad fructus Falcid.& Trebel. quia ſunt quotæ hæreditatis, vt dictum eſt, ideo habent expreſſam iuris determinationem, vt ipſarum quotarum dentur fructus,non ita eſt, nec eſſe poteſt de credito pecuniæ, quæ non facit fructum,vt eſt probatum & adhuc oſtendam: illud quoque de deciſ.Caſtr.in dicta l.peculium autem. & Socin.Iun.dicto conſilio 170.lib.ſecundo, procedit in creditore grauato à principio ad diſpenſandum fructus hæreditatis alij æquiparato vſufructuario, ex quo debet detrahi æs alienum,& detractum illud grauati à iure cenſetur,& ſic tantò minus accipitur de vſufructu, non quòd creditor accipiat fructus ſui crediti,niſi non tanto minùs dando vſufructuario, quòd iure noſtro bene procedit, & aliter poſſet procedere, vt in proximo caſu ſupra,& hic probaui, denique ſentit

idem Alciat.dict.l.Centurio.ſupra nu.15.ver.ſed & cum
creditorem,facit tex.in l.ita tamē.§.qui ex Tre.ſenatuſ-
conſulto, in fin.ad Treb.ibi cum hoc minus ex cauſa fi-
deicommiſſi reſtituturus ſit.

23 Præterea † fructus reſtituendi fideicommiſſario ve-
niunt ex mora hæredis grauati.d.l.in fideicommiſſaria.
& l.poſtulante.§.fin.ad Trebellia.dictum eſt ante, qua-
re interim non debet hæres grauatus lucrari fructus ſui
crediti ex fideicommiſſo deducendi,ne ſua mora ſit ſibi
proficua,ſed nociua , vt eſſe debet,per reg.mora ſua, &
ibi Dyn.& alij de reg.iur.in 6.ſat eſt, quòd habet ius re-
tinendi pro ſuo credito,vt propriè ius retentionis appel
lant.Bald.& alij in dict.l.debitori C.de pact. te. in l.Sti-
chum aut Pamphilum §.1.ff.de ſolut.in l.cùm hæreditas
ex fideicommiſſi cauſa.in d.l.poſtulante.in princip.ver.
poteſt tamen,ad Trebellia.gloſſ. in l. qui exceptionem.
§.1.de condit.inde.Caſtr.conſil.369. dico quòd iſta. ad
fin.lib.1.cum ſimil. per Phanu. Lucen. ſuperſtat. Luce.
de lucro dotis.glo. 8. num. 69. debet ergo ſibi ſufficere
tale ius retentionis integrum conſeruari, non etiam ali-
ter ſuam conditionem meliorem fieri in conſequendis
etiam fructibus , vt in terminis , nequis habeat fructus
partis rei ſibi reſtitutæ , iuriſconſul. ſic reſpondit in l. ex
aſſe hæres,in princip.ad Trebellia.quia aliàs regulariter
licitam non eſſe retentionem poſt ali.regulam facit Ia-
ſo in l.ſi non ſortem.§.ſi centum. col, penul. de condic.
indeb.Neguſan.de pign.in primo memb.5.par. ſub nu.
36.& latiùs in quarto memb.d.par.5, in princ. & noſtra
retentio cadit ſub decima fallentia ibi tradita per eum
nu.8.Talis enim retentio conceditur ad effectum ſatiſ-
faciendi grauato de ſuo credito, & ſic importat ius pig-
noris , non autem acquiſitionis fructuum , cum fructus
ſint domini rei retentæ in pignore,vt l.ſecunda. & l.fin.
C.de pigno.act.ita propriè hæredem creditorem graua-
tum debere ſtatim verbo reſtituere hæreditatem,etiam
poſſe retinere bona iure pignoris , tamen interim fru-
ctus ſuos non facere , niſi iure dominij impetrato iuxta
l.ſecunda.C.de iure dom.impetr.probat Alciat.in l.cum
proponas.in fin,C.de pact.& in l. prima. §. ſi ſtipulanti.
in fin. de verb. oblig. licet ad aliud propoſitum hoc di-
xerit , tamen concurrit in ſententiam , & reſolutionem
propoſitæ noſtræ dubitationis , quam & per alleg.ſupra
veriſſimam arbitror, & procedere magis concludenter
ad reſponſionem dict.conſil.170.num.6.7.lib.2. Socin.
Iun.quàm faciant alleg.per Pancirol.Regien.conſi.98.
nu.19.20. qui etiam in caſu ſuo rectè reſpondit.

24 Tertium & vltimum, quomodo † detractio debito-
rum,vel æris alieni facienda ſit ex hæreditate , an liceat
fideicommiſſario ſoluere in pecunia ipſa debita,vel de-
beat aſſignari hæredi grauato pro ſuo credito tantùm
de bonis hæreditarijs , & ſecundùm cuius temporis ex-
timationem multum controuerſum vidi , maximè ſu-
per executione ſententiæ de fideicommiſſo latæ man-
dantis detrahi ex dicta hæreditate talem & tantam
quantitatem pecuniarum pro funeris impenſa , & pro
tali & tali cauſa debitam heredi grauato , aliquid ideò
dicebant , vt detractio fieri dicatur ex dicta hereditate,
prout ſonant maximè verba ſententię neceſſarium fo-
re tot de bonis hereditarijs aſſignari heredi creditori,
quot ſufficiant pro ſuo credito, cum à principio ſucce-
dendo in dictis bonis dicatur ſibi facta ſolutio in eis,
vt inducit Socin.Iun.dicto conſ. 170.numero 5.6.7.lib.
ſecundo,& ad extimationem ſecundum tempus mortis
teſtatoris,quo cenſetur facta dicta ſolutio,& conſequen
ter extimatio à lege tunc ſubintellecta , & certa vide-
tur,ad hoc facit quod tradit Socin.conſil.56.colum. fin.
lib. 1. & conſil. 60. libro 3. & illo tempore etiam heres
grauatus cum pecunijs ſibi debitis potuiſſet emere bo-
na ſtabilia ſecundùm valorem illius temporis longe
minorem , quàm ſit in preſenti , id ergò equum vide-
tur, cum damnum vel lucrum debeat ſibi à fideicōmiſ-
ſario reſarciri.l.apud Iul.in princip.ff.ad Trebellia. vel
ſaltem attendatur extimatio ſecundum tempus latæ ſen
tentiæ , quo videtur inducta mora fideicommiſſarij per
no.in l.in hac.ff.de tritica.actio.

At ego de iure diuerſam huius rei obſeruationem
eſſe reſpondi,ſententię quæ latæ vel ferendæ practicam
executiuam eſſe( vt modò dicam ) proximum enim ver
ba ſententiæ condemnatoriæ ad reſtituendum fidei-
commiſſum mandantis detrahi talem quantitatem pe-
cuniarum de hæreditate debitam hæredi condemna-
to debent intelligi ad intellectum legis ciuiliter, & non
materialiter , prout prima facie ſonant per tex. ibi tra-
dit Salyc. in l.1. in princ. C. de fruct. & lit. expen. cum
ſimil.per Aym.conſil.10.nume.2.lex autem intelligit de
ductionem æris alieni non importare diminutionem ali
cuius certi fundi,prout eſſet , ſi ſolutio , vel adiudicatio
intelligeretur facta in re certa , ſed diminutionem im-
portare vniuerſarum facultatum , & totius matrimonij.
l.ſi fideicommiſſum.§.tractatum.ff.de iud.& l. cogi.§.in
de quæritur.ad Trebell.& ibi glo.& benè declarat Caſt.
in l.ſi is qui.ff.de condic.indeb.Deinde creditor,vbi ſuc
cedit debitori de debito naturali ſolutio,de debito ciui
li & naturali confuſio intelligitur facta in toto patrimo
nio debitoris,Stichum.§.aditio.ff.de ſolut.& ibi Bar.&
Caſtr.&in l.Vranius.in princip.ff.de fideiuſ.etiam quòd
non ſit remanſura ſucceſſio apud iſtum creditorem,ſed
quòd habeat eam reſtituere fideicommiſſario , vt l. de-
duct.& ibi Alexandr.& alij in princip.ad Trebellia.De-
ciſ.in l.debitor.nu.4.C.de pact. proinde quia reuocabi-
lis eſt iſta ſucceſſio ob reſtitutionem fideicommiſſario
debitam,non ſolutio,ſed confuſio, & vnio patrimonio-
rum inducta dicitur,Afflict.deciſ.237.nume.6.7. Vnde
talis deductio per iudicis ſententiam conceſſa eſt ea
quam lex dat hæredi grauato , & condemnato ad reſti-
tuendum , vt deducat ſuum creditum aduerſus fidei-
commiſſarium , & hoc verbo, deducere, vtuntur leges,
vt l.imponenda.& l.irritum. C. ad l. Falcid & l.cum hæ-
res deductis.& ibi gloſſ.in verſ.creditorem. & Bart. in l.
debitor.in princ.in fin.& Fulg.conſil.82.punctum ſuper
quo.col.1.& ſeq.vbi plene,& de verbo detrahere,tex.in
l.mulier.§.præterea.ff.ad Trebell.eſt autem pars ſenten
tiæ latæ pro hærede grauato , vt pro ſuo credito conſe-
quendo,aliter non habeat adire iudicem,ſentit gloſſ.in
ver.deducto.in prin.in l. in fundo. ff.de rei vendi. & ibi
Bald.in 4.not.Ange.in 2.col.verſ.ſequitur in text.& Ca
ſtren.conſi.247.in cauſa colum.fin.lib.1.& tex.in d.l.in
fundo.in fin. & exinde conſequitur antequam realiter
reſtituat illud quod ſibi leges concedunt aduerſus fidei-
commiſſarium vniuerſalem , vt deducat ſuum credi-
tum , & deducendo poſſit retinere fideicommiſſum d.l.
poſtulante.in prin.verſ.poteſt tamē & apertus tex.etiam
in l. hæredes. ff. eo. text. & glo. in d. l. Stichum. §. adi-
tio.Bald.& alij in d.l.debitori.Caſt.conſil.19.conſil.77.
conſi.186.lib.ſecundo,cum alleg. late ſupra ver. præce-
den.incip.præterea fructus , & retentio non datur in no
minibus debitorum , ſed in corporibus & bonis hære-
ditarijs , quę poſſunt poſſideri , & ſic retineri , probat
tex.in l.cum hereditas ex fideicommiſſi.ff.ad Trebel. &
datur pro ſola actione perſonali quæ heredi grauato
competebat contra defunctum , quia hęc perſonalis &
non realis confuſa eſt per ſucceſſionem , Dec.d.l.debi-
tori.nu.7.

Ex his infertur datam eſſe heredi condemnato re-
tentionem bonorum hereditariorum pro eo quod ſibi
debeatur à defuncto ad effectum ſibi ſoluendi ſuum
creditum , prout ita generaliter datur retentio in caſi-
bus in quibus datur , vt per Bart.& alios in dict. l. ſi non
ſortem.§.ſi centum de condict.indebi.imo.tex.ibi. ager
autem retinebitur donec debita pecunia ſoluatur , in
ſpecie



ſpecie Bello.conſi.30.num.9.non verò quòd ita cenſea-
tur data bona in ſolutum hæredi , quia ad hoc nulla lex,
ſcriptáque nulla doctor. tendunt per argumentum à le-
ge ceſſante.Euerard. ſua cent. ſent. 64. pulchrè facit.l.
qui legati.C. vt in poſſ. legat. neque quòd cenſeatur tu-
tum patrimonium defuncti eſſe in ſolutione quia pro-
portionabile conformeque non eſt obligationi,quæ pro
eius ſolutione id requirit quòd ex eadem obligatione
debitum eſt , vt in prin.inſtit.quib.mod.toll. oblig. ete-
nim ſuum creditum in obligatione , & in ſolutione exi-
ſtens in quantitate pecuniarum ex perſonis hæredum
conditionem obligationis non immutauit per l. ſecun-
dam.§.ex his.de verb.oblig.& l.1.& ibi Bald.C. de luiti.
25 pig. † quin & fideicommiſſarius teneatur ſoluere in
quantitate debita, ſi velit effectualem reſtitutionem bo
norum ſibi fieri , & ipſe creditor non cogatur inuitus
aliud pro alio accipere in ſolutionem , vt cogi non de-
bet per l.ſecundam.§.1.in fin. cum concord. ibi ſignatis
in gloſſ.& per doct.ſi cert. pet. & ibi in ſpecie ſentit Iaſ.
colum.fin. verſicu. 18. fallit in hærede , ſub dicta regula
ponendo ipſum hæredem grauatum etiam creditorem
pro legitima & Trebellianica, quæ plura poſſunt habe-
re in ſolutione, quàm habeat creditum certæ quantita-
tis pecuniarum,dando tamen fallentiam vt ibi per eum,
26 ergo tanto magis hæres grauatus † & creditor certę quan
titatis pecuniarū manet ſub dicta regula, ob quam imo
faciens expenſas in rem alienam nō cogitur rem ipſam
recipere , vel retinere pro expēſis ſecundùm Iac.de Ra.
27 firmat Alber.in l. planè.in fin.ff.de peti.hæredi.ac † imò
diſponente teſtatore pro legato certæ quantitatis pecu-
niarum creditorem legatarium poſſe capere de bonis
teſtatoris , prout ſibi placuerit,poteſt tamen hæres ſolue
re in pecunia etiam inuito legatario,probat Corn.conſ.
132 colum.fin.lib.quarto.

28 Nempe † deducere, vel detrahere æs alienum ex hæ-
reditate, fideicommiſſario hærede exiſtente , non fit ex
eo, quòd ſimpliciter creditori dentur in ſolutum aliqua
bona hæreditatis,ſed ita fit , & procedit , quòd qui velit
eſſe hæres directus,vel fideicommiſſarius , illud æs alie-
num ſoluere tenetur , & quantum ſoluit in tanto dici-
tur habere hæreditatem diminutam dict. l. ſi fideicom-
miſſum. §.tractatum.ff.de iud. & l. quod dicitur. in prin.
& ibi gloſſ. de impenſ.in reb,dot.fact.probatur his legi-
bus ſimul iunctis.l.pen.ff. de relig. & ſumpt. fun. vbi di-
29 cit † quòd funeris impenſa ſemper ex hæreditate dedu-
citur , & omne creditum etiam procedere ſolet & l. ſed
ſi quis. §.fin.ff.eo.vbi dicit actionem funerariam dari ad
uerſùs hæredem, cæteróſque ſucceſſores , ergo hæredes
tenentur ſoluere, & ſic iſtud eſt ex hæreditate deducere,
non verò quòd faciens impenſas funeris ipſe capiat ali-
quid ſibi ſatisfaciens, vel deducat ex hæreditate , limita
id tamen niſi reperiatur in hæreditate tanta pecunia nu
merata ex qua poſſit commode fieri detractio debiti,ar.
text.in l.fin.de adi.lega.& l.igitur.ff. de iure deliber. per
Pariſ.conſi.96.ſub num.13.lib.2.

30 Vnde circa hoc executionis practica multiplex eſſe
poteſt , aut quòd † fideicommiſſarius ſcire debens poſt
agnitum fideicommiſſum vniuerſale,ſe teneri ad ſoluen
dum debita hæreditatis l.1.2.& fin.C.ad Trebell.l.cum
filius. §. Lucio de legat. 2. leg. prima. §. primo. ff. ad
Trebell. & volēs liberare & conſequi bona hæreditaria
à reſtitutione, quam de his habet hæres grauatus,donec
pecunia ſibi debita ſoluatur,obtulit & ſoluit heredi gra-
uato pecuniam ſibi debitam, & ſic bona retenta,& ſe li
berare poteſt quia ſolutione eius quod debetur tollitur
omnis obligatio,in prin.inſtitut.quib.mo.tol.oblig.& l.
1.& fi. C. de vit. pign. iure cautum non reperitur, quòd
creditor hæres grauatus non teneatur recipere pecuniā
ſibi debitam , quinimò tenetur recipere & reſtituere
rem retentam , vt l. nec creditores. C. de pign. act.& l.
ſeq.& l.fi.de luit.pign.& l.debitor.§.fi.ff. de pign. act. in
ſpecie firmat Pancirol.Regien. conſil. 98. numero. 17.
hoc eſt pro eo reſpiciendum.& ſibi reficiendum,ſi quid
augmenti ſit monetæ à tempore contractus , vel moræ
vt meminit Aym.conſil. 316. colum. pen. 4. verſi.ſexto.
Eatenùs quoque pro eo dicetur augmentata hæredi-
tas fideicommiſſaria , quatenùs ſoluerit per l. quod di-
citur.§.ſed ſi impenſis.ff. de impenſ. in reb. dot. fact. vt
augmenti huius ratio habenda ſit,ſi ipſe fideicommiſſa-
rius etiam alij eandem hæreditatem reſtituturus ſit per
not.in l.1.§.denique.ff. ad Trebel.

31 Aut cum poſt † moram inductam , vt ſuperius amplè
declaratum eſt,ab hærede grauato fructus debeantur fi-
deicommiſſario,d.l.in fideicommiſſaria.& ibi doct.tan-
tum diſtulerit , & retinuerit hæres grauatus bona hære-
ditaria,quòd ex eorum fructib.recepit,quantum eſt eius
creditum,tenetur tunc bona retenta relaxare fideicom
miſſario in fructibus ipſis ſuo credito compenſato , vt l.
1.& fi.C.de pign.act.& l.1.C.de diſtrac.pign.c.cum , con
tra de pign.quæ iura licèt loquantur in bonis pignori da
tis,vel obligatis , eadem tamen ratio eſt in bonis reten-
tis loco pignoris , donec ſolutum fuerit debitum , data
maximè ratione per leges , vt antè proximè dictum eſt,
quaſi prouiſione legis ſint bona pigno.data,ſat eſt quòd
fideicommiſſarius poſt ſententiam ſemper eſt bonorum
dominus , & ſui ſunt fructus per not.in d.l. in fideicom-
miſſaria.& per l. Herennius. ff. de vſur. ita hoc caſu po-
teſt habere locum , quod de fructibus per hæredem
grauatum & creditorem ex bonis hæreditarijs teſtatoris
perceptis computādis in extinctionem eius crediti tra-
dit Pariſ.conſ.25.nu.65.66.lib.2.ſicut eſt in quolibet cre
ditore Ruin.conſ.48.col.pen.nu.4.lib.5. facit text. in l.
cùm hæres.ff.ad Trebel.

32 Aut quòd † creditor hæres grauatus nolens hanc ſui
crediti extinctionem per fructuum perceptionem , vi-
dens quòd ex retentione bonorum loco pignoris in-
terim fructus ſuos non faceret, vt eleganter,& in ſpecie
tradit Alciat.in l.cum proponas.in fin.C.de pact. & in l.
1.§.ſi ſtipulanti.in fin.de verb.oblig.poteſt obtinere ſibi
dationem in ſolutum fieri de bonis pro quantitate ſui
crediti , & impetrare dominij tranſlationem ſecundùm
l.à diuo pio.§.ſi pignora.de re iudi.& l. 2.& fin.C.de iur.
dom.impetr.& prout tradit Couar.c.18.nu.fi.lib.3. vari.
reſolut.

Aut quòd hæres creditor nolit ſibi fieri ſolutionem
in bonis,ſed in pecunia,vt eſt creditum ſuum,cum non
cogatur rem recipere , vel retinere pro expenſis Alber.
in d.l.planè.in fin.ff.de petit.hæred. poteſt demittere re
tentionem bonorum , & experiri aduerſus perſonam fi-
deicommiſſarij debitoris, qui ſi non confecerit inuenta
rium,tenetur ſoluere debita hæreditaria etiam de ſuo,&
in pecunia prout ſunt,per not.in l.fi.§.ſi vero poſtquàm.
C. de iure deliber. & in ſpecie per Rol. à Val. tract. de
inuent.confici.q.20.nume.4.& ſeq.ſecun.part.fol.22.&
Phanu.Lucen.in eo.ſuo tract.part.2.num.50.fol.40. ita
poſſe dimitti tenutam bonorum, & experiri contra per
ſonam debitoris tradunt Corn.conſi.198.ad euidētiam.
ad fin.lib.4.& Dec.conſ.73.præſtantiſſimè doct. ad fi.&
Caſtr.in l.qui legati.C. vt poſ. leg. vt poteſt etiā peti per
gloſſ.in ver.petere.in d.l.poſtulante.in princ.

Contraria ſuperius mota procedunt in alia,non verò
in noſtra ſpecie , vt ex prædictis conſtat : ideò ſuper his
aliter immorari non expedit , niſi quòd ſi creditor hæ-
reditatis aduerſus damna & moram diſtulerit , ſibi pro
uidere , & præcauere, prout poteſt ſecundùm iſta , quæ
ſupra & infra dicta ſunt , ſibi demum inputet , per reg.
damnum.de rep.iur.in 6.& ibi gloſſ.& canon. & l. quod
quis.ff.eo.& ibi Dec.& Cagn.Ita in ſpecie reſpondit Ri
min.Iun.conſ.148.n.52.& per ſimilem text.in l.3.§.quid
ergo.ff.de contr.act. tute.

Aut

33 Aut ſi demum ipſe† hæres,& creditor grauatus ſi deceſſerit ſine liberis adhuc viuens voluerit ſibi præcauere de certis bonis hæreditarijs ſeparatis ſibi aſſignandis pro ſuo credito cum defuncto pro ſua legitima & Trebellianica ſibi reſpectiuè debitis. Id rectè actum exiſtimandum eſt,ſi hæres ipſe confecerit inuentarium, vocatis alijs creditoribus per iudicem obtinerit ſibi aſſignari certa bona hæreditatis,eáque à cæteris bonis hęreditatis ſeparari pro ſuo credito, & funeris impenſa, quæ omne aliud æs alienum pręcedit.l.pen.ff.de relig.& ſumpt. funer. ſ. cum hæreditas non eſt ſoluendo, item vocatis legatarijs, & fideicommiſſarijs particularibus ſimiliter fecerit ſibi aſſignari,& ſeparari pro ſuis credito funeris,impenſa,& legitima. Si verò inuẽtarium non fecerit vocato fideicommiſſo vniuerſali,cum quo eſt in terminis iuris digeſtorum, vt omnes volunt in locis ſupra alleg.ſimiliter ſibi aſſignari, & ſeparari fecerit tot de bonis hæreditatis pro ſuo credito funeris impenſa, tanto minus in portione,quantum tãgit & legitimam & Trebellianicam,& pro ipſa legitima & Trebellianica, ſi de liberis ſit primi gradus,tũc de his bonis aſſignatis, & ſeparatis reſpectiuè poterit teſtari & diſponere prout voluerit, & de his fructus acquirere,& lucrari,vt de bonis proprijs,vt hæc ſingula arg. l. ſi libertus patrono. §. quid ergo.ff.de bon.libert.& l.1.§.pen. de ventr. inſpic. & iure edicti de ſeparatione bonorum docet Bald. in l. iubemus,in princ.ad num.4.C.ad Trebell. & in dict. l. debitori. colum. 2.num.3.C.de pact.& ibi Alex.colum. 1.ver.ſecundo ſequeretur. Comprobat & dicit,quòd ita aliàs ſeruari fecit, idem ibi vt quotidianum in practica notari mandat,& probat Iaſ.colum. prima,ad fin.verſi. in ſecunda parte.& Dec. colum. pen.nume. 17. dicit ſi creditores conſentiunt hoc de plano procedere, ſi verò contradicunt,hæres ſimilem cum alijs creditoribus fortunam habere debet, & cum fideicommiſſario vniuerſali ſic hæredem grauatum poſſe ſibi adhuc viuentem præcauere conſulendo firmat Caſtr.conſil.186.dubium facit.col.2.num.2.verſi.circa vltimum.lib.2.& per Bal. in l.filium quem habentem.ſub num.28.C.famil.erciſ. & Ruin.conſi.57.ad fin.lib.2. & in vxore creditrice pro dote firmãt Caſtr.conſil.294.in cauſa quæ vertitur.col. pen.verſic.vnde ad propoſitum.lib.2.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Melioramenta facta per grauatum fideicommiſſo ſunt detrahenda de bonis fideicommiſſi reſtituendis, quæ vel ſtatim poſſunt opponi facta petitione fideicommiſſi,vel in executione ipſius etiam ſententiæ & de locis & auctoribus tractantibus hanc materiam diffuſè vide & de extimatione eorum facienda ſecundùm tempus reſtitutionis rei melioratæ, & non ſecundùm tempus quo facta fuerunt.*

2 *Melioramenta neceſſaria & vtilia facta per hæredem grauatum in re ſubiecta fideicommiſſo poſt diem eius cedentem, poſſunt deduci ex fideicommiſſo,& eo reſtituto poteſt illud repetere conditione indebiti, vt habeat retentionem propter impenſas & non poſſeſſionem.*

*Idem dicendum eſt de hærede hæredis grauati.*

*Idem in emptore bonæfidei qui ignoranter emit rem fideicommiſſo ſubiectam, quòd melioramenta per hæredem ſuum auctorem, & per eum facta neceſſario & vtiliter in re ſubiecta fideicommiſſo fructibus perceptis in eis non computatis tempore vitæ hæredis grauati ſui authoris detrahere, & rem ipſam retinere poteſt.num.3.ſecùs ſi ſciens rem illam emiſſet, quia reſtituit eam cum meliorationibus modo non ſint neceſſaria, quæ ſemper retinentur, & quando ædificans in ea ſciens rem alienam perdat ædificium & melioramenta ibidem cum ſequent.*

4 *Ædificans in re aliena ſciens quando & quomodo perdat melioramenta.*

5 *Melioramenta neceſſaria quæ deduci debent ex fideicommiſſo quænam ſint & dicantur, vide exempla & finge per teipſum, vt ibi dicitur.*

*Et quæ pariter ſint & dici poſſint vtiles impenſæ aut melioramenta vtilia deducẽda, licet non neceſſaria,modo ſint facta ad perpetuam rerum vtilitatem, & quænam ſint. vide exempla multa,vt ibidem legere eſt.*

6 *Melioramentorum probatio, prout neceſſe eſt fieri conſiſtit circa duo, circa factum & circa quantum, & vt ibidem.*

7 *Melioramenta debent conſtare eſſe facta ab eo qui excipit de his,vel ab eo à quo dicit ſe cauſam habere, vel eorum ſumptibus & numis, & quomodo ea probanda ſint, cum eorum probatio videtur difficilis, vide latè & diffuſè oſtenſum per authorem & declaratum,& quomodo probentur melioramenta neceſſaria vel vtilia,vel voluntaria, & quomodo teſtes debent deponere de facto & non de iure vt probent, & quando leuiores probationes ſufficiunt,cum ſeq.num.*

8 *Probatio melioramentorum debet fieri per teſtes de viſu, non de eorum iudicio aut credulitate.*

*Nec per eos fit talis probatio ſi non exprimunt eas qualitates & circunſtantias eſſe in facto quibus volunt iura cognoſci, & appellari neceſſarias, vtiles, & voluptarias, ibidem.*

9 *Probationes leuiores quæ ſecũdùm naturam locum poſſunt habere ſufficiunt.*

10 *Probatio melioramentorum poteſt fieri & melior eſt per eum qui miniſterium præbuit in ea facienda,& creditur tali teſti de facto proprio, eſto quòd ſit ſolus ſine ſuo intereſſe,cum alijs coniecturis accedentibus,& vt ibi.*

*Teſtibus in facto proprio quando credendum ſit, & quomodo.*

11 *Melioramenta poſſunt probari ſummariè in executione ſententiæ, item & ante latam ſententiã,ſi articuli ſint producti & examinati teſtes,& vt ibi habetur.*

12 *Fideicommiſſarius vbi liquidum ſit melioramenta eſſe facta,ſed non de ipſis adhuc, poteſt facere depoſitum de[illegible] qua pecunia & de reſiduo præſtare cautionem de ſoluendo, & ſic obtinere executionem ſententiæ.*

13 *Melioramenta quomodo extimanda ſint variæ ſunt opin. aliqui quòd minor quantitas ſic attendend.ad incommodum impendentis ſiue impenſa fuerit æſtimata maior & minor, melioratio,vel econtra,id minus ſit reſarciendum. Alij quòd fiat æſtimatio eorum ſecundùm tempus præſens, & pro quo poſſunt durare, & non pro eo quantum fuerit impenſum, tuncq; poteſt maior æſtimatio attendi, declarando,vt ibi.*

*Alij quòd tempus reſtitutionis rei quo effecta ſit precioſior,& ſic præſens tempus inſpici debet.*

*Alij indiſtinctè & ſimpliciter forè attenden. valorem meliorationum & extimationem tempore quo res debet reſtitui,non ſecundùm valorem temporis facti ædificij à prin. & vt ibi latè de hac materia diſcutitur.*

14 *Melioramenta quomodo æſtimanda ſint eorum qui in alieno faciunt impenſas,vt de colono,inquilino,emphyteuta, vaſſallo, ſuperficiario, vſufructuario, marito, creditore, poſſeſſore hæreditatis ad alium ſpectantis,& alio faciente expenſas in alieno.*

15 *Melioramenta ſunt æſtimanda & reſarcienda in eo quod minus eſt non autem maius, vbi quantitas æſtimationis eorum & ſumptuum inter plus & minus differunt, & hoc quando quis bona fide nullum habens dominium in fundo credens tamen aliquo titulo illum eſſe ſuum in eo ædificando vel plantando ſumptus fecerit,& poſtea à vero domino fuerit fundus euictus.*

16 *Melioramenta & eorum æſtimatio eſt facienda tempore fideicommiſſi reſtituendi conditione impleta per mortem grauati*



*grauati qui ei fecerat interim in rebus reſtituendis, domos vel res deuaſtatas conſtruendo,ædificando, reficiendo, ſecundùm tempus eorum æſtimationis arbitrio iudicis quòd ſpectatur,qui quomodo procedere habeat & qualia conſiderare,ibidem latè diſponitur cum nume.ſeq.& quod tempus attendi debeat latiſſimè ponitur ibidem. vbi de tempore quo ſit reſtitutio fieri & debeat æſtimatio eorum.*

17 *Intellectus verus. l. domos de leg. primo, vide limit.numero 25.*

18 *Hæres grauatus interim pendente conditione fideicommiſſi eſt verus dominus rerum earum & quicquid conſtruit & ædificat in his rebus ſuum dicitur,& tempore reſtitutionis ea melioramenta non ſunt reſtituenda,adeò vt reſtituta competeret actio condictionis indebiti, quorum ſit æſtimatio ſecundùm tempus reſtitutionis, vt ibi latius.*

19 *Tempus illud ſpectandum eſt quo diſpoſitio efficaciter ſuum ſortitur effectum.*

20 *Melioramenta æſtimantur ſecundùm tempus præſens & reſtitutionis fideicommiſſi & non pro eo quod minus eſt impenſarum vel melioramentorum, adeò vt nil adeſſet, vt quia reductum ad nihilum, nihil deberetur, & ſic quantum nunc valet, non quantum expenderit hæres, ſi parum, parum, ſi nihil, nihil, ſi multum,multum,& vt ibi pulchrè dicitur, & eſt communis opin.cum num.ſeq.*

21 *Fideicommiſſarius non tenetur ſoluere æſtimationem meliorament orum, ſi ſine eius culpa pendente fideicommiſſi conditione euanuiſſent.*

22 *Hæres grauatus vel eius hæres reſtituere nõ tenetur res deperditas non ſua culpa & quas demum non habet.*

23 *Paria ſunt quid non extare,vel inutile eſſe.*

24 *Parum & nihil æquiparantur.*

25 *Melioramenta aut impenſa nedum vtiliter ac neceſſario facta, cœptáve & non perfecta,vel perfecta & caſu peremptà poſſunt conſequi ab hærede, ſi abſque eius culpa corruat, & conſequitur quanti res melior eſſet hoc tempore ſi non corruiſſet,quod tamen nõ comprobat author in melioramentis factis per hæredem grauatũ,quæ qualia ſunt tempore reſtitutionis talia reſarciri debent,& vt de materia late habetur.ibidem cum ſeqq.*

26 *Impenſa facta vtiliter per aliquem in alieno habet dominũ obligatum actione negotiorum geſtorũ pro impenſis vtiliter factis,eſto quòd corrueret ædificatum.*

*Idem de marito qui habet actionem dotis contrariam pro impenſis.*

27 *Melioramenta per grauatum hæredem facta ſunt compenſanda cum deterioramentis factis per eum in re meliorata,vel alia reſtituenda impleta cõditione, dolo,& culpa d.grauati, & quãdo teneatur hæres grauatus ante diem fideicommiſſi cedentem reſtituere fideicommiſſario bona hæreditaria, & an cautio ſit danda, vel bona ponenda in tuto, & quando diſſipanti in totum ſint bona auferenda.*

## ¶SOLVTIO V.

TERTIO principaliter de meliorationi-
1 bus ſeu † melioramentis detrahendis per grauatum factis in bonis fideicommiſſo reſtituendis videmus,eſt quidem tam freques materia, quàm ipſa fideicommiſsi principalis petitio, hæc ab actore fideicommiſſario vbi facta reperitur, illa continuo à reo conuento de melioramentis exceptio facta ſubſequitur,ſi à petitione abſuerit,in executione ipſa ſententiæ omninò expectanda eſt,cum ita & de melioramẽtis poſſit opponi in executione ſententiæ Caſtr. conſ.247.in cauſa quę vertitur Saonę.colum.fina.verſ. nam iſta poſſunt.lib.1.Corn.conſil.147.col. pen. verſic. licet enim lib.2.cum ſimi.per Benintend.deciſ. Bonon. 77.num. 1.& Val.conſi.28.nu.2.& ſeq.lib.1.& eſt doctr. Bart. in l. in fundo. ad fin.nu.16.ff.de rei vendic.& per Neguſ.pign.4.memb.5.part.nu.10.vbi occaſionem aſſumpſit tractandi materiam melioramentorum per vndecim concluſiones, eandem materiam tractaturi ſuo Tiraq.de retract. tit.2.§.7.gloſſ.1.nu.4.vſque ad fin.12. declarationibus explicatis accommodauit, in eadem materia meliorationum ſe dilatando non minus laborioſè,quàm vtiliter,& laudabiliter Menoch.tract.de recup.poſ.remed.15.nu.500. vſque ad nu.567.ſuper exceptione per cõuentum remedio reintegrandæ opppoſita de retentione impenſarum, & melioramentorum caſus diſtinguendo ponit primum caſum poſſeſſoris bonæ fidei, & cum titulo quo datur meliorationum retentio cum ſex extenſionibus declarando poſt modum per 13. caſus,quibus non datur, vel datur talis retentio,deinde num.557.conſtituendo regulam de extimatione meliorationum facienda non ſecũdum tempus quo factę fuerunt, ſed ſecundùm tempus reſtitutionis rei melioratæ, ſuper hoc denique opportunè diſceptando, vt ibi per eum,& Boër.deciſ.44.latè etiam in materia, quam & poſt iſtos diſcutere,& declarare pluries,& pulchrè ſategit Ioſeph.Aſſiſien.in Peruſ.deciſ.2.1.& deciſ.34.& deciſ.58. Vnde ſuper hac eadem materia longiore tractatu non opus eſſe iam videre poſſumus, ea igitur tantum agenda duxi, quæ magis propoſitæ noſtræ dubitationi congrua videantur.

Nam primum impẽſarum neceſſariarum,vtilium, & voluptariarum præmiſſa cognitione,de qua per tex.in l. impenſæ.& ibi per Alciat.& Rebuf.de verb.ſign.& in l. 2.& 3.in l.impenſæ.de impenſ.in reb. dot. fact. & per
2 Spec.tit.de expen.in princ. † ſi hæres grauatus ſub conditione ad reſtituendum domum, fundum, vel hæreditatem, interim impenſas neceſſarias, vel vtiles in re ſubiecta fideicommiſſo fecerit,eas poſt diem fideicommiſſi cedentem condemnatus ad illud reſtituendum detrahere poteſt ex fideicommiſſo, & ſi illud reſtituiſſet, poſſet & illud repetere conditione indebiti, vel incerti, vt l.qui exceptionem.§.de cond.indeb.ad effectum vt habeat retentionem propter impenſas, & non poſſeſſionem, vt per Bartol.ibi in fin.& Angel.& Fulgoſ.ad fin.dicit quòd frequens & communis omnium ſententia eſt, vt ipſa detentio condicatur, & l.domus. cum ſequen.de legat.1.& ibi omnes.& l.vbi purè.§.fin. & l.mulier.§.præterea.ad Trebel. & in his locis.gloſſ.& doctor.paſſim tradunt,& Corn.conſil.180.col.6.verſic. circa quintam.lib.4.Socin.conſil.82.in fin.lib.4.Pariſ. conſ.55.nume.22.& ſequen.lib.3.Bero.conſil.176.num. 88.lib.1.Anton.Gomez.ſuo comment.iur. tom.1.cap. 12.nume.40.

Hoc locum habet in hærede grauato,& in eius hærede.l.poſtulante.in princip.verſic.cæterum ad Trebel.& per l.1.C.vt act.ab hæred.expreſsè.Alber.in d.l.domus. in fin.& ibi Caſtr.conſil.& Port.Imol.conſil.92.in fin.
3 cum ſimil. † Idem in emptore bonæfidei, qui ignoranter emit rem fideicommiſſo ſubiectam, qui ideò melioramenta per hæredem ſuum auctorem,& per eum facta neceſſariò & vtiliter in re fideicommiſſo ſubiecta in eis non computatis fructibus perceptis tempore vitæ hæredis grauati ſui auctoris detrahere, & pro eis ipſam rem retinere poteſt, Caſtr.conſil.94.clarum eſt in iure. col.fina.verſic.quantum ad id, & verſicu.ſequent.lib.2. eſt gloſſ.in verſic.melioratione,in fin.§.fin.com.de leg. arg.l.pen.ff.loc.firmat Menoch.de remed.15.num.508. ſecus eſſet, ſi ipſe emptor ſciẽs rem fideicommiſſo ſubiectam emiſſet, quia dummodò melioramenta non ſint neceſſaria, quia hæc ſemper retinet, per l.domum. C.de rei vend.Menoch.d.loco nume.507.reſtituit rem cum alijs meliorationibus per text.in d.§.fin.& ibi gloſ. Bald.

Bald.Caſtr.& Iaſ.Negu.d.4.memb.5.part.num.19.in 9. concluſ.Bero.con.79.colum.pen.num.60.lib.ſecundo, Hier.Cagn.in l.prima nu.72.73. de ſenten. quæ prò eo, quod inter. vbi admonet proficuum eſſe deducere cum exhibitione teſtamenti ad notitiam iſtorum audacium emptorum rem per eos emptam eſſe fideicõmiſſo ſubiectam, vt ſic conſtituantur in mala fide, & nequeant conſequi melioramenta facienda & per l.adeò quidem,
4 §.ex diuerſo.de acquir.rer. dom. † Nec talis ſciens rem alienam in ea ædificans clypeo præſumptæ donationis inualidæ inſinuationis defectu poteſt ſe tueri, quin perdat melioramenta poſtmodum facta,ex facto reſpondit Gabri.Eugub.conſil.157.num.2.& ſequent.

Cognito autem quibus melioramentorum detractio competat, eorundem quidem melioramentorum magis ſpecifica videtur, non ſuperuacua repetitio:hæc ita-
5 que † neceſſaria dicuntur, quæ facere cogimur neceſſitate conſeruandi bona in ſuo priſtino, & bono ſtatu,ne pereant, vel deteriora fiant, exempla per teipſum fingas, & imaginare, quibus ſecundum conſuetudinem locorum,& rerum ipſarum naturam,hoc, eaſdem res in eſſe ſuo conſeruare, perfici dicas, vt in prędijs vrbanis reficere tecta,ne aqua pluuia marceſcat trabes & parietes, reficere ſolaria, & parietes, quæ ruinam minantur, domum,quæ terremotu, fulgure, vel igne combuſta & deſtructa eſt reædificare, & conſtruere.l. domus. de leg. primo,Alciat.in dict.l.impenſæ.in prin. de verb. ſign. ſi domus ſit neceſſaria villæ,vel hæreditati, aliàs dicetur impenſa vtilis, neceſſaria dicitur, quando eſt pro habitione laboratoris, qui ſine tali domo non poſſet ibi ſtare ad laborandum fundum,vel prædium, Bart.& alij in l.diuortio.§.impendia.ſolut.matr.vbi text.& in l.generali.§.Lucius.de vſufr.leg.& Alexand.in apoſtil. ad Bar. in l.impenſæ.de impen.in rebus dot.Caſtren.conſi.270. viſo puncto,colum.fi. quantum autem ad ædificata. lib. ſecundo,fodere,& conſtruere puteum pro aqua neceſſaria ad domum aut villam,licèt impenſa hęc poteſt reputari inter vtiles argumento piſtrini & horrei,per dictam l.impenſæ.verſ.vtiles.& ibi Alciat.de verb.ſig.& Ang.in l.1.§.inter neceſſarias.de impen. & vt in prædijs ruſticis propagare vites extendendo,vt faciùnt ruſtici,Ang.d.§. inter neceſſarias.in fin.aggeres facere, defendere à flumine,vel torrente,arbores loco demortuarum,& ſiccarum ſubrogare,& replantare.d.l.impenſæ. de impen. & d.l.impenſę.de verb.ſig.Alciat.& ibi in prin.&curare arbores vel ſimilia pro conſeruando ſubſtantiam rerum, non pro anno, ſed ad perpetuam bonorum vtilitatem, l.3.in prin. & §.1. de impenſ. in domibus & vineis factis & terris reductis fertilibus exemplificat Bald.conſ.347. quæritur pater.num.4.lib.2.

Vtilis autem impenſa etſi dicatur ea etiam quæ eſt neceſſaria modis quibus nunc enuntiata eſt, tamen vtilis poteſt eſſe,& nõ neceſſaria.l.vtiles autem, & ibi gloſ. 1.ff.de petit.hæred.ideo iuriſconſ.in d.l.impenſæ.verſic. vtiles.de ver.ſign.ſeparatam earum facit diffinitionem, quòd impenſæ vtiles ſunt, quæ res meliores reddunt, deterioreſque eſſe non permittunt, ibi exemplis aliquibus id demonſtrat, & alijs magis congruis ætati noſtræ, & vſitatis idem oſtendi poteſt, veluti reducendo nemora,terras incultas, & paludoſas ad culturam, de ſterilib. ad fertilitatem,d.l.vtiles.& ibi gloſſ.in verſi.nouale.&c. quid per nouale.& ibi gloſſ.& canon.de verb. ſign. Vel faciendo nouas plantationes vitium, ſalicum, nucum, oppiorum,populorum,vlmorum,quercuum, oliuarum, & aliarum arborum conuenientium, & vtilium in locis, l.veluti.de impenſ.in reb.dot.fact. Caſtr. d. conſil.270. colum.2.in fin.verſ.de expenſa vero,Ruin.conſ.135.col. pen.num.13.lib.3.vbi ſub num.161.id procedere dicit in hærede grauato qui impenſas tales fecerit, & Rolan. à Val.conſi.28.conſ.26.27.lib.1.poſt Ruin.conſ.14.num. 2.3.libr.1.& per dictam.l.vtiles, ibi denique alias quàm plures eiuſdem generis eſſe impenſas manifeſtum eſt, hoc enim ſolum diſpiciendum eſt, quòd factæ ſint ad perpetuam rerum vtilitatem.l.3.§.nos generaliter.eod. de impenſ.Ioſeph. Aſſiſien.d.Peruſ.deciſ.24.nume.18. & deciſ.58.nu.5.vel de fundo faciendo vineam per l.pe. in prin.Tiraq.d.§.7.gloſ.1.nu.16. Vel circumcirca prædium faciendo vallum quoddam ſeu foſſatum conſertum,& plantatum intus vepribus, ita quòd naſcatur,& fiat vepretum pro perpetua clauſura, cuſtodia,& defenſione prędij,à beſtijs,& malis perſonis,hæc vtilis impenſa certè dicenda eſt facta pro perpetua cuſtodia,& tuitione prædij pluribus annis duratura per d.l.3.§.nos generaliter.facit quòd approbando concordiam Angeli tradit Alex.in d.l.diuortio §.impendia.col.2. verſ. aut pro cuſtodia.Idem in ſimili Bald.conſil.303. ad euidentiam præmittenda eſt,ſub nume.2. verſicu.iſta enim impenſa. lib.primo, hoc inſerui exemplum, quia experientia didicit quidam habens prædium parui valoris, & modici reditus in locis campeſtribus, & ſubiectis deuaſtationi, & damnis beſtiarum expenſa ſcutorum 40. vel circa illud foſſatis vepreto, ſeu boſchetto ita circumcirca muniuit, quòd niſi per portam vnam perſonæ, vel beſtiæ poterant illud ingredi, itaque magni valoris & redditus effectum eſt prædium vltra duplũ eius quod prius erat, denique alia quamplura eiuſdem generis exempla vtilium impenſarum adduci poſſe manifeſtum eſt iuxta d. l.vtiles.verſ.denique.iuncto d.§.nos generaliter. Voluptariarum verò impenſarum ratio quoniam parui fit, dum ſtat in puris terminis voluptatum,de ea me remitto ad d.l.impenſæ.ver.fin.de verb.ſigni.& per Doct.ibi, & in d.tit.de impenſ.in re.dot.fact.& ad Menoch.d.remed.15.num.530.cum ſeq.

6 Vlterius hoc præcipuum eſt, & principale pręmiſſum † quòd meliorationes huiuſmodi fuerint probatę, earum enim probatio conſiſtit circa duo, vnum eſt circa factum,id eſt,quòd fuerint factæ ab excipiẽte, & eas proponente, vel ab eius auctore,alterum eſt circa quantum.i.earum quantitas,& extimatio qualis & quanta ſit, vel eſſe debeat.

7 Primum namque conſtare debet † melioramẽta eſſe facta ab eo qui de his excipit,vel ab eo,à quo excipiens dicit ſe habere cauſam,vel eorum ſumptibus, & nũmis, vt requirunt verba d.l.domos.de legat.1.ibi, & hæredis nummis extructas,& d.l.mulier.§.præterea.ad Trebellian.ibi, *Sed et ipſe ſi quem ſumptum fecit in res hæreditarias detrahet*, & cap.1.extrà, de in integr.reſtit.ibi, *Ne ſi fortè coloni poſſeßiones illas expenſis ac labore ſuo reddiderint meliores*, vt eſt generalis, & vulgata regula probationem eorum, quæ conſiſtunt in facto, debere fieri ab eo,qui dicit,ſiue actor,ſiue reus.l.ſecunda.l.in exceptionibus.in prin.ff.de probat.cum ſimil.vt ſic etiam in ſpecie debere probari tradit Caſtr.d.conſil.270.col.pen. num.4.verſ.ad vnum.tu.lib.2.refert & cum alijs Rol.à Val.d.conſil.27.nume.31.vbi probationem huiuſmodi difficilem reputant, & difficultatis cauſam non dicunt, niſi quòd Caſtr.adducit non concludere probationem melioramentorum pro poſſidente rem melioratam, apparent melioramenta facta: ergo mihi poſſidenti ſunt reficienda, quia potuerunt eſſe facta ab alijs à quibus petens ea nullã habet cauſam,ſeu ius aliquod, vt ibi per eum.& cum primo dicto per Pariſ.conſil.33.num.53.lib. 1.& Menoch.d.remed.15.num.567.

Huic difficultati poſſet tamen multifariam ſuccurri, primò ſi teſtes ad plenam probationem deficiant de viſu actuum meliorationum, adductis quas poteſt coniecturis petens ſi probet rem melioratam antequàm perueniſſet ad manus ſui auctoris non habuiſſe in ſe,nec ſupra ſe talia melioramenta, nec potuiſſe habere, quin fuiſſent viſa per vicinos, & conuerſantes in loco,& per ipſum



ipſum teſtem, ſed poſteà fuiſſe viſa talia melioramenta facta,vt de probatione negatiuæ ſic coarctatæ per Bart. in l.2.§.hoc interdicto.num.8.de iti.actúque priu. Alex. conſ.108.colum.3.verſ.& licet dicat.lib.2.& conſi.91.in fin.lib.4.Dec.conſ.94.ad fin.conſil. 533. num. 20. & in l.1.in fin.C.de bon.poſ.ſecundùm tab.& de probatione melioramentorum maximè cum magno ſumptu factorum præſumptiuè ab eo ad quem ſpectat res meliorata, facit l. fin.C.de ali.pupil.præſtan.& Bart.in l.2.de arbi. tut.& in l.cum ſeruus.num.4.de verb.oblig. & ibi Alex. numer. 4.vt dixi maximè alijs coniecturis adiunctis & ibi Iaſ.col.fin.& Alber.Brun.de ſtatu.fœmin.exclu.arti. 8.in quæſt.16.ad fin.num. 73. & præſumuntur facta nomine eius,ad quem negotium pertinet.Caſtr.conſil.84. viſa dicta facti narratione.ad fin.lib.1.& propriè Bald.in d.l.domos.in fi. qualiter iſtæ expenſæ probentur, & ſe remittit ad not.in l.fin.§.in computatione.ſub nume.4. vltimò dicit ſi expẽſa facta ſit,magna poteſt probari eo modo,quo habemus,in d.l.fin.C. de ali. pupill. præſtan. & ſic eo modo quem adduxi,& Bald.in d.§.in computatione col.1.num.2.notanda illum qui dicit ſe expendiſſe,debere probare,dicit hoc quandoque probari ex qualitate operis,quandoque ex neceſſaria natura rei, quandoque per probabiles coniecturas, vt ibi per eum,& alios ibidem.Adde & probari poſſe eo ipſo,quòd probatur quòd bonus vir tantum expendiſſet in hac re,ſecundùm Bar.in l.antepenult.de condit.&demonſtrat.& ibi in apoſtil.

8 Deinde † fit probatio per teſtes de viſu, qui viderit dicta melioramenta fieri, & ſi aliter de eorum iudicio, vel credulitate deponant,non probant,vt per Cur.Iun. conſi.144.num.3.& ſeq.conſil.165.nu.16.18.Socin.Iun. conſil.62. numer.5.vbi etiam ſentit modum probandi, quem ſuprà diximus, quando conſtiterit priusquàm res meliorata peruenerit ad manus petentis melioramenta ea non fuiſſe facta,puto etiam teſtes non probare melioramenta, vel neceſſaria,vel vtilia vel voluntaria ſi non exprimant eas qualitates & circunſtantias eſſe in facto,quibus volunt iura cognoſci,& appellari,neceſſarias, vtiles, voluptarias, vel voluntarias impenſas, vt d.l. impenſæ.de verb.ſign.cum ſimil. quia teſtes debent deponere de facto,& nõ de iure,aliàs non probãt. Alex.conſ.28.col.4.nu.2.lib.5.Bart.Bald.Caſtr.& Imol. in l.qui teſtamento.§.fi.ff.de teſtam.Bal. in l.ſolam. col. 1. C. de teſtib.in cap. cum cauſam extra eo. cum ſimil. per Aym.conſi.41.num.4.ob id fortè impenſarum probatio non facilis videbitur,& tunc magis cum impenſæ fiunt reparando,& reficiendo intus domum,arg.l. conſenſu.C.de repudi. cum etiam fiunt in locis campeſtribus abſtractis,& non parentibus conſpectui hominum,
9 tunc † itaq; leuiores probationes, & quæ ſecundùm naturam locorum poſſunt haberi,ſufficere debent per ea, quæ late tradit Iaſ.in l.ſi quis ex argentarijs. §. fin. colũ. penult.& fin.ff.de eden.& conſil.141.col.3.& ſeq.lib. 4. Alex.conſi.24.col.2.num.5.& ſequ.lib.2.conſi.212.in fi. eo.& in ſpecie de expenſis ad quemcunq; finem agatur, illa probatio debet ſufficere,quæ poteſt haberi, ita poſt multa de difficile probandis concludit Federic.de Sen. conſ.119.nullibi dubium,colum.2.verſ.ex quo tamẽ,refert & ſequitur Alexand.conſi.77.ad fin.lib.7.& cum ſimil. quæ adduxi ſuprà lib.1.interp.1.dubit.3.ſolut. 11. vt & in extimatione probatio admittitur per coniecturas, Alcia.conſ.116.nu.3.lib.5.

Solet autem & quàm plurimum ſi poſſit haberi, ex-
10 pedit † melioramenta probari per eos,qui ea fecerunt operarum miniſterium præſtando illi qui ſua impenſa fieri ea fecit,magis.n.iſtis creditur deponentibus de facto proprio,etiam ſi ſolus ſit deponẽs de facto proprio ſine ſuo intereſſe alijs ſimul coniecturis accedentibus per l.quæro.in fin.& ibi Cephal.ff.de edil.edict.& gloſſ. fin. in c.Cum I. & A.de re iud.Iaſ.in l.1.col.14.de ſum. tri.& fid.cat.Deci.conſi.56.colum.2.num.4.Aym.conſ. 73.num.30.conſi.178.num.7.Tiraq.de retract.titul.1.§. primo.gloſ.14.num.47.& ſequen.Blanch.tract.de compro.in 8.quæſt.in fin.ſic eſt commun.Cephal.conſi.438. nu.48.& alibi per Doct.ſentit in ſpecie Feder. de Sen. d.conſi.119.colum.ſecunda.verſ.& maximè procedit. & Socin.Iun.dict.conſil.62.num.6.dum alia indicia cum ſuo dicto concurrant,idem clarè firmat in conſil.61.nu. 8.eo.lib.primo.& creditur iſtis ſe operatos eſſe, & fabricaſſe de commiſſione talis,vt per Alexand.conſi.88.col. penult.nu.19.verſi.quia reſpondeo.lib.5.ſequitur Ruin. conſi.105.num.3.lib.4.Nec laus,vel vituperium, vel imperitia teſtium,vt opponit Anch.Regien.quæſt. 46. nu. 10.vſque ad fi.in par.impedit quin iſtis credatur in facto proprio iunctis alijs coniecturis ſecundùm Commun. Opin. vt conſtat ex alleg.ſuprà, & per Gabr. Rom. de commun.conclu.lib.primo,titu.de teſti.conclu.1. num. 18.22.dum quæſtio non ſit de bene vel male facto eorũ, quia tunc redditur ſuſpectus,Alex.conſi.70.num. ſecundo.lib.3.Denique dicta teſtium coadiuuanda, vt in cæteris,dum veritati conſona videantur, & non cauillãda paſſim Doct.tradunt per Bald.in l.de quibus,col.fi.ff. de legi.Dec.conſ.342.nu.5.cum concord.per Franc. Curt.
11 tract.de teſti.conclu.60. † Aduerte probationem impenſarum poſſe fieri ſummariè in executione ſententiæ quando ſic eſſet lata ſententia condemnataria reſtitutionis rei impenſis refectis in prędio factis tradit Socin. in l.fundum.in fin.ff.de excepti.Item ſi ante latam ſententiam articuli ſint producti, & examinati teſtes ſuper melioramentis, & eorum quantitate & publicato proceſſu ferretur ſententia detractis melioramentis liquidandis in executione ſententiæ, quòd liquidatio non poteſt fieri niſi ex proceſſu iam facto, & alij teſtes non poſſunt examinari ſuper eiſdem, obſtante cap.fraternitatis.de teſtib.ita in ſimili eſt deciſ.35.num.3.per afflict. & ſentit in deciſ.376.in fin. dixi conſ.184.nu.10.verſ.intelligendum eſt.lib.1.

12 Atque vbi † liquidum non eſt de melioramentis, poteſt fideicommiſſarius facere depoſitum de aliqua pecuniarum quantitate,& de omni reſiduo præſtare cautionem de ſoluendo,& ſic obtinere executionem ſententiæ,Alciat.conſil.63.teſtatoris.ad fin.lib.9.Benintẽd. deciſ.77.num.5.& ſequen.Porro hæc aducta ſunt, ſi conſtare poſſit melioramenta eſſe facta, quibus ſic in facto præſuppoſitis.

Alterum ideo ſequitur circa quantum, i.quanta &
13 qualis quantitas ſit vel † extimatio melioramentorum quæ detrahi debeant, & hoc quidem nonnihil ambiguitatis habet, nam aliqui volunt fore attendendam minorem quantitatem impenſarum ad incommodum impendentis,vt ſi impenſa fuerit facta,vel extimata de cẽtum, & melioratio rei fuerit extimata in quinquaginta,quantitas iſta minor attenditur, ita econuerſo ſi impenſa fuerit de quinquaginta,& melioratio in centum extimata,illa minor de quinquaginta eſt reficienda per regul.l.in fundo.& ibi glo.Barto.& alij.ff.de rei vendic. & clarius Alber.colum.ſecunda.ſub num.5. & Fulg. colum. 1. ſub num.3.rationem diſcutiendo tenet & Caſtr. dict.conſil.270.colum.3.verſ.item quod dixi,lib. ſecundò.ſequitur Tiraq.dict.titul.ſecũdo.de retract.§.7.gloſ. prima. num. 8. latè Hiero.Cagn.in l.ſecunda.num.175. C.de pact.inter empt.& vend.Silua.conſi.49.nume.75. Ioſeph.Aſiſien.d.Peruſi.deciſ.58.num.fin.in his attendendo quod minimum eſt ad fauorem domini fundi, vt ibi per eum,ita ad incommodum impendentis ſe & totam Rotam Florentinam nemine diſcrepante iudicaſſe, atteſtatur Marzar.de fideicommiſſ.in quæſt.65.3. par.idem faciendo hoc præſuppoſitum in materia melioramentorum tenet Capyc. in deciſ.93.num. 9. & ex-

preſsè alios allegando ſequitur Burſat.Mantu.conſ. 71. num.22.23.

Alij & ſecundo volunt extimari melioramenta ſecundum tempus præſens,& pro quo poſſunt durare, & non pro eo quantum fuerit impenſum, vt ſi iam pluribus annis hæres expenderit centum, & tantum vixerit, quòd ædificium vel res meliorata non poteſt quinque vel forte duobus annis durare, ita modo debet extimari pro tempore quo poteſt durare, & non quantum hæres expenderit, ita intelligunt ſecundum Iaco. de Are.d.l.domos.de leg.primo ibi Barto.Alber.Bald.Flori.de S.Petro Caſtr.in ſua pen. diſtin.ad fin.& Iaſo.colum.1.in 3.not.iſtos allegando ita intelligit & approbat Nigoſan.de pign.d.4.memb.5.par.in 6. conclu. nume. 16.iſta opinio videtur fundata in particula textus. dict. l.domos.ibi extantibus,quam liber Barto.Caſtr.& Iaſonis habebat,vt ipſi de ea mentionem faciunt ibi, immò Caſtr.ad fin.dicit,quòd hoc verbum, extantibus, debet eſſe in text.quorum non meminit ſolum M. de hoc allegando Menoch.dict.remed.15.nume.558. & ſequent. vbi & alios de diuerſa litera dict.tex.recenſet, quatenus verò attinet ad opin.hanc, licèt tendat ad 15.idem cum ſuperiori de minori extimatione capienda ad incommodum hæredis impendentis,id eſſe tamen ex diuerſo reſpectu innuit,quia vetus ſit ædificium, & modico tẽpore durare poſſit, adeò quòd ſi tempore cedẽtis fideicommiſſi ædificium perpetuo tempore duraturum fore videretur,& maioris extimationis,quàm ab initio fuerit in eo impenſum,quòd maior hæc æſtimatio attendatur,opinio iſta aſſentire videtur, vt ex ſe patet.

Alij tertiò & ideò clarius,ſcilicet Ang. ſecundum Caſtren.& ipſe Caſtr.ad fin.Raph.Cuma.& Alexan.colum. 1. in d. l.domos. hanc legem,& ſimil. intelligunt & tradunt,quòd ſi tempore reſtitutionis, res eſt effecta pretioſior, quia ceſſauit bellum, quod fluctuabat quando res fuit meliorata, propter quod,& propter refectionẽ res non fuit effecta multò maioris extimationis,ita tempus reſtitutionis, quo res effecta eſt pretioſior, & præſens tempus inſpici debet per dict.l.domos,ſignãter in verbo, extantibus, quod debet eſſe in text. ſecundùm Caſt.ibi ad fin.ſentit Ruin.conſ.14.col.4.in princ.lib.1.

Alij & quarto indiſtinctè & ſimpliciter fore attẽdendum valorem meliorationum, & extimationem tempore quo res debet reſtitui.imò non ſecundùm valorem temporis facti ædificij à principio,quia tunc res erat ſua,& ſic interim pendente conditione vſus eſt, firmant Imol.in d.l.domos.numer.1.& ſimpliciter in impenſis loquẽs Rip.in l.vbi purè.§.fin.colum fin. ſub nu. 4.ad Trebel.& late Ruin.conſil.117.col.ſecunda,lib. ſecundo,& conſil.165.colum.2.num.6.lib.quarto, Corn. conſil.158.colum.fin.verſ.circa tertium.lib.3.Boſſ.tit.de princ.& eius priui.ſub num.31.verſ.ſed nec etiam conſideratur.Rolan.à Val.conſil.28.num.14. vbi etiam dato,quòd valor excederet impenſam,& conſ.30. ſub nu. 6.lib.primo,Nat.conſi.321.num.ſecũdo.Anch.Regien. quæſt.46.num.6.part.1.eiuſdem patriæ Pancirol. conſi. 89.numer.14.& Cephal.conſil.311. ad fin. num. 93. qui omnes allegant d. l.domos.& Doct.ibi qui tamen non ita abſolutè,vel indiſtincte loquuntur,ſed diuerſimodè, vt fideliter ſuprà recenſui,adeo quòd propter varietatem opinionum doct.res,vt videmus in ambiguo poſita eſt,& maximè quoad primam opin.quæ vult fore attendendam minorem extimationem,vel quantitatem meliorationum ad damnum hæredis expendentis,& aliæ prænarratæ conueniunt quòd reſpiciatur extimatio ſecundùm tempus reſtitutionis,etiam quòd excedat impenſam factam.

His autem ſic explicitè animaduerſis videndum eſt, in ſpecie noſtra quæ opinio verior,& tenenda ſit omiſſo
14 diſcurſu per alios fieri ſolito in longum de his qui † in alieno faciunt impenſas, vt de colono, inquilino, emphyteuta, vaſſallo, ſuperficiario,vſufructuario, marito & ſimilibus,remittendo lectorem ad particularia iura. quæ pro his ſingulis extant,ſcilicet pro inquilino & colono, ad l.ſed addes.§. ſi inquilinus.l.dominus horreorum.§.1.& l.pen.ff.loc.pro emphyteuta ad l.2.C. de iure emphyteut.pro vaſſallo,ad §.ſi vaſſallus.tit.hic finit. lex. in vlti.feud.pro ſuperficiario ad Iaſ.in l.1.colum.8. verſ. tertio quæro. C. de iure emphyt.pro vſufructuario ad l. hactenus.ff.de vſuf.pro marito,ad tot.titu.de impen. in reb.dot.fact.pro creditore,ad l.ſi neceſſarias in princ.& l.ſi ſeruos.ff.de pign.act.& l.Paulus.§ domus.ff. de pign. Pro poſſeſſore hæreditatis ad alium ſpectãtis ad l. quod ſi ſumptus l. planè. & l. vtiles.de peti.hæred. pro alio faciente expenſas in alieno ad l.ſed an vltro.ff.de nego. geſt. & l. Paulus. de dol.ma. except.& l.in rebus.§ poſſunt.commo.

Pro cognitione enim verioris & tenendæ opinionis in caſu noſtro duo caſus diſpiciendi ſunt. Primus eſt
15 quando † quis bona fide nullum habens dominium in fundo,credens tamen aliquo titulo illum eſſe ſuum in eo ædificando vel plantando ſumptus fecerit, & poſtea à vero domino fundus ipſe euictus fuerit, quoniam ædificatum vel plantatum in ſolo alieno ab alio nomine ſuo cedit ſolo,vt §.cum in ſuo cum ſequen.inſtit.de rer. diuiſ.per æquitatem ne dominus ſoli locupletior fiat cũ aliena iactura per reg.l.nam hoc natura.ff.de condi. indeb.& l.planè.ff.de petit. hæred. ope exceptionis ſuccurritur ei,qui ædificando vel plantando ſumptus fecerit.l.ſi in area.ff.eo.d.l.Paulus.de except.do.ma.& §. certè.inſti.de rer.diui.At vbi & quantitas extimationis melioramentorum,& quantitas ſumptuum inter plus & minus differunt,tunc quod minus eſt tam melioramentorum,quàm ſumptuum attendi debet ad commodum domini ſoli,quia in tantum ipſe remanet locupletior cum aliena iactura,nam ſi minor eſt quantitas ſumptuum, tãta eſt iactura aliena,& ſic reficienda,ſi minor eſt quantitas extimationis meliorationum,tanta eſt vtilitas ipſius domini,& reſiduum ſumptuum excedens fuit inutiliter expenſum,ita eſt æquitas ſuggeſtiua arbitrio iudicis per iuriſconſ.in d.l.in fundo.& ibi Alber.ſub nu. 5. & Fulg. num.3.ad idem tex.in dict.l.Paulus.§.domus. ibi quatenùs pretioſior res facta eſt.ff.de pign. & text.in capitul. 1.de in integr.reſtitut.ibi reddiderint meliores, & ponderat Abb.ibi in 2.colum. ſub num.4.facit Deci.text.in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.de peti.hæred.& iſto caſu procedit dicta prima opi.de minori quantitate attendenda adin commodum expendentis, & qui extra hunc caſum alios caſus præſertim hæredis grauati pendente conditione fideicommiſſi impenſas facientis in re hæreditaria allegant d.regulam l.in fundo.puto equidem eos malè & impertinentes allegare, nempe ſolum doctorum ſcriptis non ſtando, ſi diligẽter, accuratè extra caſum d.l.in fundo. & dicta l. Paulus.§.domus.perlegantur cætera iura alleg.pro alijs meliorationes faciẽtibus in rebus quodammodo alienis,facilè erit eorum deciſiones percipi ex verbis,& ſententia directas eſſe ad impenſas, vel ſumptus vtiliter factos recipiendos,vel deducendos pro eo qui impẽderit,abſque eo quòd res fuerit effecta pretioſior, imo ſi defecerit,& non extet res in qua factæ ſunt impenſæ,vt l.planè.de pet.hæred.l.& in totum. de impenſ.in reb.dot.fact.cũ ſimilibus, per Tiraquel.dict. titul.2.de retract.§.7.glo.1.nume.10.rationum diuerſitates dicam in ſequenti caſu.

Aduerte omninò de maiori, vel minori quantitate impenſæ quàm ſit melioratio,& ſic reg.d.l.in fundo nó habere locũ in impenſa neceſſaria,& in reficiendo glo. in verſ.conſeruiſti.in dict.l.in fundo.& ibi Bar. expreſsè ſub nu.6.Alber.ad fin.verſi.vltimo videtur.& Ang. col. fin.verſi.nota bene.





16 Alter verò & ſecundus caſus eſt noſter, † quando hæres ſub conditione ſuæ mortis grauatus ad reſtituendum fideicommiſſum alij interim domos, vel alias res hæreditarias deuaſtatas ſiue ſua culpa cõſtruit, ædificat, reficit,vel in eis vtiles impenſas facit,deinde per mortẽ grauati impleta conditione fideicommiſſi reſtituendi, in eius reſtitutione hæres grauati intendit deducere & retinere ſumptus in rebus hæreditarijs vtiliter factos ab hærede grauato, longo vſu rerum melioratarum, vel curſu temporis extimatio meliorationum tempore reſtitutionis fideicommiſſi fiendæ, inuenitur maior, vel minor quantitate ſumptuum iam erogata ſuo tempore, & magis eſt iſto caſu reſtitutionis fideicommiſſi tempus ſpectandum eſſe arbitrio iudicis extimando quantitatem eorum,quæ apparent ædificata, qualia ſint vetera, vel recentia,vel duratura,& quanti valeat inueſtigando,& diſcurrendo rationes ſumptuum, quales ſint, an neceſſarij,vtiles,vel voluntarij, calculando demum
17 quantum debeat detrahi, & deduci,iſta eſt deciſio,† & verus intellectus ſæpe allegat.l.domos.& ita procedunt opin.ſupra vltimo loco recenſitæ de tempore reſtitutionis quanta ſit extimatio meliorationum attendendo, non verò tempus expenſarum factarum,& ita hæc verior,receptior,& magis tenenda eſt opinio Alleg. ſuprà vltimo loco.

Sic enim clarè probatur,præmittendo varia meliorationum ſumptuumq; facta vix poſſe certa regula comprehendi, ideò remiſſa eſſe arbitrio iudicis per d.l.domos. de quo præter Ang.obiter mirum eſt per aliquem Doct.ibi mentionem fieri, vt ſit ad idem per Bart. in d.l.fin.§.in computatione. ſub nu. 4.C.de iure deliber. & Alber.in dict.l.in fundo.num.2.& Bald.conſil.303. ad euidentiam ſub num. 2. lib.primo,vbi quoad expenſas totum pertinet ad arbitrium boni viri, concludendo quòd hoc totum compartietur bonus vir, & Cuman. conſi.102.impetratum fuit.ad fin.vbi probatis melioramentis.licet non ſit probata certa quãtitas, debet iudex extimare per ſuam ſubtilitatem concedit Socin. Iun. conſi.62.nu.8.per vulg.doctr.Bart.in l.ſi quod ex Pamphilo.de leg.2.& Hier.Cagn.in l.quatenùs.nu. fin.de regul.iur. & pulchre Aret. in l. cum ſeruus.ad fin. de verbor.obligat.& alias eſt iudex,qui extimat iuſtum pretiũ, Bar. in l. & ſi æquo. de leg. 1.& tex.in l.omninò de impenſ.ibi.Non debet arbiter curare, gloſſ.i.iudex, & in l. ſi ſeruos,& ibi Caſtr.ff.de pign.act.extimatio non probatur cõiecturis, ſic & officio iudicis,Alcia.conſ.116.nu.3. & ſeq.lib.5.& nullam partem interrogando Bart. in l. 3. C.com.diuid.& per Afflict.deciſ.58.num.7.ex qualitate operis & temporis etiam adhibendo duos architectos, qui extiment ſecũdùm Bald.in l.id quod pauperibus in fin.C.de epiſ.& cler.probatur primo in extimanda quãtitate melioramentorũ fore inſpiciendũ tempus reſtitutionis per verbum extantibus,quod ſecundùm Caſtr. debet eſſe in d.tex.l.domos.& præſupponũt Bar.& Iaſ. ibi vt dixi ſuprà,quòd participiũ, reſoluitur per relatiuum, & ſuum verbum,id eſt, quæ extant, quòd eſt præſentis temporis:Secũdo per d.l.domos, duo remiſſa ſunt arbitrio iudicis per participia abſolutè poſita vnum rationibus deductis,alterum quantitatibus extimatis & præpoſterè,quia primo extimantur quantitates ędificiorum,& poſtea rationes ſumptuum deducũtur, vt ex actibus iſtis conſtat,qui ambo actus fieri contingunt poſt fideicommiſſi diem cedentem, & poſt tempus tempore reſtitutionis,& ſufficit illum de extimatione quantitatis ędificiorum non eſſe appoſitum quantitati ſumptuum, ergo tempus factorum ſumptuum non eſt reſpiciẽdum, quia hoc non dicit lex,neq;nos dicere debemus. l. ſi ſeruum §.non dixit.ff.de acquiren.hæredi.l.ventri.de tut.& cur. dat.ab his.

Tertio d. l. domos principalem extructarum domorum reſtituendarum continet deciſionem ſuſpenſam conditione inducta per ablatiuos abſolutos, æſtimatis & deductis. l. à teſtatore.de condit.& demonſtr.l.acceptis. ad l. Falc. cum ſimilibus.vt enim actus reſtitutionis fieri debeat,neceſſe eſt actum extimationis præcedere, ſcilicet eſſe conditionem impletam.l.res hypotecæ. ff.de pign.l.ſi quis ſub conditione dandorum. ff. ſi quis om.ca.teſtam.l.fin.C.de his quæ ſub mo.actus autem reſtitutionis fit momento temporis, quòd cum habeat motum ſecundum prius & poſterius,Bald. in l.cum antiquioribus. col.5. verſic. & primo præmitto.C.de iure delib.valor melioramentorum,qui cognoſcitur per extimationem per not.in l.pretia.ad leg.Falcid.meritò inſpicitur ſecundum tempus reſtitutionis per prius, & qui eſt parum ante tẽpus ipſum reſtitutionis per doctr.Bald. in l.1.ſupra fin.C.de oper.lib.& Bart.& alij in l.2.§.creditum.ſub num.6.& ſeq.ſi cert.pet.

Quartò quia vt dixi per d.l.domos,extimatio quantitatis ædificatorum in reſtitutione fideicommiſſi poſita eſt ſub conditione deſignata in participio extimatis per ablatiuum abſolutum,Barto.in l.1.num.34.de condit.& demonſtr.maximè quando cadit ſub incerto, declarat Bald.in l.1.in 2.lect.col.3.verſi.11.op.de leg.2.in qua reſtitutione ac conditione ipſa eiuſdem vt cõditionis expletæ tempus ſpectari debet, per l.mea res.de condit.& demonſtr.l.cætera.§.primo,in fin.de leg.5.l.pen.de reg. cat.l.ſi rem meam.de verbor.oblig.in ſimili ſpecie per Oldr.conſil.168.ad primam quæſtionem.in 2.quæſt,vbi tenet in extimatione debere attendi tempus extantis conditionis, ergò & valor pariter inſpici debet ſecundùm tempus præſens ipſius actus extimando, & ſucceſſiuè ſecundum tempus reſtitutionis, & eo quòd etiam de neceſſitate tale tempus præſens ineſt dicto actui extimandi,quia omne quod fit,in tempore fit, dicit Bartol. conſil.92.col.fin.verſic.tertiò obijcitur,per cap.abbatę ſanè.de re iudic.in 6.& l.libellorum.de accuſ. addo tex. in l.ſi peculium.§.pen.de ſtatu lib.& in l.3.§.hæc verba. il 2.de neg.geſt.eo præſertim quoque inſpecto quòd relatio ad verum pretium eſt, dum & præſentis temporis fit extimatio per tex.in l.4.§.hæc autem actio.ff.vi bon. rapt.allegat Boër.in deciſ.44.ſub nume.13.ad fin.licet obijciat quòd loquatur,quoad extimationem damni, tamen in ſe ſic eſt generale dictum generaliter intelligendum.l.in fraudem.in fi.ff.de mili.teſt.& dicit facere tex. in l.continuus.§.cum quis.in fin.de verb.oblig.vbi ſecundum ius præſentis temporis extimari debet ſtipulatio. addo propriorem text.in l. non intelligitur.§.diui fratres.ff.de iure fiſci.vbi etiam in venditionib.fiſcalib. iuſta pretia ex præſenti extimatione conſtituuntur, & in l.Falci.§.fin.ff.ad leg.Falci.ita tẽpus reſtitutionis inſpiciendũ tenet & Achil.Miran.tract.de pet.hære.nu.677.

18 Quintò † heres grauatus dum pendet conditio fideicommiſſi eſt verus & directus dominus hæreditariarum rerum,l.deducta.§.diuerſa.ff.ad Treb.ibi, *Non niſi à cohærede, qui dominium habebat, accipitur*, & tit.illo toto, & glo.in verſi.condict.in fi.& l.qui exceptionem.§.ſi pars. ff.de cond.indeb.ſentit Bal.cõſ.118.caſus ſub tali forma col.fin.verſ.nam ſi dominium.lib.5.quicquid.n.interim conſtituit,ędificat inſerit in rebus hęreditarijs ſuum eſt, vti in ſolo ſuo ędificatum & plantatum.l.adeò.§.cum in ſuo.& §.fin.de acquir.rer.dom.& §.cum in ſuo.inſtit.de rer.diui.impleta autem cõditione venit caſus reſtituendi fideicommiſſi,quippè non tenetur grauatus,vel hęres grauati reſtituere fideicommiſſario niſi bona teſtatoris, & non bona propria.l.cohæredi.§.cum filiæ.de vulg. & pupil.prout propria ſunt hæredis grauati dicta melioramenta,in tantum quòd ſi reſtituerit bona meliorata ſibi competeret actio cõdictionis indebiti, vel incerti ad ea repetendum quaſi plus debito ſoluerit & dederit per l. quod ſi nulla.de leg.1.& d.§.ſi pars.d.l.qui exceptionẽ,

eo modo,& ad effectum,vt ibi per Bart.& al.& per gloſ.
in l.& ſi me.§.1.ff.eo.de condict.indeb.:Vnde cum poſt
diem fideicommiſſi cedentem hæres grauatus, vel eius
hæres reſtituendo fideicommiſſum abdicat à ſe domi-
nium rerum hæreditariarum, & ſuorum melioramen-
torum, & illud transfert in fideicommiſſarium tot. tit,
ff.& C.ad Trebell.merito qualia ſint, & quanti valeant
dicta ſua melioramenta, inſpici debet tempus reſtitu-
tionis,quo quaſi tunc efficaciter diſpoſitio illa de con-
ſequendo valorem ſuorum melioramentorum ſortiatur
effectum, & quaſi tunc ea vendat fideicommiſſario, ità
19 enim.† tempus illud ſpectãdum eſt, quo diſpoſitio effi-
caciter ſuum ſortiatur effectum l.quæſitum.§.interdictũ
hoc.ff.de preca.l.fin.§. ſin autem auaritia cõ.de leg.l.cũ
notiſſimi.§.illud.de preſcrip.30.vel 40.ãn.l.fi.§.præter-
eà.C. de iure dot. & per alia iura expreſſè dicit Bal.in l.
pen.ff.de teſta.tut.idem in l. 1.num. 29.com. de l.notat
pretium non debere declarari tempore promiſſionis de
vendendo,ſed tempore venditionis.

Ex quibus apparet veriorem eſſe & com. & tenendã
20 vltimam opin.de † extimandis melioramentis ſecundũ
tempus præſens, & reſtitutionis, non verò pro eo quòd
minus eſt,vel impenſarum,vel melioramentorũ ſecun-
dùm reg.d.l.in fundo.cùm id locum habeat in primo ca
ſu ſup.formato,& minimè verum eſt illud eſſe ad lucrũ
& cõmodum impendentis,vt aſſerit Marz.d.q.65.Quo-
niã ſi melioramẽta longo vſu,vel curſu temporis appa-
rẽt contrita,diminuta,& parum duratura, parum etiam
extimantur,licèt in eis fuerit exceſſiuè expẽſum, vt poſt
Iac.de Aret.Bar.& communiter alij tenẽt in d.l.domos
21 dictúmque ſup.eſt in 2.opin. † quinimò ſi tempore reſti
tutionis melioramenta aliqua non reperiuntur, quia a-
liquando pendẽte adhuc fideicommiſſi conditione,de-
ſijſſent eſſe & euanuiſſent nõ culpa fideicommiſſarij,ita
credo verius, fideicommiſſarius non teneretur eorum
22 extimationem ſoluere quemadmodum † hæres graua-
tus,vel eius hæres res hæreditarias non ſui culpa deper-
ditas,& quas demum non habet,reſtituere non tenetur,
vt l. mulier. §. ſed etenim.ad Treb.pro hoc à contrario
ſenſu eſt tex.in verbo,extantibus, ibi,Adeſſe debens ſe-
cundùm Caſtr.in d.l. domos. & ibi communis conclu.
Bar.& ali. quòd vbi paruo tempore ædificium eſt dura-
turum, tanto minus extimatur, & non quantum hæres
expendit,adeo quòd talis com. ſententia Docto. incli-
nat & tendit ad hoc,quòd ſi melioramẽtum eſſet redu-
ctum ad nihilum,nihil eſſet extimandum,nihilve dedu-
23 cendum ex fideicommiſſo, quia † paria ſunt quid non
extare,vel inutile eſſe Iaſ. conſil.46.col.pen.verſicul.1.
24 quia lib.3.ac † parum, & nihil æquiparantur Marſ. ſing.
276. ergo ſi ædificium extimatur quantum nunc valet
non quantũ expendit hæres ſecundùm d.comm. Iac.de
Aret. Bar.& ali.ſentẽtiã,ſi nihil valet,quia penitus eſt ſu
blatũ,extimatur nihil, & cõſequẽter nihil eſt deducẽdũ
& iſta videtur viſu,& tactu euidens,&palpabilis veritas.

Id autem, quòd huic ſententiæ aduerſatur,eſſe vide-
25 tur,dum quid † non vtili impenſa ſimpliciter,ſed neceſ-
ſaria cœptum, & non perfectum vel perfectũ caſu cor
ruit,quòd tamen impenſa recuperatur per l.& in totum
de impenſ.in reb.dot.l.ſed an vltro.§.1.& l.ſiue hæredi-
taria.ff.de negot.geſt.l.planè.de petit.hæred.quæ iura lo
quuntur in impenſis neceſſarijs,firmat Bar.in dicta. l. in
fundo.nu.6.& in l. omninò. vel omnimodo. poſt princ.
de impenſ.vbi dicit quòd impẽſa neceſſaria ſit neceſſi-
tate contractus dotis per dictam l.& in totum.ſic in im-
penſis neceſſarijs debent intelligi concordãt.in hoc di-
cto allegati per Tiraquel.de tract.titut.2.ad.§.7.gloſſ.1.
num.10.Et hoc quidem Cuman.in d.l. domos.ſub nu.1.
verſic.ſed iſtud damnari,& Alexan.col.1. ſed benè ſim-
pliciter ampliant ad limitationem d. l. domos. & ſimil.
quòd ſi ædificium caſu fortuito,& abſque culpa hæredis
corruat, conſequitur hæres,quanti res melior eſſet hoc
tempore ſi non corruiſſet per d.l.& in totum.

Hanc limitationem ad d.l.domos.non credo veram:
primo illud ædificatũ ſi corruat,nihilominus quanti va-
leret ſi non corruiſſet,reſarciri debet,intelligitur de ne-
ceſſario ædificato pro refectione, & neceſſarijs impen-
ſis recuperandis, non autem de vtilibus impenſis pro
ædificio de nouo faciendo, vt clarè conſtat ex dicta l.
& in totũ.& alijs Iur.& dictis Bar.Alber.& Ang.in d.l.in
fundo.alleg.ſupra proximo.verſ. aduerte omninò, Me-
noch.d.remed.15.nu.52.

26 Secundo † cum incipiens vtiliter etiam impẽdere in
alieno habeat dominum obligatum actione negotiorũ
geſtorum pro impenſis vtiliter factis,dicta l.ſiue hæredi
taria,& dict.l. ſed an vltro.§.1. & maritus habeat actio-
nem dotis contrariam pro impenſis, Bar. in d. l. omni-
modo.num.2.de impenſ.caſus ſuperueniens in ædifica-
to non tollit actionem iam natam ex negotio vtiliter
geſto per text.& ibi Doct.in l.ſi ſeruus.ff.famil.erciſ. ſed
hæres interim faciens impenſas in re ſua,& ad ſuã vtili-
tatem,Cum.in d.l. domos.verſ.eſſet enim abſurdũ,non
habet actionem niſi cõiectionem incerti, ſi rem melio-
ratam reſtituerit ad effectum conſequendi melioramẽ-
ta,quæ ſi prius corruerint, ceſſat ergo condictio talis re
non extante,quæ ideò alterius, cum apud alterum ſine
cauſa deprehendi nequeat,ceſſat condictio indebiti, à
contrario ſenſu probat l.hæc condictio.de cõdit.indeb.

Tertio diuerſa ſunt iura hæredis grauati,mariti, & a-
liorum facientium impenſas in rebus alienis, nam hæ-
res interim pendente conditione eſt dominus directus,
res ædificata eſt ſua, ſuum eſt ædificium vt probaui ſu-
pra, ſi corruit interim ædificium caſu fortuito perijt do
mino ſcilicet hæredi, l. quæ fortuitis. & l. pignus. C. de
pign.action.& tex.in l.in ratione.la 2.in prin.ff.ad l.Fal-
ci.non tenebatur ad refectionẽ Cum. in d. l. domos. in
princ.& in 2. lect. & pendente conditione lucratur fru-
ctus, quos non computat in ſumptibus. Bald.Imol. &
Alex.in d.l.domos. Niſi ſumptus faciens ſit in caſu non
lucrandi fructus,quia cõputaret tunc fructus in ſumpti-
bus Socin.Iun.conſi.182.nu.25.vſque ad fin.lib.2.& Be-
ro.conſ.79.in fin.li.2.maritus verò tenetur ad refectio-
nem, alias tenetur ad intereſſe vxoris,vt d.l.& in totum.
merito repetit ſumptus neceſſarios & deperditos,ne
ſuum officium ſit ei damnoſum, néue authoritate legis
decipiatur, l.ſed ſi quis.ff.quemad.teſta.aper.& l.1.C.de
his qui ven.ætat.ſentit Alber.in l. quòd dicitur. ſub nu.
1.ver.ſed dic ſecũdum Dynum.de impenſ. ſentitq́; Me-
noch.d.remed.15.num.566.Alij quoq; qui non ſunt do-
mini computant fructus in ſumptib.l.ſumptus.ff. de rei.
vend.bona enim ratio diuerſitatis inter eum qui lucra-
tur fructus,& alium qui non lucratur,reputatur per Bar.
in d.l. omninò.ſub nu.1.ver.iſta eſt bona de impenſ.er-
go diuerſorum & diſſimilium &c. vulg. iur. quia hoc
præcipuum eſt in ſpecie noſtra, quòd tempore petitio-
nis & reſtitutionis fideicommiſſi debet apparere quate-
nùs impẽſum eſt,vt omnes volunt in dict.l.domos. quæ
etſi loquatur in prædijs vrbanis,tamen idẽ ius eſt in præ
dijs ruſticis,quia quoad ſumptus in quibus *hæreditarijs*
fiãt,alia iura vtũtur hoc verbo.res,vt l.vbi purè.§. fin. &
l.mulier.§.præterea ad Treb.quòd eſt verbũ generale,l.
1.in fi.ſi.cer.pet.quæ iura ideò ſecundũ d.l. domos.ſic in
telligi debẽt dicit Iaſ.in d.l. domos.col.1.in 3.not.in fin.

Vnde circa hæc concludo, ꝙ cùm tẽpore reſtitutio-
nis fideicommiſſi appareant melioramenta per hæredẽ
grauatum facta in rebus hæreditarijs, ea quidem quoad
qualitatem, & quantitatem tunc conſiderari, extimari,
& detrahi debent arbitrio iudicis per ſæpius alleg.l.do-
mos.de legat.1.meminit & Menoch.de arbitr.iud.lib.2.
cẽt.3.caſ.258.& refert Ioſeph.Aſſiſien.in d.Peruſ.deciſ.
56.nu.9.vt & ſupra probaui,ver.ſic enim clarè.

Vlterius



Vlterius & econtra frequens eſt contra melioramen
torum exceptionem per heredem factam fideicommiſ-
27 ſarijs replicatio de † deterioramentis in res hereditatis
factis per heredem, & compenſandis in melioramentis
aſſertis, & reficiendis fideicommiſſario, & parumper
Doct.animaduerſa, reſoluendo breuiter cenſeo, quòd
quicquid damni, vel deterioramenti heres grauatus do
lo, vel lata culpa intulerit rebus hereditarijs, id tenetur
vel compenſare in melioramentis, eò quòd eorum de-
ductio ſibi non datur, limitatiuè probat text. in l.ſi mo-
do nulla culpa.de legat. 1.immediatè,& ſequens,& pro-
priè limitans ſæpe alleg.l.domos quòd diſpoſita in ea de
melioramentis æſtimandis, & deducendis ex fideicom-
miſſo,ita demum locum habeant,ſi culpa & facto hære-
dis melioramentis ipſis opus non fuiſſet, quòd ſane hoc
ipſum deſignat meliorationes compenſari cum dete-
riorationibus, & loquitur vbi deterioratio contigiſſet
in eadem re meliorata, idem ſi in diuerſa re hæreditaria
dandum fuiſſet illatum, quòd fiat compenſatio meliora
tionum in cæteris hæreditarijs factarum, per rationem
l.ſi negotia.in fin.& ibi Bar.de neg.geſt.&Bal.in l.eden.
col.fin.ante.nu.15.C.loc.& tangit in l.etiẽ.C.de procur.
& tradit Curt.Iun.conſil.165.nu.14.& intelligitur com-
penſatio etiam orta ex culpa fieri vſque ad concurren-
tem quantitatẽ not.Bald.in l.ſiue hæreditaria.ff.de neg.
geſt. vel & hæres vtique tenetur reſarcire damnum ſua
culpa illatum, vel de eo rationem reddere fideicom-
miſſario per text.in l.mulier.§.ſi hæres, verſi.culpæ pla-
nè,& gloſ.fin.in l.deducta. §.ante diem.ad Treb. plenè
Pariſ.conſil.81.nume.13.14.lib.2.teneretur quoque ante
diem fideicommiſſi reſtituere fideicommiſſario bona
hæreditaria, ſi ea heres ipſe grauatus pendente condi-
tione diſſiparet,& deterioraret prohibita per teſtatorẽ
cautione per heredem preſtanda,vt ex facto latè reſpon
dit Bero.conſil.92.lib.2.vbi verò cautio non eſſet pro-
hibita,eſſent ponenda in tuto, vt ex his medij temporis
commoditatem perciperet grauatus, niſi dilatio com-
prehenderetur appoſita fauore fideicommiſſarij, quia
tunc diſputanti in totum eſſent auferenda bona, per l.
in fideicommiſſi.§.cùm Pollidius.de vſur.tradit Bal.in
rub.ad fin.C.de reuoc.his quę in frau.cred. valde extol-
lit & comprobat Alex.in l.Imperator.col.1.ff.ad Treb.

## ¶*SVMMARIVM.*

1 *Legitima & Trebel.deducitur deductis impenſa prius fu-*
*neris ac melioramentis, quæ deductiones legis & Trebel.*
*diminuunt, & vt ibi.*
2 *Legitima ex fideicommiſſo omninò eſt deducenda à liberis*
*vel parentibus quos teſtator tenetur inſtituere vel exhæ*
*redare,quæ nullum onus pati debet.*
3 *Trebellianica quæ eſt quarta hæreditatis deducenda eſt per*
*eos qui grauati ſunt reſtituere fideicommiſſum vniuer-*
*ſale, habito reſpectu ad bona patrimonij tempore mortis*
*teſtatoris.*
4 *Legitima & Trebel.per liberos grauatos ſub conditione ad*
*reſtituen.capit dimidiam hæreditatis prout ſic commu-*
*niter obſeruatur.*
*Fallit in aſcendentibus,qui ſolummodò detrahunt vnam le-*
*gitimam.*
5 *Filiæ an & quando faciunt partem cum maſculis in legi-*
*tima,ſtante earum excluſione per ſtatutum à ſucceßione*
*patris,matris, vel aui ab inteſtato, earum dotibus conſti-*
*tuendis vt ære alieno.*
5 *Legitima fit vberior ad commodum maſculi hæredis gra-*
*uati ſtantibus in ſororibus excluſis à ſtatuto & ſucceßiuè*
*patris,matris,vel aui ab inteſtato, eorum dotibus conſti-*
*tuendis vti ex alieno, quæ non faciunt partem in legiti-*
*ma cum filio maſculo hærede.*
*Fallit vbi eſſet fœmina excluſa temporaliter per ſtatutum,*
*& vt ibi latè, ſecundò quando filia eſſet inſtituta in re*
*certa,& vt ibi latius.*
*Intelligendo & declarando tamen, vt ibi, quando ſtatutum*
*mandat filiam debere ſtare diſpoſitis per patrem in teſta-*
*mento.*
6 *Itémque legitima augetur & fit maior per renuntiationẽ*
*factam per alium vel aliam ſic cum iuramento ſe exclu*
*dentem.*
7 *Legitima debetur filio hæredi grauato eſto quòd approba-*
*uerit teſtamentum ponens onus in ea.*
*Fallit quia approbatio officiet legitimæ, quando hæres ſcien*
*ter teſtamentum approbauerit in quo enixam volunta-*
*tem taliter expreßit teſtator circa tale onus, vt exinde*
*aliud inferri nequeat.*
*Quid modo in Trebel.an per talem approbationem videatur*
*remiſſa,ibid.vide.*
8 *Legitima debetur & non amittitur ſecundùm communem*
*opin.ob non confectionem inuentarij.*
9 *Trebellianica an amittatur & eius deductio per hæredem*
*grauatum,non conficientem inuentarium,vbi quod non,*
*quicquid dicatur de Falcidia & ipſa Trebellianica, per*
*extenſionem Falcidiæ ad eam Trebellianicam. vide de*
*hoc latißimè diſcuſſum.ibidem.*
10 *Legitima & Trebell.augetur vltra dimidiam hæreditatis,*
*quãdo filij hæredes grauati ſunt numero vltra quatuor,*
*tunc cùm ſit legitima dimidium hæreditatis, detrahitur*
*Trebellia.& ſic quarta de alio dimidio reſtituendo,quic-*
*quid dixerit Bald.tunc Trebell.non detrahi,& quod di-*
*citur legitimam & Trebellianicam capere dimidium,in-*
*tellige filijs intra quatuor exiſtentibus & non vltra, &*
*vt ibi de hoc clarius diſponitur.*
11 *Legitima debita filio grauato detrahitur ſecundùm valo-*
*rem bonorum exiſtentium tempore mortis teſtatoris, non*
*autem reſtitutionis fideicommißi quo tẽpore potuit fuiſſe*
*factum augmentum.d.bonorum vltra triplum vel qua-*
*druplum ſicq́ diminutio.d.legitimæ, quando habetur*
*effectus ad valorem temporis dictæ mortis teſtatoris, &*
*quantum ſit legitima, & in quo conſiſtat, & de valore*
*bonorum probando per coniecturas ibid.latius exponitur.*
*cum ſeq.num.*
12 *Legitima eſt quota bonorũ omnium ipſo iure ac iuris ne-*
*ceßitate debita filio tempore mortis patris.*
13 *Æſtimatio ac valor bonorum probatur per coniecturas.*
14 *Bona alienata per hæredem grauatum pone filium nõ ani-*
*mo fraudandi fideicommiſſum imputantur in legitimam*
*& Trebellianicam. Quid ſi poſt alienationem creuerit*
*pretium rei alienatæ. Quid ſi fuerint alienata pro mino-*
*ri pretio quàm valeant.Intelligendo quòd bona alienata*
*non multum excedant legitimã,item quando talia bona*
*non ſunt alijs ſpecialiter relicta. Quid quando omnia bo-*
*na diuerſis eßet relicta. Quid in alienatis prohibitis alie*
*nari,alijs bonis non prohibitis extantibus.*
15 *Bona alienata per grauatũ ex permißione teſtatoris in ge-*
*nus certum perſonarum vt agnatos, non imputantur in*
*legitimam.*
16 *Bona prius alienata computantur in legitimam & Trebel*
*lianicam,alia verò alienata illicitè detinentur,& per fi-*
*deicommiſſarium vendicantur contra poſſeſſores.*
17 *Bona omnia teſtatoris habita per hæredem etiam pecunia-*
*ria & mobilia per eum conſumpta,& quicquid habuerit*
*de bonis teſtatoris eius iudicio,iure hæreditario, iure le-*
*gati,vel conditionis implendæ, vel alio modo imputãtur*
*in legitimam.*
*Item imputatur in legitimam militia aliqua, ſeu officium à*
*patre emptũ pro filio in curia Romana, dummodò ſit ve-*
*nale,& per filium poßit vendi,etiam quòd non tranſeat*
*ad hæredes, & vt ibi latius.*
*Item imputantur in legitimam bona feudalia & emphyteu*
*tica quæ liberis hæredibus dantur, alijs etiam bonis per*
*fideicommiſſum reſtitutis perſonis extraneis.*

 Itemq́;

*Itemq́; ea ſola imputantur in legitimam, de quibus aliqua lege expreſſum reperitur.ibid.*

18 *Fructus percepti iudicio teſtatoris pendente conditione impoſita grauatis inſtitutis non primi gradus vt puta nepotibus vel extraneis imputantur in quartam Trebellianicam, liberis non primi gradus imputātur poſt moram vel litem conteſtatam percepti, antè verò minimè, ſiue filius ſit grauatus reſtituere alij filio & deſcendēti ſiue extraneo, ſecundùm magis communem opi. quicquid Caſtr. dixerit imputandos eſſe ante litem conteſtatam perceptos, vbi duæ quartæ detraherentur.*

19 *Legitima non detrahitur in illis caſibus in quibus ſuper ea validè poteſt onus imponi. Item in caſib. in quib. poteſt dici renuntiatum eſſe legitimæ maximeq́; quando teſtator expreſſerit legitimam debere reſtitui & filius acceptauerit, & magis quando prohibitio reſpectu legitimæ eſt facta ad certum tempus ne bona alienentur, ſed perpetuò in familia remaneant.*

20 *Legitima non detrahitur, per ſuccedentes ab inteſtato pupillo, ſed totum reſtituunt fideicommiſſario quando ab auo vel à patre ſubſtitutio eſt facta filio vel nepoti pupillo vt poſt mortem filij ſua bona perueniant ad Petrum, & filius vel nepos decedit in ætate pupillari, & quare dic vt ibi, & an iſti Trebel. detrahant, vide ibid.*

21 *Legitima nec Trebel. detrahitur de fideicommiſſo particulari, & quod onus probandi non extare alia bona incumbat volenti detrahere legitimam. vide ibid. latè.*

22 *Trebellianica non deducitur, quando in extraneis vel liberis non primi gradus grauatis fideicommiſſo vniuerſali eius deductio vel detractio eſt prohibita expreßè per teſtatorem, vt ſic valeat prohibitio, & facta in teſtamētis non autem in codicillis, & facta in primo gradu ſubſtitutionis porrigitur ad omnes ſubſtitutiones in alijs gradib. ſubſtitutionum adiectas. Quid ſi ſit facta prohibitio Trebell. tacite, ibidem hisq́; exceptis tacitè cenſetur prohibita Trebellianica.*

*Si teſtator prohibeat ne ſua bona alienentur, ſed permanere debeant penes ſuos ſucceſſores, cenſetur prohibita & Falcidiæ & Trebell. detractio. 25.*

*Item ne filius poßit facere teſtamentum ante 25. annum. ibi.*

*Idem per verba integrè & ſine diminutione. ibid.*

*Et per æquipollentia verba, ibidem.*

*Idem vbi apparet de mente teſtatoris bona debere remanere penes deſcendentes maſculos in agnatione. ibid.*

*Idem per verba vniuerſalia totam, omnem, vel integram hæreditatem nulla detractione fienda. ibid.*

*Idem hæc verba cadat ab hæreditate, habeatur pro non ſcripto, important Trebel. prohibitionem. ibid.*

*Idem ex his verbis ſine aliqua diminutione. ibid.*

*Idem per verba pleno iure, ibid. cum num. ſeq.*

23 *Prohibitio Trebellianicæ facta in teſtamentis valet, at non in codicillis & facta in primo gradu ſubſtitutionis per teſtatorem porrigitur ad omnes ſubſtitutiones in alijs gradibus ſubſtitutionum adiectas 24.*

26 *Trebellianica & eius deductio non poteſt prohiberi per teſtatorem filijs primi gradus, ſicut nec legitima, grauatis reſtituere hæreditatem, ſiue deſcendentibus, ſiue non deſcendentibus, eſto quòd filius approbauerit teſtamentum paternum continens expreſſam Trebellianicæ prohibitionem, niſi eſſet facta approbatio verbis prægnantibus & cum iuramento, & vt ibi latius.*

27 *Trebellianica non deducitur ex fideicommiſſo vniuerſali quòd immediatè reſtituendum vel diſpenſandum venit ad pias cauſas. Item & quando mediatè vt quando medius primus fideicommiſſarius purè vel ad diem certam, putà poſt mortem omninò exituram eſt grauatus ad reſtituendum ad pias cauſas. Quid ſi ſub cōditione & quòd tunc detrahitur. vide & dic vt ibi latius diſcutitur.*

28 *Trebellianica nō poteſt detrahi per primum fideicommiſſarium ſecundo fideicommiſſario, & eſt regula, & detracta reſtitui debet ſecundo fideicommiſſario, ne ipſe de ſuo damnum ſentiat, & an habeat exceptiones, & quas vide ibi.*

29 *Trebellianica non detrahitur ex fideicommiſſo ſpeciali, ſeu particulari certorum bonorum.*

30 *Trebellianica non detrahitur ex fideicommiſſo in pœnam hæredis omittentis, & non parentis inducto & reſtituendo, quia omni commodo & emolumēto eſt priuandus ille, qui non paruit diſpoſitioni teſtatoris, & tenetur omnia reſtituere quæ recipit ex bonis defuncti etiam fructus, & quòd paria ſunt coactum quem adire, tuncq́; non detrahit Trebel. & non ſeruare voluntatē defuncti, & vt ibid. latius habetur. cum ſeq. num.*

31 *Paria ſunt quem coactum adire, qui ſit coactus tunc non detrahit Trebel. & quem derelinquere non obedire & non ſeruare voluntatem defuncti, in tātum quòd alij hæreditatem reſtituere tenetur, ſicut etiam coactus adiens reſtituit.*

32 *Trebellianica non detrahitur per eum qui non eſt inſtitutus ſui contemplatione, ſed ſolius fideicommiſſarij contemplatione & grauatus.*

33 *Item non detrahitur vbi reſtitutio fit ex contractu.*

*Item vbi quis non eſt grauatus vt hæres ſed vt donatarius. ibidem.*

*Item cum fideicommiſſum ſit factum fauore agnationis, animaduertendo tamen vt ibi.*

*Item quando voluit ſua bona remanere apud ſuos deſcendentes maſculos. ibid.*

*Item ſecundum Pariſ. quòd iure ciuili apertè non cauetur, vt detrahatur, ideo ſtante ſtatuto in loco quòd ius ciuile in iudican. attendi debeat, ceſſaret Trebel. deductio, & vt ibi latius.*

34 *Trebellianica non poteſt deduci ex fideicommiſſo negato per hæredem grauati, ſuper poſitionibus fideicommiſſarijs factis de talib. bonis quæ erant in bonis teſtatoris quæ omnia negauit grauati hæres, & probentur vera, ſcilicet fuiſſe teſtatoris nec reuocata negatio deliberatè facta & acceptata à parte.*

35 *Trebellianica non detrahitur ex fideicommiſſo reſtituendo per venientes ab inteſtato quibus debetur legitima, qui cenſentur grauati & purè, cum teſtamentum ſuſtinetur per ſolam clauſulam codicillarē, ac ſolam legitimam detrahunt. Quid ſi non ſint tales quibus debetur legitima, tunc videtur quòd per talem clauſulam poßint Trebel. detrahere, niſi in teſtamento id ſit prohibitum, & quando ſit detrahenda, an id fiat ſolum habita ratione eorum quæ reſtituuntur, dic vt ibi latè.*

## ¶ SOLVTIO VI.

1 QVARTO & vltimo ſupereſt agi † de legi-
timæ & Trebellianicæ detractione, quæ
quidem inter deducenda ex fideicommiſ-
ſo vltimo loco meritò poni debet, quia fu-
neris impenſa, ære alieno & meliorationib. deductis, fit
demum detractio legitimæ & Trebellianicæ cum tales
deductiones hæres grauatus proportionabiliter in dimi
nutionem ſuæ legitimæ & Trebellianicæ in ſe ſentire
debet, ſicut fideicommiſſarius in rebus ſibi reſtitutis ſen
tit. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoff. teſtam. gloſ.
& Doct. in l. 1. §. fin. text. in l. deducta. §. cum autem poſt.
ad Trebel. ibi. ſed nihilominus vſus & caſus eorum qua-
drantem quoque diminuit. & in l. 1. & 2. C. eod. Soc. cōſ.
82. in fin. lib. 4. Angel. Aret. in §. ſed quia inſtit. de fidei-
commiſ. hæred. Guid. Pap. in queſt. 496. ſi fideicommiſ-
ſarius circa med. Fab. de Giochis. in auth. nouiſſima. nu.
57. C. de inoffic. teſta. Gabr. Eugub. conſ. 121. nu. 56. Alc.
conſ. 19. rogatus in fin. lib. 6. Nat. conſil. 321. num. 3.

2 Sciunt omnes, ex fideicommiſſo † legitimam eos poſ-
ſe deducere, quia teſtatore grauante omninò erant in-
ſtituendi, vel exhęredandi, ij ſunt teſtatoris liberi, vel
parentes, vt tot. titul. inſtit. de exhæred. lib. §. aliud quo-
que capitulum. in auth. vt cum de appel. cogn. & §. pri-
mo. in auth. de hæred. & Falcid. Bald. conſ. 86. veritas eſt.
lib. 4. Bero. conſil. 67. nume. 23. & conſil. 116. ſub nume.
10. li. ſecundo. & Fab. de Gioch. in dict. auth. nouiſſima.
in ſecunda quæſt. nume. 15. & in quæſt. ſequent. numero.
20. Cephal. conſil. 326. nume. 5. & ſequent. ratio eſt, quia
lex imponit neceſſitatem teſtatori relinquendi etiam
titulo inſtitutionis iſtis perſonis legitimam, text. in d.
§. primo. in auth. de hæred. & Falcid. ideò ab ea omne
onus, & conditio fideicommiſſi reijcitur, l. omnimodo.
& l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. cum ſi-
mil. per Pariſ. conſil. 45. num. 3. 4. lib. 2. & cum amplia-
tionibus per Gabr. Rom. de commun. conclu. lib. 6. tit.
de legitima, conclu. 1. colum. 1. & ſequent. in legitima pa
rentibus debita, Cephal. conſil. 429. nume. 66. & ſimili-
3 ter poſſe deducere † Trebellianicam omnes, qui grauati
ſunt ad reſtituendum fideicommiſſum, vniuerſale om-
nes ſciunt, & eam eſſe quartam hæreditatis. l. 1. §. fin. l.
hæres cū debuerat. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel.
& §. ſed quia. inſtit. de fideicommiſſ. hęred. gloſ. magiſtra
in verſ. Trebellianū. in c. Raynutius. de teſta. habito re-
ſpectu ad omnia bona, quæ erant in patrimonio teſtato
ris tempore mortis, Cephal. conſil. 322. nu. 10.

Ita quòd practica nouiſſima eſt, & conſuetudo paſ-
ſim per Docto. atteſtata, & in omni foro obſeruata pro
4 † legitima & Trebellianica ex fideicōmiſſo liberis ſub
conditione impoſito fieri debere per grauatum detra-
ctionem, quæ dimidiam hæreditatis capit. dict. c. Ray-
nutius. & cap. Raynaldus. de teſtam. & ibi gloſſ. & Doct.
Bar. Bald. & alij. in l. quanquam. C. ad l. Falcid. Bar. Ang.
ad fin. Cagn. nu. 10. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de in
offic. teſtam. Alexand. conſil. 43. ad fin. lib. 2. conſil. 32. in
fin. lib. 3. Aret. conſi. 18. colum. penul. Deci. in l. cum pro
ponas. numer. 2. 3. C. de pact. conſil. 236. colum. 4. nu. 4.
ver. in quarto dubio. Pariſ. conſ. 17. nume. 16. conſil. 25.
num. 36. conſil. 45. nu. 10. 11. conſ. 45. colum. 1. conſi. 47.
colum. 2. conſil. 55. colum. fin. conſil. 93. nu. 41. 42. lib. 2.
conſil. 30. num. 9. 10. ſequen. lib. 3. Nat. conſ. 145. nu. 24.
Bero. conſi. 79. num. 34. conſil. 93. colum. fin. numer. 87.
conſi. 145. nu. pen. & fin. lib. 2. vbi dicit, quòd iſta opinio
hodie eſt ita canonizata, quòd vbique ſeruatur. & Val.
conſi. 25. num. 9. conſil. 85. nu. 12. lib. primo. ex teſtimo-
nio etiam aliorum dicit totum mundum ita tenere, &
conſil. 26. num. 23. lib. 3. idem atteſtatur & Franc. Becci.
conſi. 23. atque ita tenendum eſt. fallit in aſcendentibus
qui ſolummodò detrahunt vnam legitimam Vall. conſ.
39. num. 9. lib. 3.

Secundò operepretium eſt videre, quomodo quiſ-
que & hæres grauati, & fideicommiſſarius conatus par
tem ſuam tueri & ampliare, partem verò alienam mini-
mam facere, & annihilare, hoc facere nititur fideicom-
miſſarius, vt minor fiat detractio: illud verò omni cona-
tu hæres grauati intendit proſequi, vt ampliores, & vbe-
riores pro ſe fiant detractiones, vtilitati practicæ magis
imcumbendo ergo proponendæ ſunt aliquæ concluſio-
nes, modò hęredis, modò fideicommiſſarij intentionem
coadiuuantes.

5 Prima concluſio eſt, vt vberior ſit † legitima hæredis
grauati, eius ſorores excluſæ per ſtatutum à ſucceſſione
patris, vel matris, vel aui, ab inteſtato earum dotibus cō-
ſtituendis deductis, vt ære alieno non faciunt partem
in legitima cū filio maſculo hęrede, licet varię ſint Doc.
opin. tamen iſta eſt communis ad maius commodum
maſculorum tenēda, Dec. conſi. 299. num. 2. Ruin. conſ.
52. num. 10. lib. ſecundo. Cephal. conſi. 5. num. 50. & conſ.
245. etiam quòd legitima ſit in ſemiſſe, in totum enim
ſpectat ad maſculum, Alciat. conſil. 31. magnifici equitis.
num. 12. lib. 9. impreſ. Venet. ſecundùm veram & magis



commun. opin. Iaſ. Aſſiſien. Peruſ. deciſ. 29. nume. 34.
Port. Imol. conſi. 92. ſub num. 102. ſic & Cum. conſil. 35.
ſtante ſtatuto. col. 2. Fulg. conſ. 26. ſtante ſtatuto. colum.
2. verſ. in re itaque propoſita. Caſtr. conſi. 286. quoniam
fundamentum. col. 2. ver. breuiter. lib. 1. conſ. 445. circa
primum colū. 2. verſ. ſed dubitatur, lib. 2. Aret. conſ. 19.
col. 1. Corn. cōſ. 99. col. 1. lib. 3. quem latè ſequitur Bero.
conſi. 138. num. 12. & ſeq. lib. 2. Hipp. Rimin. conſi. 31. nu.
46. cum ſeq. conſi. 187. num. 46. cum ſeq. vbi concludit,
defendereq; nititur, ex extractis dotib. filiarum ſolius
maſculi numerus in legitima ſua in totum attenditur,
ibi nu. 45. & ſeq. allegat & Ant. Gabr. Rom. de commū.
opin. titul. de legitima, concluſ. ſecūda, ad num. 3. lib. 6.
& recentiores alios, idem Alber. Brun. de ſtatu. fœmin.
excluſ. artic. 13. numero. 31. cum ſequen. nu. 42. de com-
muni, & num. ſeq. de vtili & commodo maiori in legiti-
ma non excluſorum, & num. 44. quòd grauamē fideicō-
miſſi non habet locum, etiā in augmento legitimæ per
ſtatutum, facit Bald. conſ. 707. in quæſt. ſub nu. 3. lib. pri-
mo, & expreſſè Bald. conſ. 32. an ſi ſtatutum. rub. de te-
ſta. limita tamen prædicta nō procedere vbi fœmina eſt
excluſa temporaliter per ſtatutum & venerit tēpus quo
fœmina poſſit admitti vt per Deci. conſil. 607. num. 16.
item limita non habere locum quando filia eſſet inſtitu
ta in re certa, quia ſic effecta ſua in caſu teſtati pro iure
accreſcendi ex legitima & eius ſupplemento admiſſa la-
tiſſimè per Socin. conſil. 30. lib. 1. & Corn. conſ. 290. col.
3. cum ſeq. lib. 3. computatur in numero filiorum qui om-
nes faciunt ſibi partem adinuicem per ea quæ tradit
Bald. in repet. l. pater filium. col. pen. verſ. vlterius quęro
hoc ſuppoſito ff. de inoffic. teſta. clare tenet Caſtr. conſ.
52. ſuper primo puncto. col. pen. & fina. lib. 1. clarius pu-
tans hoc ſimul & ineuitabile fundamentum firmat So-
cin. conſ. 76. col. 2. & ſeq. lib. 3. & Pariſ. conſ. 53. num. 79.
80. 81. lib. 3. facit. Ruin. conſ. 40. num. 10. & ſeq. & clarius
conſil. 118. ſub num. 24. lib. 3. idem probat Grat. conſil.
160. num. 35. lib. 2. poſui conſ. 106. num. 15. & ſeq. lib. 1. &
in diuerſis caſibus à noſtro loquuntur Doct. alleg. per
Hippol. Riminal. d. conſil. 31. num. 74. intellige tamē &
declara, vt per Bero. conſil. 138. colum. 5. & ſequent. lib.
quando ſtatutum mandat filiam debere ſtare diſpoſitis
per patrem in teſtamento.

6 Idem in † excluſo, vel excluſa ab hæreditate per re-
nuntiationem cum iuramento, quòd pro non excluſis,
& hæredibus eius, cui facta eſt renuntiatio, dicatur au-
cta legitima in triēte, vel ſemiſſe, vt eſt pro numero per-
ſonarum ſecundum magis com. per Alciat. conſilio 201.
quæ mihi in facto. num. 12. lib. 9. & Guid. Pap. conſ. 158.
Nobilis Chatelanus. nū. 2. & in deciſ. 295. & plenè Boër.
in deciſ. 101. poſt. Bal. in auth. nouiſſima num. 9. C. de in-
offic. teſtam. & Caſtr. in l. planè. §. ſi duobus. nu. 9. de leg.
1. & ibi Aret. col. pen. Aym. conſi. 11. nu. 13. facit Roman.
conſ. 43. ad primum quæſitum. verſ. quoad tertium.

Secunda concluſio ſi velit fideicommiſſarius hære-
dem grauatū eſſe excluſum à legitima per approbatio-
7 nem teſtamenti, quòd † talis approbatio & conſenſus
etiam ad teſtamentum diminuens, vel ponens onus in
legitima non officiat, Ancha. conſ. 152. plura ſunt dubia.
col. 3. verſ. legitimam verò. ſequitur Dec. conſ. 81. num. 1.
conſil. 218. col. 2. num. 4. verſ. nec obſtat. & Socin. conſil.
230. col. 1. & ſeq. lib. 2. Val. conſ. 78. num. 5. lib. 1.

Intellige hoc niſi teſtator expreſſerit ita ſuam volun-
tatem, quòd in legitima ſit omninò tale onus, conditio,
modus vel diminutio, idque ſit adeò expreſſum, vt exin
de, aliud inferri nequeat, atq; id ſcienter approbauerit
hæres, tunc dicendum eſt approbationem huiuſmodi
officere legitimæ quòd in ſe habet onus, conditionem,
vel diminutionem, vt teſtatoris verba demonſtrant, per
Pariſ. latè in conſ. 9. per tot. lib. 3. & conſi. 33. num. 78. eo.
& Hippoly. Riminal. conſ. 31. num. 50. requiritur enim

ſcientia teſtamenti, Bald.conſ.204.ſi domina.lib.4. per
not. in l. his. ff.de tranſact.& in l.qui Romæ.§.duo fra-
tres.de verb.oblig.

Quatenus tamẽ per illam approbationem teſtamen-
ti factam per hæredem Anchar.d.conſil.152.col 3.velit
eſſe remiſſam Trebellianicam validis rationibus nõ eſ-
ſe remiſſam,& contra Anchar.tenẽt Cur.Sen. conſ.76.
nu.26.& ſequen.& Bero.conſil.93.nu.65.lib.2. & Hug.
Celſ.conſi.24.num.16.Phanu.Lucen.de inuen. part. 7.
num.132.

At deciſio Anch.recipienda eſt,quando teſtator ex-
preſſe prohibuit Trebellianicæ detractionem, & hæres
acceptauit Val.conſ.78.num.14.lib.1.præſertim vbi ap
probatio eſt iurata Cur.Iun.conſ.21.col.1.num.3. Guid.
Pap.in q.96.n.1.Hier.Cagn.in l.Papinianus.§.meminiſ
ſe.n.17.ff.de inoff.teſt. Phan.Lucen.d.par.7.ad nu.127.

8 Tertia eſt,quòd fideicommiſſarius †non probè petit
legitimam eſſe amiſſam ob non confectionem inuen-
tarij, quia veritas & com.opin.eſt in contrarium Alex.
conſ.165.col.2.vltra med.ver.& inſuper.lib.5.Ang.Aret.
de teſta.gloſſ.75.num.fin.Corn.conſi.168.col.2.verſ.te-
nendo tamen Comm.Opin.lib.3.conſ.180.col.6. in fin.
verſ. deueniendo ad ſcriptá.lib.4.pro claro ponit Goz.
conſ.67.in fin.pro magis communi,& tenenda etiã po-
nit Gab.Rom.de com.concluſ.lib.6.tit.de legitima.cõ
cluſ.7.longa diſcuſſione rationem authoritatum, & o-
pinionum prȩhabita tractatui eorum eidem congrua,&
maximè cõtra fideicommiſſarium vniuerſalem, de quo
noſtra loquitur concluſio,eandem opin.veram,& com-
mun.probant & tenent Rol.à Val.tract.de inuent.part.
5.§.dubitatio oritur.fol.134.Phanu.Lucen.eo.ſuo tract.
de inuent.par.7.num.4.& ſep.ad num.24.

Quarta ſubſequens eſt concluſio ad commodum hȩ-
9 redis grauati †,quòd per non confectionem inuentarij
non amittatur Trebellianicȩ detractio, quanta ſit con-
trouerſia ambigua & perplexa quȩſtio inter noſtros an-
tiquos Doct.dicant ſibi Rolan.à Val.& Phanuc.Lucen.
in ſuis ſcriptis concordi ſpiritu,eodem forſan tempore,
& altero inſcio exaratis in eiſdem ſuis tract.de inuent.
præalleg.hic in ſeptima parte,nu.25.vſque ad numerum
41. & ille in quint. part.§.quia in præcedenti.fol.140.
vſque ad fol.152.vt prius etiam vnanimes fuerunt in eo
dem opere componendo de lucro dot.iſte nempe in re
uolutione chartarum nulli parcentes labori, omnes vt
aiunt remouentes lapides ſubtilibus rationibus, & ar-
gumentationibus confirmando, & refutando ingenia
ſubleuantes & acuentes eandem meam propoſitã con-
cluſionem negatiuam approbant, & confirmant,vt per
eos in dictis locis pleniſſimè allegantes antiquos & re-
centiores Doctor.ferè omnes pondere, & numero, au-
thoritate, & fide legum, alios ſuperantes atteſtanteſq́;
hanc ſententiam veram communem, & communi vſu,
& conſuetudine in iuditijs receptam & obſeruatam.
vltra alleg. in dictis locis per Val.& Phanuc.idem no-
uiſſimè atteſtatur Hip. Riminal. conſ.9.num.130. cum
ſeq. & latiſſimè comprobat in conſil.187.num.1.vſque
ad nu.46.& Cephal.conſi.392.nu.59. vſque ad fin. cum
hac opin. quæ & eſt Bart.vt vera ſubtili diuerſitatis in-
ter Falcidiã, & Trebellianicam rationi reddita,pertrã-
ſit Franc. Sarmientus Hiſpã.ſuo lib.ſelect.interpr.lib.1.
c.7.nu.8.Alcia.conſ.29.nu.4.lib.9.Hier.Gab.conſ.121.
nu.51.& ſi Ang.Aret.ſcripſerit in §.extraneis.inſti.de hæ
red.qual.diff.ſe aduocante Ferrariæ pro parte affirma-
tiua fuiſſe iudicatum, equidem dico ego Ferrariæ per
plures annos fui ducalis conſiliarius iuſtitiæ, vbi cauſa-
rum, & litium maior pars & magni valoris ſuper fidei-
commiſſis agitantur, ſemper cum doctiſsimis collegit
iudicatum pro concluſione iſta negatiua, & plures ſen-
tentias per alios inferiores iudices latas vide in conſilio
introductas, indifferenter continentes detractionem
Trebellianicæ,& ſuper hac per aduocatos nullam diffi-
cultatem fieri,ita alibi iudicaui, & iudicari vidi,& con-
ſului conſil.126.nu.26.vſque ad fin.lib.1. & ita per arbi-
tros cum conſilio doctiſſimi Ducalis locum tenentis Pi
ſauri fuit iudicatum, rationes etiam aliquas in d.conſil.
adduxit,hæc enim eſt præcipua,quòd nec verba,nec ſen
tentia legiſlatoris per tot.auth.de hæred.& Falc. in qui-
bus ſe fundant aduerſantes, continent hanc nouam, &
magni momenti deciſionem.quòd hȩres grauatus fidei-
commiſſo vniuerſali non conficiendo inuentarium a-
mittat Trebellianicam,niſi per extenſionẽ §.hinc nobis
in d.auth.de hæred. & Falci.vbi hæres non conficiendo
inuentarium amittit Falcidiam,extẽdunt & ad Trebel-
lianicam,complebit fideicommiſſarios:ecce dicũt,To-
tum reſtituitur fideicommiſſarijs, quæ extenſio nullo
pacto poteſt habere locum: nam tota illa conſtitutione
inſpecta, intentio & diſpoſitio legiſlatoris ad aliud non
tendit niſi quòd voluntas teſtatoris adimpleatur, & tu-
eatur,& diſcurrendo per quas perſonas maximè in §.et-
enim in legatarijs,quando vult nominare fideicommiſ-
ſarios ſpeciales,nominat eos ſimpliciter,vt ibi, & gloſſ.
exponit,quando vero nominare vult fideicõmmiſſarios
vniuerſales nominat cum hac adiectione, per vniuerſi-
tatem, vt ibi ter repetita inuenitur.in.d.§.hinc nobis,
vel §.ſancimus.ſi voluiſſet intelligi de fideicommiſſarijs
ſpecialibus tantum citandis, & in totum ſatisfaciendis
expreſſiſſet, & cum eadem adiectione per vniuerſitatẽ,
vel expreſſiſſet cum verbo vniuerſali,omni Falcidia va-
cante, prout expreſſit in §.ſi autẽ hæres.in auth.de eccl.
tit.intelligens.ſic etiam de Trebellianica,vt ponderant
Bart.& alij in l.Marcellus.in princ.ad Trebel.in relictis
ad pias cauſas ita ceſſare Trebellianicã, non expreſſit:
ergo noluit comprehendi fideicomiſſarios vniuerſa-
les, vulg.l.1.§.ſin autem ad deficiẽtis. de caduc. tol.cum
ſimil.contra quos non Falcidia,ſed Trebellianica detra
hitur.§.ſed quia inſtit. de fideicommiſſ. hæred. conſue-
tudo enim loquentis attenditur.l. ſi ſeruus plurium.§.
fin. de legat. 1. & ſi in d.§.etenim legatarijs appareat id
expreſſum cauſa prælationis, eadem tamen cauſa vide-
tur militare & in caſu d.§.ſancimus.per l.fin. C.ad Tre-
bel.vel ſaltẽ,vt lex eſſet magis clara,& certa, vt eſſe de-
bet capit.erit lex.diſt.4.Apparet quoque ex dicto §.ete-
nim in legatarijs legiſlatorem ſe iam dediſſe, prout fecit
in d.§.ſed quia.omnem authoritatem Trebelliano Sen.
conſ.& cum ea pertranſire,quòd in fideicommiſſis vni-
uerſalibus locum habeat, ſicq; firmat Trebellianicã ſta
re, & vigere nuncupatam à Trebelliano,vt d.cap.Ray-
nutius.ibi,in eo vero quòd quartam per Trebellianũ,&
ibi gloſ.& Doct.in rub.ff.ad Trebel.& text.in l.1.& in l.
iubemus. in princip. C.eod.quod modo etiã per verba
nullo modo conuenientia fideicommiſſarijs vniuerſa-
libus ſe velle facere prouiſionem circa legẽ Falcidiam
proteſtando. in d. §.hinc nobis inferat,& comprehen-
dat eandem prouiſionem cenſeri factam circa Trebel-
lianicam, vix,id eſt,non hoc in capite meo intrare po-
teſt,quia firmiter credo imperatorem legiſlatorem nun
quam habuiſſe talem intentionem,& ſi habuiſſet,ſciuiſ-
ſet exprimere, vt ſuperius expreſſit fideicommiſſarios
per vniuerſitatem,& ſe dediſſe ſoli dogmati Trebellia-
ni in fideicommiſſarijs locum eſſe, licet quando ver-
bum Falcidia exponatur pro Trebellianica, & impro-
prie,improprijſsimè pro legitima Bart. in auth. vnde ſi
parens. nume. 1.C.de inoffic.teſtam.Ripa in l.quartam.
nume.5.Tamen hoc nullibi reperitur, quando exprimi-
tur lex Falcidia,vel legis Falcidiæ cõſideratio circa lega
ta, vel fideicommiſſa particularia, vt exprimitur in d.
§.hinc nobis.quia hæc adiectio lex Falcidia talem de-
monſtrat diuerſitatem à Sen.conſul.Trebelliano, quòd
diuerſi tituli extant,vt ff.ad l.Falci.& ff.ad Treb. & inſt.
de l.Falcid.& inſtit.de fideicommiſſ.hȩred. & ad Treb.
&ſic



&ſic debet attendi varietas verborum,legum,in ſpecie
Bart. & Alexan. ſub num.3. in d.l.quartam.ff.ad l.Falc.
ita firmiter in hac concluſione permaneo.

Quinta concluſio eſt adaugens detractionem † pro
10 legitima & Trebellianica filiorum hæredum grauato-
rum vltra dimidiam hæreditatis, quæ eſt iuxta com-
mun. ſententiam relatam parum ſupra verſic. ita quòd
practica,nam ſi tempore mortis teſtatoris filij ſunt vltra
numerum quatuor,ſola eorum legitima erit dimidia hæ
reditatis.§.primo,in authen.de trien.& ſemiſ.& exinde
aſſumpta auth. nouiſſima.C.de inoffic. teſtamen. licet
hoc caſu ne plus habeat grauatus quàm honoratus non
detrahi Trebellianicam tradit Bald. conſil.94.punctus
quæſtionis.col.2.lib.2.ſequitur apoſtil.Gallus ad Alex.
conſi.3.lib.7.cum eo tranſit Couarru.in dicto cap.Ray-
nutius ſuo §.11.num.6.in fin.de teſtam.intra dentes in-
uoluit Alexand.conſil.68.circa præmiſſum.col.1.verſic.
ſed inſpecta.lib.4.dicens vbi legitima filij per ſtatutum
aucta eſt dimidia bonorum partis, Trebellianica non
eſſet quarta portio reliquæ dimidiæ reſtituendæ per fi-
deicommiſſum,& aliud de Trebellianica non dicit,niſi
quòd filius in parte aliqua legitimæ auctæ non potuit
grauari per fideicommiſſum, ita videtur tranſire Panci-
rol.Regien.cõſ.137.nu.7.per allegat.in correctè ſcript.
Tamen verior,& commun.eſt opin.vltra dimidiam pro
legitima alterius dimidiæ,poſſe,& debere detrahi quar-
tam pro Trebellianica,ita probat Angel.conſil.287.fa-
ctum ſuper quo.colum.1.verſic.2.præmitto.iuncto verſ.
5.præmitto.& Corn.conſ.182.col.5.verſic.concludo ita-
que.lib.2.Curt.Sen.conſil.52.nume.49.conſil.76.num.
23.ſentit Aymo conſil.50.clarè Alben.conſil.41. contra
Bald.dicit eſſe commun.opin. Franciſ.Becci.conſil.23.
col.penult.allegando Bal.conſil.101.lib.2.pro hac opin.
Curt.Sen.& Alben.modò alleg.idem tenent Cagnol.in
d.l.Papinianus.§.meminiſſe.num.19.& Marzar.Vicent.
de fideicommiſſ.part.2.quæſt.51.qui & alios alleg. & idẽ
tenentes Pich.Zanch.& Bertrãd.idem coprobat Hipp.
Riminal.conſil.147.nume.33.& conſil.227.nume.19.&
ſeq.allegatis Aym.& Marzar. in dictis locis hanc par-
tem commun.ſibi magis placere dicit Borgni.Caualcæ.
tract.de vſufruct.mulier.cap.9.ſub num.95.pag.468.&
ſequent.idem Dec.conſil.236.col.pen. num.11.12.dicit
quòd legitima ſex filiorum eſt dimidia hæreditatis, &
Trebellianica detrahitur ſolùm habito reſpectu ad il-
lud,quod reſtituitur,& eſt veritas: illud autem quod aſ-
ſeritur legitimam & Trebellianicam capere medieta-
tem hæreditatis,procedit ſecundùm magis communem
curſum numeri filiorum,quòd frequentior ſit intra qua-
tuor quàm ſuprà quinque, ſi tamen contingat eſſe ſuprà
quatuor filios, quorum legitima eſt ſemis debita, ſtatim
mortuo teſtatore, quando poſteà venit conditio fidei-
commiſſi reſtituendi, de alia dimidia, quæ reſtituitur,
detrahitur & Trebellianica.d.§.ſed quia.inſtit.de fidei-
commiſſi hæred.cum ſimil.nulla enim gloſſ. nec aliquis
text.mundi hoc prohibet,& ſic tollitur allegatio Bald.
d.conſil.94.qui dicit quòd nulla gloſſ.iuris ciuilis, nec
aliquis text.mundi hoc permittit,& ego dico quòd non
prohibet, & hæc magis iuridica allegatio, quòd omnia
ſint permiſſa per legem,quæ non reperiuntur prohibita,
tex.& gloſ.in l.nec non. §.quod eis.ff.ex qui.cau.maio.&
in c.1.de procur.in 6.& in c.vnaquæque.§.fin.13.q.ſecun
da,quinimo vltra Doct.præalleg.& contra Bal. dico re-
periri gl.iuris ciuilis,quæ hoc permittit, & tenet,in verſ.
auferri,in §.ſiquis autem non implens.in d.auth. de hæ-
red.& Falci.vbi ad fin.dicit.vt cum rogatur de hæredita
te reſtituenda filius inſtitutis ſub conditione, vel in diẽ,
ſtatim enim poteſt retinere debitum bonorum ſubſi-
dium ſ.trientem,vel ſemiſſem, ſed adueniente die, po-
teſt habere Trebel.4.hæc ſunt verba d.glo.quæ expreſ-
ſè vult poſſe detrahi ſemiſſem pro legitima debita.ſ.hoc
verum eſt,quando numerus filiorum eſt ſuprà quatuor,
& etiam poteſt habere quartam Trebell.addo etiam ſic
tenentem Franciſ. Marc.Delphin.deciſ.433. ex quibus
patet male cenſuiſſe cõtrarium Pancirol.Regien.conſi.
69.ad fin.& d.conſi.137.num.8.& ita pinguior eſt detra-
ctio vera iuris doctorumq́; communi ſententia, & maxi
mè quando numerus liberorum poſt mortem patris re-
dactus eſt ad paucos grauatos vltimo loco deſcenden-
tes,vt bene in hoc proſequitur Bald.d.conſil.94.lib.2.

11 Sexta concluſio eſt plurimum econtrà valens † dimi-
nuere detractionem quantitatis legitimæ debitæ hære-
di grauato, quantum eſt augmentum valoris bonorum
teſtatoris à tempore eius mortis, vſque ad tempus reſti-
tutionis fideicommiſſi, quorum temporum interme-
dium interuallum poteſt eſſe tam longum quòd bono-
rum valoris augmentum huiuſmodi curſu temporis erit
vltra triplum,quadruplũ,& vltra hæc,ideo vera & com-
munis eſt concluſio, quòd in detractione legitimæ de-
bet attendi, ac inſpici qualitas & quantitas bonorum,
quæ reperiebantur tempore mortis teſtatoris per tex.in
l.cùm quæritur ibi Fulg.& Iaſ.not.C.de inoffic.teſtam.
& in ſubſtantia eius.ſ.mortis tempore per l.3.§.hæc ver-
ba in princip.ff.de negot.geſt. exponit Alber.in l.ſci-
mus.colum.fin.ſub num.4.C.de inoffic.teſtam.de qua-
litate, & quantitate text.eſt in §.1.in auth.de trien.ſe-
miſ.ſemoto quidẽ omni augmento eiſdem bonis poſteà
contingente per tex.in l.etiam.§.fin.& clarius in l.ſi pa-
tronum ex debita.§.fin.ff.de bon.liber.firmant Caſtr.in
l.in ratione.l.ſecunda.in princip.num.4.& ibi Alexand.
num.6.ff.ad leg.Falcid.Soc.conſil.22.ad fin.lib.3.Crot.
conſil.172.num.7.& ſeq. per Afflict.deciſ.Neapol.382.
ad fin.Ripa in l.in quartam.num.46.ad leg.Falci. Hier.
Cagnol.in l.Papinianus.§.quarta.num.8.ff.de inof.teſt.
Nempè & remouetur augmentum, quòd procedit ex
curſu temporis in valore & extimatione bonorum pro-
bant Bald. conſil.22. punctus quæſtionis. ad fin. lib.4.
Caſtr.expreſsè in dicta l.in ratione.ponendo exemplum
in valore 300.auctorum in 500.clarè Iaſ.in auth.nouiſſi-
ma,columna 1.verſi.ſecundò pondero.C.de inoffic.te-
ſtamen.concludit nemine diſcrepante ſecundùm eum,
quòd ſi bona patris vel eorum valor augeatur poſt mor-
tem patris, per hoc non augetur legitima filiorum &
pro hac parte contrarijs reſpondendo latè firmat Curt.
Seni.ſuo noto conſil.vlt.ſequuntur Curt.Iun. conſil.21.
num.fin.Alexand.conſil.34.num.2.Alciat.conſil.116.eſt
caſus præſens.nume.1.lib.5.conſil.114.narratione facti.
num.1.conſi.202.quæ mihi in facto.ad fin.lib.9.Impreſ.
Venet.& in l.bonorum, la 2.col.fin.de verb.ſignific.vbi
ſequitur Curt.Sen.in alleg.conſil.& reprobat Corn.in
conſil.265.col.3.lib.1.tenentem contrarium, & perſpi-
cuè comprobat Pariſ.conſil.45.nume.35.lib.2.ſequitur
idem tenendo Nat.conſil.156.nume.6.pro firmo tenet
Roland.à Val.conſi.85.nume.14.lib.1.pro legitima de-
trahenda debere extimari bona paterna tempore mor-
tis patris,allegat Dec.in pluribus.conſ.præter eum alle-
go Dec.in conſi.89.in fi.dicentem expreſsè,& in tali le-
gitima debet conſiderari tempus mortis patris, quan-
tum illo tempore valerent facultates, & pro hac ſenten-
tia imaginando contraria de dicto conſ.Cornei,& Gra-
ti.& Bertran.& alia,& hæc refutando ſubtiliter,& doctè
confirmando latè bis conſuluit Hipp.Rimin. conſ.148.
num.19.& per tot.& conſi.227.num.25.vſque ad fin.vbi
pro hac parte aſſerendo eſſe num.16.Doct.atteſtator ita
eſſe commu.opin.prout re vera eſt,additis pro hac opin.
Dec.Afflict.Roland.à Val.Alexand.& Alcia.in locis ſu-
prà alleg.quos ipſe,quòd viderim,non allegauit,vt com
mun.tenet & Panciro.Regien.conſi.124.num.31. Vltra
alios hac euidenti ratione prædicta comprobo. Quia
12 † legitima eſt quota bonorum omnium ipſo iure,ac iu-
ris neceſſitate debita filio tempore mortis patris.dicta l.
cum

cum quæritur d.auth.nouiſſima.§.1.in auth.de hæred.& Falcid.& d.§.1.in auth.de trien.& ſemiſ.& aſſignando in re determinatur arbitrio iudicis.d.l.ſcimus.in princ. & ibi Bald.ſub num.10.Bart.in l.ſuus quoque.in princi. in fin.ff.de hæred.inſtit.Guid.Pap.in quęſt.487.Cum iudex nullo modo poſſit iuſtè æquè arbitrari,determinare ac ſeparare talem quotam à cæteris bonis paternis abſque extimatione de omnibus bonis facienda, arg.l.1.& ibi not.per Bart.in l.2.& l.3.C.commun.diuid.Cúmque paria ſint poſt mortem patris eius bona aucta,& ampliata eſſe quantitate valoris, vel tranſcurſu temporis, vel augmento patrimonij per gloſ.expreſſam.in ver.vniuerſa.in l.fina.§.qui indiuiſam.de leg.2.ideo talis extimatio debet referri in tempus mortis patris, ſicut quid filio datum in ipſam legitimam imputandum quãto valeat,refertur in tẽpus mortis patris teſtatoris, per l.omnimodo.ad fin.C.de inoff.teſtam.ibi.*Ita tamen vt ille gradus eiuſdem militiæ inſpiciatur quem in morte teſtatoris militans obtinet*, tradit Bart.in l.1.§.nec Caſtrenſe.colum.3. ver.item venditur ſtatera.ff.de colla.bon.ſequitur Val. conſil.11.nu.2.lib.2.& ſicut refertur in caſu d.§.qui indiuiſam.ibi.*Sed extimationis,quæ mortis tẽpore in rebus fuerat*, & ſicut in caſu l.Titia.in fin.ff.de iure dot.refertur in tempus, quo fundus in dotem eſt datus, ſic extimando hodie bona iuxta valorem, & extimationem temporis mortis patris, quo per legem data eſt filio legitima, & ab ipſo initio detrahitur ipſo iure, dicit Bald. in dicta l.ſcimus.ſub nume.4.in 5.not.quia videtur ex tunc facta extimatio per legem, quæ tunc erat certa, prout erat certa ipſa natura, ita in ſimili ſequendo Bal. nouel.in l.extimatæ.ſolut.matrim.probat Socin.conſil. 56.colum.fina.lib.primo & conſi.60.lib.3.habito & replicato pro firmo, quòd in caſu detrahendæ legitimæ realiter, & effectualiter ſit neceſſaria extimatio bonorum.Alexand.commendat conſilio 3.ſub nume.4.ver. conſtat etiam.lib.3.eſſe vtile capitulare de valore hæreditatis, & petitarum terræ alienatarum, & ſic apparere poterit in quantum potuerit aſcendere legitima, vt ſic de valore bonorum requiritur narratio in petitione legitimæ, Fab.in dicta auth.nouiſſima,nume.52.Boër.deciſ.250.nume.52.Nat.conſil.352.ad fin.prout neceſſaria extimatio erat in caſu dicti §.qui indiuiſam,& d.l.Titia.& in caſu deciſo per Socin.in dictis conſ.eſt & bonus text.in l.in ratione.la 2.§.certis.in fin.ff.ad leg.Falcid.itaque eſt veritas tenenda, tum quia probata eſt per commun.opin.Docto.tum etiam quia magis ſequitur veſtigia voluntatis teſtatoris diſponentis poſt mortem filij ſine liberis ſua bona omnia,cum omni ſuo augmento maiori quod poſſent habere transferri in fideicommiſſarium vocatum,& ſuper hoc aperiant oculos practicantes & patrocinantes pro fideicommiſſario,quia multum poterunt diminuere detractionem legitimæ deducendo, & probando valorem bonorum ſecundùm ex-
13 timationem temporis mortis teſtatoris. † Quæ quidem extimatio & valor probatur per coniecturas, plenè adducit Alciat.conſil.116.eſt caſus præſens clarus.nume.3, & per tot.lib.5.

14 Septima concluſio eſt † quòd ceſſat alia detractio legitimæ,& Trebellianicæ, quando per grauatum non animo fraudandi fideicommiſſum fuerint alienata bona hæreditaria, quia hæc alienata, vt quid magis vtile, & proficuum alienantibus, & acquirentibus imputantur in legitimam & Trebellianicam, text.Bartol.& alij in l.Marcellus.§.res quæ.ad Trebellia.auth.res quæ.commun.de leg.Aret.conſil.156.colum.fin.Dec.conſi.262. colum.penult.nume.8.Alciat.conſi.29.in fin.lib.9.Socin.Iun.conſil.136.nume.14.lib. primo. Cephal.conſil. 346.nume.6.7.& prius conſil.189.nume.19.vbi plures congerit tenentes grauatum alienantem elegiſſe bona alienata pro ſua legitima, & ego conſil.48.num.24.25. lib.primo.idem & Rub. Alexand. conſil. 157. colum.1. Gabr.Rom.de com.concluſ.lib.6.tit.de legit. concluſ. 4.nume.8.Crot.conſil.28.in fin.& ſi poſt alienationem creuerit pretium rei alienatæ tantum pretij ratio habenda eſt,quantò per filium res fuit alienata, Gualden. de arte teſtan. tit.8.cau.9.in fi.ſi verò alienata fuerint bona minori pretio quàm valeret, habebitur reſpectus ad pretium verum, non ad id, quo alienata ſunt, cum de hoc hæredis culpa detegatur, pro qua hæres ipſe tenetur fideicommiſſario per l. mulier.§.ſed etenim.ad Trebel.ita tradit Oldr.conſil.107.circa ius municipale.colum.2.in fin.ver.ad tertiam quæſtionem facit Bart. in l.ſi eum ſeruum ad fin.nu.4.ſi cert.pet.ſequitur Rip. in l.in quartam.num.102.ad l.Falcid.non ſolùm alienata, ſed etiam diſſipata imputantur in legitimam, dicit Bald.conſi.407.in quæſtione quæ vertitur.num.5.lib.1. Hoc quando bona alienata non multum excedant legitimam intelligit Deci.conſil.236.columna penult.& quando bona alienata non ſunt alijs relicta ſpecialiter, quia non valeret alienatio in his,ſed in alijs bonis hæreditarijs non ſubiectis reſtitutioni, & vbi omnia bona diuerſis perſonis eſſent relicta debet contra ſingulos fieri detractio non ab vno, per l.ſecundam, & ibi gloſ.& Doct.tradit Caſtr.conſi.247.in cauſa quæ vertitur Saonæ,colum.5.ver.dicitur etiam.lib.primo.ſequitur Soci. conſil.75.colum.4.ver.ſed circa prædicta.lib.primo.& non valeret in prohibitis alienari,quando extarent alia bona non prohibita, Iaſ.in l.filiusfam.§.diui.in 2.lect. num.30.de legat.1.Gram.deciſ.93.num.8.Grat.conſil. 17.nume.24.lib.1.Pariſ.conſil.64.nume. 27.lib.ſecundo.Burſat.conſil.13.nume.46.ponit Crot.in memor.in
15 ver.Trebellianica non detrahitur. † Bona etiam alienata ex permiſſione teſtatoris in genus certum perſonarum puta in agnatos, non imputantur in legitimam, Socin.conſil.114.lib.3.meminit in d.l.Marcellus.§.res quæ.col.fin.

16 Prius † autem alienata bona computantur in legitimam & Trebellianicam, alia verò poſteà alienata illicitè detinentur, & per fideicommiſſarium poſſunt vendicari contra poſſeſſores, Aret.conſil.18.colum.fin.ver.et hoc ſequitur,comprobat & Socin.Iun. conſil.137.fin nu.5.lib.1.ſimul allegando Crot.in d.§.diui.Idem Ruin. conſil.135.num.11.lib.3.allegando Alex.conſil.178.vltra med.lib.5.& pro tota Trebellianica, Gabr.Eugub.cõſi. 45.col.pen.ſub num.46.

17 Item imputatur † in legitimam, & Trebellianicam, quicquid hæres habuerit de bonis teſtatoris eius iudicio iure hæreditario,iure legati,vel conditionis implendæ, vel alio modo per l.quoniam nouella.l.omnimodo.§.fi. C.de inoff.teſtam,tradit Ang.conſil.131.ad deciſionem, Bartol.in l.in quartam.colum.4.nume.10. & ibi cæteri, & Capra conſil.32.nume.8.9.vbi firmat in legitimam imputari omnia bona teſtatoris habita per hæredem, etiam pecunias & mobilia per eum cõſumpta ſequitur Pariſ.conſil.93.num.penult.& fin.lib.2.& conſ.1.nume. 89.90.& conſil.27.colum.1.& ſequent.lib.3.ſi quoque eſſet militia aliqua,ſeu officium aliquod à patre emptũ pro filio in curia Romana, dummodò ſit venale, & per filium poſſit vendi, etiam quòd non tranſeat ad heredes, imputatur in legitimam, ex facto reſpondit Rol. à Val.conſi.11.nu.10.11.lib.2.& quę plura alia demum à patre prouenientia ad filium in eius legitimam imputari debeant,latiſſimè ponit Fabia.in d.auth.nouiſſima.in 9.quęſt.nu.79.& ſeq.Bart.& omnes in d.l.in quartam. & in l.filium quem habentem.C.famil.erciſc.dixi aliqua in conſil.65.nume.7.& ſeq.lib.1.& in eodem caſu Tob.Peruſi.ſuo conſ.95.aliqua.& Alex.conſ.142.num. 17.& ſeq.lib.2.

Computantur etiam in legitimam & Trebellianicam bona feudalia & emphyteutica quę liberis hęredibus



bus dantur alijs etiam bonis per fideicommiſſum reſtitutis perſonis extraneis: habębat enim de locato, arg. not.per Bart.in l.Marcellus. §. res quæ. ad Treb. ea demum ſola aduertas imputãtur in legitimã,de quibus aliquid lege expreſſum reperitur per l. illud. in princip. in fi.C.de collat.Corn.conſi.200.colum.pen.verſic. tertio reſpondetur.lib.3.

Aduertatur quoque in propoſita deductionum ſpecie ex fideicommiſſo,quòd vbi ſubſtitutio fideicommiſſaria facta eſt liberis non primi gradus vti nepotibus, & multò magis extraneis hæredibus inſtitutis ſub condi-
18 tione grauatis, interim pendente conditione † fructus percepti iudicio teſtatoris imputantur in quartam Trebellianicam.l.in fideicommiſſaria. verſ.planè.l.mulier. §.ſi hæres.ff. ad Trebellia. Barto. in l.quod de bonis. §. quod auus.ad l.Falcid.gloſ.fin.in l.iubemus. C. ad Trebel.& ibi Bar.in fin.& alij communiter ſequuntur, Capra conſil.85.in fin.conſi.92.num.8.Bello.conſi. 30. nu. 8.conſ.64. num. 5.in nepotibus loquitur Iaſ. conſi. 108. col.pen.lib. 4.

Liberis verò primi gradus grauatis in Trebellianicam imputantur fructus percepti poſt moram,vel litem conteſtatam,text.in cap.Raynutius.& ibi glo.in verbo, conteſtatæ.de teſtamen.& canon.communiter ſequuntur,& Rip.in l.in fideicommiſſariam num.28.verſi.ſublimita.ad Trebel.Beroſ.conſil.93.num.8.in fin.& conſ. 116.nume.13.lib.2.fructus autem percepti ante moram & litem conteſtatam imputantur in Trebellianicam, quando duæ quartæ detrahuntur ſecundùm opin.Caſtr. probatam per Iaſ.conſil.231.colum.2.verſicu.2.lib.2.& conſil.43.colum.penult.verſicu.aliud & ſecundo. lib.3. & Pariſ.conſil.27.nume.15.lib.3.& Crot.conſil.154.nu. 82.& nume.86.dicit iſtam eſſe meram, & puram veritatem.

Secundùm verò aliam opinionem veriorem, & magis communem,& tenendam in practica non imputantur in Trebellianicam probatam per eundem Iaſ.ſibi contrarium in conſi.99.colum.fin.lib.4.Pariſ. eundem ſibi contrarium,& atteſtãtem de veriori,& communiori in conſil.25.ſub nume.55.lib.2.& conſil.30.colum.penult.& fin.lib.3.& per Ruin.conſil.88.nume.8.& conſil. 190.in fin.lib.2.Rip.in d.l.in fideicommiſſariam.num. 30.Cephal.conſil.320.nume.34.& Rolan.à Val.conſil. 12.num.8.lib.1.Socin.Iun.conſil.132.num.2.lib.1. Burſ. conſil.44.nume.17.vbi de communi citando moderniores,& Aymo deteſtando huiuſmodi Doct.contrarietates dicit eſſe ſtandum obſeruãtiæ curiarum, & ego indiſtinctè ſecundùm hanc opin.iudicarem, vti communiorem & veriorem, per rationem Ripæ d.num.30.ſiue filius ſit grauatus ad reſtituendum alij filio & deſcendenti,ſiue extraneo non obſtãte opin.Cum.conſ.123. Bartolomeus colum.2.verſic.ad ſecundum, & Pariſ.conſ. 21. in fin.conſ.27.num.19.lib.3.Val.conſ.30. num. octauo, lib.1.quoniam huic opin.contrarium tenentes congrue reſpondent,& probant, concord. plures allegãdo Ripa in dict.l.in fideicommiſſariam.nu.29.& Ruin. conſi. 21. colum.ſeptima,verſic.nec obſtat ſecundùm Imo.lib.3. & Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.caſu.256.num.34. vbi de communi.& de his alia in d.caſu,& iſta eſt opin.gloſ. in verſ.conteſtatæ.in d.cap.Raynutius.cum præcedenti opin.de fructibus non imputandis in Trebellianicam, & ibi probat Couarru.Hiſpan.ſuo §.11.num.4.ſequitur Afflict.d.gloſ.in deciſ.367.num.4.

Octaua & vltima cõcluſio eſt multum proficua fideicommiſſarijs, quòd multi ſunt caſus,quibus non detrahitur legitima,nec Trebellianica,quia non debetur ex multis,& varijs rationibus, quarum aliquas prout memorię ſuccurrerit,proferam primo circa legitimam,deinde circa Trebellianicam omittendo implere folia, cumulo allegationum concord.in articulis cõtrouerſis, at ſolùm moderniores allegando.

19 Legitima † itaque non detrahitur in illis caſibus in quibus ſuper ea validè poteſt onus imponi, & de quibus latè videndus eſt Gabr.Rom.de Commun. Opin.lib.6. tit.de legitima.concluſ.1.& in caſibus ſimiliter, in quibus dici poteſt legitimæ renuntiatum eſſe, de quibus idem eod.titu.concluſ.8.vt maximè fauore agnationis conſeruandæ, quando teſtator expreſſerit etiam legitimam debere reſtitui, & filius grauatus acceptauerit, aliàs quòd ſit inſtitutus in ſola legitima, vt per Gualden. de arte teſtan.tit.5.cau.31.num.5.Socin.Iun.conſil.122. num.9.lib.1.& magis quando prohibitio reſpectu legitimæ eſt facta ad certum tempus, ne bona alienentur, ſed perpetuò in familia remaneant,idem titu.8.cau.11. num.4.& Crot.in memor.in verſ.filius grauatus,verſus fi.etiam in caſibus limitatis per Iaſ.in l.quoniã in prioribus.C.de inoffic.teſtam.& Alexand.conſil.43.col.fin. Bero.conſil.146.colum.penult.nume.10.11.lib.2.Natt. conſil.528.

20 Et non detrahitur † legitimæ quãdo ab auo vel à patre facta ſubſtitutio filio vel nepoti pupillo,vt poſt mortem filij ſua bona perueniãt ad Petrum,& filius,vel nepos decedat in ætate pupillari,ſuccedentes ab inteſtato pupilli tenentur fideicommiſſario reſtituere fideicommiſſum, nulla retenta legitima pupilli, per l.ſi fundum per fideicommiſſum.de legat.1.& ibi Iaſ.Alexand.conſ. 12.colum.fin.lib.3.Pariſ. conſil.41. nume.45. lib.2.quia eis, qui ſic grauati ſunt,nulla debetur legitima, Clar.in §.teſtamentum.quæſt.72.verſicu.in ſecundo caſu, vbi tamen quòd iſti detraherent Trebellianicam, ſi non eſſet per teſtatorem prohibita, hoc ibi etiam intelligit, quando hæres pupilli vel pupillaris ſubſtitutus eſt in ſpecie grauatus fideicommiſſo, quando verò eſt ſimpliciter iniunctum fideicommiſſum,ibi in verſ.tertius eſt caſus latè diſcutiendo probat pręcedentem hanc opin.vti magis communem, vt valeat magis diſpoſitio fideicommiſſo potiùs in rem impoſito Gabriel Eugub.conſ.117. ſub num.31.33.

21 Item † de fideicommiſſo particulari non detrahitur legitima, nec Trebellianica de legitima, & quòd onus probandi non extaret vt alia bona incũbant volẽti detrahere legitimam plures concordan.& rationes allegando tenet Nat.conſi.199.nume.6.7.8.9.& ſequen.& conſil.228.nu.6.7.8.latè ſequitur Tob.Peruſi.conſi.16. nu.18.& ſeq.de Trebellianica dictum eſt ſuprà eod.lib. 5.ead.interpr.dub.1.ſol.2.verſ.& duodecimum.

22 Deinde verò † Trebellianica non deducitur. Primò quando in extraneis, vel liberis non primi gradus grauatis fideicommiſſo vniuerſali,eius deductio vel detractio,eſt prohibita expreſsè, vt valet prohibitio Bart.numer.3.Saly.ſub num.4.Fulg.num.5.in auth.ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc.eſt magis communis opin.Alexan. conſil.67.num.2.lib.1.communem & veriſſimam opin. dicit Aret.conſil.37.colum.penult.verſic.ad ſecundum dico,comprobat Dec.conſi.81.num.3.cumulando concord.firmandóque pro communi fatuum & temerarium eſſe iudicem, qui in practica auderet illam in dubium reuocare, dicit Clar.ſuo §.teſtamentum in q.62.
23 valet † autem hæc prohibitio Trebellianicæ facta in teſtamentis, non verò facta in codicillis, probat Bald. conſilio 474.ad euidentiam.in fin.lib.ſecundo.ſequitur Iaſ.conſil.99.colum. penult.ad fin.verſic.& multò minus libro quarto, ſequitur exiſtimando durum contra Bald. iudicare in hac limitatione, cùm non habeat contradicentem, & Curt.Iun.conſil.70.in fin. ſequitur & Alciat.conſil.113.nume.13.lib.9.& latè defendit in l.licet.ſub verſic.donationis.C.de pact. quicquid obiter in contrarium ponat Gabr.Rom.de Commun.
24 opin.libro quarto.concluſio.1.numero 9. † & facta per teſtatorem in primo gradu ſubſtitutionis porrigitur

ad

ad omnes inſtitutiones, in alijs ſubſtitutionum gradibus adiectas. Guid. Pap. in quæſt. 545. ſupra. & quæſtio. 592. vtrum prohibitio. idem non allega. Guid. Pap. probat Curt. Iun. conſ. 16. colum. penult. & fina. ad nume. 13. ſentit & Zanch. in §. cum ita. ſub num. 460. ad Treb. & Saly. in l. pen. ad fin. ver. & ex hoc addo vnum. C. ad Trebell. Hæc locum habent, ſi expreſſè facta ſit prohibitio Trebellianicæ, quaſi tacitè facta deprehēdatur, dicendū eſt ſi talia ſint per teſtatorem prolata verba, quibus eius mens cognoſcatur, & voluntas ſatis manifeſta, quòd hæres grauatus omninò faciat peruenire ad fideicommiſſarium bona integraliter, & ſine diminutione aliqua varia per Docto. ponunt exempla verborum teſtamentorum

25 † veluti ſi teſtator prohibeat ne ſua bona alienentur, ſed permanere debeant penes ſuos ſucceſſores, ſic videtur Falcidię & Trebellianicę prohibita deductio, Ang. Aret. de teſtam. glo. 89. ad fin. num. 4. Caſt. conſi. 64. licet plura colum. ſecunda, in fin. conſil. 262. circa primum. col. fin. ver. ſed quòd Trebellianica. lib. ſecundo. Ruin. conſ. 173. colum. fin. ver. ſecundo dicitur. lib. ſecundo. alios allegando probat & Pariſ. con. 46. n. 27. con. 93. n. 47. 48. lib. 2. con. 17. nu. 30. 31. lib. 3.

Per prohibitionem etiam ne filius poſſit facere teſtamentum ante 25. an. ſuæ ætatis dici prohibitam detractionem Trebellianicę tradit Caſtr. conſ. 445. circa primum. in princ. lib. 2.

Idem per verba integrè, & ſine diminutione, Corn. con. 303. col. pen. ver. eueniente. li. 1. vbi per æquipollentia verba. & Caſtr. conſil. 77. viſa facti narratione. col. 2. verſ. ad aliud. lib. 2.

Idem apparet de mente teſtatoris bona debere remanere penes deſcendentes maſculos in agnatione ſecundùm omnes cēſeri prohibitam detractionem Trebellianicæ, probat Alex. d. con. 143. ſub. nu. 3.

Idem per verba vniuerſalia totam, omnem, vel integram hæreditatem nulla detractione fienda Cur. Iun. d. conſ. 16. col. pen. nume. 12. vbi de communi opin. Idem Ang. Aret. tract. de teſtam. glo. 88. numero 2. & latiſſimè Corſ. tract. de Treb. §. 2. nu. 4. & ſeq. & Alex. conſi. 5. col. pen. nu. 10. lib. 3. & con. 201. col. 2. nu. 6. lib. 6. & Nat. con. 321. n. 7. & Pariſ. con. 9. nu. 9. 19. lib. 3. vbi de communi. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. n. 461. ad. Treb. Rol. à Val. con. 27. n. 34. & ſeq. lib. 4.

Et verba hæc, cadat ab hæred. habeatur pro non ſcripto, important Treb. prohibitionem Ruin. con. 47. col. fin. n. 18. lib. 2.

Idem ex his verbis ſine aliqua diminutione cenſeri prohibitam Treb. ponit Aymo con. 174. nu. 1.

Idem per verba pleno iure Trebellianicam dici prohibitam, & ſic eſſe commun. dicit Gui. Pap. in q. 537. dixi ſuprà ad fin. licèt contrarium teneat Capra conſi. 36. tamen alia opinio comprobatur, quia hæc verba pleno iure in teſtamentis prętēr proprietatem & vſumfructum intelliguntur cum omni integritate, & abſque diminutione vlla ſecundùm Anto. de Butr. conſil. 53. numero 2. & Alexan. conſil. 176. colum. ſecunda, ſub num. 5. lib. 7. & circa prædicta facit nouem concluſiones ſeparatas à prima vſque ad 9. Gabr. Roma. libro 4. titu. ad Treb. ita magis commun. defendit plenè Neuiz. conſil. ſecundo, & pro veriori & magis commun. ponit etiam Clar. dict. §. teſtamentum. quæſt. 62. & quòd eam ſemper ſequutus eſt, licèt contraria opi. æquior videatur ſibi, mihi nequaquam, quia contraria opinio vult non eſſe ſic prohibitam Trebellianicam, quæ cùm detrahatur contra voluntatem teſtatoris. cap. Raynutius. ad fin. de teſta. id ergo factum contra teſtatoris voluntatem impium & iniquum reputatur. l. contra. C. de teſtam. manu. cum ſimil. per Ang. con. 168. col. 2. in fin. ſecunda dub. ita hæc opinio, quæ verior & communior eſt, voluntati teſtatoris fauens, eſt etiam æquior, & tenenda per l. ſi pupillus & ibi Bar. & alij ff. ad l. Falc. & l. Æmilius. ver. quia tamen lex. commiſſaria & c. ff. de mino.

26 Liberis verò primi gradus † prohibitio Trebellianicę per teſtatorem facta, an valeat, notiſſima eſt Doct. altercatio & diſputatio, quam multi aſſerunt egere deciſione imperatoria iam plurimas ab vtraque parte, & diſtinguentes, & limitantes recollegi, ſed miſſos eos facio, & cogitans ſuper deciſione imperatoria, credo quòd eam propemodum habeamus per l. iubemus. in princ. C. ad Treb. vbi teſtator non poteſt iùbere, vt liberi primi gradus fideicommiſſo grauati imputent fructus in Trebellianicam, ſed eam habeant ex rebus hæreditarijs, ſicut habetur legitima. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inof. teſtam. ſicut ergo per teſtatorem non poteſt prohiberi legitima. §. primo. in aucten. de hæred. & Falcid. & §. aliud quoque capitulum. in auct. vt cum de appell. ita liberis primi gradus non poteſt prohiberi Trebellianica, vt æquior fauens liberis, & communis eſt ſententia atteſtata per modern. Socin. Iun. conſi. 131. nume. 58. ibi Pariſ. conſi. ſequen. nume. primo. ſubſcribendo idem Socin. Iun. & conſ. 137. num. ſeptimo, lib. primo. conſ. 112. in fi. lib. 3. conſil. 50. num. 18. lib. 4. Nat. conſil. 145. numer. 23. Pariſ. conſil. 30. num. decimoquinto. lib. 3. Roland. à Val. conſil. 12. num. 6. lib. primo, Cephal. conſilio 188. nume. 23. & Clar. dict. §. teſtamentum. q. 63. maximè quando hęreditas eſſet reſtituenda non deſcendenti, & Gabriel. Roman. de commun. opin. d. tit. ad Trebell. concluſ. 12. latiſſimè Neuiz. conſil. 1. colum. 3. diffuſiſſimè recenſendo, diſcutiendo dicta, & omnes ſcribentium in hac ſpecie ingenioſè & ſubtiliter ponderandóque, & enumerando auctores pro hac parte potiores, idem Phan. Lucen. de inuent. par. 7. numero 124. indiſtinctè cuique eſſet facienda reſtitutio, & recto iudicio perſiſtit, & reſidet in hac opinione negatiua veriori & communi Gab. Eugub. conſ. 93. & firmat conſilio 121. numero 52. etiam quòd filius ſimpliciter approbauerit teſtamentum paternum continens expreſſam prohibitionem Trebellianicæ, idem in conſilio 96. nume. ſecundo. & Bero. conſ. 93. num. 67. & ſequent. lib. ſecundo. in hoc tamen contrarium tenet Pariſ. conſil. 17. nume. 19. & ſequent. lib. maxime facta approbatione verbis prægnantibus, & iureiurando, Signoro. conſ. 80. num. 4. Pariſ. conſ. 27. num. 27. cum ſeq. lib. 2. Alex. conſ. 43. col. fin. & conſ. 73. num. 8. cum alijs ſupra alleg. in prima concl. verſ. quatenus tamen, ſed aduerte, vt valeat talis prohibitio Trebellianicę cenſetur facta liberis ſecundi gradus, Alex. conſil. 67. colum. 3. verſi. & maximè in caſu noſtro. lib. 1. Ruin. conſil. 147. colum. 2. num. 5. conſi. 149. nu. 7. lib. 2. Dec. conſ. 180. col. pen. num. 14 Tob. Peruſ. conſi. 32. in fin. & prædicta mihi quoque placent.

27 Secundo † Trebellianica non detrahitur ex fideicommiſſo vniuerſali, quod immediatè reſtituendum, vel diſpenſandum eſt ad pias cauſas per commun. Docto. ſententiam de conſuetudine ſeruatam, reiecta contraria concord. plene cumulatis atteſtatam per Gabr. Roma. dict. titu. ad Trebell. concl. 11. num. ſecundo. & Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ. priu. 27. & Burſat. conſil. 48. nume. 16. mediatè autem itidem non detrahitur, quando medius primus fideicommiſſarius purè, vel ad diem certam puta poſt mortem omninò extituram per l. hæres meus in princ. de condit. & demonſt. eſt grauatus ad reſtituendum ad pias cauſas, Bal. & Caſtr. in l. auia. §. Titio. eo. Crot. conſi. 269. num. 14. Aym. conſi. 137. colum. 2. nu. 13. quando vero medius fideicommiſſarius eſt grauatus ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, vt ſæpius videmus in teſtamentis plurib. deſcendētibus gradatim ſi deceſſerint ſine liberis grauatis, non ſuperſtite aliquo ex eis, ſubſtituitur monaſterium aliquod, ſeu aliqua eccleſia, tunc detrahitur Trebellianica medio fideicommiſſario grauato, etiam ad reſtituendum eccleſiæ, concedit Bal. conſil.



conſi. 407. in quæſt. quæ vertitur nu. 2. li. 1. Caſtr. conſil. 267. viuentibus vltra med. conſ. 321. viſis & pōderatis ad fi. lib. 2. clarè Rom. conſil. 206. licet de communi. in fin. comprobat Socin. conſi. 144. ſupra fin. lib. 1. Corn. conſ. 186. col. 7. li. 2. & loquēs in Falcidia Tiraq. d. tract. priui. 26. ver. ſed hoc vltimū in Trebellianica ſequitur Iaſ. in l. Marcellus. in princ. col. 8. in princ. ſub ver. amplia iſtā communem concluſionem. ad Trebel. firmat Franc. de Capit. Liſtæ Pata. conſi. 58. nu. 26. inter conſ. diuerſ. collect. per Martianes. Forliuien. probat per comm. & ſine onere cautionis Eman. Coſta in cap. ſi pater. ſua par. ſecunda. ver. Trebellianicæ num. 27. 28. 29. de teſtam. in 6. & Gabr. Rom. dict. conclu. 11. nu. 5. nam primus hæres videtur grauatus poſt omnes, & ex perſona eius eſt conſideranda Trebell. & Falcidia, & alienata interim notáter dicit Bald. in l. precibus. num. 50. C. de impube. & ali. ſubſtitut.

28 Tertio † fideicommiſſarius primus, qui alij grauatus eſt reſtituere, non detrahit Trebellianicā ſecundo fideicommiſſario per regulam. l. primæ. §. denique. ver. inde Neratius. ff. ad Trebel. tradunt Bal. in l. cum virum. ſub numer. 18. ver. item quia fideicommiſſarius. C. de fideicommiſſ. Caſtr. conſ. 404. videnda, colum. 2. conſi. 408. quia hîc occurrunt col. 2. verſic. 9. li. 1. Ruin. conſil. 169. colum. pen. ſub num. 3. li. 2. Bero. conſil. 67. in fin lib. ſecundo, Caſſane. conſil. 19. num. 41. eſt gloſſ. fin. ad fin. in l. ſancimus. C. ad Trebel. & ibi Salyc. Quæ regula patitur aliquas exceptiones, de quibus per text. glo. Bart. Alexand. in dict. §. denique. & ibi per ali. & Cyn. in l. prima, ad fin. commun. de legat. & Angel. in §. ſi vero. col. 3. ver. reſtat videre. in auth. de hæred. & Falc. ſex exceptiones illas non multum vſu euenire vidi, quia noſtram ſpeciem vniuerſalis fideicommiſſi non digrediendo tēdunt ad liberalitatem hæredis grauati erga primum fideicommiſſarium, & ipſis Trebellianicæ donationem, cuius materia nunc non eſt ita frequēs prout temporibus antiquis erat, vt verè exorditur Clar. in ſuo §. donatio. in princip. recept. ſentent. Nam demùm ſola exceptio eſt vbi conſtat primum hæredem voluiſſe vti liberalitate erga primum fideicommiſſarium dimittendo ei Trebellianicam in reſtitutione fideicommiſſi per text. in dict. §. inde Neratius. etſi ibi gloſſ. Barto. & communiter antiqui velint idem eſſe, ſi primus hæres ſcienter reſtituerit totam hæreditatem primo fideicommiſſario, & ſic in caſu dubio an voluerit donare Trebellianicam: tamen Cum. Caſtr. Iaſo. Ripa talem præſumptam donationem Trebellianicæ non admittunt, extante alia præſumptione, plenius voluntatem teſtatoris adimplendi, & hoc magis videri de mente iuris, dicit Ripa. in d. §. denique ante numerū 8. videtur tex. in l. ſi hæres ab eo. §. fina. ff. eo. ſequuntur Socin. Iun. in l. cum filiofam. in 3. par. num. 64. de legat. 1. & Marzar. conſ. 10. ver. illud etiam animaduertēdum: ergo præter exceptionem expreſſam in dict. ver. ſeu. §. inde Neratius. non minus tutius, quàm iuſtius, eſt ſtare dictæ regulæ, quòd primus fideicōmiſſarius non poſſit detrahere Trebellianicam 2. fideicōmiſſario, & ſi fuerit ſibi detracta, eo minus reſtituit ſecundo fideicōmiſſario, ne ipſe de duo damnum ſentiat. l. facta. §. ſi Titius ad Trebel.

29 Quarto detractio † Trebellianicę non fit ex fideicōmiſſo ſpeciali ſeu particulari certorum bonorum, quale ſit, ſupra demonſtraui ea. interpret. dubit. 1. ſolut. ſecunda, ibidem etiam verſus. fin. poſui hanc concluſionem, quòd ex eo non detrahitur Trebellianica per text. in l. mulier. §. fin. in fin. ff. ad Trebel. & ibi plures allegaui, & tenētes cōtra Cur. Iun. conſ. 160. & maxime Aym. conſ. 286. colum. 1. plene allegantem concord. & reſpondentem contra conſi. Curt. Iun. & ſic tenet Pariſ. conſil. 17. num. 26. & conſil. 52. num. & Caſſane. conſi. 19. nu. 41. ibi per me alleg. cum pluribus alijs, addo latiſſimè alleg. concordan. & reſpondentem Cur. Iun. & defendentem hanc eſſe commu. opin. Eman. Coſta. in c. ſi pater. in ſua ſecunda par. in ver. Trebellianicæ, nu. 14. & ſequ. de teſtamen. in 6.

30 Quintò † Trebellianicæ detractio dari non debet ex fideicommiſſo in pœnam hæredis omittentis committentis, non parētis inducto, & reſtituendo, modo quèm demonſtraui ſuprà ea. interpr. dubit. 1. ſolut. 12. verſic. octauo, vt reiecta opini. Imo. in l. paterfam. ad fin. ff. de hæred. inſtitu. bene probat Ruin. conſil. 47. colum. fi. & melius in conſilio 48. colum. fin. li. ſecundo, vbi refutat iura alleg. per Imol. comprobantur hæc Ruin. ſententia ex pluribus iuribus, & deciſ. alleg. per Pariſ. conſilio. 91. colum. penult. & in final. volentem intelligi priuatum omni cōmodo emolumento, & beneficio eum, qui non paruerit diſpoſitioni teſtatoris, & teneri ad reſtituendum omne illud, quod recipit ex bonis defuncti, etiam ſi eſſent fructus, & eſt tex. in l. facta. §. ſi vero turpis. ff. ad Trebell. vbi abſurdum reputatur dari alicui pluſquam teſtator dari voluerit, & in l. ſi patroni. §. ſed nec illud. ff. eo. vbi indignus eſt aliquid conſequi ex voluntate teſtatoris ille, qui voluntatem teſtatoris ſpreuit, clarius &

31 fortius per hunc tex. dict. §. ſed nec illud. probatur † paria eſſe, quem coactum adire, & quem derelinquere nō obedire, & non ſeruare volūtatem defuncti, ſed qui coactus adit, abſque dubio non detrahit Trebellianicam. l. quia poterat. & l. nam quòd, §. qui compulſus. ff. eo. neſcio videre, cur non idem dicendū ſit de ſpernente voluntatem defuncti in tantum, quòd alij hæreditatem reſtituere tenetur, ſicut etiā coactus adiens reſtituit. hanc rationem facit etiam Imo. in dict. l. paterfam. ad fin. ſed non probauit æquiparationem, vt ego feci per dictū §. ſed nec illud, nec ei ſufficienter reſpondit, vnde probo quod Ruin. tenet d. conſ. 48. col. fin. li. 2. probatq; idem Gab. Eugub. conſ. 184. num. 6.

32 Sexto † non detrahitur Trebellianica per eum qui non eſt inſtitutus ſui comtemplatione, ſed ſolius fideicommiſſarij cōtemplatione, & grauatus, l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. ff. de vſu. tradit Bald. in rub. in fi. C. de reuo. his quæ in frau. credi. & in l. poſt mortē, col. fin. nu. 7. C. de fideicommiſſ. & ibi Iaſo. ſub 1. not. comprobat, & dicit eſſe bene notādum pro limitatiōne totius tit. ff. & C. ad Trebel. & infert ad alium caſum, quòd

33 † non detrahitur Trebellianica etiam vbi reſtitutio fit ex contractu per l. quidam cum filium. ff. de hæred. inſti. adde vbi quoque quis non eſt grauatus vt hæres, ſed vt donatarius per Aymo conſ. 130. in fin. Bero. conſ. 93. nu. 45. lib. 2. & Gab. Eugub. conſi. 137. num. 39. item d. doct. Bald. in d. l. poſt mortem, num. 6. Dec. conſil. 495. ad fin. infert ad detractionem vel Trebellianicæ, non faciendam, etiam cùm fideicōmiſſum ſit factum fauore agnationis vt verba egregia Decij refert, & ſequitur Nat. conſ. 321. nu. 9. ſuper hoc tamen bona animaduerſione habita quando filius eſt inſtitutus à principio, potius gratia ſui & validitatis teſtamenti dicitur inſtitutus quàm gratia agnationis vel alterius rub. & to. tit. de liber. & poſthum. & inſtit. de exhæred. liber. & §. aliud quoque capitulum, cum ibi not. in auth. vt cum de appel. itaque inſpiciendum eſt quod principaliter agitur vul. iur. Addo quòd ex iſta ratione, quia voluit ſua bona remanere apud ſuos deſcendentes maſculos, Trebellianicam non eſſe detrahendam adducit Alexan. conſil. 143. num. 3. & Caſt. conſil. 54. licet plura, col. 2. vlterius aduerte quòd Pariſ. conſi. 27. num. 7. cum ſequen. li. 3. tētauit Trebellianicam non deduci hoc medio, quòd iure ciuili apertè non cauetur cùm detrahitur quarta legitimæ iure naturæ, poſſe detrahi aliam quartam Trebellianicam, & extante ſtatuto in loco quod in iudicando attendi debeat ius ciuile, quo ſtante ergo deductio Trebellianicæ ceſſat, vt ibi per eum, ſuper quo vide & cogita.

34 Septimò † Trebellianicæ detractio raro aut nunquã concedi deberet, & practicantes conniuentibus oculis ſiniunt pertranſire conceſſionem Trebellianicæ,& non animaduertunt ad id quod frequentiſſimè,& ſemper ferè accidit, quòd fideicommiſſarius facit poſitiones in proſequutione cauſæ, quòd bona petita fuerunt teſtatoris,& in eius hæreditate remanſerunt, & conſequenter fideicommiſſo petito ſubiecta exiſtũt, & his poſitionibus reſpondendo grauati hæres conuentus eas negat, eiſque poſtea veris probatis pro fideicommiſſario vtiq; ex illis bonis negatis pro negante Trebellianica detrahi non debet, quia per ſuam negationẽ ea priuatus eſt per l.hæreditatũ.§.fi.& l.beneficio.ff.ad l.Falcid. in terminis tradit Bar.in l.reſcriptum.& per text. ibi ad fin.ff.de his quib.vt indi.& l.fin.§. licentia.ad fi.vbi mãdat id menti tenẽdum eſſe.C.de iure deliber.& ibi Fulgo.idem firmat,quod notate, inquit, quia frequentiſſimè poterit vobis occurrere, & ibi Iaſo.colum.fin.verſ. tertio no.idem tenet quòd omnes ita ſequuntur, idem ponit in l.quæſtionem.quæ eſt fin.col.2.verſic. ſimile in hærede.C.de fideicommiſſ.& in l. ſicut autem.§. primo colum. ſecunda,in prin.ver. item hæres.ff.de re iudi.vbi ad plura ampliat contra negantem, & limitationes ponit, ita negans fideicommiſſum priuandus eſt commodo fideicommiſſi,& non poſſet reuocare talem negationem de libertate factã,& acceptam à parte probat Aymo conſil.255.colum. penult. & fin.ſiquidem hoc fideicommiſſario patrocinans bene inſpiciat, rarò aut nunquam erit Trebellianicæ deductio concedenda.

35 Octauo & vltimo † quando teſtamentum ſuſtinetur per ſolam clauſulam codicillarem, & venientes ab inteſtato ſint de illis,quibus debetur legitima, qui quidem grauati cenſentur,& purè, ideò non Trebellianicam, ſed legitimam tantùm reſtituendo fideicommiſſum detrahere debent concord. allegatis magis Commun.Opin. atteſtatur Alexand.conſil.26.colum.fin.ſub num.12.lib.primo,& conſ.143.colum.4.ver.ſed his non obſtantibus lib.2. ſimpliciter commun.firmat Dec. cõſilio 320.colum.2.num.4.& Aymo conſi.242.num.4.5. & conſi.295.colum.1. verſi.tertium dubium, Gualden. de arte teſtan.tit.3.cau.1. num.5. ſi verò grauati venientes ab inteſtato nõ ſint de illis, quibus debetur legitima tunc per clauſulam ipſam codicillarem grauati fideicõmiſſo poſſunt Trebellianicam detrahere, licet non ita declaretur,tamen ita debet intelligi hoc idem quod tradit Caſtr.in l.ex ea ſcriptura,nu.2.ff. de teſtam. ſequitur Pariſ.conſi.62.colum.3.num.17.lib.2.Niſi in teſtamẽto adſit clauſula prohibitiua Trebellianicæ,Bal.conſ.170. nu.4.li.5. Cum denique Trebellianica debeat detrahi, an id fiat ſolùm habita ratione eorum,quæ reſtituuntur, & ſic ſolutis legatis per hæredem grauatum ſecundùm Commun.Opin.& per Pancirol.Regien.conſ.98.num. 39.& vide Ruin.conſil.57.num.16.& ſequent.lib.ſecũdo.Gabr.Eugub.conſ.121.num.58.& Cephal.conſi.322. nu.10.11. & poſt poſitis legatis Alcia.conſi.178.Ioannes Franciſcus.lib.9. & plenè Aymo conſilio 16.per tot. & Anchar.Regien.in quæſt.6.parte prima non in Trebel. debita liberis primi gradus dummodò reſiduum bonorum ſufficiat ad legata,Alexan.conſ.157.nu.7.

Ex his omnibus vtiliter itaque habemus,quatenus legitimæ,& Trebell.cæterorumq; ſupra enarratorum detractio facienda ſit, reſiduum verò bonorum hæreditariorum certè ſcimus in reſtitutione fideicommiſſi venire,ſicque dubitationi huic quintæ impoſitũ eſſe finem.

## DVBIT. VI.

Sexta & vltima dubitatio, an duret fideicommiſſum nunc diſſoluenda ſupereſt,eam equidem his ſtatui quoque ſolutionibus explicare.

Prima neque fideicommiſſum durat, prout ſic conſtitutum apparet.

Secunda non durat poſtmodum fideicommiſſum defectu eius à quo debeat reſtitui.

Tertia eſt, quòd non durat defectu eius, cui reſtitui debeat.

Quarta fideicommiſſum ceſſat,quando conditio appoſita defecerit.

Quinta non durat fideicommiſſum, quando remiſſum eſt facto vel teſtatoris,vel fideicommiſſarij,vel temporis curſu.

### ¶SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum dicitur tanto tempore durare, quo illud exiſtat,adeò vt ſi firmatur in filio,quod ei.ſ.ſit reſtituendum,vltra filium non durat, & quare ibid.*

*Idem quando filius per teſtatorem prohibetur alienare bona quòd eius tunc appellatione non continetur nepos.*

2 *Fideicommiſſum comprehenſum ſub prohibitione alienationis extra familiam vel in perpetuum facta, non extẽditur vltra quartum gradum.*

3 *Fideicommiſſum poteſt durare in infinitum ſi vocati ad illud ſint per nomen hæredis,in re ſcilicet trãſitoria ad hæredes,& quare ibidem, maximè adiecta dictione, perpetuo,vel in perpetuum.*

*Idem quando ſunt vocati deſcendentes quorum nomen ad omnes in infinitum extenditur.*

*Idem ſi dictum fuerit volo conſeruari bona mea perpetuo in familia vſq; in infinitũ,extenderetur prohibitio. ibid.*

4 *Fideicommiſſum quando dicatur durare & an verum ſit quòd vſque ad centum annos.*

*Vel quoniam relictum eſt proximioribus de agnatione vel familia non excedat decimum gradum,& quando in infinitum dicatur durare: vnde maximè verba teſtatoris ſint apta importare infinitatem, & dic vt ibi de materia hac pulchrè,& de differentia quando vocat tranſuerſales ſuos proximiores vel propinquiores de agnatione, vel liberos ſuos & deſcendentes,quia primo caſu durat vſq; ad decimum gradum,ſecundò in infinitum vt & quãdo vocat per nomina demonſtratiua extenſionem vltra decimum gradum in infinitum,vt deſcendentes, poſteros, hæredes,cum dictionibus inperpetuum,perpetuo,ſemper & vt ibi clarè diſponitur.*

### SOLVTIO. I.

QVAMPRIMVM itaque aſpicitur extare fideicommiſſum inductum modis, quibus latiſſimè demonſtratum eſt ſup. ea.interpr. dubit. prima, per tot. poteſt quidem
1 illo primo aſpectu dici † fideicommiſſum durare: quatenùs verò id aſſerit, quatenùs apparet fideicommiſſum ipſum conceptum verbis deſignantibus ſucceſſiuum, & magis longum tempus, quo illud exiſtat, vt ſi fideicommiſſum firmatur in filio, quòd filio.ſ. reſtituendum ſit, vt vltra filium nõn durat, quia vti onus,& materia odioſa non tranſgreditur perſonam filij.Idem eſt dicendum, quando filius prohibetur per teſtatorem validè alienare bona,quòd filij appellatione non continetur nepos,dixi alibi,& hoc in loco etiã non extraneo repetam,per plur.concor.probat Dec. conſil. 95.colum.5.verſic.quarto & vltimo.conſil. 218. colum. 5.num.12.conſil.287.numer.ſecundo. verſicul.non obſtat ſucceſſiuè,conſil.511. colum.penul. verſicul. quarto ad idem.Pariſ.conſi.31.num.16.conſilio 87.numero.23. conſil.89.num.22.lib.ſecundo.defendit & Ripa in §.diui num.107.eſt receptiſſima ſententia ibi Alcia. numer. 38.allegãt conſ.Caſtr.qui hoc dicit,conſil.87.ne improprijs vtamur vocabulis.num.3.lib.ſecundo,& gloſſ.in §.





2 nos igitur,in auth.de reſti.fideicommiſſ.Per quam † fideicommiſſum comprehenſum ſub prohibitione alienationis extra familiam, vel in perpetuum facta non extendi vltra quartum gradum, not. Iaſ.in l.voluntas. colum.ſecunda,verſic.ſecundo notabilis fallentia.C.de fideicommiſſ.eſſe commun.ſententiam dicit Couar. in c.5.ſub.num 4.verſi.ſecundum,lib.3.vari.reſolut. & hæc per text.etiã in d.§.nos igitur.refert Alciat.d.§.diui. nu. 42.plenè Pariſ.conſil.39.nu.1.& ſeq.lib.3.

3 Verum ſi vocati † ad fideicommiſſum ſunt per nomẽ hæredes,vt ſubſtituit,vel perueniat ad hæredes Ioannis,in re tranſitoria ad hæredes,ſicut intelligitur de quocunque hærede in infinitum,ita fideicommiſſum poteſt durare in infinitum,per l.ſciendũ.de verb.ſignific.Alex. conſil.36.col.3.nu.4.lib.3.Dec.conſi.516.nu.16.maximè adiecta dictione, perpetuo,vel in perpetuum,Dec.ibidem,nu.15, ſic cogimur dicere,teſtatorem voluiſſe perpetuum fideicommiſſum inducere,Pariſ.conſ. 1. nu. 22. lib. 3. & extendi vltra quartum gradum,idem conſil. 53. num.21.eo.Ruin.conſ.124.nu.2.lib.2. vbi id procedere etiam dicit,quando ſunt vocati deſcendentes, quorum nomen ad omnes in infinitum extenditur,per l. fina. C. de ſui.& legiti.hæred.idem ſi dictum fuerit,Volo conſeruari bona mea perpetuo in familia vſq; in infinitum extenderetur prohibitio, & ſic cauſa inducens fideicommiſſum,Ripa d.§.diui.nu.112.latè Couar.d.c.5.ſub num. 4.Port.Imol.conſil.6.num.13.24.

Circa hæc dicta videtur oriri difficultas ex eo quod adducit Dec.conſil.378.col.fin.verſic.quarto & vltimo
4 prohibitionem,&† ſic fideicommiſſum ex ea inductum non durare vltra centum annos, comprobare nititur Cephal.conſi.268.num.25.26.ex eo etiam quòd Dec. conſ.321.colum.2.num 4. 5.dicit fideicommiſſum relictum proximioribus de agnatione, vel familia non excedere decimum gradum,ſequitur Pariſ.conſil.51.num. 8.lib.2.

Sed ad id breuiter declarãdo reſpõdetur, quòd Dec. in eo quòd dicit de cẽtum annis durare prohibitionem ſe fundat in doctr.Bartol.in l.annua.§.fina.& in l.fin. de an.leg.& in l.ſi vſusfructus.de vſufruct. leg. loquẽtes in annuo legato facto ciuitati,vel eccleſiæ quòd non excedat centum annos,prout excedit vſusfructus, præter id quòd congruis iuribus & auctor.hanc impugnat Doct. in ſuis terminis Couar.lib.3.vari.reſolut.cap. 9. nume. decimo,vſque ad fin.in dicto & in ratione, annum, vel vſusfructus legatum quãtum diſtat à fideicommiſſo ſui conſtitutione à principio apto durare in perpetuum ex ſe patet in demonſtrandis diuerſitatibus huiuſmodi,aliter ideo tempus non conteram, ſic & allegat vt videri poſſunt per Cephal. dicto conſil. 268.num.25.26. loquuntur in legato annuo, vel vſusfructus, & in fideicõmiſſo,quando duraturum eſt ad quartum gradum, quæ inde non procedunt,quando inſint verba inſerta oſtendentia infinitatem,vel perpetuitatem temporis, vt per Dec.conſil.481.colum 2.num 9.Cur.Iun.conſil.88. col. 1.num.2.Ruin.conſi.124. colum.2.num.2. Grat. conſil. 133. nume.2.libro 2.Crot. conſil.48.nume.30. cum ſequent.vbi quando verba teſtatoris ſunt apta importare infinitatem,tunc admittitur infinitas per l.in annalibus. C.de lega.hoc enim eſſe permiſſum teſtatori,cùm prohibitum nõ reperiatur,nemo inficiabitur.l.cetera in princip.de legat.1.cum ſimil.per Aym.conſ.174.nu.5.

Illud autem de fideicommiſſo non excedente decimum gradum,ſic intelligendum, temperandumq; exiſtimo: aut enim teſtator ſimpliciter vocat ad fideicommiſſum tranſuerſales ſuos proximiores, vel propinquiores de agnatione, quoniam his teſtator vtitur vocabulis,quibus iura vtuntur circa ſucceſſiones ab inteſtato, vt l.ſecunda,per to.ff.de ſu,& legi.hæred.§ primo, inſtit. de legit.agn.ſucceſ.cum vulg.iámque dictum eſt verba teſtatoris interpretari ſecundùm verba legis ab inteſtato Aret.conſ.145.ſupra fin.verſ.ſicut ergo Cor.conſ.37. col.2.verſ.ac etiam libro primo.cum in fin. ſimil.ideò fideicommiſſi admiſſionem,ſic congruum videtur agnatos durare vſque ad decimũ gradũ,ſicut ab inteſtato ſucceſſiuo inter eos durat.vt §.fin.& ibi gloſſ.fin.Angel.Aret.& alij,Inſtit.de ſucceſſ.cognat.ita hoc caſu bene cõprobat Dec.d.conſil.321.colum.2.nu.4.5.Pariſ.d. conſi. 51.nume. 8.lib.2. pro pulchra & not.deciſ.firmat Tiraq. de retrac.tit.primo.gloſſ.nona,nu.224.& Alci.conſ.72. num.4.lib.9.& Couar.d.c.5.nume.3.il.ſecundo,verſicu. quinto hinc lib.3.vari.reſolu.pag.771.Aut teſtator ad fideicommiſſum vocat ſuos liberos & deſcendentes,quia eorum linea tendit in infinitum, vt not.per gloſ.& doctor.& præcipuè Bald.nume.decimo ſeptimo, in l. fin. C.vnde legi.ideò inter iſtos ita debet durare fideicommiſſum in infinitum,ſentit Cur.ſeni.conſi.43.ſub num. 36.verſic.ad tertium.Roland.à Val.conſ. 70.num.21. & ſeq.lib.3.

Aut teſtator vocat ad fideicommiſſum per nomina quæ demonſtrant extenſionem vltra decimum gradum in infinitum, vt deſcendentes,poſteros.Nat.conſi.437. num.1.2.Celſ.Hug.conſi.20.num. 39. vt hæredes Alex. conſ.56.ſub nu.1.dictionibus apppoſitis his,inperpetuũ, Goz.conſ.202.nu.5.6.Cephal.conſi.114. nu. fin. perpetuo; Ruin.conſ.108.nu.decimotertio,lib.2.Pariſ.conſil. ſexageſimotertio, num.decimotertio,lib.ſecundo,ſemper Alexand.conſi.23.colum.1.num.ſecundo,lib.ſecundo, Boër.deciſio.158.continuo vſque in infinitum Alexand. conſil. 23. numero decimo ſeptimo. libro primo. Ruin.conſil.134.num.9.Pariſ.conſil.vigeſimo ſecundo, nume.38. lib. 3. vt & alijs ſignis,& modis pleniſſimè demonſtraui ſupra ea.interpre.dubit.prima.ſolut.9. & 10. quibus apparet teſtatorem voluiſſe extendere fideicommiſſum ad vlteriores in perpetuum, tunc ideo tale eſt fideicommiſſum, quòd vltra decimum gradum duret perpetuo vt in alleg.locis Docto.dicunt,& Gualden. de arte teſtan.titul.8.cau.ſecunda,num.ſecundo,& ſequen. Marz. de fideicommiſſ.quæſt.8.par.ſecunda,accedente text.in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.in fin.de leg. ſecundo,ibi niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.tradit & Alben.conſi.54. num. ſecundo.niſi aliqua ex infraſcriptis ſoluti. extinctum dici queat.

### ¶SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non durat ſed euaneſcit & extinguitur quando hæres grauatus decedit ante aditionem hæreditatis vel coactionem.*

*Idem ſi hæres hæredis non adierit hæreditatem hæredis quia non poteſt etiam cogi ad adeundam hæreditatem aliam, & reſtituendam,quæ veniret fideicommiſſario reſtituenda,& vide fallentiam de hoc vt ibi.*

2 *Fideicommiſſum dicitur extinctum & non durare vbi non appareat à quo ſit reſtituendum,& vide pulchrum exẽplum facti ſpecie circa hanc materiam,vt ibi latè & pulchrè,cum ſeq.nu.*

3 *Verba regulariter intelligi debẽt de perſona habili ad actũ diſpoſitioni ſubiectum.*

4 *Monachus de iure non poteſt habere filios legitimos & naturales,non poteſt adoptare cum ſit ipſe in aliena poteſtate,nec facere teſtamentum.*

5 *Priuatio præſupponit habitum,& vt vbi non datur habitus, minus inde priuatio ſequi poteſt.*

6 *Specialis expreſſaq; prouiſio derogat & præfertur omni alij generali & tacitæ.*

7 *Fideicommiſſum relictum Monacho in vita tantùm & ſic ad tempus datum valet.*

8 *Fideicommiſſum impoſitum alicui grauato perſonam eius non egreditur, & ab vno relictum & præſtandum, eo ſic onerato deficiente quoad omnes alios extinctum dicitur.*

9 *Fideicommiſſum reſtituendum familiæ, agnatis, deſcen-
dentibus, proximioribus de domo, vel agnatione ſemel
peruentum ad proximiorem ex iſtis amplius non durat &
extinctũ eſt defectu eius à quo debet reſtitui, quia fidei-
commiſſarius iſte ſemel admiſſus alio non conſtito de vo-
luntate teſtatoris, non tenetur illud reſtituere alijs de
agnatione ſequentibus.*

## ¶ SOLVTIO II.

VERVM poſtmodum fideicommiſſum non
durat, quia tunc euaneſcit & extinguitur,
quãdo hæres grauatus decedit ante aditio-
nem hæreditatis, vel coactionem per text.
in l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.in fin. ff.ad Trebel.&
ibi not.Bart.num.2.Rom.num.6.Imo.num.5. Alexand.
ſub num.7.ſuper eo quando finiatur compendioſa po-
nit Franch.in cap.1.colum.51.ad fin.verſ.circa 7.& vlti-
mum principale.de teſtam.in 6.Idem ſi hæres hæredis
non adierit hæreditatem hæredis,non poteſt etiam cogi
ad adeundam & reſtituendam hæreditatem aliam, quæ
veniret reſtituenda fideicommiſſario,vt ibi ad fin.limi-
tando dictum Bar.tradit Caſtr.& Alex.ſequitur, ſed hoc
recipere fallentiam in caſibus ibi animaduertunt Rom.
& Imo.quib. non requiritur aditio hæreditatis, & de
quib.per glo.in l.eam quam.C.de fideicommiſ.& ibi la-
tè Iaſ.in col.6.
1 Vbi enim non apparet à quo † fideicommiſſum ſit
reſtituendum,vt requiritur per l.facta.§.ſi hoc res.l.epi-
ſtola.in princ.l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Trebel.& l.
illud.in princi.de iure Codicil.cum ſimil.quippè dicen-
2 dum eſt † fideicommiſſum extinctum & non durare.d.
§.ſi de teſtamento.in fin.& l.non iuſtam.C.ad Trebel.
ibi, à quo tibi nominatim non fuerat fideicommiſſum
relictum ex hac ratione reſpondi in facti ſpecie huiuſ-
modi,quidam inſtituit filium hæredem vniuerſalem, &
ei ſubſtituit quoſcunque filios maſculos legitimos, &
naturales, & eidem filio decedenti ſine filijs ſubſtituit
alium filium Monachum domi licitè degẽtem, & in ſua
vita tantum expreſſa prohibitione appoſita,quòd ſuæ re
ligioni nullum ius acquiratur, linea autẽ maſculina eius
hæredũ quandocunque deficiente,voluit teſtator,quòd
vltimus dictorum ſuorum hæredum qui careret filijs ma
ſculis,legitimis, & naturalibus, poſſit arrogare, vel ſibi
adoptare aliquem in filium, qui ſuccedere poſſit in hæ-
reditate ipſius teſtatoris,& d.linea maſculina deficeret,
& ſi dictus vltimus decedens nullum adoptauerit & in-
teſtatus decederet,tunc & eo caſu reliquit bona ſua di-
ſpenſanda per quandam fraternitatem,mortuo filio hæ-
rede ſine filijs,Monachus ſubſtitutus ſucceſſit, & toto
ſuæ vitæ tempore poſſedit bona hæreditaria, eo quidem
mortuo.quæſtio orta eſt inter ſororem primi hæredis in-
ſtituti prætendentem ſe vt hæredem ab inteſtato ſui fra-
tris debere obtinere dicta bona,& dictam confraterni-
tatem prætendentem ſe vocatum ad fideicommiſſũ ex
dicta vltima ſubſtitutione ob defectam lineam & vlti-
mum non adoptantem,& mortuum inteſtatum,conſul-
tus reſpondi pro ſorore hærede fratris ab inteſtato, &
hac ipſa ratione,quia fideicommiſſum reſtituendũ con-
fraternitati non duraret, & non extaret defectu eius, à
quo reſtituendum foret, cùm de linea maſculina defi-
ciente,& de vltimo decedente ſine filijs legitimis, & na
turalib.& non adoptante,& inteſtato moriente, cui tan
tum cõfraternitas erat ſubſtituta neceſſariò teſtator in-
tellexerit de filio laico,habili ad procreandum filios le-
gitimos & naturales, & de ſuis deſcẽdentibus,habilibus
ad ſic habendum filios legitimos & naturales, & ad ado
3 ptandum, & ad teſtand.prout † verba regulariter intel-
ligi debent,de perſona habiti ad actũ diſpoſitioni ſubie-
ctum & ordinatum vulg.l.vt gradatim.§.& ſi lege.ff.de
mune.& hon.vulg.l.2.§.pretor.qui ſatiſd.cogan.iuncta
ibi gloſſ.fi.& plene not.per Iaſ.& Soc.& Dec.in cap.in
preſentia.ſub num.48.de probat.per l.qui teſtamento.
in princip.ff.de teſtam.cap.quia diligentia, de elect.c.1.
de eta.& qualit.& l.furioſum.in fin.C.qui teſta.fac.poſ.
4 cum ſimil.†non verò de filio monacho,qui de iure non
poteſt habere filios legitimos & naturales, nec poteſt
adoptare, cùm ipſe ſit in poteſtate aliena.Alber.in §.
minorem,num.19.inſtit.eo.nec poteſt facere teſtamen-
tum.c.quia ingredientibus 19.q.vlt.auth.ingreſſi.C.de
5 ſacroſan.eccleſ. † & vbi non datur habitus, minus inde
priuatio ſequi poteſt,quia priuatio preſupponit habitũ.
l.decem.& ibi not.doct.maximè Iaſo.de verb.oblig.ta-
leq; videtur teſtatoris cogitatum.l.cum heres.de liber.
legat.& l.3.§.conditio,in fin.& l.legatum nulli.de adim.
legat.& l.1.in princip.ff.de ſuis & legit.hered.vbi inteſta
tus propriè dicitur, qui potuit facere teſtamentum, &
non fecit, à proprietate verborum teſtatoris alio non
conſtito diſcedi non debet.l.non aliter.in princip.de
legat.3.nec poteſt intelligi vltimus de linea maſculina
heredum teſtatoris aſcriptus,quia de linea maſculina he
redum primò dicitur maſculus natus ex heredibus tra-
dit Caſtr.in l.maritus.ad fin.C.de procurat.& ibi Iaſ.ſe-
quitur in 2.colum.& Alexand.in l.Gallus.§.nunc.ff.de
liber.& poſthum.colum.fin.de liber.& poſthum.& ibi
Socin.nume.4.& Ruin.nume.8. atteſtando de commu-
ni, idem conſil.4.num.2.lib.3.& Pariſ.conſi.74.num.2.
lib.3.vnde fit concluſio firmiſſima à monacho ſubſtitu-
to non vltimo de linea maſculina heredum,& qui poſſit
dici non adoptans,& inteſtatus decedens, profectò da-
tum non poſſe intelligi fideicommiſſum dicte confra-
ternitati, quoniam etiam cui verba teſtatoris actiuè,
vel paſſiuè non conueniunt, nec eius diſpoſitio ſimi-
liter poteſt conuenire, per l.ita autem.in princip.ff.de
adminiſtrat.tuto.& l.4.§.toties.de damn.infect.& cap.
ad noſtram, il 3.de iureiur.dicit Alexand.conſil.213.nu.
8.verſic.preterea dicta diſpoſitio.lib.6.etiam quòd alia
preſumptio ſit apud nos de voluntate teſtatoris, dicit
Caſtr.conſil.152.preſens dubium. ad fin.verſicu.prete-
ea quando verba.lib.primo, per l.in ambiguo.in ſi.
de rebus dubijs.& l. ſi alij. de vſufruct. legat. ſequitur
Alexand.conſil.139.colum.2.ſub nume.5.verſicu.vnde
ſatis, lib.6.
Nec autem à dicto filio laico hærede inſtituto po-
teſt dici fideicommiſſum datum confraternitati, quia
ab eo decedente ſine filijs fideicommiſſum eſt relictum
6 dicto filio monacho in ſua vita tantùm hæc, enim † ſpe-
cialis & expreſſa prouiſio derogat, & præfertur omni
alij generali & tacitæ.l.cohæredi.§.qui patrem. l. cum
ex filio.§.primo.de vulgar.& pupil.Ruin.conſ.101.colũ.
7 2.ſub num.5.lib.ſecundo † fideicommiſſum relictũ mo-
nacho in vita tantùm,& ſic ad tempus datum valet Bal.
& Ang.in princ.& Imo.in ſi.in l. hæreditas.ff.de hered.
inſt. Caſtr.conſil.355.ad primum.ſub num.3. lib.2. Barb.
conſil.55.colum.4.ſub verſ.& ſi quiſpiam opponat lib.
2. Alcia. conſil. 208. num. ſecundo,lib.9.mortuo poſt-
modùm tali fideicommiſſario, ad vitam teſtator nihil
dicens ad quem reuertatur relictum poſt mortem fi-
deicommiſſarij huius, videtur velle quòd reuertatur
ad heredem primi heredis grauati, & ſic ad dictam ſo-
rorem,non habito reſpectu ad perſonam,ſed ad ius he-
reditarium per l. Titia.l .21. §. fin.& ibi expreſsè Bart.
num.4.de leg.2.& l.fin.& ibi Caſtr.circa prin.C. de leg.
tradit & conſil.225.pro euidentia,columna 2. ſub verſi.
ſed illud vis.lib.ſecundo,Dec.conſil.597.num.4. Pariſ.
conſil.21.nu.44.& ſeq.conſil.97.num.5.6.lib.2.Alexãd.
conſ.173.colum.fin.verſ.non obſtant notata.lib.5.& cla
re Barb. d. conſ.55.colum.2.& ſequent.volum.2.Socin.
conſilio 102. colum. penultim. ſub numero 14. lib.3.
& alibi dixi ſup.itaque hoc † caſu teſtatore expreſsè diſ-
ponente



ponente ab aſcendentibus dicti primi hæredis, ab vlti-
mo. ſ. non adoptante & inteſtato moriente fideicom-
miſſum eſſe reſtituendum dictæ confraternitati, & ali-
quibus dicti hæredis deſcendentibus non natis fidei-
commiſſum ipſum non durare, quinimò eius caſum
non eueniſſe firmarunt Ruin. conſil. 4. colum.1. & ſeq.
lib.3.& conſil.175.ſub num. 3. 4. & 5. lib. ſecundo, Pa-
riſ.d.conſi.74.colum. 1.libr. 3. & Alciat. conſil.46.libr.
8 9.vt alibi plenius demõſtraui. † fideicommiſſum enim
impoſitum alicui grauato perſonam eius non egredi-
tur,probat Pariſ. conſ. 89. num. ſecundo.lib.ſecundo,
conſi.63.num.5.lib.3.Io.Mar. Riminal.conſi. 326. num.
37.38. text. eſt in l. Titia.in princ.de an.legat. vbi fidei-
commiſſum ab vno relictum,& præſtandum,eo ſic one-
rato deficiente quoad omnes alios extinctum dicitur,&
ibi Bart.& pro hac ſententia optimè facit Anch. conſil.
266.iſte magiſter.ad fi.Socin.Iun.conſil.180. 45. & ſeq.
libr.2.
9 Fideicommiſſum † quoque reſtituendum familiæ,
agnatis,deſcendentibus, proximioribus, de domo vel
agnatione ſemel peruentum ad proximiorem ex iſtis
amplius non durat, & extinctum eſt defectu eius, à quo
debeat reſtitui,qui fideicommiſſarius iſte ſemel admiſ-
ſus alio non conſtito de voluntate teſtatoris non tene-
tur illud reſtituere alijs de agnatione ſequentibus per
doctr.Cuma.in l.cum ita.§. in fideicommiſſo. de legat.
ſecundo.alibi dixi ante, & repeto, probaui conſil. 203.
num.31. lib.1.per Dec.Ruin.Alciat. Alexand. Pariſ. re-
latos per Menoch.conſil. 85. num. 54. ad num. 67. per
Ceph.conſi.88. nu.34.conſi.269.nu.16.Angus. Placen-
ti.conſ.38. & conſ. 80. in mater. vlt. volunt.Crot. conſ.
65.nu.16.Aym.conſi.180.colum.fin. Celſ. Hugo. conſ.
120.nu.29.& 30.& propriùs in conſ.68.nu.7.vſq; ad fin.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non durat, ſed extinguitur vbi deſit cui re
ſtitui debeat multipliciter contingere poteſt.
Vt quando familiæ reſtituendum agnatis vel maſculis &
ille de linea maſculina, tunc ſi nullus de linea maſculina
reperiatur, extinguitur fideicommiſſum, & grauatus vl-
timus decedens adhibitum poterit diſponere de eo vel in
vita.
Idem ſi dictum fuerit in teſtamento quòd omnibus deceden-
tibus ſecundùm iuris diſpoſitionem ſucceßio habeatur &
fiat, quòd vltimus eſt liber tunc à fideicommiſſo & de bo
nis poteſt teſtari prout ſibi placeret. ibi.*
2 *Fideicommiſſum expirat morte fideicommiſſarij vocati ante
mortem hæredis grauati, & efficitur quaſi caducum, &
remanet apud grauatum potius quàm tranſmittatur ad
filium hæredem teſtatoris vel fideicommiſſarij.
Idem expirat ſi interim fideicommißarius efficeretur inca-
pax, vt bannitus, vel monachus ordinum minorum, &
quibus alijs modis fideicommiſſum infirmatur, vide ibi.*
3 *Fideicommiſſum an valeat vel deficiat, inſpicitur tantùm
perſona cui relinquitur.*
4 *Fideicommiſſum finitur quando ſunt vocati proximiores,
cum admittitur proximior in gradu eo admiſſo & defi-
ciente, & dic vt vbi.*
5 *Fideicommiſſum morte fideicommiſſarij ante mortem hæ-
redis grauati non expirat, ſed tranſmittitur ad hæredem
fideicommiſſarij ſi moriatur fideicommiſſarius viuente
hærede grauato, ante tamen aditam hæreditatem.*
6 *Fideicommiſſum expirat quando locus cui debet præſta-
ri, vt Eccleſiæ ædificandæ alienatur, vel aliter po-
teſt apparere de voluntate teſtatoris quòd amplius ec-
cleſia non debeat, vel non poßit in loco determinato ædi-
ficari.*
7 *Fideicommiſſum ita demum extinctum remanet vel cadu-
cum, penes inquam remanet grauatum vbi fideicommiſ-
ſario coniunctus vel alius ſubſtitutus per teſtatorem da-
tus non ſit, quia ſi alius vt ſupra adeſſet, illi eſſet reſti-
tuẽdum, & quando hoc procedat, ibid. & de caducitate
diuerſarum ſubſtitutionum vide materiam, ibid.*

## ¶ SOLVTIO III.

DIXIMVS fideicõmiſſum non durare, vbi
deficit is à quo dari debeat, nũc eadem ra-
1 tione vbi deſit cui debeat reſtitui † fidei-
commiſſum ipſum non durare dicendum
eſt, id quidem multipliciter contingere poteſt. Nam
quando fideicommiſſum eſt reſtituendum familiæ, ag-
natis,vel maſculis,& illis de linea,ſi nullus agnatus,ma-
ſculus,vel de familia, & linea maſculina reperiatur,tũc
ſanè fideicommiſſum non durat, & non extat, vltimus
autem grauatus decedẽs vel in vita poteſt de eo diſpo-
nere,vt ſibi placet.l. qui ſolidum. §.prædium. de legat.
2. cum concord. ibi ſignatis in glo. comprobant Bald.
conſi.339.quæritur vtrum de linea,num.3.li.3.Iaſ. conſ.
164.colum.3.lib.4.Caſtr. conſil.453.de eo quod 1.loco.
verſic.quantum ad ſecundum,li.1.Dec.conſil. 584. col.
fin.Val.conſ.25.nu.19.li.1.Albe.conſi.29.num. 21. Nat.
conſil.187.num.4.conſilio 191.num.4.Cephal. conſilio
221. nu. decimono. Idem ſi dictum fuerit in teſtamen-
to,quòd omnibus decedentibus ſecundùm iuris com-
munis diſpoſitionem ſucceſſio habeatur & fiat, quòd
tamen vltimus liber eſt à fideicommiſſo & poteſt de bo
nis teſtari & diſponere prout ſibi placet, ita reſpondit
Ang.conſilio 377.ſaluo ſaniori. & conſilio trigeſimo 2.
B. filijs.
2 Et quãdo † fideicommiſſarius vocatus poſt mortem
hæredis,vel alterius grauati, moritur viuente hærede,
vel grauato, nempe fideicommiſſum tunc expirat, &
efficitur quaſi caducum,& apud grauatum remanet po-
tius,quàm ad filium hæredem teſtatoris, vel fideicom-
miſſarij tranſmittatur,vt l.Iulianus. de l.2.l.ſed ſi plures.
in princip.de vulg.& pupill.l.totiens.in fin.ff.de acquir.
hær.gloſſ.& Doct.in l.1.C.de his quæ an.aper.tab.& in l.
ſi in perſonam.C.de fideicommiſſ.tradit Iaſo. conſ. 72.
colum.ſecunda.ver.moueor imprimis.li.3. & Franch. in
cap. ſi pater colum.51.ad fi.ver.circa 7.& vltim. princi-
pale.de teſtam. in 6.Socin. conſil.7. num.ſecundo,libr.
quarto,Pariſ.conſi.63. num. 4.lib.tertio,Cephal. conſi.
390.num.61. 62.Alcia.conſi.117.nu.lib.9. Burſat. conſ.
primo, nume.3. Nat.conſi.551.num.32. Crot. conſi.365.
num.14.
Idem eſt ſi fideicommiſſarius interim efficeretur in-
capax, vt bannitus, vel monachus ordinum minorum.
l.in fraudem.§. primo.ff. de his quib. vt ind. Pariſ. dict.
conſil.63.num.17.facit & l. intercidit. de condit. & de-
monſt. & morte & quibuſdam alijs modis,quibus fidei-
commiſſum finitur, vide per Sebaſt. Medi. ſuo tract.
3 mors omnia ſoluit,par.ſecunda, concluſ. 44. † An au-
tem fideicommiſſum valeat, vel deficiat,inſpicitur tan-
tùm perſona, cui relinquitur, dicit gloſſ. mag. in l. co-
4 dicillis. in princip. de legat. 3. † item quando vltimo
ſunt vocati proximiores, quia, hoc nomen eſt collecti-
uum plurium graduum, nec in ſe continet tractum in
futurum, ſed admittit illum qui eſt proximior in gra-
du, quo igitur admiſſo,& eo deficiente,finitum eſſe fi-
deicommiſſum per plures colum. probat Tiber.Decia.
conſil.10. numer.13.& ſequent. lib. 3. hoc enim nomen
proximior præter Tiber.Decian. non eſſe collectiuum,
alibi probari ante ea. interpretat. dubita. 4. ſub ver.7.
quæro,
5 Si autem moreretur † viuente hærede grauato, ante
tamen aditam hæreditatem fideicõmiſſum non defice-
ret, ſed tranſmitteretur ad hæredem fideicommiſſarij
per l.cogi.§.idem Metianus.tenet Barto.in l. cum filio-

 fam.

fam. ſub num.13.de legat.1.& eſt commun opin. ibi per Socin.Iun. in quæſt.nu.59.in fideicommiſſo puro, vel in idem certum relicto intelligit Bald. in dict.l.ſi in perſonam. nu.2.& ita per Zanch.in repet.§. cum ita nu. 160. 163.ad Trebell. Odd. Peruſi.de compendioſa part.6.& vlt.q.1.art.2.

6 Idem quoque eſt, quod † fideicommiſſum expirat, quando locus cui debet præſtari, puta eccleſiæ ædificãdæ, alienatur, vel aliter apparere poteſt de volũtate teſtatoris, quòd amplius Eccleſia non debeat, vel non poſſit in loco determinato ædificari, plenè diſcutiendo ex facto reſpondit Soci.Iun.conſil.162. per tot.lib.2.

7 Fideicommiſſum † tunc ita extinctum vel caducum remanere debet penes grauatum, vbi fideicommiſſario coniunctus, vel ſubſtitutus per teſtatorem datus non ſit, per tex. in l. prima.§. pro ſecundo. & §.ſi autem aliquid.de caduc. tollen. quia tunc vbi adſit alius ſubſtitutus vel coniunctus, remanere dicitur cum onere dandi coniuncto, vel reſtituendi ſecundo fideicommiſſario præferendo quidem coniuncto, tradit Bart. in l. quandiu.in fin.ff.de acquir.hæred.& ibi alibi communiter ſequuntur, vt per Deci.conſil.238.colum.ſecunda, ſub nu. 2.Caſtr. conſi.422.videtur quòd filij.col.2. ver. in contrarium.lib.2. Aym. conſil. 295.colum.1. Iaſ.conſi.148. colum.3.verſi.7.& colum.ſequent.li.2.Ruin.conſi. 140. nu.10.lib.ſecundo, Socin. Iun.conſ.42.nu.17.conſi.90. nu.22.conſi.94.nu.35.conſi.10.in fin.lib.1.Guid.Pap.in q.550. hoc de plano procedit, quando prima ſubſtitutio deficiens eſt fideicommiſſaria, vt noſtra reſolutio præſupponit, circa verò coadiutorem diuerſarum ſubſtitutionum materiam examinare aſſumpſit Zanch. in §. cum ita, num.27.& ſequ.ad Trebell. & quãdo ſubſtitutus, vel fideicommiſſarius moritur in vita teſtatoris ſpecies ſubſtitutionum diſcurrendo, tradit Odd. di. par. 6.quæſtio.1. artic.1.fol.177.

¶SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non durat & extinctum dicitur quando ſit factum aut datum ſub conditione deficiente, vt ſi dictum ſit, Si filius meus deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo Titium, & ſi decedat cum filijs, deficit conditio, & ſic ceſſat fideicommiſſum, etiamſi non extiterint illi filij hæredes, vel vno filio ſuperſtite defecerit hæres, etiã fœmina non alia apparente voluntate teſtatoris, etiam procreata ex matrimonio contracto, etiamſi deceſſerit cum nepote ex filia procreato, etiam ſi modico tempore filius ſuperſtes ſuperuiueret, & de hac particula, Si deceſſerit ſine filijs, vide latiſſimè adducta.ibid.*

*Hócq; adeo verum eſt, vt nedum prima ſubſtitutio ceſſat defectu cõditionis primæ, ſed & omnes ſubſtitutiones exinde ſequentes, & de exemplo.vide ibid.*

2 *Fideicommiſſum extinctum dicitur & non durare quando eſt datum ſub certo caſu non verificato, vt ſi filius decedat ante teſtatorem, ſit ei ſubſtitutus nepos ex eo filio, quibus filio & nepoti decedentibus ſine filijs ſubſtituti ſunt pauperes, & filius moriatur non ante, ſed poſt teſtatorem, ſicque non venit caſus ſub quo eſt datum fideicommiſſum quoad hunc filium, ideò expirat.*

*Idem moriente nepote ſine filijs, nec locus eſt fideicommiſſo hoc caſu reſpectu pauperum, & quare ibid.*

3 *Fideicommiſſum vt valeat, oportet vt oneratus illo ſit honoratus per aliquam vulgarem factam alij, ſi non erit vel non potuerit eſſe hæres vel non agnouerit legatum vel fideicommiſſum, cùm vulgaris expirat poſt aditam hæreditatem vel agnitum legatum vel fideicommiſſum.*

*Sic expirat fideicommiſſum ſuo caſu vel ordine quo datum eſt ceſſante & rupto ibid.*

4 *Fideicommiſſum maximè ſpeciale expirat per non agnationem fideicommiſſarij, nec poteſt dici inducta agnitio fideicommiſſi, niſi probetur agnoſcentis ſcientia contentorum in teſtamento, & vt duret fideicommiſſum & locum habeat requiritur eſſe ius quæſitum grauato.*

5 *Fideicommiſſum quod non aduenerit nec quòd tali caſu loquatur ſubſtitutio fideicommiſſaria ſolet ſic pro regula allegari, & contrarium dicenti incumbit onus probandi.*

¶SOLVTIO IIII.

1 QVARTO fideicommiſſum factum ſub conditione, vel datum, vt ſemper admodum fieri conſueuit, ſi conditio deficiat, & non eueniat, vtique ceſſat, & nequaquam durare dici poteſt. Pone teſtator dicit, Si filius meus deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo Titium, vel bona mea reſtituantur Titio, decedente quidem filio hærede inſtituto, ſuperſtitibus filijs deficit conditio, & conſequenter deficit fideicommiſſi petitio, ad hoc ſunt notiſſima iura & infinitæ doct. deciſ. quorum meminiſſe oportuit ſupra ea. interpretat. dubitat. 3. quando fideicommiſſi dies ceſſerit eorundem hoc in loco etiam ſuo aliqualem repetitionem ſuperfluam nemo dicat, cum ad rem pariter eadem iura congruere videntur. Itaque certi iuris eſt exiſtentiam filiorum inducere extinctionem & finem fideicommiſſi grauato impoſiti, ſi deceſſerit ſine filijs, etiam quòd hæredes non extiterint, vt leg. filiusfam. §. cum quis. de leg. primo.l.cum pater. §.volo.de leg. ſecundo, etiamſi deceſſerit vno filio ſuperſtite, leg. pater Seuerinam.§. primo. de conditio. & demonſtratio.l.non eſt ſine liberis. de verb.ſignific.ibi Alciat.& Dec. in l. prima, num. 12. C. de pact. vel deceſſerit filia fœmina ſuperſtite alia teſtatoris voluntate non apparẽte, vt pleniſſimè ſupra diſſerui, ea. interpret. dubi. 3.ſolut. ſecunda, verſic.octauo quæro.& ſi ſit excluſa per ſtatutum Cepha.conſ.433.nu. vigeſimotertio, etiamſi ſit procreata ex matrimonio contracto de facto per l. hæredibus.§.primo.ff.ad Trebell. etiamſi deceſſerit cum nepote ex filia procreato per l. primam. de condit. inſer.& ibi Barto. Bald.& alij & l. iubemus.in principio, & §.ſin autem is. C. ad Trebell. etiam quòd filius ſuperſtes faciens deficere fideicommiſſum modico tempore ſuperuiueret, tamen fideicommiſſum ſemel extinctum reuiuiſcere, vel reintegrari poſſe nequaquam dicendum eſt, per l.cum vxori vſusfructus.C. quando di. leg. ce. hoc cum alijs modò adductis firmant Doct. omnes, qui ſcripſerunt ſuper legibus modò alleg. & qui reſponderunt in facto, de quo loquitur præſens noſtra ſolutio, vt omnium primus eſt Oldr.ſuo conſi.noto 21.vltra med.& Caſt. conſ. 97.ne improprijs.ſub num.3.libr. 2. Alexandr.conſil.31. colum.1 verſic.& quamuis.libr.3.Iaſ. conſi. 51. columna pen.verſi. aggredior ſecundum, & conſil. 66. colum. 4. verſi. moueor in primis.libr.3. Dec. conſi. 63. colum.2. conſil. 95. columna penultima.ad princip.conſilio 218. nu.5.conſil. 287.colum.prima. conſi. 291.col.3. conſil. 377.nu.1.& conſ.585. num. 2. Aym. conſi. 208. colum. 1.latè defendit conſ.98. numer. quarto, cum ſequent. Pariſ. conſil. 14. num. 10.conſil.83.col.1. lib.ſecundo. Cephal.conſ.17.num. 4. & ſequent. Alciat.conſil. 105. num.1.li. 9. Rolan. Val. conſil. 56.num. 9.in 3.concluſ. libr. 3. vbi plenè cumulat concord. & Gabr. Rom. de com.concl.libr.4. tit. de fideic. concl. 7.vbi ampliat & limitat, & omnium diffuſiſſimè & diſtinctiſſimè de hac particula, Si deceſſerit ſine filijs, faciendo, vt ita dicam, anatomiam, circa numerum, natiuitatem, gradum ſexum, exiſtentiam hæredum, & ortũ de naturali, vel & legitimo, & legitimato, vtiliter, & opportunè diſcutit Odd. Peruſi.de compen.par. 6.& vltim. quæſt. ſecunda, vſque ad fin. tendens ad intentionem, quomodo finitur compendioſa, eadem cum noſtra, an duret fideicommiſſ.& pro hac ſoluti. ibi, in 2.artic.concluſ.5.& quæ hic conſulto omiſſa deſideras, dictum locum adeas, & alia ſuprà cit.& nouiſſimè ad Pancirol. Regien.conſ. 93.nume.8.& ſeq.



Hæc autem ſolutio adeò vera eſt in prima ſubſtitutione, vt expiret defectu conditionis non expletæ per mortem grauati ſuperſtitibus filijs, quòd omnes ſubſtitutiones exinde ſequentes, & in defectu dictæ primæ ſic omnes ſubordinatæ vna poſt aliam extinctæ ſunt, præcluſa eis via per conditionem primæ ſubſtitutionis non impletam, exemplum ponit & tradit Alexand.conſ.139. col.2.lib.6.Alex.conſil.31.num.3.4.Socin.conſi.62.col. 3.ſub num.2.verſic.ex qua intelligentia. conſil.116.col. 4.verſic.quæ omnino.lib.3.ſequitur Rolan.à Val.dicto conſil.56.nu.13.lib.3.vbi & allegat. idem tenentem Pariſ.conſil.86.col.1.nume.5.& conſil.44.colum.1.& ſeq. conſil.88.num.37.lib.2.idem & d.conſil.14.nume.8.eo. comprobaui conſi.167.ſub nume.37.verſic. tertiò dicta concluſio.lib.1.adde Ruin.conſil.153.colum.4.nume.5. Iaſ.conſil.228.colum.2.& ſequen.lib.2. Pariſ.conſil.14. colum.1.lib.3.firmat & Zanch.d.§.cum ita.nume.58.ad Trebel.Celſ.Hugo.conſil.56.nume.7.& Signor.conſil. 173.colum.penult. Hæc enim cuncta facit voluntas teſtatoris, qui ſanè, vbi conditio per eum appoſita, expleta non ſit, per grauatum minimè vult fideicommiſſum reſtitui, text.eſt in l.facta.§.ſi ſub conditione.ad Trebel.iunctis princip. & fin. ibi per hæc expreſſa verba, vtique teſtator, niſi expleta ſit conditio, neque ſcriptam hæredem ad hæreditatem vocauit, neque per hunc illi voluit reſtitui hæreditatem cum ſimil. de conditionis, defectu per Aym.conſil.62.num.1.Abb.conſ. 78.in princip.lib.2.Pariſ.conſil.89.num.13.lib.2.Socin. Iun.conſil.180.nume.39.& ſeq.lib.2.Port.Imol.conſil. 137.num.7.vſque ad fin.

2 Item † fideicommiſſum natum ſub certo caſu non verificato non durare, ac extinctum dicitur, vt ſi teſtator filium hæredem inſtituat, & eo ante teſtatorem præmoriente inſtituat nepotes ex ipſo filio, quibus & ſuo filio, & nepotib. decedentib. ſine alijs, ſubſtituat pauperes, non euenit caſus mortis filij ante teſtatorem, ſed poſteà, quo fuit hæres patris ex teſtamento filius ipſe, qui deinde moritur ſuperſtite filio, ita quoad eum expirat ſubſtitutio pro pauperibus, poſtremò moritur nepos teſtatoris ſine filijs, & quo ad iſtum nepotem euanuit ſubſtitutio fideicommiſſaria ad commodum pauperum, quia nepos non ſucceſſit teſtatori, & ſic non euenit caſus, quo per auum fuit inſtitutus hæres & quo per eum potuiſſet grauari, ſucceſſit ab inteſtato patri, & non ſub nomine appellatiuo hæredum grauatus per auum inualidè fuiſſet: ergo caſu dati fideicommiſſi non contingente euanuiſſe fideicommiſſum ſubtiliter probat Anchar.conſil.137.principaliter ponderatis, tenet idem Ruin.conſi.180.num.5.6.7.lib.ſecundo, vbi dicto nume.7. allegat.& ſequitur Anchar. dicto conſil. 137. cum alijs ſupra alleg.eadem interpret.3.ſolut.3.verſic.& quandoque ſtat conditio.vbi & in propoſito iſto allego Anchar.& alio conſi.266.iſte magiſter.Corn.conſi.586. colum.2. & ſequent.lib.3.Socin.Iun. conſil.180. nume. 38.& lib.2.vt per Bald.in l.ſi fuerit.§.1.de legat.3.& in ſpecie Gabr.Eugub.conſil.117.col.1.nume.3.& caſum noſtrum firmat ſub nume.10.& num.19.20.21.quo primus gradus à teſtatore inſtitutus, & honoratus euanuit defectu commodi & honoris non conſecuti à teſtatore, ſed ab alio ab inteſtato, & clarè per Zanch.d.§.cum ita.nume.687.732.& 737.

Hoc autem vt video, ita demum contingere poteſt,
3 vbi † oneratus fideicommiſſo, vt id valeat per l.ab eo. C.de fideicommiſ. honoratus eſt per vulgarem aliquam factam alij, ſi non erit, vel non potuerit eſſe hæres, ad l. proponas.C.de hæred.inſtitu. vel non agnouerit legatum, vel fideicommiſſum, vt etiam vulgaris valet in fideicommiſſis. l.vt hæredibus.de legat.2.dixi ſuprà interpret.præceden.dubit.prima, ſolut.prima, ad princip. cum vulgaris ita expirat poſt aditam hæreditatem, vel poſt agnitum legatum, vel fideicommiſſum.l.poſt agnitam.l.precibus.C.de impub.& ali.ſubſtit.l.ſi le.C.de le. ibi Caſtr.& Alexand.Ruin.conſil.100.nume.4.lib.2.ſic ideo expirat fideicommiſſum ipſum ſuo caſu vel ordine, quo datum eſt, ceſſante, & rupto probat. Alciat. conſil. 83. explicationis verborum. in princip. lib. 9. Ruin.conſil.99.nume.13.ad fin.& d.conſil.180.num.5. lib.2.Crot.conſil.65.nume.34.& latè in propoſito Cephal.conſ.269.numero decimoquinto & decimoſexto, vſque ad fin.

4 Fideicommiſſum † maximè ſpeciale etiam expirat per non agnitionem fideicommiſſarij. l. Imperator.in princip.de legat.ſecundo. & ibi gloſſ.& per l.mulier.§. fin.ad Trebellian.tradit Alexand.conſil.24.colum.penult.verſic.præterea poſito.libro tertio, ſequitur Marzar.de fideicommiſ.part.tertia quæſtio.57. id eſt, aliter non poſſet cogi grauatus ad illud reſtituendum, vt ibi Alexand.concludit, ſubiungens quòd non poteſt dici inducta agnitio fideicommiſſi, niſi probetur agnoſcentis ſcientia contentorum in teſtamento, per l.ſi is ad quem. & l.pater, gloſſ.& Bartol.l.is poteſt.ff.de acquir. hæredit. vt enim fideicommiſſum duret, & habeat locum, requiritur ius eſſe acquiſitum grauato, per not. in l.ille à quo.§.primo.ad Trebellian. probat Zanch. dicto §.cum ita, nume.46. Gabr.Eugub.conſilio 117. nume.15.

5 Accedit prædictis regula ad hæc allegari ſolita † quòd hoc caſu non loquitur ſubſtitutio, fideicommiſſiq; caſus non aduenit, & contrarium dicenti incumbit onus probandi Gozad.conſil.29.nume.13.Socin.Iun.conſil. 111. nume. 27. lib.primo, & alibi per docto. ſæpiſſime pro qua ſoleo allegare text.in l.ſi quis ita.de vulgar.& pupilla.verbis his expreſſis, ibi, *Non enim videbitur in hunc caſum ſubſtitutus*, & cum alijs pluribus à me alleg. ſupra libro præceden.interpret.3.dubit.1.ſolut.3.verſic. exinde inferimus, & hoc maximè procedit in ſubſtitutione fideicommiſſaria, Bero.conſil.99.nume.4.lib.ſecundo, Neuiz.conſi.31.Rolan.à Val.conſil.70.num.12. lib.3.

¶SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non durat quando ſublatum eſt vel remiſſum facto, vel teſtatoris, vel fideicommiſſarij, vel curſu temporis.*

2 *Fideicommiſſum facto teſtatoris finitum apparet & extinguitur, quando eo conſtituto inter plures fideicommiſſarios cum prohibitione expreſſa alienandi, quia vult perpetuò inter eos illud remanere, & conceſſerit licentiam quòd ſi vnus vel aliquis ex eis voluerit, vendat ſuam partem rei fideicõmiſſo ſubiectæ quòd poſſit & debeat alij fideicommiſſario vendere cui voluerit, tunc id ſi factum ſit fideicommiſſum, non durat amplius in parte empta & vendita, intelligendo quando prohibitio ſit perſonalis & limitata, ſecùs ſi ſit ſimpliciter facta, quia nunquam tunc pars aliqua erit alienabilis, & idem ex licentia data filijs diſponendi poſt ætatem 25.annorum, & vt ibi latius habetur.*

3 *Intellectus.§.quindecim.l.pater.ff.de leg.3.*

4 *Fideicommiſſum facto fideicommiſſarij dicitur finitum & amplius non durare, quando ſub cõditione vni ab altero fratre, vel pluribus adinuicem reciprocè debitum eſt fratribus, & hi adinuicem paciſcendo & tranſigendo ſcientes fideicommiſſum ipſum remittunt, quia conditione*

*ueniente non datur regreſſus remittentibus, ex quauis cauſa,& vbi latè.*

5 *Fideicommiſſum per quæ ſigna appareat remiſſum & per quæ non, ex diuiſionibus bonorum fideicommiſſo ſubiectorum factis inter fratres ipſos communiter cùm per has diuiſiones vtrum cenſeatur remiſſum fideicommiſſum quæſtio ſit vulgata ac varia & diſputabilis, vt ibi dicitur, & per totam ſolutionem.*

6 *Fideicommiſſum hoc ſigno remiſſum videtur ex diuiſionibus inter fratres factis de dictis rebus ſubiectis fideicommiſſo, quando inuicem diuidentes in bonis diuiſis alter alterum conſtituant ſe procuratores, vt in rem propriam cum facultate agendi & diſponendi prout conſtituentes poſſent cum plena & libera poteſtate, vel ad habendum & vendendum, &c. prout placuerit, &c. ſiue diuidentes ſciuerint, ſiue ignorauerint conditionale fideicommiſſum ſecuta rei alienatione & purificata interim conditione fideicommiſſi, acquiſitor non poteſt inquietari à fideicommiſſario & non durat fideicommiſſum, quo ad rem ipſam, quo verò ad regreſſum contra alienantem pro pretio habetur, vt ibi latè diſcutitur: alienatione verò non ſeruata tunc durat fideicommiſſum intelligendo, vt ibi fuſiùs, ſecundùm opin. Bartol. quicquid in contrarium Crotus dixerit: quæ opin. Bart. ab auctore tenetur, & vt latiſsimè ibidem cum ſeq. num.*

7 *Venditio rei ſimpliciter conceſſa debitori, cenſetur & conceſſa eius hæredi.*

8 *Fideicommiſſum his quoque ſignis cenſetur remiſſum in diuiſionibus bonorum diuidentium, ſi ſcientia de fideicommiſſo, & quomodo ea arguatur, ibid.*

*Item verba inſtrumenti diuiſionis prægnantia & ampliſsima circa hincinde conceſsiones liberas iurium, renuntiationes etiam de futuris; & promiſsiones de euictione ſpeciales, & de non contrauenendo perpetuò, de quibus ſignis ibidem colligitur.*

9 *Fideicommiſſum paternum cenſetur renuntiatum & remiſſum ex reſeruatione fideicommiſsi auiti.*

10 *Fideicommiſsi ſigna non remiſsi. & num. 11.*

12 *Notariorum ſtylus nihil partibus præiudicare.*

13 *Fideicommiſſo renuntiatum non cenſeri per verba quantuncunque generalia, nec vt num. 18. 19. 21.*

14 *Diuiſionum inſtrumentum num cenſeatur fideicommiſſo renuntiatum.*

15 *Diuiſionis contractus venditionis, & emptionis contractui æquiparatur.*

16 *Rem communem adminiſtrans partē alterius eam tangit.*

17 *Diuiſionis effectus in quibus conſiſtat.*

21 *Iudex in obſcuro procliuior eſſe debet, vt fideicommiſſum non ſit remiſſum.*

22 *Fideicommiſſario quando æſtimatio debeatur.*

23 *Fideicommiſſo ſi præſcribatur. num. 25.*

24 *Teſtator non poteſt imponere legem, niſi ſucceſſori ſuo.*

26 *Res per fideicommiſſum relicta alienari prohibita quando præſcribatur.*

27 *Præſcriptio quando decurrat contra fideicommiſſarium.*

28 *Hæres grauatus quando lucretur fructus perceptos negligentia fideicommiſſarij.*

## ¶ SOLVTIO V. ET VLT.

1 SVPEREST quinta & vltima ſolutio, quòd † non durat fideicommiſſum quando ſublatum, & remiſſum eſt facto vel teſtatoris, vel fideicommiſſarij, vel temporis curſu.

2 Primo teſtatoris † facto, vel prouiſione, non durare, ſed finitum fideicommiſſum apparet, quando poſt illud conſtitutum inter plures fideicommiſſarios, cum prohibitione expreſſa alienandi, ratione aſſignata, quia vult perpetuo inter eos illud remanere, conceſſit teſtator; quòd ſi tamen aliquis ex eis voluerit vendere ſuam partem rei fideicommiſſo ſubiectæ, poſſit, & debeat eam vendere alij fideicommiſſario cui voluerit, tunc ſecuta conditione iuxta licentiam & permiſſionem conceſſam à teſtatore iudicio eius dicitur amplius non durare fideicommiſſum in re empta, quia emptor poterit ad libitum de ea poſtmodùm diſponere, & alienare cui voluerit, per l. pater. §. quindecim. de leg. 3. firmat Bald. conſi. 85. præmiſſis verbis teſtamenti. lib. 5. hoc enim euenit ex iudicio teſtatoris, Bald. dict. conſ. & voluntate vendentis. Caſtr. in l. voluntas. ſub nu. 7. C. fideicommiſſ. & ibi Iaſ. col. 2. ad fi. ſub verſ. ſecūda concluſio, cum ſimil. ad d. §. quindecim per Iaſ. conſ. 220. col. 6. verſ. cōfirmātur & ſecundo, lib. ſecundo, & Rip. ſecundo lib. reſpon. c. 25. nu.
3 19. † intellige tamen d. §. quindecim, quòd res ſemel effecta alienabilis, &c. procedere quandò prohibitio eſt perſonalis, & limita reſpectu partis prohibiti, ſecus ſi ſit ſimpliciter facta prohibitio, quia nunquam pars aliqua tunc erit alienabilis, tradit Caſtr. in dict. l. voluntas. ad fin. & ibi ſequitur Iaſ. & Dec. conſi. 182. ad fin. nu. 6. & plenè Grat. conſ. 21. nu. 47. & ſeq. lib. 2. & ex licentia etiam data filijs diſponendi poſt ætatem. 25. an. Ruin. conſ. 153. nu. 12. 13. lib. 2. Iaſ. conſ. 232. ad fin. lib. 2. Itē quādo fideicommiſſo aliquam conditionem apponit, exinde eius voluntas in defectum conditionis apparet priuandi & ſic finiendi fideicommiſſum per l. ſi quis locuples. ff. de manum. teſtam. not. Bald. in l. quidam. §. fin. ff. de cond. inſtitu.

4 Facto † autem fideicommiſſarijs ceſſat & amplius non debetur fideicommiſſum, quotiens id ſub conditione vel vni ab altero frater, vel pluribus ad inuicem, & reciprocè debitum eſt fratribus, & ille alteri fratri, & hi ad inuicem paciſcendo, & tranſigendo ſcientes fideicommiſſum ipſum remittunt, vt l. 1. & l. cum proponas. C. de pact. & l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. adeò quòd poſtmodum eueniente fideicommiſſi conditione remittentib. ac renunciantib. ad illud nō datur regreſſus aliquo remedio, vel condictione ſine cauſa læſionis vel reſtitutionis in integrum etiam ratione minoris ætatis, ita ibi ſunt text. expreſſi. gloſſ. & doctor. latiſſimè antiquiores & modern. ibidem tradunt declarando, dictos tex. loqui, vbi per pactum ſpecialiter fuerit remiſſum conditionale fideicommiſſum, & habita ſcientia contentorum in teſtamento, per l. de his. ff. de tranſact. Bero. conſilio 93. nume. 69. lib. 2. & de remiſsione huiuſmodi fideicommiſsi reciprocè facta non intelligi inductam læſionem etiam minori, plures concord. ad hoc cumulatas vide per Tiraq. in l. ſi vnquam. verſ. donatione. num. 128. de reuocan. donat. Boër. deciſ. 147. num. 7.

5 Hoc vt plurimum, & frequentius accidit † in diuiſione bonorum communium factis inter fratres communiter etiam poſsidentes bona ex teſtamentis parentum ſubiecta fideicommiſſo, quæ etiam in diuiſionibus ipſis veniunt, per quas quidem diuiſiones vtrum inter ipſos diuidentes cenſeatur remiſſum fideicommiſſum, quæſtio eſt non tam vulgata, & trita, quàm *varia, diſputabilis*, & longè diſcuſſa per omnes, quotquot ſcripſerunt in §. duo fratres. l. qui Romæ, de verb. obligat. & magis in reſponſis & conſilijs doctorum, quia ab vtraque parte, vel affirmatiua, vel negatiua poteſt eſſe quæſtio pro amico, vt aiunt, defenſibilis, & tenenda, quod fieri non debet, niſi pro veritate magis amica, cui equidem ſimul, & breuitati ſtudens adducam in ſumma primum, per quę ſigna diuidendo appareat remiſſum fideicommiſſum, deinde per quæ non remiſſum.

6 Nam primum † ſignum & minus controuerſum remiſsionis fideicommiſsi traditur, quando fratres diuidentes inuicem in bonis diuiſis alter alterum conſtituunt ſe procuratores, vt in rem propriam cum facultate agendi & diſponendi, prout conſtituentes reſpectiuè poſſent



poſſent cum plena & libera poteſtate, &c. vel & ad habendum, vendendum, & alienandum, &c. prout placuerit, &c. diuidentes ſiue ſciuerint, ſiue ignorauerint conditionale fideicommiſſum ſecuta alienatione rei fideicommiſſariæ poſtmodum etiam purificata conditione fideicommiſſi dicendum eſt, acquiſitorem dictæ rei non poſſe à fideicommiſſario inquietari, & fideicommiſſum non durare quoad rem ipſam quo vero ad regreſſum contra alienantem pro pretio habetur in l. ſi fundum per fideicommiſſum de leg. primo. & plenè per Corn. conſilio 340. column. penul. & fin. lib. primo. ſi verò alienatio ſecuta non fuerit durat fideicommiſſum, vt eſt doctr. Bart. in dict. §. duo fratres. in 8. quæſt. nume. 21. cum quo communiter tranſeunt doct. ibi Ripa num. 83. 84. ſequitur Alex. conſil. 182. ante nu. 8. lib. 2. conſil. 8. col. 2. verſ. denique Vrgētius, lib. 5. Ruin. conſil. 144. nu. 19. lib. 2. Grat. conſi. 60. nu. 8. lib. 1. Gabr. Rom. de commun. conclu. lib. quarto, titu. de fideicommiſſ. concluſ. prima, num. 30. 31. 32. 33. 34. concord. congerit, ſic declarando tenet & Pariſ. conſil. 46. ad nu. 26. lib. 2. & Aymo. comprobat conſil. 24. nu. 8. & ſeq. concludit iſtam opin. eſſe de iure veram, & communem, intelligit alienatione hominis & non legis, vt quando inſtitueretur hæres ſuccedens ab inteſtato Ruin. conſil. 147. col. penult. ad fin. num. 16. lib. 2. licèt contrarium teneat in conſil. 144. col. fina. nume. 25. eo. quòd ſufficit alienationem eſſe ſequutam per inſtitutionem hæredum, tamen congrua videtur intelligentia non de hæredibus inſtitutis, qui aliàs ſucceſſuri fuiſſent ab inteſtato per ea, quæ idem dicit d. conſi. 147. col. penult. & in fin. vt & in materia remiſſionis iurium magis ſtrictè procedatur Dec. conſil. 379. col. 2. nume. 3. quinimo & contra hæredem extraneum poſſe fideicōmiſſum obtineri per l. ſicut. §. ſi debitori. ff. quib. mod. pigno. ſol. & gloſ. fin. in l. peto. §. prædium. de legat. ſecundo. firmat Alciat. in dicto §. duos fratres. col. 838. nume. 33. 34. ſentit Cephal. conſil. 371. nume. 25. cogita tamen per allegata à Menochio conſil. 87. nume. 60. & reſponde per Hippol. Riminald. conſilio 204. numero 111. 112.

Quatenus autem à dicta communi concluſ. Bartol. & aliorum, in dicta octaua quæſtione, in eo quòd etiam in ſciente, & non ſecuta alienatione non ſit remiſſum fideicommiſſum per clauſulam ad habendum & cæt. teneat contrarium Crot. & legendo in dicta octaua quæſtione Bartol. & conſulendo, vt ipſe dicit, vt eſt ſuum, conſil. 273. nume. ſeptimo, & ſequent. quòd etiam non ſecuta alienatione ſit remiſſum fideicommiſſum inter fratres ſcientes teſtamentum paternum, vt clauſula ad habendum operetur, & maximè quando talis poteſtas diſponendi data eſt non ſolùm ipſis diuidentibus, ſed etiam eorum hæredibus, quo caſu non loquitur dict. commun. ſententia, quia ſi diceretur extare fideicommiſſum, non poſſent bona deuolui ad eorum hæredes vti ſubiecta fideicommiſſo, & alienari prohibita. l. peto. §. prædium. de legat. ſecundo, vt latius ibi per eum.

Puto equidem huiuſmodi Croti deuiationem à communi opin. Bartol. & aliorum rectam & veram non eſſe. quia omnis ſua argumentatio fundata eſt in propoſitione vna ſuperuacua, & demum in conſequentia vana, & minimè vera, nam primum volens euitare dict. commun. opin. & Bartol. doctrinam, dicit Bartolum loqui quando ſimpliciter data fuit facultas alienandi, nulla facta mentione de hæredibus: at in caſu ſuo plenioribus verbis fuit facta mentio de hæredibus, dicendo quòd ipſi fratres diuidentes haberent, poſſiderent, & tenerent, perpetuoq; facerent, quicquid ipſis fratribus, & eorum hæredibus placeret, dico ego propoſitionem iſtam ſuperuacaneam, quia in effectu eſt eadem & non diuerſa ab illa Bartholi, etiam quòd in apparentia nullam hæredum mentionem faciat, quia tamen in ſe in effectu, & iuris intellectu continet hæredum mentionem, vt l. ſi pactum. ff. de probat. & ibi not. & clarius in terminis eſt text. in l. ſicut. §. ſi debitori. ff. qui mod. pign. vel hypot. ſol. vbi ex conceſſione vendendi ſimpliciter facta debitori, eius hæres vendere poteſt, & aliter dicere vel tenere ſunt ſubtilitates à iudicibus non admittendæ, vt ibi text. dicit; ita ergo huiuſmodi ſuper hoc Croti diuerſificatio poteſt dici ſua quædam ſubtilitas meritò reijcienda, & conſequentia quoque elicita ex dictis ſuis ibi vana, & minimè vera demonſtratur, quia facultatem, & potentiam alienandi bona ſuppoſita fideicommiſſo ponit & firmat pro ipſo actu alienationis ſecutæ, quod vtiq; tantum diſtat à vero, quantum diſtat
7 illud quod eſſe poteſt, ſed non eſt. Vnde facultas, † & potentia conceſſa ad alienandum ſi non eſt ſecuta alienatio, non impedit quin poſſit à concedente talem facultatem conſequi rem ad alienandum conceſſam, adueniente caſu quo poſſit conſequi per dict. l. ſicut. §. ſi voluntate, quia nihil facit illa poteſtas alienandi conceſſa per illa verba, & cui dederit, vel ad habendum, ſi ille cui fuerit conceſſa non fuerit vſus hac poteſtate, ita reſpondit Bald. in cap. primo, numero 2. de eo qui fec. fin. agn. de feu. pater. hoc ibi probatur in text. in fin. de eo qui refutauerit feudum, vt dominus eum de nouo beneficio inueſtiret, tunc enim ſecuta inueſtitura noua &c. & ſic non ſufficit ſola potentia inueſtiendi de nouo, ſed requiritur, quòd ſequatur noua inueſtitura. Idem probatur in text. præceden. de feu. non hab. prop. feud. natu. quem ex Angel. Crot. pro ſe inducit, & facit contra quia ex eo habetur illum qui acceperit feudum pro ſe & ſuis hæredibus & eo cui dederit, poſſe id vendere, donare, &c. & ille cui datum fuerit ipſum, non habebit pro feudo, &c. ecce ergo vt ſic feudum non habeat propriam naturam ſuam, non ſtat poteſtatem eſſe datam vendendi, donandi, &c. ſed neceſſarius eſt actus dationis factæ alij, ita hæc verba cui dederit, operantur, quòd ille cui fuerit datum, habebit libere, vt ibi dicit Andr. de Iſern. ad num. ſecundum, ſic verba non ſunt ſine effectu operandi, vt Crot. arguit, & quemadmodum ſic accipiens pro ſe & hæredibus feudum cum facultate vendendi, donandi alij, donec ipſe & ſui hæredes retinebunt feudum, id iure feudi cenſebitur, & eiſdem culpis admittetur, quibus verò feudum amittitur, & cum dederint alij, hic non habebit iure feudi, ſed liberè, ſic etiam dicit ibi And. de Iſern. ſub ver. Quæritur nunquid hoc feudum: ita ergo bona ſubiecta fideicommiſſo debent manere apud iſtos fratres diuidentes, & eorum hæredes cum ſua natura fideicommiſſi, donec ſecuta non fuerit eorum alienatio ſecundùm prædictum Bart. & ali. commu. ſententiam cui magis ſtandum eſt, quàm ſoli ſententiæ Croti veris rationibus per me ſupra reprobatæ ſic etiam ſimpliciter tranſit Alciat. in d. §. duo fratres. colum. 839. nu. 19. comprobat & Cephal. conſi. 371. num. 23. 24. & Hippo. Riminal. conſi. 204. ad num. 96. & ſequent.

8 Item ſigna & demonſtrationes † remiſſionis fideicommiſſi in diuiſionibus bonorum ſunt hæc præcipua diuidentium ſcientia de fideicommiſſo, verba inſtrumenti diuiſionis prægnantia, generalia, & ampliſſima circa iurium hinc inde conceſſiones liberas, renuntiationes etiam de futuris, & promiſſiones de euictione ſpeciales, & de non contrauueniendo perpetuò, & quòd maximè fideicommiſſum ſit inter diuidentes reciprocum & coæquæuum, & hæc de alio iure non conſtito concludant omninò ad ipſius fideicommiſſi conditionalis remiſſionem, de iſtis ſignis, ſcilicet ſcientia fideicommiſsi, & verbis inſtrumenti diuiſionis, & remiſsione ipſa fideicommiſsi, & breuiter de his me expediam. Tradūt Bart. & alij in d. §. duo fratres. in 3. 4. 5. & 6. queſt.

Bal.

Bal.cap.imper.Lotharius Euge.num.7.8. de feu. Ioan.
Andr.in addi.incipi.§.fi.ad Spec.de teſtam.§. in primis.
ſub verſi.ſed quid ſi fideicommiſſarius. Curt.ſen.conſil.
64.colum.fin.Alexan.conſi. 11.ſub num.12.lib.2.conſil.
62.num.4.lib.7.Deci.conſil.287.colum.fin.conſil.345.
colum.1.vbi maximè in fideicommiſſo purificato,& cō-
currente iuramento,idem conſil.79.conſil. 267. Bolo-
gni.conſ.31.col.fin.Pariſ.conſ.46.poſt nume.14. lib. 2.
conſi.71.lib.3.Bero.conſi.130.lib.2.Soc.Iun. conſi. 116.
poſt num.41.lib.1.Ruin.conſ.119.colum.penul.& fin.&
conſ.139.num.6.& ſeq.lib.2.vbi in fideicommiſſo puri-
ficato conſ.144.colum.fin.conſil.152.nume.8.eo.Curt.
Iun.conſi.49.colum.penultima & fin.Gab. Roman. d.
9 concluſ.nume.20.Crot.dic.conſil.283.ad num. 5. † vbi
ex reſeruatione fideicommiſſi auiti intelligitur renun-
tiatum paternum, ſequitur Gabr. Roman. d. conclu.1.
num.40.idem.Crot.conſil.302.poſt.numer.2.Menoch.
conſi.87.num.15.& ſeq.Pedemon.deciſ.112.numer. 16.
& ſeq.Marzar.de fideicommiſ.quæſt.59. part.3. Burſat.
conſil.64.num.92.& ſequent.conſil.86.nume.12. & ſe-
quent.vbi diſcurrit clauſulas inſtrumenti diuiſionis infe
rentes ſigna remiſſionis fideicommiſſi, quæ præmiſi, vt
etiam faciunt plures ſuprà alleg.ita atteſtantes eſſe com
mun.ſententiam,& in iudicijs ſeruatam,ſciētiam autem
de teſtamento, & ſic de fideicommiſſo arguunt per pu-
blicam famam de teſtamento in loco per aditionem hę
reditatis ex eo per præſentiam hæredis in loco facti te-
ſtamenti per ſolutionem legatorum,&per aliquam eius
obſeruantiam,Deci.conſil.267.colum.2.conſil.303.nu.
3.4.Rui.conſil.139.numero.6.lib.2.Pariſ.conſil.44.nu.
14.conſil.26.num.20. conſil.91.num.4.7.lib.2. Aymo
conſ.193.num.7.Rolan.à Vall.conſ.36.num.15.16.con.
81.num.10.lib.2.Socin.Iun.conſil.116.nu.42.& ſeq. lib.
primo.
10 Deinde autem & ſecundo † ſigna non remiſſi fidei-
commiſſi, vt ſic concludatur illud adhuc durare ſecun-
dum Roman.conſilio. 403.ad fin. quippe ſunt appoſita
prædictis,quibus promiſſum eſt fideicommiſſum oſtēn
di non durare, ſed eſſe remiſſum,cùm enim illa ſint, &
ſcientia teſtamenti vel codicilli, in quibus continetur
fideicommiſſum, & verba prægnantia diuiſionis con-
cludentia ad dictam remiſſionem maximè de fideicom
miſſo reciproco,his verò iſta oppoſita ſint, ſcilicet igno
rantia teſtamenti, vel codicilli, quæ in dubio etiam
pręſumitur,& quæ ſola ſecundum omnes ſufficit,& ver-
ba iuri diuiſionis,ſeu alij iuri non fideicommiſſi conue-
nientia & de fideicommiſſo aliquo modo non æquale
inter diuidentes, & maximè minoris, ſingula hæc pro-
bantur,& per Ioan.Andr.in allega. addit. & per Bart. &
communiter ali.in dicto §.duo fratres.in quæſt.2.4.5.&
6.Alexand.conſi.208.nu.5.& ſequen.lib.6.ſentit conſil.
100.ſub.num.8.lib.7.Bal.conſ.440.factum proponitur
eſſe tale.lib.3.vbi late Capra conſil.89. num. 10. & ſeq.
Fulg.conſi.41.colum.pen.verſ.ſuper eo quod tertio lo-
co.vbi de frequentiori ſententia,niſi ſpeciale pactum ſu
per fideicommiſſo interceſſiſſet, Barb.plenè in conſilio
48.lib.primo, Caſtr.conſil.36.ad fin.& latiùs conſil.188.
quia dubia ſupra formata. colum.1.lib.2.Dec.conſi.86.
colum.3.verſic.reſpondendo tamen conſ. 495. poſt nu.
17.Gozad.conſi.36.colum.fina.con.45.num.17. &. ſeq.
Socin.Iun.conſi.128.ad nume.114.lib.1.vbi maximè de
fideicommiſſo non ita intellecto ex verbis teſtamenti,
ſed ex eius interpretatione, & ex coniecturata mente te
ſtatoris:nam tunc ignorantia iuris dubij ęquiparatur ig-
norantiæ facti per alleg.à Corn.conſi.302.colum.fin. li.
4.ab ipſo Socin.Iun.conſ.116.num.82.83.li. ad idem. &
Ruin.conſil.137.colum.3.ad fin.& colum. ſequent. ple-
niſſimè,& conſ.ſequen.&.conſ.147.ſub num.15.colum.
penulti.lib. 2. vbi maximè quando ex inſtrumentis po-
ſteà confectis inter diuidentes conſtat eos non habuiſſe
fideicommiſſum pro renuntiato,ad idem Alben. conſil.
74.numero.8.& ſequent.diffuſè reſpondendo clauſulis
contrarijs Cephal.conſi.371.& Becci.conſi.111.Hippol.
Riminal.conſi.204.nume.45.cum.ſequent.Tiber.De-
cia.conſil.52.col.ſecunda, & ſequent.libro primo, dixi
& ego conſi.137 .lib. primo, vbi & de ignorantia teſta-
menti, & fideicommiſſo non coæqueuo in presbytero
grauato diuidente, & de reſponſionibus datis clauſulis
contrarijs.
11 Profecto † nulla teſtamenti vel codicilli fideicom-
miſſum continentis facta mentione in inſtrumento di-
uiſionis, nulloq; colloquio, tractatuq; ab extra appa-
rente de fideicommiſſi refutatione Neuizan.conſ.32.n.
13.non vſquequaque reputo bonum, & concludens in-
dicium repudiationis fideicommiſſi quandam ſimpli-
cem, & extrauagantem ſcientiam teſtamenti demon-
ſtratam, nec verba prægnantia clauſularum acceſſoria
rum inſtrumento diuiſionis de ſtilo notariorum in dies
ampliandarum & adinuentarum, & in inſtrumentis
poſitarum,abſq; alia partium cognitione,quid releuent
& importent, & præter principalem contractum vel
emptionis, vel diuiſionis, de quo principaliter ad eius
probationem perpetuam eſt confectum inſtrumentum,
prout & ſic partes ipſæ credunt. id enim communiter
accidere videtur,ideò attendendum, argumento à com
muniter accidentibus plenè comprobato per Nic. Eue
rard.in ſua cent.argu.lega.loc. à communiter accident.
12 56.prout in ſpecie † de ſtilo notariorum eſſe,nihilue par-
tibus præiudicare deducunt Barb.dict.conſi.48.colum.
ſeptima,verſ.& accedat,cum ſequent.lib. primo. Deci.
conſi.495.nume.18.in fin.Bero.conſil. 177. numero 33.
lib.primo.Iaſo.Aſſiſien.in Peruſ.deciſ.19.nume.8. 9.&
ſequen.vbi not. verba credo veritati conſona & amica,
13 profert, quòd † per verba quantuncunque generalia,
latiora, & prægnantia in inſtrumento diuiſionis factæ
inter fratres, ſemper pro indubitando habuit fideicom
miſſo inter eos exiſtenti nunquam renunciatum cenſe-
ri, eo quòd verba hæc apponuntur ex ſtilo notariorum,
vt plurimum ignorantium quid importent, de ſimilib.
ex ſtilo notariorum aſcriptis, & parum præiudicanti-
bus quam plures concord.congerit Tiraq. in leg. ſi vn-
quam,in præfati.num.126.de reuoc. dona. & poſui ego
conſ.59.lib.1.
14 Nonnulli inhiantes † fideicommiſſi repudiationem
per diuiſionum inſtrumenta in reſponſis præſertim ple-
runque conantur quaſcunque eorum clauſulas trahere
ad fideicommiſſi renuntiationem, quaſi contractus di-
uiſionis nullis remiſſionum, ceſſionum, & promiſſio-
num clauſulis indigeat, quod omnino abſurdum exiſti-
15 mo † quoniam diuiſionis contractus, venditionis, &
emptionis contractui æquiparatur l. prima, commun.
vtriuſque iud. vnde quæque clauſulæ tranſlationum,
ceſſionum, renuntiationum, iurium competentium,
& competiturorum,facultatum ad habendum, &c.con
ſtituentium procuratorem, vt in rem propriam, pro-
miſſionum de rato,&c.& de euictione, & ſimilium am-
pliſſimè ſolitæ apponi in inſtrumentis emptionum, cur
etiam nequeant apponi inſtrumentis diuiſionum & cur
tantum variationis inducant,rationem non video, cum
diuiſio ſit ſimilis emptioni & apta ſit tantum iuris tri-
buere in parte ſocij,quantum tribuit emptio in re ven-
ditoris, vt gloſſ.&Doct.not.in d.l.1.Cephal.conſil.595.
num.3.ſic eam æquiparando permutationi, in qua fieri
nequit, quin aliquid hinc inde transferatur Menoch.
conſil.91.nume.34.35. illud enim omne & totum quod
facultatis, & poteſtatis iurium & factorum in quaque
communi re quoad partem ſocij aufert, & impedit
communio vt l.1.& to. tit.C. de commun. re.aliena.&
l. rei communis.cum ſeq.ad l.merito.ff. pro ſoc. l. ſerui
electione.§.1.de leg.1.dat quidē & concedit diuiſio,quę
etiam



etiā dicitur contractus vltro citroque obligatorius, quia
ex eo quiſque cohæres,vel ſocius in qualibet re cōſequi-
tur, & habet partē alterius ſibi adiudicatā, partem verò
ſuam ab altero euictā, veluti ex permutatione quadam
16 ſecundùm Soci.conſi.25.col.3.nu.8.lib.4.† Donec quo-
que bona quiſque poſſidet in communione, non po-
teſt facere quin tangat, & adminiſtret & partē alterius,
ad l.duo fratres. ff. de acquir. hæred. & pro iſta quali ad
miniſtratione teneatur alteri reducere rationem Socin.
conſi.73.colum.1.lib.1.Dec.conſi.178. colum. 1. Marſil.
ſing. 493. licet igitur pro his iurium tranſlationibus, &
ceſſionibus, ac rationibus hincinde in diuiſionis con-
tractu faciendis,& componendis bene congruéque con
ueniunt clauſulæ inſtrumentales generales æquè præg-
nantes, & cuncta prædicta requiſita & geſta in diuiſio-
nis contractu complectantur, meritò accipiendæ ſunt
magis ad exprimendum diuiſionis effectum quàm ad
ipſum augendum, & faciendum exorbitare diuiſionem
à ſua propria natura,ita rectè concludit Bald.conſi.118.
nobilis vir Vannes.in fi.lib.3.& conſi.367. quidam tres.
in fi.lib.1. effectus enim diuiſionis præcipue conſiſtit in
17 ceſſionibus viciſſim inter cohæredes fiendis. l. per di-
uerſas.§. exceptis. C. mand. & pro hac concluſione ac-
cedant multa dicta per Pa.Leon.in d.§.duo fratres. nu.
354.355.
18 Vnde ſi † notarius pro his tranſlationibus, pactioni-
bus, & ceſſionibus iurium ( vt oſtendi ) bene conue-
nientibus contractui diuiſionis extendendo clauſulas
tractu & curſu forſan calami, & de ſtilo inſerat, aſcri-
bat verbum aliquod reſpiciens etiam futurum, vt ce-
dentes ad inuicem iura competentia,& competitura,ex
leui ſigno ſolo iſto nequaquam putarem cenſeri renun-
tiatum fideicommiſſo, iuri tam præiudiciali, & tam
diuerſo à contractu diuiſionis, vt doctores ſæpius di-
cunt in d. §. duo fratres, & maximè in ſecunda quæſt.
Bart. ſed hoc intelligerem ſecundùm naturam contra-
ctus ipſius diuiſionis. l. ſi ſtipulatus. in princ. ff. de vſu.
cum ſimil. per Alexand.conſi.60.nume.4. lib. 7. & Ti-
raq. in præfat.nume. 131. d. l. ſi vnquam & propriè per
Bald.dict.conſil. 18. in fin. lib. 3. & d. meo conſilio 137.
num.156.& pulchre Corn.conſ.102.colum.1.verſ.his ta-
men. lib. 4. & ex cauſa de præſenti ſubſiſtente, Bar. &
alij in l.qui cum tutoribus.ff.de tranſact.& cap.inter.de
renuntiat. poſſent enim eſſe & iura conpetitura ex alijs
cauſis communibus & diuiſis, de quibus contingit ex-
tendere clauſulas proprias contractus diuiſionis, vt re-
cenſui, quod ab alio non animaduerſum remitto alio-
rum cenſuræ, & iudicio, reſtringendo viam renun-
ciationis, & quoad fieri poſſit ſaluando fideicommiſ-
ſum,ne per diuiſionem ſic de leui,& incauto calami no
tariorum curſu amiſſum dicatur, Tiraq.d.præfat. num.
128. 129.& Cephal. conſil.371. nume. 15. & ſeq. Curt.
19 Iun.conſi.222.ad num.18.conſ. 227. ad fin. Port. Imo-
len. conſi. 135. nume. 17. & ſeq. etenim ſigna remiſſio-
nis fideicommiſſi per diuiſionis pactiones, & clauſulas
debent eſſe expreſſa,aperta,præciſa,& concludentia, &
non generalia, & obſcura ſolùm habita ex notariorum
inuolucro.l.de his.cum duabus.ll. præceden. l. qui cum
tutoribus ff.de tranſact.l.tres fratres.ibi, generalis pa-
cti conuenti.ff.de pact.per Barb.d. conſi. 48. colum. 12
& ſeq.lib. primo, poſt alios, Pau.Leon.in dict. §. duo
fratres. à numero 315. vſque ad numero 356. confirmo
per text.not.in l.cum hic ſtatus.§. pœnitentia. de dona,
inter vir. & vxo. vbi circa reuocationem donationis in-
ter virum& vxorem per pœnitentiam,ponendo exem-
plum circa fideicommiſſa reuocanda, de quibus non
agimus, habetur,quòd euidenter debet apparere de re-
20 uocatione, & ſic de remiſſione † in obſcuro iudex pro-
cliuior eſſe debet ad comprobandam donationem, &
ſic fideicommiſſum non eſſe remiſſum per text. magis
proprium in cap.primo, ibi, *Niſi feu. omnino refutauerit*,
de eo qui fin. fec. agn. de feu. pater. & ibi. Bald. dicit
quòd ille text.facit ad not.per doctor.in dict.§.duo fra-
tres adducit Caſtrenſ.conſi.300. viſo quodam proceſſu.
col.tertia.verſi. nec obſtat finis. lib. 2. adde & per text.
magis apertum in l.Titia cum teſtamento.§.Lucius. in
fin.de leg.2. ibi, *Niſi euidenter apparuerit omittendi fidei-
commiſſi cauſa hoc eum feciſſe*.
21 Poſtremo † ſignum euidens eſt non refutati fideicom-
miſſi quando inſtrumento diuiſionis poſt clauſulas præ-
gnantes promiſſionum & renuntiationum iurium adeſ-
ſet reſtrictiua clauſula aliqua vſque in præſentem diem,
vel ad certam & nominatam cauſam relatiua, quia
tunc fideicommiſſi conditionalis de futuro cedentis,&
extra nominatam cauſam remiſſio de eo quietatio fa-
cta non intelligitur probant Ang.conſi. 287.pro clario-
ri.colum.3.verſi.cum dies Corn.conſilio 102.ad fin. lib.
4.conſi.340.colum.fin.lib.1.Dec.conſi.86.col.3.verſ.&
maximè iſta concluſio.conſ.495.nume.18. ponit Gabr.
Roman.dicta concluſ.prima,nume.24.tit.de fideicom-
miſſ.lib.5.de commun.concluſ.poſui & ego dicto conſ.
137.nu. 3. & de pluribus modis vel cauſis reſtrictiuis ge-
neralitatum,vide diffuſè tradita ſupra lib.præceden. in-
terpr.4.dubit.2.ſolu.3.
22 Vlterius † licet raro inueneris fideicommiſſarium
ex cauſa lucratiua fuiſſe conſecutum rem ſibi per fidei-
commiſſum relictam, tamen tunc dices fideicommiſ-
ſum eſſe finitū,niſi & de mēte teſtatoris appareat etiam
fideicommiſſario extimationem deberi per text.in l.nu
tu.in prin.de legat.tertio.
23 Vltimo & temporis curſu † fideicommiſſum non
durare dicendum eſt,vbi ſanè longi vel longiſſimi tem-
poris pręſcriptione eius petitio ſublata dici poteſt,lon-
go enim tempore decem annor.inter præſentes, vigin-
ti ann.inter abſentes fideicommiſſum particulare amit-
titur,&acquiritur ei,cui res fideicommiſſaria fuerit non
ab hærede grauato alienata, ſed ab alio, puta eiuſdem
rei vſufructuario,vt eſt caſus, iuncta gloſſ.in verſ.ſtatu-
to.in l.Sticho.ff.de vſufruct.lega. cum bona fide intelli-
gitur eius, qui præſcribit, & acquirit, vt aperit ibi text.
verbis his, Cum nepotes legatarij ignorauerint condi-
tionem fundi,&c.non ab hærede grauato, vel à prohibi
to alienari per teſtatorem acquiſitio facta euitare facit
pręſcriptionis prohibitionem à lege teſtamentaria indu
24 ctam,& procedere facit ipſam præſcriptionem,quia † te
ſtator non poteſt imponere legem niſi ſucceſſori ſuo,di
cit Bald.in l.2.in fin.C. de vſucap. pro empto. vti veriſ-
ſimum dictum probat Caſtren.conſ.318. alias in hoc fa-
cto.lib.ſecundò non videns:hoc dictum tamen rationa-
bile dicit Corn.conſil.304.colum.14.verſi. & per patro
nume.lib.3.vbi & in verſic.ſequen. cum dictis hîc bene
conuenit, & dicta ignorantia acquiſitionis per text. in
dict.l.Sticho.videtur verificare dictum Iaſon. vt proce-
dat præſcriptio emptæ rei ſuppoſitæ fideicommiſſo pro
hibitæ alienari per authen. res quæ. commun. de legat.
de quo non memor.d.text.in d.l.Sticho.dubitat Ripa in
§.diui.ſub nu.114.l.filiusfamil.de legat.1.ſequitur idem
25 ibi ſub num.15. † Rei autem particularis legatæ, vel fi-
deicommiſſo ſubiectæ pręſcriptio,vt locum habeat,ad-
uerte, quòd oportet hæreditatem eſſe aditam ex teſta-
mento, vel ab inteſtato, prout legatum, vel fideicom-
miſſum præſtandum venit,non auxiliante ſuitate,niſi in
fideicommiſſo vniuerſali, vt plenè diſcutiendo probat
Corn.conſ.97.latè & diffuſè.lib.2.quia priùs legatario,
vel fideicommiſſario non eſt nata actio,ſic contra eum
non currit præſcriptio,per l.cum notiſſimi.§.illud.C.de
præſcr.30.vel 40.an.& l.1.in fi.de anna.excep.idē conſ.
294.ad fin.verſ.2.lib.3.in eod.caſu Alex.cōſ.101.nu.21.
& ſeq.lib.7.& Nat.conſil.437.nu.5.& ſeq.vbi de regula
nō valenti agere, &c.quomodo autem dicta regula d.§.
illud.

illud.& dicta l.prima, in fin.procedat, congruenter explicat idem Corn.dicto conſilio 304. columna decimaquinta, ſub verſiculo nec obſtat dictus §.illud.libro eodem.

26 Quamuis enim res † per fideicommiſſum relicta, & per teſtatorem alienari prohibita præſcribi nequeat d.l.ſecunda, C. pro empt.maximè antequàm exiſtat conditio fideicommiſſi, Bald.conſil. 351. item ad illud, lib. 3. tamen poſt purificatum fideicommiſſum præſcribitur, & id præſcriptione longiſſimi temporis 30. vel 40. annor. titulum non requirente firmat Alexand. conſil. 59.colum.4.nume. 8.lib. 3. Corn. dicto conſil. 304. colum.13.verſic.vltimo dictus reus. lib.3.Dec. conſil. 202, ad fin.& conſil.267,colum. penulti. nume. 4. Alexand, conſil.97,colum.prima, & Ruin.conſil,139.colum. penult,nume.15.lib.2.Ripa in dicto.§.diui.numero 114. & ibi alij Modern.idem contra legatarium per Corn.con, 244.colum.2.lib.4.vbi quòd etiam tali longiſſima preſcriptione tollatur reſtitutio in integrum aduerſus ipſam decurſam præſcriptionem, vt etiam Ruin. & Alex, in alleg.conſi.tradunt. Vbi tamen eſſet probabilis ignorantia fideicommiſſarij de fideicommiſſo ipſo dari reſtitutionem in integrum petitam incidẽter contra præſcriptionem 30.ann.in terminis tradit Alexand.conſil, 116.col.1.lib.5.ſequitur Soc.Iun.conſil.128.nu.150.lib.1. eſt commun.doctr.per Afflict.decíſ.37.ſub num.2.deci. 329.Cagn.in l,2.nu.119.C.de pact.inter empt.& vend. diffuſè etiam aduerſus præſcriptionem 40.ann.expreſsè agendo tenet Aymo,tract.de antiq.temp.par.4. pluri num.præced.concludit num.201.& conſil.201. num.35. & ſeq.eſt magis commun.opin.Pariſ.conſil.66.nu.117. lib.3.& quãdo non ſit ſupina & craſſa ignorantia, Pariſ, conſil,16.num.139.lib.2,

27 Præſcriptionem † autem ipſam decurrere contra fideicommiſſarium antequam is agnouerit & acceptauerit legatum vel fideicommiſſum, non impedit ſcientia, & ſic mala fides heredis grauati, vel alterius poſſidentis, cum dominium eidem fideicommiſſario nondum ſit irreuocabiliter acquiſitum ex doctr,Anchar.in cap.ſine poſſeſſione.col.18.de reg.iur.in 6.tenent Socin.conſil. 63.col,3.verſic.prætereà hanc partem.lib.1.Dec.conſil. 554.num.2.Pariſ.conſi.7.num.26.lib.1.conſil.49.num. 34.35.conſil.87.ad fin.lib.2.Socin.Iun.conſil.74.num. 31.32. lib.1. allegant & Balb. de præſcript.in 4.part.5.

28 princip.in 3.queſt.nume.3.Exinde † eſt quòd hæres grauatus etiam poſt multum temporis differens reſtitutionem, lucratur fructus perceptos negligentia fideicommiſſarij non petentis.l.mulier.§.ſi hæres.ff.ad Trebellian.

Itaque mihi fideicommiſſorum finem perquirenti, vix peroptatus obuiam ſeſe fecit huius tertij libri finis. Cui quidem non me latet alijs me doctiorib.quàmplurima ſuperaddendi, proinde ſicut & meus, vt par eſt, erga ſummam Trinitatem diuinam continuò adiutricem meam gratiarum actioni, omnemq́; ipſi DEO laudem, honorem, gloriam dandi nunquam erit finis.

LIB. III, FINIS.

DE





# DE INTERPRETATIONE VLTIMARVM VOLVNTATVM TRACTATVS,

SIMONE DE PRÆTIS, IVRISCONS. PISAVREN. AVCTORE.

## ¶ Liber Quartus.

NVNC agendum ſequitur quarto libro de interpretatione vltimarum voluntatum in legatis, pręceptis, alijsq́; teſtatorum diſpoſitionibus ſuper his quidem per Iuriſconſ. & legumlatores ipſos tractatus latè longeq́; habitus eſt, & amplè diſcuſſus, vt videre eſt prolixioribus titulis, quàm in alijs forſan iuris articulis, vt ff.de legat.1.de leg.2.de leg.3.alijsq́; ſeq. titulis, & C.de legat.& inſtit.eod. vbi in princip.gloſ.2. meritò dicit, quòd eſt pars iuris longa, ac ſuper his per gloſſ.& doctr.pleniſſimè interpretationes apparent, & plurima reſponſa: vt eorum indices oſtendunt, particulares etiam doctorum tractatus ampliſſimi non deſunt, vt per Capr.in ſuis concluſ.& reg.Gualden.de arte teſtan.tit.6.de legat.Ant.Gomez ſuo commen.iur.tom.1. cap.12.de legat. Quod efficit, vt ego de his breuius me expediam, tres adducendo interpretationes, ſeu declarationes.

Primam circa legata.

Secundam circa præcepta aliqua teſtantium.

Tertiam circa alias teſtatorum diſpoſitiones, & earum extinctionem & finem.

Prima itaque interpretatione, vt alijs etiam ſequentibus ſic progrediar, non vt in præcedentibus libris feci præmittendo certas dubitationes, enumerando, applicandóque ſeparatas ſolutiones, ſed dubitationes ſimul & ſolutiones explicabo, continuando vnam poſt aliàs, & excitando eas circa illud, de quo dubitandum contingere poteſt, ſic diuerſitas materiæ ſuadet, non tamẽ inordinatè diuerſum ſeruare commodius videri.

### ¶ SVMMARIVM.

1 *Legatum factum rei alienæ quam teſtator putabat ſuam valet, ſi legatarius ſit attinens, vel conſanguineus teſtatoris.*

2 *Legatum factum pro maritandis puellis pauperibus de ſua caſata potius præſumitur factum ratione conſanguinitatis quàm ex pia cauſa.*

3 *Legatum factum hæredi & alij extraneo non valet reſpectu hæredis, & quare, ſed totũ debetur collegatario iure non decreſcendi.*

4 *Legatum factum vni ex hæredibus vel pluribus hæredibus, debetur id cuilibet eorum iure legati pro portione cohæredum, pro ſua autem portione iure hæreditario.*

5 *Legatum factũ filio teſtatoris qui ſit & hæres, cui debetur legitima, valet quatenus capiat legitima, & quare, & quando etiam ſupra legitimam valeat, itemq́; & quando valeat factum hæredi.ibid.*

6 *Legatum factum filiabus per teſtatorem habentem vnam filiam & vxorem prægnantem intelligitur & de poſthumis, & quare.*

*Et de numero plus aliquando poſsit verificari in vno. ibid. cum ſeq.*

7 *Legatum diſtribuendum mandato teſtatoris inter pauperes per executorem, an executor vnum poſsit eligere, vt vide ibidem hincinde opiniones, & qui poſsit eligi magis ex recepta ſententia. Quid ſi dictum ſit vt vni detur an plures eligi poſsint, & quando aliter de voluntate teſtatoris non apparente.*

8 *Singularis numerus an & quando poteſt verificari in plurali, & econtrà, an pluralis in ſingulari.latè, vide ibid.*

9 *Legatarij ſi ſint plures quando coniunctim, & quando diſiunctim ſunt vocati, & an & quando ad rem legatam, & an in proprietate vel in vſufructu vocentur latiſsimè ibi cum ſeq.num.*

10 *Legatarij coniunctim vocati & ſint capaces alio non expreſſo æqualiter rem legatam cõſequuntur, ſi diſiunctim quando valeat poſteriori factum, & quando vni legatario extimatio debeatur, alij res ipſa aſsignetur.*

*Quid ſi omnes non ſunt capaces, & quando iſti faciant partem capacibus.ibid.*

11 *Excluſus à ſucceſsione non facit partem in legitima.*

*Legatarij vbi ſunt plures & vni legatus ſit vſufructus fundi, alij ſimpliciter idem fundus eſt legatus ambo pro dimidia in vſufructu concurrunt, & quomodo plures concurrant in eadem re legata.*

*Quid ſi vni ſit legatus vſusfructus omnium bonorum, & alijs ſint legata certa bona quòd cõcurrat vſufructuarius omniũ bonorũ cum eo cuiſpecialiter certa bona relicta ſunt.*

*Et eſt magis communis opin.reprobata opin.Bald.& Salyc. num.12.*

*Quid ſi vnus ſit vſufructuarius omnium bonorum & alius hæres vniuerſalis in proprietate, ceſſat tunc concurſus in vſufructu, nam eſt totus vſufructuarij.*

*Reprobatio Bar.conſ.33.ad fin.nu.13*

14 *Legatum factum attinentibus intelligitur de proximioribus teſtatoris in gradu ſucceſſ.ab inteſtato, etiamſi ſolus ſit.*

15 *Legatum factum pluribus puellis vel filiabus maritandis alicuius, alijs præmortuis, totum debetur ſuperſtiti etiam nuptæ, & factum plurib. filiabus donec nubant, intelligitur donec vna ſuperſit nubēda ibid.*

16 *Legatarius legatū ſibi factum hac cōditione, ſi bene ſe geſſerit in tali negotio, ſi dignus exiſtimatus fuerit, petere poteſt, cum nō offenderit, & de quo non eſt querela.*

17 *Legatarius in dignitate operatur vt legatum ei factum interpretatum eſſe præſtandum in nobiliori materia, in maiori quantitate & conuenienti conditioni ipſius perſonæ.*

18 *Legata & fideicōmiſſa fiunt ob merita legatarij, ob amorem & affectionem teſtatoris erga legatarium.*

19 *Legatum factū cum qualitate viduitatis, pone quòd veſtiatur vidua, vel ei præſtentur alimenta, intelligitur quòd perſeueret vidua, aliàs ceſſat legatum.*

20 *Legatum factum ſub conditione ſtudendi legatario, debet durare vſque ad perfectionem ſtudij, quod intellige vt ibid.*

21 *Legatarius perſonaliter & nominatim apparere debet, vt congruè intelligatur, ſcilicet per perſonam & per locum, quia per perſonam conſtat de loco, & per locum de perſona.*

22 *Legatum factum eccleſiæ & non dicatur de qua vel non appareat de qua in loco, intelligitur de eccleſia generali, id eſt, cathedrali illius ciuitatis.*

24 *Legata facta nominibus Sanctorum debentur eccleſijs quæ appellantur & ſnt intitulatæ ſuub nomin[illegible] illorum ſanctorum, & ſic intelligitur de digniori & principaliori eccleſia.*

*Effectus tamen ſimilis legati ad perſonas regentes & gubernantes dictas eccleſias.24.declarando tamen vt ibi.*

25 *Legatarij perſonæ qualitas facit legati conditionem mutare & quantitatem diminuere, exemplum ibidem num. ſequent.*

26 *Legatum alimentorum vel vſufructus factum nouercæ per maritum donec permanſerit cum priuignis, debetur illi, etiam cōtra conditionem non permanendo cum eis, quia non poßit nedum veritate apparēte, ſed ſuſpicione etiam exiſtente ſola declarando pulchrè, vt ibid.*

27 *Legatum nouercæ plus eo quod minimum comprehendatur relictum vni ex priuignis diminuitur.*

28 *Legatum quantitatis diminuitur factum in exceßiua ſumma ſpurio vel ſpuriæ pro alimentis, vel pro dote, reuocatur & reducitur ad conuenientem ſummam pro alimentis, vel pro dote, & ſuperfluum datur hæredibus legitimis, conſanguineis & vltimo loco fiſco.*

29 *Vtile per inutile non vitiatur in vltimis voluntatibus circa relicta, & dic ac declara vt ibi.*

30 *Legatum debet attendi reſpectu ſcilicet eius formæ, vt ſuper ipſo iudicetur.*

31 *Teſtator dicens, Deputo talem rem tali, idem eſt dicere, ac ſi diceret, lego.*

## ¶INTERPRETATIO PRIMA circa legata.

PRIMA dubitatio circa perſonas legatariorum diuerſimodè ſoluitur, prout eorundem legatariorum conditio inſpecta diuerſam legatis ipſis interpretationem præbet. Nam † ſi legatarius ſit attinens, vel con-
1 ſanguineus teſtatoris, ei legatū factum rei alienæ, quam teſtator putabat ſuam, valet.l.cum alienam.C.de legat. & ibi Gloſſ.& Docto.in materia legatorum rei alienæ & ſimilium plures declarationes inductas à conſanguinitate, vide ſuprà plenè libro primo interpret.ſecunda, dubit.2.ſolut.3.à conſanguinitate. Id referam, vt alias ex
2 facto reſpondi, † legatum factum pro maritandis puellis pauperibus de ſua caſata, potius præſumi factum ratione conſanguinitatis quàm ex pia cauſa, Deciſ.conſil. 120.col.fin.ſequitur Tiraq.in l.ſi vnquàm.verſic.donatione.nume.73.de reuoc.donat.& in tract. de priui.piæ cauſ.in præfat.pag.9.Crot.conſ.3.nu.22. Grammat.deciſ.73.num.15.
3 Si † hæredi & alij extraneo factum ſit legatum, quia hæredis, vti à ſemetipſo præſtandum, non valet.l.legatum eſt.§.1.de legat.1. Exinde fit, quòd totum debetur alij collegatario iure non decreſcendi.l.planè.§.ſi duobus. eod.& ibi gloſſ.& doctor. reſpondit Angel.conſil. 395.punctus, teſtator. colum.penult.verſic.reſtat igitur videre.bene declarat Bal.conſi.19.circa dubitationem.
4 num.2.lib.2. † Si verò vni ex hæredibus, vel pluribus hæredib.factum eſt legatum, id cuilibet eorum pro portione cohæredum iure legati, pro ſua autem portione iure hæreditario debetur.l.qui filiabus.§.fin.eod. Sed reſpi-
5 ce † ſi hæres & legatarius eſt filius teſtatoris, cui debetur legitima, quòd legatum huiuſmodi ſibi factum valet, quatenus capiat legitima, quæ ſibi aſſignata videntur in tali re legata, & valet etiam ſupra legitimam, quando hæreditas eſſet alij reſtituenda, bis hoc firmat idem Bald.conſil.318.proponitur, quòd ſolus filius, & conſil. 328. determinatio iſtius quæſtionis.lib.5.valet & legatum factum hæredi in hoc quòd vbi fortè non fieret hæres vel hæreditatem alij reſtitueret, poſſet res ipſa legata retineri ab ipſo hærede & legatario, Socin.Iun.conſil.8. num.26.lib.2.
6 Multum quoque refert, ſi numero † plurali exprimantur legatarij, vt ſi teſtator vnam habens filiam, vel ſciens ſe habere vxorem prægnantem legatum fecerit filiab.ſuis, intelligitur & de poſthumis, vt verificetur dictio pluralis numeri.Bartol.in l.qui quartam.§.primo. in l.qui filiabus.in princip.ſub nume.5.de legat.primo. verificatur tamen & in vno.l.Lucius.& ibi gloſ.in verſi. filijs ſuis.in §.fina.& in l.fina.§ fideicommiſſis.de leg. l.qui concubinam.§.ſi Stichus.& l.pater.§.filiam de leg. 3.vbi gloſſ.quòd vniuerſitas remanet etiam in vno.licet
7 de hoc varia eſt ſententia † vbi legatum fuerit mandato teſtatoris per executorem diſtribuendū inter pauperes, quòd executor non poteſt eligere vnū pauperem, & ei dare omnia, tenet Barto.in l.prima.de optio.legat.comprobat Deci.conſil.471.num.9.& Alex.in d.l.qui quartam. §. 1.num.2.magis tamen recepta videtur alia ſententia, quòd poſſit eligere vnum pauperem, & ei dare omnia etiam ex opinione Bart.tenet Bald.in l.vnum ex familia.§.ſed ſiquidem.in fin.& Caſtr.in l. cum quidam. nu.4.de leg.2.& Ruin.conſ.221.col.pen.ad nu.10.lib.1. vbi & econtra ſi dictum fuerit, detur vni pauperi, poteſt dari & pluribus, ita quæſtionem hincinde diſcutiendo pertranſit, & firmat Hiero. Cagno. in l. ſingularia. à nume.34.vſque ad num.40.ſi cer. pet. idem cum hac vltima relata ſentiens tranſit etiam Tiraqu.in l.ſi vnquam.verſicu.ſuſceperit.num.227.de reuoc.donat. hoc habere locum, niſi aliter de voluntate teſtatoris poſſit apparere ex dictis per eum, circa modum, & formam diſtributionis huiuſmodi tradit Imol.in dict leg.vnum ex familia.§.ſi duo, clarius ſequitur Alexand.conſil.109.
8 colum.3.ſub.num.7.lib.ſeptimo.ſi & † ſingulare poteſt verificari & in plurali, Pariſ.conſilio 91.nume.39.lib. ſecundo, eatenùs, quatenùs, poſſit, vt locus ſit diſpoſitioni teſtatoris Dec. conſil. 50.& conſil.362.colum. fin.verſicu.non obſtat quòd A.& ibi.nume.ſecundo.adducendo communem rationem, quòd vbi ſingularis & pluralis eſt eadem ratio quod dicitur de pluribus, habet locum & in vno, Bald.& Caſtr. not. in l.prima. C.de condit.inſer. Bartol. & Socin. in l.falſa.§. fin. de condit. & demonſtr. cum alijs concord. per Tiraqu. d.verſ.



dict. ver. ſuſceperit. num 160. & per Aym.conſil. 161, nu.4. & conſ.180.n.3.ibi autem diuerſa ratio poteſt deprehendi maximè ex proprietate nominis legatarium deſignantis, vt ſi legatum eſt factum primogenito alicuius, legatum non ſpectat ad plures, etiam in paritate gradus exiſtentes in fideicommiſſo plenè demonſtraui ſupra lib.præceden. interpret.3.dubitatio.4. ſolutio.vltim.verſi.quinto quæro. quod dicitur in fideicommiſſario procedit, & in legatario.l. 1. poſt princip.comm. de legat.nam propriū eſt ſingularis numeri referri ad pluralem, per cap.is cui.de præbend.c. pen. de re iud.in 6. & l.1.& ibi gloſſ.& Bart.de opt.l.Alexan.conſi. 226.col. fin.num.5.lib.6.Bald. in l. in tempus.§.primo.ff. de hæred. inſtit.

Idem quoque de numero plurali, quòd non reſoluatur in ſingularem vide plures deciſ. collect. per Tiraq. dict.verſic.ſuſceperit, à numero 225. vſq; ad num.341. vbi & econtrà nume. 241. vſque ad num.260.congerit deciſ. quòd plurale in ſingulari verificatur, & de alijs mixtim, & remiſſiuè ſub num. 261. & per Ruin.conſil. 155. nume.3.4.& conſilio 168. num.decimo, lib.ſecundo Cagno.in l. prima.nu.56. de C.de pact. Aymo conſ. 325.numero ſecundo, facit ſuam ſpecialem regul.4. Sebaſt. Medi. ſuo tract. regul. iur. licèt ibi plus inſiſtat ſuper regul. leg. boues.§. hoc ſermone.& magis in ſpecie per Nic.Euerar.in ſua centur.locorum legat.loco 54. à numero.

9 Legatarij † igitur ſi plures ſint, videndum eſt an ſimul coniunctim, vel diſiunctim vocati ſint ad rem legatam, & an in proprietate, vel in vſufructu. Nam ſi cōiunctim, & omnes ſunt capaces alio non expreſſo æquali portione conſequuntur rem legatam, l. legatam inutiliter.§. fin. l. ſi pluribus.& leg. ſequent. §. ſi coniunctim, de leg. primo. Si verò diſiunctim, vel ſeparatim valet legatum poſteriori factum, conſtito de voluntate teſtatoris adimēte à priore legatario, hoc vero non apparente vni legatario tunc extimatio, alij ipſa res aſſignatur, vt d. l. ſi pluribus, ver. quòd ſi ſeparatim. & l. ſequent.& l. qui duos.§. primo. & ibi Bartol.de legat.ſecundo, vbi autem non omnes ſunt capaces, vel ratione aliqua legatum non valeat in perſona omnium legatariorum, & iſti non capaces quādo faciant partem capacibus.i.quòd habeant ſolam eorum partem, & non totum, vt exponit gloſſ.in verſic.faciunt partem. in d. §. ſi coniunctim. per leg.vtrum.de rebus dub.quoniam materia requirit aliquam explicationem longiorem, vide quòd eam bene explicant, Bartol.Caſtr. Imo. Alexand. & Iaſ. in di. l. plane vbi.§. ſi duobus. & in l.huiuſmodi. §.ſi Titio. de legat. primo. & Alber. Brun. de ſtatu. fœmin.exclu.in 13. artic.in quæſt.3.& Guid. Pap. in quæſt.
10 295.vbi & inferunt, quòd † excluſus à ſucceſſione non facit partem in legitima. & remiſſiuè Doct. collect. in materia vide per Hier.Cagno.in l.1.ſub nu.57.C.quando non petent. par.

11 Et quandoquidem ex pluribus legatarij † ſi vnus eſt legatus vſusfructus fundi, alij ſimpliciter idem fundus, ambo pro dimidia concurrunt in vſufructu, l. ſi alij. de vſuf. leg. & ibi Bar. quomodo plures poſſunt concurrere in eadem re legata, & in l. Seiæ. de dot. præleg. & omnes in l.ſi Fortidianum.C.de legat.& in l. ſi paterfa.
12 ff. de hæred.inſtituen.† ſi autem vni eſt legatus vſusfructus omnium bonorum, & alij ſunt legata certa bona, vſufructuarium omnium bonorum non concurrere cum legatario certorum bonorum in aliquo, eo quòd per ſpeciem ſit derogatum generi, tenent Alber.in l. generali.§.vxori.in fin.de vſufr. leg. Bald.& Salyc. in l. quoties.in fi. C. famil. erciſ. comprobare videtur Soc. Iun.conſil. 115.nume.3.ſequent. libr.1. ſed verius & receptius eſt, quòd generalis vſufructuarius concurrere debet in vſufructu etiam bonorum alij ſpecialiter legatorum per l. Sempronio. & ibi gloſſ. firmat Bartol. in princ. de vſufr. leg. & Bald. conſil. 19. circa dubitationem. in prin.& conſil.23.ſuper alio conſilio.lib.2.comprobando quòd vſusfructus, & proprietas non ſe habent vt genus & ſpecies, ſed ita ſe habēt, quòd vſus non poteſt integraliter prꝑſtari ſine diminutione alterius, ità in ſpecie contra Bald.& Salyc. tenet Ruin. conſil. 190. nu.13. libr.2.& eſſe commun. opin. Pariſ. conſil. 97. in fin.lib.2. & Rolan. à Val. conſil.8. num. 36. libr.2.cum concord.per Borgni.Feuizanen.tract.de vſuf.muli. nu. 445. pro magis communi tenet Ant.Gabr. de commu.
13 opi.lib.5.de vſufr. conclu.fin.nu. 40.† Si verò vnus eſt vſufructuarius omnium bonorum & alius eſt hæres vniuerſalis in proprietate ceſſat concurſus in vſufructu, quia totus eſt vſufructuarij, vt author aliorum bene probat Pariſ.conſ.94.nu.32.& ſeq.lib.2.vbi num.34. tenet d.l.ſi alij.non procedere in hærede inſtituto, quòd concurrat in vſufructu, qui ſit alij relictus, ideo integer debetur legatario & non pro medietate, vt ibi per eum, & per alia idem probat Ruin.d. conſi.190.nu.2.& ſequ.li. 2.ſic reprobatur Bart.conſi.33.ad fi.

14 Legatum † factum attinentibus intelligitur de proximioribus teſtatoris in gradu ſucceſſionis ab inteſtato, etiamſi ſolus ſit, Pariſ.conſ.49.colum.2.& ſeq. li.1.plenè diſſerui conſil.203.num.4.cum ſeq. & propriè Caſtr. conſ.383.notandum eſt.col.1.lib.1.

15 Item † pluribus, puta puellis maritandis, vel filiabus alicuius legatum factum alijs prꝑmortuis totum debetur ſuperſtiti etiam nuptꝑ, reſpondit Bald. conſ.395. factum tale eſt, quidam Paulus, libr. 3. per l. cum quidam ita.verſ.planè.de leg.2.& l. vter ex fratribus. ff. de condit.inſti.& quid relictum pluribus filiab. donec nubant, intelligitur, donec vna ſuperſit nubenda, Corn.conſil. 204.lib.4.& per Dec.conſil.50.

16 Legatarij † perſona, cui conditio huiuſmodi aſcripta fuerit, ſi bene ſe geſſerit in tali negotio, ſi dignus exiſtimatus fuerit, ad legati petitionem admittitur, qui non offenderit, & de quo non eſt querela, l. teſtamento ita de fideicom.libert.& d.l.cum quidam ita. ver.1.& glo.l. 2.& in ſpecie ſimili per Corn.conſil.3.col.1.lib.1. in hoc modo volens viuere, vt bonus filius.

17 Dignitas † legatarij, reſpice, quòd facit interpretari legatum eſſe præſtandum in nobiliori materia, in maiori quantitate, & conuenienti conditioni perſonæ legatarij, probatur caſibus & exemplis, per l. ſed & ſi ſuſceperit.§.ſed & ſi perſonas.ff.de iudic.& ibi gloſ. & doctor.& l.Titia.§.fin.de aur. & argen. leg.l. penul. in fin. de condit.& demonſt.l.plenū.§. equitij.de vſu & habit. per Bald.in l.1.ſub num.4.C.de verbor.ſign. Fulg.conſ. 27.propoſita quæſtione, Pariſ. conſil.80.numer.23.24. lib.2.Corſet.in ſing.ſub dict. conditio perſonæ.Bald.in l.1. num.12.& ſequent.C. de legat. Bart. in l. cum quæritur. §. lana in fin.de legat.3. qualitas demum, & conditio perſonæ legatarij, vt generale eſt in ſermone de perſonis, præſtat intellectum verbis & diſpoſitioni, Bal. d.l.1.nu.12.Afflict. deciſ.401. nu.2. Socin.in l. ſecunda,
18 colum.3.nu.13.de reb. dub. † Nam ob merita legatarij, ob amorem & affectionem teſtatoris erga legatarium fiunt legata & fideicommiſſa, Pariſ.conſil.99.in fin.lib.
19 ſecundo, & † perſonæ qualitas requiſita pro legato conſequendo, pone quòd veſtiatur vidua, vel ei præſtentur alimenta, intelligitur quòd perſeueret vidua, aliàs ceſſat legatum, Bald.in l. 1. colum. 2. num. 5. & in l.voluntatis. columna fin, ſub numero 10. C. de fideicommiſſ.
20 † Conditio ſtudendi impoſita legatario debet durare vſque ad perfectionem ſtudij, Dec.conſi.170. intelligēdum eſt hoc prout conditio ſit actus ſucceſſiui, vel momentanei, ſimiliter præſtatio legati facienda ſit ſemel, vel ſucceſſiuo tempore, & pluries, vt Pariſ.conſ.95. numer. 50.& ſequen.libr. 2. & Bald. in l.prædia. ſub num.

quarto, verſic. extra quæro.C.de fideicommiſſ.
21 Præterea de perſona † legatarij nominatim apparere
debet, vt congruè intelligatur, ſcilicet per perſonam, &
per locum, quia per perſonam conſtat de loco, & per lo
cum de perſona dicit Bald. conſil.154. ſuper primo pū-
ɛto, in prin. lib.4. & per alias demonſtrationes, vt de no-
mine hæredis exprimendo dixi ſupra libr. præceden. in-
22 terpr.1.dub.4.ſolu.1. Vnde ſi † factum eſt legatū eccle-
ſiæ, & non dicatur de qua, vel non appareat de qua in
loco, intelligitur de eccleſia generali, id eſt, cathedra-
li illius ciuitatis, Bald.d.conſ.154. ad ſi. & Afflic. in de-
23 ciſ.244. vbi etiam † de legatis factis nominibus ſancto-
rum interpretatur, & legata debentur eccleſijs, quæ ap-
pellantur, & ſunt intitulatæ ſub nominibus illorum
ſanctorum nominatorum, & ſic intelligitur de dignio-
ri, & principaliori eccleſia, Ioan. Fab. & Ang. Aret. in §.
ſed quoties, inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. refert Mar
ſil. in l. eos qui, num.19. de falſ. de parochiali Nat. conſ.
204. nu.7. & de his plura in ſpecie vide per Capr. in ſuis
regu. concluſ.113. num. tertio, cum ſequent. & magis de
eccleſia parochiali ſecūdùm commun. Vaſq. de ſucceſ.
24 progreſ. de legat. lib.3. §.27. numer. fin. † effectus tamen
ſimilis legati pertinet ad perſonas regentes & guber-
nantes dictas eccleſias, Pariſ. conſil. 50. nume. 25. libr.2.
dummodò de titulo doceant attendendo etiam for-
mam & modum relicti, vt per Bald. conſil. 250. viſo iſto
proceſſu li.4.
25 Atque † perſonæ legatariæ qualitas inſpecta facit le-
gati conditionem mutare, & quantitatem diminuere,
26 vt ſi nouercæ factum eſt per maritum † legatum ali-
mentorum, vel vſusfructus, donec permanſerit cum
priuignis, & cum his permanere non poſſit, nedum ve-
ritate apparente, ſed ſuſpicione exiſtente, ne fiant inſi-
diæ ſuæ vitæ vel ſuo honori, quia eſt ætatis recētis & iu-
cundæ, poteſt ſanè conſequi legatum contra conditio-
nem appoſitam etiam extra domum d. mariti, & non
permanendo cum priuignis per Bal. in l. pen. ff. vbi pu-
pil. edu. deb. & in Auth. hoc locum. col. fin. C. de ſecun.
nup. & in l.3. C. de cond. inſert. latè probat Aym. conſ.
268. col.2. & ſequ. ſentit Ruin. conſ.34. col.1. lib.2. dum
vltra quę ſit nouerca aliud probet quòd non poſſit habi
tare cum priuigno etiam exiſtens in ſuſpicione, vt de-
clarat Ay. d. conſ. poſt Bal. in d. l.3. exprimentem id eſ-
ſe propter ſiniſtram ſuſpicionem. Quæ etiam præſumi-
tur abſq; alia probatione, ſed ea ſufficiente, quæ à ſoli-
tis inter nouercas & priuignos habetur, oſtēdere ſatagit
27 Anch. Regien. in q.1. num. 28. libr.2. † quantitas verò
legati diminuitur, ſi fuerit legatum nouercæ plus eo,
quod minimum comprehēderetur relictum vni ex pri-
uignis per text. gloſ. ac doct. in l. hac edictali. C. de ſe-
cund. nupt. de ratione cuius legis & non procedentis in
caſu neceſſario plenè diſcutit Roman. conſi.218. & the-
mate conſultationis. col.2. & Io. de Ana. conſ.67. & ibi
Bologn. in addi.
28 Quantitas † etiam legati in exceſſiua ſumma facti
ſpurio, vel ſpuriæ pro alimentis, vel pro dote, reuocatur,
diminuitur, & reducitur ad conuenientem ſummam
pro alimentis, vel pro dote, & ſuperfluum datur hære-
dibus, legitimis, cōſanguineis, & vltimo loco fiſco Ang.
Aret. tract. de teſtam. gloſ. 69. num.2. Cur. Iun. conſil.
37. colum. fi. Rol. à Val. conſil.74. num. 40. 45. 46. li.1. &
ibi num.49. quòd viuente marito non poteſt repeti ta-
29 le ſuperfluum dotis, ex quibus liquet circa † relicta in
vltimis voluntatibus vtile per inutile non vitiari ex
pluribus etiam per Ruin. conſi.44. col.3. num. 9. libr.2.
Cæterum dubitatio hæc circa validitatem, vel inuali-
ditatem legati ſoluitur accuratè inſpiciendo ea quæ le-
gatum validum efficiunt, quæ nullum & inutile red-
dunt: hæc enim conſtant ex perſona relinquentis, &
perſona legatarij, & re relicta & forma ſolennitatéque
diſpoſitionis, vt plenè allegando probaui ſupra libr.2.
interpr.2. dubit.1. ſolut.1. in princip. vbi diffuſe quoad
perſonas habentes factionem teſtamenti actiuè & paſ-
ſiuè, dixi per tot. di. leg. ſolut. & de his actiuè factionem
teſtamenti non habent, etiam latè tradit Capr. tract. re-
gul. & commun. concluſ. concl. & reg.103. & quoad for-
mam & ſolennitatem dixi d. dubit.1. per tot. ſolut.2. &
quoad res per tot. ſolut. tertio, dixi, vbi breuitatis cauſa
iſta videnda ſunt, necnon videri d. interpr.2. dubit.2.
& ſolut.2. poſſunt caſus 45. quos adduxi demonſtrantes
tam in legatis, quàm in alijs diſpoſitionibus non valere
teſtatoris diſpoſitionem. Non omittam demum quòd
Angel. in l. in fideicommiſſi. §. fin. in 5. not. ff. de vſur.
30 notat † attendi debere formā legati, vt ſuper ipſo iudi-
cetur, & quoad Bal. not. in l.1. nu.16. comm. de l. quòd ſi
31 † teſtator dicit, Deputo talem rem tali, idem eſt dicere,
ac ſi diceret lego, facit tex. in l. legatis. C. de legat.

## ¶ *SVMMARIVM.*

1 *Legati quidditas ſeu rei legatū poteſt declarari ſic in omni*
*bus prædicamentis decem exemplificando, in interpretan*
*da voluntate teſtatoris.*
2 *Legatum eſt quædam donatio teſtamento relicta ab hærede*
*præſtanda & valet etiam abſque hæredis inſtitutione fa*
*ctum in aliqua diſpoſitione, quæ tandem dicitur codicil-*
*lus, diciturq́ʒ ſpecies donationis largè ſumptæ.*
3 *Statutum prohibens vxorem vel maritum relinquere alte-*
*ri coniugi, non comprehendit donationem inter viuos fa-*
*ctam alteri coniugi.*
4 *Legatum ideò dicitur donatio quia hāc in ſe habet cauſam*
*finalem, vt in dubio præſumatur mera teſtatoris libera-*
*litas, accedēte meritorum legatarij præſumptione, nulla*
*ſubſiſtente neceſſitate, & quare, ibid.*
5 *Legatum præſtatur & ſoluitur ab hærede, ſicut & cætera*
*onera hæreditaria, & quādo corruat legatum, ita vt non*
*dicatur onus, quod tamen limitatur vt tūc dicatur onus,*
*vt ibi pulchrè.*
6 *Legatum quando non ab hærede, ſed à primo legatario &*
*legatario ſit præſtandū, túncq́ʒ vltimo moriēte legata*
*vel deficiēte ne capere poſſit, legatum non apud hæredē*
*ſed primum legatariū remanebit. & ibid. de rationibus.*
7 *Legatarius in re legata magis præſumitur dilectus à teſta-*
*tore quàm hæres.*
8 *Legatarius puta domus in ea præfertur alijs legatarijs quā*
*titatum, etiam quando ære alieno ſoluto nil remaneat in*
*bonis quòd cedit commodo legatarij grauati.*
9 *Legatum à fiſco præſtatur, ſi aliqua cauſa ad eum hæredi-*
*tas pertineat.*
10 *Legatum quomodo aliàs diffiniatur, quòd ſit ſcilicet dimi-*
*nutio hæreditatis, & his ſimilibus ſcholaſticis.*

## ¶ DVBIT. II.

1 Circa † quidditatem legati ſeu rei legatæ
poteſt declarari ſic in omnibus decē prædi-
camentis exemplificando in interpretanda
teſtatoris voluntate ſecundùm Bal. in l. vo-
2 luntatis. col.2. ſub nu.7. C. fideicommiſſ. quòd † legatum
eſt quædam donatio teſtamento relicta, ab hærede præ-
ſtāda, l. legatum eſt quædam. de l.2. & ibi gloſſ. text. in §.
1. inſtit. eod. & ponit Anton. Gomez. de comment. iur.
tom.1. cap.12. nu.3. valet quidem legatum etiam abſque
hæredis inſtitutione factum in diſpoſitione aliqua, quæ
tandē codicillus dicitur vt probat Bal. conſ.287. di. mu-
lier. ad fin. li.4. eſt text. in l. fin. de iure codicil. & dicitur
3 ſpecies donationis largè ſumptæ, adeò quòd † ſtatutum
prohibens vxorem vel maritū relinquere alteri coniugi
non comprehenderet donationem inter viuos factā al-
teri cōiugi, latè probat Alexan. conſi.54. in caſu. colum.
4 2. & per tot. lib.7. Exinde † cauſa proxima, & finalis le-
gati



gati in dubio præſumitur mera teſtatoris liberalitas,
accedente legatarij meritorum præſumptione, Bero.
conſi.28. num.40. lib.2. nulla ideo neceſſitate præciſa,
vel cauſatiua ſubſiſtente legatum factum dicitur dona-
tio Ruin. conſi. 116. num. 15. lib.2. non ſtant enim ſimul
neceſſitas, & liberalitas, l. rem legat. l. vnum. §. ſi de Falci
5 dia. de leg.2. † præſtatur, & ſoluitur ab hærede legatum
ſicut & cætera onera hæreditaria per plura iura probat
Dec. conſi. 590. num.3. dixi conſ.86. num.14. conſil.117.
num.2. lib.1. Si tamen onus legati ſoluendum nomina-
tim eſt iniunctum hæredi, ſeu alij expreſſo nomine etiā
per relationem iſtius perſonam non egreditur, & cor-
ruit legatum, vt eſt commun. opin. per Ruin. conſi. 67.
colum.2. num.6. lib.2. poſui ego conſi.114. num.15. lib.1.
iſto enim caſu legatum non dicitur onus hæreditarium,
Ang. Aret. tract. de teſtam. gloſ.21. colum. pen. ſua nu.12.
& Iaſ. conſi.95. lib.1. vbi hoc limitat non habere locum
in legato alimentorum, & ad pias cauſas, idem Alex. in
l. licet. col. fin. num.2. de legat.1. Gualden. de arte teſtan.
titul.6. de legat. cau.45. & Bart. conſ.204. nu.2. declarat.
6 Item ſi poſt † legatum factum certo legatario, iterum
eſt relictum legatum alij, non ab hærede, ſed à primo le
gatario erit præſtandum legatum alij legatario, l. codi-
cillis, in prin. & ibi Bart. ad fin. num. quinto, de vſufruct.
legat. Vnde vltimo legatario aliquo modo deficiente,
quòd non poſſit legatum capere, non apud hæredem
remanere debet legatum, ſed apud primū legatarium,
l. pater filium. §. Tuſculanus. de legat.3. & ibi gloſ. & do-
ctor. vltra rationem ibi in tex. aſſignatam, quia per eum
non ſtetit parere voluntati defuncti, ratio eſt alia, quia
7 † in re legata præſumitur teſtatorem magis dilexiſſe le-
gatarium, quàm hæredem. l. ſi quis eum. & ibi Bald. not.
de condit. & demonſtr. eſt tex. l. ſi quis Titio. de legat. 2.
& in l. ſi fideicommiſſorum. ff. vt in poſ. leg. vbi Albe. no.
8 quòd † legatarius puta domus in eo præfertur alijs lega-
tarijs quantitatum etiam quando ſoluto ære alieno ni-
hil remaneat in bonis, quòd cedit commodo legatarij
9 grauati ponit Ioan. Mar. Riminal. conſi.555. nu.9. † Item
à fiſco præſtantur legata, ſi aliqua cauſa ad eum hæredi-
tas pertineat, l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. l. quidam
10 teſtamento. §. primo, de legat.1. † Diffinitur etiam lega-
tum & alio modo per Iuriſconſ. in l. legatum eſt deliba-
tio. de lega.1. quòd ſit diminutio hæreditatis, & de his ſi-
milibus ſcholaſticis ad Moder. in rubric. de legat.1.

## ¶ *SVMMARIVM.*

1 *Legatum eſt vniuerſum & præſtandum legatario, niſi hæ-*
*res de qua parte ſenſerit teſtator euidenter probauerit*
*quando eſt factum de re, & his fundis, & prædijs vrbanis*
*indefinitè vni legatis habitis per teſtatorem & poſſeſſis*
*dum viueret vno nomine in vniuerſum, & fundum Seia-*
*num, & ſi diuiſum re & nomine pro cultura commodiori*
*appellaſſet partem ſuperiorem Seiani, & partem inferio-*
*rem Seiani.*
*Itemq́ʒ ſub hoc legato in dubio intelligitur & venit omne*
*ius quod habet teſtator ſeu legans in re legata etiā com-*
*mune cum alio non hærede, aut ſolum eo viuente dura-*
*turum. & num.2. etiam in ſpe ius exiſtens vel in potētia*
*modo id potentiale deducatur in actum viuo teſtatore.*
*num.5. & ſeq.*
2 *Legatum in ambiguo an cenſeatur factum de re teſtatoris*
*vel hæredis, cùm poſſit vtrumque fieri, interpretatur de*
*re teſtatoris, & quare.*
3 *Teſtator in dubio cenſetur legaſſe rem ſuam & non hæredis*
*cùm quis habeat de ſuis & non alienis diſponere.*
4 *Legatum in dubio præſumitur nullum & inducitur quàm*
*quod cenſeatur hæres grauatus ad redimendum aliquid.*
5 *Legatum fit etiam de iure teſtatoris exiſtentis in ſpe vel*
*in potentia, dummodò id potentiale deducatur in actum*
*viuo teſtatore, & quare.*
6 *Legatum factum de re indefinitè, & vt ſup. num.1.2. venit*
*etiam ius hypothecæ ſolum qood habet teſtator in re le-*
*gata.*
*Et ius directi dominij. ibidem.*
*Et ius de præſenti competens teſtatori & non ſuperueniens,*
*vnde directum dominium poſteà per teſtatorem acquiſi-*
*tum non venit in re legata, & idem de iure ſuperuenien-*
*te hæredi. ibidem.*
*Et plenum ius teſtatoris intelligitur legatum. ibid.*
*Intellige prædicta quando reliquum iuris exiſtens in re lega*
*ta eſſet alicuius extranei, non autem hæredis, & quare.*
*ibidem.*
*Quid quando pars ſit hæredis, quando dominium teſtatoris*
*tranſeat in legatarium & veniant fructus percepti, & de*
*materia. ibidem latè, & quæ veniant cum num. ſeq.*
7 *Emphyteutica res & feudalis quæ ſit hæreditaria venit in*
*legato, & etiam quando ex inueſtitura eſt tranſitura ad*
*hæredem legantis.*
*Et fortius accedente conſuetudine legandi, ſicq́ʒ acquiſita ex*
*pecunia legantis maximè. ibid.*
*Legatum factum de re emphyteutica & feudali quæ ſit hæ-*
*reditaria debetur, & etiam quando ex inueſtitura eſt*
*tranſitura ad hæredem legantis, & quando hoc maximè*
*procedat ibid. declaratur.*
*Intellige prædicta de re communi cum hærede, niſi teſtator*
*legando dixerit ſe legare rem ſuam. ibid.*
9 *Teſtator intelligitur diſponere de reb. ſuis & bonis legan-*
*do rem ſuam videtur legare ius quod habet.*
*Item dicendo ſe velle de ſuis bonis diſponere, vel ſi dixerit,*
*reliquit de bonis ipſius teſtatoris, quia tunc non de alienis*
*nec hæredis diſponere videtur, licet ſuis. quod fit vt ceſſet*
*requiſitum Bald. de quo ibidem, & vbi latiſſime de hac*
*materia habetur.*
*Quid quando dixerit ſe legare totam rem, vel ad certam*
*menſuram, vel intra certos fines, ſciens vel ignorans rem*
*alienam, & relinquat coniuncto vel extraneæ perſonæ,*
*& de re eccleſiæ coniunctò legata.*
*Quid quando res legata continuata tota eſt teſtatoris. ibid.*
*vide.*
10 *Legatum factum de vtilitate palatij alicui, ſeu domus, ha-*
*bebit ille vſum tantum.*
*Et factum de vſu & commoditate bonorum mobilium &*
*maſſaritiarum habebit vſumfructum. ibidem.*
11 *Legatum hoc, Lego, vel relinquo Titio omne vel quic-*
*quid iuris habeo in tali fundo, in tali loco etiam per*
*confines demonſtrato in ſubſtantia eiuſdem legati, il-*
*lud tantum ius continet deberi quod conſtiterit de-*
*bitum eſſe leganti, & nil de iure eius apparens nul-*
*lum eſt.*
12 *Cedens iura quæ reperitur habere in tali re, ſi in ea nullum*
*ius habet in aliquo non tenetur ceſſionario.*
13 *Iurium appellatione, vel ſi dicatur quicquid habeo, in te-*
*ſtamentis bona veniunt.*
14 *Teſtator conducens certa mercede per tempus certum fun*
*dum, legauit ius ſuum Titio, Titius fruetur conductione*
*tempore conuento & hæres tenetur ſoluere mercedem*
*locatori.*
15 *Legatum factum de poſſeſſione quam habet in tali loco, non*
*ſolum poſſeſſionem cenſetur teſtator legaſſe ſed etiā pro-*
*prietatem, & de poſſeſſione ibi. plura vide.*
16 *Poſſeſſio eſt nomen generale, propriè tamen dicitur rerum*
*immobilium impropriè verò mobilium, ad quæ tamen*
*mobilia repugnat vſus communis loquendi, ideo &*
*legatum non continet ſecundum Alciat. ſecus*
*ſi talis vſus concurrat, & plura de*
*vocabuli ſignificatione*
*poſſeſſio.*

* * *

## DVBIT. III.

FIT adhuc dubitatio in prædicamento
ſubſtantiæ:& ſic de ſubſtantia rei legatæ,
ſanè intelligitur de his fundis & prædijs
vrbanis indefinitè vni legatis habitis per
teſtatorem dum viueret, vno quidem no
mine,ſeu vocabulo in vniuerſum, & poſſeſſis,puta præ-
dium Seianum,licet gratia cōmodioris culturæ eſſet di-
uiſum re,& nomine,vt Seiani ſuperiorem & Seiani infe
1 riorem partē appellando,ita† vniuerſum legatum eſt,&
præſtādum legatario,niſi hæres,de qua parte ſenſeri te-
ſtator,euidenter probauerit pex tex. in l.Caius. §.fin.de
l.2.quē proprie ſub hoc prædicamento ſubſtantiæ alle-
gat Bal.in d.l.volūtatis.col.2.ſub nu.7.C.de fideic.bene
adducit Rui.conſ.71.col.pen.nu.17.lib.2.ita in ſimili ex
facto obtinui,& allegaui conſ.70.num.4.& per tot. lib.
2 1.† ſub hoc quoq; intelligitur in dubio , & venit ſub le-
gato omne ius quod habet teſtator , ſeu legans in re le-
gata etiā cōmune cum alio non hærede aut ſolū eo viuē
te duraturum,nolens proinde aliter ſuum hæredē one-
rare per l.ſerui.§.1.& ſeq.l. quod in rerū.§.1.l. ſi domus.
§.ſi fundus.l.ſi tib.§.fin.de leg. 1. & l. qui concubinam.
§.qui fundum.de leg.3.leg.Sticho.de vſuf.leg. & l. vxor
patrui.C. de leg.& ſuper his legibus gloſſ.& doct.latiſſi-
mè,& Bald.& Ang. in l. dotalem.ff. de milit.teſt. Vnde
3 †in ambiguo teſtatoris,vel hæredis,cùm poſſit vtrumq;
fieri. l. vnum ex familia. §. ſi rem. de l. 2. interpretatur
quòd videatur legata res teſtatoris ex magis conueniē-
ti naturæ vltimæ voluntatis,quæ inuenta eſt, vt quis di-
ſponat de reb. ſuis , & non alienis. l. 1. ff. de teſta.& leg.
conficiuntur. §. Lucius autem.ibi gloſſ.in ver. teſtatur,
in fin.notat de iure codic.probat Aret.conſ.156.diligē-
ter viſis.col.4.verſi.facit optimè.& latè Iaſo.conſi. 109.
4 lib.4.vbi in 2. col.ver.ſed defendendo dicit potius† in
dubio præſumi nullitatem relicti,& induci, quàm quòd
cenſeatur hæres grauatus ad redimendum aliquid cum
concor.per Menoch.conſil.56.num.21.idem quod Are.
conſi.modò alleg dicit,eo tamen non citato,Aym.cōſi.
5 144.col.2.num.8.†& ius teſtatoris intelligitur relictum
etiam exiſtens in ſpe,vel in potentia , dummodò id po-
tentiale deducatur in actum viuo teſtatore quia id re-
trotrahitur,& confirmatur legatum aliàs non per text.
in l.ſeruum filij. in prin.ibi Ang.in fi.& Alber.in l.quod
in rerum.in prin.de l.1.ſequitur Alex.conſi.91.col.ante-
pen.ad fin.ver.& per hoc apparet.lib.1.& latè diſtinguit
6 Socin.in l.legat.de cond.& demon.† quando enim ius
teſtatoris eſt morte periturū,legatum erit inutile, Alex.
7 conſil.19.nu.2.lib.6.† etiam ius hypothecæ ſolum quod
habet teſtator in re legata,venit in legato,Alexan.conſ.
47.lib.3.& ius directi dominij,Nat.conſ.117.num.1. ita
ius de præſenti competens teſtatori legatum cenſetur,
& non ſuperueniens.Iaſ.conſ.91.ver.ad idem facit. li. 1.
quare directum dominium poſteà per teſtatorem acqui
ſitum iure legati non venire,probat idem Iaſ.in d.l.ſer-
uum filij.in prin.col.fi.idem de iure ſuperueniente hęre
di Ruin.conſi.114.col.fin.lib.2.plerunque ius teſtatoris
intelligitur legatum Aym. d.conſi.144.num.9.

Prædicta locū habent,quando reliquum iuris exiſtēs
in re legata eſſet alicuius extranei, non autem hæredis,
quia ſi etiam totum hæredis eſſet , cùm non haberet il-
lud redimere præſtandum hæredi , in eo quidem valet
legatum per l. vnum ex familia. §.ſi rem.in fin.& l. cum
filius.§.dominus.de leg.2. tenet Bar.& communiter alij
in d.l.ſerui.§.fin.Bald.conſil.418.licet dominus Auerar.
lib.5.Nat. conſil.110.num.6.& Caſtr.conſi.413.præmit-
tendum ad euidentiam.lib.1. vbi infert dominium par-
tis teſtatoris tranſire in legatarium à die mortis teſtato-
ris,ſic etiam venire fructus perceptos,partis verò hære-
dis dominium directa via non tranſire,ſed hęredem te-
neri ad tradendum legatario cum fructibus à die moræ
& percipiendis,tradendo ibi formam libelli pro tali le-
gato conſequendo,quem ideò vide,& Alciat.conſi.138.
num.3.4.li.5.Ant.Gom.ſuo comment.iur.tom. 1. ca.12.
num.14.vbi & nu.5.de ſuprad.concluſione.

Idem & Corn.conſil.212. colum.2. verſic. & pro hac
interpretatione.lib.1.conſi.84.col.pen.verſic.& clarius
Imol.lib.2.conſ.155.colum. pen.& fin.lib.3.etiam quale,
ius habeat, & etiam ſolum tempore mortis teſtatoris,
idem Corn. conſil.103.col.2.in fin.& col.ſequen.verſic.
hinc etiam reſultat.lib.4.Alexand.conſi.95.nu.9.Idem
iuris eſt etiam quod ius teſtatoris legatū poſt eius mor-
tem perueniat ad hæredem Ruin.probat conſil.25. col.
fin.Socin.Iun.conſi.124.num.79.cum ſeq.li.1.vbi id in
emphyteuſi,ſequens Cor.d.conſi.84.ſequitur & Alben.
conſi.73.nu.4.

8 Res † autem emphyteutica,& feudalis,quæ ſit hære-
ditaria venit in legato , & quando etiam ex inueſtitura
tranſitura eſt ad hæredem legantis,tenet & Rom.conſi.
35.viſa facti ſerie.ad fin.Alexand.conſi.28.num. 13. libr.
5.Aymo.conſil.256.ſub num. 3. 4. Pariſ.conſi.30. in fin.
lib.2.& fortius accedente conſuetudine legandi Bald.
conſ.275.quòd pro regula num.2.libr. 2. Cum. conſilio
163.Guarnerius verſi.ad ſecundum.Goza.conſi.75.ſub
nume. 15. 17. ver. tertiò reſpondeo , & maximè quando
talis res emphyteutica , vel feudalis eſſet acquiſita pe-
cunia ipſius legantis, Corn.conſi.282. colum. antepen.
verſic.tertiò videtur dicendum. libr. 3. Goz. conſil. 75.
nume. 14.Aymo conſil.135. num. 8. in his tamen breui-
tatis cauſa ſecundùm diuerſam feudalium & emphy-
teuticarum rerum naturam lectorem remitto ad Iaſ. in
l.2.num.209.C. de iure emphyt.Curt.Sen.conſi.penul.
col.4.Soci.Iun.conſi.72. num. 25. conſi.76.nu.101. lib.
1. Cap.conſi.51.Curt.Iun.tract.de feu.par.3. num. 131. &
ſeq.Iaſ.conſi. 213.ad num.4.lib.2.Tiraq. de retra.tit. 1.
§. 11.gloſſ.6.num.23.& ſeq.Cla.in ſuo.§.emphyteuſis.in
q. 16.Gual.de arte teſtan.tit.6. cau. 46. Gaba. Eugub.
conſi.75.

Sed prædicta quoque intelligenda ſunt de re com
9 muni cū hærede legata,eſſe vera niſi † teſtator legando
dixerit ſe legare rem ſuam,Bart.in d.l. ſerui.§. fin. num.
3.vbi quia tunc videtur legare ius quod habes, ibi Alex.
col.1.ver.hoc tamen intelligitur,Iaſ. in.5.col.ad fi. Rip.
col.1.nu.2.vel in procemio teſtamenti vt fit cōmuniter,
teſtator dixerit ſe velle de ſuis bonis diſponere , ita ſua
voluntas oſtenditur non diſponendi de reb.alienis, nec
etiam hæredis,dixi aliàs & repeto per Corn. conſil.114.
col.fi.ver.coadiuuantur præmiſſa.lib.3.ſentit idem con-
ſil.165.col.4.ad fin.verſic.ſolet enim inſtitutio. lib. 2.&
Alex.conſi.171.nu.3.lib.6.Bertran.conſ.81.1.part.vol.2.
cum dixerit,reliquit de bonis ipſius teſtatoris , & Bald.
in l.cum alienam.col.fi.n.10.C.de legat. Pedemon. de-
ciſ.85. ad fin. Ex quibus ceſſat ideò illud requiſitū ſecū-
dùm Bald.in aut.hoc lucrum.C.de ſecun.nup. quòd te-
ſtator intendat teſtari nunquam de re aliena, vt poſſit
teſtari de bonis alienis.

Cum denique teſtator dixerit ſe legare totam rem,
vel ad certam menſuram,vel intra certos fines,vel ſciēs
vel ignorans,rem alienam relinquendo coniunctæ vel
extraneæ perſonæ,hæc plenè explicant Doct.in d.§.fin.
& in d.l.cum alienam.Ruin.conſil.74.nu.8.6.lib.2.Bal.
& Caſt.in l. 1.qui teſta.face.poſ.& Capr.in ſua concl. &
reg.105.106.& doc.in §.non ſolùm. inſtit.de lega.Corn.
conſi.32.lib 1.vbi de re eccleſiæ coniuncto legata, Cur.
Iun.conſ.30.nu.3.Tobi.Peruſ.conſil.37.per tot.Guald.
de arte teſtan.tit.6.cau.32.& circa regulam hanc , quòd
quis intelligitur legare ius quod habet ſatis congruen-
ter declarat,limitat, & diſtinguit Gabr. Eugub. conſil.
129. num.2.3.4.maximè dicendo rem ſuam per tex.in l.
legat.§.fin.de ſupel.leg.eo etiam caſu , quo teſtator ſuū
ius



ius morte ſua finiturum voluerit effectum ſortiri poſt
ſuam mortem vt per Alexand. conſil. 9. colum. fina.
libr. 2. quando autem res continuata tota eſt teſtatoris
quicquid de ea eſt intra confines aſcriptos, venit in le-
gato,Aym.conſi.105. num.14.late Io.Mar.Rimin.conſ.
252.num.12.& ſeq.

10 Si alicui legatur† vtilitas palatij,ſeu domus , habebit
legatarius vſum tantùm , tradit Rom. ſing. 59. quidam
Romæ,& ſi legetur vſus & commoditas bonorum mo-
bilium , & maſaritiarum , legatarius habebit vſumfru-
ctum,Bald.conſi.485.qui legat.num.3. lib. 4.licet com-
moditatem nomine vſusfructus propriè appellari , ſe
nō meminiſſe in iure legiſſe dicat Alci.in l.rectè.in prin.
de verb.ſign.

11 Atque†legatum hoc lego, vel relinquo Titio omne
vel quicquid iuris habeo in tali fundo,in tali loco,etiam
per confines demonſtrato in ſubſtantia eiuſdem legati,
illud ius tamen deberi continet,quod eſſe debitum le-
ganti conſtiterit,& ſi nihil de iure legantis appareat, ſci-
endum eſt nullum eſſe legatum per text.in l.ſi ſic.§.1. de
leg.1.ibi Dyn.Bart.& al.eſt com doct. per doct.etiam in
alijs ſimilibus conceſſionibus communiter recepta , vt
per Bald.conſ.139.factum tale eſt D.A.colum.2.verſ.itē
conſiderandum eſt.lib.2.Alex. conſi. 14.num.12.conſil.
187.nu.10.lib.2.conſ.96.col.2.lib.5.Io.Mar.Rim.conſ.
252.num.19. & per tot.Soc. conſ.89.col.fi.verſ.præter-
ea non puto.lib.1.Aym.conſi.293.nu.5.Rip.reſpon. lib.
12 2.c.24.ſub nu.3.vnde† cedens iura,quæ reperitur habe-
re in tali re, ſi in ea nullum ius habet , in aliquo non te-
netur ceſſionario,Alex.conſi.93.nu.3.lib. 4.ſunt hæc in-
telligenda cum diſtinctione per Rom.conſ.503.diligen-
13 ter inſpectis.col.3.ſub verſic.tertiò principaliter,† iuriū
autem appellatione , vel ex hoc dicto quicquid habeo,
in teſtamentis veniunt bona , per l.cogi. in princ. ff. ad
Trebel.gloſſ.in l.princeps.de verbor.ſignif.

14 Teſtator † conducens fundum certa mercede per
tempus certum,legauit ius ſuum Titio,qui ſanè frui de-
bet conductione tempore conuento , & hæres tenetur
ſoluere mercedem locatori per tex.& ibi gloſſ.& doct.
in l.qui concubinam.§.qui ortos.de legat.3.& Bald.in l.
prædia.num.2.C.de fideicom.

15 Si † teſtator legauerit poſſeſſionem quam habet in
tali loco,non ſolùm poſſeſſionem, ſed etiam proprieta-
tem legaſſe cenſetur,per l.interdum.ff.de verb.ſign.tra-
dit Abb.in cap.4.qui cum fure.nume.4.de furt.per alia
iura idem probat.Ant.de Butr.in c.cum ad ſedem.col.1.
in 5.not.num.8.de reſti.ſpol.ſequitur Fely.in cap.ad no-
ſtram, in princip.de iureiur.addo idem tenentem Luc.
de Pen.in l.cùm neque.ad fin.C.de incol. & vbi quis
16 dom.hab.lib.10.vbi plura de poſſeſſione † quòd ſi no-
men ſatis generale,propriè tamen poſſeſſio dicitur rerū
immobilium,impropriè autem mobilium , ad quæ ideò
mobilia repugnante communi vſu loquendi hoc legatū
non ſe extendere tenet Alci.in d.l.interdum poſt Alex.
in princip.num.23.24.& ibi Iaſ.col.7.de acquir.poſſeſ.
plura de ſignificatione vocabuli poſſeſſio per Alexand.
conſil.73.colum.2.num.6.lib.6.ſecus quando commu-
nis vſus loquendi concurrit idem Alci.conſ.38.num.16.
lib.9.

### ¶SVMMARIVM.

1 *Legatum reſpectu quantitatis non debetur & non valet ſi quantitas non ſit adiecta euidenti ratione cùm non appareat quantum fuerit legatum.*

*Fallit in legatis ad publicam vtilitatem , quia arbitrabitur tunc quantitas per iudicem.ibidem.*

*Item ad piam cauſam.ibid.*

*Idem dicitur in legato dotis,& quomodo arbitretur.ibid.*

*Intelligendo de dote conſtituenda non reddenda , vt ibi , & quare.*

2 *Legatum dotis vxori reſtituendæ à marito factum ſine certa quantitate non valet , niſi per vxorem certa quantitas probetur marito data pro dote, & an poſſit deferri iuramentum vxori in ſupplementum probationis de certa quantitate.ibidem latè , vti reſpiciens vtilitatem publicam,& quomodo iudex arbitrari id habeat, & de coniecturis teſtatoris attendendis ad hoc.*

3 *Legatum alimentorum ſine ſumma valet ex ſolito teſtatoris taxandum,ſi minus ex perſonarum dignitate.*

*Idem dicendum in legato in cauſa ſtudiorum facto & in omnibus qui ſtudent.ibidem.*

4 *Legatum ad pias cauſas ſine certa quātitate valet, & debet æſtimari ſecundùm quantitatem patrimonij legantis,& eius.ac legatarij qualitatem.*

5 *Legatum factum cuidam priuato in fabricam domus quantitate aliqua non expreſſa nihil venit in legato.*

6 *Verba hæc ſumma & quantitas in ſcripturis poni ſolita, idem ſignificant : nam idem eſt ſumma pecuniæ , quod quantitas pecuniæ,& referuntur ad corpora, ad res mobiles,ſpecies & pecuniam,& propriùs his cōueniunt, quæ pondere,numero, menſura continentur.*

7 *Quantitas & qualitas differunt, nam legatum quantitatis ſuper ea non expreſſa non valet, quod eſt , ſecus in legato qualitatis,cum partem fundi legando, dimidia fundi pars in legato venit.*

*Et de ratione ibidem.*

8 *Appellatione partis fundi venit dimidia,quia & pars fundi rectè appellatur fundus.*

9 *Pars & totum quomodo accipiantur.vide latè ibid.*

10 *Totum & omne quomodo differunt , & de declaratione de expreſſis per nomina naturalia,& duæ partes, tres,quatuor,quinque.Vel per nomina quotæ, vt prima,ſecunda, tertia,quarta, ibid.*

11 *Legatum quantitatis quæ ſit, vel reperiatur in certo loco, vt lego centum quæ habeo in arca , vel banco talis , &c. non habetur vt quantitatis legato , ſed ſpeciei & certi corporis,ideoq; valet eatenùs quatenùs reperiatur adeſſe in locis deſignatis , & quare.ibi. vbi latè de materia, & de bonis Venetis quòd cenſeantur quodammodò immobilia,& de ratione.*

12 *Legatum pecuniarū quas quis dixerit ſe habere ſuper impræſtitis Venetiarum vel monte Florentiæ ,videntur legatæ & phagæ ſeu redditus qui currerunt viuo teſtatore , etiam ſi phagæ decurſæ & exactæ fuerint viuo teſtatore.*

*Idem quando teſtator legat rem cum commodis & prouentibus,quia veniunt percepta viuo teſtatore, ibidem.*

13 *Legatum quantitatis intelligitur , vt de legato ſpeciei & certi corporis, & procedit quando diſpoſitio legati de certa quantitate,ſeu re conſiſtēte numero,pondere,& menſura, ſimul eſt concepta & relata ad certum locum , qui eandem rem vel quantitatem contineat , & quid quando ſpecies non reperta ſit , vel quantitas in eo loco abſque hæredis culpa , & de limitatione eiuſdem dicti ibidem.*

14 *Legatum factum eidem perſonæ , de eadem vel diuerſa quantitate,in eadem vel diuerſa ſcriptura , vt in teſtamento, vel in teſtamento & codicillis , vtramque quantitatem poſſe conſequi , ait Bald.exemplificando, vt ibi, ex quo ſecundum eum plura legata in diuerſis caſibus, & ſub forma diſponendi diuerſa omnia debentur , quod dictum Baldi reprobatur, vt ibi per auctorem.*

15 *Legata plura in diuerſis caſibus , & ſub diuerſa forma diſponendi omnia debentur ſecundum opin.Bald.*

*Bald.deciſio vti contra leges reprobatur per auctorem.num. 16.& quomodo , vide ibidem latiſſimè diſcuſſum hoc de materia,num.16.cum ſeq.quòd imò vltimum ſolum debeatur,& in vna vice ſola verificetur.*

17 *Legata plura facta pro eadem cauſa dotis non debentur, niſi ſemel.*

18 *Legatum factum legatario eidem præſtandum ab inteſtato in minori ſumma, & à ſubſtituto in maiori quantitate, maior ſola quantitas debetur vti neceſſum ſit à primo legato, & quod ab eo eſt diminutum ſic alteri ſecundo legato datum. à num. 20. in fin.*

19 *Legatum ſimpliciter ſeu relictum ab inſtituto & à ſubſtituto pro eod. habetur, ac ſi ab vno eſſet relictum.*

20 *Legatum diuerſum factum, ex cauſa alimentorum in diuerſa ſcriptura per vltimum videtur receſſum à primo. Idem in eo dotis factum diuerſimodè, quia primum intelligitur ademptum 21. quod tamen intellige & declara vt in num. ſeq. vbi vtrumque legatum conſequitur.*

21 *Legatum filiæ factum pro dote in diuerſis quantitatibus varijs caſibus declarando, vt ibi quando vtrumque filia conſequi poßit. cum num. ſeq.*

22 *Legatum factum de centum, & moriente poſthumo quòd ſit de ducentis expreſſè declarando quòd prima centum imputentur, & ſi omnes fratres ſine filijs deceſſerint eidem ſimpliciter ſit relictũ de trecentis nil alio dicto prædictis expletis conditionib. vnumq; habebit & 200. pro dote, & 300. pro particulari fideicommiſſo, & vt ibi latius diſcutitur.*

23 *Legatum factum de quantitate pecuniæ pro aliquo opere conſtruendo, impoſitum cenſetur hæredibus pro hæreditarijs portionibus, ex eaq; quantitate relicta colligitur mens teſtatoris quale opus eſſet conſtruendum. Et quòd noluerit plus expendi quàm percipiatur commodi.*

24 *Legatum pro filiabus teſtatoris interpretatur ex quantitate patrimonij teſtatoris.*

25 *Quantitas relictorum facit voluntatem teſtatoris præſumi quòd legata non in vita, ſed poſt mortem filiorum ſoluantur.*

26 *Legatum certæ quantitatis pecuniarum factum vxori pro dote ex legato pecuniarum & mobilium eidem poſteà facto debet ſolui & ſatisfieri pro rata, reſiduum ſuppleri debet ab hæredibus.*

## ¶DVBIT. IIII.

SVBSEQVITVR in legatis ſuper quanto;
1 † nam ſi quantitas non ſit adiecta euidenti ratione nihil debebitur, quia non apparet quantum fuerit legatum dicit tex. in l. ſi ſic legatum. §. 1. de legat. 1. iſta eſt regula, quæ ideò exceptionem patitur in legatis factis ad publicam vtilitatem, & ad piam cauſam, per l. quidam in teſtamento, & ibi gloſſ. Bart. Bald. & Imol. de legat. 2. quam legem propriè in prædicamento quantitatis allegat Bald. in l. voluntatis ſub num. 7. C. de fideicommiſſ. vbi in legato ad viæ refectionem per iudicem arbitrabitur quantitas, idem in legato dotis, vt l. ſi filiæ. & ibi Docto. de legat. 3. & l. cum poteſt. §. gener. ff. de iure dot. vbi dos venit arbitranda pro modo dignitatis perſonarum, & pro modo facultatum, Afflict. deciſ. 337. num. 9. Alber. Brun. de ſtat. fœmi. exclu. art. 9. num. 34. quod habet locum in dote conſtituenda, non autem in dote red
2 denda & reſtituenda, quia hoc caſu † legatum dotis vxori reſtituendæ à marito factum ſine certa quãtitate non valet niſi per vxorem certa dotis marito datæ quantitas probetur per tex. in l. 2. & l. fina. C. de fal. capit. legat. tamen diſputatiuè recenſendo poſſe vxori deferre iuramentum in ſupplementum probationis de certa quantitate dotis per conſilium Bartol. 123. factum ſic ſe habet concludere videtur Petr. Anton. Anguſ. Placent. ſuo conſil. 10. lib. 5. in materia dot. quòd ita poſſet comprobari, conſtito enim debito ſibi dotis per teſtamentum legatæ, & inducto ex quaſi contractu per aditionem hæreditatis. §. hæres quoque inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contra. quantitas ideò dotis videtur poſſe probari iuramento mulieris creditricis, per dictum illud Raynerij de Forli. in l. 1. de in lit. iuran. quòd ſi probatum ſit debitum, eius quantitas probatur iuramento creditoris receptum per doct. in pleriſque locis, vt Dec. in l. actionibus. ſub num. 13. eod. de in lit. iur. & in l. fin. nume. 24. C. de eden. in cap. 2. col. antepen. verſ. 7. ſtatutum. de prob. Alexand. conſil. 69. num. 7. lib. 2. Marſil. ſingul. 322. iuramentum. Boër. in deciſ. 243. in fin. hoc generale dictum prodeſſet & vxori repetenti dotem non eſſe extra æquitatem poſitum non negauerim, in ſimili dicit text. in l. ſi duo patroni. §. argumento quoque. ff. de iureiur. cum & hoc caſu repetendæ dotis legatum pariter dici poteſt reſpicere publicam vtilitatem per tex. in l. 1. ſoluto matrimon. ita non fit contra dictam l. ſecundam, & fin. de fal. cap. lega. quia ſic quoque iuramento fit probatio quantitatis dotis, ſuper hoc ſimiliter iudex arbitrari debet conditionem, qualitatem, & dignitatem viri, & vxoris, & eorum facultatum, & præſumptionum quales ſint quantitatis dotis datæ, per not. in dicta l. ſi filiæ. & in d. §. gener. & per Bero. conſilio 60. nume. 43. lib. ſecundo, Menoch. de arbitr. iud. caſ. 149. ad numerum 35. 36. centur. ſecunda, coniecturis etiam attentis, quòd teſtator voluit relictam eſſe vxori certam dotem ſibi non re datam, Corn. conſil. 209. colum. penult. & fin. lib. 3. in ſpecie ſentit Cuman. conſil. 31. colum. 1. verſic. ſi tamen teſtator. & Afflict. deciſ. 337. nume. 1. & ſequent. & deciſ. 371. num. 2. & ſequent. cui rei optimè conferunt in ſpecie per Tiber. Deci. adducta in conſil. 40. num. 4. & ſeq. lib. 2.

3 Idem in legato alimentorum ſiue ſumma valere dicendum eſt taxandum ex ſolito teſtatoris, ſin minus ex dignitate perſonarum per l. ſicui. de an. leg. & ibi Bart. & Alexand. in apoſtil. quòd idem ſit in cauſa ſtudiorum, & in omnibus qui ſtudent, & Cagnol. in l. frater. nume. 334. de cond. indeb. Bar. Bologn. in auth. habita. nu. 356. & ſeq. C. ne fil. pro pa.

4 Idem in † legato ad pias cauſas, quòd valeat ſine certa quantitate, cùm debeat extimari ſecundùm quantitatem patrimonij legantis, & eius ac legatarij qualitatem per plenè allega. à Tiraquel. tract. piæ cauſæ, in priuileg. Nempe ſciendum eſt extra præmiſſos caſus ad publicam vtilitatem & ad piam cauſam legatum ſine certa ſumma non valere, & hoc eſſe fauore publico, & non ex adiectione adiuncti, in executione legati, volunt gloſſ. Bartol. Bald. & Imol. in dicta l. quidam in teſtamento, Bartol. in l. ita ſtipulatus. la grande. nu. 4. & ibi alij ſequuntur de verborum obligation. vnde Bald. infert in
5 d. l. quidam in teſtamẽto, quòd † ſi teſtator legat priuato cuidam in fabricam domus quantitate aliqua non expreſſa, nihil venit in legato.

6 Hæc verba, † ſumma & quantitas, ſæpe in ſcripturis ſimul poni ſolita, idem ſignificant, idem eſt ſumma pecuniæ, & quantitas pecuniæ, & referuntur ad corpora, ad res mobiles, ſpecies, & pecuniam, vt l. quiſquis. de legat. 3. & ibi latè Alber. ſed propiùs conueniunt his, quæ numero, pondere, menſurá ve continentur, probatur per l. planè. la 1. §. 1. de leg. 1.

7 Quantitas † & quotitas differunt, quia legatum quantitatis ea non expreſſa, non valet, vt dictum eſt, ſecus eſt in legato quantitatis, cum partem fundi legando, dimidia fundi pars in legato venit per l. nomen filiarum. §. 1. de verbor. ſignif. tradit Bart. in l. Mæuius §. duobus. numero, 6. de legat. 2. vbi rationem adducit, quia in quotitate ipſum totum eſt certum, quod non contingit in quantitate ſimpliciter legata, eſt text. &
8 gloſſ. in d. l. planè. §. fin. quòd † appellatione partis fundi venit dimidia, quia & pars fundi rectè appellatur
9 fundus, † quomodo pars, & quomodo totum accipiatur, vide text. & ibi Aleiat. in l. recte. §. 1. de verbor. ſign. latiſſimè autem ex profeſſo de hac dictione, pars, agit Tiraquel. in l. ſi vnquam. verſ. omnia vel rem aliquam. num.



num. 8. & de dictione, totum, ibidem in ver. totum, de reuoc. don. cui de dictione, totum, addo Fulg. in l. maxi-
10 mum. num. 1. de lib. præter. † dicentẽ totum reſpicere vnum terminum indiuiduum & dictionem, omnis, reſpicere plura indiuidua, inſtit. de ſoci. circa princip. & declarationem de expreſſis per nomina numeralia, vt duæ partes, tres, quatuor, quinque vel per nomina quotæ, vt prima, 2. 3. 4. &c. attende per Bart. & doctor. in l. interdũ. §. 1. & ſequent. & l. qui non militabat. §. 1. ff. de hæred. inſtit. & in l. codicillis. §. 1. de vſufru. leg. & in l. cum quæſtio. C. de legat.

11 Aduerte tamen vbi † quantitas legata eſt, quæ ſit vel reperiatur in certo loco, vt Lego centum quæ habeo in arca, vel quæ ſunt apud talem campſorem, vel in bancho talis, vel locis Sancti Georgij Ianuæ, vel ſuper impræſtitis, vel in Zecha Venetiarum, legatum hoc non habetur vt quantitatis, ſed ſpeciei, & certi corporis, ideò eatenùs valet & præſtari debet, quatenùs reperiatur adeſſe in locis deſignatis, vt l. planè. §. ſed hoc ita. & l. ſed & ſi certos. de leg. 1. & l. 1. §. penult. de dot. prælega. cum ſimilibus, per Dec. conſil. 566. num. 2. & Afflict. deciſ. 399. nume. 7. per Bald. conſil. 180. ad euidentiam eſt præmittendum ſub nume. 4. verſicu. ſed hic eſt conſiderandum. lib. 2. vbi de pecunijs in locis Ianuæ iudicantur vt cenſus, ſeu reditus, ſentit Pariſ. conſil. 96. num. 17. lib. 2. per Caſtr. conſil. 285. ad primum reſpondeo. in princ. lib. 2. vbi de pecunijs legatis ſuper impręſtitis Venetiarum per Alexand. conſil. 19. col. 3. ſub nume. 7. vbi quod cenſeantur bona Veneta quodãmodo immobilia, cùm reditus earum ſint perpetui, vel ad longum tempus. Bal. in l. hac edictali. §. his illud, col. 1. verſ. ibi annuorum. C. de ſecund. nupt.

Memẽto quidam huius deciſionis, in propoſito quòd
12 ſi fuerint † legatæ pecuniæ, quas habere ſe dixit teſtator ſuper impręſtitis de Venetijs, vel ſuper monte Florentiæ, videntur legatæ & pagæ, ſeu reditus, qui currerũt viuo teſtatore, licèt non fuerit mentio, niſi de ſorte per tex. in l. nomen debitoris in princip. de legat. 3. ſe ita conſuluiſſe, & menti tenendum firmat Caſtren. in l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. nu. 3. de legat. 2. & ibi Alexand. nume. fin. ſequitur & Iaſ. in colum. fin. comprobando: explicat etiam ſi pagæ decurſæ, & exactæ fuerint viuo teſtatore, vbi infert ad aliam ſimilem deciſio. per Caſtr. in l. cùm ſtipulamur. de verbor. obligatio. vt ibi per eum, & Bald. in l. Lucius Titius. ſub 6. not. de legat. 2. quando teſtator legat rem cum commodis & prouentibus, veniant percepta viuo teſtatore.

13 Illud autem de † Legato quantitatis habendo, vt de legato ſpeciei, & certi corporis intelligitur, & procedit, quãdo diſpoſitio legati de certa quantitate, ſeu re conſiſtente numero, pondere & menſura per dictam l. planè. §. ſed hęc ita, ſimul eſt concepta, & relata ad certum locum, qui eandem quantitatem vel rem contineat, ſic quantitate vel re non reperta in loco aſſignato, legatum ſpecies non reperta ſpecie abſque culpa hæredis non debetur. l. 1. §. penult. de dot. prælegat. l. cùm res. §. 1. cum ſequent. de legat. 1. & l. mulier. §. ſed etenim. ad Trebel. Secus eſt ſi primo alicui relinquatur certa quantitas, deinde in diuerſa oratione demonſtretur locus, ex quo vel perſona, à qua percipi, & fieri debeat ſolutio legati, quia ſi in loco deſignato non adſit quantitas legata, vel perſona, à qua ſolutio fieri demandata eſt, non debet, teneret relictum quantitatis ab hærede præſtandum. l. Paulo Callimacho. §. fin. de legat. 3. & l. quidam teſtamento. in princip. de legat. 1. & ibi Bartol. Caſtr. & Imol. Iaſ. in l. ſi ſeruus plurium. §. fina. ſuprà fin. verſic. limita quando teſtator. eo. theoricam & doctrin. ex mente textuum & gloſ. ſe facere profitetur Caſtr. conſil. 338. colum. 3. verſic. pro intellectu. lib. 1. latè demonſtraui, & in facto obtinui in ſimili caſu, in conſil. 117. numè. 13. 14. lib. 1. & intellige vt per Bald. conſil. 164. quod hæredes. lib. 4. conſil. 151. dubium. lib. 5.

14 Quid ſi eadem † vel diuerſa quantitas, in eadem vel diuerſa ſcriptura, puta in teſtamento: vel in teſtamento, & in codicillis relicta inueniatur eidem perſonæ, ſi in eodem teſtamento, vt pater habens filium & filiam reliquit filiæ 250. pro dote & filium hæredem inſtituit, & ſi deceſſerit ſine filijs, ſubſtituit alios extraneos, & reliquit filiæ 500. pro dote, moritur filius ſine filijs, filiam poſſe vtramque quãtitatem, & 250. & 500. relictam conſequi, conſuluit Bald. conſil. 140. caſus talis eſt, quidam
15 nobilis. lib. 5. mouetur † quòd plura legata in diuerſis caſibus, & ſub diuerſa forma diſponendi omnia debentur. l. planè. §. primo, de legat. 1. reſpondendo eidem cauſæ dotis quòd à principio matrimonij dos conſtituitur, & poſt contractum matrimonium alia dos conſtitui poteſt. l. obligamur. ff. de action. & obligat. l. ſi conſtante. C. de donat. ante nupt. Putò hanc deciſ. Bald. contra men-
16 tem teſtatoris, & non veram contra plura iura, † nam menti, votoq; patris teſtatoris congruebat filiam eſſe dotatam. l. mulier. §. cum proponeretur. ad Trebellia. & ſemel eſſe dotatam, vt hominis diſpoſitio vna vice verificatur. l. cum pater. §. pater certam in fin. de legat. 2. l. dotis promiſſio. ff. de iure dot. regulam hanc etiam procedere in diſpoſitione teſtamentaria, licèt æquiparetur diſpoſitioni legis, concludit Tiraquel. in l. boues. §. hoc ſermone. in decimaquinta limit. in fin. idem ſe-
17 quitur in ſpecie † plura legata pro eadem cauſa dotis facta non deberi niſi ſemel, firmat Bartol. in l. 2. §. Mela ſcribit in fin. de dot. prælegat. per l. Lucius. §. impuberem. de legat. 2. etiam quòd vltimum legatum eſſet in maiori ſumma, provt erat in caſu d. §. impuberem. quia erat in duplo primi legati, pariter dicta deciſ. Bald. videtur contra hæc iura, ſcilicet contra l. quid ergo ſi maiorem. in princip. de legat. 1. vbi provt in caſu iſto vide-
18 tur, ſi ab inſtituto minor ſumma, à ſubſtituto autem maior quantitas præſtanda eidem legatario relinquatur, maior quidem quantitas ſola debetur, vti excedens à primo legato, & quod eſt ab eo diminutum, ſit ipſi alteri ſecundo legato datum, vt ibi declarat Caſtrenſ. & Aret. ſub l. ſi cui ſerui. §. ſi à filio impubere de legat. 1. vbi de pupillari ſubſtituto Caſtren. extendit ad ſubſtitutum vulgarem, quia ſuccedit in eadem portione: ego dicerem extendendum etiam ad ſubſtitutum fideicommiſſarium, quia & is ſuccedit in portione inſtituti grauati, & loco hæredis habetur. l. ſi necem. in fin. de bon. libert. l. ſecunda. ibi, vt de ſuo loco conſtituat. ff. ad Trebellian.
19 † & ſimpliciter relictum ab inſtituto, & à ſubſtituto pro eodem habetur, ac ſi eſſet relictum ab vno per Bartol. in l. cum centum. verſicu. ſi à diuerſis. de adim. legat. & contra l. libertis quos. in princip. de alim. leg. videtur di-
20 cta deciſio Baldi † vbi ex eadem cauſa alimentorum ſicut hic ex eadem cauſa dotis per vltimum legatum etiam in diuerſa ſcriptura factum videtur receſſum à primo, Bartol. probat in d. l. cùm centum. & hanc eiuſdem cauſæ pro dote expreſſionem factam in vtroque legato haberem pro repetitione minoris quantitatis primi legati contentæ in vltimo legato, Bald. conſi. 163. cuidam puellæ. in fin. lib. 5. quòd ſic non debeatur niſi ſemel, ſecundùm quod Iaſ. in dicto §. ſi à filio. ſub ſecundo not. dicit ſe intelligere dictam l. quid ergo, remittendo ſe tamen de hac materia ad plenius dicta in l. planè. §. primo. vbi Iaſ. ipſe in tertia columna. verſicu. quarto not. firmat eandem cauſam legatorum expreſſam facere quòd tantum ſemel debeatur, & ſic vltimum legatum per dictam l. libertis. quos in princip. allegat Abb. qui hoc tenet in conſil. 4. colum. penult. ſub numero 8. verſicu. ſed ego contrarium arbitror. lib. 2. & allegat Cuman. in conſil. ſibi. 132. & mihi conſilio decimooct-
21 auo, ſine diſputatione, qui in terminis † legati pro dote eidem

eidem bis facti in teſtamento, & in codicillis per vltimum quantæcunque ſit ſummæ, tenet eſſe receſſum à primo. & vnicam ſolutionem ſufficere & primum intelligi ademptum: pro hoc etiam videtur text. in l. non ad ea. de condit. & demonſtrat. vbi in eodem teſtamento eius parte aliqua interpoſita ex interuallo dicit text. & per legatum vltimo loco factum de eadem re, & magis ſub diuerſa forma intelligitur eſſe receſſum à primo, vt in ſimili adducit Ruin. conſ. 38. nume. 16. & conſ. 133. in fin. libro 5. ex quibus cenſeo non eſſe tenendã ſententiam Bal. d. conſil. 140. columna prima, lib 5. licet eum ſimpliciter refert aliter non perſcrutando, vt ſui moris eſt facere, Gualden. de arte teſtan. tit. ſext. cauſ. 36. in fin.

22 At in ſimili, diuerſa tamen hac ratione, quòd † primo legato dotis facto de centum, & caſu quo non naſcatur poſthumus, ſit auctum & factum in ducentum expreſſe imputato primo legato de centum iuxta cautelam Bartol, & aliorum in dicta leg. plane. §. primo. in fin. & vltimo, ſi omnes fratres ſine filijs morientur eidem legatariæ ſimpliciter ſit factum relictum de trecentis, in hoc vltimo non exprimendo vt imputentur ducenta, vt fecit in ſecundo expreſſè imputando primum, neque repetendo eandem dotis cauſam, vt in ſecundo expreſſit, puto veriſſimam deciſ. factam per Tob. Peruſ. conſ. 29. nu. 17. quòd legataria prædictis conditionibus expletis conſequi debeat omnes dictas quantitates legatorum & 200. pro dote, & 300. pro particulari fideicommiſſo per teſtatoris voluntatem ſic euidenter apparentem dicta l. planè. §. primo. & dicta l. cum centum. de adim. leg. cui addo Crot. conſil, 51. ad primum dico. col. 2. verſicu, ad quartum reſpondeo, vbi in terminis idem firmat & legatũ quantitatis pro dote, & legatum aliud quantitatis ſub conditione mortis hæredis inſtituti ſimpliciter factum eidem mulieri deberi. idem probat Bal. conſ. 349. quæſt. de pluribus. col. final. lib. 4.

23 Quantitas † pecuniæ legatæ pro aliquo opere conſtruendo impoſita cenſetur hæredibus pro hæreditarijs portionibus, l. Titius de leg. 3. ex qua quidem quantitate pecuniæ legatæ colligitur & interpretatur mens teſtatoris, quale & quantum voluerit eſſe opus conſtruendum, Calder. conſil. 12. verſic: præterea hæc videtur mens, titu. de teſtam. & quòd noluerit plus expendi quàm percipiatur commodi, not. Bald. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. ff. de iudi. Ex quantitate pretij fit etiam interpretatio, de qua re ſenſerit teſtator. l. 1. & ibi Socin.
24 nume. 8. de rebus dubijs, quantúmve ſit † legatum pro filiabus teſtatoris interpretatur ex quantitate patrimonij, teſtatoris per l. 1. in fin. de leg. 2. Iaſ. in l. qui filiabus. §. 1. in 4. not. de leg. 1. & † quantitas tanta relictorum fa-
25 cit voluntatem teſtatoris præſumi quòd legata non in vita, ſed poſt mortem filiorum ſoluantur, Capra conſil. 60. num. 6. in caſu, vt ibi per eum.

26 Legatum † certæ quantitatis pecuniarum factum vxori pro dote ex legato pecuniarum & mobilium eidem poſteà facto debet ſolui & ſatisfieri pro rata, & reſiduum ſuppleri debet ab hæredibus, Afflict. deciſ. 45.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Legatum factum filiæ de quantitate exprimenda & prout videbitur vxori vel attinenti, aut fideicommiſſario, vel de centum & plus & minus, arbitrio vt ſup. valet & quando taxari debet non minus legitima, & quando ſupra legitimam, & de more regionis in hoc ſeruando, & de alijs pulchris de materia ibid. habetur.*

2 *Plus & minus hæc verba referuntur ad parum vel minuſculam ſummam, & arbitr. iudic. regulaturi præſertim vbi in teſtamento ſint poſita, & in alterius arbitrium collatum quid pro arbitrio boni viri accipitur, cum nume. ſequent.*

3 *Plus verbum hoc eſt indefinitum & in materia voluntaria poteſt referri ad omne plus, ſiue paruum, ſiue magnum ad quod poteſt extendi voluntas proferentis.*

*Et dicitur plus quatuor modis, & ſeptem & octo. vt ibid.*

*Quid in materia probationum, & quibus caſibus releuet. ibidem.*

4 *Plus hoc & minus remittitur ad cognitionem iudicis pro quo pluri vel minori determinando plura ſunt inſpicienda, patrimonium teſtatoris eiusq; conditio, nam quantitas abſolutè, prout eſt, conſiderari poteſt, at reſpectu perſonæ & dantis & recipientis poteſt conſiderari & parua & magna, declarando, vt ibi.*

5 *Plus & minus de his verbis poſſet aliquid certius conſtitui aſcenſiuè vel deſcenſiuè, & de iſtis quibus remiſſa eſt moderatio quantitatis taxanda, æquiparandis arbitratoribus. ibid.*

6 *Quantitas extanda & arbitranda per eos quorum arbitrio per teſtatorem id remittitur, poteſt eſſe ad ſextam partem eius quantitatis, quæ verè debita prætenditur, & vltra eſſet læſio & fieret exceſſus, pro quo datur recurſus ad arbitrium boni viri. ſ. iudicis, & quandoque poteſt eſſe quarta pars eius de quo agitur.*

7 *Teſtator iure inſtitutionis relinquens filiæ flor. 300. cum hac clauſula, & plus, & minus, provt videbitur Iacobo, & cum nuberet filia Iacobus ſimpliciter alio non expreſſo promiſit pro eius dote flor. 400. reſtituen. eueniente caſu hæredibus teſtatoris, an filia vel hæres eius poſſit petere flor. 300. ann. 400. Cor. quòd 300. cum non fuit facta mentio de teſtamento paterno in promiſſione, quod dictum Cor. tenetur per auctorem, ſi Iacob. ignorabat teſtamentum, ſecùs ſi ſciebat, quia 400. petere poterit, & vt ibi latius hæc materia pulchrè diſcutitur cum num. ſequent.*

8 *Teſtator pro dote relinquẽs filiæ quingenta & alius panis contemplatione dotauit eãdem in trib. millibus, hæc tria millia filia conſequetur, & non aliter quingenta, quæ tamen computantur in dicta maiori ſumma quodammodo etiam è parte habita.*

9 *Arbitrator ſeu executor malè arbitrans & iudicans ac declarans tenetur parti reficere & de dolo, vt de dolo quilibet arbitrator ac executor tenetur, & litẽ ſuam facit.*

10 *Dolus non eſt in alium abſque ſcientia committentis.*

11 *Procurator ignorans mandatum non obligat dominum, & ipſe tunc vt procurator non obligatur ex contractu mandati.*

12 *Executor vel arbitrator teſtamentarius ignorans teſtamentum non obligat hæredem ſua taxatione dotis, nec ipſe obligatur ex teſtamento vel mandato in eo contento, ſed ex ſuo contractu obligatur in ſe aſſumpto promittendo talem dotem, vt quilibet promittens tenetur.*

*A. ſciens teſtamentum & dotem taxando vltra relictum in teſtamento promittat plus obligat hæredem, num. 13. vbi pulchrè hoc diſcutitur, cum ſeq.*

14 *Actus procuratoris ſe immiſcentis & generantis ſeruantisq; formam mandati in negotio ſibi commiſſo ſimpliciter valet, abſque eo quod dicat procuratorio nomine, vel aliquam faciat mentionem de mandato, vt maximè tenent actus inter dominum & procuratorem.*

15 *Contractus procuratoris tenet vigore mãdati, etiam quòd de ipſo mandato non fuerit facta mentio.*

16 *Quantitas dotis incertæ vel augendæ ita commiſſa alij per teſtatorem poteſt declarari, ſoluto etiam matrimonio.*

*Et quando per iudicem. ibid. etiam quòd ſit vltra certam quantitatem, aliquid plus tamen taxandũ poteſt id per alium taxari, & per iudicem, & eſt commun. opin. ibid.*

17 *Legatum vxori de domo valoris 200. & ſi tanti nõ valeat. quòd ei debeat per hæredem ſuppleri, ſi plus valeret id totum etiam habebit fauore ampliandi legatum.*

*Et non attenditur teſtatoris æſtimatio, nec id quod debeat ſuppleri. vide ibid.*

18 *Quantitatis certa & expreſſa legata conſequi interim poteſt, pendente ambiguo non declarato ſuper verbis plus, & minus.*

19 *Teſtator pro dote filiæ reliquit mille ſi nupſerit, & ducenta ſi monachatur, effecta eſt monialis, an quod eſt plus legatum mille, an quod eſt minus legatum ducentum ei è monaſterio debeatur, hincinde vide opin. vbi ſecundùm communem, quòd mille ei debentur, & econtra ſecundùm conſuetudinem quòd tantum quod eſt minus, vbi latius hæc materia diſcutitur perbellè.*



¶SOLVTIO V.

QVINTA dubitatio frequens eſt ad plus, vel minus legatum, ſuper eo maximè, quòd ſæpe teſtator habens filiam, cui tenetur relinquere dotem, non ſibijpſi bene confi-
1 dens de certa quantitate exprimenda per eum † committit in teſtamento vxori, vel executori, ſeu fideicommiſſario, vel alij attinenti, vt arbitretur quantitatem incertam dotis filiæ relictam tantam & quantam, & illam partem bonorum, provt ei videbitur, vel certam dotem relictam filiæ, puta centũ, vel plus, & minus, vt ſuæ vxori, vel alij videbitur, ſoluendo breuiter dicendum eſt, huiuſmodi relictum, vel inſtitutionem de incerta quantitate filiæ relicta, & commiſſam arbitrio alterius valere per l. 1. de leg. 2. & eum cuius arbitrio remiſſa eſt talis taxatio, poſſe & debere declarare talem quantitatem non minorem legitima filiæ, per l. ſcimus. & l. omnimodo. C. de inoffic. teſtam. ſed ſupra legitimam dare, moderatè tamen in cauſam piam, & neceſſariam putà dotis, per auth. res quæ commun. de legat. ita ex facto reſpondit Bald. conſil. 456. punctus quæſtionis. colum. 1. lib. 3. ſicut notum eſt dotem ad menſuram legitimæ arbitrari debere commun. opin. per Corn. conſi. 107. colum. penult. lib. 2. Dec. conſil. 181. colum. 2 cum alijs relatis per Tiraquel. in l. ſi vnquam. verſicu. ſuſceperit, num. 100. cum ſequen. de reuoc. donat. minorem maiorémque legitima quandoque pro more regionis dari poſſe, refert Aymo conſil. 236. colum. 2. ſub nume. 3. per Corn. & Bald. Nouel. ibi relat. & provt curſu temporis fuerit communiter auctæ dotes, quæ ſic quoque auctæ cenſentur de voluntate teſtatoris ad diminuendum etiam fideicommiſſum per Aym. conſil. 291. ſub num. 4. verſic. Quintò nos habemus, ponit ita iudicatum Marzar. Vicenti. de fideicommiſſ. part. 2. q. 48. ver. an verò ſi poſt, quia ſi teſtator vixiſſet, talem dotem dare obligatus fuiſſet, Caſtr. in l. mulier. §. cum proponeretur. ſub num. 2. ad Trebel. & conſil. 80. quia per ſupraſcriptum eximium, lib. 1. dicit hanc rationem militare, Curt. Iun. in auth. res quæ. num. 15. in fin. comm. de leg. & bene Dec. conſ. 376. num. 2. & conſi. 519. nu. 3. & Tiber. Dec. conſil. 17. nu. 18. 20. lib. 2.

2 Adiectio autem hæc † plus vel minus, refertur ad parum, vel minuſculam ſummam. l. hæc adiectio. de verbo. ſignificat. per gloſ. in verſi. nominis. l. cum filius. §. pater. de leg. 2. & arbitrio iudicis regulatur per l. primam. ff. de iure delib. tradunt Alciat. & Rebuf. in d. l. hæc adiectio. & Menoch. caſ. 47. in fin. lib. 2. centur. 1. de arbitr. iudic. præſertim enim in teſtamentis, quid in alterius arbitrium collatum accipitur pro arbitrio boni viri, tex. in d. l. prima. de leg. 2. & l. ſi filiæ. de lega. 3.

3 Vide tamen quòd hoc verbum † plus eſt, indefinitum, & in materia voluntaria poteſt referri ad omne plus ſiue paruum, ſiue magnum, ad quod poteſt extendi voluntas proferentis, qui hoc quantum euenire potuit proſpicere debuit, de eo igitur quantum fuerit extenſum, ſic prius volenti non fit iniuria, ita declarat Caſtr. conſ. 388. plus quatuor modis dicitur, colum. prima. verſic. 1. lib. 2. & ſeptem vel octo modis etiam dici plus exponit Bald. in l. Meuius. in prin. in fi. de leg. ſecundo. Quid in materia probationum, & quibus caſib. releuet declarat etiam Menoch. d. caſ. 47. poſt Alc. & Iaſ. in l. & ſi poſt tres, col. 2. & ſeq. qui ſatiſd. cogan. & poſt Fely. in cap. paſtoralis. col. 3. de reſcript.

4 Quoniam † iſtud omne ad iudicis cognitionem remittendum eſt, tex. in l. ſi quis ita. §. Seia. Cauit, de verb. oblig. pro hoc quidem pluri vel minori determinando plura ſunt inſpicienda, patrimonium teſtatoris. d. l. 1. de legat. 2. Bal. in d. l. pater. §. in fin. & eius conditio, quia ſi vnus rex daret duo millia florenorũ, diceretur modicũ, dicit Bart. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. in fi. ff. de iud. & ibi Ang. poſt gloſſ. notat pulcherrimam doctrinam, quòd quantitas poteſt abſolutè conſiderari magna & parua, prout eſt, ſed tamen reſpectu certæ perſonæ conſiderata iudicari debet magna vel parua ſecundùm conditionem perſonæ. ſ. & dantis & recipientis, comprobat Deciſ. conſ. 289. ad fin. vt euitetur abſurdum, & ne fiat contra naturalem rationem in teſtamento magni capitanei, continente illud verbum plus, pro dotandis nobilibus puellis ciuiliter viuentibus poſſe vltra modicum importare, & arbitrari conſulit Alexan. tertius doctor Borgomen. conſ. 163. nu. 15. & ſequen. inter conſil. vltim. vol. 1. ad idem Bald. in l. cum anteà. col. 3. nu. 4. C. de arbitr. Alex. conſ. 131. col. fin. nu. 15. lib. 2. & Soci. Iun. conſi. 79. nu. 99. lib. 3.

5 Quandoquidem de his verbis † plus vel minus poſſet aliquid certius conſtitui aſcenſiuè vel deſcenſiuè, plenior, certiórque doctrina foret, ideò dici poſſet iſtos, quorum arbitrio per teſtatorem modo ratio alicuius quantitatis remiſſa eſt, æquiparari arbitratoribus, Bald. in l. Theopompus. ſup. nu. 8. de dot. præleg. & per dict. l. primam. de leg. 2. & ita expreſsè tenet Afflict. deciſ. 371.
6 num. 7. † quantitas ergò per eos arbitranda & taxanda poteſt eſſe ad ſextam partem eius quantitatis, quæ verè debita prætenditur, quia vltra iſtam ſextam eſſet læſio, & fieret exceſſus ſecundùm Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. nu. 25. ff. pro ſoc. Bart. de ſancto Blaſ. tract. de arbitr. in prima quæſt. nu. 1. & in quæſt. 76. nu. 56. Alexan. d. conſ. 131. col. fin. lib. 2. Dec. con. 39. ſup. fin. Alcia. in d. l. hæc adiectio, vbi & quandoque poſſet eſſe quarta pars eius de quo agitur, per l. ſi quis ſuo. in prin. & ibi Bart. C. de inof. teſtam. & ꝓ tali exceſſu datur recurſus ad arbitrium boni viri qui eſt iudex, vt propriè probat Afflict. d. deciſ. 371. nume. 9.

7 Suborta eſt notabilis dubitatio † pater iure inſtitutionis, & pro dote reliquit filiæ flor. 300. & plus & minus, prout videbitur Iacobo, eadem filia cum nuberet, Iacobus alio non expreſſo promiſit pro eius dote flor. 400. ſtipulando in caſu dotis reſtituendæ eam reſtituendam fore hæredibus teſtatoris, quæritur an filia vel eius hæres poſſit petere flor. 300. iure inſtitutionis relictos, vel flor. 400. Cor. conſi. 270. lib. 3. ſubſcribendo conſ. Bal. & Bart. tenet poſſe peti flor. 300. & non deberi flor. 400. promiſſos pro dote per Iacobum, quia in promiſſione non fuit facta aliqua mentio de teſtamento paterno, ſeu de dicta inſtitutione, quaſi fuerit neceſſarium, vt illa clauſula plus & minus operaretur exprimere, quòd Iacobus arbitraretur & ei viſum fuerit, quòd illud plus haberet iure inſtitutionis pro dote, & ad hoc illud non allegat, dicens ſe non facere magnum fundamentum in ignorantia Iacobi de teſtamento, quoniam forte ſecùs erat in illo facto.

At mihi ſic indiſtinctè non placet iſta ſolutio, nam ſi talis executor ignorat teſtamentum, & poteſtatem ſibi in eo datam, ſic eum ſuæ poteſtatis fundamentum ignorantem exequi non poſſe putat Bal. in l. falſus. nu. 19. C. de furt. per l. multum intereſt. de conditio. & demonſtra. ergo declaratio per eum facta vltra certam quantitatem per teſtatorem expreſſam non valet, & attendenda non eſt, arg. l. 3. §. ſed & ſi cùm tutor. ff. de iudi. ſol. ibi,

ibi,vel dum ignorat, attendenda non eſt, quia non præ-
iudicant hæredibus teſtatoris, ſed ſibi præiudicare poſ-
ſet,quando ſimpliciter promitteret quantitatem declа-
ratam, cùm pro dote mulieris quilibet promittendo
poſſit ſe obligare.l.promittendo.in prin.de iur.dot.etiã
quòd auctoritate in teſtamento ſibi conceſſa poſſet de-
clarare non exprimendo teſtamentum, neque ipſam
authoritatem, ita in ſimili pro hac ſententia concludit
Bartol.in ſua q. 5. adunantia generalis, in fin. per illas
ſuas rationes factas, quòd commune non tenetur, me-
8 mento hîc notab.reſpon.Alex.conſ.179.l.5.ſi pater† re-
liquit pro dote filiæ quingenta, & alius contemplatio-
ne patris donauit eandem filiam in tribus millib. quòd
hæc tria milia filia ipſa conſequetur, & non aliter quin-
genta à patre relicta,quia hæc computantur in dicta ma
iori ſumma quodammodo etiam à patre habita, vt ibi
per eum, & per me ſup. libr.1.intérp.2.dubit.2. ſolut.6.
quòd autem requiratur ſcientia talis arbitratoris, ſeu
executoris de teſtamento, & authoritate ſibi data pro-
9 batur: quia ſi † malè iudicaret & declararet, tenere-
tur reficere parti & de dolo, vt quilibet executor &
arbitrator tenetur de dolo, & facit litem ſuam, Bal.
in l. ait prætor. §. ſi executor. per tex. ibi. ff. de negot.
geſt.& in l.pen.in fin.C. de pact. & ibi Dec. probat in 3.
10 col.nu.16.† dolus in alium non eſt abſque ſcientia com-
mittentis.l.1.§.1.ff.de dolo.l. ſi non conuitij.C. de iniur.
l.penul. ibi cònſenſum enim & non ignorantiam volu-
mus obligari.C. de tabul. libr. 10. cum ſimil. ſicut enim
11 † procurator qui ignorat mandatum non obligat do-
minum, & ipſe vt procurator non obligatur ex contra-
ctu mandati,Bartol.in l. ſi pupilli. §.primo.num.6.ff. de
12 nego.geſt. & ibi alij ſequuntur, ita † executor vel arbi-
trator iſte teſtamentarius ignorans teſtamentum, non
obligat hæredem ſua taxatione dotis, nec obligatur ip-
ſe ex teſtamento vel mandato in eo contento, ſed obli-
gatur ex ſuo contractu in ſe aſſumpto promittendi ta-
lem dotem, vt quilibet promittens tenetur per d.l.pro-
mittendo. in princ. vt procurator ſe obligat in negotio
pariter ad eum pertinente, Bart.in d.§.1.nu.5. vnum eſt
quod nunc quærimus, quòd dos vltra quantitatem re-
lictam in teſtamento taxatam ſimpliciter in pluri, vel
promiſſam per illum nominatum arbitratorem igno-
rantem teſtamentum per hæredes,non debetur filię le-
gatariæ, vel eius hæredibus, niſi pro ea quantitate ex-
preſſa in teſtamento,ita hoc caſu puto eſſe veram opin.
Corn.d.conſ.270.in prin. libr.3.
13 Si verò ille nominatus† arbitrator ſciuerit teſtamen-
tum, & ſciens ſe intromiſerit in negotio dotis relictæ
filiæ, & per eum vltra declarandæ, puta de 300. in 400.
oſtendendo maximè, vt in caſu d. conſi. Corn. negoti-
um pertinere hæredibus teſtatoris, ſtipulando eis in ca-
ſu reſtitutionis fore reſtituẽdam dotem ipſam 400. iſto
caſu exiſtimo equidem declarationem hanc, dummo-
dò aliter exceſsiua non probetur valere,& obligare hę-
redes, abſque eo, quòd fuerit facta alia mentio teſta-
menti paterni, vel iuris inſtitutionis, quo fuit relicta
dos, probatur in ſpecie per doctr. Bald. in dict. l. falſus.
num.19.C.de furt.vbi ſoluendo quæſtionem tenet ſim-
pliciter executorem teſtamentarium ſcientem etiam
clauſis tabulis, & non exhibitis, ſibi poſſe exequi, &
probatur per illam commun. concluſionem, quòd
14 † actus procuratoris ſe immiſcentis,& gerentis, ſeruan-
tíſque formam mandati in negotio ſibi commiſſo, ſim-
pliciter valet, abſque eo quòd dicat procuratorio no-
mine,vel aliquam faciat mentionẽ de mandato,vt ma-
ximè teneat actus inter dominum & procuratorem, vt
per Bartol.in dict.l.ſi pupilli.§.1. nume. 8. ibi Angel. in
colum.2.ſup.fin. verſic. idem ſi præceſſit mandatum. &
Fulg.in colum.2.ad fin.verſ.item hęc vera.per.l.qui ſer-
uum.de interrog.action.Bart.in l.poſt mortem.§. tutor.
num.3.ff.quando ex fact.tut.Alex.conſi.90.col.fin.lib.3.
& conſ.45.nu.6.conſi.146.col.fin.nume.21.lib. 5. vbiq;
15 † tenet contractus procuratoris vigore mandati, etiam
quòd ipſo mandato non fuerit facta mentio, idem &
Crot.conſ.335.nu.24.
Similiter neceſſe non videtur exprimere per talem
executorem quòd legataria habeat illud plus iure inſti-
tutionis pro dote, quia poſtquàm executor ſciens & in-
tendens ſe ingerere in negotio ſibi commiſſo per teſta-
torem facit ſuam declarationem & augmentum quan-
titati expreſſæ per teſtatorem,eam quidem ſummam re-
lictam, & auctam ſimul legataria habere cenſetur eo
iure,vel legati, vel inſtitutionis, quo fuerit relictum,&
expreſſum per patrem teſtatorem,& ex teſtamento ipſo
paterno & non ex diſpoſitione executoris, ſeu ſua ex de
claratione per text.in l.vnum ex familia.§.ſi de Falcidia
quæratur.de legat.2.& ibi Bar.& alij expreſſè tradũt,plu
ribus ſimil.deciſ.comprobat Deci.conſil.492.colum.2.
Aym.conſil.122.col.1.nu.3.conſi.223. col.fin. conſ.314.
nume.ſecundo,Corſet.in ſign.ſub verſ.commiſſarius.in
quibus locis allegantur plura iura ad hoc, & per Pariſ.
conſi.54.nume.13.lib.3.ſic teſtator videtur facere illud,
cuius faciendi poteſtatem dedit alij, qui & illud fecit,
Abb.conſi. 65. col. fina. verſi. venio ad quintum & vlti-
mum.lib.ſecundo,Anch.conſi.329. dubitationem verſ.
ſed his.
16 His ſubiunge, quòd quantitas dotis incertæ vel au-
gendæ ita commiſſa alij per teſtatorem poſſet declarari
etiam ſoluto matrimonio, vt per Socin. Iun. conſilio
35.ad fin.lib.1. Quando poſſet declarari per iudicem do
cet Caſtr.conſ.11.viſo dicto libello,col.3.ſub nu.3.lib.1.
etiam qnòd ſit vltra certam quantitatem aliquid plus ta
xandum poreſt id per alium taxari & per iudicem cõtra
Caſtr.in hoc eſſe commun.opi.probat Tob.Peruſi.con.
50.nu.5.& ſeq. & nu.10.
17 Item attende ſi factum eſt † legatum vxori de domo
valoris 200. & ſi tanti non valeat quòd ei debeat per
hæredem ſuppleri, poſito quòd valeat plus 200.totum
quidem iſtud plus etiam habebit fauore ampliandi le-
gatum,ſequendo Guliel.tenet Ange.in l.nulla.verſi.hęc
lex inducitur. ff. de legib. refert, & ſequitur Socin.in l.
Publius.in princip. verſi. confirmatur ex his. de condit.
& demonſtra.Guli.Bened.in cap.Raynutius.1.par.verſ.
& hortum nu.13.14.Non tamen eſſe attendendam æſti-
mationem teſtatoris.not.Imo.in l.ſi fundum. §. ſi liber-
tus,de lega.1.vbi etiam in eo quòd debeat, ſuppleri te-
net contrarium.
18 Licet † ambiguum ſuper verbis,plus vel minus,pen-
deat non declaratum, tamen non impeditur quin in-
terim quantitas expreſſa & certa conſequi poſſit per
text.ibi Bart.in l.publia.§.Titius Sempronio. ff. de poſ.
& ibi in apoſtill. & per Socin. in l. pecunia. & ibi Deci.
col.2.nu.8.ſi cert.pet.idem Socin.in l. quibus diebus. §.
quidam Vitio. ad fin. de condition. & demonſtr. Aym.
conſil.325.col.3.Grammat.deciſ.58.nu.10.11.Rom. ſign.
535.confiteor.
At illud deniq; quod plus eſt vel minus in quæſtione
19 hac multum dubia apud docto. & controuerſa † pater
pro dote filiæ reliquit mille,ſi nupſerit,& ducenta, ſi in-
grediatur monaſterium,& efficiatur monialis,effecta eſt
monialis, an quod eſt plus legatum mille, an quod eſt
minus legatum ducentorum ei, & monaſterio debea-
tur, Ant.Gabr.de commun.opin.lib.4.tit.de legat. con
cluſ.2. ex profeſſo recenſendo cumulauit pro parte pri-
ma doct.qui tenent, & paſſim commun. opin. eſſe atte-
ſtantur quòd legatum mille debeatur præter caſus ali-
quos per eum limitatos, & obiter poſui conſil.72.num.
32.33.lib.1.firmat & Hippol.Riminal.conſil.215. colum.
pen.pro altera verò parte,& vltimo idem Gabr. Roma.
collegit doct.ex communi obſeruantia,& conſuetudine
attestando



atteſtando tenentes, quòd vti minus ſufficiens, & ſoli-
tum dari monialibus debeatur legatum ducentorum,&
cum ſententia pertranſit idẽ referendo Deci.hanc par-
tem tenendam,in cap.in præſentia,num.59. de probat.
ſentit Bero.conſil.28.nu.16.lib. 1. cum hac parte etiam
reſidet Roland. à Vall.conſil.35.30.lib.3.in locis,in qui-
bus viget talis cõmunis obſeruantia, & conſuetudo, &
hãc veriorem & æquiorẽ opin.defendendo tenet Vaſq.
Hiſp.tract.de ſucceſſ.progreſſu.li.3.§. 29.ad fin.tenet,&
idem cõcordan.cum Vlando Menoch.conſ.169.nu. 18.
& per tot. & noſquidemmetipſos non decipiamus,cum
bene ſcimus in populo Chriſtiano per vniuerſitates lo-
corum monaſteria monialium eſſe conſtructa,& in dies
conſtrui,nedum ad vitam contẽplatiuam,ſed etiam cõ-
moditatem hominum habentium filias plures, vel de-
formes,quas non valentes congruis, imo exceſſiuis do-
tibus hodie neceſſarijs matrimonio collocare, minis,
vel blanditijs in monaſterijs detrudunt cum longe mi-
nore dote,puta cum ducentis, quam vellet maritus pro
dote,& propriè vltra mille, vt pote quòd non tanta dos
eſt neceſſaria pro monachanda filia, quanta ſit pro ma-
ritanda, videmus vtique paſſim communiter ita obſer-
uari, & notoriam conſuetudinem eſſe, cuius rationem
etiam manifeſta experientia edocti videmus, ſcilicet
propter grauia onera, & ſumptus admodum inſuppor-
tabiles matrimonij, ac effectus eius, & econtra leues
impenſas,& fere nullas, & viles monachatus,reſpectu il
larum matrimonij, cùm igitur communis obſeruantia,
& conſuetudo admitti inter viuos poſſe & velle paren-
tes dare maiorem dotem fœminabus nubendis, & mi-
norem fœminabus monachandis à vita religioſa, & cõ-
templatiua, ita quin idem in teſtamentis ratum haben-
dum ſit concludens impellénſque nulla videtur ratio
interpretando poteſtatem,& voluntatẽ teſtatoris à cõ-
ſuetudine communi,& ab actibus inter viuos.l.ſi ſeruus
plurium.in fi.de lega.1.l.numis.de leg.3.cum ſimil.ſupra
lib.1.interpret.2.dubit.2.ſolut.9.& 10.& ad Euerard. in
ſua cent.locorum legal.loco 17. faciunt & adducta per
Ruin.conſ.98.num. 20.21.lib.2.

¶ SVMMARIVM.

1 Debitor legans creditori ſuo an habuerit animum & men-
tem compenſandi legatum cum debito, variæ ſunt opin.
& quando ſit & quando non,vide ibid.cum alijs nu.ſeq.
vbi de hac materia latius & abundè diſcutitur.
2 Legans creditori ſi legatum & debitum eſt in quantitate,
videtur quòd habuerit animum compenſandi legatum
cum debito:ſecùs ſi vnum ſit in ſpecie,aliud verò in quã-
titate,& videtur communis ſecundùm aliquos,& hoc po
teſt procedere quando compenſatio fieret ex diſpoſitione
legis in iudicio parte altera inuita.num.3.& de hac ma-
teria cum num.ſeq.
3 Legans creditori quodcunque fuerit legatum & debitum,
vel quantitatis, vel ſpeciei nihilominùs imputatur cum
debito,ex præſumpta mẽte diſponentis & lege de legato
cum debito & quare,cum ſeq.
4 Compenſatio in vltimis voluntatibus non reputatur ſecun-
dùm naturam cõpenſationis,cùm fiat de ſpecie ad quan-
titatem quod putat verum auctor, diſtinguendo, vt ibi
per eum.
5 Compenſatio in vltimis voluntatibus aut fit cum debito ne
ceſſario & tunc imputatur legatum cum debito à debi-
tore factum ſecundùm legem,de qua ibi,aut cum debito
voluntario & tunc fit compenſatio ſic diſponente teſta-
tore, quia vti lex eſt ſeruanda.
6 Legatum qualecunque fuerit,vel ſpeciei, vel quantitatis
conſequens eſt vt id legi ſubiectum ſit,quàm de eo teſta-
tor facere voluerit.
7 Compenſatio tota dependet à voluntate teſtatoris legantis
quicquam creditori,accedente voluntate etiam legata-
rij,vt ibi declaratur.
8 Compenſatio & quòd talis fuerit compenſandi animus,fa-
ciliùs præſumitur de quantitate ad quantitatem,quàm
de quantitate ad ſpeciem,vel econtrà.
9 Debitum neceſſarium dicitur illud quod teſtator ex quauis
lege tenetur præſtare,& auferre non poteſt ei cui venit
præſtandum legatum quod in dubio compenſatur in tale
debitum.
Vt de patre obligato dotare filiam, ad dimittendam legiti-
mam debiti.
De ſtatuto dante marito partem dotis vxoris prædefunctæ ſi
ne liberis.
Et de debito fideicommiſſi quoad grauatum quæ veniãt con
penſanda,vt in num.ſeq.
10 Dos relicta filiæ per patrem quæ imputatur ſine dubio in le
gitimam,an veniat & quando compenſanda cum ſecun-
da dote ſimpliciter illi relictæ per hæredem patris, an
vtraque poſſit conſequi.
Com.quòd vtramque,auctor verò contra, vt ibi latius diſcu
titur cum num.ſeqq. & de ratione & quare. ibidem &
num. 13.
11 Legatum factum creditori non præſumitur factum animo
compenſandi,niſi probetur per eum qui ſe fundat in cõ-
penſatione de legato maximè debito per hæredem ex qua
ſi contractu inducto per ſuam hæreditatis aditionem,&
ſic ex cauſa voluntaria.
12 Idem de legato dotis ab auo relicto debito non compenſato
legato eidem nepti per patrẽ relicto,& fuit Cornei opin.
12.reprobata tamen,vt ibi cum num.ſeq.
13 Legata pro eadem cauſa dotis facta in teſtamento patris &
in teſtamento filij hæredis cenſentur facta eodem teſta-
mento,& per filium hæredem animo compenſandi, adeo
quòd minor ſumma ineſt maiori tantum debitæ.
14 Legatum factũ per filium hæredem patris de dote filiæ, ſuæ,
qui & pater etiam reliquerat dotem in ſuo teſtamento,
videtur factum à d. filio vt compenſetur cum prima, &
quòd ita fuerit animus filij cõpenſandi.ſ.& quòd ſecun-
da obligatio in eandem cauſam dotis concurrit cum pri-
ma obligatione,vt ibi late declaratur.
15 Legatum factum per vxorem marito qui ex ſtatuto lucra-
tur dimidium dotis vel tertiam partem ea moriente ſine
filijs computatur in ea dimidia, & aut parte quia cen-
ſetur factum animo compenſandi, & eſt communis
opin.
16 Legatum factum per grauatum fideicommiſſario cenſetur
factum animo compenſandi in fideicommiſſum,ſtantibus
maximè coniecturis animi compenſandi.
17 Legatum factum in debito neceſſario, vt ſup.num.9.animo
compenſandi cenſetur factum in dubio,niſi aliqua appa-
rerent de contrario animo, quia vtrumque deberetur,
quia tunc non ſumus in dubio.
18 Legatum factum à debitore creditori,debetur vna cum de-
bito & vtrunque per creditorem peti poteſt, nec animus
compenſandi tunc præſumitur, in eis diuerſa cauſa exi-
ſtente,quia ob cauſam eſt debitum, ob aliam verò reli-
ctum,& de ratione.
19 Cauſæ legatorum quibus interpretantur legata,variæ ſunt
& primò quòd ſufficiat cauſa per coniecturas, quid ſit
cauſa, quando ſtrictè quando largè, de dictionibus illam
deſignantibus,de eius effectu, quando proxima, quando
finalis,quando remota, quando impulſiua, vel multum
remota, quando dicatur occaſio, & quæ in dubio præſu-
matur, & de cauſa legandi inſpicienda, ſi eſt de præte-
rito,ſi eſt de futuro, cum multis ad materiam facienti-
bus.ibid. latius habetur cum numer. ſequentibus vſque
ad 27.
20 Cauſa eſt quædam adiectio oſtendens motiuum finale vel
impulſum teſtatoris,vel eſt quid præteritum vel inſtans
quo impellimur,vt aliquid diſponamus.

Et quando ſtrictè, quando largè, de dictionibus eam deſignantibus de eius effectu, quando proxima cohærens legato, quando finalis, quando remota & impulſiua, vel multum remota, & quando dicatur occaſio cum ſim. ibidem.

21 Cauſa finalis in dubio non præſumitur, ſed impulſiua, quod probatur ex coniecturis, maximè quæ inſeritur ab homine.

22 Et quot modis dicatur finalis.

23 Cauſa legandi inſpicitur, & quare fiat diſpoſitio, & ſi eſt de præterito quòd propriè dicitur cauſa, ſi de futuro quid 24.

25 Cauſa dicendi probat intelligentiam dictorum, limitat & declarat teſtatoris voluntatem cauſa illa etiam quæ colligitur ex verbis teſtatoris.

26 Cauſa legati facit illud determinari ſecundùm eandem cauſam annexam.

27 Legatum non fit animo compenſandi cum debito, quando legans expreßit id de bonis ſuis legare ac relinquere, quia excludit compenſationem de eo quod debet alij, quia id alienum ex bonis deducitur.

28 Compenſatio dicitur ſolutio.

29 Legatum fit animo compenſandi quando teſtator voluit ac diſpoſuit relictum nō fore permanſurū penes legatarium, ſed alij reſtituendnm vel incontinenti, vel ex aliquo temporis interuallo pro rata tamen commodi per legatarium percepti illo interuallo temporis durante, & vt ibi dicitur, vide.

30 Legatum non fit animo compenſandi, quando talis debitor neceſſarius ſimpliciter inſtituit hæredem ſuum creditorem pro parte & non vniuerſaliter, & de ratione.

Quod procedit in marito maximè ab vxore inſtituto in parte, & quomodo ibi.

Et de differentia hoc in caſu inter legatum & inſtitutionem hæredis, ibidem.

31 Legatum non fit animo compenſandi debitum neceſſarium quando ibi prius debitum neceſſarium fuerit declaratum in re aliqua certa, puta in centum, dein idem debitor leuit eidem creditori domum & aliam ſic rem diuerſam, quia vtrumque tunc debetur.

32 Debitum voluntarium dicitur illud, vbi quis principaliter ex facto ſuo, vel anteceſſoris ad id tendente & ordinato debitor conſtitutus eſt, túncque tale legatum non compenſatur. 33.

33 Legatum factum creditori de debito voluntario regulariter non dicitur factum animo compenſandi, niſi de ſua voluntate compenſandi conſtare poßit.

34 Legatum non compenſatur cum credito legatarij ob donationem inter viuos ei per teſtatorem factam.

35 Voluntas teſtatoris in compenſando legatum & debitum cum creditore ſuo ex coniecturis conſtare poteſt, de quibus in nu. ſeqq.

36 Coniecturæ inferentes animum teſtatoris fuiſſe compenſandi legatum factum creditori cum debito, quæ ſint & quales. vide in num. ſeq.

Primò cum prohibeat legatarium plus petere vel habere.

Item inſtituendo hæredem ſuam vxorem cum hoc onere, vt debeat ſuam dotem conferre cum hæreditate. 37. declarando, vt ibi, perpulchrè quando non fecerit mentionem de dote conferenda.

Tertio videtur animus compenſandi quando teſtator legauit pro omni eo & toto quod legatarius petere poſſet in hæreditate ipſius, mandando vt finem faceret hæredi ſuo. 38.

Quartò, ſi teſtator dixerit quòd legatarius de eo quod ſibi reliquerit, debeat ſtare tacitus & contentus. 39.

Idē ſi dixerit quòd nihil petere poßit in & ſuper bonis ipſius teſtatoris. ibidem.

Idem ſi dixerit, iußit quod plus petere non poßit de bonis & hæreditate d. teſtatoris. ibid.

Quintò, ſi teſtator legando vxori ſuæ creditrici mariti de fructibus bonorum paraſernalium per eum perceptis in pluribus annis, adiecerit animo compenſandi cum bonis ſeruitijs & alijs iuſtis cauſis exinde ex pluribus rationibus collectis ex teſtamento & ſerie facti.

Idem in legato dotis per maritū facto vxori appoſita & expreſſa quantitate capiente dotem & localia, & alia neceſſaria, pro quibus diuerſas ſummas cōtinentibus in eodem inſtrumento maritus eſſet debitor vxoris, quòd animum compenſandi legatum habuit, vxore tamen ſciente tenorem teſtamenti, & poſt aditam hæreditatem acceptante tale relictum, & vt ibi perpulchrè.

Sextò, animus videtur fuiſſe compenſandi, quando teſtator relinquendo ſuo creditori in codicillis vel teſtamento in præfatione dixerit ſe facere & diſponere ne aliquæ diſcordiæ vel diſſentiones oriantur in & de bonis ſuis, vel ſua hæreditate 42. & vt ibi latius de materia habetur.

## ¶DVBIT. VI.

1 SVPER animo, ſeu mente † debitoris legantis creditori, an fuerit compenſandi,
vel ne legatum cum debito, diſſoluitur
præmittendo, quòd aliqui volunt legantis
animum compenſandi legatum cum cre-
2 dito legatarij præſumi † quando vtrumque & legatum
& creditum eſt in quantitate, ſecùs ſi vnum in ſpecie &
alterum in quantitate exiſtit ſecundum gloſſ. 1. in l. fin.
C. de compenſ. & Bartol. Bald. & Caſtr. in l. huiuſmodi.
§. cum pater. de leg. 1. & Alexand. conſi. 7. num. 17. lib. 6.
Capra conſil. 164. num. 5. Corn. conſil. 127. ſupra fin. lib.
3. vbi dicit id communiter teneri. idem conſ. 292. col. 1.
verſic. quando enim. lib. 1.
3 Alij verò ſentiunt & probant † qualecunque & legatum & debitum ſit, vel quantitatis, vel ſpeciei, nihilominùs compenſationem, vel imputationem fieri ex præſumpta mente diſponentis à lege de legato cum debito, quia legans potuit diſponere prout voluit, ſecus e
vbi fieret compenſatio ex diſpoſitione legis in iudicio
parte altera inuita, quia procederet diſtinctio prædicta
per dict. gloſſ. in d. l. fin. C. de compenſ. vt per Imol. in l.
ſi cum dotem. §. ſi pater. ad fin. verſi. item aduerte ſolut.
matrimo. & Roma. in auth. præterea, columna penult.
ad fin. ſub num. 16. C. vnde vir & vxo. & ibi Alex. colum.
penult. & fin. in princip. ſub nume. 13. & Iaſo. conſil. 1.
verſic. adde, & amplia. Deci. col. 6. nume. 10. ſubiungen-
4 do quia † compenſatio in vltimis voluntatibus non regulatur ſecundum naturam compenſationi, cùm fiat de
ſpecie ad quantitatem. l. qui militabat. §. 1. ibi gloſſ. ff. de
hæred. inſtit. cum alijs ibi per eum, & hoc puto verum,
5 quia in vltimis voluntatibus fit compenſatio † ſeu imputatio, aut cum debito neceſſario, & cum eo tunc imputari legatum lex indiſtinctè mandat d. auth. præterea, &
dicto §. ſi pater. l. ſi cum dotem. ſolut. matrimo. aut cum
debito voluntario, & tunc fit compenſatio ſic diſponente teſtatore. l. cum vno, l. cum pater. §. cum pater. fidei-
commiſſum, & l. creditorem. de leg. 2. quia diſpoſitio te-
ſtatoris vti lex ſeruanda eſt, vulg. §. diſponat. in auth. de
nupt. & dicit in ſpecie Imol. in dicto §. ſi pater. ad fin.
6 † qualiſcunque enim fuerit res teſtatoris legata, vel ſpe-
ciei, vel quantitatis, conſequens eſt eam ſubiectam eſſe
legi, quam de ea teſtator ipſe facere voluerit. l. in re
mandata. C. mandat. l. 1. de ſacroſanct. eccleſ. l. etiam. §.
licèt. ff. ſolut. matrimon. cum ſimil. per Aym. conſil. 217.
& plur. argum. ad rem adducit, per Socin. conſilio 48.
columna antepenultima & penult. lib. 1. ita ceſſat con-
ſideratio aduerſantium Couarru. in cap. officij, ſub numero ſecundo, de teſtam. fundata in propria natura compen-



7 compenſationis: † pro noſtra enim compenſatione to-
tum facit voluntas teſtatoris. l. ex facto. §. rerum. ff. de
hæredi. inſtituen. accedente etiam voluntate legatarij,
qui cum tali, quale deprehendi poteſt onere legatum
factum agnouerit, Alexan. conſi. 132. num. 2. lib. 2. Caſtr.
conſil. 193. in fin. lib. 2. & quādo conſtat de animo com-
penſandi concedit Corn. d. conſil. 292. colum. 2. in fin.
8 li. 1. † vbi tamen & facilius præſumi animum compen-
ſandi de quantitate ad quantitatem, quàm de quantita-
te ad ſpeciem, vel econtrà de his videtur text. in l. ſi cō-
penſandi. & ibi doct. C. de hæred. inſti. & per Nat. conſ.
111. num. 8. & Ioſeph. Aſſiſien. Peruſ. deciſ. 15. ſub nu. 6.
& Socin. Iun. conſil. 173. num. 6. 7. li. 2. Gualden. caut. 5.
tit. 6. de arte teſtan.
De his igitur videndum eſt, & debito neceſſario, &
debito voluntario teſtatoris, quomodo cum his ve-
9 niant legata compenſanda. † Debitum autem neceſſa-
rium dicitur illud, quòd teſtator ex diſpoſitione legis
communis, vel municipalis tenetur præſtare, vel aufer
re non poteſt ei cui præſtandum facit legatum. Quod
ideo non in dubio cōpenſatur, vel imputatur tale debi-
tum. dict. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. & dict. auth. præ-
terea. & vtrobique & doct. & Ant. Gomez ſuo commēt.
in tom. 1. cap. 13. de legat. num. 27. verſi. ſi vero debitum
Iaſo. conſil. 123. colum. 3. in fin. verſic. 3. pro iſta parte. lib.
4. ponūt exempla de patre obligato per l. fin. C. de dot.
promiſ. & l. qui liberos. ff. de ritu nupt. ad dotandam fi-
liam, & de ſtatuto dante marito partē dotis vxoris præ-
mortuæ ſine filijs, de parēte quoque obligato ad admit-
tendam legitimam liberis, & Sebaſt. Mediolanen. tract.
de compenſ. part. 1. quæſtio. 21. nu. 2. & per tot. & debi-
tum fideicommiſſum quo ad grauatum dicitur neceſſa-
rium, Alben. conſi. 18. num. 6. & ſeq. & vt proſéquitur de
hoc debito neceſſario Phan. Lucen. de lucro dotem.
gloſſ. 8. nu. 75. vſque ad numerū 76. vnde circa hæc ex-
plicanda ſunt aliqua frequentiora in practica.
10 Pater † in teſtamento reliquit, ſeu inter viuos pro-
miſit dotem filiæ, quæ vtique compenſanda vel impu-
tāda eſt in legitimam, l. quoniam nouella. C. de inoffic.
teſtamen. & inſtitui hæredem filium maſculū vel alium
agnatum, qui teſtatoris hæreditatem adiuit, & poſtmo-
dùm teſtādo reliquit, vel dotando dedit dictæ filię teſta-
toris ſimpliciter eandem, vel maiorem dotem quàm re-
liquerat pater: dubitatur an iſta dos relicta vel data per
hæredem cenſeatur animo compenſandi cum dote reli
cta, vel promiſſa per patrem, vel ipſa filia poſſit cōſequi,
vtramque dotem ſibi relictam. Quòd vtramque poſſit
conſequi, & non animo compenſandi relicta, vel data
dicatur, tenet Corn. dicto conſ. 292. circa primum li. 1.
11 per regulam leg. creditorem. de legat. 2. & ſimil. † quòd
legatum factum creditori, non præſumatur factum ani-
mo compenſandi, niſi probetur per eum qui ſe fundat
in compenſatione de legato maximè debito per hærē-
dem ex quaſi contractu inducto per ſuam aditionem
hæreditatis, & ſic ex cauſa volūtaria, vt latè ibi per eum
in cauſa quadam Piſaurenſi, idem ſentit in conſilio
258. colum. ſecunda, verſic. reſtat itaque, li. tertio quòd
12 † legatum dotis ab auo relictum debeatur nepti in eo
non compenſato legato, eidem per patrem relicto in
ſuo teſtamento.
Verum in his Corn. male conſuluiſſe iam ex facto re
ſpondi conſilio 161. num. 49. & ſequent. libr. primo,
ſororem cui frater hæres patris pro dote legauerat 300.
non debere nec poſſe conſequi 100. quæ prius pater ei-
dem pro dote legauerat in ſuo teſtamēto, motus in ſpe-
cie auctoritate Caſtr. in conſilio 35. videtur dicendum.
13 lib. ſecundo, vbi latè diſcutiendo concludit † legata pro
eadem cauſa dotis facta in teſtamento patris, & in teſta-
mento filij hæredis, cenſeri facta in eodem teſtamento,
& per filium hæredem animo compenſandi, adeò quòd
minor ſumma ineſt maiori tantùm debitæ per leg. quid
ergo. in princ. de leg. 1. vt ibi per eum, quem etiam rectè
reprobando Corn. d. conſil. 292. ſequitur Aymo. conſil.
131. nume. 14. & ſeq. & addit Anch. conſi. 26. in quæſtio-
ne ſupradicta, quia hoc probat in colum. final. Ex hac
ratione, quia ex perſona hæredis non mutatur quali-
tas obligationis. l. ſecunda, §. ex his. de verb. obligat.
vt ſi in defuncto erat neceſſaria, idem eſt in hærede, cō-
probat & Deci. numero ſecundo, verſicul. ex prædicta.
& Hierony. Cagno. clarius nu. quarto, in l. hæredem. de
reg. iur. Addo & latè in terminis Ioan. Mari. Riminal.
conſilio 230. numero tertio, & ſequent. vbi nume. 6. al-
legat Bartol. in conſil. 55. in quæſtione prædicta, primo
arguitur, vol. ſecundo, ſic eſt impreſ. Venet. & numer.
decimotertio, refert & ſequitur Caſtrenſem in conclu-
ſione iſta quòd legatum factum ab hærede eidem cui
erat legatum per defunctum teſtatorem ex lege obli-
gatum, puta dotare filiam, præſumatur factum animo
compenſandi, eundem ſequitur Ruin. conſilio 138. co-
lumna ſecunda, ad fi. lib. quarto ad idem: addo quoque
Bald. conſil. 330. caſus talis eſt, Auus reliquit. lib. quinto,
14 vbi † filius hæres patris dando dotem filiæ ſuæ, cui etiam
eius pater reliquerat dotem in ſuo teſtamento, videtur
dotaſſe animo compenſandi per d. l. ſi cum dotem. §. ſi
pater, vel ſe liberandi animo, quatenùs ipſe eſt hæres pa
tris. l. Neſennius. ff. de nego. geſt. idem cum Io. de Ric-
cijs firmat Ang. conſ. octuageſimooctauo, Ioannes Phi-
lippi, & conſil. ſequent. eò quòd debitum neceſſarium
eſt & paternum & auitum propter paternum dotare ne
ptem per l. qui liberos. de ritu. nupt. ex quibus conſtat
etiam malè conſuluiſſe Capram conſilio 39. & Me-
noch. conſil. 151. numero vigeſimoſecundo, & ſequent.
bene autem contra dicta conſilia Corn. & Capræ, &
Menoch. concludunt quoque per me reſponſa & addu-
cta dict. conſi. 161. numero quinquageſimoſecundo, vſ-
que ad num. 58. adductis auctor. tantorum doctor. nunc
ante allegat. qui verè in hoc iuris articulo faciunt com-
mun. opin. idem Gabr. Eugubl. conſil. 106. num. 5. 6. &
Alben. conſil. 2. in fin. & ita fuit obtētum: multum enim
refert in his ad præſumendam compenſationem lega-
tum, vel ſecundam obligationem in eandem cauſam
dotis concurrere cum prima obligatione legali docto.
concord. ad hoc allega. Ioan. Mari. Rimi. dict. conſi. 230.
col. fin. num. 20. ſentit & Bald. in l. filia legatorum. in fin.
C. de legat. Abb. conſi. 4. coll. pen. ver, ſed ego contra-
rium. lib. 2.
15 Exinde infertur ad † legatum factum per vxorem
marito, qui ex ſtatuto per mortem vxoris poſſit retinere
dimidiam, vel tertiam partem dotis, quòd legatum in-
telligatur animo compenſandi cum dicta parte dotis
per maritum retinenda ſecundùm commun. opin. per
Barto. Caſtr. Alexand. in dict. l. ſi cum dotem. §. ſi pater.
ſolut. matrimon. & poſt antiquiores per Iaſo. in di. auth.
præterea. colum. decima, verſ. circa ſtatutum. vbi de ve-
ra & commun. opin. iſta, quam defendit, & talem fate-
tur etiam ibi Deci. ſub num. decimooctauo, quia vxor
moriens iſto caſu ita ex lege municipali eſt debitrix
mariti ad dimittēdum ei dimidiam ſuæ dotis, quemad-
modum coniux locuples eſt debitor ad relaxandum
coniugi inopi quartam ſuæ facultatis, in qua ideò impu-
tatur legatum, vt per dict. auth. præterea, cenſetur in his
demum facta compenſatio pro concurrenti quantitate
ſaltem extimationis dict. §. ſi pater. & penult. §. primo.
de ali. & cib. leu. per Alexand. in dict. l. ſi compenſandi.
C. de hæred. inſt. Afflict. deciſ. 44. num. 31. de his ita eſ-
ſe commun. reſolutionem dicit Ema. Conſta. in ca. ſi pa
ter. part. 1. verſ. legauit. nume. 19. de teſtam. in 6. Alben.
16 conſi. 17. numer. 6. vbi num. 7. quòd † legatum per gra-
uatum fideicommiſſario cenſeantur factum animo cō-
penſandi in fideicommiſſum, ſtantibus maximè conie-

ꝺuris animi compenſandi, Aymo conſi.131.nu.17. & de
quibus per Menoch.conſil.56.num.19.& ſeq.
17 Aduerte † prædicta de animo compenſandi legatum
etiam in debito neceſſario locum non habent quando
apparent demonſtrationes vel ſigna de tali animo con-
trario, quòd vtrinque tunc debeatur, & legatum vel re-
lictum & debitum ipſum, quia tũc non ſumus in dubio,
quo caſu præſumitur animus compenſandi ſecundùm
Bart.& ali.in dicto.§.ſi pater.& in d.auct.præterea.
Prima demonſtratio ſuccurrit, has verò alij appel-
18 lant fallentias, ſeu limitationes † quando ob vnam cau-
ſam eſt debitum, relictum verò eſt ob aliam & diuerſam
cauſam & rationem legandi, tunc non fit compenſatio
vel imputatio, ſed vtrumque poteſt peti, quia diuerſa
ratio diuerſum parit effectum per l. Seio. de an. leg. &
not.in l. quinquaginta.ff. de probatio.probat Bald. in l.
filia legatorum.in fin.C.de legat.ſequitur Alexan. conſ.
ſeptimo, ad fin.lib.6.ſentit Barto.in l.huiuſmodi.§.cum
pater.nu.2.de l.1. Namque pro huius ſententiæ confir-
matione trahor hîc aliqua ſubijcere de cauſis legatorũ,
quæ ad interpretationem eorum multum conferunt.
19 Primum ſufficit † per cõiecturas apparere de cauſa vel
ratione per Bal.inter conſil.Angel.conſil.68.Martinus,
col.1.tradit Barb.inter conſ.Alexa.conſ.52.col.3.nu.19.
20 20.lib.4.† cauſa autem eſt adiectio quædam oſtendens
motiuum finale, vel impulſiuum teſtatoris Bal.in rub.ad
princ.C.de inſtit.& ſubſtit.vel eſt quid præteritum, vel
inſtans, quo impellimur vt aliquid diſponamus ſecun-
dùm Bartol.in l. demonſtratio.§. quod autem, num. 2.
conditio.& demonſtrat. vbi plenam doctr. tradit de
cauſſæ diffinitione, quando ſtrictè, quando largè, de di-
ctionibus eam deſignantibus, de eius effectu, quando
proxima cohærens legato, in l.1.§.primo.de dot. præle-
ga. quando finalis, quando remota, & impulſiua, vel
multum remota, quando dicitur occaſio. & l. vxori, ibi
Barto.& Alber.de aur.& arg.leg.Alber.in l. filiæ. §.pri-
mo, numer.8.& in l. cum tale. §. falſam. de conditio. &
21 demonſtr.† vbi in dubio non præſumitur cauſa finalis
ſed impulſiua, quod probari ex coniecturis dicit, & ibi
Bald.in §.legato falſam, maximè cauſa, quæ inſeritur ab
homine, non præſumitur finalis, ſed impulſiua, & Gam-
mar. tract. de extenſi.num.141.Bartol. & Bald. in l.pri-
ma.C.de fal.ca.adiect.& benè in ſpecie Corn.conſi.153.
22 lib.ſecundo. † & quot modis cauſa finalis dicitur. idem
conſi.311. colum.penult.ver.alias pro concordia.libr. 1.
cum pluribus per Tiraq.accumulatis ſuo libello tit.ceſ-
ſante cauſa in prima parte, in principio, & per tot.& nu.
121.legati cauſa &c.De qua maximè ceſſante forſan di-
23 cendum incidet infra interpretat.3. & vltim. † Cauſa
enim legandi inſpicitur. & quare fiat diſpoſitio. l. ſi is
qui. §. primo. de rebus dub. gloſſ. in verſicul. inter-
24 uenit.in l.legata inutiliter.de adim.lega.† Si eſt de præ-
terito propriè dicitur cauſa de qua plenè per Bart.in d.
§.quod autem.& in d. §.falſam, ſi eſt de futuro & appa-
reat ex verbis teſtatoris volentis per eius adiectionem
limitari legatum, ita limitatur.l. Titia.§.ſi.de leg.ſecun-
do, l.niſi de alimen.legat.ſin autem ſimpliciter, & per ſe
talis cauſa inſpecta non continet fauorem legatarij ſibi
per teſtatorem exhibitum, tunc iſta cauſa limitat lega-
tum.l.cum pater.§.dulciſſimis.de legat.ſecundo. Si ve-
ro continet fauorem legatarij, cauſa ipſa operatur aug-
mentum ſi poteſt operari.l.ſi habitatio.§.primo. de vſu
& habit.alias non operatur reſtrictionem legati, iſta eſt
diſtinctio Bartol.in l. libertis.numero quarto, de ali.leg.
25 † itaq; cauſa dicendi probat intelligentiam dictorum
Alber.in l. cum filio, nume. 2. de legat.tertio.limitat &
declarat voluntatem teſtatoris cauſa illa, etiam quæ
colligitur ex verbis teſtatoris, Caſtr.conſi.332.viſo teſta-
mento ad princip.li.primo.Pariſ.conſil.13. nu.10. conſ.
20.num.31.conſ.22.num.35. libr.3. Ruin.conſil.75. col.
26 penult.num.9.lib.2. † Cauſáque ipſa legati facit illud
determinari ſecundùm eandem cauſam annexam.l.
Seio.in princ.& ibi Bar.de an.legat.Capra conſ.3. nu.5.
Rom.conſi.503.diligenter inſpectis. col.2.verſic.tamen
cauſa adiecta.
27 Secunda demonſtratio eſt animi † non compenſan-
di, quando legans expreſſit, quòd de bonis ſuis legauit
& reliquit dicendo de bonis excludit compenſationem
de eo, quod debet alij, quia id alienum æs deducitur ex
bonis.l.ſubſignatum.§.bona. de verborum ſignificatio.
23 & † compenſatio dicitur ſolutio.l. ſi debitor.ff.qui poti.
in pign.habe.quam ideò ſic voluit fieri de bonis heredi-
tarijs ipſius legantis, & non alterius, Corn. conſil. 180.
col.6.ver.ſic & alias. lib.4. Aymo conſil.187.numer. 4.
ita demonſtrationem & concluſionem hanc in ſpecie
probant Bald.in dicta.l.ſi pater. in fin.ſolut. matrimon.
& Iaſo.in dicta auth.præterea, colum. penult. verſic.li-
mita iſtam communem. & ibi Deci.ſub nume.12. 13.&
Corn. conſi.127.colum.2. verſic. non enim ob. libro 3.
& Pariſ. conſil. 25. numer. 2. libr. ſecundo, & Capra
conſil.143. num. 12. vbi quod Bald. communiter doct.
ſequuntur, & Couar.in c.officij, nu.7.de teſtam.licèt ibi
permaneat in ratione contraria, dic tamen quòd talis
adiectio de bonis ſuis ſufficiat ad oſtendendum relin-
quentis animum, non cõpenſandi per rationem quam
principio nunc adduxi.
29 Tertia demonſtratio animi † non compenſandi ap-
paret, quando teſtator voluit, & diſpoſuit relictum non
fore permanſurum penes legatarium, ſed alijs reſtituẽ-
dum, vel incontinenti, vel ex aliquo temporis interual-
lo, pro rata tamen cõmodi per legatarium percepti il-
lo temporis interuallo durante fieri debet compenſatio
per.l.fin.§.fin.C.de bon.quæ liber.& l.cogi.§.hi.qui ſo-
lidum.ff.ad Trebel.& l.& ſi mortis.§.itẽ ſi quis.de legat.
præſtan.& l.Sulpitius. de donatio. inter virum & vxorẽ.
& l.generaliter.§.ſi cui legatum. de fideicõmiſſ.lib.tra-
dunt.Aret.in d.auth.præterea, col.fin.verſi. 2.limitatur,
& ibi Iaſo.col.pen.verſi.3. limitat. & Deci.ſub num.11.
verſic.3.Capra d.conſ.143.nu.13.&Tiraq.in l.ſi vnquam,
verſ. ſuſceperit liberos, nu. 173.C. de reuoc. don.ſequi-
tur & Anc.Reg.q.41.nu.5.& ſeq.part.2.Seb.Medi.tract.
de compenſ. par.1.q. 31.nu. 14.15. contra hoc non puto
tutam reſponſionem Socin.Iun.conſ.123.nu.10.lib.2.
30 Quarta demonſtratio animi † non compenſandi di-
gnoſcitur, quando talis debitor neceſſarius ſimpliciter
inſtituit hæredem ſuum creditorem pro parte, & non
vniuerſaliter, quia ſi vniuerſaliter eſſet hæres inſtitu-
tus, & adiret hæreditatem ſui crediti, fieret confuſio,
& ſic quodammodo ſibi ſolutio.l.Stichum.§.aditio.de
ſolut.cum ſimil.& expreſsè Caſtren. in dicta l.ſi com-
penſandi.C.de hæred.inſtit.ſecus eſt ſi pro parte eſt in-
ſtitutus hæres, præſertim maritus, qui per mortem vxo-
ris teſtatricis poteſt retinere partem dotis, quia poteſt
prius retinere partem dotis ſibi obuentam per ſtatutum
& reliquum hereditatis diuidere cum coherede, vt con-
cludit Angel. conſil.360. quædam domina Margarita.
Eo maximè quòd in inſtitutione hæredum ſemper ſit
expreſſio, & reſtrictio in omnibus bonis ſui teſtatoris,
Capra dicto conſil.143.nume.16. Cornel.dicto conſil.
127.colum.2.verſic.non enim ob.lib.3.& faciunt addu-
cta ſupra in ſecunda demonſtratione, quaſi in credito-
re hærede pro parte inſtituto requiratur expreſſio ani-
mi compenſandi per text. in dicta l. ſi compenſandi.
ibi Caſtren. contra prædicta non videtur attenden-
dum, quod perfunctoriè aſſerit Salyc.in l.extraneum.
ad fin.C.de hæredibus inſtituen. quia ſe fundat in dicto
Iacob.de Aret.qui loquitur in legato, vt comprehendi-
tur ex dictis per Bartol.Alberic.& Bald.in d.§.ſi pater.
l.ſi cum dotem, ſolut.matrimon.ratio diuerſitatis po-
teſt aſſignari inter legatum & inſtitutionem hæredis,
quia



quia legatum omninò continet lucrum, & inſtitutio
etiam damnum.l.ſi hæreditatem.ff.mandat.
31 Quinta demonſtratio animi † non compenſandi de-
prehenditur. Quando iam prius debitum neceſſarium
fuerit declaratum, & deſtinatum in re aliqua certa, puta
in centum, & poſtea idem debitor reliquerit eidem cre-
ditori aliam diuerſam rem, puta domum, vel fundum,
quia tunc non ſit compenſatio, & vtrumque debetur ſic
intelligendo, l.ſi pater pro filia.ff.de col.dot.tradit Bart.
in d.l.huiusmodi.§.cum pater. ſub nu.1.de legat. 1.com-
probat ibi Alexand. in colum. prima. verſ. quòd primo
limita.& Bero.conſ.47.col.penul.nu.6.lib.2.Iaſo.conſ.
123.col.pen.verſ.4. ad idem lib.4.
Proſequendo autem de debito voluntario dicẽdum
32 eſt hoc ideò primum eſſe † vbi quis principaliter ex fa-
cto ſuo, vel anteceſſoris, ad id tendente & ordinato de-
bitor conſtitutus eſt ex ſentẽtia Bar.Caſtr.& omn.Doct.
tradit Iaſo.in dict.auth.præterea, col.8.verſ.vltimo not.
& Gualden.de arte teſtan.titul.6.cau.5.ſub numer. 1.&
Alben.conſ.17.nume.8.dixi conſi.161.nu.53.54.55.lib.1.
& prout etiam de hoc agit Phan. Lucen. de lucro dot.
33 gloſſ.8.nu.88.vſque ad fin.vnde † talis debitor legando
ſuo creditori non quidem animo compẽſandi relinque-
re dicitur, niſi de ſua voluntate compenſandi conſtare
poſſit, iſta eſt generalis regula per l.creditorem.de lega.
2.& l.prima.§.ſciendum.C.de rei vxo. act.& per Bart.&
omnes in dicto §.ſi pater.& in d.auct.prẹtereà.& canon.
in cap.officij.de teſtam.Pariſ.conſi.69.nume.25. & ſeq.
lib.2.Iaſo.dicto conſil.23.colum.3.verſic.ſecundò facit,
& colum.penult.lib.4.Sebaſt.Medi.tract. de compenſ.
34 part.prima, quæſtio.31. nu. 12.extende quòd † legatum
etiam non compenſatur cum credito legatarij ob dona
tionem inter viuos ei per teſtatorem factam, Bald. conſ.
58.in reſtitutione dotis, col.2.in fin.verſ.2.quia lib.2. la-
tè Alexand.conſil.12.colum.2.nume.5.& ſequent. lib.2.
plura obſtantia compenſationi commemorat caſui ſuo
conuenientia. Menoch. conſilio 195.numero 11. & ſeq.
Etſi de teſtatoris voluntate compenſandi euidenter
35 oſtendi dicat text.in dict.l.creditorem, cùm tamen † de
voluntate teſtatoris euidenter conſtare etiam per con-
iecturas dicitur.l. licèt. in princip. de lega. 1. ibi Docto.
Bald.in l.Centurio, colum. fin. in l. quidam. de vulg. &
pupill.Ang.conſ.331.col.1.meritò de iſta teſtatoris volun
tate, & animo compenſandi per coniecturas conſtari
poſſe, paſſim tradunt Doct. allega. per Aym. conſ. 149.
nu.3.Sebaſt.Med.dict.tract.de compenſ.par.2.quæſt.29.
nume. 1. Has autem coniecturas diuerſimodè colligunt
Doctores, quarum quidem exempla aliqua hoc in loco
inſeram.
36 Vt ſi teſtator prohibuerit legatarium † plus petere,
vel habere, animo compenſandi, videtur reliquiſſe Bal.
in l. ſi adulta num.2.C.de hæred.acti.Capra conſil. 62.
num.3. Ruin.conſil.136.colum.3.verſ.contrarium dicit.
lib.2.Gualden.de arte teſtan.titul.5.cau.5. in fin. Aymo
conſil.101.ad fin.
37 Secundò † ſic teſtator inſtituendo hæredem ſuã vxorẽ
dixerit cum hoc onere, vt debeat ſuam dotem con-
ferre cum hæreditate, ita videtur eam inſtituiſſe hære-
dem animo compenſandi cum debito dotis, adeò quòd
hæres vxoris reſtituendo alij dictam hæreditatem, non
poterit deducere ex ea, & retinere ipſam dotem, Capra
conſilio 111. Aduerte tamen, quod ſi de dote non fecerit
mentionem, quòd per alia quæque verba generalia
non intelligitur facta compenſatio cum dote quod la-
te probat Signo.de Homod.conſ. 176.ad nu.decimum,
cum ſequen.Pariſ.conſil.95.num.10.lib.2.nec & cũ.do-
tem materna Menoch.conſil.162.nu.27.
38 Tertio † ſi teſtator legando dixerit pro omni & toto
eo, quod legatarius petere poſſet in hereditate ipſius te
ſtatoris, mandando vt finem faceret hæredi ſuo, ſic ha-
buiſſe animum compenſandi demonſtratur, Abb.conſ.
81.ſuprà fin.lib.1.ſequitur Aymo dict. conſil. 149. nu.3.
idem probat Ruin.conſi.60.nu.6.& 7. lib.2.vbi quan-
do relinquitur creditori pro eo quod eſt ſibi debitum,
dictio, pro, inducit compenſationem, idem in conſ.70.
col.2.in princ.eo.& per Burſat.conſ.48.nu.18.
39 Quartò ſi † teſtator dixerit, quòd legatarius de eo
quod ſibi reliquerit, debeat ſtare tacitus & contentus,
exinde animus compenſandi comprehenditur, Ruin.d.
conſil.135.colum.3.ſub verſ.contrarium dicit Aymo d.
conſil.131.num.pen.idem ſi dixiſſet, quòd nihil petere
poſſit in & ſuper bonis ipſius teſtatoris, pract.Papien.in
for.libel.quod pet.hæred.ex teſta.gloſſ.in omnibus eius
bonis, in fin.& Bald.in l.quoniam nouella, ſuprà fin. C.
de inof.teſta.vbi ſufficere ait ex aliqua coniectura appa
rere quòd teſtator de huiuſmodi compenſatione ſenſe-
rit, idem ſi dixerit, iuſſit quòd plus petere non poſſit de
bonis, & hæreditate dicti teſtatoris, Angel.Aret.tract.de
teſtam.gloſ.60.incip.& iuſſit eam fore tacitam.in fi. idẽ
credit Guid.Pap.in deciſ.93.ad fin.licet ibi apoſtil.vi-
deatur impugnare, tamen inſpiciendum eſt quòd agitur
de animo compẽſandi, de quo ſat ex aliqua coniectura
apparere, vt dictum eſt in cauſa teſtamentorum ad diffi
nitionem deſcendendum non eſt, nec ſemper proprie-
tas vocabulorum attendenda eſt, text.in l.non aliter. §.
1.de legat.3.idem & comprobat Ruin.conſ.79.col.pen.
num.8.lib.2.
40 Quintò † ſi teſtator legando puta ſuæ vxori creditri-
ci mariti de fructibus bonorum parafernalium per eum
perceptis in pluribus annis, adiecerit animo compen-
ſandi cum bonis ſeruitijs, & alijs iuſtis cauſis exinde ex
pluribus rationibus collectis ex teſtamento, & ſerie fa-
cti conſtare de teſtatoris voluntate compenſandi ar-
41 guit & tenet Afflict.in deciſ.44.nu.9.cum ſeq.† idem in
legato dotis per maritum facto vxori appoſita & expreſ-
ſa quantitate capiente dotem, & iocalia, & alia acceſſo-
ria, pro quibus diuerſas ſummas continẽtibus in eodem
inſtrumento maritus eſſet debitor vxoris, adfuiſſe ma-
riti animum compenſandi legatum ipſum, & cum debi-
to dictorum iocalium & aliorum acceſſoriorum conie-
cturas, vel rationes duodecim adducit Aymo dicto cõſi.
149.num.4.& ſequent.intellige ſi vxor ſciens tenorem
teſtamenti & poſt aditam hæreditatem acceptauerit ta-
le relictum, Bald.conſil.204.ſi domina.lib.4.
42 Sextò † ſi teſtator relinquendo ſuo creditori in teſta-
mento, vel in codicillis in præfatione teſtamenti, vel co
dicillorum dixerit ſe facere & diſponere, ne aliquę diſ-
cordiæ, vel diſſenſiones & de bonis ſuis, vel hæredi-
tate ſua oriantur, ex hoc quidem animum compenſan-
di coniectat Corn.conſil.115.verſ.ſed licet prædicta.lib.
quarto, ſequitur Aymo dicto conſ.149.nu.3. Phan. Lu-
cen.de lucro dot.gloſſ.8.num.31.& nume.præcedent. &
ſequent.re aſſumit plura in materia idem ſentit Afflict.
dict. deciſ.44.num.29.dum animum compenſandi te-
ſtatoris colligit ex dictis per eum poſt teſtamentum, di-
cendo ſe ita diſpoſuiſſe, quòd nullum litigium eſſet in-
ter fratres hæredes, & vxorem legatariam, iterum Cor-
neum ſequitur Aymo conſil.306. colum.2.verſ.tertiò
iſtam quæſtionem, vbi latè, quando etiam donatio dici-
tur facta animo compenſandi, & quando cum donatio-
ne legatum compenſandi animo factum vt maximè ſer
uetur æqualitas inter liberos & ſeruentur alia diſpoſita
per teſtatorem, tradit Nat.conſi.110.colum.prima, & ſe
quen.ad idem acceptato legato decidit Soci.Iun.conſil.
173.col.1.& ſeq.lib.2.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Res legata an in totum, an in parte legata cenſeatur, cùm
non ſit expreſſum dè tota, vide verb.legata res.*

1 *Legata res, an, & quando in totum vel in parte legata cēſeatur, eſto quòd non ſit dictum de tota re & quòd in dubia appellatione rei legatæ tota veniant, reprobata gloſſ. fin. l. Pompon. §. ſed & is ff. de procur. & quòd petendo rē, tota cenſeatur petita & eſt communis opin. idq; eſſe ex propria ſignificatione, vt ibi latius, vbi & de legata parte domus quando veniat tota, vt ibi declaratur latè.*

2 *Legatum factum de parte domus, vbi ſit incertum de qua parte venit tota domus, quod intelligitur ac declaratur, vt ibi pulchrè, & de ratione prædictorum, ibi. & num. ſeq. maximè. 5.*

3 *Pars continet & totum, nam pars fundi fundus rectè dicitur.*

4 *Totum aut eſt vniuerſale, aut eſt integrale, vniuerſale eſt vt genus, & de toto integrali quando ſit & quando per legatum partis derogetur generi & quando per partem non ſubſtantialem videtur receſſum à toto, ſeu legato totius, & quid quando ſit pars ſubſtantialis legata, & de cōcurſu fiendo inter legatariū partis ſubſtantialis, & legatarium totius integralis, & de hac materia latiſſimè vide diſcuſſum. ibid. & nu. ſeq.*

5 *Pars fundi legati dicitur quodcunq; infixum eſt & inædificatum fundo idē & de affixis & inædificatis ipſis ædificijs, vt eorum partes, & fundi legati eſſe videantur.*

*Et de toto & parte quot modis accipiatur. ibid. latè.*

6 *Domus tota intelligitur legata ſi diſpoſitio ſimpliciter in ſe continet ipſam rem legatam, vt, Mando talem habitare domum, ſecùs ſi diſpoſitio dirigitur in rem, quòd habeat vſum vel habitationem in domo.*

7 *Pars fundi vel domus ſimpliciter legata, dimidia pars fundi vel domus legata interpretatur, quod habet locum in legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, teſtamentis, libellis, & alijs, vt ibi latè habetur, quæ præſumptio partis domus non remouetur per contrariam præſumptionem incertā, & ex actibus difformibus, & vt ibi.*

8 *Pars hæreditatis legata differt à parte bonorum legata vide verb. legatum partis hæreditatis.*

8 *Legatum partis hæreditatis factum differt à legato partis bonorum, ſiquidem primum ſit cum onere, ſecundum verò ſine eo deducto ære alieno, & de propria ſignificatione vocabuli bonorum, & quando pro hæreditate capiatur, & latius de hoc vocabulo. ibi.*

9 *Legata res demōſtrata ſatis dicitur per aliquas qualitates apparentes, confinibus eius etiā non deſignatis, & de pluribus qualitatibus enuntiatis, ſufficit apparere de vna, quia ſic dicitur certa demonſtratio, & conueniens attēditur & falſa non vitiat, licèt falſa conditio vitiet, & vt ibi pulchrè.*

10 *Legatæ res vbi ſit ambiguitas circa earum præſtationem, declaratur, ſi de corpore earum cōſtare & inueniatur eſſe in patrimonio teſtatoris, etiāſi ea res eſſet aliena, quia venit in legato, & quare, & quæ ſola reperitur etiamſi eſſet venalis, & quòd teſtator legando appellauerit rem ſuam, & ſufficit largè dici ſuam, & vt ibi latè.*

11 *Legatum factum in ſpecie competens in patrimonio & plura alia ſint de certis quantitatibus, quādo legatarius ſit tunc potior in ea ſpecie cæteris alijs & quando non.*

12 *Continens & contentum, hæc prædicamenta talia ſunt in vltimis voluntatibus & alijs hominum diſpoſitionibus, quòd altero eorum poſito & expreſſo, trahitur & alterū non expreſſum, ponitur, conſequitur, & demōſtratur ineſſe, & venit in diſpoſitione, exempla vide in num. ſeq.*

13 *Teſtator legans fundum ſimpliciter venit ſub legato & villa domus vel palatium in eo exiſtens, etiamſi poſteà domus fuerit ædificata in loco legato, ſicq; continēs expreſſum trahit ad ſe contentum non expreſſum & contrà, vt ibi latè de hoc.*

14 *AEdificium exceptum expreſſè à legato fundi trahit in dubio ad ſe ſolum ipſius ædificij continens non expreſſum, & quare ibi.*

15 *Nuce legata, vide verb. legatum factum de nuce.*

*Legatum factum de nuce videtur legatus & fundus vel melius ſolùm videtur legatum continens arborem nucis, & via ad eam.*

16 *Continens ponitur quandoq; pro contento, & ecōtra, ne abſurditas ſequatur, vt inf. in exemplis ſeq. aut num.*

17 *Mercator legans apothecam ſuam quam habebat conductā in qua panna vendebat, vide verb. legatū apothecæ ſuæ.*

18 *Legatum apothecæ ſuæ factū per mercatorem pannorum, quam conductam tenebat, cenſetur factum de ſua mercede pannorum, & non de loco apothecæ, & ſic contentum pro continente accipitur.*

*Veniuntq; credita & debita ratione eius mercaturæ.*

*Quid ſi ſit dominus apothecæ, qui eam legat, venit locus, & ea non merces, niſi ſit dominus & apothecæ & pānorum: quia legando apothecam veniunt & merces, & ſic ſub continente expreſſo venit contentum non expreſſum. 18.*

19 *Legatum factam vxori ſuæ per teſtatorem de camera ſua, intelligitur non de loco, ſ. continente, ſed de contento, ſ. de rebus ad cameram paratis.*

20 *Legatum factum de vino & oleo an contineat & vaſa ea continentia, & quando alterum expreſſum contineat continentem, dic vt ibi.*

21 *Legatum factum de ſupellectili non venit habitatio in qua fuit ſupellex.*

22 *Legatum factum alicui de chirographis ſcriptis inſtrumentis ſuorum creditorū, ſcripturis ſuis, libris ſuæ apothecæ & his ſimil. Legatario non exiſtente debitore teſtatoris, cenſetur relictum ei quodcunque nomen debitoris, quod conuinci & exigi poteſt ex illis ſcripturis rectis, ſi ſit debitor liberatio cenſetur relicta, ibidem cum numero ſequent.*

*Idem ſi acceſſoriè relictum ſit iurium & ſcripturarum: cum legato loci cuiuſpiam, & dic vt ibi. num. 23.*

23 *Legatum de domo vel apotheca, caſamento, cum iuribus & ſcripturis ibidem repertis, veniunt omnia exigibilia & nomina creditorum.*

24 *Connexa & cohærentia quod veniant in diſpoſitione rei legatæ quando non poſſit ſeparari abſq; deſtructione vel diminutione rei legatæ, marmora, columnæ, porticus, armaria & ſimilia, ibid. latè colligitur.*

25 *Connexorum idem eſt iudicium.*

26 *Connexum & cohærens dicitur illud quodcunq; eſt antecedens vel conſequens rei diſpoſitæ.*

*Vnde ita iudicatur de re mobili cohærente rei immobili, ſicut de ipſa re immobili.*

27 *Legatum de molendino factum venit etiam ſtabulum ibi cohærens.*

28 *Acceſſoria, adiuncta, & pertinentiæ rerum legatarum veniunt in diſpoſitione talium rerum legatarum, vt inf. nu. ſeq. legere eſt.*

29 *Legatum de domo quæ ſubtus habet apothecam, vel hortum adiunctum cortile & puteum, omnia iſta veniunt ſub legato domus, ex vno adito, ex vna conſignatione, confirmatione & cōmuni vſu, vt acceſſoria domus maximè, vbi iſta ſunt infra confines aſcriptos domui legatæ.*

30 *Legatum de caſamento, vt quid vniuerſale domorum videtur legaſſe apothecas.*

*Et quando hortus non paſſim ad vſum domus non veniat.*

*Et quando apotheca non veniat in datione domus inſolutum. ibid.*

*Et quando non veniant ea quæ conſueuerant locari. ibid.*

*Non venit etiam colūbaria diuerſo nomine appellata quàm domus, ibid.*

31 *Acceſſoria quæcunque reperiantur & poſſunt eſſe rerum legatarum veniunt cum eis, imitanturq; eorum naturā, ſuumq; principale ſequuntur & etiam generalibus verbis concepta reſtringuntur ad ſuum principale, eſto quòd acceſſorium ſit pretioſus ſuo principali & tantum accedit.*





32 *Legatum factum de dote ſimpliciter continet etiam iocalia & paraſernalia vti acceſſoria.*

33 *Acceſſoria non confirmant, alterant, vel ampliāt ſuum principale, & legato acceſſorio non continetur principale. vide inf. nu. ſeqq.*

34 *Legatum factum de cenſu ſuper domo non venit directum dominium principale.*

*Legatum de re emphyteutica non venit in legato dominium directum accedens ipſi rei legatæ.*

35 *Adiuncta verba vel adiectæ cauſæ oſtendunt voluntatem teſtatoris ampliando limitando vel reſtringendo, declarando, vt ibi latius legitur.*

*Declarantur enim & limitantur verba propter adiuncta. ibidem.*

36 *Adiuncta vel commixta in diſpoſitione faciunt eandem eſſe omnium deliberationem & diffinitionem, ita quòd de pluribus rebus commixtis vno legato, vna res non poteſt acceptari & alia reſpui.*

*In quibuſdam tamen poteſt quis ſtare verbis teſtamenti, in quibuſdam autem recedere. ibid.*

37 *Legatum factum de aliqua re continet quodcunq; teſtator poſtea etiam adiunxerit ipſi rei, & venit in legato.*

*Etiam molendinum ab oleo poſtea conſtructum in domo legata, maximè exceptis non affixis, ibid.*

38 *Pertinentiæ rei legatæ à teſtatore adiectæ & expreſſæ accedunt legato, vt, Lego domum cum ſuis pertinentijs, ſic appellatæ quòd ſtatuto, lege, vel conſuetudine ſunt deputatæ vt accedant.*

*Et quonammodo hoc ſit, vide exempla, ibidem, & quando iure accedant rebus legatis, ex lectura titulorum, de quib. ibidem.*

39 *Pertinentiæ dignoſcuntur vſu & deſtinatione patrisfam. rerum legatarum.*

40 *Voluntas teſtatoris ex vſu quandoq; colligitur.*

41 *Legatum factum de poſſeſſione continet pratum aſſignatum laboratoribus ſub his verbis cum omnibus & ſingulis ſpectantibus & pertinentibus & tentis ſub eius laboratura de præſenti.*

42 *Legatum de fundo factum, veniunt prata deputata ad illius vſum vt haberētur ſub vna fundi nominatione, etiam quòd adſit aliqua eorum ſeparatio.*

43 *Conceſſo caſtro cum pertinentijs veniunt molendina concedentis.*

44 *Legatum factum de domo continet & domum aliam adiunctam emptam per teſtatorem & habitam ſimul per eum pro ſuo vſu ad vtramq; vno aditu facto.*

45 *Legatum factum de domo cum maſſaricijs intelligitur in ea exiſtentib. ſeu ad eam pertinentib. & non de alijs.*

46 *Legatum de vno factum cum vaſis, intelliguntur legata vaſa plena vino, quia per principale acceſſorium reſtringitur tunc.*

47 *Legatum factum de villa noua, veniunt terræ alterius villæ quas omnes ſimul teſtator habebat, & ſic eas appellabat villa nouæ.*

48 *Teſtes deponentes de bonis vnitis & eorum pertinentijs, & quæ dicantur, probant maximè ruſtici regionis, & ſenes, quorum conſuetudo circa vſum loquendi attendi debet.*

49 *Legatum bonorum ſtabilium cum omnibus iuribus ſuis, vtilitatibus & dependentijs continet & reditus, liuella, & cenſus, non nomina debitorum.*

50 *Deſtinatio in pluribus probat voluntatem teſtatoris, nam fundus conſtituitur deſtinatione patrisfam. per regiones. domus verò interiectione parietis, & de rebus deſtinatis ac deſtinatione ipſa teſtatoris, vide multa cum nu. ſeqq.*

51 *Res vel pecuniæ deſtinatæ per teſtatorem alicui portioni relictæ alij, accedere debent eidem portioni.*

52 *Legatum de calendario factum, veniunt pecuniæ deſtinatæ ad calendarium.*

*Et ſub legato lignorum venit lignum ad concidendum deſtinatum, ibi.*

53 *Deſtinata ad opus alicuius loci, etiam reperta in alio loco accedunt loco operis & non quo morari contigerit.*

54 *Deſtinata & præparata ad ornamenta eorum loco & appellatione comprehenduntur ſecundum voluntatem teſtatoris.*

55 *Legatum alicui factum cōtinet quæque poſſunt comprehendi aſſignata legatario.*

56 *Pecuniæ vel mercantiæ mandato teſtatoris expendendæ & inueſtiendæ in bonis ſtabilibus veniunt non ſub diſpoſitione de bonis mobilibus, ſed de ſtabilibus, adeò vt de his hæres non poſſit aliter diſponere.*

*Nec veniunt appellatione mobilium pecuniæ fœnori deſtinatæ. ibid.*

57 *Frumentum aſportandum ex rure ad ciuitatem habetur pro eo quod eſt in ciuitate.*

58 *Legatum factum vxori de veſtibus ſuis quas in domo habet, veniunt & aliæ extra domum quas de nouo faciebat propter deſtinationem & finale propoſitum teſtatoris.*

59 *Res deſtinata ad dotem idem habet iudicium quod ipſa dos, non tamen veniunt res deſtinatæ ad aliam rem illam deſtinatam quæ venit.*

60 *Deſtinatio quando operetur, vt res deſtinata veniat in legato rei legatæ & quando non, ſicq; nihil operetur, vide latiſſimè de hac materia. ibid.*

*Fructus pendentes an, & quādo veniant ſub legato bonorum mobilium, vide in verb. legatum de bonis mobilib.*

61 *Legatum de bonis mobilibus factum, continet fructus pendentes tēpore teſtamēti ſecundùm Caſtr. quod non placet Alciato, ſecundùm auctorem veniunt fructus de proximo colligendi.*

*Et de ratione ibid. latiùs & pulchrè.*

62 *Res deſtinata vbi ſit proxima effectui legati cedit legato.*

63 *Species eſſentiæ rei attenditur & operatur, & de iuribus in ſpe. ibi.*

64 *Augmenta rerum legatarum & diminutiones multipliciter poſſunt euenire & legatarijs accedere debent, vbi legatarius conſequitur fundum & vt eſt, vel diminutus, vel auctus à teſtatore.*

65 *Idem ſi ex cauſa alluuionis fuerit augmentum.*

*Item ex cauſa vſurarum & intereſſe fuerit incrementum. ibidem.*

*Vel cauſa fructuum, ibid.*

*Intellige modò augmētum ſit inferius, & minus iure legato, vt ibi latè declaratur, ibid.*

66 *Augmentum conceſſum non tollit quin legatarius habeat rem carentem tali augmento.*

*Et de ratione. ibid.*

67 *Copula & ſtat augmentatiue, vbi plura ſunt enunciata & inter iſta adſit dicta copula.*

*Idem importat dictio quoquo modo vniuerſalis appoſita. ibi.*

68 *Legatum de re particulari, ius ſuperueniens illi legatario non prodeſt.*

69 *Legatum vniuerſale ſi quid ſit factum, vt de peculio, grege, hæreditate obuēta teſtatori, dote, vel podere, operatur vt augmentum diminutio, emolumenta & onera ad legatarium pertineant, vt de vnoquoque iſtorum probatur ibi, cum nu. ſeq. vſq; ad fin. dubitationis huius, at ſecus ſi legantur pecudes, boues, vaccæ, equi, vel equæ ſimpliciter vt ibi habetur.*

70 *Legatarius quantum expendit pro conſequendo legato, tanto dicitur habere legatum diminutum.*

71 *Legata ſpecies ſi diminuatur vel pereat ſine culpa hæredis perit legatario.*

72 *Legatum de peculio hodie parum vſitato, facit vt augmentum vel diminutio viuo teſtatore cōtingens, legatarij lucro vel damno ſit.*

73 *Legatum quale quantúmve fuerit cognoſcendum tempore mortis teſtatoris continet futura.*

74 *Legatum vniuerſale deſignatur nomine collectiuo,peculiũ,*
*hæreditas, legatum generale, nomine generali, lego*
*omnes ſeruos meos,pro definitum,lego ſeruos meos, & vt*
*ibi habetur.*
75 *Legatum hæreditatis tertij,vel partis hæreditatis, facit vt*
*emolumenta & onera dicta hæreditatis exiſtentia tempo*
*re mortis legantis ſint legatarij,& quare ibid.*
76 *Legatum de dote materna factum per filiam operatur*
*quòd debita materna ſoluenda ſint per legatarium, &*
*quòd dos dicatur ius vniuerſale,ſicut hæreditas & pecu-*
*lium.ibid.*
77 *Legatum factum de vectigalibus facit vt augmentum,vel*
*diminutio pertineat ad legatarium.*
78 *Legatum factum de podere aut poſſeßione cum contineat*
*vniuerſalitatem quandam agrorum, ſeu petiarum terræ*
*ex vulgari ſignificatu, operatur vt alia bona empta po-*
*ſtea per teſtatorem cedant legatario,vt ibi tamen decla-*
*ratur,& de quatuor caſibus quibus talia poſtea empta ce*
*dant legatario.ibid.*
79 *Legatarius ſicut conſequitur emolumentum rei legatæ ſi*
*quid obuenerit poſt factum teſtamentum, ita & econtra*
*debet ſentire diminutionem & damnum, per regulas de*
*quib.ibi.*
80 *Contrariorũ,non ſolùm eſt eadem diſciplina,ſed etiam po-*
*tentia.*
81 *Diminutio legatorum quando fit,vel ne legatarijs diminu-*
*ta hæreditate, & quando vel diminuto onere non tamen*
*alimentorum,& quatenùs, ibid.*

## ¶DVBIT. VII.

CIRCA res legatas & earum continentia,
contenta,connexa, cohærentia, acceſſo-
ria,& pertinentia,& augmenta,& diminu
tiones, cuncta hæc reſpiciendo ſigillatim
ſoluitur.
1 Primum circa rem legatam† an in totum vel pro par
te legata cenſetur. Reſpondetur ſanè appellatione rei
legatæ in dubio tota res continetur ſecundum Bal.in
l. Titia. la prima,§. 1. de leg. 2. vbi reprobat glo.fin.in l.
Pomponius.§.ſed & is.ff. de procur.volentem non vale-
re ſententiam dicentem rem eſſe actoris vti incertam ſi
non dicat totam, quinimò valet, quia dicendo rem in-
telligitur de tota, idem nuncupatim probat Bart.in l.le
gatis,de leg.2.& Imo.in d.l. Titia.§.1.idem tenet firman
do quòd melius dicit gloſ.in verſ.totam.in l.ſi rem.ff.de
rei vend. quòd ſimpliciter petendo rem, tota videatur
petita,& hæc gloſſ.communiter per Doct.eſt approbata
Alexand.in l.à diuo Pio.§.ſi pignora,num.22. de re iud.
Ruin.conſil.5.num.18,lib. 4. vbi id eſſe dicit ex propria
ſignificatione, rei appellatione totam rem venire, &
pluribus auctor,comprobat Ioann.Mari.Riminal.conſ.
2 359.numero. 13. †. Quinimò & legata parte rei puta
domus, vbi incertum ſit de qua parte venit tota domus
habita maximè declaratione ex vſu teſtatoris,ſcilicet ha
bitando domum cum ſua familia, & intelligitur de tota
re vnita in eodem loco, & non de parte alij ſolita loca-
ri,vt l.vxori.in princip.de legat,3.& ibi gloſſ.Dyn. Bart.
3 & Alber.quia† appellatione partis totum continetur, di
cit ibi Bart.adde tex.in l,planè.vbi.§.fin. in fin.de leg.1.
dicentem,nam & pars fundi fundus rectè appellatur,cũ
4 plur.ibi ſign.in glo.eſt autem † totum vniuerſale, & to-
tum integrale,totum vniuerſale eſt vt genus, pars vt ſpe
cies ſi legetur alij,ita per hoc legatum ſpeciei derogatur
generi, totum integrale vbi legatum reperitur alij, &
alij legata eſt pars non ſubſtantialis,idem eſt, quòd per
hãc partem,& in parte iſta videtur receſſum à legato to-
tius,à quo ideo pars adempta cenſetur,vt l.cum quæſtio,
in princip.C.de leg.& l.alumnæ.§.qui filias. de adimen,
legat.& in eo quod remanet de toto nomen quidem to-
tius ex diſpoſitione defuncti remanet, vbi verò pars ſub
ſtantialis legata eſt, ſicut eſt vſusfructus pars ſubſtantia-
lis fundi in hac parte & legatarius ipſius partis, ſcilicet
vſusfructus, & legatarius fundi,ſcilicet totius integralis
concurrunt,ſicut generale eſt & legatarium partis ſub-
ſtantialis.ſ.qua ſine ſtare non poſſet totum,& legatarium
totius integralis concurrere in legato ipſius partis, iſta
5 eſt Docto.Barto.in l. ſi alij de vſufruct. lega. † Pars quo-
que fundi legati dicitur quodcunq; infixum & inædifi-
catum eſt fundo,idem & de affixis, & inædificatis ipſis
ædificijs,vt eorum partes,& fundi legati eſſe videantur.
l.cùm fundus,de fund.inſtr.Plura denique de argumen-
to & demonſtratione,à partibus ipſius rei, totúmque &
pars quot modis accipitur,vide ſcripta per Steph. de Fe
der.tracta.de interpret.iur.par.1.nu.16.17. & ſequen.&
plenius per Nicola.Euerard.in ſua centu. à toto ad par-
tem lo.80.pluraq; de vocabulo totum, vt moris ſuis eſt
congeſta per Tiraq.in l.ſi vnquam.verſ.totũ.de reuoca.
6 donat.Prædicta ſunt vera,† ſi diſpoſitio ſimpliciter in ſe
continet ipſam rem legatam,vt,Mãdo talẽ habitare do
mum l.ſi cui ędes.de leg.3.ſecùs vbi diſpoſitio quodam-
modo dirigitur in rem, vt quòd habeat vſum vel habita
tionẽ in domo, quia tũc non intelligitur de tota domo,
probat Dec.in conſ.355.col.pen.& fin.
7 Verum ſi fundi vel domus † pars ſimpliciter legata re
periatur, notum eſt dimidiam partem domus,vel fundi
legatum interpretari,d.l.planè vbi.§.fin. de leg. 1.& ibi
gloſſ.per l.nomen filiarum.§. portionis. de verb. ſignif.
& ibi Alciat,cum concord.per Tiraq.in d. l. ſi vnquam.
verſi.omnia.vel partem aliquam,num. 8. vbi hoc aſſerit
habere locum in legibus,ſtatutis, conſuetudinibus, te-
ſtamentis,libellis,confeſſionibus,diſpoſitionibus teſtiũ
contractibus & ſententijs, & hæc præſumptio partis de
dimidia non remoueretur per contrariam præſumptio-
nem incertam & ex actibus difformibus, vt per Alciat.
conſ.86.ex inſtrumentis, lib.5.
8 Multum tamen intereſt an † legetur pars hæreditatis,
vel pars bonorum, quia ſub legato partis hæreditatis ve
niunt onera hæreditaria pro parte, cùm hoc importet
nomen hæreditatis, legatum verò partis bonorum in-
telligitur deductis oneribus.l.ſi quis ſeruum. §. fina.& l.
ſequent.de leg.ſecundo, & ibi gloſſ. Barto. Bald.& Ca-
ſtren. dicit quòd alibi non probatur iſta diſtinctio, vel
non reperitur, & ibi Imol.dicit huius diuerſitatis ratio-
nem ſurgere ex vi vocabulorum & hæreditatis, quæ eſt
ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, leg. nihil aliud. de
verborum ſignificatio.& bonorum quæ continent par-
ticularia corpora deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §.
bona.de verborum ſignificatio.ita & per Gualden.de ar
te teſtan.titul.6.de legat.cau.42. nume. 4. Dec. conſil.
387.columna 1.hęc enim eſt propria & naturalis ſignifi-
catio vocabuli bonorum in eo quod proſit, & commo-
dum afferat omni onere alieni æris ſemoto latè decla-
rat Corne.conſ.289.circa primum,colum.1.verſ.in vlti-
mis autem voluntatibus.& colum.3.verſic. licèt autem.
lib.quarto,ſed vbi cum vniuerſali profertur, ſic omnia
bona reliquit, vel indefinitè bona ſua legauit Titio,tũc
pro hæreditate capitur,qua æs alienum continetur, Ca-
ſtren.& Imo.in d. §.fin.Socin.Iun.in rub.numer.76. de
leg.primo.Alciat.in l.bonorum,la ſecũda, in principio,
de verb.ſignific.vbi inter alia de ſignificatione huius vo
cabuli bonorum locus eſt ad bona in definite prolata
eſt tex.in l.vxori,meæ.de dot.pręleg.quòd vniuerſale le-
gatum contineant.
9 Præterea demonſtrata res† legata ſatis dicitur per a-
liquas apparentes qualitates licet eius confines non fue
rint deſignati Pariſ.conſ.58.in fin.lib.3.vbi de exemplo
& de alijs conſimilibus poteſt imaginari, dummodò
breuitatis gratia aliquæ qualitates fuerint oſtenſæ de re
legata.



legata. De pluribus etiam enuntiatis qualitatibus vel
demonſtrationibus ſufficit apparere de vna,ſic rei lega
tæ dicitur certa demonſtratio, tradit Bal.conſi.99.qui-
dam Ioannolus.lib.1.Caſtren.conſil.197.verſic. dicen-
dum. in principio. conueniens enim demonſtratio rei
legatæ attenditur, & falſa non vitiat per caſum.l.penul.
§.paterfamil.de legat.3.& l.quintus.verſi.ſi verò.l.pedi-
culis.§.quidam.de aur.& argen.legat.& l.demonſtratio,
in princip.& l.falſa demonſtratio.in princip.de condit.
& demonſtrat.& l.Titia.§.fina.de an.legat.& l.cum fi-
lius.§.hæres.de legat.2.Bald.conſil.418. licet dominus,
lib.5.etiam quòd non ſint appoſiti fines ex pluribus alijs
demonſtrationibus, poteſt conſtare de corpore rei le-
gatæ vel venditæ,text,& Bartol.in l.cum pater.§.fin.de
legat.2.plenè poſui conſil.70.lib.1.& per Socin.in l.1.
ſub nume.7.de rebus dub.Capr.conſil.3.col.1.& ſi falſa
demonſtratio non vitiat legatum, tamen falſa conditio
vitiat, text. & gloſſ. & docto. in l.ſi ſic legatum.§.1.&
quomodo hoc de falſa demonſtratione procedat ple-
nam doctrin.tradit Bartol.in dicta l. demonſtratio. in
princi.num.7.8.9.ſequitur Angel.Aret.tract.de teſtam.
gloſ.53.
10 Item † ambiguitas rerum legatarum circa earũ præ-
ſtationem declaratur ex eo quòd de corpore ipſarum
rerum conſtare inuenitur, & eſſe in patrimonio teſta-
toris,vt l.ſi domos.in princip.de legat.1.l.ſi ſeruum.§.ſi
quis ita.de legat.2.l.librorum.§.ſi Homeri.de legat.3.l.
qui dotem.in fin.& ibi gloſſ.fina.de do.præleg.l.cum vi-
num.§.fina.l.fina.in princip.de vin.triti.leg.etiamſi illa
res, quæ inuenitur de legatis à teſtatore eſſet aliena, ta-
men venit in legato.l.an quod.de fund.inſtru.per Ca-
gnol. in rubr.nume.23.ff.ſi quis iuſ.non obtempe.& ſat
eſt quòd ibi inueniatur de mandato teſtatoris, Socin.
Iun.conſil.98.num.24.lib.primo, & quæ ſola reperitur
etiamſi eſſet venalis, Roma.ſingul.432.facit.l.qui vxo-
ri.§.fina.& Bartol.in l.Quintus.§.an cui.de auro & arg.
legato, & l.fundus qui.de fund.inſtrum.Caſtrenſ.& Iaſ.
in l.prima.C.de verbor.ſignificat.Petr.Gerard. ſingul.
35.Crot.in l.qui Romæ.§.duo fratres.num.61.de verb.
oblig.& teſtator legando appellauerit rem ſuam, & ſic
numero ſuarum eam habuerit,per l.cum ſuæ.& l.ſeq. de
legat.3.& ſufficit largè dici ſuam, gloſ.1.in l.ſi ita lega-
tum,de aur.& argen.leg.
11 Quid ſi † legatũ quod reperitur in patrimonio con-
ſiſtat in ſpecie, & plura alia legata ſint de certis quanti-
tatibus, ſi hæreditas eſt ſoluendo legatarius ſpeciei cæ-
teris legatarijs quantitatum potior eſt in ipſa ſpecie
legata.l.ſi fideicommiſſorum.ff.vt in poſ. legat.ſi verò
non eſt ſoluendo hæreditas legato omnia componan-
tur, & contributio & ſolutio eorum pro rata fieri de-
bet in eo quod reperitur.l.quærebatur.ad leg.Falcid.&
ibi Angel.comprobat Caſtr.conſil.273.ad primum re-
ſpondetur.colum.fin.lib.2.refert & proſequitur Ancha.
Regien.in quæſt.4.par.1.idem latè comprobando tenet
Anton.Gomez.ſuo comment.iur.tom. 1.cap.12.de leg.
num.34.
12 Continens † & contentum, talia ſunt in vltimis vo-
luntatibus ac in alijs hominum diſpoſitionibus, prædi-
camenta, quòd altero eorum poſito & expreſſo tra-
hitur ad alterum, ponitur, conſequitur, & demon-
ſtratur ineſſe, & venire in diſpoſitione, quando id
commodius percipi ſciríque poteſt exemplorum in-
ſertione, quàm alia diffinitione, vel diuiſione. inſe-
ram igitur huius rei aliqua exempla, quæ per iura &
13 Docto.approbari videntur, vt enim quando † teſtator
legat fundum ſimpliciter venit ſub legato & villa, do-
mus, vel palatium in fundo exiſtens, per l.vxori vſu-
fructum villæ.iuncta gloſſ.prima, de vſufruct.legat.tra-
dit Bald.in l.prima, numero tertio.commun.de legat.
etiamſi poſteà domus fuerit ædificata & impoſita in lo-
co legato per text.in l.ſeruum filij.§.ſi areæ. de legat.
primo, & domus diruta dicitur acceſſio fundi.l.fundi.
ff.quib.mod.vſusfruct.amit, & ſic continens expreſſum
trahit ad ſe contentum non expreſſum, & econtra con-
tentum expreſſum trahit ad ſe continens non expreſ-
ſum, vt in caſu.l.ſi fundum ſub conditione.§.qui fun-
14 dum. de legat.primo. vbi † ædificium expreſsè exce-
ptum à legato fundi trahit in dubio ad ſe ſolum ip-
ſius ædificij continens non expreſſum, & de hoc te-
ſtatorem ſenſiſſe, quia ſine eo ædificium conſiſtere non
poteſt, ita ratio eſt ibi expreſſa,& ibi etiam gloſſ.arguit
15 pro eo qui † legauit nucem videtur legaſſe ſolum ar-
borem nucis, continens & viam ad eam, & ego exi-
ſtens gubernator ſtatus illuſtriſſimi Principis Biſiniani
in Calabria, vidi ſimile legatum per patrem factum fi-
lijs de certis arboribus caſtanearum pro quolibet filio,
vt ſic ſolum continens dictas arbores filijs reſpectiuè
legatum intelligatur, & hoc maximè in arboribus fru-
ctiferis legatis procedere concludunt Docto.in d.§.qui
fundum.
16 Item quando † continens ponitur pro contento, &
econtra contentum pro continente diſcutit gloſſ. in l.
certo generi.in principio.ff.de ſeruit. ruſti. præd. & hoc
ne ſequatur abſurditas,vel nugatio niſi ita ponatur. Ex-
inde in materia ibi Baldus & Ange.plene Fulgo. & Ca-
17 ſtren.inferunt exempla hæc,quòd † ſi mercator panno-
rum habeat ſtationem, vel apothecam conductam in
platea vbi vendat panna, & alicui legat ſuam apothe-
cam,intelligitur legare mercem ſuam pannorum& non
locum apothecæ.l.cum pater.§.menſæ.de leg.2. & ve-
niunt credita & debita ratione ipſius mercaturæ cõtra-
ctæ Bartol.in dicto §.menſæ.Bald.in l.prædia.C.de fidei
commiſſ.Corn.conſilio 173.colum.fina.lib.4.& Iaſo. in
l.ſi res obligata,colum.5.nume.27.de leg.primo, legata
apotheca videntur legatæ merces dicit Alber. in l. ſi ita
18 teſtamento.in principio, de fund.inſtr. † ſi vero domi-
nus ipſius apothecæ legat apothecam ſuam intelligitur
de loco ſuo,& non de pannis mercatoris.l.qui tabernas.
ff.de contrah.empt.ſi autem dominus pannorum & apo
thecæ exiſtens legauit apothecam ipſam intelligitur le-
gaſſe & merces & locum apothecæ,pleniori interpreta-
tione facienda per l.in teſtamentis. de regul.iur. & præ-
ſumptione habenda de omni iure teſtatoris diſpoſito in
re legata.l.ſi domus.§.final. de legat. primo. ita ibidem
in dicta l.certo generi firmant. Ange. Caſtr. & per Iaſo.
19 in l. 1.nu.102.C.de iure emphyteu.† idem ius videtur in
eo legato quod facit teſtator ſuæ vxori,dum legat eame
ram ſuam,quòd non intelligatur legaſſe cameram,id eſt
locum, ſed res ad cameram paratas ſecundùm Bart.in
l. fina. de pen. legat. cum quo tranſit Caſtr. conſil.106.
circa ea.col.2.verſi. & licet quis. lib. 1. & expreſſe Bald.
in rub.nu.3.C.de verb.ſign.
20 De legato † vini & olei de quo intelligatur, & an de
vaſis ea continentibus vide Ang. Aret. tract. de teſtam.
gloſſ.34.ad fin. Aduerte demum quæ & qualis ſit condi-
tio teſtantis, & legatarij & rei legatæ ad cognoſcen-
dum quando alterum expreſſum depoſitumq; conti-
nens vel contentum ad ſe trahit & continet alterum,
facit l.penultima in princip.de alim.lega.Bart.in l.libro
rum.§.ſed & ſi bibliothecam.de leg.3.Alex.conſ.61.col.
fin.l.quæſitum.§.fin.& ibi gl.& Doct.de fun.inſtr. Pariſ.
21 conſil.80.nu.24.lib.2.vide adhuc quòd† legata ſupelle-
ctili non venit habitatio in qua ſupellex fuit, vt l. pen.
de ſupel.lega.
22 Atque ſi quis iure † legati alicui reliquit ſua chirogra-
pha,ſeu ſcripta, inſtrumenta ſuorum creditorum, ſcri-
pturas ſuas, libros ſuæ apothecæ,ſui trafici, ſuæ merca-
turæ, vel ſui officij, quod adminiſtrabat à priuato vel à
publico ad commodum ſuum, vel ſuas apodiſſas, vel li-
teras cambij, ſiquidem legatarius non eſt debitor teſta-
toris

toris ex ſcriptis relictis, cenſetur quippè idem legatario
relictum quodcunque nomen debitoris, quod in ſcri-
pturis relictis continetur, quodque per ipſas ſcripturas
relictas poteſt conuinci, probari, & exigi debitum tex.
in l.ſeruum filij.§.eum qui chirographum. de legat. 1. in
l.chirographum.de leg.3. & vtrobique Docto. tradunt,
23 † idem eſt relictum iurium & ſcripturarum factum ac-
ceſſoriè cum legato loci cuiuſpiam, pone apotecham,
domum, caſamentum cum iuribus & ſcripturis ibi re-
pertis, vel cum alijs ſimilibus verbis generaliſſimis &
prægnantibus, vt per Capr.conſil.159.& Bero.conſi.44.
colum.2.& ſequent.lib.ſecundo. Ita relicta aliqua re vel
liberis nominum debitorum intelligitur legatum, quòd
in illa re vel liberis continetur, Corn.conſil.173. colum.
fin.lib.3.

Si verò legatarius debitor eſt teſtatoris ex ſcripturis
ipſis legatis ei nempè dicitur legata liberatio vel ope ex
ceptionis, vel acceptilatione, vel pacto, vt eſt magiſtra-
lis.text.in l.3.de liber.lega.& in l.2.ff.de pact.in l. huiuſ-
modi.§.ſi ita de leg.1.

24 Connexa † & cohærentia, hæc enim ſunt quæ rei lega
tæ ſunt ſimul annexa, & cohærent, vt ſeparari nequeant
abſq; deſtructione, vel diminutione rei legatæ, vt mar-
mora, columnæ, balnea, porticus, armaria, & quodcun-
que aliud ædificium in re legata conſtructum: vt l. cæte-
ra.§.ſi quis quidem.cum ſeq.vſque ad fin.de leg.1.& glo.
in l. Lucius. §.collegio.de leg.3.& dubio procul.conti-
nentur in legato, ponit iura allegando Iaſ.in l.fin.col. 2.
verſic.quid inter priuatos.ff.de conſtit.princ.de conne-
xis, quòd veniant in diſpoſitione ad complurimos ca-
ſus in diuerſis materijs dedita opera deciſ.multas colle-
git Marſil.in ſing.251.& longè plures in conſil.84. num.
25 14.vſque ad fin.ad idem † quòd connexorum idem eſt
iudicium per Iaſo.in l.1.colum.1.C.de tranſact.Rip. re-
ſpon.lib.ſecundo, cap.1.nu.3.gloſ.in verſi.noli.in cap. 2.
diſt.8.Aym.conſ.275.nu.5.Alia ex ratione connexitatis
26 præſertim circa quãdo, dicentur infrà ſuo loco † quod-
cunque enim eſt antecedens, vel conſequens rei diſpo-
ſitæ, illud dicitur connexum & cohærens tradit Aret.
conſil.29.col.10.facit l.quæſitum in princi. & l.cum de
lanionis.§.item cacabos.de fun.inſt, & ibi præcipue ac
deinceps in infinitum quibuſcunq; proximis proxima
copulatiua procedunt congruè declarat Bald. in l. qua-
uis.nume. ſecundo.C.de fideicommiſſ. Huiuſmodi au-
tem ſpeciei multa exempla comperiũtur per diſcurſum
d. titu. de fun. inſtr.& tit.de aur.& arg.legat.cum alleg.
27 per Steph.de Fe.interpr.iu.part.prima.num. 87. † vnde
de re mobili cohærente rei immobili tanquã de re im-
mobili iudicandum eſt. Ang.in §.1.in auth.de non alie-
28 nan.† & legato molendino venit etiam ſtabulum ibi co
hærens, Pariſ.conſ.58.nu.39.lib.3.

Ex his ſimul acceſſorijs, adiunctis, & pertinentijs le-
gatarum rerum demonſtrationes habentur ad plures
29 quotidianas quæſtiones: nam ſi quis† legat domum, quæ
ſubtus habeat apothecam, vel hortum adiunctum, cor-
tile & puteum omnia iſta veniunt ſub legato domus ex
adito vno, ex vna conſignatione, confinatione & com-
muni vſu, vt acceſſoria domus alibi dixi, & repeto per l.
prędijs.§.balneas.& §.ſeq.& ibi Bar.& alij de leg.3.Bal.
Ang.& Caſtr.in l.fin.de ſerui verba.prædi.Anch.conſil.
291.ſuper pluribus.colum.prima, plenè Alexand.conſil.
223.lib.ſecundo.& conſil.54.lib.3.vbi maximè iſta ſunt
infrà confines aſcriptos domui legatæ, idem Dec. conſi.
109.colum. prima. ad fin.Alexandri.conſi.95.nume. 21.
dixi conſ.197.num.9.lib.primo, id communiter cõclu-
di ex vſu & aditu per domum & hortum, & ſic contine-
ri hortum, dicit Iaſ.in d.l.fi.col.3.ver.an autem legata.ff.
de conſti.prin.refert & alios Cephal.conſi.144.num.18.
Abb.in cap.Raynutius.num.4.& ibi apoſtil. de teſta. &
ſic domum poſteà emptam.Bero.conſi.44.nu.35.36.37.
30 lib.ſecundo.Et qui legat† caſamentum vt quid vniuer-
ſale domorum legat etiam apothecas Caſtr.conſil. 453.
de eo libr.primo.Vbi tamen via eſt media, hortus non
paſſim ad vſum domus venit, Iaſ.conſil. 91. in 2. dubit.
lib.1.& per alia, quando apotheca nõ veniat in datione
domus in ſolutum per Aym. conſil. 234. quando etiam
non veniat apotheca quę conſueuerat locari, tex.& Bar.
in l. vxori de leg. tertio non venit columbaria diuerſo
nomine appellata quàm domus Corn.conſil.38. col. fin.
lib.1.

31 Acceſſoria † quæcunque reperientur, & poſſunt eſſe
rerum legatarum, cum eis venient earum naturam imi-
tantur, ſuum principale ſequuntur, etiam generalibus
verbis concepta reſtringuntur ad principale ſuum, hæc
quidem ex ſententia defuncti procedunt, & ſingula hæc
per l.primam.in fin.de fun.inſtr.& l.nomen in princ.&
l.prædijs.in princ.de legat.3.& l.ſi legati ſerui.in l.huiuſ-
modi.§.legatum.de leg.primo.& l.liberorum.in fin.& l.
hæres. §. penult. & fin. de leg.3.§.primo.& l.vino. de vi.
triti.leg.l.creditor.§.Caio.de liber.leg.cum plur. ad di-
uerſas materias rela.per Luc.de Pen.in l.2.colum.ſecũ-
da & fin.C.de bon.vacan.lib.10.per tex.& gloſſ.ſcriben.
in cap.acceſſorium. de reg.iur.in 6.& in l.cum principa
lis.in eo.& ſi acceſſorium ſit pretioſius ſuo principali, ei
tamen accedit, Roman.ſingul.622. comprobat Corſet.
32 not.ſub verbo legatum.adde & † legatum de dote ſim-
pliciter factum, continet etiam localia & parafernalia
vti acceſſoria Aym.conſ.149.nu.6.

33 Non tamen† confirmant, alterant, vel ampliant ſuũ
principale, l.quòd per manus.de iure codicil.Clem.1.ad
fin.de pręben.cum ſimilibus, inferendo ac clauſulas ac-
ceſſorias per Iaſ. in l. ex pupillari.de vulgar.& pupil. &
Felin. in cap. licèt.column.penulti.de offic.ordi.Aymo
conſil.25.num.3.& per d.l.prædijs.in princ.Deci. conſil.
38.colum.6.conſ.195.colum.3.conſ.377.nume.6.conſil.
413.colum.fin.num.9.conſ.500.nume.6.Pariſ.conſ.75.
nume.35. lib. ſecundo. Quinimo acceſſorio legato non
34 continetur principale, vt ſi† lego tibi cenſum ſuper do-
mo vti acceſſorium non venit directum dominiũ prin-
cipale, Guid.Pap.in quæſt.264.vt ſic etiam dominium
directum accedens rei emphyteuticæ legatæ non venit
in legato, Iaſ.in l.ſeruum filij.in princip. in fin. de leg. 1.
venit tamen acceſſorium acceſſorij, l.quęſitum.§.ſed an
inſtrumenti.de fun.inſtr.

Adiunctis verbis vel qualitatibus oſtẽditur voluntas
teſtatoris vel diſponentis ampliando, limitando vel re-
35 ſtringendo, prout ad quæque iſta ſe habent † verba ad-
iuncta vel adiecta cauſæ, vt de adiunctis verbis vniuer-
ſalibus, ſcilicèt ampliando per Pariſ.conſil.43.num. 50.
lib.3.vbi rationem adducit, quòd ratione adiuncti tol-
litur omnis dubitatio: ſic continet legatum domum &
hortum, Corn.conſ.249.verſ.tamen his minimè.lib. 4.
tex.in l.nam quod liquidę.§.ſi legetur.de pen.leg.ibi: ſed
ſi in hortis ſit vrbi iunctis, idem erit dicendum adiectio
pro dote demonſtrat quãtitatem conuenientẽ perſonis
coniugum, Bar.in l.ſi ita ſtipulatus.ſub nu.4. de verbor.
obligat.Signorol.conſil.107.ſub num.ſecundo. verſicu.
prætereà ratione. Reſtringendo per verbum vendere,
adiunctum verbo alienare, quòd ſolum importet in-
ter viuos, Socin.Iun.conſil.112.num.15.lib.primo, ver-
ba enim propter adiuncta declarantur & limitantur
Caſtr. conſil.356. primo videndum.colum.ſecunda, nu.
3.lib. primo, ab adiunctis argumentum eſt plus eſſe in-
tellectum quàm dictum per l.quædã.ff.de acqui.rer. do.
& not. in l.ſi duo patroni.§.Marcellus. de iureiur. cum
alijs ponit Steph.de Feder.de interp.iur.par.1.nu.84.85.
ſingula hæc inducuntur ampliari, extendi, declarari,
reſtringi, & limitari legata per rationem vel cauſam ad-
iectam & expreſſam à teſtatore, Pariſ.conſil.1.num.36.
conſil. 20.nume.31.lib. 3.Bero. conſil.83.nume. 7.lib.2.
† Item



36 † Item adiuncta vel commixta in diſpoſitione faciunt
eandem eſſe omnium deliberationem & diffinitionem,
l.cum quæreretur. §. lana.l.prædijs §.Titio.l.ſeruis, in
princip.de legat.3.Ita quòd de pluribus rebus commix-
tis vno legato, & vnica legati conceptione contẽtis vna
res non poteſt acceptari, & alia reſpui, per l. neminem.
cum ſequent.de legat.ſecundo.Corn.dicto conſil. 249.
col.fin.verſ.nam quando lib. 4.Angel.Aret.tract.de teſt.
gloſſ. 63. Poteſt tamen quis in quibuſdam ſtare verbis
teſtamenti, in quibuſdam autem recedere, & probando
quod petit obtinere, l.Aurelius.§. idem quæſijt ſi tutor.
37 de liber.leg. † Et quodcunque etiam poſteà teſtator ad
iunxerit rei legatæ venit & in legato, l. cum fundus. de
legat.2.& in gloſ.ibi, & per Doct.etiam molendinum ab
oleo poſteà conſtructum in domo legata maximè exce-
ptis non affixis Gozad.conſil.28.nu.17.

38 Pertinentiæ quòque rei legatæ à teſtatore adiectæ
& expreſſæ vtique accedunt legato, quod vt plerunque
fit, ita expoſitum eſt, lego domum vel fundum cum ſuis
pertinentijs, quæ ideò ſic appellantur, quòd ſtatuto, le-
ge, vel conſuetudine deputatæ ſunt, vt accedant, com-
munis eſt doctr.Innoc.in cap.cum ad ſedem. num. 2. de
reſtit.ſpol. per Alexand.conſil.43.in princip.lib. primo.
Fab.de Mõte tract.de empt.& vendit.quæſt.6.in princ.
numero ſecundo. Roland.à Val.conſil.32.num.28.lib.
4.Nat.conſi.435.num.18.concord.congerit, ampliat, &
limitat Gabr. Roman. de commun.concluſ.lib.6.titul.
de verborum ſignific.concluſ.vltim.poſui ego d. conſil.
197.nu.7. & ſequent.vbi ſub legato vineæ cum ſuis per
tinentijs per teſtes facta probatione de communi vſu,
& per continentiam confinium probaui venire parti-
culam quandam ſyluæ ibi ſimul ſitæ, ita fuit obtentum,
quonam modo lege, ſtatuto, vel conſuetudinę accede-
re pertinentiæ dicantur, exempla aliqua ponit Innoc. in
dicto cap.cum ad ſedem.ſ.mobilia & damna accedere
rebus ſoli vi occupatis deductis in interdicto de vi, &
omnia reperta in hęreditate, etiam ſi defuncti nõ ſint, ac
cedere hæreditati, & petitioni eccleſię omnia accedere,
quæ ad eam pertinent, de iure, cõſuetudine, vel ſtatuto,
vt dos primitus ei conſtituta decimæ, & huiuſmodi iu-
ra parochialia, & caſtro accedere territorium, quod etiã
non à iure, ſed ab hominibus, vel eorum ſtatutis ſolitum
eſt ei aſſignari, vt ibi.per eum.

Verum in ſpecie noſtra pertinentiarum accedẽtium
rebus legatis vltra exempla earum, quando iure acce-
dãt rebus legatis, quæ habẽtur ex lectura tit. de fun. inſt.
& tit.de pec.leg.& tit.pen.leg.& tit.de ſupel.lega. & tit.
de aur.& arg.leg.magis vſitata & frequentiora exempla
ſunt, quibus ſanè experimur, teſtatoris verbis, factis, &
ſic vſu & deſtinatione exprimere & demonſtrare res
quas volunt comprehendi, & accedere legatis factis,
39 † namq; vſu, & deſtinatione patrisfam.pertinentiæ &
appenditiæ legatarum rerum perſpicuæ dignoſcuntur
per l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.de legat.primo, & l.
prædijs.§.qui domum.& ibi Bart.num. primo. de legat.
3.l. Caius. §. primo, de leg.ſecundo, tradit Tiraquel. de
40 retract.ligna.§.36.glo.3.in l. ſi cui ædes.de leg.3. † nem-
pe ex vſu teſtatoris voluntas eius quandoq; colligitur.
gloſ.in verſic.conſuetudinem.in l.nomen.§.1.l.ſeruis vr-
banis.in princ.Alber.in l.pater.§.1.de legat 3.Bar.in l.ſi
ſeruus plurium.§.numerus.de leg. primo.& clarius in l.
cum certum.de vi.tri.leg.& l.damnas.§.primo, de vſuf.
lega. gloſſ.fin. in l.Titia. §.qui Marcho. de leg.cum ſi-
milibus, namque Ruin.conſil.71.colum.3.lib.ſecundo.
41 conſuluit † pratum aſſignatum laboratoribus poſſeſſio-
nis legatæ contineri in legato ſub verbis his, cum omni-
bus & ſingulis ſpectantibus & pertinentibus, & tentis
ſub eius laboratura de præſenti &c.inſiſtendo & reſpon
dendo quòd deſtinatio de eo alijs laboratoribus facta
non ſubſiſteret & Cephal.conſilio 144.numero 17. vbi
42 & firmat † ſub legato fundi venire prata deputata ad
illius vſum, vt haberentur ſub vna fundi nominatione,
per l.Seiæ.§.Tyrannæ.de fun.inſtr.etiam quòd adſit ali
qua eorum ſeparatio, vt ibi not.Bar.idem Cephal.conſ.
43 nume.45.ſub † conceſſione Caſtri cum pertinentijs
venire molendina concedentis, hoc dictum communi-
ter probari dicit Bero.conſ.51.nu.4.lib.2.Burſat.Mant.
conſi.2.num.49.ad idem Bero.conſi.44.num.4.& ſeq.
lib.2.eſt plena gloſ.fin.in l.prędia.in fi.de fun.inſtr.pro-
44 bat domum emptam adiunctam priori domui iam lega
tæ, & habitatam ſimul pro ſuo vſu ad vtramque vno adi
tu facto venire ſub legato per eadem iura ſuprà alleg.&
adducendo dictum Bart.in d.§.qui domum quod habe-
re debens domum eam per illum text.habebit & omnia
appenditia domus, quatenùs teſtator in vſu habuit, fa-
ciunt & adducta per eundem Bero.conſ.51.col.3. & quæ
tradit Alexand. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi numerus. in
45 fin.de legat.1.quod ſi lego† domum cum maſſaritijs, in-
telligitur cum maſſaritijs in ea exiſtentibus, ſeu ad eam
46 pertinentibus, & non de alijs: idem ſi lego† vinum cum
vaſis intelliguntur legata vaſa plena vino, quia acceſſo-
rium per principale reſtringitur, quod menti tenendum
47 dicit: item ſub† legato terrarum villæ nouæ venire ter-
ras alteriùs villæ, quas omnes ſimul teſtator habebat,
& appellabat terras & poſſeſſiones villæ nouæ, pro cla-
ro firmat Alexand.conſil.150.in princip. lib. 7. probaui
conſ.70.nu.4.lib.1.

48 Ita quando† dicantur bona vnita, & eorum pertinen
tiæ quæ dicantur, ſtatur teſtibus de his deponentibus,
Dec.conſil.109.col.2. verſic. 2. probatur, & præſertim
ruſticis regionis per gl.in verſ.longiori.§.prætereà.inſti.
de re.diui.tenet Soc.in l.1.col.3.de reb.dub.dixi d.conſ.
107.ſub nume.7.nam in teſtimonio ruſticorum ſenium
aliàs ſe fundat Iuriſc.in l.ſi chorus.§.1.de leg.3.quem ibi
Alber.dicit eſſe notabilem text.& ex eo debere attendi
conſuetudinem ruſticorum circa vſum loquendi: idem
Alber.firmat in l.vxorem.§.legauerat.ad fin. eod. vt eſt
noſtra ſpecies de loquela pertinentiarum.

49 † Legatum bonorum ſtabilium cum omnibus iuri-
bus ſuis, vtilitatibus, & dependentijs, continent & red-
ditus, liuella, & cenſus, non verò nomina debitorum,
Pariſ.conſil.50. columna penulti. libr. 2. & veniunt per
cepta viuo teſtatore, Bald.in l. Lucius.Titius.colum.1.
de leg.2. & notat ex text.ibi, cum commodis ſuis, quæ
verba etiam ibi ponderat.Bar. licet id ibi, cùm non pu-
tet, tamen Caſtr.nu. 2. ſequendo gloſ. & Bart. & ſic Bal.
pro mirabili probat, & per l.quæſitum.§.fi. de leg.3.
50 Deſtinatione † autem teſtatoris in pluribus proba-
tur ſua voluntas: namque fundum conſtitui deſtinatio-
ne patrisfam.per regiones, domum verò interiectione
parietis, eſt text.gloſſ.ibi not.Bart.in l.quod in rerum.§.
51 ſi quis poſt. de legat.1. † Res vel pecuniæ deſtinatæ per
teſtatorem alicui portioni relictæ alij accedere debent
eidem portioni, l.ex facto ꝓponebatur, §.proinde ſi ſer
52 uus.ff. de hæred. inſtit.† idem ſub legato calendarij ve-
niunt pecuniæ deſtinatæ ad calendarium. l. qui filium.
de leg.3.ſub legato lignorum venit lignum ad cõciden-
53 dum deſtinatum, l.ligni.§.ego autem. eo. † deſtinata ad
opus alicuius loci etiam reperta in alio loco accedunt
loco operis, & non quo morari contigerit l.ſeruis vrba-
54 nis.§.muliones. eo. & l. 4.de fun. inſtr. † Quæ ad orna-
menta ſunt præparata ornamentorum loco, & appel-
latione comprehendi voluit teſtator, l. argumento. §.
55 penult.de aur.& arg. legat. † Quæque poſſunt compre-
hendi aſſignata legatario in legato ſibi facto ei cedunt,
l.item legato.§.item intereſt. & §.fi.de leg.3.gloſ.in ver.
tradita.in l.penul.in prin.de aur.& argen.leg. Exinde di-
56 citur quòd† mercantiæ vel pecuniæ mandato teſtatoris
expendendæ & inueſtiendæ in bonis ſtabilibus non ſub
diſpoſitione de bonis mobilibus, ſed de bonis ſtabilibus
veniunt

veniunt plenè Soc.conſ.149.col.pen.ſub.verſicu.ſecun
do concludo.lib.ſecundo. Ita quòd hæres de his mer-
cantijs,vel pecunijs non poteſt aliter diſponere vt ibi
per eum,& Spec.tit.defuncti & intereſſe.§.primo.col.3.
verſi.tertiò quæritur ad idem tendit quod Luc.de pen.
in fi. C. de muneri.patri.lib.10.tenet pecunias deſtina-
57 tas fœnori nõ venire appellatione mobilium ſic &† fru
mentum aſportãdum ex rure ad ciuitatem habetur pro
eo quod eſt in ciuitate,Felin.in cap.Rodulphus.colum.
2.de reſcript.Io.Ma.Riminal.conſi. 436.num.3.Ad idẽ
58 ſi † teſtator legauit vxori ſuas veſtes, quas in domo ha-
bet, & extra domum alias habeat,quas de nouo facie-
bat,quòd iſtæ etiam veniant in legato propter deſtina-
tionem teſtatoris,& eius finale propoſitũ poſt alios per
eum relatos probat Iaſ.in l.cætera.§ ſed ſi parauerit. in
59 fin.de legat.primo,& Franch. Cremen. ſing. 63. † de re
deſtinata ad dotem idem iudicium eſt,quod & de ipſa
dote, Alexandri.conſil.74.colum.fin.non tamen venit
res deſtinata ad aliam rem illam deſtinatam, quæ venit
per l.ligni.§.proinde.de legat.3. cum ſimilibus ad rem
hanc noſtram alle.à Vincen.Carocio Tudertino in ſua
repet.part.2.in in 2.ampli.ad cap.cum quid de reg iur.
in 9.fo.90.

60 Ita tamen hæc accipienda ſunt † ſi res deſtinata non
multum remota eſt à diſpoſitione vel re principali cui
accedere debeat,vt res ad ædificium parata,& nondum
eſt cœptum ædificium,aut cœptum eſt,ſed valde remo-
tum eſt ab ea parte ad quam erat illa res deſtinata, tunc
nihil operatur deſtinatio per l. librorum. §. quid igitur,
& l. ligni. §. ſi lignum l. ſi cui lana.§.fin.de legat.3.tra-
dit Barto.in dicta leg.cætera.d.§.ſed ſi parauerit.ad fin.
vbi plenè diſtinguit in materia,ſequitur Alexand. conſ.
97.colum.3. nume. 9.lib.3.& Aret.conſil.6.colum. fin.
& Alber.in dicta l.ſi cui lana.idem Alber. plene diſtin-
guit in quæſt. 205.lib. ſecundo, de ſtatu.& Boër.conſil.
3.nu.18.

Item ſi deſtinatio alicuius rei tendit ad regulandam
ſuam diſpoſitionem, ſecùs quoad diſpoſitionem legis,
per l.ſi nondum.C.de furt.& ibi Bal.plura de hac mate-
ria, & per l.proponebatur.ff.de caſtr.pec.ponit Crot.in
l.ſi is qui emptore.ſub num.33.verſ.prętereà id quod di-
citur.de vſucap.habuit a Raph.Cum.in d.§.ſed ſi para-
uerit.in fin. Secus etiam quando ex deſtinatione ope-
rante reſultaret aliquod abſurdum, vel quod eſſet con-
tra ius commune,vel pœnale eſſet, quia deſtinatio tunc
non operatur, ita Bald.Angel.Caſtr.& Iaſ.in d.§.ſed ſi
parauerit,cum ſtrictè & propriè in his procedatur, vt ibi
Iaſ.adducit col.fin.per l.3.§.hæc verba.ff.de neg.geſt.&
ibi Barto.cum ſimilibus,ibidémque dicto §.ſed ſi para-
uerit. Bald. prius dixerit,& ideò non aptatur ad fictio-
nem, ita extra hunc caſum malæ prædict.alleg.Socin.
Iun. conſi. 120.nu. 17. 18.lib.1.Nam quoad mentem &
diſpoſitionem teſtatoris,in interpretationem legati om
nes in d. §. ſed ſi parauerit, aſſentiunt rem deſtinatam
cedere legato,per iura ſuperius allega. & per Alexand.
conſ.170.col.fin.num.14.15.lib.2.Caſtr.conſi.332. vide-
tur dicendum.colũ.fin.verſic.breuiter ego puto. lib. 1.
61 vbi tenet † ſub legato bonorum mobilium venire fru-
ctus pendentes tempore teſtamenti:vide quòd eius opi
nio non placet Alciat.conſilio 182.lib.nono, qui com-
trarium reſpondit, & in pluribus alleg.per eum errore
impreſſionis eſt erronea ſcriptura, ſed in fructibus de
proximo colligendis credo veriorem & tenendam opi.
Caſtren. per allegat. per eum,& quia fructus de proxi-
mo colligendi habentur pro collectis per gloſſ.& Bart.
in l.diuortio. §.interdum,nume.6. ſolut.matrim.firmat
ibi Iaſ.in col.fin.pluribus ſimilibus deciſ.allegat.ad hoc
quòd de proximo faciendum habetur tanquàm factum
his ſimil.& idem refert & firmat Io. Lopez in rubric.de
donat.inter vir.& vxor.§.38.colum.1.& de quib.per Iaſ.
in auth.ſi qua mulier.colum.6.& ſequent.C.de ſacro-
ſanct.eccleſ.& in l.2.colum.2.C.de inoffic.teſtam.Dec.
62 conſil.577.num.6.7.& quia res † deſtinata, vbi ſit pro-
xima effectui legati,cedit legato,vt Bart.& omnes con-
cludunt in dicto §.ſed ſi parauerit, & propriè Caſtr.d.
conſil.132.loquitur vbi fructus pendentes ſperabantur
de proximo fieri res mobiles, ſequitur Gualden.de arte
teſtan.tit.6.de legat. cau.53.nu.3.ſequitur vltra allegat.
63 per eum,& Dec.conſi.472.col.1.num.5.in fin. † & ſpes
eſſentiæ rei, attenditur & operatur.l.mulier.§.non eſt
dubitandum.ff.ad Trebellia.& l.pater filiæ.ibi, & ſpem
quandoque recipiendæ dotis.ff.de euict.cum plurib.de
iurib.in ſpe per Bartol.colum.2.& al.in l.is poteſt.ff.de
acquirend. hæredita. & plenè diſcuſſis per Gomez in
reg.Canc.regul.de non tollen.iu.quæſt.in quæſt.4.per
tot.

64 Augmenta † denique rerum legatarum & diminutio
nes multipliciter euenire poſſunt,& legatarijs accedere
debent,l.ſi ex toto.in prin.de legat.1. vbi legatarius con
ſequitur fundum,prout eſt,vel diminutus,vel auctus à te
ſtatore,& ibi Bart.& Modern.reg.& fallentias adducũt,
& l.cum fundus.de legat.2.& per Alex.conſilio.95.num.
12.& Anton. Gomez ſuo comment. iur. tomo primo,
65 capit.12.de legat.nu.16.Idem ſi ex† cauſa alluuionis fue
rit augmentum,l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.eo.& l.ſę-
pe legatum. de leg.3. vel ex cauſa vſurarum & intereſſe
fuerit incrementum,vel cauſa fructuum vt l.nomen de-
bitoris.in princip.eod.latè declarat Ang.Aretin.tractat.
de teſtam.gloſſ.23.& illum text.dicit Caſtr.in l.ſi tibi ho
mo.§.cum ſeruus.nume.3. de legat.1. eſſe ſingularem ad
caſum,quòd ſi quis legat pecunias quas habet ſuper im-
præſtitis,vel Zeccha de Venetijs, vel ſuper Monte Flo-
rentiæ, vel Sancti Georgij: de Genua, videtur legare
etiam pagas quæ currerunt viuo teſtatore, licèt de eis
non fecerit mentionem,ſed tantùm de ſorte,cum pluri-
bus in ſpecie per Menoch.conſil.142.num.6.& ſequen.
& ita dicit ſe conſuluiſſe, & ibi, & pro valde not.probant
Alexandr.& Iaſ.in colum. fina. & dicitur venire ex ſub-
ſtantia teſtatoris, Corn.conſil.1.colum.8.& ſequent.li.
4.Dummodo augmentum,vel ius ſuperueniens ſit infe
rius & minus iure legato,vt ſi legatum ſit directum domi
nium, vel proprietas,& ſuperueniat teſtatori vtile domi
nium hoc quidem & totum debebitur legatario Alex.
66 in l.ſeruum filij.in principio, ad fin.de legat.1. & ibi Iaſ.
ſequitur in fin.colum.† & augmentum conceſſum etiam
non tollit,quin legatarius habeat rem carentem tali au-
gmento,vt l.ſi cui ſerui.eod.& l.cùm vinum. & ibi gloſ.
de vi.tri. legat. quia non minuendi legati, ſed augendi
cauſa dicitur ipſius augmenti facta mentio,per l.ſi man-
cipia.de fun.inſtr.& per Gomez dicto cap.12.nu.30.etiã
facta poſt teſtamentum vtique non nocet legatario fa-
cta mutatio per teſtatorem gratia commodioris cultu-
67 ræ,Alexand.conſil.171.ſub num.3.verſi.ſi autem pręſup-
ponamus.& ſequent.lib.5.† Vbi enim plura ſunt enun-
ciata,& inter iſta adſit copula, &, dicamus hanc copu-
lam ſtare augmentatiuè,alibi dixi, & repeto per l.ea ta-
men adiectio,de legat.3.Alexan.conſil.20.nu.6.7.lib.3.
Corn.conſil.295. col. tertia, verſi. idem eſt præmitten-
dum.lib.1.Idem importat inter iſta dictio vniuerſalis ap
poſita quoquo modo,Alexand.conſil.30.num.16. lib.5.
Iaſo.conſil.43.colum.3.verſicu.item iſta dictio. lib.3.eo
68 magis ſtat ampliatiuè dictio, ſeu, per text.in l.ſi quis ita
de aur.& arg.leg. Aduerte † ſi legatum ſit rei particula-
ris ius ſuperueniens non prodeſt legatario Iaſ.conſil.91.
69 lib.1.

Item ſi † legatur aliquid vniuerſale vt peculium,
grex,hæreditas obuenta teſtatori,dos,vel podere, nem-
pe augmentum, diminutio, emolumenta, & onera ad
legatarium pertinent, de legato gregis & armenti
per l.grege.& l.ſeq.de legat.1.& ibi gloſ.& doct. Angel.
Bretin.



Aretin.de teſtam.gloſ.22.& in §.ſi grex.inſtit.de legat.
ſecus eſt ſi legentur pecudes, boues, vaccæ, equi, vel
equæ ſingulariter,vt in dictis locis doctor.per l.equis. ff.
de vſu. & per l. quid ergo.ff.de vſufruct.ibi enim quan-
tum interſit,patet ex illis verbis,quoties gregis, vel ar-
menti,vel equitij,id eſt, vniuerſitatis vſusfruct. legatus
eſt,cæterum ſingulorum capitum nihil ſupplebit,vt per
Gualden. de arte teſtan.titu.ſexto,de lega.cau.decima.
70 † Et quantum expendit legatarius pro legato conſe-
quendo, tanto dicitur habere legatum diminutum, l.
71 non amplius.in princip.de legat.1.& ibi,§.1.† ſi ſpecies
legata diminuitur,vel perijt ſine culpa hæredis,perit le-
gatario,& cætera huiuſmodi infrà interpr.vlt.dicemus.
72 De peculio † legato hodie parum vſitato pariter au-
gmentum & diminutio viuo teſtatore contingens le-
gatarij lucro, vel damno eſt, §. ſi peculium. inſtit.eo.l.
peculium.in prin.de legat.ſecundo,cum ſimil.Exinde †
73 legatum quale quantúmve fuerit cognoſcendum tem-
pore mortis teſtatoris continet futura,Gabr.Eugu.cõſi.
74 120. & Bald.in d. l. peculium.not.† legatum vniuerſale
deſignari nomine collectiuo,peculium,hæreditas, lega-
tũ generale,nomine generali,lego omnes ſeruos meos,
indefinitum,lego ſeruos meos,& legauit omnia & ſingu
la credita quomodocunque contracta,vt per Crot.con-
ſil.14.nu.13.& ſeq.
75 De legato † hæreditatis tertij, vel partis hæreditatis,
quòd legatarij ſint emolumenta, & onera hæreditatis
legatæ exiſtentia tempore mortis legantis, ſunt text. in
l.ſi quis ſeruum.§.fin.& in l.cum filius.§.Lucio.de le-
gat.2.& ibi Bartol. Alber.& plenè diſcutiendo probat
Dec.conſ.69.col.pen.Gualden.de arte teſtan.ti.6.cau.
42.nu.4.nam hæreditas & augmentum recipit,& dimi-
nutionem dicit tex.in l.item veniũt.§. item non ſolùm.
ff.de petit.hæred.
76 De dote † legata,puta,per filiam legantem alicui do-
tem matris præmortuæ, quòd debita materna ſoluen-
da ſint per legatarium etiam pium locum arguendo de
hæreditate legata,ad dotem legatam vti ius vniuerſale
ex facto reſpondi conſil.205. lib.primo, iuribus & ra-
tionibus, vt ibi,addo dotem dici vniuerſale ſicut hære-
ditas,& peculium per Alexand.conſilio 49. colum. ſe-
cunda,verſic.rurſus alio capite.lib.tertio, & per Deciſ.
conſilio 502. colum. penult.& fin. ſub nume.9.ergo di-
minutionem patitur per text.& gloſſ. in l. quod dicitur
neceſſarias.de impen.in reb.dot.
77 De † legato vectigalium augmentum vel diminu-
tio pertinet ad legatarium Tiber. Decia. conſil. 87. ad
num.10.& ſeq.lib.2.
78 De podere autem † legato ſeu poſſeſſione etiam di-
cendum eſt, cum contineat vniuerſalitatem quandam
agrorum,ſeu petiarum ex vulgari ſignificatu, Bartol. in
l.Seiæ.§.Tyrannæ.de fun.inſtr.& in l.ſi ita.in fin.de aur.
& argen.legat.& in l.prima,in fin.de rebus dubijs, & cla
rius Bald.in l.in legatis.C.de lega.agri,petiæ terræ aliæ,
prata paſcua,vel nemora in eodem loco per teſtatorem
poſtea empta & adiecta, ideo & iſta acceduut legatario
habita per teſtatorem in numero & conditione eadem
cum toto podere, ſeu poſſeſſione, per l.cum fundus.de
legat.2.& d.l.ſi ex toto.in princip.de legat.1.& d.§.Ty-
rannæ.& ibi Bart.& latiſſimè Socin.in d.l.1.colum.2.&
ſequent. ſub nume. 10.de rebus dubijs, vbi conſiderat
quatuor caſus,quibus empta poſteà per teſtatorem ce-
dere legatario prædij legati congruè probat, vt ibi per
eum, & per Cephal.conſil. 144. nume.18. & ſequen.&
per alios alibi tamen per eadem iura modo alleg. & per
Bero.conſil.44.nume.35.& ſequent.numero 40. libro
ſecundo.
79 Ex his enim † legatarius conſequendo augmentum,
ſi quod poſt factum teſtamentum obuenerit legatæ rei,
ita econtrario ſi contigerit diminutio, eam ſentire de-
bet per argumentum illud, quia ſicut operatur propo-
ſitum in propoſito,ita oppoſitum in oppoſito,ex quo ſit
& illud, quia contrariorum eadem eſt diſciplina per di-
ctam l.ſi ex toto.in princ.& l.final.§.fin.de legat. tertio,
& l.non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fiſc. & de
hoc quoad cognitionem faciendo vnam regulam, &
quoad diſpoſitionem faciendo alteram, & adducendo
limitationes & fallentias inferendo ad multas quæſtio-
nes,& deciſ.per alios relatas,latè diſcutit, & ſcribit Iaſ.
in l.inter ſtipulantem.§. ſacram.colum. 8. de verborum
obligat.pariter & latè per eoſdem ferè tramites diſcur-
rendo tradit Ripa in rubr.de acquir.poſſ. & ibi alij, Pa-
riſ.conſil.31.num.212.li.1.Bero.conſil.140.num.15. lib.3.
80 Nat.conſil.442. num.8.9. cum ſeq.† vbi contrariorum
eſt non ſolùm eadem diſciplina ſed etiam potentia, per
l.ab emptione.ibi Bal.col.1.ff.de pact.Crot. conſil. 96.
nu.9.Neuiz.conſ.70.num. 24. & alibi ſæpè huiuſmodi
argumenti ſpecie doct.vtuntur.
81 Diminutio † verò legatorum, quando fit, vel ne lega
tarijs diminuta hæreditate,& quãdo vel diminuto one-
re non tamen alimentorum, & quatenùs, vide l.ſi quis
teſtamento.§. 1.de l.1.l.liberto.§.1. de an. legat. l. Plau-
tius. & ibi gloſſ.Bart.de condit.& demonſtr.Bart. Bald.
& doct.in l.& ſi contra tabulas.de vulgar.& pupil.l. ma-
ritum.§.1.l. pœnales.§. ſi Titio. & ibi doctor.ad Falci.l.
ei qui.de donat. cauſ.mor.l.epiſtolam. in princ.ad Tre-
bel.Alexan.conſil.71.li.2.Dec.conſi.581.col.fin.

## ¶ *SVMMARIVM.*

1 *Locus eſt vnum de decem prædicamentis ſecundùm Ariſtotelem, & in iure ciuili neceſſarium, & dependentibus à loco, vt iudiciorum locus, conſuetudines locorum, limitationes territoriorum, & vt ibi habetur.*

2 *Argumentum à loco valet.*

3 *Locus præbet validum argumentum ad tollendum legatorum ambiguitatem de his maximè quæ in locis conſiſtunt.*

4 *Legatum vbi eſt factum abſque mentione loci, vbicunque teſtatorem habuiſſet quam legauit, ea legato cedit.*

5 *Teſtator diſponens aliquid dari vel fieri in loco, nullo expreſſo, vel dari, puta eccleſijs vel pauperibus, nec de quo loco dixerit, intelligitur de loco ſui domicilij tẽpore conditi teſtamenti, aliàs de eccleſia principali, aliàs de loco magis conuerſationi teſtatoris. & vt ibi latius.*

6 *Miſſa celebranda pro anima teſtatoris debet dici in eccleſia in qua ſepultus eſt, ſic enim in dubio præſumitur eum voluiſſe.*

7 *Legata facta ſanctis, vt Sancto Petro, Sancto Ioanni, ſit interpretatio pro eccleſijs quæ in loco reperiuntur ſub eo titulo domicilij teſtatoris ædificatæ, & ſi plures ſint eiuſdem tituli & nominis dantur pauperiori.*

8 *Locus expreſſus in legato, an & quando ad alia loca extendatur diſpoſitio, vide verb. legatum factum de domibus.*

*Legatum factum de domibus, mobilibus vel poſſeßionibus quæ ſibi ſunt in ciuitate, continet etiam domos, poſſeſſiones & mobilia quæ habet teſtator ipſe in ſuburbijs & extra ciuitatem.*

9 *Bona relicta exiſtentia in ciuitate, in domo, vel in camera, de quibus bonis intelligendum ſit, vide verb. legatum factum de bonis.*

*Legatum factum de bonis exiſtentibus in ciuitate, in domo, vel in camera, vel Romæ, Venetijs intelliguntur bona legata quæ in loco deſignato ſunt permanſura perpetuò, vel ibi ſolita & deſtinata manere pro maiori parte anni. Non exiſtentes in dicto loco ad tempus, quia vti venales & mercis cauſa reputantur, quæ nec veniunt ſub generali legato facto. vt ibi latè habetur. & nume.*10.11.

12 *Legatum ſimplex generale factum rerum vel bonorũ com-*



*prehendit*

prehendit venalia, ſecus in legato non ſimplici ſed reſtricto ad certum locum. declaran. vt ibi latè.

13 Legatum factum de re immobili cum mobilibus exiſtentibus non venit mobile ibi non permanſurum pro exercitio. ſ. ipſius rei legatæ, vel pro vſu teſtatoris.

Vel ſint pecuniæ.

Vel venalia.

Fallit niſi reſpectu exiſtentiæ in loco, vel adſit aliqua vniuerſalis dictio, vt ibi habetur.

Vel aliud mobile non reperitur ex loco niſi venale, vel in pecunijs, quia cõprehenderentur, & vt ibi latius habetur.

14 Legatum mobilium exiſtentium in domo an & quando veniant fructus percepti ex agris & prædijs teſtatoris vltra victum familiæ ſuæ neceſſarium, Couar. & Dec. quòd veniunt intelligendo venalia tantùm ea non venire quæ ſunt ex mercatura, vel negotiatione. Qui tamen reprobantur per auctorem, & quòd omnino non veniant vti non permanſura perpetuò penes teſtatorem, licet vti venalia non comprehenduntur ſub legato, & latiſſimè de hac materia, & quæ non veniunt. ibid. cum num. ſeq.

15 Legatum mobilium exiſtentium in domo non comprehendit pecunias in dies expendendas, non. ina debitorum, liberos debitorum, inſtrumenta & cautiones. 18. Fallit vti ſr. num. 21.

Nec bona mobilia quæ in domo fuiſſent venalia, vt frumentum & vinum vltra neceſſitatem totius familiæ & ſimilia 16.

Legatum de penore factum quos fructus comprehenderet, & quod hodie parum vſitatum.

17 Bona legata quæ ſunt in camera, vel vna parte domus quæ veniant, vide verb. legatum de bonis factum.

19 Legatum de bonis factum quæ ſunt in camera ſolùm intelligũtur legata quæ ſunt ad vſum cameræ, & non ſunt ibi ad beneplacitum, & non vt ibi eſſent perpetuò.

20 Legatum factum de bonis exiſtẽtibus in vna parte domus, puta in camera, non veniunt exiſtentes in alia parte, puta in ſtudio.

Fallit ſi legatum ſit conceptum verbis generaliſſimis, quia & pecunia inſtrumenta & venalia, & quæcunque in domo reperta eſſent legato cederent. 21.

21 Legatum factum de bonis mobilibus in domo ſub generaliſſimis verbis & pleniſſimis continet pecunias, inſtrumenta debitorum, & quæcunque alia reperta in domo.

22 Legatum frumenti quod quis habet Piſauri vel Ferrariæ venit & illud tunc quod habet in ſuburbijs & continentibus ædificijs, puta in portu & ædibus ibi conſtructis, foueo publico etiam intermedio exiſtente vel via, vel flumine, vt eſt flumen Padi, declarando vt ibi pulchre, ſecus ſi legatum ſit frumentum quod habet quis in ciuitate ſimpliciter, vel ciuitate Ferrariæ, expreſſo nomine ciuitatis, quia non veniret quod eſt in ſuburbijs, & de ratione, vide latè & pulchrè ibidem. & nume. 23. nec quod eſt in comitatu.

Fallit vt num. 26. vbi quod eſt ruri & in comitatu venit.

Et de differentia nominis reſtrictiui appellatiui, vt eſt ciuitas, & nominis proprij extenſiui, vt eſt Piſaurum, Ferraria, quòd tunc reſtrictiuum attenditur. 24.

25 Legatum frumenti quod eſt in vrbe venit, & illud quod eſt in portu, & quod dicitur de portu idem iudicatur quod vrbe.

27 Legatum factum de omnibus pannis mobilibus & maſſaritijs domus, vel quæ in domo ſunt ex adiectione loci domus reſtringuntur ad ea tantùm quæ ſunt in domo, vel ſolent in ea ſtare, nec quæ caſu ibi fuerũt, maximè quando teſtator locutus eſt per verbum præſentis tẽporis, cum num. ſeq.

Fallit quando appareret de contraria teſtatoris voluntate.

Item quando aliàs legatum redderetur inutile.

28 Maſſaritiæ & arneſia domus idem important quod ſupellectilia.

29 Legatum de bonis mobilibus aſcriptis certo loco, non continent nomina debitorum etiam domicilij perſonarum debitorum.

30 Legatum de bonis quæ ſunt in domo, quam habet in ciuitate, ſciens plura bona habere ruri reportãda ad domum ciuitatis, non continet ea, & ſub tali non veniũt legato, hocq; quando locutus ſit per verbum præſentis temporis alia voluntate teſtatoris non apparente.

31 Locus aut eſt ipſius rei legatæ permanens & firmus perpetuo aut eſt momentaneus & ad tempus.

32 Locus permanens & firmus perpetuò rei locus dicitur, vbi pro vſu vel deſtinatione patrisfam. res eſſe debet, vel ſolet eſſe & permanere perpetuò pro ſui duratione & vſu prædicto.

33 Intellectus. l. nam quod liquidæ. §. fin. ff. pen. legat.

34 Penus habet locum permanentem pro vſu teſtatoris adeò quòd ſi legatur non cedunt venalia.

35 Legatum de omni argento factum, & omne ſupellectile, & de quocunque habet in fundo Sempronio, reſtringitur ad ea quæ ſolum erunt in fundo Sempronio, & quare hoc ſit, vide ibidem latè.

36 Locus momentaneus & non firmus rerum dicitur, &c. quæ venales, aut ad tempus ſunt in loco ipſo.

37 Mercator ampliſſimus habens in pluribus ciuitatibus & locis nundinarum merces diuerſarum rerum, alia mentione loci non facta, omnes ſuas merces legauit Titio, exceptis decem caſſis piperis quas habet Piſauri, quomodo intelligatur hæc exceptio, & quomodo legatum generale reſtringatur, multa vide declarata & pulchrè per authorem, & dic vt ibi latius per eum. cum num. ſeq.

38 Exceptio arctat generalitatem in rebus exceptis tantum vbi eſt, & non in locis vbi non eſt, vt eſt natura exceptionis operari in rebus exceptis, non in alijs.

39 Artifices comitatus Piſauri an poſſint eſſe priores, ſtante ſtatuto quo cauetur præter nobiles Piſauri omnes artifices poſſe eſſe priores, & ſoluitur quòd poſſunt, & de ratione ibid. latè.

40 Legatum quod antiquitùs fieri ſolebat de fundo inſtructo, vel de fundo & inſtrumento, vel domo cum inſtrumento, licèt hodie ſic non legetur, habet eandem vim & importantiam cum legato moderni temporis, quando legatur fundus cum iuribus pertinentijs & commoditatibus ſuis, vel in eo eſſe & ſtatu quo reperitur eſſe, & vt latius exemplificatur ibi. cum num. ſeq.

41 Verbo integro ſtatu ſuo in donatione domus poſita exponuntur cum adiacentibus, & mancipijs, & penoribus, & fructibus, & omni iure ſuo, vt ſit inſtrumentum poſſeſſoris, vel domus tradatur.

Idem important verba pro vſu ſuo, & ſic domus, ibidem.

42 Legatum fundi inſtructi, vel domus inſtructæ quid contineat, & quid vbi ſimpliciter fundus vel domus legatur, quòd non veniat inſtrumentum aut ſupellex eius, niſi comparatum ad perpetuum vſum domus, aliud ſi vſusfructus legetur, quia venit inſtrumentum fundi vel domus, ibidem.

43 Legatum factum Titio de omnib. domib. ſuis quas inhabitat, cum plures habeat in ciuitate, comitatu, & in alijs locis pro ſuis negotijs occurrentibus, intelligitur de domibus ciuitatis quas frequentius ſolet habitare, & quare, ibidem.

Et quòd quis tribus menſibus ruratur dicitur habitare tamẽ in ciuitate ibi.

Nec ſtans in hoſpitio ibi dicitur inhabitare. Sed dicitur habitare vbi pro maiori parte anni habitat. ibid.

Et quòd intelligitur legaſſe habitationem domorum quas habet in loco domicilij. ibidem cum ſeq. vbi de materia hac pulchrè.

44 Ciuis quomodo quis dicatur, incola, forenſis & habitare in loco.

45 Legatum domorum cum plures habeat in varijs locis, intelligatur



ligatur de ratione domorum quas habet teſtator in loco domicilij.

46 Legatum ſimpliciter factum de habitatione domus & ſolam haberet in domicilio de ea intelligeretur, quid ſi plures haberet, quomodo eſſet in electione hæredis dare quã vellet, & dic vt ibidem.

Et quid ſi ſit ſcriptum, lego habitationem vnius domus quòd videtur legatum commodum habitationis ibid.

47 Legatum factum vxori, fratri vel alij de centum, ſeu quid aliud, dum & ſi habitauerit cum ſuis filijs & hæredibus & multiplices recipit interpretationes, & ratione loci, & fauore vel gratia cuius cenſeatur factum, & per quem ſteterit in loco non morari, & quando deſierit deberi, vide multa etiam hîc dicta per auctorem in hac ſecunda concluſione, vſque ad quintam, & vſque ad num. 27.

48 Legatum factum expreſſa conditione loci ſi habitauerit in ciuitate pone Piſauri, non requiritur habitatio in eadem domo loco non expreſſo, non impletur conditio niſi ſimul habitauerint etiam non omnibus momentis temporis in eadem domo, & de hac materia & ſimili vide multa pulchrè ibidem declarata cum num. ſeq.

49 Recedens ab aliquo animo redeundi uon videtur receſſiſſe.

50 Obligatus ſtare cum aliquo, vel morari, non requiritur quòd ſtet omni momento temporis, & quòd dicitur morari cum alio taliter quòd ſimul alantur.

51 Conditio ſimpliciter appoſita ſi quis habitauerit cum alio, intelligitur quòd cum eo debeat viuere & comedere, & ſic ibi habere alimenta.

Secùs ſi diceret, quòd deberet cum tali morari in tali caſtro vel ciuitate, tunc ſufficit in eadem ciuitate habitare, ibidem.

52 Conditio ſi habitauerit in domo teſtatoris habens cauſam permanentem & ſucceſſiuam, requirit permanentiam & conditionem, & deſiſtens habitare amittit emolumentum.

Declarando hoc tamen quando cauſa ſucceſſiua legati habitationis eſt indefinita & apta ex veriſimili mente teſtatoris reaſſumere eandem legati habitationis cauſam, exemplificando, vt ibi habetur.

53 Legatum factum filiabus de vſu & habitatione domus ſuæ in caſum viduitatis & alterius cuiuſcunque neceſſitatis, in omni caſu vel prima, ſecunda, vel alterius viduitatis, filiæ poterunt redire & habere in domo patris teſtatoris habitationem.

54 Conditio & modus reijcitur & non valet ex legato alicui factò ſi, vel vt habitare debeat in loco aliquo, cum impediatur hominis libertas, & publica vtilitas.

Et hoc vbi conditio non reſpicit commodum & intereſſe alterius etiam teſtatoris, & vt ibi latè declaratur.

55 Pactum mariti factum cum vxore de habitando in domicilio vxoris valet, cum id ſit commodo & intereſſe ipſius.

56 Legatum habitationis gratia legatarij & fauore quando intelligatur factum, vt ſi apparet eum habitatione indigere, eſt perſona debilis, infirma, ſenex, vel puer, ægrotans & talis, qui auxilio aliorum indiget quàm ipſe alijs auxiliari queat, vel eſt perſona grata teſtatori, & his ſimilib. quod tamen intellige, vt numero 60. cum ſequent.

57 Legatum vſusfructus vxori in vita filiorum interpretatur in alimenta quibus mortuis reuertitur in vſumfructum quodam ſuo fauore in damnum filiorum amiſſorum, & vt ibi latè cum ſeq.

58 Vidua connumeratur inter perſonas miſerabiles.

59 Legatum habitationis gratia eius cum quo ſit habitandum quando dicitur factum, vt ſi ille talis cum quo ſit habitandum ſit infirmus, pupillus, impotens ſeipſum ac ſua tuendi & his ſimilibus, & onere pro parte deficiente, tunc diminuitur etiam pro parte legatum.

Quod tamen intellige vt numero 60. cum ſeq.

61 Habitatio eſt pars alimentorum. 80.

62 Legatum habitationis in domo, & alimentorum an magis fauore legatarij præſumatur factum, an fauore hæredis, & cuius gratia magis ſit communis opin. ibidem pulchrè deciditur.

63 Legatum alimentorum fauore legatarij, & non occaſione oneris præſumitur factum, maximè vbi apparet præcedere aliquod ſignum dilectionis erga legatarium, & circa commodum maius quàm onus.

Et in dubio præſumitur factum fauore eius cuius magis intereſt legatum eſſe factum. ibidem.

64 Conditio ſi non fuit adimpleta quòd non ſteterit in domo, quomodo cognoſcatur an ſi fuerit ex cauſa legatarij, vel hæredis, vel tertij impedientis, vel ob caſum. vide ibid. pulchrè diſcuſſum.

Et de conditione poteſtatiua, caſuali & mixta quomodo impleatur, quomodo deficiat, & per quem ſteterit. ibid.

65 Alimenta debentur nouercæ extra domum, eſto quòd fuerint ei relicta ſi ſteterit in domo cum priuigno cum eſſet ipſa iuuenis, & adeſſet ſuſpicio honeſtatis lædendæ.

66 Conditio ſi habitare voluerit, intelligitur ſi commodè potuerit habitare.

67 Legatarius debet probare impedimenta quòd non potuerit ſtare in domo ſi vult legatum.

68 Probatio fit per famam viciniæ, & per teſtes domeſticos & affines de his quæ domi fiunt, & quæ ſunt difficilis probationis.

69 Modus probandi aliquem ſtetiſſe & habitaſſe cum aliquo, ibidem habetur.

70 Legatum factum mulieri ſi habitauerit cum vxore teſtatoris, intelligitur ſi & donec vxor teſtatoris vidua permaneat.

71 Legatum factum alicui ſi per decem annos habitauerit & communione ſteterit cum hærede infante, & eum miſerit ad ſcholas, & bene educari & inſtrui fecerit, & conſequuto legato minus prædicta obſeruauerit, poteſt repeti per hæredem condictione indebiti, vel ſine ca. & reſtituen. eſt hæredi.

72 Legatum debetur ſi non ſtat per conſequi debentem quominus conſequatur etiam quòd ſtet per caſum in perſonam eius qui debet præſtare ex legis interpretatione temperando hoc vt ibi, ſi verò non ſtat per præſtare debẽtem quo minus præſtetur non debetur, & de differentia diſpoſitionis conditionalis & modi. num. 74.

73 Stare per aliquem quando dicatur, vt ſi fuit interpellatus facere quod debet & non fecit, quæ interpretatio eſt neceſſaria cum tractatur de vſuris, non autem cum de ſorte, & quando dicatur per quem non ſtare multipliciter ibi habetur, & de hac clauſula per eum ſtetit vel non ſtetit.

75 Legatum vſus domum poteſt habitationem legatam alij locare & penſionem recipere, & non qui ſolum vſum habet, quia alij non poteſt locare, niſi ſecum cohabitanti à quo poterit penſionem recipere, & de exemplis quomodo cognoſcatur vſus ab habitatione, cùm ſint difficilia cognitionis, vt ibid.

76 Legatum factum vxori vel alij de victu & veſtitu ſeu alimentis nulla loci mentione facta, debetur extra domum, & vbi libuerit honeſtè habitare.

77 Legatum factum filiabus vel nepotibus in caſum viduitatis de vſu, habitatione, & commoditate habitationis in domo ſua cum ſuis hæredibus communicando dotes ſuas, non debetur niſi viduæ remanſerint, & non ſolùm ſi ſemel, ſed plures viduæ remanerent.

78 Legatum factum per nobilem nepoti habenti amplam dotem ex teſtamento patris, de reductu & habitatione in domo ſua ſemper in omnem occaſionem ſuam & indigentiam

*tiam cum ſuis hæredibus communicando tamen vſumfructum ſuæ dotis, volens viuere in communione cum ſuis hæredibus, ſi verò noluerit, ſed ex ſe viuere quod debeant hæredes ei conſignare tantam partem ſtationum domus & hoſpitij, quanta commodè ſufficiat ad vſum ſuum & familiæ ſuæ in vita ſua tantùm pro quanto ei videretur ſtare & habere, quæ nupta nobili non habenti domum petit ab hæredibus conſignari ſibi habitationem, congruam, negant hæredes veniſſe caſum indigẽtiæ, cùm habeat maritum, & vbi latius, quid dicendum, & quòd teneantur hæredes conſignare licèt non ſit dictum aliquid de ciuitate tandem tenet author, vt latiſsimis diſcuſsis per eum ibidem videre eſt, per totam hanc dubitationem, & omnibus num. ſeq.*

79 *Maritus tenetur alimenta vxori ſimul & habitationem præbere.*

81 *Nupta debet ſtare in domo mariti, & eum ſequi.*

82 *Conditio viduitatis an & quãdo ſubintelligatur licèt non fuerit appoſita in teſtamento, & quòd non ibidem, & quare.*

83 *Legatum habitationis domus filiæ vel nepti quando omni tempore debeat valere nulla temporis facta mentione coniugalis vel vidualis.*

84 *Dictio ſemper iuncta verbo executiuo, habetur, denotat continuationem ſeu perpetuationem.*

*Et facit regulam æquipollere vniuerſali. ibidem.*

*Et denotat perpetuitatem in diſpoſitione teſtatoris. ibid.*

*Et non conditionatum, ſed ſimplex reddit fideicommiſſum. ibidem.*

*Omnes caſus & omnia tempora includit. ibidem.*

85 *Occaſio dicitur in veritate facti non vera, ſed extra apparet coloratè.*

*Et hoc verbum occaſio importat cauſam remotam & impulſiuam, & quandam demonſtrationem & conſilium ad fauorem legatariæ, ibidem.*

86 *Dictio vniuerſalis omnis comprehendit occaſionem & indigentiam eo in caſu etiam leuiſsimam, & importat cauſam quamcunque remotiſsimam.*

87 *Promittens ſe teneri de omni culpa, tenetur etiam de leuiſsima.*

88 *Diſpoſitio vniuerſalis operatur etiam ad caſus non cogitatos per teſtatorem, & ad omne tempus.*

89 *Legatum de vſu domus tacitè præſupponit neceſsitatem & indigentiam provt ſic per Alciat. diffinitur, qui vſus deberetur, etiamſi legatarius alias plures domos haberet, ceſſante ipſa indigentia, & quare. ibid.*

90 *Legatum alimentorum debetur ei qui aliunde alimenta poſsit habere, ſicut & duas habitationes quis habere poteſt, & duo domicilia, vnum in quo magis, aliud in quo minus conuerſetur, & quare ibidem latè & doctè, & de cauſa impulſiua.*

91 *Legatum alicui factũ pro neceſsitatibus ſuis debetur, dato quod neceſsitates non ſubſint.*

92 *Verbum pro neceſsitatibus in legato ſignificat cauſam impulſiuam & non finalem.*

93 *Legatum debetur & non ceſſat etiamſi conditio eſſet appoſita fauore honorati ſolius vel principaliter, & ceſſaret, & inter perſonas coniunctas præſumitur potius ex naturali affectione, & ex cauſa motiua, quàm ex cauſa limitatiua.*

94 *Interpretatio quæ voluntati teſtatoris verbiſq; repugnat, eſt euitanda.*

95 *Maritus relinquens vxori aliquid toto tempore vitæ, intelligit etiam tempore quo ſecundò nupſerit.*

96 *Mulier habens vſum domus poteſt habitare cum marito & perſonis ſuis, ſine quibus ſtare non poteſt vel non licèt, vt vxor cum marito, & cum tota familia, & vt ibidem.*

*Et ius perſonale conceſſum filiæ intelligitur, & conceſſum eius marito, ibi.*

*Et conceſſum mulieri quòd habeat vitam ſuam in quodam monaſterio, ſi accipiat maritum quòd maritus etiam habere debeat, & intelligatur viuente vxore. ibid.*

97 *Legatum factum nepti vel vxori de domo ſeu habitatione domus ipſius non exprimendo de qua ſua domo cùm plures haberet in patrimonio, an ſtand. ſit electioni hæredis de qua ſenſerit, an provt in caſu de quo ibi intelligi debeat de ea in qua frequentius habitabat pro maiori parte temporis, & de eo tempore conditi teſtamẽti, provt ſic videtur dicendum, vt latius ibi habetur, cum nu. ſeq.*

98 *Legatum factum de equo hoc modo, Lego equum meum, cùm plures equos haberet, intelligitur de eo qui in ſuo vſu eſſe ſolebat, vt dictio meum pleno modo intelligitur reſpectu proprietatis & vſus.*

99 *Meum magis dicitur quod per meam probitatem acquiro, quàm quod per anteceſſores habeo.*

100 *Teſtator quod viuus ipſe facturus eſſet, ab hæredibus ſuis fieri iuſsiſſe intelligitur in caſu, de quo ibi pulchrè.*

101 *Locus petitionis ac præſtationis legati conſtituitur diuerſimodè pro rerum legatarum diuerſitate. cum numero ſequent.*

102 *Legatum annuum quocunque loco petatur dari debet vbi aliter à teſtatore non ſit diſpoſitum, & declara vt ibi per gloſſ. de quo ibidem quatuor modis.*

103 *Legatum alimentorum debet præſtari vbi alimentarius habet domicilium.*

*Legatum de re mobili quæ ſit in longinquo, quomodo præſtetur. vide verb. res mobiles legata.*

104 *Res mobilis legata ſi repetatur in loco longinquo, hæres ſumptibus ſuis debet eam recuperare ex loco vbi ſit, & illam dare legatario reſtringendo quatuor tempora ſecundùm aliquos, vt ibi latè habetur.*

105 *Hæres pro re legata conſiſtente in ſpecie poteſt in tribus locis conueniri, domicilij, & maioris partis bonorum, & rei legatæ, non tamen condemnatur, niſi vbi conſiſtat res legata.*

*Idem in legato quantitatis ex certo loco ſic & conſiſtente in ſpecie, non tamen ita in legato in genere, quòd vbi petitur, & ibi præſtatur. num. 106.*

107 *Hæres quòd ratione loci rei legatæ poteſt conueniri, habet locum in re mobili, & quando ibid. vide.*

108 *Hæres adeundo hæreditatem, non videtur quaſi contrahere in loco vbi aditur hæreditas, ſed in loco vbi ſunt res legatæ.*

109 *Ius per aditionem hæreditatis acquiſitum vti intellectuale repræſentans defunctum non clauditur loco.*

110 *Hæres poteſt conueniri in loco domicilij pro obligatione perſonali orta ex aditione hæreditatis, in quo loco vti magis fauorabilis hæres conueniri debet pro legato, putà frumenti & vini, ad menſuram etiam alterius loci, declarando vt ibi pulchrè.*

## ¶DVBIT. VIII.

EST de loco legatorum, vt his ſubſequens
à prædictis, vel ipſa legata continens ſit,
vel vbi quicquam conſiſtat: ſicut enim
1 † locus eſt vnum de decem prædicamen
tis ſecundùm Ariſtotelem, & in iure ciui-
li neceſſarium à dependẽtibus à loco, vt iudiciorum lo-
cus, cõſuetudines locorum, limitationes territoriorum,
prædiorum regiones, & diuiſiones, & ſimilia, prout hæc
referendo ponit Bald. in cap. 1. §. vel ſi cum filia. quibus
2 modis feud. amit. & † argumentum à loco valere per
plura iura probat Dec. conſil. 278. colum. 3. verſicu. 3. ad
idem, & Stephan. de Feder. de interpr. iur. pat. 3. nume.
3 quadrageſimoſexto. Ita † locus præbet validum argu-
mentum ad tollendam legatorum ambiguitatem de





his præſertim quæ in locis conſiſtunt, vt l. ſed & ſi ſuſce-
perit. §. primo. ff. de iudic. & l. nec ſemel. §. ſi in habita-
tionem, quando di. lega. ce. & l. patronus. §. primo. de le-
gat. tertio, vt de prædicamento, vbi & de prædicamen-
to ſitus probat Bald. in l. voluntatis. colum. 2. num. 7. C.
de fideicommiſſ. addo clarum tex. in l. penult. in fine. de
condit. & demonſtrat. his verbis, veriſſimum eſt autem,
vt aliàs aliud ex perſona locoq; ſit extimãdum, vide per
Alber. Brun. qui in ſuo tractatello de rebus ſeu diſpoſi.
dub. fo. 36. §. nũc dicamus de dubia diſpoſitione ratione
loci, tractare & diſcurrere aſſumpſit per media & acta,
quæ poſſunt eſſe dubia ratione loci, & aliqua in diſcurſu
ponit, quæ noſtræ dubitationi conueniunt, vbi demum
4 † legatum eſt factum abſque mentione loci, vbicunque
habuiſſet teſtator rem quam legauit, ea quidem legato
cedit. l. fin. de pen. leg.

5 Cum itaque primo inueniatur † teſtatorẽ diſpoſuiſ-
ſe aliquid fieri in loco, & non expreſſerit de quo loco,
vel dari, puta, eccleſijs, vel pauperibus, & non dixerit de
quo loco, intelligitur quidem de loco ſui domicilij tẽ-
pore conditi teſtamenti per text. ſingularem in leg. quæ
conditio. §. 1. de conditio. & demonſtrat. & ibi doctor.
inferentes ex illo text. deciſionem ad plures quæſtiones
circa huiuſmodi ambiguitatem loci: vt ibi maximè per
Socin. & iam in quæſtione feci de teſtatrice relinquẽte
Eccleſiæ Sancti Franciſci, vt in eo fieret organa, & non
dicente de loco Eccleſiæ Sancti Franciſci, reſpondi in-
telligi de loco municipij teſtatricis, vt meo conſ. 86. li. 1.
per dictam. leg. quæ conditio. §. 1. & Anchar. conſil. 214.
Franciſcus antiquus. colum. penult. verſic. octaua ratio.
& aliàs intelligi de eccleſia parochiali, à qua teſtator ac-
cipit ſacramenta, vel in qua magis conuerſatur, Caſtr.
Imol. & Socin. in dicto. §. 1. Alexandr. conſil. 213. num. 2.
lib. 6. Abb. in capit. 4. ſub nu. 4. & ibi in Apoſtil. de teſta.
& ibi Couar. num. 2. de loco magis conuerſationis teſtã-
tis quàm loci teſtamenti intelligendum tradit Hierony.
Cagnol. in l. ſemper in ſtipulationibus, ſub nu. 10. de re-
gulis iuris, idem in l. ſemper in obſcuris. ſub num. nono,
eod. & Corn. conſilio 244. columna nona, verſicul. &
maximè attento. lib. ſecundo, & Alber. in l. legatis. §. pri-
mo, numero quinto, de legat. tertio, & Bartol. in leg. nu-
mis. eo. cum ſimilibus, de conuerſatione plurimum fa-
ciente & attendenda hic repetendis, tamen breuitatis
gratia omninò reuidendis, quæ congeſſi plene ſupra
lib. primo, interpr. ſecunda, dubit. ſecunda, ſolut. 5. ab
6 affectione, verſic. nono affectione exiſtente, & † de miſ-
ſis celebrandis pro anima teſtatoris in dubio teſtato-
rem voluiſſe eas dici in eccleſia, in qua ſepultus eſt, po-
7 nit Abb. conſil. 99. col. tertia, ad num. 5. lib. 2. & de † le-
gatis factis ſanctis, pone Sancto Petro, Sancto Ioanni,
Sancto Dominico & ſimilibus fit interpretatio pro ec-
cleſijs, quæ ſub titulo horum ſanctorũ in loco reperiun-
tur domicilij teſtatoris, ædificatæ & dedicatæ, & ſi eiuſ-
dem tituli, & nominis plures ſint, datur pauperiori, Af-
flict. deciſ. 244.

8 Secundo poteſt eſſe dubitatio de loco † expreſſo, an
ad alia loca ſe extendat diſpoſitio, vt ſi quis legat domos
vel mobilia, vel poſſeſſiones, quæ ſibi ſunt in ciuitate,
ſoluitur, diſpoſitionem legati ſe extendere & continere
domos & poſſeſſiones, & mobilia teſtatoris quas & quæ
habet in ſuburbijs extra ciuitatem per text. in leg. vxo-
rem. §. legauerat. de legat. tertio, & ibi Bart. & Alber. fir-
mant præcipue de mobilibus ibi perpetuo permãſuris,
& in l. cui quæ Romæ. eo. & ibi gloſſ. exponit congeren-
do iura, proinde ſub legato domorũ ſitarum in ciuitate
Saluciarũ venire domos teſtatoris ſitas in ſuburbijs ex-
tra ciuitatem, multifariam etiam coniecturãdo probat,
Aym. conſil. 297. qui per multa ſuffragia etiam mendica
ta ſe diffundit, & allegare omiſit tex. illos in terminis in
d. §. legauerat. & in d. l. cui quæ Romæ.

9 Item de loco, quando † ſunt relicta bona exiſtentia
in ciuitate, in domo, vel in camera, vel Romæ, Vene-
tijs, vel alibi, vel relinquo domum, quam habito, & ſimi-
lia, quæ demonſtrant rem legatam, ſolutio eſt, intelligi
bona legata, quę in loco deſignato ſunt permanſura per
petuo, vel ſic deſtinata eſſe, vel ſolita ſunt ibidem per-
manere etiam pro maiore parte anni l. cum de lanionis.
§. Sabinus. de fun. inſt. & l. ex facto proponebatur. §. re-
rum. ff. de hæred. inſtit. l. ſi fundus. l. qui ſaltum. leg. quæ-
ſitum. §. fin. de legat. 3. gloſſ. in l. omnia. §. 1. de legat. 2. &
gloſſ. in verſi. in cæteris. in l. Caius. in prin. eo. & l. pen. §.
1. de aur. & argen. legat. verbis his, quia illa verba, quod
domi meæ erit, ſic accipi debere, eſſe ſolebat, & hoc
probo, inquit Iuriſconſul. ibi cum ſign. in gloſſ. magna
10 in l. prædia. §. liberto. de fund. inſtruct. † Nãmq; res exi-
ſtentes ad tempus in loco demonſtrato legata continẽ-
te non veniunt ſub legato ipſo l. ſi fundus. & l. ſi chorus.
§. 1. de legat. 3. l. 1. & ſeq. C. de verb. ſignificat. cum ſimili-
bus per Corn. conſil. 244. col. penult. lib. 2. Capr. conſil.
44. colum. 3. num. 15. Card. Zaba. conſi. 51. in fin. de his
11 † autem rebus, quæ dicuntur eſſe in loco ad tempus,
maximè reputantur eſſe venales, & mercis cauſa exi-
ſtentes, quæ ideò non continentur etiam ſub generali
legato facto de omnibus bonis exiſtentibus in domo
per l. generali. §. vxori. de vſufruct. legat. ibi Bartol. &
Alber. tradunt & Corn. conſil. decimoquarto, ad finem.
lib. primo, dicens quòd hoc omnes doctor. habent pro
expedito. Plene etiam alleg. Couar. Hiſp. vari reſolut. li.
ſecundo, cap. 5. num. 3. verſi. quarta concluſio. idem Ari.
Pinel. Luſitanus, vt frequentioris ſui moris eſt in ſuis
commentarijs modò hunc, modò illum mordendo, vel
quòd incaute ſcripſerit, vel errauerit, vel variauerit,
ſibi ipſi repugnans fuerit, vel non aduerterit, & ſæpius
contra gloſſ. & omnes, & ſimil. potius neſcio quid mor-
dacis citat in rub. 1. part. num. 38. 39. 40. C. de bon. ma-
12 tern. demum concludit, prout alij ſæpius firmant † in
ſimpliciter legato generali rerum vel bonorum cõpre-
hendi venalia: ſecus autem eſſe in legato non ſimplici,
ſed reſtricto ad certum locum, vt noſtra eſt dubitatio vt
omnium rerum & bonorum, quæ in his domib. erant,
dicto. §. vxori. vel ad certam qualitatem, vel certum
vſum, vt omne muliebre, ſi qua alia muliebria apparue-
rint ad vſum ſuum parata, vt l. pediculis. §. item cum
quæreretur. de aur. & argen. legat. tunc enim venalia in
legato non comprehenduntur, niſi aliud de voluntate
teſtatoris conſtiterit, vt his iurib. probatur, & per Ruin.
conſil. 155. colum. penult. numero nono, lib tertio, pro
quo cum allegat. per eum videtur text. in dicto. §. item
cum quæreretur. ibi, *Si teſtatrix habuerit proprium ar-*
13 *gentum ad vſum ſuum paratum*, &c. Vbi ergo † quid mo-
bile reperitur in loco rei immobilis legatæ, ibi non per
manſurum pro exercitio ipſius rei legatæ vel pro vſu
teſtatoris id quidem non cedit legato facto cum mobi-
libus ibi exiſtentibus, vt ſunt iura aperta & deciſ. do-
ctor. ſupra allegat. vel ſint pecuniæ. dicta. l. ſi chorus. §.
primo. Corn. conſilio quadrageſimonono, colum. pen.
libr. tertio, vel ſint venalia dicto. §. vxori. limitant hoc
doctor. niſi reſpectu exiſtentiæ in loco, vel adſit aliqua
vniuerſalis dictio, vt cum mobilibus quomodocunque,
vel qualitercunque exiſtentibus vel repertis in domo
ex Bartol. in dicto. §. vxori. in fin. Couar. dicto cap. quin-
to, ſub numero tertio, verſic. ſecundo conſtat. & Bero.
quæſtio. 29. & 30. Vel aliud mobile non reperitur in lo-
co, niſi venale, vel in pecunijs, quia his caſibus legatum
comprehenderet tale mobile, ob vniuerſalitatem præ-
dictam, neve legatum eſſet fruſtratorium, à contrario
ſenſu per text. in dicto. §. item cum quæreretur, & ibi
per gloſſ. in verſicul. non videri, & poſt alios per Couar.
dicto loco, verſic. primo ſiquidem. & in ſequent. alia
proſequentem in materia, & Ari. Pinel. dict. rubr. part.

prima.num.43.& Bero.conſil.44.num.13.& ſeq. libr. 2.
quos vide.
Sed quatenùs ibidem in verſic. tertio apparet. Co-
uar.tenere videtur ex Decij conſilio 472. columnn.vlti-
14 ma. teſtatorem à † legato mobilium,exiſtentium in do-
mo non intelligi velle excludere fructus perceptos ex
ſuis prædijs, & agris, quos vltra victum ſuæ familiæ ne-
ceſſarium ſuperabundantes etiam habeat venales, & ſo
litus ſit vendere, quaſi huiuſmodi excluſio rerum ve-
nalium ſolummodò ſit de his rebus, quas teſtator te-
net venales ex mercatura, vel negotiatione quam exer-
cuerit, comprobando etiam, per l. ſeruos. ibi, *Eum qui
venaliciariam vitam exercebat*, *&c.* de legat. tertio, ad-
do poſſe facere text. in dicto. §. item cum quæreretur.
ibi, *Cum teſtatrix negotiatrix fuerit*, dicerem autem ego
hanc ſententiam non ita ſimpliciter tenendam, quia
Abb.conſilio ſexto, lib. primo, quo nititur Deci. dicto
conſilio 372.ad finem, loquitnr in hac facti ſpecie, quis
15 dicatur † negotiator, & firmat eum propriè dici, qui
rem emit, vt eam totam ſui lucri cauſa vendat, non ve-
rò eum dici negotiatorem, qui vendit bladum & vinum
ex ſuis bonis recollectum, & ſic contra iſtum non eſſe
locum capit. fin. de vita & hon. cleri. & text. in dicta l.
ſeruos & in dicto. §. item quæreretur.ibi, *Cum teſtatrix
negotiatrix fuerit*, narratiue quæſtionem proponere in
negotiatore, ſed quæſtio noſtra conſiſtit nunquid bo-
na legata exiſtentia in loco aſcripto legato cedant, &
reſponſio communis eſt non cedere ea quæ non per-
manſura in loco ſunt, & conſequenter in loco non ſtant
pro vſu teſtatoris ijdem text. concedunt, & in dicta.leg.
ſeruos, ibi, *Vt illico diſtraheret*, & ſic non eſt permanſu-
rum in loco, & in dicto §.item cum quæreretur.decidi-
tur legatum videri argentum, quod teſtatrix etiam ne-
gotiatrix ad proprium vſum paratum habuerit, non ve-
rò id legatum, quod negotiandi cauſa venale proponi
ſoleret, ergo vinum, triticū, vel oleum ex bonis teſtato-
ris collectum tempore eius mortis repertum in domo
teſtatoris, quòd ibi pro vſu teſtatoris non eſt perman-
ſurum quia ſic vltra victum debitum familiæ teſtato-
ris vſque ad nouum recollectum, & quolibet anno vel
biennio venali proponi ſolitum, & diſtrahendum om-
ninò non venit ſub legato mobilium exiſtentium in
domo vel in prædio per textum expreſſum in l. prima.
C. de verborum ſignificatio. qui loquitur de vino &
oleo ex fructibus fundi exiſtẽte in eo, ſi tamen id venale
fuerit non cedere legato, ſicut alia ad tempus in præ-
dium tranſlata legato non cedunt, & in dicto. §. vxori.
qui ex ſalinis teſtatoris non modicam ſalis quantitatem
inuentam, quaſi vltra vſum teſtatoris, & ſic venalem in
legato vſusfructus non venire decidit ex ſententia te-
ſtatoris, qui text. non poſſunt euitari, quin loqui intelli-
gatur de fructibus poſſeſſionum teſtatoris, qui venales
fuerint, prout bene aduertẽdo tenet Hieron.Gabr.Eu-
gub.conſ.98.nu.36.& ſeq.in hoc ſtando ſolito teſtatoris
circa quantitatem fructuum conſeruãdam pro ſuo vſu,
quòd hæc veniat in legato reſiduũ verò nõ veniat, quòd
venale proponere ſolet, idem ſentit Ari.Pinel.dic.rub.
d.part.1.nu.44.licet poſteà inclinet opin. Dec.d. conſ.
472.ad finem æquitatem habere, vt poſſit teneri extra
terminos dicti §.vxori, æquitas verò iſta ceſſat, quia dari
non poteſt caſus extra dictum §.vxori, & extra dictam l.
1.C.de verborũ ſignif. quòd fructus bonorum quorum-
cunque teſtatoris exponẽdi venales, non ſint venales, &
conſequenter non poſſunt eſſe extra cẽſuram dictarum
legum, quibus ideò magis ſtandum eſt, quàm alicui præ-
tenſæ æquitati ex noſtro capite, Alber. & Iaſ.in l.quod ſi
Epheſ.de eo quod cert.loco, cum maximè legata huiuſ-
modi bonorum mobilium per notarios ſcribantur ſub
verborum ampliorum inuolucro ab eis male, à teſtatori-
bus peius intellecto, vnde iuris interpretatio fit ex ter-
mino aliquo ipſis legatis aſcripto reſtrictiuo ad certum
locum, vel ad certũ vſum, quòd res non comprehendã-
15 tur legatæ ibi non permanſuræ veluti venales, ſic & † pe-
cuniæ in dies expendendę, nomina debitorum, libri de-
bitorum, inſtrumenta & cautiones, ſcilicet non conti-
nentur ſub legato per l. Caius. in princ. de legat.2.cum
concordant. ibi in glo.l.ſi chorus. §. 1.de legat.3.Corn.
conſi.49.col.pen.li.3.Ruin, dicto conſi.155.nu.8.ad finẽ.
16 lib.3.vbi propriè dicit, ea enim † bona mobilia, quæ in
domo fuiſſent venalia, puta frumentum, & vinum, vltra
neceſſitatem totius familiæ & alia ſimilia in legato non
venire per dictam l.primam, & habendo reſpectum ad
neceſſitatem familiæ, quòd id frumentum & vinum ve-
niant in legato per l.quęſitum in princ.de fund.inſtruct.
ibi, *Sed ego puto & frumentum, & vinum ad cibaria paratum,*
&c.& §.idẽ reſpondit inſtructis, præterea quòd vendens
fructus ſuos, & ſolitus vendere legando, quòd eos vti
venales non ſenſerit cũprehendi in legato, adduco cla-
rum text.in l. nam quod liquidè, poſt prin. de pen. l. per
hæc expreſſa verba, *Item ſi quis ſolitus fructus ſuos ven-
dere penum legauit, non omnia, quæ & pro commercij cauſa
habuerit legaſſe videtur, ſed ea ſola, quæ in penu ſibi ſepara-
bat.* Ecce non poteſt eſſe clarior lex ipſa, ibi fructus
ſuos ſubiungendo ibi maximè ſeparatum exemplum
in perſonis mercatorum, ergo intrepidè tenẽda eſt hæc
ſententia, mirum ego quoque dicam hunc tex. præ ocu-
lis etiam patẽtem in loco communi non fuiſſe animad-
uerſum à Dec.. à Couar. & ab aliorum oculatiſſimo
17 Ario Pinel. Verum quia † legare penum eſt legare fru-
ctus omnes neceſſarios eſui potuiq; per l.tertiã, in prin.
de pen.lega.de quo plura diſcutit Catel.Cot.in ſuis me
mor.litera P.verſi.penoris legato, ideo forte aduerten-
dum eſt quomodo teſtator tenuerit ſuos fructus com-
mixtos vel ſeparatos pro deliberando quid veniant in
legatum fructuum, vt verba ſonant dict.l.nã quod liqui-
dæ.§. primo, concordat & l. cum quæreretur. §. lana.
de legat. 3. & ibi gloſſ.puto tamen hoc procedere in le-
gato penoris, quod vſitari nunquàm vidi, quare in lega-
to nobilium in loco vbi poſſint venire fructus. qui autẽ
cognoſci poſſunt eſſe de ſolitis vendi, non veniunt, d.§.
vxori.cum alijs alleg.& reſoluit tex.in d.l. nam quod li-
quidæ. ibi quòd ſi promiſcue, &c. ſcilicet quod ſufficit
pro victu annuo cedit legato.
18 De † pecunia & inſtrumentis debitorum quòd non
veniãt eſt text.in l.quæſitũ.§.1.& in l.ſi mihi.§.fin.de le-
gat.3.per Old.conſi.163.quod nomina.& Alexan, plene
in conſ.68.lib.6.Pariſ.conſi.80.nu.35.42. & per totum.
19 lib.2.vbi latiſſimè de † bonis legatis, quæ ſunt in came-
ra, quòd ſolummodo ea intelligantur legata quæ ſunt
ad vſum cameræ, & non quæ ſunt ibi ad beneplacitum
20 & non vt perpetuò ibi eſſent, & vbi † legata ſunt bona
exiſtentia in vna parte domus, puta in camera, non ve-
niunt exiſtentia in alia parte, puta in ſtudio, vt ibi per
eum in primo dubio. Secus verò dicendum eſſet quan-
21 do huiuſmodi † legatum conceptum eſſet verbis gene-
raliſſimis & pleniſſimis, de quibus per Bero. conſil.44.
num.5, libr.2.quia pecuniæ, inſtrumenta debitorum, ve-
nalia, & quæcunque reperta in domo tunc legato cede-
rent, vt ibi per eum & aliqua per Gozad.conſ.82. num.
12.& Alexand.conſil.61.colum.penult.& fin.Pariſ.con-
ſil. 66. num.ſeptimo, conſil. 69.numer.quadrageſimo-
quarto, libr.ſecundo, Ruin.conſil.32.colum.ſecunda,
lib.ſecundo.
22 Vlterius relinquo † frumentum quod habeo Piſauri
venit & frumentum quod habeo in ſuburbijs & con-
tinentibus ædificijs, puta in portu, Petr. Pech. de teſta.
coniug.lib.5. capit.13.num. 2. ſed magis quia & in ædi-
bus ibi conſtructis, quæ ſunt de ſuburbijs intermedio
aliquo non exiſtente niſi foueo publico, etiamſi eſſet
via intermedia, vel flumen publicum, vt eſt flumen Pa-
di,



di, inter ciuitatem Ferrariæ & ſuburbia ſua, quæ appel-
lantur Sancti Lucæ, etiam magnorum ædificiorum in
oppoſitum Ferrariæ ad ripam Padi conſtructorum eiuſ-
dem iuris publici exiſtentis ita eiuſdẽ eſſet de legato fru
mẽti, quod teſtator haberet Ferrariæ, & eius quod ha-
beret in dictis ſuburbijs, ex l.nam quod liquidæ.§. ſi le-
getur.de pen, leg.per doct.Bald.in cap.Rodol. col. fin.
nu.8.de reſcript.quem ibi canon.ſequũtur, & Felin.col.
23 1.& ſequen.vbi verò † relictum ſit frumentum quod te-
ſtator habet in ciuitate ſimpliciter, vel in ciuitate Fer-
rariæ, non veniret illud quod habet in ſuburbijs, quia ci
uitatis appellatio muris finitur. l. 2. de verbor. ſignifi.
minúſque veniret illud frumentum, quod habet in
comitatu, Socin.in l.2.nume.3.de reb.dub. & vt Bald.
& alij firmant in d.c.Rodulphus, in aliquibus declaran-
do dicta Bald.vt ibi per Felin. columna 2. ex quo nota
24 † vbi concurrit nomen appellatiuum reſtrictiuum, vt
eſt ciuitas, & nomen proprium extenſiuum, vt Piſau-
rum, reſtrictiuum attẽditur, facit l.ſi ita aſcriptum.in fin.
de legat.1.cum ſign.ibi in gloſſ.& clarior gloſſ.eſt in leg.
25 nam quod liquidæ.in fin.de pen.leg.† legato enim fru-
mento quod in vrbe eſt, & illud quod in portu eſt de-
betur, Pet.Pech.de teſtam.coniug.lib.5.cap.13.ad num.
2.addo Dec.in cap.inter cæteras.ſub num.7.ad fin.de
reſcript. cùm dicat, de portu idem iudicatur quod de
vrbe per not.in l.Cæſar.de publica.& in cap.vbi pericu
26 lum. §. porrò.de elect. in 6.limitat.† denique prædicta
Felin. in cap. Rodulphus, colum.2.in princip.niſi teſta-
tor haberet frumentum ruri vel comitatu tantùm, non
autem in ciuitate, vel & illud etiam quod haberet, eſſet
deſtinatum aſportari in ciuitatem, vt legatum ſit vtile,
quia & hoc veniret in legato.argum.l.pen.§.paterfam.
de leg.3.l. Seiæ, de aur.& arg.leg.l.fundus qui locatus.
& l.Seiæ.§.inſtructis. de fun.inſtr.l. ex facto.de hæred.
inſt. cum antè alleg. in præceden.dubit.verſic.deſtina-
tione autem.& per Socin.Iun.conſil.98.nume.21.lib. 1.
& Io.Mar.Riminal.conſi.436.nu.3.
27 Legatum item factum † de omnibus pannis & mo-
bilibus ac maſſaritijs domus, vel quæ in domo ſunt, ex
adiectione loci domus reſtringitur ad mobilia, pan-
nos, & maſſaritias tantum quæ ſunt in domo, vel in ea
ſolent ſtare & eſſe, nec quæ caſu ibi fuerunt per l.quæſi
tum. §.fin.de leg.3.Bald.conſil.485.qui legat.lib.4. Za-
ba.conſi.51.in fin.latè defendit Dec.conſ.92. ita in hoc
voto quòd expreſſio domus in legato tali ſtaret reſtri-
ctiuè, fuerunt omnes domini de conſilio Neapolitano
ſolo Math.de Afflict. in contrarium motiuante in de-
ciſ. 106.cuius motiuis effectualiter reſpondet Dec.d.
conſil.92.idem firmat conſi. 472.num.20.& ſeq.& ſuf-
ficit quòd iuſſu teſtatoris bona ſic legata ſint in loco le-
gati Socin. Iun.d.conſi.98.nume.24. lib. 1. vbi ad fin.
nume.44.limitat conſil.Decij non procedere quando
appareret de contraria voluntate teſtatoris, nec quan-
do aliàs legatum redderetur inutile, ſcitur vulgatum
28 vocabulum, † maſſaritiæ, vel arneſia domus, idem im-
portare, quod important ſupellectilia, Bald. d. conſil.
485.Abb.conſi.88.num.2.lib.2.Bart.in l.1.de ſupel. leg.
Atque mobilia, & nomina debitorum indicãtur eſſe de
loco, in quo erat perſona teſtatoris probat Alexand.
conſil.19.colum.3.num.7.lib.6.Goz.49.nu.14.& Alex.
conſil.decimo ſexto, nume.5.6.7.lib.1.& deſtinata ſolu-
29 tio Alexandri. conſi.136.num.12.† nomina debitorum
tamen non veniunt ſub legatum bonorum mobilium
aſcriptorum certo loco, etiam domicilij, perſonarũ, de
bitorum, Socin.conſi.101.colum.fina.lib.primo, Oldr.
conſi.219.factum tale eſt, Dominus Rex.intellige præ-
30 dicta † quando teſtator ſit locutus per verbum præſen-
tis temporis, quòd reliquit bona quæ ſunt in domo,
quam habet in ciuitate, & ſcit plura bona habere ruri,
quæ erant reportanda ad domum ciuitatis, proinde ſub
tali legato non veniunt declarat Alexand.conſi, penult.
nume. quinto, lib.ſeptimo. At voluntas teſtatoris vbi
apparere poteſt, omnis alia noſtra interpretatio ceſſat,
vt paſſim leges ponũt legatũ denariorũ, quos teſtator re
peritur habere, factum vxori non reſtringitur ex legato
mobilium domus facto eidem cùm debeantur pecuniæ
puta exiſtẽtes in Zecha vel in bãcho, Ceph.conſi.599.
Non omitto ſcriptis tradere conſiderationem, ſeu
etiam elici poteſt ex iuribus præallegatis differentiam
facientibus in expreſſione loci rerum legatarum, quo-
ad res habentes locum permanentem & quoad res ha-
bentes locum momentaneum & ad tempus, & quæ fa-
cit ad corroborationem, & declarationem allegatorum
per Deci.dicto.conſil, 92. & per Afflict. d, deciſ. 106.
& ad declarationem mirabilia text.in d. l. nam quod
liquidæ. §. fina, de pen.leg.ibi, omnem penum, præter
vinum quod Romę erit, ſola penus quæ Romæ eſt, le-
gata videtur, & circa illud de quo ibi Bart.in fin. du bi-
tat. Diſtinctio namq; talis traditur.
Rem quamque corporalẽ neceſſario eſſe in loco ali-
quo nunquam incertum eſt, vt ipſius loci prædicamen-
tum deſignat ſecundùm Philoſophum; qui quidem
31 † locus aut eſt ipſius rei permanens & firmus perpetuo,
32 aut eſt momentaneus & ad tempus. Primo caſu † per-
manens, & firmus perpetuo rei locus dicitur, vbi pro
vſu vel deſtinatione patrisfa.res eſſe debet, vel ſolet eſ-
ſe, & permanere perpetuo pro ſui duratione, & vſu præ-
dicto, vt l. qui ſaltum. l. quæſitum.§.fin.l.ſeruus qui in
fundo de legat.3.& l.quæſitum.§.ſed fundus.ad fin.ibi
quæ illic fuit vſus ipſius gratia, & l.cum de lanionis.§.Sa
binus.de fund.inſtru.& tunc ſpecialis expreſſio loci rei
ipſius eſt demonſtratiua rei, & ſimul reſtrictiua, quia
talis res extra ipſum locum ſuum non datur in ſua exi-
ſtentia permanente, & in ſpecie noſtra loquendo te-
ſtator non ſentit de ſimili etiam re alterius loci.l.ſi Lu-
cius.§.collegio.de leg.3.iuncta ibi glo.fin.l.quæſitum.§.
ſed ſi qua.de fun.inſtrum.cum alijs ſupra allegat. & per
not. in l.cum prætor.in prin.ff.de iudit.& in ſpecie per
33 text. in dict. l. † nam quod liquidè. §. fin. vbi ſpecialis
mentio Romæ loci penoris legati derogat generali-
tati locorum ipſius legati penoris, quod valeret quic-
quid penoris vſus cauſa vbicunqne habuiſſet teſtator
per text. in l. fin. in fin. de pen. legat. vt ſpecies ſem-
per derogat generi. l. ſeruis vrbanis. in fin.de legat.3.
ita text, in dict. §.fin.non tamen rerum legatarum, re-
ſpectu, quod generale legatum eſt penoris, vt l.3.in prin.
de pen. leg.licet vinum excipiat, ſed reſpectu locorum
per expreſſionem ſpecialem loci Romæ reſtringit le-
gatum ad ſolam penum quæ Romæ eſt, concedo ta-
lem reſtrictionem fieri propter dictionem, præter,
ibi in text. aſcriptam, vt ibi communiter doct. tene-
re dicit Alber. in dict.§ fin.ad fin.quia tamen non re-
ſtringit penum ad vinum cui principaliter adijcitur ip-
ſa exceptiua dictio, præter, ſed ad ſolum locum Romæ,
dicendum eſt ſolam ſpecialem loci Romæ expreſſionẽ
factam attendendam, & venire in reſtrictione, ac ratio-
ne quia per ſpecialitatem loci derogatur generalitati
locorum, quibus poſſet contineri quicquid penoris vſus
34 cauſa teſtatori fuiſſet d.l.fin. vt dictum eſt, cùm † pe-
nus habeat locum permanentem pro vſu teſtatoris, a-
deò quòd ei legatæ non cedunt venalia, d.l.nam quod
liquidę in princ.& §.1.vnde magis reſtringitur per ad-
iectionem loci poſitam vltimo in eadem oratione vni-
formiter omnia reſpicientem, Bar.in l.quęſitum.§. Me-
uij.ad fin.de leg.3.per text.ibi, per quam etiam adiectio-
nem loci poſitam poſt genus, & poſt ſpeciem fieri reſtri
ctionem rerum legatarum, vt ſi teſtator legat omnę ar-
gentum, & omnem ſupellectilem, & quicquid in fun-
do Semproniano habet, tale legatũ reſtringi ad ea quæ
ſolùm erãt in fundo Semproniano, probat Dec.in cap.

ſedes.colum.fin.ad fin.verſic. poſtremò. de reſcript. re-
ferendo d. ſuum conſil. 92. refert & ſequitur Cagn. in
l.1.ſub nume.27.de reg.iur.Hoc enim procedere exiſti-
mò,licèt alij non aperiant, magis propter mentionem
loci in legato facto de pluribus enuntiatis alicubi per-
manſuris perpetuò, non ad tempus, quòd demum lo-
cus appoſitus ad earum demonſtrationem eas demon-
ſtret & reſtringat omnes ad ſe,ita quòd eiuſdem loci eſ-
ſe res ipſę cenſentur,Alex.con.16.col.2.nu.5.6.li.1.& ex
tra locum expreſſum aliæ res ignorantur, & nõ veniunt
in legato,vt dictum eſt.

36 Secundo caſu † locus momentaneus & non firmus
rerum dicitur earum, quæ venales aut ad tempus ſunt
in loco ipſo, vt l. ſi fundus.l.ſi ita legatum.de leg.3.gloſ.
in verſic.mercis cauſa.d.§.vxori.l.generali.de vſufr.leg.
Tunc loci mentio in conſtituendo legatum rerum lo-
co mentionato contentarum non comprehendit in le-
gatores venales, inſtrumenta, cautiones debitorum,
pecunias expendi cauſa ibi exiſtentes,nec aliud mobile
ibidem non manſurum dixi parum antè, & repeto per
l.quæſitum. in fin. l. ſi chorus. §. 1. l. ſi mihi. de legat. 3.
l. Caius. de legat. 2. dict. l. generali. §. vxori. cum con-
cord. ibi ſign.in gloſ. Per diſtinctionem iſtam, quæ ve-
ra probatur per alleg.iura, & poſſet ad plura inſeruire,
& maximè ad ea de quibus præmiſſum eſt, talis quæſtio
37 deciditur, Ampliſſimus † mercator in pluribus ciuita-
tibus & locis nundinarum merces diuerſarum rerum
habens alia loci mentione non facta omnes merces
ſuas legauit Titio,exceptis decem caſſis piperis quas ha
bet Piſauri,&ſi per hanc exceptionem videatur facta re
ſtrictio legati ad ſolas merces,quæ ſunt Piſauri per text.
in l.nam quod liquidæ.§.fin.vbi in legato generali om-
nis penoris per exceptionem vini, quod eſt Romæ, re-
ſtringitur legatum ad ſolam penum,quæ Romæ eſt, ni-
hilominus in quæſtione propoſita cenſeo exceptionem
generalis legati factam ad certam rem certi loci reſtrin
gere legatum ipſum, quatenùs ſit res ipſa excepta in lo-
co expreſſo, & non in locis alijs,quia generalitas legati
mercium eſt in rebus,& non in locis, cùm venales ſint,
& non manſuræ in loco, vt probant iura nunc hoc ſe-
38 cũdo caſu allegata. Vnde † exceptio arctat generalita-
tem in rebus exceptis tantùm vbi eſt, & non in locis
vbi non eſt, vt eſt natura exceptionis operari in rebus
exceptis, non in alijs; dicta l. nam quod liquidæ, §.
fin. in primo dicto, & l. quæſitum. §. denique. de fun.
inſtruct. cum ſimilibus, per Cagn. in l. prima, numero
25.de regul.iur.ſuper contrario dict. §.final.quoad reſtri
ctionem regulæ ad locum exceptum reſpondendo fir-
mat quæſtionem,ſtatuto cauetur præter nobiles Peruſij
39 † omnes artifices poſſunt eſſe priores,an artifices comi-
tatus poſſint eſſe priores, & ſoluendo poſſe eſſe priores
artifices comitatus, quia locus exceptionis non arctat
locum regulæ, cum quicquid non excipiatur, remanet
ſub iudicio regulæ, per l. Titiæ textores.de legat. 1.tra-
dit Bald.in l.omnes populi.colum.antepenult. verſicu.
ſed pone ſtatuto de iuſtit.& iur. ſequitur Felin. in capit.
quoniam frequenter.col.3.verſ.demum ſcias.vt lit. non
conteſtat.Nam verba dictæ exceptionis,quoad res exce
ptas nẽpe ſtãt diſpoſitiuè, & reſtrictiuè,quo verò ad loci
adiectionem in dubio ſtant demonſtratiuè,& non diſpo
ſitiuè per l.fin.§.Titia. de liber. lega. ſentit Bartol. in d.
§.fin.in fin.licet circa hoc dubitet.Tamen dubitandum
non eſt remouendo contrarium adductum ex dicto §.fi.
de exceptione certæ rei, certi loci reſtringente totum
legatum, generale etiam quoad loca ad certum locum,
hoc ideò eſt, quia ibi in penu legata quoque eſui,potuí-
que conuenientia ſunt cauſa vſus patrisfam. parata per
tot.l.tertiam, de pen.leg. & poſſunt eſſe in pluribus lo-
cis.dicta l.nam quod liquidæ. §. ſi legetur. & l. fin. eod.
cumque iſta ſint in locis manſura perpetua pro dicto
vſu, ideò ſumus in primo caſu ſupra dicto, quo per ad-
iectionem ſpecialis loci rerum legatarum ſtantis diſpo-
ſitiuè & reſtrictiuè derogari contingit generalitati lo-
corum, vt ſupra probatum eſt. Secus dicendum eſt hoc
ſecundo caſu,quo ſic res non ſunt ſubiectæ locis, niſi de
monſtratiuè, quatenùs adſint ibi, quibus enim earum
adeſſe ad tempus non adeſſe dicitur. dicta. l. quæſitum.
§. Papinianus quoque prædijs. de fund. inſtruct. cum
ſuis concordantibus ibi in gloſſ. & per Alber. Brun.tra-
ctat.de rebus, ſeu diſpo.dub.§.de dubia diſpoſ. ratione
loci.verſi.dubia diſpoſitio circa eſſe de loco, vel etiam
in loco,folio 41.

Inſuper aduertendum eſt, vt valeamus congruè ca-
ſus & deciſiones legum tit. de fund. inſtr.& titu. de ſu-
pel. lega.applicare caſibus teſtamentorum noſtri tem-
poris, quòd antiquitus teſtatores legando res ſibi, vel
fundis,vel domibus legatis conuenientes, & in ipſis fun
dis, vel domib. exiſtentes, tali modo legandi vteban-
40 tur, † Lego fundum inſtructum, vel fundum & inſtru-
mentum, vel domum cum inſtrumento, vt videre eſt
ex lectione d. tit. de fun.inſtr.& l.prima, & 2. C. de ver.
bor. ſign. inter hos quoque legandi modos erat diffe-
rentia, vt l.ſi cui fundum. & l. quæſitum. ſed ſi fun-
dus. de fun. inſtr. Talem namque formam legandi non
legimus in teſtamentis noſtri ſeculi. Sed quòd teſtator
iure legati reliquit poſſeſſionem,prædium,fundum cum
iuribus,pertinentijs,&commoditatibus ſuis,vel in eo eſ-
ſe,& ſtatu,quo reperitur eſſe, vel domum fulcitam cum
ſuis tapezarijs, vel ſuis maſſaritijs, & commoditatib.
vel in eo ſtatu,&c. Vnde ego exiſtimo hunc modernum
legandi modum eandem vim & importantiam habere
cum illo modo antiquo, moueor quod Iuriſconſ. ipſi
conſultationes ex dictis formulis legandi antiquis de-
cidentes voluerunt pariter, & deciderunt hanc formu-
lam legandi etiam anguſtiorem & leuiorem dictis le-
gandi modernis formulis,Lego fundum meum, vel do-
mum meam ita vti eſt, vel ſicut à me poſſeſſa eſt, vel vt
nunc eſt, vel vti poſſedi, vel ſicut eſt,ſignificare, & im-
portare tantundem,ac ſi dictum eſſet,Lego fundum in-
ſtructum,Lego domum inſtructam, vt l. quæſitum.§.pe-
to.l.prædijs.§.1.l. qui habebat. §. fin. de leg.3.& l.1.in
fin.de ſerui.leg.& l.Seiæ.§.fin.& l.prædia.§. ita legatum
eſt de fund.inſtr.eſt & not. text. cum gloſſ. in l. 2.C.de
41 bon.vacan.lib.10.vbi † verba integro ſtatu ſuo in dona-
tione domus exponuntur cum adiacentibus, & manci-
pijs,& pecoribus,& fructibus,& omni iure ſuo,vt ſic in-
ſtrumentum poſſeſſionibus, vel domus tradatur, vt ibi
Bartol.& Bald.not.& comprobat Alexand.conſil.68.in
1.dub.lib.6.& Iaſ.in l.1.col.2.C.de verbor.ſignific.idem
important verba,pro vſu ſuo,& ſuæ domus.Ruin.conſil.
155.num.7.lib.3.

42 Quæ igitur † legato fundi inſtructi,vel domus inſtru-
ctæ cedat abſque eo quòd exprimendo ea chartas im-
pleam,in occurrentia facti videantur text.& gloſſ.in al-
leg.locis,& præſertim in tit.de fun.inſtrum.& de ſupel.
legat.vbi verò fundus, vel domus ſimpliciter legatur.
inſtrumentum eius aliter legato non cedit, neque ſu-
pellex eius per l.fina.de ſupel.legat.niſi quod compara-
tum eſt ad perpetuum vſum domus, Alexand.conſil.61.
num.4.ſed aliud eſt, ſi vſusfructus legetur, quia tunc in-
ſtrumentum fundi, vel domus etiam debetur, vt ibi
gloſſ.tenet per l.ſed & ſi quid.§.proprietatis.in fin.ff.de
vſufr.

Tertiò, nihil eſt in teſtamentis, quod tantùm loca
concernat, quantum legatum habitationis, idq; adeò
frequens eſt,vt ferè nullum teſtamentum inueniatur, in
quo non ſit habitationis legatum,vel vxori, vel filiabus,
ſeu alijs factum. De hoc ideò concluſiones aliquas, &
deciſiones interpretando exponam, quæ magis quoti-
dianæ videbuntur.

43 Pone



Pone primo quis habet † plures domos in ciuitate,
43 in comitatu, & in alijs locis, in quibus quandoque ha-
bitauit in comitatu tempore peſtis, vel recollectus fru-
gum, & in alijs pro ſuis negotijs occurrentibus, legauit
Titio omnes domos ſuas,quas inhabitat, ſanè intelligi-
tur legaſſe domos non comitatus,vel aliorum locorum,
ſed domos ciuitatis, quas frequentius ſolebat habitare,
ex verbo hoc inhabitat, quod eſt frequentatiuum, per
l. primam. §. habitare. de his qui deiece. de rara & mo-
mentanea habitatione non intelligendo tradit Bald. in
l.prima. verſicu.ſed pone dico. de ſtat.hom.comprobat
Felin. in capit. quoniam. columna prima, verſicu. di-
citur autem habitarę. dę offic. ordin. vbi multas deciſ.
44 congerit,† quomodo quis dicatur ciuis, incola, foren-
ſis, & habitare in loco, quòd qui tribus menſibus rura-
tur, nihilominùs dicitur habitare in ciuitatę, & ſtans in
hoſpitio non dicitur ibi habitare, vt ibi per eum,& quo
pro maiore parte anni vbi quis habitat, dicitur ibi ha-
bitare. leg. cum de lanionis. §. Sabinus. de fun. inſtru.
& ibi Bartol. & ibi habere ſuam ſolitam habitationem,
Pariſ.conſilio 41.numero penul.libro 4.Thom.Gram-
mat.conſilio ciui.159. Roman. 264. Afflict. deciſ. 384.
Bald.conſilio 234.decretum Magnifici.libro 1. conſilio
198. ſtatutum ciuitatis Tergeſtij. nume. 2.& 3. libro 2.
adduxi ego & plura ad hoc, qui dicantur habitare in ci-
uitate in conſil. 119.numero 7.& ſequent.libro 1. Adde
45 † & intelligeretur legaſſe habitationem domorum,quas
habet teſtator in loco domicilij,per leg.quæ conditio.§.
1.de conditio. & demonſtration.ponunt Bald.Angel.Ca
ſtren.Imol.& Alex.in leg.ſi domus. in princip. de legat.
46 1.&ſi legaſſet † ſimpliciter habitationem domus,& ſolam
haberet in domicilio,de ea intelligeretur,ſi plures habe
ret,eſſet in electione hæredis dare,quã vellet, Bald.ibi.
dummodo daret conuenientem conditioni legatarij ar-
bitrio boni viri, ibi Caſtr.& Alexand.ſub nume. 4. & ſi
eſſet ſcriptum, Lego habitationem vnius domus, tunc
videor legare commodum habitationis, Caſtr. ibidem
num.3.per text.gloſſ. & Guli.in l. cum antiquitas. C. de
vſufruct.& alia in materia videnda ſunt per doct.in d.l.ſi
domus.in princip.

47 Pone ſecundo teſtator † legauit vxori, fratri, vel alij
centum,ſeu quid aliud, dum, vel ſi habitauerit, & mo-
raretur cum ſuis filijs, & hæredibus, vtique legatum
huiuſmodi multiplices recipit interpretationes, & ra-
tione loci, & fauore,vel gratia cuius cenſeatur factum,
& per quem ſteterit in loco non morari, & quando de-
ſierit deberi.

Ratione loci dubitatio, vt generale eſt in cunctis te-
ſtamentorum dubitationib.ſoluitur accurate inſpicien-
48 do, quibus teſtator verbis vſus eſt, nam ſi dixit,† Dum,
vel ſi moraretur Piſauri, vel Anchonæ,tunc non requi-
ritur quòd habitauerit in eadem domo,dummodo in ea
dem ciuitate nominata ſteterit, l. qui concubinam. §.
vxori.de legat.3.& ibi Bartol.ſi vero locum teſtator non
exprimit, tunc impleri non videtur, niſi habitauerint
ſimul etiam non omnib. momentis temp.in eadem do-
mo.l.ſi quis ita.de condition.& demonſtration. pro ſin-
gulari ponit Roman.ſingul.178.teſtator dicit, & Caſtrẽ.
49 in l.ſi quis ita tradit † recedentem ab aliquo animo re-
50 deundi non videri receſſiſſe, † & obligatum ſtare cum
aliquo,vel morari,non requiri quòd ſtet omni momen-
to temporis,& ibi Imo.num.2.notat quem cum alio mo
rari taliter,quòd ſimul alantur,& ibi Socin.nume. 6. ſe-
51 quendo intelligit quando appoſita eſt † conditio ſim-
pliciter,ſiquis habitauerit cum alio intelligitur,quòd cũ
eo debeat viuere,& comedere,& ſic ibi habere alimen-
ta, vt tenet Bald.in l.fin.numero.8.C.de ind.viduit.tol.
ſequitur Cremen. not. 65. teſtator iuſſit, comprobat
Cat.Cot.in ſuis memor.l.H.verſic.habitatione, repro-
bando Alexandrum in conſil.72.colum.fin. ad num. 9.
li.quinto.ſecus ſi diceretur, quòd deberet cum tali mo-
rari in tali ciuitate,vel caſtro, quia tunc ſufficit quod ha
bitent in eadem ciuitate. idem Ang. Aret. de teſtato.
52 gloſ. 20. in princip. † Verum ſciendum eſt huiuſmodi
conditionem appoſitam, ſi habitauerit in domo teſta-
toris habentem cauſam permanentem, & ſucceſſiuam
requirere perſeuerantiam, & continuationem, & cum
debens adimplere, deſtiterit habitare, amittit emolu-
mentum, quod applicatur alij, vt teſtator diſpoſuit, ex
facto reſpondit Corn.conſil.7.per totum.lib.1. in condi
tionibus ſucceſſiuis,idem probat Bald.conſilio 42.præ-
mittendum eſt.verſ.1.lib.5.Ang. conſilio 34. Conſtanti-
nus.col.fin.verſ.ſin autem.Dec.conſi.177.col.fin. Pariſ.
conſ.32.nu.85.lib.1.

Declara hoc tamen quando cauſa etiam ſucceſſiua
legati habitationis eſt indefinita, & apta reaſſumere
eandem legati habitationis cauſam ex veriſimili, & con
53 tinuata mente teſtatoris, vt ſi † teſtator in caſum vidui-
tatis, & alterius cuiuſcunque neceſſitatis filiabus lega-
uerit vſum & habitationem, domus ſuæ, in omni qui-
dem caſu, vel primæ,ſecundæ, vel alterius viduitatis fi-
liæ poterunt redire, & habere in domo patris teſtatoris
habitationem validis & concludentibus rationibus refu
tando contrarium de prima vice ex l. boues §. hoc ſer-
mone. de verborum ſignificatione & alia contraria latè
probat Anton. de Butr. conſil. 30. caſus. Titius quidam
quem in hac ſentẽtia ex verborum generalitate,& ex re
ſui natura multiplicabili ſequitur Alciat.in docto.§.hoc
ſermone.verſ.idẽ cum pater.ſequitur & Tiraq. pro not.
conſultatione in d.§.hoc ſermone.in 12.lim.nu.6.

Idem in legato annuo alicui facto cauſa permanendi
& ſtudendi literis in aliquo gymnaſio, puta legum quod
poſſit haberi etiam tempore vacationum redeundo do-
mum Cephal.conſ.528.

Recordor alibi dixiſſe, idemque nunc repeto, quòd
54 † modus vel conditio non valet & reijcitur ex relicto
alicui facto,ſi velut habitare debeat in loco aliquo, cùm
exinde impediatur hominis libertas, & publica vtilitas
per text.gloſ.& Bart. & ali. in l. Titio centum.§.ſecun-
do,de condit.& demonſtr. quod ſanè locum habet, vbi
conditio vel modus non reſpicit commodum, & inter-
eſſe alterius etiam ipſius teſtatoris, quia ſi tunc modus,
vel conditio non impleatur,continuando habitationem
in loco deſignato,& per legatarium ſteterit non habita-
re in loco deſignato, vtique relictum non debetur, di-
cta leg.qui concubinam.§. vxori. de legat.tertio, & ibi
Bart.in fin.hoc caſu loqui intelligi debet, vt magis ipſe
aperit in fin.& Caſtr.in dicto §.2.& late Matth.Felic.in-
55 ter conſil.Caſtr.conſ.259.col.penul.lib.1.vt † etiam com
modo & intereſſe vxoris in matrimonio contrahendo
valeret pactum mariti, vt accedat ad habitandum in do
micilio vxoris ſecundùm Neapol. deciſ. per Capy. in
deciſ.135.idem firmat Ruin.conſil.43.num.6.lib.2.intel
lige & declara vt Anto.Gomez in ſuo commẽ.iur.tom.
2.capitul.10.de indiuiduis.nu.24.

56 Fauore vel gratia cuius factum ſit habitationis † le-
gatum ſcire admodum intereſt, an gratia legatarij, vel
eius cum quo ſit habitandum, de hoc aliqua ſcripſi ſu-
pra libro primo.interpr. 2. dubit. 2. ſolut.6, verſicu. ſe-
cundus caſus. Quæ quidem quodammodo comme-
morando dicendum eſt. Namque ſi apparet legatarium
multum indigere habitatione legata, quia aliam habi-
tationem non habet,eſt perſona debilis, infirma,vel ſe-
nex, vel puer,vel ægrotans,vel eſt demùm talis,qui ma-
gis indiget auxilio aliorum, quàm ipſe queat alijs auxi-
lium præſtare, eſt quoque & perſona grata teſtatori ſic
ex verbis teſtamenti demonſtrata, quoad perſonas de-
bilis argum. text. in l. ciuibus, in princip. verſicu. hoc
amplius, de legi. & cui magis voluerit teſtator proſpi-
cere, argum. text. in l. fideicommiſſa. §. interdum. ibi,

*Multum*

*Multum autem intereſſe*,de legat.3.& l.cum pater.§.dona-
tionis.de legat.2.ibi,ſed in quem voluntatis intentio di
rigatur,& ex teſtamento quando apparet,& de reſpectu
legatarij per Deciſ. conſil.601.nume.5.qui rectiùs lo-
quitur,ibi,quàm faciat in conſil.485.duplicato conſilio
57 537.& conſil.526.qui † relictum vſusfructus vxori in vi-
ta filiorum interpretatum in alimenta eis mortuis re-
uerſum in vſumfructum quodam ſuo fauore in damnū
amiſſorum filiorum arg.§.primi. Inſtit.de ſenatuſconſ.
Tertul.& l.fin.C.de inſtitut.& ſubſtitu.& non debet re-
torqueri in eius odium,vt eo priuetur,arg.l.quod fauo-
re.C.de legib.ampliando vt per Alexand. conſil.32.&
ſequent.libro quinto,& Dec.conſil.12.nume.3.& latius
Felin.in capit.dilectus.il ſecundo.colum.quinta. de re-
ſcript. Præſertim conditione adiecta, donec vitam vi-
dualem duxerit oſtendente etiam legatum factum con-
58 templatione perſonæ viduæ, † quæ inter perſonas mi-
ſerabiles connumeratur, vt l.1.& ibi Bartol.C.quando
imper.inter pupil.& vidu.& bene ad rem Afflict.deciſ.
257.num.1.dum ergo in legato habitationis etiam cum
filijs veniunt alimenta filijs mortuis id non ceſſare pro-
bat Abb.conſil.77.ad fin.lib.2.cui Deciſ.in dictis conſ.
contrarijs non reſpondet congruè,& magis in ſpecie in
legato vſusfructus interpretati pro alimentis facto vxo
ri habitare debenti cum filijs, eis defunctis reuerſo in
proprium vſumfructum hoc non debere auferri legatariæ
tariæ concludentib.rationibus probat Ioan. Bapt.de S.
Seuer.inter conſil.Socin.conſi.68.colum.penult.& fin.
& ibi couſil.69.ſequen.ſequitur ſubſcriptio ipſius So-
cin.& alterius docto.libro primo, qui eandem ſenten-
tiam bene comprobant, & maximè Socin.allegando
Anchar.conſilio 185.quæſtio videtur magis dubia, qui
concludit matri habitare volenti cum filio, eo mortuo
legatum vſusfructus deberi integrum vſumfructum, ex
his cenſeo non eſſe ſtandum.Dec.in dicto conſil.485.&
dicto conſi.525.nec Rui.conſil.42.ad num.7.l.2.do.di-
ctis modo plurimum conferunt ſcripta per Menoch.
conſil.146.nume.9.& ſequent.licet hæc magis conue-
niant dubitationi legatorum vxoribus factorum, men-
tio tamen legati habitationis traxit hîc me iſta tangere
ferè obiter.

59 Gratia,vel fauore eius,cum quo habitandum † ſit, le-
gatum habitationis,dignoſcitur factum,quando is, quo
cum ſit habitandum, eſt infans, pupillus, infirmus,im-
potens, & ſeipſum, ſuaq; tueri non valens,denique ta-
lis eſt, quòd auxilijs indiget alienis, vel etiam pro ſuis
negotijs, vt l.quintus.§.fin.ibi magis enim eſt vt proui-
dentia filiorum hoc feciſſe videatur, vt l.Seio.in princ.
de annu.legat.& l.ſed & ſi hoc.in fin.& l.illis libertis.de
condit.& demonſtrat.ibi,ſed ſi teſtator propter filij vti-
litatem, his qui cum eo morati fuiſſent, alimenta præ-
ſtari voluit,Angel.Aret.tract.de teſtam.gloſ.20.in fin.
Anchar.conſil.137.quia in primo quæſito.colum.prima,
Ruin.conſil.38.ſub num.6.& conſil.42.col.fin.& conſ.
46.colum.3.num.8.lib.2.& Dec.conſil.610.col.2.num.
5.& conſil.526.num.5.& ſequent.Adeò quòd deficiente
aliquo eorum, quorum gratia cum eis legatarius debe-
bat ſtari, vel negotia eorum adminiſtrare, & ſic onere
pro parte deficiente diminuitur etiam pro parte legatū
per d.l.Seio.in princip.latè tradit deciſ.Pedemont.98.
nume.10.& ſeq.

Quod autem dictum eſt apparere vel fauore legata-
rij, vel eius cum quo morari iuſſum eſt, debet vnum-
60 quodque † intelligi principaliter, & non ſecundario
per l. rogaſti. ſi cert. peta. & not. in l. prætor. in princ.
de eden.probat Bald.in l. 1. numero 5. C. de leg. Crot.
conſ.377.nu. 15.

Itaque conſideratis cauſis legati habitationis cum
aliquo,quibus teſtator motus eſt principaliter ad facien
dum legatum cauſa ſubueniendi, & auxilium, præ-
ſtandi hæredi indigenti, vel quibus teſtator principali-
ter motus eſt ad legandum habitationem & alimenta
ſimul indigentib. facilius & habilius percipientibus,
& conſequentibus penes hæredem, quàm penes ſeip-
ſos,conditionem ideo adijciendo ſi cum hærede mora-
rentur, vt ſic placet Imol.ex ſententia Bartol.in dict.l.
illis libertis. Atque vtroque caſu legatum habitationis
cum alio reputando pro legato alimentorum, vt ſupra
61 probatum eſt. † Pars enim alimentorum eſt habitatio,
Bero.conſilio.24 numero.8.libe.2. Rimi. conſilio 250.
num.6.

Inſpectiſque circunſtantijs & cauſis, quibus miſtim
& ſimul teſtator potuit moueri ad legandum habitatio-
nem & alimenta, tam gratia legatarij ex cauſis ſupra
expreſſis pro legatario, quàm contemplatione eius,
cum quo debet morari legatarius per enarrata ſuprà
vltimo loco, hoc demum commiſſo iudicantis arbitrio
ad cognoſcendum an teſtator fuiſſet illa relicturus, vel
non inſpecta quantitate relictorum & qualitate perſo-
narum legatariorum, addo & hæredum,vt per Ang. in
auth. vt cum de appel.cog.§. ſiue igitur.colum.3.verſic.
ſi verò legatum,& per Ang.Aret.de teſtam.gloſſ.20.ſub
numero 2. & gloſſ. 52. numero 3. & clarius poſt Bartol.
Socin.in l.demonſtratio. §.1. numero 6.de conditio.&
demonſtr.& inſpecta cauſa immediata vel finali, Barb.
conſil.54.colu.2.lib.2. aut onere impoſito cauſa legati,
Ruin.conſil.38.li.2.& quando cōmodum vſusfructus vel
alimentorum hæreditatis eſt longè maius ipſo onere, &
ſunt alij reſpectus pró legatario, vt adducit Benintend.
62 in Bono.deciſ.vlti.num.8.& ſequent. † in dubio autem
huiuſmodi legatum habitationis in domo, & alimento-
rum placet intelligi factum,& fauore legatarij, vt com-
modum tale conſequatur, & fauore hæredis inter cæ-
tera facilius domi,& cum minori ſumpta alimenta pręſtandi
ſtandi legatario ſecundum Bart.conſil.2.quidam ſibi fi-
lios,col.penul.ſub num. 6. vol. 1. referunt & ſequuntur
doctor.varijs in locis,idem tenet Grat.conſ.69.num.2.
lib.2.& magis fauore legatarij fortè ex magis commun.
ponit Ber. conſil.24.col.penul.ſub.nu.14.libr.ſecundo,
quod non credo ſic eſſe magis commun.quinimò magis
fauore hæredis tenentes adeſſe plures alleg.per Alexan.
conſilio 100.colum.ſecunda, in princ.verſ.nam eo ipſo.
lib.primo, & ſi dictum ſit dum habitauerit in domo te-
ſtatoris, intelligitur tamen & in domo hæredum etiam
ſi non ſit ea quam habitabat teſtator, Ruin.conſilio 80.
numero 3.& latius conſilio 81. columna ſecunda, num.
63 nono, & ſequen. libro 3. † fauore enim legatarij & non
occaſione oneris præſumi relictum alimentum,vbi ma-
ximè apparet præcedere aliquod dilectionis ſignum er-
ga legatarium & circa commodum maius quàm onus
tradit concord.allegando Cephal.conſil.429. nu. 107.
108.109.& Benintend.deciſ.vlti. nu. 8. & ſeq. Denique
autem in dubio legatum pręſumitur factum fauore eius
cuius magis intereſt legatum eſſe factū per text. ibi not.
Alber.in l.fideicommiſſa.§.plerunque.de leg.tertio, &
plures coniecturas fauoris legatarij ex facto ſibi propoſi
to colligit Menoch.con.146.nu.9. & ſeq.

42 Etenim hæc præmiſſa ſunt, vt † cognitio iuris habea-
tur, ſi per legatarium ſteterit quòd in domo aſſignata
non habitauerit,legatum ſibi deberi deſierit, ſi per hæ-
redem legatum debeatur,vel ſi per tertium fieret impe-
dimentum, vel per caſum relatio habeatur ad Bartol.
Alber. & Cuma. in dict. l. qui concubinam. §.vxori.de
leg. tertio, Bart. Bald. Ang. Caſtr. Imol. in l. in teſta-
mento. la ſecunda, & in l. illis libertis.de condit.& de-
monſtrat.Bald.& ali. in l. prima. C. de legat. qui diſtin-
guunt,vt per eos in dictis locis, & in l.diuortio. in prin.
ſolut. matrimonio. & in l. prima. C. de inſtit. & ſubſt,
vbi de conditione poteſtatiua, caſuali, & mixta, quo-
modo impleatur, quomodo deficiat,& per quem ſtete-
rit,



rit,late Caſtr.conſtr.conſilio 167.conſiderandum.lib. 1.
& per Ruin.conſilio 34.column.prima.conſilio 42. nu-
mero ſecundo, & ſequent.& conſil. 46. numero 5. lib.
ſecundo,& Deci.dict.conſilio 620 num.5.6. Grat. dict.
conſi.69.colum.ſecunda,lib.ſecundo,idem Ruin. conſ.
81.lib.ſecundo, Socin.Iun.conſilio 108.nume.4. & ſeq.
lib.1.Iaſ.conſi.44.nu.2.lib.primo.Bal.conſi.140. in fin.
65 lib.5.Anch.conſil.185.quęſtio vertitur. † Quando ſola ad
eſſet ſuſpicio honeſtatis lædendæ in perſonam legatariæ
nouercæ iuuenis & pulchræ, ſtando cum hærede priui-
gno in domo eam poſſe extra domum conſequi alimen-
ta, probat Aymo conſilio 268. plene Anch.Regien. in
66 quæſt.prima,numero 27.& ſequen.par.ſecunda † condi-
tio enim hæc ſi habitare voluerit,intelligitur ſi commo-
de ibi potuerit habitare, Bartol. conſi. 109. factum tale
eſt,Cola.nu.1.volum.2.

67 Aliàs de † impedimentis, quòd legatarius non poſſit
ſtare in domo incumbit onus probandi Corne. conſil.
186. columna ſecunda, libr.3.Ruin. conſil. 34. colum.
68 prima, libro ſecundo, & vt de his quæ † fiunt domi, &
quæ ſunt difficilis probationis poſſe probari per famam
viciniæ, tenet Alexandr. conſilio 66. ad fin. libro 3. &
per teſtes domeſticos & affines Borgni.Feuiza.de vſu-
fruct.muli.nume.86.& per teſtes ſingulares, Corn dict.
conſil.186.colum. 4. & ſeq.licet multum inſteterit non
bene probatum de his impedimentis pro parte legata-
rij dict.conſil.100.columna ſecunda,& ſeq. libro primo
69 † Modus autem probandi aliquem ſtetiſſe & habitaſſe
cum tali traditur per Bartol.& ali.in l.ſi quis ita legaue-
rit, de condit. & demonſtratio. Bald. in l.obſeruare. §.
proficiſci.ad fin.ff.de offic.proconſ.& le.& in dict.la pri
ma.C.de leg.& aliqua † iuſſa eſt habitare cum vxore te-
70 ſtatoris,ſi velit conſequi legatum ſibi factum, intelligi-
tur dum vxor teſtatoris permaneat vidua,Alex.conſ.20.
71 col.ſecunda, lib.ſecundo. † Enimuero conditione in-
debiti, vel ſine cauſa tenetur is reſtituere hæredi omne
emolumentum quod conſecutus eſt ex teſtamento
conditione adiecta, ſi habitauerit & ſteterit per 10. an-
nos in communione cum hærede infante, & eum mi-
ſerit ad ſcholas, & eum bene educari, & inſtrui fecerit,
idque conſecuto emolumento relicto minimè obſer-
uauerit, ſed dereliquerit & diuiſerit ab hærede filio te-
ſtatoris adhuc pupillo, latiſſimè in pulchro caſu ex fa-
cto reſpondi conſ.179.nu.15.& ſeq.lib.1.per l.liberto.§.
Lucius.de an,leg.& l.ſi hæres.de cond.ca.da.Alex.conſ.
102.col.2.verſ. 2.princip.lib.1.& alia dixi ibi plene.

Pro quo itaque eſt fauor principaliter, vel eo qui de-
bet conſequi legatum habitationis & alimentorum in
domo, vel pro eo, qui debet præſtare legatum habita-
72 tionis, & alimentorum in domo. † Si quidem non ſtat
per conſequi debentem,quominus conſequatur, debe-
tur legatum: ſi vero non ſtat per præſtare debentem,
quominus præſtetur, non debetur legatum, probant
dict.ll. qui concubinam. §. vxori. de legat. 3. & l. Titia
cum teſtamento. §.fin.ea.de leg.2.& l. Caio.§.penult.&
fin.& l.Stichus. §. fin. de leg. & l. Mæuia. in princip. de
an.leg.& l. prima.C.de lega.Ruin.dict. conſil. 81. num.
12. lib. 2. Etiam quòd ſtet per caſum in perſonam eius,
qui debet præſtare, nihilominus debetur legatum ex in
terpretatione legis di.le.prima.& d.l.Stichus.§.fin.tem-
pera hoc ſi principaliter legatum ſit gratia eius, cum
quo debet morari, quia tunc per caſum cōtingentem in
eius perſonam deficit legatum per l.Seio. in princip. de
an.leg.& l.illis libertis. in fin.de conditio. & demonſtr.
hoc caſu poteſt bene loqui Deciſ.con.526.nu.4.& con.
537.nu.4.

73 Stare † autem per aliquem dicitur quando fuit in-
terpellatus facere quod debet, & non fecit, per l.quòd
te.ſi certum petat.tradit gloſ.prima,in l.fin.§.fideicom-
miſſis. de leg. ſecundo. Declara interpellationem non
eſſe neceſſariam,cum tractamus de ſorte, & non de vſu
ris poſt text.& gloſſ.firmat Bart.in l.libertis quos.§. ma-
numiſſis. de alimen. lega.& Caſtr. conſi.125. viſo teſta-
mento,colum.ſecunda, verſiculo. circa quod dico. lib.
primo.de clauſula iſta per eum non ſtetit, vel ſtetit,ſunt
multi text.in l. pater. §. Tuſculanus. de legat. 3. in d. §.
vxori.in dict.l.Mæuia.in princip.de an.lega.in l. Titius.
per gloſſ. in l. iure ciuili. ſi ſtat, & in l. Iulianus. in fin.
ſi per tertium. Alber.in l.ſi quis ita.de condit.& demon
ſtrat.in l.ſi peculium.§.ſi cui.de ſtatu lib.in l.vter. in fin.
de cond.inſtit.in l.ſi Titio.in prin.de leg.1.in l.ſiquis ita.
Socin.in di.le. Iulianus. columna 2. de conditio. & de-
monſtrat. ſic eſt enim ex mente teſtatoris, vt conditio
hoc modo habeatur pro impleta, dicit ibi Socin. & ge-
nerale eſt in omnibus teſtantium diſpoſitionibus & in
contractibus per l.in iure ciuili de reg.iur. & ibi gloſ. &
doctor.iſtud, per quem non ſtare multipliciter euenire
declarat Corn.conſ.323.col.2.lib. 1.

74 Aduerte tamen † procedere id in diſpoſitione con-
ditionali, quod ſufficit ſemel ſtetiſſe per eum in cuius
perſonam debuit impleri conditio, ſecus eſt ſi per eum
aliquando ſteterit non impleri modum,quia iſdē poſteà
poterit petere impleri modum, & debet impleri, cum
pro obſeruantia talis modi ſemper competat eidem a-
ctio per not.in l.ſecunda.C.de donat.quæ ſub mo.& per
Bartol.in l.quibus diebus.§.Termilius.ad fin.de condi-
tion.& demonſtrat.probat Alexand.conſi.102.colum.3.
in princip.verſic.ſecundò reſpondeo.lib.primo.& alias
declarationes, & limitationes ponit Deci.in dicta l.in
iure ciuili.

75 Denique habere † vſum domus, vel habitationem,
multum intereſt. Qui enim domus habet habitationem
legatam, poteſt eam alijs locare, & recipere penſio-
nem: qui verò ſolum habet vſum non poteſt eam loca-
re alij, niſi ſecum cohabitanti, proinde ſi ab habitante
ſecum penſionem recipiat,non erit ei inuidendum,vt l.
cum antiquitas.C.de vſu & habit.& §.item is qui.& §.
ſed ſi cui.inſtit.eod.& l.ſecunda.l.cæterum.ff.eod.Caſtr.
conſilio 125.viſo teſtamento.ad fin.lib.primo.rationem
differentiæ bene explicat Corn.conſil.305.col.penult.in
principio verſicu.circa ſecundum, lib.primo, ſed ple-
runque teſtatores in conficiendis his legatis ita implici-
tè, & confusè loquuntur, vel potius ſic ſcribunt nota-
rij, qui de teſtamentis rogati inſtrumenta conficiunt,
quod dignoſci nequeat legatum, an ſit vſus vel habi-
tationis, vnde ſi ita ſcriptum eſt, poſſit, & debeat ſta-
re, & habitare in domo habitationis ipſius teſtatoris,
quæ domus alienari non poſſit, ſed ſemper ſit, & ſtet
pro vſu legatarij, declarando cenſeri vſum legatum tra-
dit Alexand.conſilio penult.col.fin.lib.ſecundo, idém-
que poſſit ſtare & habitare in domo ſua, in qua in præ-
ſenti habitat, quòd intelligatur pro vſu legatarij legata
ea pars domus, quæ ſibi ſufficiat,& alia pars poteſt loca-
ri per hæredem, Fulgoſ.conſilio 207.Franciſcus colum.
2.verſic.ad ſecundum videtur, dicendo enim in domo,
ſenſit teſtator in parte domus,non in tota domo legata-
rium habere vſum & commoditatem habitationis, De-
ci.conſilio 355.columna fin.ſub nume.5.idem vbi lega-
tur habitatio domus, ſimul cum alijs habitationibus in
eadem domo legatarium non poſſe locare vti vſum tan
tum legatum.probat Soci.conſil.281.in cauſa Berhardi.
lib.2.

76 At ſi † vxori vel alij nulla loci mentione facta cui eſus
& veſtitus,ſeu alimenta relicta fuerint, poterit legataria
conſequi legatum extra domum, & vbi libuerit, hone-
ſtè habitare concord.ſic tenere allegat Aymo.conſ.205.
nume.2.

77 Pone & tertio † teſtator, vt ſit plurimum,filiabus vel
neptibus in caſu viduitatis reliquit reditum, habitatio-
nem, vel vſum, & commoditatem habitationis in do-
mo ſua.

mo ſua cum ſuis hæredibus reportando & communi-
cando dotes ſuas proculdubiò iſto caſu legatariæ non
debent conſequi reditum, vſum, vel habitationem in do
mo teſtatoris, niſi remanſerint viduæ, & niſi qualitas
hæc viduitatis in eis verificata fuerit per l.fina.§. fin. C.
de indi.vidui.toll.in ſpecie dicit.Caſtr.conſilio 125. vi-
ſo teſtamẽto.ad fin.lib.primo,& hoc caſu loquitur Ale-
xand.conſilio 72.colum.fin.verſic.poſtremo non omit-
to, lib.5. & Socin.conſi.281.verſic.ſecundo principali-
ter,lib.ſecundo,& non ſolum ſi ſemel remanſerit vidua
legataria,ſed etiam pluries nupta,& quę iterum reman-
ſit vidua poterit etiam habere reditum & vſum habi-
tationis in eadem domo teſtatoris,vt late probat Anto.
de Butr.conſil.30.caſus.Titius quidam,vt dixi antè, &
ſequitur Felin.in cap.fin.colum.4.in 3.fallen. ad fin. de
treu.& pa.

Sed facti quęſtio eſt,& quam de facto accedere vidi,
Nobilis & diues quidam amplam etiam hæreditatem,
ex teſtamento fratris conſecutus filiæ fratris amplam
quoque dotem conſtitutam ex eodem teſtamento pa-
tris habenti dotis augmentum notabilis etiam ſummæ
aureorum ſuo teſtamento fecit & legauit diſponendo
ſimul quòd eadem ſua neptis ex fratre donec fuerit ma
trimonio collocata debeat ſtare & viuere penes ſuam
vxorem, & ſuos hæredes, vel eorum gubernio, ſubſę-
quenti capite teſtamenti ſui ordinat quòd dicta ſua ne-
78 ptis † poſſit habere ſemper in omnem occaſionem ſuam
& indigentiam ſuam reductum & habitationem in do-
mo ſua cum ſuis hæredibus communicando tamen &
conferendo vſumfructum ſuæ dotis conſtitutæ & aug-
mentatæ, volens viuere in communione cum hæredi-
bus ſuis, ſin autem voluerit ex ſe viuere, debeant hæ-
redes ei conſignare tantam partem ſtationum, domus,
& hoſpitij, quanta commodè & honeſtè ſufficiat ad
vſum ſuum & ſuæ familiæ in vita ſua tantùm, & pro
quanto ei videretur ſtare & habitare. Poſtquam enim
legataria hæc nupta nobili & curiali Principis, domum
non habenti, præſertim in loco ſui & teſtatoris, & ſua-
rum facultatum dotalium originarij domicilij poſtu-
lauit per dictos hęredes ſibi aſſignari tantam partem
palatij teſtatoris principalioris ex ædibus ſuis vſitatis
vltimo ſuæ vitæ per eum habitari, quanta commodè
& honeſtè ſufficiat pro vſu ſuo & ſuæ familiæ, quo qui-
dem vſu habitationis proponendo ſe indigere maximè
tempore æſtiuo cauſa rurandi & pro quanto ſibi vide-
bitur. Oppoſuerunt hæredes tales habitationis lega-
tum non debere ſibi, cùm ſit nupta, quia in caſum indi-
gentiæ habitationis teſtator legat, ſed ea non indiget
79 habitatione habens maritum † qui tenetur ei alimenta
ſimul & habitationem præbere in ſua domo.l.mulie-
rem. de rit. nupt. Cyn. & alij in l. quod in vxorem.C.
80 de neg.geſt.& † alimentorum pars eſt habitatio.l.lega-
81 tis de ali. lega.& quia † nupta debet ſtare in domo ma-
riti & eum ſequi.Bald.conſil.420.ad fin.lib.5. qua ergo
indigẽtia ceſſante, ſicut neceſſitate ceſſante, quod eius
cauſa conſtitutum eſt ceſſat, Tiraquel.tract.cau. ceſſ.
part.prima,nume.179.propterea quòd teſtator ſenſerit
hoc legatum fieri in caſum viduitatis deprehenditur,
eo quòd voluit legatariam volentem habitare in com-
munione cum hæredibus ſecum conferre & communi-
care debere fructus ſuarum dotium, quod facere non
poſſet ſi virum haberet, quia ad virum ſpectarent ſuarũ
dotium fructus.l.pro oneribus.C.de iur.dot.

Cæterùm in his aliter non immorabor, quia aſſentio
ego quoq; teſtatorem ſic ordinando & legando ſenſiſſe
ſuam neptem ex fratre poſſe & debere conſequi lega-
tum vſum domus ſuæ in omni ſtatu vel coniugatus,
vel viduitatis quo reperiretur, ſed vnum eſt præcipuum
quòd teſtamento non legitur expreſſa conditio ſi fuerit
vel remanſerit vidua, aut donec vel quouſque ſeruaue-
rit vitam vidualem honeſtam & caſtam, vt doct.loquuu
tur alleg.ſupra in primo caſu,& text.in dicta l.fin.de in-
82 di.vid.tol.& in l.filiæ meæ.de an.legat. † conditio enim
non ſubintelligitur niſi fuerit appoſita.l.1.in princip.de
condit.& demonſtr.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.de
verbor.obligat.& caſus noſter non eſt talis, vt ſubintel-
ligatur conditio, vt ex text.& gloſ.in d.l.1.hanc iuris al-
legationem,& pro regula firmant Cum.conſil.22.col.1.
verſic.nec in legato.& Nat.conſ.459.nume.8.& Corn.
conſi.292.colum.penult.verſic.non autem obſtat.lib.1.
& teſtator qui voluit hanc conditionem exprimere in
legato alimentorum & habitationis cum hæredibus fa-
cto ſuæ vxori bene expreſſit, donec egerit vitam vidua-
lem caſtam & honeſtam, bene quoque eandem condi-
tionem ſi voluiſſet, ſciuiſſet exprimere in legato habi-
tationis domus facto nepti: non expreſſit, ergo noluit,
ſaltem in vim conditionis, vulgar.l.1.§.ſin autem ad de-
ficientis.de cad.tollen.non dixit, non diſtinxit, neque
nos dicere, neque diſtinguerę debemus per plura ad
hoc de verbis teſtamenti attendendis alleg.à Tiraq.in
l.ſi vnquam.verſic.libertis.nume.10.de reuocan.donat.
& per Bald.in l.precibus.col.10.ſub nume.22.C.de im-
puber.vbi dicit ex quo teſtator non diſtinxit inter æta-
tes, nec diſtinguemus, ſed totum vnum,& eodem modo
intelligemus, ſic in propoſito & nos totum vnum & eo-
dem modo intelligere debemus ſtatum huius legata-
riæ, & viduitatis, & coniugatus, vbi enim teſtator non
diſtinguit de tempore.ſ.de quando neque nos diſtin-
guere debemus, bene probat text.in l.hæc conditio.in
princip.de condit.& demonſtratio.eſſe enim contra vo
luntatem teſtatoris quid dicitur, de quo teſtator nihil
dixit per gloſſ.penult.in l.Titia.ff.ad leg.Falcid.cum ſi-
mul pluribusq; poſſem repetere alleg. ſupra lib.2.in-
terpret.3.dubit.1.ſolut.3.verſic.exinde inferimus. vnde
teſtator intelligendo & de vita viduali legatariæ,& non
exprimendo, non nocet: exprimendo autem ſaltem
conditionaliter noceret, hic opportunè cadit dictum
Iuriſconſ.in l.nonnunquam.in fin.de condit.& demon-
ſtrat.ibi, *Inde dictum eſt expreſſa nocent, non expreſſa non no-
cent*, cum concord.ibi in gloſſ. quod maximè procedit
quoad annullationem actus, vt dicit Dec.in l.expreſſ.
in princip.de regul.iur.& ibi Cagnol.nume. ſecundo,
comprobat propriè hoc modo quòd non ſit verificata
conditio viduitatis in legataria, volunt nunc iſti hæ-
redes annullare legatum vſus domus, ſed iſta eorum
oppoſitio nihil valet, vt ex his & infra dicendis clarè
patet.

Quod autem teſtator omni tempore vitæ iſtius ſuæ
neptis ex fratre & coniugatus & viduatus voluerit ei le-
gare vſum & commoditatem habitationis partis ſuæ do
mus ex ſuomet ipſo teſtamento multifariam demon-
ſtratur.

Primò cum teſtator augmentum dotis reliquerit ne-
pti ſuæ, quando nupſerit, & non pro alia cauſa, & do-
nec nupſerit hac conditione aſcripta diſpoſuerit eam
debere ſtare & viuere domi ſuæ apud hæredes ſuos ſub
eorum gubernio, & ſuæ vxoris oſtendit quidem tunc
eam non eſſe nuptam, ſed nubi bene deſiderat, argum.l.
mulier.§.cum proponeretur.ad Trebellian.Neceſſariò
proinde ſequitur quòd pars ſubſequens teſtament.l.qua
ordinatur aſſignari reductum ſeu reditum & habita-
tionem ſuæ domus eidem ſuæ nepti loquitur in tem-
pore, & poſtquàm ea iam fuerit nupta, & diſceſſerit ex
domo ſua, & habuerit dotem ſuam etiam auctam ex
contextu ſcripturæ, ex actibus verborum reditus &
collationis fructuum dotis, & volentis viuere ex ſe
enunciatis: ita conſequentia & concluſio huius pro-
poſitionis euidens eſt, & manifeſta, quòd omnis alia
probatio ſuperflua videtur.l.1.in fin.de dot.pręleg. Quo
firmiter ſtando quoniam ſcriptura dicti legati non lo-
quitur



quitur de certo tempore vitæ legatariæ, vel coniuga-
83 lis, vel vidualis omni quidem tempore dictum † lega-
tum ſortiri debet effectum, ar.l.ſi quis vina.§. primo.de
peric.& commo.rei vend.l. ſi rem.in fin.ff.de euict.l.pri
ma.§. generaliter. de legat. præſtand. & quòd in ſpecie
dicit per hunc tex.Soci.conſi.22.ſub num.3.lib.3.& Bal.
conſi.255.poſt concluſum li.4.cum ſimil.per Aym.conſ.
84.nu.16.conſi.153.nu.4.conſi.201.nu.27.& dicit Bald.
in l. peculium. §. fin.de l.2.quòd vbi non eſt diſtinctio
temporis, ibi nulla eſt repugnantia.

Secundo clarè idem oſtendit ſcriptura dicti legati,
ibi, poſſit habere † ſemper, quæ dictio ſemper iuncta
84 executiuo habere denotat continuationem ſeu perpe-
tuationem, Bartol.in l.prima, nu.21.& ibi alij.ſolut.ma-
trimo.& facit regulam, ęquipollet vniuerſali,& denotát
perpetuitatẽ in diſpoſitione teſtatoris, loquitur Socin.
conſil.11.col.2.verſic.& inſuper.lib.1.& Menoc. conſil.
44. num. 2. Tiraq.detract.titul.primo.§.primo.gloſſ.9.
num.221. & non conditionatum, ſed ſimplex reddit fi-
deicommiſſum, Ruin.probat conſil.101.num.16. libr. 2.
omnes caſus & omnia tempora includit.l.1.§.1.de flum.
Socin.Iun.d.l.1.nu.ſeptuageſimo, ſolut.matrimo. Ruin.
conſil.27.nu.22.lib.3.Rimina.Iun.conſ.219.num.26.de
qua plura per Bero.q.158.num. 6. & ſequent. cum vulg.
plur.quæ poſſent cumulari,& ſic continet etiam tempus
quo legataria maritimum habet, vt in ſimili ſpecie, ad-
ducit & firmat Socin.Iun.conſi.71.num.11.verſic.ſexto.
lib.3.

Tertio & idem manifeſtant eiuſdem ſcripturæ lega-
ti verba illa ſubſequentia, in omnem occaſionem ſuam,
85 & indigentiam † occaſio dicitur in veritate facti & non
vera, ſed extra apparet coloratè iuxta text. & ibi Gemi.
num.3. in cap.ſtatutum.§.inſuper.de reſcript. in 6. cum
ſimil.per Tiraq. ca.ceſſ. limit.13.numero tertio, & ver-
bum, occaſio, importat cauſam remotam & impulſi-
uum & quandam demonſtrationem & conſilium ad
fauorem legatariæ, Bald. conſi.237. Titius in teſtamen-
86 to, nume. 5.libr.1.vniuerſalis † omnem comprehendit
occaſionem & indigentiam etiam leuiſſimam, & im-
portat cauſam quamcunque remotiſſimam.Aret.conſil.
87 143.colum.fin. ſicut dicitur † de promittente ſe teneri
de omni culpa, quòd teneatur etiam de leuiſſima per
text.gloſſ. & doct. in l. à procuratore. C. mandat. nam
qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. in principio,
88 de legat.3. & vniuerſalis † diſpoſitio vniuerſaliter ope-
ratur etiam ad caſus non cogitatos per teſtatorem & ad
omne tempus.l.ſi ita fuerit.de leg.3. per Bart. Bald. ibi,
& Alber.ibidem notat, quòd illa quę ad ampliationem
ponuntur, ampliant,& per Crot.conſil.14.nu.17. Quare
occaſio & indigentia omnis intelligitur, quam pro vſu
habitationis poſſet habere legataria omni caſu,& omni
tempore ſuæ vitæ, vel cõiugalis aut vidualis, nam & plu-
res caſus poſſunt euenire, quibus mulier etiam nupta in-
diget habitatione domus, vt legatariæ huic euenit, quæ
habet virum curialem Principis, domum non haben-
tem in regione & præſertim in domicilio legatariæ &
teſtatoris, vbi eſt pars bonorum dotalium & ſine domo,
iſta occaſio vel indigentia etiam leuiſſima ſufficit.ergo
ex voluntate teſtatoris apponentis dictam vniuerſalem
omnem, vt legataria conſequatur vſum partis domus
legatum.

At ſi non fuiſſent expreſſa verba illa, in omnem occa
ſionem ſuam & indigentiam hæſitationis contra lega-
tariam, magna pars ceſſaret: quæ verba ideò nihil refer-
89 re,& non officere demonſtratur, quia † vſus domus re-
lictus per Alciat.in lib.ſecundo.cap.14.pareg.iur.expo-
nendo verbum Græcum in l.ſi habitatio, verſi.ſed ſi ſic.
ff.de vſu & habit, diffinitur, id eſt pro neceſſitate, indi-
gentiáve perceptio, quare teſtator legãdo vſum domus
exprimendo pro neceſſitate & indigẽtia legatarij illud
exprimit, quod in vſu legato tacitè ineſt, talis igitur ex-
preſſio nihil operatur per generalem regulam.l.& ibi la-
tiſſimè doct.de l.1.

Præterea verba hæc, in omnem occaſionem ſuam,&
indigentiam, poſita ſunt non pro cauſa finali reſpicien-
te commodum aliquod alterius, ſed pro impulſiua ad-
iecta tantùm ad commodum & fauorem legatariæ, vt
ex omni parte ſcripturæ ipſius legati patet: ideò non
pro reſtrictione aliqua, ſed pro augmento & amplia-
tione legati ſtare debent.l.4.& ibi Bartol.ad fin. de ali.
lega.Dec.conſilio 238.ad fin.Gram. deciſ.59.num.52.
53.vnde ſi ceſſaret aſcripta occaſio & indigentia, quòd
legataria haberet plures alias domos, quas poſſet habi-
tare, & vellet habere etiam illum vſum partis domus
ſibi relictum, non video cur non debeat habere, ſicut
90 † ille cui ſunt relicta alimenta, ſi aliunde habet, vnde
poſſit habere alimenta, attamen & alimenta relicta cõ-
ſequi debet, Gram.dic.deciſ.59.nu.53.conſi.80. num.5.
Ruin.conſi.81.col.fin.ſub nu.18.li.2.per tex.in l.cum hi.
§.ſed & perſonarum.ff.de tranſact. Quinimo poteſt quis
ſimul habere duas habitationes & duo domicilia, vnum
in quo magis, aliud in quo minus conuerſetur expreſſè
tenet Bald.conſ.234 decretum.colum.prima, numer.2.
lib.primo, eo maximè quia in cauſa impulſiua non fun-
datur effectus diſpoſitionis, ſed præſtat occaſionem re-
motam, Bald.in l. generaliter.C.de epiſ.& cler. & ſuum
retinet vigorem ipſa diſpoſitio, ceſſante etiam cauſa hu
iuſmodi impulſiua, l.2.§.fin.ff.de donat.& ibi Bar.Rom.
Imo.cum concord.pleniſſimè per Tiraquel.cap. ceſſ.in
91 prima limit.Exinde eſt quòd † legatum alicui factũ pro
neceſſitatibus ſuis debetur, dato quòd neceſſitates non
ſubſint, tenet Corn.conſi.187.col. penul.ſub ver. his ta-
men.li.2.ſequendo Bal.in terminis in quando ſuo conſ.
idem probat Anch. inter. conſil. Calde.conſil.21. titul.
92 de teſta. hoc † verbum pro neceſſitatibus in legato ſi-
gnificare cauſam impulſiuam, & non finalem, & pro-
pterea poſſe peti legatum pro tempore præterito, vt ibi
ſentit: idem ergo dicendum eſt in legato vſus pro indi-
gentia, vbi quoque non ſubeſſet indigentia.l. illud. ad l.
93 Aquil. † & ſic cõditio eſſet appoſita fauore honorati ſo-
lius vel principaliter,& ceſſaret, non tamen ceſſaret re-
lictum probat Bald.in l.prima col.2.nu.11.C.de inſtit.&
ſubſtit. & inter coniunctas perſonas præſumitur potius
ex naturali affectione & ex cauſa motiua quàm ex cauſa
limitatiua, dicit idem Bal.in auct.ex teſtamento, col. 2.
C.de collat.

Quarto idem etiam liquere poteſt ex ea teſtamenti
parte qua iubetur idem legatarij volenti ſeorſum, & ex
ſe viuere debere aſſignari tantam partem domus, quæ
commodè & honeſtè ſibi ſufficiat pro vſu ſuo & ſuæ fa-
miliæ in vita eius tantùm, & pro quanto tempore ei vi-
deretur habitandi, nam & ſi teſtator potuiſſet intellige-
re de tempore vitæ vidualis neptis, ei tamen viduæ ex
huiuſmodi teſtatoris intellectu vſus legatus contractis
etiam nuptijs debetur, vt ea poſſit poſteà cum marito
habitare per tex. in l.cæterum.§.fin.ff.de vſu & habitat.
quare nũc eidem legatariæ ſufficit eſſe in caſu.ad quem
demum poſteà peruenta pariter admitteretur, argum. l.
hæc conditio. in princip.& l.cum tale.§. reſcriptum.de
cond.& demonſtr. & arg. not.per Bald.& Imol. in l. in
tempus.in princip. ff. de hæred. inſtit. & effectu directo
in tempus conceſſum cum ſimil. per Oldra. conſil.257.
factum tale eſt, col.3.ſub ver.effectus nempe. hoc enim
clarius oſtendit expreſsio illa, in vita eius tãtùm, quam
vtique ducendi ſine marito in chara & bene dotata ne-
pte fuiſſe votum, & minus voluntatem beneuoli pa-
trui nequaquam arbitrandum eſt, & eum noluiſſe eam
nuptam poſſe habere dictum vſum legatum: minus quo
que dicendum eſt, quia non eſſet legatum in ſua vita,&
non pro quanto tempore videretur ſibi habitandi, &

eſſet contra illud,quòd poſſit habere ſemper habitatio-
94 nem in domo ſua,quamobrem † interpretatio quæ te-
ſtatoris voluntati verbîſque repugnant, euitãda eſt.leg.
ſi ancillas.l.ab omnibus in princip.de legat. primo. l. ſi
peculium.§.ſi ſeruus.de peculio.legat. & leg. non aliter
in princip.de legat. tertio,cum ſimil.facit quod adducit
95 Corn.conſi.180.ad fin. lib.3. quòd † maritus relinquens
vxori aliquid toto tẽpore vitæ intelligit etiam tempore
quo ſecundo nupſerit.

Quinimo intrepide tenenda eſt interpretatio, quod
vſus legatus debeatur dictæ legatariæ cum ſuo marito,
& ſua familia, tunc ex ſcriptura legati ſic comprehen-
dente,vt antè demonſtratum eſt, & ex ampliore ac la-
tiore interpretatione capienda per debitum teſtatoris
erga neptem ex fratre inſtituente prius eum hæredem
in magna & opulenta hæreditate & per conſanguinita-
tem & charitatem erga eam per l. ſi ſeruus plurium §.
fin.de legat.primo.l.Aurelius.§.Titius.de libert.legat.l.
cum alienam.C.de legat.Crot.conſi.14.num.21. Corn.
conſi,156.ad fin.Deci.conſ.289.col.2.ad fin. cum ſimil.
alibi pleniſſimè,tum etiam ex interpretatione, imò ex-
96 preſſa legis deciſione,quæ vult,ſi † vſus relictus ſit mulie
ri,poſſe eam cum marito habitare cum liberis, & liber-
tis,& ſic cum ſua familia per tex.in d.l.cæterũ.§. mulie-
ri.& ibi gloſ. fin. adducens rationem dubitandi in vxo-
re quæ ideò quaſi deberet ſequi domum viri, & non vir
eius domum, text. tamen decidit ibi contrarium, & in
l.ſequent.ff.de vſu & habit.& in §. item is qui. inſtit. eo.
& ibi Angel.Aret.nume.35. notat habentem vſum do-
mus poſſe habitare cum perſonis ſine quibus ſtare non
poteſt vel non licet, vt vxor cum marito, & cum tota
eius familia, & non tantùm cum primo marito,ſed etiã
quoties tranſierit ad ſecunda vota, atque imò ius per
ſonale aliquod conceſſum filiæ intelligitur & cõceſſum
eius marito,qui ſi vetaretur eo iure vti,diceretur id non
pręſtari ipſi legatarię per text.in l.penul.de ſerui.lega.&
ibi Alber. notat inferẽdo ſi conceſſum eſt mulier quod
habeat vitam ſuam in quodã monaſterio,ſi accipiat ma-
ritum,quòd maritus etiam habere debeat & intelligitur
viuente vxore.

Et huic quidem legis diſpoſitioni etiam in dubio
mens & voluntas dicti teſtatoris conformis eſſe præſu-
mitur,& eſt nota & communis concluſio per Cur.Seni.
conſil. 76.num.37.& Socin. in l.cum auus. ante nu. 27.
de condit.& demonſtr.& Barb.conſil.10.col.1.li.2.cum
alijs concord. per Zanch.in §.cum ita,num. 1119. l. hæ-
redes mei.ad Trebellian. vbi eſt locus poſt Bartol.per
omnes.

97 Ambiguum magis videtur † legatum & in re legata,
nam dicit, teſtator poſſit habere ſemper habitationem
in domo mea,non exprimendo de qua domo, cùm plu-
res domos habeat in patrimonio,licet videatur eſſe ſtã-
dum electioni hæredum,de qua domo teſtator ſenſerit
per text.in l.ſi domus. in princip.de legat. primo, & ibi
omnes tradunt: tamen in quæſtione propoſita dicen-
dum eſt quòd abſque hæredum electione teſtator intel-
lexit domum ſuam de palatio, in quo præſupponitur
eum in vltimo vitæ ſuæ continuo, vel pro maiori parte
temporis ſolitum eſſe habitare, facit doct.Bald.in l.pri-
ma.ſupra.fin.verſi.ſed pon.de teſtat. hom.in quantũ di-
cit intelligi de domo frequenter habitata, & l. cum de
lanionis.§. Sabinus.& ibi per Barto.de fun. inſtru. vt in
præcedentibus tactum fuit, & facit l.Mela.§.ſed & ſi ali
menta.& ibi per Bart.de alim.leg.de ſolito viciniori tẽ-
pore ſuæ mortis,& in ſpecie etiam bona eſt doct.Bal.in
leg. prima.ſub num.quarto.C. de verb. ſignificat. quòd
98 † ſi teſtator plures habens equos dicat, Lego equum
meum, intelligitur de eo,qui in vſu ſuo eſſe ſolebat,vt
meum intelligitur pleno modo.ſ. quo ad proprietatem
& vſum, vt per Ang.Aret. in teſta.gloſſ.24. ad fin. addo
clariorem text.in l. argumento. §. ſi quis addiderit. de
aur. & argen. leg. & in ſpecie quod teſtator ſenſerit de
domo in qua familiariter habitabat etiam habens plu-
res domos tradit Bero. quæſt. 101. numero ſecundo, &
de ea quam habebat tempore conditi teſtamenti, Ale-
xandr.in l. qui inſulam, columna prima,de verb. oblig.
allegando,Cyn. in leg. prima ſub num. duodecimo. C.
de ſacroſanct. eccleſ. dicitur autem ex teſtamento ap-
parere teſtatorem multum prouidiſſe commoditatibus
huius palatij de oratorio, & expenſis vnius ſacerdotis,
ibi certis diebus continuò, & in perpetuum inſeruien-
tis,& in facto eum conſtruxiſſe illud, prout eſt, dicen-
do enim in domo mea intelligitur magis de ea quam
ipſe conſtruxit, quàm de alijs relictis, dicente Arch. in
99 cap.pen.in fin.12.in quæſt. 1. quòd magis dicitur meum
quod per meam probitatem acquiro, quàm quod per
anteceſſores habeo, per l. ſi quid bello, & ibi expreſſius
per gloſſ.ff.de capt. & poſtlim.reuer.vt in ſimili de vxo-
re habitationem cum hæredibus ſuis habente in domo
ſua,ſi voluerit ex ſe habitare,ipſemet teſtator aſſignauit
ei certam partem dicti palatij pro ſua habitatione,ergo
illud intellexit pro habitationibus relictis & vxori &
nepti pro & in domo ſua,& nulla melior eſt interpreta-
tio quàm ea quam facit ipſe teſtator,Soci.conſ.102.col.
penul.ver. ex quibus patet.lib.tertio,Cur.ſeni.conſ.29.
colum.3.verſi.ita propoſito,Pariſ. conſ. 91. num. 27.&
conſ.97.numer.24.libr.ſecundo, cum alijs quæ poſſent
allegari.

Nempe & iam hæredes non poſſent declarare aliam
domum quàm eam quam habeat in vſu teſtator, pro-
bat Imo.in dict. l. ſi domus.in princip. verſi. nam abſo-
num videtur arg.l. domus. §. primo. de vſufruct. leg. &
100 l. pen. de ali. leg.nam quod † teſtator ipſe viuus factu-
rus ſit ab hæredibus ſuis fieri iuſſiſſe intelligitur, dicit
text. in l.cum ſeruus,ſup.ſi.de condit. & demonſtrat. &
debent ſequi, quod ex coniecturis apparet teſtatorem
voluiſſe,dicit Iaſo.in dict. l. ſi domus. colum. ſecunda,
ſub numer. 8. verſic. ſecundò limita,ac etiam aſſignare
tantam partem talis domus, in qua poſſit competenter
& honeſtè morari, Bald. in l.in annalibus. ad fin. C.de
leg. & arbit.boni viri conueniat. dicit Caſtr.in dict.l.ſi
domus.numero quarto, & in qua poſſit habitare com-
modè & honeſtè cum ſua familia,dicit ipſa lex teſtamẽ-
taria.§.diſponat. in auth. de nupt. & habitare cum ſuo
marito per alleg.ſuperius,ita verè & iuſtè remanet ſolu-
ta hæc quæſtio.
101 Poſtremo locus † petitionis præſtationíſque legati
diuerſimodè conſtituitur pro rerum legatarum diuer-
102 ſitate, nam † legatum annuũ quocũque loco repetatur,
dari debet,vbi aliter à teſtatore non ſit diſpoſitum per
l.primam ff.de an.leg.& ibi gloſſ.declarat.l.vbi teſtator
voluit, vbi hæres habet domicilium, vbi habet maio-
103 rem partem facultatum,vel vbi cœpit ſoluere, & † le-
gatum alimentorum debet præſtari vbi alimentarius
habet domicilium.Alber.in l. quod legatur.in fin. ff.de
104 iudic.† Alia autem res mobilis legata ſi reperiatur in lo-
co longinquo,hæres ſumptibus ſuis debet eam recupe-
rare ex loco vbi ſit,& eam dare legatario per l.cum ſer-
uus.de legat.primo.& ibi gloſſ. Bartol. & alij declaran-
do diſtinguunt quatuor tempora deciſiones diuerſifi-
cando,ſi reperiatur in loco longinquo vel tempore te-
ſtamenti,vel poſt teſtamentum ante mortem teſtatoris,
vel poſt mortem ante aditam hæreditatem, vel & vlti-
mo poſt aditam hæreditatem,vt ibi per eos, & latè per
Imol.in cap.indicante,nu.19.de teſta.Si verò res legata
non ſit in lõginquo loco,quo in loco demũ petenda ſit,
planam & clarã gloſſ. in d. l.quod legatur.ff.de iudi.quã
Barto.Angel. & Caſtr.ad fin.nominatim ſequuntur, vti
claram,planam & decidentem veritatem in omnibus
partibus ſuis,& magiſtram diſtinguentem multum pie
nè &



nè & perfectè:aduerte vnam concluſionem gloſſ.in fin.
105 quòd † & ſi hæres pro re legata conſiſtente in ſpecie poſ-
ſit in tribus locis conueniri & domiciliis,& maioris par
tis hæreditatis & rei legatæ, tamen condemnari non
106 poteſt ad præſtandum niſi vbi res legata exiſtit † idẽ in
legato quantitatis ex certo loco, ſic & conſiſtente ſpe-
cie,non ita verò in legato in genere,quod ideò vbi peti
tur, & ibi præſtatur, probantur hæc & alia per l. cum
res.de leg.primo , quæ magiſtra eſt in materia, & clarè
diſtinguit & decidit, & procedit in legato rei facto in ge
nere,in legato autem facto in ſpecie & in indiuiduo, vt
ex illo horreo, & ex illo dolio, procedit dict.l.quod le-
gatur.Declarat Dec.in l.vinum ſub nume.12. ſi certum
107 pet.Ad illud † quod ratione loci rei legatæ poteſt con-
ueniri hæres, memor eſto id habere locum etiam in re
mobili,quando pro ea proponitur actio in rem, vt con-
uentus ibi ſortiatur forum ratione rei,firmat Caſtr.in d.
l.quod legatur.in fin. exinde poſt Angel.Iaſo.in dict. l.
108 cum res,colum.2.in 5.not.† dicit hæredem adeundo hæ
reditatem,non videri,quaſi contrahere in loco vbi adi-
tur hæreditas,ſed in loco vbi ſunt res legatæ per illum
text. firmatur ex eo quod Cald.in conſ. ſequendo dicit
Alexand.conſil. 44.columna ſecunda,lib.quinto, quòd
109 † ius per aditionem hæreditatis acquiſitum vti intelle-
110 ctuale repræſentans defunctum, non clauditur loco. †
Pro obligatione tamen perſonali orta ex aditione hære
ditatis hæres poteſt conueniri in loco domicilij, Bald.
conſilio 219. ſtatuto ciuitatis Papiæ in fin. libro primo
in quo quidem loco domicilij vti faciliori & magis hæ-
redibus fauorabili hæres conueniri debet pro lega-
to putà frumenti, & vini ad menſuram etiam alte-
rius loci, vbi teſtator non habebat fundos aliquos red-
dentes frumentum vel vinum, vt habebat in loco do-
micilij, pluribus rationibus & coniecturis tenet Bald.
conſilio 224.factum tale eſt,nobilis dominus Anton. li.
3.iterum firmat conſil.255. confirmans conſilium lib. 2.
referendo dicta ſua ſequitur Petr.Pech.de teſtam. con-
iug.lib.5.cap.nu.3.circa hoc etiam diſcurrit idem Anto.
Gomez ſuo comment.in tõ.1.cap.12.ad fin.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Tempus in legatis de neceſſitate eſt,quia omne quod fit in tempore fit, & concomitante loco in quolibet actu in- eſt.*

2 *Locus facit præſumi tempore, ſunt enim concomitantia generis locus & tempus.*

3 *Et teſtamentum capit ſubſtantiam ex tempore per quod apparet prius & poſterius teſtamentum.*

*Omnia denique tempus habent & ſub ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo, tempus naſcendi, & tempus moriendi. ibidem.*

4 *Et eſt tempus numerus motus ſecundùm prius & poſterius.*

*Et de tribus principalibus temporibus, præſenti præterito perfecto,& futuro,& quid ſignificat vnumquodque, & de præterito imperfecto & plusquam perfecto,& de alijs ibidem.*

*Et quod in tempore non poteſt intelligi propoſitio deſini, niſi ea intelligatur incipit ibidem, & de ratione.*

5 *Teſtis quomodo bene probet de ætate, puta annorum 25. alicuius,deponendo cauſam ſcientiæ, vt ibi.*

*Certitudo temporis habetur per initium & finem temporis.*

*Et per temporis initij & finis probationem probatur poſſeſſio continua ad comprobandam præſcriptionem licet de medio tempore non ſit probatum,ibid.*

7 *Tempus eſt facti & in facto conſiſtit, & de prædicamento temporis, vide plura ibi.*

8 *Teſtator legans centum vni ex neptibus ſuis quæ primo nupſerit, vel vni ex ſuis attinentibus qui primo tale quid fecerit, pluribus contendentibus ſe ſolam primo nupſiſſe, vel illud tale quid aliud feciſſe, debet qui vult obtinere legatum probare de priori tempore facti, non ſolum de anno,menſe,ſed de die & hora.*

9 *Computus temporis fit reſpectu annorum,mẽſium, dierum, & horarum,& de iſtis debet & poteſt conſtare per inſtrumentum in quo fuit appoſita hora, licet non ſit in vſu, tamen appoſita probaretur de prioritate temporis.*

10 *Contendentib.duobus de prioritate beneficij collati, vel cõtracti matrimonij,quibus ſtandum ſit de prioritate ea.*

11 *Prius quando præſumitur,& quod poſterius, vide plura.*

12 *Scriptura etiam per teſtem facta per quoddam memoriale ſuam probat prioritatem, vel poſteritatem temporis.*

*Et quid ſi factum ſit de recenti, vel de longinquo an teſtes deponere poſſint,ibid.*

13 *Tempus eſt vnum quod facillime fluit à memoria hominis.*

14 *Legatum factum vni ex filiab.Geneuræ, cui magis debeatur an primo natæ vel primo nuptæ. ibidem & quòd verius primo nuptæ.*

15 *Tempus vbi non fuit appoſitum per teſtatorem pro aliquo faciendo vel dando omni tempore poterit dari vel fieri, niſi tempus inſit de iure,vel de natura,vel conſuetudine, & vt ibi de materia late.*

*Quod ſi tempus ſit appoſitum vni legato,& alijs nullum,dein omnium legatorum ſit facta per teſtatorem prorogatio,pone duorum annorum, quod comprehenditur etiam legatum habens ſpeciale tempus vt ſolueretur,& quare. 16.cum ſeq.*

17 *Prorogatio vniuerſalis termini intelligi debet vniuerſaliter,declarando tamen,vt inf.per auct.num.9.*

18 *Prorogatio ſi fit per iudicem termini, eo tẽpore elapſo non opus eſt nouum dari terminum.*

20 *Intellectus.l.Titio centum.ff.de legat.2.*

21 *Intellectus.§.item quæro.l.ex facto.de vulgar.& pupillari, vbi & quando ſpecies temporis deroget generi temporis.*

22 *Argumentum fit in tempore de toto ad partem temporis.*

23 *Tempus quando ponatur, vt ſpecies.*

24 *Legata plura facta nullo expreſſo tempore eorum ſoluendorum per teſtatorem,vt exequi poſſint inſitum,tunc habent tempus quia aliqua de iure, & à iure & aliqua de natura, aliqua de conſuetudine, quodque vnum declaratur, vt hic vſque ad verſicu.quinto quæro, & numero 34.*

25 *Legatum habet tempus de iure quo præſtan.ſit vbi de tempore non conſtet quod eſt anni impoſitum à iudice hæredi,vt præſtet illud.*

*Et quando non requiritur monitio iudicis in facto negatiuo quod quando procedere habeat,ibid.*

*Et de tempore quod datur ad ſoluen. puellæ impuberi factũ ſub conditione ſi nupſerit, & quid quando eſt factum legatum puberi, 26.quod procedit in legato non in inſtitutione,vt ibi.*

*Et de tempore quod datur à lege pro legato annuo præſtando.27.*

*Et de legato victus & veſtitus.ibid.*

*Et de legato alimentorum.ibid.*

*Et de annuo legato ex qualitate perſonæ dignoſcendo cui ſemel eſt factum vt continentur,donec duret ea qualitas exemplificando, vt nume.28.& latius de hac materia. ibid.*

28 *Legatum annuum factum vxori per maritum,vt ſua vxor veſtiatur, vidualiter intelligitur quolibet anno durante viduitate.*

*Item ſi mandat hæredi vt veſtiat viduam.ibid.*

29 *Pœna mille impoſita annuo legato,ſi non ſoluatur,ex conuentione primi vel vnius anni committitur tota pœna in ſua quantitate.*

30 Legatum habet tempus de natura rei legatæ, vt in frum. annuo legato, & vino quod ſolui debet tempore recollectus & vindemiæ, & quod ex natura legati inſit dies & de materia ibi.& quid quando legetur ſimpliciter quolibet annuo frumen.vel vinum, vt ſup.& quãdo dicatur de ſuis poſſeßionib.vide ibi latißimè.

Et quando habet tempus de natura perſonæ fideicommiſſarij vt ſtatim poſt mortem grauati conſequi poßit.31. declarando vt ibi.

31 Legatum habet tempus de conſuetudine, ex vſitato curſu exequendo, alio ſanè tempore opportuno, declarando exẽplum, vt ibi.

32 Legatum factum infanti de expenſis pro incumbendo ſtudio legati, non prius debetur quàm legatarius ſit effectus idoneus & aptus ad ſtudendum legibus.

33 Legatum factum pro paſſaggio ad terram ſanctam non debetur niſi quando communiter fieri contigerit tale paſſaggium.

34 Legatum quandoque conſideratur reſpectu teſtamenti, vel quandoque reſpectu mortis teſtatoris.vide verb. Tempus teſtamenti.

35 Tempus teſtamenti in legatis quandoque conſideratur & attenditur, quandoque tempus mortis teſtatoris, vt latißimè hoc diſcutitur per auctorem vſque ad verſic.6. poſt tempus, cum num.ſeq.vſque ad nu.47.& de exemplis in vnoquoque tempore.ibid.

37 Tempus teſtamenti attenditur in legatis primò quo ad ſignificationem & intellectum verborum quo fuerũt prolata verba, declarando, vt ibi, & hoc regulare eſt, ſiue circa res, ſiue circa perſonas fiat diſpoſitio.

Fallit ſi aliàs teſtamentum vitiaretur, ſi futura non comprehenderentur.

Circa perſonas attenditur tempus teſtamenti, legando filijs Titij intellige de natis & cõceptis tẽpore teſtamenti.ibid.

Idem ſi dictum ſit, Si quis deceſſerit filiorum vel nepotum meorum probandum eſt quòd deceſſerit ſecundum tẽpus teſtamenti.ibid.

Itemq́; tempore teſtamenti, & ſecundùm id cenſetur teſtatorem reliquiſſe veſtes ſuas, vel mobilia ſua quæ eo tempore habebat, probandum per legatarium.36.

Idem in legato liberatorio facto debitori de eo quod reſtabat habere intelligitur teſtamenti tempore.ibi.

Idem de valore monetæ relictæ in teſtamento quod tempus teſtamenti attendatur, & de hoc an id ſit attendendum tempus, vide ibid.

38 Idem de legato frumenti vini & aliorum mobilium, quæ poſſunt reperiri in horreo, vel cella vinaria, intelligitur tempore teſtamenti.

Et quãdo hoc deberetur tempore mortis teſtatoris, dic vt ibi pulchrè.

Et intellige prædicta de tempore teſtamenti vera, vt declarat latius auctor.ibi.

39 Tempus ſentẽtiæ iudicis dationis in ſolutum attenditur in æſtimatione, & non tempus confirmationis ſententiæ.

40 Tempus compoſitionis & non confirmationis attendi debet indicando prius, vel poſterius.

41 Tempus mortis teſtatoris inſpicitur in legatis, vt fundi inſtructi, & ſic in legato vniuerſali, non generali, vt ibi latè declaratur.

Idem dicendum vbi eſt aliquid pœnale, & in odium legatarij, quia tempus mortis non teſtamenti intuebitur.42.

Attenditur item tempus mortis teſtatoris in legatis, vt legatarius ſit capax.

44 Itẽ ſi legatarius ſit vocatus ſub nomine collectiuo vt vnus de familia, de agnatis teſtatoris, is admittitur qui ſit talis tempore mortis ipſius, & quare hoc ſit.

45 Idem dicitur in legato gregis, vel armenti, quale, & quantum ſit.

46 Tempus teſtamenti non mortis teſtatoris intelligitur vbi aliquod exiſtens poteſt eſſe vtroque tempore, & hoc in dubio, vt ſuper certo cadat teſtatoris intentio.

47 Tempus impoſitum hæredi aut legatario ad aliquid dandum vel faciendum, & non ſit certum, vel quando incipiat vt poſt mortem ſuam ſimpliciter, incipit currere à die aditæ hæreditatis & ſcientiæ.

Et in fideicommiſſario vniuerſali à die agniti fideicommißi, vt ibi latè de hoc dicitur, & quòd adiectio temporis cum fructibus anni mortis teſtatoris oſtendit annum incipere. ibidem.

Quod ſi tempore ſit adiecta alia demonſtratio, vt poſt mortem ſuam infra menſem, & de materia hac latè.48.

Et quòd pro pura haberetur diſpoſitio quando tempore aditæ hæreditatis tempus adiectum eſſet elapſum, ibidem, tunc diceretur tale tempus, vt ſpecies. vnde alio tempore factum non valet, ſed ad intereſſe tenetur is per quem ſtetit, ibidem etiam in fauorẽ libertatis non debet fieri extra tempus, & etiam quod ſteterit per caſum, & quando hoc intelligatur. ibid.

49 Tempus certum impoſitum hæredi per teſtatorem ad adeundam hæreditatem, & ſinat id labi, excluſus remanet poſteà penitus ab hæreditate, quia voluntas ea teſtatoris circa tempus pro forma habetur à qua recedi non poteſt, niſi parum ante, vel poſt incontinenti id fieret, vt ibi latè exponitur.

Hæres non adeundo hæreditatem in tẽpore certo à teſtatore infixo an ſibi noceat, dic ſic, vt in verb. tempus certum.

50 Annus nominatus in teſtamento per genitiuum vel accuſatiuum caſum, vel dictionem vſque intelligitur de anno completo.

51 Verba præſentis vel præteriti temporis quando referantur ad futura.

52 Permißio & conceßio teſtatoris vel vetatio & prohibitio ad tempus, poſt illud prohibitum cenſetur permiſſum, & econtra permiſſum cenſetur prohibitum.

53 Legatum factum ſub conditione ſi talis deceſſerit ante 25. annum interpretatur ante 25.ann.inchoatum, & ſic annus cœptus non habetur pro completo.

54 Hæres obligatus ſoluere plura legata pone poſt quinquennium anticipando ſolutionem legati vni legatario aliqua ratione motus non ſibi præiudicauit, vt ab alijs cogi poßit pariter ad ſoluenda alia legata, & quare, & de hac materia latè cum num ſeq.

55 Renuntians dilationi in vna parte temporis, non videtur renuntiatum in alia parte.

Fallit vt ibi.

56 Coniunctus vigore inſtrumenti publici quo tenebatur ad annuam præſtationẽ ex eo quia nil oppoſuit, ſic ad duas ſolutiones annuas condemnatus, poterit in alijs annis opponere contra d. inſtrumentum, negando publicum eſſe, ſi eius vigore conueniretur.

57 Tempus operatur in fauorem eius, cuius cauſa præfixũ eſt.

58 Renuntians fauori ſuo non ſibi præiudicat, niſi in eo quod vel tacitè, vel expreſſè renuntiauit, & quare declarando, vt ibi.

59 Legatum annuum ad certum tempus præfixum, pone vſq; ad decem annos, ſi eſt pro alimentis, dicuntur plura legata & annuatim conditionalia, prout annuum eſt legatũ, ſi non pro alimentis, non eſt vnum, ſed diuiſum in annuis præſtationibus: & interim moriente legatario, tranſmittit ad hæredes.

60 Legatum dicitur acquiſitum legatario fictè tempore mortis teſtatoris, & verè poſt aditam hæreditatem, & ſi repudiat antequam acceptet pro eo eſt, quaſi legatum non ſit, & vt ibi habetur latè.

61 Legatum ad tempus, putà per decem annos, vel donec vixerit elapſo tempore præfixo, vel tempore vitæ legatarij cenſetur teſtan. velle reuerti, & redire ad ſuum hæredem, & hæredis hæredem.

62 Clauſula ex nũc, prout ex tũc & cõtra ſolita poni in inſtrumentis etiam teſtatorum operatur quòd tempus præſens

trahitur



trahitur ad futurum, & futurum ad præſens, & latius de hac vniuerſali. ibi.

Et retrotrahitur diſpoſitio ſubſtitutionis, ac ſi ſubſtitutus ab initio eſſet purè inſtitutus.ibid.

Et trahitur ad tempus futurum, non verò ad præteritum in conditionibus legatorum.ibid.

## ¶DVBIT. IX.

DE tempore in legatis poſt præcedentem de
loco tãtum frequens eſſe poteſt, quãtum de
neceſſitate eſt tempus ipſum cõcomitante
loco in quolibet actu ineſſe, quia † omne,
1 vt alibi dixi, quod fit, in tempore fit, tex. gloſſ. in ver.lo-
cus & tẽpus, in c. Abbate ſanè. de re iud. in 6. dicit Bart.
conſ.92.col.fi.ver.3.obijcitur. & per l. libellorum. ff.de
accuſ.& l.interdum.de verb.oblig.l.3. §.hæc verba ſiue
quis.ff.de negot.geſt.& l. ſi peculium. §.pen.de ſtatu lib.
ibi, ineſſe enim videtur tempus tam operarũ præſtatio-
2 ni quàm itineri, & † locus facit præſumi de tempore, di-
cit Bald.in l. cum in te.C.de donat.ante vel prop.nupt.
deind.locus & tẽpus ſunt concomitãtia generis: ait idẽ
3 Bal.in l.edita.ſub nu.19.C.de eden. Quinimò † teſtamẽ-
tum ipſum capit ſubſtantiam ex tempore per quod ap-
paret prius vel poſterius teſtamentum dicit Fulgoſ. in
auth.quod ſine, nu.1.C.de teſtam. Omnia denique tẽpus
habent & ſuis ſpacijs tranſeunt vniuerſa ſub cælo, tem-
pus naſcendi, & tempus moriendi, & cætera quæ ſe-
4 quũtur in c.3. Eccleſiaſtes † tempus autem eſſe numerũ
motus ſecundùm prius & poſterius, diffinit Bald.in leg.
cum antiquiorib.col.5.ſub num.2.ver.& primo præmit-
to.C.de iure deliber. idem Bal. qui ſimilium bonus eſt
ſcrutator, in l. fin.col.3.nu.6.de codicil. exponit & de-
clarat tria principalia tempora, præſens, præteritum, &
futurum.ſ.quod præſens ſignificat actum præſentẽ, præ-
teritum perfectum ſignificat actum verbi receſſiſſe à
tempore, & futurum ſignificat actum acceſſurum tem-
pori, & de præterito imperfecto & alio pluſquàm per-
fecto, & de alijs, vt ibi per eum. Non omittam quod idẽ
Bal.in l.de diuiſione, col.1. ſolut. mat. notat quòd in tẽ-
pore non poſſumus intelligere hanc propoſitionem, de
finit, niſi intelligamus hanc propoſitionem incipi, quia
quãdo diſputamus de tempore, niſi ſciamus principium
oportet nos ignorare proceſſum, quod ait facere ad mul
ta, idem in l.ſi minorem.num. 4. C. de in integr. reſtit.
mino.& in l. prima. §.editiones.in fin.ff.de eden. Salyc.
5 in l.2.in prin.in fi. C.de temp.appel. vbi de † teſte depo
nente, quòd talis eſt ætatis ann. 25. aſſignante caſum
ſcientiæ, quia recordatur de die natiuitatis illius, quòd
bene deponit, cum enim ſciat prin. tempo. intelligitur
ſcire & eius finem, quòd tantũ tempus cucurrerit, quod
facit an.25.idem ex tex.ibi, quia hoc legatum & initium
& finem habet, in l. talis ſcriptura.de lega.1. Bald. notat
6 † quòd certitudo temporis habetur per initium & finẽ
temporis, idem ibi Alex.& Iaſ.col. 1. in 3. not. Felin.in
l. inter dilectos col.4.de fid.inſtru.comprobat per tem-
poris initij, & finis probationem eſſe probatam poſſeſ-
ſionem continuam ad complendam præſcriptionem,
licèt de medio tempore non probauerit, idem & Iaſ.fir
7 mat in d.3.not.quia † tempus eſt facti, & in facto conſi-
ſtere l. quædam.per Bald. ibi ff. de iure codicill. de hoc
prædicamento temporis vide plura per Alber. Bru.de
forma, rub. ex quibus conſiſtunt for. & ſolen. colum.
6.ver.37.

Secundo præpoſitæ dubitationis ſolutionem proſe-
8 quendo inſpiciendum eſt, quòd † ſi teſtator legauerit
centum vni ex neptib. ſuis, quæ nupſerit, vel vni ex
ſuis attinentibus qui primo tale quid fecerit, & plures
contendunt ſe ſolam primo nupſiſſe, vel illud tale quid
aliud feciſſe, & ſic in ſe verificatam eſſe conditionem
legati, nempe pro ea, vel eo qui velit, & poſſit obtinere,
legatum requiritur probare de priori tempore facti ſuæ
adimpletę conditionis, non ſolùm de anno & menſe, ac
etiam de die & hora per gloſ.fi. in l.ex plurib. ff. de ſo-
luti, quam in ordinarium & alibi raro reperiri dicit & ſe
quitur Bald.in l. imperator.in 1.lect. col.3.nu. 4. de ſta.
homi.& in l. de reb. C. de don. an. nup. & ſponſ. ſequi-
tur & Socin.in l.ſi mulier, nu.1.de reb. dub.& Nat.conſ.
538.nu.4.& conſ.572.nu.8.& Bal.conſi. 19. factum tale
9 eſt, quidam Vannus.ſub num.3.lib.5.dicit quando † cõ-
putus temporis ſit reſpectu annorum, menſium, dierũ,
& horarum, quod ideò de iſtis debet conſtare & pote-
rit conſtare per inſtrumentum, in quo fuerit appoſita
hora, licèt non ſit in vſu, tamen quando apponeretur, ſic
probaretur de prioritate temporis, quæ conſideratur
non ſolùm, vt dixi, reſpectu diei, ſed etiam reſpectu ho-
ræ.ita Franch.in c. pen.col.2.de reſcrip.in 6. vbi etiam
10 tradit inter duos † contendentes de prioritate benefi-
cij collati, vel de prioritate contracti matrimonij ſtare-
tur declarationi ſuperioris collatoris, & confeſſioni ad-
uerſarij & confeſſioni ipſorũ coniugũ ſuper prioritate,
11 vel poſterior.matr. † & plura de eo ꝙ præſumitur prius,
& quod poſterius per Felin.in ca.paſtoralis.col.3.& ſeq.
de reſcript. Hæc autem locum haberent de probatione
12 prioris, vel poſterioris temporis, quæ fieret per ſcriptu-
ram etiam factam per teſtem pro quodam memoriali
ſuo, vt plures faciunt, de hoc etiam antiquo, ſcribẽs fir-
miter poſſet atteſtari reddendo rationem, quia de facto
recordatur, & fuit pręſens, & de tempore fecit memoriã
per ſuam ſcripturam, quam modò legit, per quam ideò
memoria perpetuatur, ita Bald.in leg.iubemus, colum.
fin.num.7.ver.vlterius nota.C. de teſtam. ſequitur Ale.
conſ.184.col.2.num.3.lib.7.& comprobat in ſpecie de
eo qui teſtificauerit talem feciſſe teſtamentum tali an-
no & menſe, & die tali aſſignando rationem quia vidit
ſcripturam ab ipſo teſte factam, & propter illam recor-
datur, ita optimè probet, idem firmat Felin.in cap. cum
cauſam col.10.in verſ.5. no. de teſt. Aut eſſet quid factũ
de recẽti de quo veriſimiliter teſtes poſſent recordari,
ſecus verò eſſet in facto non recenti & longinquo, quia
teſtes veriſimiliter non poſſent de tali tempore firmi-
13 ter deponere, & † tempus ſit vnum de his quod facili-
me fluit à memoria hominis per Inno. in c. qualiter &
quando.il 2.de accu. Alex.conſi.65.col. 2. in fin.ſub nu.
2.& conſi.203.col.fin.nu.10.lib.2.

14 An autem primo † nata, vel primo nupta præferatur
in legato facto filiabus Geneuræ pro prima nubenda,
pro prima nata conſuluit Rom.conſi.408. verum con-
formius verbis teſtatoris, & verius decidit pro prima nu
pta, Imo.conſi.113.

15 Tertio ſi † teſtator nullum tempus appoſuerit ſuper
eo quod faciendum vel dandum diſpoſuerit, id quidem
fieri, vel dari poterit omni tempore, cùm teſtator non
dixerit quando.l.hæc condit. in princ. de condit. & de-
monſtrat.& l.ſi ita fuerit.de legat.tertio, vbi omnes tra-
dunt verba generaliter prolata referri ad omnes, & ad
omne tempus. Regula enim generalis eſt, vbi lex, ſubdã
etiam teſtamentaria, non loquitur de certo tẽpore, po-
teſt exinde actus fieri quocunq; tempore l. ſi rem quam
mihi.in fin.ff.de euict. Bal.conſil.256.præmittenda ſunt,
num.7.lib.4.niſi tempus inſit de iure, vel de natura, vel
ſecundùm conſuetudinem, vt ibi per eum. Ad idem cõ-
cord. vt fieri ſolet cum accidit, in pluribus conſ.repetẽ-
do firmat Aymo, vt conſil.14.num.3. conſilio 84. num.
13. conſil. 153.numer.4.conſil. 201. numer. 27. & Bald.
in l. peculium. §.final.de leg. 2. dicit quòd vbi non eſt
diſtinctio temporis, ibi nulla eſt repugnantia vt ante
retuli.

16 Quid à ſi principio † teſtator tempus appoſuit vni
legato, quod deberet ſolui eo mortuo præſenti die, vel

infra menſem,& plura alia legata fecit ſine die. Deinde
vniuerſalem prorogationem fecit ad ſoluenda legata,
quia diſtulit & prorogauit terminum ad ſoluendum
legata per eum facta infra duos annos, hæc autem vni-
uerſalis prorogatio termini comprehendit tam illud
legatum habens ſpecialem diem ad ſoluendum, quàm
cætera legata ſine die per text.in l.Titio centum. de le-
gat.ſecundo, & ibi Barto. Alber.Bald. Cuma. & Caſtr.
17 & Imo.ſummarium, quòd † vniuerſalis prorogatio ter-
mini vniuerſaliter debet intelligi, & Bald.& Imol.infe-
18 runt quòd ſi † iudex elapſo termino prorogauerit ter-
minum partibus decem dierum, valebit terminus, vt
ſic datus, etiam quòd non adfuerit, qui poſſit proroga-
ri,quod Imol.dicit eſſe notandum,& audiui aliquos etiã
pertinaciter errare in hoc dicentes terminum iam ela-
pſum prorogari non poſſe,ſed dari debere nouum termi
num, vt valeat, tamen contrarium eſt verius, vt ex d.l.
Titio centum.Bal.& Imol. probant.

Aduerte,licet alij nihil dixerint, quòd ratio Alpheni
19 iuriſconſult.in d.l.Titio centum.per vniuerſalem † pro-
rogationem non cenſeri receſſiſſe à ſpeciali die,videtur
probari per text.in leg.ex facto.§.item quæro.de vulg.&
publi.quòd per ſpeciem temporis derogatur generi tem
poris,vt ibi per omnes,quòd in tempore eſt ſpecies & ge
nus, ſic ſpecies temporis derogat generi temporis, ſed
20 intellige ad d. † l. Titio centum.vniuerſalem proroga-
tionem termini magis propriè conuenire ad ſpecialem
diem breuiorem, & per ſuam vniuerſalitatem etiam
21 capere impropriè cætera legata ſine die, & † ad dict. §.
item quæro. vnam eſſe generalitatem temporis intra
14.an.pro vno ſubſtituto pupillariter, & aliam eſſe ſpe-
cialitatem temporis in 10. annos pro alio ſubſtituto
pupillariter, moritur pupillus in 8.ann. propter hanc
diuiſam & ſeparatam prouiſionem, quæ fit à teſta ore
poteſt fieri, partem temporis derogare integritati eius,
& ſic ſpeciem temporis derogare generi temporis, vt
22 ſubſtitutus intra x.ann.admittatur † ſicut etiam in tem-
pore fit optima argumentatio de toto ad partem tem-
poris, dicit ex illo text.Bald.in l.ſicui legetur. in prin-
cipio,col.1.de leg 1.& ibi Iaſo. col.1. in 3. not. ſequitur
præſertim in fauorabilibus & vbi eſt eadem ratio. Ad-
23 de quòd tempus incipiens, puta à die condemnatio-
nis,ponitur vt ſpecies per Bar.in l. in ſenatus.§.fin.ff. ad
Turpil.

24 Quarto & ſi plura reperiantur facta legata, quæ præ-
ſtationi eorum, & ſatisfactioni appoſitum nullum ha-
bent expreſ. tempus,tamen vt exequi debite perfecteq;
expleri queant, tacitum in ſe continent tempus legata
aliqua de iure naturæ & aliqua de conſuetu. vel ſecun-
dùm conſuetudinem, ita Bald.conſ. 256. præmittenda
ſunt nu.7.lib.4.vbi tamen hæc aliter nõ explicat, quare
mihi ita dicendum videtur.

25 De iure aliqua † legata in ſe habent tempus quibus
ius ipſum præfigit terminum ad ea ſatisfacienda,vt quan
do hæres per iudicem monitus eſt, vt ſoluat legata, ius
ſtatuit ei terminum anni ad implendum præceptum te-
ſtatoris in legatis præſtandis, & alijs, quæ teſtator dari
vel fieri diſpoſuit per tex. in auth. hoc amplius.C de fi-
deicommiſſ. & ibi Cy. Bartol. & alij late in materia, &
in corpore authen. vnde ſumitur. & text. in cap. nos
quidem.& ibi Doctor. latiſſimè præſertim Imo. & Co-
uar.Hiſpa.numero ſecundo, vbi de mentione iudicis,
quando requiratur quando non eſt alia dies præfixa per
conſtitutionem,vel per teſtatorem, vel non eſt pæna im
poſita,vt per Ange.conſilio 64.quoniam.Caſtrenſ.292.
circa primum. ad fin. lib. ſecundo.Goz.conſilio 34.co-
lumna prima, & ſequen. & Pariſ. conſilio 19. numero
200.& ſeq. lib.ſecundo. Aym.conſil.59.num.7. & conſ.
193.colum.1.ſub num.4.vbi quod in facto negatiuo ma
ximè non requiritur monitio, adde Inno.in c.extirpan-
dæ.ad fin.de præben. cum concor. per Tiraq. in l.ſi vn-
quam verſi.reuertatur,nu.268.de reuo. dona. & plenius
in ſpecie noſtra per Guilli. Benedi. in c. Raynutius. in
verſ.ſi abſq; lib.more nu.199.cum ſeq.par.2. Quod pro
cedere intelligitur,vbi vertitur cõmodum pecuniarium
Alben.conſ.48 num. 15.

26 Datur † item à iure tempus, quo debet impleri con-
ditio legati in caſu iſto mirabili & parum animaduerſo
in practica, quòd ſi factum eſt ſub conditione ſi nupſe-
rit,legatum puellæ impleri, poſtquàm eſt effecta pubes,
habet tempus limitatum trium annorum in quo debet
impleri conditio, & ſi eſt factum legatum puberi, ter-
minum trium annorum quo debeat impleri dicta con-
ditio currit poſt mortem teſtatoris per text. in l. ſecun-
da.§.ad filiorum.C.quando & qui. quar. pars. lib. 10. &
ibi Bartol. & Io. de Plat. not. & valde notandum putat
Alexand.in apoſtil.ad Bartol.in l.hæc conditio.in prin.
de cond.& demonſtr.ſequitur & Tob. Peruſi. conſil.25.
num.5.aliàs priuatur relicto idem & Guilli.Bene.in cap.
Raynutius.par.2.verſ.cuidam Petro tradiderũt. nu.4.5.
hoc autem habere locũ in legato & non in inſtitutione
dicit Gabr.Eugub con.131.nu.16.

27 Atque annui † legati præſtandi tempus lex ſtatuit
eſſe in principio cuiuslibet anni, vt l. ſecunda in princ.
l. à nobis, de an.leg.& l.nec ſemel.in prin.ff.quando di.
leg.ced.& no.in l.qui concubinam §.vxori.de leg.3.latè
probat Soci.conſilio.11.colum fin.lib.primo, vbi loqui-
tur in legato victus & veſtitus quòd præſtari debeat in
principio anni, in legatis alimentorum quomodo ſin-
gulis mẽſibus vel ſingulis annis,per Papien.in for.libel.
pro legat.ſing.in glo.magna.nu.104. ideò annuum lega-
tum non ſolutum pro tẽpore quo hæreditas ſtetit penes
hæredem grauatum, eius hæres tenetur illud ſoluere, &
non fideicommiſſarius,ex conſ.Caſtr. 16.col.3. in princ.
lib.2.pro not.tenet Aymo conſ.19.col.fin.in prin. idem
probat Nat.conſ.323.ad fin. vltra eos idem probat Iaſo.
conſ.95.nu.2.lib.1.

28 Annuum † autem legatum præter cognitionis eius
communem modum, dignoſcitur ex qualitate perſo-
næ,cui ſemel factum eſt, tamen debet cõtinuari, donec
illa qualitas durat, exemplum ponitur de legato facto
per maritum, vt ſua vxor veſtiatur veſtib. vidualibus,
intelligitur quolibet anno donec permanet vidua, per
Bald.in l.prima,num.5.C.de fideicommiſſ.pro ſingulari
& not.ponit Roman. ſing. 291. legauit viduæ, ſequitur
Alexan.in l.diuortio.§.ob donationes,colum.2. num.8.
ſolut.matr.& Nat.conſ.379.numero 6.idem eſt ſi man-
dat hæredi,vt veſtiret viduam,intelligitur dum in vidui-
tate permanſit ex qualitate perſonæ.Bald. in l. ſi proba-
ueris colum.2.num.5.C.de fideic. & dignoſcitur ex reli-
cto facto ex redditu puta locorum S. Geor. de Genua,
vel Montis Senenſibus,qui ſucceſſiuis annis percipitur,
per l.defuncta.§.fina.ff.de vſ fruct.inter ſing.concordi-
ter ponunt Rom.ſing.292.Cremen.not.75.habebam re
ditum,& dignoſcitur ex perſona legatarij indigente con
tinuo re legata, ex loc.fructu antè cõtinuo ex cauſa pia,
vel ſucceſſiua,& in tempore reiterabili,vt l.annua.§.fin.
& l.cum quidam.de an.leg.Alexand. in l. eum qui ita.§.
qui ita.colum.2.verſ.non ob.d.l.legatum. de verb.obli-
gat.Caſtr. & Aret. ſub l. cùm ſeruus. §. ſi quis alicui. ſub
num.3.de legat.Socin.conſ.48.col.2.lib.3.refert Nat.d.
conſ.379.nu.4.5.7.Teciam.conſ.14.nu.3.& Tiraq. in l.
boues.§.hoc ſermone.in 3.limit.num.6.de verb. ſign. &
Guald.de arte teſtan.tit.6.de legat.cau.60.ad fi.Recor-
29 dare † ſi pœna, puta mille, appoſita eſt annuo legato, ſi
non ſoluatur ex contrauentione primi, vel vnius anni,
committitur tota pœna in tota ſua quantitate per leg.
prima.§.fin.& ibi gloſſ.de pen.legat.ponit Rom.in ſing.
294.lego Titio.

30 De natura † autem rei legatæ ineſt tempus, vt ſi lege-
tur



tur alicui omni.an.vnum modium frumenti ex ſua poſ-
ſeſſion.vel x.ſalmæ vini,ex ſuis vineis:frumentum tem-
pore meſſium,& recollectus,& vinum tempore vinde-
miæ perſolui & præſtari debet per leg.Firmio. §. pater
quando di.leg.ced.eodem tempore etiamſi cum his ſit
eidem legata quantitas pecuniæ aliqua perſoluenda eſt,
tradit Bartol.in l.ſi legatarius.§.primo de legat.3.& in
l.ſi cui legetur.in prin.ſub num.3.de legat.primo,& Bal.
in l.1.n.5.C.quando di.legat.ced.vbi propriè dicit quia
ex natura legati ineſt,vt in exemplis per l.1.§.fin.de cõ-
dit.& demonſtr.& ibi per gloſſ.& doct.pro ſingulari po-
nit Rom.ſing.384.& ſi quis vendiderit vinum quan-
tum valebit tempore vindemię,intelligitur de vltima
die vindemiæ,Alber.in l. quæſitum.§.prædia. de leg.3.
Secùs ſi legantur ſimpliciter quolibet anno tot menſu-
ræ frumenti & vini, & non dicatur de ſuis poſſeſſioni-
bus,quia tunc vt legatum annuum debetur in principio
anni,Bart. conſ.216.Andelandus.num.5.cum alijs con-
cord.ponit Borgni.Feuizanen.ſuo tract.de vſufru. mul.
relict.nu. 166.pag.630.vbi & in ſeq.de his annuis lega-
tis recollegit,& recenſuit aliqua notatio.

De natura † etiam perſonæ fideicommiſſarij videtur
31 vt cum ſit filius perſonæ grauatæ abſque temporis ad-
iectione non prius, ſed poſt mortem parentis grauati,
poteſt fideicommiſſum conſequi per tex.in l.epiſtolam.
§.fin.ff.ad Trebellian.& in dict.l.ſi legatarius. in fin. cũ
concord. ibi in gloſſ.Rom.ſing.496.rogatus, alioquin
præſenti die habere relictum poſſet per l.1.verſic.1.de
cond.& demonſtr.Alben.conſilio 48.nu.12.

32 De † conſuetudine ſupereſt,vel ſecundum conſuetu-
dinem ineſſe tempus legato ex vſitato & communi
curſu exequendo alio ſanè tempore opportuno, vt ſi ali
cui infanti quis legaret expenſas pro incumbendo ſtu-
dio legati,hoc quidem legatum prius non debet præſta-
ri,quàm legatarius eius effectus fuerit idoneus,vt com-
muniter dignoſcatur aptus ad ſtudendum legibus bene
probat text.in l.nec ſemel.§.ſi in habitationem.ff. quan
33 do dies l.ced. ſicut † legatum pro paſſaggio ad terram
ſanctam non debetur,niſi quando cõmuniter fieri con-
tigerit tale paſſaggium,poſt Dyn.tenet Bar.in l.Lucius.
§.primo.de leg.2.& ibi Imol.ſequitur, & defendit in l.
quibus dieb.§.Termilius.poſt prin.de cond.& demon.
& ibi Soc.num.5.ſequitur,idem & Alber.in d.§.ſi in ha-
bitatione.

Quinto quomodo diuerſitatis hæc quòd † in legatis
34 quandoque attenditur tempus teſtamenti, quandoque
tempus mortis teſtatoris. Pro ſolutione & declaratio-
ne dicam primum de his in quibus mihi ſuccurrit fore
attendendum tempus teſtam. namque primum quoad
35 ſignificationem & intellectum † verborũ,quoad alia di-
cetur infra tempus teſtamenti inſpicimus, quo fuerunt
prolata verba, Bald.in l.fin.colum.pen.num.49.C. de
hæred.inſti.Soci.conſi.6.colum.ſecunda,verſi. ad cuius
clariorem. & verſi.habita tamen conſideratione libr.1.
Exinde verba præteriti perfecti,& quicquid dedi,dona
ui vxori meæ,vſibúsve eius comparaui, & verba præ-
ſentis temporis, vt veſtem meam lego, & quod mihi
Seius debet ſeruos minoris ætatis 7.ann. & verba etiam
indefinita referuntur ad tempus teſtamenti, & non ad
poſteà data,debita,vel acquiſita,quæ non veniunt in le-
gato, ſed tantùm ea quæ ſic prolata ſunt, & exiſtunt
tempore teſtamenti,vt l.vxori.§.primo l.vxorem. §.te-
ſtamento ita de legat.3.l.ſi ita legatum.& ibi plenè Bar.
& l.fina.in princip.& ibi gloſſ.de aur.& argen.legat.& l.
ſi quis vinum. §. item ſi quis.de trit.vi.& oleo leg.3.cum
illud.§.hæres.quando di.leg.ce.tempus enim teſtamen
ti regulariter inſpicitur, dicit Socin.in l. quæ conditio
§.fina.colum.fin.ſub num.5.de condition.& demonſtra
tio.per dict.l.ſi ita legatum.ſiue circa res,ſiue circa per-
ſonas fiat diſpoſitio, niſi quando alias vitiaretur teſta-
mentum, ſi futura non comprehenderentur, dicit Ale-
xand.conſil.170.colum.1.ſub num.3.lib.5.ita circa per-
ſonas, quando quis reliquit filijs Titij vel cognatis ſuis
intelligitur de natis vel conceptis tempore teſtamenti,
per Bartol.in l.ſi cognatis.col.fina.nume.4.de reb.dub.
Corn.conſi.131.ad fin.lib.3.& Socin.d.l.ſi cognatis.col.
11.num.29.firmiter circa res tempus teſtamenti, & non
mortis inſpiciendum tradit Bart.in d.l. ſi cognatis. col.
pen.verſ.oppo.fortiſſimè.item particula hæc teſtamen-
ti,ſi quis filiorum,vel nepotum meorum deceſſerit, de-
bet probari,quòd is qui deceſſerit,fuerit nepos teſtato-
ris ſecundùm tempus teſtamenti per d.l.ſi ita.& d. l. fin.
de au..& arg.legat.tradit Sign.de Homod.conſ.173.co-
lum. fin. num. 23. declarat Caſtr.conſil. 132.videtur di-
cendum,colum.fi.lib.primo id non procedere ex pro-
pria natura pronominis, meum, quia pronomini non
accidit tempus, ſed genus,numerus,figura,perſona, &
caſus,ſecundùm Donatum Grammaticum, ſed id eue-
nire, quòd ſignificat præſens tempus ob participium
ſubintellectum exiſtens, meum.ſ.quod exiſtit meum,
verbo,exiſtit,præſentis temporis.itaque ſub legato bo-
na mea mobilia ad me pertinentia dicit venire fructus
pendentes in agris ſuis tempore teſtamenti, retinente
Alciat.conſ.182.lib.9.antè comprobaui, maximè in fru
ctibus de proximo colligendis tempore teſtamenti, ve-
runtamen cum Iuriſconſul.in d.l.ſi ita decidat hac de-
monſtratione,meum, præſens, & non futurum tempus
oſtendi huic deciſioni omninò ſtandum, exiſtimo quòd
pronomẽ,meum,deſignet tempus teſtamenti,cribratio
fit exactiſſima in reſponſis pro Triuultijs vt videre eſt
ex eorum indice, aduerte ſi valeat limitatio,quòd vbi
pronomini ſuo addatur verbum alicui, alteratur eius
ſignificatio per Iaſ.conſi.53.colum. pen.in fin.lib.1.pon
derando illud adiectum alicui iuri ſuo,quòd intelliga-
tur de quocunque iure,etiam de futuro.

36 Ad rem † ſi teſtator legauit alicui veſtes ſuas, vel mo
bilia ſua,intelligitur de veſtibus & de bonis mobilibus,
de quibus legatarius probauerit teſtatorem habere tem
pore teſtamenti quæ ideò veniunt in legato, & non po-
ſteà acquiſita.Alex.conſ.59.colum.2.nu.7. & conſ. 171.
nu.1.lib.6.& Corn.conſ.14.col.pen. lib. primo, cum ſi-
mil. latè per Socin.Iun.conſi.99.lib.3.& per Borgni. de
vſufruct. mul.nu. 85.& nu. 86.vbi quòd ad probandum
admittantur teſtes domeſtici.Eadem ratione ſi legatum
liberatorium faciat debitori de eo quod teſtator reſta-
ret habere ab eo intelligitur tempore teſtamenti, Fulg.
conſil.37.quidam in ſuo teſtamento,vbi plura declaran
do ita concludit.

37 Idem † de valore monetæ relictę in teſtamento quòd
tempus teſtamenti attendi debeat tradit Old.conſi.31.
iura & concord.allegando ſequitur conſi.156.nume.16.
17.hanc opin. vti communiter receptam ab oppugna-
tione Rom.ſing.513.de l.cum certum. de aur.& arg.
legat.ſuſtinẽdo,comprobat Ari.Pinel.in rub.de reſcin.
vend. par.1. cap.3.nume. 23. vbi & nume.24.remiſſiuè
allegat tractantes,an debeat attendi tempus teſtamẽti,
vel aliud,& cũ alijs per Gabr.Rom.de comm.opin. lib.
3.tit.de ſolut.concluſ.4.

38 Item † legauit frumentum, vinum cum alijs bonis
mobilibus, quæ poſſunt reperiri in horreo, in cella vi-
naria,& in domibus ſuis, intelliguntur vtique de his,
quæ reperiebantur tempore teſtamenti.l.Iulianus.§.fin.
de leg.3.Ang.Aret.de teſta.gloſſ.62.nume. primo, Me-
noch.conſil. 97. nume. 28.vbi in præcedentibus & ſe-
quen.diffuſè de his agit,quod frumentum & vinum le-
gatum ſi per teſtatorem diu poſt teſtamentum viuen-
tem fuiſſet cõſumptum & in eodem horreo,vel eadem
cella vinaria aliud fuerit repoſitum & ſurrogatum etiã
hoc tandem repertum tempore mortis teſtatoris le-
gatario deberetur poſt Iac.de Aret.Barto.Alb.& Bal. &

alij tradunt in l. ſi ſeruus legatus.§.qui quinque.de leg.
1.Ang. Aret. d. gloſ. 62. & Socin.in l.filiæ ſuæ.§.Titi.in
fin.de cond.& demonſt. & Imo.in c.indicante.num.23.
de teſtã.idem de fructibus recolligendis certo ann. quo
teſtator graui infirmitate oppreſſus credebat mori, ſed
ſuperuixit pluribus annis, quòd debeantur recolligen-
di tempore mortis teſtatoris. latè inſiſtendo probat Ce-
phal.conſi.530.

Adeo autem hæc vera ſunt de tempore teſtamenti
attendendo, quid, quale quantúmve legatum fuerit, ꝙ
ſi primo teſtamento liberatio, vel res aliæ legatæ fue-
rint, & poſt per plures annos teſtator viuens alia debita
contraxerit cum debitore liberato in primo teſtamen-
to, & alias res ſimiles dictis primo legatis, acquiſierit,
aliud fecerit teſtamentum in omnibus rouocando pri-
mum pręterquàm in dictis legatis, in quibus illud con-
firmauit, legata vtique ſolum debentur, & liberationis
debitorum & aliarum rerum, quæ tempore dicti teſta-
menti primi erant & reperiebantur, per text.in l. Aure-
lius.§.teſtamento.de liber.leg.pro ſing.ponit Rom. ſuo
39 ſing.497.tex.in l.ſi ita.adducendo in not.caſu ſententię
iudicis confirmantis dationem in ſolutum prius factam
de tempore dictæ dationis attendendo in æſtimatione,
& non ſententiæ confirmantis, comprobat Crot. conſi.
40 68.ad numerum 10.ita enim † tempus compoſitionis &
non confirmationis attendi debet in iudicando prius
vel poſterius.l.conficiuntur.§.ſi miles.de iur.codicil. ibi
per Bald.

41 Deinde verò quandoque in † legatis inſpicitur tem-
pus mortis teſtatoris, & non teſtamenti, hoc enim pro-
cedit in legato fundi inſtructi, & ſic in legato vniuerſa-
li, tex.gloſ.& doct.in l.penult.de fun.inſtruc. vbi propriè
Alber.dicit habere locum in legato vniuerſali, quòd in-
ſpiciatur tempus mortis teſtatoris, in legato autem ge-
nerali tempus conditi teſtamenti, ſic in vniuerſali lega
to poteſt eſſe tempus mortis, quoad amplitudinem re-
licti intelligendo Bald. in l.fina.colum.penult.numero
49.C.de hæred.inſtit.ſupra alleg.ſic etiam intelligi de-
bere Bartolum in l. cùm pater.§.pater filiæ. ad fin. de
leg.ſecundo firmantem ad tempus in legato fieri rela-
tionem, quo legatum ampliatur ſecundum. l. Mæuio.
§. à me. de lega.ſecundo, vbi loquitur in legato dotis,
quod eſt vniuerſale per not. in rubr.ſolut.matr. maximè
in legato verbis generalibus geminatis veniunt futura,
Crot.conſi.14.num.39.

42 Procedit † ſecundò vbi eſt aliquid pœnale & in odiũ
legatarij temporis expectatio eſt, hoc nempe non te-
ſtamenti facti tempus, ſed mortis intuebitur, dixit text.
in l.lege fami.ff.de manumiſſo.

43 Procedit † & tertiò quòd in legatis ſufficit legatarium
eſſe capacem mortis teſtatoris per l. non intelligitur.
§.quando autem. ff. de iur.fiſ.Bartol.Caſtr.& Imo.in l.
non oportet de leg.ſecundo, & gloſſ.in verſicu. more-
retur in l. cùm ita.§.in fideicommiſſo.eod.vel tempore
euenientis conditionis Caſtr.conſilio 301. prædicta du-
bia. columna prima, in fin. verſicu.ad primum libro
ſecundo, & Bero.conſilio 103.numero ſexto, lib.2.

44 Procedit † & quarto ſi legatarius ſit vocatus ſub no-
mine collectiuo, vt vnus de familia, de agnatis, vel co-
gnatis teſtatoris, facilius eſt quòd is admittatur, qui talis
eſt tempore mortis teſtatoris, d.§.in fideicommiſſo. & l.
ſi cognatis.de rebus dub.& ibi gloſ.Bartol.& Socin.hoc
ideò eſſe ex quadã vniuerſalitate nominis collectiui cõ-
tinenti plures perſonas, vel gradus, vt Menoc. adducit
45 iam alleg. conſilio 97. numero 139. & ſequent. † idem
& in legato gregis vel armenti quale & quantum ſit
attendatur tempus mortis teſtatoris, Gualdem. de ar-
te teſtan. titul.6. de lega. cau. x. refert Ioſeph. Aſſiſien.
Peruſ.deciſ.61.ad fin.vbi numero 38.& ſequent. latè in
materia.

46 Aduerte † demum vbi aliquod exiſtens poteſt eſſe
tempore teſtamenti, vel tempore mortis, intelligitur
in dubio tempore teſtamenti, vt intentio teſtatoris ca-
dat ſuper certo, dicit Bald.conſ.485.qui legat.in fi. lib.
quarto.

Sextò poſt tempus teſtamenti & mortis teſtatoris
aliqua de tempore communia hæredibus & legatarijs
videnda ſunt. Primum namque ſi per teſtatorem cer-
47 tum † tempus, non tamen dicendo quando incipiat, vel
dicendo poſt mortem ſuam ſtatutum ſit hæredi ad dan-
dum, vel faciendum aliquid, vel & legatario ad dan-
dum vel faciendum aliquid hæredi, vel alij, à die qui-
dem aditæ hæreditatis & ſcientiæ tempus ipſum curre-
re incipit.l.3.§.ſi quis hęredi, de ſtatu liber.& l.ſi in diem
in princip. & ibi Barto. Bald.Caſtr.& Imo.& plenè So-
cin.de condit.& demonſtr.Barto.in l.fin.§.primo, num.
2.C.de iur.delib. & ibi Iaſo.& eſt commun. opin.Caſtr.
conſil.292.circa primum, colum.3.ſub numero 4. ſuper
eodem facto & conſil.371. colum. fina. nume. 5. lib.ſe-
cundo, & Alexand.conſil.36.columna 3 numero 9.lib.
4.& in l.ſi mihi.§.ſi quis ſeruos.ſub nume 5.de legat. pri
mo. Crot. conſil.316. nume.19. & Bald. in l.1.num. 49.
C.de his quæ pæ.nomi.& plenè concord. allegendo te-
net Corn. conſil. 262.columna.fina.lib.primo. vbi tra-
dit & idem eſſe in fideicommiſſario vniuerſali, vt ſibi
tempus impoſitum ad aliquid faciendum currere non
incipiat, niſi poſtquàm fideicommiſſum agnouerit, &
Rom. conſil. 227. pro plena diſcuſſione, column. ſe-
cunda, vbi quòd non incipit currere tale tempus in te-
ſtamento, niſi etiam à die ſcientię eius, qui tenetur adim
plere, idem conſ. 409. quoad primum, col.1.idẽ & à die
ſcientiæ Imo.in cap.nos quidem, colum.2. nu.ſeptimo,
de teſtam.idem ibi Abb.col.pen.nu.10.idem in not.ca-
ſu per Calder.conſ.37.mandauit teſtator.tit.de teſta.Ad
iectio temporis ſic expoſita cũ fructibus anni obitus di-
cti teſtatoris oſtendit annum incipere à die mortis teſta
toris per Socin.Iun.conſ.56.col.1.lib.3.

48 Si autem teſtator † tempori poſt mortem ſuam ad-
iecerit aliam demonſtrationem pro initio ipſius tem-
poris, vt poſt mortem ſuam intra menſem proximè,
vel immediatè ſequentem, vel aliud tempus initij ſit ap
poſitum, tunc ita currere incipit alia ſubauditione non
facta de aditione hæreditatis, vt per Bart.in d. l.ſi in
diem. & Aret. in l.ſi cui legetur.in princip.colum.fina.
de lega.primo. benè declarat quomodo perpendatur
tempus in ſpecie expreſſum per terminum à quo & ad
quem & alia ſubauditio fieri non oporteat, ita & per
Alexand.conſ.61.colum.ſecunda, verſ.opponitur etiam
lib. 5. & conſi.75.nume.4.lib.ſecundo, & Anto.de Butr.
conſi. 57. ad fin. & Corn.conſi.231.colum.1.ad fin.lib.3.
vt dies de momento ad momentum, tempus dt tempo-
re immediato, & de verbo proximè deſignante extre-
mitatem primi temporis intelligi debet Bald.ait conſi.
246. proponitur quòd dictum compromiſſum. lib. 5.
ſequitur Afflict. deciſ. ſeptuageſimatertia, num.octauo,
& currit ignoranti, latè probaui conſ.94.num.4. vnde
aditæ hæreditatis tempore quando tempus adiectum
eſſet elapſum diſpoſitio non viciaretur tali temporis
anguſtia & pro pura ſine tempore haberetur per text. in
l.ſi mihi & tibi.§.1.& ibi Bald.& Imo.& alij de leg.1.

Etenim iſto caſu tempus certo initio & proceſſu præ
fixum dicitur vt ſpecies per Barto.in l.in ſenatus. §. fin.
ad Turpil.ideò aliquid habendum, dandum, vel facien-
dum hoc tempore habitus, datum, vel factum alio tem-
pore non valet, ſed is per quem ſtetit, quominùs ſuo tem
pore fuiſſet factum, tenetur ad intereſſe per l. ſi vſusfru-
ctus mihi.de vſufruct.leg.& ibi Bar.& in d.§.fin.& Caſt.
in d.l.ſi cui legetur.§.primo num.2.Nat.conſ.485.num.
9.& alios alleg.conſ.13.nu.7.lib.1.

Atque aliquid intra tempus à teſtatore præfixum
facien



faciendum, & ſteterit per eum qui facere debeat, quo
minus fecerit extra tempus, etiam in fauorem libertatis
fieri non debet, per text.in l.Thais.§.intra certa.de fi-
deicommiſſ.liber. etiam quòd ſteterit per caſum, vbi
maximè coniecturatur voluntas teſtatoris reſtricta ad
datum tempus, quod etiam teſtator valens aliter proui-
dere noluit, vt in not.caſu conſuluit Anton.de Butr.d.
conſil.57.Quia per illum text.in d.§.intra certa.in vlti-
mis voluntatibus quoad actionem conſequendam mo-
ram non poſſe purgari, niſi quoad exceptionem, tenet
Bart.in l.hæc conditio.in fin.de condit.& demonſt.poſt
Cyn.declarat Bal.in l.ſi plures.num.33.C.de cond.inſer.
communiter doct.ſequi. Bar.dicit Pariſ.conſ.19.nume.
49 199.lib.2.eſtoq; memor quòd † ſi teſtator hæredi cer-
tum tempus ad hæreditatem adeundam ſtatuat, & ſi nõ
adeundo ſinat tempus labi, quòd poſteà excluſus rema-
net penitùs ab hæreditate, ita ſequendo deciſ.Angel.&
Caſtr.tenet Alex.in l.nemo poteſt.in fin.de leg.1.volun
tas enim teſtatoris diſponens circa tempus, debet ſer-
uari, & pro forma habetur circa tempus, adeo quòd ab
ea non poteſt recedi, Pariſ.conſil.23.num.19.lib.3.

Aduerte tamen quòd id quod certo tempore fieri
debet, ſufficit fieri parum ante, vel parum poſt in con-
tinenti, quia in iure noſtro idem tempus accipitur pro
toto tempore, quod actui eſt neceſſarium & cohærens
ex gloſſ.ibi not.dicit Bald.in l.1.ſub num.6.ver.in gloſſ.
1.ibi.C.de oper.libert.& ibi in apoſtil.additur not.text.
in l.ab hoſtibus, §.fin.ſecundùm Barto.ibi.ff.ex qui.cau.
maior. vbi cauſæ aliquæ traduntur de modico poſt non
curando, & adde gloſſ.in l.Pomponius.§.ratihabitionis.
ff.de procur.& all.concord.per Curt.Seni.in tracta.de
teſti.q.56.nume.107.& dixi conſil.151.num.68.& nume.
69.lib.1.quòd incontinenti factum intelligatur arbi-
trio iudicis, cum alijs alleg.per Menoch.de arbitr.iud.
lib.2.cent.1.caſ.9.nume.5.accedente quòd vbi dubium
eſt de tempore præſumitur in benigniorem, & actus fa-
ctus prę̨ſumitur legitimo tempore, hoc vlt.probat Abb.
in conſtitutis, num,3.de reſcrip.& primum Bald.in cap.
cum tu.de teſtib.refert & ſequitur Iaſ.conſil.46.colum.
pen.ſub num.6.lib.3.

Reſpice denique quomodo per teſtatorem ſcientem
vel ignorantem pręfixum ſit tempus vel diſpoſitioni vel
præſtationi legati, & cuius ætati vel honorati, vel ter-
tij, & in quem caſum genitiui, accuſatiui, vel ablatiui
ſit, diuerſimodè incipit, ne rem bene actam forſan mi-
nus bene agam, & quod magis ad rem attinet, breuitati
ſtudens remitto diſcuſſionem & declarationem hanc
ad Bartol.Alber.Bald.Cum.Caſtr.Imol. Alexand.Aret.
Flor.& Iaſ.in allegat.l.ſi cui legetur.in princip.& §.1.&
50 docto.in l.ex his.C.quando dies leg.ced. † Mentio qui-
dem anni in teſtamẽto per genitiuum vel accuſatiuum
caſum vel dictionem, vſque, intelligi de anno completo
51 ex locis hic citatis tradit Nat.conſil.461. † & quando
verba præſentis vel pręteriti temporis referantur ad fu-
tura, aut verba ſunt futuri temporis, text.gloſ.& doct.in
l.ſi ita quis in teſtamento.de leg.2.in l.vxori.§.1.de leg.
3.in l.ſi ita.de aur.& arg.leg.& Corn.conſ.34.col.2.lib.3.
Menoch.conſil.97.poſt nume.123.& ſeq.& Bald.quoad
verba futuri temporis in l.ſi creditoris, nume.2.C.de ſi-
deicommiſ.& Bart.in l.3.in princip.de adim.lega.Fulg.
conſil.28.Aym.conſi.133.col.1.Deci.conſi.176.col.4.&
col.fin.Crot.conſ.14.num.47.

52 Quandoquidem reperiatur † teſtatorem aliquid per-
mittere & concedere, aut vetare & prohibere ad tem-
pus, puta decem ann.ſanè poſt tale tempus intelligitur
permiſſum & conceſſum prohibere, & econtra prohibi-
tum permittere, & concedere : hoc vltimum probat
text.in l.pater.§.fundum.& ibi Bart.& alij de leg.3.So-
cin.Iun.conſil.188.nume.12.13.lib.ſecundo, primúmque
probat.l.ſtatu liberorum.§.Stichum.de leg.2.& ibi not.
doct. & l. ſi intra.de ſtatu lib.adducunt Caſtr.conſi.351.
in fin.lib.2.& Nat.conſi.488.num.4.& Cephal. conſil.
345.nu.13.

53 Quid relictum ſub conditione ſi talis deceſſerit ante
25.an interpretatur ante 25.an.inchoatum & ſic annus
cœptus non habetur pro completo, Corn.conſ.213.lib.
1.Dec.conſi.593.

54 Contingit aliquando etiam † quòd teſtator plura le-
gata diuerſis perſonis facit ſimpliciter & poſtmodùm
generale tempus apponit, quo legata ita ſolui non de-
beant, niſi pone, poſt elapſum quinquennium, hæres vo
lens vni gratiſicari miſeratione, ſeu alia ratione motus
ſoluit ante tempus vni ipſi ſuum legatum, cæteri lega-
tarij credentes proinde hæredem teneri ante tempus
eis etiam ſoluere ſua legata, ita contra eum agunt, re-
ſpondetur eum non teneri, & ſibi non præiudicaſſe an-
ticipando legati ſolutionem vni legatario per text. in
ſecunda lectura ibi approbata per gloſſ.Bar. Bal.Alber.
55 Caſtr. & Imol. in l. Lucius.§.teſtator de leg.2.vbi † re-
nuntians dilationi in vna parte temporis, non videtur
renuntiare in alia parte, & per gloſſ.in l.non dubium.
C.de teſta.& ibi Bald.Sali.Alexand.& Iaſo.limitant, niſi
ſint plura legata diuiſa per tempora, tamen re vera lega
tum eſt vnum, vt l.codicillis.in princ.de an.lega.& Bar.
in l.ſi cui legatur.in prin.nume.3.de leg.primo, vel ha-
bent eandem radicem, & eundem finem: vnum expreſ-
ſum, puta pro alimentis in habitationem, in diſciplinã,
quia in parte agnoſcendo tenetur & in totum, vt l. pri-
ma. C. de fideicommiſ. vbi etiam loquuntur in teſta-
mẽto inualido, quòd nõ prę̨iudicet ſibi, niſi in eo quod
56 agnouit, confirmo quòd produxiſti contra me † in-
ſtrumentum continens me tibi deberi ſoluere aliquid
annuum, me nihil opponente obtinuiſti vigore talis in-
ſtrumenti me condemnari tibi ad primam & ad ſecun-
dam annuam præſtationem, & poſtmodùm ſi pro alijs
annuis præſtationibus vigore eiuſdem egeris contra
me, poſſum opponere contra illud inſtrumentum, & ip-
ſum negare publicũ, & publica manu ſcriptum, ita not.
tradit Angel. in §. in his vero. in fin. in auct.de inſtru.
57 cau.& fide. † tempus enim operatur in fauorem eius, cu
ius cauſa præfixum eſt.l.ſi ita relictum §.Pegaſus.de le-
58 ga.ſecundo.& ibi Bald.& alij not. † & ille ſuo tali fauo-
ri renunciando non ſibi præiudicat niſi in eo, quod vel
tacitè, vel expreſsè renuntiauit, cùm renunciatio ſit ſtri-
cti iuris, & illud non contineat niſi id quod de neceſſi-
tate infertur, Deci.conſi.551.nume.primo. Aym. conſil.
257. colum. 3. verſi.octauo, ſi dicimus, & alibi, maximè
in eo quid inducitur facto, qui limitat quatenus eſt fa-
ctũ per gloſ.in verſ.partibus.ad fin.in cle.ſæpe.de verb.
ſing.approbatam per doct.varijs in locis, vt Rom.conſi.
133.in præſuppoſito caſu.Deci.in c.dilecti.2.de appel.

59 Legatum † annuum ad certum tempus præfixum
vel vſque ad x.annos, vel vſque quo legatarius, vel alius
compleuerit. 25. annor. ſi pro alimentis ſit, ſunt plura
legata, quot anni ſint iuxta x.an.præfixos, & annuatim
conditionalia ſunt, prout annuum legatum eſt, ſi verò
non pro alimentis vnum eſt legatum diuiſum in præ-
ſtationibns annuis, ita quòd legatarius interim mo-
riens tranſmittit legatum ad hæredes præſtandum per
tempus præfixum, ita diſtinguit text.in l.ſi cum præfi-
nitione.ff.quando di.lega. ced.& ibi per Bart.& qui ce-
pit agnoſcere tale legatum, debet in totum præſtare,
Grat.conſi.81.nume.21.22.23.conſi.82.colum.1. & ſeq.
conſi.150.col.fin.num.63.& ſeq.lib.2.

60 Legatum † acquiſitum legatario dicitur & factũ tem-
pore mortis teſtatoris.l. à Titio.ff.de fur. & verè poſt
aditam hæreditatem, & antequàm acceptet ſi repudiat
pro eo erit, quaſi quidem nec legatum ſit, & retro vi-
detur res repudiata fuiſſe, hæredis, & nunquam fuiſſe
legatarij.l.legatarius. §.primo. l.ſeruum filij.§.primo.l.
ſi tibi

ſi tibi homo. §.cum ſeruus..de leg.primo.& ibi gloſſ.& doct.& l.pen.de fun.inſtr.gloſ.in l.filio. in princ. de ali. leg.gloſ.& Doctor.in l.cum quo.ad l.Falcid.ex facto reſpondi cohæredem,cui facta erant magna prælegata illico poſt mortem teſtatoris repudiantem ,cohæreditalia prælegata poſteà non debere audiri,dicendo talem repudiationem,quæ donatio videbatur, non valere defectu inſinuationis, cum ſic repudiando nequaquam donaſſe dicitur per alleg.iura,& per.l.ſi ſponſus.§.ſi quis rogatus.ff. de donatio.inter vir & vxo.

61 Relictum † ad tempus legatario , puta per 10.an.vel donec vixerit,elapſo quidem tempore præfixo, vel tempore vitæ legatarij,teſtator cenſetur velle reuerti, & redire , ad ſuum hæredem in teſtamento ſcriptum , & ad heredis hæredem non habendo reſpectum ad perſonas: ſed magis ad ius hæreditarium. l.Titia cum teſtamento.§.Titia.& ibi expreſsè Barto.de legat.ſecundo, Caſt. conſil.225. colum.2.lib.2.Alexand.conſi.92.colum.1.& colum.pen.in prin.verſ.non ob.etiam,lib.3.Dec.conſil. 597. nume. 4. Alexand conſi.23.num.3.Pariſ.conſil.21. num.44.conſ.97.col.2.lib.2.Gualden.de art.teſtan.tit. 6.de lega.cau.60.num.2.

62 Clauſula † , ex nunc , prout ex tunc,& econtra ſolita per notarios poni in inſtrumentis etiam teſtamentorum operatur quòd tempus præſens trahitur ad futurum , & futurum ad præſens & ſic vnum tempus trahitur ad aliud,Bald.in auth.contra rogatus in princ. C. ad Trebell.Bart.in l.ſi ita ſtipulatus. in princ.de verb.obl. & ex quolibet dictorum temporum poteſt dici diſpoſitionem ſumere initium , vt ex verbo ex nunc ſignificante actum verbi prolati ex verbo , ex tunc ſignificante effectum actus eſſe collatum in illud tempus futurũ, & ſic effectum verbi conſummati,vt per Ang.Imo.Alex in l.huiuſmodi.2.de verb.obliga. Aret.in l.lecta,colum. 3.ſi cert.pet.& Iaſo.in l.1.ad fin.C.de codicil.poſt gloſſ. ibi & Ang.Caſtr.& Alexand.& conſi.111.colum.penult. nume 27.lib.6.& Io.Mari.Riminal.conſi.595.numer.6. Gui.Pap.in quæſt.587.clericus.& Neguſ.de pigno. par. ſecunda , membro 2.col.1.num 4.5.& ſequen. vbi contra Dec.defendit etiam ſi effectus ſit collatus poſt mortem vt in vltimis voluntatibus contingit , comprobat Tiraq. de conſtit.part.3.limit.ſecunda, num.6.11.12.loquuntur enim in ſpecie noſtra tractantes de conſtituto collato in tempus mortis per d. clauſulam,idem Socin. Iun.conſi.106.num.28.lib.primo, conſ.41.num.6.lib.3. &retrotrahitur diſpoſitio ſubſtitutionis ac ſi ſubſtitutus ab initio eſſet purè inſtitutus,vt per Pariſ.conſi. 62. nu. 23.lib.ſecundo,& trahitur ad tempus futurum,idẽ conſ. 19.nume.122.eo.non verò ad præteritum in cõditionalibus legatorum,vt per Bart.in l.ſi is qui pro emptore, num.55.de vſucap.

## ¶ SVMMARIVM.

1 Dignitas non eſt conſideranda vbi verborum interpretatio ſit facienda.

2 Legata vxoribus facta ſi ſint tunc dubia quòd interpres ſit anceps,an debeat etiam ampliare vel diminuere, dic eſſe potius amplianda fauore matrimonij , & ob multa alia quæ ſunt inter virum & vxorem , & multa de his pulchrè.

3 Vxor in aliquibus partibus, maximè in Alemania, eſt hæres mariti,quod mirum non debet eſſe,cum quandoque id diſponat ius commune,& vt ibi.

Item eſt priuilegiata quoad legata ſicut filius & aliæ coniunctæ perſonæ.ibid.

4 Legatum factum vxoribus per maritos , ſi nomine appellatiuo fiat vni & primæ vxori, non debetur ſecundæ , licet hodie hoc non fiat cum diuortium non fit , cuius loco eſt ſeparatio thori,& eorum caſu mala gratia facto tollitur & legatum , ſicut & ſucceßio coniugum , & de duobus caſibus mala gratia factis vt tollantur prædicta,& de tertio quo non tollitur legatum , & quia bona gratia dicitur factum.

Si nomine proprio ſit factum vxori primæ , non debetur ſecundæ , & eſt magis vera cum prima conditio ſit controuerſa,niſi fuerit & eidem & merito conſignatum , & de ratione, & alia de materia latè vide ibidem.

5 Legatum factum mulieri , ſi ſteterit cum vxore teſtatoris, & vxore tranſeunte ad ſecunda vota , mulier illa debet conſequi legatum,& ſic exigi poterit per mulierem cum per eam non ſteterit.& dic vt ibidem.

6 Legatum factum vxori alicuius , & ſic appell. nomine pro alimentis debet intelligi factum pro prima & omni alia vxore illius.

7 Legatum factum vxori de vſufructu omnium ſuorum bonorum , vel de alimentis inſtituto filio pup.& ei pupillariter ſubſtitutis matre & fratre teſtatoris,moriente pup. debebitur vſusfructus prius matri ante partem ſi ſuccedat pupillariter adita hæreditate per pup.ſecùs ſi ex tacita vulgari.ſi pup.non adierit,de hoc etiam tamen vide ibi latè.

Vſusfructus relictus vxori omnium bonorum vel alimenta, pup.filio inſtituto eiq; ſubſtituta matre cum fratre teſtatoris & moriatur pup.quid dicẽdum, vide verb.legatum fundum vxori de vſufr.

8 Impenſæ neceſſariæ factæ in reb.dotalib.an & quando veniant deducendæ , ita vt dotem minuant in reſtitutione fienda per hæredes mariti, legantis aut prælegãtis dotem vxori ſuæ.

Dos prælegata an & quando minui poßit quando reſtituitur per hæredes mariti ob impenſas neceſſarias in ea factas per maritum.

9 Legatum factum vxori ſecundæ per maritum habentem filios ex prima , volentem ei plus relinquere quàm poßit pro l.hac edic.ali.C.de ſecund.nupt.de mille quæ etiam cum iuramento confeſſus erat recepiſſe de pecunijs vel bonis ſuis non aliter hoc: apparens verò etiam per coniecturas , non valet , ſecus ſi coniecturis aliquib. apparentib.

10 Legatum factum vxori de ſuo lecto, an & quando veniat culcitra, vel coopertorium de ſerico , & alia ornamenta lecti, hincinde ſunt opin.& vide cum ea authoris ibidem perpulchrè.

Lectum legatum vxori.ſ.lectum, teſtatoris quæ veniant vel non,in verb.legatum factum vxori de ſuo lecto.

11 Frumentum legatum vxori quod reperitur domi,an veniat & farina ibi reperta,vide verb.legatum de fru.

Legatum de frumento factum vxori quod domi reperitur, venit & farina ibi reperta.

12 Lana legata extenditur ad telam.

Veſtes omnes legatæ vxori quæ veniant , verb.legatum de omnibus veſtibus.

13 Legatum de omnibus veſtibus ſuis factum vxori , veniunt conſumptæ,& aliæ de nouo factæ loco corruptarum, aliæ poſt teſtamenta factæ non, at tempore teſtamẽti veniunt omnes feſtiuæ & non feſtiuæ.

Item inciſæ & nondum perfectæ exiſtentes penes ſutorem deſtinatæ pro vxore.

Item ornamenta quæcunque ipſarum veſtium veniunt, aurea, argentea,vel de gemmis,& multa alia veniunt , vt ibi latè.

Et an pr hibitæ portari per ſtatutum veniant.vide.

Donaria legata vxori per maritum,vel ſocerum,an debeantur,& quæ,vide verb.legatum de donarijs.

14 Legatum de donarijs factum vxori per maritum,vel ſocerum,valet,& continet ex vſu communi Ferrariæ, veſtes & iocalia,& alia deputata ad ornatum mulieris tranſmiſſa per ſpõſum ſponſæ, item donata per attinentes quæ præſtantur ſi reperiantur, ſinautem eorum æſtimatio.





Et quòd non ſunt mariti donaria per attinentes facta ſed vxoris,ibidem.

Quidve probare habeat hæres vxoris pro eis obtinendis, ibidem.

15 Lana & linum appetuntur per mulieres.

16 Panni & eorum appellatione ex communi vſu loquendi in legato continentur ea quibus induimur , & petiæ panni, lanæ,& lini ſaltem pro vno anno.

17 Legatum veſtium & indumentorum quorumcunque pretioſorum & non pretioſiorum ad vſum vxoris factorum excepto iocale, quod dicitur Agnus Dei, quia id teſtator voluit remanere in hæreditate,an cõtineat perlas quaſdam repertas in hæreditate.

Et an veniant margaritæ alienæ puta Hebræorum ad ornatum mulieri conductæ ab illis, & quòd non, ibidem.

18 Legatũ vxori factum de toto ſuo arredio,interpretatur de ſuo.ſ.vxori conceſſo, arredio.ſ.theſauro nuptiarum.

Et legans vxor omnia mobilia ſua , intelligitur de illis quæ ſunt propriæ ad vſum mulieris, & proprium.ibid.

19 Legatum generale vxori factum continet & partem vſusfructus rei donatæ alij prius poſt.ſ.mortem ipſius donatarij.

Et continet frumenta & mobilia quæ fuerunt reperta tempore mortis teſtatoris,& ſi legataria velit ea tenere durante vſufructu debet Falcidiam de eorum æſtimatione reſtituenda finito vſufru.

20 Legatum domus cum omnibus exiſtentibus rebus & bonis in ea factum vxori non continet, niſi ea quæ tempore teſtamenti ibi reperiebantur perpetuò permanſura pro vſu domus non frumentum ibi repertum, nec poſt immiſſum, non protocolla notarij teſtatoris , nec eis liberis priuatarum rationum, & quare.

21 Legatum factum vxori de pannis omnibus lanæ , lini , canabis & aliorum pannorum ad vſum ſuæ perſonæ non veniunt tobaliæ,eaſq; non continet nec pannamenta & ſupellectilia quæ non ſunt ad vſum ſuæ perſonæ.

Et quæ veniant ſub adiectione hac ſuæ perſonæ , vide & dic vt ibi latè.

22 Legatum vſusfructus vxori vel alij omnium bonorum mobilium & immobilium continet fœtus animalium, pecorum,bonorum,equorum,ſubrogatus tamen loco mortuorum eorum quæ ſunt in grege relicta,& quæ veniant ſub legato vſusfructus,ibidem.

Item continet redditus locorum Sancti Georgij.

Laudemium rerum cenſualium.

Penſiones domorum.

Redditus gabellarum emptarum. ibidem.

Non veniunt emolumenta tamen protocollorum.

Non nomina debitorum,ibidem.

Fallit in legato ſimplici vſusfructus bonorum,quia talia nomina veniunt.

Et pecunia inuenta in hæreditate.

Et frumentum pro ſeminandis agris.ibidem.

23 Legatum alimentorum factum vxori continet alimenta etiam pro familiæ ſibi neceſſaria,& medicinas,& quæ alimenta relicta ei non debeantur,ibidem.

Alimenta vxori relicta quæ debentur , & quæ non , & qualia.

24 Legatum alimentorum factum vxori habenti magnam dotem non præſumitur , niſi fortè illius anni quo pendet exactio dotis.

Et quando dicatur magna dos quid de illa mille florenorum, maximè modernis temporib.ibi.

Et de tempore quo petantur alimenta , & quo veſtimenta. ibidem.

25 Legatum vſusfructus fundi vxori quando extendatur & accipiatur pro proprietate,vt ſi cum onere ſit , non vendendi,& quare hoc.

26 Legatum factum vxori de fundo ad vſum ad alimenta.vide relinquere proprietatem.

27 Idem pro proprietate accipitur ſi legat fundum pro toto tempore ſuæ vitæ, vt eo gaudere debeat.

28 Item proprietas cenſetur relicta pauperib. legãdo bona ſua diſtribui inter pauperes.

29 Item plena proprietas videtur relicta legando vxori domum ad habitandum , fundum ad vſufructuandum, vel ad vſum,vel ad galdimentum.

30 Et quid ſi prædicta legata ſint facta temporaliter donec vixerit vel vidua ſteterit,quòd morte veniente,vel tranſitu ad ſecunda vota quòd reuertantur ad hæredem vel hæreditatem teſtatoris.

31 Legatum factum vxori quando non contineat nedum proprietatem , ſed nec vſumfructũ,eſto,quòd ei ſit relictum gubernium & adminiſtratio bonorũ teſtatoris,vt quando ſunt relicta alimenta ſola ſub legato victus & veſtitus,& adſint alia ſigna quòd ea non habeat etiam vſumfructum de omnib. & vt ibi.latè.

32 Pater dans fundum filio in alimẽtis,vel in vſum ſuum,non videtur dare proprietatem,ſecùs eſt in extraneo.

33 Legatum ſimpliciter factum vxori,vel alicui per alium de aliqua re mobili vel immobili, continet in ſe & proprietatem.

34 Legatum factum per ſinendi modum pleno iure valet , vt ibi declaratur.

Habitatio alicui facta quando contineat proprietatem vel non, vide verb.legatum de habitatione.

35 Legatum de habitatione ſua factum à marito vel alio,poſita in tali loco, iuxta tales conſines , continet proprietatem in ſe.

Fallit ſi legatur habitatio ſuæ domus.

36 Legatum factum vxori de omnib.bonis mobilib.ſupellectilib.& maſſaritijs,continet pecunias,aurum,& argentum pecudes,& alia animalia,& omnia quæ mouentur declaran.vt ibi.num.40.cum ſeq.

37 Quid ſi in legato vniuerſali mobilium ſint enuntiatæ certæ ſpecies mobilium , an per talem ſpecialem expreßionẽ in cæteris non expreßis intelligatur reſtrictum vniuerſale legatum.

38 Bona mobilia relicta continent redditus temporales , putà quatuor vel quinque annorum,& non perpetuos.

39 Maſſaritiæ idem ſunt quod ſupellectilia,& quæ veniãt ſub hoc vel his vocabulis. vide.

40 Legatum bonorum mobilium domus non cõtinet venalia, maximè vbi non venalia habeat , an pecunias ſeu nummos.ibidem.& latè de hac materia. cum ſeq.

Fallit ſi vniuerſaliter legaret omnia bona abſque mentione loci,aut cum mentione,apponendo tamen vniuerſalitatem quomodocunque vel qualitercũque ibi eſſent , quia & venalia venirent.ibid.

41 Aurum & argentum eiúſve appell. non continet pecunias aureas & argenteas.

42 Legatum vxori de camera vel omnib. quæ reperiuntur in ſua camera intelliguntur legatæ res paratæ ad camerã, licèt ſint extra cameram , & quomodo exceptis his quæ inſcio teſtatore eſſent aſportatæ in camera de reb.ſ.non paratis ad eam.

Et de legato pannorum ornamentorum lecti & omniũ aliorum pannorum exiſtentium in camera , vt ibi.vbi quòd non veniat argentum ad vſum mariti.

43 Legatum factum vxori,vel alij de ſuis animalib.vel eorum vſufructu , quid & quæ in legato veniãt & quando ſubrogatio ſit fienda loco mortuorum, & quando fiat vocabulis Latinis,vel vocabulis vulgaribus,& quæ contineantur , vide ibi vbi de omnibus ferè nominatim ſit mentio, quidve quando non ſub vocabulo vniuerſalis pecoris,armenti,iumenti &c.licet ſingulariter legentur oues , & quid quãdo vocabulo vniuerſali. Et de decem ouibus facientibus gregem , quando tamen haberetur vt legatum ſingulorum capitum , adeò vt loco mortuorum non fiat ſuppletio naſcentium, & vt ibi latiß.de materia.

44 Legatum factum vxori à marito de vſufructu, quando contineat alimenta, quando vſumfructum, & quando proprietatem, duobus dignoſci poterit ſecundùm auctorem cognitis & inſpectis, qui & quales ſint hæredes instituti, uel ſubſtituti.

Et quæ ac qualis ſit verborum formula qua legatum ſcriptum eſt.

Vſusfructus non debetur, ſed alimenta vxori relictæ dominæ maſſariæ vſufructuariæ, verb. vxor relicta.

45 Vxor relicta domina maſſaria & vſufructuaria vel hæres inſtituta in vſufructu tantum omnium bonorum mariti donec caſte & vidualiter, & poſt eius mortem vel tranſitum ad 2. vota ſubſtituit ſuos hæredes vniuerſales filios ſuos vel ſuos fratres, an interim ſit legataria vſusfructus, vel inſtituta in proprietate & per fideic. grauata eam reſtituere poſt mortem hæredibus ſubſtitutis.

Et quòd fauore liberorum habet vxor quandam præeminentiam propriam & liberam perceptionem alimentorum: provt in domo habebat tempore mariti ſecũdùm Bulgari conſuetudinem & vt ibi latiſs. habetur nume. ſ. 46. declarant. vt ibi, ponderando verba dominam, donnam, madonam conſtituentia præeminentiã tantùm. Idem ſi ſola domina ſit nuncupata inſtituto etiam extraneo ſcilicet fratre hærede, iux. d. conſuetudinem & an nunc habeat alimenta, vel ſolam præeminentiam. ibidem nu. d. 46.

Idem habet alimenta ſi dicat, relinquo maſſariam in domo, vel dominam in domo, & quando ibidem inſtitutis. ſ. filijs.

Et quòd vxor taliter inſtituta domina maſſaria vſufructuaria habet vſumfructum, quando. ſ. non ſunt inſtituti liberi teſtatoris, ſed extranei, vt mater, ſoror, frater, tranſuerſales, & fuit opi. Alex. ſalua. ſ. Falcidia hæredibus. inſtitutis. vide latiſs. nu. 47.

Et quòd ſi in formula verborum relicti non ſit illud verbum admixtum vſufructuariam, hæredib. etiam extraneis inſtitutis non habebit vxor vſumfructum ſed præeminentiam & alimenta tantùm ſecundùm communem opi. licet Caſtr. quòd & vſumfructum habebit. ac ſtan. eſt communi, vt ſupra, nu. 48.

Quid ſi ſolùm vſufructuaria ſit appellata & facta abſq; verbis alijs domina maſſaria etiam filijs inſtitutis quod habebit vſumfructum non ſolum alimenta ſecundum aliquos ſecundum conſuetudinem. d. attamen ſecundum alios & verius præeminentiam & alimenta ſolum habebit per d. conſuetudi. nu. 49.

Idem ſi dictum ſit de domina & vſufructuaria in domo etiam inſtitutis extraneis, habebit ſolùm alimenta & vſum in domo ibid.

Quid præeminentia non cadat in legatarios vt qui eſſent extranei, vt mater, ſoror, frater, patruus teſtatoris non ſtantes domi qui his verbis vocentur domini maſſarij vſufructuarij, an vſumſ. habeant, vel proprietatem. vide verb. extranei relicti puta mater.

50 Extranei relicti puta mater, ſoror, frater, patruus domini, maſſarij vſufructuarij &c. cùm non ſtarent domi & non conueniat præeminentia, videtur dicendum ſecundùm Ang. quòd proprietatem habeat inſtitutis filijs, vel vſumfructum ad eorum electionem qui Ang. reprobatur per Pau. Pic. quem ſequitur auctor, quod imo habeat alimenta & præeminentiam, ſicut vxor. & de qua præeminentia intelligi debeat, & de rationib. vide ibid. latè & pulchrè.

51 Maritus ab vxore, inſtitutis filijs, relictus dominus maſſarius & vſufructuarius bonorum ſuorum, donec viduus ſtaret, debet ſicut vxor ab eo inſtituta haberet, habere præeminentiam & alimenta ex bonis vxoris, quod valet in caſib. quib. alias à iure non daretur vſusfructus patri in bonis aduentitijs & maternis filiorum iure paternæ poteſtatis, at vbi vigore prædictæ haberet vſusfructũ legatum parum faceret.

52 Vxor nouerca filiorum primi matrimonij relicta domina maſſaria vſufructuaria & inſtitutis. d. filijs ex primo matrimonio per maritum, an habeat pariter ſicut commater præeminentiam ſolam & alimenta, an verò vſumfructum plenum, opin. hincinde ſunt.

Bald. & Anch. Regien. dicunt & tenent eam habere plenum vſumfructum ac ſi eſſet extraneus inſtitutus, ex quo ſunt filij alterius matrimonij.

Qui reprobatur per Pa. Pi. & per authorem, quòd imò ſolùm habeat alimenta & præeminentiam, ſicuti vera mater, & de rationib. & intelligen. d. conſuetudinis Bulgari, & vt ibi latiſ. hoc declaratur, cum num. ſeq. fundatæ in affectione teſtatoris erga filios.

53 Conſuetudo eſt ſtrictiſsimi iuris, adeò vt ei nil addi vel ſuppleri poſsit vltra eius obſeruantiam.

54 Vxor relicta domina maſſaria vſufructuaria &c. habet pariter ſolùm alimenta inſtitutis hæredib. filijs etiam adoptiuis, arrogatis, legitimatis vel naturalib. vbi de iure ſuccedant, & quare. ibid.

55 Idem dicendum ſi relicta habitatione vxori in domo, donec ſteterit vidua, ſit dictum quòd ſit domina maſſaria vſufructuaria bonorum. d. teſtatoris, etiam ſe alimentando ſicut erat tempore vitæ teſtatoris, & poſt mortem Franciſcæ ſororis hæredis inſtitutæ quòd vxor debet habere ſolum vſumfructum pro alimentis.

Idem quando ſit relicta domina, & quod poſsit habere habitationem, & vltra prædicta victum & veſtitum liberis inſtitutis. 56.

Et quando diceretur quòd poſsit habere victum & veſtitum abſque controuerſia habet alimenta, etiam cum ſucceſſoribus extraneis. ibid.

57 Conſuetudo Bulg. interpretata eſt habere locum vxorem relictam dominam maſſariam & vſufructuariam inſtitutis hæredib. deſcendentib. & filijs mariti & vt ſup. ſolum habere debere alimenta & nullo pacto vſumfructũ, quib. ceſſantibus habebit vſumfructum, vnde multæ dantur limitationes ad d. conſuetudinem, vt videre eſt ibi cum multis, num. ſeq.

Vſusfructus quando debetur vxori non ſola alimenta relictæ dominæ maſſariæ vſufru. ver. vxor relicta.

58 Vxor relicta domina donna maſſaria, patrona adminiſtratrix vſuaria & vſufructuaria, & omnium bonorum, & donec &c. extraneis inſtitutis habebit vſumfructum, & non alimenta ſola, & ſic prima eſt limitatio ad conſuetudinem Bulg.

Sublimita vbi non adeſſet verbum vſufructuaria quia non vſumfructũ ſed alimenta haberet vt ibi, etiam inſtitutis extraneis.

59 Quid ſi ſit relicta, vt ſup. liberis inſtitutis cum extraneis pariter: nam reſpectu filiorum habebit alimenta, reſpectu extraneorum, & eorum portionum vſumfr.

Quid ſi bona relicta mutant poſſeſſores, vt quia liberi defecerint & vadunt ad extraneos vel hæredes vel ſubſtitutos etiam pupillariter legato tamen annuo exiſtente facto vxori, & quomodo hoc intelligatur, vel vadant etiam ad fiſcum, tunc legatum alimentorum in vſumfructum vertitur, vt ibi latiſsimè habetur cum num. ſeq.

61 Conditio ſi non nupſerit differt ab ea ſi peruenerit ad viduitatem, vel donec aut dum vixerit vidua.

Conditio ſi ſteterit vidua, quomodo intelligatur ſecundùm auctorem contra Rui.

63 Vxor relicta domina maſſaria vſufructuaria conditione appoſita habitandi cum filijs hæredibus inſtitutis cura ei impoſita adminiſtrandi ſua & filiorum bona ac intuitu filiorum, vt ibi dicitur his deficientibus extraneis ſucceſſoris etiam, & poſt mortem filiorum ei præferuntur alimenta non vertuntur in vſumfr.

Et quando extranei concurrunt cum vxore legataria pro medietate vſusfructus. 64.

Et quando habeat vſumfructum plenum, nedum extraneis hæredibus



hæredibus exiſtentibus, ſed & filijs quicquid dicat conſuetudo Bulgar. vt quia id de voluntate teſtatoris appareat 65. exemplificando pulchre, vt ibi cum numero 66. 67. vſque ad 73. quæ exempla omninò ſunt videnda, quibus apertè poteſt conſtare de voluntate teſtatoris ſic volentis.

73 Prouiſiones multæ reperiuntur in gratiam vxoris relictæ vſufructuariæ factæ, quæ & quales ſint, & quomodo vnaquæque iuris interpretationem capiat, cùm faciant eam vſufructuariam dominam, cum num. ſeq.

74 Teſtator non poteſt prohibere, ne vſufructuarius caueat de vtẽdo arbitrio boni viri, & de reſtituen. bonis finito vſufructu, poteſt tamen hæredem damnare, vt recipiat in fideiuſſorem aliquem pauperem quem poterit præſentare ſua vxor relicta vſufructuaria. Item poteſt remittere talem cautionem per viam contractus etiam facti in teſtamento.

75 Teſtator prohibens ne vxor faciat inuentarium, cauendo tamen d. vxor debet ea omnia ſpecificare, eas declarando, & ſic facere debet, reſpectu tamen mobilium, vnde non poteſt remittere teſtator, nec cum licentia principis, nec lex valeret, & quare. num. 77.

76 Legatum liberationis factum per teſtatorem de eo in quo appareret debitoris vxor proprietarijs pro rebus datis ad vſufructuandum non valet.

78 Teſtator quæ non poteſt in re propria, minus poteſt princeps vel ſtatutum.

79 Teſtator remittens quòd bona mobilia non debeant vxori æſtimari relicturæ vſufructuariæ, nil agit, quia nõ poteſt hoc facere, ſed debet de his præſtari cautio, & quare ibid. vbi cautio eſt de ſubſtantia in mobilibus, & de quibus mobilibus ſit danda ad materiam late & pulchrè, & de his quæ vſu conſumuntur, & quid de his quæ non conſumuntur.

80 Cautio de reſtituendis mobilibus vel æſtimationib. earum quando non ſit per vxorem vſufructuariam præſtanda, ſi non petatur ab hærede proprietario, & quando hæres poteſt remittere talem cautionem nedum expreſsè ac tacitè vſufructuario quòd non poteſt defunctus vt ſup. & de vſufructuaria cum fructus perceptos ſuos faciente, & quando & quomodo, vt ibi. & quando non lucretur illos. Quid quando cautionem præſtare non poſsit, vide de varijs opin. faciendi fructus peruenire ad vſufr. cum nu. ſeq.

81 Cautio iuratoria an & quando per vxorem vſufructuariã ſufficit non inueniente fideiuſſores, vel pignora habentem hincinde ſunt opiniones, & an admittenda ſit ſequeſtratio, & de hac materia latè & pulchrè diſcuſſa. vide ibi. per authorem enucleata.

Et de iuramento pro hac cautione præſtando à iudice vel coram eo, vel eius mandato, citato proprietario tamen, & de materia ibidem, cuius arbitrio præmiſſa remiſſa ſunt.

Quid muliere vſufructuaria non poſsidente bona, ſed detineantur à tertio vel ab hærede, quomodo agat contra vnumquemque, & an & quando ſibi non poſsit opponi exceptio non præſtitæ cautionis, & quando ſic, & quando hæres teneatur reſtituere naturalem poſſeſſorem vel non, & de materia hac latiſsimè habetur ibidem, & num. 82.

83 Vxor prohibita moleſtari in vſufructu ſub pœna hæredi impoſita priuationis hæreditatis, & an & quando rectè per hæredem moleſtari poſsit vel alium & quando non latiſs. hæc materia diſcutitur, vt ibi vſque ad num. 91. cum ſeq. alijs.

84 Vxor poteſt moleſtari, non obſtante pœna aliqua moleſtari impoſita, in quibus præceptum teſtatoris non valet, & in his quæ ſunt de natura actus ſubiecti, vel ſunt etiã bona diſpoſita teſtatoris.

Non enim valet præceptum teſtatoris, quòd vxor non caueat ibidem, & quare.

85 Itẽ nec pœna cõmittitur ſi vxor moleſtatur, & alius rectè, quandoquis contrauenit iuſta cauſa motus, & conuenienti naturæ rei, exemplificando vt ibi pulchrè.

Item nec pœna committitur ſi moleſtatur vxor contra præceptum teſtatoris ab eo qui petat ſuum creditum vel ius aliquod non exiſtens de bonis & hæreditate teſtatoris. Item & fideicom. peti poteſt, & de moleſtia facti intelligenda, & non iuris. 86.

87 Vxor vſufructuaria non poteſt moleſtari impunè ab hærede, nec hæres à legatario quin pœna committatur à teſtatore impoſita in his de quibus teſtator ſicut vult, poteſt diſponere, non de iure legum, ſed de iure bonorum ſuorũ exprimendo voluntatem expreſsè vel tacitè & præſumptè, & quæ facere non poſsit teſtator, & quæ ſic. vide ibi. & dic vt ibid.

Et quando tacitè & præſumptiuè vel comprehenſiuè dicatur apparere de voluntate teſtatoris, vt quia verbis prægnantibus & generalibus cõcepta ſit prohibitio moleſtationis declaran. vt ibi, & an tunc dicatur expreſſum vel tacitum, & de hoc ambiguo tollendo ibidem, & de generalitate ius futurum comprehendente & incognita. 88.

Et de iuſta & licita moleſtia etiam non inferenda de iure, vel de facto, in iudicio, vel extra, ſtante. d. verborum generalitate, præcipuè ſecundum Bartol. & Soci. Iun. Dec. contrarium conſulente, & de veriori opin. Ruin. & Soc. Iun. ſecundùm auctorem, & quomodo moleſtia dicitur, etiamſi perſona iudicialiter vexetur, & de hac latiſsimè materia videre eſt. num. 89. 90.

90 Moleſtia, ſeu inquietatio dicitur fieri verbo vel facto, in iudicio, vel extra, de iure vel de facto, contra dicendo, faciendo, agendo, excipiendo, reſiſtendo, vexando in perſonam, vel in rem, idem ſi fiat per filium hæredis prohibiti eo ſciente & non prohibente, & ſufficit quòd fiat in parte rerum hæreditatis, & vt ibi pulchrè latè.

91 Vxor relicta domina & vſufructuaria omnium bonorum mobilium & immobilium donec ſteterit vidua, extraneis inſtitutis, cùm dicatur relictum particulare & certarum rerum, an habeat electionem ſecundùm opin. antiq. antè Bar. velle vel dom. vel vſumfructum, an verò Bart. opin. attend. vt iuxta conſuetudinẽ Bulg. habeat vſumfructũ, & quid videtur tenendum.

92 Vxor cui fuerunt relicta alimenta, ſi voluerit ſtare cum filijs, & ſi non habeat talem fundum, moriens non declarata voluntate an voluerit ſtare vel non tranſmittit legatum fundi ad hæredes, & de ratione ibid.

93 Vxor tranſmittit ad hæredes legatum domus ſibi factum quandiu vidua permanſerit, ſiquidem ea ſic vidua moriatur, prout, & id quod poteſt diſponere ex voluntate mariti, moriendo, & non diſpoſuerit.

94 Alimenta relicta vxori in domo, cum pluribus ſuis filijs hæredibus, & ſi cum eis ſtare non poterit pinguius legatum in certis rebus & quantitatib. eſt relictum, diuiſione ſecuta inter filios & ea habitãte cum vno, an pinguius legatum conſequi poſsit, & quòd primum debet habere.

Idq; remitten. ſit arbitrio boni viri, & quando dicatur impleta conditio ibid. pulchrè.

Legatum dotis à marito vxori factum, nec de ea dote conſtet aliter quid dicendum. vide verb. dos relict.

95 Dos relicta à marito vxori, & non probetur per teſtes, vel inſtrumentum de ea non debetur niſi vigore legati, & in ea reſultant nonnulli effectus, qui non cadunt in alia dote verè per inſtrumentum tradita.

Primò, quia in ſecundo matrimonio non cenſetur repetita, quo fit vt maritus partem aliquam non lucretur de ea iuxta ſtatuta.

Item grauata per fideicommiſſum vxor poſt mortem reſtituere alij hæreditatem mariti per hæredem eius non poteſt retineri dos iſta.

96 Fallit ſi confeſsio de ea eſſet facta parte præſente, item ex coniecturis aliter apparere poſſet de volũtate teſtatoris.

Et de alijs effectibus quoad limitationem per Falcidiam. ibidem.

97 Dos relicta à marito vxori de ſexdecim, cùm instrumentum tantum dicat de decem ſola, decimoſexto debebuntur in quibus continebitur præſumptiuè dos de decē data inter viuos.

Fallit ſi fuerit dictum, Lego vltra dotem, vel factum eſſet legatum ſine mentione dotis, quia vtrumque deberetur.

98 Dos relicta vxori à marito aliter non probata efficitur eius legatum caducum & irritum præmortua vxore legataria, reuocato teſtamento per ſecundum factum.

99 Teſtator mandans aliquid ſolui vxori, donec ei fuerit dos reſtituta non valet hoc vti vſurarium.

100 Vxor relicta vſufructuaria omnium bonorum conditione appoſita ſi non petat dotem, vel cum onere quòd intelligatur ſatisfacta de dote ſua, non impleta conditione, non habebit vſumfructum, & quomodo dicatur impleta, & de cautione præſtanda muſiana de non petendo dotem in legato ſimplici vno ſecùs in annuo cum dictionib. donec quouſque ſteterit vidua, quæ cautio debet offerri etiam non petita, ante non oritur actio, & latè de materia legati annui, & quando fructus percepti reſtituantur vel non. & ſoluti repetantur.

101 Vxor acceptans vſumfructum ſibi à marito relictum, hoc onere vt intelligatur ſatisfacta & quietata de dote ſua repellitur à petitione ſuæ dotis etiam maiori quantitate vſusfructus, & quare. ibidem, nec adiuuatur quòd fuerit ignorans mulier & læſa.

Nec repetit etiamſi ex teſtamento apparet dotem ei debere reſtitui, quando elegerit aliam vitam quàm vidualem.

Quid ſi hæres ſponte ſoluat dotem quòd vſusfructus debeatur, & quare ibid.

Legatum factum vxori de alimentis, vel vſufructu nil dicto de dote per maritum. vide verb. vxor cui.

102 Vxor cui ſit factum alimentorum vel vſusfructus legatum nihil dicto per teſtatorem de dote eius, poterit vtrumque conſequi legatum, & dotem repetere, etiamſi diuerſa eſſent capitula relictorum, & in vno ſit facta prohibitio repetitionis dotis, in alio verò non.

Vxor cui plura ſint facta legata de diuerſis rebus, in vno appoſitæ ſint conditiones, in alijs nullæ, an appoſitæ in primo, aut vno cenſeantur repetitæ in alijs. vide verb. legata plura.

103 Legata plura vxori per maritum facta plurium & diuerſarum rerum, & in vno vnius rei, putà, alimentorum vel vſusfructus, ſic conditio appoſita de honeſte viuendo & vidualiter: & in alijs aliarum rerum, putà domus, fundi, mobilium, ſuarum veſtium, nil dixit detrahi conditionem, vtrum, & an, & quando intelligatur in his alijs legatis repetita dicta conditio, quod eſt magni momenti, & varia & perplexa: ideò multa hincinde ponuntur & latiſſimè diſcutiuntur per authorem, vt videre eſt vſq; ferè ad finem dubitationis.

104 Conditio appoſita legato vnius rei dignoſcitur eſſe repetita in alijs legatis aliarum rerum, & ex verbis, & ex mente teſtatoris.

Et quando ex verbis, & quando eſt identitas perſonarum & diuerſitas rerum, & de differētia non fienda inter dictionem, & item, & itē, & multa circa has dictiones & quando inducatur repetitio in oratione perfecta vel imperfecta, & vt ibi latiſſimè de materia. Quid ſi ſint poſitæ dictiones repetitiuæ & vltra vel amplius legauit, præcedente pronomine hac, vel his, ſecundùm Bar. & vt ibi pulchrè, & latius habetur.

105 Et quando ex mente cenſeatur repetita conditio putà viduitatis vxoris, legatis ei factis in quibus d. conditionem omiſerat, exprimendo ſi 2. nubet quòd tale quid & tale habeat, quia videtur excludere alias res legatas, vt ibi, nam vnum permittens alia videtur prohibere, cum alijs ſimilibus pulchris ad materiam facientib. & quomodo cenſeatur tacitè data licentia vxori 2. nubendi, & quomodo ex coniecturis poteſt comprehendi repetitio prædicta, & vt ibi latiſſ. habetur.

106 Et de omni tacita repetitione conditionis prædictæ procedente aut ratione copulæ vel coniunctionis, vel per dictionē item, aut per alias coniunctiones, vel quòd reguntur ab eodem verbo, & determinantur ab eodem actu verbi regentis orationem totam, & vt ibidem ſecundùm Baldum.

107 Et de tribus cauſis impedientibus repetitionem conditionis prædictæ, vt per aduerſatiuam, ſed, vel, ſecus, & ſimilibus orationem aduerſantibus, & per ſeparationem diſpoſitionum & temporum, & per diuerſitatem rationum non habentium conformitatem inferendi tacitam repetitionem, & vt ibi clarè exemplificatur, vide hocq; ſecūdum Bald.

108 Conditio viduitatis in vno legato, an cenſeatur repetita in alijs factis vxori, in quibus de ea nulla ſit facta mentio, & quòd non ibid. latiſſimè habetur, quicquid ſenſerit Caſtrenſis in contrarium reprobata eius opin. & tenta illa Bartol. & Doct. in ſuis communibus theoricis. cum num. ſequentibus.

109 Anima mariti an contriſtetur per tranſitum mulieris ad ſecūda vota, & quòd hoc non ſit verum, & quomodo intelligatur. cùm ſeq.

110 Lex quod non loquitur, nec Iureconſ. nec Imperator poteſt facere ſimpliciter, vt ſub lege contineatur.

111 Intellectus. §. quæ verò in auth. de nupt.

112 Vxor poteſt conſequi relictum ſibi factum à coniuge, & conſecutum non amittit, ſi ſeruauerit conditiones & modos appoſitos in teſtamento tam in loco quàm quoad alia.

113 Vxor debet priuari relicto à coniuge ſibi facto per actus inhoneſtos, & conuerſationem ſuſpectam, intellige vbi ſit relictum cum conditione ſi caſtè vixerat.

Idem priuaretur vſufructu ſibi relicto petendo dotes ſuas ſiquidem id petere ſit prohibita. ibid.

114 Vxor non poteſt petere legatum ad quod conſequen. actionem non habet ſibi relictum ſub conditione vitæ honeſtæ quando eam non obſeruauit inhoneſtè viuendo, qui actus inhoneſti probantur per teſtes etiam ſingulares.

Amplia, etiamſi vitam mutaret de inhoneſta ad honeſtam, vel de nupta ad viduam, etiamſi religionem intraret, non reuiuiſcit actio ad legatum ſemel amiſſum. ibid.

115 Vxor cui facta erant legata quouſque vidua eſſet, nubendo amittit illa, adeò vt iterum effecta vidua non poteſt iterum redire ad ſuos pro alimentis conſequendis vigore teſtamenti, niſi eſſet mater & egena, quia alenda foret.

116 Vxor relictum à marito ſibi factum ſi remanſerit vidua, poteſt illud conſequi interim, quo durent ſponſalia per eam contracta, quia non dicitur defecta conditio viduitatis.

117 Vxor debet percipere legatum à coniuge ſibi factum ſub conditione viduitatis, ſi monaſterium ingrediatur & quare ſimiliter & alimenta conſequi debet ſibi à marito facta.

118 Vxor vidua poteſt retinere liberè relicta à primo marito etiam nubendo quando maritus licentiam dederit tacitè vel expreſſè illi tranſeunda ad 2. vota. Idem retinebit ſi licentia haberetur nubendi à filijs primi matrimonij, vt ibi cum num. ſeq.

Et quando cenſeatur licentia data expreſſè, & quādo tacitè vide exempla ibid. cum num. ſeq.

119 Teſtator poteſt in teſtamento facere ne vxor 2. nubens incidat in pœnam ſecundarum nuptiarum.

120 Vxor cui relicta ſint mille ſtante vidua, & quingenta ſi ſecundo nupſerit, ſecundo nubēdo elapſo anno luctus habebit quingenta, cùm teſtator ei poſſit remittere pœnas legales.





121 Vxor poteſt liberè retinere ſecundo nubendo etiam ſtantibus filijs primi matrimonij, relicta à marito qualitate adiecta, vt quod ſint ea quæ ab ipſo vxor acquiſiuit, nō lucratiuo titulo, ſed exemptione, permutatione, ſocietate & ſimilib. quo fit vt ſtetur aſſertioni mariti abſque alia probatione pro illis retinendis & conſequendis.

Et quid in relicto facto propter ſeruitia. ibid.

Et quando ſtandum ſit aſſertioni alicuius, & maximè vbi coniecturæ accedant de veritate aſſertorum ibid.

Et de alijs circa ſecundo nubentes. ibid.

Vxor vſufructuaria omnium bonorum mariti donec vitam honeſtam, caſtam, & vidualem ſeruauerit, & legataria certæ quantitatis pecuniarum, ſi voluerit trāſire ad ſecunda vota, vitam inhoneſtam ducens, & poſteà ſecundo nubens an debeat conſequi legatum certæ quātitatis, latè diſcutiendo demonſtratur quòd ſic.

122 Facultas conceſſa vxoribus vſusfructuarijs relictis vt poſſint & valeant diſponere vendere & alienare mobilia & de eis facere prout eis placuerit & videbitur, & interpretatur vt id agat ſemoto dolo & animo euertendi res vſusfructus: ideò alienare non poterit tūc in præiudicium proprietarij.

Et de ratione ibi, & quando important. d. verba arbitrium boni viri, vel liberam voluntatem, quid in dubio præſumendum ſit, & quando in pias cauſas id agere poſſit, & cauſa etiam rationali exiſtēte, & de hac materia & facultate conceſſa alicui quomodo ſit intelligen. ibid. num. 123. cum ſeq.

123 Verba concedentia facultatem liberam alicui & in dubio potius important arbitrium boni viri, quàm liberam voluntatem.

124 Teſtator intendēs hæredem ſuam facere ad libitum ſuum de bonis ſuis mobilibus & de pecunijs, quandoq; talia verba important liberam voluntatem, quandoque arbitrium boni viri. vt ibid.

125 Pretium non ſuccedit loco rei in re particulari.

126 Legata de bonis mobilib. & immobilibus cum facultate de eis diſponendi ad libitum ſuum, facta vxori, poterunt per eam diſpenſari ad pias cauſas, etiam poſt mortem eius & in iure proprietatis valebit diſpenſatio propria cauſa.

127 Facultas data vendendi & diſpenſandi & non dicatur in quam cauſam, in dubio cenſetur commiſſum vt diſpenſet in pias cauſas, bona fide tamen interueniente. ſ. quòd vere pauperib. diſpenſetur, aliàs non valeret diſpenſatio.

Et de quarta parte reſeruanda hæreditatis fideicommiſſario ibid. in fin.

## ¶ DVBIT. X.

DE legatis præſtandis vxoribus ſupereſt explicāda, quæ tam varia & ampla eſſe poteſt, quàm multiplex & frequēs ſit modus legāndi vxorib. propemodum enim teſtamēto in omni legata vxorib. facta legimus, & quāplurimæ leges de his loquuntur, & plura Doct. reſponſa, & pleni integriq; tractatus palam editi ſunt, ita quodam modo vxores ius quoddam proprium habeāt quod id appellat Iuriſc. ius vxorium, in l. qui concubinam. in prin. de l. 3. vti habetur aliquando tale ius vxorium non ſequendū, ſed verborum interpretationem eſſe faciendam quod ibi
1 Alber. exponit, † vbi verborum interpretatio facienda eſt, non habetur conſideratio dignitatis.

Sed ego dubitationem hanc ad pauca reducendo, his quæ mihi ſuccurrunt breuibus diſſoluam.

2 Primo † legata vxoribus facta cum ita ambigua & obſcura videantur, quòd teſtamenti interpres multum hęſitans, & anceps remanet, an dare, vel auferre, reſtringere vel ampliare legata debeat vxoribus legatarijs, inſpecto quidem eo, quòd inter maritum teſtatorem, & vxorem legatariam non ſolùm coniunctio fuit, ſed vnitas ex verbo Dei, erunt duo in carne vna, & ex alijs multis probat Old. conſil. 95. col. 3. & Cephal. conſi. 416. nu. 36. & ſeq. Tiraq. de legi. connub. par. 1. gloſ. 1. num. 30. affectio & pietas mariti eſt erga vxorem. l. vxorem. in princ. de leg. & eam appellat dominam ibi & in alijs locis, ibidem not. Alber. & ſummam in ſe dicitur continere vtilitatem honor bene tranſacti matrimonij. l. vnum ex familia. §. fin. de leg. 2. benignius ergo interpretari debet in ampliando potius, quàm in reſtringendo legata ipſa, cùm nō exiſtat perſona, quæ ex præſumpta volūtate defuncti aliter ſuadeat, Bal. conſ. 209. illa verba. ad fin. li. 3. & conſ. 459. quidem inſtituto. lib. 1. dicit quinimò in legato facto vxori latiſſima interpretatio fiēda eſt, ſequitur Aym. conſil. 297. colum. 2. verſ. quòd procedit etiam tetigi ſupr. lib. 1. interpr. 2. dubit. 2. ſolut. 5. ab affectione. verſ. ex coniugio, idem firmat Pau. Pic. in repet. §. Titia. num. 50. l. Titia cum teſtamento. de leg. 2. Menoch. cō-
3 ſil. 142. num. fin. † Exinde eſt quòd aliquibus in partibus vxor eſt hæres mariti, vt in Alemania, & in alijs locis dicit Bal. de quo tamen miratur in l. penult. in fin. C. de impub. & ali. ſubſt. At non tam mirum videtur, cum vbique de iure communi agnatis & cognatis non extātibus vir & vxor ad inuicem ſunt hæredes, vt l. 1. C. vnd. vir & vxor, & ibi Deci. numer. ſecundo, id eſſe propter vnitatem dictam ex matrimonio, & ſub nomine familię deficiente vno cōiuge generum vel nurum ſuperſtitem alterum coniugem venire per text. in l. fin. C. de verbor. ſign. merito pro his legatarijs fauorabilis & ampliſſima interpretatio fienda eſt, ſentit & Fulg. conſi. 100. quidā A. ad fin. verſ. & præſertim in vxore, Pariſ. conſil. 79. colum. 3. num. 14. lib. 2. Hippol. Riminal. conſil. 216. num. 34. 35. & Bero. conſil. 44. num. 22. lib. 2. vbi vxor quoad legata eſt priuilegiata ſicut filius & aliæ coniunctæ perſonæ.

Secundò concluſionem hanc in facto ſemper veram
4 perſpexi, † quod mariti legantes vxoribus ſuis nomine proprio præcedenti & appellatiuo ſubſequenti eas, nominarunt in teſtamentis & nominant, & nunquam ſolo nomine appellatiuo, ſed legantes vxoribus aliorum videntur interdum eas nominare ſolo nomine appellatiuo ſub demonſtratione alicuius tertiæ perſonæ. Quo ſtante quoad vxorem teſtatoris fruſtratoria in iure videtur illa diſcuſſio, nunquid legatum factum vxori appellatiuo nomine tantùm nuncupatæ debeatur ſecundæ vxori, & concluſio etiam cōtrouerſa videtur in parte negatiua de qua per Petr. Pechi. ſuo li. 1. cap. 16. de teſtam. cōiug. & Borgn. Feuiza. de vſufr. muli. nu. 195. 196. alios referentes: aduerte tamen ſub d. nu. 195. ibi, & ideò dixi Volateranis teſtamentum factum tempore quo teſtator erat ſanæ mentis, non valuiſſe, nec valere, teſtatore poſteà affecto furioſo, & in furore decedente, ſentētiam iſtam vel non ſic verè dictam, vel ſcripturam non veram: quia contra text. in §. item furioſi, inſtitut. quibus non eſt permiſ. facer. teſtam. Ea verò concluſio in vxore legataria nomine proprio à marito teſtatore nominata, vel relata magis vera eſt, quòd legatum ſibi factum ſecundæ vxori non debetur niſi eidem aſſignatū, & relictum à marito fuerit, ita text. & gloſſ. in l. ſi quid earum. §. fin. de legat. 3. quia aliàs nunquam fit extenſio de vna perſona ad aliam, per l. pater. §. quindecim. de l. 3. dicit Bald. in l. ſi quis. §. certum ad fin. C. de ſecun. nup. in ſecunda lec. diſpoſitio facta per nomina propria, nūquam etiam extenditur ad alias perſonas, Bart. in l. omnes populi. num. 163. de iuſt. & iur. cum ſimilibus quæ alibi adduxi, ſed oportet eam legatariam eſſe vxorem tēpore mortis mariti teſtatoris, l. item legato. §. fin. de legat. 3. & l. 3. & ſequent. de aur. & arg. leg. hodie non poteſt eſſe aliter, cùm diuortium fieri non poſſit, Alber. in d. l. 3. de aur. & arg. leg. Caſtr. in l. 1. ſub num. 4. C. vnd. vir

& vxor. quo quidem diuortio mala gratia ſecuto prius
legatum vxori factum diſſoluebatur,d. l.item legato. §.
fin.& dicta l. 2. & 3.cùm tamen hodie loco diuortij ſit
ſurrogata ſeparatio thori, vt per Cyn.Alexand. colum.
fin.Iaſ.colum.ſecunda,verſicu. quarto fallit.& Dec. co-
lum.ſecunda, numer. 10. in dicta l. prima.C.vnd.vir. &
vxo.per quam mala gratia factam quemadmodum tol-
li ſucceſſionem coniugum Docto.allega.tradunt in d.l.
prima.Ita legatum tolli dicendum eſt per dictam l.item
legato.§.fi.& dicta l.2.& 3.de aur.& argen.legat.quia ca
ſus de facili cõtingere poteſt,vt dicit Dec. in dict.l. pri-
ma,dict.num.10.ideò ſecundùm eum conſidera tres ca-
ſus: duo ſunt quibus dicitur ſeparationem thori mala
gratia procedere,& his ceſſare ſucceſſionem & legata,
alius eſt tertius caſus, quo communi concordia in caſu
licito,quia vterque vouiſſet caſtitatem ſtatu non muta-
to,& ſic bona gratia eſſet thori ſeparatio,&tunc vigeret
ſucceſſio & legatum.

Itaque inſpiciendum eſt ſi vxor exiſtat in his caſibus
tempore mortis mariti,aut tempore ſic per ſuam perſo-
nam qualificato, & duraturo in vxore teſtatoris duran-
5 te ſaltem interpretatiuè, vt ſi factum ſit † legatum Lu-
ciæ,ſi ſteterit cum domina Camilla vxore teſtatoris, ea
quidem tranſeunte ad ſecũda vota,& ſic habita pro im-
pleta cõditione,quòd per legatariam non ſtat famulari
vxori teſtatoris debetur ei legatũ per plura probat Alex.
conſil.20.num.3.& ſeq.li.2.Idem probat Soc.conſil.56.
ſupra fin.lib.3.

6 Quo verò ad vxorem alterius dicendum eſt† ſi teſta-
tor legauerit alimenta vxori futuræ alicuius intelligi &
de prima,& de omni alia vxore illius, ſecũdùm Alexan.
conſil.171.viſo proceſſu.num.3. & ſequent. lib. 2. Cuius
rationes in hoc particulari caſu video refutare neminẽ,
ideò ei ſtandum puto,vt aſſentit Menoch.conſ.106.nu-
mero 67.& ſequent.aliàs intellige & declara.q.in ſimil.
vt per Pau.Pic.in repet.§.Titia. numer.108.109.l.Titia
cum teſtamento.de legat.ſecundo, & per Felin.in capi.
fin.colum.quarta,in 3. fallent.verſi.pro iſta fallentia.de
treu.& pa.

7 Tertio † teſtator relinquit vxori vſumfructum om-
nium ſuorum bonorum vel alimenta & hæredem in-
ſtituit filium pupillum, & ei pupillariter ſubſtituit ma-
trem pupilli,& fratrem ipſius teſtatoris, deceſſit pupil-
lus,contentio eſt inter ſubſtitutos ſuper vſufructu, vel
alimentis relictis,an debeantur matri, nũc in caſu ſub-
ſtitutionis.Dyn.q.determinauit non deberi matri ſucce
denti ex ſubſtitutione,eſſe verum, ſi mater ſuccedat ex
tacita vulgari, quæ locum habet ſi pupillus non adierit
hæreditatem, ſecus eſt ſi pro pupillo fuerit adita hære-
ditas,& mater ſuccedens ex pupillari vſumfructum ha-
bere debet ante partem,ita limitat Bart.in l.licet.col.2.
numer.5.de legat.1.quem ibi ſequuntur Ang. in fin. Ca-
ſtren. in fin. Cuman. colum.3.tentando etiamſi ſucce-
dat ex tacita vulgari,Alexand.in fin.remiſſiuè,& Iaſ.co-
lum.6.in 7.not.& Bald.in l.non iuſtam num. 6. firmat.
C.ad Trebel.& ſequitur conſilio 320.Petrus.lib.primo,
& ita eſt comm. Opin.quæ licet videatur ſapere mate-
riam repetitionis relictorum ab inſtituto ab ſubſtitu-
tum,cum tamen contineat not.& contingibilem deciſ.
pro relictis vxori factis,huic etiam bene conuenit loco
talis reſolutio.

Quarto hæredes mariti in reſtitutione dotis prælega
tæ vxori poſſunt vel ne detrahere, vel retinere neceſſa-
8 rias † impenſas in rebus dotalibus factas per maritum
ſecundùm diuerſitatem formæ, vel modi, quo fuerit
dos prælegata. Nam ſi prælegatum dotis à marito ſit
vxori de certa quantitate dotis,vel de eo quod ipſe ma-
ritus recepit,vel apparebit per inſtrumentũ dotis ſe re-
cepiſſe pro dote, tunc dotis prælegatum præſtari &
ſolui debet abſque impenſarum deductione.Si verò ſim
pliciter maritus prælegauit vxori ſuæ dotem ſuam, vel
de qua apparebit eum teneri ad reſtituendum, verbum
dotis eſt vocabulum iuris,& interpretatur deductis im-
penſis,l.quod dicitur.de impenſ. in rebus dot.fact.& im
penſæ dotem ipſo iure minuunt,l.cum quis.verſ. primo
de dot.præleg.in ſolutione quidem iſtius prælegati fieri
debet deductio impenſarum per tex.in l.Mæuio.§.à me
hærede.de legat.ſecundo,& ibi tradunt Bar.Alber.Bal.
Ang.Caſtren. & alij latè proſequendo, ita decidit conſ.
Neapol.per Afflict.deciſ.359. in cauſis conuentionis &
reconuẽtionis, vbi in caſu prælegati de certa quantita-
te dotis facti reprobat limitationes, quas Caſtr. in dicto
§. à me hærede adducit in prin. vnam & aliam in fin. vt
ibi per eum.

9 Quinto interdum accidit † maritum filios habẽtem
ex primo matrimonio, volentẽ plus relinquere ſecũdæ
vxori quàm poſſit, per l. hac edictali. C. de ſecun.nupt.
iure legati ei reliquiſſe mille, quæ etiam cum iuramen-
to confeſſus eſt ab ea de ſuis pecunijs, vel bonis ſe ha-
buiſſe aliter etiam per coniecturas non probato, quòd
habuerit pecunias & bona vxoris,relictũ tale non valet
per dictam l. hac edictali, & minus valet illa confeſſio
etiam iurata,vt decidit Barto.in l. cum quis decedẽs. §.
Titia.de legat.3. quæ ſuſpicio ob incapacitatẽ perſonæ
acquirentis hoc inducit,& ne fiat fraus legi.Bart.ibi di-
cit,& concord.cumulauit Tiraquel.in l.ſi vnquam. ver.
donatione. num.91.de reuocan.dona.& per Gabr.Ro-
man.de commun.concluſ.lib.3.tit.de ſecun.nupt. con-
cluſ.4.vbi materiam di. l. hac edictali tractare aſſump-
ſit,quod procederet etiamſi relictum ſecundæ vxori fa-
ctũ eſſet pro alimentis vel in vſufructu,quando ex ratio
ne vitæ ſumpta ex l. hæreditatum.ff.ad l.Falci.hoc tran-
ſcẽderet vel excederet relinqui debita liberis primi ma
trimonij,vt latè tradit Aym.conſi.194. Sed ſi cum iura-
mento teſtatoris concurrerent coniecturæ aliquæ de
veritate confeſſionis teſtatoris circa relictum factum
ſecundæ vxori,deberet quidem ea illud conſequi,vt per
Alexan.conſil.18.ſub num.8.præceden.& ſequent.lib.3.
concor.etiam congerit Tiraq.d.ver.donatione.nu.100.
& Aym.conſi.40.num.4.5.& ſeq.

10 Sexto iure † legati maritus reliquit ſuæ vxori lectum
ſuum, dubitatio eſt,an veniat culcitra, vel coopertoriũ
de ſerico & alia ornamenta lecti per leges hincinde ar-
gumentando, & culcitram de ſerico & omnia ornamẽ-
ta venire tenet Barto.in l.librorum.§.fin.de legat.3.Al-
ber.in dict.l.librorum.in fin. dicit quòd in hac quæſtio-
ne attenderet conditionem & dignitatem perſonarum
ſcilicet quando eſt legatus lectus munitus per nobilem
virum,ſed prius in legato lecti ſimpliciter facto tenuit
non venire,niſi fuerint expreſſim legata, Ang. Aret. de
teſtam.glo.49.tenet non venire,cum ornamenta de ſe-
rico non conueniant viduæ,idem Bald.de lectis,ſi enim
lectum de ſerico,non conuenit viduæ, dicit in l. 1. col.
fin.num.12.C.de legat.Petr.Peck.de teſta.coniun. li. 6.
cap.10. ſub nu.2. Exiſtimat hanc Baldi deciſionem non
abſolute veram,quia plerçque ſunt viduæ,quarum con-
ditio eiuſmodi ſupellectilem requirit, aliud non allegat
ſed pertranſit cum eo, quòd interpretatio fiat ſecundũ
dignitatem,& qualitatem perſonarum per l.plenum. §.
equitij. ff. de vſu & habit. & ibi proprie Bald. dicit eſſe
arg. quòd ſi teſtator vxori lectum ſuum legat, non ve-
niunt,ait ipſe,culcitræ de ſerico, quia non cõueniunt vi
duę,cũ hac deciſ.alias ſimil.adducendo à qualitate per-
ſonæ tranſit Felin.in cap.cauſam quæ. colum. 13. verſic.
pro quo vide de reſcript.& Corſet.not.in verſ. conditio
perſonæ.Dixi alibi vlterius inſpiciendum fore ſi mari-
tus vltra legatum lecti,& ſuorum ornamentorum fece-
rit vxori alia legata & alimentorum, & ſuarum veſtium
& iocalium,ita quòd deprehẽdi poſſit procliuior teſta-
toris voluntas in vxorem, vt lucrum maius etiam ſen-
tiat



tiat in legato lecti,& eius ornamentorum, quemadmo-
dum ſentit in veſtibus ſuis etiam de ſerico, & feſtiuis ſi-
bi pariter legatis,& non conuenientibus viduæ,ita text.
magis vrget in illa particula hoc amplius,in l.fi.§.vxori.
de aur.& argen.l.ita ibi arguunt in ſpecie Bar.& Alber.
& ſic quãdo intelligitur de veſtibus,camera & lecto te-
ſtatoris,Ang.Aret. d. gl.49.in fi. cum & legato maſſari-
tiarum vel ſupellectilium veniret per tex. in l.3.in prin.
de ſupel. lega.

Septimo quæritur de diuerſis legatis factis vxoribus,
ſub certis vocabulis, & dubitatur quandoque quænam
res ſub legatis ipſis veniant, quorum ſolutiones his exẽ-
plis inſeram.

Legatum eſt † vxori frumentum,quod reperitur eſſe
11 domi,cum frumento adeſt bona quãtitas farinæ, quam
ſub legato frumenti legatariam venire requirit, breui-
ter venire determinari debet per doctrin. Barto.in leg.
quæſitum.§.illud de legat.tertio,comprobat Guid Pap.
in quæſt.333.vtrum veritum, ita eſt donec de farina fiat
panis dicit ibi Bartol. ſentiens hoc in materia legatorũ
adducendo in argum.l.ſi cui lana.de legatis tertio, quæ
12 loquitur in legato lanæ & facit in verſicul. † lanæ ap-
pellatione eatenùs extendi placet quo ad talem perue-
niſſet.

Maritus † legauit vxori omnes veſtes ſuas,inter quas
13 ſunt aliquæ conſumptæ & corruptæ, aliquæ ſunt de no-
uo factæ, iſtæ autem quæ ſunt factæ loco corruptarum
veniunt legato,illæ verò quæ alijs veſtibus bonis ſuper-
additæ ſunt in legato non ſunt ſecundum Bar.in l. ſi ita.
colum.fin.num. 8.de aur.& argen.legat.intellige quan-
do ſunt de nouo factæ & additæ poſt factum teſtamen-
tum, eò quòd veſtes ſuæ viderentur legatæ vxori, quæ
eſſent ſuæ tempore teſtamenti, vt dicit text.in dicta l.ſi
ita.& veniunt veſtes feſtiuæ & non feſtiuæ, Bartol. &
Alber.in l. fin.§.vxori.eod.& Ang.Aret.de teſta.in gloſſ.
48.num.5.& præceden.firmat concluſiones iſtas,quini-
mò veniunt veſtes inciſæ & nondum perfectæ exiſtẽtes
penes ſutorem faciendæ,& deſtinatæ pro vxore legata-
ria,Bald.in l.ex facto.il ſecundo. colum.fin.verſ.fuit di-
ſputatum.ff.de hæred.inſtit.pro ſingulari ponit Franciſ.
Cremen.ſingul.63.teſtator legauit.alleg. Bart.in d. l. ex
facto.quĩ hoc non dicit,ſed Bal.dicit vt allegaui,facit.l.
ſcribit Quintus Mutius.§.in aurifice.de aur.& argen.le-
gat.& dicit Petrus Peck.de teſtam. coniug.libr.quinto,
cap. 14. numer. 1. & per totum, de legato veſtium, ac
etiam ipſarum veſtium legatarum ornamenta quæcun-
que aurea,argentea,vel de gemmis veniunt, Corſet. in
not.ſub verſic.legauit. in ſumma iuris regula receptum
eſt, quicquid etiam pretioſius, vel auri, vel argenti, vel
gemmarum & margaritarum accedit, adiunctum vel
clauſum eſt alij rei etiam vilioris & longè inferioris pre-
tij cauſa tamen rem hanc ornandi, iſta enim re legata
venit & cedit legato ipſo, l. cum aurum.§. fin.& l. & ſi
non ſunt.§.pediculis.in principio.§.primo,de aur.& ar-
gen.legat.pro ſingulari,& ſe ita conſuluiſſe ponit Rom.
ſingul.622. lego mulieri, non tamen veniunt in legato
veſtes prohibitæ portari per ſtatutum,Bart.in l.quanuis.
eod.& ibi plenè apoſtil. per Alexan. ſed earum extima-
tio deberetur Franciſ.Cremen.ſingul.54.ſtatuto.cum ſi
milibus,per Curt.Iun.conſil. 30. col. 2. diſtinguendo vt
per Aret.in l. multum col.1.de verborũ oblig. & Socin.
conſ.10.col.2.verſi.poſtremo lib. 1. vbi in legato verbis
multum generalibus facto vult etiam venire prohibita
portari,& alia multa,vt ibi per eum in prima, & ſecun-
da colum.latiſſimè.

14 Vxori†maritus,vel ſocer legat donaria quæ Ferrariæ
ex communi vſu loquendi continent veſtes & iocalia &
alia deputata ad ornatum mulieris tranſmiſſa per ſpon-
ſum ſuæ ſponſæ & donata per attinentes, in tantũ quòd
tale legatum valet,vt alia donata quæ reperiuntur præ-
ſtentur, ſi poſſunt haberi, ſin autem eorum extimatio,
vt longa diſcuſſione probat Alexand. conſil. 248. pon-
deratis narratis per totum librum ſextum.Pariter hæres
vxoris vt obtineat probare debet veſtimenta & pannos
per vxorem portatos ad domum mariti eiuſdem mor-
tis & aditæ hæreditatis tempore fuiſſe penes hæredes
mariti,Roman.conſil. 254.in facto propoſito. Quæ re-
perientur vel ſuperfuerint tempore mortis teſtatoris
vel grauati, intelligũtur ſi non fuerint perdita vel alie-
nata Bar.in l.Titius. ad finem. ff. ad Trebel.adde quòd
donaria facta vxori per attinẽtes mariti,vt Ferrariæ ſer-
uabatur, ſunt vxoris & non mariti, probat Salyç.in l. ſi
donatæ.§.1.ff.de donat.inter virum & vxorem.

15 Lanam† & linum appetunt mulieres,ait gloſ.in ver-
ſic.in lana.in l.cum quæritur. verſi.ſic mihi placet. de le
gat.3. meminit Tiraquel. de legi. connu. in decima.l.
in fin.ideo ſæpius in teſtamentis legimus, quòd maritus
16 legat vxori omnes pannos lanæ & lini,† appellatio hæc
pannorum ex communi vſu loquendi eſt largior, quàm
ſit appellatio veſtis,ideo ſub tali legato continentur ea,
quibus induimur, & petiæ panni lanæ & lini aptæ ad
vſum hominis cauſa faciendi pannos lanæ & lini ſaltem
pro vno anno, Bar.in l.diuus.ff.de bon.damnat.in l.ve-
ſtimentum.de aur.& arg.legat.

17 Legatum † veſtium & indumentorum quoruncun-
que pretioſorum & non pretioſorum ad vſum vxoris
factorũ excepto iocale,quod dicitur, Agnus Dei, quod
teſtator remanere in hæreditate voluit,& ſic legatum fa
ctum vxori quaſdam perlas repertas in hæreditate etiã
non apparentes fuiſſe ad vſum vxoris continere late di-
ſputando tenet Corn.conſ.218. ver.in hac conſultatio-
ne lib.4.dubia videtur conſultatio iſta, per ea quæ tra-
dit Capr.conſ.128.ad n.3.cum perlæ non eſſent ad vſum
vxoris,& per l. hæres.§. vxori. de leg. 3. cui reſpõdendo
non ſatisfacit,de hoc legato veſtium vide late per Petr.
Peck.de teſta.coniug.lib.5.cap.14.legando quæcunque
iocalia à ſe defecta vxori non veniunt margaritę alienæ
per teſtatorem conductæ forſan a b Hebræis,& ad orna
tum vxoris Bero.quæſt.56.

18 Reliquit vxori totum † ſuum arredium faciendo dif-
ficultatem ſuper pronomine, ſuum, & ſuper ſignificato
verbi,arredium,pronomen ſuum id eſt, ſibi vxori con-
ceſſum per maritum,& arrediũ, 1. theſaurum nuptiarũ,
interpretatur Bal.conſ.271.iſte ſermo li.4.& Alber.in l.
legatis. nu. 2.de leg.2.dicit, quòd ſi maritus legat vxori
omnia mobilia ſua, intelligitur ſolum de illis, quæ ſunt
ad proprium vſum mulieris.

19 Generale† legatum vſusfructus factum vxori,conti-
net & partem vſusfructus rei per teſtatorem poſt mortẽ
prius donatę alij,qui etiam poſtea deceſſerit, & ſic poſt
mortem donatarij probat ſubtiliter Roman.conſi.308.
pro habenda.col.2. & continet frumẽtum,& bona mo-
bilia quæ fuerunt reperta tempore mortis teſtatoris, ſi
tamen ea velit vxor legataria tenere, donec durat vſuſ-
fructus debet ſatiſdare de extimatione eorum reſtituẽ-
da finito vſufructu,Bal.conſ. 237. Paſtutius in ſuo teſta-
mento li.5.ſequitur Aym.conſ.300. col.2.nu. 5. de exti-
matione reſtituenda ea forma, de qua per Pariſ. conſil.
96.num.5.lib.2.

20 Legatum†domus cum omnibus rebus & bonis in ea
exiſtentibus factum vxori,non continet bona, niſi ea,
quę tempore teſtamẽti ibi reperiębantur perpetuo per-
manſura pro vſu domus, & ſic non continere frumen-
tum in ea poſteà immiſſum,nec ſi tunc fuiſſet repertum
in ea, cùm non ſit de rebus ibi perpetuò permanſuris,
nec alias res poſtea immiſſas, nec protocolla teſtatoris
notarij, nec alios libros priuatarum rationum teſtato-
ris, cùm non ſint de rebus pro vſu domus ibi perpetuò
permanſuris,hæc latè per iura ſolita allegari, & per me
iam ante alleg.probat Capr.conſ.45. per tot.idem cõſi.

128.num.3.& ſequent.per adiectionem hanc à teſtatore
21 appoſitam † ad vſum ſuæ perſonæ in legato omnium pannorum,lanæ, lini, & canibis & aliorum pannorum ſic ad vſum ſuæ perſonæ non venire tobalias, pannamenta, & ſupellectilia, quæ non ſunt ad vſum ſuæ perſonæ. Quinimò requiritur quòd legata reſpiciant proprium vſum vxoris, & non communem vſum cum alio per text. in l.legatis vxori.de leg. ſecundo. & in l.Quintus Mutius.in princip. de aur. & argen. legat.& in l.hoc legatum.de legat.tertio,vbi in tex.dicitur quòd frequentiſſime in vſu verſatur, vt in legatis vxoris adijciatur quæ eius cauſa parata ſint &c. & cum multis concord. ibi ſign.in gloſſ.in verſic.quod in vſu. quod animaduertere omiſit Capra in dicto conſi.128.& quòd talis adiectio ad vſum ſuæ perſonæ referatur ad omnia legata facta vxori,eſt tex.in l. hæres. §. vxori. de legat. tertio, & eſt valde not. Fallit tamen in legato lini & lanæ, vt veniāt cōmunia cum marito per l.cum quæreretur.§.lana. de leg.3.& ibi gloſ.fin.animaduertit.Roma.ſing.632. eleganter alteri.

22 Sub † legato vſusfructus omnium bonorū mobilium & immobilium pro legataria veniunt fœtus animalium,pecorum,boum, equorum, ſubrogati tamen loco mortuorum eorum quæ ſunt in grege relicta,Bart.conſil.50.Gilius.num.4.volum.primo conſilio 87.Mathiolus.in fin.volum. ſecundo,Bald. conſil.423.Andreas. in fin.libr.tertio,de his & alijs,quæ veniant ſub hoc legato vſusfructus vide quæ colligit Pau.Pic.in repet. §.Titia. numero 110.vſque ad num.22.l. Titia cum teſtamento. de legat.ſecundo,redditus locorum Sancti Georgij, laudemium rerum cauſalium, penſiones domorum, redditus gabellarum emptarum,Pariſ.conſil.96.colum.ſecunda. numero 10.17.18.19.lib.ſecundo. Non veniunt emolumenta protocollorum Bart. & alij in l. diuortio. §.ſi vir.ſolut.matrim. Bartol. conſilio 50. Gilius ad fin. Guid.Pap.in quæſtio.541.num.quarto,nec nomina debitorum,Aymo conſil.300. ad fin.Pariſ.dicto conſ.96. numer. 14. Socin. Iun. conſil. 115. in princip.li.1. Secus eſt in ſimplici legato vſusfructus bonorum, quia veniūt nomina debitorum,Corn.conſ.187.ad finem li.2. Dec. conſil.418. col. 2. in tertia dubitat.Nat.conſil.297.nu. quarto,& pecunia inuenta in hæreditate, Pariſ. conſilio 94.num.14.15.lib.2. venit & frumentum pro ſeminandis agris, Petr. Anto. Anguſo. in mater. vltim. volunt. conſil.43.

23 Legatum † alimentorum factum vxori continet alimenta etiam pro familia ſibi neceſſaria,Bald.in rub.ſub numer.tertio.de vita & honeſt.cleri.vbi dicit quòd hoc legatum eſt benignè & plenè intelligendum, vt ſic etiā debeantur medicinæ, & vt per Bartol. tracta.de ali. colum. prima. verſicul. quæro an illi. Non tamen debentur vſusfructus,vel alimenta vxori relicta, ex bonis feudalibus,emphiteuticis,vel fideicōmiſſo ſubiectis, Pariſ. conſ.98.col. 1. & 2. l. 2.& ibi in fin.quæ ſint inſpicienda & attendenda pro alimētis taxandis vxori relictis,& per Bal.conſil.ducenteſimo vigeſimoprimo, conſiderādum eſt.ad finem lib.4.

24 Tempus † autem petendi alimenta datur quoad victum de menſe in menſem, quoad veſtimenta quando his indiget legataria, cui factum eſt legatum alimentorum in diem incertam donec egerit vitam vidualem, Socin.conſi.10.columm.4.in quæſt.princip.& conſil.11. ſeq.colum.fin.lib.1.Aduerte quòd Bald.conſil.255. confirmans.in fin.lib.2.dicit mulieri habenti magnam dotem legatum factū non præſumi pro alimentis niſi forte illius anni, quo pendet exactio dotis.l. 1. §. exactio. de rei vxor.act. atteſtando dotem mille florenorum re & nomine eſſe magnam,ſi tunc ita ita, non eſt ita tūc,cum modò quilibet artifex petat dotem mille florenorum, quo tempore alimenta, & veſtimenta debeantur, idem clarius in l.1.num.3.C. de fideicom.granum & vinum in principio anni petitur & præſtatur, Bart. conſ. 216. Addelandus.nu.5.li. 1. idem de magnis dotibus auctis modernis temporibus atteſtatur Rolan.à Val.conſi. 25. nu. 19.lib.4.

25 Legat † maritus vxori vſusfructum fundi,hoc onere impoſito, quòd non debeat, nec poſſit illum vendere, vel alienare, intelligitur ex hoc largè plenam proprietatem fundi,probat Bal.per tex. ibi,in l. Proculus.in prin. ff.de vſufr.& ibi Ang. dicit eſſe notanda iſta, quia quotidiana ſunt,& de pane quærendo,ſumendo illum text. quòd onus impoſitum vſusfructui ſoli proprietati conueniens legatum proprietatis importat, & hoc eſſe ex præcedenti diſpoſitione conceſſiua rei, & ex propoſito ſignificante dominium vt ibi Ang. declarat, pro ſingulari deciſ. ſequitur Rom.conſil. 206. licet de cōmuni.colum.2.verſ.tertio.Barb. conſi. 20.colum.4. lib. 4.comprobat Crem.ſing. 27.maritus. & Alex. conſil. 150. viſo themate.in princ.lib.7.& latè ſuper hoc ſolo inſiſtendo, & de commun. opin. atteſtando tenet Pariſ. conſil. 71. per tot. libr. 2. idem & vt com. tenet. Cur. conſil. 14. colum.1.& Soc. Iun. conſil.84.num.9.lib.1.& eſt gloſſ. fin.in l. qui fructus.de vſufr. leg.Bero.conſil. 44.nu. 10. 11.lib.2.

26 Idem ſi dixerit teſtator † legauit fundum ad vſum,ad alimenta,videtur relinquere proprietatem per l. donationē.§.ſpecies.ff.de dona.& l.ſpecies. ff. de aur.& arg. leg.tenet Bar. Imo.in l.Lucius.§. hæredum. ad Trebel. & Bald.in l. ſi mulier.in fin.C. de iure dot.& bene Ang. etiam ex illo tex.in l. in fideicommiſſi. §. fin. in fi.ff.de vſu.idem per eadem iura Feder.de Sen. conſil. 46.iure cautum eſt.in fin. & Bartol.in l. Titia.§.fin.num.tertio, de legat.2.

27 Idem ſi † legat fundum quòd toto tempore vitæ ſuæ debeat gaudere importat proprietatem eſſe datam Bal. conſ. 109.licet filiæ ſit relictum.lib.2.

28 Item ex eo † quòd teſtator iuſſit ſua bona diſtribui in pauperes, videtur pauperib. reliquiſſe proprietatem bonorum, Bald.in l.& in epiſtola.nu.5.C. de fideicommiſſ.vel quòd poſſit diſponere poſt mortem. Cuman. conſ.120.ſer.Petrus.col.2.

29 Idem † ſi dixerit, Lego vxori domum ad habitādum vel fundum ad vſufructuandum,vel ad vſum vel ad gaudimētum,plena proprietas relicta videtur,probat Alex. conſ.pen.ad fin.li.2.Caſtr.conſ.355.ad primum in princ. li.2.pro ſingulari probat & Marſil.ſing. 414. teſtator filios.Bero.conſ.33.nu.1.li.2.ita in facto dicit ſe cōſuluiſſe Ang.in auth. hoc loco.ad fin.C.ſi ſecun. nupſe. Nat. conſ.211.nu.17.plura d.ad hoc congerit.Curt.Iun.conſ. 38.col.2.nu.5.

30 Intellige † tamen prædicta, quòd ſi legatum ſit factū temporaliter donec vixerit,vel ſteterit vidua quòd tempore eueniente,vel mortis legatariæ, vel trāſitus ad ſecunda vota proprietas ſic relicta reuerti debet ad hæredes,vel hæreditem teſtatoris,Pariſ.conſil. 21.num.37. 38.lib.2.& clare Socin.conſ.102.colum.penul.num.14. 15. lib. 3.

31 Item vbi non procedit † legatum vſusfructus de certis bonis, & vxori commiſſum eſt gubernum & adminiſtratio bonorum teſtatoris, & relicta ſunt ſola alimēta ſub legato victus, & veſtitus, & alia ſigna ſunt quòd vxor etiam vſumfructum non habeat, nedum proprietatem, & ſic deciſ.Bald. in dicta l. Proculus. & aliorum non procedit,quando aliter apparere poteſt de voluntate teſtatoris, vt in ſuo caſu deducere conatur Aym. conſil. 25. col. penult.fin. pro quo & Dec.conſilio 278. colum.tertia,verſi.quinto hoc idem.vbi & teſtator prohiberat vxorem vendere & alienare,& Corn.conſ.19. lib.primo loquens in contractu inter viuos, & non habet locum dicta l.Proculus.quādo in clauſulis acceſſorijs



rijs appoſita ſunt verba,vt nō poſſit alienare,vel vt poſſit gaudere,& quando verba appoſita non repugnant vſufructui,vt per Bello.conſil.6.num.9.num. vndecimo, ſequitur Petr.Peck.de teſta.coniug.libro quinto, capit. quarto, & quando fuerit ſecuta alienatio per vſufructuarium accurate tamen per iudicem inſpecta voluntate teſtatoris,Born.Feuiza.de vſufruct.mulier.ſub.num.77. verſicu. contrarium autem.pagin.413.præceden.& ſeq. & Baldus not.limitat. in l.ſecunda.numero decimo.C.

32 de inoffic. don. quòd † ſi pater dat filio fundum in alimenta,vel in vſum ſuum non videtur dare proprietatē, in extraneo ſecus eſt & firmat dictam deciſ. per d.l. donationes.§.ſpecies.

33 Cæterum vbi † ſimpliciter maritus ſeu alius legat vxori ſeu alij rem aliquam mobilem, ſeu immobilem, cenſetur legare & proprietatē per diſtinctionem titulorum de rebus legatis ſimpliciter, & de vſufruct.lega. probat Socin.dicto conſil.10.colum.2.ſub verſic.circa tertiam quæſtionem.lib.primo,in ſpecie probat per l. ſpecies.& ibi Bartol.ff.de aur.& argen.legat.& Ruin.conſi.25.col. quarta, ſub nu.8.lib.ſecundo,vbi ſigillatim dicit quòd appellatione rei legatæ venit etiam eius proprietas, &

34 probat importare † legatum verba hæc, non auferantur tali ea,quæ tenet in tali loco,vel ſinat ea tenere,& valet legatum factum per ſinendi modum, & pleno iure, vt ibi per eum,& per Bero.conſi.44.numero decimo,vndecimo, lib. ſecundo,Dicitur † etiam legata proprie-

35 tas, ſi maritus vel alius legat ſuam habitationem poſitam in tali loco iuxta tales confines,non ſic eſt,ſi legat habitationem ſuæ domus, quia tunc non videtur legata proprietas,tradit Bald.in l.cum antiquitas, in fin. C. de vſufruct. pro ſingulari ponit Cremen.not.110.teſtator dicit.

36 Omnia † bona mobilia, ſupellectilia, & maſſaritias legauit vxori,veniunt quidem ſub hoc legato, pecuniæ, aurum & argentum,pecudes,& alia animalia, & omnia quæ mouentur.Dec.conſ.472.num.4.5.6.& conſil.653. in princ.Pariſ.conſ.67.num.12.& conſi.79.num.41.45. lib.2.Ruin.conſi.32.colum.2.lib.2.vbi maximè per verba generalia vbi etiam ſi inſtitutio hæredum ſpecialiter facta ſit de bonis ſe mouentibus, exinde non eſſe derogatum generali legato bonorum mobiliū,quin veniunt omnes beſtiæ, licet in hoc eodem caſu contrarium & fortè verius teneat Dec.d.conſil.653.ſequitur Plot. tractat.de in lit.iur.§.1.num.16.vbi & num.præced. de his

37 agit.Quid † ſi in legato vniuerſali mobilium ſint enunciatæ certę ſpecies mobilium, an per talem ſpecialem expreſſionem in ceteris non expreſſis intelligatur reſtrictum vniuerſale legatum & diſputando concludit quòd non Hipppol.Riminal.conſ.216.nu.18.& ſeq. Ad-

38 de bonorum † mobilium appellatione venire redditus temporales puta quatuor vel quinque annorum & non perpetui:quod bene probat Boër.conſil.3.numero.7. & ſeq.

39 Maſſaritiarum † vocabulo vulgari idem continetur, quod vocabulo Latino ſupellectilium,Bart.in l.1. & ibi Alber.& in l.2.de ſupel.leg.quę bona hoc vocabulo veniant habetur ex lectura legum,titu.de ſupel.leg. & aliqua per Abb.conſ.88.nu.2.libr.2.& aliqua quæ non veniāt per Ang.Are.de teſta.gl.39.& Guald.de arte teſta. tit.6.de leg.cau.53.ad fin.

40 Bona † mobilia etiam non veniunt,quæ teſtator venalia haberet,leg.generali.§.vxori de vſufru.leg. & ibi Bar.l.pediculis.§.item cum quæreretur. de aur.& arg. leg.Pariſ.conſ.79.nu.pen.li.2.alias ſi maritus eſſet mercator habens ferè omnem ſubſtantiam in mercibus mobilibus, legando mobilia vxori ſuæ, ſi venirent venalia,eſſet ſumma captio,arg.l.ſi vxori.in princi.eo, maximè quando teſtator habeat alia bona non venalia d.§.item cum quæreretur. gloſſ. fin. & Bartol. Verùm & hoc tempera, niſi teſtator legauerit vniuerſaliter omnia bona ſua abſque mentione alicuius loci, & ſi etiam de loco mentionem faceret,apponendo tamen vniuerſalitatem, quomodocunque, vel qualitercunque ibi eſſent,quia tunc veniunt & venalia,vt eſt nota, & comm. doctr.Bart.in di. §.vxori,de his plura dixi, & ad ibi ſcripta me remitto ſupra ea.interp.dubit.8.verſi.de his autem rebus cum ſeq.vbi etiam ſupra vide ea quæ latè tractaui de huiuſmodi legatis reſtrictis ratione actionis locorum,vt in præſenti ſpecie ſępius contingere poteſt de legatis mobiliū, & ſupellectiliū domus ipſius teſtatoris, de quo in longum & multa ſcribere profitetur Gabr. Eug.conſ.98.vbi quatenus pecuniam ſeu numos, ſicuti venalia in hoc legato mobilium bonorum non venire affirmat. addo idem probare Petr.Peck.de teſta. coniug.libr.5.capit.fin.numer.4.& expreſſius Ari.Pinel.in l.prima.par.2.numer.47.C.de bon.matern.vbi & numero 50.notorium eſſe adducit homines etiam appellatione mobilium de pecunia non ſentire,ſed de ſupel-

41 lectilibus & ornamentis, veluti etiam † appellatione auri & argenti non comprehenduntur pecuniæ aureæ & argenteæ,l.cum aurum,in princip.ff.de aur.& arg.leg. Dec.conſil.381.in princ.& ſolum ea venire quæ communi vſu loquendi dicuntur mobilia, ſ.vtenſilia pro vſu quotidiano domus, Natt.conſil.117.numer.6.comprobat & Plot.d.tract.de in lit.iuran.§.1.nume.15.Attamen hoc communi vſu loquendi, vel notorio non probato mihi placet ſententia Eugub.d.conſil.98.numero 32.& ſeq.quòd appellatione mobilium domus veniant pecuniæ ibi repertæ, quas veriſimiliter teſtator pro vno anno ad tuitionem, manutentionem, & vſum ſuæ domus expendere potuiſſet, arg.l.ſi chorus.§.1.de leg.3.pro vſu enim & conſeruatione domus in expenſis quotidianis familiæ & aliorum neceſſariorum, ſine quibus domus ſtare non poteſt, pecuniarum quanta ſufficiat,ſummam continuo adeſſe paratam:ibi communis experientia rerum magiſtra docet. c.quàm ſit.de elect. in 6.in princip.auct.de appel.vtar.verbis text.in §.oportet quoque in auct.vt iudi.ſi.quo.ſuffr.& non poſſunt citra pecunias hæc agi, igitur quanta pecunia ſufficiat vt pro vſu annuo domus legato cedat,arg.l.cum quæreretur.§. ſed cum probaretur.de leg.3.& l. nam quod liquidæ. verſic.quod ſi promiſcue.de pen.leg.deprehendique facile eſt ex d.§.vxori. de quantitate magna ſalis inuenta in ſalinis illam cedere legato vſusfructus quantitatem, quæ vſufructuariæ ſufficiat, de reliqua vero parte quæ venalis fuiſſet, teſtatorem non ſenſiſſet, ita de pecunijs non ſenſiſſe, quas continuo paratas pro vſu domus ſtare non expediebat, de alijs vero paratis ſenſiſſe per d.leg.ſi chorus.§.1.ſentit Iaſ.con.65.col.2.verſic.circa quartum dubium.lib.1.Sed has difficultates tollunt notarij cum eorum verbis generalibus, & vniuerſalibus, & quibus legata huiuſmodi concipiunt, vt antè dictum eſt, & per Bero.conſil.44.nume.5.libr.ſecundo, Crot.conſil.125. numer.9.& ſequent.Petr.Peck.de teſta.coniug.libro5. capit.12.& cap.fin.late de legato mobilium, & quando veniant pecuniæ, & nomina debitorum & actiones, & Bero.conſilio.43.col.1.lib.2.vbi latè ſub legato ſuarum pecuniarum, quòd non veniant debitorum iura & actiones

42 Legat † teſtator vxori cameram vel omnia quæ reperiuntur in camera ſua, fuit dictum,& reperitur,quòd intelliguntur legatæ res paratæ ad cameram, etiamſi ſint extra cāmeram:dummodò ad cameram ſint paratæ, veniunt in legato,exceptis tamē his quæ inſcio teſtatore fuiſſent aſportatę in cameram,intelligo dę rebus nō paratis ad eam, ita Bart.in l.fin.de pen.leg.& in leg.ita. in prin.de leg.2.vbi not.illam l. contra dominas, quibus teſtator legauit omnia quæ habet in camera, quia illata per eas in camera ignorante teſtatore,non cedunt lega-



to, &

to,& bene in terminis per Iaſ.in l.huiuſmodi.§.legatum
colum.2.de leg.1. & de legato pannorum, ornamento-
rum, lecti, & omnium aliorum pannorum exiſtentium
in camera, demùm ſtandum eſt verbis teſtatoris, Bart.
conſ.216. Addelandus nu. 6. & ſeq. volumine 1.Socin.
conſ.10.col.2.lib.1.non venire niſi ea, quæ ſunt ad vſum
vxoris,& ſic non argentũ, quod erat ad vſum mariti,ſub
ſcribit Alci.con.184.ſubtilis.li.9.

43 Frequenter vel vxori, vel alij teſtator † legat ſua ani-
malia, vel eorum vſumfructum: multum enim intereſt
quibus verbis, ſeu qua verborum forma legatum con-
cipiatur,vt ſciatur quid veniat in legato, & quid de ſur-
rogandis loco mortuorum: nam de his habemus voca-
bula latina, & vocabula vulgaria: latinis autem vocabu
lis ſi quis legat pecora ſua, continentur legato quadru-
pedes, quæ gregatim paſcuntur,vt boues, oues, ſues,&
cætera iumenta, vocabulo vulgari eſſet, ſi diceret beſti-
amina ſua, latino vocabulo, ſi quis legat ſuum armen-
tum,veniunt boues & vaccæ, vulgari vocabulo, ſi legat
ſuam caſinam vaccarum, latino vocabulo ſi legat iu-
menta ſua, & equitia non veniunt boues, vulgari voca-
bulo idem ſi legat ſuam mandriã equarum, Latino vo-
cabulo ſi legat ſuum gregem,non boues, equi,muli,ſed
oues & capræ veniũt,vulgari vocabulo multiplici,Idem
ſi legat mandriam, branchum, mattam ouium, arietes
& agni veniunt,oues & capræ, hæc in vocabulis latinis
ipſis probantur per text.in l,legatis.§. pecoribus. in leg.
ſeruis.§.pecudibus.de leg.3.& ibi gloſſ.& leg. boues. in
princip. de verb. ſignifi. & ibi Alci. & Rebuf. in voca-
bulis autem vulgaribus probantur prout vocabula hæc
in facto probari in regionibus contigerint, iuxt. doctr.
Bartol. in lega. Labeo. de ſupellect. leg. gloſſ. & ca-
non. in cap. nonnulli. de reſcript. & in capit. ex literis.
de ſponſalib.& per Matheſ. in not. 96. no. vnum mira-
bile. vbi de communi vſu loquendi regionis animalia
domeſtica appellarentur beſtiæ, refert & ſequitur pro
not.Cepol.in leg.ediles.§.iumẽtorum.nu.2. de edil.edi.
& maximè in teſtamentis attenditur communis vſus lo-
quendi.l.lib.§.quod tamen Caſſius.de leg.3.Alex. conſ.
131.col.2.nu.4.lib.7.& alibi centies.

Si vero non vocabulo vniuerſali pecoris, armenti,
iumenti, equitij, & gregis, ſed ſimplici nomine legauit
oues ſuas:agni & arietes non continentur, dict.l.ſeruis.
§. ouib. idem equis legatis, vt fœtus non veniant, niſi
poſt moram, ſecus eſt equitio legato, vt ad propoſitum
eſt tex.not.in leg.equis.ff.de vſu. & ibi gloſ. & doctor.
Idem ſi certo numero legat,vt puta x.oues, quæ faciant
gregem, tamen haberetur legatum vt ſingulorum capi-
tum; vbi tandem in legato vſusfructus eorum non fit
ſuppletio naſcentium loco mortuorum,ſicut fit quando
vniuerſitatis vſusfructus legatus eſt per tex.in l.quid er-
go.ff.de vſusfructu.& ibi Alber.& Ang.& Fulg.ſub l.ve-
tus fuit quæſtio.præcedẽte dict.l.quid ergo.& Ang.Aret.
de teſt.gloſſ.22.& Gualden.de arte teſtan.tit.6. de lega.
cau.10.

Octauo quæritur de illo magis vſitato & frequentio-
ri legato quàm aliud legatur in teſtamentis maritorum
44 facto vxori † de vſusfructu tam diuerſimode interpre-
tato modo pro alimentis,modò pro vſusfructu,& quan-
doque pro proprietate, adeo quod id tam amplam de-
dit materiam ſcriptoribus, vt de eo aliqui longas repe-
titiones,aliqui plenos libros, & aliqui amplos tractatus
ediderint; ego vero breuitati ſtudens, ſimul & claritati
loco plurium quæſtionum, ampliationum, & limitatio-
num enumeratarum, quibus alij vſi fuere, totam hu-
iuſmodi legati interpretationem haberi poſſe arbitror,
his duobus accurate inſpectis, qui & quales ſint hære-
des inſtituti vel ſubſtituti, & quæ ac qualis ſit formula
verborum, qua legatum ipſum conceptum & ſcriptum
eſt. His enim bene cognitis, conſequens eſt, & facilis
cognitio, quando alimenta, quando vſumfructum, &
quando proprietatem contineat.

45 Quoniã de hoc vltimo quando † vxor eſt relicta do-
mina, maſſaria, & vſufructuaria, vel hæres inſtituta in
vſufructu tantum omnium bonorum mariti teſtatoris
donec caſtè, & honeſtè & vidualiter vixerit, & poſt eius
mortem,vel tranſitum ad ſecunda vota, inſtituit & ſub-
ſtituit teſtator ſuos hæredes vniuerſales, ſuos filios, vel
ſuos fratres,ſi interim dicatur legataria vſusfructus, vel
inſtituta in proprietate, & grauata per fideicommiſſum
eam reſtituere poſt mortem hæredibus ſubſtitutis, eſt
ambigua & cõtrouerſa quæſtio, & de ea dum tractarem
de inſtituto in re certa effecto hærede vniuerſali, mihi
tractare obtigit, & diffusè diſſerui,& quæſtionem diſſol-
ui ſupra lib.præced.interpret.1.dubit.2. ſolut.1. verſicu.
ſuboritur altera quæſtio. ideò cum acciderit lectorem
illuc delego.

Igitur quoad propoſiti relicti continentiam, vel ali-
mentorum, vel vſusfructus dicendum eſt ita apparere
inſpecta diuerſa qualitate hæredum inſtitutorum, & in-
ſpecta diuerſa formula verborum ipſius legati, hæc au-
tem magis exemplis intelligi poſſunt, quàm alio docen
di modo.

46 Ideo primum † ſi teſtator reliquit vxorem dominam,
patronam, maſſariam, adminiſtratricem, vſuariam &
vſufructuariam omnium ſuorum bonorum,& ſuos vni-
uerſales hæredes inſtituit eius, & dictæ ſuæ vxoris filios,
vel nepotes, & ſic deſcendentes: propter hanc enim
qualitatem hæredum, & ita fauore liberorum hoc re-
lictum pro vxore importat & continet quandam præ-
minentiam, propriam & liberam perceptionem ali-
mentorum,prout vxor ipſa marito viuente in domo ha-
beat, ita eſt interpretatio huic relicto data ab antiquiſ-
ſima & vulgata conſuetudine curiæ Bulgari atteſtata
per gloſ.in auth.hoc locum.C.ſi ſecund.nup.& *ibi Cyn.*
in fin.& Barto.in lect.ibi.col.4.dicitur ita ſeruari com-
muniter,& pronuntiari in iudicijs,licet per Dec.conſi.
418.col.1.ſub nume.3.& per alios allegetur pro lectura
Bartol.tamen re vera non eſt, repugnante ſtylo, & de
hoc repetitio Bartol.eſt in §.Titia modò allegando, vt
ipſe Bart.dicit in lect.parua dict.auth.hoc locum in fin.
ſed & ferè eadem ibi eſt lectu.Alber.ergo pro lectura
Alber. & non Bartol.alleganda eſt, ſed & Bartol.in l.
Titia cum teſtamento.§.Titia.nume.7.8.de legat.2.&
ibi Bald.dicit quod hæc conſuetudo ſeruatur per totam
Italiam, & ibi alij, & in hac ſententia concordantium
paginam implent.Tiraq.de legi.connub.iuxt.l.num.7.
& Gabr.Roma.de com.concl.lib.5.tit.de vſufruct.con-
cluſ.2.in princip. & Iaſ. conſil. 90.lib.1.& Celſ. Hugo
conſil.75.nume.8.& Bero.conſil. 32. nume.1. conſil.33.
num.3.& conſil.35.nume.1.4.lib.2.& Socin.Iun.conſil.
99.nume.12.lib.1,& alibi iſti, & alij relati, qui quidem
omnes affirmant ita communiter ſeruari,& eſſe ex præ-
ſumpta mente teſtatoris gratia & fauore liberorum,
quibus in bonis parentum paſſim & multifariam iura
fauent, & vota voluntatéſque parentum ipſorum erga
eos continuò ſe procliuiores oſtendunt, vt in locis vulg.
habetur.

Et cum hac interpretatione pertranſeunt omnes,vbi
concurrant dicta verba, dominam, patronam, vſufru-
ctuariam, &c.diſcurrendo de multiplici ſignificatione
huius nominis,dominus,concludendo,quòd hoc in ca-
ſu importat præeminẽtiam per Ioan.Mar.Rimin.conſi.
188.col.1.& ſeq.idem ſi aliqua ex dictis verbis fuerint
tantùm prolata,vt donnam,madonnam,per Abb.conſ.
4.col.3.ſub dum.6.verſ.& ſi quæratur.lib.2.quòd impor
tet vt mulier debeat habere præeminentiam quandam,
& neceſſaria ſua honorificè iuxta vires patrimonij, idẽ
quando ſolum teſtator dixiſſet, relinquo & conſtituo
meam vxorem dominam omnium bonorum meorum,
reliquorum



reliquorum autem bonorum meorum inſti.hæredem fra
trem meum, quòd vxor ex ipſis bonis debeat conſequi
alimenta,prout de præterito conſecuta eſt viuente ma-
rito & non vſumfructum,licet hæres ſit inſtitutus extra-
neus,& non liberi prout loquitur dicta conſuetudo cum
ſchola omnium doct.per Pa.Pic.in d.§.Titia.num.60.
iſta eſt deciſio congruis iuribus & rationibus probata
per Signorol.conſilio 175.in quæſtione.verum eſt quòd
in fin.mouetur eo quòd teſtator prætulit fratrem ſuis fi-
liabus circa ſuam hæreditatem veriſimiliter præferen-
dis vxori, exinde quando magis coniecturando voluiſſe
fratrem præferri vxori, arg.l.de acceſſionibus.ff.de di-
uer.& tempor.præſcrip.idem probat Capra conſil.158.
ſubſcripſi.ex quibus apparet minimè vera conſultatio
Ruini conſ.50.col.3.li.2.tenẽtis nimis audacter vxorem
non poſſe etiam habere alimenta ex relicto tantum con
tinente quòd ſit domina bonorum ſed ſolùm quòd poſ-
ſit habere præeminentiã,allegat Bartol.in dict.§.Titia.
in eo quòd exponit dominam,verbum importare præe-
minentiam, ſed noluit legere Bart.vltra in verſic.2.ad-
uerte,vbi bene declarat venire alimenta,ſiue verba pro
ferantur ſimpliciter,vt,Relinquo vxorem meam domi-
nam, vel relinquo eam vſufructuariam omnium bono-
rum meorum. Caue ergo tu,qui ſtudes conſilijs, quòd vi
gore verbi,dominam,debeat habere præeminentiam &
alimenta:etiam tenet Ang.conſil.144.reuocatur in du-
bium.verſiculo item habebit alimenta & Abb.conſilio
quarto ſub nume. 6.libro 2.Pa. Pic. in dict.§.Titia.ſub
nu.34.Bero.conſ.33.ſub.nu.3.lib.2.Dummodo enim fi-
lij ſint inſtituti, cuicunque perſonæ ſit factum relictum,
domina, maſſaria, vſufructuaria, &c.ſtantibus liberis
non continet niſi alimenta, Iaſ.conſilio 44 columna
penulti.verſi.circa aliud dibium.libro 1.Rurſus ſi dicat,
Relinquo maſſariam in domo, vel dominam in domo,
debet habere alimenta, Bald.in leg.fin.num.6.de indi.
vidui.toll.

47 Sed aduerte in hoc vltimo † Alexan.conſilio 57.pon-
deratis verbis teſtamenti.colum 1.libro 3.tenere con-
trarium, dum filiæ teſtatoris non ſint inſtitutæ hære-
des,ſed fratres teſtatoris, quòd vxor ſic relicta domina,
maſſaria,vſufructuaria,&c. debet habere vſumfructum
ſicut quando ſunt inſtituti hæredes extranei, & hoc pro-
bat ratione, quia dicta conſuetudo hoc induxit inter-
pretando mentem teſtatoris fauore deſcendentium,
quibus & non alijs ita eſt debita hæreditas parentum l.
ſcripto.ff.num.libro.ſic ergo quãdo deſcendentes ſunt
inſtituti hæredes, & ad alias perſonas non debet exten-
di,& probat auctoritate Imo.&Ang.in locis ibi per eum
alleg.& in ſpecie Caſtr.conſilio 218.ad primum.colum.
1.verſic.circa ſecundum.lib.2.& ita videtur tenendum,
poſtquàm ex communi doct.ſententia interpretatio
dictæ conſuetudinis non tollit vſumfructum vxori, niſi
quando ſunt inſtituti hæredes filij & deſcendentes te-
ſtatoris.Nota igitur quantum facit in hoc relicto diuer-
ſa qualitas hæredum, adeò quòd ſi hæredes ſint vel ma-
ter vel ſoror, vel tranſuerſales quicunque teſtatoris, &
ſic extranei non impediunt quin vxor habeat vſumfru-
ctum ex dicto relicto, ſalua tamen Falcidia,vt per Bald.
& Imol.in dicto §.Titia.licet obiter dicat Papien.in
for.libel.quo agi, addo.& vſufr.in gloſſ.donec.ſub num.
5.quòd certè.d.conſuetudo communiter practicatur in
vtroque caſu, tamen ſupponit quòd inſtitutis extra-
neis habeat locum opin.Dyn.ſalua Falcidia pro hæred.
inſtitutis, idem firmat ita communiter ſe de facto vidiſ-
ſe teneri Caſtr.conſil.218.quòd vxor.ad fin.lib.1.& con-
cord.ali.allegat ponendo ita eſſe magis commun.opin.
Gabr.Roman.de commun.concluſ.lib.5.tit.vſufr.con-
cluſ.3.in prin.& Borgni.Feuiza.de vſufru.muli.nu.58.ita
communiter teneri atteſtatur & Capra conſ.25.nu.5.&
conſ.154.in princip.

In hoc etiam reſpice ad aliam diuerſitatem verbo-
rum dicti relicti,quòd ſi intra ea non ſit admixtum ver-
48 bum, † vſufructuarium,vigore aliorum verborum, do-
minam, patronam,&c.vxor legataria hæredibus etiam
extraneis inſtitutis non habebit totum vſufructum,ſed
præeminentiam & alimenta tantùm, vt marito viuen-
te habebat.tangit Pa.Pic.in dic.l.Titia cum teſtamen-
to. §.Titia. de legat. 2.num.21.verſic. prima eſt quòd ſi
teſtator.& latius firmat atteſtando hanc opinio. eſſe de
mente omnium ſub nume.34.probat & Pariſ.conſilio
21. colum. 2. nu.12.18.lib.2.& Aymo.conſi.32.colum.2.
verſicu.3.dico.& ſequitur Borgni.dict.tract.de vſufruct.
muli. ſub nume. 39.quibus addo Signorol.dicto conſi-
lio 175.congrue probantem ſententiam hanc, & natu-
ram verborum, & ex mente teſtatoris, ſentit Bald.in l.
fin.ſub nu. 6. C. de indi. vidui.tollen.imò quòd habeat
vſumfructum,vt per Caſtr.conſ.160.conſiderandum.ad
finem lib.2.ſed potius ſtandum eſt commun. doct. mo-
do alleg.quòd non habẽt vſumfructum, & vt per Socin.
Iun.conſilio 94.col.1.num.3.lib.primo,idem conſi. 97.
eod. vbi latè de intellectu verborum ſit dominatrix,
& adminiſtratrix bonorum ipſorum filiorum.

Diuerſum item reputatur ſecundùm aliquos, quòd
49 ſi ſolum verbum † vſufructuarium. ſ. facio conſti. vel
relinquo,appoſitum ſit abſque alijs verbis dominam,
maſſariam, &c. etiam inſtitutis filijs, vxor legataria
habebit vſumfructum, & non ſola alimenta ſecundum
dictam conſuetudinem, licet ſecundum alios & verius
præſertim in vniuerſali relicto etiam ſecundum Bald.
in l.ſi pater.in princip.de vſufruct.& ſic tenendum eſt,
quòd habebit præeminentiam & alimenta tantum per
dictam conſuetudinem. Hoc late firmat Aret.conſi.40.
hæc opinio placet Pa.Pic.repet.in §.Titia.ſub nu.48.&
Iaſ. in l. cum hi. §.ſi in annos.in fi.ff.de tranſ.referendo
dictum conſil.40.Aret.dicit ſecundum illud conſuluiſ-
ſe & ita fuiſſe iudicatum, & ſuum eſt Iaſ.conſ.90.non
minus. libr. primo, ita tenet & Borgni. dict. tract.ſub
nume.37.& Gabr.Roman.dict.titu,de vſufruct.di. con-
cluſ.2.num.4 idem ſi non dixit omnium bonorum, ſed
tantùm dixit quòd eſſet domina & vſufructuaria in do-
mo etiam inſtitutis extraneis habebit ſolum alimenta &
vſum in domo Caſtre.conſil.416.ad primum quæſitum
poſt principium.li.2.

Tentatur & alia diuerſitas in qualitate perſonarum,
quibus eſt factum tale relictum, nam licet frequentius
ſit illud fieri per maritum vxori & de raro alijs perſonis,
maximè ſub præmiſſa forma, Relinquo dominam, pa-
tronam,maſſariam,vſufructuariam, &c.tamen contin-
50 gat relinqui,puta, † matrem,ſororem,fratrem, patruũ.
& ſimiles dominos, maſſarios, vſuf.&c. cum tales per-
ſonæ non ſtarent domi,& eis non poſſit conuenire illa
præeminentia,& ad hanc non poſſit referri illud verbũ,
dominum,vel dominam,ſtabit ergo propriè, & ſic ap-
paret eſſe relictam plenam proprietatẽ, vel vſumfructũ
ad electionem legatariorum ſimilium,& prout eligens
vnum vel alterum,ſequentur effectus conſequenti,pro-
ut elegerint, & prout mandando hæc notari, vt per
alios non inuenta ſit tracta.tradit Ang.in d.auth.hoc lo-
cum.ſupra fin.C.ſi ſecundis nuptijs ſequitur, licet non
inueniam per alios allegatus, & comprobat Alexand.
conſilio quinquageſimo,in cauſa & lite,columna ſecun
da, libro ſeptimo, ſed contra Angel. in hoc caſu indi-
ſtinctè tenet Pa. Pic.in dicto.§.Titia, ſub numero 51.
verſicul. iſta omnia. & mouetur quia ratio quare ver-
bum, dominam, trahitur ad præeminentiam in do-
mo filijs hæredibus inſtitutis, eſt, ne videantur ſcripti
hæredes in vanum, & hæc ratio militat, ſiue relictum
ſit vxori, ſiue alteri, & præeminentia in domo circa le-
gatariam non habitantem, poteſt intelligi de ea, quæ
futura ſit, vbi per eum, & magis latè & pleniſſimè per
Io.Mar.

Io.Mar. Rim. conſilio 188.viſis dubitationibus per tot. vbi in terminis ſigillatim reſpondet & refutat omnes rationes & fundamenta Ang.concludendo eum male loqui, & contra mentem omnium doct. vt ibi poteſt videri, &per alios alleg.per Gabr.Rom.d.tit.de vſuf. d.concluſ.3.num.46.cum ſeq.ad fin.Quibus equidem aſſentio & maximè ratione abſurditatis euitandæ, quòd ſub eadem forma relicti ne perſonæ extraneæ non ſic gratæ teſtatori ſicut vxor, non coniunctæ, filijs hæredibus inſtitutis, ſicut mater habeant plenum vſusfructum, ſeu plenam proprietatem in concurſu: & vxor matérve reſpectiuè habeat ſola alimenta,&præeminentiam,i. fumum & faſtidium.ideo Cuma.in d.§.Titia.ad fi.rectè putat iuſtiorem ſententiam Bal.dicentis in alia perſona relicta domina & vſusfructuaria,idem quod in vxore & ibi Imol.addit pro hoc quod dicta conſuetudo fuit inducta fauore liberorum in vno caſu, ideò poteſt extendi ad alium caſum,in quo eſt eadem ratio,ex quo ſumus in materia fauorabili,& ſtat identitas rationis iurib.vul. &alleg.ibi per eum, idem ibi Flori.credit,ſi teſtator relinquat matri vel ſorori, nullam habendo rationem, an habitent in domo teſtatoris, vel ne, & iſta videtur veritas.

51 Ex rationis identitate † ſi vxor inſtitutis filijs hæredibus reliquit maritum dominum, maſſarium, & vſufructuarium bonorum ſuorum, donec aliam vxorem non duxerit, is pariter præeminentiam & alimenta debet habere ex bonis vxoris, Bald.in d.auth.hoc locum. in fin.examinando firmat Ay.de antiq.temp.par.4.nu. 35.verſ.10.limitatur.& tenet Boër.deciſ.194.nu.5.& Iaſ. conſi.112.col.3.verſ.3.principaliter.lib.1.quod valet in caſib.quib.aliàs iure patriæ poteſtatis in bonis aduentitijs, & maternis filiorũ non daretur vſusfructus patris, vbi ergo iure patriæ poteſtatis haberet vſumfructum pater,legatum faceret parũ,vt per Pa.Pic.in d.§.Titia.nu. 79.& concor.alleg.per Anc.Reg.in q.1.nu.5.par.2.

Tentatur quoque alia diuerſitas ex qualitate hære-
52 dum inſtitutorum: quòd ſi ſint filij alterius matrimonij dict.conſuetudo locum non habeat dando ſolummodò præeminentiam, & alimenta vxori, nouercæ legatariæ,cùm debeant plenum vſumfructum habere, ac inſtitutus eſſet hæres extraneus, ac idem ſit filius alterius matrimonij, eò quòd ratio conſuetudinis ſit fauor liberorum ipſius matrimonij ſecundùm Bal.cuius & hoc primum & originale dictum in dict.auth.hoc locum.colum.fin.in principio, pro ſingulari obiter & ſimpliciter,prout hæc ſingularia colligi ſolent,ponit Franc. Crem.ſub ſing.8.quid ſi maritus, pro vera deciſ.probare nititur Anchar.Regien.in d.quæſt.1.nu.8.& ſequent. allegando & Ang.Aret.de teſtam.in gloſ.44.incip.item reliquit d.D.B.donnam.& Rui.conſil.38.colum.penult.
53 ſub nume.6.& conſil.50.nu.8.lib.2.& quòd† dicta conſuetudo ſit ſtrictiſſimi iuris nihil ei addendo vel ſupplendo vltra eius obſeruantiam per Aym.conſil.30.nume.15. vult dicere num.5.pro caſu dubitabili multum & fortè in practica durum eſſet pugnare contra authoritates ad monendo tamen contrariam opinionem in puncto iuris veriorem putat & tenet Pa.Pic.in dicto.§.Titia.nu. 59.Sed ego hanc opin.contrariam cum Pic.non ſolùm veriorem in iure exiſtimo, ſed omninò tenendam in practica,quia pro ſe in verbis & in ſententia habet gloſ. in d.auct.hoc locum.& ibi doctor.omnes excepto Bal. & Bartol.ipſum Bald.& alios in dicto §.Titia.alia verò opinio præter authoritatem Bald.mihi videtur eſſe ſine fundamento, quia Bald.in dict.auth.hoc locum colum. fin.in princip.dicit conſuetudinem locum non habere in caſu quo liberi non extant, & ſubiungit quòd prima gloſſ.ibi approbat quòd ratio conſuetudinis ſit fauor liberorum illius matrimonij, hæc additio illius matrimonij non eſt in dict.gloſſ.in dict.auth.hoc locum, quæ ſimpliciter referendo & approbando dictam conſuetudinem, dicit extraneis inſtitutis eam habere locum adducendo rationem, quia plenius filij quàm extraneis hæredibus debetur per l.fin.C.de codicil.Verba autem iſta, filijs,hæreditas, extraneis inſtitutis, ratione correlatiuorum, & ſubiectæ materiæ indiſtinctè referuntur ad patrem teſtatorem,& ad eius ſucceſſionem,vnde matrimoniorum diuerſitas nihil facit, quominùs filij pariter ſuccedant patri, & quominùs voluntas patris ſit æqualiter prona erga omnes filios ſuos, & ex pari affectione, cùm dicta conſuetudo ſit interpretatiua voluntatis teſtatoris, vt paſſim doct.tradunt in allega.locis ſupra & ſic fundata in affectione patris erga omnes filios,ergo complectitur omnes filios patris teſtatoris etiã diuerſi matrimonij per communem ſententiam Bartol. in leg.Lucius.columna fin.numero 21.de vulgar.& pupillar.ibi Alexand.num.20.Iaſo.colu.pen.& fin.& Ripa colu.fin.quòd tam ex vulgari quàm ex pupillari & fideicommiſſaria filij diuerſorum matrimoniorum æqualiter ſuccedunt faciendo iſtam interpretationem inſpecta temporis affectione, quam parem habet ad omnes filios,vt ibi per omnes, & Ruin.conſ.203.col.3.ſub num. 4.lib.2.& poſſem ad hoc cumulare,quę in pręcedẽtibus ad loca ſua adduxi,vt nõ neceſſaria,ideò omitto,&liquido conſtat filios cuiuſcunque matrimonij hæredes à patre inſtitutos eſſe ſub fauore, priuilegio & commodo dictæ conſuetudinis, quæcunque ſit perſona relicta domina & vſufructuaria, ſiue mater, ſiue nouerca, ſiue alia perſona, vt iam in nouerca re vera non teſtatoris veriſimiliter ei non grata,ſed in nouerca filiorum Bald. in d.§.Titia.in eo quod Barto.indeciſum reliquit, explicat &decidit idem eſſe,quia non agitur de fauore matrimonij, ſed de interpretatione vocabuli, & ibi Imol. intelligit idem per Bal.deciſum replicando eandem rationem, quia illud non eſt inductum fauore vxoris, ſed interpretatione ſignificati vocabuli, &Ang.Aret.de teſta.in d.gloſſ.44.qui allegatur pro contraria opin.& ſub numero.4.verſiculo quærit Bartol.clarius in nouerca filiorum intelligendo Bald. dicere eſſe locum dict.conſuetudinis non inductæ fauore vxoris, ſed ex interpretatione vocabuli, quæ pariformiter locum habere debet,dicit ſibi placere ex mente teſtatoris per di. conſuetudinem interpretantem eam fauore filiorum, per leg.cum acutiſſimi.C.de fideicommiſſ.&Aym.dicto conſ.30.nu.5.de conſuetudine quòd ſit ſtricti iuris loquitur de alia conſuetudine, non autem de noſtra,quæ fuit inducta fauore filiorum,ideo extendenda ad omnem caſum, in quo eſt ead.ratio fauoris per lega.illud & ibi. gloſſ.fin.C.de ſacr.ſan.eccleſ.& Bartol.in leg. ſi conſtante.in princip.in 9.quęſt.2.part.ſolu.matr.firmat Imo.& Flor.in d.§.Titia.nam in conſuetudine iſta habere locũ identitatum rationis ipſemet Bald.firmat in d.auct.hoc locum.in fin.& Ruin.d.conſi.50.num.8.loquitur ceſſare d.conſuetudinem, quando ageretur de incommodo& onere filiorum, non verò quando tendit ad diminutionem ad vtilitatem filiorum,vt eſt noſtra intentio, & opinio, & ſic in hoc Ruin.eſt pro hac parte & contra Regien.eum allegantem,& quod idem Rui.d.conſil.38.nu. 6.dicit de diuerſitate inter matrem,& nouercam eſt reſpectu gubernationis filiorum, & non in caſu dict.conſuetudinis, in qua quidem ipſe Ruin.conſilio 41.nu.9. lib.3.approbat noſtram opi.atteſtando eam veriorem& æquiorem,& ſic ſublata ſunt alleg.per Regien.& ſententia iſta remanet vera & firma rationibus prædictis & probata per Pic.d.§.Titia.num.59.& Ruin.& ex mente ferè omn.doct.& per Borgn.di.tracta.de vſufruc.muli. nu.32.cum.concordan.etiam ibi alleg.per eum, & maximè Capr.conſ.72.qui hoc tenet ſub nu.2.& Bello. conſilio 31.numero 3.qui firmat idem, & Franc.Marc. in Delphi.deciſ.849.qui tenent etiam nouercam ex

tali



tali relicto debere conſequi ſolùm alimenta,idem tenet Bal. ſibi contrarius in conſi.239.teſtator ita dixit,ſupra ſin.verſ.porro ſi ex primo matrimonio.lib.1.ita eſt com. opin.atteſtata etiam per alios, & vera,ideo intrepidè tenenda in practica.

Item † vxorem relictam dominam maſſariam, vſu-
54 fructuariam,&c.ſolummodo alimenta conſequi debere etiam inſtitutis hæredibus filijs adoptiuis, arrogatis, legitimatis, vel naturalibus vbi de iure ſuccedant, diffuſe diſputãdo tenet Pa.Pic.d.§.Titia.nu.61.62.63.64. 65.67.quem Pic.non alleg.idem firmat Borg.dict.tract. de vſuf.muli.num.34.35.quib.aſſentio attenta affectione teſtatoris ad iſtos hæredes ab eo inſtitutos, in cuius mente coniecturata & præſumpta fundata eſt d. conſuetudo, vt omnes volunt in d.§.Titia.& in d.auth.hoc locum.

55 Atque † relictum hoc, reliquit vxori ſuæ habitationem in domo ſua,donec ſteterit vidua, & quòd ſit donna, madonna, & vſufructuaria bonorum dicti teſtatoris etiam ſe alimentando ſicut erat tempore vitæ dicti teſtatoris,ac etiam poſt mortem dominæ Franciſcæ ſororis & hæredis dicti teſtatoris lõga diſcuſſione ad vſumfructum qui ſufficiat pro alimentis vxoris, & reliquum eſſe hæredis interpretatus Ang.conſilio 338. Per Simon.
56 de Regio idem†quando reliquit dominam, & poſſit habere habitationem, & vltra prædicta victum & veſtitum inſtitutis liberis, ad alimenta interpretatur Ioã.de Ana.conſi.37.in penultim.dubit.cõprobat ibi Bologn. in addit.idem tenet Soc. conſ.279.col.fin.vltra med. verſi.ſed in caſu noſtro lib.2.vbi quando diceret quòd poſſit habere victum & veſtitum abſque contractione alicuius perſonæ, intelligeretur legatum alimentorum etiam cum ſucceſſoribus extraneis.

Hucuſque autem vidimus, qualis debeat eſſe conditio hæredum inſtitutorum, qualisve forma verborum huiuſmodi relicti vt ex eo vxor legataria poſſit tan-
57 tum conſequi alimenta ex interpretatione † conſuetudine Bulgari. Quæ quidem ſtantibus teſtatoris deſcendentibus hæredibus inſtitutis etiam formula verborum relicti, vt præmiſſum eſt, cùm ſic interpretata fuerit voluntatem teſtatoris ad alimenta tantùm, conſequens.eſt enim his ceſſantibus & ipſam conſuetudinem locum non habere,ita legatarium non alimenta ſolummodò,ſed vſumfructum cõſequi debere.Hoc igitur inducit mutatio qualitatis hæredum vel alteratio & efficacia verborum quibus conceptum apparet relictum ipſum, ſic & voluntas teſtatoris aliter interpretatur,vt ſonant verba ad vſumfructum præſtandum & huc tendunt limitationes, quas vt dixi, alij enumerant & adducunt ad dictam Bulgari conſuetudinem. Rei autem ego ſic mutatæ vel alteratæ exempla aliqua proponam ex quibus quàm plurima cætera ſimilia eandem habere poſſunt interpretationem.

58 Primum igitur † extraneis inſtitutis certiſſimum eſt conſuetudinem Bulgari ceſſare quòd non alimentorum legatum,ſed vſusfructus importãt hęc verba etiam ſimpliciter ſic prolata. Reliquit & conſtituit B. ſuam vxorem, donnam,dominam,maſſariam,patronam, adminiſtratricem, vſuariam, & vſufructuariam omnium ſuorum bonorum, donec & quouſque vitam honeſtam caſtam & vidualem duxerit,ita eſt gloſſ.ordinaria ſæpè alleg.in dict. auth. hoc locum.C.ſi ſecund.nupt. & ibi Alber.ſub numero 3.& Bald.colum.ſecunda,ad fin.ver. ſed pone,Bart.in dict.§.Titia.ſub numero decimo d.l. Titia cum teſtamento.de leg.ſecundo.per l.vxori meæ. de vſufruct.leg.& Bald.conſil.459.quidam inſtituto hærede.lib.primo,conſi.209.illa verba in princip.lib.3.& Alexan.conſi.57.ponderatis verbis teſtamenti in princ. lib.3.concordan.alleg.dicit quòd communiter per totam Italiam ſeruatur, quando deſcendentes teſtatoris non ſunt hæredes ſed alij extranei, tunc vxor habebit vſumfructum,Curt.ſeni.conſ.15.idem Rolan.à Val. conſil.74.num.9.lib.2.

Diuerſum in hoc teneatur quando non adeſſet verbum, vſufructuariam, quòd etiam extraneis inſtitutis vxor non habeat vſumfructum ſed alimenta ob hãc verborum diuerſitatis magis perplexitates & contrarietates doct.dicendo perpendit Cuma.in dict.§.Titia, col. fin. & ibi Pa.Pic.numer.34.cum hac opin.tranſit quòd habeat alimenta tantùm, ſi bene inſpiciatur, idemſentit Capel.Tholoſ.462. in verſ.& eodem modo.

Verùm ſi poſt mortem vxoris ſit relictæ, dominam, ſit inſtitutus hæres, vt teſtamentum valeat, vxor erit hæres,Bald.conſil.291.dominus Bartolus.lib.3. propter verba,durante vita legatariæ,tribuit vſumfructum,Dec. cõſ.476.item auctoritate Alex.& Soc.Iun.firmat Tob. Peruſ.conſ.65.num.10.

Adeo enim procedit præmiſſa concluſio, & ſub præ-
59 miſſa verborum conceptione relicti, quòd ſi cum † liberis inſtitutis ſint extranei etiam inſtituti, vxor ipſa legataria, quatenùs ſit portio liberorum, habebit alimenta,& quoad portiones extraneorum habebit vſumfructum,Bart.in d.§.Titia nu.12.& ita eſt cõmun. opin. & tenenda ibi Pic.ſub nu.34.vt & per Bar.conſ.170. Petrus Maiol.nu.2.3.

60 Et quamprimum† deſcendentes defecerint,vel morte ciuili vel naturali,ita quòd bona mutant poſſeſſores & vadunt ad extraneos, vel ad hæredes, vel ſubſtitutos etiam pupillariter dum legatum ſit annuum, per verba,donec & quouſque vixerit vidualiter, &c.eidem exponunt verba durante vita ſua.Deci.conſ.476.num. 4. vel etiam ad fiſcum applicantur,legatum alimentorum vertitur in vſusfructum,& efficitur legatum vſusfructus, vt de hærede per Ang.conſ.109.quidam patronus.ad fi. verſ. mortuis ergo filijs,Roland.à Val.dict.conſi.74.nu. 10.lib.2.qui alios allegat,Alex.conſi. 42.ad fin.lib.2. & Deci.conſil.526.col.fi.verſ.tertio reſpondetur De ſubſtituto extraneo, vt per Barto. conſil. 161. Nicolaus. & in dicto. §. Titia. numero decimotertio, eſt communis opin.ibi Pic.nume.45.46.47.Alexand.conſil.26.col.1. lib.4.Bald.conſil.425.concluſiuè,& conſil.ſequent.lib. 2.Ruin.conſil.44.colum.2. Socin.Iun.conſil.85.nume. 21.lib.1.& ibi Deci.in ſubſcripti.nume.5.& plenè Bero. conſil.35.nume.12.lib.2.& hoc verum eſt, ſi legatum eſt annuum, cum dictione, *donec*, &c.ſecùs ſi ſit vnum ſine diuiſione & multiplicatione vxori factum in vita, quia continet ſemper alimenta, vt ab initio ſic cœpit eſſe Bald.conſilio 119.factum proponitur.colum.fina.verſi. ſed ſi vnum.lib.3.& Ruin.conſil.17.ſub nume.14.lib.2. vbi hoc exemplificat, ſi fuerit dictum, ſi ſteterit in viduitate, & ſic ſub conditione ſimplici, & non multiplicatiua annorum,vt fit per dictionem, *donec*, vel quo-
61 uſque ſteterit vidua † & aduerte in propoſito differentias conditionum, ſi vxor non nupſerit, ſi vxor peruenerit ad viduitatem, vel donec, aut dum vixerit vidua, vt poſt Iaſo.in l.fina.colum.fin.C.de indi.vidui.toll.per Pariſ. conſil.95.nume.51.52.53.& ſequent. lib.ſecundo. Aduertas quoque ad conditionem per Ruin.dicto con-
62 ſilio 17.ſub nume.14.ponderatam † ſi ſteterit vidua, quia eam credo non veram, & ſic non veram ſuam deciſionem. nam dicta conditio videtur appoſita non ad originem legati,ſed ad durationem,& ſic ad actum ſucceſſiuum,vt ſignificat ſtare vidua, quod momento non fit, ſed ſucceſſiuo tempore, vt declarant Bartol.& alij in l.in ſubſtitutione.de vulgar.& pupil.& in l.ſi quis hæredem.C.de inſtitut.& ſubſtitut.& Bartol.conſilio 49. nume.3.volum.2.dixi plenè ſupra lib.primo, interpret. prima, dubit.vltim.ſolutio.9. ita quòd legatum etiam ſub tali conditione debet mutare interpretationem mutata qualitate hæredum, pro tempore futuro,

per ea

per ea quæ dixi dict.ſolu.9.& ſentit Bald.in l.fin.colum. prima.nu.2.C.de indi.vidui.toll.& latius firmari poſſet per ſcripta in dict.ſolut.9.quæ reuideantur,facit quod dicit Bald.conſi.267.proponitur quod Manfredinus, col. fi.ia.vltra med.lib.5.exponendo verbum, obſeruando.i. donec obſeruauerit, in quo dicit ibi Bald.videtur inclinare voluntas teſtatoris,ſic exponitur, durante vita ſua, i.quoad vixerit,per Deci.dict.conſ.476.num.4.& clarè per Curt.ſeni.conſil.15.col.fin.num.10.facit quod dicit Bald.in l.prima, col.prima, num.5.C.de fideicommiſſ. mandatum teſtatoris de veſtienda vidua intelligi, dum in viduitate permanſerit. De fiſco ſucceſſore quòd dimittat plenum vſumfructum vxori plene diſcutiendo, probat Curt. Seni.conſil.14. & Ruin.conſilio 26.col.1. & ſequent. libr.5.& Gabri.Eugub.conſilio 184.num.4.

63 Aduertatur autem in facto circa hoc † relictum factum vxori, ſi teſtator appoſuerit conditionem vxori habitandi cum filijs hæredibus inſtitutis, & curam ei impoſuerit adminiſtrandi & gubernandi ſua & filiorum bona prætextu ac intuitu filiorum, quia vel paruuli, vel infirmi, vel demùm tales ſunt, quòd omninò indigent ſimultanea habitatione, auxilio & gubernatione matris: his enim deficientibus etiam extraneis ſucceſſuris in hæreditate, tunc ſi vxori poſt mortem filiorum præſeruantur alimenta per not.l.prima,C.de lega.ea tamen verti non debent in vſumfructum, vt tradit Bal. conſi.247.quòd dom. Mathiola.lib.4.& aliquid in conſilio 140.caſus talis eſt,quidam nobilis, colum.fina.lib. 5.& Ruin.conſilio 17.ad nu.14.& ſequen.lib.2.& Socin. Iun.conſ.105.ſub num.fin.lib.1.clarius in conſi.58.num. 7.cum ſequent.libro 3.& conſi.74.ad nume.12.lib.4. facit Dec.conſilio 526.num.4.& ſeq.conſi.620.colum. 2.& ſequent.

Oportet etiam aduertere quòd ſi inſtitutio vel ſubſtitutio de extraneis facta ſit cum hac adiectione, pleno iure, vel plenariè, quæ importat proprietatem cum
64 vſufructu † tunc extranei pro medietate vſusfructus concurrere debent cum vxore legataria, Alexand.conſil.56.verſi.vnde cum in teſtamento.lib.3.clarius explicat & firmat Pa.Pic.in dict.§.Titia.numer.82.83.ſequitur.Pariſ.conſ.94.nu.40.lib.2. Nat.conſ.297.ſub nu.2. & de clauſula iſta, pleno iure, dixi pleniùs in præced.

Deinde quoque præter id quod dictum eſt dictam conſuetudinem non procedere hæredibus vel ſucceſſo-
65 ribus † extraneis exiſtentibus, quibus ea non opitulatur.Non opitulatur & liberis hæredibus, quin vxor ex tali relicto habeat plenum vſumfructum, quando de voluntate teſtatoris appareat, Socin.conſil.1.colum.3.in fin.ſub numer.8.lib.4.& Deci.conſil.454.columna 1. quod alijs verbis additis & alterius dicto relicto fieri dicitur.

Vt hoc facti exemplo apparere tradit Socin.d.conſi. primo, columna 4.numero 11.quando teſtator dixerit, Relinquo dominam Franciſcam, dominam & vſufructuariam, gubernatricem & adminiſtratricem omnium
66 & ſingulorum bonorum † ſubiungendo, de omnibus bonis meis relinquo ſibi vſum & vſumfructum, ſubiungendóque de omnibus prædictis fructibus poſſit facere, diſponere, alienare, & pro ſe retinere, prout ipſi D.Franciſcæ videbitur, & placebit abſque alia exceptione, & contradictione, & dando ei plenam licentiam & autoritatem diſponendi,alienandi, & pro ſe retinendi fructus omnium & ſingulorum bonorum prædictorum, & poſt inſtitutionem & ſubſtitutionem hæredum adiecit teſtator.Reſeruato tamen vſufructu omnium & ſingulorum bonorum ſuorũ, & rerum prædictarum dictæ Dominæ Franciſcæ vxori ſuæ, & toto tempore vitæ ipſius Dominæ Franciſ.& ſuper hoc exemplo latè diſcurrit & probat Soc.apparere de voluntate teſtatoris, quòd ſua vxor habeat plenum vſumfructum.

Hoc & ſecundo alio exemplo facti poteſt apparere de voluntate teſtatoris quo reliquit dominam Syluam vxorem ſuam dominam gubernatricem adminiſtratri-
67 cem, & vſufructuariam † cum omni plena adminiſtratione, & pleno vſufructu omnium ſuorum bonorum, & hæredes inſtituendo filios naſcituros, ſin autem filias, adiecit teſtator hæc verba, Saluis & reſeruatis prædictis omnibus inſtituit ſuos hæredes filios naſcituros, &c. appareret ideò ex illa reſeruatione teſtatorẽ nolle per inſtitutionem hæredum de filijs factam eſſe factum præiudicium relicto facto vxori, quin habeat plenum vſumfructum, vt verba ſonant, ad hoc Socin. dicto conſilio primo, colum.4.ad num.12.lib.quarto, vbi per verbum reſeruato, & Deci.conſil.283.colum.3.ad numer.3.vbi talis reſeruatio firmat reſeruata, quòd ea diſpoſitio reſeruans excludit, & Crot.conſi.79.numer.35.vbi quòd reſtringit generalitatem diſpoſitionis,& modificat præcedentem diſpoſitionem & proprie loquitur pro vxore vſufructuaria, & oſtendit intentionem diſponentis eſſe, quòd nullo modo derogetur præcedentibus, vt in ſimili per Alexand.conſilio 193.numero fin.lib.ſexto, & vt per Barto.& ali.in l.ſi fundum, colum.1.de leg.primo, & Alben.conſil.17.ſub numero 9.facitque intelligi prædicta eſſe integra.Bal.conſilio 104.comparuerunt ſupra ſina.lib.5.Atq; verba illa cum pleno vſufructu demonſtrant relictum eſſe extra caſum conſuetudinis Bulgari, in ſimili per Grat.conſilio 117.num.8.& de verbo plenariè,quod in ſpecie deſignat vſumfructum,tradit Pa.Pic. in d.cto.§.Titia.numero 83.parum ante alleg.

Hoc & tertio alio facti exemplo apparere de voluntate teſtatoris, quòd teſtator facto dicto relicto verbis,
68 ſolitis appoſuit hæc verba† illa remanente in viduitate, & caſu quo velit tranſire ad ſecunda vota tali caſu reliquit ei ſolùm, & dũtaxat eius dotes, & vſumfructum vnius poſſeſſionis. Ex hac diuerſitate legatorum manifeſt.liquet quòd teſtator voluit vxorem ſeruantem vitam vidualem habere pinguius legatũ,quàm habet tranſeundo ad ſecundas nuptias, prout rationi,& communi voto hominum congruit, ergo dicendum eſt ſecundùm mentem teſtatoris eſſe dictam vxorem vigore dicti relicti habere non alimenta ſed vſumfructum, vt minus non habeat ſtando vidua,quàm nubendo,& ſic euitando abſurdum, & ſeruando voluntatem teſtatoris in ſpecie tradit Deci.conſilio 620.colum.2. ſub nume.7. eſt replicatum ſub conſil. 485.& 537.Poſſet vltra Dec. ſatis concludenter comprobari,Nam teſtator ex relicto vſusfructus facto vxori viduæ exiſtẽti adimendo & dando ſolum ei volenti nubere vſumfructum vnius poſſeſſionis,& ſic talem exceptionem faciendo de vſufructu diminutio in vna poſſeſſione, videatur ſenſiſſe prius relictum generale eſſe de vſufructu omniũ poſſeſſionum, bonorum, & non de alimentis, vt exceptio ſit regula, qualis eſſe debet ſecundum omnes in l.1.de regul.iur.& ibi maximè Cagnol.nu.23.& ſeq.& quia etiam dicta exceptio de vſufructu declarat regulam dicti primi eſſe de vſufructu in non exceptis, vt ſic facit & operatur exceptio etiam in legatis.l. nam quod liquidæ.§. fina. de penult.leg.& ibi Barto.& Corn.conſil. 218. columna 2.ad fin. verſi. tertiò ſatis vrget.lib.4.Pariſ.conſi.67. col.fin. & conſil.94.nu.5.lib.2.Goz.conſil.82.nu. 16.cum ſimil.

69 Hoc & quarto alio facti exemplo, Quòd † dicta domina Magdalena omnia bona mobilia, fructus, redditus & prouentus ſuæ hæreditatis poſſit habere,tenere, gaudere,percipere,gubernare, & diſponere, & diſpenſare, ſecundùm quòd melius ſibi videbitur & placuerit ſine contradictione hæredum ipſius teſtatoris, ac alterius perſonæ habendo toto tempore vitæ ſuæ expenſis hæreditatis teſtatoris victum & veſtitum ſecundùm eius facultates, ſuper quo filiabus hæredibus inſtitutis pleniſſimè diſcurrendo vxori deberi vſumfructum, probat



bat Alexand.conſi.214.per tot.lib.6.& ibi Alexand.numero 10. ſatis inſiſtit ex illo particulari relicto victus & veſtitus, intelligi ampliatum legatum,quòd in aliis verbis præcedẽtibus importet relictum vſusfructus,ne verba ſint ſuperflua,& ſine effectu operandi.l.ſi quando.de leg.1.ita quãdo vna parte teſtamẽti ſunt relicta alimenta, & in alia eſt relicta vſufructuaria, eò quòd ſit extra caſum dictæ conſuetudinis Bulgari,& ne verba ſtent ſine effectu operandi, vxori deberi vſumfructũ latè tenet Corn.conſ.5.col.2.lib.1.ſequitur Aymo. conſ.32.nume. 1.verſ.ad idem facit,& Grat.conſ.117.num.6.& ſequen. lib.2.& Bero.conſ.35.nume. 8. lib. 2. omnes intelligunt excepto vſufructu legitimæ filiorum.

70 Hoc & quinto alio exemplo † quando teſtator vltra ſolita verba relicti ſubdit, quòd nemo poſſit ei adminiſtrationis rationem requirere, ſed poſſit facere quidquid vult etiam ad plenum vſumfructum, ob hanc enim verborum alterationem, & maximè ob verbum plenum vſumfructũ, non eſſe in caſu dictæ conſuetudinis, & legatariam poſſe conſequi plenum vſumfructum opportuna ad hæc allegando tenet Corn.conſ.3.colum. penult.ad fin.& col.fin.lib.2.& Borgni. de vſufru. muli. num.49.idem firmat Goz.in conſ.47.nu.5. cum ſeq.in caſu dicti relicti alterati & ampliati vti vſufructuariam omnium rerum & bonorũ ſuorum cuiuſcunq; generis & nominis immobiliũ,mobiliũ,ac ſe mouentium, iurium,& actionum,& vbicunq; ſint & eſſe reperiantur,& cui prædictorum quorumcunq; omnium reliquit totum plenum & integrum vſumfructũ & liberum, releuando eam ab onere cuiuſlibet ſatiſdationis, & præſertim de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, mandans ipſe teſtator eam non debere moleſtari ab aliquo, quin poſſit percipere fructus, neque directè, vel indirectè poſſe inquietari,moleſtari, nec cogi ad reddendã rationem adminiſtrationis, & nõ poſſe ei extimari aliqua bona mobilia,vel ſe mouẽtia,&c.ita hęc verba ponderãdo Goz. concludit ex his apparere voluntatẽ teſtatoris, quòd ex tali relicto omninò debeatur vſusfructus vxori,in fauorem prædictorũ plura argumenta facit, licet concludat contrarium Ioan.Mar.Riminal. conſil. 116. non tamen ſufficienter argumentis reſpondit quibus ideo & prædictis magis ſtandum videtur, quinimò ipſe Ioan. Mar. Riminal.conſ.456.num.2.tranſit cum prædictis, quãdo ſit vſufructuaria omnium bonorum : idem probat Dec. conſ.418.col.1. quãdo teſtator dixerit,quòd voluit eam habere integrum, & verum vſumfructum omnium ſuorum bonorũ, ita quòd non importet niſi tãtùm alimenta propter exiſtentiam filiorũ,vt per Gualden.de ar.teſtam.tit.6.cau.49.nume.2.idem Dec.conſ.454.col.1. & 2. concludit ex eo quòd teſtator voluit ſuam vxorẽ habere totum vſumfructum ſi ſua filia non ſteterit cum ea in domo teſtatoris, ſi verò cum ea moraretur in dicta domo,habeat vſumfructum cum ſua filia,quòd ſic conſtet de voluntate teſtatoris quòd vxor habeat vſumfructum.Idẽ de voluntate teſtatoris conſtare vxorem poſſe habere vſumfructum,quando teſtator voluit eam adminiſtrare omnia bona,idem Dec.infert conſil. 476. col. 1.ad fin. idem apparere ex eo quòd fuerit relicta adminiſtratrix omnium ſuorum bonorum cum plena adminiſtratione ac plenaria probat Pariſ.conſ.94.nume.37. & ſeq.vbi etiam ex alijs idem arguit, vt quando dixerit, quod non poſſit in aliquo moleſtari à ſuis hæredibus, vt per Goz.d.conſ.47.Borgn.de vſufru.muli. nume.56.& quando dixit quòd non teneatur cauere Soc. conſ. 131. col.fin.lib.1.Crot.conſ.67.num.17.18.

71 Hoc & ſexto alio facti exemplo poteſt apparere de voluntate teſtatoris, vt † quando reliquit vxorem dominam,maſſariam,& vſufructuariã in vita ſua,& quouſque honeſtè vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit omnium bonorum ipſius teſtatoris, quouſque ipſa filia ſtabit in domo ſua cum dicta eius vxore, ſubiungendo teſtator, & aliter totius hæreditatis & bonorum, vt ſupra ipſa eius vxor in vita ſua, & quouſque vixerit honeſte, & vitam vidualem ſeruauerit, ſit & eſſe debeat vſufructuaria, detractis tamen legatis debitis & dote ipſius ſuæ filiæ integraliter de bonis & hæreditate prædictis primò & antè omnia : quorum ſolutio non retardetur propter dictum vſumfructum., & ſuper quo facti exemplo teſtatorem dictum relictum velle importare pro vxore vſumfructum & non alimenta conſultus Rui. conſilio 39.num.primo, & ſequent. li.ſecundo, reſpondit ex tribus, primo quia teſtator ſimpliciter voluit quod vxor eſſet vſufructuaria,per verbum ſit & eſſe debeat, quod licet Ruin. non dicat, ſignificat eſſentiam, ſubſtantiam rei, cùm ſit verbum ſubſtantiuum ſecundum Grammaticos,ideò non patitur reſtrictionem ad alimenta, prout ſit quando eſt relicta domina & vſufructuaria ſecundùm Bal.& Salyc. in l.3. C. de indi. vidui.toll. ex ratione vt per eos: ſecundò quia verba, detractis tamen legatis debitis, conueniunt vſufructui per not. à Caſtr. & Alexand. in l. vſufructu legato ad l. Falcid. & non adaptantur ad legatum alimentorum,ſic intentio teſtatoris declaratur, quia talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant. l. fundum. in princ. de fun.inſt.& ibi Bart.tertiò quia dixit cum filia,in qua dictum relictum non tranſmutatur in alimentis, ſic ergo debet fieri in vxore, cùm vna determinatio plura reſpiciẽs debet ea æqualiter determinare per regu. l. nam hoc iure de vulg.& pupill.vt per Ruin.dict.conſi. 39.vltra eum poteſt comprobari, quia cum teſtator geminatè & pluries in teſtamento appellat ſuam vxorem vſufructuariam,videtur quòd non habeat locum interpretatio dict. conſuetudinis Bulgari repugnante voluntate teſtatoris, quæ per verba reiterata & geminata magis explorata & præciſa demonſtrantur per vul.l.baliſta. ad Trebel.& ibi doct.cum plurib.dictis de efficacia exuberantis, præciſæ & exploratæ intentionis & voluntatis manifeſtatæ per verba geminata adductis per Corn.cõſil.59.colum. ſecunda, lib.2.Iaſo.conſi.6.colum.3.verſi. confirmatur optimè.lib.3.Deci.conſi.23.colum. ſecunda,ad fin.verſi.quinto,Pariſ. conſil. vndecimo, numer. vigeſimoquinto, lib.3.Soci. Iun. conſil. 133.numer.6.7. lib.1.Aym.conſil. 201. num. 4. vbi regiſtrauit multa ſua recollecta ad hoc & alibi per doct. milies, ad ſpeciem noſtram verba geminata inter alia impediũt reſtrictionem, quæ aliàs fieret, & interpretationem remouent, vt in claris & expreſſis,Iaſo.conſi.43. colum. 3.ver.item iſta dictio.lib.3.& faciunt apparere teſtatorem & diſponentem velle ita intelligi,nec aliter interpretari vel declarari,quòd aliàs declarationem vel interpretationem reciperet,ita firmat Goz.conſi.30.colum. 1. numero 3. per gloſſ.in verſicu.dioceſanis.in clem.1. de iure patro. approbatam per Gemini. & Iaſo. in locis ibi per eum alleg.

72 Hoc & ſeptimo alio exemplo apparet de voluntate teſtatoris † quo proponitur teſtatorem primo ſuæ vxori in teſtamento reliquiſſe victum & veſtitum : & ſic alimenta, deinde in codicillis eam reliquiſſe dominam, maſſariam, & vſufructuariam cum ſuis filijs hæredibus inſtitutis pleno iure in teſtamento. Ex hoc itaque conſtat teſtatorem recedendo à prouiſione legati alimentorum vxori facti in teſtamento, & relinquendo eam in codicillis dominam & vſufructuariam cum ſuis filijs voluiſſe eam habere non amplius alimẽta,ſed vſumfructum, cùm vltima ſemel derogauerint prioribus. l. diuus.§.licet.de iur. codicill. & vltima voluntas ſit attendenda, l. ſi mihi.§. in legatis.de leg. primo. cum ſimil. quæ nota ſunt & alibi latius cumulaui : aliter ergo iſto caſu dict. conſuetudo non poteſt dictum relictum interpretari pro alimentis, quia non eſſet facere ſecundum

voluntatem teſtatoris præſumptam, ſicut talem eſſe interpretationem dict. conſuetudinis omnes doct. conſentiunt in locis præalleg. reducendo ad alimenta, ſed contra ipſam teſtatoris voluntatem fieret, quod non eſt permiſſum dicente imperatore in l. penult. C. de neceſſar. hæred. inſti. quia ſemper veſtigia voluntatis ſequimur teſtatorum, quare vt codicillus diſponens de vſufructuaria operetur per l. ſi quando. de lega. primo vxorem in hac facti ſpecie debere cõſequi vſumfructum & non alimenta firmant Caſtr. conſil. 218. quod vxor. in prin. lib. primo Alexan. conſi. 56. lib. 3. Ioan. Mar. Rimi. conſi. 456. numer. 1. Deci. conſi. 418. colum. 1. num. 2. & clare Bero. conſi. 34. num. 5. & ſeq. lib. 2. & Pa. Pic. ſæpe alleg. §. Titia, num. 35. vtrum autem & alimẽta & vſumfructum conſequi poſſit, dicerem ſi non appareat per relictum vſusfructus teſtatorem voluiſſe recedere à relicto alimentorum vtrumque relictum vxori deberi eo modo, vt decidit Bal. conſi. 237. Titius in teſtamento & conſ. 239. teſtator ita dixit, lib. 1. qui iudicio meo magis loquitur in terminis quàm alleg. per Borgn. dict. tract. ſub num. 51. nec voluiſſet recedere ab alijs legatis factis vxori, vt plene probat Corn. conſi. 308. col. ſecunda, & ſequent. li. 4.

Vlterius vſufructu legato vxori, perquam ſæpiſſimè & fere ſemper in teſtamentis vel codicillis ipſis reperi-
73 mus ſubiungi & ſequi plures vel diuerſas alias † prouiſiones in gratiam eiuſdem vxori expoſitas, vt non teneatur cauere, vel ſatiſdare de vtendo arbitrio boni viri, vel de conſeruandis & reſtituendis bonis finito vſufructu, nec inuentarium conficere, nec rationem adminiſtrationis reddere, nec ei bona mobilia æſtimentur, vel quòd non poſſit inquietari, ſeu moleſtari aliquo modo in iudicio, vel extra, vt in exemplis ſupra aſcriptis apparet, vel alia eidem vxori tribuere & proſpicere: de quibus videndum eſt, quamnam iuris interpretationem capiant.

Vnde illud quòd non teneatur cauere, alibi dixi, in-
74 dubitati iuris eſſe † teſtatorem non poſſe prohibere, quin vſufructuarius teneatur præſtare cautionem de vtendo boni viri arbitratu, & de reſtituendis bonis finito vſufructu per text. in l. penul. C. vt in poſſeſ. lega. & in l. prima. & l. quarta. C. de vſufruct. & habit. & ibi glo. & doct. ſed poſſe damnare hæredem, vt recipiat in fideiuſſorem aliquem pauperẽ, vt puta quem potuerit præſentare ſua vxor. Bal. in d. l. 1. nu. 11. per l. tribus. ff. de vſufruct. ea. re. intellige vt per Crot. conſil. 273. num. 7. vſq; ad fin. & hoc magis cautum & proſpectũ eſſet vxori, volente eam teſtatore gratificare, quàm ei remittere cautionem dictam, quam non poteſt remittere, vt etiã magis eſt cautum vxori, ſi talem remiſſionem per viam cõtractus facit vxori præſenti & acceptanti, quæ quidem valeret & hoc probat Alcia. conſi. 38. num. 23. li. 9. idem, ſi faceret teſtator, & per ſe, & ſuos hæredes promitteret notario ſtipulanti & acceptanti pro & nomine vxoris, vt notarius valide poteſt ſtipulari pro alio. Ruin. conſil. 119. num. 7. 126. num. 10. 172. nu. 15. li. 1. vt eſt commun. opin. per Aymo. conſ. 252. col. 2. vt etiam valet quid via contractus facti in teſtamento per gloſſ. in l. heredes palam. §. fin. ff. de teſta. & ibi not. Bart. & alij cõmuniter ſequuntur, comprobat Roma. conſil. 293. præſuppoſito. Oldr. conſil. 114. factum eſt tale quædam mulier. Caſtr. conſi. 330. ſuper primo. ad princ. lib. 1. & Barb. conſil. 12. col. 5. & conſi. 54. colum. 1. & ſequent. li. 2. vbi de patre & de notario ſtipulante & acceptante, & Alexan. conſi. 58.
75 num. 9. & ſequent. lib. 3. vbi etiam † quoad prohibitionem inuentarij infert vxorem debere tamen in cautione omninò præſtanda ſpecificè facere mentionẽ rerum cum enumeratione & declaratione earum, & Capra conſil. nono, num. 3. & ſequen. Caſt. conſi. 221. antequam, colum. 1. li. 2. idem pluribus concord. alleg. firmat pro claro & indubitato Iaſo. conſ. 40. in princ. lib. 1. vbi etiam nu. 2. in prohibita facere inuentarium dicit quòd tenetur facere deſcriptionem bonorum ſaltem mobilium, quam etiam teſtatorem non poſſe prohibere per plura ibi probat Pariſ. conſi. 61. columna final. numer. 5. lib. 3. Laurent. Sylua. conſi. 37. nume. 5. Socin. Iun. conſil. 115. numer. 17. 18. lib. primo. ne poſſint bona occultari, ſicq; auferatur materia delinquendi, propter quod iura auferunt teſtatoribus facultatem faciendi huiuſmodi prohibitiones, vt doct. dicunt in dictis locis, & in l. ne-
76 mo poteſt. de leg. 1. Quinimo non valere † legatum liberationis factum per teſtatorem de eo in quo appareret debitrix ipſa vxor proprietarijs pro rebus datis ad vſufructuandum per docto. Salyc. in l. cum neceſſitatem. C. de fideicommiſſ. probat idem Iaſo. in conſil. 65. ad fin. lib. primo, cum Salyce. etiam concord. allegando tranſit Alexand. conſi. 164. colum. ſecunda, verſi. tamen Salyc. lib. 5. comprobat & Bero. conſi. 37. num. decimo, libr. ſecundo, de quo tamen legato liberationis dicen-
77 dum erit in ſequent. interpre. † Nec valere licentiam Principis conceſſam teſtatori remittendi vſufructuariæ cautionem vtendi arbitrio boni viri, nec confectionem inuentarij, eò quòd inuitat ad delinquendum, proindé nec lex communis imperatoris valet, per quam datur materia delinquendi per c. fi. de reſcrip. & not. per Barto. in l. eam quam, num. 33. C. de fideicommiſſ. probat Ruin. conſil. 202. colum. ſecunda, numer. 2. 3. 4. 5. lib. ſecundo, poteſt confirmari quòd talis licentia non valeat quia per eam auferretur hæredi ſuum ius quæſitum, & fauorabile ſibi quòd nec teſtator poteſt tollere not. in l. ſecunda. ff. de vſufruct. Barto. & alij in dict. leg. prima. C. eo. Bald. in l. 1. ſupra num. 23. C. de his quæ pæ. no. nec princeps poteſt, niſi ex cauſa publicę vtilitatis & tunc etiam ſoluto pretio per docto. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. public. Rolan. à Val. conſ. 69. nu. 23. li. 2. cum pluribus quæ adduxi ſupra libr. 1. interpret. 1. dubit. 3. ſo-
78 lut. 13. ver. quando cum cauſa † ea enim quæ non poteſt teſtator in re propria, minus poteſt princeps, vel ſtatutum per plura ſimil. adducta ab Aymo. conſil. 296. col. antepen.

79 Eadem ratione non valet etiam † illa remotio teſtatoris quòd bona mobilia non debeant extimari, quia etiam de his debet prçſtari cautio, de qua dictum eſt per dict. l. 1. C. de vſufruct. & talis æſtimatio & cautio eſt de ſubſtantia vſusfructus in his mobilibus, quam ideo teſtator non poteſt prohibere de tanta pecunia reddenda eadem extimatione rerum, quæ vſu conſumuntur, tenet Bar. in d. l. 1. nu. 11. 12. & ibi Bal. nu. 2. & 10. & Salyce. ſub nu. 2. firmat quòd cautio in his mobilibus ſit de ſubſtantia, idẽ per Bal. d. conſi. 87. omnes communiter. li. 3. & Socin. Iun. conſi. 72. nu. 3. lib. 2. ita eſt commun. opin. Socin. Iun. conſi. 115. numer. 23. 24. lib. 1. per Deci. conſi. 565. numer. 5. contra quam non eſt ſtandum Alexandr. conſi. 120. ſub num. 6. li. 6. & plena diſcuſſione facta de varijs opin. doct. in vſufructu ſupellectilium, maſſaritiarum, & mobilium, de quibus teſtator mandauit inuentarium, ſed non æſtimationem fieri, Ioan. Bapt. Caccialup. in parte ſui con. ad fin. inter conſi. Soci. conſilio nono, lib. quarto, per text. iuncta gloſſ. in verſicul. cautio. in l. ſi vaſorum quæ eſt fin. ff. vſufruct. quemad. caut. & alia alleg. ibi per eum concludit de ſupellectilibus, quæ vſu conſumuntur, & minuuntur, vt ſunt pannimenta lanea, vel linea, vaſa & arneſia conſumptilia vſu indubitanter eſſe præſtandam cautionem æſtimatione facta de vaſis argenteis, aureis numiſmatibus, quæ vſu non conſumuntur, & alia mobilia omiſſa æſtimatione eſſe præſtandam cautionem dicerem ego facta eorum & ponderis deſcriptione poſſint permutari, Capra. dict. conſi. 9. nume. 5. Aymo. conſi. 187. in fi. idem de vegetibus ſi appareant diu duraturæ, ſic firmat & Imo.



Imo. in cap. fin. num. 24. de pignor. de alijs debilioribus quæ poſſunt minui æſtimatione facta eandem eſſe cautionem præſtandam, quæ dicta tanti doct. volui referre, cum ſententia ſit quotidie practicabilis, vt & per Laur. Sylua. conſ. 37. col. 5. ad numerum 3. & ſequent. & Pariſ. conſi. 96. col. 1. li. 2.

80 Quando debeat huiuſmodi † cautio præſtari, dic ſi mulier vſufructuaria eſt adepta bonorum poſſeſſionem bona fide, vel auctoritate ſibi conceſſa à teſtatore in teſtamento, vt ſæpiſſimè concepta deprehenditur, vel hærede ſciente, conſentiente, & nihil dicente non tenetur præſtare talem cautionem ſi non petatur ab hærede proprietario per l. hac edictali. §. ſin autem vtraque pars. C. de ſecun. nupt. quia eam non tenetur offerre, Cyn. in l. 3. ad fin. C. de vſufruct. quem dicere verum putat Salyc. in l. prima, col. 2. num. 6. in 4. quęſt. & Bal. in l. 4. ad fi. & Ang. in d. l. prima. verſic. 2. C. eo. clare probat Alber. in l. vxori. la prima, num. 3. ff. de vſufruct. legat. & per l. peto. §. fin. de leg. 2. & ibi not. per Caſt. tenet idem Ruin. conſ. 91. num. 10. lib. 2. & per not. in l. vniuerſa. C. de preci. impera. offeren. vbi Iaſ. colum. 1. & ſequ. plures deciſ. cumulat ad aliquod non explendum ſi non petatur, idem per Felin. in cap. ſi autem, col. 4. de reſcript. vbi in ſpecie hoc dicẽs allegatur Caſtre. in l. peto. §. fin. in fi. de leg. 2. addo Bald. conſi. 459. li. 1. & conſil. 22. li. 2. ita quando propria auctoritate vigore verborum teſtamenti eſt in poſſeſſione, recipiendo fructus non petita cautione, plenè probat Socin. Iun. conſil. 72. nu. 6. 7. 8. lib. 2. hoc ideò eſt, quia hæres proprietarius in hoc plus potens quàm defunctus, nedum expreſſe, ſed etiam ſic tacite poteſt remittere vſufructuario talem cautionem per gloſſ. fin. in dict. l. prima. C. d. vſufruct. ibi firmant Cyn. ver. iuxta hoc quæritur, Bartol. numero ſecundo, Salyc. num. 4. Alexand. conſilio 120. ad fin. lib. 6. & in l. quod de bonis. §. primo, ſub numero 6. ad l. Falci. quod poſſit & tacitè remittere, Bald. in leg. prima, ad numer. 23. C. de his quæ pœ. no. & dict. conſi. 459. ad fin. ſequitur Ruin. conſil. 87. num. 6. lib. quinto. Exinde conſequens eſt quòd vſufructuaria fecit fructus ſuos, quos percepit, ſic in bona fide vt omnes docto. volunt in di. l. 1. & in l. 4. C. de vſufr. Bar. in l. vxori vſuf. de vſufr. leg. Socin. Iun. d. conſil. 72. nu. 9. & ſeq. lib. 2. ponit Franciſc. March. deciſ. delphin. 823. Pariſ. conſi. 61. in fin. lib. 3. & conſi. 95. num. 64. li. 2. vnde pro tempore quo hæres fuit in mora vſumfructum præſtandi, veniunt fructus, licèt non fuerit præſtita cautio probat Bald. in l. ſecunda, in fin. com. de lega. Hoc præcipuè conceditur mulieri, quæ credebat ſe non teneri ad præſtandam aliam cautionẽ, niſi liberè frui relicto ſibi facto à marito, ita iuris ignorãtia excuſatur, vt exemplum in fœmina ponunt Cy. in l. 3. ad fin. C. de vſufruct. & ibi Alber. in fin. & Salice. in dict. leg. prima, colum. ſecunda, ſub numero 6. C. eo. & plenè Socin. dict. conſilio 72. num. ſecundo, & ſequ. lib. ſecundo, maximè quando fuit liberata à teſtatore, idem per Deci. conſil. 418. ad fin. numero vigeſimoſecundo, ſi vero requiſitam cautionem præſtare diſtulerit, & dum in tali contumacia permanet, hærede non conſentiente, ſed contradicente, fructus minimè lucrari debet Cyn. Bald. Bartol. Salyc. & alij in dict. l. prima, & dict. leg. 4. & Bartol. in l. vxori vſufructu. de vſufruct. leg. Socin. conſi. 131. colum. fin. lib. primo, & Bello. conſ. 54. ſub numero 4. Saluſt. de Peruſ. conſilio 79. num. 8. & ſequen. inter conſil. diuerſ. vlti. volunt. volum. 1. At vbi cautionem fideicommiſſariam præſtare nequiuerit, multæ ſunt opiniones circa prouiſionem peruenire faciendi fructus ad vſufructuariam, de quib. breuitatis gratia remiſſio fit ad Bald. Salyc. & alios in dict. l. 4. C. de vſufruct. & Gui. Pa. in q. 250. Laur. Silua. conſi. 37. nu. 3. vſque ad fi. & Bello. conſi. 54. num. 7. cùm maius periculum ſit de extimatione rerum mobilium pro fideiuſſoribus inueniendis, & raræ reperiantur mulieres, quæ non habeant dotem valoris vltra extimationem illorum mobilium, hoc diſcurſu habito, vidi in practica quendam inductum ad fideiubendum pro vſufructuaria, obligante ſuam dotem pro indemnitate fideiuſſoris.

81 Porrò facile remedium pro † vſufructuaria videtur quàndo aliàs non inueniret fideiuſſorem quod præſtet iuratoriam cautionem cum obligatione ſuorum bonorum, ſed hoc remedium valde apud docto. controuerſum eſt. Nam vna eſt opin. quod cautio neceſſitate vſusfructus conſequendi pro conſeruanda & reſtituenda proprietate ſic præſtanda idoneè fideiuſſoribus vel pignoribus non poteſt eſſe iuratoria probat gloſſ. in di. leg. 4. C. de vſufruct. ibi Bald. colum. fin. verſicul. quicquid dicatur, tenet opin. dict. gloſſ. de rigore iuris, & Salyc. colum. 1. in fi. ver. quarta opinio. dicit quòd hæc opin. tenetur per multos maximæ auctoritatis, ideò durum eſſet ab ea recedere: & ſubiungit quòd procedit de rigore iuris, & allegãdo Rim. conſ. 439. ſequitur Iaſo. in l. 1. colum. fin. verſ. 10. limita. qui ſatiſd. cogan. tenet & Ruin. conſi. vlti. nu. 25. lib. 2. Bello. conſ. 54. num. 6. & Laur. Sylua. conſ. 37. nu. fin. dicit ſe ſequi hanc opin. tãquam magis commun. & veram, cum ea ſimpliciter tranſit Rolan. à Val. conſil. 92. nume. 2. lib. primo. Altera eſt opin. quòd admittatur iuratoria cautio, ſi perſona non ſit ſuſpecta ob ſuos malos mores, vel quia forẽſis, quam Petr. & Ricar. tenere referẽdo, vt magis amicam veritatis ſibi viſam ſequitur Cyn. in dict. l. 4. verſi. ſecundò quæro, & ibi probat Bartol. ſub numero 6. & ibi Alber. non improbat, & ibi Angel. ſequitur, quando perſona vſufructuarij non ſit ſuſpecta, quòd eſt vbi diues ſit ſoluendo, & non forenſis, ſic dicens ibi Caſtr. Sequitur de æquitate obligando ſe ſolenniter, idem vbi perſona non eſt ſuſpecta, ſed fide digna, cui merito ſit credendum ita ex opin. Flor. & Richar. Petr. Cyn. Hoſtien. Guilli. de Cun. & Anto. de But. comprobat Imol. in cap. fin. ſub num. 27. in 8. col. de pignor. ſic obſeruando, dummodò poſteà non reperiatur eſſe ſuſpecta, quia priuilegio tali carebit eam priuando vſufructu, vel ſequeſtrãdo bona, hoc vltimum de ſequeſtratione æquiùs putat ibi Butr. in fin. & hanc opin. vti ſatis rationabilem & reducentem & alias opin. ad concor. ibi Imol. ſequitur, placet Abb. ibidem in col. fin. quod ſi vſufructuarius non ſit ſuſpectus, admittatur ad iuratoriam cautionem, pro hac opin. etiã arguit Rolan. à Vall. conſil. 43. nu. 24. & nu. 49. li. 2. concludit ita tenendum quando per aliud remedium melius non poteſt conſuli vtrique parti ponit & Franch. March. delphin. deciſ. 821. ita vſufructuariam admitti ad hanc iuratoriam cautionem, cenſuit & tenet Sena. Pedemontanus deciſ. 153. & Bero. conſi. 60. numero 51. lib. ſecundo, ita hæc vltima opin. tot & tantis auth. corroborata, ſic & magis comm. & æqua, & pro communi firmat Marſil. rubr. de fideiuſſ. num. 166. & ideò videtur tenenda modificationibus tamen ſup. enarratis obſeruandis prout iudicis religioni videbitur, cuius arbitrio hæc de proprietate per vſufructuariũ non diſſipanda remiſſa ſunt. l. ſi vſusfructus legatus ſupra fin. ff. de vſufruct. & leg. prima, & tot titul. vſusfruct. quemad. cauea. Menoch. de arbitr. iudi. caſ. 140. num. 3. centu. ſecunda, quod enim dicitur boni viri arbitratu exponitur. i. iudicis, per text. in l. continuus. §. cum ita de reb. obliga. & expreſſius dicit Saluſt. de Peruſ. cum Abb. & alijs ſubſcribent. inter conſi. vltim. volun. conſ. 79. num. 22. & Bald. conſi. 175. caſus ſuper quo. ad fi. lib. 3. Afflict. deciſ. 371. num. 9.

Attende iuramentum pro iſta cautione iuratoria debere præſtari à iudice Roland. à Vall. conſil. 65. numer. 27. libro. 3. quia iuramentum non releuat niſi præſtetur à iudice, vel coram iudice, vel mandato iudicis Aymo

conſ.199.nu.2.Alex.conſi.71.ad nu.2.li.3.Ripa reſpon.
8.in fi.lib.2.citato tamen proprietario Barba.conſil.59.
col.fin.li.1.remouendo obſtaculum pręcipuum tenen-
tiũ ſupra primam opin. quòd ſatiſdatio ſit de ſubſtantia
actus in vſufructu , negatur enim hoc , quia ſatiſdatio
non præſtatur pro eſſentia & ſubſtantia vſusfructus, ſed
pro eius traditione,Bald. in l. ſecunda ad fin.C.com.de
lega.Ruin.conſi. 91.col.3.ſub nu.8.lib.2.gloſſ. in verſic.
planè.in l.ſi vſusfructus mihi.§.plane.ff.vſusfr. quemad.
cauea. Ang.conſi.91.ſancta. ad fin. vbi cum dicat iſtam
partem eſſe multum æquam & maximè in perſona reli-
gioſa,& nos eandem illationem facere poſſimus.& ma-
ximè in muliere vſufructuaria , & magis iuridicè , quia
etiam legiſlator admittit eam ad iuratoriam cautionem
cum obligatione ſuorum bonorum , & maximè pro re
immobili , pro mobili ſi eſt perſona idonea , ſin autem
cũ fideiuſſore ſi poteſt, vt per tex.in auth.ſi cui de iudic.
vidui.toll.& in corpore vnde ſumitur, & per Ang. Aret.
tract.de maleſi.gloſſ.pro quibus & quolibet eorum An-
tonius.num.10.& ita ſeruandum exiſtimo.

82 Si autem † mulier vſufructuaria non ſit in poſſeſſio-
ne bonorum,ſed ea detineatur vel à tertio vel ab hære-
de,ſi à tertio , cõtra eum ipſi vſufructuariæ in rem com-
petit actio,prout competit aduerſus quemuis poſſeſſo-
rem pex text.in l. vtifrui.§.vtrum autem. ff. ſi vſusfruct.
peta.& eidem poſſeſſori non habẽti cauſam à proprie-
tario non competit exceptio contra vſufructuariam
de cautione non præſtita , quia eſt de iure tertij depen-
dente à voluntate ipſius , & non adiuuante poſſeſſio-
nem,arg. l. loci corpus. §. competit. ſi ſerui. vendi. vt
plene tradit Bartol. in l. ſecunda. de except.rei iudi. &
Bald.in leg. 3. colum. fin. ff. de vſufruct. cum ſimil. per
Tiraquel.in l. ſi vnquam verſic.reuertatur , num.356.&
ſequent.C. de reuo.don. & quia ſua non intereſt ita in
terminis per Deciſ.conſi.418.colum. 3. num.10.11.17.ſi
vero ab hærede bona poſſideantur , & contra eum agat
vſufructuaria oblata vel non cautione conſtito de vſu-
fructu relicto,debet condemnari hæres ad tradendam
poſſeſſionem naturalem vſufructuariæ , & ad patien-
dum eam vtifrui bonis,præſtita tamen per eã dicta cau-
tione , quæ niſi fuerit præſtita, nunquam ſententia exe-
quatur,per l. 4. §. illud videndum. de fideicomm. liber.
ita tradit Caſtr. in dict. l. prima in fi. C. de vſufructua.
comprobat Franciſ. March.Delphin. deciſ. 822.ſequi-
tur & Dec.dict.conſil. 418. colum. 3. num. 18. nam po-
teſt hæres dicere ſe velle retinere bona , donec per vſu-
fructuarium præſtetur cautio. Socin. conſil. 131. colum.
fin.verſic. ſuccedit nunc alia dubitatio.libr.primo, vbi
tradit duplici modo & officio iudicis , quo experitur ſi
hæres non poſſidet, & iure repulſionis ſi poſſidet ſatiſ-
dationem poſſe obtineri per text.& Bald.in l.ſi cuius.ff.
de vſufr.

Aduerte tamen Bald.conſil.454.caſus, ſtatuto caue-
tur. libr.5.tenere vſumructuariam non exiſtente in poſ-
ſeſſione nõ poſſe petere vſumfructũ antequàm caueat,
quia cautio eſt de ſubſtantia petendi , licèt non ſit de
ſubſtantia poſſidendi. Reſpõdeas ſecundùm Ang. con-
ſil.356. quidam ciuis Floren.colum. penul.ad fin.verſic.
dicet aliquis , quòd illa cautio demum non præſtatur,
niſi cum vſusfructus tradatur , non quando hæres eſt in
mora tradendi.leg. ſi vſusfructus mihi in biennium. de
vſufruct.lega.clarè firmat Bal.in l.ſecunda,in fi.com.de
leg. vbi vult quinimo hæredem teneri ad fructus pro
tempore quo fuit in mora tradendi , licet dicta cautio
non fuerit præſtita , & ita de facto ſe conſuluiſſe dicit,
adde Ari.Pinel. qui de vniuerſa hac materia cautionis
præſtandæ per vſufructuarium ex profeſſo ſe tractare
ſatagit in l. prima,part. ſecunda,nu.75.vſque ad fi.C.de
bon.mater.vbi multorum reprehenſiones more ſuo ad
inuentas legere an bene ne tædeat.

Supereſt & illud explicandum , quod plurimum per
83 teſtatores vſitatum eſt, mandare hæredib. † ſub pœna
priuationis hæreditatis , ne inquietent , controuerſiam
faciant , vel moleſtent aliquo modo vxorem in vſufru-
ctu vel alijs ei relictis , hoc enim diuerſimodè accipi-
tur,quia in aliquibus impunè & iuſtè poteſt inferri mo-
84 leſtia:in aliquibus non † poteſt quidem in his iuſte mo-
leſtia inferri, in quibus non valet contrarium præceptũ
teſtatoris,vel quæ ſunt de natura actus ſubiecti,vel ſunt
ext. bo.& diſpo.teſta.Non valet aũt præceptum teſt.ne
vxor vſufructuaria præſtet cautionem & alia faciat re-
quiſita , de quibus actum eſt parùm antè, ita hæres mo-
leſtando eam vt cautionẽ præſtet, non dicitur malo mo
do facere,ſed ſecũdùm naturam vſusfructus, & iuſtè fa-
cit.l.ſeruum.§.ait prætor. in duobus verſic. ſequent.ff.
de acqui.hæred.& ibi plenè Rom.colum.fin.num.12. &
Aret.col.fin.tradit Bal.in l.1.nu.22.verſ.extra opp.& nu.
27.C.de his quæ pœn.not.& in proprietario promittẽte
non mouere cõtrouerſiam aduersùs vſufructuariam, ni-
hilominùs eum poſſe petere vt ſatiſdet,quia id intelligi-
tur eſſe ſecundùm naturam contractus.l.quæro. §. inter
locatorem.ff.locat.l.venditores. ff. de verb. obligat. ita
non venit aduerſus contractus , ſed perſonam conuen-
tam per cauſam l.ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed & ſi rerum.ff.
de iure. iur. tradit Bald.in l.prima, num. 13. Co.de vſu.
fruct.& magis in ſpecie probat Caſtren.conſi.221.ante-
quam veniam, col.1. num.2.& plenè Barb.conſi.59.col.
penul.lib.1.Ruin.conſ.202.colum.3.li.2.Dec.conſi.565.
num.2.3. & latè Socin.Iun.conſilio 115. num.27. vſque
ad n.33.li.1.hæc omnia expreſſim firmat Alex. in l. quod
de bonis.§.1.nu.5. 6. ad l.Falci.& Pariſ.conſil.65.nu.21.
lib. primo, & in hoc caſu putarem nihil etiam operari
plenitu. aliquam verbo..teſtatoris , quia ſi directè in eo,
& expreſſè non poteſt diſponere minus indirectè & ta-
cite per reg.cum quid vna de reg.iur.in 6. vt ita arguit
Alexandr.dict.§.primo,nu.4.ſequitur & Ruin.di.conſi.
202.col.3.ſub num.7.facit ad hæc Aym.conſi.200.nu.5.
& Iaſo.conſil.40.colum.tertia,libro primo,& in ſpecie
Corn. conſilio 173. colum. 3. verſic. & etiam tolluntur.
lib.3.

85 Contrauentionis † pœnam etiam quis euitat , quan-
do iuſta cauſa motus, & conuenienti naturæ rei de qua
facta eſt diſpoſitio contrauenit per l. quidam cum filiũ
de verb.oblig.& alia plura ponit Signo.conſi. 111. num.
21. & ſequ.de accuſante filium inſtitutum eſſe ex partu
ſuppoſito,& non verum filiũ & propterea non incidere
in pœnam , ne inquietet ipſum filium hæredem , quia
non contrauenit dicendo eum non filiũ, addo & ex eo,
quòd ſtatuto prohibente ne poſſit opponi cõtra inſtru-
mentum, poteſt tamen opponi quòd non eſt inſtrumẽ-
tum Bart.in di.l.1.§.& parui.ſub nu.3.quod vi aut clam,
Alex.conſi.33.col.1.num.3.lib.1.Iaſ.in l.iuriſgentium.§.
quod fere.colum.fin.ff.de pac. Felin. in cap.cum Ioan-
nes,colum.11.& ſequent. de fi. inſtru. cum ſimil. & pul-
chrè in ſpecie noſtra abſque metu priuationum teſtato-
ris,prohibitum poſſe dicere teſtamentum nullum de-
fectu ſolennitatum in teſtamento cæci ex facto re-
ſpondit Iaſ.conſi.82.colum.3. libr.3. & Socin. conſilio
12.ad fin.lib.3.vbi dicens teſtamentum non iure factum
quia teſtator non erat ſanæ mentis , non dicitur venire
contra eius voluntatem,& legatum non admittit.l.poſt
legatum , in ſecundo reſponſo. ff. de his qui. vt indi.&
ibi vidi per Bartol. cautelam,ſi non probarentur oppo-
ſita,relatam per Socin.dict. loco , & ex cauſa conueni-
enti etiam diſpoſitis per teſtatorem , & pro iure ſuo in-
diſcuſſo non derelicto , & prouocatum ab ipſa vſufru-
ctuaria , & ex alijs in caſu ſuo , latè defendit Caſtr. con-
ſilio 371. viſo puncto ſupraſcripto. libr.ſecundo, Deciſ.
dict.conſil.565.ad fi.& non intelligitur de iuſta contra-
dictione,Bald.conſi.356.licet allegatum vltra med.l.4.

Et præ



86 Et præceptum hoc † de non moleſtando vxorem in
bonis teſtatoris non intelligi de eo qui petit ſuum cre-
ditum,vel ius aliquod non exiſtens de bonis & hæredit.
teſtatoris per plura probat Cuma. conſilio 51. quòd D.
Ambroſius , idem quòd poſſit petere fideicommiſſum
vti extra hæreditatem teſtatoris , plenè proſequitur &
tenet Dec.conſil.425.colum. pen.in fi. & col. fin. idem
conſil.581.colum.penulti.& fin. quando priuatio eſt li-
mitata in hæreditate & bonis teſtatoris etiã facta verbis
prægnantibus, non impedit quin petat alterius hæredi-
tatem , etiam continentem bona teſtatoris obuentam
poſteà prohibito & ex cauſa ſuperueniente, vt ibi pon-
derat nu.12.& Corſe.facit fin. in verſ.moleſtia.quòd in-
telligatur de moleſtia facti & non iuris , ſic eſt regulari-
ter Crot.conſ.212.nu.24.

In aliquibus autem præmiſſum eſt non poſſe mole-
87 ſtiam in ferri,nec turbari † vſufructuariam per hæredẽ,
nec hæredem per legatarium quin committatur pœna
priuationis à teſtatore impoſita:hæc enim ſunt de quib.
teſtator,ſicut vult,poteſt diſponere , non de iure legum,
ſed de iure ſuorum bonorum Bald.in l. fin.princ de l.2.
exprimendo demum ſuam voluntatem expreſſè vel ta-
citè,& præſumptè,Bart.in l.quoties.§.ſi duo,verſi.2. ob.
ff.de hæred.inſtit.tam ea quæ teſtator facere non poſſit,
collegi vſque ad numerum 45.ſupra lib.2.interpr.2 du-
bita.2.ſolut.2. in his quidem facile eſt quòd pœnæ ap-
poſitio non valeat,& impunè fit contrauentio, vt l .pri-
ma,in fi. C.de his quæ pœ.nom.& l.1.ff.eo.& §. fin.inſti.
de lega.cætera verò quæ teſtatori permiſſa ſunt, vbi pœ-
næ nomine dando,adimendo vel transferendo munita
ſunt,vtique ſunt adimplenda & ſeruanda.dict. l. prima,
dict.§.fin.& §.diſponat.in auth.de nupt.hoc autem præ
cipuum eſt,quòd appareat de voluntate diſpoſitiua te-
ſtatoris,de qua itaque poteſt apparere expreſſe & taci-
te, ſiquidem apparet expreſſa voluntas teſtatoris pro-
hibitiua moleſtationis , & ſub pœna priuationis hære-
ditatis vel legati in aliquo caſu, in quo valet diſpoſitio.
Sumus in claris,quòd moleſtatio non poteſt inferri im-
pune, plene probat Alexandr. conſi. 138.colum.penult.
nu.24.verſ.quoad aliud dubium.lib.1.Capra conſi. 163.
nu.3.4.5.Pariſ.conſ.19.num.55.& ſequen.& nu.138. li.2.
dixi conſi.106.nu.24.& ſeq.li.1. vbi plura de pœna pri-
uationis hæreditatis contra inobedientem , & iſtud eſt
certum quòd debet priuari,dicit Bald. in auth. cui reli-
ctum,colum.ſecunda,ſub numero ſecundo.C.de indic.
vidui.tol.vel. ob ſpretam conditionem vel ob ſpretam
rationem.

88 Tacitè † verò & preſumptiuè , vel comprehenſiuè
apparere poteſt de voluntate teſtatoris , vbi verbis ge-
neralibus,& (vt aiunt) prægnantibus concepta,& con-
ſcripta eſt prohibitio moleſtationis , ne vxor vel hæres
debeat moleſtari,inquietari, turbari per talem de iure,
vel de facto in iudicio vel extra quomodocunque , &
qualitercunque vllo vnquam tempore , ex quacunque
cau.de præſenti vel de futuro , & ſub pœna priuationis
hæreditatis, vel legati , vel alia ſimili verborum ampli-
tudine,licet his generalibus verbis comprehẽſum quid
dicatur expreſſum , vt de pupillari per Bartol.in l.cen-
turio,nu.4.de vulgari per eundum & ali.in l.1.num.8.de
vulg.& pupil.Dicitur tamen tacitũ in ſpecie,& inficiari
non poteſt quin pariat ambiguitatẽ, gloſſ.in ver.rerum.
in l.ita fidei.ff.de iur.fi.ſ.& l.Titiæ textores.de lega. pri-
mo,nihilominus obſcuritas tollitur , quando vniformis
incluſorum conditio eſt in ipſa generalitate, tradit Ol-
dra.conſi.254. qui toto, col. 2. vel ſaltem in genere cõ-
prehenditur voluntas diſponentis.l.ſi quis in principio.
de leg.3.l.fin.Co.quod cum eo.l.qui iure,ff.de teſta. mi-
lit.l.ſi quando de legat. primo.l.ſi chorus.de lega.3.cum
ſimil.per Alexan.conſil. 11.num.8. 9. & ſequent.libr.2.
& conſilio 68. numer. 7.8. libr. 5. vbi generalitas com-
prehendit ius futurum , quando alia non ſubeſt cauſa,
& omnia etiam incognita ſi dolus abſit , & per Rip. in
d.l.1.num.50.& ſequen.de vulg.& pupil.Afflict.in deciſ.
318.nume.3.4. Exinde fit concluſio quod moleſtatio &
inquietatio,neque de facto fieri poteſt impune,Abb. in
cap.Raynal.num. 17.de teſtam.vbi etiam id procedit ſi
moleſtatio non habuerit iuris effectum : idem ibi pro-
89 bat Couar.ſuo §.primo num.8. † ex qualitate actus , &
ſubiecta materia vel præſumpta contrahentium vel te-
ſtantium voluntate prohibitionem inferendæ mole-
ſtiæ ſeu mouendæ quæſtionis intelligi etiam de iuſta
moleſtia,& licita inquietatione, de iure , vel de facto in
iudicio vel extra per gloſſ. in l. Lucius. §. tres hæredes,
ad Trebell.& Bald.in l.fin.ad fin.C. de acti.emp. neque
de iure itaque poteſt inferri moleſtia , vel inquietatio
per plura ab eo alle. probat & Felin. in ca.cauſam quæ,
colum.16.in princip. de reſcrip. & in ſpecie Gualden.
de ar.teſtan.titul.8. cau.3.numero 2.3. & in eadem facti
ſpecie latiſſimè Ruin.conſilio 77.lib.ſecundo,& Socin.
Iun.conſi.113.lib.primo:altero tamen alterius mentio-
nem non faciente.Reſpice tamen quòd in eadem cau-
ſa Ferrar.pro altera parte conſuluit Dec.conſil.581.iam
ſup. allega. nitendo euitare generalitatem verborum
prohibitionis ex reſtrictione expreſſa in hæreditate , &
in bonis aliquibus hæreditatis teſtatoris, & ex cauſa iu-
ris ſuperuenientis quòd ille petierit , vt de hæreditate
filij hæredis ſaltem pro legitima & Trebellianica ad pe
tentem deuoluta per ſtatuta ab inteſtato excluſa ſorore
ſubſtituta per patrem , quæ & enim ipſa fuit moleſtata
contra prohibitionem patris teſtatoris , qui ciuis exi-
ſtens Ferrariæ præſumebatur ſcire dicta ſtatuta ſuæ pa-
triæ per Bart.& ali.in l. hæredes mei.§.cum ita ad Tre-
bel.& potuiſſet non facere legatum illi petenti & mo-
leſtanti poſteà argum.l.in actionibus.i. reſponſ. ff. de in
lit.iur.& adducta pulchrè per Caſtren.conſil. ſeptuage-
ſimoſeptimo,viſis & conſideratis.colum.ſecunda,ſub
nu. ſecundo,verſi.& poſito. lib.primo, quod eſt repeti-
tum conſil.302. eo.ideo faciendo legatum certæ rei illi
cum conditione & prohibitione quòd non poſſet habe
re legatum ſi moleſtaret filiam ſubſtitutam cum verbis
generalibus & reſpicientibus omne tempus , etiam fu-
turum,vt in conſultatione illa videri poteſt,ac etiam in
ficiari nequeat legitimam & Trebellianicam illas de-
trahendas eſſe ex bonis hæreditatis patris teſtatoris.l.ſci
mus. Co. de inoffic.teſtam.& l.prima. C. ad Trebellia.
vt notiſſimum eſt , hæreditatémque dici ſaltem largè,
& ſecundùm communem vſum loquendi adhuc patris
teſtatoris , etiam poſtquàm per filium hæredem fuerit
adita vltra alleg. per Socin.Iun.dict. conſil.113.num.33.
allego Alexand.conſil.49.ad fin.libr.tertio, idem repe-
tit conſilio 124. ad fi. lib. quarto, & Corn. conſil. cen-
teſimo quadrageſimo ſexto, colum. penult. in princip.
lib.ſecundo.Attenta quoque generalitate verborum in
modo , qualitate & tempore , attentáque poteſtate &
voluntate teſtatoris valentis ſuæ rei imponere legem,
quæ ſibi placet.dict.§.diſponat. & l. in re mandata. Co.
manda. & prohibere prout fecit per text.in l.Titia cum
teſtamento.§.Caius.de lega.ſecundo.eo magis per mo-
dum conditionis Caſtren. in l. Plautius ad fin. de con-
ditio.& demonſtrat Gualden.de ar.teſtan. titul. 6. cau.
21.Ruin.conſil. 135. colum.3. numero 5. libr. ſecundo.
Quamobrem quod ſenſerunt Ruin. & Socin. Iun. ve-
rius & tenendum exiſtimo, quia & in prohibitione , ne
poſſit vxor moleſtari in vſufructu per quoſdam præ-
tendentes aſſe dona emphyteutica ad eos ſpectantia,in
quibus vſusfructus cõſtitui non potuerit,Pariſ.conſ.98.
nu.8.& ſequ.& prohibitio erat verbis generalibus facta
quoquomodo directè vel indirectè,& in caſu contrauẽ-
tionis vxor erat inſtituta in proprietate in pœnã cõtra-
uenientiũ,ſecuta contrauentione:prętextu etiã bonorũ

emphyteuticorum, pro vxore ipſe Deci. tenet conſilio
613. Domina Catherina, colum. prima, & ſequent. ita
non poteſt eſſe contrauentio & moleſtatio etiam de iu-
re, Nat. conſil.110.num.4.quia omni reſpectu venit cō-
tra perſonam conuentam dicit Bald.in l.1.colum.2.ſub
nu.13. C.de vſufruct.& moleſtia dicitur inferri quando
etiam iudicialiter vexatur perſona, Alexandr. conſilio
163.colum. fin. num.4.libro 2.allegando l.primam. C.
de nundi.& ibi not.per Bald.& tex.in pri. in auth. de fi-
deiuſ. & latè per Tiber.Deci.conſil.57.col.2.& ſequen.
libr. 1.

90 Moleſtia † itaque ſeu cōtrouerſia vel inquietatio fie-
ri dicitur & verificatur verbo vel facto in iudicio vel
extra, de iure, vel de facto, contradicendo, faciendo,
agendo, excipiendo, reſiſtendo, vexando in perſonam,
vel in rem per l.vim facit.ff.de vi & vi arma. gloſſ. Bart.
Caſtren.in dict. l. Lucius. §. tres hæredes.ff. ad Trebel.
Bart.in l. ſi prius, colum. ſecunda, ſub num.3. de nou.
oper.nuncia.in l. amplius.rem ra.hab.dict. l.1. ibi Bald.
de nundi.Alexand. conſil. 52. num. 7. conſil. 163. num.
4.lib.ſecundo, conſilio penul.verſic.non obſtat poſtre-
mo libr.5.& conſilio 195.colum.fin.num. 7.libr. 6. Ca-
pyci.deciſ.69.num.9.& Ruin. conſilio 47. libr. ſecun-
do, vbi latè demonſtrare conatur idem eſſe ſi moleſtia
fiat vxori vſufructuariæ per filium hæredis prohibiti,
eo ſciente & filium non prohibente, & conſilio 48.& ſe
quen. vbi nu.8.9.10.& ſeq.tradit moleſtiam ſufficere in
ferri in aliqua parte rerū hæreditatis, & tam in perſona
quàm in rebus, vt fiat priuatio hæreditatis deuolutæ ad
vxorem, & ſi id procederet via fideicōmiſſi, tamen per
grauatum non poſſe detrahi Trebellianicam, defendit
in dictis conſ.47.48.in fin.columnis.

Poſtremò de legatis vxoribus factis adhuc aliqua
ſubiungam, quæ magis animaduerſione vel notatu di-
91 gna viſa ſunt. Maritus reliquit † vxorem dominam &
vſufructuariam omnium ſuorum bonorum mobilium
& immobilium, donec ſteterit vidua, &c. & inſtituit
hæredes extraneos, quoniam hoc relictum eſt particu-
lare & certarum rerum cùm non cōtineat iura & actio-
nes per ea quæ de fideicommiſſo particulari plene di-
xi ſupr.lib.præceden.inter. 3. dubitat. 1. ſolut. 2. diſtin-
guendo caſus opin.antiq. doct. ante Bartol. indiſtinctè
extraneis inſtitutis, vt verborum relicti rigor ſeruetur,
volentium eſſe in electione vxoris velle dominum vel
vſumfructum rerum relictarum per l. ſi Titio fundus. &
caſus opin.Bart. & modern.in l. Titia. §. fi. de lega.2.&
Bal.& ali. in.fin.C.de indi.vidui.toll.volētium in relicto
certæ rei vxorem habere eandem electionem, & magis
vt relictum valeret, Socin.conſil.210.li.2.vtramq; opin.
amplectendo in propoſito relicto tenet vxorem habere
facultatem eligendi dominium vel vſumfructū, ſed ad-
uerte quòd eum impellit ad tenendū ita, quia in illo ca-
ſu teſtator vxori dederat poteſtatē alienandi, quod oſtē-
dit eam proprietariam.l.Proculus.ff.de vſufruct.ibi Bal.
& dixi ſupra, & quòd eam liberauerat à cautione præ-
ſtāda, & inualidè contra l. primam.C.eo. & l. nemo po-
teſt.de lega.primo, ſic vt magis actus valeat.l. quotiens.
de reb.dub.alioquin vrgeret ratio Bart.& modern.quia
non eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe vxorem domi-
nium bonorum habere, & hæredē eſſe inſtitutum in va-
num, cùm & ipſe interpretetur dominus. §. penul. inſti.
de hæred. quali. & diffe. & à communiter accidentibus
hoc paſſim frequentius eſt, homines appellatione bo-
norum mobilium & immobilium intelligere totam
eorū hæreditatem & mentionem iuriū & actionum non
cedere in mentem idiotarum, ergo iſto caſu eſſet atten-
denda conſuetudo Bulgari, de qua antè dictum eſt.

92 Vxor † cui fuerunt relicta alimenta, ſi voluerit ſtare
cum filijs, ſi autem cum eis ſtare noluerit habeat talem
fundum, moriens ſi non declarauerit ſe velle ſtare cum
filijs vel non legatum fundi non tranſmittit ad hære-
des, quia dies legati relicti ſub conditione expreſſa vo-
luntatis legatarij non cedit niſi facta declaratione vo-
luntatis legatarij. l. ſi ita. §. illi de l. primo, ita in ſpe-
cie tradit Alber.in l. ſi ita expreſſum.de conditio.& de-
monſtratio.& ibi Bald.ponit eandē quæſtionem, ſequi-
tur Deci.conſil.554.nu.5.vbi ad hoc bene allegat Corn.
conſ.75.qui loquitur in terminis. Eo enim ipſo quòd de
clarat ſe velle habitare dicitur impleta conditio, dicit
Socin.conſ.69.ad fin.li.1. licet hoc reſpiciat materiam
tranſmiſſionis, tamen & reſpicit legatum alimentorum
93 vxori factum. Sed hoc † legatum relinquo domum vxo-
ri meæ, quamdiu ſtaret vidua, vel abſtineret à ſecundis
nuptijs, ea moriente vidua ſic deficiente conditione re-
ſolutiua perpetuo remanere debere penes vxoris hære-
redes, probat Caſtren.conſil.451. legatum.libr.1. prout
remanet id de quo poteſt vxor diſponere ex voluntate
mariti, & moritur aliter non diſponendo, vt per Nat.
conſil.216.nu.10.

94 Sæpe in facto caſus euenit † maritus reliquit vxori ali
menta in domo cum pluribus ſuis filijs hæredibus, & ſi
cum eis non potuerit ſtare & habitare, relinquit aliud
legatum pinguius in reb. certis & quantitatibus, acci-
dit filios venire ad diuiſionem bonorum, & habitatio-
nis, habitat mater cum vno ex eis, potéſtne dici eſſe ve-
rificatam conditionem ſecundi legati pinguioris, vel
ne. Super hoc diſcuſſis rationibus hincinde matrem
poſſe habere primum legatum integrum ſtando cum
vno filio, cui cæteros fratres debere contribuere pro
eorum ratis alimentorum matris, decidit Cuma. conſil.
38.maritus, rationes eius referendo, ſequitur eum Ruin.
conſil.81.col.13.num.12.13.lib.2.& Roland.à Val. conſi.
89.nu.15.& præceden.li.3.& Gualden.de ar.teſtan.titul.
6.cau.56.& Ioſeph. Aſſiſien.deciſ.ſua Peruſ. 92. nu.19.
& ſequen.Menoch.de arbitr.iudi.lib.2.caſ. 170.ſub nu.
16. diceretur autem impleta conditio, ſi mater non
poſſet habitare cum filijs, quia eſſent mortui, vel quia
haberent vxores rixoſas & infeſtas ſocrui, vt plerunque
accidit, vel aliqua iuſta & rationabilis cauſa adeſſet: nul
la etiam filiorum culpa interueniente remittendo diſ-
ceptationem & cognitionem iudici, ita matrem poſſe
conſequi pinguius legatum determinat Caſtr.conſ.167.
conſiderandum eſt colum.ſecunda lib.primo.idem re-
mittit arbitrio boni viri Alber. in l. Mæuia. §. vxore.de
an. lega.

95 Aduertendi ſunt effectus qui reſultant ex † legato do
tis vxori facto à marito quòd ſi aliter vel per inſtrumen-
tum vel per teſtes, non probatur de veritate dotis ha-
bitæ per maritum, dos aliter debita non eſt, niſi ex lega-
to leg. Lucius §. quiſquis mihi. de lega.2.& ibi Bart.&
alij cum concordan.per Alexand. conſil. 122. colum. 2.
num.3.lib.7.

Exinde effectus eſt, quòd ſi vxor ita ſecundo ſimpli-
citer nubat, iſta dos ſic iure legati debita non cenſetur
repetita in ſecundo matrimonio, ſicut cenſeretur repe-
tita dos verè debita inter viuos.l.dotem quæ in prius.ff.
de iur.dot.vt conſtanter probat Alexand.dict. conſ.122.
colum.2.ad fin. verſi.ex his ergo apparet Rolan. à Vall.
de lucr.dot. quæſtio.81. numer.4.ſequent. poſui conſil.
95. numer. 75. libr. primo, & probat Phau. Lucen. ſuo
eod.tract.de lucr. dot. gloſſ. 10. numer.35. & ſic mari-
tus de ea non lucratur partem aliquam per ſtatutum de
lucro dotis. Alius eſt effectus quòd ſi vxor per fideicom-
miſſum fuerit grauata poſt mortem ad reſtituendum
alij hæreditatem mariti, eius hæres in reſtitutione fidei-
commiſſi non poterit detrahere & retinere hanc do-
tem ſic iure legati debitam, per tex.ibi probat Bartol.in
l.qui vxori.de aur.& argen. lega. & reprobato Caſtren.
idem tenet Alexand.in l.cum hæres.ff.ad Trebellia. fir-
mando dict.l. cum hæres, determinari per dict. leg. qui
vxori.



96 vxori. † & limitando niſi confeſſio dotis eſſet facta par-
te præſente, & niſi ex coniecturis aliter poſſet apparere
de mente teſtatoris, de quibus latè Pariſ.conſil.79.co-
lum.2.& ſequen.lib.2.& alios effectus, quoad diminutio
nem per Falcidiam, exprimit Barto.in d.l.qui vxori. Se-
97 quitur etiam quòd ſi † legatum dotis fuerit de 16.& per
inſtrumentum dos habita in decem probetur, ſola dotis
legatæ quantitas præſumptiuè dotem datam inter viuos
comprehendens debetur, Caſtr.conſ.405.primo quero.
lib.1.intellige niſi fuerit dictum lego vltra dotem, vel fe
cerit legatum ſine mentione dotis, quia & legati & dotis
quantitas tunc debentur, Pariſ.conſilio 95.colum.2.nu.
98 3.& ſequent.lib.2. Sequitur item quòd † legatum hoc do
tis aliter non probatū efficitur caducum præmortua le-
gataria & irritum reuocato teſtamento per ſecundum te
ſtamentum: vt tradit Ang.con.181.A.fecit teſtamentum
col.1.

99 Siquidem † teſtator mandat aliquid ſolui vxori, do-
nec ei fuerit reſtituta dos non valet hoc vti vſurarium,
tenet Anch. conſilio 93. verba teſtamenti comprobat
Socin.conſil.56.colum.1.lib.3.Rolan.à Val.conſi.55.nu.
21.lib.2.

100 Quid ſi † legato vxori vſufructu omnium bonorum
appoſita eſt conditio, ſi dotem ſuam non petierit, vel
cum onere quòd intelligatur ſatisfacta, & quietata de
dote ſua, dicendum eſt de conditione negatiua, & non
impleta, legatariam, non poſſe habere vſumfructum: im
pletur autem, vel liberando hæredem à dote per accep-
tilationem, vel præſtando cautionem Mutianam de nōn
petendo dotem, per text.in l.Mutianæ.de condit.& de-
monſtrati.& ibi Barto.& alij, & hoc maximè procedit,
quando legatum eſt vnum ſub ſimplici conditione con
ceptum, & non annuum cum dictionibus temporali-
bus, donec, quouſque ſteterit vidua, &c.& debet offer-
ri hæc cautio etiamſi non petatur, & antequàm præſte-
tur, non oritur actio. Ruin.conſilio 81.colum.fin.conſil.
34.colum.prima, nume.4.lib.1.bene declarat Bald.in l.
fin.colum.1.num.ſecundo, de indi.vidui.tol.& ibi Sa-
lyc.nume.3.in legato annuo non eſſe neceſſariam cau-
tionem, quia hæres habens continuò ſoluere eſt cautus
exceptione, quàmprimùm non durat viduitas, & an-
nuum legatum pro primo anno eſt purum, ita legata-
rius ſtatim admittitur ſine cautione, Ruin.conſil.190.
colum.1.nume.4.lib.2.ex hoc autem annuo legato fru-
ctus quos perceperit annorum præteritorum, ſi nupſe-
rit, non reſtituit quinimò non ſolutos repetit Bald.d.l.
fin.num.2.perceptos verò ex legato ſimpliciter condi-
tionali, ſi contrauenit petendo dotem, vel ſi non nupſe-
rit ſit conditio, & ſecundo nubendo reſtituere tenetur.
Pariſ.conſil.95.nume.53.lib.2.& Ruin.conſi.84.colum.
pen.num.12.lib.2.& ſic reddat quod acceperat, Bart.in
d.l.Mutianæ.ſub num.1.& latè Bero.conſi.29.ſub num.
101 17.lib.2.onus † item illud, intelligatur ſatisfacta & quie-
tata de ſua dote, ſi acceptauerit vſumfructum, eam ex-
pellit à petitione ſuæ dotis, quæ etiam eſſet maior quan-
titate vſusfructus: quia ſic importat acceptatio, cum
onere etiam maiore.l.Imperator.in princip.de legat.2.
l.ſi legatarius.de legat.3.& clarius in l.Titia.cum teſta-
mento.§.qui in vita.de legat.2.ibi glo.in ver.portione,
ita in terminis conſuluit Deci.conſil.299 col.fin. verſi.
decima concluſio.Aym.conſil.174.col.pen.nume.9.&
latè Ruin. conſil.79.lib.2. vbi non poteſt ſe adiuuare
quòd fuerit mulier ignorās & læſa ſit, vt dictum eſt poſt-
quàm acceptauerit legatū cum onere. Non repetit etiā
ſi apparet ex teſtamento dotem ei debere reſtitui, quan
do elegerit aliam vitam quàm vidualem, Capra conſil.
58.ſiquidem ſpōte hæres offerret, & ſolueret vxori ſuam
dotem, quia poteſt renunciare ſuo fauori, non dicere-
tur defecta conditio, & vſusfructus adhuc deberetur,
ſicuti bene probat.Ang.Aret.de teſta.gloſ.47.incip.&
dotes ſuas non repetierit, vt per Gualden.de art.teſtan.
tit.6.cau.61.& Rolan.à Vall.firmat non eſſe defectam
conditionem, in conſ.74.num.28.lib.2.

102 Cæterùm relinquendo † vxori legatum alimento-
rum, vel vſusfructus, ſi nihil dixerit teſtator de dote vxo
ris, poterit ea quidem legatum conſequi, & ſuam dotem
repetere, per text.in l.1.§.ſciendum, de rei vx.act.bene
diſcurrendo firmat Caſtr.conſil.224.legatum prædictū,
lib.2.Capra idem tenet conſil.72.col.penul.num.18.&
Rolan.à Vall.conſ.74.num.26.lib.2.& tract.de inuent.
fol.164.num.14.& ſequent.etiamſi eſſent diuerſa capi-
tula relictorum vxori factorum, & in vno capitulo eſſet
facta prohibitio repetitionis dotis, in alio non exiſtens
in caſu huius capituli, in quo non ſit facta dictæ repeti-
tionis prohibitio, legatum & dotem poſſet repetere, vt
ſubtiliter per plura probat Socin.conſil.10.col.6.& ſeq.
lib.1.ſentit idem Cuman.conſi.22.teſtator, quem ſequi-
tur Nat.conſi.379.ſub num.2.

103 His conſequens eſt, & frequenter occurrit † quòd
maritus vxori faciens plura legata plurium & diuerſa-
rum rerum in vno legato vnius rei, putà alimentorum,
vel vſufructus bonorum, vel habitationis domus expri-
mit conditionem honeſtæ & vidualis vitæ vxoris, ſi, vel
donec, & quouſque honeſtam vidualem vitam duxerit,
vel, ſi, & quouſque ſteterit cum filijs ſuis: ſi ſuam dotem
non petierit, tenendo eam in communi: cum filij, aut
ſimiles, & in legatis aliarum rerum, puta domus, fundi,
mobilium ſuarum veſtium, & iocalium, vel certarum pe
cuniarum nihil dicit de tali conditione, in his autem le-
gatis aliarum rerum vtrum intelligatur repetita dicta
conditio, quæſtio eſt non modici momenti, & non pa-
rum varia & perplexa. Pro cuius reſolutione non di-
grediendo ipſam propoſitam quæſtionem, breuiter di-
104 cendum eſt. Primò quòd † repetitio conditionis aſcri-
ptæ legato vnius rei facta ad legata aliarum rerum, di-
gnoſcitur, & ex verbis, & ex mente teſtatoris. Ex ver-
bis, quando vno contextu, & conſtructu verborum, &
vna oratione continuata vno verbo principali diſpo-
ſitiuo recta & compoſita, & conditio, & res, de quib. eſt
q.continentur, tunc conditionis repetitio dicitur facta
ad omnes res ita ſimul legatas, vt l.Seię.§.Caio.de fund.
inſtrum.& l.in repetendis.de legat.3.& vtrobique latè
Barto.declarat, quod pertinet ad noſtram quæſtionem,
quando eſt identitas perſonarum & rerum diuerſitas,
vt ibi in ſecunda columna, in tertio caſu, verſi.quando-
que eſt identitas perſonarum, idem firmat in d.§.Caio.
num.1.quādo plures res ſunt copulatæ in vna oratione,
& maximè quando qualitas perſonæ congrua eſt ad res
ipſas, & conditio vna & eadem numero, poteſt vtrumq;
legatum reſpicere, non faciendo differentiam inter di-
ctionem, &, & dictionem, item, ſubiungendo ibi ſub nu.
2.de dictione, &, in oratione imperfecta dicit ſuppleri
ex præcedenti cum qualitatibus ſuis, & ſic ad repetitio-
nem conditionis, prout dixit de dictione, item, in d.l.in
repetendis, & in l.1.in princip.de publica. ex quibus li-
quet Paul.de Caſtr.in conſil.88.viſo legato, ver.ſecun-
do, facit.lib.primo, malè reprehendere Barto.de con-
trarietate circa dictionem, item, in his quæ dixit in d.
l.in repetendis, & in d.§.Caio. & malè loqui intelligen-
do maximè de dictione, item, repetitiua, vbi appoſi-
ta ſit, ſiue oratio ſit perfecta, ſiue imperfecta, quòd
inducatur repetitio, & malè ſequi eum Anch.Regien.in
ſua quæſt.53.nume.7.par.2.quoniam vbi ratio eſt perfe-
cta, in contrarium eſt vbique: doctr.Bart.in dictis locis
approbata per Alexand.conſil.117.colum.fina.in princ.
lib.primo, & conſil.66.colum.ſecunda, lib.3.Soci.con-
ſil.10.colum.6.ad fin.ver.ſed ad hoc reſpondetur, lib.1.
per l.qui fundum.ff.de contrahen. emptio.l.2.§.primo.
vi bono rapt.& l.item apud in princip.de iniuſt.idem
comprobat Nat.conſi.379.num.11.12.circa dictionem,

item, in oratione imperfecta, quod inducat repetitionem, in oratione perfecta non idem, firmant Ang. Cuma. Imo. & Roma. in dict. l. 1. in prin. de publica. maximè quando in oratione perfecta non ſit eadem ratio præcedentis orationis cum ratione ipſius ſequentis. ibi ſecundum Imo. & Roman. & ſic eſt commun. opin. doct. contra Caſtr. in dict. conſi. 88. dict. verſ. ſecundò facit. Repetitio ex verbis etiam apparet quando poſt cõditionem adiectam certæ rei legatæ, vel legatariæ ad illam rem, ad alias res legatas ſint appoſitæ dictiones repetitiuæ, puta, & vltra vel amplius legauit, &c. idem ſi in inferiori legato apponantur & repetitiua amplius, & conditio, quia ad omnia legata eidem perſonæ fit repetitio conditionis. l. ſi ſic locutus. l. ſi tibi purè. de legat. tertio. & ibi Bartol. declarat hoc habere locum quando pronomen, hoc, vel his, vel eis præcedit, vt hoc amplius, his vel eis amplius, idem poteſt dici in verbo vltra quod ſequatur relatiuum, prædicta, vel res prius relicta, vt vltra alimenta, dotem, vel prædicta reliquit talem rem, Dec. conſilio 190. colum. fin. nu. 7. & conſilio 290. num. 1. cum alijs allega. ſupra lib. 2. interpretatio. tertia, dubita. ſecunda, ſolutio. quarta. verſi. dictio vltra ita per dicta verba & vltra prædicta præſertim duplicata ad legatum certæ quantitatis pecuniarum induci repetitionem conditionis huius quandiu vixerit, & vitam vidualem & honeſtam ſeruauerit aſcriptæ præcedenti & ſequenti legato facto eidem vxori tenet Caſtr. dict. conſi. 88. in princip. lib. primo, eidem ob conditionem appoſitã per verba dicto caſu in legatis in princip. & in fine factis intelligi eandem conditionem repetitam legato facto in medio firmat Capra cõſ. 60. nu. 2. quaſi extrema medijs præbeant intellectum. l. quæſitum. §. primo. l. quiſquis. l. prædijs. in princip. & l. penult. in princip. de leg. 3. cap. ſecundo requiris. de appella. cum ſimil. à me alibi cumula.

Poſtpoſita hac ratione de medio interpretando ab extremis in hac ſpecie, quia media legata etiam cum dictione, item, erant concepta ratione perfecta & plana in ſe non indigẽte repetitione nec gloſatione, ideò per hanc dictionem, item, aliam non fieri repetitionem, & ſic contra Caſtr. in illo dicto ſupra allega. per Regien. ſecuto, eò quòd facile quidem erat teſtatori repetere, ſi voluiſſet, & quia latior in teſtamentis fit interpretatio: quapropter legata quę non habebant conditionem, donec ſteterit in domo teſtatoris & vitam vidualem ſeruauerit, vxori deberi ſolui in conſilio deciſiuo arbitris dato reſpondit Bald. conſil. 58. in reſtitutione dotis, col. 2. nu. 1. & ſeq. lib. primo, quod magis videtur eſſe de communi ſententia doct. in locis ſup. alleg.

105 Ex mente † autem teſtatoris interpretari poteſt eum voluiſſe adeſſe conditionem viduitatis vxoris legatis ei factis, in quibus dictam conditionem exprimere omiſit, ex eo quidem quod teſtator ipſe expreſſit, & prouidit caſu quo velit ſua vxor tranſire ad ſecunda vota, & ſic amplius non ſtare vidua, quid, quale, & quantum de ſuo habere debeat. Hoc igitur ſic diſponẽdo videtur excludere quòd non habeat alias res etiam ſibi legatas vti ſub conditione viduitatis comprehenſas, per regulam tritam, qui vnum dicit, aliud excludit. l. cum prætor. ff. de iudi. l. ſi maritus. C. de donat. inter vi. & vxo. cum concord. per Signorol. conſi. 231. nu. 1. & Aym. conſi. 111. nu. 4. ita in ſpecie per hanc regulam firmat Ruin. conſi. 84. col. 3. verſi. ſecundò confirmatur. lib. 2. & per doctr. Bald. & ali. in l. rogaſti. dicit in princip. ſed debet dicere. §. 1. ſi cert. pet. quòd in ſummis diſpoſitiuè prolatis intelligitur taxatiua vltra. Rui. Adduco deinceps quod not. Angel. in l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. ff. de vſur. quòd teſtator vnum nominatim promittens alia prohibere videtur, & arg. l. tranſlatio. de adim. leg. & quod dicit Corn. conſ. 47. colum. 2. ver. & ſub conditione. lib. 1. quòd teſtator promittendo duas ſummas, & aſſerendo vnam debere conſequi, de alia videtur negare. c. nónne, de pręſumpt. d. l. cum pater. & l. ſi quis ex argentarijs. §. prohibet. de eden. & clarius facit quod tradit Bald. in l. precibus. colum. 3. nume. 13. C. de impub. & alim. ſubſt. vbi aliquid certæ ſummæ, quod maritus legat vxori in aliquem euentum, puta ſi eius filius deceſſerit, taxationis vicẽ obtinet, cum plura ſine hoc legato fuiſſet vxor habitura, dicitur hoc legatum factum ad diminuendum ius eius, argu. l. alimenta. §. Baſilicæ. & l. Stichus. de alim. legat. ita ergo maritus taxando & legando vxori quantum habitura ſit, ſi denuò nubat, oſtendit ſe velle cæteris legatis eidem factis ineſſe conditionem repetitam viduitatis, quia ſic tacitè intelligi debet repetita conditio viduitatis in vxore, quemadmodum tacitè intelligi poteſt mariti licentia ei data ſecundo nubendi, vt per Rom. conſil. 218. ex themate. ſequitur Deci. conſil. 620. num. 5. Alexand. de nouo conſil. 4. ſub nume. 5. cum alijs alleg. infra. quia contrariorum eadem eſt diſciplina. l. non intelligetur. §. diui fratres. ff. de iu. fiſc. l. 1. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris, cum ſimil. in hoc dicto per Iaſo. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. col. 8. de verb. obliga. & Rip. in rubr. nume. 3. & ſeq. de acqui. poſ. & quia ex coniecturis poteſt deprehendi teſtatorem legatis vxori factis intellexiſſe conditionem viduitatis ineſſe, vt Socin. conſ. 56. col. fin. num. 7. & ſeq. lib. 3. ſequitur Pariſ. conſi. 95. num. 24. lib. 2. addo in propoſito quod dicit Bald. in l. voluntatis. col. fin. ſub nume. 10. C. de fideicommiſſ. de vxore cui relictum eſt, donec ſteterit in domo viri, nam intelligitur. ſ. in actu & habitu viduali, refert & ſequitur Iaſ. in l. 1. circa med. ver. quod confirma. C. de leg. quod not. dicit ipſe.

106 Et in ſumma † omnem tacitam repetitionem Bald. conſil. 153. quidam teſtator. num. 2. lib. 5. dicit procedere aut ratione copulæ, vel coniunctionis, vt quando plura legata ſunt copulata per dictionem, &, vel per dictionem, item, aut per per alias coniunctiones, vel quòd reguntur ab eodem verbo & determinãtur ab eodem auctu verbi regentis orationem totam, vel per eandem rationem repetendi antecedentia in ſequentibus, vt etiã ſupra explicatum eſt, & ſequitur Bero. conſil. 32. num. 8. lib. 2.

107 Deinde † & econtra Bald. d. conſil. 153. nume. 3. lib. 5. adducit tres cauſas impedientes repetitionem, vt per aduerſatiuam, ſed, vel, ſecus, & ſimi. aduerſantes orationem, & per ſeparationem diſpoſitionum & temporum, & per diuerſitatem rationum non habentium conformitatem inferendi tacitam repetitionem, vt ibi. Vnde quando ſunt ſeparatę diſpoſitiones, vel orationes, vel in vna oratione fit conditio ſimplex & momentanea, vel diſtributiua & ſucceſſiua, & certæ rei contineatur legatum, & in alia oratione perfecta contineatur legatum diuerſæ rei etiam eidem perſonæ factum, vt reliquit ſuæ vxori fundum, alimenta, vel vſumfructum, ſi non nupſerit, ſi dotem non petierit, vel donec, & quouſque vitam honeſtam & vidualem egerit, & hæc ſunt quædam ſucceſſiua facta. Item eidem reliquit domum, centum, vel pannos lini, & lanæ, & hæc momentò acquiruntur, in hoc quidem vltimo legato non intelligi repetitam conditionem appoſitam in alia oratione, vt quid non congruum & ſeparatum firmant Bartol. in dicta l. in repetendis, columna ſecunda, ver. quandoque eſt identitas perſonarum & rerum diuerſitas, & in dicta l. Seiæ. §. Caio. nume. 2. 3. & in conſil. 39. Cola. reliquit, volum. 1. & conſil. 49. teſtator reliquit, volum. 2. impreſ. Venet. quod à Barto. & Franciſ. Tigrino ſubſcribitur, & Bald. in l. fin. de indi. vidui. tol. & dictis conſil. 58. in reſtitutione dotis, nume. 1. lib. 1. & 153. numero 2. 3. lib. 5. Cuman. conſi. 22. teſtator. colum. 1. ver. nec in legato intelligitur conditio. & conſi. 47. teſtator legauit, & plenè conſi. 111. ciuis



ciuis quidam Florentinus, Fulg. conſil. 207. Franciſcus, in fin. Nat. conſilio 379. numero 12. conſilio 459. nume. 5. & ſequent. Crot. conſilio 148. in prin. conſil. 353. nume. 6. Ioan. de Ana. conſilio 8. & ibi Bologn. in addi. Capra conſilio 70. num. 8. 9. ponit Gualden. de arte teſtan. tit. 6. cau. 58. Caſtr. conſi. 275. ſuper primo, columna fina. in prin. lib. 1. firmat idem Campeg. tract. de exacti. dot. quæſtio. 60. ita eſt commun. conclu. doct. Pariſ. conſi. 87. nu. 48. lib. 2.

Idem dicendum eſt ſi legatum vxori factum habens aſcriptam conditionem viduitatis transferatur in legatum diuerſæ rei præſtandum ſimpliciter eidem vxori, vt ſi ei relicta ſunt alimenta, vel vſusfructus bonorum, donec honeſtam & vidualem vitam duxerit, & ſteterit in domo teſtatoris cum ſuis filijs & hæredibus, ſi vero cum eis ſtare non poſſet eidem vxori reliquit talem domum pro ſua habitatione, & talem fundum, & tantam pecuniarum ſummam, vel quid ſimile de conditione viduitatis: alia mentione non facta, licèt Deci. conſilio 190. colum. 3. verſ. quinto comprobatur, videatur tenere vigore tranſlationis eſſe factam repetitionem conditionis legati tranſlati in legatum tranſlationis per l. legatum ſub conditione. de ali. lega. & l. Caio. in princip. de ali. & cib. lega. & etiam vigore ſubrogationis per l. generali. §. penultim. de vſufru. lega. ita arg. Ruin. conſil. 53. num. 5. lib. 2. tamen contrarium eſt verius & tenendũ prout in terminis latè probãdo tenet Alex. conſi. 66. lib. 3. & præter eum euidenter probatur, nam cum conditio viduitatis aſcripta primo legato vſusfructus cohęreat perſonæ vxoris, intantum quòd ipſa cum ſua perſona eam non implente & ſeruante viduitatem non deberetur ei legatum auct. ſi cui. de indi. vidui. toll. quamobrẽ ſecuta dicta tranſlatione repetita conditio non videtur quæ fuit in perſona mulieris neceſſaria dicit text. in d. l. legatum ſub conditione, & ibi gloſſ. & Bald. niſi conditio perſonæ cohæreat. Pręterea conditio primi legati intelligitur repetita in tranſlatione facienda in aliã rem, hoc procedit quando tranſlatio fit in diuerſam perſonam: ſi vero in eandem perſonam non ſubintelligitur, vt per Caſtr. in l. legatum ſub conditione de conditio. & demonſtr. quatenus dicat ne ſit ſuperflua per l. ſi tibi certam. de ali. lega. ſuperflua quidem eſſet conditio, quia cùm ea non fuiſſet tranſlatio, quæ ideo ſuperflua fuiſſet in eadem perſona, & vltima ſcriptura ſi eam contineret, non ſeruaretur, prout eam ſimpliciter ſeruari mandat, text. in dict. l. ſi tibi certa. in l. ſi mihi. §. in legatis. de l. 2. in l. ſi quis in principio. de lega. 3. in l. non ad ea. de condit. & demonſtra. ſic & dict. l. Caio. in prin. de ali. lega. loquitur in legato tranſlato in alium, non in eundem legatarium, quia tunc ſumus in vltima ſcriptura teſtamenti, quę debet ſpectari & attendi, prout loquitur dict. l. ſi tibi ad l. generali. §. pen. de vſufruct. leg. Reſpõdetur, quòd loquitur in ſubrogatione, cuius materia diuerſa eſt à tranſlatione, vt patet per l. tranſlatio. de alimen. lega. cum dict. l. legatum ſub cõditione, ideò in parte contraria argumentando allegat, & poſteà tenet contrarium Rui. dict. con. 53. ad hæc tamen dilatatæ ſunt reſponſiones per Hippol. Rimi. conſi. 111. & in ſubſcript. ibi ſubſequ. conſil. 112. per alium bene eruditum doct. Ferrarien.

His communibus Bart. & ali. theoricus de conditione viduitatis non repetita in alijs legatis ſeparata oratione perfecta factis eidem vxori de alijs rebus non refragatur, quod dicere tentauit Caſtren. conſil. 11. ſuper primo quæſito. ſub numero 3. ad fin. lib. 2. & aliqui eum ſequuntur, quòd dictæ theoricę non habent locum in †
108 conditione viduitatis, quia eius defectus videtur offendere maritum etiam mortuum, & eius animam ex illo dicto ſatis vulg. in ore doct. aſſumpto ex §. quæro. in auth.
109 de nupt. quòd † per tranſitum vxoris ad ſecundas nuptias contriſtatur anima mariti.

Quoniam reſpondetur dictas theoricas principaliter loqui de dicta conditione viduitatis non de eius defectu, ſed de eius ſicut aliarum repetitione non facta in alijs legatis, vt in hoc etiam ipſe Caſt. cum alijs concordatur, d. conſi. 275. colum. fin. in princ. lib. 1. & conſil. 9. ſup. fin. lib. 2. cùm enim per theoricas iſtas deprehenditur viduitatis conditionem non eſſe repetitam in aliquibus legatis à marito teſtatore vxori factis, tunc ei legata hæc purè relicta dicuntur. l. 1. de cond. & demonſt. ſubinde ſequitur, quòd ei libertas eſt nubendi, & relicta retinendi prout diſponitur in l. fœminæ. C. de ſecund. nup. & de hoc nulla lex eſt tale quid dicens quòd anima mariti contriſtetur. in §. optimum. in auth. de non eli-
110 gen. ſec. nub. quod enim † lex non loquitur, neque iuriſconſultus, neque imperator poteſt facere ſimpliciter, vt ſub lege contineatur, eſt ſingulare dictum Bart. in l. 3. ad l. Pomp. de parricid. refert Soci. conſ. 30. col. 2. verſ. item patet. & conſil. 33. col. 3. verſ. tertio. lib. primo, text. vero
111 in dicto. §. † quæ vero, loquitur in legato vxori facto ſub prohibitione & conditione, ne nubat, & demum text. ille nihil dicit de anima mariti contriſtata ob tranſitum vxoris ad alias nuptias, niſi quòd imperator ibi auferens iuramentum quòd vxor habens relictum ne nubat volens illud percipere, præſtabat ſe velle nubere cauſa ſobolis procreandæ, de quo in l. ſecunda, de indi. vidui. toll. & non ex hoc mota, ſed ex neceſſitate carnali iurabat, & in promptu inducebat periurium tale adijciendo iuſiurandum quod Deum ſimul & defuncti animam contriſtaret, ita ibi ſcriptum eſt, ecce ergo quòd tranſitus ad nuptias non contriſtat, ſed promptum periurium vxoris, ita quod lex non probat non credo. Verũ inquit Bald. in l. ſi vt proponis. ſub numer. primo. C. de rei vendica. cum alijs ſimil. per Aymo. conſil. 90. ſub nu. 2. At remiſſa Theologis reſolutione dubitationis, an defunctorum animæ contriſtando vel lætando poſſint ſcire geſta hominum huius ſeculi, vnum pro comperto habeo, quòd imperator in d. auth. de nupt. non ſenſit neque decidit hanc dubitationem, ſed legem cõdidit, qua melius quo poſſet cautum eſſet volũtates defunctorum ſeruari in relictis factis, vxoribus prohibitis ad aliud venire matrimonium, & dum exprimit defuncti animæ triſtitiam inferri & ſe velle defuncti animę mederi, intelligitur de voluntate defuncti diſpoſita in teſtamẽto, iſte eſt intellectus gl. ibi in §. nos igitur. in verſ. animæ, id eſt voluntati, exponit glo. namq; abſonum non eſſet quoad noſtrum vltimarum voluntatum interpretem, defuncti animam dici teſtatoris volũtatem, habeo primum gloſ. nunc alleg. teſtimoniũ: deinde percipi poteſt ex his quæ circa mentem teſtatoris latè ſcripſi ſupra libro ſecundo, interpret. quarta, dubitatio. prima, ſolut. prima. Vbi igitur conditio viduitatis repetita in alijs legatis nõ eſt per dictas Bar. & ali. theoricas, ea purè percipit vxor, & ſi iterum nuberet, iure id faceret, & iniuriam nec Deo, nec hominibus faceret ſecundùm ll. de ſecund. nupt. & in dict. auth. de nupt. & cap. penult. & fin. extra de ſecund. nupt. Cephal. conſi. 500. num. 15. & ſequent. merito rationes Caſt. d. conſil. 11. fragiles etiam appellat Nat. dicto conſ. 459. ſub numero 6. & habetur in dict. conſil. 111. & 112. per Hippol. Riminal. & ſubſcrib. & contra Caſtr. in illa ratione de legato vſusfructus in vita filij, & de proprietate in ſubſtitutione poſt mortem filij, quòd conditio viduitatis non ſit repetita, eſt deciſio Bald. d. con. 153. ſub nu. 3. verſ. modo in caſu noſtro. li. 5.

112 Enimuero iuris eſt certi, vt † vxor relictum à coniuge ſibi factum percipere & conſequi poſſit, & conſecutum non amittat, ſeruare debet vitam, conditiones, & modos appoſitos in teſtamento tamen in loco, quàm quoad

quoad alia,vt per Oldr.dr.dict.conſil.213.Capra.conſil.
139.Ruin.conſ.42.numer 10.& ſequent & conſ.46.col.
3.& conſilio 43.colum.2.& conſilio 49.colum.2.lib.2.
Socin. Iun.conſ.110.nu.3. & ſequent.lib.1.Ang.Aret.de
113 teſta.gloſſ.46.nu.3.& ſequen.vbi per † actus inhoneſtos
& cõuerſationem ſuſpectam vxor debet priuari, eadem
priuatio fit exigẽdo dotem, ſub cuius dotis non petẽdæ
conditione fuit ei relictus vſuſfructus, Bero.con.29.nu.
15.per tot.lib.2.& conſilio ſequen.30.idem tradit non
114 † competere actionem pro legato ſub conditione vitæ
honeſtæ,quam non obſeruauerit inhoneſtè viuendo, &
hoc poſſe probari per teſtes ſingulares circa actus inho-
neſtos, vt ibi numero 17.addo in terminis Bald.conſil.
207.quia dicta domina.lib.4.idem Bero.dict.conſ.32.
nu. 10. & ſequent. eo. & cum alijs concord.per Tira-
quel.in l.boues.§.hoc ſermone.de verb.ſing.in reg.nu,
149.& Gabr.Roma.de commun.opin.lib.3.titul.de ſe-
cund.nupt.conclu.prima,nu,12.Adeò quòd etiamſi vi-
tam mutaret de inhoneſta ad honeſtam,vel de nupta ad
viduam, non reuiuiſceret actio ad legatum ſemel amiſ-
ſum, etiamſi intraret religionem, Bald.in l.Titius.in
princip.ff.de excuſ.tuto.refert Bero.d.conſ.30.nu.2.idẽ
tenet Socin.Iun.dict,conſi.110.nu.9.addo Spec.tit.qui
fil.ſint legitim,§.primo,col.antepenult.verſi.quid ſi ac-
115 cepit,vbi tradit † eam cui erant legata alimenta quouſ-
que vidua eſſet denuò nupta, & ſic amiſit legatum, &
poſteà iterum effectam viduam nõ poſſe redire ad ſuos
pro alimentis conſequendis vigore teſtamenti, niſi in-
quantum ſit mater & egena alenda foret,allegat.l.ſi ſer-
uus legatus. in fin.de ali. lega.& l. dotis promiſſio.de
iur.dot.

116 Sponſalia † tamen per viduam contracta non faciũt
deficere conditionem viduitatis, quin interim per-
ſiſtere poſſit in conſequendo relictum à defuncto mari
to factum,vt plene probat Bero.conſi.31.per tot.lib.ſe-
cundo,per l.ſolet in fin.ff.de his qui not.infa.& ponde-
rando verba tex.in l.prima.C.ſi.ſecund.nupſ.& alia dif-
fuſe & reſpondendo contrarijs,vt ibi per eum,& Gabr.
Roma.conclu.5.nume.9.de ſecund.nupt.lib.3.de com-
mun.conclu.

117 Idem † ſi vidua ingrediatur monaſterium, & efficia-
tur monacha dicitur & magis honeſtè & caſtè viuere &
vitam agere conformem deſiderio mariti defuncti, &
conſequenter percipere debet relictum ſibi factum ſub
conditione viduitatis: ita ſingulariter determinat Bal.
in l.Deo nobis.in prin.colum.fina.num.9.C.de epiſc.&
cleri.pro ſingulari etiam ponit Cremen.ſing.142.ſimi-
liter & conſequi debet alimenta ſibi à marito relicta Pe.
Pec.de teſta.coniug.lib.5.cap.10.ſub nume.5.verſi.quid
autem ſi vxor.

Verum quandoque non oportet viduam aliud cu-
pientem experiri matrimonium timere ſe fore perdi-
turam relicta ſibi à primo marito, vel etiam ea ſe teneri
ſeruare filijs primi matrimonij.Namq; hoc accidit quã-
118 do † maritus in teſtamento dat licentiam vxori tran-
ſeundi ad ſecunda vota, quia tunc denuò vidua maxi-
mè vltra annum luctus nupta liberè retinet relicta, ad
text.in §.diſponat.in auth.de nupt.& tenent doct. nunc
allegandi,de hac autem licentia cõſtare poteſt expreſsè
& tacitè.Expreſsè cõſtat, vt ſi vir dicat,Nolo quòd vxor
mea amittat proprietatem eorum, quæ lucratur à me,
licet conuolet ad ſecundas nuptias, idem contrà dicat
vxor de marito,hæc eſt expreſſa gloſſ.iuncto tex.in verſ.
ſiue vir.in §.duo igitur,qui procedit d.§.diſponat, vnde
per hunc tex.dicit Bal.in l.filium quem habentem, co-
119 lum.ſecunda, nume.4.C.famil.erciſcun.quòd † teſta-
tor poteſt in teſtamento facere, ne vxor ſecundo nu-
bens incidat in pœnam ſecundarum nuptiarum, com-
probat poſt Caſtr.ibi Iaſo.colum.6.in princip.refert &
Bald.pulchrè conſilio 336.iuxta caſum, num.3.libr.pri-
mo, & in l.prima, colum.pen,ſub num.6.C.de ſecund.
120 nupt.qui tenet in quæſtione de † marito relinquente
vxori mille, ſi ſteterit vidua, & quingenta, ſi tranſierit
ad ſecunda vota, quòd ſecundo nubendo elapſo anno
luctus habebit quingenta, quia teſtator poteſt ei remit-
tere pœnas legales,& nullitatem ſtatuti inductum in fa-
uore mariti, vt dict.conſi.336.& Rom.conſi.218.ex the-
mate conſultationis, col.1.qui hoc latè probat, & Cre-
men.ſing.74.ſi maritus. Socin.in reg.331.mulier quæ
infra in 2.fallen.Boër.deciſ.185.num.20.31.Gualden.de
arte teſtan.titu.6,cau.18.nume.2.cum alijs, per Cephal.
conſ.59.nu.7.& quos citaui con.117,nu.31.& nu.47.lib.
1.vbi idem eſſe doct.tradunt: ſi enim licentia habeatur
à filijs primi matrimonij,ſic denuò nubẽdo vidua retine
bit liberè relicta ſibi à primo marito.

Tacitè etiam ſicut expreſsè ſufficit haberi licentia ta
lis tam à marito,quàm à filijs primi matrimonij,vt in al-
leg.locis doct.volunt,& de ea ſufficit apparere ex conie
cturis,probat Pariſ.conſi.95.nume.23.cum præceden.&
ſequent.lib,2.vnde ſi maritus legando dixerit, quòd ſua
vxor poſſit tenere rem legatam toto tempore vitæ ſuæ,
coniectura eſt, quòd etiam teneat tempore quo nupſe-
rit, & ſic teſtatorem intellexiſſe, & Corn.conſilio 180.
ad fin.lib.4.& cum de vno plurium legatorum vxori fa-
ctorum diſpoſuerit poſt mortem vxoris & filiorum expri
mendo de filijs vxoris non habentis filios ex teſtatore,
ſignum eſt teſtatorem voluiſſe vxorem accepturam fore
alium maritum, ex quo habitura ſit filios, ita per Corn.
conſi.308.colum.2.eo.idem ex tali legato,item reliquit
ſuæ dilectiſſimæ vxori ſcuta duo millia libera & expedi-
ta, in quo ſtatu permanere voluerit, ex facto reſpondi
dict.conſi.117.nu.31.& ſequen.& apparere licentiam da
tam legatariç tranſeundi ad ſecunda vota,& ſic eam per
uentam iterùm ad ſtatum coniugalem poſſe liberè di-
ctum legatum obtinere, vt ibi latiſſimè demonſtraui, &
ita obtinui.Addo quòd hæc verba in quocunque ſtatu
velit permanere,ſiue nubere velit,ſiue nolit nubere in-
telligit Bald.in l.pactum,col,fina.in 20.quæſtio.num,15.
C.de collati.

Cum enim maritus, vt dictum eſt, poſſit relinquere
121 † vxori, daréque ſimul ei licentiam ſecundo nubendi,
ſiquidem relinquendo tales qualitates relicto apponat,
& aſſerat, quibus vxor ſecundò nubendo etiam ſtanti-
bus filijs primi matrimonij relictum liberè poſſit re-
tinere,vt ſunt ea, quæ vxor ex aliqua cauſa non lucrati-
ua acquiſiuit à marito,puta ex emptione,permutatione,
ſocietate,locatione,vel ex ſeruitiorum,aliarúmque ſua-
rum rerum receptione:quia de tali cauſa aſſertioni mari
ti abſq; alia probatione ſtãdum eſſet ad effectum talem,
quòd vxor etiam denuò nubendo iſta acquiſita poſſit ha
bere,vt per Bal.in auth.in donatione.in fin.C.de ſecun.
nupt.cum poſſit & maritus dare licentiam vxori nuben
di,ita per not.à Barto.in l.ſi fortè.ff.de Caſtr.pecu.licet
non ſic clarè in relicto facto propter ſeruitia adducit
Tho.Gram.in conſil.ciui.153.Addo circa illud de quo
poſſit quis validè diſponere, ſtari eius aſſertioni per d.
doctr.Bart.pulchrè declarat Dec.conſi.20.col.2.& ſeq.
Guid.Pap.in quæſt.95.& huiuſmodi aſſertioni ſtari poſ-
ſit, vbi maximè cõiecturæ accedãt de veritate aſſertorũ,
Tiraq.in l.ſi vnquã.ver.donatione,n.100.& ſeq.de reuo
ca.dona.de alijs autẽ circa 2.nubẽtes remitto actorem
ad Gabr.d.tit.de ſecund.nup.li.3.de com. conclu.

Quæſtio notab.& aliquando contingens ſubſequi-
tur, quam etiam vidi ex facto agitari, maritus reliquit
vxori vſumfructum omnium ſuorum bonorum, donec
honeſtam,caſtam, & vidualem vitam ſeruauerit & caſu
quo voluerit nubere, reliquit ei centum aureos, euenit
eam ab hæredibus mariti fuiſſe accuſatam de vita inho-
neſta, vt priuaretur vſufructu.Contentione ſuper hoc
pendente mulier iſta ſecundò nupſit,& petijt aureos cẽ-
tum



tum ſibi relictos,conditione impleta,quia nupſit.

Poſito nunc pro vero quòd inhoneſtam vitam forſan
duxerit, an legatum aureorum centum debeatur.Vide-
tur non deberi, quia vidua exiſtens dicitur eſſe & perſe-
uerare in primo matrimonio.l.filij.§.primo, ff.ad mu-
nicipal.Bart.in l.fin.num.2.C.de verb.ſignifi.Gui.Pap.
quæſtio.379.380.ſic turpiter viuẽdo facit iniuriam viro
mortuo, & debet perdere legatum, Ang.Aret.tract.te-
ſtam gloſſ.46.numero 5.Salyc.in l.fideicommiſſum nu.
4.C.de fideicommiſſ.Sequitur Io.Lope.in rubr.§.11.nu.
7.de donatio.inter vir.& vxo.Cephal.conſilio 504.nu.
16.Contrarium breuiter puto verius.ſ.dictum legatũ de
beri, quoniam id apparet factum ſub conditione ſecun-
darum nuptiarum demonſtrata per illam particulam,
caſu quo voluerit nubere ſignificantem futurum euen-
tum l.itaque ff.ſi cert.petat.tradit Corn.conſilio.14.co-
lum.1.verſ.quia illa verba,& conſ.96.colum.3.verſ.& in
terminis, lib.1.cum alijs relatis per Aym.conſil.258.in
princip.& in colum.penult.qua quidem conditione pen
dente, & prætẽſa iniuria illata marito teſtatori poſt eius
mortem,duo hęc inferuntur:primum quòd voluntas te-
ſtatoris per eius mortem firmata cap.cum Marthæ.§.cę-
terum ſicut.de celebr.miſſ.non poteſt dici tacitè reuo-
cata cum poſt mortem amplius non redeat voluntas.l.
prima, C.de ſacroſanct.eccleſ.& deſinit eſſe ambulato-
ria ſic ceſſat ratio.l.4.de adimen.leg.quare tunc aufer-
tur legatum non ex tacita reuocata voluntate teſtatoris,
ſed propter ingratitudinem & indignitatem legatarij,&
fiſco applicatur legatum per text.in l.prima, ff.de his,
quibus vt indig.& ibi Bart.declarat proprie.l.3.§.fin.de
adimen.leg.de legato amittendo ex tacita voluntate te
ſtatoris reuocata habere locum quando cauſa ingratitu-
dinis committitur viuo teſtatore:mortuo autem iniuria
illata facit legatarium indignum, & ingratum:vnde le-
gatum applicatur fiſco, idem Bart.Bald.& Salyc.expli-
cant in l.fideicommiſſum,C.de fideicommiſ.per gloſſ.
in l.ſororẽ.C.de his quib.vt indig,& ibi expreſsè Caſtr.
in fin.& ſequitur Corn.in colum.fin.Alterum eſt quod
infertur, namq; & iſto caſu dictum legatum non potuit
applicari fiſco, quia legatum conditionale ſicut non
tranſmittitur ad hæredes, ita non tranſit ad fiſcum per
gloſ.in verſ.præſens.in l.non ad ea.de cõdit.& demõſtr.
firmat Alexan,in l.ſi marito in princip.verſic.an autem
actiones.ſolut.matr.dicens Doct.ſequi illam gloſ.expri-
mendo in legato conditionali & in vltima voluntate,
comprobat Boſſi.tract.crimin.titul.de bono.public.ſub
num.14.& ſequent.ſæpius replicat non tranſitorium ad
hæredem, non tranſire etiam ad fiſcum, & hæc penitùs
refutant contrarium ſupra adductum, quod locum ha-
bet in legato ſimplici & purè facto,ſecùs eſt in conditio
nali legato,per hæc quæ nũc dicta fuere,at modò fiſcus,
nec aliquis poteſt impedire, quin dicta legataria adim-
pleta per eam conditionẽ nubendi cõſequatur legatum
ſibi factum cùm iſtud habeat ex voluntate teſtatoris,qui
talem conditionẽ apponẽdo voluit eam exiſtere, prout
appoſuit,per gloſ.in l.2.C.de condit.inſer.probat Pariſ.
conſ.8.nu.25.lib.3.videtur & text.in l.facta.§.ſi verò tur
pis.ff.ad Trebel.& voluit attendi tempus futurum,ſ.exi-
ſtentiæ conditionis,ſentit Bart.in l.cætera.§.primo.nu.
ſecundo, de leg.2.Quo ſane tempore exiſtentiæ condi-
tionis ſufficit eſſe capax volens conſequi relictum ex te
ſtamento dicta l.cætera. §.ſed ſi ſub conditione.l.eum
qui.de condit.& demonſtr.Alber.in l.intercidit.nume.
2.eo.Caſtr.conſil.301. prædicta columna prima. in fin.
verſic.ad primum.lib.ſecundo, Socin.conſil.81.colum,
quarta,ſub num.17.verſic.7.lib.tertio, Bero.conſil.103,
numer.ſexto,lib.ſecundo, medium tempus, qualis fue-
rit legatarius non attenditur,dicta lege intercidit,& ibi
Bar.& Bald.de condit.& demonſtr.maximè ex vita in-
honeſta cùm redierit ad vitam honeſtam,& caſtam, ſic
nubendo per l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Treb.
ibi Bart.ad fin.Caſtr.Alexan.& alij not.& Cephal.conſi.
500.nu.16.& ſequent,vbi in ſpecie adducit,quæ confe-
runt caſui iſto,ceſſat verecũdia & iniuria fictè viro mor-
tuo illata per ea quæ tradit Ripa in l.fin.quæſt.67.num.
224.226.loquens in patre habẽtem filiam meretricem,
quæ redierit ad vitam honeſtam intelligi remiſſam ve-
recundiam & iniuriam ei, quòd ſit effecta capax bono-
rum paternorum per iura ibi d.nume.224.alleg.per Ri-
pam.quem ſequitur Couar.in cap.Raynutius.in princi.
ad num.19.in fin de teſtam.idem & magis tenẽdum eſt
in marito mortuo,cui mortuo non verè,ſed fictè dicitur
ſic per vxorem illata iniuria Bald.in dicta l.ſororem.nu.
2,C.de his quib.vt indign.& ibi Alexan.ſub num.3. Ce-
phal. d.conſil.500.nu.46.Hoc enim ipſum etiam vide-
tur eſſe de voluntate mariti teſtatoris,qui pœnam inho-
neſtæ vitæ, cùm iam appoſuerit priuationem legati vſus
fructus vniuerſalis, aut cui relictum. C. de indi. vidui.
tollen. non cenſetur voluiſſe eãdem pœnam vitæ inho-
neſtæ inflictam eſſe etiam ad priuationem alterius reli-
cti centum aureorũ in tempus honeſtæ vitæ, ſed eſſe ſe-
mel commiſſam argum.l.inter ſocerum§.fin.ff. de pact.
dot.& l.cum pater.§.pater certam.ibi,ceterùm ſi poſtea
&c.de leg.ſecundo,& l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem.
de legat.3.& l.ſanctio legum.ff.de pœn.vbi pro eodẽ de
bito quis non debet mulctari duplici pœna,ſed & ita in
propoſito dicendum eſt,relictum vſuſfructus generalis
per vitam inhoneſtã eſſe amiſſum,& aliud legatum cer-
tæ quantitatis per conditionem impletam ducendi vi-
tam honeſtam per nuptias ſecundò contractas ſecundũ
communem traditionem Doct,in d.§.cum proponere-
tur. eſſe debitum legatariæ ex voluntate teſtatoris ſic
multipliciter demonſtrata & tali interpretatione adiu-
uanda fauore matrimonij publico ob ſobolẽ procrean-
dam,l. hoc modo. de cõditio.& demonſtr.l.ſecunda. ad
fin.C.de indi.viduit.tollen.l.1.ſolut. matr. Cephal. dict.
conſ.500.nu.47.& fauore ſimul animæ legantis hac ſua
charitatis opera ab errore relictam vxorem reuocantis
arg.c.inter opera.de ſponſ.& mat.

Quid inſuper importet quámve iuris interpretatio-
122 nem capiat hæc † facultas,quam perſæpe teſtatores con-
cedunt vxoribus vſufructuarijs, vt poſſint & valeant di-
ſponere,vendere & alienare mobilia,& de eis facere,vt
eis videbitur & placebit,ſuper hoc in ſpecie interpre-
tando ex mente teſtatoris,& iuris diſpoſitione, Alexan.
conſil.58.habita ſuper narratis.colum.penult,& fin. lib.
3.putat vſufructuariam, dolo, ſeu animo euertendi, &
fraudandi reſtitutionem rerum vſumfructum alienare
non poſſe in præiudicium proprietarij,argum.l. Titius
& ibi not,& l.imperator.ad Treb.quia in generali pote
ſtate,& facultate conceſſa non venit dolus,neque facul
tas dilapidãdi abſque rationali cauſa in præiudicium al-
terius,l.creditor.§.Lucius.ff.mãda.l.ſi ſeruus vetitus. de
legat. 1. cum ſimil.& facultatem huiuſmodi intelligi ar-
bitrio boni viri,& non importare liberam voluntatem,
ſeu liberam poteſtatem Bart.in l.alio.col.3,nu.8.de ali.
123 lega.& in dubio † verba potius important arbitrium bo
ni viri,quàm liberam voluntatem.l.cũ filius.§.pater. de
leg.2.& ibi Bar.& latè declarat Guid.Pap,in queſt.475.
in iure. vbi infert ad interpretationem quæſtionis ſimi-
124 lis, quando † teſtator, ordinat quòd hæres ſuus faciat
ad libitum ſuum de bonis ſuis mobilibus, & pecunijs,
& dicit vidiſſe in camera conſilij ſimilia verba intelligi
& interpretari,provt ibi declarat, ſecundùm quòd im-
portant quandoque liberam voluntatem, quandoque
arbitrium boni viri, vnde ſubiungit ibi Alexand.dicto
conſilio 58.colum.penult.ad fin. quòd vbi vſufructua-
ria vendidiſſet bona fide, non teneretur ad reſtitutio-
nẽ pretij, quod ſic ex re particulari diceretur habuiſſe
ex vltima voluntate, argum.l.tribus.de vſufruct.ea, re.
quæ

quæ vſu conſu.& per ea quæ tradit Deci.conſil.497.in
125 fin.& † in re particulari pretium non ſuccedit loco rei, l.qui vas.§.furti. de furt.cum ſimilibus, quando verò concludit ibi Alexand.d.conſil.in fin.vendidiſſet mala fide, & dolo, poterit id conſtare ex coniecturis,& indicijs, quorum probatio iudicantis arbitrio committitur. l.dolum.C.de donat. vt ibi per eum, & idem in ſimili ſpecie concludit Corn.conſi.173.colum.3.verſi.ſed dubium facit.lib.3.conſulendo pro hæredibus proprietarijs contra vſufructuariam,quòd per facultatem à teſtatore ſibi conceſſam vendendi pro libito voluntatis, & prout ſibi placuerit, non ſignificatur abſoluta voluntas, ſed arbitrium boni viri.l.Thais.§.ſorore.& l.Lucius. de fideicommiſ.libert.& non poteſt vendere,niſi appareat aliqua iuſta cauſa alienandi, puta indigentiæ, vel ſi res mobiles fortè tempore pereunt, & conſumuntur, vel ſi qua alia iuſta cauſa doceri poſſit, quæ ſic arbitrio boni viri cenſenda ſit iuſta, vendere poteſt,& non aliter, ita dicit ibi Corn.qui quidem poſteà in conſil.64.in caſu præſentis conſultationis lib.4.facta mentione etiam de dicto ſuo conſilio, quod fecerat pro dictis ſuis hæredib.
126 proprietarijs contra eos conſulendo concludit † legata de bonis mobilibus & immobilibus vigore dictæ facultatis diſponẽdi facta per dictam vſufructuariam ad pias cauſas valere etiam poſt mortem ſuam in iure proprietatis interpretando pro validitate actus, & pro pia cauſa,per capit.cum tibi.de teſtam.& ibi Canon. tradunt, idem probat Soc.conſil.210.ſatis anceps fui in fin.lib.2.
127 quòd vbi data ſit † facultas vendendi & diſpenſandi, & non dicatur in quam cauſam, quod in dubio cenſeatur commiſſum,vt diſpenſet in pias cauſas per tex.& tradita in d.cap.cum tibi.& Bartol.in l.1.ſub nume.64.verſi. ſed prædicta ſunt vera.de ſacroſan.eccleſ.tenet,& Abb. conſil.110.num.1.2.lib.2.latè diſcutit Angel.conſil.201. inter cætera, debet etiam vti bona fide, in diſpenſando ad pias cauſas, quòd diſpenſetur verè pauperibus, aliàs non valet diſpenſatio, vt latè tradit Capr.conſ.54.num. 12.vſque ad finem, & quando debeat reſeruare quartam partem hæreditatis fideicommiſſario, Bero.conſil. 101.num.9.lib.2.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Alimenta & relicta ſunt diuerſæ formæ. vide verb.legatum alimẽtorum & de materia,etiam ex verbo alimenta à quo.*

2 *Legatum alimentorum eſt diuerſæ farinæ, eundem fauorem habentis.*

*Et de tribus formis legandi alimenta ſecundùm Bald.ſ.per modum diſpoſitiuum, & quæ verba ſint diſpoſitiua quæ ſunt & dicuntur clara, vt ibi.2.per modum conditionis implendæ,quandoque per modum modi,& vt ibi latè.*

3 *Legatum certæ quantitatis pecuniarum factum alicui ad alimenta interpretatur relictum alimentorum,quod demonſtrat ſic factum proprietatem quantitatis pertinere ad legatarium.*

*Fallit ſi adeſſet adiectio quòd mortis tempore pecunias reſtituat.*

*Et quando redditus pecuniæ debẽt ſtare penes hæredem, vel legatarium.num.3.*

4 *Legatum alimentorum dicitur factum vxori,teſtatore iubente per hæc verba, quòd ſui filij debeant ali penes eorũ matrem,vel vnà cum eorum matre.*

*Idem dicitur quòd ſit legatum alimentorum relinquendo vxori habitationem cum filijs,quia ei cenſentur legata alimenta.ibid.*

*Amplia etiam ſi eſſet alia perſona quàm mater, putà amita, vel patruus, ſi tamen pauper eſſet, vt ibi per authorem, & quare.*

5 *Item eſt legatum alimentorum relinquendo vxori gubernium domus, ſiue ea verba accipiãtur paſſiuè, ſiue actiuè.*

6 *Idem dicendum tale importare legatum, quod in caſu viduitatis habeat regreſſum ad domum teſtatoris vnà cum filijs teſtatoris,quibus etiam mortuis aliud non importat quàm alimenta in totum vel in partem.*

*Eſt legatum alimentorũ grauando hæredem vel legatarium de tenendo & tractando aliquem vti filium, quia videtur illi legaſſe alimenta.*

*Et quare. 7. Item vt eum educet. Item, vt præſtet ſuum viuere.*

*Item relinquendo alicui tantum, vt poſſit ſibi facere expenſas.*

*Item relinquendo centum,vel fundum, vt commodius ſe ſuſtentare valeat:& hæc omnia ibidem habentur.*

8 *Legatum alimentorum, ſiue pauperi, ſiue diuiti factum, ſemper reputatur ad pias cauſas, ſic quando relinquitur pauperi tantùm.*

9 *Legatum alimentorum quoque interpretatur factum pro neceſſitatibus ſuis alicui ad congruam ſuſtentationem.*

10 *Item dicitur legatum alimentorum, ſi commendetur Petrus hæredibus teſtatoris,quia ſi ſit Petrus pauper pro neceſſitate ſuæ familiaris rei, vel ſuæ perſonæ poteſt petere ab hæredibus ſibi opportunè ſubueniri.*

*Et eſt legatum magis priuilegiatum quàm aliud alimenta ſimplex.*

*Et quare ibidem.*

11 *Item dicitur legatum alimentorum, etiamſi non exprimatur cùm reperiatur factum pauperi:maximè quantitate legati,& qualitate perſonæ inſpectis. Maximeq; quando eſt annuum legatum.*

12 *Item legatum eſt alimentorum vxori factum relictæ dominæ patronæ vſufructuariæ liberis,ſ,inſtitutis ex conſuetudine Bulg. & de differentia quando ſit alimentorum vel vſusfructus etiam reſpectu publicationis bonorum,& quomodo ibidem,vide.*

13 *Legatum alimentorum, an & quando poſſit eſſe multiplicabile,vt quia vir legat vxori alimenta,deinde aliàs eidem alimenta reliquit, hoc ſecundum modicæ eſt vtilitatis ſecundum Guald.& quòd valeat,& ſecundùm auctorem contra Guald.duabus rationibus pulchrè colligitur,vt ibid.& num.ſeq.*

*Fallit primo quòd non eſſet multiplicabile ſi eidem in ſuo teſtamento ſit relictum per hæredem primi teſtatoris eidem prius alimenta relinquentis.num.16.*

*Secundò fallit, ſi in quolibet teſtamento adſit conditio expreſſa,ſi legatarius ſteterit in tali loco habeat alimenta, & loca ſint diuerſa,vt ibi.*

14 *Legatum alimentorum continet debitum in genere conſiſtente in his quæ pondere, numero, menſurave conſtant: functionem inuicem recipientes:& tunc regula non impedit in duabus cauſis lucratiuis concurſum obligationis & ſolutionis ex teſtamẽtis diuerſorũ,declarando, vt ibi.*

15 *Legatum alimentorum debetur ei,qui vel ex artificio, vel alio modo habet alimenta,& vnde ſe alat, & vt ibi latè declaratur.*

17 *Legatum in cauſa alimentorum relictum debetur ex minus ſolenni teſtamento.*

*Alimenta cui & quibus ſint præſtanda.vid.verb.legatum alimentorum omnibus.*

18 *Legatum alimentorum omnibus poteſt relinqui, qui edere,bibere poſſunt,ſiue ſint libertini,ſiue ingenui,ſiue pauperes,ſiue diuites,artifices,vel inertes:item condemnati ad metallum, nunc ad triremes capere poſſunt,nec conſideratur ius an capere poſſint,vel non,ſed factũ an comedere,vel bibere poſſint,& vt ibi. Itẽ fratres minores ſunt capaces talis legati: non tamen annuum habere poſſunt, & quare. Item & vxor per ſtatutũ prohibita acquirere à viro. Item & ſpurius,& nil vltrà,quòd quidẽ legatum debetur etiam patre prohibente præſtari,quia habens cogeretur præſtare,& vt ibi latius habetur.*





19 *Dos relicta filiæ ſpuriæ per patrem ei debetur, & præſtanda eſt modò nõ ſit exceſſiua, aliàs poſſet diminui arbitrio boni viri,& reduci ad dotem ſpuriæ conuenientem.*

20 *Legatum factum alicui, vel vxori, & nil exprimatur pro alimento, an,& quando præſumatur pro illis,factum.*

21 *Et factum mulieri habenti magnam dotem nõ præſumitur pro alimentis.*

22 *Legatum alimentorum factum alicui, ſi ducat vxorẽ, non intelligitur factum vxori, quia eſt perſonale, & perſonã non egreditur.*

*Quid ſi ſit factũ Ioanni & eius vxori, quæ reperiebatur tempore teſtamenti comprehenditur,& non alia prima deficiente; ſecùs ſi aliquam non habeat eo tempore quia tũc de quæcunque futura etiam intelligeretur factum alimentorum legatum,ibid.& quando fiat extenſio de perſona ad perſonam,& de materia ibid.latè.*

23 *Legatum alimentorũ continet habitationem,vnde & vxor cum marito legatario poterit habitare.*

24 *Alimenta ampliora præſtanda ſunt ei, qui inter plures alimentarios ſit charior, & magis dilectus teſtatori.*

*Alimenta à quo ſint præſtanda. vide verb.legatum alimentorum ab hærede.*

25 *Legatum alimentorum ab hærede primo ſi ſint alia legata, ſunt præſtanda: & debet probari quòd ſit hæres, aliàs abſoluetur,niſi eſſet filius declarando vt ibi,& an neceſſaria ſit aditio hæreditatis,vt tale legatum debeatur.*

*Quid quando ſunt plures hæredes,pluresq́; alimentarij.ibid. & de facto iudicis quod reputatur factum teſtatoris.*

*Quidve ſi vnus debet conſequi alimenta à pluribus, quomodo poteſt obtinere vt vnus conſtituatur qui ſoluat pro alijs,quid ſi quis ſuorum hæredum deſierit eſſe ſoluendo, quid ſi ſit ſoluendo, & de his diuiſionibus alimentorum præſtandorum.vide ibi.pulch.num.26.*

27 *Alimenta præſtanda ab vno ex hæredibus nominatim per teſtatorem,vtique is teneretur ſolus,quo defuncto deberentur ab eius hæredibus, ſecùs in hærede vſufructuarij, quia nec ab eo deberentur,nec ab hærede proprietarij,vt ibi latè diſcutitur.*

28 *Alimẽta præſtanda ex bonis communibus, puta cum fratre, & filijs ſint tantùm hæredes inſtituti,deberentur præſtari non à fratre, ſed à filijs tantùm inſtitutis.*

29 *Alimenta præſtanda ſunt quoque à ſubſtituto, cùm nominatim etiam eſſet impoſitum hæredi ea præſtari, pariter & fideicõmiſſario eſſent præſtanda, & quare ibi cum nu. ſeq.ex decurſis alimentis intelligitur, quia de alijs hæredes tenentur,vt in legatis annuis tenentur, quid in penſione eccle.vide ibid.de hac materia latè.*

30 *Legata danda ab hærede inſtituto debent ſolui à fideicommiſſario cum dicantur fideicommiſſarij hæredes quoad quædam, vt ad onera teneantur ſicut hæredes: quod intelligitur de alimentis decurſis poſtquàm agnouit fideicommiſſum, cùm de alijs hæredes teneantur qui habuerunt fructus hæreditatis ſic, & in legatis annuis, non ſic dicen.eſt in penſione eccl.vt ibid.*

31 *Penſio eccleſiaſtica præterita an debeat ſolui ab hærede inſtituto,an verò à fideicommiſſario,& quòd ſit in electione penſionarij,an velit exigere contra hæredes prædeceſſoris, an contra ſucceſſorem.*

32 *Alimenta interdum ſunt præſtanda à legatario, cui teſtator prælegauit fundũ vel ſimile, vt ex eius redditu præſtet victum alicui, & de quinque caſibus quibus legatũ alimẽtorum è legatario præſtatur,& eo defuncto ab eius hæredibus, quibus defunctis res remanet libera legatario,& quomodo cognoſcatur legatarius, & nudus miniſter ad ea diſtribuenda legata.*

33 *Alimẽta quoque poſſunt diſtribui à nudo miniſtro,aut executore,ſeu commiſſario deputato ſic in teſtamentis,vt ſit plurium diuitum cum ampla authoritate vendendi pro ſoluendis legatis,& vt ibi.*

34 *Alimenta quoque ſunt præſtanda ab vſufructuario, quando teſtator mandauit ab eo de vſufructu præſtari alicui alimenta.*

35 *Alimenta tandem ſunt præſtanda ab omni poſſeſſore etiam fiſco,ad quem bona perueniant omnibus alijs deficientib. ex quibus bonis percipienda erunt quod maximè procedit in alimentis præſtandis ex certo fundo,vt eius poſſeſſor teneatur etiam actione perſonali.*

*Alimenta quid continent, vide verb.legatum alimentorum continet.*

36 *Legatum alimentorum continet,& ſub eo venit quicquid eſt neceſſarium homini ad viuendum alio nomine dicuntur,victus & expenſæ,& quid ſigillatim veniat, vide expreſſum ibi cum nu.ſeq.*

37 *Alimenta legata continent ſub ſe cibaria veſtitus & habitationem, medicinas, & lectum, expenſas in inſtruendo pro ſcientia vel arte addiſcenda.Medicos,veſtes, calciarium & aquam vbi ſit venalis,& vt ibi latius.cum nu.ſequentibus.& ligna ab igne pro coquendis cibis,& calefaciendi in hyeme.ſub habit.veniunt ſcamna,tabulæ, & vaſa ad coquinam, ad menſam, & alia multa, de quibus num.41.42.*

*Fallit quia prædicta non venirent, teſtatore cibaria tantum relinquente & exprimente,& vt nu.43.*

38 *Victus appellatione veniunt medicinæ.*

39 *Pubertas fauore alimentorum dilatatur,vt in maſculo ſit vſq; ad annos 18.in fœmina,14.& quando toto tempore vitæ intelligatur,maximè cum ſit filius vti alendus.*

40 *Alimenta continentur ſub illis verbis vt illum gubernet & nutriat vti generalibus verbis, & continentur tunc omnia quæ ſub alimentis veniunt, vt ſupra verba alimenta legata.*

41 *Alimenta quoq́; continent ſub ſe vltra prædicta in verbo alimenta legata, continent ligna ab igne pro coquendis cibis & calefaciendi tẽpore hyemali, ſcamna veniunt,tabulæ & vaſa,ad coquinam,ad mẽſam,& alia inſtrumenta ad quotidianum vſum parata, veſtimẽta lanea,linea, ſerica,bõbegina,camiſiæ,cingula,clamis,tapeta, coopertoria,diploides,culcitræ,& vt ibi latius.42.*

42 *Veſtimentorum appellatione quæ veniant.vide latè.ibid.*

43 *Legatum factum de cibarijs alicui,vel de expenſis oris, de menſa parata, de platto ſeu plattantia,de victualia, de parte ex tinello,vel de edendo & bibẽdo, quod idem ſignificant,quæ ſunt eſui & potui neceſſaria, tunc cibus tantùm debebitur,& non quæ veniunt ſub alimentis.*

44 *Alimenta quantum capiant & quantũ pro eis ſit tribuendum, videndus eſt modus loquutionis teſtatoris & multa alia ſunt conſiderãda:de quibus latiſſimè ponitur per auctorem & declaratur vſque ad verſic.ſextò ex quibus,& num.70.vſque,& quando à iudice ſint taxanda & quomodo.*

45 *Alimenta annuatim relicta non veniunt taxanda per aliquem,quãdo teſtator ipſe ea taxauit,vt quando tantam pecuniam,tantum frumenti,vini,olei, & lignorum relinquat:quod eſt attendendum vti planum & clarum.*

46 *Alimenta relicta de vino frumẽto oleo & lignis quæ ex tali prædio naſcantur annuatim,cenſentur à teſtatore etiã taxata, tuncq́; quid ſi minora fuerint præſtita annorum quàm fuerint fructus recollecti, quid quando deficiet ex ſolito recollectu,declara vt ibi latius habetur.*

47 *Alimenta quando ſint conſequẽda de fructib.certi fundi, cuius fructus ſi non ſufficiant, expectantur fructus ſequentis anni.*

48 *Alimenta quomodo ſint præſtanda quando teſtator nil de eis diſpoſuerit, quod appareat: vide pulchrum enucleatum ibi.*

49 *Alimenta filiæ ex facto teſtatoris taxantur pro modo legatæ dotis,quia legando alimẽta,& dotem,taliter videtur dilexiſſe in alimentis ſicut in dote,intelligẽdo vt ibi quãdo vires dotis ſufficerent,aliter dic vt ibid.*

50 *Alimenta vxori relicta taxantur ſecundùm quantitatem*

dotis legata, & his caſibus non eſt locus arbitrio boni viri, & quare, & quando iudex hoc agere debeat.

51 Iudex quando taxare debeat alimēta relicta alicui aliqua demonſtratione non apparente per teſtatorem, & de tribus conſiderationibus inſpiciendis circa hanc taxationē.

52 Alimenta taxantur vbi non appareat taxatio vel demonſtratio per teſtatorem, per iudicem.ſ.tribus cōſideratis.ſ. perſona & dignitas teſtatoris, perſona & dignitas legatarÿ, & patrimonium teſtatoris, & de vnaquaque latius diſcutitur num.ſeq.

53 Alimenta pinguiora & ampliora conceduntur ex dignitate & opulentia teſtatoris dantis & relinquentis, vt de comitiſſa Mathilda & Alexandri magni dicitur.cum ſeq.

54 Mathilda comitiſſa fuit liberaliſſima, quæ dicebat concedere aliquantulum terræ quæ erat tenimentum triginta milliariorum.

55 Alexander magnus donauit ciuitatem pauperi reſpiciendo ſuam dignitatem, non illum pauperem.

56 Alimenta reſpectu dignitatis & charitatis legatarÿ tribuun ur quandoque vberiora, quandoque tenuiora, minora vel maiora, & conſiderătur ſecundùm perſonæ conditionem, nam aliter militi, aliter ruſtico, aliter ſeni, aliter iuueni, cum num.ſeq.

Et quando debeantur de ſuo proprio patrimonio, vt pupillo, & quando de ſuo tamen ſubiecto reſtitutioni, & quando de bonis, an de ſuis dubitatur, & quando de bonis alterius, declarando, vt num.57.

58 Et in taxandis alimentis quòd conſideretur conſuetudo regionis.

An veniant veſtes pretioſæ quod non, ibi.

Et dantur maiora vel minora ætate creſcente, iuxta quam ſit conſideratio.ibid.

59 Alimenta quando taxantur, complecti debet & ſeruus, ſeu ſerua, & quando hoc procedat, ſcilicet requirente hoc qualitate legatarÿ. Idem & pro familia eius dicitur, & de ratione.

60 Legatum factum vxori, de eo quod ſibi comparauerat, confecerat, comprehendit veſtem quam ancillis eius comparauerat.

61 Priuilegium conceſſum hoſpitali pauperum comprehendit & eos qui ſeruiunt pauperibus & de ratione. ibi.

62 Alimenta taxanda ſunt iuxta patrimonium & facultates teſtatoris, & fructibus tantis non exiſtentibus hæres non tenetur vendere proprietatem, debent enim ſolui ſecundùm quantitatem proprietatis. & num.ſeq.

63 Et quòd non præſtanda ſint ſi aliquo anno colligerentur fructus, etiamſi res hæreditariæ eſſent magni pretÿ, vt turres, Palatium, & quando proprietas poſſet vendi pro illis.

64 Alimenta ſunt taxanda legatario detracta legitima, & fructibus eius quæ debeatur deſcendentibus teſtatoris, cum legatario non debeat aſſignari alimentorum quantitas de fructibus legitimæ deſcendentium teſtatoris. Idē videtur dandum de bonis emphyteuticis, & ex fructibus, & de omni ære alieno prius deducendo, & de ratione, & de alÿs prius detrahendis, & de materia hac latiſſimè habetur.cum num ſeq.

65 Hæres ſi ſit filius debet prius detrahere alimenta pro ſe & alÿs deſcendentibus defuncti, & de reliquo alimenta legatario dare.

66 Victus quòd non ſit arctandus proprius, ſcilicet propter alimenta matris vel alterius qui ali deberet, quia nō tenetur niſi largas habeat facultates ad victum vtriuſque.

67 Hæres ob inuentarium non confectum non tenetur præſtare legatum alimentorū vltra vires hæreditatis, & quare, vide ibi. pulchrè.

Idem in legato vſusfructus. ibi.

Et de arbitrio boni viri regulando ſecundùm leges, & quomodo leges præſumunt malè contra non conficientē inuentarium, quod tamen nil officit in caſu iſto, vt latius & pulchrè deciditu hæc materia per auctorem.

68 Alimēta præſtanda ſunt iuxta facultatem hæreditatis defuncti, ſic lege dictante & ſubintelligente, quod eo magis procedere habet ſi hoc teſtator expreſſerit, vt quòd præſtentur ſecundùm poſſibilitatem, ſeu vires ſuæ hæreditatis, & ſimilibus verbis, vt ſit plurimum, tunc id ſeruandum eſt, & non vltra.

69 Alimenta vt taxentur per iudicem, ſunt proponendæ circunſtantiæ illi de qualitate, de conditione perſonarum, & de conſuetudine loci & regionis: quando tamen clarè probari debent, quibus receptis per iudicem debet declarari, & quando his declaratis de vno poſſit iudex taxationem augere vel minuere, ibi habetur.

Alimenta ex quibus rebus ſint præſtanda & percipienda. vide verbum, legatum alimentorum præſtandum.

70 Legatum alimentorum præſtandum eſt ex fructibus & redditibus bonorum teſtatoris quæ ſint tranſitoria ad ſuos hæredes, & quòd proprietas non ſit vendenda pro ſoluendo legato fructibus non ſufficientibus, fallit tribus caſibus, vt num.73.cum ſeq.

71 Alimenta ſemper reſpiciunt redditum ex quo ſunt ſoluenda non de proprietate.

72 Alimenta quando ſunt relicta ex quantitate pecuniarum, non debet pecunia ea expendi in alimentis, ſed debet poni ad licitum lucrum apud mercatores, ex quo ea percipiantur alimenta.

Idem poſſunt percipi ex lucro mercatoris & tranſfici per teſtatorem dimiſſi & relicti in ſuo patrimonio, vt mercatores Ianuentes, Veneti, Florentini conſueuerunt facere. ibidem.

73 Proprietas & ſubſtantia patrimonÿ pro ſoluendis alimentis legatis, poteſt vendi quatuor caſibus, & ſic contra regulam.

Quando & primo ſunt præſtanda ei qui futurus eſt dominus bonorum, ſecundò pro conſeruandis ſeruis hæreditarÿs.

Tertiò quando quis eſt rogatus ad reſtituendū de bonis quod ſuperſuerat.

Quartò, quando legatarius eſt de perſonis, quas teſtator tenebatur alere.

74 Alimenta percipi non poſſunt ex bonis emphyteuticis, liuellarÿs, fideicommiſſarÿs, & feudalibus quando non ſint tranſitoria ad hæredes, & eſt commun.opin. ſicq; tale legatum non valet.

Et quando valeat & non valeat ex bonis emphyteuticis diſtingue, & dic latius, vt ibi pulchre habetur. nu.75. quid quando eſt noua, quando antiqua, quando mixta emphyteuſis.

Et quando valeat, & non valeat tale legatum ex bonis feudalibus diſtinguendo, dic vt ibi, aut eſt nouum, aut antiquum, aut mixtum, aut eſt hæreditarium, vt latius & pulchrè hoc diſcutitur. num.76.

Et quando tale legatum non valet, nec etiam pro anima factum valebit. ibid.

77 Alimenta legata alicui percipienda ex tali & certo fundo ſimpliciter quilibet poſſeſſor eius etiam fiſcus tenebitur præſtare legatario qui ius habet obligationis ſuper illo fundo obligato pro legato, ex qua actione poſſeſſor feudi etiam conueniri poſſit. Quid quantitate ex tali fundo non expreſſa, quantum debeatur. ibidem vti quodammodo quid conditionale, & quid quando ſit expreſſa, & de ratione diuerſitatis quando ſit expreſſa, vel non.

Quid ſi facta ſit promiſſio aut relictum certæ quātitatis annuæ de redditibus non demonſtrato certo prædio, ſi tota promiſſio & quantitas aliquo anno non fuerit percepta ex redditibus ſit ſuppletio in pecunia. ſicq; promiſſum genere non perÿt & ſuppletur.78.

79 Legatum de certa ſumma pecuniarum pro victu & veſtitu alicuius præſtandum ex fructibus certi prædÿ, integra ſumma erit per hæredē præſtanda ipſi legatario, & quare, & aliūde ſit ſuppletio, nec expectatur ex vbertate futurorum



annorum accedente voluntate teſtatoris. vt ibi cum num ſeq.

80 Et de teſtatore dicēte, Lego fundū quòd debeat dicere obligo fundum Titio.

81 Alimentorum præſtatio non patitur dilationem.

82 Intellectus l.Lucius ff.de alim.legat.

83 Legatum de prædio alicui factū vt ſe alat ex fructibus eius, vel habeat modum vnde viuat, vel pro eius alimētis, vel ſimili cauſa alia expreſſa non ſolùm fructus prædÿ, ſed & proprietas eius legata intelligitur ad hæredes legatarÿ tranſitoria.

Fallit vbi legatarius non eſſet capax proprietatis, ſed alimētorum, vt in damnato in metallum, in fratribus minorib. & ſpurio. ibid.

84 Legatum ſpurio factum alimentorum valet & poſt eius mortem res legata, etiamſi ſit dos relicta ſpuriæ omninò debet reuerti ad hæredes patris relinquentis, quod nec præſcribi poteſt ſpatio 30. annorum pro re illa ſibi acquirenda.

85 Alimenta legata per teſtatorem habentem bona communia cum fratre, cui nil reliquerat, at de eius conſenſu & præſentia nepoti in domo pro dimidia de bonis ſuis, & pro alia de bonis fratris inſtitutis filÿs vniuerſalibus hæredibus ipſius teſtatoris, quibus ex bonis legatarius nepos & qua actione experiri poſſit, vt alimenta conſequatur, dic & declara pulchrè, vt ibi.

86 Alimenta relicta præſtāda ſuper re quæ perÿt, vel ex ſecūdo ſi redditus rei non ſufficiant ad alimenta, & quando hæres teneatur ſupplere, vide, & declara tamen vt per auctorem diſtinguentem, habita prius tamen Alber.opin. ſi res ſit totum patrimoniū teſtatoris, vel certa conſtituta à teſtatore domino, vel non domino ad alimenta, vel iure proprietatis, & ſi alimenta ſint taxata à teſtatore, vel iudice: quæ omnia latius & pulchrè diſcutiuntur per auctorem. ibid.

Alimenta quando ſeu quanto tempore ſint præſtanda, vide verb. legata alimentorum quando.

87 Legatum alimentorum quando ſeu quo tempore aut quāto ſit præſtandum, reſpectu legatarÿ toto tempore eius vitæ præſtabitur, ſi teſtator nullam conditionem aut tempus præſcriptum appoſuerit, ideò non magis vno tēpore quàm alio debetur.

Nec capitis diminutione finitur.

Fallit ſi ab vſufructuario eſſent præſtanda, quia finirentur eo mortuo, & ſic vſufructu finito. ibi.

88 Alimēta præterita tempore aliquo decurſa non habita poſſunt peti à legatario vti debita abſq; alia interpellatione à legatario etiam ignorante, etiam cōditione poteſtatiua per eum non adimpleta reſtituend. & clauſula generali, etiamſi aliunde fuiſſent præſtita, & ſi fuerint præſtanda in domū, nec ſteterit per alimentarium. Nec longa taciturnitate cenſentur remiſſa, nec præſcripta ob malam fidem debitoris etiam ſui actoris, idemq; dicen. in vſufructu prædicto, conſequēdo æſtimationem, ſi fuerunt cōſumpti fructus & vt ibi latius & num.89.

90 Alimenta præterita quomodo peti debeant an & quando res ipſæ vt vinum, frumentum, niſi præſtare debens fuiſſet in mora: quia tūc æſtimatio earum petetur, hoc quia ſic me expedit eas habere nunc prout tunc, ſecus non ſic, ita vt habitatio temporis præteriti quæ ad præſens retrotrahi non poteſt medicinæ præteritæ, quas nūc me habere non expedit cum ſim ſanus, tunc eorum æſtimatio erit petenda, & vt ibi latè dicitur.

Et fuit doctrina Barthol.

Et de perfectiori intelligentia Bart. quòd voluerit ſentire nō de ſpecie eadem ſoluenda pro alimētis, cum ſint tales res quæ tempore ſunt perituræ, vt de carne recenti, caſeo, ouis, piſcibus, aqua venali, & ſimilibus in companatico conſideratis quarum omnium æſtimatio erit petenda pro præterito tempore, non eadem res aut ſpecies, & vt per authorem ibid. hæc omnia declarantem. num.91.

92 Alimenta quando ſunt legata ſimpliciter alio non apparēte quòd debentur toto tempore vitæ legatarÿ, quādo tamen ſint præſtāda an initio anni, vel alio tempore id cōſtare poteſt, aut ex voluntate teſtatoris tacitè, vel expreſſe, aut legis diſpoſitione, & quando dicantur hæc eſſe cum exemplis ad materiam latiſſimè hoc diſputatur per auctorem. cum num.ſeq.

93 Legatum alimentorum ſemel præſtandum, ſi non habeat certum diem, non præſtantur, niſi poſt interpellationem factam modico ſpatio adiecto.

94 Alimenta præſtantur diſpoſitione legis, omiſſo hoc à teſtatore, vel dietim vel in menſem vel in annum, declarando vt ibi pulchrè.

Et de veſtimento relicto vxori præſtando in principio anni cautione præſtita de reſtituendo illud in ſtatu quo erit, aut æſtimationem, tunc faciēdam quando nuberet, & vt ibi de materia latè dicitur.

95 Legatum alimentorū in dubio præſumitur annuum, etiamſi eſſet factum ad certos annos, puta decē, & continet plura legata, pro primo anno eſt purum, pro ſequenti anno conditionale, ideoq; hæc in initio cuiuſq; anni præſtātur, & vt ibi latè habetur.

96 Alimentorum taxatio relictorum viduæ debet fieri in principio anni.

97 Alimenta relicta perſonis in vniuerſali non morituris, vt pauperibus, nam ſemper habētur tunc annua & in principio anni debent præſtari: & de ratione ibi. ſi perſonis in particulari vt vxori, fratri, Titio, quoad cibaria & comeſtibilia dantur de menſe in menſem quoad veſtimenta & calciamenta de anno in annum, prout his indigebit legatarius, & vt ibi dic.

98 Alimenta poſſunt peti in iudicio tempore etiam feriato, & quare. ibi. quando aliunde non habeat, & non ſe alat legatarius, & à ſentētia lata eorum cauſa non appellatur, nec admittitur quoad effectum, ſ.ſuſpenſiuum, & dic vt ibi latè.

Alimenta vbi ſint præſtanda. vide, verb. legatum alimentorum vbi.

99 Legatum alimētorum vbi & in quo loco ſint præſtanda, cū nil ſit dictum in quo loco ſtare vel habere ea debeat, tūc habebit ſtando vbi velit, & an & quando hæres liberetur aſſignando vnam de ſuis domibus vxori legatariæ in qua poſſit decenter, & honeſtè morari.

Et quòd legatarius non cogatur morari in eadem domo cum hærede.

Et quid ſi legatarius vellet ſibi ſolui penſionē vnius domus ab hærede pro habitatione, etiāſi eſſet ſolitus morari cum teſtatore. cum nu.ſeq.

100 Hæres habens duas domos commodas teſtatoris, non cogitur alienam domum conducere aſſignando vnam ex domibus prædictis vxori teſtatoris legatariæ, in qua poſſit decenter morari, legatario penſionem pro vna domo petente.102.

101 Legatarius non cogitur accipere alimenta, & morari in eadem domo cum hærede.

103 Alimētarius aſſignata ſibi commoda domo pro habitatione non poteſt ſub legato alimentorum habere penſionis ſolutionem pro habitatione domus, & morari vbi velit.

104 Alimenta vbi ſint ſoluēda, an in domo hæredis, an legatarÿ habentium diuerſa domicilia, & quando in loco domicilÿ hæredis aliter non apparente de voluntate teſtatoris tacita vel expreſſa, & quādo ad domum legatarÿ. Quid ſi ſint taxata à teſtatore. Quid de his taxandis à iudice, & quid ſumptibus neceſſarÿs pro his deferendis ad legatarium & latius de hac materia pulchrè diſcutitur. cum num. ſeq.

105 Alimenta ſunt præſtāda in loco domicilÿ hæredis aliter nō apparente de voluntate teſtatoris expreſſa vel tacita.

At illa quæ poſſunt portari ad domum legatarÿ vt pecuniæ

ſine expenſis quæ ſint pro alimentis ſoluendæ eo in loco debentur.

Si ſumptus requiritur vt frumentum, vinum, dabit hæres in domo ſua & legatarius poſteà portabit ad domum ſuam. ibidem.

106 Alimenta taxata à teſtatore non diſponente de eorũ aſportatione, in dubio videtur voluiſſe ſolui vbi de iure communi ſolui debent.

Quid in taxandis à iudice, & dic vt ibi fiendam eſſe conſiderationem etiam ſumptuum neceſſariorum pro alimentis aſportandis conſideran. vt ibi declaratur.

107 Alimenta debent dari vbi degit alimentarius, ne interim in itinere periret.

108 Legatum ſcholari ſtudẽti Paduæ vel Bononiæ in ſubſidium ſui ſtudij debet id præſtari legatario in loco vbi ſtudet, tum ex tacita mente teſtatoris, tum fauore ſtudij.

109 Alimenta legata vxori vel alij conditionaliter ſi & quouſque ſteterit in domo teſtatoris, vel in domo cum ſuis hæredibus: vel nominatim cum aliquo cum quo habitãt, vel ſeparatam inhabitationem & ſeparatim alimenta. Idem eſt ac ſi relinquat alimenta cum hæredibus ſuis vel filijs ſuis.

Et tunc interpretatur vt legatarius non ſolum debeat morari in eadem domo cum hæredibus, ſed & quòd debeat comedere & bibere cum eis. ibid. nec dicitur morari niſi ſit commenſalis, & hoc fauore hæredis grauati, vt ibi latiſſimè explicatur cum nu. ſeq.

110 Legatum alimentorum alicui vt moretur & habitet cum hærede importat vt ſit eius commenſalis, nam tunc dicitur eum velle cum hærede habitare, non ſi velit particulam domus pro ſe non pro modico tempore.

111 Alimenta legata conditionaliter ſi vel donec ſteterit, debẽt præſtari in domo potius hæredis, quàm extra, cum ea cõditio ſit poſita fauore hæredis grauati minori incommoditate ac impenſa faciliori.

112 Alimentarius alendus in domo hæredis, quia ſit dictum ſi ſteterit in domo debet pro conditione ſuæ perſonæ operas aliquas obſequiales præſtare vbi manducat ad beneficium hæredis, & ibi non ſtare tanquam corpus mortuum.

113 Alimentarius poteſt quandoque conſequi legatum ſuum alimentorum extra domum, ſeu alimentaria, non ſtando cũ filijs quando caſu vel facto eorum cõtingit hoc abeſſe, caſu vt morte filiorũ: quo caſu durat legatum perpetuo fauore alimentorum, de quo fauore ibid. multa.

Amplia ſi ſteterit caſu fortuito etiam contingente in perſonam legatarij, ſic teſtatore diſponente, & vt ibid.

Et quando facto eorum cum quibus debet morari, euenire dicatur, dic & declara vt ibi latius. vbi de multis cauſis non habitandi ſimul exprimitur per iudicem diſceptandis & cognoſcendis.

114 Alimentarius debet probare & ei incumbit onus hoc quòd non potuit habitare & morari ſimul cam hæredibus, & quia hæ indignationes & odia malè poſſunt probari, ideò admittitur probatio per famam viciniæ & extra per teſtes ſingulares, & vt ibi habetur.

115 Alimentarius poteſt habere alimẽta extra domum, non obſtante teſtamẽto quando id eſſet inductum fauore ipſius, vt quia eſſet minor, debilis, infirmus, adeò vt auxilio hæredũ indigeret, quia tunc poteſt fauori ſuo renuntiare: ſicq; habebit extra domum habitationem, & reliqua.

116 Alimentarius cui ſunt relicta alimenta ſeparatim & habitatio quando dimiſſa habitatione domus poſſit petere alimenta extra domũ & de ratione diuerſa habitationis & victus ac veſtitus, & quomodo hæc intelligũtur & de materia, vide ibid. latè.

117 Alimentarius non poteſt quandoque habere alimenta extra domum quando non ſint probatæ cauſæ iuſtæ non habitandi cum filijs hæredibus teſtatoris, & non ſint ſeruatæ conditiones appoſitæ, item eo vel ea continente cauſas, vt debeat à domo expelli.

Item ea extra domum conſequi non poteſt, quando fuerunt relicta commodo hæredũ, vt eorum negotia adminiſtret & gubernet eos infantes indigentes opera legatarij, cùm id relictum magis tũc videatur pro mercede datũ quàm dono, ex quacunque ergo cauſa deficiat conditio morandi cum hæredibus talibus ceſſat relictum. 118.

119 Item nec extra domum peti aut cõſequi poſſunt, quãdo tale relictum habitationis in domo & alimẽtorem factum ſit cum hæredibus infraſcriptis, & ſi facto dictorum hæredum legatarius habitare non potuerit quòd habeat extra domũ alimenta aucta pro duobus alijs, & primo hærede inſtituto mortuo non potuit per eum dici culpa cõmiſſa, & legatarius tenebitur morari etiam cum ſubſtitutis nec extra domum petet alimenta & quare ibidem vide.

## DVBIT. XI.

SVPER alimentis legatis non parũ quoque frequens eſt circa iſta præſertim.

I. An ſint legata.
II. Cui.
III. A quo.
IIII. Quid.
V. Quantum.
VI. Ex quibus rebus.
VII. Quando.
VIII. Vbi ſint præſtanda alimenta.

1 Primo an ſit † legatum alimentorum videndum & ſciendum eſt, quòd diuerſæ ſunt formæ legandi alimenta, eundem tamen fauorem habentes ſecũdùm Ang. in l. cum hi. §. ſi integra. ff. de tranſact. & iam ibi Bal. expreſſerat tres eſſe formas relinquendi alimenta, vel tres caſus, ſ. quandoque per modum diſpoſitiuum aliter non exemplificando, ſed vt per Corn. conſil. 311. col. prima, verſic. & ex diſſolutione lib. primo, quòd verba diſpoſitiua ſunt, ita dicẽdo: Habeat victum & veſtitum, vel, Reliquit Titio alimenta, tunc enim ſunt verba clara, à quibus non eſt recedendum per l. ille. §. cum in verbis, & l. non aliter. de legat. 3. dicit Corn. d. conſil. 32. in princip. Bald. ſubiungit quandoq; per modum conditionis implendæ, & quandoq; per modum modi, quoquo autem modo dixerit teſtator, etiam diſponit, dummodò reſpiciat fauorem alterius quàm implere debentis per l. 2. C. de his quæ ſub mo. dicit Corn. d. conſil. colum. prima, d. ver. & ex diſſolutione, etiãſi dicatur extrinſecum onus, vt alimẽta præſtentur, vt l. cum pater. §. 1. & ibi gloſſ. de
2 l. 2. Vnde † relictum certæ quantitatis pecuniarũ alicui factum ad alimenta interpretatur relictũ alimentorum, not. Bal. in d. §. ſi integra. ſed aduerte relictum ita factũ ad alimenta demonſtrat proprietatem quãtitatis relictę pertinere ad legatarium per l. 4. in princ. & l. pen. in fin. de ali. l. & l. Proculus de vſufruct. & ibi per Bald. & Ang. Gualden. de art. teſtan. tit. 6. cau. 23. nu. 2. & per tex. in d. §. ſi integra, ſi non adeſſet illa adiectio, & mortis tẽpore pecunias reſtituat, & ibi firmat Fulgoſ. nu. 2. qui melius quàm faciat Iaſ. ibi, percipit mentẽ Ang. quia ibi Ang. reſpondeo l. fundi. Trebatiani. de vſufru. leg. remanet
3 vltimo in hac differentia, † ſi redditus pecuniæ ſit relictus pro alimentis, pecunia debet ſtare penes hæredem, vt tenet in prima ſolutione per d. l. fundi. ſi verò pecunia ſit relicta, ex cuius commodo ſe alat legatarius, debet remanére penes legatariũ ipſum cum cautione de reſtituendo poſt mortem, & ſic finita cauſa alimentorũ, ibidem Caſtr. probat num. 9. per tot. titul. de vſufru. ea. re. quæ vs. conſu.

Atque ſi ita verba teſtamenti ſe habeãt, voluit & iuſ-
4 ſit quòd ſui filij debeant † ali penes eorum matrem, vel vnà cum eorum matre, exinde legatum alimentorum intelligitur etiam eſſe factum matri, Bald. in l. ſi mulieri. in fin. ff. de vſufruct. accreſcen. pro ſingulari ponit Cremẽ. ſingu. 65. teſtator iuſſit, vbi, & idẽ ſi teſtator dixerit, Relinquo vxori meæ habitationem cum filijs quòd tacitè videntur legata alimenta vxori, Bald. hoc tenet in l. ſi. num. 8. C. de indi. vidui. tollen. per dictam l. ſi mulieri. vbi ampliat etiãſi eſſet alia perſona quàm mater, puta amita, vel patruus, ſequitur Ang. Aret. tract. teſta. gloſ. 46. in fi. ego addo tamẽ cum grano ſalis, ſi pauper eſſet quia id eſſet in cõpenſationem laboris. l. Seio. de an. legat. cum alijs ibi per Bald. allegat. quẽ refert & ſequitur Nat. conſ. 379. num. 9. & plenè Campegi. tract. de exact. dot. q. 58.

5 Idem quòd habeat † gubernium domus, deſignat legatum alimentorum, gubernando domum, Corn. conſ. 3. colum. pen. lib. ſecũdo, accipiendo illa verba paſſiua, & probato communi vſu loquendi in loco, ibi Corn. intelligit, ſed crederem hoc verũ, etiamſi verba accipiantur actiuè, & hoc per rationem Bal. modò relatam, quia id eſſe debet in compenſationem laboris gubernantis, per d. l. Seio. cum ali.

6 Idem ita † relictum vxori teſtatoris, puta in caſu viduitatis quòd habeat regreſſum ad domum teſtatoris, vna cum filijs teſtatoris, quib. etiam mortuis per l. 1. C. de leg. hoc aliud non videtur importare quam alimẽta in totum vel in partem probat. Corn. conſi. 93. colum. 1. verſi. nec refragatur. lib. 3. facit l. Caio. §. fin. de alim. leg. ibi, vt & tecum ſint ſemper volo.

7 Idem vbi † teſtator grauat hæredem vel legatarium aliquem quod debeat tenere & tractare aliquam perſonam vti filium, hoc ſimiliter aliud non importare, niſi legatum alimentorum illi tali perſonæ factum, cùm tractatus conueniens filijs ſit præſtatio alimentorum, l. ſi quis à liberis. in prin. & §. ſi vel parens. de liber. agno. in ſpecie tenet Ruin. conſil. 45. col. pen. nu. 5. lib. ſecundo. per not. à Bart. & ali. in l. quidam cum filium de verborum obligat. alioquin autem paria ſunt grauare hæredem, vt educet talem, & huic tali relinquere alimenta per tex. in l. ſi. de alim. leg. Ang. Aret. de teſta. glo. 45. nu. 10. Idem eſt grauare, vt præſtet ſuum viuere, quia continet alimenta & omnia, ſine quibus homo non poteſt viuere l. quos nos. §. verbum viuere. de verborum ſignific. Ang. Aret. d. glo. 45. num. nono. & Dec. in l. de alimentis. colum. 2. numero 4. C. de tranſact. ac etiam tantum eſt alicui relinquere, vt poſſit ſibi facere expenſas, quantum eſt alicui relinquere alimenta pro not. per text. ibi tradit Ang. in auth. contra rogatus. C. ad Treb. & in corpore vnde ſumitur, ſ. in auth. de reſti. idem Ang. ex gloſſ. ibi iuncto text. notat ad talem quæſtionem, teſtator dixit, relinquo tali tantum, quòd ei ſufficiat pro faciendis expenſis, quòd tantum importat eſſe legatum quòd ex expenſis illis poſſit ſe ſuſtẽtare, idem ſi dicat, Relinquo centum vel fundum, vt commodius ſe ſuſtẽtare valeat, Hier. Gig. de penſion. quęſtio. 51. num. 20. & ibi num. 19.
8 ponit † legatum alimentorum ſiue pauperi, ſiue diuiti factum ſemper reputari factũ ad pias cauſas, ſic quando relinquitur pauperi tantùm, Ang. Aret. de teſta. gl. 45. nu. 5. ita eſt com. opin. Emanu. Soarez. theſau. recept. ſententia. litera A. num. 167.

9 Idem ſi dicat † pro neceſſitatibus ſuis ad congruam ſuſtentationem pro alimentis interpretatur Aym. conſi. 199. num. 4.

10 Idem ſi dicat commendo † Petrum hæredibus meis, quòd ſi Petrus ſit pauper pro neceſſitate ſuæ rei familiaris, vel ſuæ perſonæ, poteſt ab hæredibus petere ſibi opportunè ſubueniri Alexand. conſi. 158. colum. 2. num. 6. lib. 7. Et ſic importat legatum alimentorum, & magis priuilegiatum quàm ſit aliud ſimplex legatum alimentorum. ſ. in caſu d. auth. quia pro hoc non debetur, niſi prout vires patrimonij patiantur ex reditibus vt infra dicetur in 7. quæſt. pro illis verò alimentis poteſt poni manus ad vendendum proprium ex ſpeciali prouiſione per legẽ in hunc caſum, quòd poſſit fieri alienatio per grauatum, ita dicit Ang. in d. auth. contra rogatus.

11 Item † ſi non dicatur pro alimentis, cùm tamen legatum reperitur factum pauperi tacitè intelligitur pro alimentis maximè & quantitate legati, & qualitate perſonæ inſpectis d. l. cum hi. §. ſi in annos. & ibi Bal. & alij & Bar. in l. Stichus in prin. de alim. lega. Ang. Aret. tract. de teſtam. gloſſ. 21. num. 7. verſ. quęro an in dubio. maximè quando eſt annuum legatum, per l. ſi cui annuum. de an. lega. & Albe. in l. libertis. §. poſthumus. de ali. lega. Alci. conſi. 188. ſic teſtamentum habet. num. 5. lib. 9. & alia ratione perſonæ cui relinquitur. habenda pro legato alimentorum, dicentur infra ſeq. q.

12 Quando autem † vxor relicta eſt domina patrona, vſufructuaria, &c. liberis hæredibus inſtitutis, hoc ex cõſuetudine Bulgari interpretari pro relicto alimentorũ, plene tractatum eſt præced. dubit. vbi differentia, alioquin non parui momenti eſt cognoſcendi, an ſit legatũ alimentorum, vel vſusfructus, reſpectu quoq; publicationis bonorum, quia legatum vſusfructus viuente vſufructuario tranſit ad fiſcum, alimentorum verò non, quia eſt legatũ cõditionale ponit Boſſi. in pract. crimin. tit. de publica. bono. num. 71. 72. per quam rationem eſt tenenda hęc opinio etiam æqua ſecundùm Alber. de ſtatu. par. 3. quæſt. 11.

Poſtremo aduertendum eſt quòd Gualden. de arte
13 teſtan. de legatis, tit. 6. cau. 23. dicit alimentorum † legatum multiplicabile non eſſe exemplum ponendò, ſi vir legat vxori alimenta, deinde alius eidem relinquat alimenta, quòd legatum ſecundum modicæ ſit vtilitatis, dando cautelam, vt ibi per eum, quem ad literam ſequitur Petr. Pech. de teſtam. cõiug. lib. 5. c. 10. nu. 6. quia exiſtimo hoc principale dictum non eſſe verum, quinimò legatum alimentorum ſecundum ab alio factum valere, & tantam legatariæ afferre vtilitatem, quantum
14 eius alimenta ſimpliciter valerent, cùm primo † legatũ alimentorum contineat debitum in genere conſiſtente in his quæ pondere, numero, menſuráve cõſtant, & functionem inuicem recipiunt per tex. in dict. l. cum hi. §. ſi cui. ff. de tranſact. vt eſt frumentum, oleum, vinum, vel pecunia, l. 2. in prin. & §. 1. ſi cer. pet. & ibi gloſ. & Docto. vnde in his regula de duabus cauſis lucratiuis non impedit concurſum obligationis, & ſolutionis ex teſtamẽtis omnino diuerſorum, per l. ſi quis duos. & ibi Bartol. ff. de ſolut. idem Bart. in l. Mæuius. §. duorum. in princ. & colum 5. nume. 8. de lega. 2. & ibi Caſtr. colum. fin. num. 9. & Cuma. colum. penult. ſub numero 2. dum allegant d. l. ſi quis duos. & ita communiter ſoluunt præſertim multiplex legatum alimentorum ex ſe eſſe videtur, quia ex annua præſtatione dignoſcitur, & cenſuram recipit, l. ſi cui annuum. de an. lega. ibi iuncta gl. & quid annuum præſtandum inducit plura legata in ſeipſo, l. ſi in ſingulos. l. cum in annos. eo. & eo magis inducitur in teſtamentis diuerſorum in legatis non certi corporis, ſed conſiſtentibus in quantitate bene apta multiplicare legatum, & in re, & in extimatione, vt l. plane vbi. §. ſed ſi duorum. & l. Titius. de legat. primo. Præterea & ſecun-
15 do † ei, qui vel ex artificio, vel alio modo habet alimenta & vnde ſe alat, debetur etiam legatum alimentorum, & ſic iure actionis poteſt alimenta præterita petere, & quoad ſe quodammodo conſequi alimenta multiplicata ad commodum ſuum petendo vel extimationem puta habitationis, vel ſpeciem, puta frumentum, vinum, & ſimilia, ita in alimentis debitis ex teſtamento vt l. libertis quos. §. primo, & ibi Bartol. de alimen. lega. Alexand. in l. de alimentis in princip. C. de tranſa. Corn. conſilio 285. in princip. lib. quarto. Ruin. conſil. 80. colum. ſecunda, num. 5. lib. ſecundo, Gram. deciſ. 59. num. 52. comprobat Tiraquel. de iure primogen. quæſtio. 75.

numero tertio, verſic.quod autem, & probo per text.in l.hi qui.§.ſed & perſonarum,ibi vtrum frugi vitę hi ſint, qui alias ſufficere ſibi poſſint, & §.nihil.ibi locupletes. ff.de tranſact.non obſtant l.dominus.§.fin.de vſufruct. & l.4.§.1.de alim.lega.allegatæ per Gualden,& Pech. quia non probant quòd alimentorum legatum non ſit multiplicabile, ſed quòd in eo inter plures collegatarios non habet locum ius accreſcendi,quia ipſum legatum naturaliter caſſatum eſt:ita expreſsè dicit Bal.in d. l.dominus.§.fin.& Bart.in l.re coniuncti.nu.42.de leg. 3.& ibi Ripa num.141.concor.plur.citat.& Alci.ſub nu. 41.& l.libertis quos.in princip.de alim.lega.loquitur in diuerſa ſcriptura vnius,& non diuerſorum, ita procedit d.§.ſed ſi duorum.cum alijs alleg.ſupra in pluribus ſcripturis diuerſorum.

16 Limita tamen † legatū alimentorum eidem factum non eſſe multiplicabile in duobus caſibus,primò ſi eidē factum ſit in ſuo teſtamēto per hæredem primi teſtatoris eidem prius alimenta relinquētis per arg.l.huiuſmodi.§.ſi Sempronius.de legat.1.& ibi Docto.& Riminal. Seni.conſil.230.nume.2. Secundò, ſi in quolibet teſtamento adſit expreſſa conditio vel adiectio, ſi legatarius ſteterit in tali loco,habeat alimenta, & loca ſint diuerſa ipſorum teſtamentorum , non poteſt quidem eſſe ad commodum ipſius legatarij eodem tempore niſi ſimplex legatum alimentorum , quia pro adimplenda dicta conditione vno & eodem tempore non poteſt eſſe niſi in loco vno, & alimenta loci à quo abeſt ſibi non præſtantur.l.Stichus.§.fina.& l.libertis quos.§.fina.de alim. lega.l.qui concubinam.§.vxori.de legat.3.l.illis libertis.

17 de condit.& demonſtrat.adde & poſtremò † legata in cauſam alimentorum relicta deberi ex minus ſolenni teſtamento per l.1.C.de fideicom.tenet Guid.Pap.in q. 200.ad finem.

18 Secundo † cui alimenta ſint præſtanda reſponſio facilis eſt,omnes quidem homines,qui māducant, & quibus alimenta reperiuntur relicta,poſſunt ea capere,ſiue libertini,ſiue ingenui ſunt,ſiue diuites vel pauperes, artifices vel inertes ſunt,d.l.cum hi.§.nihil autem intereſt §.ſed & perſonarum.ff.de tranſact.& ſerui fratres minores & mendicantes.l.feruos.& ibi Bart.de alim.lega.latiſſimè diſcutit Signoro.conſil.40.per tot.Angel.in d.l. cum hi.§.ſi vni.circa med.cōdemnati ad metallum, vel hodie ad triremes.l.is cui.de alim.legat.& ibi Bartol. & Alber.in d.l.ſeruos.in fin.quòd valeat legatum alimentorum in perſona bannitorum per.l.legatum.ff.de capi. diminu.& ibi gloſſ.dicit quòd non conſideratur ius , an capere poſſit ex teſtamento,vel non,ſed factum an poſſit comedere,& bibere,vel non,& ibi Bar.infert iterum quòd fratres minores ſunt capaces legati alimentorum, quod tamen legatum in ſingulos annos, vel annuum habere non poſſunt,quia habet aliquid proprietatis.

Vxori etiam quæ eſt per ſtatutum prohibita acquirere à viro relictum alimētorum factum valere tradit,plura de alimentis adducendo Cuman.conſi.30.ſtatuto cauetur.colum.1.& 2.comprobat Plot.inter conſi.vlt.volunt.conſil.168.num.71.& ſequitur Boſſi.in pract.crim. tit.de alimen.vxo.præſtan.num.12.Notum eſt ſpurio legatum factum tenere, vſque ad quantitatem alimentorum , & non vltra, quia præſumeretur fraus,Bartol.in l. fin.nume.7.ff.de his qui.vt indi.Caſtr.conſil.5.quicquid dicatur.colum.2.nume.5.lib.1.Iaſ.conſil.26.col. penult. nume.3.lib.1.Roland.à Val.conſil.54. nume. 64.lib.2. Petr. Duen. Reg.367.ſub nume.3.verſicu.quod eſt verum.Cephal.conſil.498.nume.1.& per tot.vbi epilogat perſonas quibus debentur alimenta. Marſil.ſingul.358. vbi in fin.ponit,ex dicto Bald.in l.id quod pauperibus. colum.fin.C.de epiſc.& cleri.quòd etiam ſi pater teſtamento prohiberet filijs ſpurijs dari alimenta, nihilominus hæredes dare cogerentur, & ſequitur Iaſ.d.conſ.26.

19 num.4.idem circa † dotem filiæ ſpuriæ per patrem non exceſſiuè relinquendam , in his locis Docto.tradunt,& Roland.à Val.de lucr.dot.quæſt.94.nume.4.& ſi talis dos eſſet exceſſiuè relicta,poſſet diminui, & arbitrio boni viri reduci ad dotem conuenientem ſpuriæ , probat Curt.Iun.conſi.37.colum.fin.nume.5.Angel.Aret.tract. de teſtam.gloſſ.69.num.2.

20 Quādo autem non ſit † expreſsè dictum pro alimentis , tunc qualitas perſonæ cui relinquitur , ſi ſit pauper, pro alimentis cenſetur legatum , Cephal.conſilio 564. num.1.Beninten.deciſ.22.num.3.& quomodo ibi.num. 15.& quantitas rei ſit parua & annua , ſi verò ſit diues, quantitas magna & non annua , alimentorum legatum non reputatur,text.Bart.Bald.Ang.Alber.& Caſt.in d.l. cum hi.§.ſi in annos.& Bartol.in l.ſi cui annuum.de an.

21 legat.hinc eſt, quòd † mulieri habenti magnam dotem, legatum non præſumitur factum pro alimētis,dicit Bal. conſi.255.confirmans.in fin.lib.2.

22 Legatum † alimentorum eſt factum alicui perſonæ, puta Titio ſi ducat vxorem , non intelligitur factum & vxori, quia maritus & vxor , licèt dicantur duo in carne vna , tamen ſunt duæ & diſtinctæ perſonæ , & legatum alimentorum perſonale eſt,& non egreditur perſonam, ita in terminis probat Calder.conſil.3.teſtator legauit, rubr.de teſta. Sed vbi factum eſt alimentorum legatum alicui, puta Ioanni , & ſuæ vxori, ſi tempore teſtamenti Ioannes habebat vxorem,de ea,& nō de alia vxore,intelligitur legatum per doctr.Bartol.in l.ſi cognatis.col. fin.de rebus dubijs, volentis relictum cognatis tertij intelligi de cognatis tempore teſtamenti.l.ſi ita.de aur.& arg.legat.ſequitur Corn.conſil.131.ad finem.lib.3.ſi verò non habebat,ſed poſteà duxit vxorem, eáque defuncta aliam duxerit,de ea & quacúque alia vxore per eum ducenda legatum alimentorum intelligi, per plura multum inſiſtendo probat deciſiuè conſulendo Alexand. conſilio 171.viſo proceſſu.nume.23.vſque ad numerum 7.lib.2.retuli in præced.dub.verſi.quo verò ad vxorem, quando factum eſt legatum vxori alterius, cum eo tranſit Deci.in cap. quoniam Abbas.col.pen. verſicu.non ob. tex.in dicta.l.ſi cognatis.de offic.deleg.ſequitur Socin. conſil.48.eleganter ad fin.lib.3.comprobat Tiraq.in l. boues.§.hoc ſermone in 3.limit.nume.13.& ſeq.conficimo præter alios adhuc per indefinitum nomen adiectiuo ſignificatiuum perſonæ vxoris Ioannis ſimpliciter poſitum ſit extenſio ad aliam perſonam,cui conuenit ipſum nomen vxoris Ioannis per ſolut. Bartoli quam in l.Mela.in princip.ſub num.3.de alim.legat.dat.ad l.non aliter.§.fina.de legat.3.quæ in terminis alimentorum legati decidere videtur extenſionem eſſe faciendam ad perſonas alias comprehenſas ſub eodem nomine adiectiuo ſignificatiuo perſonarum indefinitè & ſimpliciter prælato,prout Bart.loquitur & ſoluit.

23 Nec tamen dubitandū eſt, † cum ſub legato alimentorum veniat habitatio.l.legatis.de alim.legat.quin & vxor cum marito legatario poſſit habitare per text.in l. cæterum.§.mulier.ff.de vſu & habit.

24 Quando † alimentarij ſunt, ſi dignoſci poteſt, quis eorum fuerit charior teſtatori,vel magis dilectus,vel ab eo commendatus, ei plus alimentorum ampliorâq; alimenta præſtanda ſunt, vt l.verba teſtamenti , iuncta ibi gloſſ.de alim.legat.

25 Tertiò † à quo,ſint præſtanda alimenta , reſpondendum eſſe,diuerſos eſſe,à quib.præſtari debent , prout ex teſtamenti verbis percipi poteſt, vt per gloſſ.in l.nominatim.de leg.3.aut enim primum ab hærede,cuius principale onus eſt & præſtādi quæcunque legata,& alia per teſtatorem iuſſa adimplendi. l. legatum. cum gloſſ. de leg.2.gloſſ.in verſi.ad onus.in l.Marcellus.in princip.ad Trebel. cum vulg.& vbi conuenitur ab alimentario, non ſufficit quod citetur vt hæres ,ſed hæres probari debet,



debet, aliàs abſolueretur, vt in ſpecie reſpondit Hiero. Grat.conſil.69.num.23.verſic.vltimò demonſtratur.& nume.ſequent.lib.2.niſi ſit filius,quia ſuſcipiendo iudicium alia immiſtio non requiritur probari , vt deberet probari quando eſſet contumax , vel negaret ſe hæredē Bald.in l.1.num.vlt.com.de leg.Alexand.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.colum.penul.num.2.ſolut.matr. & latè in l.neceſſarijs.colum.3.de acqu.hæred.vbi quod ſecurius eſt & magis commu.opin.quod probetur hæres etiam conuetus pro legatis, veruntamen neceſſaria non eſt aditio hæreditatis,vt debeatur alimentorum legatum , probat Capr.in ſuis reg.& conclu.reg.111.num. 67.& ſequen.& 70.quando ſit pauperi , quid agendum quando ſunt plures hæredes,& plures alimentarij,nempe iudex debet cōgruam inter eos facere præſtationum diuiſionem,per l.3.in princip.de alim.legat.ex qua not. factum iudicis reputatur factum teſtatoris, vt ibi in tex. quam diuiſionem perinde haberi, &c.& ibi Bartol. & Alber.& Ruin.conſil.81.num.4.16.lib.2.& Borgni.Feuiza.de vſu.muli.pag.566.

26 † Idem ſi vnus debet conſequi alimenta à pluribus hæredibus, poteſt obtinere , vt vnus conſtituatur,qui pro alijs ſoluat:ſi quis tamen ſuorum hæredum deſierit eſſe ſoluendo,huius onus ad reliquos hæredes non ſpectabit, per text.in d.l.3.§.fin.ponit Bartol.in tract.de alimen.colum.2.in fin.verſ.quæro plures debent,& Specu.tit.qui fil.ſint legit.§.1.col.pen. verſi.quid ſi vnus.vbi & col.fin.latè explicat has præſtationum alimentorum diuiſiones quomodo vni vel pluribus , & quomodo ab vno vel à pluribus, & in caſu diſcordiæ quod magis conuenit vniuerſis, ſeruari faciat prætor , & hæres exiſtens ſoluendo, vt non tenetur pro alio cohærede non exiſtente ſoluēdo,ita & hypotheca ria non tenetur,& non habet bona ſua obligata pro legatis, niſi quatenùs eum aſtringat actio perſonalis , per l.1.in fin.commun.de legat.dicit Bartol.in d.l.3.ſub nume.5.

27 Et quando etiam † ab vno ex hæredibus nominatim teſtator iuſſiſſet ſolui alimenta,is teneretur ſolus per gl. in l.ſi plures.de legat.3.eo.defuncto tamen ab eius hæredibus præſtanda forent.l.alimenta.in princip.de alim. legat.non ſic dicendum eſt in hærede vſufructuarij , à quo eſſent præſtanda alimenta , vt ſi relictus eſſet vſufructus vxori certorum bonorum , ex quorum redditibus ea eſſet grauata præſtare alimenta certis perſonis, ea quidem mortua , neque ab hæredibus teſtatoris, ad quos reuerteretur cōſolidatio vſusfructus cum proprietate,neque ab eius hæredib.alimenta peti poſſent,per l. Titia.in princip.de annu.legat.& l.Stichus.§.1.de alim. legat.niſi aliud ex mente teſtatoris appareret, vt text.in d.§.1.& per Bart.& ali.in d.l.Titia.& in d.§.1.

28 Et quando † alimenta relicta eſſent & præſtanda ex bonis communibus,puta cum fratre,& filia tantum eſſent hæredes inſtituti , non à fratre , ſed à filijs tantum inſtitutis hæredibus inſolidum deberentur & alimenta ipſa , per leg.ſi duobus. §. hæres. de lega.1. ibi Caſtren. ſub legat.qui quartam.& Alexandr.dicto §.hæres. firmant , ſequitur Rip.in l.cum filiofamil.numero 24.25. eod.

29 Aut à † ſubſtituto præſtari tentatur , cum hæredi etiā nominatim eſſet impoſitum præſtari , à ſubſtituto quidem præſtari quoque debent alimenta.l.4.§.fina.& ibi Bart.de alim.lega.& hoc inter alia alimentorum priuilegia ponitur per Bart.in l.Mela.in princip.ſub num.6. eod.& pariter à fideicommiſſario per communem regu

30 lam , quòd † legata danda ab hærede inſtituto debent ſolui à fideicommiſſario,l.non iuſtam.cum concordantibus.ibi in gloſ.in verſic.repetitum.C.ad Trebel.plenè probat Bello.conſil.62.nume.quinto,& ſequent. Guid. Pap.in quæſtio. 296.fideicommiſſarij enim dicuntur hæredes quoad quædam , vt teneantur ad onera ſicut hæredes , dicit Caſtr. in l. Lucius.§. qui habeat.ad fin. ff.ad Trebel.in terminis ſequitur Iaſ.conſi.95.Aloyſius. verſi.hoc non obſtante.lib.1.primò intellige de alimentis decurſis poſtquàm fideicōmiſſi dies ceſſit,& fideicommiſſarius agnouerit fideicōmiſſum , de alijs autem tenentur hæredes grauati,qui habuerunt fructus hæreditatis,ita in legatis annuis per l.liberto. §. 1.de an. lega. iuncta l.apud Iulianum. §.hæres.de lega, primo , tenet Caſtr.conſ.18.viſo dicto puncto.col.2.in fin.col.ſeq.ſub nu.4. libro 2.comprobando ſequitur Iaſ.d.conſi. 95. ad

31 fin.& Nat. conſi.323.ad fin.licet ſecùs videatur † in penſione eccleſiaſtica,quia eius etiam præteritæ exactio ſtatim electione penſionarij,an velit exigere contra hæredes prædeceſſoris, an contra ſucceſſorem , vt plenè firmat Hier.Gig.de penſi.q.39.

32 Aut à † legatario interdum veniunt alimenta præſtanda,vt quando teſtator vel vni ex hæredibus vel alij prælegat,vel legat,pecuniam aut fundum:vt ex reddit u eius præſtet victum alicui,ille agnito legato dicitur & onus acceptare,ideò tenetur alimenta præſtare , cui teſtator ea reliquit,vt l.pecuniæ.in princ.l.cum vnus. in princ. l. Caia.in princ.& clarè in l.à filio.in princ.de ali.leg.& vide quinque caſus enumeratos,& declaratos per Romā. conſ.189.ſtante primo quæſito.quib.alimentorum legatum à legatario præſtatur , eo etiam defuncto ad idem onus alimentorum eius hæredes obligati remanent d. l. cum vnus.in princ.& d.leg.à filio.§.idem queſijt,pariter defunctis omnibus alimentarijs res legata libera remanet eidem legatario,nihil de ea obuenit hæredibus,d. l. pecuniæ.& ibi gloſſ.Bar.& Alber.declarant, & quomodo cognoſcatur legatarius,& quomodo miniſter ad diſtribuendum tantùm alimenta.

33 Aut à † tali miniſtro commiſſario vel executore præſtantur & diſtribuuntur alimenta , ſicut & cætera legata, vt in omnib.ferè teſtamentis præſertim diuitū, tales apparent deputati executores,& commiſſarii cum amplius auctoritatibus, & facultatibus accipiendi & vendendi bona hæreditaria pro ſoluendis legatis,vt in ſpecie de his eſt tex.in l.alio.de alim.leg.& ibi plenā repetitionem fecit Bartol. adducendo & examinando plures quæſtiones de eorum poteſtate , vt notus eſt ibi locus. Cùm de his dicendum ſit in ſeq.libro,hoc in loco aliter non inſiſtam ſolùm indicando quòd ab his etiam poſſunt diſtribui alimenta.

34 Aut † ab vſufructuario quando teſtator ab eo de vſufructu mandauerit præſtari alimenta alicui per text. in l.hactenùs.ff.de vſufruct.& ibi gloſ.in verſ.ab eo.

35 Aut & poſtremo omnib.prædictis deficientibus, qui nequeant conueniri actione perſonali ad † quemcunque vadant bona , ex quib. percipienda ſunt alimenta, etiam ad fiſcum,ab omni huiuſmodi poſſeſſore alimenta,quib.ſunt relicta præſtari debēt per text.in l.2. de ali. leg.& ibi gloſſ.& doct.etiam fiſcum tenerę ad onera, ad quæ tenebatur is,cuius bona cōfiſcata ſunt per l.ſecundam.C.ad l.Iul.de vi publ.& Alex,in l.ſi marito.in prin. ſolut.matr.ponit Boſſi. in practi.crimi.tit.de ali, præſt. vxo.atque filin.3. hoc verum eſt in alimentis præſtan. ex certo fundo puta Corn.vt eius poſſeſſor teneatur, ita exprimit Azo.in ſumma,tit.de ali.ſup.ſi.patet & ex ſcriptis per Giga.de penſi.queſt.51.n.17.18.& tenetur etiam acti perſonali,Ripa in l.1 § ſi hæres,nu.14.ad Trebel.

36 Quartò quid veniat † ſub legato alimentorū,poſſet id breui ſcriptura expediri,quòd veniat quicquid homini neceſſarium eſt ad viuendum,l.verb.victus , de verborum ſign.& ibi Alci.quòd exęquata ſunt, & eiuſdem ſignificationis hæc nomina , victus,alimenta,& expenſæ, fauore enim alimentorum interpretantur omnia videri legata dicit Bar.in l.quidam hæredem.de tri.vi.& ol, legat. Quod autem neceſſarium eſt ad viuendum,quiſquis viuens benè ſcit, & in ſe ipſo continuò experitur,

37 non deſierunt tamen Iuriſconſ.ſigillatim exprimere †
quid legatis alimentis contineatur, cibaria, veſtitus, &
habitatio debebitur, inquit text.l.legatis.de alim.leg.
& ibi Bar.quòd debentur medicinæ, & lectus, ſine qui-
bus homo viuere non poteſt, per l.cętera.& l.inſtratum.
& l.quos nos.§.verbum viuere.de verborum ſigni.&
ibi gloſ.Alciat.& Rebuf.& per hæc iura paſſim doct.ex-
38 primunt † appellatione victus & venire medicinas,Bar.
de ali.col.1.Corn.conſil.286.col.fin.vltra med.libr.3.&
venire expenſas inſtruendi in ſcientia vel arte,ſine qua
homo ſecundùm qualitatem & conditionem ſuam vi-
uere non poteſt,vt addiſcat Grammaticam & ſimilia,id
eſt, aliquam artem, quæ dicuntur impenſæ neceſſariæ,
Bart.in l.de bonis.§.non ſolùm.de carbo.edic.licet lo-
qui videatur in alimentis debitis ex diſpoſitione legis,
non teſtatoris, ſic etiam intelligit Aret.tract.de teſta.
gloſſ.45.num.6.cum tamen appellet impenſas neceſſa-
rias, ſine quibus homo alimentandus ſecundùm con-
ditionem & qualitatem ſuam non poteſt viuere, puta-
39 rem & de his etiam ſenſiſſe teſtatorem, & cum alias † in
alimentando fauore alimentorum, ſit dilata pubertas
in maſculo vſque ad annos 18.in fœmina vſque ad an-
nos.14.vt l.Mela.in princi.de ali.lega.vbi & non ſit di-
ctum de tempore, intelligitur toto tempore vitæ ſuæ,vt
ibi in text.& maximè cum quis eſſet alendus vti filius
per ea quæ tradit Socin.conſi.151.ad finem,libr.2.ſic te-
ſtator & hoc ſenſiſſe videretur l.niſi de ali.leg.& venire
paruam impenſam medicinarum, & lectum Ang.Aret.
dicta gloſſ.45.num.7.& venire calciamenta & veſtimen
ta Aymo conſil.199.nu.3.& venire habitationem,ciba-
ria,potum,expenſas medicinæ,& medici, veſtes,calcia-
rium, & lectum,ſuper his etiam vulg.cumulum concor.
facere voluit Rol.à Vall.conſil.22.nume.1.vſque ad nu.
7.& Hippol.Riminal.conſil.132.nu.9.vſque ad num.15.
eadem venire cōgerit Paul.de Citadi.de iu.patro.4.art.
nu.10.& venire aquam, vbi eſt venalis, vt Romę aquam
Tyberis, Venetijs aquam Brentæ,Ferrariæ aquā Padi,
eſt tex.in l.1.& in l.Mela.§.quidam libertis.de alim.leg.
ponunt Val.& Riminal.in conſ.ſuis modo alleg.

40 Idem ſub verbis, † vt illum gubernet & nutriat, vti
generalibus verbis alimentorum contineri habitatio-
nem,cibaria, & alia,quæ ad vitam ſunt neceſſaria,tradit
Corn.conſ.45.col.5.in fin.verſ.ſed ſub verbo.lib.4.ſe-
quitur Alci.d.§,verbum viuere,quia generalitas vocabu
li ad omnia aptatur in propoſito dicit Bald.in l.hi qui
tranſigit.ff.de tranſact.

Cum denique ſub legato victus, vel alimentorum
quoque contineantur neceſſaria ad vſum humanæ vitæ
d.l.verbo victus,& d.l.quos nos.§.verbum viuere, vltra
ea quæ ſupra & Iuriſconſ.& doctor.expreſſerunt, quiſ-
que imaginari poteſt, & quæ iam expreſſa ſunt, ſine his
41 alijs ſtare non poſſunt, vt primum ſunt † ligna pro igne
tam neceſſario vitæ hominis pro coquendis cibis omni
tempore,pro calefaciendo tempore hiemali, ergo indu
biè continentur ligna ad comburendum, quorum me-
minit Iuriſconſultus in leg.ligni.de leg.3.ſub habita-
tione iam expreſſa in d.l.legatis.continentur ſcamna,ta
bulæ,& vaſa ad coquinam,ad menſam,& alia inſtrumen
ta ad quotidianum vſum parata & neceſſaria, arg.leg.
Labeo.§.1.de ſupel.leg.ſine quibus nos viuere non poſ-
ſe experimento ipſo comprobamus, ſic & text.in prin-
cip.in authen.de appel.& in cap.quam ſit de elect.in 6.
42 Et appellatione † veſtimentorum iam expreſſorum in d.
§.verbum viuere.continētur omnia lanea,linea, ſerica,
bombegina,quæ induendi vt camiſiæ, præcingendi, vt
cingula,amiciendi vt clamis,inſternendi, vt tapeta, co-
opertoria,inijciendi vt diploides, accubandi, vt culci-
tra cauſa paratæ ſunt,ita text.cum gloſſ.in leg.veſtis.§.1.
de aur.& arg.leg.Ex eo etiam quod iam expreſſum eſt
venire aquam venalem dicta leg.1.de ali.leg.& frumen-
tum,vinum, oleum,Bartol.in leg.libertis quos.§.1.eodē
Alexandr.conſ.72.nu.3.4.lib.5.Conſequens videtur di-
cere & venire vaſa quibus dictę res contineantur & con
ſeruentur.leg.3.§.1.& l.vino.de vi.triti.& ol.leg.& facit
l.qui penum.§.fin.de pen.leg.cum leg.ſequen.in princ.
Quia hæc omnia propemodum accedunt neceſſitati
præſtationis & receptionis alimentorum,& militat gene
ralitas d.l.verbo victus.& d.§.verbum viuere.

At demum limitantur prædicta non habere locum,
43 quādo ſimpliciter † teſtator reliquit cibaria,vulgo quan-
doque exponitur dare expenſas oris,dare menſam para
tam,dare plattum,ſeu plattantiam,dare victualiam,da-
re partem ex tinello,vel dare ad edendum& bibendum,
idem ſignificant vt illa neceſſaria eſui,& potui, d.l.ver-
bo victus, quoniam tunc de cibo tantùm teſtator ſentit
92 In ſumma dictum eſt † alimenta relicta alio non apparente deberi legatario toto tempore vitæ ſuæ modo videndum eſt quando ei præſtari debeant,id quidem & voluntate teſtatoris,& legis diſpoſitione determinatur: voluntas enim teſtatoris determinatum dignoſcitur expreſſè & tacitè , expreſſè tunc apparet quando teſtator dixerit in alimentis annuis,qua die,quo menſe,quo anno,& qua parte menſis vel anni pręſtari debeant alimẽta,ſane in die deſignata præſtari debent alimenta.l. annua his verbis.§.à Titia.& l. cùm quidam de ann.leg.ſimiliter in menſe vel anno demonſtrato pract.Papien.d. gloſ.1.nu.104.Quid ſi ſit † legatum alimentorum ſemel
93 præſtandum,tunc alimenta non habentia certam diem non debent præſtari, niſi poſt interpellationem factam modico ſpatio adiecto tradit Aret.in leg. ita ſtipulatus, colum. 13. verſicul. in alimentis autem. de verbo obligation.

Tacita verò voluntas teſtatoris demonſtrat ex natura ipſius legati alimentorum : eò quòd vult præſtari ea legatario omni die , & omni tempore quo eis indiget, eáque ſibi neceſſaria ſint. l. nec ſemel.§.ſi in habitationem,ibi iuncta gloſſ. in verſic.voluntatis. ff. quando di. leg. ce. Bartol.in l.qui hoc anno.in fi.de verbo. obliga. & ex natura rei legatæ, vt ſi pro alimentis quolibet anno legat tres ſalmas frumenti, decem ſalmas vini , metreta olei,aureos decem, ex redditib.ſuorum bonorum, vtique pręſtantur hæc tempore recollectus eorum. leg. Firmio. §. pater annua. quando di. leg. ce. & ibi gloſſ. in ver.non initio. & Bartol. in dict. l.qui hoc anno. ſup. fin.ver.fallit ſecundò.& ibi alij ſequuntur , & Bald. in l. prima,numer. 3.verſi.niſi alio tempore.C.de fideicommiſſ.& Alcia. conſil. 54. teſtamenti ſic verba , numero 5.6.lib.9.& ſimiliter eodem tempore ſoluuntur 10. aurei ob coniunctionem quam habent ſimul,Barto. in l.ſi legatarius.§.primo,de legat.3.ad idem Barto.& alij in l. ſi cui.in princip.de leg.3.idem poſui ſupra dubit.9. ver. de natura rei. & repeto quòd ſi non fuiſſet dictũ ex redditibus ſuorum bonorum , granum , & vinum non expectarentur dari tempore recollectus grani & vini , ſed in principio anni deberent præſtari,vt fit in legatis annuis per l.1.C.quando d.leg.ce.cum concor.ibi in gloſſ. in ſpecie decidit Bartol.conſil.216.Addelandus,num.5.

94 Diſpoſitione autem † legis deſignatur tempus , quo debeant alimenta præſtari dietim,vel in menſem,vel in annum , vbi hoc omiſſum eſt per teſtatorem , quòd ab eo tempus ſtatutum non ſit, Angel.in dict. l. cum hi , in princ. verſic. ſequitur in text. & teſtator ſi non dixit in menſes vel in annos,Bald. in dict.leg.cum hi.verſi. planè.Nam dietim eſſe præſtanda alimenta quoad cibaria, quando à legatario dietim ſit aliquid implendum , vt ſi fuerint alimenta relicta vxori , quando in domo mariti caſtè vixerit, quoad veſtimentum hoc eſſe præſtandum in princip. anni præſtita cautione de reſtituendo illud in ſtatu quo erit , vel extimationem tunc faciendam quando nuberet,tradit Bald.in dict.leg. prima , ſub numero 3.verſic. aut aliquid. C.de fideicommiſſ. de menſtruis alimentis & ſic in menſem præſtandis ex text. in leg. fi. de liber. agno. idem de menſtruis annuis ſic & in menſem,& in annum præſtandis,tex.eſt in l.pecuniæ. in fi. de ali.lega.

95 Vnde quia † alimentorum relictum in dubio præſumitur annuum, per l. qui concubinam. §. vxori. de leg. 3.dicit Bald.in dict.ver. planè & per not.in l.ſi cui de annu. legat.etiamſi eſſet factum ad certos annos , puta ad 10.annos.annuum dicitur, & continet plura legata alimentorum pro primo anno eſt purum , pro ſequentibus conditionale ſi alimentarius vixerit, per leg.ſi cum præfinitione in principio.ff. quando dies leg. ce. & ibi Bart. ideò legata ipſa hæc annua in principio cuiuſque anni præſtanda eſſe,inquit text. in l. prima. C. eo. & ibi gloſſ.& doct.eſt gloſſ.in ſpecie in ver. voluntatis.in dict. leg. nec ſemel. §.ſi in habitationem.ff. eo.dicens,ſi alimenta 10. ſingulis annis ſint relicta debentur in principio anni,& tunc legatum eſt ſoluendum , quia tũc legatarius incipit egere,& in principio anni eſt præſtandum pro toto anno dicit Bald. in leg. prima ſub numero 3. C.de fideicom.& Bal.in l.ſi cui legetur.in princ.ſub nu. 3.ver.fallit ſi eſt relictum.de lega.1. dicit quòd relictum annuum ratione neceſſitatis deb.ſolui tempore neceſſitatis imminentis:idem dicit in ſummario d. §.ſi in ha-
96 bitationem, idem no.in l.fi.in fi.C.de ordi.cogni.† taxationem alimentorum relictorum viduæ debere fieri in princip.

Sed aliam doctr.tradit Bar.in d.l.fin.de liber. agnoſ-
97 cen.& in d.l.pecuniæ.de an.leg.quòd ſi † alimenta ſint relicta perſonis in vniuerſali non morituris, puta pauperibus ex veriſſima ſententia Dei noſtri Saluatoris, Pauperes ſemper habebitis vobiſcum,tũc annua,& in prin. anni debent præſtari,per l.ſi quis ad declarandam.C.de epiſco.& cler.ratio poteſt aſſignari quia pro his cõmuniter ſunt conſtituti adminiſtratores qui per totum annum bene habent conſeruare, & ſubminiſtrare pauperibus neceſſaria , ſi verò relicta ſint perſonis in particulari morituris,puta vxori,fratri,Titio:tunc quoad cibaria, & commeſtibilia dari debent de menſe in menſem, quoad veſtimenta & calceamenta de anno in annum, prout his legatarius indigere videbitur, ita dicit debere intelligi d.l.ſi ibi menſtruis alimentis,& d.l.pecuniæ, de menſtruis & annuis oneribus alimentorũ,ſequitur Ang. in d.l.cum hi.in princ.ver.ſequitur in text. & Bal. in d.l. 1.num.3.non diſſentit in l. non poteſt. ff. de adopt. dicit quòd alimenta dare debens, tenetur ſoluere de mẽſe in menſem , in principio menſis pro toto menſe, eandem doct.commun.probat pract.Papien.d.gloſſ.1.num.104. in for.lib.pro leg.rei ſing.Socin.conſil.11.col.fin.li. 1. & Grat.conſil.87.in fi.lib.2.& vide Bar.in d.l.pecuniæ,nu. 4.qui practicam ponit formandi libellum in petitione alimentorum.

Aliam demum temporis dilationem non pati præſtationem alimentorum , quiſque viuens in ſe ipſo experitur , & à natura ipſa , communique vſu edocetur,

quemadmodum homo viuens dietim & victu & veſtitu
indiget, ne fame pereat, ne nudus diſpiciatur, quam-
98 obrem & lege id quoq; ſancitum eſt, quòd † cauſa ali-
mentorum agitari poſſit tempore feriarum, vt l. 2. ff. de
fer, & ibi Alber. num. 3. quando etiam petantur alimēta
ex teſtamento, & aliunde non habeat legatarius vnde
poſſit ſe ali, peti poſſunt tēpore feriato, ſecundùm Guil.
de Cun. & indiſtinctè tenet Bart. in l. diuus. eo. & in l. ſo-
lent, num. 15. & in l. Mela. in princ. ad fin. de ali. lega. po-
nendo & hoc inter priuilegia alimentorum, vt etiā po-
nit quòd non poſſit appellari à ſententia de alimētis la-
ta per l. fin. ff. de appell. recipien. vbi videtur trāſire cum
opin. Guil. de Cun. & ibi in apoſtil. quòd non admitta-
tur appellatio quoad effectū ſuſpenſiuum, quia interim
debent præſtari alimēta ſi non habet vnde ſe alat & Al-
ber. tenet idem in l. ſi quis à liberis. in princip. in fi. de li-
ber. agno. ſenſit Bar. tract. de ali. col. pen. ad fi. ver. quæro
an ſententia, per l. ſiquando. & ibi no. Co. de ordi. cog.
quòd ita cōmuniter intelligitur, dicit Bart. quando pe-
tens alimenta fundauerat ſuam intentionem, & iudicis
conſcientiam informauerat, & ſequitur Cephal. conſil.
518. n. 28. firmat Bal. Nouel. de dote par. 9. priui. 7. nu. 2.
99 Octauo & vltimo † vbi ſint præſtanda alimenta, ita
dubitationem propoſitam in hac vltima partitione diſ-
ſoluendo reſpondetur. Primò ſi non fuerit dictū in quo
loco deberet legatarius ſtare vel habere alimēta, ſed ea
ſimpliciter appareat ſibi relicta, nēpe ea habere & con-
ſequi poteſt, & ſtare vbi velit, Bart. in l. quarta. §. primo,
in fin. de ali. lega. comprobat Bald. in l. in annalibus, nu-
100 mero 4. C. de legat. ſubiungendo in fi. quòd ſi † hæres
habeat commodas & honeſtas domos teſtatoris pro ha-
bitatione legatarij vel legatariæ, quæ fuerit vxor te-
ſtatoris, vt in ea Bartol. & Bald. ponunt exemplum,
non cogitur hæres alienam domum conducere aſſig-
nādo legatariæ vnam ex domibus ſuis, in qua poſſit de-
center, & honeſtè morari, & hoc ſufficit hæredi, dicit
101 Bald. latè ſequitur † Riminal. conſilio 250. numero
ſeptimo, & rurſus quòd legatarius tamen non cogatur
accipere alimēta & morari in eadem domo cum hære-
de per text. ibi tradunt Bald. in leg. cum hi. §. eam tran-
ſactionem. ff. de tranſact. & ibi Angel. & Fulg. in §. vult
igitur, numero quinto, in fin. inferentes eſſe vtile pro
vxoribus & filijs naturalibus, quibus conſueuerunt ali-
menta relinqui, quòd poſſint ea habere extra domum
hæredis, & ibi Iaſo. in quinto no. ſequitur, idem Angel.
Aret. de teſtam. gloſſ. 45. in princip. Aym. conſilio 205.
num. ſecundo, Bero. conſil. 24. num. 14. lib. 2. quatenus
Aym. dict. conſil. 205. numer. 2. reprehendat Alexandr.
in conſilio 178. in fin. lib. 6. adducentem in contrarium
vxorem non poſſe conſequi alimenta relicta extra do-
mum, etiam quòd teſtator non dixerit ea ſe relinquere
in domo, quia tamen hæredes non tenentur ea præſta-
re in alia domo, & liberantur, alimenta aſſignando le-
gatario in domo vna teſtatoris, ſic eius mente interpre-
tata allegando Bald. in dict. leg. in annalibus. in fin. di-
cendum eſt ita ſimpliciter intelligendo Alexandr. malè
loqui & ſic contra text. & ibi contra commun. opin. do-
cto. in dict. §. vult igitur, & contra Bartol. in d. l. 4. §. pri-
102 mo, in fi. Sed poſito caſu quòd † legatarius, cui ſunt ſim-
pliciter relicta alimenta, vellet ſibi ſolui ab hærede pē-
ſionem, vel mercedem vnius domus pro habitatione
comprehenſa in legato alimentorum per l. legatis. de
ali. leg. non cogeretur hæres aliam domum conducere
aſſignando legatario vnam ex domibus teſtatoris, in
qua competenter & honeſtè poſſet morari; & hoc caſu
loquitur Bald. in dict. l. in annalibus. in §. & Caſtren. in
leg. ſi domus. in princip. de lega. primo, poſito etiam ca-
ſu quòd iſte legatarius tempore vitæ teſtatoris ſolebat
cum eo morari à ſolito teſtatoris interpretando eius
voluntatem circa habitationem alimentorum partem,
per leg. penul. in princip. de ali. legat. prout tradit Bar-
tol. in leg. 3. ſub numero ſecundo, de vi. trit. ol. leg. dum
ponit exemplum alimentorum, ſi vellet habitationem
cum alimentis, teneretur in domo teſtatoris habitare
ſi commodè & honeſtè poſſet, & his caſibus bene loqui-
tur Alexand. conſil. 178. in fin. lib. 6. & limitari poſſet d.
103 commun. ſententia, quòd † alimentarius aſſignata ſibi
congrua domo pro habitatione non poſſet ſub legato
alimentorum habere penſionis ſolutionem pro habita-
tione domus, & morari vbi velit.
104 Quid ſi † hæres & alimentarius habeant diuerſa do-
micilia, vel diuerſas habitationes, alimenta vbi ſint pe-
tenda & præſtanda, an in domicilio, vel ad domum hæ-
redis vel legatarij, dixi ſupra dubi. 8. verſic. fin. & tetigi
aliqua generaliter, & magis remiſſiuè de locis petitio-
nis & præſtationis legatorum. De loco autem petitio-
nis & preſtationis legati alimentorum in ſpecie, tra-
dit Bartol. in l. prima, numero 4. de ali. legat. Papien. d.
glo. prima, numero 107. 108. in for. libel. pro leg. rei. ſing.
Ang. & Fulgo. in dict. l. cum hi. §. vult igitur, concluden-
do ex gloſſ. in verſi. alteruter eorum, in dicto §. vult igi-
105 tur, quod † alimenta ſunt præſtanda in loco domicilij
hæredis, niſi aliter appareat de voluntate teſtatoris ex-
preſſa vel tacita per l. ſi fideicommiſſum. in princip. &
l. ſed ſi ſuſceperit. §. libertis. ff. de iudi. & l. cum res in pri.
de lega. primo. Alio & ſecundo modo concludendo ea
quæ poſſunt portari ſine expenſis, vt pecuniæ ſi eſſent
ſoluendæ pro alimentis, debere portari ad domum le-
gatarij, ſi verò requirerent ſumptus in portando, vt fru-
mentum & vinum, ea dabit hæres in domo ſua, & po-
ſtea legatarius portabit ad domum ſuam, licet Fulg. in
dict. §. vult igitur, numero 4. dicat hanc diſtinctionem
106 nulla lege probari † putarem tamen hoc poſſe proce-
dere in alimentis relictis & taxatis à teſtatore, qui aliter
non diſponendo de eorum aſportatione videtur in du-
bio ea voluiſſe ſolui, vbi ſolui debeant de iure commu-
ni, dicit Ang. in dict. l. ſi fideicommiſſum. in princip. ita
attenduntur not. per gloſſ. Bart. & ali. in l. item illa. ff. de
conſtit. pecu. & in l. quod legatur. ff. de iudi. & in l. cum
res in princ. in alimentis autem taxandis arbitrio iudi-
cis cum alijs conſiderationib. per me expreſſis ſupra in
5. quæſt. dubitationis huius deberet etiam conſiderari
de ſumptibus iſtis neceſſarijs pro alimentis deferendis
ad legatarium, argum. l. Mæuia. §. vxore de annu. legat.
& not. per Imol. in leg. cum filiusfamiliàs. §. fi. de verb.
oblig. vbi in alimentis infert debere attendi, ne aliâs
inutile ſit legatum, idem ſentit in cap. indicante, ſub
num. decimonono, de teſta. vbi magna impenſa require-
tur ad præſtādum relictū ad locum, vbi eſſet legatarius,
& facit tex. in dict. l. cum res in principio ibi, vel vbi ve-
riſimile eſt eum voluiſſe, & ibi glo. in ver. veriſimile, ex-
primens ex conditione perſonarum, poteſt addi etiam
ex loco, pro hoc tex. in l. penul. in fi. de conditio. demō-
ſtrat ibi vt aliàs aliud ex perſona locóque ſit extiman-
dum, & gloſſ. in dict. leg. ſed & ſi ſuſceperit. §. libertis, di-
107 cit † relictum pro alimentis eſſe dandum, vbi degit ali-
mentarius, ne interim in itinere periret, & aſſentit ibi
Bar. nu. 2. ſentit & Rayner. de mont. Vbiano inter con-
ſiliū vltim. volunt. volum. 1. conſi. 14. nu. 62. & Menoch.
de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 270. ſub numer. 19. vbi nume-
ro præceden. & ſequen. de his aliqua ad caſum iſtum po
nit, & ſi alimentario ceperit hæres ſoluere in loco vno,
non poterit variare & opponere ſe non teneri in illo lo
co ſoluere pex text. in dict. leg. ſi fideicommiſſum. §. fin.
& ibi gloſſ. & doct. vnde à iudice hæc erunt diſpicienda,
vt hæreditatis vires nimium non opprimantur, & le-
gatario relictum alimentorum vtile remaneat ex mēte
Iuriſc. in d. l. cum hi. per tex. & glo. & doct. in locis alleg.
ſupra, item tacita mens teſtatoris deprehenditur ex lo-
103 co quod velit ibi præſtari legatum, vt quando fuerit †
relictum



relictum quid ſcholari ſtudenti Paduæ vel Bononiæ, in
ſubſidium ſui ſtudij debeat id præſtari legatario in loco
vbi ſtudet, Bar. Bal. Ang. & Fulgo. tradunt in d. §. libertis
d. l. ſed & ſi ſuſceperit, accedēte etiā fauore relicti cauſa
ſtudij, de quo per doct. in l. 1. ſolut. matr.
Deinde quid ſi † teſtator vxori, vel alij alimenta re-
109 liquit in domo cum ſuis hæredibus, vel nominatim
cum aliquo quo cum habitant, vel ſi & quovſque ſtete-
rit in domo teſtatoris, vel ſi habitationem in domo ſe-
paratā reliquit, & ſeparatim alimenta? Breuiter reſpon-
dendum eſt, idem eſſe dicere: Relinquo alimenta cum
hæredibus meis, vel cum filijs meis, vel apud hæredes
meos vel in domo filiorum meorum, Bald. conſilio
484. caſus talis eſt, Quidam Simon. ſub verſicul. non
obſtant contraria. libro quarto. Riminal. ſeni. conſilio
589. non video differentiam, in princip. vbi ſubiungit
voluntatem teſtatoris interpretari quòd legatarius non
ſolùm debeat morari in eadem domo cum hæredibus,
ſed etiā quòd debeat cum eis comedere & bibere, niſi
ergo ſit commenſalis, non dicitur morari cum filijs, vel
cum hæredibus, quod eſſe notandum dicit Bald. in l. 1.
num. 8. C. de leg. etiam relatus per Rimin. idem ibi Ang.
110 probat † quem dici cum hærede velle habitare, quando
cum eo eſt commenſalis, non ſi velit particulam domus
pro ſe, non pro modico tēpore. l. ſi quis ita legauerit de
conditio. & demonſt. & ibi Imol. num. 2. Capra conſilio
72. numero 13. ita vbi teſtator deſignauit, & aſcripta
conditione morandi per legatarium expleta alimenta
ſunt præſtanda eidem legatario, & non alibi. l. qui con-
cubinam. §. vxori. de legat. 3. l. illis libertis. de condit.
& demonſtr. & dict. l. prima, C. de legat. & ibi doct. &
latè inſiſtendo in ſpecie firmat Grat. conſil. 69. nume-
ro 7. cum ſequent. & conſilio 87. numero 6. & ſequen.
lib. ſecundo, & Bald. dict. conſilio 484. colum. prima,
in fin. libr. 4. & Bartol. conſilio 211. quam ſibi filios,
numero 6. relato, per Bald. d. conſilio ſuo, Alexa. conſi.
100. colum. prima lib. primo, & clarius conſil. 178. nu-
mero 5. lib. 6. idem tenet Ang. Aret. de teſtam. gloſſ. 45.
in princip. vbi omnes, præter vim conditionis, ſi, vel
111 donec habitauerit explendæ, vbi fuerint † appoſita cō-
cludunt hoc eſſe fauore hæredis grauati minori incom-
moditate, ac impenſa faciliori præſtantis alimenta in
112 ſua domo quàm extra, & † lucrantis operas aliquas ob-
ſequiales, quas legataria pro conditione ſuæ perſonæ
debet in domo præſtare vbi mandacat, & ibi non ſtare
tanquam corpus mortuum, nempe & locus à teſta-
tore demonſtratus expreſſè vel tacitè attendi debet, ac
in perſoluendis legatis obſeruari. d. l. cum res in prin-
cipio, de leg. primo, & l. ſi fideicommiſſum in princ. &
l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. ff. de iudi. cum alleg. ſup. dubit.
8. in princ.
Cæterum aliquæ ſunt difficultates eueniente caſu,
quo alimentarius, vel alimentaria non ſteterit, vel non
ſtat cum hæredibus in domo, nam quandoque conſe-
qui debet alimenta, etiam non ſtando cum filijs & extra
domum, quandoque non, vt plenè percipi & dignoſci
poteſt perlegendo ea quæ diffuſè ſcripſi ſuprà dubit. 8.
ver. pone ſecundò teſtator legauit, cum ſequen. licet re
miſſio iſta ſufficeret, non piget hoc in loco ſuo breuiter
& in ſumma repetere, quando alimenta conſequi poſ-
ſint, non ſtando cum hæredibus & extra domum, &
113 quando non. † Poſſunt autem per legatarium conſequi
alimenta extra domum non ſtando cum filijs, quando
caſu vel facto eorum contingit hòc abeſſe, caſu quando
filij ſunt mortui per tex. in dict. l. prima. C. de lega. & in
l. Caio. §. imperator. de ali. leg. vbi proprie talis volun-
tas & cogitatio teſtatoris interpretatur, vt alimento-
rum præſtatio perpetuo maneat, ita ibi gloſſ. vtrobi-
que Bartol. & doct. communiter tradunt id fauore ali-
mentorum, & hoc clypeo refutant multa contraria ibi-
dem, & in l. Seio. in princip. de an. lega. & in l. in teſta-
mento. 2. & in l. illis libertis. de conditio. & demonſtra.
fauore alimentorum concedit Deci. conſi. 526. col. pen.
ver. primo. & verſi. ſecundò reſpondetur. & latè probat
conſil. 501. num. 4. & ſequent. etiam pro alimentis in ma
tre translatis in vſumfructum per mortem filiorū, idem
tenet & Riminal. ſeni. conſi. 250. num. 8. amplia ſi & ſte-
terit caſu fortuito contingente in perſonam legatarij,
quòd non valeat ſtare cum alio, quocum morari de-
beat, non cum agnato ſic teſtatore diſponente, vt diſtin
guendo & ſequendo Caſtren. tenet Alexandr. in dict. l.
1. num. 5. C. de leg. imò ſi ſtaret per caſum fortuitum in
ſua perſona. Nat. conſil. 387. num. 5. Menoch. d. ca. 270.
num. 17. facto eorum, cum quibus debet morari, dicitur
euenire contrarium, non ſolùm per eorum factum pro-
priū, ſed etiam per factum eorum qui ſtant cū illis, quia
habent vxores rixoſas, ſeu alium omninò impedientem
legatarium, ne habitet cum hærede grauato, vt tradit
Caſtren. conſil. 167. conſiderandum eſt, colum. 2. lib. 1.
& Corn. conſil. 323. videtur in hac conſultatione, colum.
2. lib. primo, vbi in propoſito adducit tres not. theori-
cas, vt ibi per eum, & quando grauatus fuit interpella-
tus & conuentus in iudicio contradicit, Nat. dict. conſil.
387. num. 4. 5. 6. facto eorum magis euenit, quando mo-
leſtias inferunt & probabiles cauſas excitant, inducitúr-
que ſuſpicio, ne macula fiat honori pudicitiæ alimenta-
riæ, ſic comm. honeſtius, & magis quietè ſtet extra domū
hæredum, per d. l. Caio, §. imperator. ad fin. & ibi Barto.
num. 3. Ang. in dict. l. prima, ibi Salyc. num. 4. cum con-
cordan. per Aymo conſil. 268. colum. 3. verſicul. quarto
quod vbi maritus, & ſequent. & Roland. à Vall. conſil.
22. num. ſecundo, libr. primo, & Menoch. dict. caſ. 170.
num. 12. facto etiam hęredum accidit, quando diuidunt,
& ſeparatim habitant, vt poſt Cuma. & Ruin. per Ro-
land. à Vall. dicto conſil. 10. 22. numero 14. & 15. libro
primo, & conſil. 89. num. 14. verſicul. ſed præmiſſis. libr.
tertio, & Ioſeph. Aſſiſien. Peruſi. deciſ. 92. num. 19. cau
ſa etiam rationabilis reputatur non habitandi cum hæ-
redibus, quando ab eis diſcederet cauſa habitandi cum
ſuis filijs à quibus non debet parens ſeparari. leg. poſſeſ-
ſionum. C. comm. vtriuſque iudic. ponit pro iuſta cauſa
Ioan. de Ana. conſil. 54. ver. præterea illud eſt verum, &
ibi Bolog. in additi. ver. dum vero dubitatur, ſequitur.
Val. di. conſil. 22. num. 13. & Cro. conſilio 377. num. 14.
ver. & ſciendum eſt, idem ſi cauſa habitandi cum vxore
per d. l. poſſeſsionum, Bart. in l. Mæuia. §. primo num. 2.
de annu. legat Tob. Peruſi. conſil. 85. ad fin. Reputatur
quoque pro iuſta cauſa non habitādi ſimul, ſi legatarius
& hæredes ad inuicem litigāt, vt ſæpe poteſt euenire, ita
firmat Iaſo. conſil. 44. num. 2. lib. 1. refert & Val. d. conſ.
22. nu. 12. & ſi quę aliæ iuſtę cauſę tutè & pacificè non ha
bitandi ſimul per legatarium & hæredes videbuntur iu-
dici, ſtant quidē in eius diſceptatione & cognitione per
text. & ibi not. in leg. ſi cum dotem §. eo autem tempo-
re. ſolut. matrim. tradit Caſtren. dicto conſil. 167. conſi-
derādum eſt ſupra fin. ponit in ſimi. Menoch. d. caſ. 170.
nu. 15. per aliud Caſtren. conſil. 428. viſo caſu ſupraſcri-
pto, col. fin. ſub num. 3. lib. 2. facit clauſula tex. ſi qua alia
iuſta mihi cauſa eſſe videbitur, in l. 1. in fin. ff. ex qui. ca.
maio.
114 Sed aduertendum eſt quòd † legatario ſe fundanti
in dictis cauſis incumbit onus probandi eas Anch. conſ.
254. ſuper primo, colum. 1. Iaſo. in dict. leg. prima. C. de
lega. Quæ cum in genere conſiſtere videantur ad effe-
ctum demōſtratiuum indignationis, odij, periculi, mo-
leſtationis & malæ gratiæ hæredū & legatarij non paci-
ficè, non ſecurè ſimul habitādi licet per Alex. conſ. 100.
columna penultim. lib. primo, tenetur non poſſe pro-
bari de his per teſtes ſingulares, tamen cum ſint de his
quæ non palam accidunt, poſſunt probari per famam

 viciniæ,

viciniæ, firmat in ſpecie ipſe Alexand.conſil.66.ad fin. libro 3.etiam per teſtes ſingulares, vt latiſſimè de pluribus modis probandi rixas & diſcordias inter has ſimiles perſonas in terminis tradit.Corn.conſil.266.colum.4.& ſeq.lib.3.pro commun.opin.ponit Gabr.Roman. de commun.concluſ.lib.1.tit.de teſti.concluſ.2.num.18.& num.52.quòd ad probandũ diſcordiam ſufficiunt teſtes ſingulares.

115 Rurſus † alimenta extra domum hæredum legatarius habere poteſt quando apparet illud habitare legatarij cum hærede eſſe inductum iu fauorem ipſius legatarij,quòd vt ſit minor,infirmus,& debilis & demum talis, quòd poſſit indigere in aliquibus auxilio hæredum,cum quibus habitando eis proſpectum ſit, quia huic fauori ex tali habitatione etiam quòd proueniat ex teſtamen. renuntiare poteſt,per re.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.tradit Abb.conſ.11.nu.1.lib.ſecundo,ita præter habitationem habere poterit reliquum alimentorum extra domum,quod eo inuito facere non poſſent hæredes, vel ille,qui debet retinere in domo legatarium, vt hos caſus diſcurrendo probat Bero.conſilio 24.col.pen.& fin.à lib.2.

116 Idem dicendum eſt quando † legatario ſunt relicta alimenta ſeparatim, & habitatio, quæ licèt ſpecialiter ſit relicta, & ſub legato alimentorum generaliter facto habitatio alia non debeatur per leg.alimenta.§.Baſilicæ.de ali.lega.ait Barto.in conſilio 9.ſuper eo quod quæritur.in fina.vol.primo, videtur tamen quòd legatarius dimiſſa habitatione domus poſſit petere alimenta extra domum,vt concludit Ioan.de Ana.d.conſi.54. verſi. tamen illud procedit,pro quo allego Barto. conſil.5. ſuper declaratione prædictorum,volum.ſecundo, impreſ. Vene.vbi ſub hac forma legati reliquit victum & veſtitum & habitationem in domo, interpretando dicit illa verba in domo referri ad habitationem, non ad victum & veſtitũ, aſſignata ratione diuerſa in habitatione cum victu & veſtitu inferente abſurdum intellectum,cùm habitatio ſic iuſſa contineret ſpeciem ſeruitutis.l.Titio, §.1.de condit.& demonſtr.& concludit alimenta eſſe relicta ſimpliciter, & illa verba in domo, intelligi ibi eſſe præſtanda alimenta ſi legatarius velit, & alibi hæredem non eſſe obligatum ea præſtare, & ſi legatarius ea alibi velit, portabit ea quæ velit ſuis expenſis.l.ſi res mobiles. ff.de rei vendi.& ita non nocere legatario ſi non ſtetit in domo,vel non fuit proteſtatus,quominùs poſſit petere alimenta præterita & futura per leg.libertis quos.§.1. de ali.lega.ergo iſto caſu alimenta peti poſſunt extra domum vt Bart.& Ioan.de Ana.conſuluerunt.

117 At econtra quando non † debeant præſtari alimenta extra domum, id primum indubitatum eſt, quando pro parte legatarij non ſint probatæ cauſæ iuſtæ & rationabiles non habitandi cum filijs & hæredibus teſtatoris, & non ſint ſeruatæ conditiones appoſitæ legataria etiam committente cauſas vt expelli debeat ex domo,& cohabitatione hæredum, vt per Alexand. conſil. 100.columna ſecunda,& per tot.lib.primo,Riminal.ſeni.conſi.589. numero ſecundo, & ſequent.Capra conſ. 72.nume.12.Grat.dict.conſil.69.nume.14.& ſeque.lib. ſecundo,Ber.conſilio 32.nume.ſecundo, & ſequent.lib. ſecundo,cum alleg.ſupra verſic.deinde quid ſi teſtator

118 † item conſequi non poteſt alimenta extra domum legatarius aliquo modo,quãdo ſtare debeat in domo cum filijs & hæredibus teſtator.cauſa, & commodo ipſorum hęredum,vt eorum negotia adminiſtret,& gubernet eos infantes,& minores,& omninò indigentes opera & auxilio legatarij,cui adeò quod relictum eſt,videtur magis ſibi datum pro mercede ſuorum laborum, quàm dono? ita ex quacunque cauſa deficiat conditio morandi cum talibus hæredib.ceſſat & ipſum relictum per l.Seio. in prin.de an.lega.& l.illis libertis in fi.de cond.& demõſt. & ibi gloſſ.Bar.& alij,& in d.l.1.C.de lega.

119 Item iſto caſu alimenta non poſſunt peti extra domum † quando relictum habitationis in domo teſtatoris,& alimentorum factum ſit cum hæredibus infraſcriptis,& ſi facto & culpa dictorum hæredum non potuerit habitare in domo, legatarius habeat extra domum alimenta aucta etiam pro duabus alijs perſonis, vnde mortuo primo hærede inſtituto non poteſt primum dici per eum commiſſa culpa vel factum aliquod, deinde illa verba, cum infraſcriptis hæredibus intelligun tur etiam de ſubſtitutis hæredibus, cum quibus legatarius tenetur morari, ita & alimenta extra domum petere non poteſt,diffuſe probat Riminal. ſeni.conſi.250. col.tertia,& ſeq.quòd mors hæredis nullam inferat culpam ipſius defuncti,tangit & Bero.conſil.41.nu.8.9.10. lib.2.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Dotes habent fauores & priuilegia vſque ad mortem 354. quæ dantur pariter legatis dotium in deciſione ſtatuti, quòd non currat præſcriptio in dotibus venit & dotis legatum,& de alijs fauoribus,vſque ad num.7.*

2 *Dos dicitur & mulier dotata, quando data eſt etiam in teſtamento, & non titulo actionis, ſed rei effectu inſpecto.*

3 *Fauor dotium datum per ſtatutum datur & legatis dotium.*

4 *Actio datur à marito & vxori pro legato dotis facto, vel futuro marito, vel marito de præſenti pro vxore: & hoc fauore dotis.*

5 *Falcidia non detrahitur de legato dotis pro aliqua muliere maritanda,nec voluntas teſtatoris ſeruatur caſu quo ſilia remaneret indotata, quæ Falcidia non detrahitur quando legatum eſt factum mulieri pauperi vti factum ad pias cauſas.*

6 *Legatum factum dotis mulieri pauperi,vt Titio nubat fauore dotis mortuo Titio,vel muliere, ſoluitur alij pauperi mulieri cum conſenſu epiſcopi nubenti, nec poteſt diſpenſari in alias pias cauſas,vel mortuo Titio mulier debet alij nubere,vt conſequatur legatum,& vt ibi diffuſè habetur.*

*Item fauore dotis valet legatum dotis incertæ.*

*Item non venit in reſtitutione fideicommiſſi. ibidem.*

*Item factum in teſtamento non cenſetur diminutum per generalem diminutionem legatorum factam in codicillis.*

*Item eadem ſunt priuilegia legati dotis quæ ſunt legati alimentorum.*

*Item per patrem factum filiæ vti æs alienum præfertur alijs legatis.*

7 *Legatum dotis ab auo vel aſcendentibus factum neptibus vel deſcendentibus quandoque dicitur factum contemplatione neptum, cùm nominauerit eas quæ ſunt nubilis ætatis apparentibus vehementibus indicijs,& quoad patrem dicitur de bonis aduentitijs,quæ dos non venit nepti imputanda in legitimam debitam ex bonis paternis, nec patri in legitimam debitam ex bonis ſui patris, intellige,vt num.ſeq.*

*Et quando contemplatione filiæ & non neptum dicatur factum dotis legatum, vide ibidem diffuſè, per exempla. ibidem.*

8 *Dos relicta ab auo ita demum imputatur in legitimã debitam, tam nepti in bonis ſui patris quàm patri in bonis ſui patris & dotata à patre neptis non poteſt petere dotem relictam ab auo, hocq́ quando dos ea eſſet ſoluenda à filio, ſecùs ſi à ſubſtituto filij: ſicuti à diuerſis debitoribus vtramque conſequeretur & eam aui, & eam patris, vt ibi latè, & quod idem ſit pro ea maritanda*



*maritanda,vel pro dote dicere,& de vtroque legato ſibi debendo ab auo relicto & à patre.*

9 *Dotes relictæ ab auo neptibus in maiori quantitate quàm fecerant filij & parentes dictarum neptum & filiarum, qui diminuto patrimonio ſub fideicommiſſo relicto inter eos maſculos minorem quantitatem promiſerant & reliquerant ſuis filiabus, neptibus aut fideicommittentis, quando ab ipſis neptibus poſſunt peti in eo pluri in teſtamento aui relicta.*

*Et habitis teſtamento aui, & teſtamento filiorum hæredum pro vno teſtamento & diuerſis legatis quòd eadem cauſa dotis eiſdem perſonis factis in dictis teſtamentis ſtatur vltimo legato dotis, & vltimum attenditur ac debetur.*

*Idem in eodem dicendum legante ducentũ pro dote,& poſtea dotante in centum, quòd legataria illud plus petere non poteſt.10.*

*Et quando illud plus petere poßit, nec in eo intelligatur facta compenſatio quæ quando fiat, ibi.num.11.*

*Quicquid Natta contradixerit cum loquatur in legato ſimplici facto ab auo neptibus, & non in cauſa dotis, & vt ibi latius de materia hac, cum numero ſequent. habetur, & quando ſemper præſumatur in cauſa dotis, & vt ibid.*

12 *Hæres obligatus ſoluere legatum dotis mulieri legando eidem, vel dando eandem dotem intelligatur facta compenſatio.*

13 *Legatum factum ab aſcendentibus fœminis deſcendentibus innuptis, vt plurimum ſit pro dotibus, & ſimpliciter etiam factum, & ſufficiens doti intelligi debet pro dotibus relictũ, ſicut de patre dicitur ſimpliciter filiabus innuptis relinquente, & eſt communis opin.ſecus in extraneo non obligato dotare, reprobato Natta, & vt latißimè de hac materia ibi colligitur.*

14 *Dotes relictæ neptibus ab auo ſoluendæ per earum patrem fideicommiſſo grauatum reſtituere alijs maſculis,debent prius ſolui ex legitima & Trebellianica patris grauati quatenus capiat, deinde in reſiduo & integraliter ſuppletur ex bonis ſubiectis fideicommiſſo.*

*Et attenditur tempus reſtituendæ dotis, ſi legitima ſufficiat & Trebellianica cui non nocet quin pro ea bona fideicommiſſo ſubiecta capiantur, ſi prius maritus ipſam legitimam & Trebellianicam dißipauerit, idem cum nume. ſequent.*

15 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt capi & diminui pro reſtitutione, dotis verò habitæ & receptæ, & non pro dote ficta & confeſſata, quæ non habet dotis priuilegia.*

16 *Dotes relictæ certæ ab auo fideicommittente, vel diſponente fœminas deſcendentes ex ſuis filijs maſculis hæredibus inſtitutis & alijs deſcendentibus maſculis ad inuicem perpetuò fideicommiſſo grauatis,debere competenter dotari aliquo maſculo alienante legitimam & Trebellianicam filiæ eius poterunt dotari de bonis ſubiectis fideicommiſſo pro dotibus certis, vel declarandis competenter, & vt de hac materia latius ibidem diſcutitur, iuxta diſpoſitionem.l.authen.res quæ.C.commun. de lega.*

17 *Dotes relictæ filiabus grauatorum filiorum per auum ſimpliciter non expreſſo alio ex quibus bonis debeant ſolui, an tempore reſtitutionis fideicommiſſi ſolui debeant de bonis earum patris grauati, vel aliorum cohæredum fideicommiſſariorum, vel de bonis fideicommiſſo ſubiectis, & dic eſſe ſoluendas,& quod conſequi poſſunt,& debent ſolui detracta legitima grauati vel grauatorum per fideicommiſſum pro hæreditarijs portionibus, ſecundùm Corne.maximè quando nominatim per auum legatum dotis ſit factum nepti,& quare, & de ratione vide multa ad hanc materiam diſcuſſa per auctorem,cum numero ſequent.*

18 *Legatum de mille factum nepti per auum in ſubſidium maritandi inſtitutis hæredibus filijs ſolui debet per eorum hæredes pro hæreditarijs portionibus, nec alij ſunt liberati ex eo quòd pater dotauit filiam.*

19 *Auus viuens ſicut tenetur dotare neptem, ita per omnes ſuos hæredes legatum dotis illi relictum ſolui debet, alio non expreſſo per teſtatorem.*

20 *Paria ſunt dotare inter viuos dando vel promittendo, vel in teſtamento legando dotem,& eſt communis doctorum ſententia, vbi de effectu dotationis agitur, reſpectu obligationis bonorum dotantis.*

21 *Statutum quòd ſtantibus maſculis fœmina dotata non ſuccedat, ſufficit quòd ſit dotata in teſtamento.*

22 *Dotes relictæ ab auo neptibus debentur citra legitimã patris grauati ex diſpoſitione teſtatoris aui.*

23 *Dotes quando ſunt relictæ neptibus ab auo non nominatim ex certo filio forſan grauato pluribus filiabus inſtitutis filijs ſuis pluribus & eorum deſcendentibus perpetuò fideicommiſſo reciproco inuicem, & ſucceßiuo mandante filias ex eis deſcendentes dotari certa dote,vel competenter non earum contemplatione hoc factum dicitur, ſed intuitu maſculorum non erunt ſoluenda de bonis fideicommiſſo ſubiectis vti fœminis excluſis ab eis: ideóque debent ſolui de bonis paternis grauati, & in legitimam patris veniunt imputandæ debitam patri ex bonis aui teſtantis, & vt de hac materia latißimè diſputatur per auctorem,cum num.ſeq.*

24 *Intellectus authenticæ res quæ.C.commun.de legat.quando procedat,& num.29.cum ſeq.*

24 *Dos relicta ab homine filiæ grauati compenſatur in legitimam grauati patris qua non ſufficiente alienari poſſunt res fideicommiſſo ſubiectæ.*

*Nec dicitur onus impoſitum legitimæ dum imputatur dos filiæ eius in eum, ad quem ſpectat ipſa legitima,& vt ibi hoc latiùs declaratur.*

25 *Aduentitium dicitur quod extra cauſam dotis eſt relictum.*

26 *Legatum dotis per auum neptibus relictum ſoluendum eſt de bonis filij grauati, ita debet ſolui de ſuis bonis, & ſic de legitima quam detrahere debet ex bonis paternis teſtatoris.*

27 *Dotes filiarum grauatorum fideicommiſſo ex aui teſtamento vel proaui fideicommittentis tempore quo dies fideicommiſſi cedit,non exſpectato contractu matrimonij, poterunt peti,& bonis alienatis pro eis legatis competit hypothecaria contra tertios poſſeſſores.*

28 *Fideicommiſſum poteſt annihilari per dotes relictas ab auo neptibus cùm tot filiæ & neptes ex deſcendentibus poſſunt naſci ex maſculis cõprehenſis in fideicommiſſo quot earum dotes relictæ in tãtis quantitatibus multiplicatæ poterãt abſoluere omnia bona fideicommiſſo ſubiecta, dic tamen de hoc vt latißimè diſcutitur, nu.maximè 33.in fi.*

29 *Dotes filiabus grauati, cui debetur legitima ex bonis teſtatoris ſi non ſufficiat legitima ex bonis fideicommiſſi, non poſſunt cõſtitui niſi eis filiabus quæ fuerint natæ vel conceptæ tempore vitæ teſtatoris, ſecundum Corn.quod quomodo intelligatur, vide num.32.& 33.cum ſeq.*

*Quæ opin. longo apparatu & pulchro tollitur per auctorem, vt ibi per eum, cum numeris ſequentibus.quæ omninò videnda ſunt, quia multa ad propoſitum declarantur.*

30 *Legitima eſt triens vel ſemis portionis debitæ ab inteſtato.*

31 *Filia grauati à patre ſuo debet dotari.*

34 *Dotes relictæ filiabus deſcendentium maſculorum debentur eis etiam conceptis poſt mortem teſtatoris, cùm valeat legatum factum poſthumis & naſcituris, & quòd prius tales dotes ſint conſtituendæ ex bonis proprijs & legitimæ patris ipſarum filiarum, quibus in teſtamẽto aui ſint dotes relictæ, quæ computantur in legitimam patris:*

*maximè cùm ſint cõcepta & natæ poſt mortem aui, quia non earum, ſed filij cõtẽplatione præſumitur dos relicta, & vt ibi declaratur.*

35 *Dos non computatur in legitimam, ſed filia vtramque poterit habere & dotem ſibi per teſtatorem traditam, & legitimam ex bonis paternis teſtatore ſic relinquente filiæ legitimam ſibi de iure contingentem, & in dotibus, & indumentis ſibi traditis eam hæredem inſtituente.*

*Et an idem ſit dicendum prout in extraneo, dic & declara vt ibi.*

36 *Legatum dotis vel eius nomine an dicatur purum vel conditionale vide conſiderãdo, an teſtator ſit extraneus, vel aſcendens, an iure ciuili municipali inſpecto excludente eam à ſucceſſione legantis.*

*Item qua forma verborum legatum concipiatur cum qualitate legatariæ, quæ omnia latiſſimè diſcutiuntur vſque ad finem dubitationis ferè.*

37 *Legatum factũ ab extraneo ſimpliciter pro dote vel cauſa, & nomine dotis dicitur conditionale teſtatore tunc ſentiente de matrimonio, ſine quo dos non eſt.*

*Et hoc legatum eſt fauorabile non ſolùm legatariæ, ſed etiã alteri incertæ perſonæ, ſcilicet, Caio futuro, & reipub. 38.*

39 *Auia non eſt obligata neptem dotare.*

40 *Legatum non ſufficit pro dote niſi ſit vera dos.*

*At contra quandoque ibidem.*

*Et legatum pro dote indiſtinctè continet cauſam finalẽ, non impulſiuam. ibid.*

41 *Dictio pro, quid ſignificat & quomodo diuerſimodè accipiatur.*

42 *Legatum pro dote accipitur, ac ſi ſub modo ſcriptum eſſet, vt idem ſi pro dote & cauſa dotis, vel vt ſe dotet: attamẽ magis dicitur conditionale, quàm modale.*

43 *Cauſæ dotationis & dotandi ſunt plures, quandoque intereſt ſolius mulieris declarando, vt ibi: túncque cauſa dicitur impulſiua, quandoque intereſt teſtatoris, quandoque intereſt tertij & vtroque caſu dicitur cauſa finalis declarando pariter, vt ibi.*

44 *Legatum pro dote eſt purum matrimonio iam contracto, eſt modale pro ſponſalibus contractis, eſt cõditionale pro ſponſalibus contrahendis.*

45 *Legatum factum pro dotandis pauperibus puellis differt à legato facto pro maritandis pauperibus puellis, vt ibi dicitur.*

46 *Legatum in auxilium maritandi non debetur puellæ iam matrimonio collocatæ, quia cauſa finalis euanuit, & vt ibi.*

47 *Legatum certæ quantitatis factum per fratrẽ pro maritaggio primæ filiæ ſororis ſuæ, cum hoc, quòd ſi prima filia moreretur antequam maritaretur, quòd tale legatum cedatur ſuæ ſorori pro maritaggio aliarum ſuarum filiarum, prima filia iam nupta inſcio teſtatore legatũ eſt in caſu præſtandi ſorori cauſa prædicta.*

48 *Legatum ſimpliciter factum pro dote à patre vel aſcendente filiæ vel nepti reſpectu legitimæ dicitur purum & incontinenti peti poteſt, nec aliquod grauamẽ aut cõditio conſideratur in eo, accipiendo illa verba pro dote, pro monitione, vt nubat, Quinimò vltra legitimam dicitur & totum purum ſecundùm Barto. quicquid Bald. in contrarium in hac parte ſenſerit, hócque de iure communi, quid modo de iure municipali ſtante excludente fœminas ab hæreditatibus parentum ſtantibus maſculis, opin. doctorum ſunt diuerſæ, prout diuerſitas verborum & ſtatuti reperitur vnius loci ab alio, vt quandoque dicatur purum, quandoque conditionale, declarando, vt ibi latè habetur.*

49 *Legatum purum dotis reſpectu legatariæ dicitur, teſtatore legante cẽtum mulieri, ſi nupſerit Titio, quæ parata erat eum accipere, cùm tamen ille noluerit, vti pro impleta conditione habetur.*

*Idem Titio moriente ante requiſitionem de matrimonij cum legataria, ipſa tamen exiſtente paupere, ſecùs ſi eſſet diues, & vt ibi.*

50 *Legatum puellæ de centum, vt vadat in auxilium ſui nuptus & amore Dei, non dicitur condionale, at modale: & debetur cautione præſtita de reddendo nuptijs non ſecutis, fructúſque interim pertineat ad puellam pro impinguando legatum.*

51 *Legatum eſt purum factum mulieri de fundo vt nubat vel nubere poſſit, & ſi non ſit nubilis ætatis datur cautio de nubendo.*

*Interímque legatum id tranſmittit ad hæredes ſi moreretur.*

*Idem in legato dando tempore quo maritabitur. ibidem.*

52 *Legatum purum dicitur factum à patre filiæ de centum pro dote, in quibus eam dotauit, & hæredẽ inſtituit: mandánſque ne plus petere poſſit, ſicque ad hæredes tranſmitti poteſt, ponderando, ibi. vt per auctorem, cum ſequentibus.*

53 *Legatum dotis iure inſtitutionis factum filiæ excluſæ à ſucceſſione vniuerſali ſuccedit loco legitimæ, ſicq; purum dicitur.*

*Item eſt purum quando eſt ſubſtituta maſculis vltra dotem, nu. 54.*

55 *Legatum occaſione dotis mulieri factum vti ex cauſa remota & impulſiua non eſt conditionale, at purum: ſicque in præſenti peti poteſt.*

56 *Legatum dotis factum à patre filiabus, dein dicatur quòd eis decedentibus in ætate pupillari vel antequàm nubãt, quòd perueniant ad manus hæredum ſuorum, vel ad domum teſtatoris, purum cenſetur conſideratione ibi per auctorum relata.*

*Idem ſi per verba de præſenti loquutus ſit, voluit quòd ſuæ filiæ habeãt mille pro ſuo maritare, & vt ibi dicitur purũ & tranſmiſſibile ad hæredes, eſt 57.*

*Idem ſi dixerit pro ſe maritanda vel ad ſe maritandam in extraneo præſcita cautione de nubendo, ibidem.*

58 *Legatum purum dicitur factum à patre filiæ ſimpliciter de cẽtum nec dici pro dote, cùm cẽſcatur hac cauſa legatũ & ſtatim poteſt peti, etiamſi conditio vel tempus ei explicitè adijciatur, declarando vt ibi, quia eſt tranſmiſſibile, & vt alijs coniecturis, de quibus ibi conſtare hoc poſſit, & de materia vide.*

59 *Legatum dotis purum dicitur non conditionale, adeò vt incontinenti peti poſſit vbi adſit communis vſus loquendi in loco vel conſuetudo, & probaretur hoc legitime, quòd illa mulier cui in teſtamẽto patris vel extranei relictum eſt quid pro dote dicatur ſuam dotem habere, in hoc articulando eſſentiam, proprietatem ac veritatem dotis ac ſi talis mulier eſſet nupta, & vt ibi latius exponitur.*

60 *Fructus poſſeſſionis legatæ alicui mulieri ad nubendum interim percepti ſpectant ad hæredem.*

61 *Legatum dotis factum alicui puellæ cùm peruenerit ad tẽpus maritandi, vel ad nubilem ætatem, ita demum conſequi poteſt peruẽta ea ad eam ætatem, facta pubere quod quandoque pro 12. annis accipitur quandoque pro ſexdecim & de hac materia latius ibi, cum ſeq. nu.*

62 *Diſpoſitio collata in tempus nuptiarũ differt ab ea in tempus nubilis ætatis, prout aliud eſt eſſe nubilis ætatis, aliud eſt contrahere nuptias.*

63 *Nuptiæ dicuntur vbi mutuo conſenſu contrahitur matrimonium.*

64 *Nubilis ætas in fœmina eſt in tempore duodecimi anni, niſi malitia ſuppleuerit ætatem.*

65 *Legatum factum alicui puellæ de aliqua hæreditate vel magna quantitate facultatum cum hoc quòd debeat nubere alicui de agnatione vel patria teſtatoris, ſiue ſit pubes vel impubes tempore mortis teſtatoris per triennium exſpectatur ad nubendum, aliàs priuatur relicto, quòd licet*



*licet durum videatur, vt ibi declaratur, tamen ſeruandum eſt.*

*Quid ea nupta agnato vel de patria teſtatoris, & vidua remanſerit an abſque, priuatione relicti cui velit poſſit nubere, & dic quòd ſic declarando, vt ibi latius, infra num. ſequenti, niſi teſtator id prohibuerit, dicendo velle talia bona remanere inter ſuos de agnatione & quare, vide omnia pulchrè, ibi deciſa 66.*

67 *Conditio à teſtatore appoſita ſufficit quòd ſemel ſit impleta, cùm natura conditionum ſit vt non requirat veritatem actus permanentis, ſed ſufficit veritas actus tranſeuntis.*

68 *Conditio vel diſpoſitio habens verba cum tractu ſucceſſiuo, non adimpletur momento, ſed perſeuerantia requiritur.*

69 *Legatum factum puellæ ſi nupſerit alicui de agnatione vel patria teſtatoris, & reperiatur nullus in agnatione vel patria, cui honeſtè & licitè nubere poſſit, poterit nubere cui voluerit tali conditione retenta, vel habita pro impleta: cùm per eam non ſtetur.*

70 *Legatum factum de bonis teſtatoris, vel de certis pecunijs diſtribuendis in maritandis mulieribus, vel filiabus ſuorum deſcendentium, an interpretetur de mulieribus quæ nuptæ amplius non fuerunt ſecundum opin. aliquorum, an verò etiam de viduis ſecundùm aliam opin. Iac. Butr. quam tenet auctor, ratione paupertatis, pietatis & affectionis teſtatoris æqualiter, & vt latius & pulchrè declaratur per auctorem cum nu. ſeq.*

71 *Maritare tam virgines quàm viduas iuuenculas indiſtinctè & generaliter pium eſt.*

72 *Legatum factum de certa quantitate in maritandis filiabus deſcendentium concurrentibus, & virginibus, & viduis in æquali ſtatu paupertatis vel æqualis periculi pudicitiæ, tunc virgines debent præferri viduis, cum virginibus nuptiæ magis faueant, ſicut habens maius priuilegium præfertur.*

73 *Legatum certæ quantitatis pecuniarum factum in diſtribuendo pro maritandis puellis pauperibus natis ex conſanguineis teſtatoris, pertinebit ad puellas pauperiores natas ex agnatis teſtatoris etiam vlterioris gradus, quæ præferentur natis puellis ex cognatis, hocq; teſtatore exprimente pauperiores, vel quia ſic intelligi debeat, vt ibi, ſecùs vbi diceret pauperes, per executorem eligendas, quia pauperes poteſt eligere licet pauperiores reperirentur.*

*Et de materia paupertatis & quando nobilis dici poſſit pauper, & vt ibi latiſſimè, cum num. ſeq.*

74 *Pauper poteſt dici nobilis habens facultates cum pluribus tamen filiabus ad nubendum, & eius filiæ poſſunt dici pariter pauperes, ei ergo tanquam pauperi in ſubſidium dotium filiarum dari poteſt de bonis inter pauperes diſtribuendis, intelligendo tamen, vt ibi. quando de eis non videtur ſenſiſſe teſtatorem.*

75 *Pauper quis, & quis nobilis dicatur, vide ibid. latè.*

*Et quomodo nobilis habẽs in bonis quinque millia dici poſſit pauper, & ruſticus habens centum poſſit dici diues, & vt ibi de materia.*

76 *Legata dotium à parentibus filiabus facta diuerſos effectus afferentia iuxta diuerſitatem caſuum, vide expreſſa & narrata. ibid.*

77 *Legatum ducentum factum filiæ in teſtamento iure inſtitutionis, aſſerendo ea fuiſſe in dotem data cùm tamen nil dederit, nullum eſt, adeò vt tanquam præterita poteſt dicere filia teſtamentum nullum.*

78 *Legatum dotis factũ & relictum à patre filiæ in teſtamento ſimpliciter, debetur illi, vnà cum credito certæ quantitatis ſibi ſoluendo aduenente nubili ætate relicto & deſcripto in monte Florentiæ, in quo fuit creditrix, deſcripta etiam de pecunijs paternis: nam vtrumque conſequi debet.*

## ¶DVBIT. XII.

SVPER legatis dotium, indies ita præ manibus eſſe poteſt vltimarum voluntatum interpreti noſtro, ſicut vltimum elogium, quodq; & ferè nullum inuenitur, quod legatum dotis vel vxori, vel filiabus, neptibus, vel puellis alijs factum non contineat. Cum enim dubitatio hęc ex diuerſis factorum accidentijs oriri, ad diuerſóſque iuris articulos & effectus tendere poſſit, ac eorum maiorem partem in ſuperioribus explicauerim: Ne rem igitur iudicio meo bene actam iterum agam, ad mei laborem ſuperuacuum, & ad aliqualem legentium nauſeolam, dicam itaque breuiter, & legentes remittam, quemadmodum iam de legatis etiam dotium factis vxoribus plura ſcripſi ſupra ead. interpretat. dubit. decima, ver. aduertendi ſunt effectus, & plenus eſt titulus. ff. de dot. prælega. text. gloſ. & docto. in l. 3. cum ſequent. C. de fa. ca. ali. lega. & l. prima. §. ſciendum. de rei vxor. act. & de legato dotis facto filiæ, vxori, vel marito, quando animo compenſandi cum legitima, cum lucro dotis, vel alijs debitis teſtantis, dixi ante in dubitatio. 6. ſunt & alij admodum quotidiani articuli iuris de dotibus legatis filiabus, an per eas tranſmittantur ad hæredes, de hoc vide, non tam plenè quàm clarè tractaui lib. pręceden. interpretatio. prima dubitat. 5. ſolut. 4. verſic. quarto ſuper tranſmiſſione, & an ſuper dotibus filiæ poſſint grauari fideicommiſſo, declaraui lib. præceden. interpret. 3. dubit. 2. ſolut. 4. verſic. tertio quęro, cum ſequent. Ac etiam de legato dotis incertæ facto filiæ vel vxori non contemnenda plura expoſui ſupra dubit. 5.

Nunc huius noſtræ dubitationis circa alios iuris articulos exponam has, quæ ſequuntur, ſolutiones.

1 Primo † fauores dotium à iure dati dotibus qui tales
& tanti ſunt traditi per docto. in l. 1. ſoluto matrimonio,
& Bald. Nouel. tracta. de dote. par. 6. per tot. & Bapt. de
ſancto Blaſ. tract. de priuileg. dotium, adducendo fauo-
res attributos dotibus, vſque ad num. 354. dantur pariter
& legatis dotium in deciſione ſtatuti, quòd in dotibus
non currat præſcriptio, venire & legatum dotis, qua
2 ideo † etiam in teſtamento data mulier dicitur dotata,
gloſſ. in ver. alio patre. in l. cum plures. §. penult. ff. de
adminiſtrat. tutor. & non titulo actionis, ſed rei effectu
inſpecto, reſpondit Bald. conſil. 268. ſuper primo pun-
cto, nume. 7. verſicu. ſuper ſexto. lib. 3. pro memoria di-
gnum ponit Catel. Cot. in ſuis memo. ſub verſi. dos ha-
bet multa priuilegia in pulchro caſu præhabita longa
diſcuſſione † itidem fauorem dotium etiam datum per
ſtatutum dari legatis dotium, tenet Caſtr. conſi. 322. vi-
4 ſo puncto. per tot. lib. primo, eodem † fauore dotis pro
legato dotis facto vel futuro marito, vel marito de præ-
ſenti pro vxori vtrique & marito & vxori dari actionem
per l. ſeruo legato. § ſi teſtator. & ibi gloſſ. in verſic. non
enim gener. de legat. primo, & l. Titio centum. §. fina. de
condition. & demonſtratio. inter priuilegia dotis inſerit
Baptiſt. de ſancto Blaſi. dict. tract. de priuileg. dot. in ſe-
cunda centu. numero 23. 24 ſicut & inſerit in tertia cen
5 tu. numero 16. † de legato dotis pro aliqua muliere ma-
ritanda non detrahi Falcidiam, & ibidem numero 64.
voluntatem teſtatoris non ſeruari, caſu quo filia re-
maneret indotata, per l. cum pater. §. pater certam. de
legat. ſecundo, & ibi gloſſ. & Bartol. de Falcidia non
detrahenda ex legato dotis propter gloſſ. contrariam,
& ibi Salyc. in l. talis facta. §. primo. de iur. dot. intelli-
ge quando legatum dotis eſt factum mulieri pauperi,
quia tunc dicitur legatum ad pias cauſas, in quo ceſſat
Falcidia, ita probat Roman. in auth. ſi mulier. columna
ſecunda, numero quinto. C. ad leg. Falcid. & Campegit.
tracta. de dote. part. prima, quæſtio. nonageſimaprima,
idem

idem plenè diſcutiendo tenet Bald.Nouel.dict.tract.
par.6.priuileg.49.cum alijs concordan.cumul.per Ti-
raquel.de priuileg. piæ cau.in præfa. pagin.12.13.idem
Bald.Nouel.ea.par.ſub priuileg.77.diffusè examinando
6 ſuper † legato dotis facto mulieri pauperi, vt nubat Ti-
tio,ſi aliquo caſu, vel voluntatis, vel mortis Titij, vel
mortis mulieris,non ſequeretur matrimonium,vt teſta-
tor diſpoſuit,concludit mulierem ipſam,vt conſequatur
legatum debere alij nubere, vel ea nolente nubere vel
mortua hæredem cum conſenſu epiſcopi teneri dictum
legatum ſoluere alij mulieri pauperi nubenti, & pro
dote,& non aliter poſſe dictum legatum retineri,vel di-
ſpenſare etiam in alias pias cauſas,& hoc fauore dotis &
piæ cauſæ matrimonij,vt ibi longo apparatu probat, idẽ
ea.part.6.priuileg.50.in fin.tenet vſum matrimonij dici
piam cauſam & fauore reipublicæ per.l.primam, ſolut.
matrimon.& iſto caſu legatum pro dote continere cau-
ſam finalem,diſcurre per eandem.6.part.legatum dotis
incertæ fauore dotis valere in priuileg.11.legatum dotis
nõ venire in reſtitutione fideicommiſſi & quomodo in
priuileg.62.legatum dotis factum in teſtamento non
cenſeri diminutum per generalem diminutionem lega-
torum factam in codicillis, vt priuileg.72.vbi etiã adie-
cta eſt generalis doct.eadẽ eſſe priuilegia legati alimen-
torum & legati dotis, legatum dotis per patrem factum
filiæ quaſi,vt æs alienum præfertur alijs legatis,Bald.No
uel.eo.tract.part.7.priuileg.19.per doctr.Bart.in l.ſecun
da.§.ſi ſponſa.ff.de priuileg.credi.idem Roland.à Vall.
con.25.nu.21.li.4.

7 Secundo † legata dotium,quæ ab auo vel aſcenden-
tibus alijs fiunt neptibus vel deſcendentibus, alijs fœ-
minis variam capiunt interpretationem ad varios iu-
ris effectus.Nam auus quandoque relinquendo dotem
nepti dicitur hoc facere contemplatione neptis, cum
dicat nominatim ſe relinquere ei quæ ſit nubilis ætatis,
& vehementia indicia appareant, Alexand.conſilio 31.
columna prima, ſub nume.4.lib.4.& de quibus per So-
cin.Iun.conſilio 79.numer.51.& ſequent.lib.3.& Bero.
conſilio 46.numero 8.9.lib.ſecundo, qui in eodem ca-
ſu pro Regina Maria reſponderunt,& Alcia.conſil.49.
lib.nono, ita tunc dos iſta nepti relicta quoad patrem
diceretur de bonis aduentitijs filiæ.l.auus.ff.de iur.dot.
& ei non veniret inputanda in legitimam debitam ex
bonis paternis, nec patri eſſet imputanda in legitimam
debitam ex bonis ſui patris Alexand.dict.conſ.31.nu.4.
63 & plenè Socin.Iun.dict.conſil.79.nu.53.Et quandoque
dicitur facere contemplatione filij & non neptũ,vt cum
appareat hoc cedere ad vtilitatem & exonerationẽ filij
plures filias habentis ad dotandum,vel cùm neptes non
ſint nominatæ nominibus proprijs, vel non ſint nubilis
ætatis,vel non natæ,nec cognitæ per auum,vel ſumus in
dubio an filij vel nepotum contemplatione legauerit,
tunc huiuſmodi dos legata quoad neptes ipſas dicere-
tur profectitia.l.profectitia.in principio.ff.de iur.dot.&
ſoluta à patre,vel ab auo, dotem,non poſſent neptes pe
tere,& eam relictam ab auo firmat Bartol.conſi.131.pri-
mo arguitur,repetito conſilio 55.columna ſecunda, &
per text.& ibi Bartol.in lega.dedit dotem.ff.de colla.
bon.Ang.& Ioan.de Ric.conſil.78.Ioannes Philippi, &
conſilio ſequen.ſequitur Riminal.ſeni.conſi.230.nume.
6.7.comprobat conſilium prębendo arbitris Deci.con-
ſilio 81.colum.penult.in 6.dubit.has ſimiles diſtinctio-
nes firmat Alexand.conſ.154.colu.2.ſub nu.3.lib.7.poſt
alios Ripa in l.in quartam nu.206.ad leg.Falci.Cepha.
con.105.nu.23.& ſeq.

8 Exinde inferunt doct.in his locis talem † dotem ab
auo relictam imputari in legitimam debitam,tam nep-
ti in bonis ſui patris, quàm patri in bonis ſui patris, &
neptem dotatã à patre nõ poſſe petere dotem relictam
ab auo,Bart.dict.conſ.131.aduerte ſingulariter hoc pro-
cedere, quando dos ab auo relicta neptibus à filio eſſet
ſoluenda, ſecùs vbi alius,puta ſubſtitutus filij eſſet gra-
uatus hanc dotem ſoluere, quia tunc neptes conſeque-
rentur & dotem eis relictam in teſtam.aui,& dotem re-
lictam in teſtamento patris,vti à diuerſis debitoribus,&
ſic à diuerſis hæredibus legata præſtanda forent,ita con-
cludit Caſtren.conſ.35.videtur dicendũ quòd vtrumque
legatum, colum.penult.verſicu.ſexto & vltimo, lib.ſe-
cundo, cum quo tranſit Ruin.conſil.138.ſupra fin.libro
2.& pro quo eſt text.in leg.quid ergo.§.ſi quis duos.de
lega.1.vbi in vno teſtamento quid relictum à diuerſis
hæredibus debetur ac ſi relictum eſſet in teſtamentis
diuerſorum, vt ibi Bartol.Bald.& alij illum text.intel-
ligunt.

Námque poſito quòd legatum dotis non ab hærede
grauato, ſed ab alio fuiſſet ſolutum mulieri vel marito
ſuo, poſteà quando nupſit, vtiq; etiam poteſt mulier a-
ctione ex teſtamento petere legatum ipſum per l.Pu-
blius.in princip.de cond.& demonſt.ibi tradunt Caſtr.
& Soc.poſt Gul.de Cun.in l.cum is.§.ſi mulier.de cond.
indeb.comprobat idem Caſt.conſil.147.proponitur in
facto,libro 2.& conſi.214.Ego Paulus.lib.1.vbi idem fir
mat per alia media etiamſi eſſet nupta viuẽte teſtatore,
& quòd idem ſit dicere pro ea maritanda vel pro dote,
ad idem Iaſ.in l.de alimentis.in fin.C.de tranſact.& So-
cin.Iun.dict.conſil.79.numero 83.84.libr.3. Bero.dict.
conſil.46.numero ſeptimo, lib.ſecundo,& Alcia.conſi.
49.lib.9.vbi conſuluerunt,vt dixi, in eod.caſu Reginæ
Mariæ,ꝙ ei dotatæ ab auo paterno quando nupſit, de-
beatur etiam legatum ſibi prius relictum in teſtamen-
to paterno.

9 Aduerte & ſecundo quòd ſi † legatum dotis factum ab
auo, vel ab alio vlteriori aſcendẽte contineat maiorem
quantitatem,puta mille pro qualibet fœmina nubenda
deſcendentium maſculorum, quàm ſit quantitas dotis
alicui ex his fœminis relicta, promiſſa, vel data ab ali-
quo ex deſcendentibus maſculis,puta quingenta, quod
verè poſſit contingere & congruum videri alicui teſta-
tori locupleti dotes fœminarum deſcendentium futu-
ras eſſe tantæ quantitatis & huius patrimonio ſub fidei-
commiſſo inter maſculos perpetuò,& peruento ad plu-
res maſculos,& ſic inter eos, in plures partes diuiſo:ita-
que maſculi ipſi vlteriores pro eorum facultatibus di-
minutis minorem quantitatem dotis relinquant, vel
tradant ſuis filiabus, nunquid neptes iſtæ poſſint petere
& illud plus ex relicto dotis facto in teſtamento aui, vel
anteceſſoris fideicommittentis, vel relinquentis? Non
parum ambigua dubitatio eſt.Nam primum habitis te-
ſtamento aui, & teſtamento filiorum & hæredum pro
vno teſtamento, vt l.huiuſmodi.§.ſi Sempronius.de le-
gat.primo,clarè probat Riminal.ſeni.con.230.nu.12.13.
& diuerſis legatis pro eadem cauſa dotis eiſdem perſo-
nis factis in teſtamento aui, & in teſtamento hæredum,
ſtatur vltimo legato dotis,& vltimum attẽditur,& debe-
tur tantùm per leg.libertis quos in prin.de ali.leg.tradit
Bart.in leg.cum centum,vltra med.verſ.aut legatum eſt
ob vnam & eandem cauſam.de alim.legat. & in ſpecie
Caſtren. conſi.35. videtur dicendum,colum.1.verſi.2.ad
10 idem lib.2.ita † in eodem tamen qui legauit pro do-
te ducenta, & poſteà dotauit cùm centum legatariam
non poſſe petere illud plus ex legato concludit diſpu-
tatiuè, vt dicit ipſe Ioan.Campeg.tract.de dote part.1.
quęſtio.36.

11 Quinimo videtur poſſe † peti illud plus exiſtens ex
primo legato ex teſtamento aui, aut loquitur in ipſo
plus legante pro dote, & poſtęà minus dante pro dote,
vt eſt commun.concluſio Bald.Caſtr.Imo.& Alexand.
in l.huiuſmodi.§.cum pater.de lega.primo, Bald.Ange.
Salyce.& Caſtren.in l.filia legatorum.C.de lega.& ibi
Iaſo.dicit, quòd omnes ita tenent, & ſic eſſe commun.
opin.



opin.concord.allegando tenet Pariſ.conſil.61.num.38.
lib.2. Aut loquimur in teſtamento aui continente lega-
tum maioris quantitatis, & in teſtamento hæredis con-
tinente minoris quãtitatis legatum, quòd illud plus de-
betur,arg.l.quid ergo.in princi.de leg.1.eò quòd in illo
pluri non intelligatur facta compenſatio, quæ non fit
niſi pro concurrenti quantitate debiti & crediti.l.ſi
12 conſtat, & l.etiam.C.de compenſ.prout per † hæredem
obligatum ſoluere legatum dotis mulieri eidem legan-
do vel dando eandem dotem intelligi factam compen-
ſationem pleniſſimè per com.opin.doct.probaui ſupra
dubit.6.ver.pater in teſtamento. Huic ſententiæ non
obſtat quòd contrarium defendere conatur Nat.conſi.
362.Sebaſtianus Louana,quòd debeatur & totum lega-
tum factum neptibus in teſtamento aui, quia ſua prin-
cipalis defenſio eſt in eo quòd ibi legatum ab auo non
dicebat pro dote, ſed erat factum ſimpliciter nepoti-
bus, ita impleta non poterat dici eadem cauſa dotis.l.
Lucius.de legat.2.& datum ab auo neptibus non in cau
ſam dotis dicitur aduentitium.gloſſ.in l.qui in aliena.§.
interdum.de acquir.hæredit.Equidem dico hoc eſſe de
13 raro contingentibus quòd † aſcendentes maximè re-
linquendo fœminis deſcendentibus innuptis non di-
cant pro dote, vel quando nupſerint, vel pro eis mari-
tandis, etiam quando talibus quid ſimpliciter ſufficiens
ad dotem eſſet relictum per auum paternum, probabi-
lius putarem poſſe intelligi pro dote, ſicut intelligitur
pro dote relictum ſimpliciter filiabus innuptis factum
per patrem. ex communi doctor.opin.per Rol.à Vall.
conſi.25.nume.22.lib.4.vltra allega.per eum, idem pro
ſingulari ponit Cremen.ſingu.3.& Ioan.Campeg.tract.
dot.part.1.quæſt.37.vbi in fin.improbat illam limitatio-
nem, quando eſſet factum relictum ſimpliciter filiæ in-
fanti,& adhuc non nubili,ita eſſe commun.opin.docto.
dicit Roland.à Val.d.conſil.25.nume.26.idem Phanu.
Lucens.de lucro dot.gloſ.8.num.82.ſecus tamen eſt in
extraneo non obligato dotare Ruin.conſil.3.in princi.
lib.3.Quia illud quod glo.in l.talis.§.1.& Bart.in l.quod
autem.ff.de iur.dot.& doct.communiter exemplificant
in parte ſimpliciter relinquente filiæ intellig.pro dote
prouenit, & reputatur ex eo quòd pater tenetur dotare
filiam.l.qui liber.de rit.nupt.& l.fin.C.de dot.promiſ.&
per hoc ſimpliciter relinquendo,vel dando filiæ intelli-
gitur relinquere pro obligatione & cauſa dotis qua te-
netur.l.ſi cum dotem. §.ſi pater.ſolut.matrimon.cùm
ſatisfactio præſumatur ex cauſa debiti apparentis per
alleg.in meo conſi.30.num.25.lib.1.ſed quia & auus pa-
ternus ſicut pater continetur ſub d.l.qui liberos, vt te-
neatur dotare neptem, Bald.& Bartol.in l.1.nume.103.
ſolut.matrimon.& Specul.titu.de iudi.§.ſequitur,col.5.
verſic.quid ſi vnus ex fratrib.par.4.& dos promiſſa per
auum paternum intelligitur promiſſa de bonis ſuis,ſicut
promiſſa per patrem de bonis paternis, vt probat Bart.
in dicta l.1.num.11.& 12.& ibi Rip.num.76.ergo eadem
ratione dicendum eſt auum paternum ſimpliciter relin
quendo neptibus intelligi relinquere & legare pro ea-
rum dotibus,prout intelligitur in parte relinquente, in
hoc non video rationem diuerſitatis,imò identitatis,vt
modò oſtendi,ſic eſt idem ius.l.illud ad l.Aquil.leg.à Ti
tio.de verb.oblig. Præterea fallacia alia eſt in d.conſil.
Nat.quòd teſtamentum patris, & teſtamentum filij hæ-
redis reputantur,vt plura teſtamenta à diuerſis perſonis
facta,vt ibi ſub num.10.& 14.licet ita in facto videatur:
tamen quoad effectum iuris veritas eſt in contrarium,
quòd pro vno teſtamẽto ab eadem perſona factum re-
putatur, per d.l.huiuſmodi.§.ſi Sempronius.de legat.1.
cum alleg.per Riminal.ſen.dicto conſil.230.num.12.13.
& bene in terminis Aymo.conſil.131.ſub nume.14.ex
quo legatum eidem factum conſiſtens in quãtitate non
debetur niſi ſemel.l.planè.1.§.1.& ſeq.de legat.1.repu-
gnante etiam regula ex duabus cauſis lucratiuis, vt per
Bartol.& ali.in l.Mæuius.§.duob.de legat.2.cum ſimi-
libus,per Cephal.conſi.84.nume.12.13.& per Bart.Bal.
Caſtr.& ali.in d.§.ſi Sempronius.& pro hoc facit Bald.
in l.Neſennius.col.2.verſicu.ex hoc inducitur in arg.ff.
de neg.geſt.& ibi Bart.num.5.propriè in patre filiæ de-
bitore in aliquo eam dotante tenet præſumptionem
hanc violentam, vt non dicatur dotaſſe de ſuo, quate-
nùs eſt debitor filiæ tollere præſumptionem pietatis,
quod dicit eſſe multum not.vt ſic ceſſet præſumptio.l.ſi.
de dot.promiſ.ita & in debitore dotante probat Alex.
conſil.100.num.2.verſi.quoad tertiam.lib.2.& in patre
debitore filiæ ex teſtamento ſui patris, idem probat
Bald.conſil.330.caſus talis eſt, auus.lib.5.licet loquatur
in legato in ſubſidium maritandi, tamen fundat ſe & in
ratione quòd filius videatur dotaſſe ſuam filiam animo-
ſè liberandi,quatenùs eſt hęres ſui patris per dicta l.Ne-
ſennius.& l.fin.ff.de petit.hæred.& cum alijs adduct.ſu-
pra d.dub.6.d.verſi.pater in teſtamento, ex quibus ſine
alio progreſſu in reſponſionibus ad alia fundamenta d.
conſil.362.Nat.quæ ſunt extra propoſitam materiam,
credo illud ſicut plura ſua & aliorum conſilia, quòd ma
gis veriſimilia, & defenſiua ſunt pro parte conſultante,
& pro aduocato, quàm veridica & iuridica pro iudice
veritatem ſequẽte:quare in ſimilib. maximè & tractan-
do, & iudicando, vt verum ſequamur, intellectus oculi
ſunt aperiendi.

14 Aut & tertio loquimur in † dotibus relictis ab auo
neptibus, & ſoluendis per earum patrem fideicommiſ-
ſo grauatum reſtituere alijs maſculis,& tunc ſolutio do-
tium fit primo ex legitima & Trebellianica patris gra-
uati quatenùs capiat, deinde in reſiduo & integraliter
ſuppletur,& fit ex bonis ſubiectis fideicommiſſo, ita di-
ſpoſitio huiuſmodi teſtatoris conformis eſt diſpoſitioni
legis per auth.res quæ.com.de legat.& in corpore vnde
ſumitur. & l. mulier. §.cum proponeretur. ff. ad Tre-
bell.tradit Caſtren.conſ.64.licet plura quærantur.col.
fin.nu.4.verſic.5.loco.lib.2.diffuſe comprobat Cephal.
conſi.105.nume.19.& ſeq.idem clarè firmat Bero.conſ.
116.nume.14.& ſequent.& col.fin.num.25.lib.2.vbi in
15 col.fin.tenet † bona ſubiecta fideicommiſſo poſſe capi
& diminui pro reſtitutione dotis verè habitæ & rece-
ptæ, & non pro dote ficta & confeſſata, quæ non habet
priuilegia dotis,vt ibi per eum, & clarè per Pariſ.conſi.
52.colum.fina.nume.40.lib.2.& Cornel.conſ.120.lib.3.
& attenditur tempus reſtituendæ dotis,ſi legitima ſuffi-
ciat & Trebellianica pro dotis reſtitutione cui non no-
cet, quin pro ea capiantur bona ſubiecta fideicom-
miſſo, ſi prius maritus diſſipauerit ipſam legitimam &
Trebellianicam, Caſtr.conſil.219.viſis & conſideratis.
col.fin.lib.1.atteſtando ita eſſe commu.opin.late ſequi-
tur.Curt.conſil.59.

16 Exinde ſimiliter idem dicendum videtur, † ſi auus
primus teſtator fideicommittens reliquerit dotes cer-
tas vel diſpoſuerit fœminas deſcendentes ex ſuis filijs
maſculis hæredibus inſtitutis, & alijs deſcendentibus,
maſculis, & ad inuicem fideicommiſſo perpetuò inter
maſculos grauatis debere competenter dotari, & ali-
quis maſculus alienauerit ſuam legitimam & Trebel-
lianicam habens filias, poterunt quidem fœminæ do-
tandæ accipere de bonis fideicommiſſo ſubiectis pro
dotibus certis relictis vel declarandis competenter ſe-
cundùm tempus requiſitæ earum dotationis per dictas
deciſio.Caſt.dict.con.219.col.fin.& Cur.Iun.d.conſ.59.
per tot.& ſi loquantur in dote reſtituẽda, eadem tamen
& principalior diſpoſitio legis eſt in dote conſtituenda
per d.auth.res quæ.& præcipuè relicta à teſtatore, cuius
diſpoſitio ſecundùm dictam legis diſpoſitionem intel-
ligi & capi debet,vt in ſpecie dicunt Bero.dict.con.116.
ſub nu.16.verſi.& in dubio diſpoſitio, & plenius Ceph.
d.conſi.

d.conſ.105.nu.13.& ſeq.& dixi conſi.137.nu.31.& Tiber.
Dec.conſ.10.nu.7.lib.2.addò in ſpecie Imo.in l.cũ auus.
in fin.de conditio.& demonſt.qui tenet filiã grauati, qui
conſumpſerit forte legitimam & Trebellianicam, ſe-
quendo Bart.ibi debere dotari ex æquitate per di.auth.
res quæ, & inducit etiam hypothecarium contra tertios
poſſeſſores pro ipſo legato dotis, per l.1.commun.de
lega.non expectata etiam celebratione nuptiarum ar-
guendo à legato dotis facto vxori operante repræſenta-
tionis commodum per l.1.de dot.præleg.probat Bero.
d.conſil.116.nu.16.dotationes autem fieri debent com-
petentes, cùm teſtator ſic diſponit ſecundùm tempus,
quo contigerit dotes conſtitui, l.Titia.in fin.ff.de iur.
dot.& per illud vulga.quòd qualitas iuncta verbo intel-
ligitur ſecundùm tempus verb.l.in delictis.§.ſi extra-
neus.ff.de noxa.act.l.ex facto.§.ſi quis aut.ad Trèbel.
Pro his facit in ſpecie, quod late pro hac parte corrobo
randa adducit Riminal.Iun.conſi.190.nu.2.cum ſeque.
ad quod tollendum reſponſiones ſuę nu.58.& ſequ.non
militant, quia in caſu ſuo non aderat legatum dotiũ ab
auo factũ neptibus,idem pro hac parte ſentit conſ.143.
nu.3.6.& ante eum Socin.in l.cum auus.ſub n.76.de cõ-
ditio.& demonſt.vbi expreſſe tranſit cum hac concluſio
ne quando legitima & Trebellianica eſſet conſumpta.
17 Quid de iſtis † dotibus relictis & præordinatis filiab.
grauatorum per auum ſimpliciter alio non expreſſo, ex
quibus bonis debeant ſolui,& quomodo imputari tem-
pore reſtitutionis fideicommiſſi, an de bonis earum pa-
tris grauati, vel aliorum cohæredum, & fideicommiſſa-
riorum,vel de bonis ſubiectis fideicommiſſo Cor.conſi.
197.colum.fin.lib.primo, videtur tenere has dotes de-
tracta legitima grauati eſſe ſoluendas per fideicom-
miſſarios pro hæreditarijs portionibus, vt ita omnes
cenſeantur onerati ad dandum dictas dotes, nihil alle-
gat ad hoc,quod ita probet,pro quo allego Bald.conſil.
18 330.caſus talis eſt, auus.lib.5.vbi † legatum de mille in
ſubſidium maritandi per auum factum nepti, & inſti-
tutis hæredib.filijs parte neptis, & alijs, & nepotibus
deciditur ſolui debere per omnes hæredes pro hæredi-
tarijs portionib.nec alij ſunt liberati ex eo quòd pater
dotauit filiam, vt ibi per eum:quæ quidem deciſio, vt
comprehenditur ſic eſſe eius caſum poteſt admitti in le
gato dotis,nominatim per auum facto nepti, habentem
19 plures filios cum patre puellæ nubilis,quam ſicut† auus
viuens tenebatur dotare per l.profectitia.§.ſi filius.ad
Maced.& l.& ideò.in fin.& l.ſequent.de in rem verſic,
dicit Spec.tit.de iud.§.ſequitur.verſi.quid ſi vnus ex fra-
tribus,cum ſimil.per Cephal.conſil.343.nume.6.ita per
omnes ſuos hæredes legatum dotis ab eo factum ſolui
debet alio per teſtatorem non expreſſo, l.ab omnibus.
in princ.de leg.1.cum ibi not.& in l.2.C.de hæred.acti.
& leg.hæreditariarum de action.& oblig.quia vbi agitur
20 † de effectu donationis reſpectu obligationis & bonorũ
dotantis paria ſunt dotare inter viuos dando vel pro-
mittendo,vel in teſtamento legando dotem, vt eſt com
21 mun.ſententia doctr.in illa quæſt.ſtatuti, quòd † ſtanti-
bus maſculis fœmina dotata non ſuccedat, quòd ſuffi-
ciat eſſe dotatam in teſta.Bar.in l.Titio cẽtum.§.Titio
genero.colum.fin.verſicu. in contrarium.de condit.&
demonſt.quem ibi communiter doctor.ſequuntur, &
alleg.per Alber.Brun.de ſtatu.fœmi.excluden.art.6.nu.
194.195.213.& ſequent.Rip.in rub.num.61.ſolut.matri-
mo.& propriè Bartol.in l.à filia.in princip.numero 3.ff.
ad Trebel.in materia dotis minuentis fideicommiſſum
æquiparat dotem legatam in teſtamento,& datam inter
viuos,pro not.deciſ.& ibi probat Alexan.numero 11.&
maximè in auo relinquente dotem certæ quantitatis
nepti notę,& ſic erga eam habente affectionem,arg.no.
l.qui filiabus.in princip.de leg.1.vnde vel affectione, &
cõtemplatione neptis, vel contemplatione filij onerati
forſan pluribus filiab.ad nubendum, dicatur talis dos
relicta, ſequitur quòd ſoluenda ſit per omnes filios
cohæredes ſecundùm Bald. dict. conſilio 330.libro 5.
quia in perſonis omnium hæredum erat contracta obli-
gatio, reſpice tamen quòd Bal.non loquitur in caſu ex
tantis, vel cedentis fideicommiſſi inter filios cohære-
des, nam fideicommiſſo exiſtente, & eius die cedente
quòd vnus ſit grauatus & conuentus ad reſtituendum
fideicommiſſarijs ſuperſtitibus, tunc onus dicti legati
dotis, ſicut aliorum legatorum ſoluendorum ſpectaret
ad ipſos fideicommiſſarios, per l.2.& fin.C.ad Trebel.
& ibi gloſſ.& doct.& gloſſ.in l.1.§.fin.& ibi Bar.& alij,
& in l.Marcellus.in prin.ff.eo.& Gui.Pap.in quæſt.296.
in prin.qui dicit d.gloſſ.in d.l.1.§.fin.eſſe magiſtralem &
communiter approbatam & Aymo conſi.16.in princip.
& hoc caſu credo procedere,& habere locum quod tra-
dit Corne.d.conſil.197.colum.fin.lib.primo, quo non
allegato idem tenet Rubeus Alexandri.conſil.157.colu.
pen.nu.7.& col.fin.onus dotandi filias grauati ſpectare
22 ad fideicommiſſarios, † quinimò dotes iſtas ex diſpoſi-
tione aui teſtatoris deberi extra legitimam patris graua
ti: Idem tenet Cornelius & ante eum Caſtr.conſil.102.
videndum eſt primo.colum.2.verſiculo in contrarium.
lib.2.concludendo quòd filiæ grauati,quibus ex diſpoſi-
tione expreſſa teſtatoris factum eſt legatum dotis,aliter
non debent dotari ex legitima patris grauati, quam au-
tem ex perſona patris debent debere, & ex perſonis ea-
rum dotem conſequi ex relicto eis expreſſe facto, eo
quòd auth.res quę.comm.de lega.non loquatur quando
grauatus dotat ex diſpoſitione expreſſa defuncti, quaſi
etiam tale grauamen nõ poſſit imponi ſuper legitima,l.
quoniã in prioribus.C.de inof.teſta.vt ibi per eos, quos
minimè tenẽdum arbitror.vt modò dicam.
23 Cæterùm vbi teſtator † non nominatim certis nep-
tibus ex certo filio onerato forſan pluribus filiabus nu-
bendis reliquerit dotem, ſed habens plures filios maſ-
culos conſtituendo inter eos, & eorum filios & deſcen-
dentes maſculos reciprocum, & ſucceſſiuum fideicom-
miſſum mandat generaliter filias ex eis deſcendentes
dote certæ quantitatis, & non vltrà, vel quantitate non
expreſſa honorificè & condecenter dotari debere, vel
eis congruenter dotatis, in perpetuum deſcendentes
maſculi per fideicommiſſum ſuccedant.Quoniam tunc
ordinationem huiuſmodi pro dotibus neptum, & deſ-
cendentium filiarum ex maſculis non earum contem-
platione factam cenſeo interpretandam fore. Verùm
intuitu maſculorum pro efficaciori & clariori demon-
ſtratione fideicommiſſi inter eos inducti excluſis fœ-
minis, vt ex prouiſione dotis, qua debeat ſtare conten-
ta filia dicitur excluſa & ſic facta aliena ab hæreditate
patris,per tex.& ibi glo.& doct.in l.qui volebat ff.de hę-
red.inſti.ac etiam ex diſpoſitione de dotandis fœminis
per maſculos hæredes inſtitutos & ſubſt.apparere inter
maſculos ipſos, & pro eis inductum fideicommiſſum
alibi antè dixi, & repeto per Guid.Pap.in quæſtio.299.
teſtator,Iaſ.conſil.108.colum.3.verſi.ſecundò principa-
liter,lib.4.Crot.conſil.349.nume.18.19.Dec.con.477.
num.3.Cur.Iun.conſil.87.colum.ſecunda. nume.2.Ale-
xander conſil.63.num.3.hæc autem teſtatoris ordinatio
de fœminis dotandis non alterat, neq; mutat iuris diſ-
poſitionem, quæ eſt quòd quiſq; ex ſuis hæredibus in-
ſtitutis & ſubſtitutis teneatur de ſuis bonis dotare ſuas
filias per l.fi.C.de dot.prom.& l.qui liberos.de ritu nup.
& quę alia eſt quòd ſi dos filij grauati conſtituenda eſt ex
legitima patris grauati, an ſufficiat: pro eo enim quod
deeſt, permiſſa eſt alienatio rerũ ſubiectarũ fideicõmiſ-
ſo per d.auct.res quæ.& ibi omnes doct.& in l.mulier.
§.cum proponeretur.& in l.à filia.in princip.ff.ad Tre-
bel.immo diſpoſitioni huic iuris voluntas teſtatoris
conformis eſſe præſumitur, & ſecundùm eam intelligi
debet,



debet,Deci.conſi.278.colum. penul.verſ.decimo quia,
Cur.ſeni.conſil.76.numer.34.Ruin. conſil.194.colum.
penul.nu.6.li. ſecundo,cum ſimil. in ſpecie per Cepha.
dict.conſil. 105. numero 13. & alibi ſæpe per alios vlte-
rius prouidendo teſtator de dotibus neptum magis hoc
facere dicitur contemplatione illius ſui filij habentis
filias quàm non habentium, cum primo ille releuetur
ab obligatione dotandi proprias filias, arg. l. fideicom-
miſſa.§.interdum.de leg.3.& l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.
de leg.1.& in ſpecie.l.dedit.de colla.bono.& Ang.dicto
conſilio 78. colum.prima,verſic.ſecundò probatur, vbi
legatum dotis factum per auum neptibus incognitis,
firmat dici factum contempla. patris earum quib. ideo
concluditur dictas dotes relictas eſſe imputandas in le-
gitimam earum patris, debitam ex bonis aui teſtantis,
per l. quoniam nouella. C.de inof taſtam. ſentit Bar. in
l.in quartam,ſub num.12.ad l.Falcid.& ibi poſt Ang.fir-
mat Alexand.nu 27.28.& ibi Rip.numer.202.ſequendo
Cyn.in l. ſcimus.in 5.quæſt.C.de inof.teſtam.& in termi
nis concord.allegando ita eſſe comm.opin.tenet Ruin.
conſil.138.colum.penult.& fin.lib.2.Aymo. conſil. 219.
col.1.Bero.conſil.81.num.26.conſi.116.num.18.pro cõ-
muni & tenenda ponit Gabr.Rom.de commun.cõclu-
ſio.lib.3.tit.de iur.dot.concluſ.vltim.nu.2.3.5.late in cõ-
tinentia facti,licèt in parte dotis per auum viuentẽ da-
ta marito neptis, has concluſiones firmando reſpondi
conſilio 65.numero 7.8.& ſeq.& conſequenter in detra
ctione legitimæ grauati per fideicommiſſum habenda
eſt ratio dotis relictæ filiæ grauati, quòd ſi per eum data
fuerit in ipſam legitimam venit imputanda per dictam
l.quoniam nouella.& d. communem doct. ſententiam,
ſi verò ſoluta non fuerit,ex dicta legitima ſoluenda eſt,
quatenùs ſufficiat, aliàs pro complemento permiſſum
eſt capi tot de bonis fideicõmiſſo ſubiectis per d. auth.
res quæ,vt Caſtr.probat d.conſil. 64.colum. fin. verſic.
quinto loco.& bene ſequitur Cephal.d. conſi.105.num.
20.& Bero.dicto conſi.116.numero 14.ita in facto cum
alio excl.Doct.com.arbitrio decidendo iudicaui, vt in
meo conſilio 137. num.26. vſque ad num. 48. non ob-
ſtant rationes Corn. dict.conſil.197.colum.fin.libr.pri-
mo,& Caſtren.dict.conſil. 102.num.ſecundo,lib.ſecun-
do, & Alexand. dicto conſi.157.nu.7.& nouiſſimè Me-
noch.conſilio.151.in prima dubit. quia reſponſiones in
24 promptu ſunt, † quòd auth.res quæ.clarè ſentit dotem
diſpoſitione hominis datam, vel relictam filiæ grauati,
computandam eſſe in legitimam per dict.leg. quoniam
in nouella, dum ſi ipſa legitima non ſufficiat dotis ſolu-
tioni, diſponit poſſe alienari res fideicommiſſi: ſic tol-
litur ratio Caſtrenſis item legitimæ non dicitur impo-
ſitum grauamen,dum in eam imputatur dos filiæ eius,
ad quem ſpectat ipſa legitima,dicta l.quoniam nouella,
ita ratio Cornelij ceſſat.Nec cum detractio legitimæ fit
ex grauamine fideicommiſſi per dict. l. quoniã in prio-
ribus. C. eod. Iuri conſonum eſt, quod legatum dotis
imputandæ in legitimam (vt toties dictum eſt) & ſic ſe-
mel ſolutum maxime ei, qui etiam prætẽdit legitimam,
vt hæres patris iterum ſoluant fideicommiſſarij contra
leg. bona fides non patitur.de reg. iur. corruit ita ratio
Alexandrini.Non omittam quoque verbum facere de
conſil.257.Rimin.ſeni. à num.16. vſque ad nu. 25. quòd
ab eo cauendum eſt, quia loquens de auo relinquente
generaliter dotes neptibus ex ſuis filijs & ſuum princi-
pale fundamentum faciens in gloſſ.in §.interdum.l.qui
in aliena.de acquir.hęred.quòd tale relictum ab auo ne
ptibus reſpectu earum patris dicatur aduentitium, &
non profectitium, ideò ei non debere computari in le-
gitimam,l.illud, de collat. mouetur quidem erroneo &
fallaci fundamento,eius namq; fallacia eſt in dote ob-
uenta ab auo, qui cùm ad eam teneatur propter filium
vel pro filio, ea quidẽ profectitia reputatur per dictam
leg.profectitia.in princip.iuncta prima glo.& §.ſi filius-
fam.de iur.dot.poſt Cuman.Alexand.Aret.& Ang. dict.
conſil.78.Ioannes Philippi ad fin. firmat Zaſ. in dict. §.
interdum.ad fin. idem expreſſè dicit Imol. in l. quæſitũ.
25 in princip.in fin.de leg.primo, quòd † aduentitium di-
citur quando extra cauſam dotis eſt relictum: in cæte-
ris etiam maximè quòd auus relinquendo in teſtamen-
to dotes neptib.non dicatur facere contemplatione fi-
liorum,idem Rimin. malè loquitur, & contra Bart. di.
conſilio 131.& com. opin. doct. in locis ſupra allega. &
contra Alexand. qui conſil. 201. col. penult.in fin. ver.
26 & ſi quæratur. libr. 6. propriè dicit † legatum dotis per
auum neptibus relictum ſoluendum de bonis filij gra-
uati, ita debere ſolui de ſuis bonis, & conſequenter de
legitima,quam detrahere debet ex bonis patris teſtato-
ris,vt ibi per eum legaliter more ſuo proſequendo vſq;
ad fin.idem concludentem in fin.& eſt clara deciſ.con-
tra Riminal.& clariùs contra rationes Riminaldi plura
dicit Bero.dicto conſilio 116.num.14. & ſequent.in to-
to 5.dubit.libr.ſecundo.Nec etiam attendendum quod
Rui.conſil.58.colum.penul.& fin.lib.ſecundo,dicit do-
tem relictam neptibus non poſſe computari in legiti-
mam filij,vt nec filio, nec eis adhuc debitam ab auo,
quia res non procedit vt ipſe deducit, ſed intelligi de-
bet congruo tempore poſt mortem aui, cum debita eſt
legitima filio,tũc enim eius filiabus relictũ pro dote per
ſuum patrem computatur in ipſam legitimã, vt ipſemet
Rui.ſibi contrarius atteſtatur,& ita eſſe com.opi.probat
dicto conſilio 138. columna penultim. & fina. libro ſe-
cundo,& Alexan.conſil. 124. ad num. 3. 4. & ſic tenen-
dum puto.
Porro ex his aliqua magni quidem momenti infe-
27 renda & animaduertenda ſunt.Primum eſt,quòd † do-
tes filiarum grauatarum fideicommiſſo ex teſtamento
aui,vel proaui fideicommittentis tempore diei ceden-
tis fideicommiſſi non expectato contractu matrimonij
poterunt peti, & ſi bona erunt alienata pro eis legatis
competet hypothecaria contra tertios poſſeſſores per
l.1.com.de lega.tradit Bero.d.conſ.116.nu.16.lib.2.
28 Secunda eſt quòd † longo temporis progreſſu tot fi-
liæ potuerunt deſcendere ex maſculis comprehenſis in
fideicommiſſo,quòd earum dotes relictæ in tantis quã-
titatibus multiplicatæ poterunt abſorbere omnia bona
ſubiecta fideicommiſſo, & ſic totum fideicommiſſum
annihilare; quia ſic voluit & potuit teſtator non relin-
quere fideicõmiſſum non ſic & ſua bona diſpenſare,l.in
re mãdata.C.de mand.& §.diſponat in auth.de nupt. &
l.videamus.§. ſed an iudex.ff. de lit.iu. & l. qui plures in
prin.de vulg.& pupil.
Tertium & vltimum quòd ex dicta auth. res quæ.
29 commun. de legat. † dotes filiabus grauati.cui debetur
legitima ex bonis teſtatoris, ſi ipſa legitima non ſuffi-
ciat, ex bonis fideic.non poſſunt conſtitui, niſi eis quæ
fuerint natæ vel conceptæ tempore vitæ teſtatoris, vt
per Corn.in d. auth. res quæ.Pariſ.conſil.52. numer.34.
& ſeq.conſil.63.num.46.47.lib. ſecundo,Alciat.conſil.
164.nunquid, auth.res quæ, libr. 9. vbi plures rationes
adducit, licèt non aperiat, ſi loquatur in filia grauati,
quem refert, ſed magis alio fundamento adductus Mẽ-
noch.conſ.95.nu.95.nu.132.ita pro hac parte vidi deci-
ſionẽ Rotæ Florentiæ in cauſa dominæ Alexandræ de
Capponibus,li.10.num.122. Hæc autem opinio de filia
grauati dotanda quòd requiratur eam eſſe natam, vel
conceptam tempore vitæ fideicommittentis, nunquam
mihi placuit,& eam non credo veram,in qua verò par-
te locum veritatis contineat, dicam modò, text. in §.
quamobrem.in corpore auth. vnde ſumitur d.auth. res
quæ. Bart. Salyc. Caſtr. & alij ibi. tradunt præſuppoſita
regula prohibitionis alienationis rei ſubiectæ fidei-
commiſſo licentiam alienandi pro cauſa dotis & dona-


tionis

tionis propter nuptias eſſe conceſſam liberis fideicom-
mittentis grauatis reſtitutione, vel ſit vir, qui tenetur
exponere donationem dictam, vel mulier quæ tenetur
offerre dotem,& ſic ſeipſam dotare, vel ſit filius qui te-
netur ſuam filiam dotare itaque iuris huiuſmodi deci-
ſio præſupponit & reſpicit duas perſonas, vnam alienã-
tem,vel obligantẽ, alteram recipientẽ alienationẽ, vel
obligationẽ,præſuppoſita etiam legitima quæ debeatur
perſonæ alienanti,vt expreſſe habetur in tex.d. §. quam
obrem. quia ei alienatio non permittitur, niſi quando
30 ſua legitima non ſufficiat d. auth.res quæ.† quæ quidem
legitima cum ſit triens, vel ſemis portionis debitæ ab
inteſtato,vt in auth.nouiſſima.C.de inoffic.teſtam. ne-
ceſſe eſt igitur quòd perſona alienans ſit de deſcenden-
tibus teſtatoris, & talis quòd ei tempore mortis poſſit
ſuccedere ab inteſtato, vt ei debeatur dicta legitima
vul.iur. Iſta ergò perſona eſt,vt ſuccedat ab inteſtato fi-
deicommittenti, quæ debet eſſe nata vel concepta tẽ-
pore mortis teſtatoris,per l.Titius. ff. de ſui. & legi. hæ-
red.& §.cum autem quæritur.inſti. de hæred.ab inteſta-
31 to,& non perſona recipiens dotem,vt eſt † filia grauati,
quæ à patre ſuo debet dotari per l. fin. C.de dot.promiſ.
& per dict. authen. res quæ. in ſpecie dicit Bartol.ſub
num. quarto, & Socin. ſub num. 76.in l. cum auus. de
condit.& demonſt.& plenius idem Bartol.in l. à filia. in
princ. ff. ad Trebel.vbi hoc firmat in dotatione à patre
grauato facta filiæ inter viuos,& multò magis in teſta.&
quæ etiam ſtante patre in medio,qui eam præcedit,non
poteſt eſſe in conſideratione ad ſuccedẽdum auo,dicto
§.cum autem quæritur,per not.in leg. neptem. ibi Iaſo.
& in l.ſi quis filium.ibi Bald.colum.prima. C. de inoffi.
teſtam.& l.ſi quis filio. in princip.de iniuſt.& rupt.teſta.
cum ſimil.ita debet intelligi hæc materia. ſ. de deſcen-
dentibus grauatis,quòd ſint nati vel concepti tempore
mortis grauati,& non de his qui debent recipere in cau
ſam dotium à grauatis, & alia opinio etiam nullatenùs
placet.Cur.Iu.dicit ipſe in d. auth.res quæ.ſub num. 18.
ver.reiecta tamen. Comprobo veriſſima & inconuinci-
32 bili ratione,quia concluſio illa † quòd acquirens debet
eſſe natus, vel in vtero matris tempore mortis eius, de
cuius bonis acquirendis agitur,procedit & ſanè intelli-
gitur tantùm in ſucceſſione legitimo iure hæredita-
rio ab inteſtato,& in acquiſitione hæreditatis legitimæ
& ſecus eſt in alijs acquiſitionibus per l. Paulus. §. Pau-
lus ff.de bon.libert.tradit Barto.in l. item Prætor. ff. de
ſu. & legi.hæred. pro apertiſſima ratione & communi
opin.concord.cumulando ponit Tiraqu. de retract. tit.
1.§.1.gloſſ.9.numer.89.& ante & poſt, firmat Menoch.
conſil.92.num.58. Cephal.conſi.302. num. 145.& ple-
nius conſi.318.num. 37. paſſim enim traditum & com-
33 muniter receptum † eſt non curari quoad alia quàm
quoad ſucceſſionem fiendam auo in tempore vitæ ip-
ſius aui nepos ſit natus,vel conceptus,vel non, vt Imo.
in l. quod dicitur.colum. 4.ſub num. 5.verſic.tertio.ad-
dit hic Ang. de verborum obligatio.cum quo tranſit ibi
Alexand.ſub num.2.Iaſ.in colum.penult. verſic. contra
Bar.& latè Guliel. de Bened.in cap.Raynutius.part.ſe-
cunda. verſic. & ſobol. quam geſt. in vero. ſub numero
48. At perſpicuum & euidens eſt perſonam quæ recipit
alienationem vel obligationem in cauſam dotium,
etiam de bonis ſubiacentibus reſtitutioni fideicomiſſi,
hoc non habere ex aliqua ſucceſſione ab inteſtato ipſi
fideicommittenti, vel ex aliqua eius tacita voluntate,
cùm primum ſimul in cauſa teſtati, & quod detrahitur
ex fideicommiſſo ſit contra voluntatem eius Bart. in l.
nemo poteſt.num.7.de legat.primo, vbi de Trebellia-
nica etiam conceſſa à lege, ſed habere à lege vt de filia
grauati, cuius cauſa huius diſceptationis maior pars eſt,
& quæ habet à lege, vt eius pater cuiuſcunque vel gra-
uantis, vel alterius ſit filius tenetur eam de ſuo dotare
per dictam l.fin. de dot.promiſ.& ſi de ſua legitima non
habet tantùm pater priuilegio attributo dotibus per d.
auth.res quæ.recipit ipſa de rebus fideicommiſſi, & ſic
nulla ratione, nec facultate ſuccedendi auo grauanti,
cùm etiam eam præcedat ſuus pater l. ſi quis filio.in pri.
de iniu.& rup.teſta.& minus ex aliqua ſucceſſione gra-
uanti poteſt dici habere dotem maritus à filia grauan-
tis,nec vxor donationem propter nuptias à marito fi-
lio grauantis per dictam auth. res quæ. & obligationem
in bonis etiam fideicommiſſi pro ſua dote reſtituenda,
habita etiam poſt fideicommiſſum factum per Deci.
conſi.519.colum.2.vbi de communi,& Menoch.conſil.
33.num.27.Cephal.conſi.574.num. 9.ſed habent iſti,vt
dixi, priuilegio dotis, & d. auth. res quæ, vt ibi omnes
appellant hoc priuilegium dici,& Aret.conſi.37.colum.
3.ver.venio ad tertium, & Bald. Nouel. de dote part.6.
priuileg.13. & hæc veriſſima & neminem recta iuris cẽ-
ſura inficiari poſſe arbitror, opinionem autem contra-
riam puto locum poſſe habere de nato vel cõcepto &c.
in ipſo filio grauato, vel filia grauata, vel alio deſcen-
dente grauato, & ob id eſſe ibi vocabulum, liberis, vt
poſſit habere legitimam ex bonis grauãtis iam præſup-
poſitam in tex.d.auth.res quæ. & ſine qua ceſſaret diſpo
ſitio d. auth. vt præſuppoſito legis ceſſante, vulg. gloſſ.
in ver.aduocandum,in l.mancipia.C.de ſer. fugit. & ibi
Salyc.num.3.& Fulgo.l.1.§.ſimili modo.ff.de eo qui pro
tut.l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſa.ita ſentit etiã
Alci.di.conſi.164.num.3.in 3.ratione.lib.9.ac etiam ita
ceſſat ſua quinta ratio ibi, quòd fideicommiſſa poſſent
in totum extingui per tantas dotes omnium deſcendẽ-
tium,cùm diſpoſitio d.auth.res quę circa perſonas dan-
tium,& obligantium in cauſam dotium non ſe extẽdat
vltra primos grauatos,quib.poteſt obuenire legitima.

Reaſſumo nunc iſtud tertium animaduertendum,
quòd magni momenti dixi, quemadmodum oſtendi-
tur in hoc, quòd exinde tolluntur opiniones de natis
34 conceptis,vel non,tempore vitæ teſtatoris,quia † dotes
relictæ filiabus deſcendentium maſculorum debentur
eis etiam conceptis poſt mortem teſtatoris, cùm valeat
legatum factum poſthumis & naſcituris, l. qui filiabus.
in prin.de l.1.cum pluribus in ſpecie adductis per Ruin.
conſil.30.col.3.& pleniùs conſil.160.nume. 4. vſque ad
num.12.lib.2.ita in terminis firmat Pau.de Caſt. conſil.
77.viſa facti narratione. colum.3. verſi. circa quintum,
lib.2.vbi propriè comprobat quæ ſuprà dixi, quòd non
attendatur quando quis ſit conceptus non veniens ad
ſucceſſionem alicuius ab inteſtato tanquàm attinens
proximus,ſed venit ex diſpoſitione inter viuos, vel vl-
timæ voluntatis, vel ex iure ad eum trãſmiſſo per alium
vt ibi per eum, quod pro vero præſupponit & addu-
cit Rimi.Iun. conſi.143.numer.3. 4. 5. 6. idem expreſſè
firmat Petr.Ant.Anguſ. Placent.in ſuis conſi.in materia
vltimarum voluntatum, lib. 6.conſil.75. colum. fin.vbi
etiã in fi.animaduertit dotem iamdiu forſan certæ quã-
titatis taxatam per teſtatorem nunc intelligi rebus ſic
ſtantibus,& eſſe loco æris alieni,intelligitur tamen Ale-
xandr. conſil.124.num. 4.5.prius tales dotes eſſe conſti-
tuendas ex bonis proprijs & legitimæ patris ipſarum
filiarum, quibus in teſtamento aui ſunt relictæ dotes,
quæ vtique computantur in legitimam patris, & in do-
tem à patre datam, cùm maximè conſtat eaſdem filias
legatarias eſſe conceptas, & natas poſt mortem aui te-
ſtatoris,ſic non earum, ſed filij contemplatione præſu-
mitur relicta dos, vt in ea fideicommiſſum quo filius
erat grauatus,diminuatur, vt tradit Bar.d.conſi. 131. ita
nunquam videtur fuiſſe in fideicommiſſo illud quod
fuit neceſſarium pro dote filiæ,dicit idem Bart. in dict.
l.à filia. in prin.ad Trebell.per l.mulier. §. cum propo-
neretur.eo.& ibi Caſtr.& hoc caſu rectè loquitur Ruin.
conſil.89.colum.penul.ver.ad hoc reſpondetur. lib. 2.
dicens



dicens quòd omnes liberi etiam conſpiciendi dummo-
dò ſint grauati pro dote conſtituenda, vel recipienda,
poſſunt bona fideicommiſſi obligare.

Caſum nota,in quo † dos non computatur in legiti-
35 mam,vt ſi teſtator reliquerit filiæ legitimam ſibi de iu-
re contingentem,& in qua legitima,& in dotib.& indu-
mentis ſibi traditis eam hæredem inſtituerit & eſſe vo-
luerit, filiam quidem hanc vltra dotem ſibi traditam
per teſtatorem, poſſe quoque legitimam conſequi ex
bonis paternis,poſt Bened.Capr. Bald. Nouel.& Anto-
nium de Caffarellis longa diſcuſſione ſubſcribendo re-
ſpondit Corn.conſil.200.& ſubſcript. ſequent. per totũ
lib.3.Nam ſi pater relinqueret dotem filiæ, cui aliàs re-
liquerat legitimam,idem eſt prout in extraneo, dicit &
ſi ad aliud propoſitum Bart.in l. Titio centum. §. Titio
genero.col.pen.ſub nũ.4.ver.ſi verò legat.de conditio.
& demonſtratio. & ibi Caſt. col.3. ad fin. exprimit tunc
legatum dotis eſſe cõditionale,ſicut in extraneo:ex bo-
nis autem extraneis non debetur legitima,Campeg.tra-
cta.dot.par.prima.quæſt.29.col.pen. Sic ergo & iſto ca-
ſu legatum dotis non imputabitur in legitimam aliàs fi-
liæ relictam, veluti quid cõditionale cum legitima non
compatibile, vt l. quoniam in prioribus. & l. ſcimus. §.
cum autem. C. de inoffic. teſtamen. Et hæc ratio bene
concludens addita eſt vltra Corn.

Tertio principalitar inter cætera de legatis dotium
videnda, ſuccurrit primum illa ſatis intricata & dubia
36 quæſtio, an † legatũ pro dote vel nomine dotis dicatur
purum, & conditionale, & ſic quando peti poſſit, vel
pro alijs effectibus iam explicatis à me vt ſupra in prin-
cipio huius dubitationis indicaui, nunc adeo longa,
& plura ſunt ſcripta doctorum ſuper hac quæſtione, vt
propemodum deuentum dici poſſit ad ea, quæ antiqui-
tus eadem quæſtio ędi fecit immenſa librorum volumi-
na,vt in text. l. ſancimus. il primo. C. de nupt. Verun-
tamen quo breuius & clarius fieri poterit, eius reſolu-
tionem ad pauca reſtringendo de his inſpiciendum eſt,
quis ſit teſtator legans, an extraneus vel aſcendens le-
gatariæ obligatus eam dotare, an iure communi vel
municipali inſpecto eam excludente à ſucceſſione le-
gantis. Ex qua forma verborum legatum ipſum conci-
piatur admixta conſideratione qualitatis perſonæ le-
gatariæ.

37 Si enim extraneus † teſtator, qui aliqua obligatione
dotare non tenetur, legatum dotis fecerit mulieri, tale
quidem legatum ſimpliciter pro dote, vel cauſa, & no-
mine dotis factum conditionale dicitur teſtatore per
mentionem dotis relictæ fœminæ ſolutæ ſentiente de
matrimonio per eam contrahendo, ſine quo dos eſſe
non poteſt,l.fin.C.de dona.ante nup. l.3. ff. de iur. dot.
vt in ſpecie concludit Bar. in l. Titio centum. §. Titio
genero.colum.terti.de conditio.& demonſtra. vbi dicit
38 hoc † legatum fauorabile eſſe non ſolùm legatariæ, ſed
etiam alteri incertæ perſonæ, ſcilicet viro futuro & rei-
publicæ,per l.primam ſolut. matrimon. quem ibi Caſt.
ſequitur ſub num.7.ver.circa primum. & Bald. ibidem.
39 ſequitur ad finem,probat † in auia non obligata dotare
neptem,Ang.conſil. 30. domina Franciſca. in princ. &
conſi.124.Iotus colum. fina. verſi. centum ſi per extra-
neum. vbi per totum latiſſimè in materia & Corn. con-
ſil.229.licet claram.colum.1.ver.tamen Bart.lib. 4. vbi
dicit quòd opin. Bart.communiter tenetur, ita & ponit
Gualden.de art.teſtan.titu.6.cau.51. cum concord. cu-
mulatis per Couar.in cap.nos quidem.num.11. de teſta.
ſubiunge idem eſſe dicere pro dote vel pro maritanda.
Caſtr.conſi.213.lego Paulus.in prin.lib. 1. & in d. §. Ti-
40 tio genero.colum.3.verſi. item dicit Bart. † non ſufficit
legare pro dote, niſi vera ſit dos, Bart.in l.is qui.§.pen.
de lega. præſtan. quomodò tamen quandoque contra
vide text.in l.cum ſcriptum. in fin. de dot.præleg. vbi
adiectio pro dote,non verã, ſed fictam dotem deſignat.
Pro dote cauſa videtur finalis ſicut dicit Cyn.in d.l.ſan-
cimus colum.1.ver.circa hoc legatum:pro dote indiſtin-
ctè continere cauſam finalem, & non impulſiuam te-
net Bald.in Nouel.d.tract.dot.par.6.priuileg.50. in fin.
41 iſtam dictionem, † pro ſignificare cauſam finalem plu-
ra allegando probat Socin.conſi.237.colum.9. ver.con
firmantur omnia præmiſſa. lib. 2. cum alijs per Deci.
conſi.46.num.1.& nume.4.idem firmandò quando re-
ſpicit cauſam de futuro,ſequitur Alben.conſil. 52.num.
2.idem Franc.Marc.Delph.deciſ.858.num.7.& Luc.de
Pen.in l.1.in prin.C. de diuerſ.præd.lib.11. dicit præpo-
ſitionen hanc, pro, diuerſis modis accipi quod plenius
explicat Rebuf.in l.1.gloſſ.2.num.1.cum ſeq.C.de ſent.
42 quæ pro eo quod inter.& in propoſito † relictũ pro do-
te,accipi ac ſi ſub modo ſcriptũ eſſet,& idem eſſe dice-
re pro dote, & cauſa dotis,vel vt dotet, vt ibi per eum,
magis receptum tamen videtur hoc legatum dotis eſſe
cõditionale iſto caſu quàm modale per Bart. & alios in
d.§. Titio genero.& Ang.d.conſi.124.colum.pen.& fin.
43 vbi conſiderat † plures caſus cauſarum dotationis, vt
quandoque intereſt ſolius mulieris, quando per extra-
neum relinquitur mulieri diuiti caſtrum pro dote, tunc
dicitur cauſa impulſiua, & non exſpectatur vt nubat,
quandoque intereſt teſtatoris volentis conſulere animę
ſuæ,qui reliquit alicui pauperi mulieri centum pro do-
te,hæc eſt cauſa finalis:qui defectus matrimonij faceret
deficere legatum quandoque intereſt tertij, puta Titij
accipientis in vxorem eam,cui eſt legatus fundus, pro
dote,ne eam habeat indotatam, ita cauſam iſtam eſſe
finalem vt ibi per eum, hæc congruis iuribus proban-
44 tem,breuem diſtinctionẽ vide. † Legatum pro dote eſt
purum matrimonio iam contracto, eſt modale pro ſpõ
ſalibus contractis,eſt demum conditionale pro ſpõſa-
libus contrahendis, per Bald.in l.ſi plures. num. 26. C.
45 de condit.inſert.aduertáſque † differentiam inter lega-
tum pro dotandis pauperibus puellis, vel pro maritan-
dis pauperib. puellis, quòd pro dotandis demonſtra-
tur poſſe dari dotẽ vel augeri puellis iam nuptis ſine do
te, vel cum modica dote: pro maritandis apparet tale
legatum non debere dari puellis iam maritatis, probat
Bald.Nouel.dicto tractat.dot.par. quinta, ſub num. 12.
pro hoc vltimo vltra allega. per eum addo in terminis
Bald.in conſi. 433. conſiderato quòd teſtator. lib. quin-
46 to,qui tenet † legatum in auxilium maritandi factum
non deberi puellæ iam matrimonio collocatæ, quia
euanuit cauſa finalis,vt patet ex forma teſtamenti,à qua
non eſt recedẽdum,l.ille.§. cum in verbis.de legat. ter-
tio, Bald.in dicto conſil.non allegato,ſentit idẽ Alben.
47 dict. conſi.52.num.ſecundo, vbi in pulchro caſu † de re
licto certæ quãtitatis facto per fratrem pro maritaggio
primæ filiæ ſuæ ſororis cum conditione, ſi prima filia
moreretur, antequàm maritaretur, quòd tale relictum
cedatur ſuæ ſorori pro maritaggio aliarum ſuarum fi-
liarum, prima filia iam nupta inſcio teſtatore Alb. ibi
concludit legatum eſſe in caſu præſtandi ſorori pro nu-
bendis ſuis alijs filiabus:idem in legato facto pro mari-
tandis quòd non debeatur iam nuptæ concedit Caſtr.
conſil.308.in iſto facto plura videntur.col.2.ver.2.facit
lib.1.maximè ſi legatum dotis factum ſit mulieri quãdo
nubat.Nat.conſil.485.

48 Si vero † teſtator ſit pater,vel aſcendens,qui tenetur
dotare legatariam, & legauerit filiæ vel nepti:quatenùs
autem aſcendat legitima ex bonis teſtatoris debita le-
gatariæ, legatum ſimpliciter ei factum pro dote iure
cõmuni inſpecto purum reputatur, & adiecto pro dote
demonſtrat magis monitionẽ factam filiæ, quòd nubat
dote ſibi deſtinata, arg.l. muto. §. hanc autem. de tute.
quã conditionẽ vel grauamen,quod non poteſt imponi
legitimæ,in l.quoniam in priorib.& ſic nec legato dotis

imputandæ in legitimã, l. quoniam nouella. C. de inof.
teſta. vt firmat Bart. in d. §. Titio genero. nume. 4. & ibi
Caſtr. ſequitur in col. 3. ver, circa ſecundum, & inconti-
nenti poteſt peti dicit Bart. conſi. 45. & ſuper quæſtione.
num. 1. volumi. 2. idem legatum non eſſe conditionale
vſq; ad legitimam, imò de hoc inanem eſſe quæſtionem
tenet Bald. conſil. 248. quidam dicunt, & plura in conſi,
ſeq. lib. 4. idem Ang. dict. conſi. 124. colum. penult. verſ.
diſtinguendo iam. & Ang. Aret. tractat. de teſta, gloſſ. 61,
ſub num. 3. verſi. primo caſu. etiam quoad quantitatem
quæ excedit legitimam in totum eſſet ita purum lega-
tum dotis, ne diuerſo iure cenſeatur, ſequendo Bart. in
d. §. Titio num. 4. tenet Ruin. conſil. 53. num. 12. lib. 2.
licet in hoc vltimo vltra legitimam contrarium teneat
Bald. d. conſi. 249. ſupra fin. lib. 4. & ſentit Alber. in l. pe
nult. de opti. lega, & Card. conſi. 51. ad primum. colum.
ſecunda, velſi. ad tertium reſpondeo, tamen Bartolum
ſequitur & Socin. Iun. conſi. 134. nu. 19. 20. & præceden.
firmat & primam concluſionem lib. primo, & prius
Socin. ſeni. conſi, 92. colum. 5. verſic. ex quibus ſequitur.
li. primo, idem vt ſupra tenet Franc, Marc. Delphin. de-
ciſ. 862. num. 3. 4. & hoc omnes tenent, & indubitatum
eſt, quando vel ſub conditione, vel ſub modo dos relin-
quitur ei perſonę, cui per teſtatorem neceſſe eſt relinqui
legitimam, plenè tradit Bal. in l. generaliter. col. pen. de
epiſc. & cler. Bar, conſ. 200. quæritur de legatis. num. 1. &
Campeg. tract. dot. par. 1. q. 29. poſt longã diſputationem
ita concludit in colum. pen.

Iure autem municipali, ſeu ſtatutario inſpecto exclu-
dente fœminas ſtantibus maſculis ab hæreditatibus
parentum, prout ferè in omnibus locis Italiæ tale ſta-
tutum extat, hinc opinionum doct. diuerſitas, & con-
trarietas inſurgunt, ſecundùm diuerſitatem verborum
ſtatuti vnius loci ab alio ſtatuto alterius loci, vt quãdo-
que legatum dotis dicatur purum quaſi debitum loco
legitimæ per ſtatutum præſeruatæ & non limitatæ, ſal-
tem in tempore, & quandoq; dicatur conditionale nul-
là ratione habita legitimæ non debitæ fœminis excluſis
ab inteſtato, vt per Bart. Bal. Caſtr. & Imol. in d. §. Titio
genero. Cyn. Bald. & Salyc. in d. l. ſancimus. C. de nupt.
Alber. de ſtatu. libr. ſecundo, quæſtio. 104. Iaſo. colum.
penult. & alij in l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit. Alexand.
conſil. 13. num. 12. & ſequent. li. 3. conſil. 36. nu. 1. & conſi.
211. colum. penult. lib. 7. & conſi. 55. per tot. lib. 2. Georg.
Nat. in cap. quamuis. col. 41. de pact. in 6. Rolan. à. Val.
conſi. 29. num. 15. lib. 4. & Thom. Grammat. conſ. ciuil.
146. num. 1. Riminal. Iun. conſi. 157. & alij in his locis re
lati, merito quæſtionem hanc multum pẽdere ex forma
verborum ſtatutorum ciuitatum dicit Bar. conſi. 45. ſu-
per quæſt. nu. 4. volum. 2. Proinde ergo in materia tranſ-
miſſionis iſtarum dotium, & circa onus fideicommiſſi
ſuper dotibus mulierum iam feci diſtinctiones aliquas
de formis diuerſis verborum iſtorum ſtatutorum, & de
caſibus diuerſis eorum, quæ loco huic & materię propo-
ſitæ congruẽter, & optimè inſeruiũt, ideò eas ſi libet, re-
uidere poteris antè in locis deſignatis ſuprà in prin. hu-
ius dubitationis, reliqua verò ad rem noſtram non pro-
ſequar,

Si denique formam verborum, qua legatum dotis
conceptum ſit, diligenter conſideremus, ſimul & quali-
tatem perſonæ legatariæ, & communem vſum loquen-
di, vel ab extraneo, vel in caſu ſtatuti excludentis fœmi-
nas à ſucceſſione legantis ab inteſtato factum appareat
legatum dotis, facilis tamen erit cognitio, quando do-
tis relictum huiuſmodi non conditionale, ſed purum
deprehendi poſſit, & conſequenter in præſenti debi-
tũ eſſe, hoc eſt enim quod in vtroque caſu prædicto di-
cit Bar. in d. §. Titio genero. ſub num. 3. verſic. prædicta
vera, & ſub num. 6. verſicul. prædicta vera, vbi appareat
expreſſe, vel per coniecturam, vel communem vſum
vel per præſumptionem quòd ille qui reliquit pro dote,
vel dotis nomine, voluit legatum eſſe purum ſuper his
etiam perſcrutando Couar. Hiſpa. in c, nos quidem. ſub
nu. 2. de teſta. collegit caſus aliquos, quibus legatum do-
tis purum dignoſcitur, quos ego quoque corroborando
& alios addendo, à qualitate perſonæ legatariæ inſpi-
ciendo ita dico.

49 Primò ſi teſtator † reliquerit tali mulieri centum, no-
mine dotis, ſi nupſerit Titio, qui eam paratam ſibi nu-
bere noluerit in vxorem accipere, habita quidem con-
ditione pro impleta quoad eam, legatum dotis purum
effectum eſt, per text. in l. in teſtamento ita erat. de con-
ditio. & demonſtr. ponit Ang. conſi. 124. Tolus colum.
pen. ver. ideò ego, idẽ eſt ſi Titius moriatur ante requi-
ſitionem de matrimonio contrahendo cum legataria,
quæ ſi pauper ſit, habebit legatum, & alij nubere pote-
rit, ſecus ſi diues ſit, probat Bal. Nouel. d. tract. dot. part.
6. priuileg. 76. ad finem, ſequitur Couar. d. c. nos quidem
ſub num. 2. ver. 5.

50 Secundò ſi † teſtator legauerit puellæ centum, & po-
ſtea adijciat, & hoc cedat & vadat in auxilium ſui nup-
tus, & amore Dei, ſanè hoc legatum non conditionale,
ſed modale, & deberi præſtita cautione de reddendo
nuptijs non contractis, pro noua deciſione ſic reſpon-
dit Ang. conſi. 392. Pierius. & interim fructus & reddi-
tus ad puellam pertinent vt in legatum impinguent, vt
ibi per eum.

51 Tertiò † teſtator reliquit mulieri fundum, vt nubat,
vel nubere poſſit, purum eſt legatum, arg. l. mulier. C.
de iur. dot. dicit Bald. conſi. 249. an legatum circa med.
lib. 4. ponit Couar. d. c. nos quidem ſub num. 2. verſicul.
2. adde idem tenere Bald. Nouel. d, priuileg. 76. colum.
pen. ver. primus eſt, ſubiungẽdo ſi adhuc non ſit nubilis
ętatis, quod tamen tenetur cauere de nubendo. l. quibus
diebus, §. Termilius. de cõdit. & demonſt. & interim mu
lier tranſmitteret legatum ad hæredes, ſi moreretur, l. ſi
fundum per fideicõmiſſum. §. 1. de lega. 1. ſentit & Fulg.
conſil. 40. dominus teſtator ad finem, ita & legatum dã-
dum tempore quo maritabitur, Tiber. Decia. conſil. 5.
num. 4. lib. 3.

52 Quarto pater † reliquit filiæ centum pro eius dote,
& in his eam dotauit, & hæredem inſtituit, mandans
quòd plus petere non poſſit, cenſeri legatum purum,
& tranſmiſſibile ad hæredes & geminatione, & reitera-
tione verborum teſtamenti, in his eam dotauit, & hæ-
redem inſtituit, nec eſſet verborum inculcatio ſuper-
flua, ſed operans, l. ſi quando. in princip. de leg. primo,
cap. ſi Papa. de priuileg. in 6. probat Anchar. conſil. 232.
ſubtiliſsimè. in princip. ſequitur Thom. Gram. conſil.
ciuil. 57. ad num. 12. benè comprobat Bero. conſil. 155.
53 colum. penult, num. 44. lib. 2. dicens † legatum dotis
iure inſtitutionis factum filiæ excluſæ à ſucceſsione vni-
uerſali, ſuccedere loco legitimæ, & dici purum per alleg.
ibi per eum, hoc etiam pariter ex verbis in relicto dotis
iure inſtitutionis, & ex prohibitione de plus non peten-
54 do, ſed ſtando tacita, &c. † & ex ſubſtitutione maſculis
facta de filia vltra dotem, legatum dotis purum latè cõ-
firmat Socin, conſi. 92. colum. 6. & ſeq. lib. primo, & ex
charitate filiæ cui relictum eſt, arguit Fulg. dicto conſil.
40. colum. ſecunda, in fin. verſicul. item mouet, ſequi-
tur. Thom. Grammat. ciuil. conſi. 146. num. 4. & ex ver-
bo dotauit deſignante rem perfectam & actũ conſum-
matum, & ſic dotem etiam ante nuptias ſpectare & cẽ-
ſeri eſſe legatariæ demonſtrando ſentit Corn. conſilio
40. colum. 6. verſi. nihilominùs ergo, & colum. ſequent.
lib. 3.

55 Quintò vbi † teſtator relinquit mulieri centũ occa-
ſione dotis vti ex cauſa remota & impulſiua, legatum
ipſum dotis non eſſe conditionale, & poſſe in præſenti
peti tenet Bald. conſi. 237. Titius in teſtamento. num. 5.
lib. 1.



lib. 1. refert & ſequitur Thom. Gram. deciſ. 59, num. 51. &
latius probat d. conſ. ciuil. 57. num. 1. & ſeq.

56 Sextò ſi † pater poſt legatum dotis factum filiabus,
eis decedentib. in ætate pupillari vel poſteà antequàm
nubant ſubſtituerit hæredes ſuos in dictis dotibus, vel
quòd dictæ dotes deueniant, & remaneant ad domum
teſtatoris ad manus hæredum, ex mentione quidem
dotium in ætate pupillari, & ex reditu earum ad do-
mum, & ad manus hæredum oſtendi animum teſtato-
ris & eius mentem in aſſumendo dotes, etiam ſine ma-
trimonio, & prætereà quantitates dotium relictas, tunc
pure & ſimpliciter cenſeri putat, & concludit Corn.
57 dict. conſi. 40. colum. 7. lib. 3. † Idem ſi loquutus fuerit
per verba de præſenti, voluit quòd ſuæ filiæ habeant
mille pro ſuo maritare, vel reliquit ad maritandum, vel
pro ſuo maritaggio plenè ſe diffundendo per eadẽ fun-
damenta, legatum dotis purum deberi ante contractas
nuptias, & tranſmitti ad hæredes legatariæ, reſpondit
Thom. Gram. d. conſi. 57. & conſi. 146. ciuilium. idem ſi
dixerit pro ſe maritanda, vel ad ſe maritandam ſequen-
do Bart. tenet in extraneo, & præſtita cautione de nu-
bendo Campeg. tract. dot. part. prima. quæſt. 29. colum.
penult. vltra med. & Alexand. conſi. 77. col. 1. verſi. ideò
enim. lib. quinto.

58 Septimo quando pater † relinquit filiæ centum ſim-
pliciter, & non dicit pro dote tũc quidem non expecta-
to tẽpore nubili, vel quòd nubat, poteſt filia ſtatim pe-
tere legatum, vt tenet Bart. in l. qui negociationem. §.
pupillo. ff. de adminiſtr. tut. eo non attento quòd pater
ſimpliciter reliquit filiæ, cenſetur id reliquiſſe pro dote
Rolan. à Vall. conſil. 25. num. 22. lib. 4. quia conditio ta-
cita, vel ſubintellecta à lege non facit legatum cõditio-
nale, text. gloſſ. & doctor. in l. conditiones. de condit. &
demonſt. Cui etiã legato ſic explicato, ſi adijciatur con-
ditio, vel tempus pro eius executione, vel ſolutione, pu-
ta, Relinquo centum filiæ, quæ ſint & eſſe debeant pro
ſua dote, vel habere poſſit quando nupſerit, quia tunc
conditio, vel tempus non ſubſtãtiæ legati, ſed eius exe-
cutioni adiectum non impedit tranſmiſſionem legati,
Bald. conſil. 286. ſuper primo puncto. colum. prima, ver-
ſicul. ſuper tertio. lib. 3. & cum eo Aym. conſil. 101. verſ.
ſed præmiſſis, vbi & alias coniecturas adducit, ex eo
quòd teſtator iam voluit legatum peruenire ad legata-
riam poſt certam conditionem appoſitam, & ex eo
quòd iam alij mulieri nuptæ fecit ſimile legatum, & ex
eo quòd legataria iam poſſidet bona legata, inferendo
legatum tale non eſſe conditionale, & quando condi-
tio ſit appoſita executioni legati, non diſſentit Menoch.
conſilio 60. num. 38. & 50. addo quod Alexand. voluit
conſilio 211. colum. penult. ad fin. ſub num. 9. lib. 7. non
dici ob cauſam dotis relictum, quando teſtator in teſta-
mento de filia infante ſimplicem inſtitutionem fecerit,
quam voluerit habere effectum quando nupſerit, & ſic
conditio videtur adiecta executioni relicti, & non di-
ſpoſitioni, quam ideò conditionalem non facit per l. ſi
quis vina. in princip. ff. de peri. & como. rei vendi. & l.
ex his. C. quando di. leg. ced. tradit Bart. in l. prima. co-
lum. fin. de conditio. & demonſtrat. & Capra conſil. 133.
num. 5. benè facit tex. in l. quidam teſtamento. in princ.
de lega. primo.

Octauò vbi communis vſus loquendi, & conſuetu-
do extaret in loco, & probaretur legitimè quòd illa puel
la, virgo, vel vidua, cui in teſtamento patris attinen-
tis, vel extranei certum quid eſt relictum pro dote, di-
catur dotem ſuam habere, & in hoc articulando pro-
prietatem, eſſentiam, & veritatem dotis, & eius no-
men, ac ſi talis puella nupta eſſet & prout veritas talis,
communis vſus loquendi ſe habet, tunc dicendum eſt
59 † tale dotis legatum non eſſe conditionale, & inconti-
nenti poſſe peti, cùm teſtatoris verba intelligi debeant
ſecundùm ipſum communem vſum loquendi, l. libro-
rum. §. quod tamen Caſſius. de legat. 3. cùm vulg. ita do-
cto. tradunt communiter, vt Bart. in d. §. Titio genero.
nu. 3. ver, item ſi ponamus. & ibi alij ſequuntur, & conſil.
200. quæritur de legatis, volum. primo, & conſ. 45. ſuper
quæſtione. ad fin, volum. 2. Socin. Iun. conſi. 134. nu. 27.
28. lib. 1. Couar. d. cap. nos quidem, ſub num. 2. ver. 4. in-
fertur, poſt Laur. Palati. tract. ſtat, fœmi. exclud. nu. 237.
idem probat Fulg. conſ. 40. Dominus teſtator col. pen.
ver. in aduerſum.

60 Item nota † fructus perceptos interim legatæ poſſeſ-
ſionis alicui mulieri ad nubẽdum ſpectare ad hæredem
Alber. in l. pen. de opti. lega. per tex. ibi.

61 Vlterius quando poterit conſequi † legatum dotis
factum alicui puellæ, cum peruenerit ad tempus mari-
tandi, vel ad nubilem ætatem, reſpondit Alexand. con-
ſil. 20. num. 9. lib. 2. tempus maritandi eſſe, cum puella
peruenit ad pubertatem, per dictam l. ſancimus. C. de
nup. & l. minorem. de rit. nupt. & l. hæc conditio filiæ
meæ. de conditio. & demonſtr. vel ſi inſpiciatur conſue-
tudo regionis, & attendatur, prout in tempore ætatis
puellæ nubendæ probata reperitur, vt ibi in 16. anno.
idem ad nubilem ætatem eſſe peructam eam, quæ duo-
decimum ætatis annum compleuerit, & tunc eam poſ-
ſe tale legatũ conſequi, tenet Alexan. conſi. 77. in 1. du-
bio lib. 5. per dictã l. minorem. l. ſi vxor. §. fin. ff. de adult.
l. 2. §. fi. de priuileg. credit. & cap. continebatur, de ſpõſ.
62 impuber. cùm alijs ibi per eum ſubiungendo † aliud eſ-
ſe diſpoſitionem collatam eſſe in tempus nuptiarum &
non in tempus nubilis ætatis, prout aliud eſt eſſe nubi-
63 lis ætatis, aliud eſt contrahere nuptias, † quæ dicuntur,
vbi mortuo conſenſu contrahitur matrimonium, dict. l.
ſancimus. & l. nuptias. de regulis iuris, & proprius text.
64 in l. cùm fuerit. de condition. & demonſtration. & † nu-
bilis ætatis in fœmina eſt in dicto tempore duodecimi
anni, niſi malitia ſuppleuerit ætatem per not. in capit. 1.
de ſponſ. impub. in ſexto, & hæc ſimilia ex doctrina Iu-
riſcõſultorum & aliorum proſequitur Guliel. Bened. in
cap. Raynutius. in tertia part. verſic. qui cùm alia matr.
concr. nu. 60. & ſeq.

Nota ſingularem caſum de alio certo tẽpore ad nu-
65 bendum, quòd † ſi filiæ, vel alicui puellæ ſit relicta ali-
qua hæreditas, vel magna quantitas facultatum, cum
hoc quòd debeat nubere, vel ſe maritare alicui de agna
tione, vel de patria teſtatoris, & puella iſta tempore
mortis teſtatoris ſit pubes, vel ſit impubes, pubes qui-
dem poſt mortem teſtatoris, & impubes poſt puberta-
tem per triennium exſpectatur ad nubendum, aliàs pri-
uatur relicto. Dixi antè & repeto per tex, in l. ſecunda. §.
ad filiorum. C. quando & qui. part. pars. lib. decimo, &
ibi Bartol. & Ioan. de Plat. not. & Alexand. ad Bartol. in
l. hæc conditio. in principio, de condition. & demõſtra-
tion. probat & Guliel. Benedict. in capit. Raynutius. in
ſecunda part. verſic, cuidam Petro tradiderunt, nume-
ro quarto, quinto, & Franciſc. Marc. deciſi. Delphin. in
quæſtio. 863. dura admodum & periculoſa videtur iſta
deciſio contra puellas ſic honoratas, & nubendas, ne de,
facili, & ferè continuo eis in nuptijs triennium iſtud
prætereat, quod veriſimiliter primum ab eis inconſul-
tis ignoratur, deinde eis pro verecũdia, & pudore puel-
lari per ſe non conuenit perquirere & expoſtulare ma-
ritum aliquem, adeò quòd remanet durus iſte ſermo,
tamen ſeruandus. l. proſpexit. ff. qui & à qui. at demum
puellæ diuiti & bene dotatæ, quibus continuò nubere
poſſit, non deſunt competitores.

66 Sed quid ſi iſta † puella ſemel nupta fuerit vni de ag-
natione, vel de patria teſtatoris, qui poſteà deceſſerit, &
ea remanſerit vidua, an poſsit retinendo patrimonium
relictum alij non de agnatione, nec de patria teſtatoris
nubere, dicendum eſt poſſe, per caſum l. ſi quis hære-

dem.C.de inſtitutio. & ſubſtitutio. & ibi doctor. & in l.
in ſubſtitutione.de vulgar.& pupillar. faciunt regulam,
67 quòd † conditio appoſita à teſtatore ſufficit ſemel eſſe
impleta, licèt non duret impleta, & per plures concor-
dant. probat Iaſo.conſ.35. col.penult.ad finem, & col.
fin.lib.3.Socin.conſi.117.col.fin.verſi.confirmatur præ-
dicta.lib.1.Ruin.conſil.89.in fin.lib.4.Tiraq. in l.ſi vn-
quam.verſi.ſuſceperit.num.187.de reuocan.donatio.&
tex.in l.rogo.in princ.ff.de fideicommiſſ.libert. & Bald.
in auth.ſed & ſi quis ſub num.2. C.de ſecund. nupt. di-
cit naturam conditionum eſſe, vt non requirat verita-
tem actus permanentis, ſed ſufficit veritas actus tranſ-
euntis, vt ibi exēplo probat, idem in l. humanitatis, ſub
nu.28.C.de impuber.& ali.ſubſtit.quod ſanè tēpore, niſi
teſtator expreſſam rationē appoſuiſſet tali relicto, quia
vult talia ſua bona relicta remanere inter ſuos de ſua
agnatione, vel de ſua patria, cùm ratio iſta faciat condi-
tionem quodammodo ſucceſſiuam, & perſeuerantiam
requirat, illa puella tūc non poſſet, & magis ſecundo nu
bere extraneo, ne bona ad extraneū perueniant. l.peto.
§.fratre de lega.ſecūdo.l. ſi quis ita legauerit dum vxor.
& l.pater Seuerinam.§.ſocrus.de condition. & demon-
ſtration. bene declarat Bald. in d.l. humanitatis. num.
28. & non dicitur remanſum vel peruentum quòd non
durat maximè circa locupletiorem inter ſuos doctrin.
not. maximè ad implementum conditionis, facit Ang.
in leg.ſi poſſeſſor.§. ait ſenatus. ff. de petitio, hæredita.
68 † Conditio enim vel diſpoſitio habens verba cum tra-
ctu ſucceſſiuo, non adimpletur momento, ſed perſeue-
rantia requiritur, per plura iura probat Alexand conſil.
43.colum.fin. numero duodecimo, lib. tertio, Afflict.
deciſ. 141.nume.quinto, & Ang. conſil.34. Conſtanti-
nus.col.fin.vbi præſertim apparet, quòd teſtator voluit
prouidere alij perſonæ quàm legatariæ, vt ibi per eum
& per Dec.conſil. 177.ſupra fin.& Pariſ.conſil.32.num.
85.86.libr.1.Nota quòd iſto caſu eſſet honeſta cauſa di-
ſpenſandi matrimonium cū agnato, ne bona tranſeant
ad extraneas nationes ſecundùm Salyc. in l. ſemper. in
fin.de rit.nupt.
69 Rurſus & hoc ipſum intellige,† ſi aliquis non reperia
tur in familia, vel in patria, cui puella hæc commodè, ho
neſtè, & licitè nubere poſſit, alioquin cuilibet quidem
alij nubere poterit, aut reiecta tali conditione, per text.
in pluribus à contrario & directo ſenſu in l. cùm ita le-
gatum ſit.& in l.hoc modo.de condition.& demonſtra-
tion.aut habita dicta conditione pro impleta, cùm per
eam ſtare non poſſit, quominùs impleatur, per regul. l.
iure ciuili.cum ſimilibus.eod.& l. ſi Titio.in princip.de
legat. primo.l. Lucius.§.quiſquis.pri. in fin.& ibi gloſſ.
de lega.ſecūdo, l.ſi peculium. §.is cui de ſtatu lib.l.vter.
ff.de cond. inſtitu. & ibi gloſſ.& in ſpecie Ioan.Baptiſt.
Plotus conſilio 15. num. 9.& 8.inter conſi.matrimo.aut
ipſa puella eſt habita demum pro libera & exempta à ta
li onere, & conditione, prout eſt ille qui tenetur reſtitue
re fideicommiſſum illis de familia, & nullus reperitur,
cui poſſit reſtituere.l.cùm pater.§.libertis. in fi.l.qui ſo-
lidum.§.pen.de legat. 2.cum cōcord.ibi in gloſſ.& alibi
ſupra dictum eſt, & alia circa relicta hæc, vt nubat, vel ſi
non nubat tali, vide Felin.in cap.vlt.colum. fin. in fall.
pen.de treu.& paç.
70 Præterea † relictum iſtud, item reliquit & mandauit
bona ſua, vel certas pecunias irrogari, & diſtribui in ma
ritandis mulieribus, vel filiabus ſuorum deſcendentiū,
interpretatur & intelligitur de illis mulieribus, quæ
amplius non fuerunt nuptæ, vt talis ſermo verificetur
in prima vice, & ſic non de viduis ſecūdùm Bal.in proœ.
decr.nu.25.congerendo Cardinal.Florentin.& Alexan.
Iaſ.Cla.Seiſel.& Charel.Cot.ſequentes hoc dictū refert
Tiraqu.in l.boues.§.hoc ſermone.nu.111.in reg.de ver-
borū ſignification.refert & ſequitur Guili.Bened.in ca.
Raynutius.tertia part.verſ.qui cum alia matr. cōtrahēd.
nu.79.& Roland.à Vall.conſil.68.num.22.& ſeq.lib.4.
Sed reperio quod in generali legato facto pro maritan-
dis non certis filiabus deſcendentium teſtatoris, veniūt
etiam viduæ, quarum nuptiæ, licèt non ſint fauorabiles,
ſicut primæ, tamen non ſunt odioſæ, ſed etiam fauora-
biles reipubl. fauore eodem ciuitatis replendæ liberis
per l.primam, ſolut.matrimo.ita hac ratione & auctori-
tate Iacob.Butr.in ſua quæſtio.incipien. quidam pater-
fam, tenet Caſtrenſ.conſil.308. in iſto facto plura ad fi-
nem, lib. primo. Huius autem contrarietatis vel diuer-
ſitatis opinionum meminiſſe video neminem, nec eam
quidem bona diuerſitatis, vel concludenti ratione con-
71 ciliari poſſe, † cùm maritare iuuenculas, tam virgines,
quàm viduas indiſtinctè & generaliter pium ſit. l. cum
his.§.mulier.ff.de condic.indebi. & pariter reſpiciat fa-
uorem publicum ob liberorum procreationem dicta l.
prima, ſolut. matrimo. itidémque non nuptæ & viduæ
ſint ſub eadem permiſſione, & conſilio eccleſiæ & Apo
ſtoli in cap. ſeptimo, ad Corinthios prima, melius eſt
enim nubere quàm vri, & in cap. fin. extra de ſecund.
nupt. & capit. quomodo & ſequent. 31. quæſtio. prima,
atque ſimiliter tam in virgine & in nupta quàm in vi-
dua per matrimoniū proſpiciatur periculo ne quid de-
terius committatur & turpe, ſecūdùm gloſſ.in l.oratio-
ne.de rit. nupt. Quare opin. iſtā poſteriorem Iaco. But.
& Caſtren.veriorem & magis tenendam puto, quòd in
relicto diſtribuendo in maritandis mulieribus veniant
tam virgines quàm viduæ, quæ tempore mortis teſtato-
ris, vel alicuius appoſitæ euenietis conditionis reperiū-
tur innuptæ, & ſunt incertæ de certis, quia de proprie-
tate ſermonis continetur & vidua, quæ reſpectu diſpoſi-
tionis teſtatoris dicetur illa prima vice maritata de bo-
nis teſtatoris, & ſic in ea etiam propriè loquitur text. in
d. §. hoc ſermone, vt in ſpecie cōtra Bal.reſpōdit Deci.
in rubr.col.1.ſub nu.4.C.de ſecun.nupt. Sicq; verifica-
tur intētio teſtatoris de nupta prima vice de ſuis bonis,
prout ſua diſpoſitio intelligitur & de bonis ſuis.l.cùm in
teſtamento.de aur.& arg.lega.l.ex facto.in prin.ad Tre
bel.& not.in l.conficiūtur.§.huius autem.de iur.codici.
& non magis in virgines quàm in viduas maritandas te-
ſtatoris affectio habita videtur, dummodò & viduæ ſint
pauperes & egenæ, quia relictum hoc dicitur ſolum fa-
uore animæ, & quodammodo factum Deo immortali,
apud quem non eſt acceptio perſonarū, nec apud teſta-
torem: quia in tali relicto in perſonam certam ſingula-
riter non habet affectionē, ſed ad genus perſonæ, id eſt,
qualitatem paupertatis, vel pietatis, quæ vna & eadē eſt:
ita in ſimili propoſito adducit idem Bald.in l. poſt mor-
tem, colum.fin.ſub nu.10.C. de fideicommiſſ. quem ibi
Raph.& Caſtren.ſequuntur, licèt hoc dictum Bal. in illa
quæſt.ibi propoſita habeat cōtradictores, tamen ſua di-
cta, & ſuæ rationes ibi optimè cōferunt, & adaptātur no
ſtræ queſtioni, & bono, ac recto ſenſu non poſſunt tergi-
uerſari: in eo maximè quod Bal.ibi dicit, quia teſtator in
certam perſonam ſingulariter non habet affectionem,
ſed ad genus perſonæ, id eſt, qualitatem paupertatis, vel
pietatis: quæ vna & eadem eſt, idem de ſolo fauore pie-
tatis per Bald.in l. ſi quis ad declinandam. in princ. col.
prima. C. de epiſc.& cler. idem de cauſa finali & men-
tem teſtatoris videri eſſe rationem paupertatis per Ale-
xand. conſilio 109.colum. 3. ſub num. 7. verſic. ſed vbi
nulle.lib.7.eadem conſideratio per Bald. in l.poſt mor-
tem.colum.fin.ſub num.10.C.de fideicommiſſ.Ego fa-
cio neceſſariam illationem, ſcilicet quæ quidem pietas
vna & eadem eſt & in virgine paupere, & in vidua pau-
pere, maximeq; data proprietate ſermonis ipſius teſtato
ris, & in vidua, quæ & ipſa dicetur prima vice nupta de
bonis teſtatoris, vt tenet Dec.d.rubr.nu.4. C. de ſecun.
nupt.

Verun



Veruntamen ad commodum huiuſmodi relictum
72 conſequendum nubendo † in conſenſu æqualis pauper-
tatis, vel æqualis periculi pudicitiæ, virgo viduæ præ-
ferri deberet, cùm virginis nuptiæ magis ſint fauorabi-
les per not.in auth. cui relictum. C. de indi.vidui.tol-
len.in rubr.& totum tit.C.de ſecund.nupt.Caſtr. dicto
conſilio 308.ad finem libr.primo, ita fauorabilior, & ha-
bens maius priuilegium præfertur l. Titio vſusfructus.
§.primo, de condition.& demonſtrati.& ibi not. Imol.
hoc enim caſu ſententiæ Bald.in dict.proœm.decr. nu.
25.& ſequacium duntaxat exiſtimarem eſſe locum.
73 Item in † relicto certæ quantitatis pecuniarum diſtri-
buendo in maritandis tot puellis pauperibus natis ex
conſanguineis teſtatoris, pauperiores quidem puellas,
natas ex agnatis teſtatoris, etiā vlteriores gradus puellis
natis cognatis præferendas eſſe ex facto reſpondit Al-
ben.conſilio 69.proponitur in facto, iuribus, & rationi-
bus, vt ibi per eum, quatenùs dicat pauperiores puellas
præferēdas eſſe intellige id verum eſſe, ſi teſtator expreſ
ſerit pauperiores vel ſimpliciter mādauerit per hæredes
dotari puellas pauperes ſuas conſanguineas, quia intel-
ligi poteſt de pauperioribus, per l.ſi quis ad declinandā.
§.ſi autem ampliores.C.de epiſcop. & cleric. & §. ſiquis
in nomine.in auth.de eccleſ.titul.per Dec.conſi.72.ſub
numero tertio, ſecùs ſi diceret puellas pauperes eſſe ma
ritandas ad electionem executoris, quia poſſet eligere
pauperes dummodò tales ſint, etiam quòd aliæ repe-
rirentur pauperiores, per l.cum quidam.de legat.ſecun-
do, tradit Bald.in repetio.l.primæ, nu.31.verſic.item que
ritur.C.de ſacroſanct.eccleſ.& in l.id quòd pauperibus.
74 num.34.de epiſcopis & cleric.† Quatenùs etiam dicat
nobilem aliquas facultates habentem cum pluribus fi-
liabus ad nubendum dici pauperem, & ſuas filias paupe
res: ideò ei tanquam pauperi in ſubſidiū filiarum de bo-
nis diſtribuendis inter pauperes dari poſſe, tenet Bald.
in dict.l.ſi quis ad declinandam.columna 3.ſub numero
quinto, verſicul.circa tertium. quia onera dotandi ſunt
onera nimis magna dicit Alexand. conſilio 74. colum.
ſecunda, numero ſexto, lib.quarto intellige & hoc niſi
teſtator mandauerit aliquam paruam quantitatem pe-
cuniarum, vel patrimonium paruum diſtribui in ma-
ritandis pauperibus puellis, non poterit diſtribui puel-
lis nobilibus, licèt pauperibus: quia de nobilibus non
videtur ſenſiſſe teſtator ex tex.ibi tam modica, not. An-
gel.in l.ſed & ſi ſuſceperit.§.primo.ff.de iudi. Facit text.
in l.quidam in teſtamēto de legat. ſecundo, ibi: *Aut ex*
*magnitudine eius pecuniæ, aut ex mediocritate facultatum,*
*quas teſtator reliquit*, & text. in l. ſi filiæ. de legat. ter-
tio, ibi ex dignitate, ex facultatibus, præſumptio enim
habetur tam ex rei legatæ, quàm ex legatariorum ipſo-
rum qualitate, vel conuenientia, dicit gloſ.fin.in l.quæ-
ſitum.§.fina. de fund. inſtruct. & per Bald.in l. Titia.
in princip.de leg.ſecundo, ſolent autem Docto. quære-
75 re de his, agentes, † quis pauper, vel nobilis dicatur, &
probetur, in ſpecie de pauperibus virginibus maritan-
dis, quæ ſint pauperes executor teſtamantarius arbi-
trabitur & ſi malè arbitrabitur, recurritur ad iudicem
per l.primam, de legat.2.& l.hæreditas in fin.de petitio.
hæred.dicit Bal.in auth.præterea.nume. quarto.C.vnd.
vir.& vxor.ſic arbitrio iudicis relinqui quis dicatur pau-
per operi ſuo opportunis concordan. aggregatis ponit
Menoch.de arbitr.iudic.libro 2.cētur.prima, caſ.65. nu.
7.quis dicatur nobilis ponit caſ.67.quia tales dici poſ-
ſunt diuerſis qualitatibus & cōditionibus perſonarum,
locorum, & reſpectibus inſpectis ideò eorum cognitio
remittitur iudicis arbitrio, Alex.conſ.126.col. ſecunda
num.9.libr.quarto, Marſil.in quæſtionis modum.nume.
9.de quæſtio. vbi caſus alios, quotquot credo ſibi ſuc-
currerunt inter legendū libros recollegit, itidem & ali-
quos in vnum collegit Tiraquel.in l.ſi vnquam. verſicu.
omnia numero 28.29.30.31.de reuocand.donation. qui
& ijdem caſus Iacobo Menoch. non tam laborioſum
quàm ſubtile & perutile opus dicto titul.de arbitr. iudi.
edendi materiam in toto iuris corpore ſparſam præbue
runt idem de qualitate perſonarum & locorum in pau-
pertate conſideranda per Bero.conſil. 76.ad finem, nu.
13.lib.3.& conſ.120.nu.15.lib.1.vbi hac ratione qualita-
tis diuerſæ perſonarum nobilem in bonis habentem
quinq; millia pauperem, ruſticum vero habentem in
bonis centum diuitem cenſeri tradit, idem declarando
tenet Bello.conſilio decimoſexto.nu. quinto, ſexto, &
per totum.& Riminal.Seni.conſi.109.numero ſexto, &
ſequent. & de his Tiraq.de pia cau.in præfati. col.10. in
prin.
76 Poſtremo aduertenda eſt † diuerſitas caſuum lega-
tarum dotium à parentibus factorum filiabus diuerſos
effectus afferentium, nam quandoque dos eſt promiſſa
genero, & poſtea legatur filiæ, quandoque eſt data ma-
rito, poſteà eſt legatæ filiæ, quid ſi data ſit in quantitate,
& legata eſt in ſpecie, vel econtrà, quandoque eſt legata
in teſtamento, poſteà vel in minori quantitate, vel in di
uerſa rē data eſt, & ſoluta per ipſum patrem teſtatorem,
vel per extraneum, pro iſtorum reſolutione breuiter
ad eas text.gloſſ.Barto.Bald.Caſtren. Imol.Alexand. &
Iaſ.in l.huiuſmodi.§. cùm pater.de legat.primo, textus
Bartol.Alber.Caſtrenſ.& Cuman.in l.cum pater. §. pa-
ter filiæ.de legat.2.text.Bald.Salyc.& Iaſ.in l.filia. lega-
torum.C.de legat.text. & Salyc.in l. cum pater. de iure
dot.Rom.conſi.253.videamus.Bero.conſ.47.nu.5.lib.2.
Gabri.Eugub.conſi.126.Campeg.tracta.dot. part. 1. in
quæſtio.36. Pariſ.conſil.61.numero 28.37.38.lib. ſecun-
77 do, Tiber.Decia.conſilio 7.lib.2.Sed.ſi † pater nihil de-
derit in dotem filiæ, & ei in teſtamento reliquerit iure
inſtitutionis ducenta, vt aſſeruit data in dotem, ex hoc
relicto filia nullam habet actionem & tanquam præte-
rita poſſet dicere teſtamentum nullum, Bald. conſilio
78 386.quidam M.deceſſit.in princip.lib.quinto.† Et filia
pro creditrice etiam de pecunijs paternis deſcripta in
monte Florentiæ pro certa quantitate ſibi ſoluenda ad-
ueniente nubili ætate, cui etiam pater legauit ſimplici-
ter in teſtamento, poteſt quidem conſequi & dictum
creditum mortis, & legatum dotis, reſpondit Capra
conſil.72.ad fin.in vlti.quæſi.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Præceptum teſtatoris nullum eſt, quo libertas matrimonij impeditur, quod leges fauore perſequuntur ob publicam vtilitatem liberorum procreandorum, declarando vt ibidem.*

*Et quando valeat præceptum teſtatoris, ne puella nubat, dic vt ibi.*

*Conditio matrimonio impoſita an & quando valeat reſpectu temporis. vide verb. præceptum teſtatoris inducens.*

2 *Præceptum teſtatoris inducens omni tempore viduitatem nullum eſt & reijcitur, at reſpectu certi temporis limitati valet, & contra faciens puella priuatur hæreditate, & quando dicatur contrafeciſſe declara vt ibi.*

3 *Minor an reſtituatur in integrum aduerſùs priuationē hæreditatis à teſtatore inflictam, non parens præcepto ipſius & quòd reſtituitur ſecundùm Aret. intelligendo & declaran. vt ibi per auth. non tamen reſtitueretur ſi fuiſſet in mora & dolo non parendi, & vt latius de materia hac diſcutitur, vt ibi cum ſeq.*

4 *Minor & eccleſia non reſtituitur conueniens præcepto teſtatoris propter dolum, etiam in omittendo.*

5 *Teſtator poteſt prohibere hæredem, ne petat reſtitutionem in integrum ex perſona defuncti, vel ne quid aliud quod*

 officio

*officio mero iud.expeditur.*

6 *Præceptum teſtatoris factum filiæ vel nepti, ne nubat, valet quando eſt reſtrictum ad perſonas certi loci, vel certæ familiæ, vt ne forenſibus nubat, & ei qui non ſit ſui municipij, vel de tali caſata modo ibid. honeſtè poßit nubere.*

*Et quòd non euitaret pœnam, ſi nuberet vni effecto ciui, vel de familia reſcripto principis, vel alio ciuili & legati modo. ibid.*

*Quid ſi in municipio non reperiatur dignus ſuis nuptijs, vel quia eſſent conſanguinei in gradu prohibiti, dic quòd cui velit poteſt impunè nubere, nil operante hoc in caſu diſpenſati, & quare. num. 7.*

8 *Impoßibile illud dicitur, & reputatur quod obtineri non poteſt, niſi per viam diſpenſationis.*

9 *Præceptum negatiuum factum filiæ, ne contrahat matrimonium, niſi cum mercatoribus & contra faciens priuat eam hæreditate ſolùm ei legitimam relinquens, valet, adeò vt primo marito mortuo, non niſi alijs mercatoribus nubere poterit vigore præcepti negatiui.*

10 *Præceptum teſtatoris ne nubat ſine conſilio alicuius, pone matris, patrui, vel fratris, valet: adeò vt tale conſilium eſt requirendũ, aliàs priuatur hæreditate, vel pœna committitur, non tamen conſilium id erit ſequẽdum ſi nolit.*

*Amplia etiamſi verba ſint multiplicata, vt de voluntate, conſenſu & conſilio, cùm ſolùm accipiatur & attendatur verbum conſilium. ibid.*

11 *Negatiua conſilij non requiſiti pro nubendo ad quod tenebatur nubere volens ſub pœna eſt probanda ab eo qui negat non fuiſſe requiſitum conſilium, & quomodo ſatis faciliter negatiua ea probari poßit. ibid. dilucidatur.*

Secundum aggredior interpretationem circa præcepta aliqua teſtantium, quia quidem expediam ſolutiones dubitationum quarundam, quæ magis vſu contigibiles viſæ fuerint ordinem præmiſſum ſequendo.

## ¶DVBIT. I.

ORITVR ex præceptis, quæ teſtatores facere ſolent filiabus, vel alijs puellis, hæreditate vel legato honoratis, ne nubant intra certum tempus earum ætatis, nec perſonis certi loci, vel certæ conditionis, nec ſine conſenſu, licentia, voluntate, conſilio, certarum perſonarum pœnas priuationis hæreditatis, vel legati, & ſimiles apponendo, ſuper quibus primò dicendum eſt talem & tantum eſſe fauorem à legibus matrimonijs, propter vtilitatem publi-
1 cam ex liberorum procreatione, quod † conditio vel præceptum teſtatoris nullius eſt momenti, & reijci debet quãdo ex eo libertas matrimonij tolleretur, vt quia puella prohibita eſſet nubere certo modo, vel non habendo cui honeſtè & commodè nubere poſſet, vel iuſſa nubere indigno, vel arbitrio & voluntate alterius nubere, qui poſſet nunquam arbitrari & velle, per l.filiæ ſuæ. in princip. l.cùm ita legatum ſit, in vltimo reſpon.& l. hoc modo.& l.cum tale.§.reſcriptum.§.Męuiæ.& l.mulieri.de conditio.& demonſtration.& docto.ibi, & in l. Turpia.§.1.de legat.1.Ange. Aret.tractat.teſtan.glo.66. nume.2.3.Corn.conſil.105.in fin.lib.2 poſui ſupra lib.2. interpret.2.dubit.2.ſolut.2.verſi.18.ponit Tiber.conſil. 13.nu.9.cum ſeq.lib.1.Ioan.Baptiſt.de Plotiinter conſi. matri.conſil.87.num.11.& ſeq.

Deinde autem & econtrà, ne puella nubat, valet teſtatoris præceptum, reſtringẽs generalitatem temporis, locorum, perſonarum, & arbitrij alterius, vt ſingula hæc nunc probabo per doctr.Bar.in l.ſed ſi hoc.§.fin.de con dit.& demonſtr.

2 Námque ſi conditio† inducens viduitatem in omne tempus non valet & reijcitur valet tamen reſpectu certi temporis appoſita Barto.& Imol.in dicto §.fin.& in l. mulieri.ſub nume.5. eod. vt quòd talis puella non debeat nubere intra ſuæ ætatis 25.ann.valet præceptum, & contra faciens, hæreditate priuari debet, contra feciſſe enim dicitur contrahendo tantùm per verba de præſenti matrimonium, eiúſque conſummationem per copulam carnalem expectando poſt dictum 25. ann.ita ex facto reſpondit Aret.conſil.67.colum. 2. verſic. Venio ad primum.

Vbi in col.4.verſ.venio ad quartum. mouet dubium perpulchrum & difficile ſecũdùm eum dicentem in eo
3 ſe malle ab alijs doceri, quã alios docere, † an.ſ.minori competat reſtitutio in integrum aduerſus dictam priuationem hæreditatis à teſtatore inflictam contra ipſam minorem non parentem ſuo præcepto, & aggreditur dubium illud plenè diſcutiendo argumentis, hincinde illatis, & demùm concludit huic puellæ ſic contrauenienti tali præcepto teſtatoris ratione minoris ætatis concedi reſtitutionem in integrum aduerſus priuationem hæreditatis, ſic per eam incurſam inducendo.l.tertia.§.& ſi hæres.ff.de minor.& l.Iulianus.§.fin.ex quibus cauſis maio.& l.poſt legatum.§.ætati.ff.de his quib.vt indig.& doctrin.Bald.in l.pupillorum.nume.4. C.de repud.hæred.ſua dicta referendo & ampliando ſequitur Ruin. conſil.199.num.quarto, quinto. Et hoc poſſet procedere, vbi minor incideret in pœnam priuationis relictorum negligentia, & lapſu temporis à teſtatore præfixi.d. §.ſi hæres.ita Bartol.in l.ſecunda.colum.fin.nume.13.C. in quib.cauſ.in integr.reſtit.non eſt neceſ.vel negligendo & omittendo, quo caſu conſeruaretur illæſus etiam abſque reſtitutione.Caſtr.conſil.47.vltra ea, quæ ſuperius in princip.lib.2.

Secus autem dicendum eſt, quãdo minor eſſet in mora & in dolo non parendi præceptis teſtatoris, & ſic contra fecerint, quia tunc non reſtituitur, vt multifariam oſtendit Aymo, conſilio 193.columna prima, & ſequent. ita vt odioſus teſtatori, & delinquens reijcitur à beneficio reſtitutionis, in integrum per l.auxilium.§.in delictis.& leg.ſi ex cauſa.§. nunc videndum. & §. in commiſſum de mino.tradit Bald.in dict.l.pupillorum. in fin. & Matthæus Feliciani inter conſil.Caſtr.conſil.259.colum.fin.lib.primo, latè ſequitur Pariſ.conſilio 19. numero 83.& ſequent lib.ſecundo, ita partem iſtam denegandæ reſtitutionis minori non parenti pręcepto teſtatoris defendere plenè aſſumpſit Cephal.conſilio 356. per totum, vt ibi per eum, fatetur & Aretin. dicto conſilio 67.
4 colum.ſexta, ſub verſicu.quinto & vltimo, quod † propter dolum etiam in omittendo non datur reſtitutio in integrum minori, vel eccleſiæ contraueniendi teſtatoris præcepto, & pro formali deciſione quæſt. quæ prius fuit Baldi in dict.l.pupillorum in fin.eum allegat Aymo dicto conſilio 193.colum.ſecunda, verſicu. ſed in terminis. præterea dicerem, multum parcè fore procedendum in conceſſione reſtitutionis in integrum minori, vel alij aduerſus præcepta & voluntates teſtatorum, cùm eas non obſeruarę impium & iniquum reputatur etiam prohiberę de danda, vt l.contra.C.de teſtam. manumiſ.l.prima, de ſacroſan.eccleſ.l.apud Celſum.§.pręterea.ff.de do.ma.except.& l.fin.in fin.commun.de leg. ibi vt ex omni parte, omníque ſtudio, in quod ſemper properamus, ad effectum perducantur vltima elogia defunctorum, & legitimum finem ſortiantur, vt dicit Angel.conſilio 168.teſtator, colum.ſecunda, in principio, nę quidem impium, vel iniquum quidpiam ſequatur, ſilent ſpecialia priuilegia reſtitutionum.l.ſciendum, ex quibus cauſis maio.l.quod ſi minor. §.primo, de minor.ibi.ſed ad bonum & æquum redigenda ſunt, ac ibi gloſſ.& Doctor.huc bene tendunt in ſpecie ſcripta per Fulgoſ.conſilio 61.colum.fin.verſicu.cæterum quod reſtituatur, eo etiam accedẽte quòd non debemus vnum altare diſcooperire, & aliud cooperire ex illo tex.Bart. numero quarto, & alij not.in l.aſſiduis.C.qui pot.in
5 pign.hab.& magis propriè etiam accedente quòd † teſtator poteſt prohibere hæredẽ, ne petat reſtitutionem in integrum ex perſona defuncti, vel ne quid aliud quod officio mero iudicis expenditur, tenet ita prius dicendo quòd ceſſat æquitas prætoris, Bartol, in l.licet.columna prima, in fin.verſiculo idem potes dicere.ff.vt l.legat. nom.ca.



Item & ſecundo† teſtator reſtringens ſe ad perſonas
6 certi loci, vel certæ familiæ validè præcipit filię vel nepti, ne nubat forenſibus, & alicui, qui nõ ſit oriundus & ciuis ſui municipij, vel qui non ſit de tali caſata, & familia. dummodo ibidem honeſtè nubere poſſit, l.cum ita legatum ſit, & l.hoc modo.de condition.& demonſtration.l.prima, & ſecunda. C.de inſtitut.& ſubſtitu.& l. prima, de his quæ pœ.nom.adeò quòd hæc nubẽda non euitaret pœnam amiſſionis relictorum, & ſpreti præcepti teſtatoris, ſi nuberet vni effecto ciui, vel de familia reſcripto principis, vel alicui ciuili & legali modo, vt late in vtramque partẽ arguendo probat, & concludit Fulgoſ.dicto conſilio 61.domina Catharina, ex nde incidi-
7 mus in aliam reſolutionem, quòd † ſi in municipio vel in familia non reperiatur aliquis, cui talis mulier nubere honeſtè & commodè poſſit, quia omnes vel ſunt nuptijs ſuis indigni, vel ſunt conſanguinei in gradu prohibiti ad contrahendum ſecum matrimonium, tunc impunè poſſet alijs nubere reiecta conditione, & pręcepto huiuſmodi vti matrimonij impeditiuo.dicta l.cum ita legatum, & dicta l.hoc modo.cum allegat.& in terminis Abb.conſil.65.& primo.colum.tertia, in princip.lib.ſecundo, Ioan.Baptiſt.Plot.inter conſi.matri.conſilio 87. numero 9.& 18.Nec habenda eſſet ratio quod poſſit obtineri à ſummo Pontifice diſpenſatio contrahendi matrimonium cum conſanguineo aliquo aliàs digno, quia conditionis huiuſmodi, & præcepti verba ſunt intelligenda naturaliter & non ciuiliter, nec ficto & diſpenſatiuo modo.l.ſi ita quis in teſtamento.§.fina.de legat.ſecundo, cum concordant.ibi in gloſſ.& ibi Bart.& alij:& Bartol.& Bald.in l.fin.C.de his qui ven.æta.Dec.conſilio 541.colum.3.num.13.verſ.2.dato.& nu.14.& in ſpecie Curt.Iun.conſilio 54.colum.4.& ſequent.nu.13.14.
8 † illud enim reputatur impoſſibile, quod non poteſt obtineri, niſi per viam diſpenſationis not.Gemi.in cap. gratia.colum.penultima, num.9.de reſcript.in ſexto, & Ioan.Baptiſt.Plot. dicto conſilio 87.numero decimo, inter conſ.matri.

Teſtator & tertio perſonarum generalitatem reſtrin-
9 gens† poteſt iubere filiæ quod matrimonium non contrahat, niſi cum mercatoribus, & ſi contrafecerit, eam priuare hæreditate, & ſolã legitimam relinquere poteſt, ita non metu pœnę perdendi de proprio, ſed non conſequendi lucrum valet hoc præceptum, vt in ſpecie tradit Oldrad.conſil.16.thema tale eſt, Titius habens.colum. ſecunda, in prima quæſtio.comprobat Iaſ.in l.Titia.in princip.colum.quarta.verſiculo capio gloſſ.de verbor. oblig.& concord.Felin.Guli.Bened.& Dec. allegando Aym.conſilio 80.numero 11.Et quia tale præceptum verbis negatiuis eſt conceptum, mortuo primo marito ex mercatoribus accepto, iſta mulier ſecundò & ſemper nubere volens, non poſſit nubere niſi mercatoribus, vt per Oldr.in dicto conſil.16.colum.ſecunda, in prima quæſt.ad finem, ſequitur Felyn.in cap.fina. col.fin.in penult.fallen.de pa.& treu.ampliando firmat Tiraq.in l.boues.§.hoc ſermone.in 7.limita.nume.1.& ſeq.& hoc propter vim ſermonis negatiui, vt ibi per eũ, & Dec.conſil.3.num.4.conſil.581.num.8.in l.1.num.14. C.de pact.

Vltimo alterius conſenſum, voluntatem, & arbitriũ
10 reſtringendo ſolum conſilium, teſtator † poteſt mandare filiæ ne nubat ſine conſilio ſuæ matris, vel ſui patrui, vel fratris ſui, & conſilium hoc nubere volens requirere debet: at ſequi non tenetur, vt in materia conſilij ab alio requirendi, tenet Bald.in rubr.numero ſexto.C.de exercito.& inſtito.& Bartol.in l.prima.§.ſi plures.colum.quarta, ſub numero ſexto, verſic.vt ergo liqueat.ff.eod.& Abb.in capit.cum olim.colum.ſecunda. de arbitr.& in capit.venerabili.colum.fina.de offic.deleg.in eo caſu, quòd ab eo qui aliàs poteſt contrahere, vel actum facere debet requiri conſilium eius, qui aliter non eſt particeps in actu, ita in ſpecie firmant Ioan. de Ana.conſi.15.verſic.his non obſtantibus.& ibi Bologni.in addit.& plenè Caſtrenſ.conſi.300.videtur dicendum.colum.prima, lib.primo, Deci.in l.1.nume.tertio. ff.de offic.aſſeſſor.& latè comprobat Aymo.conſil. primo, columna ſecunda, verſic.ſolum supereſt, vbi defendit etiamſi verba ſint multiplicata de voluntate, conſenſu, & conſilio, quòd cætera verba reijciuntur, & remanet verbum conſilium, quòd licet non ſequi, tamen requiri debet pro conditione appoſita per teſtatorem, vt etiam pulchrè probat Ruin.conſilio 126.columna ſecunda, numero 6.libr. ſecundo, & Cephal. conſilio 320. nume.42.& ſequent.ita quòd non requirens tale conſilium, & nubat, priuatur relicto, vt ibi per eum & alios in
11 locis allegat. Sed quis † debeat probare negatiuam hanc, non requiſito conſilio nuptias fuiſſe contractas ſiue contra præceptum teſtatoris. Facilis quidem eſt reſponſio, onus probandi huiuſmodi negatiuam incumbere actori, & ei, cuius intentio & fundamentum eſt illam nuptam non requiſito conſilio fuiſſe priuatam hæreditate, per hoc deuoluta ipſi agenti, vt talis communis & infallibilis eſt regula Angel.in l.veteribus.colum. penult.in fin.ff.de pact.Bartol.in l.in illa.numero quinto, de verborum obligation.& ibi alij Dec.conſilio 534. numero quarto, cum alijs pluribus ex profeſſo collect. per Herc. Peruſi.de proba.nega.numero ſecundo, tertio, quarto, & in ſpecie onus eſſe probandi talem negatiuam eius, qui agendo dicit conſilium non eſſe requiſitum in nuptijs, & ſic contra factum præcepto teſtatoris, tradit Bartol. conſilio 137. ſtatuto communis Gualdi, numero quarto, verſi.ſuper quarto.Salyc.in authen.hoc amplius, numero quinto, in 8.quæſt.C.de fideicommiſſ. & Aymo dicto conſil. primo, numero ſeptimo, allegando Corn.in pluribus conſil.præter allegan.per eum allego in terminis eundem Corn. conſil.105.colum.penult.verſicul.nam qui ſe fundat in negatiua.lib.ſecundo, & Gozad.conſilio 34.colum.tertia, numero decimo, & Ioan.Baptiſt.Plot. dicto conſilio 15.numero 1.2. inter conſil.matrimon.Huius autem ſe fundantis in negatiua eius probatio forſan non ita erit difficilis in coarctando eam loco & tempore, quia quo tẽpore illud conſilium debeat requiri determinat in ipſo actu dum tractatur de celebratione & concluſione eius, Bal.in dicta rubrica.C.de exercito.& inſtit.numero ſexto, in fin.per capit.cum in veteri.de elect.quòd conſilium præcedat placet Alexand.in l.ſi quis mihi.§.iuſſum.columna fina. numero decimoquarto.ff.de acquirend.hæred.poſt Roman.ibi nume.ſeptimo. Vnde negatiua iſta probari poterit per abſentiam debentis præbere conſilium loco & tempore tractatus & cõcluſionis actus, vt adducit Aym. dicto conſilio primo, nume.9.& per non contradictionem partis, vt ibi etiã numero 11.ita quando altera pars non contradicit, non opponit de affirmatiua, videtur fateri negatiuam ipſam, vel remittere eius probationẽ, comprobat Hercul.dict. tract.proba.nega.num.111.veritas enim apparet eius, quòd non reuocetur in dubiũ, dicit Bal.conſil.466.ad intelligentiam.colum.2.nume. 4.lib.5.Dec.conſil.7.colum.2.verſi.1.de fide.facit Rom. in d.§.iuſſum.in fin.

¶SVMMA

## ¶SVMMARIVM.

*Teſtator prohibens ſimpliciter hæredi ne aliquid petat quomodo id intelligi debet, vide verb.probibitio à teſtatore.*

1 *Probibitio à teſtatore facta hæredi vel legatario ſimpliciter ne aliquid petat, intelligitur de ea quæ ſit de facto, & non quæ de iure fieret.*

*Bart.contra quòd etiam de ea quæ ſit de iure in vltimis.ſ.voluntatibus, & vide concordiam per auctorem.ibid.*

2 *Prohibitione quis moleſtet ſimpliciter facta ne inquietet, vel turbet, differt ab ea, ne ſimpliciter petat.vt ibi pulchrè declaratur.*

3 *Prohibitio facta filiæ cui debetur legitima iure naturæ decentum, ne amplius de bonis ſuis ratione legitimæ petere poßit, aut alio quocunque iure nõ officit, quin filia poßit petere ſupplemẽtum legitimæ cui onus aliquod non imponitur, reiecta tali prohibitione, & dotem maternam ſibi etiam debitam, & latius vt ibi.*

4 *Teſtator non poteſt imputare debitum ſuum in legitima debita filio, niſi ſit morte patris confirmatum, vt donatio facta filio.*

5 *Prohibitio etiam non tollit beneficium.l.hac edictali.C.de ſecun.nupt.filio contra nouercam.*

6 *Prohibitio facta hæredi vel legatario cui teſtator erat debitor propter fideicommiſſum, ne plus habeat vel petat, & quòd ſit tacitus & contentus relicto, nil operatur quando fideicommiſſum peti poßit ex alio teſtamento debito, cùm non cenſeatur remißio non viſis verbis dicti teſtamenti quicquid Ruin.in vno loco dixerit, & quare dic vt ibi latius.& num.7.*

7 *Bona fideicommiſſo ſubiecta non veniunt in diſpoſitione teſtatoris, ſed ea ſolùm de quibus ipſe diſponere poteſt.*

*Nec feudalia vel liuellaria.*

8 *Prohibitio ne amplius hæres, vel legatarius petere poßit, & quòd ſit tacitus & contentus inducit compenſatiõe creditorum legatarij vel hæredis cum legato ipſo ſic agnito, & an domina petere poßit, vt in re emphyteutica & in alio ordine ſuccedendi: & an & quando petere poßit quod eſt extra corpus hæreditarium, conſideran.eſt modus clauſulæ, quãdo ſimpliciter ſit prohibitus quòd plus non petat. Quid ſi verbis amplis in bonis, vel de bonis, & vt ibi diſcutitur, & an quando dos materna peti per filiũ poßit de materia hac latißimè vide ibid.cum ſeq.*

9 *Dictio de, ſignificat ſeparationem, vnde dicendo ne petat de bonis non includuntur aliena quin peti poßint.*

10 *Prohibitio facta filiæ vnius grauati dotatæ certa ſumma ex teſtamento grauantis cui peruenerit hæreditas, vel pars grauata fideicommiſſo vniuerſali, vel particulari, ſeu legatis particularib. ne plus petat, ſed ſtet tacita & contenta, cenſetur & ipſa grauata fideicommiſſo, vnde in reſtitutione non poteſt detrahere legitimam & Trebellianicam cùm eas partes habeant imputare in dotem relictam, & prohibita cenſetur etiam Treb.ex perſona ſua, idemq; & Falcidia ex legatis particularib.per d.clauſulam de plus non petendo, & vt ibi latius declaratur.*

13 *Clauſula de plus non petendo, ſed quod ſtet tacita vel tacitus dote vel alio relicto, quid importet, & de natura.d. clauſulæ, vide ibi, & de materia latißimè per totam dubitationem ſecundam interpret.ſecundæ lib. 4. huius clauſula diſcutitur.*

11 *Prohibitio facta filiæ vel alij instituto vacante hæreditate per repudiationem, vel alio modo cum clauſula, ne plus petat licet ſtet tacita & contenta, non impedit, quin in tota hæreditate ſuccedat accreſcendi iure quod ei tolli non poteſt, per d.prohibitionem.*

*Fallit in duobus caſibus, vt per Alci.de quo ibi. & hæc apparente manifeſtißima voluntate teſtatoris.ibi.*

*Fallit & tertio quando aliàs ſine dict.clauſula eſſet dubium de admißione talis prohibiti, quia tunc ſtat prohibitio. ibidem.*

12 *Clauſula de plus non petendo adiecta legato certæ rei ſiue ſit in eadem vel diuerſa ſcriptura an huic legato ſint conformia vel difformia alia legata eidem legatario facta, & an verbis generalib.ſit concepta impedit petitionem aliorum legatorum.ſ.conformium.*

## ¶DVBIT. II.

MVLTIPLEX, & varia ſuboritur ex ſola clauſula teſtamentorum, volens & iubens eum, vel eam ſtare tacitum & contentum, vel contentam & tacitam tali relegata, & amplius non debere, nec poſſe petere, habere, vel conſequi, & prout diuerſis & amplior ib.verbis concepta eſt, ita exinde plures dubitationes inſurgunt, quæ diuerſas pariter recipiunt interpretationes in ambiguis omninò neceſſarias.l.in his quæ.de condit.& demonſtrat. quia dictæ clauſulæ verba ambigua dicuntur, Roman.conſil.277.non eſt dubium.colum.1. verſi.reſpondeo. quomodo autem debeant interpretari verba talis clauſulæ pro formulis eius diuerſis, pro diuerſisq; rerum accidentijs & caſibus videndum eſt.

1 Namque primum aliquando † teſtator prohibet ſimpliciter hæredem, vel legatarium petere aliquid, ſanè intelligitur de petitione quæ fit de facto, & ſine iuſtitia, non autem de ea quę fit iure: ita de moleſtatione facti, & non iuris ſentire cenſentur huiuſmodi prohibitiones teſtamentariæ ſaltem ſub forma ſimplicium verborum per alleg.à Pariſ.conſi,65.colum.penult.nume. 21. libro ſecundo, & Barb.conſilio 59.colum.penult.libr.primo, cum ſimilibus allega.interpret.præceden.dubit.10.verſicu. ſupereſt & illud, cum ſequent. Aduertas contrarium dictum Bartolum in l.licet.verſ.oppoſ.dicitur hic. ff. vt lega. nom. cau. & in l.Mutius.colum.fina. numero ſeptimo, de conditio.& demonſtratio. dicentis quòd illud non petere intelligitur in vltimis voluntatibus, quòd iure non petat, equidem pro concordia & reſponſione dicerem, quòd Bartol.loquitur in materia prætoriæ cautionis præſtandæ de legatis, vel fideicommiſſis ſoluendis: quæ ſi à teſtatore remittatur, vt remitti poteſt, quòd non petatur per dictam l.licet.ſi petatur de facto & non in iure, non dicitur contrauentum, quia talis cautio verè non petitur & præſtatur, niſi iure, ergo eam non petere iuſtam per teſtatorem intelligitur non petere, quòd iure non petat, ſic expoſtulante ſubiecta materia, ſecundùm quam aliquando intelligitur de moleſtia & petitione iuris, probat Crot.conſilio 212. nume. 24.

2 Præterea † differentia eſt inter prohibere ne moleſtet ſimpliciter, inquietet, vel turbet, & prohibere ne petat ſimpliciter, quia prohibere ne moleſtet, verificatur facto ipſo moleſtationis, inquietationis, vel turbationis extraiudicialiter per alleg.à Pariſ.& alijs ſupra, & etiam iudicialiter per alleg.ab Alexan.conſil.52.lib.2.& à Felyn.in cap.cauſam quæ.colum.antepenult.de reſcript. prohibere verò ne petat, cùm petens in pœnam incideret & obligaretur contraueniendo, verificatur: cùm petat in iure & in iudicio, & non extraiudicialiter, quia non petere ſic, ſed velle petere videtur per text.& ibi Bartol.& ali.in l.amplius.ff.rem rat.habe.& gloſ.& Bar. in dicta l.licet, & hoc maximè in vltimis voluntatibus ſecundùm Bartol.ibi, ita & hoc verius, & tenendum arbitror.

3 Secundo vbi † teſtator filiæ, ſeu alij cui debetur legitima iure naturæ reliquit centum, & prohibet eam amplius poſſe aliud petere de bonis ſuis ratione legitimæ, ſeu alio quocunque iure, & filia agnouit & acceptauit hoc legatum, nihilominùs talis prohibitio non tollit, quominus legataria poſſit obtinere ſupplementum legitimæ

gitimæ



gitimę ſibi debitum in bonis teſtatoris, eò quòd teſtator non potuit apponere legitimæ talẽ prohibitionem, vel onus aliquod, §.cęterum.in authen.vt cum de appel.cognoſ.& l.omnimodo.l.quoniam in priorib.& l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inoffic.teſtam.& ibi expreſſe tradit Bald.num.1.Saly.nume.6.7.Iaſ.colum.1.in ſecundo not.ſequitur concord.allegando Alexand.conſi.69. colum.1.in fin.lib.1.conſil.89.colum.fin.verſic.nec obſtat id.lib.4.& Guid.Pap.in quæ.93.pater in teſtamẽto. vbi facta diſcuſſione contrariorum per eum allegat.dicit quòd ita fuit iudicatum in camera cõſilij, & Fabi.de Goichis in aut.nouiſſima.numer.107.C.eo.late probat Socin.con.1.colum.2.in 1.q.lib.4.& Dec.conſi.242.colum.fin.verſi.poſtremò.plene Ruin.conſil.60.colum.2. num.4.5.lib.2.vbi tenet quòd talis prohibitio, & onus, quoad legitimam reijcitur, & quòd alia iura legatarij importẽt diſpoſitionem, & non modum, vt ibi exempla ponit: quinimò quoad legitimam dicta verba prohibitiua ſuperflua dicit Card.conſi.22.verſ.ad aliud reſpondeo.Hoc autẽ adeò procedit, quòd ſi filiæ ſit debita dos matris, & legitima ſimul, relictum ei factum cum dicto præcepto plus non petendi, vt teſtamentum valeat, imputatur primò in legitimam, quam demum filia habet ſine onere, & poteſt cõſequi dotem maternam, tenet, licet confuſe. Socin.conſil.225.lib.ſecundo.quia in † legi-

4 tima debita filio teſtator non poteſt imputare debitum ſuum, tradunt Cyn.& Salyc.in l.cum patrem.ad fin.C. de iure dot.niſi debitum ſit morte patris confirmatum, vt donatio facta filio: hoc enim poteſt imputari in legitimam, Rom.d.conſ.277.colum.2.in princ. Rurſus talis

5 † prohibitio non tollit filio contra nouercam beneficiũ l.hac edicta l.de ſecund.nupt.tenet Bald.conſi.161.quidam mecum.lib.5.

6 Tertio quandoque † teſtator eſt debitor hæredis vel legatarij propter fideicommiſſum ex alio teſtamento debitum apponendo hæredi vel legatario præceptum prohibitiuum, ne plus habeat, vel petat, & remaneat tacitus & contentus relicto, non intelligitur prohibere, ne habeat, & cõſequatur tale fideicommiſſum, latè probat Dec.conſil.425.colum.fin.cui addo Corn.conſilio 212.colum.fin.lib.1.quia etiam agnitio huiuſmodi relicti non impedit ius competens ex alio teſtamento, quin poſſit id obtineri non remiſſum, ita non viſis & cognitis verbis huius teſtamenti in ſpecie adducit Ruin.conſilio 117.colum.penult.num.21.lib.ſecundo, cùm etiam

7 non veniant in diſpoſitione teſtatoris † bona fideicommiſſo ſubiecta, ſed ſolùm ea de quibus liberè poteſt diſponere per alleg.à Pariſ.conſil.7.numero 9.lib.primo, nec bona feudalia, vel liuellaria, Riminal.Seni.conſil. 131.nu.duodecimo, licet, vbi illa verba ne plus habeat, vel petat, ad aliud teſtatoris debitum non poſſint referri, niſi ad fideicommiſſum, quod tũc, & fideicommiſſum ipſum non poſſe peti teneat Ruin.conſil.197.ad finem, lib.2.Hoc tamen in ſpecie noſtra tenendum non puto, ſed magis quod ipſe Ruin.dicit dict.con.117.nu.21.quia illud de diſpoſitione relata neceſſario ad vnã rem, quòd hanc rem complecti cenſeatur, per l.fundus qui locatus. cum ſequent.de fun.inſtruct.Procedit quando teſtator diſponendo eſſet vſus verbo vniuerſali, vt ſi teſtator legaſſet fundum cum omni inſtrumento, ita Hiero.Cagnol.in rub.colum.fin.verſi.conſiderabitis tamen ſi quis ius di.non obtemper.ita & Bald.in l.liberti libertæque. ſub numero 28.C.de oper.libert.allegatus per Ruin. loquitur per verbum vniuerſale, ibi, quid ergo ſi filia cedit omnia iura &c. Vel dicẽdum eſt diſpoſitionem relatam ad ſolam rem, hanc continere, habere locum quando talis comprehenſio & diſpoſitio poteſt depẽdere à ſola voluntate diſponentis, at ſecus eſt, vbi requiritur etiam voluntas alterius remittentis iura ſua, quia & iſte in propoſito agnoſcendo relictum cum tali clauſula prohibitiua, vt remittat fideicommiſſum ſibi debitum, vel alia credita ſua, neceſſe eſt quòd de his & de dicta clauſula habeat notitiam & ſcientiã per l.de his.ff.de tranſact.& Bartol.& Doctor.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in ſecunda quæſtio.& ſequent.de verborum obligatio.Ruin.dicto conſilio.117.numer.21.ita & in ſimili ſpecie probat Crot.conſil.317.numero 17.& ſequent.addo Alexand. conſil.132.viſo inſtrumento.col.fin.ſub verſi.ſed ita eſt. li.2.qui dicit quòd debet apparere legatarium agnouiſſe legatum ſcienter.

Quartò maior vis eſt quæ tribuatur propoſitæ clauſulæ de ſtando tacitum & contentum, & non poſſe am-

8 plius aliud petere, quàm per eam inducatur † compenſatio creditorum legatarij cum legato ipſo ſic agnito, cũ de huiuſmodi compenſatione plenè tractauerim ſupra interpr.præceden.dubitat.6.ſufficit: ideo remiſſo ad ſcripta ibidem, quod autem nũc repeto hoc eſt, quòd benè inſpiciantur verba dictæ clauſulæ, quia ſi dicat ſimpliciter, quòd non poſſit plus petere, vel habere, non habet aliam vim quàm compenſationis in tollẽdo obligationem, & non dominia, vt in re emphyteutica, vel in alio ordine ſuccedendi ſecundum Baldum in l.penult.C.de hæred.actio.& non tollit quin poſſint: non tamen per cohæredem id peti, quod eſt extra corpus hæreditarium, etiam petendo contra hæredem, dummodò non vt ab hærede, ſed vt à poſſeſſore, declarat Bald.in l.2.col.fin. numero 8.C.de iur.dot.ſi verò dicat in bonis, vel de bonis, vel in & ſuper bonis, & hæreditate, vel de hæreditate, vel pro omni & toto eo, quod petere & habere poſſet ex quocunque iure & cauſa, vel his ſimil.formulis, vt diuerſam recipit declarationem & interpretationem, ita breuitatis gratia, diuerſos & in pluribus concordes hos videas Doct.Bartol.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi, col. penult.& fin.ff.de oper.liber.in conſil.60.quæſtio iſta, numero 4.vbi iuſſus nõ plus petere de bonis teſtatoris, poteſt petere rem emphyteuticã, & dotem maternam in emphyteuſi concordantes allegando hanc opin.Bartol.tutiorem tenet Alexand.conſ.22.col.4.verſi.tamen hoc quartum.lib.5.in verbo.de bonis ſuis in dote materna, idem ſequitur Capra conſ.62.num.1.2.conſilio 164. nume.2.& ſequent.& Iaſ.conſil.214.colum.penult.in 5.

9 dub.lib.2.quando dicit de bonis ſuis, quia dictio † de, ſignificat diuiſionem id eſt ſeparationem, ſic non includitur ne petat de alienis, ſequitur Bald.in d.l.liberti.libertæque, nume. 28.verſ.ſi autem teſtator diceret.C.de ope.liber.vbi ſubiungit ſecus eſſe ſi dixerit ſuper bonis, vel ſuper hæreditate, & in teſtamentis dicere in bonis, vel ſuper bonis, idem eſt ac ſi diceret ſuper hæreditate, vt Ang.conſil. 181.A.fecit.ad fin.& Dec.in auth.præterea, num.13.C.vn.vir.& vx.& debita dicunt eſſe in hereditate, ideò videntur peti prohibita per dicta verba, Bal. dict.numero.28.ſequitur Capr.dicto conſilio 62.nume. ſecundo.Gui.Pap.deciſ.93.ad fin. Ruin.conſil.79.col. penult.nume.8.lib.ſecundo, Ang.Aret.tract.de teſtam. gloſſ.60.in fin.Gabr.Eugub.conſil.85.colum.fina.idem prohibita peti videtur ex his verbis, non poſſit petere in bonis, vel ſuper bonis, quia videntur tollere omne ius competens legatario, vel filiæ, quod quacunque occaſione haberet in bonis teſtatoris, per l.rem in bonis.de acqu.rerum domin.l.bonorum.§.in bonis.de verbo.ſignific.tenet pract.Papien.in for.libel.quo pet.hæred.ex teſtam.in gloſſ.in omnibus.in fin.idem ſi dos materna eſt in quantitate, probat Bal.in l.quoniam nouella.verſ. penult.C.de inoffic.teſtam.Poteſt tamen talis prohibitus vendicare bona propria, quia aliquid non dicitur petere in bonis teſtatoris: reſpondit Abb.conſil.88.ad fin. lib.ſecundo, & vbi legatum eſt in ſpecie & dos materna eſt in quantitate, talem clauſulam etiam amplis verbis conceptam non impedire petitionem dotis maternæ, defendere nititur Bero.conſi.134.num.9.& ſeq.libro 2.

illa

illa enim verba, non petere aliud intelliguntur iure hæreditario, vel tanquam filia non petere, ſed non alio iure, & vt quilibet extraneus hæres ſuæ matris, ita Caſtren. conſil. 193. ſuper iſto puncto, col. penul. ad fin. lib. 2. & filiam ſic prohibitam plus petere in, & de bonis paternis, cum verbis etiam generalibus poſſe petere dotem maternam, vt poſſet quilibet alius non filius, & contra quẽlibet hæredem extraneum pluribus rationibus, & argumentis reſpondit Oldr. conſi. 297. domina Stella. col. 2. & ſequen.

Quintò conſidera & nota propoſitę clauſulę mirabilem effectum, & magni momenti, quòd ſi aliqua hæreditas, vel eius pars fideicommiſſo vniuerſali in gratiam agnatorum maſculorum, vel particulari, vel particularibus legatis grauata peruenerit ad filiam vnius graua-
10 ti, cui ex teſtamento grauantis fuerit prouiſum † quòd debeat dotari certa ſumma & quantitare dotis adiecta ipſa clauſula, Quòd debeat ſtare tacita, & cõtenta dicta dote, & non poſſe plus petere & habere, cum exinde ipſa filia etiam cenſeatur fideicommiſſo grauata. l. peto. in princip. de legat. ſecundo, cum alleg. in meo conſilio 110. columna penultima & fin. lib. primo, & ſupra libro præceden. interpreta. vltim. dubitat. 1. ſolut. 12. verſicul. nono & ſequent. & legitima Trebellianicaq; filij grauati & patris dictæ filiæ ſit imputanda in dictam dotem per not. in auct. res quæ. commun. de legat. & in l. quoniam nouella. C. de inofficio. teſtam. & in l. in quartam. ad l. Falcid. Sequitur ideò quòd dicta filia in reſtitutione dicti fideicommiſſi nõ poteſt detrahere vel retinere aliam legitimam & Trebellianicam, quia eas iam habet imputatas in dotem relictam, & quia per dictam clauſulam intelligitur prohibita Trebellianica, etiam ex perſona ſua, vt probat Bald. conſili. 170. quidam Nicolaus, colum. ſecunda, numero 4. 5. lib. quinto per not. in l. decem. ff. de fideicommiſſ. liber. licet hanc Bald. deciſ. non ponat pro conſtanti, Dec. conſil. 242. ad fin. tamen fatetur ibi, diſcedere ab ea, eſſet facere gratiã aduerſario, eã equidem probo æquiparando Trebellianicam & Falcidiam, vt per Docto. in l. in quartam, & in prohibitione, in ſpecie per gloſſ. & Docto. in authen. ſed cum teſtator. & in auth. ſed in ea. C. ad l. Falcid. verum ſicut pariter in ſoluendis legatis particularibus per dictam clauſulam plus non petendi eſt prohibita Falcid. per gloſſ. & ibi expreſſe Bald. ad fin. & Salyc. ſequitur in l. cum patrem. C. de iure dot. & pro not. & menti tenendum etiam ſequitur Ang. Aret. tract. de teſtamen. gloſſ. 88. numer. 3. idem probat in Trebellianica Barb. conſilio ſecundo, colum. ſecunda, verſicul. prætereà eſt aduertendum, lib. primo, allegando Imo. in l. prima. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſti. qui hoc dicit ſub numero 65. ad fin. accedente quòd ex his verbis plus non petere oſtẽditur, manifeſtiſſimam voluntate teſtatoris refragari ex text. in l. quoties. §. ſi duo. ff. eo. dicit ibi Barto. dictam opinion. etiam probat Angel. conſilio 148. dominus Quiricus. column. 3. quos Dec. præ ſe fert nõ vidiſſe ſentire cum Baldo, ita ergo & in Trebellianica tenendum eſt: optime enim conferunt quæ ſcribit Corſet. tractat. Trebellia. §. 2. numero 6. vſque ad fin.

11 Sexto quandoque quis eſt † inſtitutus in re certa clauſula inſerta, quòd remaneat contentus, & non poſſint plus petere, nec habere, & alius eſt vniuerſalis hæres inſtitutus, qui vel repudiat hæreditatem, vel aliter deficit hæreditate non adita, quæ vacans eſt, an clauſula iſta impediat ius accreſcendi pro inſtituto in re certa. Non noua eſt altercatio & diuerſitas inter Docto. vt per Bartol. & alios in dicta l. quoties. C. eo. Imo. in d. l. prima. §. ſi ex fundo. ff. eo. Iaſ. conſil. 8. colum. 8. & ſequen. lib. 3. Franc. in cap. primo, colum. 15. & ſequent. de teſtam. in ſexto, & alibi Doct. iam & alibi ſup. lib. ſecundo, interpret. 2. dubit. ſecunda, ſolut. 2. verſic. decimonono teſtator, poſui circa hereditatem ex teſtamento contra diſpoſitionem. l. ius noſtrum, de regu. iur. teſtatorem non poſſe prohibere ius accreſcendi ſecundùm commu. opinion. doct. per Curt. Seni. conſilio 75. columna. ſecunda, & ſequent. & Vaſqui. tractat. de ſucceſ. progreſ. li. 3. de taci. ſubſt. in præfat. numero 17. & ſequent, perque Emanu. Coſta in dict. cap. primo, in 1. part. verſi. in re certa, ſub nume. 14. de teſtam. in 6. verum & ita clauſulæ noſtræ ſermonem non egrediendo in caſu propoſito, quando filia eſt inſtituta in re certa, & iuſſa amplius non petere hæredibus vniuerſalibus inſtitutis qui aliquo modo defecerint, in tota hæreditate, tunc ſuccedit inſtituta in re certa, non impediente clauſula plus non petere, quia non intelligitur prohibere quominùs petatur vniuerſum quod obuenit iuris neceſſitate, per dictam l. ius noſtrũ, & intelligitur rebus ſic ſtantibus, id eſt, ſtantibus, hæredibus vniuerſalibus inſtitutis, vel latè declarando tradit Corne. conſil. 31. colum. 3. & ſequent. lib. 4. & Laur. Calca. conſ. 33. ad num. 4. 5. 6. & per tot. & Ang. Aret. de teſtam. dicta gloſſ. 60. num. 3. dicit ſtante alio vniuerſaliter inſtituto, & eo deficiente, dictam prohibitionem nihil operari ſecundùm Bart. & omnes addo ſub eodem intellectu rebus ſic ſtantibus prohibitum plus petere alijs deficiẽtib. cenſeri vocatum ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem tenere Bald. conſilio 396. quidam habens vnum filium lib. 3. ſic intelligit & Corn. conſil. 118. colum. tertia, verſi. prætereà dicta clauſula, lib. ſecundo. & ante per Bart. in dict. l. quoties. §. ſi duo. numero 5. de hæred. inſtit. & Alciat. in l. re coniuncti, numero 42. de lega. tertio, quoad duos caſus exceptos ibi per eum, crederem in his bene requiri apparere manifeſtiſſimam voluntatem teſtatoris, iux. verba text. in dict. §. ſi duo, poteſt excipi alius caſus, quando aliàs ſine dicta clauſula eſſet dubius de admiſſione talis prohibiti, tunc addita ipſa clauſula non admittitur, & ſtat prohibitio, Ruin. conſilio 90. in fin. lib. 2. præter eum probo, quia in dubio præualet prohibitio, & quid impediens Bart. in l. ſufficit. de cond. indeb. Bald. in l. cetera. §. ſi duobus. de legat. primo, & in l. ſi qui poſthumos. ad Sillan. Luc. de Pen. in l. ſi quis decurio. col. fi. C. de decu. li. 10.

12 Vlterius, vbi † clauſula plus petere non poſſit adiecta fuerit legato certæ rei, an ſit in eadem, vel in diuerſa ſcriptura, an huic legato ſint conformia, vel difformia legata aliarum rerum eidem legatario facta, & an verbis generalibus ſit concepta clauſula ipſa. Quæ quidem, vt ita reſponderem conformia, & non difformia legata alia cenſetur adimere, & eorum petitionem impedire. ſ. conformium, Bart. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis ita, per l. Paulo Callimacho. §. primo, de le. 3. Bal. in d. l. liberti, col. pe. nu. 29. C. de oper. liber. Ruin. conſi. 23. col. pe. & fin. & con. 33. nu. 8. 9. lib. ſecundo, Ang. Aret. d. gloſſ. 60. nu. 5.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Comprehenſa in legato, & in diſpoſitione, in rebus & caſibus non exceptis, magis, firma, rata & declarata exiſtunt.*

2 *Intellectus. §. fin. l. nam quod liquidè de pen. leg.*

3 *Exceptio ſemper excipit deprehendentibus, & operatur quandoque affirmationem, quando præcedit omninò negatiua, quando non affirmatiua operatur negationem.*

4 *Exceptio in aliquibus, in cæteris regulam confirmare videtur.*

5 *Exceptio per teſtatorem facta ad diminuendum legatum, & minus grauandum hæredem aut alium grauatum interpretatur latiſſimè in fauorem talis grauati.*

6 *Exceptio in tantum poteſt eſſe ampla quòd in totum legatum vel diſpoſitionem excludere poteſt, vt in legato generali excepto potere facto, ſub qua exceptione remanent eius acceſſoria.*





*Et tollit omne dubium quod diſpoſitiones habet circa diſpoſita, declarando vt ibi.*

*Exceptio ad fauorem eius pro quo eſt facta huc tendit, quòd declarat & firmat regulam in caſibus non exceptis ſic, at eam non ampliat, vt caſus & res contineat quos aliàs non contineret ſine ea exceptione, & vt de hac materia latius ibi & infra nu. ſeq.*

8 *Teſtator prouidens vni ſigillatim de ſpecie vna, & alijs in genere, ab iſta generali prouiſione ſpecies illa excepta videtur.*

9 *Exceptio facta à teſtatore, vt tale quid faciat, cùm aliàs generaliter eſſet obligatus facere, & id comprehenſum in obligatione generali operatur, vt nil aliud facere debeat.*

*Intellige & dic, vt ibi latiſſimè de hac materia exceptionis, & ſit, & dicatur de regula, vel de genere, num. 10. cum ſequentibus.*

11 *Exceptio facta de certa re venali operatur, vt alia venalia veniant.*

12 *Legatum mobilium quæ reperiuntur in capſis exceptis linteaminibus, vt ſit exceptio de regula intelligitur de linteaminibus ſolitis ſtare in capſis.*

13 *Exceptio vt valeat & operetur excluſionem, declarationem, confirmationem & aliqualem ampliationem, debet eſſe clara, & certa, & congruenter diſcerni ab eo à quo excipitur.*

*Et hæc tamen corrigit in exceptuatis & eſt contra diſpoſitionem cui oppoſita eſt 1. 4.*

15 *Correctio & mutatio voluntatis non præſumitur: ideò reperitur in contrarium vehementior & clarior probatio.*

*Voluntas vt mutetur & corrigatur non præſumitur, vide verbum correctio & mutatio.*

16 *Exceptio in teſtamentis multipliciter poteſt apparere vel oratione, vel dictione exceptiua & excluſiua, & vt ibi, videlicet declarando, verbiq; gratia.*

*Lego fundum excepto ædificio ibid.*

*Eſto hæres ex ſemiſſe bonorum exceptis domibus meis, ibidem.*

*Omne fundi inſtrumentum lego, excepto pecore. ibid.*

*Lego omnes res quas domi habeo, excepto argento. ibi.*

*Et de dictionibus exceptiuis. decimoſeptimo. cum ſequẽtibus.*

17 *Dictio, præter, vbi eſt appoſita, excludit id ad quod refertur.*

*Et de tribus dictionibus exceptiuis, præter, niſi, & præterquam.*

18 *Dictio ſolummodo eſt excluſiua.*

19 *Dictio ſaluo, adiecta alicui diſpoſitioni prohibitiuæ vel permiſſiuæ ſtat modificatiuè & exceptiuè.*

20 *Dictiones ſolus, tantum, duntaxat, ſunt taxatiuæ & excluſiuæ eorum, ad quorum excluſionem aſcriptæ ſunt, & quæ non ſunt eis connexa, vel ſimilia.*

21 *Legans maiorem quantitatem in vna ſcriptura, & minorem eidem in alia, videtur à prima maiori recedere.*

22 *Legatum partis derogat legato totius.*

23 *Ius accreſcendi impeditur in particulari inſtitutione per dictionem tantum excluſiuam, quæ abnegat in alijs.*

24 *Dictio vſque, eſt incluſiua vel excluſiua prout iuris rationi & diſponentis intentioni conuenit.*

25 *Dictiones taxatiuæ quomodo differant à dictionibus exceptiuis, & de tribus limitationibus. ibidem.*

26 *Dictio tamen, eſt limitatiua ſeu reſtrictiua præcedentium.*

27 *Dictio, ita tamen, includit quod determinat, & omne aliud excludit.*

28 *Dictio, donec, eſt limitatiua.*

29 *Dictio, ſed, etſi, ſi autem, & ſimilis aduerſatiuæ aduerſatur præcedentibus in iure, & in facto determinando caſum aduerſum, repetendo qualitates & terminos eoſdem caſus præcedentis cui aduerſatur.*

30 *Clauſula ſaluis prohibitionibus prædictis oſtendit eis per aliam diſpoſitionem teſtamenti non derogari.*

31 *Clauſula ſalua tamen ratione recti ſermonis, item ſaluis omnibus præmiſſis operatur, vt prohibitio alienationis ſic & alia ſequentia declarentur, limitentur & reſtringantur.*

32 *Incluſio & admiſſio vnius eſt alterius excluſio quandoque procedit & elicitur ex diſpoſitionibus teſtantium, vt latiſſimè de materia hac ibi diſcutitur cum num. ſeq. vbi & de multis ſimilibus.*

*Intellige tamen vt num. 39. & declara, vt ibi, & nume. 40. cum ſeq.*

33 *Dictiones excluſiuæ, vt tantùm, ſolùm, duntaxat, inducunt, vt quod vni duntaxat attribuitur, ab omnibus alijs remoueatur.*

34 *Adiectio in ſtirpes & non in capita, in teſtamento, & non in codicillis, videtur teſtantem receſſiſſe, & eam remouiſſe.*

35 *Præceptum teſtatoris de fructibus certi prædij diuidendis æqualiter inter hæredes operatur vſumfructum aliarũ rerum in totum eſſe vxoris.*

36 *Grauamen ſucceſſiuum impoſitum decedentibus & vni ſic datum ſine filijs, alij ſimpliciter decedenti non ſubintelligitur ſine filijs.*

37 *Legata facta in teſtamento, & quibuſdam caſſatis in codicillis, cætera ea videntur confirmata.*

38 *Diſpoſitio limitata in maſculis dicitur prohibita in fœminis.*

39 *Conceſſio de vno facto, quando & de alio conceſſum eſſe videtur.*

40 *Diſpoſitio limitata non egreditur perſonas in ea contentas.*

*Fallit niſi ratio incluſionis perſonæ conueniat eius filio, tunc enim filius non excluderetur, ibidem.*

*Fallit quando diſpoſitio eſt limitata ad factum obligatiuum per taxatiuam, quia hæres non excluderetur. ibid.*

41 *Voluntas limitata vltra limites ſuos non operatur.*

42 *Potentia limitata vlterius non poteſt ſuos effectus operari quàm poſſit.*

43 *Modus limitatus non debet excedi, & non poteſt extendi.*

44 *Forma in diſtributionibus à teſtatore data de certis perſonis debere ſeruari, aliàs non valet diſtributio.*

45 *Res vel quantitas limitata vltra ſuos limites non præſtatur, nec operatur, quia limitatum inducit effectum.*

46 *Clauſula limitata limitatum producit effectum.*

47 *Tempus limitatum, prout diſpoſitio temporalis concepta loquitur, natura ipſius temporis limitati elapſi inducit & operatur vel prohibitionem, vel negationem, vel permiſſionem.*

## ¶DVBIT. III.

IN medium affertur de exceptionibus, ſeu limitationibus à teſtatore factis ſuper aliquibus comprehenſis in legatis, & in alijs teſtamenti diſpoſitionibus.

Námque dubitationis huius diſſolutio
1 & declaratio ad duo tendit: Primum eſt quòd † comprehenſa in legato & in diſpoſitione in rebus & caſibus non exceptis magis firma, rata, & declarata exiſtunt. l. Caius. in princ. de legat. 2. l. quęſitum, §. denique. de fun. inſtr. & ibi plena gloſ. in ver. non poteſt, Bar. & Alber. &
2 l. nam quod liquidæ † §. fina. de pen. leg. in eo quod ibi Barto. in fi. dubitat. eiuſdem textus verus intellectus eſt, ibi omnem penum, conſidera dictum regulare, & vniuerſale tam reſpectu rerum, quàm locorum. l. fi. eo. præter vinum quod Romæ erit, hæc eſt quidẽ exceptio per Alber. ibi in fi. qui declarat diſpoſitionem in alijs rebus non exceptis procedere in ver. ibi præcedent. declarat quoque locum, ideo Iureconſ. dicit ſola penus quæ Romæ &c. Itaque declarat reſpectu & rerum & locorum, quòd locus legatæ penoris ſolius ſit ſolum Romæ, amplius non dicit excepto vino, quia eius exceptio eſt quæ excludit alia loca, in quibus quicquid penoris vſus cauſa teſtator habuiſſet præter locum Romæ, ideò alias ex-

cludens ſeipſum non excludit, vt & exceptio ſit de ipſa
regula per not.à Bart.in l.1.de re.iur.& ita ibi Hier.Ca-
3 gnol.num 27. † & exceptio ſemper excipit de præce-
dentibus,nam operatur quandoque affirmationẽ,quan-
do præcedit oratio negatiua, quando verò affirmatiua
oratio præcedit operatur negationem dicit Alber.in l.
Titia.de annu.lega.ſentit Barto.in l.1.in princip.num.3.
ff.ſi quis.iuſdi.non obtemper.& in l.ſi eum.§.qui iniu-
riarum, colum.2.nume.7.ſi quis cautio.exinde infertur
4 vulgata concluſio quòd exceptio in aliquibus, regulam
in cæteris confirmare videtur, per l.tribunus.§.fin.ff.de
milit.teſtam.Bal.in l.1.§.excipiuntur, in fin.ff.de fer.per
l.generali.§.vxori, ibi Bartol.& Alber.de vſufruct.lega.
concordan.congerit Alexand.conſil.64.nume.2.lib.4.
Catel.Cot.memor.exceptio firmat.Rui.conſil.124.col.
3.nume.8.lib.2.plenè Pariſ.conſil.67.colum.fin.lib.2.in
ſpecie excipiendo expenſas dotium filiarum cohæredis,
omnes alias expenſas familiæ includi in communione
per iura hanc concluſionem probantia: quod latè fir-
mat Alexand. conſil.36.colum.1.lib. 6.repetito conſil.
203.lib.7.ità hæc non excepta clara & firma remanent
legatario, vel cui teſtator per generalem diſpoſitionem
proſpicere voluit.

5 Alterum & ſecundum eſt † quòd exceptio ipſa vt per
teſtatorem fieri videtur ad minuendum legatum, & mi-
nus grauandum hæredem, ſeu alium grauatum, ita in
huius fauorem in dubio latiſſimè interpretanda eſt, di-
cunt Bald. & Caſtr. nume.3.in l. ſi fundum.§.qui fun-
dúm.de legat.primo, per text.ibi in legato fundi exce-
pto ædificio,quod ædificium exceptum remaneat hære-
di,& ſolum in quo ſitum eſt ædificium cum ſeruitate ip-
ſo iure,addo alium tex.in l.fundi.de fund.inſtrum.vbi in
6 generali † legato excepto pecore, ſub hac exceptione
remanente eius acceſſoria, & exceptio intantum poteſt
eſſe ampla, quòd in totum legatum vel diſpoſitionẽ ex-
cludere poteſt.l.ſi ita legatum.in princip.de legat.1.&
ibi doct.licèt verba exceptionis non diſponant, ibi Bal.
poſt glo.per l.Titia.in princip.de legat.2.& l.emptor.§.
fina.ff de rei vendi.vbi habetur de voluntate teſtatoris
expreſſa in exceptis conſtare,vtique exceptio tollit om-
ne dubium quod diſponens habet circa diſpoſita,vt l.ſi
in venditione.§.fina.commun.præd.& l.fin.§.1.ad Tre-
bell.vbi per exceptionem à teſtatore plures filios duo-
rum matrimoniorum habente factam de bonis mater-
nis oſtenditur teſtatorem conueniens non putaſſe bona
materna vnius filij fideicommiſſo grauati auferri alteri
filio ſuperſtiti eiuſdem matrimonij, & dari alij filio alte-
rius matrimonij, voluiſſe tamen ad bona paterna per fi-
deicommiſſum admitti fratres diuerſorum matrimo-
niorum, vt aduertit ibi Caſtren.adducit & Crot.conſil.
283.num.6.ver.pro iſta.

Ideò quoque ad fauorem eius, pro quo facta eſt exce-
7 ptio tendit hoc,quòd licèt † exceptio declaret & firmet
regulam in caſibus non exceptis, non tamen eam am-
pliat, vt res contineat, & caſus, quos aliàs ſine dicta ex-
ceptione non contineret per d.l.generali.§.vxori.de
vſufruct.ibi Bart.& Alber.l.Lucius.§.pluribus.ad Tre-
bel.ibi Bartol.in fin.Angel.& Caſtr.firmant quòd exce-
ptiones non ampliant regulam, vt ea porrigatur ad ca-
ſus,ad quos alioquin porrigi non poterat inferendo no.
8 doct.in propoſito, quoties enim † teſtator prouidet vni
ſigillatim de ſpecie vna,& alij prouidet in genere, quòd
ab iſta generali prouiſione ſpecies illa excepta videtur
per l.vxorem.§.Fœliciſſimo.de legat.3.l.Stichus nutri-
cis in princip.de alim.leg.faciunt ſcripta per Ruin.con-
9 ſil.41.colum.penult.& fin.lib.2.vbi † teſtator excipien-
do quòd quis aliàs generaliter obligatus faciat certum
quid tantùm de comprehenſis in generali obligatione
velle quòd nil aliud facere debeat, & per Sebaſt.Medi.
tract.de regul.iur.in præfat.nume.32.poſt Dyn.in rubr.
num.16.de reg.iur.in 6.& in ſpecie idem Ruin.conſ.61.
colum.5.nume.9.lib.3.ſ.quòd exceptio non ampliat re-
gulam, idem Alexand.conſil.18.colum.penult.nume.9.
conſilio 186.ad fin.lib.6.Socin.conſil.47.colum.2.ver.
ſed ad hanc, lib.1.cum pluribus ſimil.per Felyn.in cap.
quoniam frequenter.in princip.in prima limit.& in ſe-
quen.vt lit.non conteſt.vbi ad regulam propoſitam tres
limitationes adducit tendentes ad hoc ipſum, quòd ex-
ceptio non ampliat regulam,idem declarat & tenet ad-
modum ſe iactando melius, quàm alibi ſcriptum ſit,
Dec.in cap.cum dilecta.colum.ſecunda, ver.& vlterius,
& ſequen.de confir.vti.vel inuti.& Couar.vari.reſolut.
libro ſecundo, cap.5.numero 6.& ſequent.vbi plura di-
ſcurrendo in ſpecie propoſita, & quæ de interpretandis
vltimis voluntatibus teſtatorum dicit ipſe ad num.de-
cimum, ſcripſit & aliqua ſubiungendo quæ indicant am
pliationem legatorum, qua de re alibi latius antè locu-
tus ſum.

Cæterum concluſio hæc ita intelligenda eſt,vbi con-
tentum in exceptione ſub certa ſpecie expreſſa per con
trarium non facta exceptione veniret in generali diſpo
ſitione,ſed non venit propter ipſam exceptionem, quæ
ideò in cæteris firmat principalem diſpoſitionem: non
tamen ampliat,quòd veniant alia,quæ ſine dicta excep-
tione etiam non venirent, vt in rebus venalibus, per
tex.in d.l.generali.§.vxori.At ſecus eſt, vbi propter ge-
neralitatem diſpoſitionis plura ſunt apta complecti ſub
diſpoſitione, ſed non veniunt propter aliquam reſtri-
ctionem loci.dict.l.nam quod liquidæ.§.fin.de pen.leg.
vel quia requirunt ſpecialem expreſſionem, vt diſpo-
nentis intentio certior habeatur, quæ quidem tunc ha-
beri dicitur quando de his requirentibus ſpecialem ex-
preſſionem aliquid ſpecialiter excipitur à tali generali
diſpoſitione: alij dicunt,vt exceptio inanis,& ſuperflua
non reddatur per l.ſi quando, de leg.primo,cap.ſi Papa
10 de priuil.in 6.† ego vero dico quemadmodum excep-
tio diſponentis voluntatem oſtendit expreſſam in ex-
ceptis,vt excludantur à principali diſpoſitione, te.iun-
cta glo.in l.emptor.in fin.ff.de rei vendi.ita per eandem
exceptionem expreſſa habetur diſponentis voluntas,
vt ſimilia exceptis includantur in diſpoſitione, & pro
expreſſis habeantur ad ſuam operationem & ſuum ef-
fectum, vt exceptio & regula reſpectiuè in officijs ſuis
congruant,illa ad excludendum expreſſè, iſta ad inclu-
dendum expreſſè,in diſpoſitione,ſic efficitur quòd ex-
ceptio eſt de regula, vel de genere, Bartol.in l.prima,
ad fin.l.& ibi alij de regul.iur.& Cyn.& canon.in rubr.
eo.in 6.& doct.in l.in his.ff.de legi.& Barto.in l.ſi eum.
§.qui iniuriarum, numero 6.verſiculo 3.ff.ſi quis cauti.
ita quòd excepti.paſſim doct.exempla ponunt facta de
requirentibus ſpeciale & expreſſum mandatum ad diſ-
poſitionem continentem generale mandatum ad om-
nia, vt facere poſſit omnia ſicut ipſe conſtituens facere
poſſet præterquàm iurare de calumnia, vel conferre be
neficia, vel ſimilia requirentia mandatum expreſſum
facit,& quodammodo ampliando declarat cætera in di
ſpoſitione continere ſpeciale mandatum ad exequen-
dum diſpoſita & vno caſu excepto per Principem non
11 præiudicandi tertio,in cæteris præiudicatur, & † certa
re venali excepta à legato, alia venalia veniũt poſt alios
per eum relatos, tradit Deci.in dicto cap.cum dilecta,
colum.ſecunda,verſicu.& iſta concluſio.& Tiraquel.de
retract.titu.primo.in fin.numero 95.Couar.dicto cap.5.
numero 8.9.Sebaſt.Mediolan.in dict.præf.numero 42.
& ſequent.Aym.conſilio 214.numero 14.15.conſi.294.
columna 11. verſicu. 9. Crot. conſilio 236.numero 41.
conſilio 161. numero 31. conſilio 291. numero 14. 15.
idem ſub iſta ratione vt exceptio ſit de regula firmat
Alexand.in l.fin.ſub numero 4.quod quiſque iur.Grat.
conſil.114.numero 27.28,libro primo,conſilio 88.num.
15.lib,



15.lib.2.eo quòd verba regulæ non repugnant,& eius ge
neralis concluſio per exceptionem ſpecialem declara-
tur,vt Hieron.Cagnol.in d.l.1.nume.30.& ſequen.Pariſ.
conſil.67.in fin.lib.2.& Rolan.à Val.conſil.12.num.55.
& ſeq.lib.4.quibus in ſpecie addo quod adducit Corn.
conſi.218.colum.ſecunda,ad fin.verſicu.tertio ſatis.lib.
quarto,de legato vxori rerum pro ea hactenùs factarum
dubio exiſtente ſuper perlis per exceptionem iocalis
verè non facti pro vxore factam de legato ipſo intelligi
in eo venire aliqua etiam non facta ad vſum vxoris, vt
ibi per eum,& quod reſpondit Rap.Cuma.conſi.34.pa-
ter vxori.de prȩlegatis factis vxori,in vita tantùm exce-
ptis à ſubſtitutione filiæ hæredi decedenti ſine liberis fa
cta de tota hæreditate reſtituenda eccleſijs, ſubiungen-
do eadem prælegata poſt mortem vxoris velle ad ean-
dem eccleſiã peruenire mortua vxore ante filiam con-
firmando exceptionem & regulam, prælegata ipſa non
debere ad eccleſiam peruenire,niſi & poſt mortem filiæ
ſub eadem conditione aſcripta regulæ,intelligendo ex-
ceptionem,vt ibi per eum,& Alcia.conſ.95. Bernardini
12 de Imperialibus,nu.6.lib.9.& à † legato mobilium, quæ
reperiuntur in capſis,exceptis linteaminibus, vt excep-
tio ſit de regula,intelligitur de linteaminibus ſolitis ſta-
re in capſis,Goz.conſ.82.nu.16.

Præterea non omittenda hæc exiſtimo, qualis de-
beat eſſe exceptio huiuſmodi & qualiter, & quomodo
13 de ea interpreti noſtro conſtare poſſit,vt † enim excep-
tio valeat,& operetur excluſionẽ,declarationem,& ali-
qualem ampliationem, de quibus proximè dictum eſt,
debet eſſe clara & certa congruenter diſcerni ab eo, à
quo excipitur, per text. glo.& doct. in l. Titiæ textores
in princ.de leg.primo, & text.in l.in tradendis. in prin.
14 commun. præd. videtur ratio quia † exceptio, de qua
loquimur corrigit in exceptuatis,& eſt contra diſpoſitio
nem,cui oppoſita eſt,Dec.in dict.leg.prima,nu. 20.Ca-
15 gnol.nu.22.de regu.iu.† Correctio autem & mutatio vo
luntatis non prȩſumitur.leg.non ad ea.& ibi glo.& doct.
de conditio.& demonſtr.Alex.conſil.59.nu.9.lib.3. leg.
3.& ibi gloſſ. l.eum.qui.ff. de proba.Alexand.conſilio
168.numero 5.conſilio ſequent.numero 3.Dec.conſilio
190. colum. fina. numero 6.qua quidem præſumptione
contraria ſtante requiritur in contrarium vehemen-
tior,& clarior probatio.leg.fin.in principio, & not.ibi
Bartol.ff. quod met.& not.in capit. quia veriſimile. de
præſumpt.Luc.de Pen.in l.3.columna ſecunda, verſicu.
hoc autem.C.de apoc.publ.lib.10.probaui. conſil. 149.
nume.9.libr.primo.ſic ergo hac ratione exceptio debet
eſſe omninò certa.

16 Exceptio † autem in diſpoſitionibus teſtamentarijs
multipliciter apparere poteſt.ſ.vel oratione vel dictio-
ne aliqua exceptiua & excluſiua, præſupponendo ſem-
per diſpoſitionem apparentem, à qua quid excipitur &
excluditur: huius namque rei exempla aliqua inſeram
breuiter,vt his ſimilia plurima intelligi queãt,ita, Lego
fundum excepto ædificio.l.ſi fundum.§.qui fundum.de
legat.1.eſto hæres ex ſemiſſe bonorum exceptis domi-
bus meis, vt l.Caius.in princip.de legat.2.omne fundi
inſtrumentum lego excepto pecore.l.fundi.in fine.de
fun.inſtrumen.Lego omnes res, quas domi habeo exce
pto ar. vt l. generali. §. vxori. de vſufr.l.cum ſimil.antè
17 allega.vbi eſt appoſita † dictio præter, excluditur id, ad
quod refertur. l. ſi ita legatum. in princip. de leg. pri-
mo,l.nam quod liquidæ. §.fin.de penult.leg.& ibi Alb.
in fin.declarat Socin. Iun. conſil. 36. colum. fi.nume-
ro fi.lib.primo, poſt Bartol.in dict.l.ſi eum.§.qui iniu-
riarum,numero 6.ſi quis cauti. vbi dicit tres eſſe dictio-
nes exceptiuas, præter, niſi, & præterquàm, de quibus
ibi per tot. plenè tractat, & poſt eum ibi Alexand. &
Iaſo. Poſſit hæres teſtari, & dimittere bona ſua ſolum-
modo propinquis ſuis, ergo alios excludit per dictio-
18 nem † ſolummodo,quæ eſt excluſiua, Bal.conſi.103. in
quæſtione quȩ vertitur.nu.2.lib.3.quales tamen patiatur
limitationes,vide latè per Roma.conſilio 456. in propo
ſito caſu.

19 † Alicui diſpoſitioni prohibitiuæ, vel permiſſiuæ ad-
iecta clauſula,vel dictio, ſaluo, ſtat modificatiuè & ex-
ceptiuẽ,Crot.conſilio 79.numero 36. Alci.conſilio 95.
numero quinto.conſilio 112.nume.16. & ſequent.libro
nono, per gloſſ.in verſi.purè.in l.item Labeo.§.primo,
ff. famil. erciſcun. de qua plura per Pariſ. conſilio 70.
numero 15.& ſequent. lib.3.vbi & num. 22. & ſeq. quòd
limitat & modificat præcedentia & ſeq. prout refertur,
ad idem Menoch.conſili.4.nu.24.vtique ſciunt omnes
20 cùm in ſcriptura teſtamenti reperierint dictiones † ſo-
lus, tantùm, dũntaxat, eas eſſe taxatiuas & excluſiuas
eorum, ad quorum excluſionem aſcriptæ ſunt, & quæ
non ſunt eis connexa, vel ſimilia.Bald.in l.cum mulier,
colum.antepenult. & penult. ſolut. matrim. & in leg.ſi
quis ex conſenſu,columm.prima, numero ſecundo.C.de
epiſcop.audi.Bartol.Bald.Alexand.colum. prima, Iaſo.
colum. penult. & fin.& Dec. numero 3.vſque ad nume.
ſeptimum in l. prima. C. de bon. poſ. contra trab.Dec.
conſi.124.colum.fin.conſ.328.numero 5.text.& Bartol.
in l.3.§.cum Titio.de al.leg.& ibi in apoſtil.Caſtr. conſi.
338.quia exceptiones.colum.ſecunda,verſ.hoc præmiſ-
ſo.libr.primo, vbi in materia interpretationis conſide-
rando adducit dictiones taxatiuas non vltra, non am-
plius ſolum, ſolummodo, duntaxat, & ſimiles in reſi-
duo excluſionem inducere per dict.§.cum Titio. & le.
21 rationes. C. de prob. ac inferendo † qui legat maiorem
quantitatem in vna ſcriptura,& minorem eidem in alia
videtur à prima maiori recedere. l. libertis quos. in
22 princ.de ali.lega. † & per legatum partis derogari lega-
to totius. l. vxorem §. in teſtamento. de legat. tertio. l.
cum quæſtio.C.de lega.& per Pariſ.conſilio 157.colum.
23 4.nu.18.lib.4.& Curt.Iun.conſ.12.colum.ſecunda,† vbi
in particulari inſtitutione impediri ius accreſcendi per
dictionem, tantùm, excluſiuam plenè tradit plures de
ciſ.allegando de hac dictione,tantùm,quæ ſit excluſiua,
idem Soc.iun.conſ.53.nu.5.de dictione,ſolùm.conſ.152.
nu.3.4.lib.2.Grat.conſ.137.nu.18.lib.2.Rim.ſen.conſil.
117.nu.19.dictio tantum abnegat in alijs, Capra conſil.
121.nu.3.& per Euerard. in centu. locorum legal. loco
70.à natu.dicti.taxati.vbi plenè.

Dictio † vſque eſt excluſiua, vel incluſiua,prout iuris
24 rationi, & diſponentis conuenit plenè examinando de-
clarat Bart.in l.patronus.§.Sempronio de l.3.Cyn.Bald.
& Salyce.in l.à caligato.C.de nupt.ſeq.explicando con
ſulendóque Soc.Iun.conſi.6.col.fi.lib.1.Curt.Iun.conſ.
80.nu.2.

Vide differentiam † inter dictiones taxatiuas, & di-
25 ctiones exceptiuas per Bartol.in dict.l.ſi cum. §.qui in
iuriarum, colum.ſecunda, numero 6.verſicu.ſecundo
ſcias,ſi qui cauti. quòd dictio taxatiua affirmatiuè pro-
lata ponit vnam ſpeciem,ſeu vnũ indiuiduum, & aliud
genus totum excludit, exceptiua autem facit contra-
riũ,quia à genere remoto eo quòd excipitur in reliquo
remanet vniuerſalis vera, vt ibi per eum, qui & nume-
ro ſeptimo,& ſequen.ponit de dictione,niſi, quando ſit
exceptiua & de effectu operandi negatiuȩ,vel affirmati
uè per dictas dictiones excluſiuas, idem in dict.leg. pri-
ma,in princip.numero primo. & ſequent. ſi quis iuſdi.
non obtempe.& Alber.in l.Titia.de annu.lega. vt cita-
ui ante.& Cagnol.in dict.l.prima, num. 29. & ſequent.
vbi poſt Iaſo. & Aquen. tres limitationes proſequitur,
quæ poſſunt videri,ne ſuper his immorer.

Rurſus plures modi formæque dictionum, clauſu-
larum, & diſpoſitionum in teſtamentis inſpici poſſunt
quibus deprehenduntur vel præcedentia, vel ſequentia
limitari,reſtringi,modificari,& excludi, vt earum natu-

ra & vis eſt, ac ſubiecta materia ſuadet, tandem ali-
26 quas recenſebo: dictio † tantum ea limitatiua ſeu re-
ſtrictiua præcedentium, Aym. conſi. 301. num. ſub 5. verſ.
ſecundo reſpondeo. Tiber. Decia. conſil. 31. num. 4. lib.
27 2. vbi idem, de dictionibus † ita tamen includit quòd de
terminat, & omne aliud excludit Ruin. conſil. 41. colum
na tertia, numero octauo, libro ſecundo, de qua per Pa-
riſ. conſilio 17. numero 19. 20. conſ. 106. nu. 9. lib. primo.
28 † Dictio, donec, eſt limitatiua, Dec. conſil. 584. col. fina.
declarat Ruin. conſilio 37. colum. penult. num. 7. conſi-
lio 42. numero 6. libr. ſecundo, Boër. deciſ. 44. numero
29 38. † Dictio, ſed, & ſi autem, & ſimilis aduerſatiua, ad-
uerſatur præcedentibus in iure & in facto determinan-
do caſum aduerſum, repetendo qualitates & terminos
eoſdem caſus præcedentis, cui aduerſatur, vt per Corn.
conſilio 186. columna 3. ad princ. lib. 3. & Socin. conſil.
52. colum. 5. verſicu. confirmantur prædicta, lib. primo,
vbi iſtam appellat interpretationem intellectiuam, &
declaratiuam mentis teſtantis, & verborum teſtamen-
30 ti, & dixi conſilo 100. num. 1. lib. primo † clauſula, ſaluis
prohibitionibus prædictis oſtendit eis per aliam diſpoſi
tionem teſtamenti non derogari, Caſtren. conſilio 302.
viſis & diligenter conſideratis. colum. 2. poſt princip.
31 libr. 1. & plenè Alexand. conſilio 193. l. fin. lib. 6. † ſalua
tamen ratione recti ſermonis Card. conſ. 49. ad fi. ſaluis
omnibus præmiſſis, ſic prohibitio alienationis & alia ſe
quentia declarantur, limitantur, & reſtringuntur, Pariſ.
conſilio 70. numero 13. 15. libro 3. Dec. in l. eunuchis. nu.
13. C. qui teſt. face. poſ. Corſet. tract. Trebellia. §. 2. nu. 8.
Soc. conſ. 251. col. 2. ad fin. & ſeq. lib. 2. Gualden. de arte
teſtan. ti. 4. cau. 4. in fin.

Diſpoſitiones autem teſtantium quandoq; inter plu-
ra etiam diuerſa & contraria taliter vertuntur, & ex-
32 tant, quòd facilè exinde iſtud infertur, quod † vnius in-
cluſio & admiſſio, eſt alterius excluſio, vulgo allegatur
ad hoc. l. cum prætor. in princip. ff. de iudi. cum concor-
dan. ibi ſign. in gloſſ. & per Signorol. conſilio 231. nu-
mero primo, & leg. cum ita legatum de conditio. & de-
33 monſtr. & ibi Bartol. dicit & notat quod † vni dunta-
xat attribuitur, ab omnibus alijs remouetur, & hoc in-
ducunt dictiones excluſiuæ, vt tantum, ſolum, dunta-
xat idem ibi Alber. & Bal. allego text. in l. rogo. in princ.
& in l. generaliter. §. ſi petitum, ff. de fideicommiſſ. liber.
vbi ex eo quòd teſtator mandat ſeruum ſuum, non de-
bere experiri ſeruitutem alterius, videtur ei reliquiſſe
libertatem, ita datur admiſſio ex prohibitione con-
trarij cum nihil tam contrarium eſt ſeruituti quàm li-
bertas, dicit ibi tex. in dict. l. rogo. bene Cyn. declarat in
l. prima, in princi. in 3. not. de cadu. toll. & qui prohibet
aliquem, puta hæredem vnum reddere rationem alteri
de expenſis factis pro conſeruatione ſtatus, cenſetur
velle de introitibus, & fructibus debere reddere ratio-
nem per dictam regulam, qui in vno negat & prohibet
videtur in alijs affirmare & concedere per d. l. cum præ-
tor. ca. nónne. de præſumpt. tradit Corne. conſilio 243.
colum. 4. in fin. & ſequen. ſub verſ. & conſtat aliud. libr.
3. ex eadem regula, quod de vno conceditur, &c. ab ad-
34 iectione † in ſtirpes, & non in capita aſcripta in teſtamē-
to, non aſcripta in codicillis teſtantem videri receſſiſſe,
& eam remouiſſe, & reieciſſe, reſpondit Curt. ſeni. con-
35 ſilio 43. in fin. & † ex præcepto teſtatoris de fructib. certi
prædij diuidēdis æqualiter inter hæredes, vſumfructum
aliarum rerum in totum eſſe vxoris per dict. leg. cum
prætor. arguit Ruin. conſilio 190. colum. penult. nume.
36 decimoquarto, lib. ſecundo. † Sub grauamine ſucceſſi-
uo impoſito decedentibus vni ſit dictum ſine filijs, alij
ſimpliciter decedenti non ſubintelligitur ſine filijs per
l. cum auus. de cond. & demonſtratio. ex quo vni dixit
ſine filijs, alij videtur denegare talem conditionem per
d. ct. leg. cum. prætor. retulit Socin. Iun. conſilio 100. nu-
37 mero 10. libr. primo. † Ex legatis factis in teſtamento
quibuſdam ceſſatis in codicillis cætera videtur confir-
maſſe, per l. tribunus. in fin. ff. de teſtam. milit. Caſtren.
conſi. 291. quia in puncto quæritur. in fi. libr. primo. Ex
38 eadem regula † diſpoſitionem limitatam in maſculis di-
ci prohibitam in fœminis, probat Gui. Pap. in quæſtio.
485. in fin. & Bartol. in dict. l. cum auus, numero 4. &
Caſtren. conſi. 152. in fi. lib. primo, quando teſtator vnū
nominatim permittit, alia prohibere videtur, not. Ang.
in l. in fideicommiſſi. §. cum Polidius. ff. de vſu, & Corn.
conſil. 47. colum. ſecunda, ver. & ſub conditione, libr.
1. in exemplo, vt ibi per eum, cæteráque huiuſmodi in
mille locis etiam in alijs materijs reperiuntur.
39 Intellige prædicta habere locū † quādo ſunt quędam
ſeparata vel contraria habentia diuerſam rationem: ſe-
cus eſt ſi ſunt connexa, & procedentia per eandem ra-
tionem, quia tunc quod de vno conceditur, videtur de
alio concedi ſecundùm Bal. in l. prima, num. 2. C. de di-
uer. reſcript. Aym. conſil. 62. nume. 14. Idem etiamſi in
vno expreſſo occurrebat maior frequentatio, vt ibi in
apoſtil. idem eſt quoque, quando aliud omiſſum rema-
net in diſpoſitione iuris communis, ac iuri non contra-
rietur, & illud expreſſum eſt cauſa dubitationis tollen-
dæ, ita alij caſui non fit derogatio, vt declarat Salyc. in l.
de crimine. num. 2. in 2. oppo. C. qui accu. ſequitur Dec.
conſil. 11. ſub numero 17. verſic. non obſtat quòd vnus,
& conſil. 99. colum. fin. verſic. tertio non obſtat. idem &
poſſet limitari ex dictis, & alleg. per Signoro. d. conſ. 331.
num. 5. 6. 7.

Ea demum quæ ſuprà limitata, ac reſtricta dicta ſunt
apparere in teſtamentis, reſpiciunt vel perſonas, volun-
tatem, potentiam, vel modum, res, vel cauſas, vel tem-
pus, vltra quæque hæc ſingula non operantur. Nam pri-
40 mum † limitata diſpoſitio non egreditur perſonas in ea
contentas l. cùm ita legatum, & ibi Bartol. de conditio.
& demonſtrat. iam antè alleg. & l. ſi vnus. §. ante omnia.
ff. de pact. not. text. in l. 1. de leg. præſtan. cum ſign. ibi in
gloſ. ver. quibuſdam præter alleg. per Tiraquel. infra, &
Bald. conſil. 304. nobilis vir dominus Guilielmus. lib. 5.
reſpondit prohibitionem factam certis perſonis, earum
perſonas non tranſgredi, vt generale eſt quamlibet per-
ſonalem diſpoſitionem limitatam dici & perſonam ip-
ſam non egredi, habui aliàs late diſcutere conſi. 160. lib.
primo, & per Socin. Iun. conſil. 53. nume. 3. lib. ſecundo,
limitatur niſi ratio incluſionis perſonæ conueniat eius
filio, quia tunc filius non excluderetur, Curt. Seni. con-
ſilio 76. dominus Ludouicus colum. antepenult. nume-
ro 75. & ſequen. & Bartol. & alij in l. etiam. ſoluto matri-
monio, & niſi limitata ſit diſpoſitio ad factum obligati-
uum per taxatiuam, quia hæres non excluderetur, Dec.
conſil. 281. columna 3. ad nume. 5. Ripa in l. ſi conſtante,
numero 87. ſoluto matrimon. Boër. deciſ. 67. numero 3.
& ſequent.
41 Et volūtas limitata † vltra limites ſuos non operatur
l. pat. Seuerinam. in princip. de condit. & demonſt. auth.
hoc locum. C. ſi ſecun. nupſe. l. fin. ne vx. pro mari. cum
ſimil. per Aym. conſilio 312. col. 3. verſicu. ad idem quod
voluntas.
42 Et † potentia limitata vlterius non poteſt ſuos effe-
ctus operari, quàm poſſit. l. ſi is qui ex bonis, Bal. & Imo.
in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. de vulga. & pupil. faciunt
not. in l. nemo poteſt. de legat. primo, & quæ ſcripſi ſu-
pra libro ſecundo, interpret. ſecunda. dubit. 2. ſolut. ſe-
cun. per tot.
43 Et † modus limitatus non debet excedi, & non poteſt
extendi, not. Bald. in l. pen. poſt prin. C. de ſeruit. & aqu.
refert Iaſo. conſi. 231. num. 1. in fi. lib. 2. & Cephal. conſi.
82. num. 72. & iux. illud, Eſt modus in rebus, ſunt certi
denique fines, Quos vltra, &c. facit & l. nomen debito-
ris. §. vni, de lega. 3. & l. quibus diebus. §. fin. de condit. &
demonſtratio.



demonſtratio. & l. ſi ita fuerit ſeruis. in princi. de manu.
44 teſtam. vt ita dicendum ſit † quòd forma in diſtribu-
tionib. à teſtatore data de certis perſonis debeat ſerua-
ri, aliàs non valet diſtributio, Bald. in l. fin. C. ſi mancip.
ita fu. ali. Alber. Bru. tract. de forma. in art. qualis debeat
eſſe for. & ſolemn. ver. penult. Pariſ. conſil. 19. columna
prima, numero 8. & ſequen. lib. 2. aliàs priuatio ſequitur
vt ibi num. 55.
45 Et † res vel quantitas limitata vltra ſuos limites non
præſtatur, nec operatur, quia limitatum inducit effectū
l. in agris. de acquir. rerum. domin. dicta l. ſi vnus. §. ante
omnia. ff. de pact. Rui. conſil. 84. num. 2. lib. 2. vbi de his
in dubio teſtator intelligitur taxatiuè locutus. & clarè
Socin. Iun. conſil. 152. nume. 3. 4. 5. lib. 2. Deci. conſil. 551.
num. 9. not. text. & ibi Bart. Bald. & Imo. l. ſi quando. §. 1.
in fin. de legat. 1.
46 Et † limitatam cauſam limitatum producere effectū
eſt vulgatum dictum per l. 2. ff. de his quæ in teſt. delen.
cum ſimil. per Dec. dict. conſil. 551. nume. 9. conſil. 584.
col. fin. nume. 12. in diuerſis materijs plura dicta ad hoc
cumulat Felyn. in cap. cum ordinem. col. 4. & ſeq. de re-
ſcript. cumulátque plures leges Tiraq. de retract. tit. 1. §.
32. gloſſ. 1. num. 49.
47 Poſtremò & † limitatum tempus, vel prohibitionem,
vel negationē, vel permiſſionem, prout diſpoſitio tem-
poralis concepta loquitur, natura ipſius temporis limi-
tati elapſi inducit & operatur. l. ſi quis ita. ibi Bartol. &
alij not. l. ex facto. §. item quæro. de vulgar. & pupil. Bal.
in l. obſeruare. §. proficiſci, colum. 2. ff. de offic. proconſ.
Alexand. conſil. 68. col. 2. num. 5. lib. 4. & l. eum qui ita. §.
qui ita. de verb. oblig. Caſtren. conſi. 241. ſuper hoc pun
cto. col. 2. ver. ſed his. lib. 2. text. Bartol. & alij in l. ſtatuli-
berum. §. Stichum. de legat. 2. & l. ſi intra. in princip. de
ſtatu. lib. l. ſicut. §. penulti. ff. qui. mo. pign. ſol. aliáque ſi-
mil. congerit Tiraquel. de retract. tit. 2. §. primo. gloſſ. 2.
numero 44. cum plur. ſequent. Cephal. conſilio 356.
numero 36. & ſequent. no. text. in l. Thais. §. intra certa.
de fideicommiſſ. liber. pulchrè Antò. de Butr. conſil. 47.
in quęſtione arbitrio boni viri etiam anguſtiam tempo-
ris limitante magiſtraliter Roma. conſil. 348. quæritur
nunquid.

## ¶SVMMARIVM.


1 *Ordo eſt in extraordinarijs ordinem non ſeruare.*
2 *Præceptum teſtatoris regulariter eſt ſeruandum.*
*Dummodo non ſit contra ius.*
*Vel non ſit nudum.*
*Non continens quid inhoneſtum vel illicitum.*
*Et non ſit iniuſtum & irrationabile, aliàs pro lege obſerua-*
*tur teſtatoris voluntas.*
*Et quomodo iſta ſic dicantur, vt num. 3.*
4 *Præcepta cōtra ius vel illicita, vt cauſa irrationabili facta,*
*aut conditiones tales operantur, vt pœna aliqua non va-*
*leat qua adimitur ab vno, & in alium transfertur hære-*
*ditas, vel legatum.*
5 *Conditio dicitur contra ius & impoßibilis quando teſtator*
*vult prohibere Papam, vel Principem, ne in loco infrin-*
*gat, vel immutet teſtamentum ſuum, declarando vt ibi*
*latius, cum num. ſeq.*
6 *Ius teſtandi eſt anguſtatum authoritate Principis.*
7 *Princeps ante aditam hæreditatem, & poſteà ex cauſa re-*
*ſpiciente publicam vtilitatem, & indiſtinctè ex pote-*
*ſtate abſoluta poteſt infringere & immutare teſta-*
*mentum.*
8 *Teſtator non poteſt prohibere epiſcopum, ne ſe intromittat*
*in ſuo teſtamento, minus prohibere principem, qui eſt ſu-*
*pra ius.*
*Nec facere quin lex habeat locum in ſuo teſtamento.*
9 *Princeps dicitur lex viua, cuius factum pro lege habetur.*
*Et maius crimen eſt contemnere legem viuam, & ſic princi-*
*pem ac periculoſius quàm legem mortuam.*
10 *Teſtator non poteſt facere quòd leges, & qui eſt miniſter le-*
*gis, & qui poteſt interdum ſupplere, interdum interpreta-*
*ri legem, in ſuo teſtamento locum non habeant, & quod*
*fieri non poteſt per modum diſpoſitiuum lege prohibente,*
*non poteſt etiam fieri per modum conditionis.*
11 *Teſtator poteſt de pecunijs ſuis loqui, & factis priuatorū,*
*non autem ponere os in cœlum, loquendo de factis ſummi*
*Pontificis, vel ſui principis, & de alijs meri & mixti im-*
*perij.*
12 *Nemo facto, odio, vel culpa alterius debet priuari; prægra-*
*uari, aut damnum pati.*
*An & quando ſtante d. regula præceptum vni factum & non*
*obſeruatum alicui debeat priuari hæreditate vel fidei-*
*commiſſo, ſicq; an per conditionem impoſitam vni &*
*aſcriptam hæreditati legato, vel fideicommiſſo alij præ-*
*ſtando ſit talis priuatio; vide de materia hac late diſcuſ-*
*ſum, 13. cum num. ſeq.*
14 *Legatum factum filio purè conditione patri appoſita;*
*quòd ſi peteret fideicommiſſum ſibi debitum à teſtatore*
*decedente ſine filijs, quòd filius ſit priuatus relicto, va-*
*lebit legatum patre conditionem non ſeruante, & qua-*
*re, ibi.*
*Quando tamen cenſeatur priuatus filius, quia ſic placuerit*
*teſtanti, non reputata pœna ea. dic vt ibi latius & pul-*
*chrè.*
15 *Priuatio valet inducta à teſtatore contra honoratum, etiā*
*ex facto alterius ſicut ſtatutum valet quòd quis puniа-*
*tur ſaltem in bonis pro delicto alterius, à pari: procedunt*
*enim diſpoſitio ſtatuti & teſtatoris.*
16 *Legatum factum filio ſub conditionib. pluribus vna tamen*
*dependente ex facto alterius. ſ. patris affirmatiuè, vt li-*
*beret hæredes teſtatoris, vel negatiuè, ne petat quicquā*
*&c. quo contrafaciente priuat filium &c. amittitur eo*
*legato priuatus remanet filius, & de ratione & mate. ibi.*
*Intelligendo prædicta teſtatoris voluntate ſic apparēte, velle*
*quid dare, vel auferre in vim pœnæ, vel conditionis, vel*
*tranſlationis in alium: & quando hoc cenſeatur, nu. 17.*
18 *Præcepta teſtatorum licita ſunt ſeruanda, & ea ſpernentes*
*priuantur relictis ſibi factis.*
19 *Præceptum & prohibitio teſtatoris facta filijs hæredibus ne*
*alienent aliqua bona hæreditaria, & contra facientem*
*priuauit portione ſua, valet: adeò, vt ſi quis alienauerit,*
*vel tentauerit etiam in vita ſua ſolum, venit priuandus*
*portione hæreditaria: detracta tamen legitima.*
20 *Hæres iuſſus in tempore præfixo quid facere, & non fecit,*
*priuatur hæreditate, ſic teſtatore iubente.*
21 *Præceptum vni ex cohæredibus factum de contrahendo ſo-*
*cietatem, & communicando lucra cum ſuis cohæredibus*
*pœna priuationis hæreditatis contrafaciendo, valet &*
*ſine interpellatione non ſeruando præceptum hæreditate*
*priuatur.*
22 *Amplia in eccleſia quæ priuatur relictis per inobedientiam*
*ſui prælati non parentis præcepto teſtatoris.*
23 *Legans bona eccleſiæ poteſt imponere pro his bonis ſoli-*
*tas collectas & onera, ac ſi bona ipſa poßiderentur per*
*laicos.*
24 *Legatum alimentorum alicui factum, & ademptum hac*
*conditione, ſi vitam deteſtabilem & damnoſam ſerua-*
*uerit, verificata per expulſionem familiæ teſtato-*
*ris defuncti ex domo hæreditaria, & vt ibi latè ha-*
*betur.*
25 *Legatarius iuſſus non moleſtare vxorem teſtatoris hæredem*
*ſub pœna amißionis legatorum, incidit in pœnam, eam*
*moleſtando, etiam in iudicio, quæ poteſt vendicari ab eo*
*cui applicata ſunt, etiam prius non declarato in alto*
*iudicio quòd legatarius ſit priuatus, & vt ibi latè dedu-*
*citur.*
26 *Præceptum teſtatoris quantumuis modici momenti eſt ſer-*
*uandum,*

uandum, vel committitur pœna per eum inflicta, cum propter modicum defectum perdi poſſit magna hæreditas cùm voluntati teſtatoris reſiſti non poſſit ſic volentis, & vt ibi patet exemplum.

27 Præceptum teſtatoris factum filijs ne bona alienent, vel ea diuidant, niſi omnibus completis 25. annis ſub pœna amiſſionis portionis hæreditatis eius qui contrafecerit, applicanda, &c. vt ibi valet etiam quoad legitimam, adeò vt petendo etiam legitimam incidit in pœnam, vel eam alienando perdit reſiduum portionis.

Fallunt prædicta teſtatoris præcepto exiſtente inhoneſto & illicito, quia excuſantur contrafacientes 28. vt inf. num. nonnullis ſeq. conſtat.

28 Præceptum inhoneſtum teſtatoris, ac illicitum non eſt attenden. & contrafacientes excuſantur exempla inf. patebunt, quando ſint talia præcepta.

29 Præceptum teſtatoris non ſeruatum ſub pœna, nil officit, onere acceptato per grauatum licèt non executo aliter, declar, vt ibi latius.

30 Condemnatus ad locandum ſub pœna excuſatur ab ea locando licet vlterius in eam non perſiſtat patientiam, non præſtando: ſufficit enim quòd non recuſauerit acceptare, vt pœna non committatur.

31 Pœna vt committatur pro aliquo exequendo, requiritur interpellatio & iudicialis non extraiudicialis requiritur.

32 Terminus anni ad conſtruendum monumentum non conſtituit grauatam ſororem ad id conſtituendum in mora, cùm per hoc non ſit obligatio nec actio orta, & de ratione ibi, & quòd requiratur interpellatio ſcientia & mora, ibidem.

33 Præceptum teſtatoris non operatur effectum, vt pœna ab eo impoſita committatur in caſu contrauentionis, quando illud contrafactum, reſtitutum eſt in priſtinum, antequàm alicui ſit ius quæſitum, vt quia nullius interſit, declarando, vt ibi: ſufficit enim implementum ſemel factum, & de excuſationibus à tali pœna, ibidem colligitur.

34 Præceptum factum hæredi, vt debeat accipere cognomen & arma teſtatoris faciendo ſe nominare de caſata illius: aliàs puniatur priuatione hæreditatis applicando hoſpitali, morte præuentus hæres viuente teſtatore nil operatur illud præceptum ad fauorem hoſpitalis, quia non dicitur cõtrauenisse, vt ibi latius habetur de materia cum num. ſeq.

35 Legatarius non dicitur noluiſſe facere cùm non potuerit morte præuentus: ideò non incidit in pœnam præpoſitam dandi aliquid alicui, & vt ibi latè hoc declaratur.

36 Iuſſus & damnatus quis poteſt teſtatorem ad ſtandum in communione & communicandum lucra cum fratre pœna priuationis hæreditatis excepta legitima non debet pati talem pœnam mortuo fratre, & non interpellatus conferre lucra, non dicitur in mora conferendi. ibid.

37 Præceptum teſtatoris abijciendum eſt vti inhoneſtum & contra ius, inſtituto nepoti ex filia hærede nupta iam nobili viro, cum hoc quòd debeat ſe nominari facere de familia ipſius teſtatoris ex vili prole orti, & vili artificio mulionis. ſ. & quid agere debeat talis hæres, & hoc clarè diſcutitur.

38 Filius quoad honores & familiam ſequitur conditionem patris & non matris, ideò contra ius eſt vt nominetur de familia matris, & non patris, nec vllus eſt qui hoc facere poſſit, principe excepto.

39 Pœna per teſtatorem impoſita quando tranſeat ad hæredem hæredis, ſeu alios, quid ſit inſpiciendum ibidem. cum multis ſeq.

40 Pœna non affligit hæredem iuſſi proprio vel relatiuo nomine ad aliquid dandum vel faciendum infra certum tempus, ſi eo durante iuſſus obierat, & quare, ibi, & non fuerit in mora.

Et quando relatiuo & reſtrictiuo nomine dicitur quis iuſſus. ibidem.

41 Pœna hæredem affligit & bonis priuaretur ipſe quando iuſſus, cuius eſt hæres, non paruit præcepto teſtatoris & deceſſit poſt moram: quia ipſo iure priuatus cenſetur abſque alia iudicis declaratione contra defunctum facta, & vt ibi pulchrè.

42 Pœna impoſita hæredibus ſicq; nomine appellatiuo ſi tale quid non agant, dent his deficientibus: quia non dederũt, &c. hæredes hæredum ipſorum tali pœna priuationis ſubijciantur, ſicq; hæredes afficit.

Et de rati ne vulgari, ibidem. quia hæres hæredis &c. 43.

44 Præceptum teſtatoris hæredibus factum quando comprehendat tam inſtitutos, quàm ſubſtitutos vti omnes qui dicantur hæredes.

45 Conditio dandi alicui tam poteſt comprehendere inſtitutos quàm ſubſtitutos, facta ſcilicet inſtitutione & ſubſtitutione hæredum.

Item & fideicommiſſarium. 47.

46 Appellatione inſtitutionum comprehenduntur etiam ſubſtituti in conditione ſpecifica implenda.

48 Præceptum aut prohibitio facta à teſtatore ſub pœna non finitur in primis perſonis inſtituti: at ſubſtitutos comprehendit.

49 Fallit in ſubſtituto vulgari, in quem non tranſit onus ſimpliciter impoſitum inſtituto.

50 Præceptum teſtatoris de ſtando in communi, vel de communicandis bonis diuerſimodè accipitur: quia ſi rem reſpicit, vt quòd bona teneant & poſſideant in communi & communiter, vel quòd bona omnia ſint inter eos communia, altero parato conferre bona ſua, omnia bona ſint communia æqualiter, ſi reſpicit actum verbi, vt quòd debeant ſtare & morari communiter, fructus in communi percipi debent, & expenſæ de communi fiunt, declarando, vt ibid.

Fallit in expenſis dotationum filiarum, quæ non veniunt ex tali communione iuſſa de communicandis lucris & expenſis, & quare ibidem, num. 51.

Nec hæreditas venit alicui aliunde obuenta, nec legatum. ibidem.

52 Præceptum factum vni ex fratribus inſtitutis, his verbis cum hac conditione quod debeat redire, ſtare & morari continuò & communicare bona vnà cum cæteris ſuis fratribus ſub pœna priuationis ſuæ portionis applicandæ alteri fratri, quid operetur, & quomodo intelligatur eo fratre moriente, non adita hæreditate, cui erat applicanda portio: ſuperſtite tamen filio, dic vt ibi pulchre, cum nu. ſequent.

53 Verba ea impoſita in teſtamentis, cum hac conditione, quando non important conditionem, ſed modum, vt in caſu, de quo ibi proxim. ſup. eſt poſt implendum.

54 Verba teſtamenti interpretanda ſunt, vt ſignificent modum potius quàm conditionem.

55 Prælegatum factum cohæredi non adeũti hæreditatem debetur.

56 Præceptum teſtatoris factum filijs ſuis hæredibus in teſtamento, quòd debeant tempore diuiſionis bona æqualiter diuidere, quid inde tale præceptum operetur.

57 Res quæ ex iuſſu teſtatoris debet remanere communis inter filios hæredes, & eorum ſucceſſores, non tranſit ad extraneos hæredes, nec accipi poteſt in tenutam per creditores filiorum.

58 Mandatum antea quando valeat factum per teſtatorem procuratori ſuo ſpecialiter, vt in animã eius etiã defuncti iuret in ſupplementum probationis ſuæ certæ intentionis deductæ in cauſa quam habebat cum alio, dic, vt ibi latius, cum nume. ſeq. vbi hæc materia diſtinguendo declaratur, & dicitur valere, imò vti ſuperfluum habetur, procuratore effecto domino litis viuente teſtatore, per litis conteſtationem iam factam, declarando, vt ibi.





Item mandato reuocato per mortem teſtatoris, lite non conteſtata, valebit tamen datum mandatum inuentum in teſtamento ad iurandum, vt ſup. & quare. ibi. nu. 59.

60 Teſtator poteſt conſtituere procuratorem ad exigendum debitores ſuos cuiuſcunque generis, & dare etiam mandatum duraturum poſt mortem.

Teſtator poteſt alicui mandare actiones, ita quòd hæredis mandatum amodò ſit ſuperuacuum, & tale mandatum durat poſt mortem duplici ratione, vt ibi.

62 Teſtator quilibet validè poteſt conſtituere procuratorem poſt mortem ſuam ad diſtribuendum bona ſua pauperibus, & fauore animæ valet ob incertitudinem perſonarum pauperum, aliàs ſi eſſent certæ perſonæ generaliter valeret.

63 Procurator debet iurare in animam conſtituentis, & quomodo intelligitur iurare in animam conſtituentis iam mortui, & eum periurio obligare: & tandem quomodo intelligatur iurando in animam ſui domini principalis intelligatur. ſ. in animam hæredis, cum nu. ſeq.

64 Animæ defunctorum ſunt extra perturbationem huius mundi, & quieſcunt in domino.

65 Hæres conſtituendo procuratorem ad adeundam hæreditatem, &c. quod ſi animo videtur tunc adijſſe.

66 Mandatum poſt mortem teſtatoris collatum poteſt reuocari per hæredem, quo non reuocato procurator dicitur procurator hæredis non defuncti, niſi iuris fictione, vt ibidem.

67 Mandatum factum hæredi vel legatario de ſoluendis debitis ſuis & omnibus, à ſe habere debentibus intelligitur de ſoluendis debitis, vel legatis validis & exigibilib. nec venit creditor: qui exceptione præſcriptionis legis communis, vel ſtatuti excludi poteſt, quamuis vel alia exceptione, & hoc quando relictum à teſtatore factum ſit ſimpliciter, nulla facta mentione quantitatis expreſſè, ſecùs ſi eſſet expreſſa, vt mãdo ſolui centum quæ debeo tali, quia non tollitur præſcriptione, & vt ibi latius.

63 Mandatum de ſatisfaciẽdis debitis factum per teſtatorem hæredi: vel alij quorum principali nomine intelligitur mandaſſe, & extenditur ac intelligitur mandatum de ſoluẽdis eis ad quæ tenebatur principaliter, & non fideiuſſoris nomine, & quare, ibi.

69 Mandatum factum alicui de ſoluendo debito, quod ex verbis ſignificetur de debito in diem, vel in futurũ, qui iuſſus eſt ſatisfacere, tenetur ſoluere omnia debita in diem & legitimam iure naturæ, cui deberetur ex bonis teſtatoris, non autem tenetur ad debita contracta ante mortem teſtatoris, & de ratione ibi. & num. ſeq.

70 Pagæ & ſolutiones decurſæ poſt mortem teſtatoris non veniunt ex contractu conductionis gabellarum facto ante mortem ipſius.

71 Mandatum factum alicui de ſoluendo debito prout ipſi placebit, cui dicto & aſſertioni ſtare voluit, non valet vti relictum captatoriũ, & dependens à volũtate aliena, alia. ſ. probatione non apparente de debito.

Fallit ſi in teſtamento dicatur teſtatorem dixiſſe in ſecreto ipſi iuſſo & mandatario, quoad quantitatem debiti, & quoad perſonas creditorum.

Quia valeret & ſtaretur dicto mandatarij operanti ad declarationem non ad diſpoſitionem, & vt ibi latè.

Mandans de bonis ſuis conſtrui & dotari capellam, an poſſit mandare ne epiſcopus loci ad id intromittatur, vide verb. teſtator mandan.

72 Teſtator mandans de bonis ſuis conſtrui, fundari, ac dotari capellam, non poteſt mandare ne epiſcopus loci ſe intromittat in ea, prouidendo de rectore, qui in ea celebrare habeat, nec aliud valeat, quòd ſit contra canones vti pro non adiecto.

Poteſt tamen mandare, quòd eidem capellæ prouideatur de idoneo capellano, qui debeat in ea celebrare Miſſas, & valet tale mandatum & præceptum, adeòque ſeruandum eſt, vt non niſi qui ſit habitu & actu ſimul ſacerdos non poteſt præſentari in capellanum, aliàs præſentatio non valet, & ordinarius tunc poteſt alium actualiter ſacerdotem in capellanum inſtituere. 73.

74 Epiſcopus debet ſeruare diſpoſitionem teſtatoris circa adminiſtrationem conceſſam laico de bonis relictis ad vſus pauperum, & ad aliud non ſe intromittere, niſi ad tuitionem & executionem ipſius diſpoſitionis.

75 Præceptum teſtatoris debet ſeruari circa alienationem bonorum ſuorum per eum relictorum eccleſiæ, alia canonica ſolennitate non ſeruata de bonis eccleſiæ non alienandis.

76 Teſtator relinquens petiam terræ alicui altari exiſtenti in aliqua eccleſia, vt ibi celebretur Miſſa pro anima eius, ſic accipere relictum vt fructus dict. terræ pertineant ad rectorem vel guardianum dict. eccleſiæ, qui tantum præbet presbytero inſeruienti illi altari quantum ei ſufficit pro ſuſtentatione & victuali ſtipendio, reſiduum pro ſe retinet.

77 Miſſæ an fuerint celebratæ in aliqua eccleſia, cui ad hoc ſic factum, creditur dicto cum iuramento rectoris, vel guardiani fratrum, quando ſit factum eccleſiæ fratrum, quòd ſint celebratæ.

78 Legatarius quòd debeat facere ædificari domum hæredi ſic mandante teſtatore, ſi quantitas impenſarum pro domo ædificanda ſuperat legatum, ne ſit eluſorium præſtabit tantùm operam, & pretium operarum, lapides & tigna, & cætera ſumptibus hæredis facere debet.

Et quod debeat ſoluere omnia legata facta in teſtamento, ſoluet tantum legata valida in quantitatibus conſiſtentia, non quæ facta ſunt creditoribus, & quæ conſiſtunt in ſpeciebus, vt ibidem habetur.

79 Executor teſtamenti alterius puta Titij, credens fortè eandem poteſtatem quam habet de accipiendis bonis Titij, & ſoluere legatarijs poſſe ad ſuum hæredem, tranſmittere, in teſtamento ſuo mandauit & iuſſit ſuum hæredem debere exequi contenta in teſtamento Titij, nil dicto in teſtamento de officio ſuo, vt legatum afferat commodum legatarijs, dicitur quòd hæres executoris ſit iuſſus nõ conficiens inuentarium de ſuo, aliàs eo confecto de patrimonio teſtatoris executoris detractis detrahendis ſoluet legata contenta in teſtamento Titij, & quare: & de materia hac latè, & quomodo pro maiori commodo legatarij præſumatur teſtatorem voluiſſe potius & duplici præſtatione grauare hæredem, & vt ibi.

80 Teſtator diſponens quòd talis poſſit adminiſtrare certam quantitatem pecuniarum teſtatoris ad eius cõſcientiam, & quòd cedi debeat partitis eius libris, intelligitur quòd pecuniæ impendantur in trafficis, & dimidia quæſtus, & lucri debetur legatario, ratione per eum redden. remiſſa ſcrupuloſitate, dum abſit dolus.

81 Læſio qualis eſſe debeat vt arguatur de dolo adminiſtrationis maximè quando teſtator ſe remittit ad libros hæredum.

82 Adminiſtratores alicuius negotiationis vbi ſunt plures conſtituti in teſtamento, & vt plures tutores, & ſic dictum quòd vnus ſine altero adminiſtrare nequeat, vno moriente, cæteri amplius non poſſunt ſe intromittere, & alij adminiſtratores ſunt conſtituendi.

83 Verba hæc volens teſtator prædictus bonam fidem agnoſcere ſignificante quòd fiat iuſta diſtributio declarando tamen, vt ibi pulchrè.

84 Verba cum commodum ei erit, exponuntur ceſſantibus difficultatibus & impedimentis.

85 Verba, cum fieri poſſit, intelliguntur, ſecundùm ordinem iuris.

86 Verba, donec reddita fuerit ratio, exponi debent, id eſt, reddi debuerit.

87 Verba, ſi fortè contigerit aliquem ex hæredibus præmori

*teſtatori &c.intelligitur verificata condō,ſiue antè, ſiue
poſt mortem teſtatoris aliquis hæres moriatur, & de ra-
tione,& quare, ibidem patet expreſſè.*

88 *Verba more ſolito aliquid iuſſum fieri,intelligitur de more
communi & notorio in loco,in quo illud tale quid fieri de
bet, & intelligeretur etiam ſine his verbis de communi
loci conſuetudine,in quo fuit teſtatum,& deceſſit teſta-
tor.*

89 *Dictiones tam & quàm ſimul poſitæ etiam in teſtamentis
poſſunt ſtare copulatiuè,& cōparatiuè, ſeu alternatiuè,
ſeu diſtributiuè, vel diſiunctiuè,& quomodo hæc digno-
ſci poſſint,vide ibidem.*

90 *Verba teſtatoris, quòd omnia bona & pecuniæ ſtent apud
dominam ſuam vxorem: quòd ea teneat omnia, &c.
important quoad cuſtodiam & non quoad vſumfru-
ctum.*

91 *Verba hæc quòd ſua bona, vel eorum poſſeſſio non poſſint
peruenire ad ſuam filiam, ſed eſſe debeant penes filium
maſculum, interpretatur quòd poſſeſſio bonorum & eo-
rum adminiſtratio,eſſet omninò penes maſculum,& qua
re ibidem.*

92 *Verba hæc, quòd bona & fructus ſtare debeant in manibus
& Titij poteſtate, intelliguntur ſub cura & adminiſtra-
tione Titij.*

93 *Mater non videtur tutrix teſtamentaria conſtituta per fi-
lium à teſtatore ſibi relictum & in eius cuſtodia.*

*Secus vbi eſſet relictum ſub poteſtate matris ſuæ, tunc enim
cenſetur conſtituta tutrix teſtamentaria.ibidem.*

94 *Verba iſta.ſi quatenùs noluerit tale quid facere,exponun
tur, id eſt, ſi requiſitus & interpellatus declarauerit ſe
nolle,denegauerit & recuſauerit facere.*

95 *Verba plura in teſtamentis ſæpius aſcribuntur, quorum
vnum exponit aliud, vel in partem affirmatiuam debe-
ri legatum, vel in negatiuam non deberi, & vt ibi
patet.*

96 *Teſtator præcipiens ac iubens alicui,vt nonnullos contra-
ctus faciat inter viuos, qui ſic contrahens non aliter re-
manet obnoxius legibus vel ſtatutis loquentibus de con-
tractibus inter viuos, ſed habetur vt quilibet obligatus
& emolumentum habens ex vltima voluntate,cuius na-
tura & origo attenditur in actibus eius vigore factis in-
ter viuos,& vt ibi habetur.*

## ¶DVBIT. IIII.

DE varijs & extraordinarijs miſcellaneis qui-
buſdam præceptorum & verborum à teſtan
tibus factorum & dictorum ſoluenda eſt or-
1 dine non ſeruato, ſicut vulgo dicitur † ordi-
nem eſſe in extraordinarijs ordinem non ſeruare, ve-
rum ita de vno in aliud ſaltu quodam prout ſuccurrit,ar
bitratus ſum progrediendum fore.

Illud primum igitur obuiam accedit paſſim in quo-
libet teſtatoris præcepto, accurateq; attendendum
quod ſcribit Io.de Imo.in l.paterfam.teſtamento, colu.
1.verſicu.in gloſſ.fina.ff.de hæred.inſtit.quòd teſtatoris
2 † præceptum regulariter eſt ſeruandum dummodò non
ſit contra ius.l.nemo poteſt.de legat.1.vel non ſit nu-
dum.l.filiusfam.§.diuus.eo.& non contineat quid in-
honeſtum, vel illicitum.l.quidam.de condi.inſtitu.ac
etiam non ſit iniuſtum & irrationabile.d.l.paterfamil.
idem & Alber.in l.verba.ſub numer.1.C.de teſta.aliàs
enim voluntas teſtatoris pro lege ſeruatur.§.diſponas.
in auth.de nupt.

3 Quid autem † contra ius eſſe,vel nudum, vel illici-
tum,irrationabile dicatur,exempla inſeruntur, & gloſſ.
ac docto.tradunt in dictis locis: vnde infertur ex his
4 † contra ius,vel illicita,aut irrationabili cauſa deductis
in præceptis,vel conditionalibus pro adimendis ab vno
quid pœnale non valere.l.1.de his quæ pœn.nomi.& l.1.
in fin.C.eo.& §.fina.de lega.& dict.l.paterfamil.& ibi
Bart.& alij,& Bald.in dict.l.1.in 5.oppo.nume.10.C.de
his quæ pœn.no.Socin.Iun.conſi.115.nume.31.præced.
& ſequent.lib.1.poſt canon.Couar.in c.Raynutius.§.
primo.nu.7.de teſta.

Quia contra ius eſſe,& impoſſibilem de iure teſtato-
5 ris exiſtimo † conditionem iſtam,quòd facta inſtitutio-
ne de vxore, & factis de filio, & filiabus ſubſtitutioni-
bus, dicatur, ſi ſummus Pontifex vel princeps in loco
infringat, aut immutet teſtamentum aliquo modo tūc
teſtator hæredes inſtituit omnes maſculos legitimè de-
ſcendentes de ſua agnatione quaſi fecerit hoc in vilipē-
dium ſupremæ authoritatis principis & ſuæ poteſtatis
auferendo hæreditatem à primis inſtitutis & ſubſtitu-
tis,& dando alijs inſtitutis, quod nempe facere non po-
6 teſt, cùm ius † teſtandi ſit anguſtatum authoritate prin-
cipis, per text.in l.verb.legis in fin.ff.de verb.ſignif.&
7 poſſit † Princeps maximè ante aditam hæreditatem,
& poſteà ex cauſa reſpiciente publicam vtilitatem, &
indiſtinctè ex poteſtate abſoluta infringere & immuta-
re teſtamentum,præcedente vt demonſtraui ſupra lib.1.
8 dubitatio.3.ſolut.13.& vlti.† non poteſt enim teſtator
prohibere etiam epiſcopum,ne ſe intromittat in ſuo te-
ſtamento,tex.& gloſſ.in verſi.interdici, & cano.in cap.
tua nobis,& in cap.requiſiſti.de teſta.& in cle.ſecunda.
de religi.dom.minus poteſt fieri per principem, qui eſt
ſupra ius.cap.propoſuit.de conce.præben.l.princeps.ff.
de legi.prout facere non poteſt, quin lex habeat lo-
cum in ſuo teſtamento dic.l.nemo poteſt.& conditio-
nem apponere non poteſt, nec contra eam ſi princeps
immutet vel infringat ſi teſtamētum faceret inſtitutio-
9 nem de alijs hæredibus, quia facit contra.l.† vnam, vt
eſt Princeps in auth.de conſul.ad fin.& ibi gloſſ.in verſ.
legem animatam,& contra factum Principis, quod pro
lege habetur.§.ſed & quod principi.inſti.de iu.nat.gen-
ti.& ciui.& l.1.ff de conſt.princ.ad propoſitum Luc.
de Pen.in l.prima, columna antepenult.verſicu.& ſicut
C.de expen.iud.libr.12.dicit, ſicut animatum exceſſi-
uè potentius eſt inanimato: ſic princeps exceſſiuè po-
tentior eſt ipſa lege, vnde periculoſius eſt contemnere
legem viuam,maiusque crimen, quàm legem mortuam
per not.in gloſſ.penultim.in verſicu.cauſis in cap.bonæ
memoriæ Magun.1.de elect. Quinimo idem Luc.de
Pen.in dicta l.prima, columna quarta, verſ.fin.dicit
10 † quòd teſtator non poteſt facere quòd leges, & qui eſt
miniſter legis, & qui poteſt interdum ſupplere, inter-
dum interpretari legem, in ſuo teſtamento locum non
habeant, per dict.l.nemo: quod enim fieri non poteſt
per modum diſpoſitiuum, lege prohibente, non poteſt
etiam fieri per modum conditionis, per l.Seias & Au-
gerius.ff.ad l.Fal.ſentit id Baldus in l.filiæ.ad fin.verſic.
tu dic.C.famil.erciſ.

Eſt quoque dicta vltima inſtitutio de alijs hæredi-
bus facta ſub conditione impoſſibili, vti dependente à
ſolo Principe, & ſic turpis & nulla eſt, vti à furioſo fa-
cta, per text.& doct.in l.apud Iulianum.§.fina.de le-
gat.primo, cum ſimil.ſcript.ſupra libro ſecundo, in-
terpretatio.ſecunda,dubitatio.ſecunda, ſolutio.ſecun-
11 da, verſicul.decimo.† Poteſt enim teſtator de pecunijs
ſuis loqui,& factis priuatorum, non autem ponere os in
cœlum loquendo de factis ſummi Pontificis, vel ſui
Principis, & de alijs meri & mixti imperij.l.teſtandi.C.
de teſta.Bal.in dict.l.prima.num.15.l.ſecunda, C.de cri-
mi.ſacrileg.ideò ex tali conditione teſtatoris impoſſi-
bili iure non poſſe verificari illam vltimam inſtitutio-
nem hæredum, & minus eis contra immutationem te-
ſtamenti per principes fortè ſequutam tribui hæredi-
tatem, & ex hac ratione cenſeo tutum, nec verum
reſponſum Cephal.conſilio quinquageſimoſecundo,li-
cet hac



cet hac ipſa ratione omiſſa ſubtiliter circa alia inſtite-
rit, cum maximè hic primi nominati eſſent filij teſtato-
ris, qui in eodem teſtamento ſub conditione caſuali vel
mixta exhæredari non poſſunt, probat Bartol.in d.l.pa-
terfam.num.4.& alij ſequuntur, & vbi conditio non ſit
poteſtatiua, ſentit Iaſo.conſil.23.col.1.atque ab eadem
iuris cenſura puto eſſe alioquin elegans conſil.Rimi.Iu.
116.in eadem facti ſpecie datum,qua fuit illud Cephali.

Nota eſt iuris regula † neminem facto, odio,vel cul-
12 pa alterius debere priuari,prægrauari,vel damnum pati,
d.l.paterfam.l.ſi quis.§.fin.C.de inoffi.teſtam.l.quidem
ita.§.ſi quis filium.ff.ad Trebel.l.nemo debet.de regul.
iur.ex qua non modica difficultas videtur, an per con-
ditionem impoſitam vni,& aſcriptam hæreditati, lega-
13 to vel fideicommiſſo alij præſtando, vel per † præce-
ptum, ſi vni factum, & non obſeruatum alius debeat
priuari hæreditate, vel fideicommiſſo: communis reſo-
lutio videtur,& breuis, omiſſa plurium caſuum enume-
ratione. Quòd ſi † in relicto alicui,puta filio facto purè,
14 ſit appoſita conditio alij, puta patri, ſi petierit fortè fi-
deicommiſſum ſibi debitum à teſtatore decedente ſine
filijs, ipſo relicto filius ſit priuatus patre non ſeruante
conditionem,vt ex cauſa iſta irrationabili,per legē reie-
cta dependente ex facto alieno, non debet filius priuari
relicto,per d.l.paterfam.quam Bald.& alij reputant ſin-
gularem, Corſet.in ſingul.in ver.teſtator.& per eam ſi-
mil.deciſ.firmat Bald.in d.l.1.num.10.& 11.in 5.oppo.C.
de his quæ pœn.nomin.& Caſtren.in l.Lucius.§.tres hæ
redes, num.4.ad Trebel.Socin.conſil.21.nume.3.& 20.
lib.3.& latè in terminis etiam in relicto facto filio ſub
conditione non dependente ex facto tertij,& ſic patris,
per eandem regulam firmat Ruin.conſi.122.col.5.num.
9.lib.2.idem concludit Gabr.Eugub.conſil.105.ad fin.
& Cephal.ſentit d.conſi.52.nume.10.11.ſi tamen ex ver-
bis teſtamenti præciſis, vel reiteratis, non aliter, nec
alio modo importantibus reuocationem ſi fiat aliter,
Ioàn.de Ana.conſil.77.Iaſ.conſ.162.num.5.lib.2.& per
clauſulam omni modo meliori, per Ruin.conſil.105.nu.
9.10.lib.3.appareat de voluntate teſtatoris, quòd ei ſic
placet filium priuari relicto propter contrauentionem
patris, valet quidem talis priuatio non reputata in pœ-
nam, ſed quia ſic placet teſtanti, per l.ſi ita ſcriptum.§.
regula.de liber.& poſthum.tenet Ange.in d.l.paterfam.
& ibi comprobat Imol.col.1.verſicu.ſed Angel.hic di-
cens ex eo,quia ſic placet teſtanti, cuius diſpoſitioni vi-
detur ſtandum, in eo quod vltimò dixit, per l.ſi ita ſcri-
ptum.in principio.ff.eod.& l.ſi mihi.§.in legatis.de leg.
1.& l.tranſlatio.in fin.de adim.leg.idem ſentit Cuma.in
d.l.paterfam.ad nu.3.rationem adducens:nam pro quia
teſtator poteſt,ſi vult, ex facto alterius alium excludere,
ſentit idem & Socin.dicto conſil.21.nume.20.verſic.ex
quibus etiam tollitur.lib.3.& Guald.de arte teſtan.titu.
3.cau.4.ſub num.1.verſi.ſed ſi teſtator, & ſatis clarè So-
cin.Iun.conſi.129.num.19.20.lib.3.ita hęc qualis ſit,vel
pœna,vel conditio,vel tranſlatio,dependet à voluntate
teſtatoris per text.& ibi Bart.Caſtr.& Soc.in l.2.ff.de his
15 quæ pœnæ nom.& valet † priuatio inducta à teſtatore
contra honoratum, etiam ex facto alterius, ſicut valet
ſtatutum, quòd quis puniatur ſaltem in bonis pro de-
bito alterius, & ſi hoc euenit culpa ceſſante, ſufficit
tamen quòd fiat cauſa ſubſiſtente, ſcilicet, vt pater in
ſpecie noſtra pareat teſtatori, in eo quod iuſſit, ne ſe-
quatur priuatio contra filium, & ſic in ſtatutis, vt abſti-
neatur à delictis, vt cap.ſine culpa,de regul.iur.in ſexto.
Bald.in l.prima.numero tertio.C.ne fil.pro pat.& in l.
ſancimus.C.de pœn.Bartol.in l.iure, & ibi Alexand.in
apoſtil.C.de Fabricen.lib.vndecimo, & Ioan.Baptiſt.
Sanſeuer.in l.omnes populi, numero quadrageſimoſe-
cundo,de iuſtit.& iu.diſpoſitio enim ſtatuti & teſtatoris
à pari procedunt probat Rom.conſil.65.viſo Themate,
columna ſecunda,verſiculo hæc autem æquiparatio, &
Lud.Bologn.conſil.32.viſo igitur, colum.penult.verſic.
& ideò dicimus.Deci.conſil.227.colum.4.in princip.
ſub numero octauo.Aymo.conſil.254.columna penult.
numero 4.Curt.Seni.conſilio 52.numero decimoſepti-
mo, non obſtat ratio dicta l.paterfam.quia ibi non erat
defectus poteſtatis teſtatoris, ſed potius voluntatis, vt
intelligit ibi Cuma.ad numerum tertium,quæ ideò vbi
appareat,ſeruanda eſt ad vnguem.l.fin.ad fin.comm.de
legat.Bald.conſilio 250.viſo iſto proceſſu, nume.tertio,
in fin.lib.4.cum vulg.quòd valeat ſaltem via fideicom-
miſſi in præcepto facto filio ob contrauentionem ma-
tris.Bald.conſil.208.punctus pater diligens.lib.5.benè
facit,& text.in l.ſi cum exceptione.§.in hac actione.ibi,
nec cuiquam iniquum videatur ex alieno facto, &c.ff.
de eo quod met.cau.

16 Si verò & his etiam proximè dictis inhærendo † re-
lictum filio fuerit factum ſub conditionibus etiam plu-
ribus,ſed vna dependente ex facto alterius, ſcilicet pa-
tris,vel affirmatiuè ſi liberauerit, & quietauerit hæredes
teſtatoris de aliquo credito, quod prætendit à teſtatore,
vel negatiua ſi non petierit, vel non moleſtauerit hære-
des pro aliquo ſuo credito,aliàs ſi non ſeruauerit,& con
trafecerit teſtator priuat legatarium vel fideicommiſſa-
rium relicto, quòd eo caſu voluit haberi pro non facto,
& illud ceſſauit,& annullauit,vt vidi teſtamenta his ſimi
libus, & amplioribus verbis concepta, vt relictum de-
beatur, quippè conditiones omnes appoſitæ verificari
debent.l.ſi hære.plures.de cond.inſti.cum pluri.concor.
per Deci.conſilio 417.numero primo,vbi etiam in ma-
teria pœnali, vnde ad propoſitam ſpeciem dicendum
eſt illam dependentem ex facto alterius ſufficere non
verificari in forma, vel negatiua, vel affirmatiua, qua
aſcripta reperitur,vt non debeatur relictum,vel eius ſe-
quatur priuatio,& non implente, per quem teſtator vo-
luit conditionem ipſam impleri, per l.ſi ita fuerit de
manu.teſtam.tradunt Barto.Angel.Cuman.& Imol.d.l.
paterfamil.dicente ibi Imol.hoc eſſe tenendum menti
pro limitatione illius legis,ita in terminis medijs tamen
alijs motus filium, cui fuerat relictum fideicommiſſum
ſub conditione etiam quadam ſeruanda per patrem, &
eo non implente eam, fuiſſe priuatum fideicommiſſo,
latè firmat Pariſ.conſilio octauo.numero 17.vſque ad
fin.lib.tertio.& Gualden.dicto tit.3.cau.4.numero ſe-
cundo, in fin.eo quòd teſtator ſuis rebus talem condi-
tionem apponere poteſt, ideò eius honeſta præcepta ſer
uanda ſunt per l.quoties.C.de dona.quæ ſub mo.& cap.
verum.de condi.appo.cum ſign.ibi in gloſſ.per l.ob res.
ff.de pact.dot.ibi lege enim ſuæ rei dicit, & per alia plu-
ra.Pariſ.conſil.primo, nume.70.& ſequen.conſil.vige-
ſimoſecundo, numero 60.61.libro tertio, & conſil.26.
columna ſecunda, & ſequent.lib.quarto, & in ſpecie
etiam Ruin.dicto conſilio 150.numero 9.10.11.lib.ter-
tio.Alciat.conſilio 38.facti præſens ſpecies, numero 33.
libro nono.

17 Hæc autem procedunt dummodò † teſtatoris vo-
luntas appareat, ſiue in pœnam quid fiat, quod noluit
teſtator, vel ſub conditione impleta vel non, ſeu via
tranſlationis, & poſtrema ſcriptura in teſtamento quid
detur, adimatur, vel transferatur, vt dicta l.ſecunda,ff.
de his quæ pœ.nomi.l.tranſlatio.l.ſi tibi certam.in fin.l.
diui.& tot.tit.de adi.leg.& dicto c.verum.in fin.de con-
di.appo.& quando in vim pœnæ, vel conditionis, vel
tranſlationis teſtator cenſeatur quid dare, vel auferre
pleno, vt aiunt, folio diſcutere aſſumpſerunt Menoch.
conſil.78.Riminal.Iun.& ante eos Ruin.in l.Centurio.
num.71.& ſeq.de vulgar.& pupil.

18 Cum igitur † præcepta teſtatorum licita vel honeſta
paſſim iura clamitant obſeruanda fore, ſequitur quòd
ea ſpernentes datorum, & relictorum priuatione ple-
ctuntur,

19 ctuntur, vt ſi teſtator generaliter † prohibuerit ſuos fi-
lios hæredes alienare aliqua bona hæreditaria, vt ſi alie
nauerint, vel alienare tentauerint, ſua portione hæredi-
tauerint, vel alienare tentauerint, ſua portione hæredi-
tatis alienantem priuauit, & contingat vnum ex hære-
dibus alienare etiam nulliter aliqua bona hæreditaria
ſolùm in vita ſua, eum quidem priuatum tota ſua por-
tione hæreditaria detracta legitima reſpondit Corne.
20 conſ.243.circa primum.in primo dub.li.3.† etiãſi hæres
iuſſus non ſeruat in tempore præfixo à teſtatore facere
quod præcepit teſtator, priuatur hæreditate, idẽ Corn.
poſt Bal.de Bartolinis firmat con.99.quòd ſic, li.1.
21 Idem ſi † teſtator mandauerit vnum ex hæredibus
debere contrahere ſocietatem, & communicare lucra
cum cohæredibus, & ſi hoc non ſeruauerit, priuauit eum
hæreditate, vnde eum abſque alia interpellatione non
ſeruantem tale teſtatoris præceptum in communican-
do, & communicare continuando lucra cum patribus
ſuis cohæredibus iuxta præceptum ipſum hæreditate
priuatum, ſubtiliter poſt alios ante eum conſulentes,
latè defendit Socin.conſil.133. profectò.lib.1.quod eſt
replicatum conſil.174.lib.2. Eò magis hoc procedit,
quando teſtator expreſsè diſpoſuerit quòd inobediens
ipſo facto, & iure ſit priuatus, & ex nunc priuatus eſſe
intelligatur, vt Pariſ.conſil.91.num,59 lib.2.vbi colum.
penult.& fin.multa congerit contra inobedientes præ-
ceptis teſtantium, & per Alexand.conſil.138.col.penult.
22 num.24.lib.1.Amplia hoc † etiam habere locum in ec-
cleſia per inobedientiam ſui prælati, vel adminiſtrato-
ris, qui excepto teſtatoris relinquentis bona eccleſię de-
buerit aliquid ſeruare, & non ſeruauerit. Eccleſia priua-
tur relictis tanquam ad eam trãſlatis ad tempus, & poſt-
eà reuocatis ex lege teſtatoris ab initio validè ſuis rebus
impoſitis, vt eleganter conſuluit Ruin.conſil.27.lib.2.
vbi maximè ſub nume.4.allegat Anchar.conſilio 217.
23 dubium facit tenentem aliquem † relinquentem bona
Eccleſiæ poſſe imponere pro his bonis ſolui collectas
& onera, ac ſi bona ipſa poſſiderentur per laicos, locum
habet priuatio hæreditatis ex dicto præcepto nudo de
non alienando, ſed corroborato ex ipſa pœna priuatio-
nis impoſita in caſu alienationis, quæ etiam non poſſet
fieri per præceptum ipſum ſine conſenſu vxoris prohi-
bitæ per ſtatutum acquirere à marito teſtatore, tamen
per contrauentionem ſequitur priuatio, plenè Alexand.
24 conſil.57.proſpectis.lib.2. † Perditur & legatum ali-
mentorum alicui factum, & ademptum hac conditio-
ne, ſi vitam deteſtabilem & damnoſam ſeruauerit, veri-
ficata per expulſionem familię teſtatoris defuncti ex do
mo hæreditaria, & per verberationem filij teſtatoris fa-
ctam per legatarium contra voluntatem matris filij ver
berati, & ſuorum tutorum, quòd inducit in obſeruantia
conditionis aſcripta, pro conſeruatione legati, probat
25 Cald.conſil.3.teſtator legauit.tit.de teſtam. † legatarius
iuſſus non moleſtare vxorem teſtatoris hæredem ſub
pœna amiſſionis legatorum incidit in pœnam mole-
ſtando vxorem etiam in iudicio, & res legata ſic perdita
poteſt vendicari ab eo, cui teſtator eam pœnæ nomine
tranſtulit, & applicauit abſque eo, quòd prius fuerit pe-
titum in alio iudicio declarari primum legatarium eſſe
priuatum, quia ſufficit hoc peti incidenter in eodem
iudicio principalis vendicationis rei legatæ perditæ,
Alexand.conſil.52.viſo teſtamento, lib.2.repet.in quin-
to lib.conſil.177.ad idem Dec.latè ſequitur conſil.613.
colum.prima, & ſequent.Ruin.conſil.77.columna 3.&
ſequen.lib.2.Socin.Iun.conſilio 113.nume.28.lib.1.Ti-
ber.Decia.conſil.2.nume.93.lib.2.ipſo iure intelligitur
impoſita abſque alia ſententia, idem conſil.1.nume.9.
10.lib.3.
26 Per inobſeruantiam † præcepti teſtatoris etiam mo-
dici momenti poteſt amitti magna hęreditas, ecce valet
præceptum teſtatoris, quòd hæredes debeant maritare
filiam eius cum conſilio Petri, ſub pœna amittendi hæ-
reditatem & applicandi ipſi filiæ, hoc conſilium videtur
modicæ importantiæ, quia tenentur requirere, ſed non
ſequi, ſi tamen non requiſito dicto conſilio maritaue-
rint filiam teſtatoris, vt eius præceptum contemnentes,
perdunt hęreditatem, quæ ad filiam pertinet ita teſtato-
re diſponente, tradit Caſtren.conſil.300.videtur dicen-
dum.lib.primo.& Ioan.de Anan. conſil.15. circa teſta-
mentum.ad fin.& Aym.conſilio primo, columna ſecun
da, & dicit Caſtren.conſilio 292.circa primum, colum.
4.numero 6.verſicu.ſuper quinto.lib.ſecundo, quem
non parentem præcepto teſtatoris propter modicum
defectum poſſe perdere magnam hæreditatem, quia
pœna non commenſuratur culpæ, ſed voluntati teſta-
toris, cui reſiſti non poteſt, & aliud dici non poteſt, niſi
quod ſic voluit teſtator, per l.cum quidam, in fin.C.de
neceſ.ſer.hæred.inſtit.vt ibi per eum plenè loquentem
in materia, & concludentem in fin.vbi ſit pœna à te-
ſtatore impoſita, aliam iudicis admonitionem non re-
quiri.
27 Adeò autem teſtatoris † præceptum huiuſmodi tan-
ti quidem faciendum eſt: quòd ſi videat filios minores,
pronos ad diſſipationem bonorum, & minus induſtrios,
proſpiciendo eis pater in teſtamento, poteſt prohibe-
re eos, ne modo aliquo alienent aliqua bona eorum, vel
diuidant ea vſquequo compleuerint omnes ætatem 25.
annorum, & qui eorum contrafecerint, amittat ſuam
portionem ipſo facto tali Eccleſię applicandam pro di
midia, & pro alia dimidia cohæredibus non contrafa-
cientibus, alibi antè lib.præced.interpre.1.dubit.vlt.ſo-
lut.2.verſic.veruntamen.plenè comprobaui tale præce-
ptum proficuum filijs valere, etiam quoad legitimam,
ac obſeruandum fore, vnde præceptum hoc non obſer-
uans etiam alienando, vel petendo ſolam legitimam
incidit in pœnam priuationis impoſitam., vt conſulen-
do firmat Caſtr.conſil.302.Viſis, & diligenter conſide-
ratis, col.2.lib.1.allegando idem Caſtr.conſi.ſub nu.77.
eo.lib.1.latè ſequitur Nat.conſil.528.nume.1.2.licèt ad
aliqua alia ibi vertat ſuum reſponſum, quia in caſu illo
minor deliquerat pro magis communi quòd valeat tũc
prohibitio etiam in legitima ponit Gab.Rom.de com.
concluſ.lib.6.tit.de legitima concl.1.num.21.pro com-
muni quando prohibitio eſt facta ad tempus, etiam te-
net Gualden.de arte teſtan.tit.8.cau.2.num.4.vt loco
alleg.dixi, idem in ſpecie alienantem vſque ad legiti-
mam contra prohibitionem teſtatoris incidiſſe in pœ-
nam priuationis reſidui hæreditatis ſequitur Ruin.conſ.
136.col.5.num.13.lib.2.idem expreſsè Cephal.conſ.153.
num.91.& eſt text.in §.ſi quis autem, ibi aliud verò to-
tum auferri, in auth.de hæred.& Falcid.
28 Sed † aduerte tamen (vt antè admonui) prædicta lo-
cum non habere, quando præceptum teſtatoris eſſet il-
licitum & inhoneſtum, per l.primam.ff.de his quæ pœ.
nomi.& §.fin.inſti.de leg.& in pluribus caſibus à pœnis
huiuſmodi præceptorum doctores excuſationes addu-
cunt, breuiter aliquos referam.
29 Teſtator † ſororem hęredem inſtituens, mandauit
ſibi fieri in termino anni monumentum marmoreum,
& in eo expendi 20. & ſi ſoror hęres noluerit acceptare
onus exequendi hoc, & ſic executa non fuerit, ſui con-
ſobrini teneantur illud facere: ad quos eo caſu teſtator
voluit ſua bona peruenire elapſo anno, & monumento
per ſororem conſtructo eam à reſtitutione bonorum
conſobrinis facienda defendit Ruin.conſilio 184.viſo
puncto.lib.primo, & primo quòd ſatis eſt ad pœnam
euitandã, quòd ea acceptauit onus, licèt aliter non fue-
rit illud executum inducendo Doct.Bart.in l.ſi fideiuſ-
30 ſor.§.meminiſſe.de legat.1.de arbitro † condemnante
aliquem ſub pœna ad locandũ, quòd ſit excuſatus à pœ-
na per



na per ſolam locationem, licet vlterius in eam non per-
ſiſtat, & patientiam non præſtet, & eò quòd non recuſa-
uit acceptare pœna non eſt commiſſa, exponendo illud
quatenùs noluerit acceptare, id eſt, ſi declarauerit ſe
nolle acceptare, argum.l.ſi ita relictum.§.illi ſi volet.de
leg.1.ad quod declarandum non habet limitatum tem-
31 pus † ad exequendum verò, vt pœna committeretur, re-
quirebatur interpellatio, per l.ſi penum.ff.quando di.
leg.ced.& non ſufficiebat extraiudicialis, quia ad con-
ſtruendum monumentum teſtatori per eum in teſta-
mento iuſſum orta non eſt obligatio, ſed pro authorita-
te teſtatoris conſeruanda competit officium iudicis, per
l.Quintus Mutius.de annu.legat.& l.hæreditas.§.fin.de
peti.hæred.pro interpellatione autem & mora eius qui
tenetur officio iudicis non ſufficere extraiudicialem,
ſed iudicialem interpellationem omninò requiri, text.
eſt & ibi no.omnes in l.cùm poſtulaſſem.de dam.infec.
& hac ratione, quam veram & concludentem reputat,
& ex præſumpta ignorantia contentorum in codicillis,
& ex reſtitutione in integrum concedenda ex iuſta igno
rantia, & ex clauſula generali, ſi qua mihi &c. Ruin.de-
32 fendit, vt ibi per eum, cui addo quòd † terminus anni ad
faciendum monumentum, cum pro hoc non ſit obliga-
tio, nec actio orta, non conſtituit ſororem illam in mora
faciendi, per ea quæ ſcribit Dec. conſilio 2.ſub numero
5.verſ.ex quod ſequitur.limitando.l.magnã.C.de contr.
& committen.ſtipul. per Barto.in l.ita ſtipulatus, num.
40.de verb.oblig.ne eodem tempore contrahatur obli
gatio & mora contra.l.quod dicimus.ff.de ſoluti. ita &
per Gui. Pap.in quæſtio.497.iux.prætactam excuſando
hæredem à mora, & ad talem pœnam omninò requiri-
tur commiſſa mora latè Caſtrenſ. conſilio 47.vltra eã.
verſ.& conſtat, lib.ſecundo.& Aret.conſilio.150.colum.
2.& ſequent.licet poſt alios in eadem cauſa conſulentes
oſtendere ſui ingenij volens acumen multum ſubti-
lizauerit Socin. conſil. 233.lib.primo. Quòd interpella-
tio ſcientia & mora requiratur, latè probat Oldr. conſi-
lio.232. quidam teſtator, conſi.242.tota præſens quæ-
ſtio.colum.1.Anch.conſi.79.ſubtiliter, ver.vlterius. Ce-
phal.conſil.455.num.51.& ſeq.
33 Excuſatur † quis à pœna eo caſu, quo non remanet
læſa voluntas teſtatoris, puta alienatio, vel quid aliud fa
ctum eſt contra prohibitionem teſtatoris, ſed poſteà bo
na alienata reuerſa ſunt ad alienantem, vel quid aliud
contra factum, reſtitutum, & redditum eſt in priſtinum,
antequàm aliquis dicatur læſus, & alicui ſit ius quæſi-
tum, vt per Ang.conſilio 169.ſuper puncto aſcripto,
colum. ſecunda, & maximè quando vltimus prohibi-
tis contrafecit, & non adſit alius cui debeat fieri reſtitu-
tio, Ruin.conſilio 109.numero 16.lib.ſecundo & ſic nul
lius interſit, vt Dec.conſil.584.ad fin.refert Aymo con-
ſilio 254. col.pen.verſic.octauo, & poſt Ancha.conſ.47.
pro clariori, vbi maximè ceſſare debet pœna, quãdo nõ
remaneat impedita executio volũtatis defuncti, & quan
do implementum reſpicit commodum ipſius non parẽ-
tis, Aymo conſi.56.nu.2.3.& ſeq.vbi & alia adducit excu
ſantia à tali pœna, & ſufficit implementum ſemel factũ,
licèt non fuerit ſecutus effectus, Socin.conſil.221. libro
ſecundo.
34 Apparet quis inſtitutus hæres hoc † præcepto ei im-
poſito in teſtamento, quòd debeat accipere cognomen
& arma teſtatoris, & facere ſe nominari de caſata & fa-
milia teſtatoris, quod præceptum alibi dixi honeſtum
& conueniens, & ſi hoc non fuerit ſeruatum, voluit te-
ſtator ſuam hæreditatẽ peruenire ad hoſpitale, & hę-
redi ſic inſtituto decedenti ſine filijs, ſubſtituit alium,
hęrede mortuo ante teſtatorẽ, & ſic non eueniente caſu
quo hæres potuerit dici contraueniſſe, nolendo ſe nomi
nari de cognomine & familia teſtatoris, ceſſat pœna
pro hoſpitale, quòd proinde nihil habet conſequi, vt la-
tè defendit Deci.conſ.273.in caſu propoſito, præſertim
per caſum cum ibi not.per Barto.in l.pater Seuerinam.
35 in principio.de condition.& demonſtratio. † vbi quid
alij præſtandum ſit, legatarius tale quid non fecerit, ve-
nit, & intelligitur, ſi legatarius noluerit facere, & non ſi
non potuerit facere morte præuentus, ita priuatio &
pœna ceſſat extra ſuum caſum poſſibilitatis nolendi, &
de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam non exten-
ditur per l.mulcta.de conditio.& demonſtrat.ſed pro-
priè & ſtrictè facienda eſt interpretatio, vt non ſit locus
pœnæ, vel priuationi, vt ibi per Bartol.& Deci.dicto
conſil. 273.numero 3.& conſilio 290.colum.3.numero
2.3.Alexand.conſil.110.numero.12.lib.3. vbi etiam latè
36 tradit † quem damnatum per teſtatorem ad ſtandum in
communione & communicandum lucra cum fratre,
ſub pœna priuationis hæreditatis, excepta legitima non
debere pati talem priuationem mortuo fratre, & non
interpellatum conferre lucra non dici in mora confe-
rendi: ideò pœnam non conferentis pati non debere.
per l.ſi quis filium.§.fin.ff.de collatio.bonor.& l.ſi pœ-
nam.ff.quando di.leg.ced.& ſtante ſua ignorantia præ-
ſumpta teſtamenti paterni ad not.in l.eius qui in pro-
uincia.§.fin.ſi cert.pet.& ad Bart.& ali.in l.qui Romæ.
§.duo fratres.in 3.quæſt.de verb.obliga.non debere pu-
niri tali pœna priuationis, per l.genero.ff.de his qui not.
infam.l.generali.C.de tabular.lib.10.vt per Alex.dicto
conſil.110.lib.3.
Proinde ſequitur, vt vidi teſtamentum cuiuſdam ex
vili prole orti, & ex vili artificio mulieris aliquantu-
lum ditati habentis vnicam filiam nuptam viro ex no-
bili & antiqua familia ciuium orto in loco, & inſtituen-
37 tis hæredem nepotem ex filia prædefuncta † hoc præ-
cepto adiecto, quòd debeat ſe appellari, & cognomi-
nari facere de cognomine & familia ipſius teſtatoris, &
non ſui patris, aliàs priuabat eum hæreditate deferen-
da ad alios. Huic hæredi conſului, vt iudicem adire de-
beret, & corã eo, citatis eis, quibus delata eſt hæreditas
in pœnam ſuæ priuationis proponere, & probare ſem-
per citra iniuriam loquendo vilitatem familiæ teſtato-
ris, & nobilitatem familiæ ſui patris, quibus probatis à
iudice obtinere debet declarationem ſibi licuiſſe & li-
cere impunè ſpernere tale præceptum, vti contra ius, &
inhoneſtum ſibi, & familię ſuæ propriæ & originali, nam
primùm talis modus agendi & implorandi officium iu-
dicis ſuper declaratione exceptionis, vel iuris alicui
competentis, probatur per gloſſ.& Doctor.in l.ſi con-
tendit.ff.de fideiuſ.in l.Aurelius.§.centum.de liber.leg.
in l.ſi duo patroni.in princip.ff.de iureiur.Bartol. & alij
in l.ſi finita.§.eleganter.de dam.infect.Alexand.conſi-
lio 70.colum.1.num.3.lib.7.Angel.Aret.in rubr.colum.
19.verſi.& eſt aduertendum.inſtit.de except.Marſil.ſin-
gul.280.Petr.Gerar.ſing.91.Contard.Genuen.in com-
mentar.l.diffamari.de inge.& manu.in ampliationibus
17.amplia.num.108.& ſequent.Ruin.conſil.139.colum.
1.& ſequent.libr.5.Quòd autem iudex ita debeat decla-
rare præceptum illud contra ius, & inhoneſtum, proba-
38 tur, quia † contra ius eſt quòd filius debeat ſe cognomi-
nare, de familia matris & non patris, cùm filius quoad
honores, & familiam ſequatur conditionem patris &
non matris.l.1.ff.ad munici.l.3.C.de munici.& origi.lib.
10.& text.clarius in l.familiæ.§.1.ff.de verborum ſignifi.
& ibi Alciat.tenet neminẽ præter principem poſſe con-
ſtituere, vt filij matris originem ſequantur, & non patris,
ita lege expreſſim prohibitum eſt, vt l.exemplo.C.de
decu.libro.10.quia & ſecundo illud præceptum indig-
num, ignominioſum, & inhoneſtum arbitrandum eſt,
quo quis dimiſſo cognomine nobilis ſuæ originariæ fa-
miliæ debeat adhærere, & aſſumere cognomen alienæ,
vilis & plebeiæ familiæ: ideo reſpuendum & reijcien-
dum eſt ab inſtitutione hæredum tale præceptum, & ha-
bendum

bendum pro non ſcripto per l.conditiones.l.filius.ff.de
condi.inſtitu.& l.3.§.ſi emancipatus.de bonor.poſſeſſ.
contab.& l.nepos Proculo.de verborum obligat.in ſi-
mili ſpecie firmat Oldr.conſil.16.thema tale eſt, Titius.
col.2.verſ.ſi autem prædictæ.facit l.ſed ſciendum in fin.
& l. facta.§.ſi verò turpis.ff.ad Trebel.

39 Quæritur item quando† pœna per teſtatorem impo-
ſita tranſeat ad hæredem hæredis, ſeu alios, pro clariori
reſolutione diligenter reſpiciēda ſunt quæ & quales ſint
formulæ verborum,quibus præcepta pœnalia teſtãtium
concepta ſunt;

40 Námque aut teſtator † proprio, vel relatiuo nomine
alicui perſonæ quid faciendum, vel dandum imponit
ſub pœna priuationis relictorum,vt plurimum aſcripta,
& infra certum tempus: quo quidem tempore durante
ſi iuſſus tale quid facere vel dare obierit, eius hæres ad
talem pœnam non teneri: ex duplici ratione, quia cer-
tam perſonam pœna reſpiciens eam non egreditur.l.
mulcta.ff.de conditio.& demonſtrat.non affligitq;, non
delinquētem.l.ſancimus.C.de pœn.& quia primo iuſſus
non fuit in mora, nec eius hæres, ergo ſine mora ceſſat
pœna,l.ſi pœnam.ff.quādo di.leg.ced.ex facto conſuluit
Bart.conſil.7.factum tale eſt,Andræas quidam Martini,
quem ſequuntur eius dicta reaſſumentes in pleriſque lo
cis Doct,vt Alexand.in l.fina.colum. ſecunda,ſub num.
4.ibi Iaſ.colum.3.verſic.ſecundo limita.C.de hæred.in-
ſtitu.ita quòd melius loquatur,& diſtinguat Bartol,in d.
conſil.quàm faciat ibi Bald.in quæſt.22.nume.42.vt te-
nent Roman.num.4.& ſequent.Alexand.Aret.colum.
fin.Iaſ.colum.fi.in l.ſi quis filium.§.fin.de acquir.hæred.
plenè Aret.in l.paterfam.colum.ſecunda,& ſequent.de
vulg.& pupil.pleneq; Alexand.conſi.140.viſo dicto te-
ſtamento.num.34.lib.6.& Riminal.conſil.328.viſa facti
narratione.num.19.& ſeq.vbi latè de pœna appoſita ali
cui nomine proprio, quòd non trahatur ad alias perſo-
nas etiam ei ſubſtitutas,& Dec.in l.qui per ſucceſſionē.
num.4.plenius ibi Cagn.nume.11.de reg.iur.relatiuo &
reſtrictiuo nomine dicitur quis iuſſus hoc modo, infra-
ſcriptum,ſupraſcriptum.& prædictum,& poſteà, vel an-
teà fuerit ſuo proprio nomine expreſſim nominatus, vt
allegant Docto.& Menoch.conſil.89.nume.134.& ſeq.
Soc.Iun.conſil.54.nume.9.& ſeq.lib.4.Aym.conſil.98.
num.8.cum ſim.

Vnde ſi ceſſante ſecunda ratione contigerit illum,
41 cui teſtator tale præceptū pœnale fecit deceſſiſſe † poſt
moram per eum commiſſam contra ſuum hæredem,pri
uationem actione ex teſtamento obtinere poteſt is, ad
quem deuoluta & tranſlata ſunt bona per dictam.l.1.C.
de his quæ pœ.nomi.cum ſimil.per doct.in rubr.ff.eod.
vt in ſpecie decidit Barto.conſ.29.proponitur quòd in
teſtamento Franciſconi.non obſtat quod Aym.in conſ.
59.in fin.ait eum probari in additionibus, quia ſolùm
ibi in additionib.contradictio fit,quòd mora non com-
mittitur abſque interpellatione ergo mora exiſtente,ibi
apoſtillą is tranſit cum Bart.in d.conſil.cum quo etiam
contra defunctū purificata conditione prouiſionis pœ-
nalis tranſit Aret.in d.l.paterfam.col.fin.de vulg.& pu-
pil.alia allegata per Aym.dicto conſil.59.in fin.loquun-
tur in his, quæ non admittuntur niſi per querelam iniu-
riati, quæ non valet fieri contra hæredem,per l.fina.de
reuocan.donat.cum ſimil.ſecùs eſt in hærede, qui non
paruit præcepto teſtatoris,quia priuatur ipſo iure, Bald.
in auth.hoc amplius.nu.6.C.de fideicommiſſ.& ibi alij
ſequuntur,Salyc.in 3.quæſt.& Iaſ.colum.fina.verſicu.ſe-
cundo not.reprobans Caſtr.contrarium inaduertenter
dicentem, & ſicut contra ipſum priuatum,& quemlibet
poſſeſſorem poſſent vendicari bona, ita & contra eius
hæredem.l.commiſſa.de publi.l.videamus.ff.quod met.
cau.quod enim ipſo iure fit,tranſit aduerſus hæredes,ad
hoc concordan.cumulat Tiraquel.in l.ſi vnquam.verſi.

reuertatur.nume.296.de reuoc.don.abſque alia decla-
ratoria iudicis facta cōtra defunctum, tenet Boſſi.tract.
crim.tit.de ſenten.num.47.

42 Aut teſtator nomine † appellatiuo tantum præcipit,
& iubet, vt puta per hæredes eius aliquid fieri vel dari,
aliàs quòd priuati ſint,tunc hæredum hæredes ſubijciun
tur etiam tali pœnę priuationis,vt dictionem hanc pro-
bant omnes ſuprà alleg.in d.l.fin.& in d.l.paterfamil.&
d.l.ſi quis filium.§.fin.per doctr.Bart.in l.Lucius.§.1.de
leg 3.Alexan.conſil.56.nume.1.lib.1.d.conſil.140.lib.6.
43 & Ruin.conſil.44.nume.18.lib.2.quia † verè & propriè
hæres hæredis dicitur hæres teſtatoris primi defuncti ſe-
cundùm communem opin.Doct.collect.à Tiraquel.de
retract.tit.2.§.1.gloſ.6.num.21.à Ceph. conſil.393.num.
64.& Menoch.d.conſil.89.nume.128.& ſeq.

Idem videtur dicendum ſi adijciantur verba illa in-
fraſcriptos, vel ſupraſcriptos hæredes & nominatis hæ-
redibus plures alij gradatim nominibus collectiuis fue-
44 rint ſubſtituti, † quòd ſubſtituti ſicut primi inſtituti
comprehendantur ſub tali præcepto, ita omnes dican-
tur hæredes teſtatoris,vt probat Corn.conſil.279.vide-
tur prima facie.colum.ſecunda, & ſequent.lib.3.& Ay-
mo conſilio 243.nume.1.2.eſt gloſſ.1.in l.quæ conditio.
45 in princip.de condition. & demonſtration. † Quòd ſi
facta inſtitutione & ſubſtitutione hæredum dicatur, ad
quemcunque fuerit delata hæreditas, ille ſit hæres,ſi io.
dederit Titio, ita ſub tali cōditione dandi poſſunt com
prehendi tam inſtituti hæredes, quàm ſubſtituti per di-
cta gloſſ.ibi iuncto text.& per Socin,ibi num.6.idem in
l.ſi à primo.in princip.nume.4.de liber.& poſthum.no-
46 tat † appellatione inſtitutorum venire ſubſtitutos etiam
in conditione ſpecificè implenda per l.mulier.in fin.ibi
Bartol.& Bald.de cond.inſtitu.nam generale verbum
hæredes ſuos comprehendit, & primos hæredes, & ſe-
cundos ſubſtitutos, quando ſecundi veniunt ad ſucceſ-
ſionem primorum ex iudicio teſtatoris exemplifican-
do in pupillari tenet Caſtr. in conſilio 49. notandum
eſt.columna ſecunda, verſic.in contrarium tamen.lib.
47 ſecundo. † Idem dico in ſubſtituto fideicommiſſario,
cum veniat & ſuccedat iſte etiam iuridico teſtatoris per
text.in l. credendum.§.ſi verò maritus.ibi quæ alieno
iudicio.ff.qui pet.tut.& l.ſed & ſi ſic.de legat.3.maximè
cùm tale pręceptum de aliquo dando,faciendo vel ob-
ſeruando contineat actum & effectum ſucceſſiuum du-
raturum ad commodum aliorum, pro quo explendo
etiam effectus ipſe,& eius caſus indicat in perſonas ſub-
ſtitutorum quorumcunque, & hæredum. vt l.2. C.ad
Trebel.l.2.ff.eod.vbi de fideicommiſſarijs, & præſum-
pta voluntate teſtatoris, quòd teneantur ad onera lega-
torum, & de hæredibus hæredum in locis ſuprà proxi-
mè alleg.qui pariter tenentur ſeruare honeſta præcepta
teſtatoris vti legem.§.diſponat in authent.de nupt.cum
vulg.& non ſeruando delinquunt quodammodo.l.aliud
eſt fraus.de verbor.ſignific.iuncto tot.titu.ff.& C.de his
quæ pœ.nom.& l.mulcta.de condit.& demonſtr. & pro-
48 pterea concludo † prohibitionem factam à teſtatore
non finiri in primis perſonis, quia non finitur delictum,
quod menti tenendum mandat Bald.notando ex illo
text.l.fin.in fin.C.qui non poſſ.ad libert.perue.& quia
ea, veluti lex ſemper loquitur, & complectitur omnes
ex ea immediatè, mediatè, ac realiter ſentientes com-
modum, vt ſingula hæc nota ſunt, & probatur per l.Ar-
riani.C.de hęretic.dicit in ſpecie Bald.in l.quidam elo-
gio.colum.2.num.3.verſic.tertiò præmitto, ad fin.C.de
iur.deliber.quòd teſtator ſemper videtur iubere quan-
tum ineſt, & l.1.§.pro ſecundo.de cad.tol.cum ſimil.ibi
in gloſſ.in verſic.ſentire,& l.ſecundùm naturam.de reg.
iur.ita ex commodo reali & extenſiuo inter omnes po-
ſteros onus eſſe perpetuum inter filios teſtatoris, & de-
ſcendentes ex eis arguit Anchar.conſil.152.plura ſunt
dubia.



dubia.colum.pen.† Fallit in ſubſtituto vulgari,in quem
49 non tranſit onus ſimpliciter impoſitum inſtituto poſt
Bar.declarant Bal.& Imol.in l.ſub conditione.ff.de hæ-
red.inſtitu.

50 Præcepta † teſtatorum hæredibus quandoque facta
de ſtando in communi, vel de communicandis bonis,
prout diuerſis verborum formulis dictata reperiuntur,
ita diuerſam recipiunt interpretationem: nam ſi dicant
reſpiciendo rem, quòd bona teneant & poſſideant cō-
muniter,quòd omnia ſint inter eos communia,hoc im-
portat quòd altero parato in communi bona ſua cōfer-
re,bona omnia ſint communia æqualiter,per l.fi.§.Lu-
cius.de lega.2.& per eadem verba,l. Lucius.in princip.
ad Trebellia.tradit Bart.in conſil. 168. quidam habens
num. ſecundo, & in l.Quintus. de an.leg. & probat tex.
in l.3.§.de illo.ibi communis ſit.ff.pro ſoc.ſi verò dicāt
reſpiciendo actum verbi, vt quòd debeat ſtare & mo-
rari communiter,per hęc verba lata ad plures habentes
patrimoniū commune & indiuiſum ſignificatur quòd
fructus percipiantur in communi, & de communi etiā
fiant expenſæ nulla habita ratione, quòd alter habeat
maiorem familiam altero, vt ibidem firmat Bart. expo-
nendo verbum communiter, id eſt æqualiter, per dictū
§. Lucius.ſequitur Alex.conſ.76.viſo themate. numero
51 2.lib.4.vbi in 2. col.† ex tali communione iuſſa per te-
ſtatorem de communicandis lucris & expenſis cōcludit
non venire expenſas dotationum filiarū,quia ſunt one-
ra nimis magna,ſic per veriſimile cogitatum teſtatoris,
l.cùm in teſtamento.de reb.dub.nec venire hæreditatē
aliunde alicui obuenta,nec legatum d.l.3. §. 1. & l.nec
adiecit.ff.pro ſoc.

52 Item pluribus † fratrib.inſtitutis his verbis adiectis,
cum hac conditione vni ex fratribus impoſita quòd de-
beat redire,ſtare, & morari continuò,& bona ipſius cō-
municare vnà cum certis ſuis fratribus cum pœna, ſi
hoc facere noluerit, priuationis ſuæ hæreditatis appli-
candæ alteri fratri,qui illo caſu ſit hæres inſolidum, quē
quidem alterum fratrem euenit,ſuperſtite filio, deceſ-
ſiſſe non adita hæreditate,ſuper hac facti ſpecie conſu-
luit Bartol.conſi.4.factum tale eſt,quidam Dominicus,
53 probando illa verba † cum hac conditione, hoc in caſu
non importare conditionē,ſed modum ex pòſt implen-
dum iam per hæredem redeundo, & communicando,
non attēto verbo,conditione per l.Mæuia.ff. de manu.
teſtamen. & l. ſecūda.§.fin.de dona.vt & bene declarat
54 Aret.conſil.150.in prin.vbi etiam in dubio dicit† verba
teſtamenti interpretanda eſſe,vt ſignificent modum po
tius quàm conditionem:idem conſil.154.colum. ſecun-
da,vltra medi.vbi etiam exponit illa verba,hac coditio-
ne, id eſt, hoc onere idem Alexand.conſil.102. colum.
prima,& ſequent.num.4.lib.primo,Socin.conſil.21.nu.
18.lib.3.nec non Bartol. dicto conſilio 4. num.4.ob di-
ctionem,vnà,exponendo Grammaticaliter probat om
nes fratres ſic inſtitutos ad inuicem vt alij fratri teneri
communicare bona quæ propria erant exinde conclu-
dit fratrem ſuperſtitem teneri communicare filio ſuper
ſtiti & hæredi alterius fratris prædefuncti bona quæ ha-
bebat propria, cum emolumentum hoc ad ipſum præ-
defunctum pertinens in vim modi, ſicut legatum & fi-
deicommiſſum purè relictum fuerit trāſmiſſum ad eius
hæredem l.1.& 2. C.de his quæ ſub mo.vt per Bar.d.cō-
ſil.& per gloſſ.in l.à teſtatore.de condit.& demōſtrat. &
l.ſi poſt diem.§.ijſdem autem.ff.quando di.leg.dicit idē
Bar.iſtam eſſe veritatem,in l.quibus.§.fin.ſub nu.13. de
55 condit.& demonſtrat.eo etiam accedēte quòd † præle-
gatum factum cohæredi non adeūti hæreditatem debe-
tur,& l.qui filiabus fin.de leg.1.

56 Quid autem econtrà operetur † præceptum teſtato-
ris,quod in teſtamento facit filijs hæredibus ſuis quòd
debeant tèmpore diuiſionis bona æqualiter diuidere,
declarat Bart.in l.cum pater.§.dulciſſimis. de l.2. quem
ibi Cuman.& Imol.ſequuntur,vt ibi per eos.

57 Et quando aliqua † res puta domus,ex iuſſu teſtatoris
debeat remanere communis inter filios hæredes, & eo-
rum ſucceſſores non tranſit ad extraneos hæredes, neq;
etiam per creditores ipſorum filiorum poteſt capi in te-
nutam probat Capra conſil.126.

Et de his communionibus inter hæredes,& diuiſioni
bus factis iuſſu teſtantium ad alios effectus iuris occur-
rentes alibi in ſuperioribus dixi.

58 Teſtamentum vidi continens † mandatum cuidam
cauſidico prius procuratori ad lites exiſtenti factum ſpe
cialiter nomine,& in animam teſtatoris etiam defuncti
ad iurandum in ſupplementum probationis ſuæ certæ
intentionis deductæ in cauſa, & lite, quam pendentem
cum alio ipſe teſtator habebat, nunquid tale mādatum
valeat:reſpondeo primo,aut viuente teſtatore per pro-
curatorem lis ipſa conteſtata fuit; vnde procurator di-
citur dominus litis effectus, mortuóque principali do-
mino conſtituente, & ceſſantibus cauſis reuocationis
etiam procurator irreuocabilis remanet, & inchoatam
cauſam, iurgiúmque finire poteſt. l. procuratoribus, &
l. nulla.C.de procurat.gloſſ.& Docto.ibidem,& l.ſi.de-
functus.in princip.ff.eodem,& in l.mandatum.C. man-
dat. Tunc abſque dubitatione aliqua valet mandatum
hoc in teſtamento datum denuò, & ſuperfluum quodā-
modo reputatur, quia abſque eo,& ex ſimplici manda-
to iam inter viuos facto procurator ipſe ita poſt litem
conteſtatam dominus effectus litis potuiſſet admitti ad
iurandum in ſupplemētum probationis, vt ſingulariter
decidit Corn.conſil.21.viſa dicta repudiatione.col.pen.
verſ.& ſi qua dubitatio.lib.2.

59 Aut & ſecundo † poſt mortem teſtatoris lite nondū
conteſtata ita mandato iam facto per mortem mandā-
tis exiſtente reuocato. §. rectè. inſtit. manda. & l. inter
cauſas.in princip.ff. eo.inuenitur in teſtamento datum
mandatum ad iurandum,vt propoſitum eſt, tunc & ſa-
nè dicendum eſt tale mandatum valere, probatur per
hanc communem theoricam:nam de eo quòd quis for-
taſſe cogitans de breui ſe moriturum, & credens in vita
non poſſe expedire,in teſtamento procreatorem infor-
matum conſtituit ad peragendum illud, & expedien-
dum etiam poſt teſtatoris mortem, ita demùm valet
mandatum in teſtamento factum de perficiendis poſt
mortem collatum, mortéque mādantis non expirat per
l.ſi verò non remunerandi.§.final.ff. mand. tradunt ibi
gloſſ. Bar. Alber.Bal, & Fulg.& l.mortis cauſa capimus.
§. Titia.ff.de donat.cauſa mort.& ibi Bartol.Roman.&
Imo,& Bar.Angel.Caſtr.& Imol.in l. fi. ff.de ſolut.Cyn.
Bal.& Salyc.in l.mandatū.C.mand.firmat. Aret. conſil.
66.colum. Bar. in l. ſecūnda.§.ſed ſi quis mihi.ad fin.ff.
de donat.& cum alleg.per Sebaſt.Mediolan.ſuo lib.tit.
mors omn.ſol.part.ſecunda,concl.64. ad num.190.præ
ter alleg.per eum,& Dec.conſil.441.colum.pen ult.nu.
8.& Socin.conſil.11.col.penult.in fin.& ſequent. lib.tit.
60 primò, vbi † teſtator poteſt conſtituere procuratorem
ad exigendum debitores ſuos cuiuſcunq; generis, & da-
re etiam mandatum duraturum poſt mortem, per l.ſed
interim. §. ſi vxor.ff. de donat.inter vi. & vxor. & Bald.
in l.ex legato.ad finem.numero 12.C.de legat.not.dicit
61 quòd † teſtator poteſt alicui mādare actiones, ita quòd
hæredis mandatum amodo ſit ſuperuacuum, & tale te-
ſtatoris mandatum durat poſt mortem, duplici ratione,
quia eſt mandatum in rem ſuam mandatarij, & quia
poſt mortem collatum eſt, potuitq; miſceri teſtamēto,
cùm tendat ad idem cum ipſo per not. in l. hæredes pa-
lam.in fin.ff.de teſta.idem Bald.in capt.auditis. in fin.ff.
62 de procura. dicit quòd † validè quis poteſt conſtituere
procuratorem poſt mortem ſuam ad diſtribuendū bo-
na ſua pauperibus, & fauore animæ valet ob iſtā incer-

titudinem perſonarũ pauperum per c. cum tibi. de teſt.
aliàs ſi perſonæ eſſent certæ, generaliter valeret, quod
comprobat. Socin. in l. quidam relegatus. colum. 5. ſub
num. 13. de reb. dub.

63 Aduerte quoad iurandum per † procuratorem cum
debeat iurare in animam conſtituentis per gloſſ. in cap.
tibi. 63. diſ. abſurdum videri procuratorem poſſe iurare
in animam domini conſtituentis poſt eius mortem, &
64 eum obligare periurio, quia † defunctorum animæ ſunt
extra perturbationem huius mundi, & quieſcunt in Do-
mino, gloſ. in cap. pacem. de conſecr. diſt. 2. dicerem hoc
iuramentum procuratoris retrahi ad tempus mandati,
quod Dominus ſic conſtituendo procuratorem ad iu-
randum, videtur ſe obligare tunc periurio, ſi per procu-
65 ratorem committeretur iurando arg. eius quòd † hæres
conſtituendo procuratorem ad adeundam hæredita-
tem, quod fit animo, videtur tunc adijſſe per not. in l.
per procuratorem. ff. de acquir. hæred. & in l. ſi auia. C.
66 de iu. delibe. vel dici poteſt quia † mandatum poſt mor-
tem teſtatoris collatum poteſt reuocari per hæredem, l.
fundi venditor. §. 1. ff. de acquiren. poſſeſſ. & ibi Caſtr.
Roman. & alij tenent, & Socin. d. conſil. 11. colum. fin. in
princ. libr. primo, quo quidem non reuocato, procura-
tor ipſe dicitur hæredis procurator, & non defuncti, niſi
fictione iuris ipſius defuncti, cuius perſona per hæredẽ
repræſentatur in auth. de iureiur. à mor. præſt. poſt prin-
cip. dicit Socin. conſil. 112. multum abunde. colum. ſex-
ta, verſi. ſecundum eſt. libr. primo, ergo ſuum iuramen-
tum in animam domini ſui principalis intelligitur in
animam hæredis.

67 Relinquit † teſtator, & mandat per hæredem, legata-
rium, ſeu alium ſatisfieri omnibus à ſe recipere, & ha-
bere debentibus, committendo, & remittendo quan-
doque arbitrio eius per quem facienda eſt ſatisfactio,
quibus ſit faciendum: huius autem relicti, ſeu mandati
interpretatio circa hæc verti videtur: primò quòd ex
tali relicto non poteſt experiri & obtinere creditor te-
ſtatoris prætenſus, qui exceptione præſcriptionis legis
communis vel municipalis poſſet excludi, per l. ſi is cui
§. 1. de ſoluti. ibi Bar. & alij tradunt, & l. legaui. ibi Bar. de
liber. lega. & Bart. in l. ſi creditori. de legat. 1. vbi ampliat
in quacunque exceptione, qua poſſet creditor repelli,
ſequendo adducit Crot. conſil. 37. numero. 10. hoc enim
procedit quando relictum eſſet ſimpliciter factum nul-
la quãtitate debiti expreſſa, ſecus eſſet vbi eſſet expreſ-
ſa debiti quantitas, puta, Mando ſolui centum, quæ de-
beo: quia præſcriptio non tolleret debitum quin rema-
neret naturaliter debitum & ſic veniret in legato l. qui-
bus diebus. §. dominus. & ibi Bar. & alij firmãt de cond.
& demonſtr. vbi etiam tradit Bart. relictum debiti ſim-
pliciter factum non expreſſa quantitate nihil releuare,
niſi probetur debitum, per d. l. legaui. in fi. idem Caſt. &
alij in d. l. ſi creditori, & intelligitur tale mandatum de
ſoluendis debitis, vel legatis validis & exigibilibus. Nat.
conſil. 402. col. fin.

68 Secundò † ſi teſtator eſſet debitor plurium, & aliquo
rum principali nomine, & aliquorũ fideiuſſorio nomi-
ne intelligeretur mandaſſe ſatisfieri debita, ad quę prin-
cipaliter tenetur, & non fideiuſſorio nomine cum hæc
poſſent excludi exceptione executionis prius faciendæ
contra principales debitores, auth. præſente. C. de fide-
iuſſo. vt poſt alios tenentes contra Bal. declarat Iaſ. in l.
ſi fideiuſſor. in princ. colum. fi. de legat. 1. & melius Ang.
Aret. tract. de teſtat. in gloſ. 40. incip. item mandauit.

69 Tertiò ſi † ex verbis talis relicti aliquo modo ſignifi-
cantibus debitum in diem, vel in futurum ita appareat
ipſum relictum factum, is quidem qui iuſſus eſt ſatisfa-
cere, tenetur ſoluere etiam debita in diem, & legitimã
iure naturæ cui deberetur ex bonis teſtatoris, probat
Corn. conſilio 34. quanquam verba. libr. 3. & debita in
diem, vel ſub conditione omninò extitura, Caſt. in l. ſi
ita ſcripſiſſet, de legat. 2. ſequitur Crot. conſil. 14. nu. 19.
non ita dicendum eſt quando relictum hoc reſtrictum
70 eſt ad debita contracta, & † facta ante mortem teſtato-
ris, quia etiam ex contractu conductionis gabellarum
facto ante mortem teſtatoris, non veniunt pagæ & ſolu-
tiones decurſæ poſt dictam mortem, vt not. dicit Bald.
conſ. 446. caſus talis eſt, Gregorius de Marinettis de
Ferraria. lib. 1.

Quartò vbi circa talem ſatisfactionem debitorum
71 teſtator ſe remiſit † voluntati eius, per quem mandauit
ſatisfactionem fieri, hoc vel ſimili modo, ſecundũ quod
placebat Petro, & de hoc credi, vel ſtare voluit dicto,
vel aſſertioni ipſius Petri: nã hoc relictũ vti captatoriũ,
& dependens à voluntate aliena, & probatione alia nõ
apparente de debitis non valere ex facto reſpondit Bar.
conſil. 168. quidam habens num. 3. & ſeq. comprobat in
l. Theopompus. num. 4. de dot. præleg.

Tempera hoc niſi in teſtamento dicatur, & quoad
quantitatem debiti, & quoad perſonas creditorum te-
ſtatorem dixiſſe in ſecreto ipſi iuſſo, & mandatario, quia
tunc valeret relictum, & ſtaretur dicto mãdatarij per ea
quæ latè ſcribit Ruin. conſi. 19. nu. 5. & ſeq. lib. 2. & dictũ
mandatarij ſic non operatur ad diſpoſitionem, ſed ad
declarationem, vt poſt alios per Soc. in l. ſi ita ſcripſero.
de conditio. & demonſtr. opportunéque per Alex. conſi.
54. ſub num. 3. & ſeq. lib. 2. Afflict. deciſ. 371. nu. 5. & ſeq.
& alibi dixi.

72 Quanuis † teſtator mandando de bonis ſuis cõſtrui,
fundari, & dotari ſacellum, ſeu capellam non poſſit mã-
dare & diſponere, quominùs epiſcopus loci ſe intromit
tat in dicta capella, prouidendo ei de rectore, ſeu capel-
lano, qui habeat in ea celebrare diuina, & ſpiritualia, &
temporalia recipere, Deci. conſi. 121. num. ſecundo, ter-
tio, & omne aliud mandando quod ſit contra canones
non valeat & habeatur pro non adiecto, Calder. conſil.
14. teſtator reliquit, ti. de teſta. Abb. conſilio 59. quidam
73 dominus Iacobus. ad finem, lib. ſecundo, † tamen man-
dando quòd eidem capellæ prouideatur, & ea confera-
tur presbytero ſeu capellano idoneo, qui per ſe, vel aliũ
presbyterum debeat in ea celebrare Miſſas, valet huiuſ
modi præceptum teſtatoris, & debet ſeruari in hoc,
quòd ad dictam capellam nõ poteſt præſentari, nec in-
ſtitui in capellanum, qui habitu & actu ſimul non ſit ſa-
cerdos in ſacris celebrans miſſam, aliàs pręſentatio non
valet, & ordinarius poteſt alium actualiter ſacerdotem
in capellanum inſtituere, vt latè probat Barb. conſil. 33.
colum. 4. verſic. modo dicitur & per tot. libr. ſecundum,
quia huic præcepto honeſto per teſtatorẽ ſuæ rei dicto
parendum eſt, cap. verum, de cond. appoſ. capit. vltima
voluntas. 13. quæſtio. 11. cum ſimil. & pulchrè per Anch.
74 conſ. 129. ſuper primo dubio. ad fin. vbi † epiſcopus de-
bet ſeruare diſpoſitionẽ teſtatoris circa adminiſtratio-
nem conceſſam laico de bonis relictis ad vſus paupe-
rum, & ad aliud non ſe intromittere, niſi ad tuitionem,
& executionem ipſius diſpoſitionis per Cle. quia con-
tingit. de relig. dom. & cap. ſi hæredes. & cap. tua nobis.
75 de teſta. Debet quoque ſeruari † præceptum teſtatoris
circa alienationem bonorũ ſuorum per eum relictorũ
eccleſia alia canonica ſolennitate non ſeruata de bonis
eccleſiæ non alienandis vt tradit Caſtr. conſil. 436. viſis
omnibus ſupradictis. verſi. prętereà ſatis. lib. 1.

Vide tamen quòd ſi quis reliquerit centum eccleſiæ
pro emendis tot bonis ſtabilibus, intelligitur exinde ta-
citè prohibere, ne talia bona vendi poſſint, per tex. in l.
Titio centum. in princ. de condit. & demonſtrat. Idem
ſi de pecunijs, & mercantijs mandauerit emi tot bona
ſtabilia, hæc bona pariter cenſentur ſub prohibitione à
teſtatore intellecta, ne poſſent alienari, per dict. l. Titio
centum. in prin. tradit Socin. conſil. 249. materia. col.
16. ver.



16. ver. circa quartam & vltimam lib. ſecundo, pro ſin-
gulari ponit Catel. Cot. in ſuis memor. in verſi. teſtator
legando.

76 Quid ſi teſtator reliquerit † altari exiſtenti in aliqua
eccleſia petiam terræ pro victu presbyteri de Miſſa, qui
debet idem celebrare miſſam, hoc ita recipitur quod
principalis rector illius eccleſiæ recolligit fructus petię
terræ legatæ, & tantum præbet presbytero inſeruienti
illi altari, quantum ei ſufficiat pro ſuſtentatione & vi-
ctuali ſtipendio, & quod ſupereſt de fructibus pro ſe re-
tinet vt decidit Bald. conſilio 250. viſo iſto proceſſu. nu-
77 mer. 4. 5. libr. 4. & vbi reuocatur in dubium an † Miſſæ
fuerint celebratæ, pro legato iſta de cauſa facto eccleſię
ſtari & credi debet dicto cum iuramento ipſius rectoris,
vel curati, vel guardiani fratrum, quando tale relictum
pro Miſſis celebrandis factum fuerit eccleſiæ fratrum,
vt ſæpiſſime fuiſſe iudicatum in illa curia firmat Guid.
Pap. in quæſtio 614. ſi relinquatur, facit Roman. conſil.
76. in cauſa nobilis. colum. ſecunda, verſic. quoad quar-
tam. & gloſſ. in ver. ſacramento, in l. properandum. §. &
ſi quidem pars. C. de iudi. vbi id eſſe propter difficilem
probationem.

78 Mandauit teſtator, † quòd legatarius debeat ædifi-
cari facere domũ hæredi, vel quòd debeat ſoluere om-
nia legata per ipſum teſtatorem facta in ſuo teſtamẽto,
quoad primum inſpicienda ſunt hæc legati quantitas,
& impenſarum quantitas pro ædificanda domo, quæ,
quales, & quantæ ſint, quæ ideò vbi ſuperant quantita-
tem legati, vt legatum ipſum, vtile remaneat legatario,
Dec. conſil. 324. colum. ſecunda, ſub num. 3. verſic. ſexto
id ſuadetur. Caſtr. conſil. 383. notandum eſt, colum. pri-
ma, verſic. de mente vero. cum alijs ſimil. pluribus conſ.
203. num. 8. 9. lib. primo, determinatio fit, quòd legata-
rius debeat ponere operam & pretium operarum, lapi-
des verò & tigna, cæteraq; remanẽtia in ſubſtantia ædi-
ficij, ſumptibus hæredis facere & ponere debet, per l.
Titius. de legat. tertio, ita Bald. in l. prima. §. ne autem.
col. 2. num. 13. de cadu. tollen. Alterum pariter interpre-
tatur, ne legatũ inutile deriſoriúmve ſit legatario, quòd
legatarius ipſe teneatur tãtum ſoluere legata valida cõ-
ſiſtentia in quantitatibus: non autem ea, quæ facta ſunt
creditoribus, & quæ conſiſtunt in ſpeciebus, vt latè pro-
bat Caſtr. conſil. 50. viſo. codicil. lib. 2.

79 Quid ſi quis exiſtens † executor teſtamenti alterius,
puta Titij, credens forſan eandem poteſtatem, quam ha
bet de accipiẽdis bonis Titij teſtatoris, & ſoluere lega-
tarijs poſſe tranſmittere ad ſuum hæredem, in ſuo te-
ſtamento, legauit, iuſſit, & voluit ſuum hæredem debe-
re exequi, & executioni mandare contenta in teſtamẽ-
to dicti Titij, nulla tamen facta in teſtamento comme-
moratione ſui officij executoriæ contentorum in dicto
teſtamẽto Titij, hoc nempe deſignat, & importat, vt ſi-
militer legatum afferat commodum & vtilitatem lega-
tarijs, per l. Titia cum teſtamento. §. Lucius. de legat. ſe-
cundo, quòd hæres ita iuſſus de ſuo, ſi non confecit in-
uentarium, aliàs de patrimonio teſtatoris detractis, de-
trahendis ſoluit legata contenta in teſtamento Titij, &
pro his poteſt conueniri in iudicio à legatarijs, & hære-
dibus Titij, quorum commodo & contemplatione ap-
paret factum tale præceptum & legatum. l. fideicõmiſ-
ſa. §. interdum. de legat. 3. §. fin. de liber. lege, ſeruo lega.
§. ſi teſtator. de legat. primo, quia iuſſus per teſtatorem
exequi, & ſic facere vt alius habeat, cogendus eſt ipſe da
re, per l. ſi hæres iuſſus in princip. de leg. primo, ex facto
reſpondit Angel. conſilio. 278. punctus eſt Ioannes de
Florentia, licet Iaſ. in d. l. ſi hæres. hanc deciſ. reprobet,
tamen ſi bene aduertãtur motiua Angeli fundata in ver
bo legauit, & in eo quòd vltimus teſtator nullam men-
tionem fecit de officio ſuę executoriæ, enixè directéq;
diſponendo reſpexit factum ſuorum hæredum, quos
potuit grauare in mandando executioni cõtenta in te-
ſtamento alieno, quod eſt facere, vt habeat quis quod
habere habet ex ipſo alieno teſtamento: & ſic debeant
dare ſecundùm text. in dicta l. ſi hæres. & non potuit gra
uare alienos hæredes l. ab eo. C. de fideicommiſſ. vel cõ-
mittere quòd grauarentur, quia vltra vitam ſuam non
ſe extendebat ſua executoria Alexan. conſil. 206. num.
7. lib. 6. Cur. Iun. conſilio 66. nu. primo, ceſſat ergo ra-
tio Iaſ. ex. dicto Bald. in c. Abbatem. de reſcript. de cõ-
pellendo alium, vel de prouidendo quòd pertinet ad
alium, ceſſátque regula quòd in dubio cẽſeatur teſtator
minus quàm poſſibile ſit grauare hæredem. l. vnum ex
familia. §. ſi rem. de legat. ſecundo, quãdo aliàs legatum
redderetur inutile, quod imò vt magis vtile ſit, & maius
commodum afferat legatario, præſumitur teſtator vo-
luiſſe potius, & duplici præſtatione grauare hæredem
per iura alleg. à Caſtr. conſil. 224. legatum prædictum,
verſ. prætereà ſi teſtator, lib. 2. & Ruin. conſil. 98. col. 6.
num. 15. lib. 2. Crot. conſi. 188. num. 18. ita verior & tenẽ-
da videtur ſententia Ang. dicto conſil. 288. quem etiam
in ſpecie ſequitur Petr. Gerar. in ſing. 85. incip. tene
mente.

80 Diſpoſitiones † tales teſtamentariæ, quòd talis poſſit
adminiſtrare certam quantitatem pecuniarum teſtato-
ris ad eius conſcientiam, & quòd credi debeat partitis
eius libri, intelliguntur quòd pecuniæ debeant impen-
di, & implicari in mercantijs & trafficis, & dimidia quę-
ſtus & lucri debetur legatario, ratione per eum redden-
da, remiſſa ſcrupuloſitate dum abſit dolus vt per Corn.
conſil. 3. colum. ſecunda, in fin. & colum. ſequent. libr. 2.
& Alexand. conſil. 47. colum. 2. & ſeq. libr. primo, vbi
81 † qualis debeat eſſe læſio vt arguatur de dolo admini-
ſtratoris, & maximè quando teſtator ſe remittit ad libe-
ros hæredum, vt Alexan. conſil. 239. colum. 1. & ſequen.
lib. 6.

82 Quandoquidem eſſent plures † adminiſtratores ali-
cuius cognationis in teſtamento conſtituti etiam vt plu
res tutores, & eſſet dictum quòd vnus ſine altero non
poſſit adminiſtrare; nam ſi vnus moriatur, ſuperſtites
amplius nõ poſſunt ſe intromittere in adminiſtratione,
& alij ſunt adminiſtratores conſtituẽdi, per ca. fi. §. ſanè.
de teſta. in 6. & l. Pedius. §. fin. de arbitr. Bal. conſ. 308. te
ſtator & conſil. 320. relicti fuerunt. lib. 2.

Verba hæc in teſtamentis inſerta interpretationem
recipiunt, qualem ex mente doctorum infra exponam,
& quemadmodum ipſe teſtator eo viuente faceret, im-
portant quòd ille ad quem diriguntur, non poteſt face-
re rem prohibitã, nec damnoſam quemadmodũ veriſi-
mile eſt teſtatorẽ ſic non feciſſe, vt per Corn. conſ. 100.
83 Verba, Volens † teſtator prædictis bonam fidẽ agno-
ſcere, ſignificant quòd fiat iuſta diſtributio vnicuiq; tri-
buendo quod ſuum eſt, agendo ſecundum naturã & bo
nam conſcientiam, ita quòd nec ſe nec alium velit cum
aliena iactura locupletari per Soc. conſil. 36. col. 6. verſ.
3. hoc oſtenditur. lib. 1.
84 Verba † Cum commodum ei erit, exponũtur ceſſan-
tibus difficultatibus, & impedimentis per l. nepos Pro-
culo. de verborũ ſignifi. & l. Thais. §. 1. ff. de fideicõmiſſ.
libert. Bal. conſil. 301. conſtitutio patriarchalis. col. pen.
num. 3. lib. 2. & per text. & gloſſ. in l. rogo. ff. quando di.
leg. ced.
85 Verba † Cum fieri poſſit, intelliguntur ſecundùm or
dinem iuris, l. 2. in fin. ff. de admini. re. ad ciui. perti. l. ſed
hoc niſi. cum gloſſ. de iur. dot. per Caſtr. conſi. 164. in prę
ſenti cauſa. colum. 2. ad med. lib. 2. & Abb. conſil. 43. nu.
2. lib. 1.
86 Donec † reddita fuerit ratio, exponi debẽt, id eſt red
di debuerit, l. 3. §. ſi quis Titio. de adimen. leg. per Rom.
conſi. 312. circa propoſitam. col. 1.
87 Si † fortè contigerit aliquem ex hæredibus præmo-

ri teſtatori &c. intelligitur verificata conditio, ſiue ante, ſiue poſt mortem teſtatoris aliquis hæres moriatur propter verbum, fortè, quod ad certum tempus non ſe reſtrinxit, ſed vtrumque in ambiguo contingentiæ & prout contigerit complectitur, probat Ruin.conſi. 170. colum.3.num.5.& replicat conſil.183.colum.fin.num.11. lib.2.

88 Aliquid iuſſum † fieri more ſolito, intelligitur de more communi & notorio in loco, in quo illud tale quid fieri debet, & ſine his verbis, intelligeretur etiam de cõmuni conſuetudine loci, in quo fuit factum teſtamentum, & in quo deceſſit teſtator, vt per Cuman.conſil.12. Ioannes ab armis.& alib.dixi.

89 Dictiones † tam & quàm ſimul poſitæ etiam in teſtamentis poſſunt ſtare copulatiuè & comparatiuè, ſeu alternatiuè: ſtant autem copulatiuè quando terminus, vel ſermo, ad quem referuntur, & cui cohærent eſt vniuerſalis: prolatus tamen reſpectu vnius effectus, ad quem ſimul concurrere debent, vt l. hoc legatum.de leg.3.& in rubr. C. vt omnes iud. tam. ciui.quàm crimi.cum ſimil. alleg.per Dec.conſil.186.in princ.& ſtare comparatiuè, ſeu diſtributiuè vel diſiunctiuè dignoſcuntur, quando quælibet per ſe operatur eundem effectũ verbi, vel participij, cui in eiuſdem effectus comparatione ſunt ſimul aſcriptæ, vt in prin.inſtit.de hæred.inſtit.& l.fin. §. fi. de leg.2. ibi, propter iuſtam ignorantiã tam mulieris quàm emptoris, & in l. pro hærede.in princip.ff.de acquir. hæred.& ibi Aret.ſupra nu.4.dicit dictionem tam & quàm poni comparatiue, & ita communiter ſequi Moderni, late declarat Signorol.de Homod.conſi.207. in quæſt.colum.fin.ſub num.5.Bero.conſi.66,num.36.lib.2.& quæſtio.120.nu.11.

90 Verba † teſtatoris, Quòd omnia bona & pecuniæ ſtẽt apud dominam ſuam vxorẽ quòd ea teneat omnia &c. importãt, quoad cuſtodiam & non quoad vſumfructum Caſtr.conſi. 416. ad primum quæſitum. colum. prima,
91 verſic. ad ſecundum. lib. ſecundo, hæc † autem verba Quòd ſua bona, vel eorum poſſeſſio non poſſint peruenire ad ſuam filiam, ſed eſſe debeãt penes filium maſculum, interpretantur quòd poſſeſſio bonorum & eorum adminiſtratio eſſet omninò penes maſculum, hac interpretatione ſumpta ex dictione, penes, l. Titia. §. Caius. de legat.ſecundo, & ex digniori qualitate maſculi, l.cum pater.§.pater pluribus.eod.per Bald, conſilio 321, teſta-
92 tor tria fecit, libr. ſecundo, † & hæc quòd bona & fructus ſtare debeant in manibus & poteſtate Titij, intelliguntur ſub cura & adminiſtratione Titij, vt per Corn.
93 conſil.243.colum.quarta, li.4.Item per † hæc verba, reliquit filium eius ſuæ matri vel in cuſtodia matris non videtur ea teſtamentaria tutrix conſtituta. l.qui aliena. §.quanquam.ibi Bald. not.ff.de nego.geſt.ſecus eſt vbi reliquit filium ſuum ſub poteſtate matris ſuæ, quia ſic cenſetur relicta tutrix teſtamentaria, ca.ex parte, de ap-
94 pell.& ibi Bal.& Franch.in fin. Atque † verba iſta, ſi, vel quatenus noluerit tale quid facere, exponuntur, id eſt, ſi requiſitus & interpellatus, declarauerit ſe nolle, denegauerit, & recuſauerit facere, Ruin.conſil.184.nu. 5. lib. 2.Bero.conſil.101.num.7.lib.2.

95 Enimuero † plura verba ſæpius in teſtamentis aſcribuntur, quorum vnum exponit aliud, vel in partem affirmatiuam legatum deberi, vel in partem negatiuam non deberi, vt l. Titia cum teſtamento, in princ.de lega. 1.ibi Modeſtinus reſpondit ex verbis conſultationi inſertis &c.& l. Titia.§.qui Marco.de ann.lega.ibi reſpõdit nihil proponi, cur non ſecundùm ea, quæ in cõſultatione collata eſſent. & l. numis. ibi neque ex contextu teſtamenti &c.de leg.3.cum pluribus ſimil.& per Caſtr. conſil.378.primo videndum eſt. colum,2.verſic.3. dico. libr. 1.

96 Præterea ſi quis † exequendo præceptum & iuſſum teſtatoris contractus aliquos fecerit inter viuos, aliter non remanet obnoxius legibus vel ſtatutis loquentibus de contractibus inter viuos: ſed perinde haberi debet, vti quilibet obligatus, & emolumentum habens ex vltima voluntate, cuius natura & origo debet attendi in actibus eius vigore factis inter viuos, de his particular. deciſ. plures videas per Tiraq.in l.boues. §. hoc ſermone.in 9.limit.nu.13.de verb. ſignif. & plenius de retract. tit.1.in fin.num.3.vſque ad nu,10.Dec.conſi.497.in fin. Imol.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ad finem, de verb, obligat.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Legatum ad pias cauſas dicitur ſi fiat præfatis. ſ. Monaſterio, Eccleſiæ, Monacho, Hoſpitali, fraternitatibus laicorum, pauperibus, viduis, & alijs perſonis miſerabilib. pro anima.*

*Conſanguineo pauperi exprimẽdo id fieri amore Dei, vel pro anima ſua, modò probetur pauper tenẽdo medium, quod ſit indigens ſecundùm ſtatum ſuum viuens ſuis operibus & exercitio quod arbitrio iudicis remittitur, modoq; nõ ſit exceſſiuum legatum, quia non eſſet pietas pro redemptione pauperum, pro alimentis pauperi dandis, pro dote pauperculæ. pro imagine depingenda, pro organis faciẽdis in eccleſia, pro ſtudio ſacræ Theologiæ, pro refectione pontium & viarum, pro cuſtodia ciuitatis eiúſque fortificatione, pro monumento conſtruendo. Meretrici vt ſe corrigat, pro incertis malè ablatis, pro ſatisfaciendis creditoribus, pro maritandis pauperibus puellis.2.& ſequent.*

3 *Pia cauſa dicitur impropriè & largo modo quando reſpicit publicam vtilitatem, & propriè quãdo reſpicit ſalutem animæ diſponentis.*

4 *Priuilegia piæ cauſæ.167. enumerantur per Tiraquel. vt ibidem.*

5 *Probatio legitima eſt faciẽda de relicto ad pias cauſas quæ fit per duos teſtes idoneos & legitimos, & qui non ſint idonei ibi cum ſeq.nu.habetur.*

6 *Legatarius non eſt teſtis idoneus in probãdo inſtitutionem aut relictum de eccleſia factum.*

*Nec teſtis infamis admittitur.*

*Nec criminoſus ſuſpectus, nec vilis etiam leui macula aſperſus probant teſtamentum pro pia cauſa, & vt ibi de materia.*

7 *Priuilegia piæ cauſæ locum non habent niſi in caſibus expreſſis & priuilegiatis, vnde factum relictum ſub caſu limitato & conditionibus limitatis extra eas priuilegium non procedit.*

8 *Legatum factum eccleſiis vel monaſterio in pœnam hæredum inſtitutorum vel ſubſtitutorum legatariorum &c. ſi tale quid non faciãt, non intelligitur principaliter factum per omnia aut fauore religionis, ideò vti principalis intentio attendenda non erit fauorabile, ſed potius odioſum & ſic non extendendum aut ampliandum & multa de hoc principali propoſita vbi de materia hac latè habetur.*

9 *Teſtamentum debet regulari ſecundùm leges ciuiles quãdo principaliter non eſſet pia cauſa inſtituta, ſed hæres laicus, licèt eſſet legataria.*

10 *Legatum ad piam cauſam eſt illud vbi mãdat teſtator fieri monumentum vno vel in alio loco, vbi eius cadauer erit ſepeliendũ, ſub pœna de celebrando anniuerſario pro anima ſua &c. ideoq; præſtand. erit tale legatũ præſtita cautione per eos ad quorũ manus ab hærede peruenerint pecuniæ expendendæ, vnde parendum eſt teſtatori in hoc, niſi inſolita iuſſerit, & vt ibi latè de materia.*

11 *Legatum factum de centum fratribus minoribus pro ſua ſepultura & alibi ſepeliatur, nõ valet, nec eis debetur, niſi culpa ſua hoc euenerit: quia pone eſſet excommunicatus quia deberetur legatum.*

12 *Doctor*





12 *Doctor exiſtens in magiſtratu condens teſtamentum, dum eſſet infirmus & ſub pœna priuationis ſuæ hæreditatis in teſtamento iuſſit ſi ibi moreretur, quòd corpus ſuũ deferretur in patriam, & ibi ſit mortuus quid dicen. vide ibidem.*

13 *Anniuerſarium mãdatum fieri more ſolito per teſtatorem debet fieri in loco vbi ſit ſepultus teſtator, & de ſepulturis eligendis & ſimilibus ad materiam ibid.vide.*

TERTIA ſupereſt & vltima interpretatio expedienda circa alias teſtantium diſpoſitiones quaſdam, & earum extinctionem & finẽ, qua ſimiliter dubitationes diſſoluentur quæ ſequuntur.

## ¶DVBIT. I.

SEſe offert ſuper diſputationibus & relictis ad pias cauſas factis, quibus ſine extare ferè nullum legitur teſtamentũ: plenius igitur quæ ad hæc ſpectant attingenda forent, & iam omnia hæc opportunè explicanda ſum arbitratus his duobus inſpectis. Primò quale dicatur, qualéve ſit relictum ad pias cauſas. Secundò huius fauore quales ſpecialitates quantáque priuilegia inducta reperiantur. Verùm quia de vtroque iſto video mihi ademptum laborem ex ſcriptis per Tiraquel.in ſuo de priuilegijs piæ cauſæ tractatu, ad quem itaque noſtrum interpretem remitto. Nam primũ in initio quod inſcribitur, prefatio, de clara re aſſumpſit, non piget in ſumma exemplorum capita referre vt
1 opus cum fuerit, reuideantur.† Relictum ad pias cauſas nominari & dici factum his, vt eius etiam ſequar ordinem, ſcilicet Eccleſię, Monaſterio, Monacho, Hoſpitali fraternitatibus laicorum, pauperibus viduis, & alijs miſerabilibus perſonis. Pro anima, vltra alleg. per eum Bartol.conſi.25.viſo teſtamento Gentilis, Anchar.conſ. 46.prima facie videretur. colum. prima, Abb. conſilio 54. videtur primo. colum. prima, numero ſecundo, lib. ſecundo.Ang. Aret. tract. de teſtam. gloſſ. 17. conſanguineo. pauperi, pro redemptione pauperum, pro alimentis pauperi erogandis, pro dote pauperculæ, pro imagine depingenda, adde pro organis faciendis in eccleſia, reſpondi ego conſilio 86.num.6.libro primo.pro ſtudio ſacræ Theologiæ, pro refectione pontium & viarum, pro cuſtodia ciuitatis, & eius fortificatione, pro monumento conſtruendo meretrici vt ſe corrigat, pro incertis male ablatis, pro ſatisfaciendis creditoribus, ſingula hæc quidem in diſcurſu dict. præfat. iuribus & author.opportunis Tiraquel.probat, quæ breuitatis gra-
2 tia hìc omittuntur: Adde & † relictum pro maritandis pauperibus puellis dici ad pias cauſas factum, Angel, Aret.dicto tract.de teſtam.gloſſ.15 ad finem, Grammat. conſil. ciui.57.ad fin.Bello.conſi.16.nume.4.Attendéq; declarationem per Dec.conſilio 72.colum.3.ad num.3.
3 quod † pia cauſa dicitur impropriè, & largo modo quãdo reſpicit publicam vtilitatem, & propriè quando reſpicit ſalutem animæ diſponentis, atque relictum conſanguineo pauperi factum, vt dicatur ad pias cauſas, & non præſumptione conſanguinitatis factum: requiritur per teſtatorem exprimi id amore Dei, vel pro anima ſua relinquere, Crot.conſilio 3. numer.22.Deci.conſil. 120. colum. fin. verſic. ſecùs ſi exprimatur requiritur etiam probari quòd ſit pauper.Dec. ibidem colum.prima, ſub num.3.Alexand.conſilio 125. numero 3.lib.4. & ſufficit quòd teneat medium, & non ſit euidenter diues & locuples, ſed quòd ſit indigens ſecundùm ſtatum ſuum, & viuens ſuis operibus & ſuo exercitio, id demum remittendo arbitrio iudicis, vt bene in ſpecie declarãt Albe. in l.ſi quis ad declinandam.colum.fin. numero vndecimo.C.de epiſcop.& cleric. Riminal. Seni. conſilio 520. num.12.de ſequent.& Bello.dicto conſilio 16.num.6.& ſeq.generaliter Menoch.de arbitr.iudi.lib.ſecundo, cẽtur.1.caſ.65.num.7.& ſeq.& dummodò relictum non ſit exceſſiuum, Bal. in auth.ſimiliter.nu.3.verſ. quæro quid ſi legatur.C.ad leg.Falc.quatenùs enim datur ſupra modum, non eſt pietas, idem in repet.l.primæ. nu. 25.de ſacroſanct. eccleſ.

Alterum & ſecundum de ſpecialitatibus, & priuilegiis piæ cauſæ, Tiraqu.dict. tract. plenè inueſtigando &
4 colligendo enumerat † 167. priuilegia piæ cauſæ per eũ excerpta ex ſcriptis Docto. vnumquodque excutiendo per generalem regulam iuris, & per ſpeciale piæ cauſæ priuilegium probat, vt ibi per eum, ſuper quibus equidem aliter nõ inſiſtam, cùm poſſint ibi videri: niſi quòd ignorare nemo præſumitur debere prius conſtare legi-
5 timè de relicto facto ad pias cauſas. † Legitima autem eius probatio fit per duos teſtes qui ſint idonei, & legitimi: vt ſonant verba text.in cap.cùm eſſes.& in cap. ſeq. incip.relatum.de teſtam. Et hoc habet locum in relictis, quæ ſaltem animam ſpecialiter, vel principaliter reſpiciunt, Bald. in l. prima, in prima lectur. ad finem. C. de ſacroſanct.eccleſ.cum ergo contra teſtes aliquid opponitur & probatur, propter quod apparent ſuſpecti & non idonei, deficiente probatione, eiuſdem relicti ratio non habetur, vt per Corn. cõſilio 261.colum. tertia, lib.
6 primo, vbi de † legatario quod non ſit idoneus teſtis, & non probet inſtitutionem de eccleſia factam, & cõſilio 55.colum.ſecunda, lib.quarto, vbi de teſte infame, Alci. conſilio 79.dubitatur circa hæreditatem. numero 3.9. 11. lib. 9. vbi de teſtibus criminoſo vno alio ſuſpecto, alio vili, quod non probent teſtamentum pro pia cauſa etiã leui macula aſperſus Bal. conſi. 167.thema proponitur. in fin. lib. 2.& debet capitulari & probari iſta idoneitas teſtium, Barb.conſi.32.colum.8.lib.1.approbata fide teſtiũ, de quo ſtandum eſt diſcretioni iudicantis, dicit Bal. conſilio 28.ſuper eo quod quæritur.ſupra fin.lib. tertio.

7 Illud etiam conſequens eſt, quòd talia † priuilegia piæ cauſæ locum non habent, niſi in caſibus expreſſis & priuilegiatis, Pariſ.conſilio 74.colum.tertia, nume. 20. lib.tertio, in eadem facti ſpecie conſuluerunt Ruin.cõſil.4.lib.3.& Alciat.conſil. 46.lib.9.itaque vbi relictum apparet factum ad piam cauſam, ſub certo & limitato caſu, & ſub certis & limitatis conditionibus, extra has cõditiones, & extra illos caſus, priuilegium aliquod piæ cauſæ non procedit contra volũtatem teſtatoris, nec in præiudicium alterius, vt per Ancha.conſilio 137.principaliter ponderandum eſt, & conſil.276. iſte magiſter. & plenè comprobat Pariſ.conſi.86.col.pen.& fin. nu. 69. cum ſeq.l.2.

Præterea animaduertendum eſt frequenter euenire
8 † relicta eccleſijs, vel monaſterijs fieri in pœnam hæredum inſtitutorum, vel ſubſtitutorum, vel legatariorum, ſi tale quid non fuerit factum, vel obſeruatum, quòd tali caſu non principaliter pro anima vel fauore religionis relicta dicuntur facta, ſed vt magis & timore pœnæ applicandæ eccleſiæ, & ſic in potentiorem authoritate & fauoribus expleantur, & ſeruentur ipſius teſtatoris mãdata: quare potius hoc pœnale & odioſum dici debet, & reſtringendum, quàm fauorabile, & aliquibus piæ cauſæ priuilegijs ampliandum, quæ ideò ceſſare debẽt, probat Dec. conſilio 273. prope fin. & conſil. 290. in fin. quia principalis intentio diſponentis eſt attendẽda l.ſi quis nec cauſam.in prin.cum ibi not.ſic cert.pet. eſt not.tex.in l.quãuis.de aur.& arg.leg.vbi quod prin.non quod ſecundario venit, inſpicitur, & dicit Bart.in l.cum res.§. culpa. in fin. de leg. 1. quod illud inſpicitur quod principaliter agitur, & Bald.in l. 1.col.1.verſicul.vnum ſcias. C.de leg.dicit illud ordinari fauore alicuius, quod eius fauore fit principaliter, & non ſecundario. Idem in

l.non verè dicitur.ff.ex quí.ca. maio. & in l. non ſolum.
§. fi.de in integ. reſti. vbi notat principale propoſitum
conſiderari, non id quod venit per conſequentiam, &
per not.in l.qui exceptionem. in princ.de cond. indeb.
ſola enim religio ipſa,& liberalitas mera erga Deum in
tuetur & reſpicitur, & alia neceſſitas non ſubeſt in reli-
cto propriè facto ad pias cauſas arg. l.1.ff.de donati.dic.
Bar.in repet.l.1.nu.36.C.de ſacroſan.eccl. Exinde dici-
9 tur † quando principaliter non eſſet inſtituta pia cauſa,
ſed eſſet laicus,quod teſtamentũ quoad ſolennitatẽ tũc
regulari deberet ſecundùm leges ciuiles,Soc.conſi.115.
col.2.nu.7.li.4.

10 Illud etiam his accedit reſpiciens religioſam † & piã
cauſam, quòd teſtator prouidet & mandat vbi ſuum ſit
ſepeliendum cadauer, de monumento aliquid diſpo-
nendo vno,vel in alio loco pœna hæredi indicta de an-
niuerſario ſibi pro anima ſua celebrando, vel alia pro
ſepultura relinquendo; nam facilis & clara voluntatis
teſtantis eſt interpretatio, quod legatum pro ſepultura,
& pro monumento conſtruendo ornandoq; etiam præ-
ſtita ſatiſdatione per eos, ad quorum manus ab hærede
peruenerint pecuniæ expendendæ, præſtandum eſt per
tex.in l. quib.dieb.§.fin.de cond.& demon.& in l.lega-
tum.& in l.ſtatuas.C.de relig.& ſump.fune. & in his cir-
ca ſepulturam teſtatori parendum eſt.c.illud.verſi. quia
ergo ſecũdum 13.q.2.&c.§. fi.de ſepul.in 6.l. quid ergo.
§.ſecundum mortuum.de l. 1.dummodo exceſſiuas im-
penſas ſuperinde irrogari, vel alia inſolita teſtator non
iuſſerit,quia in his eius voluntas non eſſet ſequẽda.l.ſed
ſi quis.§.quod ergo de relig.& ſumpt.fune.& l.quidã in
ſuo.in prin.de condi.inſti.ponit Guil.Bened.in c. Ray-
nutius. verſ. mortuo itaq; teſtatore. i. num. 69.de teſta.
11 Quid ſi† teſtator legauit centũ fratribus minoribus pro
ſua ſepultura,& alibi ſepeliatur,legatum eis non deberi
tradit Alber.in l. alum.§. Seia.in fin.de adi.lega. Siqui-
dem non potuerit ibi ſepeliri culpa ſua, quia excõmuni
catus obijt,debetur legatum,Capra conſi.vltim.

12 Quidam † doctor de Marchia exiſtens in magno ma
giſtratu Florentiæ, ibi infirmus in ſuo teſtamento ſub
pœna priuationis ſuæ hæreditatis, ſi moreretur ibi, per
ſuos hæredes iuſſit corpus eius deferri in ſuam patriam,
ac ibidem mortuus eſt,ſimilis caſus eſt in dict.§.Seia. &
queſt.ponunt Caſtr.in l. cum ſeruus.§.conſtat. de legat.
primo,in colum.fin.& ibi Aret.colum. fin. & Alexandr.
13 num. 8. & decidunt vt ibi per eos, & † ſi anniuerſarium
quod teſtator mandauit fieri more ſolito, debet fieri
in loco vbi teſtator ipſe ſepultus eſt, reſpondit Cuma.
conſi.12.Ioannes.quem poſſe eligere ſepulturam,& de-
mum ſepeliri in eccleſijs monialium,latè diſcutiẽdo te-
net. Nat.conſilio 432. Alia de ſepulturis eligendis vbi
contigerit,vide per Gualden.de arte teſtan.tit.9.per to
tum.per Ang.Aret.tract.de teſta.gloſſ.octaua.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Clauſula derogatoria & quomodo per ſecundum teſtamẽtum derogetur primo, anne primum valeat: ſecundum verò non: dubia & controuerſa eſt quæſtio, vide de hac clauſula vbi tractetur plenè.ibidem.*

2 *Et de ſex cõſiderationibus, habendis circa hanc clauſulam & quales ſint.*

3 *Teſtamentum à parentibus vtriuſque ſexus conditum inter liberos habet clauſulam derogatoriam ad ſequens teſtamentum, continens hæredem extraneum inſtitutum vel minus liberis fauorabile,& de ſecundo pari modo habente dictam clauſulam ad primum minus fauorabile liberis etiam inter liberos, & quomodo primum tollatur habens etiam legalem clauſulã derogatoriam per ſecundum fauore liberorum factũ: non habens talem clauſulam,& quomodo ſubintelligatur ad primum præcedere, & quomodo magis præteritis derogetur, quàm futuris,& de hac materia ibi late diſcutitur.*

4 *Teſtamentũ inter liberos quod eſt fauorabilius liberis, ſiue ſit prius, ſiue poſterius, dicitur habere clauſulam derogatoriam eius quod eſt minus fauorabile eis quaſi cuiuſdã odij taciti excluſiuam,& eſt communis, quando ſcilicet hoc ſit, vide ibi.*

5 *Teſtamentum dicitur aliud eſſe fauorabilius inter liberos quod eos liberat ab oneribus & legatis, ſeruans inter eos æqualitates, non quod vni plus tribuat in damnum alterius.*

*Et minus fauorabile eſt illud in quo filius eſt fideicommiſſo grauatus.ibid.*

6 *Teſtamentum plurib. vtile & proficuum licèt vni damnoſum, præualet & derogat in eodem caſu, altero alterius mentionem non faciente.*

*Quod intellige & prædicta procedere vt nu.7.*

8 *Teſtamentum ſi vnicum ſit factum inter liberos inæqualitatem continens.ſi ſolenniter ſit factum, valet & debere ſeruari, ſicut poteſt relicta filijs legitima reſiduũ relinquere. Quid ſi ſit minus ſolenne inæqualitate exiſtente, & valet etiam ſecũdùm Caſt. inæqualitate magna exiſtente,& de communi opi.ſed quod non valeat vbi ſit inæqualitas exceſſiua, ſecũdùm auctorem, ſecùs ſi modica: vide diſtinctionem hanc & multa ad materiam han. pulchra longum apparatum, reprobato Natta per auctorem vt ibi.cum nu.ſeq.*

9 *Abutens poteſtate ſibi conceſſa, ea vti indignus priuari debet.*

10 *Opinio ea eſt tenenda in dubio per quã fratres reducuntur ad æqualitatem.*

11 *Intellectus.§. ex imperfecto.l.hac conſultiſſima.C.de teſtamen.*

12 *Pater inæqualiter inter liberos teſtando non ſolenniter dicitur cõtemptor legis, ideò fauore non eſt dignus, ſed punitione.*

13 *Intellectus auct.hoc inter liberos. C.de teſtam.cum multis ſeqq.vſque ad verſ.oportet.*

14 *Teſtamentum primum quod non tollatur per ſecũdum, niſi ſit cla.derogatoria & ſpecialis primi teſtamenti, factũq; ſit ſecundum in præſentia ſeptem teſtium,& hoc reſpicit fauorem filiorum in primo teſtamento inſtitutorum, non autem iudicium paternum conſeruandũ. Quicquid Natta dixerit,& vt hoc latiſſ. diſcutitur per auctorem, vſq; ab nu.21.& verſiculum, oportet.*

15 *Manifeſtum fieri dicitur quod multitudine teſtium fit.*

16 *Filij ius quodammodo dominij habent in bonis patris, eo viuẽte, quod firmius apparet eis inſtitutis à patre in primo teſtamẽto, quod non poteſt tolli, niſi apparuerit de expreſſa priuatione, exhæredatione, aut ſpeciali derogat.primi.*

17 *Duo vincula magis ſtringunt.*

18 *Intellectus auct.de teſta.imperf.in prin.§.1.& §.ſiquidem.*

19 *Lex illi magis fauet cui magis fauet teſtator.*

20 *Fauor filiorum conſideratur tam ſi filijs & in eis qui ſunt vocati in teſtamentis parentum, quàm ſi eſſent ab inteſt. à ſucceſſione excluſi lege municipali, aut alia diſpoſitione, vt filiæ neptes ſtantibus maſculis, cùm naturalis ratio in hoc attendatur.*

21 *Teſtamentum primum inter liberos nuncupatiuum ſolẽniter vel minus ſolenne confectum, ſicut manu ſcriptum patris cẽſetur habere clau.derogatoriã ad ſequens, prout eſt communis. Quicquid Ang.contra cum ſequacibus.*

*Et quod ſecũdum primi reuocatorium poteſt eſſe in ſcriptis, vel nuncupatiuum quod habet clauſul.derogatoriam ad præcedens vti magis fauorabile liberis,& ibi latè hoc declaratur.*

22 *Teſtamentum primum inter liberos non reuocatur per ſecundum inter extraneos, vel liberos ſimul tantum in legitima inſtitutos, niſi duob.vel trib.concurrentib.& adhibitis ſeptem teſtib.reuocan.expreſſè primum, nec quã-*

*doq;*



*doque ſufficiunt ſecundùm Nattam iuxta literam Græcam & quare.ibi.latè & pulchrè.*

23 *Codicilli reuocatorij primi teſtamenti inter liberos poſſunt fieri coram quinque teſtib.ſecundùm Nattam, & quare vi.ibi per eum. Cuius tamen opi.reprobatur per authorem vt ibi cum nu.ſeq.*

24 *Teſtamentum primum non poteſt reuocari per codicillos cum in eo teſtamento eſſent filij hæredes inſtituti, & de ratione ibi.*

25 *Teſtamentum primum inter liberos habens clau.derogatoriam ad ſequentia teſtamenta non intelligitur reuocatum per codicillos poſteà ſimpliciter factos,& de ratione. ibi.*

26 *Nec inſtitutio vnita cum fideic.per codicillos, non reuocatur, non ſeruata iuris ſolennitate.7.ſ.teſtium & non quinque.vt ſuprà.*

*Fallit ſi codicilli eſſent etiam inter liberos & eis fauorabiliores,& dic tandem vt ibi.*

27 *Teſtamentum vltimum inter liberos factum etiam coram duob.teſtibus non rogatis reuocat primum teſtamentum coram.7.teſtib.factum continens fratrem hæredem, cum expreſſa etiam clau.derogatoria ad ſequentia teſtamenta de omnibus.ibi.*

*Et eſt com.opin.reprobato Iaſone contrarium aſſerente.*

28 *Teſtamentum ſecundum reuocat primum adhibitis.7.teſtib.in eo & cla.derogatoria non generali, ſed ſpeciali, eo modo vt ibid. declaratur.*

29 *Teſtamentum ſecundum non cenſetur continere clau.derogatoriam primi inter liberos ex proœmio ſecundi dicente, talis nolens inteſtatus decedere demonſtrante teſtatorem non recordari primi teſtamenti, ideò potuiſſe pœnitere eius de quo non habuit memoriam. declaran. vt ibi.*

30 *Teſtamentum primum factum inter liberos continens duplicem clauſu.derogatoriam legalem, & alteram vt ibi, non poteſt tolli per ſecundum, niſi pariter duplex cla.derogatoria interuenerit tollẽs primas duas, vt declaratur ibid. Et illa clauſ.omni mel.modò non operatur vti nimis generalis vnam reuocatoriam.ibid.*

31 *Reprobato Natta aſſerente vnam ſimplicem derogationem ſufficere, cum communis ſit in contrarium, in qua non eſt recedendum.*

32 *Pater teſtando inter liberos non ſolùm apponendo ſuam clau.derogatoriam tacite nõ cenſetur remouiſſe, ſed nec etiam expreſſè poteſt remouere legalem clauſ.derogatoriam, nec aliquid diſponere contra auth.hoc inter liberos.C.de teſtam.*

*Nec poteſt derogare legibus, quæ vel certam formam inducunt, vel clauſ.derogatoriam habent.ibid.latè diſcutitur.*

33 *Prouiſio hominis quando faciat ceſſare prouiſionem legis 34.*

34 *Pactum nudum de eo quod aliàs erat debitum ex aliqua parte iuris, dicitur lege corroborari.*

35 *Teſtamentum inter extraneos non habens clauſ.derogatoriam ad ſequentia teſtamenta, & vnum, vel multa alia fiant, vulgata regula ſuccedit iuris, quòd vltimum derogat prioribus & ſeruandum eſt, modò ex eo hæreditas adiri poſſit, hócque non fuerit adita voluntate hæredis, vel caſu, cùm ſufficiat fuiſſe ſecundùm perfectum, & potuiſſe contingere caſum licèt non contigerit adeundi hæreditatem.*

36 *Item fit irritum teſtamentum ſuperueniente legitimatione filij ſpurij.*

37 *Amplia prout etiamſi poſterius valeat iure ſpeciali, quod tollitur primum prædictum.*

38 *Amplia ſi per teſtamentum fuerit conſenſu hæredum firmatum, poterit tamen alio poſteriore per teſtatorem reuocari.*

*Contra per Curt.Iun.ibi.*

39 *Amplia quod nedum primum teſtamentum reuocatur, ſed omne quod in eo continetur factum, & quod ab eo dependet.*

*Fallit in actu inter viuos inducto in teſtamento, puta in aditione hæreditatis alicuius delatæ teſtatori, quia teſtamẽto reuocato non reuocaretur talis aditio hæreditatis.*

41 *Teſtamentum primum ſolenne non reuocatur per ſecundum, niſi pariter ſit ſolenne, & ex eo ſaltem poſſit adiri hæreditas, aliàs primum remanet.*

*Et ex duobus teſtamentis vnius perſonæ apparentib. quale debet eſſe illud quod reuocat alterum.ibi.*

42 *Teſtamentum primum non reuocatur per ſecundũ nullum defectu hæredis præmortui.*

*Fallit elapſo decennio, nil operante in eo clauſula caſſans. &c.*

43 *Non reuocatur per ſecundum carens inſtitutione hæredis licèt ſit donatio cau.mor.vniuerſalis omnium bonorum, quæ tamen debet per hæredem impleri.*

44 *Fallit exiſtẽte clauſula, volens omnib.alijs præualere, quia ſaltem valebit vt vltima voluntas.*

45 *Non reuocatur primum per ſecundum nullum præteritione, quoad inſtitutionẽ, ſed ſolum quoad legata & fideicom.quæ tamen debentur ab hæredib.ſcriptis in primo.*

46 *Et quãdo inſtituti in primo cenſeantur grauati per fideic. reſtituere ſcriptis hæredib.in teſtamento.*

47 *Non reuocatur primum per ſecundum non ritè perfectum. ſ.defectu rogatus notarij & teſtium,& nimiæ difficultatis intelligentiæ loquelæ teſtatoris.*

48 *Non reuocatur per ſecundum, in quo ſunt in reb.feudalib. inſtituti hæredes, domini conſenſu non accedente.*

49 *Non reuocatur per ſecundũ quando eſt ſuſpectum per contradictionem etiam vnius teſtis teſtamentarij.*

*Vel quod metu etiam, vel violentia ſit factum. ibid.*

*Vel ſuſpectum eſt ratione perplexitatis doli & fraudis.*

*Vel quod per adulationes doloſas fuerit inductus teſtator ad reuocandum primum & facien.ſecundum.ibi.*

*Et in his probandis ſufficiunt indicia & ſingulares teſtes. ibid.*

50 *Non reuocatur per actus inter viuos deficiente nu. teſtium requiſito in vltimis voluntatibus.*

51 *Teſtamentum primum irritum remanet teſtatore coram ſolenni nume.teſtium dicente ſimpliciter ſe nolle valere primum ſuum teſtamentum & id reuocare, adijciendo tamen, quia voluit decedere inteſtatus, vel quòd ſua hæreditas, vadat ad quos ſpectat ab inteſt.vnde venientes ab inteſt.cenſentur inſtituti, & aditione eorum hæreditatis infirmatur hæc ſecunda diſpoſitio.*

52 *Notarius mandati teſtatoris vocatiſq; ſeptem teſtibus cancellans teſtamentum per modum Crucis irritum remanet.*

53 *Notarius non poteſt, nec debet ad petitionem teſtatoris cancellatum teſtamentum de eius mandato dilacerare, ita quòd non reperiatur, ſed debet ſeruare, & tenetur de eo facere adhuc copiam ad effectum redarguendi ſecundùm de falſo, vel de nullitate.*

54 *Teſtamentum poteſt caſſari verbo per teſtatorem facto notario ſtipulanti & acceptanti nomine omnium, quorum intereſt: & intereſſe poterit in futurum teſtibus ſeptem vocatis, aliqui etiam non adiectis verbis quod dicatur reuocatum primum, non quo ad inſtitutionem, ſed legata & fideicommiſſa tantum.vt ibi late.*

55 *Teſtamentum primum quando teſtator vult valere & illud haberi, ac ſi eſſet vltimum, ita debet valere & ſeruari.*

56 *Clau.derogatoria in teſtamentis ſolita poni quandoque dupliciter à doctorib.accipitur & æquiuocè, aut ad ſequens teſtamentum, aut, ad præcedens.*

57 *Clau.derogatoria ad ſequens teſtamentum poſita in primo tripliciter formari contingit vel ſolennitati, vel poteſtati, vel voluntati,& quòd non valeat primis duobus mo-*



*dis*

diis formata, quomodo, & quare.ibi.& quod tunc ſecundum teſtamentum derogat priori.

58 Clau.derogatoria voluntati quomodo valeat,& teneat per modum.ſ.proteſtationis declaratoriæ voluntatis, facta circa id quod conſiſtit in mera voluntate proteſtatis declarando,vt ibi latè & pulchrè.cum.num.ſeq.

Quid teſtatore iurante teſtamentum non reuocare, quomodo intelligi id debeat, & quomodo non impediat teſtamenti refectionem. Quidve operetur tale iura.& vt latius ibi de materia hac habetur.ibi.

59 Statutum non valeat mandans teſtamentum vltimũ ſeruari etiam abſque derogatione aliqua derogatoriæ clauſulæ præcedentis teſtamenti,& quare,ibi.

60 Clau.derogatoriæ quando per teſtatorem in teſtamẽto ſuo inſerantur, vide ibi pulchrè.

61 Clauſ.derogatoriæ ſolitæ vt plurimum apponi in teſtamentis debent apponi de ſcientia teſtantis, aliàs nil operantur,vt quando eſſent appoſitæ in teſtamentis perſonarum mulierculárum, ruſticorum, & ſimilium,quia præſumitur ex capite notarij fuiſſe appoſitas pro inſeruiendo amico forte hærede inſtituto, ideoq; per poſterius teſtamentũ reuocatur primum,& vt ibi latè diſcutitur,& de materia.vide.

62 Teſtamentum ſecundum poteſt fieri à teſtatore, & valebit non facta mentione clauſulæ derogatoriæ in primo poſitæ verbis intricatis, & multum implicitis adeò vt induci videtur obliuio in teſtatore.& vt ibi habetur.

63 Iudex debet qualitatem clau.derogatoriæ & conditionem perſonarum,neceſſitudinemq; inſtitutorum hæredũ, tam in primo quàm in ſecundo teſtamento conſiderare, cuius arbit.hæc varietas dirimenda eſt, & pro quo teſtamento magis ſit inclinan.& quod tunc multum refert iudicem habere amicum,& vt ibi dicitur.

64 Clau.derogatoria expreſſa tam in primo quàm in ſecundo teſtamento facit certam voluntatem teſtatoris, quæ expreſſio deſignat eam adeſſe,vel deeſſe.

65 Clauſ.generalis derogatoria ſeu primi reuocatoria ſufficit dicendo ſe velle valere præſens teſtamentum caſſans ac reuocans omne aliud, quando pariter in primo generalis adeſſet aut adfuiſſet derogans ſequenti,vt declaratur ſatis bene ibi: tuncq; dicitur quodammodo ſpecialis reſpectu primæ derogat. & quod commemoratio primi idem operetur quod clau. derogator.

66 Clauſ.generalis reuocatoria primi nõ ſufficit,puta caſſans & reuocans omne aliud volens hoc præſens alijs præualere, & quando in primo verbis generalib.& ſpecialib. derogetur ſequenti prohibitiuæ,& permiſſiuæ, certis verbis exprimentis in ſequẽti,& vt ibi latè, de materia hac habetur.

67 Verba generalia appellantur omnia, quæ derogatoriorum, vel verborum,vel clauſulæ mentionem non faciunt, ad cognoſcen.quando his verbis generalibus derogetur primo teſtamento.

68 Verba generalia inducunt obſcuritatem & ambiguitatẽ, & poſſunt trahi ad plures & varios ſenſus.

69 Diſpoſitio teſtatoris debet eſſe talis quòd nullam contineat obſcuritatem vel ambiguitatem.

70 Teſtamentũ præcedens non reuocatur habens.ſ.clauſulam derogatoriam ad ſequentia per codicillum carentem ſpeciali clauſula reuocatoria.

71 Teſtamentum ſecundum,vt tollat primum, non requirit habere indiuiduam reuocationem clauſulæ derogatoriæ primi, ſed ſpecialis ſat eſt faciendo mentionem in reuocatione, etiam de clau.derogatoria, vel quibuſcunque verbis derogatorijs.

72 Teſtamentum ſecundum tollit primum habens cla.derogatoriam,quando in ſecundo adeſt iuramẽtum quo iurauit teſtator hoc ſecundum valere,& de ratione.ibid.

Quid quando primum habet & clauſ.derogatoriam & iuramentum, quid requiratur in ſecundo,vt tollatur primum.ibid.

73 Clauſ.derogatoria reputatur, & vim habet eiuſdem in ſecundo teſtamento expreſſio,quæ fit in eo teſtamento, vel nomine notarij qui primum ſcripſit,vel de nominib.hæredum in primo inſtitutorum, vel nuncupatim de ipſo primo per eius tempus certum,vel aliàs eius qualitates exprimendo,& vt ibi, de hac materia latè diſcutitur.cum num.ſeq.

Et quòd commemoratio teſtamenti primi idem operatur quod clau.derogatoria.ibid.

74 Clau.derogatoria ſemel reuocata per voluntatem teſtatoris poteſt fieri ſequens teſtamentũ, totiens quotiens placuerit ipſi teſtatori abſque alia ſpeciali reuocatione præcedentis.

75 Teſtamentum primum tollitur per ſecundum, etiamſi ſecundum eſſet ſimpliciter factum, quando ex coniecturis quibuſcunque poteſt conſtare iudici teſtatorem voluiſſe ſecundum valere.

76 Voluntas teſtatoris euidens dicitur,quæ ex coniecturis habetur.

77 Notarius poteſt extendere teſtamentum ſecundum cum clauſ.ſufficienti,ita quòd primum tollatur,quando in primo ſit d.licentia notario extendendi inſtrumentum ad ſenſum ſapientis, ſicq; ſapiẽs poteſt conſulere tales clau. derogatorias apponẽdas eſſe iuxta conſuetudinem quam habent notarij eas apponendi.

78 Notarij de conſuetudine apponunt clauſ.reuocatoriam alterius teſtamenti ſub quacunque forma, etiamſi teſtamentum id haberet clauſ.derogatorias.

79 Teſtamentum primum curſu decennij conditum non habens clau.derogatoriam ad ſequentiam, non tollitur cur ſu præfato decennij, niſi alio condito teſtamento ſolenni, vel coram trib.teſtib.ad minus, vel in actis appareat de contraria voluntate: tuncq; ſtatim & ipſo iure tollitur.

Idémque tollitur habens clauſulam prædictam per ſecundum ſimplex factum, ſine ſpeciali derogatione primi obliuione præſumpta d.clauſula in teſtatore, & vt ibi latius de hac materia dicitur,cum num.ſeq.etiam quod deficerent tres menſes ad complendum decennium, & vt ibi dicitur.

Et eſt communis opin.

80 Dictio ſtatim exponitur.i.ipſo iure.

81 Teſtamentum primum irritum intelligitur cum omnib.ſuis cla.& cum omni voluntate teſtatoris,ex voluntate contraria eius etiam minus ſolenni reducendo voluntatem teſtati ad voluntatem inteſtati ſimpliciter ex decennio elapſo, & quando incipiat currere tempus d.decẽnij 83. vbi ſuper hoc latè.

82 Verba derogatoria contenta in teſtamento rupto nihil valent,& quod facilius tollitur qualitas quàm ſubſtantia, nec poteſt eſſe ſine ſubiecto,& de alia ratione.ibid.

84 Teſtamentum prius habens clauſ.derogatoriam ad ſequentia vt dicatur reuocatum,requiritur etiam abſque mentione ſpeciali.d.clauſulæ illius reuocationem eſſe factam poſt decennium à die prioris teſtamenti.

85 Decennium ſecundùm Bal.& ſequaces elapſum,operatur annullationem prioris teſtamenti cum omni ſua clauſula etiam derogatoria, quicquid Ruin.in contrarium dixerit: quia ſecundum valebit.

Fallit in teſtamento cæci,non ſeruatis ſolennitatibus requiſitis in eo.86.in fin.

86 Teſtator non poteſt ſibi lege imponere, quando elapſo decennio poſſit reuocare teſtamentum.

87 Coniecturæ colligi poſſunt,partim ex verbis teſtamenti,partim ex factis & circunſtantijs occurrentib.extra teſtamentum, & in quo teſtamento primo vel ſecundo magis videntur vigere, id teſtamentum attenditur poſtpoſitis etiam clauſulis ampliſſ.derogatorijs,& vt ibi latius habetur.

Teſtamentum id attenditur in quo magis vrgent coniecturæ de voluntate teſtatoris.vide verb.coniecturæ colligi poſſunt partim.



88 Teſtamentum primum videtur tolli per ſecundum, etiam non facta mentione clau.derogatoriæ ex voluntate teſtatoris,quando ex quibuſcunque coniecturis id conſtare poteſt iudici.

89 Teſtamenta duo ſi reperiantur, primum cum cla.derogatoria ad ſequentia,ſecundum cum cla.non tamen ſit ſpecialiter expreſſa reuocatoria præcedentis,vt communiter per doct.ſic requiratur:cùm ex coniecturis conſtare poteſt voluntatem teſtatoris adeſſe ſecundò id attenditur,& de alijs limitationibus & ampliationibus ad præfata vide ibid.

Et circa hanc materiam vide ſex conſideranda perpulchrè per authorem poſita,ibid.vſque ad fin.dubit.

89 Conſiderationes ſex vtrum primum an ſecundum teſtamentum valeat vſque in fin.dubit.

90 Lex ciuilis habet illud pro probato,cuius contrarium non eſt credibile,nec perſuaderi poteſt alicui bono viro,ad cuius arbitr.tale quid referri ſolet.

91 Teſtamentum primũ tollitur reſpectu qualitatis perſonæ teſtantis per ſecundum ſine mentione etiam cla.derogatoriæ in primo poſitæ,potius ex capite not.i, quàm ex conſenſu teſtatoris,cùm ſit maximè perſona idiota ruſticana ignara.d.verborum ſcriptorum in ea clauſula. & vt ibi hoc apertè demonſtratur.

92 Cogitatus credibilis teſtatoris operatur vt ei ſit ſtandum, & perſonæ qualitas præſtat intellectum diſpoſitioni.

93 Teſtamentum primum tollitur reſpectu verborum ſignificatum per ſecundum,in quo reuocatoria clauſula per verba generalia ſit aſcripta, licèt in primo adeſſet clauſula derogatoria etiam per verba præciſa, & clauſula omni meliori modo, maximè quando ſit concepta verbis enuntiatiuis cum permiſſione futuri teſtamenti faciendi ſub cond.multum difficili: puta ſi totum pſalterium eccleſiæ ſcripſerit, quia pro non adiecta habetur, vnde vti generalis reuocatoria mera remanens tollitur per ſecundum, & vt ibi latiſſ.de materia habetur horum verborum derogatoriorum.cum num.ſeq.

94 Paria ſunt aliquid non extare,& extare, ſed id non poſſe conſequi niſi cum magna difficultate.

95 Teſtamentum primum cenſetur reuocatum de voluntate teſtatoris his verbis adiectis in ſecundo ex certa ſcientia omne aliud teſtamentum reuocans. Vel illud vltimum facere ex certa ſcientia.

Et an ex clauſula omni mel.modo in vlt.appoſita cenſeatur reuocatum primum,& quòd ſic ſecundùm Burſ.ex communi.At contra auctor.vt ibi per eum.

96 Teſtamentum primum cenſetur reuocatum per ſecundum, licèt in ſecundo non ſit ſpecialis mentio facta de reuocatoria clauſula primi,quando extra teſtamẽtum ſecundum probarentur verba teſtatoris derogatoria primi, & velle vltimum teſtamentum præualere & attendi, quæ probari ſufficiunt, vel per codicillos poſt primum teſtamentum confectos, vel per teſtes, & quod obliuione notarij non fuerit poſita derogatoria, & vt ibi latè de materia.

97 Voluntas teſtatoris poteſt probari per librum ſuarũ rerum memorialium,& ex ſua ſcriptura.

98 Teſtamentum primum tollitur & reuocatum cenſetur habens etiam clauſ.derogatoriam ad ſequentia per ſecundum abſque alia mentione derogatoriæ præcedẽtis,quando per geſta & facta circa poſterius per ipſum teſtatorẽ conſtare poteſt illud ſecundum verum eſſe valiturum & obligatorium,ſicq; coniecturari poſſit, & vt ibi latè hoc declaratur, exempla vide num.101.103.104.

99 Actus à quo eſt remotus conſenſus agentis dicitur fictus ac ſimulatus.

100 Teſtamentum primum tollitur per ſecundum, quando & quibuſcunque coniecturis conſtare poteſt quod teſtator ſecundum teſtamentum etiam ſimpliciter factum præualere voluit.Et de ratione.ibid.

102 Pœna appoſita diſpoſitioni reddit eam validam, quæ aliàs non valeret, & magis enixam & ſpecificam oſtendit teſtatoris voluntatem explendi, quod diſpoſuerit & prius per obligatum obſeruandi.

105 Teſtamentum primum tollitur reſpectu qualitatis conſanguineorum per ſecundum ſine ſpeciali etiam mentione derogatoriæ cla.in primo ceſſante cauſa præſumpta derogatoriæ & ſcriptæ pro teſtamento ne.ſ.teſtator inducatur à conſanguineis,ad id primum reuocandum,vt quando ſint inſtituti in ſecundo hæredes pupilli, & vt ibi latè declaratur,cum ſeq.

106 Teſtamentum ſecundum valet quando hæres in eo inſtitutus eſt longè abſens à loco vbi factum eſt teſtamentum.

Item valet ſecundum ſimpliciter factum ſine mentione derogatoriæ prioris, quando in hoc primo ſunt inſtituti extranei,& in ſecundo venientes ab inteſt.

108 Item valet ſecundum ſine mentione primi, quãdo in eo ſit inſtituta perſona dilecta à teſtatore.

109 Teſtamentum primum tollitur etiam clauſulatum derogatoria ad ſequentia reſpectu cauſæ mutatæ.i.per ſecun. quando iuſta cauſa ſuperuenerit, quando primum mutandum ſit,& multa afferuntur exempla ibid.quæ videre licet,quibus tollitur primum,ſine mentione derogatoriæ in ſecundo, veluti propter offenſam primi hæredis & grauiſſimam ibi.110.

Fratre reperto viuo teſtatoris, inſtituto in ſecundo cùm extaret fama tempore prioris teſtamenti de eius morte, in cauſa, vt alium inſtitueret.ibid.

Mortuo primo hærede primi teſtamenti. ibid.

Mortuoq; ciuiliter primo hærede in primo inſtituto.

Item quando hæres in primo vnus remoueretur in 2.quia multas pecunias habuerit a teſtatore, & vt ibi declaratur.ibid.

111 Teſtamentum primum non tollitur reſpectu.ſ.loci temporis, & modi ſeruatorum in confectione & mutatione teſtamen. per ſecundum clauſulis in vtroque derogatorijs exiſtentibus primo.ſ.teſtamento in loco libero confecto, ſecundo verò in loco non libero, ex quo liberè agere non poterat, vnde ſecund.non valet ad primum, & vt ibi decla.

112 Teſtamentum primum ab vxore ſeparata à viro de licentia ſuperioris ob malos tractatus viri in quo fuerat neptis ſua inſtituta cum qua habitabat,non tollitur per ſecundum factũ ab ea reuerſa ad virum peius quàm prius eam tractantem, ægrotantem & coactum d.maritum hæredem inſtituere tam cum clau.derogatorijs primum declaram,vt ibi latè habetur.

Nec pars vlla dotis ei debetur quæ ex ſtatuto lucrari ſolet, vt ibi.

113 Teſtamentum prius factum nil prodeſt hæredi inſtituto in eo,impedienti teſtatricem poſſe mutare illud.

114 Teſtamentum ſecundum non valet, nec tollit primum, quando ſit factum ab infirmo inſtigatione teſtantis per hæredem & pro eius cõplacentia,ſicut nec valeret ſi blanditijs induceretur vt reuocaret teſtamentum iam factum in gratiam alterius,& ipſe hæres inſtitueretur.

115 Teſtamentum vltimum attenditur in ciuitate Venetiarum, in qua viuitur cum ſumma puritate & libertate, ideò clauſulæ derogatoriæ non procedunt in teſtamentis eo in loco factis:& vt ibi habetur.

116 Teſtamentum primum cum clauſula derogatoria ad ſequentia non ſolùm tollitur per ſecundum factum poſt x. annos ſine mentione ſpeciali de derogatoria primi, ſed etiam ſi poſt biennium duo teſtamenta facta reperirẽtur ab eodem,tunc expreſſè habetur,ac ſi reuocaſſet derogatoriam primi,& quare ibidem.

117 Mulier poſt biennium primæ promiſſionis,ſi his pro alio promiſerit, habetur ac ſi certificata renuntiaſſet Velleiano & valet

*& valet obligatio ſua, & quare. ibidem clarè habetur.*

118 *Teſtamentum illud valere & magis pro eo præſumitur quod ſcriptum reperitur manu notarij magis legalis, & ſic reſpectu famæ & conditionis notarij attenditur, ſicq́; præſumptio pro eo ſtat pro quo eſt authoritas notarij.*

119 *Teſtes & notarij æquiparantur.*

120 *Inſtrumentum à notario non boni nominis factum, licèt non reprobetur in totum, redditur tamen ſuſpectum.*

121 *Teſtamentum factum à notario non matriculato non probat ſic ſtatuto dictante. Vnde primum attenditur ſi ſit confectum à matriculato, & ſecundum à non matriculato, & de hac materia vide latius ibidem: eſto quòd habet non matriculatus priuilegium notariatus à principe.*

122 *Statuta de matricula notariorum valens vti facta à populo habente authoritatem ſtatuendi.*

123 *Milites non gaudent priuilegio militum, niſi ſint deſcripti in matricula.*

124 *Leges veræ dicuntur quando ſunt licitæ, & non faciunt monopolium.*

124 *Monopolium reprobatur.*

125 *Alphonſus* Neapolitanorum *rex ſumma ratione laudabat presbyteros & notarios vti duas hominum ſpecies ſummæ venerationis: in populo tamen nullius ferè conſiderationis, & quare, & de ratione ibid. pulchrè.*

126 *Facultates dicuntur hominum vitæ.*

127 *Mandatum aut libera conceßio principis ad aliquẽ actum intelligitur, ſalua lege municipali, & locorum conſuetudine.*

128 *Municipale ius eſt obſeruandum.*

## ¶DVBIT. II.

RESOLVENDA eſt circa reuocationẽ, & † clauſulam derogatoriam ſequentis
1 vel præcedentis teſtamenti, námque tam dubia & controuerſa eſt, quantum ſæpe videntur contentiones, magni momenti inter cauſarum patronos & conſulentes verti, vno primum teſtamentum validum extare, altero quinimo id reuocatum, & ſecundum teſtamentum vigere defendere conante, vt videre eſt apud Deci. conſil. 582. & Curt. Iun. conſil. 169. cum alio conſulente nitentes oſtendere primum teſtamentum, & non ſecundum fore attendendum, & in eadem facti ſpecie, apud Soci. Iun. conſi. 124. lib. 1. & Bero. conſ. 3. lib. 2. reſpondentes non primã illius teſtatoris voluntatem, ſed vltimam in teſtamento ſequenti expreſſam ſeruari debere, meritò difficilem eſſe materiam, & ſcabroſam exorditur Neuiz. conſi. 63. lib. 1. & de clauſula hac derogatoria Marc. Anton. Nat. tractatum edidit plenum impreſſum poſt ſuam repet. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. vt meminit ſuo conſilio 531. nu. 40. & quomodo per ſecundum teſtamentum derogetur primo, plures ex profeſſo adducit concluſiones Couar. Hiſpa. in rubr. de teſta. part. ſecunda. nume. 19. cum ſequent. necnon & Iul. Clar. in ſuo §. teſtamentum. quæſt. pen. in quibus locis doct. iſti adeo exactè materiam clauſulæ huius derogatoriæ examinãt, diſtinguunt, & declarãt, quòd omnino ſuperflua videatur omnis alia declaratoria.

Veruntamen adhuc pro faciliori & clariori noſtri interpretis inſtructione has promoueo, ac propono conſiderationes & inſpectiones.

2 † Primam, ſi teſtamentum tam primum, quàm ſecundum vel eorum alterum, ſit inter liberos.

Secundam, ſi teſtamentum inter extraneos non habeat clauſulam derogatoriam.

Tertiam, ſi teſtamentum primum aſcriptam habeat clauſulam derogatoriam, & quibus verbis conceptam.

Quartam, ſi teſtamentum vltimum ſit cum clauſula derogatoria primi, & quibus verbis expreſſa.

Quintam, ſi poſt teſtamentum conditum per decem annos teſtator vixerit.

Sextam, & vltimam, ſi coniecturæ ex contingentis facti ſpecie colligi poſſint de obſeruantia vel primi, vel ſecundi teſtamenti attendenda. Deinde an vnamquamque cõſiderationem iſtarum pro modica facultate mea, breuitati ſtudens, probatis deciſionibus, & veris rationibus adhærens, reſolutiones adducam, non minus perſpicuè & vtiliter, ni fallor, quàm per alios hucuſque de hac re tractantes, actum fuerit.

3 Ad primam itaque dico, quòd † teſtamentum à parentibus vtriuſque ſexus conditum inter liberos habet clauſulam derogatoriam ad ſequens teſtamentum continens hæredem extraneum inſtitutum, vel minus liberis fauorabile, per text. in auth. hoc inter liberos. C. de teſta. & ibi docto. omnes firmant, & in corpore vnde ſumitur in auth. de teſta. imperf. §. ſi quidem & gloſſ. in verſi. reuocare. in c. primo. de conſtitu. in 6. pro communi poſt Boër. deci. 249. ſub nume. 10. ponit Iul. Clar. in dicto. §. teſtamentum. in quæſt. pen. verſi. retenta prædicta. Pari modo ſequens & ſecundum teſtamentum cenſetur habere clauſulam derogatoriam ad primum præcedens teſtamentum minus fauorabile liberis etiam inter liberos, licet Soci. in l. ſi mihi & tibi. § in legatis. colum. pen. ſub nume. 10. verſ. quibus tamen non obſtan. de leg. primo, dicat ſe non reperire iure cautum clauſulam derogatoriam intellectam in teſtamento inter liberos eſſe reuocatoriam, etiam ad præcedens teſtamentum: habens maximè etiam expreſſam clauſulam derogatoriam ad ſequens teſtamentum, vt etiam latè proſequitur conſil. 163. colum. fin. lib. ſecundo. Tamen poſito quòd primum habeat tantum legalem clauſulam derogatoriam, tollitur per vltimam voluntatem factam in fauorem liberorum quantuncunque non habentem reuocationem clauſulæ derogatoriæ in primo adiectæ, ita Roman. conſilio 179. ampliſſimè Doctor. colum. pen. verſic. ſecundo dico. Et hoc ex clauſula ſubintellecta derogatoria quoque ad primum præcedens teſtamentum, probat Iaſ. in l. ſancimus. colum. 3. in 7. fallen. C. de teſtam. ſequitur Socin. Iun. conſil. 124. num. 31. lib. primo. Ioſeph. Aſſiſien. Peruſi. deciſ. 2. numer. 26. & ſequen. apertè Bero. conſi. 3. num. 9. verſ. alia & ſecunda. lib. ſecundo, ſubiungendo rationem magis proprium eſt teſtamenti preteritis derogare quàm futuris. §. poſteriore. inſtit. quibus modis teſta. infirm. ſic eſſe commun. opi. atteſtando ſepius & defendendo tenet Couar. d. rubr. de teſtam. part. 2. ſub nume. 19. verſi. ſexto, deducitur, ponit & pro communi Clar. d. §. teſtamẽtum. quæſt. 98. etiamſi ſecundum teſtamentum ſit minus ſolenne, & primum ſolenne, ac eadem & plura Ludo. Zunt. Parmen. ſuo reſpon. pro vx. num. 484. & ſeq. procedit non ſolum in derogatione totius, ſed etiã partis teſtamenti, probat Rim. Sen. conſil. 459. nume. 9. Iaſ. in d. auth. hoc inter liberos. col. 1. verſi. 2. pondera.

4 Adeò quòd illud † teſtamentum inter liberos quod fauorabilius eſt liberis, ſiue prius, ſiue poſterius fuerit, dicitur habere clauſulam derogatoriam eius quod liberis minus eſt fauorabile, quaſi cuiuſdam taciti odij excluſiuam, tenet Bal. in dicta auth. hoc inter liberos, ſub num. 4. ibi ſequuntur Salyc. num. ſecundo, Fulgoſ. in fi. Corn. colum. ſecunda, ad princip. verſic. & ſcias quòd tex. noſter. Iaſo. colum. prima, in prima limit. & Rom. conſilio 385. in caſu præmiſſo. colum. 1. ver. primum quia Aym. conſil. 143. nume. 7. conſil. 152. in fin. Rimi. Sen. conſilio 110. ſub num. 16. verſi. & propterea concludit Dec. conſil. 475. colum. 3. ſub nume. 11. verſi. tertio reſpondetur. & conſil.



& conſi. 631. ſub nume. 4. Pariſ. conſi. 24. ſub num. 13. lib. ſecundo, Corn. conſi. 31. colum. fin. in prin. ſub ver. quòd autem primum. lib. 2. Soc. Iun. conſi. 127. nume. 10. lib. 1. ſubſcribit Grat. conſi. 90. nume. 28. lib. 2. poſt eundem Socin. Iun. conſilio 144. numero 57. verſicu. & hoc maximè procedit. lib. 2. Ita patet hanc eſſe com. doct. ſententiam ideò tenendam, quando non ſuperuenit parenti cauſa mutandi teſtamentum, vt Bal. & alij dicunt in d. auth. hoc inter liberos quid autem ſi ſuperuenerit cauſa mutandi, cadit infra in ſexta & vltima conſideratione.

5 Ex † teſtamentis autem inter liberos illud dicitur fauorabilius, quod liberat filios ab oneribus, & legatis & ſimilibus inter eos ſeruat æqualitatem diſponens in fauorem omnium æqualiter, non quòd plus vbi, vel aliquibus tribuat in damnum alterius vel aliorum Socin. Iun. d. conſ. 127. num. 11. 19. lib. 1. minus fauorabile dicitur teſtamentum, in quo filius eſt grauatus fideicommiſſo, Io. Bap. de Sancto Blaſi. conſi. 168. ad num. 3. inter
6 conſilia diuerſorum de vlt. volun. † & pluribus etiam vtile, & proficuum, licèt vni dammoſum ſit, præualet & derogat in eodem caſu altero alterius mentionem non faciente firmant Riminal. Sen. dict. conſil. 110. num. 13. & 16. & Ruin. conſi. 9. colum. ſecunda, num. 5. 6. lib. ſecundo, arg. l. quæritur. de ſtat. homi. & l. maiorem. ff. de pact. idem Riminal. conſi. 459. ſub nume. 10. verſi. & ad adducta. & conſi. 331. num. 10. dixi conſil. 174. num. 7. vſque in fin. lib. 1. nititur totis viribus ad rem ſuam demonſtrare Lud. Zunt. Parmen. ſuo elaboratiſſimo reſpon. pro vxore à num. 751. vſque ad num. 772. & nu. 788. cum ſequ. vt plurimum de his agendo circa materiam auth. hoc inter liberos.

7 Intellige prædicta locum habere † quando apparent plura teſtamenta patris vel matris inter liberos de iure communi vel ſpeciali valida, quòd magis fauorabile liberis & ſeruans æqualitatem inter eos debet præualere, & derogare illi teſtamento inæqualitatem relictorum inter filios continenti, & aliquibus eorum magis dam-
8 noſo, vt prælleg. doct. probant. † Si verò vnum tantum inter liberos teſtamentum eſſet factum quantumcunque aliquibus liberis damnoſum, & inæqualitatem inter eos continens, tamen valet & ſeruari debet, ſicut relicta integraliter aliàs ſupplenda legitima filijs de reſiduo poteſt parens diſponere, vt ſibi placet relinquendo alijs filijs vel extraneis per vulg. text. in authen. de trien. ſemiſ. & in §. hæc autem. verſi. cæterum. in auth. vt cum. de appel. & in §. fin. in auth. de nupt. & in l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. & hoc expeditum eſt, vbi tale teſtamentum ſolenniter factum appareat: ſi autem minus ſolenne fuerit, contentio eſt inter docto. an valeat quando inter liberos non ſeruat æqualitatem, valere quidem tenet Caſtr. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. nu. 3. C. de teſtam. & ibi Corn. in 3. colum. verſicu. nec videtur iſte text. & March. Anton. Natt. nume. 63. in 11. quæſt. tenendo etiamſi magna inæqualitas ſit in teſtamento tali inter liberos cum ſimilibus, etiam de communi opin. per Lud. Zunt. Parmen. dicto ſuo reſpon. pro vx. nume. 782. & Emanu. Coſta. in cap. ſi pater. part. 1. verſi. in ſuo teſtamento. num. 1. 2. 3. de teſtam. in 6. fundantes ſe in generalitate. tex. d. §. ex imperfecto. & ibi ſolus Nat. num. 30. verſ. quinto accedendo: plures rationes huius deciſionis adducẽdo ſe firmat in ea, quòd ideò ſit fauore teſtamenti paterni, & eius voluntatis reuerentia, quàm ei filij debent. & hanc replicat conſi. 423. num. 12. 13. in ea enixè perſiſtit conſi. 622. nu. 3. cum ſeq. vſque ad fin. vbi ſic comprobat teſtamentum minus ſolenne etiam inæqualiter tractans liberos valere, & debere ſeruari.

Cui equidem in hoc non aſſentior quando inæqualitas ſit nimis exceſſiua & iuiurioſa aliquibus filijs, quia hæc in teſtamento minus ſolenni non videtur toleranda, quid falſitatis, & non ſynceræ voluntatis parentis ſapiens, & tantum deuians à cauſã inteſtati æqualiter vocante liberos. l. vt liberis. C. de collat. & l. penult. C. commun. diuidun. cum lex præbuerit talem facultatem parentibus teſtandi inter ſolos liberos minus ſolenniter, confidens quòd deberent ſic teſtando imitari legem ab inteſtato liberos ex æquo vocantem eis maximè ingratis non exiſtentibus, vt ſic tali legiſlatione digni fiant, per not. & clara verba tex. in §. fina. in auth. de nupt. Vnde tali facultate abutentes ita exceſſiuam inæqualitatem inter liberos teſtando ſeruantes, indigni reputari debent, quòd teſtamenta huiuſmodi ſine ſolen-
9 nitatibus debitis teneant arg. eius, quod dicitur † abutentem poteſtate ſibi conceſſa, ea vti indignum priuari debere ex alleg. per Bero. conſil. 175. nume. 23. lib. 2. & conſil. 76. num. 11. lib. 3.

Quare breuiter hanc diſtinctionem tenendam arbitror, quòd ſi magna inæqualitas inter liberos inducta ſit per teſtamentum parentis non ſolenne, hoc quidem non valeat vti ſcandalum & inuidiam inducens inter filios argum. l. cum oportet. §. primo, de bon. quæ liber. per ea quę in ſimili tradit Ang. Aret. in §. penult. colum. fina. vltra med. inſtitut. quibus modis, teſt. infir. & quia tunc ſtatur voluntati parentis, qui vtique filio rectè proſpexit, inquit text. in l. tertia. §. primo. ff. de adminiſtrat. tutorum. Si verò inæqualitas ſit modica, & aliqua rationabili cauſa ſuffulta vti prouenienſ à iuſto parente, tunc voluntas iſta valere debet, ita probat Curt. Iun. dicto §. ex imperfecto. columna ſecunda, ſub numero tertio, latè ſequitur & comprobat Alexand. conſilio ſexto, & conſilio ſeptimo, numero quarto, & ſequent. Tiraquel. in l. ſi vnquàm. verſicu. donatione. nume. 125. de reuocand. donatio. & plenius in tractat. primigen. quæſtio. 4. nume. 4. 5. & ſequent. vbi in dubio dicit eſſe
10 tenendam † illam opin. per quam fratres reducuntur ad æqualitatem, vt ibi per eum, & per plura quæ poſſem hìc replicare alibi in ſuperioribus ſcripta, probat & Socin. Iun. conſil. 147. numero 35. & ſequent. lib. ſecundo, & Couarru. in cap. Raynutius. ſuo §. primo, numero tertio, de teſtam. Celſ. Hugo. conſil. 102. ſub numero 3. verſi. ad dictum Riminal. Seni. conſil. 331. numero decimo, Cephal. conſilio 780. nume. 9. Crot. conſil. 121. numero 24. & ſequent. & ita hæc opin. vti æqua, & magis commun. in iudicando tenenda eſt, Socin. Iun. ait dicto conſilio 147. num. 44. cum quo pertranſit vbi inæqualitas ſit non modica Gabr. Roman. de commun. concl. lib. 4. tit. de teſtamentis, concluſ. 6. in fin. fore quoque reſpuendum teſtamentum parentis inæquale & damnoſum filijs, probat Vincentius de Palleotis Bononien. ſuo conſil. 135. num. 34. 35. & ſequent. inter conſil. vltim. volunt. lib. 1.

11 Accedente ratione deciſionis † dicti §. ex imperfecto quòd ea ſit fauore liberorum, & non teſtamenti paterni qualecunque ſit amplectendi per filios, & ſeruandi, vt tantum capiti ſuo impreſſit Mar. Ant. Nat. quòd bis & ter eam ſcriptis inſeruerit, & in dicto. §. ex imperfecto. numero 31. & 32. & conſilio 423. nu. 12. & conſil. 622. nu. 6. & ſequ. quòd enim hæc ſua opin. in hoc ſit erronea, falſa, & ſola, ideo nullo pacto tenenda: demonſtratur primò ex communi, & receptiſſima aſſertione gloſſ. & doct. quòd ſpecialis diſpoſitio d. §. ex imperfecto. ſit priuilegio & fauore liberorum, ita gloſſ. fina. in §. pen. inſt. quib. mod. teſt. infirm. ibi per Ang. Aret. & alios approbata Bart. in d. §. ex imperfecto. in 1. appo. ibi Bald. ad fi. Salyc. in verſic. ſed pro concordia. Caſt. ſub. num. 5. Aret. in 2. not. Iaſ. ad fin. Cor. colum. pen. verſ. in ea ſibi corrigi, & Iul. Clar. in d. ſuo §. teſtamentum. quæſt. 8. in 1. verſ. replicat & in verſi. quæro. ad fin. & quæſt. 12. verſic. item quæro. & alibi ſæpe doct. & dicit Grat. conſ. 90. num. 26. lib. 2. quòd tunc dicitur teſtamentum inter liberos, quando

quando eſt factum fauore liberorum,& non quando eſ-
ſent tantùm inſtituti in legitima eis de neceſſitate relin
quenda,& ita commun.doct.dicere non inficiatur Nat.
d.§.ex imperfecto nume.30.

Ergo huic communi opin.ſtandum eſt reiecta ſingu-
laris doct.opinione dicit Rom. conſi.179.colum.4.ver.
quoad & ſecundum.& Alexand.conſil.134.ad fin.lib.1.
cum vulg.demonſtratur & ſecundo erronea & non ve-
ra d.opin.Nattæ ex phraſi, & accurata inſpectione lite-
ræ d.§.ex imperfecto, quæ duo continet, regulam com-
munem, & ſpecialem exceptionem: regula communis
reſpiciens teſtamentum imperfectum defuncti, & ſic
parentis eſt dictata ſermone negatiuo & prohibitiuo,ibi
ex imperfecto autem teſtamento voluntatem tenere
defuncti,niſi,&c.non volumus.ſpecialis autem exceptio
reſpiciens ſolos liberos eſt expreſſa ſermone affirmati-
uo, deſignato per dictionem,niſi,ſubſequentem oratio-
nem negatiuam,Bartol.& alij tradunt in l.actione.C.de
tranſact.quo fit manifeſtum non tribui fauorem validi-
tatis voluntatis defuncti teſtamento imperfecto paren-
tis, per dictum verbum negatiuum, non volumus quod
omninò contrariatur dictæ validitati, vt patet ad ſen-
ſum, ſed tribui ſolis liberis in exceptione poſitis per di-
ctam affirmatiuam inductam modo quo dictum eſt, er-
go affirmatiua hæc præualet ad id quod ipſa ponit, & eſt
attendenda quòd ratio dictæ deciſionis ſit fauore ſolo
liberorum,& non paterni teſtamenti imperfecti, ita fa-
uor debet eſſe æqualiter omnium liberorum per indefi-
nitum verbum, liberos. l. ſi pluribus. in princip. de le-
gat.2.cum ſimil. ne quod eorum fauore,&c.l.quod fauo
re,C.de legi.nec opin. Nattæ ſuffragatur Caſtr. conſil.
362.lib.2.quia primo quædam in diſcurſu arguit in te-
ſtamento cæci inter liberos, an valet ſine ſolennitate
requiſita, per l. hac conſultiſſima.C.qui teſt.face. poſſ.
deinde in ſecunda colum.ad prin.concludit,quòd ſi fa-
ceret filios multum inæquales intereſſet liberorum ꝙ
illa ſolennitas obſeruaretur, ergo ſentit pro nobis
quòd fauor & intereſſe liberorum eſt ſupra valorem
teſtamenti parentis, dum caret ſolennitate generaliter
requiſita nec faciunt l.ſi pars. ff. de inoffic. teſtamen. &
l.ſecunda.C.de edi.di.Adri.toll.quas Natt.adducit pro
ſua opin. quia loquuntur in teſtamentis aliàs ſolenni-
bus, argum.l.ſi quando in prin. C.de inoffic. teſtament.
& in fauore teſtamentorum non ſolùm contra filios,
ſed generaliter etiam contra alios, vt text.eſt etiam in
capit. fin. de re iudic. & dummodò etiam vitium teſta-
menti non ſit viſibile,gloſſ.& doctor. in dict. l. ſecunda,
quod ideò apparens ex ipſo teſtamento vt defectus ſo-
lennitatis contra aliquem & minus contra filium non
defendit teſtamentum ſaltem iniquum per not.in l.fin.
C.de edi.diu.Adri.tollen.& tex. in d.l.ſi pars.in prin.ibi,
*Niſi apertè iudicem iniquè*,&c.

Atque cætera fundamenta Nattæ non ſunt vera ferè
omnia elicita ex prætenſo fauore parentum, ſicut hoc
veriſſimum eſt ſolennitatem teſtamenti inter liberos
per dict.§.ex imperfecto,eſſe relaxatam, non fauore pa-
rentis,ſed liberorum, vt eſt receptiſſima omnium ſen-
tentia probata exinde ſi cauſa teſtati neceſſitate ſer-
uandæ æqualitatis inter liberos quaſi fruſtratoria videa-
tur conformis cauſæ inteſtati,tamen & ipſa cauſa teſta-
ti dicitur cùm inſtituuntur hæredes etiam venientes
ab inteſtato per l.ſecundam.ff.de iniuſt. rupt. teſt.Bald.
& ali.in l.1.in prin.ff.ad leg.Falci.

Si autem velit teſtando pater inter filios aliquam
enormem inæqualitatem ſeruari, non eſt ſibi clauſa via
teſtandi ſolenniter. Alia namque via per eum electa
teſtandi minus ſolenniter non dicitur irreuerentia ha-
beri,nec iniuria fieri ſuo teſtamento imperfecto impu-
gnato per liberos, veluti magnā inæqualitatē inter eos
12 continenti, quia † parens ipſe non teſtando ſolenniter,
primò eſt contemptor legis,ideo fauore non eſt dignus,
ſed punitione ad not. in gloſſ. penult.in cap.primo. de
matr. contract. contra interd. eccleſi.cum ſimil.ſecun-
do, velle videtur ſuum teſtamentum non valere,arg.l.
an inutilis. ff. de acceptilati.& l.non ſolùm ff. de actio.
& obliga.propriè adducit Roma.conſilio 179. ampliſſi-
mè.columna penultima,in fin.verſic.ardor amoris lici-
ti,ſentit poſt Cuma.& Caſtr.& Alexand. in l. prima. §.
ſi quis ita, columna ſecunda, numero octauo, de verb.
oblig.& Socin.conſilio 68.colum.quarta, ſub verſic.ex
quibus concludendum eſt,lib.tertio,& facit.l. fin. ff. de
manu. teſt. vbi quid ineptè diſpoſitum ab agente pro
nullo, & magis ad impediendum habitum intelligitur,
vnde volenti non infertur iniuria nec irreuerentia.l.
cum donationis. C. de tranſact. l. quanuis. ff. de in ius
vocan. cum ſimil. & ſi dicatur parentem inter liberos
teſtantem velle tenere teſtamentum, vt inter liberos
etiam minus ſolenniter factum per dict. §. ex imperfe-
cto, replicatur id habere locum,dum cauſa inteſtati fo-
uet cauſam teſtati: ita quòd nimis inæqualiter teſtamen
tum non damnificet liberos,alioquin ab inteſtato æqua
liter vocatos, quorum fauore diſpoſitio dicto §.ex im-
perfecto. emanata cenſetur vt gloſſ.& doct.omnes præ-
ter Nat.communiter tradunt in locis ſup. alleg. ideò in
eorum odium non debet redundare dict.l. quod fauo-
re,vt in ſimili arguit Iaſo.in dict.auth.hoc inter liberos,
column.prima,in prima limit.poſt Ang. ibi, itaque non
vera eſt opin. Nattæ prout etiam vera non eſt quòd ſi
militer diſpoſitio dict.auth.hoc inter liberos ſit inducta
fauore teſtamenti paterni,& non filiorum, vt infra mo-
dò etiam oſtendam.

Cum igitur teſtamentum inter liberos habeat clau-
ſulam derogatoriam ad ſequens teſtamentum per text.
13 & docto. in dict.auth. † hoc inter liberos, huius deci-
ſionis rationem perſcrutari ad plura multum intereſt,
eam enim eſſe pariter fauore conſeruandi iudicij pa-
terni, ne per aliquas excogitatas falſitates ſubuer-
tatur, ſi minori quàm ſeptem teſtium numero fiat ſe-
quens teſtamentum, firmat idem Natta in dicta auth.
hoc inter liberos,verſiculo, tertio præmitto, idem ibi
replicat in prima,in quinta,& in octaua quæſtio. ponde-
rando verba text.in §.ſiquidem.in auth.de teſtam.imper
fecto & in §.& quod ſæpe.de trien.& ſemiſſ.ne artificio
alicuius criminoſi & inuentione aliquorum malorum
teſtium primam voluntatem defuncti cōmutari & ſub-
uerti tentetur.Ego autem ſto cum communi opin.quòd
14 † primi teſtamenti paterni ſpecialis vt infra dicetur, de-
rogatio & adhibitio ſeptem teſtium requiratur in ſecun-
do teſtamento fauore filiorum inſtitutorum in primo te
ſtamento, ne auferatur eis, vel diminuatur hæreditas pa
terna ſine expreſſa & manifeſta voluntate patris expreſ-
ſa per verba text.in dict.§.ſiquidem.ibi, hoc ipſum ex-
preſſim ſignificantem,&c.manifeſta,vt ibi ſubiungitur,
15 ſub præſentia ſeptem teſtium,&c.quorum † quidem te-
ſtium multitudine quid manifeſtum fieri dicitur per l.ſi.
C.de fideicommiſſ.dicit Bald.in l.pen.hanc.colum.1.C.
de tempo.appell.ita ab hac opin.non eſt diſcedendum,
quia commun.eſt in dicta auth.hoc inter liberos,appro-
bata ibi per Angel.Fulgoſ.ad fin.Caſtr.numero 2.Salyc.
numero primo, Alexand.Iaſ.in colum.prima, in prima
limit.& colum.ſecunda, in ſecundo not.& Socin.Iun.
conſil.127.numero nono,libro primo,& Riminal.conſ.
459.numero 9.& Guil.Bened.in capit.Raynutius.par.
prima,verſicu.teſtamentum 2.numero 10.de teſtam.ita
communiter docto.tenere fatetur ipſe Nat.in d.auth.
16 in 8.quæſtio.& quia veriſſima demonſtratur: † nam ius
quodammodo eſt dominij, quod in bonis paternis filij
habent viuente patre.l.in ſuis.de liber.& poſthum.l.1.§.
largius. de ſucce. edic.l.cum ratio.in princip.de bon.
damn.firmius apparet eſſe eradicatum & inuiſcatum in
filios



filios ipſos primo teſtamento patris eos inſtituentis
hæredes ita cum diſpoſitione legis concurrente diſpoſi
tione hominis, vnde cum pro illius fere dominij filio-
rum priuatione & derogatione, vt patris teneat teſta-
mentum, in eo requiratur certa & ſpecialis exhæreda-
tio filiorum,vt l.prima, & ſecunda,de liber.& poſthum.
& ibi doct.& text.in l.ſi ſub conditione.ff.de bon.poſ.
contra tab.ibi, *Certo enim iudicio liberi à parentum ſucceſ-
ſione remouendi ſunt*,& in l.maximum vitium.§.ſancimus.
C.de liber.præter.ita expreſſionem verborum requirit
exhæredatio,Bald.in l.ſi pater.ad fin.in penu.quæſtio.C.
de inſtitu.& ſubſtitu.& fit ſpecialibus verbis,vt fieri de-
rogationem præcedentis clauſulæ derogatoriæ ex com-
munib.doct.Bar.&ali.adducit Iaſ.in l.Titius.in princip.
colum.penult.ver.tu autem dic.de liber.& poſthu.& fa-
uore filiorum eſt inductum,quòd tacitè vel generalibus
verbis non poteſt fieri talis priuatio.idem Iaſo.probat
in.dicta l.in ſuis,colum.6.verſic.iſta ratio, quia fauor eſt
pro filio extare hæredis inſtitutionem dict.l.ſecunda,
eo.& gloſſ.in verſ.pure.in l.ſub conditione.ff.de hæred.
inſti.& tex.in l.filium.§.ſed ſi portio,de legat.præſt.cum
ſimil.

17 Ita ergo eadem & fortiori ratione † cum duo magis
ſtringant vincula auth.itaque.C.cōmun.de ſucceſ.cap.
primo.de treu.& pa.dicendum eſt ius quaſi dominij fi-
liorum primo teſtamento patris firmatum non intelli-
gi.Secundo patris teſtamento ſublatum vel diminu-
tum, niſi ſpecialiter derogando primo teſtamento vo-
luntate patris cōtraria ſpecialibus verbis expreſſa etiam
manifeſta coram 7.teſtibus, vt dixi, ita decidit text.
in dict.auth.hoc inter liberos, & in originali ex quo ſu-
mitur, cuius quidem deciſionis ratio quodammodo
manu tangitur, quòd eſt fundata principaliter in fauo-
re filiorum & non patris, per ea quæ ſcribit Pariſ.conſ.
72.nu.27.& ſequen.libr.prouidendo filijs ne ius eorum
in ſucceſſione patris prius delege.deinde primo teſta-
mento patris debitum ita de facili auferatur,vel turbe-
tur ſecundo patris teſtamento, nota enim iuris eſt re-
gula, diſpoſitionem aliquam cenſeri factam principali-
ter fauore eius, in cuius commodum & vtilitatem di-
ſpoſitio ipſa dirigitur.l.fideicommiſſa.§.interdum de
leg.3.l.cum pater.§.donationis.de leg.ſecundo l.ſecun-
da.§.ſi duo fratres.ff.de colla.bon.l.ſi cui legetur.§.
fina.de lega.primo, & not.in l.qui exceptionem.in
prin.ff.de cond.indeb.& Bart.in l.liberationem.§.fina.
in prima oppo.de liber.lega.veritas ideò hæc, quòd di-
ſpoſitio dict.auth.hoc inter liberos, ſit emanata fauore
liberorum & non iudicij paterni conſeruandi,patet tex.
accurata lect.text.in auth.de teſta.imper.in princip.&
§.primo.& §.ſiquidem.ex quo ſumitur dict.auth.hoc
inter liberos, & ex lectione text.in §.& quod ſæpe,& §.
ſequent. in auth.de trien.& ſemiſ.in quibus etiam ſe
fundat Nat.contrarium defendere nitens, & non bene
iudicio meo quoad alia ſua fundamenta principalia re-
ſpondi ſupra circa rationem dict.§.ex imperfecto,nunc
breuiter dico veritatem d.communis opin.apparere ex
18 dictis authen.Primò inſpiciendo tex. † auct.dict.titu.de
teſta.imperfec.clare colligitur ex prin.quòd relaxatio
facultatis teſtandi,& exinde quælibet validitas etiam ex
coniecturis habita teſtamenti eius, qui parens eſt pro-
cedere videtur in ſuis filijs:itaque ratione & fauore ip-
ſorum filiorum oſtendunt verba text.in prin.ibi, inter
filios tenere, & ibi,& hoc in ſuis,& in emancipatis filijs,
& in §.primo.ſimiliter claritas requiſita generaliter in
defunctorum diſpoſitionibus per legiſlatorem, modis
ibi expreſſis in teſtamentis parentum inducta videtur
etiam fauore filiorum, vt ſunt verba aperta, ibi nullam
vlterius contentionem filijs derelinquat, & in dict.§.ſi
quidem forma teſtandi ſecundo loco ſub præſentia 7.
teſtium apparet quoque inducta fauore filiorum inſti-
tutorum in primo teſtamento, ne falſitas contra eos
committatur, quæ tandem eis præiudicaret & noceret,
& non iudicio parentis defuncti, quod etiam in primo
teſtamento & in ſecundo, dummodò in vno vigere po-
teſt, & demum quoad defunctum nihil refert, dum-
modò teſtatus deceſſerit:quod vtique ſibi deficere non
poteſt, cum vtrumque teſtamentum ſubuerti non quæ-
ratur, bene facit tex.in l.poſt legatum.§.non idem.ff.de
his qui.vt indi.ac bene facit Aymo conſilio 143.nu.15.
itidem euidens eſt ex dict.§.quod ſæpe, & §.ſequent.in
auth.de trien.& ſemiſ.quę ibi per legiſlatorem diſpoſita
ſunt circa diuiſiones bonorū per parentes,inter filios fa
ciendas in teſtamēto cedere ad vtilitatē, & cautelam fi-
liorum & ſic eorum fauore & non paterni teſtamēti, vt
ibi,& indubitatam det filijs hinc vtilitatem,& tex.in §.ſi
verò aliquis.ſeq.ibi oportet enim prouidere ſubtiliter
cautela filiorum.

Miror equidem Marc.Ant.Nattam bonæ & notæ
eruditionis & ſubtilis ingenij virum in talem ſuam opi-
nionem erroneam lapſum fuiſſe, quòd ratio deciſionis
dict.auth.hoc inter liberos. non ſit fauor filiorum, ſed
pro conſeruatione primi teſtamenti paterni, cum &
hoc eſſe non poſſit ſine fauore filiorum in ipſo teſtamē-
to hæredum inſtitutorum, cùm & eorum totum com-
modum & tota vtilitas ſucceſſionis, ex tali primo teſta-
mento conſeruato futura ſit. Námque ita principalis eſt
fauore hæredū,quibus teſtator plus reliquit,& is princi-
paliter inſpici debet ſecūdùm Bar.in l.cum res.§.culpa.
19 in fin.de leg.primo, † & cui magis fauet teſtator eidem
magis fauet lex,per l.in teſtamento ita,& l.mulcta.§.fin.
de condit.& demonſt.dicit Bal.in l.prima.col.1.ſub nu.
8.C.de inſt.& ſubſtit.bonus text.in l.ſeruo legato.§.non
ſolum de leg.1.

Etenim huiuſce diſceptationis & defenſionis veræ
& communis ſententiæ, quòd ratio dict.auth.hoc in-
ter liberos. fundata eſt in fauore liberorum vtilitas eui-
dens eſt in quæſtionib.ſuperinde emergentibus, in qui-
bus liberorum fauor militare & præualere poteſt ſpe-
cialiter & in iſta quæſtione quòd exiſtentibus liberis
hæredibus inſtitutis in primo & in ſecundo teſtamen-
to patris abſque alia ſpeciali derogatione fauore libero
rum,id teſtamentum præualet & attēdi debet quod ma-
gis liberis fauorabile eſt,cuius contrarium.ſ.quòd tenet
primum prætextu ſuæ contrariæ opinionis ſentit idem
Nat.in d.ſua repet.dict.auth.hoc inter liberos, numero
3.in 1.quæſt.illa tamen,quam modò dixi,eſt vera funda-
ta in vera ratione fauoris liberorum & com.opin.vt an-
tè demonſtraui ea dubit.verſ.adeo quòd illud, ſequitur
& Boër.deciſ.240.ſub num.ſecundo, verſ.& quia etiam
ſi ambo, & Zunt.Parmen.di.reſpon.pro vx.nume.746.
idem dicendum eſt in quæſt.5.& 8.d.repetitionis Nat-
tæ,quod vbi poteſt militare ſemper præualet liberorum
fauore.

20 Aduerte eundem † fauorem tribui liberis vocatis in
teſtamentis parentum, etiamſi ab eorum ſucceſſione
ab inteſtato liberi ipſi eſſent excluſi lege municipali,ſeu
alia diſpoſitione, vt filiæ vel neptes ſtantibus maſculis,
quia in hoc naturalis ratio attenditur, vt per Rom.dic.
conſ.119.col.5.Riminal.ſeni.conſ.495.numer.10.ſentit.
Fulgo.in l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem.in
fin.C.de.teſta.firmat Boër.deciſ.241.ſub numer.3.verſi.
& per iſta Alexan.Clar.in dicto §.teſtamentum.quæſtio.
12.verſicu.item quæro,vbi de communi,poſt Guili.Be-
ned.in capi.Raynutius,par.prima,verſi.teſtamentum 1.
nu.81.de teſta.

Oportet quoque ſcire, & hoc vnum præcipuum eſt
in materia, cùm hodie frequentiora ſint teſtamenta
21 nūncupatiua,quàm in ſcriptis confecta,quòd † primum
inter liberos teſtamentum nuncupatiuum ſolenniter,
vel minus ſolenniter confectum, ſicut manu patris

ſcriptum clanſulam cenſetur habere derogatoriam ad ſequens teſtamentum ex dict.auth.hoc inter liberos, licet ibi contrarium per continuationem literæ ad præcedentem authen.quod ſine, teneat Angel.latè ſecutus per Barb.conſil.2.lib.1.& per Alexand.conſi.146.lib.2. tamen pro teſtamento dicto nuncupatiuo eſt communis opin. vt per Caſtr.Alexand. & Iaſ.in l.ſecunda lim. in dict.auth. hoc inter liberos. ex continuatione etiam cum dict.§.ex imperfecto hanc opinio. veriorem tenet Boer.deciſ.240.ſub num. 10.& placet Nattæ in dict.repet.in ſecunda quæſt.nu. 4. per æquiparationē teſtamētorum & in ſcriptis & nūcupatiui,& ego dico per fauoberorum, & eorum ius dominij bonorum paternorum firmatum iam in primo teſtamento, tale quale ſit, vel manu parentis ſcriptum, vel nuncupatiuum per ea quæ ſuprà ſcripſi, diuerſitatis ratio non eſt, imò eadem videtur ex deciſione expreſſa dict. auth.hoc inter liberos, & ex communi ſententia doctorum ibi deciſio eſt,quòd ſecundum teſtamētum reuocatorium primi poteſt eſſe in ſcriptis,vel ſine ſcriptis nūcupatiuum, quod ideò nūcupatiuum exiſtens liberis magis fauorabile habet etiā clauſulam derogatoriam ad præcedēs ex communi doctorum ſententia ſcripta ſupra in princ. huius conſiderationis,ſic ergo & teſtamentum nūcupatiuum clauſulā derogatoriam cōtinere probatur, ita pro cōmuni opin. tenenda in iudicando & conſulendo ſubſcripſit Clar.d. §.teſtamentum.in q.vndecima.

22 Teſtamentum † itaque primum inter liberos non reuocatur per ſecundum teſtamentum inter extraneos vel liberos ſimul, tantum in legitima inſtitutos, niſi duo vel tria concurrant, & adhibitis ſeptem teſtibus, & reuocando expreſſè primum teſtamentum tale & aliā diſponendo voluntatem, fiat ipſum ſecundum teſtamentum per text. dict. authent. hoc inter liberos, & in dict. §. ſiquidem. & communiter docto. vtrobique, non placet ſufficere quinque teſtes adhiberi ſecundùm literam Græcam, vt tenet Natt.in repeti. dict. authen. hoc inter liberos,numero ſecundo, verſic. quarto præmitto,quia non conſtat illam literam Græcam nouellarum, quæ in Græco ſermone circunferuntur, habitam eſſe ex originali exemplari, ex quo tranſlatum fuit in ſermonem Latinum volumen authenticorum, quod in libris legalibus inſertum habemus. Quiſquis fuerit ille tranſlator, nempe hoc vnum eſt ſatis, quòd eius tranſlationes pro veris & nouiſſimis vniuerſalibus conſtitutionib. Iuſtiniani Imperatoris per tot ſecula fuerunt approbatæ, per tot Pontifices, & Imperatores, & lectæ in ſcholis publicis totius Chriſtiani orbis terrarum, & ſecutæ per gloſſatores & doctores in tantis libris, quanta eorum eſt copia,& ſeruatæ,ac in dies ſeruantur in iudicijs,adeò quòd ab eis nullo pacto diſcedere debemus & ſic tenere firmiter coram ſeptem teſtibus factum requiri ſecundum teſtamentum reuocatorium primi facti inter liberos, ſecundùm communem vulgatam literam dict.authen. hoc inter liberos & dict. §. ſiquidem. Ita iuſtitia circa contrariam dandi & auferendi inter liberos facultatem teſtandi parentibus congruè diſtribuit & æquat, quantum enim ſolennitatis de communi ſolennitate ſeptem teſtium dando liberis relaxauit teſtamento parentis,dict. §. ex imperfecto, tantum reſtituit communis ipſius ſolennitatis ſeptem teſtium,& expreſſe auferendo liberis teſtamento reuocatorio eiuſdē parentis dict. auth.hoc inter liberos ex rationibus ſuperius adductis, & quia iuſta eſt contrariorum diſpoſitio. l.fin.de lega.3.cum ſimil.ibi in gloſſ.

Proinde ſequitur reprobatio alterius opinio. Nattæ
23 in dict.repetitio. numero ſecundo, inferentis † coram quinque teſtibus poſſe fieri codicillos reuocatorios primi teſtamenti inter liberos,cum ita coram quinque teſtibus poſſint fieri codicilli,& quælibet alia vltima voluntas per l. fin.C.de codicil. & dicta litera Græca originalis ſecundùm eum dicat in præſentia ſeptem, aut etiam quinque teſtium. Reprobatur quidem iure hæc ſua opinio, quia primum non eſt ſtandum dictæ literæ Græcè de quinque teſtibus, ſed cōmunib. & receptiſſimis tranſlationibus Latinis firmiter loquentibus de præſentia ſeptem teſtium pro vno requiſito principali conficiendi ſecundum teſtamentum reuocatoriū cum clauſ.ſpeciali reuocatoria primi vt modò dixi, & infra
24 repetam.Deinde quia per † codicillos non poteſt reuocari primum teſtamentum in quo filij ſunt hæredes inſtituti, eā ratione etiam quòd codicillis dari vel adimi non poteſt hæreditas. l. ſecunda. C. de codicill.non ſolùm hæreditas,ſed etiam certa res filio relicta in teſtamento iure inſtitutionis codicillis adimi non poteſt, vt ſequendo conſilium Iacob. de Bel. probat Bald.numero quarto, Salyce.num.3. Caſtrenſ.in fin.l.omnimodo. in principio.C.de inoffic. teſtam.& ibi Iaſo. in col. fi.verſi.antequàm veniam,cōprobat & idem Iaſo. conſ. 223. teſtamentum iſtud columna fina. verſic. ſed dubitatur ſecundo,lib. ſecundo,vbi in fin.etiam expreſſè te-
25 net † primum teſtamentum inter liberos habens clauſulam derogatoriam ad ſequentia teſtamēta, vel ad ſequentes vltimas voluntates, non intelligi reuocatum per codicillos poſteà ſimpliciter factos: idem probat Ruin.conſi.23.col.3.nu.7.& ſeq.li.2.& ea quoq; ratione quia non interuenerunt ſeptem teſtes,& non fuit ſeruata ſolennitas, de qua in d.auth.hoc inter liberos, ita per Rim.ſenio.conſi.405.509.nu.10.& Iaſ.in d.auth.ad pri.
26 Idem † inſtitutionem etiam vnitam cum fideicommiſſo per codicillos non poſſe reuocari non ſeruata dicta iuris ſolennitate & diſpoſitione, tenet Pariſ. conſil.35. nu.28.& ſequen.lib.2.intellige tamen niſi codicilli etiā eſſent inter liberos,& eis fauorabiliores, quia præcedētē reuocarent voluntatem parentis, vt latè diſcutiendo cōſuluit Socin.Iun.conſ.127.num.9.& ſeq. vſque ad fi. li.1.vel ſi non reuocarent,ſaltē eam reducunt ad æqualitatem,vt quòd inter filios minus habentes in teſtamēto & plus in codicillo habente dependentiam ex teſtamento,& codicillo ſimul, non quòd vltimus codicillus dicatur reuocare teſtamentū,vt pulchrè declarat Corn. conſi.21.colum.3.& ſequen.lib.4.pro not.ad limitationem d.auth.hoc inter liberos,ibi refert Nat.num.16.in 11. quæſt.

27 Dignum animaduerſione quoque eſt quòd † teſtamentum vltimum inter liberos factum etiam coram duob. teſtibus non rogatis reuocat primum teſtamentum coram ſeptem teſtibus factum continens fratrem teſtatoris hæredem inſtitutum etiam cum expreſſa cla. derogatoria ad ſequentia teſtamenta,& hoc per gloſſ.fi. in verſ.perfecta.in d.§.ſiquidem, & per quinque rationes,& ſequendo Roma.d.conſ.127.col.pen.ad fin.verſi. 2.dico,probat Iaſo.conſi.223.col.1.& 2. maximè in ver. quinimò,etiamſi primum teſtamentum, lib.2.refert,& ſequitur ita eſſe commun. opinio. atteſtando Couar.in rubr.par.2.ſub num.19.verſic.6.deducitur.de teſta.& ſequitur Boer.dict.deciſ.240.nu.2. per hoc enim nequaquam ſtes,vel credas Iaſoni in conſ. 68. viſo themate, lib.1.tenenti teſtamentum præcedens inter extraneos ſolenniter conditum non tolli per ſequens teſtamētum inter liberos factum minus ſolenniter,defectu rogationis teſtium,& allegantis ad hoc Roma. conſil.306.propoſita conſultatio,quia Rom. ibi non dicit hoc,imò ſub verſic. nec quidem huic ſententiæ dicit ſolennitatem rogitus teſtium relaxari in teſtamentis conditis inter liberos,quia ipſi abſque alio teſtamento iuſti parentum ſucceſſores futuri eſſent, cùm eorum ſit prima cauſa in ſucceſſione parentum,aſſumendo rationem ex tex.in l. prima. C. de his qui ſibi aſcribunt,& quia contra eum in hoc communis ſententia extat modò probata per gloſſ.



gloſſ. ipſam Iaſo. Roſ. Roma. Couar. & Boer. in locis modò alleg.& Caſtren.in dict.authen.hoc inter liberos, nu.6.Alexand.conſi.146.col,pen.num.10.lib.2.& Guli. Bened.in cap.Raynutius,par.prima,ver. teſtamētum. 1. num.75.de teſta.Soci. Iun.conſil.144.num. 31.41.lib.2. Plot.conſ.6.num.4.cum ſimil.per Ludo.Zunt.Parmen. ſuo reſpon. pro vxo.num.592.& ſequent.

Vltra autem adhibitionem ſeptem teſtium in ſecundo teſtamento reuocatorio primi inter liberos in ead.
28 † clauſula derogatoria, ſeu reuocatoria primi non ſufficit quòd ſit generalis, ſcilicet caſſans & reuocās omne aliud teſtamentum hucuſque factum manu cuiuſcunque notarij, & indiuidia omninò non eſt neceſſaria,licèt dubio procul ſufficeret,ſcilicet caſſans & annullans præcedens teſtamentum tali die, & manu talis notarij ſcriptum per eundem teſtatorem factum, ſed ſpecialis ſufficit reuocatio,ſcilicet caſſans,&reuocās omne aliud ſuū teſtamentum,factū etiam inter liberos:ita enim expreſſio iſta ſpecialis inter liberos facta in clauſula derogatoria præcedentis teſtamenti inter liberos inſerta in ſecundo teſtamento oſtendit nobis voluntatem parētis expreſſam reuocandi primum teſtamentum inter liberos,& reuocatū remanet per di. auth. hoc inter liberos, expreſſè ibi tradunt Caſtren.nu.10.4. Corn. in princip. Alexand.conſil. 163. colum.2. numer.5.lib. 7.Curt.Iun. conſil.169.colum.3.num.9.Couar.d.rubr.par.2. ſub nu. 19.in verſic. 6.deducitur, vltra med.de teſta.Alex.conſ. 24.numer. 5. probatur hæc ſpecialis expreſſio reuocationis teſtamenti inter liberos ex verbis apertis dict. authen.hoc inter liberos, ibi declarat ſe nolle teſtamētum tale valere, dictio enim tale, relatiua refertur ad teſtamentum inter liberos in principio, ibi expreſſum, quod eſt dicere,declaret ſe nolle teſtamentum inter liberos valere,vt patet ad ſenſum viſus & auditus. Nota
29 ſingulariter † ſecundum teſtamentum non cenſeri cōtinere clauſulam derogatoriam primi inter liberos ex proœmio ipſius ſecundi dicente,vt ſolet communiter, talis nolens inteſtatus decedere, ita demonſtrante teſtatorem non recordari primi teſtamēti, ideo eius,de quo non habuit memoriam, pœnitere non potuiſſe firmat Ioan.Bapt.de ſanct.Blaſ.in conſ.148.nu.4.5,inter conſ. diuerſ.vlt.volunt.addo quòd propriè in hoc pro fundamētaſt ratione,quòd teſtator ſit certus de facto ſuo proprio, ita quòd non poſſit dici quòd non intelligit vim verborum,adducit Bald.in d.auth.hoc inter liberos,ſub nu.1.verſ.& iſta eſt fin.concluſio.

30 Similiter autem vbi in primo teſtamento † inter liberos duplex adeſſet clauſula derogatoria ad ſequentia teſtamenta,ſcilicet legalis,per dict.auth.hoc inter liberos,& altera expreſſa per teſtatorem, proteſtādo ſe nolle valere aliud teſtamentum in futurum faciendum, niſi de nomine notarij qui primum ſcripſit,mentionem in alios fecerit,ſeu quid aliud expreſſerit,oporteret quoque tunc in ſecundo teſtamēto apponere duplicē clauſ. derogatoriam primi,vnam reuocando præcedens teſtamentum factum etiam inter liberos, alteram non obſtante quacunque clauſula derogatoria, nam alteram ſolùm tollere non ſufficeret.l. ſi domus, de ſerui. vrba. prædi.ita probat Caſtrenſ. in d. auth. hoc inter liberos, nu.5.cum eo ibi trāſit Corn. circa principium comprobat Alexan.conſi.163.col.2.num.5.lib.7.& Socin. conſi. 163.colum.pen.ad fin.lib.2.Curt.Iun.conſi.169.num.9. Couar.rubr.par.2.ſub num.19.& ſub verſi.4. verſi.hinc ſcribit Pau.de teſta.ita eſſe comm.opinio. dicit auctore Alexan.conſi.24.col.2.& ſeq. num. 5. & ſequent.& poſt hos Gualden.de arte teſtan.titul.10.cau.prima, ſub numero tertio, idem tenet Clar. in ſuo §. teſtamentum, quæſtio.penult. verſicul.hæc autem concluſio, dixi ego conſil.174.ad numerum ſeptimum, lib. primo, allegādo & Tob. Peruſi. conſil. 22. num. 9. vbi etiam inſiſtit clauſulam omni modo meliori, vti nimis generalem non operari vnam reuocationem, vt ibi per eum, eandem comprobat ſententiam Menoch.conſilio 170.numero 2.

31 Ab hac quidem communi † ſententia non eſt recedendum ex eo quòd Nat.in dict. authent. hoc inter liberos, numero ſeptimo, in quarta quæſtio. tenet ſufficere ſimplicem derogationem,quia vt antè dixi, commun. opinio. ſtandum eſt reiecta ſingularis doctoris opinione per Roma.conſilio centeſimo ſeptuageſimonono, colum. 4. verſicul.quoad ſecundum,& Alexand. conſilio 134.ad fin.lib.primo, cum ſimil.per Neuiza.in ſyl.nuptia.li. quinto, numero primo.& ſequent. & quia ſua motiua leuia ſunt. Nam dictum Caſtren. ibi non eſt contra mentem Bald. imo eam declarare profitetur,ne ea aliquem faciat incidere in errorem, vt dicit vidiſſe aliquos errare dicentes Bal. dicere quòd ſufficiat generalis clauſula cùm contrarium habetur expreſſum in l. ſi quis in princip. de lega. tertio. A qua igitur contrarie etate,vt ſaluentur eius dicta,ibi debent intelligi, prout
32 Caſtren.declarat,& † pater teſtando inter liberos, non ſolum apponendo ſuam clauſulam derogatoriam tacitè non cēſetur remouiſſe, ſed nec etiam expreſſe poteſt remouere legalem clauſulam derogatoriam, nec aliquid diſponere contra dict.authent. hoc inter liberos, per leg.nemo poteſt,& ibi plene not.de leg. primo, vbi text.illum expreſſe ſummando Bart.& Caſtrenſ. intelligunt prouiſionem teſtatoris facere ceſſare prouiſionem legis,& leg.verbis legis.de verbor.ſignification.& ibi expreſſe Alcia.in fin. dicit quòd teſtator non poteſt derogare legibus, quæ vel certam formam inducunt, vel clauſulam derogatoriam habent, cùm ergo non in ſupplemētum vel in ſubſidium eius, quod facere pater deberet, teſtando inter liberos primo loco, ſed principalem & ordinariam infirmandi teſtamentum inter liberos formam præbeat, diſpoſitionem inducat legiſlator in dict.authent. hoc inter liberos & in corpore vnde ſumitur, quòd vocatis ſeptem teſtibus cum expreſſa declaratione & ſpeciali reuocatoria primi teſtamenti inter liberos fiat alia diſpoſitio,ſi præter hanc legalem derogatoriam teſtator in primo teſtamento apponat ſuam expreſſam clauſulam derogatoriam, vt Caſtrenſ.& alij prædicti formant quæſtionem, vtique dicendum eſt duplicem clauſulam derogatoriam vigere, & duplicem requiri reuocationem, vt ipſe Caſtren. & alij alleg. dicunt, & hic locum non habere brocardicam materiam de diſpoſitione expreſſa faciente caſſare tacitam. l.cum ex filio. §. primo, de vulga. & pupilla. & de prouiſione expreſſa hominis faciente caſſare prouiſionem legis. l. fin. C. de pact. conuen. & dict. §. Stichum, quia ceſſat ratio dicti primi,quòd tacitum veniat ſuppletiuè,vt per Iaſon.conſilio ducenteſimo vigeſimo, nodoſa eſt, co-
33 lum.penult.ad princip. libro ſecundo,& † prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, quando iſta legis eſſet in ſubſidium inducta, tradunt Bartol.in l. & habet. §. cum quis.ff.de præca.Bald.in dict.l. fina.ad fin.de pact. conuent.& in le.prima, ſub numero decimoquarto, commun. de lega. vbi proprie dicit d. legē fin.prouidere de remedio extraordinario introducto in defectū prouiſionis hominis, & de his vt dictum eſt, non eſt prouiſio di. authent.hoc inter liberos,ergo corruunt huiuſmodi motiua Nattæ,magis enim credendum eſt patrem teſtatorem voluiſſe, & ſuam & leg. prouiſionem, & quamque earum effectū ſuum operari pro maiori firmitate teſtamenti, argum. l. tertiæ.ff.de mili.teſtam.& l. Lucius. de ali.lega.& l.ſi ijs cui via,quemadmo.ſerui.amitta.& not. per Bartol. in leg. legitima. columna ſecunda. numero
34 tertio. ff. de pact. † vbi pactum nudum de eo quod aliàs erat debitum,ex aliqua parte iuris dicitur lege corroborari, ad hoc bene facit quod tradit Iaſo. conſil. octauo,

columna decima,ad final. verſic. præterea teſtator, lib.
tertio, & prouiſio hominis non tollit prouiſionem le-
gis, quæ plenius prouidet Rip.in leg. prima numero
penultimo, de legat. primo,vel æque ſimpliciter diſpo-
nat cùm vtraque ſit lex ſeruanda, Alber. in l. nemo po-
teſt, num.quarto,eo,& melius inductio per Bald.in l. ex
parte.ff.de acquiren.hæredi.quòd prouiſio teſtatoris nõ
impedit prouiſionem legalem, quando prouiſio legalis
importat neceſſitatẽ, vt videtur importare circa reuo-
cationem teſtamenti inter liberos prouiſio d.auth. hoc
inter liberos.

35 Ad ſecundam conſiderationem † propoſitam dico,ſi
teſtamentum inter extraneos non habeat clauſulam
derogatoriam ad ſequentia teſtamenta, & vnum, vel
plura alia ſequantur teſtamenta, & quotquot, etiamſi
mille fuerint, iuris regula vulgata eſt, quòd vltimum
& poſterius teſtamentum derogat prioribus, ipſo iure
valeat,& ſeruari debet:dummodò ex hoc hereditas adi-
ri poſſit.l.prima.ff.de in iuſ.rup.teſtamen. & §.poſterio-
re,inſtit. quibus mod. teſt. infir. vbi magiſtralis & ple-
nus text. eſt ſi voluntate hæredis, vel caſu hæreditatis
adiectio defecerit poſteriori teſtamento, nihilominus
prius remanet ruptum & ipſo iure.l.ſancimus.C. de te-
ſtam.& ibi poſt Angel. Alexand.in ſecunda colum.verſ.
in eadem ibi vel loquitur, tenet ſatis eſſe ad tollendum
primum teſtamentum, quòd ſecundum ſit perfectum
& abſolutum, & ex eo adeundi hæreditatem potuerit
contingere caſus, licèt non contigerit, idem ibi ad
fi.per.l.pater filio.in prin.ff.de hæred.inſtit. & l. cum in
ſecundo,de iniuſ.rupt.teſtam.Bal.in l.ſi pater.§.ſi ex aſ-
ſe.de vulga.& pupilla.Guil.Bened.in capit. Raynutius.
part.prima,ver.teſtamentum,numero ſeptimo, de teſt.
pro communi ponit Clar. dicto ſuo. §. teſtamentum,
quæſtio.96.ad hæc plura exordiendo cõgerit Paſ.conſi.
24.col.1.lib.2.& conſil.10.col.1.li.3.Abb.conſ.41. nu.2.
Burſ.conſil.47.nu.ſex. Nat. in repet. auth. hoc inter li-
beros.in prin.C.de teſta.inſpecto autem tempore con-
diti ſecundi teſtamenti,quòd ex eo potuerit adiri hære-
ditas.Alexand.conſil.37.ſub num.1.lib.1.conſil.87.nu.2.
36 lib.3.† irritum quoque & ruptum fit teſtamẽtum ſuper-
ueniente legitimatione filij ſpurij,Ancha.conſil.290.in
37 ſucceſſione,col.2.vltra med.† Amplia etiamſi poſterius
valeat iure ſpeciali,probat Iaſ.conſi. 223. teſtamentum
iſtud,colum.1. lib.2.& Socin.Iun. conſil. 144. num.37.
38.lib.2.Caſtren.conſil.327.dubium facit,lib.1. ſequitur
Alexand.conſil.146.colum.pen.ad fin.li.2.& conſil.105.
col. 2. num.6.lib.4. & eo modo, puta ſi per duos teſtes
dictante teſtamento poteſt probari teſtamẽtum, poteſt
& ſic probari per duos teſtes poſterius teſtamentum re-
uocatorium,tenet Ripa.in rubr.nu.8.ff.de acquir.poſſ.
cum ſimil.per Iaſ.conſi.141.colum.1. & ſequent. lib. 4.
38 † item amplia ſi primum teſtamentum fuerit conſenſu
hæredum firmatum,poterit tamen alio poſteriore teſta-
mẽto per teſtatorem reuocari,plenè per Dec.conſ.475.
colum.2. & Pariſ.conſil.24.numer.14.& ſequen.libr.2.
ſed in hoc quomodo contra, vide per Curt. Iun. con-
ſilio vigeſimoſexto, colum. ſecunda, & conſil.98. co-
lumna fin.

39 Amplia quoque non ſolum † primum teſtamentum
ſed omne quod ab eo dependet,reuocatur per aliud te-
ſtamentum reuocatorium, vt ſi cõſtituo me ſoluturum
quod erit relictum in teſtamento Titij, qui poſtea tale
teſtamentum reuocauit, me aliter non teneri, per leg.
final. ff. de ſolu. & l. cum quis decedens. in principio,
de legat. tertio,firmat Bald.in l. fin. C.de conſtit.pecu.
l.ſecunda,in princ.& ibi notat Bartol.de legat. præſtan.
ſequitur Alexan.conſil.111.numero fin. & Ruin. conſil.
centeſimo vigeſimonono,columna penultima, lib. pri-
mo, latè inſiſtit donationem factam in teſtamento, vti
ſequentem naturam vltimæ voluntatis cenſeri reuoca-
catam reuocato toto teſtamento,& Bal.conſi.377.quæ-
dam mulier.lib.5.tradit quid deſtinatũ poſt mortem do-
nantis diſtribuendum ſapiens mortis cauſa capionem
poſſe reuocari & cauſa finali donanti reuocata,intelligi
reuocatam & ipſam donationem, & Bero.conſil. quin-
quageſimoquinto,num.quinto,ponit donationem præ-
ſumptam vni filiæ factam dici reuocatam per teſtamẽ-
tum poſteà factum continens eam ſimul hæredem cum
alijs inſtitutam, vide materiam dotis vxoris confeſſa-
tæ in teſtamento poſteà reuocato ſatis diſciſſa per Bald.
conſ.14.Antonius fecit teſtamentum,lib.2.& conſ.488.
in quodam teſtamento,li.4.& conſil.381.confeſſio viri.
lib.5.& Angel.conſi.181.A.fecit teſtamentũ,& Caſtren.
in l.3.§.fin.num. quinto, & ibi Alexand. de liber.& po-
ſthum. de ſimilibus confeſſatis in teſtamento poſteà re-
uocatis.

40 Aduerte tamen ſi † actus aliquis inter viuos teſtando
induceretur,puta aditio hæreditatis alicuius delatæ te-
ſtatori,reuocato teſtamento non reuocaretur talis actus
& talis hæreditatis aditio, Bald. & alij in l. ſi auia. C.
41 de iure deliber.Aduerte quoque & intellige quòd† pri-
mum teſtamentum ſolenne, vt reuocetur per ſecun-
dum, requiritur quòd hoc ſecundum ſit etiam ſolen-
ne, & ex eo ſaltem poſſet adiri hæreditas,Bald. conſilio
448. quæritur in primis, nu.3.lib.1.Ang.conſil.233.pun-
ctus eſt quædam domina Margarita,ad fin.plenè in cap.
Piſaurenſi,Barb.conſil.32.& quidem viſo proceſſu,col.
1.& per tot.lib.primũ,aliàs ſi hæreditas non poteſt adiri
ex ſecundo teſtamento,remanet primũ:latè Pariſ.conſ.
46.num. 25.& ſeq.lib.3.& ex duobus teſtamentis vnius
perſonæ apparentibus quale debeat eſſe illud, quod re-
uocat alterum declarat Rom.conſ.234. quoad primum,
42 col.pen.ver.quoad ſextum.† Item primum teſtamẽtum
non reuocatur per ſecundũ nullum defectu hæredis pre
mortui,niſi eſſet elapsũ decẽnium per l.ſancimus. C.de
teſta.Bal.conſ.46.teſtamẽtum in quo,li. 4. in quo clau-
ſula caſſans, irritans, &c.nihil operatur, vt ibi per eum,
43 & Ang.Aret.tracta.de teſta.gloſſ.103.† nec per ſecundũ
carens inſtitutione hæredis,licet ſit donatio cauſa mor-
tis vniuerſalis omnium bonorum, quæ debet tamen
per hæredem impleri. Bald. conſi. 454. ad euidentiam
præmittendum eſt.lib.1. & Ruin.conſil. 6. numero pri-
44 mo, † teſtamentum tamen ſecundum,etiam carens in-
ſtitutione hæredum continens clauſulam, volens om-
nibus alijs præualere,ſalua conſciẽtia, non poteſt dice-
re quòd ſaltem valeat vt vltima voluntas,Bal. conſi.29.
45 ſecundum teſtamentum, lib.tertio,item per † ſecũdum
teſtamẽtum nullum præteritione,non tollitur, primum
quoad inſtitutionem, ſed quoad legata & fideicommiſ-
ſa,legata verò & fideicõmiſſa relicta in ſecundo deben-
tur ab hæredibus ſcriptis in primo, Ancha. conſil.144.
poſſet argui ex duobus, & Corn.conſi.ſeptimo,colum.
46 fi.lib.quarto,ſic & quando † ſecundum ſuſtineretur per
clauſulam codicillarem inſtituti in primo, cenſerentur
grauati per fideicommiſſum ad reſtituendum hæredi-
tatem ſcriptis hæredibus in teſtamento ſecundo, Iaſo.
conſil.124.col.2.verſi.8.& vltimo,& col.penult.verſi.4.
reſpondeo,lib. primo. Per ſecundum carens heredis in-
ſtitutione reuocatur primum quoad legata, non quoad
inſtitutionem hæredum,Bartol.conſilio trigeſimoocta-
47 uo. Paulus Hug. idem per † ſecundum non rite perfe-
ctum, ſcilicet defectu rogitus notarij & teſtium & ni-
miæ difficultatis intelligentiæ loquelæ teſtatoris non
tolli primum teſtamentum, probat Rom.conſil.trecen-
teſimoſexto,propoſita conſultatio,& conſ.494.in caſu
48 propoſitæ.ad fi. vbi primum † teſtamentum non reuo-
catur per ſecundum,in quo ſunt in rebus feudalibus in-
ſtituti hæredes,domini conſenſu non accedente. Item
49 † primum teſtamentum non reuocatur per ſecundum,
quando eſt ſuſpectum per cõtradictionem etiam vnius
teſtis



teſtis teſtamentarij, vt per Socin.conſil. 229. colum. 2.
ver.ex quibus infero, lib. 2. licet contrarium in eodem
facto conetur defendere Iaſ.conſil.124.lib.1.de quibus
per Menoch.de arbitr.iudic.li.2.centu.2.caſ.105.nu.17.
vel eſt ſuſpectum quòd metu vel violẽtia fuerit factum,
Bal.conſil.350.proponitur quòd Girardus,num.2.lib.3.
vel eſt ſuſpectum ratione perplexitatis doli & fraudis.
Aym.conſil.143.colum.fin.num.14.verſic.2. reſpondeo
vel quòd per adulationes doloſas fuerit teſtator indu-
ctus ad reuocandum primum, & faciendum ſecundum
teſtamentum, Cot.in memor. verſi. teſtatorẽ inducere,
& Ioan.Bapt.Plot.conſi.168.num.52.& ſeq.inter conſi.
vlti.volunt.vbi de his ſufficere probationes per indicia
50 & teſtes ſingulares,† nec per actus inter viuos deficiẽte
numero teſtium requiſito in vltimis voluntatibus re-
uocatur teſtamentum Iaſ.conſilio 141. columna prima
lib. 4.

51 Denique ſi † teſtator coram ſolenni teſtium nu.dixe-
rit ſimpliciter reuocare & nolle valere ſuum primum
teſtamentum, id quidem per hoc non dicitur reuocatũ
defectu alterius teſtamentariæ diſpoſitionis non factæ,
ſed ſi adiecerit,quia volo decedere inteſtatus, vel quòd
mea hæreditas vadat ad eos,ad quos ſpectat, ab inteſta-
to, cùm ex hoc venientes ab inteſtato cenſeantur inſti-
tuti hæredes, & eorum aditione hæreditatis poſſit fir-
mari vltima hæc diſpoſitio teſtatoris, ita infirmatum &
irritum remanet primum teſtamentum. §. penul. inſtit.
qui mod. teſt.infirm. Bart.in l. ſi iure ſub num.3.de lega.
tertio,eſt magis commun.opin.per Alex.conſil.30.nu.3.
libr.3.& latè conſ.159.num.5. & ſequent.lib. 7. & Corn.
conſilio 39. lib.ſecundo,pulchrè explicando tradit Sig-
noro. conſilio 230.numero quarto, & Deci. conſi.582.
nu.1.& Nat.in repet.auth.hoc inter liberos,nu.2.in ſex-
ta quæſtio. Ruin.conſi.6.numero primo, libro ſecundo,
& latè Barb. conſilio 60.columna nona & ſequent.lib.
ſecundo,& Alexan. conſi.104.lib.2.& Aym.conſil. 228.
52 vbi † notarius mãdato teſtatoris vocatiſque ſeptem te-
ſtibus cancellauit teſtamẽtum per modum crucis,quod
ideò ſic irritum remanet,ſequitur Clar.diſt.§.teſtamen-
53 tum.quæſt.93. Non poteſt tamen notarius nec debet ad
petitionem teſtatoris illud teſtamẽtum etiam cancella-
tum dilacerare, ita quòd non reperiatur, ſed debet ſer-
uare,& de eo adhuc tenetur facere copiam ad effectum
redarguendi ſecundum de falſo,vel de nullitate ſecun-
dùm Bar.in l.ſecunda.§.ſi plura. ff.quemad.teſt.aper. &
ibi Alex.in apoſtil.Gul.Bened.in cap. Raynutius,par.1.
ver.teſtamentum,2.nu. 6.& Hiero. Cagn. in l. ſi libra-
rius,nu.56.de regu.iur. Proſequitur & Alexan.conſil. 41.
54 nu. quinto, vbi tradit valere † caſſationem verbo per
teſtatorem factam notario ſtipulanti & acceptanti no-
mine omnium quorum intereſt & intereſſe poterit in fu
turum teſtibus 7.vocatis,aliqui volunt, etiam non ad-
iectis verbis, quia voluit decedere inteſtatus intelligi
venientes ab inteſtato inſtitutos, ideò primum teſta-
mẽtum reuocatum dici,vt per Gui.Pap.deciſ. 200. Ey-
mardus,quod quidem non tenetur,vt per Ancha.Regi.
in quæſtio.vlti.part.2.Quod quidem verũ eſt quoad hæ-
redis inſtitutionem, quo verò ad legata & fideicõmiſſa
tenet huiuſmodi reuocatio, nemine doctore diſcrepã-
te,inquit Bero.conſ.4.nu.8.& ſeq.lib.2. & quando teſta
55 tor voluit † primũ teſtamentũ valere, & illud haberi ac
ſi eſſet vltimum ita debet valere,& ſeruari Rui.conſi.2.
per tot.lib.2.ſentit Caſtr.conſ.155.viſo puncto,col.2.lib.
1. & quomodo in ſuo caſu Menoch. conſilio 176. per
totum.

Ad tertiam conſiderationem, ſi teſtamentum pri-
mum aſcriptam habeat clauſulam derogatoriam & qui
56 bus verbis conceptam, dico quòd † doctores videntur
dupliciter & æquiuocè accipere clauſulam derogato-
riam,aut ad præcedens teſtamentum,de qua dicetur in
ſequenti conſideratione,aut ad ſequens teſtamentum,
57 de qua nunc agitur, † & hæc tripliciter emitti & for-
mari contingit derogatoria, vel ſolennitati, vel pote-
ſtati,vel voluntati ad ſequentia. Primis duobus modis
derogatoria ſolennitati vel poteſtati,vt aliud teſtamen-
tum facere non poſſit, niſi ſua manu fuerit ſubſcriptum
coram decem teſtibus,vel niſi fuerint citati ad illud hæ-
redes inſtituti in præſenti teſtamento, vel quid aliud
fuerit obſeruatum,aut ſimpliciter, quòd aliud non poſ-
ſit facere teſtamentum, non valet:quia nemo poteſt ſo-
lennitatem iuris publici mutare, nec ſe inteſtabilem
reddere, vti contra bonos mores, nec ſibi legem impo-
nere, à qua diſcedere non liceat: his enim caſibus ſecũ-
dum teſtamentum paſſim priori derogat, vt l. diuus. §.
licet. de iure codicil.l.ſi quis in principio,& ibi Bar.nu-
mero quarto, de legat.3. & l. ſi mihi.§.in legatis.nume.
3.per l.ſtipulatio hoc modo concepta.de verbo.obligat.
& Caſtr.in d.§.in legatis,num.6.in fi.& ibi alij tradũt,&
Corn.conſi.21.col.penul.verſic.præterea d.clauſula,lib.
4.Caſtren.conſil.284.in facto præſenti,col.2.verſic.ce-
terùm li.1.vbi declarat derogatoriã poteſtatis, vel actus
teſtandi, vel ſolennitatis non valere, idem Io. Campeg.
conſ.156.nu.1.2.inter conſi.vlt.volun.li.1.& Pariſ. conſ.
58 24.nu.26.27.lib.2.† Alio autem & tertio modo forma-
tur & concipitur clauſula derogatoria volũtati,non ab-
ſolutè derogans ſequenti voluntati,ſed ſub proteſtatio-
ne quadam declaratoria ſuæ voluntatis eam abfuturam
eſſe ſequenti teſtamentariæ diſpoſitioni, niſi talis con-
ditio aſcripta ſeruata fuerit, quòd in ſequenti teſtamẽ-
to fuerit deſcripta oratio dominicalis, vel alia oratio,
vel alia expreſſa fuerint, prout teſtator voluerit expri-
menda fore: iſta quidem derogatoria voluntati tenet &
valet per modum proteſtationis declaratoriæ volunta-
tis facta circa id quod conſiſtit in mera & libera pote-
ſtate, & voluntate proteſtantis & derogantis, vt circa
teſtamenti confectionem exemplificando, probat Bar-
tol.in leg.non ſolùm. §. morte,ſub nu.13.& 17.de oper.
not.nuntia,quem ibi alij magis communiter ſequuntur.
Idem in l.omnes populi.ſub num.31.de iuſt.& iur.addu-
cendo rationem, quia proteſtatio præcedens declarat
animum in futuro deeſſe,per l.at ſi quis. §. plerique, de
reli.& ſumpt.fun.& l. qui in aliena.§.fina.de acquir. hæ.
& ibidem Bar.& alij idem tradunt, & in dict. l. ſi mihi.
§.in legatis.& in dict.l.ſi quis in principio, & in l.ſanci-
mus.C.de teſta. Bald.in l.humanũ,colum.fin.ver.tertio
caſu, C.de legi.& Ang. Aret. ponit in gloſſ.105.incip. &
ſi contingat ſui tract. de teſtam. item eandem validam
clauſulam derogatoriam importare iuramentum appo-
ſitam teſtamento, vt quando teſtator iurauit teſtamen-
tum non reuocare ſequendo Ioan.Andr.probat Bart.in
d.l.ſi quis in principio,ad fin.nu.15.ſequitur Caſtr. conſi.
206.num.2.lib. 1.ita eſſe com. opin. comprobat Socin.
Iun. in d. l. ſi quis in principio, numero 72. & ſequent.
cum alleg.per Couar. rubr.de teſta. part. ſecunda, ſub
numero 19.verſic. ſecundò infertur, & Iaſo. in l. pacta,
colum. prima, C. de pact.Curt. Iun.conſilio vigeſimo-
ſexto, columna ſecunda, numero 5. Bello. conſilio 60.
numero 17.idem de communi per Nat.de clauſ.derog.
ver.circa quintum. numer. 66. illud enim ita accipitur,
quòd quis teſtando non poteſt iuramento ſibi vlterio-
rem teſtamenti factionem actiuam auferre, iuxta plenè
tradita per Oldr.conſi.160.Thema tale eſt, Titius con-
didit, & iuxta commun.opin.extantem quòd iuramen-
tum non impedit teſtamenti refectionem per Catel.
Crot.in ſuis memor. in verſi. teſtatorem inducere, ſub
ver.& nota dignum. Veruntamen ſic iurando quis vi-
detur tunc oſtendere voluntatem abeſſe alij futuro te-
ſtamento, vt teſtamentum iuratum eo meliori quo po-
teſt modo valeat, arg.l. cùm pater. §. filius matrem, de
legat. ſecundo, & l.cùm quis decedens.§.codicillis,de

lega.tertio,& ibi not.per doct.donec teſtator aliter non
pœnituerit, vt donec viuit poteſt pœnitere.l. cum hic
ſtatus.§.pœnitentiam.ff.de dona.inter vi.& vxor.cum ſi
mil.& ita iuramentum vltimæ voluntatis ſic per pœni-
tentiam reuocabili adhærens, eius naturam aſſumit. l.
fin. cum ibi not.per doct.C. de non numera. pecu. per
Tiraq.in l.ſi vnquam,in præfati.nu. 165.de reuoc.dona.
Et clauſulam derogatoriam inducit,vt de eo mentionẽ
fieri oporteat in ſequenti teſtamẽto,ſicut requiritur pro
certitudine voluntatis ſecundo teſtantis, vt in ſequenti
conſideratione.
59 Hæc enim † de clauſulis iſtis derogatorijs adeò mili-
tant, quòd ſtatutum non valeret, mandans teſtamen-
tum vltimum ſeruari, etiam abſque derogatione aliqua
derogatoriæ clauſulæ præcedentis teſtamenti, quaſi ve-
lit teſtamentum valere contrà,vel ſine voluntate teſta-
toris,ita ex facto reſpondit Caſtr. conſil.443.videtur ſi-
ne dubio,lib. ſecundo, ſequitur.Nat.dict.tract.de clau-
ſu.derog.col.1.ſub nu.26.ver.concluſionem.
60 Ratio † autem vel cauſa,qua mouetur teſtator ad in-
ſerendum teſtamẽto huiuſmodi clauſulas derogatorias,
aſſignatur, ne teſtator inſtigatione vel importunitate
propinquorum,vel alterius moleſtatione, & turbatione
ſolicitetur,inducatur, vel cogatur ad mutandum teſta-
mentum ſic clauſulatum & ſemel ſecundum ſuum pla-
citum bene firmatum,vt per Socin.conſi. 163. colum. 3.
verſic.1. eſt,lib.2.& in dict.l.in legatis. ſub numero ſex-
to,verſic. confirmantur præmiſſa,Goza. conſi.98.num.
10.Aymo conſi.25.ſub num.2.Socin.Iun. in d.l.ſi quis in
principio,num.3.& plenius Rolan. prima part. filiorum
teſtamen.rubr.32.ſi teſtator voluerit præcedentibus,vel
ſubſequen.ſu.vlti.volunt.derogare, vbi & ſubiungit vel
ne etiam aliquod falſum teſtamentum poſt illud verum
factum appareat, & propterea ibi ponendo ad clauſu-
lam derogatoriam plura exempla verborum exprimẽ-
dorum in ſequenti teſtamẽto,vt valeat & appareat po-
ſterius de voluntate ſua factum,etiam ſubiungit ibi, vel
aliquod aliud verbum celatum, quod diuinari non
poſſit.
At frequentius vidi clauſulas tales derogatorias ap-
poſitas eſſe teſtamentis muliercularum, & ſimilium
ſimplicium & idiotarum perſonarum potius requiſi-
tione,voluntate,prece,non dicam pretio hæredum in-
ſtitutorum ſummoperè affectantium teſtamenta ipſa
in eorum gratiam condita non mutari,ac potius inuen-
tione,& ſagacitate notariorum non curantium quan-
doque in diſcrimine ponere conſcientiam pro amico,
quàm quòd teſtatores ipſi ſciant aliquid de clauſulis de-
rogatorijs,nec de eorũ verbis ab eis veriſimiliter igno-
61 noratis. Vnde † cum tales clauſulæ apponi debeant in
teſtamentis de ſcientia teſtatoris per text. ibi ſciens, in
d.l.ſi quis in principio,& vt expreſſè dicit Salyc.in l. ſan
cimus.col.pen.ad fin.nu.7.in 6.quæſt.C.de teſta. ſequi-
tur Gui.Pap.in quæſt.127.num.3.& perſonæ teſtantium
idiotæ & ignaræ Latini ſermonis,& vix ſcientes oratio-
nẽ dominicam veriſimiliter neſciuerint qualitatem &
vigorem iſtarum ſimilium clauſularum,dicẽdum eſt eas
fuiſſe appoſitas ex capite notarij, ideò eas non operari,
& per generalem reuocationem primum teſtamentum
reuocari poſteriore recondito, ita per Pariſ. conſil. 10.
columna ſecunda, num.decimo, lib. tertio. poſt Barb.
in cap. cum ceſſet,colum. fin. de teſtam. vbi in contin-
gentia facti teſtamenti cuiuſdam ruſticani ſe conſuluiſ-
ſe dicit in Romandiola, vt ſuo conſilio ſeptuageſimo
ſecundo,lib.tertio relato per Nat. dict. tract. de clauſu.
derog.ſub numero 28. eandem doctrinam probat Guil.
Bened.in dict.capit. Raynutius, part. prima, verſ. teſta-
mentum,lib.ſecundo, ſub numero decimoſeptimo, de
teſtam.ſequitur Couar.dict.rubr. par. ſecunda, ſub nu-
62 mero decimonono,verſi.decimotertio:facit quòd † ex
verbis derogatoriæ primi teſtamenti intricatis, & mul-
tum implicitis inducitur obliuio in teſtatore, qui ideò
poteſt facere ſecundum teſtamentum alia de ipſa dero-
gatoris mentione non facta,vt per Gui. Pap.in d.quæſt.
127. ſub numero quarto, ver. ideò ſeruando:idem pro-
bat in ſuo tract. de præſumpt. numer. 88. & bene idem
firmat Capra conſi.31.num.19. & ſequent. & euitatione
impoſſibilitatis, quæ eſſet in exprimendo, allegando
cap.1.de exceſſ.præla.idem probat Card.in cle.1.in 3.&
63 vlti.opp.in fin.colum.3. de ſepult.† Nam demum clau-
ſulæ huius qualitatem, & perſonarum conditionem,
neceſſitudinemq; inſtitutorum hæredum, tam in pri-
mo,quàm in ſecundo teſtamento cõſiderare debet iu-
dex,arg.l.ob carmen.§.fin.& ibi not.ff.de teſti.tradit in
ſpecie Io.de Ana.conſi.56. his quæ in facto,ad fin.idem
ſentit Capr.d.conſilio 31.ad nume.19. faciunt & text. &
not. in leg. voluntatis.C.fideicommiſſ. & in l. ſi ſeruus
plurium.§.fin.de leg.1.& l. Mæuia.§.pen.de annu.l. ibi,
*Ideóque huiuſmodi veritas viri boni arbitrio dirimenda eſt*,
& procliuior eſt ſententia pro teſtamento in quo eſt in-
ſtitutus hæres aliàs ſucceſſurus ab inteſtato, per leg.hac
conſultiſſima.§.quis autem.C.de teſta.& leg.2.ff. de in-
iuſt. rupt. teſtam.vt Bar.conſi.76. factum ſuper quo nu-
me.2. col.2.ita in his bonum eſſet habere iudicem fauo
rabilem qui ex varijs circunſtantijs poſſet aliquando in
vnam, aliquando in aliam partem moueri: prudenter
dicit Clar.in d.§. teſtamentũ q.pen.ver.ſed quæro quo-
modo ad fin.nihil tamen allegando,ſed quæ hîc ego al-
legaui,bene conferũt,hoc idem antè Clar. dicit Socin.
in d.§.in legatis,col.pen.ſub nu.9.in fin.vt Clar.ipſe al-
legat,ita ex.com.opin.Zunt.Parmen.defendit ſuum re-
ſpon.pro vx.num.906.& ſeq.
Ad quartam conſiderationem, ſi teſtamentum vlti-
mum ſit cum clauſula derogatoria, ſeu reuocatoria pri-
64 mi,& quibus verbis expreſſa, dico † cum ex clauſularũ
huiuſmodi derogatoriarũ expreſſione tam primi quàm
ſecundi teſtamenti,certi eſſe poſſimus de voluntate te-
ſtatoris, ſicut talis expreſſio deſignat adeſſe, vel deeſſe
ipſam voluntatem,per l.qui in aliena.§.ſi.de acq.hær.&
l.at ſi quis.§.pleriq; de reli.& ſump. fun. tradunt Bar.&
ali. in d.§.morte maximè in proteſtatione declaratoria,
vt antè dixi,& in d.l.ſi quis,in prin.de l.3.& Rom.conſil.
179. ampliſſime col.fin.ver.2. moueor. ideò videndum
eſt,qualis ſit clauſ.derogatoria primi teſtamenti an ver-
bis generalibus voluntas teſtatoris, vel ſpecialibus ex-
preſſa fuerit,vt in præcedenti conſideratione declara-
tum eſt.
Nam ſi verbis generalibus derogat ſeq. voluntati, vt
quia voluit teſtator aliud ſuum teſtamentum in futu-
65 rum faciendum valere,tunc † ſufficit ſecundum & vlti-
mum teſtamentum continere generalem clauſ. derog.
ſeu reuocatoriam primi, vt dicens ſe velle valere præ-
ſens teſtamentum & caſſans & reuocans omne aliud te-
ſtamentum per eum hactenus cõditum, ita remanet pri
mum reuocatum, & aſſertione contrarij eius quod fue-
rat prius dictum, Bart.in d. l.ſi quis in prin.ſub numer.8.
Angel.in dict.authen. hoc inter liberos, ſup. fin. verſic.
quid autem, & quodammodo ſpecialis reuocatio dici-
tur reſpectu primæ derogatoriæ, Nat. d. tract. de clau.
derog.ſub nu.31.licet Salyc. in l. Sancimus, col. pen.5.
q.verſic.ego verò dico.C.de teſta.velit etiam & iſto ca-
ſu addi non obſtante clauſula derog. in ea poſita tamen
veriorem cenſet ſententiam Bar. ſub d.num. 8. Couar.
rub. 2. par.ſub nu.19.ver.prima concluſio.de teſta.cùm
nominatim primum teſtamentum tollatur: adde Bald.
ſingulariter dicere in l.ſi idem.de leg.ſecundo,comme-
morationem primi teſtamenti idem operari,quod clau
66 ſula derog.facit l. conficiuntur.§.fin.ff.de iur.codic.† ſi
vero verbis generalibus & ſpecialibus derogat ſequenti
prohibitiuæ & permiſſiuæ certis exprimendis verbis
in ſe



in ſequenti,vt explicatum eſt in præcedenti in cõſidera-
tione,tunc ad reuocationem primi teſtamenti in ſecun-
do non ſufficit generalis clauſula reuocatoria,puta,caſ-
ſans & reuocans omne aliud ſuum teſtamentum anteà
factum & volens hoc præſens teſtamentum ſuum, &
ſuam vltimam voluntatem alijs omnibus teſtamentis,
ſeu vltimis voluntatibus retro factis præualere, vt ple-
nè conſuluit Alexand.conſi.44.per tot.lib.quartũ, etiã
quòd dicat manu cuiuſcunque notarij, Ruin. conſil.
62.colum.fina.lib.3.& conſil. 5.nu.ſecundo,& conſ. 22.
col.prima,numero ſecundo, lib.ſecundo:idem reſpon-
det Feder.de Sen.conſil. 47.habita ſuper caſu, ſequitur
Caſtr. conſilio 408. dubitatur, lib.ſecundo, non ſuffi-
cit mentio generalis notarij,& verborum, ſi non dica-
tur derogatoriorum, plurium in authoritate probat Io.
Campeg.conſilio 156.numero 17.inter conſi. diuerſ. de
vltim.volunt.volum.primo,& Socin.in dicto. §.in le-
gatis,colum.4.nume.7.cum ſimil.concordan, ad plenũ
cumul. per Ioan.Neuiza.conſilio 63. numero 18.& per
tot.vbi ſæpius ita de communi, & de rationibus huius
cõcluſionis,& per Nat.dict.clauſul.derogat.nu.35.verſi.
circa tertium, vbi declarat in propoſito quæ dicantur
67 verba generalia † magis autem commun.doctorum ſen
tentia videtur,quòd generalia appellãtur verba omnia,
quę derogatoriorum,vel verborum,vel clauſulę mẽtio-
nem non faciunt,vt per omnes in dict.l.ſi mihi.§.in le-
gatis,in dict.l.ſi quis in principio, & in dict.l.ſancimus.
de qua per Ioan.Campeg. dicto conſilio 156. nume. 11.
Clar.in dict.§.teſtamentum, quæſtio.penult.verſic. ſed
quæro, & verſi.ſed in hoc propoſito Couar. dict. rubri.
par.ſecunda,ſub num.19.verſ.primum in quęſtione,vbi
poſt generalem reuocationem primi teſtamenti opor-
tet quidem addere, ſub quibuſcunque verbis derogato
rijs conditum, & hoc procedit etiam ſi vnicum tantum
teſtamẽtum præceſſiſſet,vt reprobata opin.Bar.eſt com-
mun.opin.doct.paſſim per docto. atteſtata, de qua per
Couar.ſub dict.num.19.ver.tertium,& Clar.dict.quęſt.
pen.verſic.& hæc quidem concluſio,idem de communi
circa expreſſionem derogationis teſtamenti cum clau-
ſula derogatoria, per Ruin.conſ.10.nume.3.lib.2.
Vera etenim probatur hæc communis concluſio,
68 quia † generalia verba inducunt obſcuritatem, & am-
biguitatem, & poſſunt trahi ad plures & varios ſenſus.l.
ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio.l.Titiæ texto-
res.de legat.primo.gloſſ.in ver.rerum.in l.ita fidei.de iu
69 re fiſ.& † teſtatoris diſpoſitio debet eſſe talis quòd nul-
lam contineat obſcuritatem, vel ambiguitatem, dicit
Aret.in l.nam hoc iure, columna ſecunda,nume.quin-
to,in vlt.not.de vulga.& pupilla.& text.in §.nos omnia
igitur clara, in authen.de teſtam.imperfect.vnde ſtante
proteſtatione declaratoriæ voluntatis teſtatoris per ip-
ſam clauſulam derogatoriam adeſſe primo teſtamento
facto ipſam voluntatem, & abfuturam alij teſtamento
fiendo, vera concluſio ſequitur ipſum hoc teſtamen-
tum ſecundo loco factum non continere, & non pro-
bare ipſam teſtatoris volũtatem, per not.in l.veteribus.
ff.de pact.& in l.neque natales.C.de probat.& in ſpecie
in dicto §.morte,per Bartol.numero 13.17.& omnet in
dicto §.in legatis,& in dicta l.ſi quis in principio,& pro-
priè Angel.conſil.314.viſo dicto teſtamento, vbi etiam
70 per † codicillum carentem ſpeciali clauſula reuocato-
ria,non reuocari præcedens teſtamentum habens clau-
ſulam derogatoriam ad ſequentia latè defendendo
probat.
Cæterum & alia hæc vera & communis ſententia ſe-
71 quitur, quòd † nec indiuidua reuocatio clauſulæ dero-
gatoriæ primi teſtamenti in ſecundo requiritur, ſed ſpe
cialis ſat eſt,eò quòd dictum eſt modo faciẽdo in reuo-
cationę mentionem etiam de clauſula derogatoria, vel
quibuſcunque verbis derogatorijs, per ſæpius alleg.l.ſi
quis in princip.& ibi Bartol.ſub num.10.& poſt ali.Soc.
Iun.vbi num.53.& ſeq.Angel.Aret.tract.de teſtam.gloſ.
101.Bartol.conſil.21.vt dixit & aſſeruit Ruin.conſil.11.
colum.penulti.num.2.lib.2.Alexand.conſil.134.colum.
2.lib.1.conſil.7.columna 2.nume.6. duplicato conſilio
quadrageſimoquarto.lib.4.gloſſ.in dict.§.in legatis.ibi
doct. maximè Socin.numero 5.& ſequent. Pariſ.conſil.
24.nume.6.lib.ſecundo, Capra conſil.30.columna 3.&
ſeq.Couarru.dicta rubr.dicto num.19.verſic.tertia con-
cluſio.& Clar.dict.quæſtio.penult.verſi.ſed quæro quo-
modo.
72 Secundo † iuramentum appoſitum in ſecundo teſta-
mento, quo teſtator iurauit hoc eſſe ſuum teſtamen-
tum,& valere voluit,& ſimilia, tollit primum teſtamen-
tum habens clauſulam derogatoriam quia iuramentum
vim habet clauſulæ derogatoriæ: ita eſt commun.opin.
tenenda in iudicando per Socin.in dicto §.in legatis,
colum.penult.nume.2.verſi.ſextò infertur, & Clar.in d.
quæſt.pen.§.item ſcias.declarat Socin.Iun.in d.l.ſi quis
in princip.col.penult.num.77.& tenet Ruin.conſil.11.
colum.penul.num.15.lib.2.ſimiliter & quando primum
teſtamentum eſſet roboratum iuramento, vltra clauſu-
lam aliam derogatoriam,in ſecundo oportet dicere,nõ
obſtante clauſula derogatoria,& etiam iuramẽto, & ſic
facere mentionem de iuramento,Bartol.in d.l.ſi quis in
princip.ad fin.num.15.Caſtr.conſi.206.in facto præſen-
ti,duplicato & magis completo in conſil.284.lib.1.licet
Socin.Iun.in d.l.ſi quis in princip.nume.75.76.primo
comprobando opin.Caſtr.contra Gemin.conſil.115.in
illis verbis, quouis modo factum, in hoc de iuramenti
expreſſione impugnet Caſtr.& relinquat cogitandum,
tamen quòd requiratur etiam expreſſa mentio iuramen
ti, in ſecundo reuocatorio, tenet Fulgoſ.conſil.39.pri-
mum videtur, & conſilio 156. viſis themate, columna
prima, in fin.verſic.& dato quòd derogare potuiſſet,ſe-
quitur Bello.conſilio 60.ſub numero 18.& nuncupatim
comprobat Couarru.dicta rubr.de teſtam.part.prima,
ſub numero 19.& ſub verſi.ſecundò infertur, & in hoc
cum Fulgoſ. & Caſtr. eorum opin. approbando tranſit
Nat.dicto tract.de clauſul.derogato.verſic.circa quin-
tum, ad fin.
Tertiò vim ſpecialis verborum derogatoriorum, &
73 clauſulæ derogatoriæ mentionis habet † expreſſio fa-
cta in ſecundo teſtamento, vel de nomine notarij, qui
ſcripſit primum teſtamentum, vel de nominibus hære-
dum in eo inſtitutorum, vel nuncupatim de ipſo primo
teſtamento per eius certum tempus,vel alias eius certas
qualitates exprimendo,vt per Corn.conſil.174.in præ-
ſenti conſultatione, col.3.verſ.ideò quando facit,lib.2.
pro quo allego ſingulare dictum ab aliquo, quem vide-
rim non animaduerſum, Baldi in l.ſi idem.de legat.ſe-
cundo, dicentis commemorationem primi teſtamenti
idem operari,quod clauſula derogatoria,vbi Corn.dict.
74 conſilio 174.colum.4.tradit † quòd ſemel pro volun-
tate teſtatoris dicta clauſula derogatoria ſpecialiter re-
uocata poteſt fieri ſequens teſtamentum totiens quo-
tiens placuerit teſtatori abſque alia ſpeciali reuocato-
ria præcedentis, apertiùs idem probat Couarru.dicta
rubr.ſub nume.19.verſic.15.& Nat.de clauſul.derogat.
nume.52. Et ſi hoc generale videatur non ſufficere pro
clauſula derogatoria præcedenti in ſecundo teſtamen-
to, tamen ſatis conſtare facit de mente teſtatoris, quòd
ipſum ſecundum teſtamentum præualeat, vt declaran-
do tenet Socin.dicto §.in legatis.colum.penult.num.9.
verſicu.quartò infertur,ſequitur Aym.conſi.25.numero
2.& conſil.126.nume.5.ita eſſe commun.opin.licet im-
pugnet certo modo, atteſtatur Socin.Iun.in d.l.ſi quis
in princip.nume.59.ſed impugnatio ſua tollitur per de-
clarationem Socin.dicto nume.9.& per dictum Bald.
modo alleg.& per generalem concluſionem de inten-

tione omnium ſecundùm Socin.dicto §.in legatis, col. fin. nume.15.quæ eſt quòd † ex quibuſcunque coniecturis iudici poteſt conſtare teſtatorem voluiſſe præualere ſecundùm teſtamentum, tollitur primum, etiamſi ſecundum eſſet ſimpliciter factum adducendo rationē, quia tota hæc materia fundata eſt in præſumpta mente teſtatoris quā corroboro, & firmo ratione legislatoris ſcripta in l.3.C.de lib.præter.ibi, cum enim manifeſtiſſimus
76 eſt ſenſus teſtatoris, verborum interpretatio nuſquam tantum valeat, vt melior ſenſu exiſtat. † Quippè euidens etiam voluntas teſtatoris dicitur quæ ex coniecturis habetur, per tex.& ibi no.in l.licet imperator.in princip.de leg.1.quomodo ergo per coniecturas in ſpecie propoſita conſtare poſſit de voluntate teſtatoris, quòd poſtpoſita formali expreſſa in ſecūdo teſtamento mentione derogatoriæ clauſulæ primi ſecundùm præualere & ſeruari debeat, dicam in ſequentibus conſiderationibus.

77 Poſtremo aduerte, ſi in † ſecundo teſtamento, vt ferè in omnibus inſtrumentis notarij in calce ſcribunt, Data ſit licentia notario extendendi inſtrumentum ad ſenſum ſapientis, quòd notarius poteſt extendere tale teſtamentum cum clauſula ſufficienti, ita quòd primum tollatur tenent Cuma.& Fulgo.refert Socin.dicto §. in legatis.col.fin.numero 14.verſic.octauo dubitari, latè comprobat Socin.Iun.conſil.124.numero 47.cum ſeq. lib.1.& maximè cum clauſulis derogatorijs præcedentium, cùm id congruat iuri, & non ſequentium, quod eſt abſurdum in eodem facto, firmat Bero.conſil.3.num.4. & 23.& 24.lib.2.æquiorem & excuſabilem iudici propter auctoritatem glo.& Iac.de Aret.hanc opin.eſſe tenet Imol.in l.illa inſtitutio.colum.5.num.2.ff.de hæred. inſtit.& in cap.cum tibi, num.24.de teſtam.& cum hac opinio.ſtat.Franch.in cap.1.colum.22.verſic.vndecimo quæritur, eo in ſexto.Confirmo ex eo quod dicit Card. in clem.prima, columna tertia, in 3.opp.de ſepult.quòd
78 † notarij de conſuetudine apponunt illam clauſulam reuocans omne aliud teſtamentum ſub quacunque forma, etiamſi haberet clauſulas derogatorias, idem dicit & ſequitur Socin.Iun.dict.conſi.124.nu.41.Ergo notarius ex ſe, & ex veriſimili mente & voluntate teſtatoris poteſt extendere & apponere clauſulam derogatoriam præcedentis teſtamenti, cum cenſeatur rogatus ad extendendum teſtamentum, & ſuum inſtrumentum cum clauſulis conſuetis, per text.in l.fina.ad fin. & ibi gloſſ.C.de fideiuſ.& alia plura alleg. tradunt Iaſ. in l.certi condictio.§.ſi numos, columna 4. verſic. adde etiam ad prædicta.ff.ſi certum pet.& Barto. Cepol. in l. quod ſi nolit.§.quia aſſidua, nu.41.de edil.edict. & Hiero.Cagn.in l.ſi librarius, numero 10.50 de regu.iu. pariter & ita ſapiens poterit conſulere ſecundùm dictam conſuetudinem eſſe apponendas clauſulas derogatorias in extendenda dicta clauſula, reuocans omne aliud teſtamentum, vt omnes circa conſueta aſſentiunt, in dict. l.illa inſtitutio.& in dict.§.ſi numos maximè ſic extendendo dictam clauſulam iam generaliter appoſitam, vt diſtinguit Nat.de dict.clauſul.derog.num.41.licet circa hæc multum diſputando inſiſtat Neuiz.conſi.64.

79 Ad quintam, ſi poſt † teſtamentum conditum per decem annos teſtator vixerit, dico ipſum teſtamentum adhuc eſſe inſpiciendum ſi non habeat clauſulam derogatoriam ad ſequentia, vel habeat, nam ſi non habet curſus decennij, nil derogat teſtamento, niſi teſtator aliud condiderit ſolenne teſtamentum, quia tunc ipſo iure, & ſic ſtatim prius tollitur teſtamentum vt & di-
80 ctio ipſa † ſtatim, exponitur ipſo iure, Bartol.in l. iubemus.§.ſanè ſi hoc numero duodecimo, C.de ſacr. ſanct. Eccleſijs, vel coram tribus teſtibus idoneis ad minus, vel in actis manifeſtauerit ſuam voluntatem aliquo modo contrariam dicto teſtamento, tunc irritum hoc teſtamentum remanet, tam per contrariam voluntatem, quàm per curſum decennij, vt eſt text.in l. ſancimus. C. de teſta.ſi verò habeat clauſulam derogatoriam, tunc quoque per aliud ſimplex teſtamentum, ſine ſpeciali derogatione clauſulæ primi hoc ipſum primum teſtamentum reuocatum dicitur obliuione ipſius clauſulæ in teſtatore præſumpta propter longinquitatem temporis, & tali curſu decennali qui debet aliquid operari per d. l.ſancimus.ita ibi refert Bald.columna fina.ſub nume. 6.in fin.ponendo inter alias limitationes ad dictam clauſulam derogatoriam, & ibi Caſtr. probando hæc dicta. Baldi dicit ea perpetuò tenenda menti & Fulgo.ſeq.ibi ſub nu.2.verſ.quarta exceptio & Alex.nu.5.dicit, quòd cum Baldo tranſeunt alij in dictis fallentijs per eum traditis, licet ibi Aret.& Iaſo.& Socin.Iun.in dict.l. ſi quis in principio, num.58.videantur impugnare in hoc opin. Baldi & alior.quia clauſula derogatoria primi teſtamenti facit deficere volūtatem teſtatoris in ſecundo, & cum decennali curſu debet contraria voluntas teſtatoris cōcurrere per d.l.ſancimus & hanc Are. & Iaſ. opinionem aſſerat magis ſequi velle Couar. dict.rubr. numero 19. verſ.nono de teſta.tamen in contrarium eſt communis opin. vt fatetur Socin. Iun.dict.numero 58. & ſequitur Socin.dict.§.in legatis, columna fina.num.15.& Nat. de dicta clauſula derogatoria, numero 55.& commun.atteſtando ſeq. Ruin.conſ. 11.nu.10.lib.ſecundo, & Pariſ. conſ.10 numero 17.lib.3.ita per ſecundum teſtamentū abſque ſpeciali mētione clauſulæ derogatoriæ primi cōditum poſt decennium à die dicti primi, tolli ipſum primum in quo eſt clauſula derogatoria, tenet Alexan.conſilio 234.colum.fina.verſic.ex quo præſumitur, lib.primo, & conſilio 105.colum.ſecunda, verſ.ad hoc probandum, libr.4.& Rom.conſi. 179.colum.fina.verſ.tertio, & vltimo, Socin.conſilio ſecundo, colum.3.verſicu.prætereà inter primum, lib.tertio, vbi hoc probat, etiamſi deficerent tres menſes ad complendum decennium quia ſatis videtur quòd iudex tale tempus poteſt arbitrari eſſe inductam obliuionem in teſtatore de clauſula derogatoria primi teſtamenti etiam minori tempore, decem annorum per gloſſ.communiter approbatam in l.futurum.§.fin.de vſucap.comprobat & Pariſ.conſi.10. numero 17. libr.3.idem per Clar. dict.§.teſtamentum, quæſt.99.verſ.ſcias etiam, & comprobat Burſat. conſil. 47.numero 19. ita ab hac opinio.communi non recedendum puto, ſtante dicta obliuione præſumpta, & diſ-
81 poſitione dict. l.ſancimus, † ex contraria voluntate teſtatoris etiam minus ſolenni, reducendo voluntatem teſtati ad voluntatem inteſtati, ſimpliciter ex decennio elapſo pronuntiantis & decidentis irritum primum teſtamentum, & intelligitur cum omnibus ſuis clauſulis, & cum omni voluntate teſtatoria, Curt.Iun.conſi. 169.numero 15.16.Gabri.Eugub.conſil.67.nu.27.facit conſequentia.l.qui vxorem. in fin.ff. de iniuſt. rupt. te-
82 ſtam.& in ſpecie † verba derogatoria contenta in teſtamento rupto nihil valere, tenet Bart.in l.ſi quis, in prin. numero ſeptimo, quia faciliùs tollitur qualitas quàm ſubſtantia, Nat. de clauſul. derogato. nume.50. Quinimò non poteſt eſſe ſine ſubiecto.l.prima. ff. de vſufruct. cum ſimil.per Deci.conſi.508.ſub numero 4.quia quod per legem irritum & nullum eſt, nullum operatur effectum, per vulg.non ita verò quando per hominem reuocatum & annullatum eſt, ſi ratio Aret. & ſequacium procedere, ſentit Alexand.conſilio 30. columna penult. numero 4.lib.3.& gloſſ.in verſi.perfectè ad princ.ibi, illud euenit non ſola mutatione in §.penult.inſti. quibus mo.teſt.infir.

83 Verùm non modica difficultas videtur † an decennium currere incipiat poſt diem primi teſtamenti, vel poſt diem ſecundi teſtamenti reuocantis gloſſ.fin. in d. l.ſancimus, vult quòd incipiat poſt diem primi conditi teſtamenti,



teſtamenti, quam ibi plures ſequuntur, & pro magis communi opin. ponit Clar.dicto ſuo §. teſtamentum, in quæſt.91.in fin. Addo tamen Fulgo. latè probare in conſilio 57.quæritur teſtator, ſiue ante, ſiue poſt decennium ſequatur voluntas reuocatoria, vbi per eum volentem quòd hoc ibi nō reuocabatur in dubium quoad contrariam voluntatem, & Gui.Pa.in quæſt.200.Eymardus, firmando illam opinionem, vt magis æquam, quòd ſufficiat decennium eſſe ſequutum poſt reuocationem teſtamenti factam, etiam intra decennium à cōfectione prioris teſtamenti, diſtinguit poſteà reuocatione minus ſolenni non eſſe neceſſarium effluxum decennij eſſe ante talem reuocationem, ſed ſufficere viuente teſtatore eſſe elapſum decennium ante vel poſt dictam reuocationem, in reuocatione verò coram ſolenni teſtium numero facta non eſſe neceſſarium curſum decem annorum vt ibi per eum, quicquid ſit in alijs caſibus breuiter in caſu noſtro puto verius & tenendum, quòd † vt prius
84 teſtamentum habens clauſulam derogatoriam ad ſequentia dicatur reuocatum, requiritur etiam abſque mentione ſpeciali dictæ clauſulæ illius reuocationem eſſe factam poſt decem ann.à die illius prioris confecti teſtamenti, vt ſonant verba docto.ſupra allega.hanc ſententiam firmantium, & expreſſè approbat Ruin. conſil. ſexto, columna prima, numero ſecundo, lib.ſecundo, & pro communi, vt dixi, ponit Clar.in dicta quæſtio.91. in fin.& Ancha.Regien.quæſt.vltim.nu.10.part.2. Zunt. Parmen.ſuo reſpon.pro vxo.num.925.cum ſeq.& eſt vera rectè inſpiciendo d.l.ſancimus.

85 Prædictæ opin. Baldi & ſequacium ſup. † allega. de curſu decennij operante annullationem prioris teſtamenti cum omni ſua clauſula etiam derogatoria, non refragantur quæ in contrarium adducit Ruin.conſi.10. columna penultima, & fin.libr.ſecundo, quia ſunt contra commun.opinio.etiam per eum alibi firmatā, vt patet, ex alleg.ſupra. Et quia teſtator aliquibus ſuis clauſulis etiam reſpicientibus futurum (aliter enim non formatur clauſula derogatoria) ad ſequentia non poteſt tollere diſpoſitionem dict.l.ſancimus, irritātis ſuum primum teſtamentum, ſecutis curſu decennij, & reuocatione, vt diſponitur in ea per l.nemo poteſt, cum ibi not.de legat.primo, ſpecialiter de curſu temporis inducto à lege non immutando nec impediendo per teſtatorem.
86 † Qui ideò non poteſt ſibi legem imponere quin elapſo, dicam, decennio poſſit reuocare teſtamentum.per d. l.ſi quis in principio, de leg.3.qua reuocatione facta ſimiliter non poteſt impedire, quin ſequatur diſpoſitio d. l.ſancimus, qua irritum effectum eſt prius teſtamentum, ſic per contrariā voluntatem minus ſolennem cauſa teſtati reducta eſt ad cauſam inteſtati, dicta l.ſancimus, ſi per contrariam voluntatem ſolennem cauſa teſtati ex priori teſtamento rupto etiam per legem ex ſola contraria voluntate reducta eſt ad cauſam teſtati ex ſecundo valido, ſic d.l.ſancimus, diſponente magis ex decennali curſu quàm ex obliuione aliqua teſtatoris de clauſula derogatoria, ſeu alia: firma ergo remanet concluſio poſterius teſtamentum continens poſtremam voluntatem teſtatoris fore attendendam, & præualere, ſecundùm Baldi & aliorum communem ſententiam, ita abſque vlteriori progreſſu hæc materia iudicio meo accipienda eſt. Prædicta tamen non habere locum in teſtamento cæci ſpecialibus ſolennitatibus requiſitis in teſtamento cæci non ſeruatis, limitat Fulgoſ.conſilio 91. ſuper eodem col.2.

Ad ſextam & vltimam conſiderationem, ſi coniecturæ ex contingentis facti ſpecie colligi poſſunt de obſeruantia, vel primi, vel ſecundi teſtamenti attendenda, dico propoſitam hāc conſiderationem totum facere, ſicut dicitur voluntatem teſtatoris totum facere.l. ex facto. la ſecunda §.rerum autem.ff.de hæredi. inſtit. quia per eam deuenitur ad cognitionem ipſius voluntatis defuncti, quæ ex inſpectione verborum, & prioris, & poſterioris teſtamenti quemadmodum dignoſci & percipi poſſit adeſſe, vel deeſſe poſteriori teſtamēto, vel priori, in ſuperioribus viſum eſt.

87 Nunc † de coniecturis cogitandum, & perſcrutandum eſt, quæ partim ex verbis teſtamenti, partim ex factis & circunſtantijs concurrentibus extra teſtamentum colligi & haberi poſſunt, & quæ nobis, & interpreti noſtro demonſtrare videntur teſtatoris voluntatem attendendam & ſeruandam eſſe, quę in eo expreſſa eſt teſtamento, pro quo coniecturæ ipſæ magis vrgent, & impellunt nos ad ita credendum, poſtpoſitis etiam ampliſſimis clauſulis derogatorijs, & earum ſpecialibus expreſſionibus, & derogatorijs derogatoriarum appoſitis
88 in priori, vel in vtroque teſtamento, † nam Doct.paſſim admittunt, pro generali concluſione, & de intentione omnium, quòd ex quibuſcunque coniecturis poteſt iudici conſtare teſtatorem per ſecundum teſtamentum, etiam non facta mentione aliqua clauſulę derogatoriæ primi, voluiſſe tollere primum: hoc cenſetur reuocatum, & ſecundum præualet, vt per Capr.conſil.31. ſub nume.16.Socin.d.§.in legatis.d.l.ſi mihi, de legat.1. col.fin.num.15.Ruin.conſil.11.num.14.lib.2.Ang.conſi. 365.quædam domina, ad fin.Alex.conſil.134.col.4.nu. 2.lib.1.Couarru.d.rubr.de teſtam.par.2.ſub nu.19.verſi. quarta concluſio, Aymon conſil.126.col.2.num.5.Burſat.conſil.47.nume.20.Franciſ. Sarmient.lib.3. cap.14. num.7.ſelect.interpr.

89 Proinde duobus † teſtamentis eiuſdem defuncti repertis, ſcilicet priore cum clauſula derogatoria ad ſequentia, & poſteriore cum clauſula non ita formaliter, & ſpecialiter expreſſa reuocatoria præcedentis, vt requiritur per communem docto. ſententiam ſupra relatam in quarta conſideratione Doct. coniecturando voluntatem teſtatoris ex varijs circunſtantijs, inferunt limitationes, concluſiones, & caſus aliquos, quibus dignoſci poſſe arbitrantur voluntatem teſtatoris adeſſe poſteriori, etiam ſine illa exacta ſpeciali mentione derogatoriæ prioris teſtamenti, vt per Bald. in dict. l. ſancimus, col.fin.num.6.C. de teſta. adducentem quatuor limitationes ibi per Caſtren. & Fulg. approbatas & per Iaſo.ampliatas vſque ad vndecim, & per Couar. dicta rub.par.2.ſub nume.19.dict.verſ.quarta concluſio, cum ſeq. & per Nat.dict.clauſula derogatoria, nu.37.cū ſeq. per totam 4. quæſtio. enumerantem tredecim caſus, & per Socin.in dict.§.in legatis, colum.fin.vt in his locis per eos videri poteſt, cum caſus euenerit, huius enim rei ſumma eſt exacta diligentia perſcrutari & inſpicere.

Primò de qualitate, & conditione teſtatoris.

Secūdo de efficacia ſignificatoq; ſuorum verborum, tam in teſtamentis quàm extrà prolatorum, pariter & ſuorum geſtorum.

Tertio de qualitate, conditione, coniunctioneq; hęredum.

Quarto de cauſis mutandi teſtamenti.

Quinto de loco, tempore, & modo ſeruatis in confectione, & mutatione teſtamentorum.

Sextò de qualitate, conditione, & forma notarij qui teſtamentum ſcripſerit, his quidem inſpectis coniunctim, vel diſiunctim poteſt iudex firmare motum animi ſui pro quonam teſtamento priore, vel poſteriore teſtatoris voluntas appareat. Quoniam hæc verſantur & proponuntur ad probandam teſtatoris voluntatem, & non ſunt determinata certa lege, atque certa doctrina, tradi non poteſt, quòd probent ánne, ideò remiſſa ſunt arbitrio iudicis, argument.l.primæ, in fin.ff.de iur. deliber.& l.tertia.& l.ob carmen.§.fina.ff.de teſtib. & not.per Anton.de Butr.in cap.ex literis, in ſexto not.de probat.

probat.& Deci.conſi.463.in fin.conſilio 510.num.1.&
alibi,& dicit Bald.con.204.longum thema.ad fin.lib.3.
90 quòd † lex ciuilis habet illud pro probato,cuius contra-
rium nō eſt credibile,nec poteſt perſuaderi alicui bono
viro, ad cuius arbitrium hæc omnia referuntur, ita hæc
expreſſim eſſe remiſſa arbitrio iudicis probaui antè in
tertia conſideratione.in fin.

Nam primo pro aliquali iudicis arbitrij informatio-
ne breuiter adhuc commemorandum eſt de qualitate
91 & conditione teſtatoris,ſi apparuerit † perſona ruſtica-
na, vel idiota & ignara verborum aſcriptorum in clau-
ſula derogatoria appoſita in primo teſtamento, conie-
cturatur talis clauſula appoſita ſine ſuo conſenſu, ideò
condendo ſecundum teſtamentum ſine mentione illius
prioris derogatoriæ, tollitur primum, & ſecundum
obſeruari debet, vt per Barba.conſil.72.libr.3.ſequitur
Guli.Bened.dict.capit.Raynutius,part.prima, verſi.te-
ſtamentum, il ſecundo,numero 17.& Couar.di.rub.d.
nume.19.verſiculo 13.probat & Burſat.conſil.47.num.
17.18.quia præſumitur clauſula derogatoria in primo te
ſtamento appoſita ex ſolo capite notarij, vt ibi dicit
Guil.Bened.probat & idem Pariſ.conſilio decimo, nu.
92 12.libro tertio † credibili enim cogitatui teſtatoris ſtan
dum eſt.l.cum in teſtamento,de rebus dub.perſonæque
qualitas præſtat intellectum diſpoſitioni, Afflict.deciſ.
401.numero ſecundo,& l.ex militari in principio, ff.de
milita.teſta.l.penultim.in fin.ff.de conditio.& demon-
ſtatio.cum ſimil.

Secundo de efficacia ſignificatóque verborum per
teſtat.tam in teſtamento quàm extra prolatorum, ſimi-
liter & ſuorum geſtorum, inſpiciendum eſt qualia ſint
hæc, & quomodo poſſint concludere in probatione vo-
luntatis teſtatoris demonſtratæ per prius, vel poſterius
93 teſtamentum. Nam † & ſi per verba generalia reuoca-
toria aſcripta in ſecundo teſtamento defectu volunta-
tis teſtatoris non ſic probatæ dicatur non reuocatum
primum habens clauſulam derogatoriam per commu-
nem Barto.& doct.opin.in dict.l.ſi quis in principio, in
dict.§.in legatis,etiam per verba præciſa,vel per clauſu-
lam omni modo meliori,vt per Nat.de dicta clauſu.de-
rogatoria, numero 38.39.40.& Tob.Peruſi.conſil.22.
numero 10.11.& ſequent.Neuiza.conſilio 63.ſub nume.
22.26.& ſequen.tamen clauſula derogatoria primi cùm
ſit concepta verbis enunciatiuis cum permiſſione futu-
ri teſtamenti faciendi ſub conditione multum difficili,
ſi totum Pſalterium Eccleſiæ ſcripſerit, videtur habēda
94 pro non adiecta, quia † paria ſunt aliqua non extare,&
extare: ſed id nō poſſe cōſequi niſi cum magna difficul-
tate, Alexand.in l.ſi conſtante.§.ſi vxor, ſub nu.2.ſolut.
matrim.ita talis derogatoria remanens ſolùm in ſuis fi-
nibus generalis derogatoriæ tollitur per poſteriorē de-
rogatoriam conſimilem, quantum ad generalitatem
verborum effectualium, & maioris efficaciæ attributæ
poſterioribus,quæ derogant prioribus.l.diuus. §.licet,
de iure codicill.vt ex facto reſpondit Bald. conſil. 424.
verba appoſita, libr.1.idem tenet conſilio 208.quæſtio
mouetur,libro quarto,quādo verba generalia talia ſunt
quòd ex eis poteſt conſtare ſpecialiter de voluntate te-
ſtatoris, allegando not.in capit.primo,de conſti.in ſex-
to,vbi Ioan.Andre.& clarius in cap.primo,ad fi.de ex-
ceſ.præl.in ſexto, dicit quòd in omni materia,ſi per ver-
ba derogatoria generaliter prolata ab eo qui deroga-
re poteſt, apparet eius voluntas quòd generaliter dero-
gare voluit, illi ſtandum eſt: in ſpecie ſequitur Ange.
conſilio 365.quædam domina,ad fi.& Alexan.conſi.134.
colum.4.num.2.lib.primo,Pariſ.conſi.vigeſimoquarto,
nu.32.33.lib.ſecundo, quibus cum ſint authoritates, in
contrarium non ſtarem, niſi adminicula alia concurre-
rent pro tali teſtatoris voluntate vrgentia per no.in l.2.
in prin.ff.de execu.tuto.

95 Item ex † verbis dicitur conſtare de voluntate teſta-
toris in ſecundo teſtamento,ſi fuerint hæc verba adie-
cta,quia dixit, vel omne aliud teſtamentum reuocare
ex certa ſcientia,vel illud vltimū facere ex certa ſcien-
tia; ſic eſſe ſatisfactum dict.l.ſi quis.in principio, ibi te-
net Cuma.ſub num.7.pro pulchro & ſingulari verbo ſe-
quitur Nat.de dict.cauſul.deroga.numer. 46.latè com-
probat Burſat.conſil.47.numero.22.& fin.vbi num.21.
ſic ex communi tenet etiam per clauſulam omni modo
meliori appoſitam poſteriori teſtamento, quod de hac
clauſul.omni modo meliori dictum ſolum iudicio meo
non multum concludit pro voluntate teſtatoris oſten-
denda,quia nimis ad generalia tendit dict. clauſul.om-
ni modo melio.quæ generalia verba non demonſtrant
voluntatem reuocandi,Doct.in materia loquentes om-
nes conſentiunt & ponitur ex capite notarij in omni
ſua ſcriptura, cùm aliud neſcit dicere ſub inuolucro ver
borum,vt notum eſt, ideò parum de ea curandum eſt
per allega.à Tiraquel.in præfat.nume.126.l.ſi vnquam,
de reuocan. donatio.merito de ea cogitandum reliquit
Socin.Iun.in dict.l.ſi quis in principio,nume.25.in fina.
bene ſentit quòd non probet voluntatem mutatam in
priori teſtamento, Nat.de dict. clauſul. derogato.nu-
mero 39.& Tob.Peruſi.dict.conſilio 22.nume.2.& ſeq.
96 Atque ea per teſtatorem † dicta, vel ſcripta extra te-
ſtamentum vltimum quibus teſtator ſignificat clauſu-
lam derogatoriam prioris teſtamenti eſſe reuocatam,&
ſe velle vltimum ipſum teſtamentum preualere, ac at-
tendi,obſeruaríque debere,iudicem mouere debent ad
credendum voluntatem teſtatoris adeſſe huic poſterio-
ri teſtamento, etiam quòd aliam prioris teſtamenti
derogatoriæ ſpecialem mentionem non contineat,&
quæ ſufficiant probari per codicillos poſt primum te-
ſtamentum confectos, vel per teſtes, quod fuerint per
teſtatorem prolata verba derogatoria,ſed per notarium
errore vel obliuione omiſſa, vt tradit Natt. dict.tract.
97 de clauſul.derogat,num.52.53.vel per † librum teſtatoris
ſuarum rerum memorialium,in quo ſcripſerit,& memo
riam fecerit de tali ſuo vltimo teſtamento,vt ſciri & re-
periri poſſit per ſuos hæredes poſt eius mortem ita de
voluntate teſtatoris ex ſuis libris, & ex ſua ſcriptura li-
quere poteſt per tex.in l.qui concubinam.§.cùm ita le-
gatum eſſet quanta,in l.prædijs.§.Titio.in l.ſeruis vrba-
nis, in prin.de lega.3.& Bart.in l.alimenta.in prin.de ali.
leg.no.quādo dubitatur de voluntate teſtatoris, eam ex
ſua ſcriptura poſſe probari, ad idem text.& ibi Soc.not.
num.7.in l.1.de rebus dub.cum ſimil.ante per me plene
allega.lib.1.interpret.1.dubit.3.ſolut.5.vbi locus de in-
terpretatione ſuę voluntatis obſcurę habenda à teſtato-
re ad rem hanc noſtram, etiam adducit Zunt. Parmen.
ſuo reſpon.pro vx.num.871.
98 Prætereà quæque † facta & geſta teſtatoris circa po-
ſterius conditum teſtamentum poſſunt demonſtrare pe
nes animum & intentionē teſtantis illud non fore fictū,
vel ſimulatum, vel iactatorium, ſed verum, valiturum,
obligatorium,& magis exequendum. Exinde coniectu-
rando dicere & concludere poſſumus illud ipſum poſte
rius teſtamentum abſque alia mentione derogatoriæ
præcedentis continere voluntatem teſtatoris,& præua-
lere præcedenti teſtamento habenti clauſulam deroga-
toriam, ad ſequentia,cùm ita appareat huius derogato-
riæ deſtrui & tolli effectum inductiuum cuiuſdam fictio-
nis,vel ſimulationis actus ſequentis teſtandi, cui volun-
tatem,& conſenſum teſtatoris deeſſe faciunt verba,ipſa
derogatoria vim habentia huiuſmodi præambulæ pro-
teſtationis declaratoriæ per l.qui in aliena.§.fin.de acq.
hęred.& l.at ſi quis.§.plerique.de relig.& ſump.fun.Bar.
99 & alij tradunt in d.l.ſi quis in principio. † & actus à quo
eſt remotus conſenſus agentis dicitur fictus & ſimula-
tus, Baldus in l.1.nume.4.C.plus va.quod agi. In ſpe-
cie



cie opportunè declarat Franciſ.Sarmien. tract. Select.
100 interpret.libro 3.c.penult.nu.7.& 16.† quādo & quibuſ-
cunque coniecturis poteſt conſtare quòd teſtator ſecun
dum teſtamentum etiam ſimpliciter factum præualere
voluit,tollitur primū,quia tandem ſenſus teſtatoris præ
ualet interpretationi verborum.l.3. C.de liber. præter,
l.non aliter,de leg.3.& qui vult cōſequens.ſ. ita firmiter
eſſe manere & exequi ſecundum teſtamentum, vult an-
tecedens,ſcilicet,verba derogatoria primi eſſe ſublata,
& eorum reuocationem, ſine qua non poſſet ſtare teſta-
mentum ſecundum, per regul. lega.illud.de acquir.hæ-
redit.& l.2.de iuriſdict.omnium iudic.& l.ad rem mo-
bilem,de procurat.cum ſimilib.

Horum autem factorum & geſtorum teſtatoris pro-
poſitæ materiæ congrua exempla aliqua inſeram. Vnū
101 eſt exemplum † ſi teſtator in ſeruando teſtamento ap-
poſuerit pœnam hæredi priuationis hæreditatis, ſi non
fecerit, vel ſeruauerit quod ei teſtator iuſſerit, ex hoc
demonſtrari teſtatorem voluiſſe valere & obſeruari
teſtamentum hoc ſecundum,tradit Barb.conſi.pen. lib.
quarto,refert & quia alium veterem ſcriptorem non al-
legat, cum eo frigidè,& non conſtāter tradit Natt. dict.
tract.de clauſul.derogator.ſub num. 46.ſed deciſio hæc
102 probari poteſt his legum argumentis,quòd † pœnæ ap-
poſitio reddit diſpoſitionem validam,quæ aliàs non va-
leret,& magis enixam, & ſpecificam oſtendit volunta-
tem teſtatoris explendi quod diſpoſuerit, & prius per
obligatum obſeruandi argumen.l.Mæuius.& l.in condi
tionibus,in principio,& l.in teſtamēto ita,de conditio.
& demonſtratio.& l.prima.ad fin.de pen.leg.& l. 2.ff.de
his quę pœ.no.& l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de verb. obli.
& l.& magis. de ſoluti. ideò iſta deciſio placet, ſicut
& Nattæ in dict. loco nume. 48.placet alia deciſ. Barb.
103 in dicto conſilio penultim.in alio facti exemplo † quan
do teſtator ipſe ſoluendo mercedem notario leuauit
& redemit inſtrumentum ſecundi teſtamenti,& illud be
ne cuſtoditum in arcula teſtatoris inuentum eſt,firman-
do quia non minus facto quàm verbis voluntas declara
tur.l. de quibus. ff. de legi.& l.Paulus, rem ratam hab.
addita præſumptione iſta de ſolutione mercedis pro
redimendo teſtamento facta per teſtatorem,ne dicatur
iactata.l.cum de indebito ff. de proba.& leg.ſi cum au-
rum, de ſolu. voluntas teſtatoris credibilis eſt pro ip-
ſo ſecundo teſtamento,quòd teneat & præualeat. Aliud
104 ponitur exemplum † ſi teſtator in ſecundo teſtamen-
to pro exequendis & ſoluendis legatis, & alijs adim-
plendis per eum diſpoſitis in eo precando fecerit exe-
cutorem Epiſcopum, Principem, Magiſtratum ali-
quem, ſeu magnos viros aliquos loci domicilij teſta-
toris, cum magna & ampla poteſtate accipiendi de bo-
nis ſuæ hæreditatis, licet de hoc prout de alijs ſimi-
libus factorum exemplis doctoris deciſio non inuenia-
tur, cùm tamen iura & rationes ſupra allegatæ mili-
tent, & in hoc, vel ſimilibus caſibus, idem dicendum
eſt de voluntate teſtatoris præſumpta, & tenenda pro
ſecundo teſtamento, argumen. l. illud. ff. ad l.Aquil.l.
à Titio.de verbo.obligatio.cum ſimil. ne maxime te-
ſtator videatur actum nugatorium feciſſe, & deluſiſſe
illos magnos viros, quos pro executorib.ſui teſtamen-
ti deputauit, vt in ſimili poſt alios per eum alleg.addu-
cit Nat. dict. tract. nume. 47. Socin. conſil.2. col.3.ſub
num.10.verſ.2.propter lib.2.
105 Tertio de conditione, qualitate, coniunctionéque
hęredum perſcrutatio dignoſcere facit,quòd ſi in ſecun
do teſtamento ſint hæredes inſtituti pupilli, qui veriſi-
militer teſtatori impreſſionem, ſeu compulſionem ali-
quam inferre non potuerunt, vt eos inſtitueret hære-
des, ceſſante cauſa præſumpta derogatoriæ aſcriptæ
pręcedenti teſtamento,ne teſtator inducatur à conſan-
guineis vel ab alijs ad reuocandum ipſum præcedens te
ſtamentum,præualet ideo ſecundum ſine ſpeciali men-
tione dictæ derogatoriæ,tradit Socin.Iun.conſilio 124.
numero 54.lib.primo: ita ſigillatim Cuma. in dict. l. ſi
106 quis in principio,ſub numero ſeptimo, ponit † quando
ratio, ob quam poſuit clauſulam derogatoriam ceſſat
eadem ratione ſecundum teſtamentum valere, quando
hæres in eo inſtitutus eſt longè abſens à loco vbi factum
eſt teſtamentum concludit Ay. conſilio 25.ſub nume-
107 ro ſecundo † idem dici poteſt ſecundum teſtamentum
valere ſimpliciter factum ſine reuocatione derogatoriæ
prioris,quando in hoc primo ſunt inſtituti hæredes ex-
tranei, in ſecundo venientes ab inteſtato ſunt inſtitu-
ti:hanc coniecturam probat Bartol.conſilio 76. factum
ſuper quo,num.ſecundo, volum.ſecundo, eandem te-
net Io.de Ana.conſilio 56.his quæ in facto.in fi. Alexan.
108 conſilio 105.colum.ſecunda,ſub numero 5. libr.4. † ad
idem tendit de qualitate perſonæ valde dilectæ teſta-
tori inſtitutæ hæredis in ſecundo teſtamento, quòd id
etiam valeat ſine mentione derogatoriæ primi, vt Ro.
conſilio 179.colum.fin.in princ.pro ſingulari refert.Iaſ.
in l.non dubium.ad fi.C.de teſta.licet aliud nō allegan-
do dicat ibi in fi.hoc ſe non credere, verum tamen ma-
gis credēdum eſt Bar.Rom.& Ioan.de Ana.nunc alleg.
idem ſentit Angel.conſilio 365.in fi.in perſona inſtituta
in alijs teſtamentis,& ſic dilecta teſtatori, vt clarè ſeq.
Gram.deciſ.62.nu.27.quando aliæ coniecturæ concur-
rerent, eandem deciſ.tenet & Soc.Iun.in d.l. ſi quis, in
prin.nu.28.& ſeq.Bur.conſi.47.nu.14.& tandem remit-
tit arbitrio iudicis Couar.d.rubr.par.ſecūda, ſub nu.19.
verſic.octauo,de teſta.iſtorum quidem reiecta ſimplici
negatione Iaſonis iam relata iud.l.non dubium, in fin.
ſimplici verbo,& rectè ſecuta per Nat.d.tract. numero
49.non ſolùm communior,ſed etiam iuſtior eſt ſenten-
tia.
109 Quartò de cauſis mutandi teſtamentum, † nempe
omnes aſſentiunt, ſi iuſta cauſa ſuperuenerit mutan-
di primum teſtamentum clauſulatum derogatoria ad
ſequentia,& ſecundum fuerit ita ſimpliciter factum,ta-
cita reuocatione derogatoriæ primi:hoc tamen ſecun-
dum præualeret, argum.l.3.C.de inoffic.teſta.l. penult.
ff.de confir.tut.l.ſi cum Cornelius.de ſolu.l. ſecunda,
& tertia, de adi.leg. vt Angel.in auth.hoc inter libe-
ros.verſi.idem foret.C.de teſta.Bald.in dict.l.ſancimus,
colum.fin.ſub numero 6.ibi, vel quia noua ratione mo-
tus,Soci.Iun.dict.l.ſi quis in principio,numero 30.Soci.
Seni. conſilio ſecundo. colum.3.ſub numero ſecundo,
110 lib.3.& hoc indubitatum & receptiſſimum eſt † ſed ope-
ræpretium eſt videre quibuſnam factorum exemplis
iſtud doct. affirment, nam Bald. in d. l. ſancimus, co-
lum.fina.ſub dicto numero 6.dicit, puta propter offen-
ſam primi hæredis inſtituti, vel propter aliam indigna-
tionem, cum quo ibi Fulgo. & Caſtr.& Alexan.& Iaſo.
tranſeunt Soci.conſilio 163.colum.5.verſic.ſed ad hoc.
lib.ſecundo,intelligit de offenſa & indignatione grauiſ-
ſima,per l.3.in fi.& l.ex parte. de ali.leg. ſequitur Natt.
dic.tract.numero 50.& Coua.dict.rubr. ſub numero 19.
verſicu. quinto. ex præmiſſis, dicit hoc iudicis arbitrio
relinquendum, & Socin.Iun.dict.l.ſi quis,in principio,
d.num.30.explicit ſimpliciter, quòd primus hæres fue-
rit effectus inimicus teſtatoris:infert etiam aliud exem-
plum,ſi tempore primi teſtamenti fama erat fratrem te-
ſtatoris eſſe mortuum,& ſic alium inſtituit hæredem te-
ſtator cum clauſula derogatoria ad ſequentia,poſteà ta-
li fama detecta falſa in ſecundo teſtamento ſine mentio
ne d.derogatoriæ inſtituit fratrem, ideò hoc ſecundum
præualere.

Proponit quoq; aliud exemplum, vt ſi hæres inſtitu-
tus in primo teſtamento fuerit mortuus, quòd hæc iu-
ſta cauſa ſit faciendi ſecundum teſtamentum, quod ſine
alia expreſſione derogatoriæ præualeat primo citando
ſuum

ſuum conſi.124.num.55.56.lib.1.vbi ad id allegat Barb.
conſi.2.col.3.lib.1.vbi hoc tradit ex d.doctr.Bald.in d.l.
ſancimus, de cauſa ſuperuenienti, & ex illo vulg.di.&
quæ de nouo emergunt,&c.ad quod in diuerſis materijs
forſan centum deciſ.accumulauit Marſil.in l.prima.§.ſi
quis vltro, nnmero 21. cum præceden.& ſequent. de
quæſtio.idem eſſet ſi primus hæres in primo inſtitutus
eſſet mortuus ciuiliter Zunt.Parmen.ſuo reſpo. pro vx.
numero 900.Et aliud ponit exemplum valde ponde-
randum Socin.dict.conſilio ſecundo, colum.3.ſub nu-
mero ſecundo,verſicu.ſecundo:& hoc multum,libro 3.
quando teſtator in ſecundo teſtamento cauſam adiecit
remouendi vnum ex hæredibus inſtitutis in primo,
quia multas pecunias à teſtatore habuit, ita veniret æ-
qualitas ſeruanda inter hæredes;idem ex hac cauſa ſu-
peruenienti receditur à diſpoſitione teſtatoris prima, vt
per Deci.conſi.349.col.pen.
111 Quinto † de loco,tempore, & modo ſeruatis in con
fectione, & mutatione teſtamentorum accuratè inſpe-
ctis coniecturæ, & demonſtrationes voluntatis teſta-
toris ſatis apertè in vnam alteram partem eſſe poſ-
ſunt.ſcili.an primum, vel ſecundum teſtamentum at-
tendi, & ſeruari debeat, vt ſi vno loco libero fuerit fa-
ctum primum teſtamentum, etiam cum derogatorijs
clauſulatum & alio loco ductus teſtator, ex quo liberè
exire non poſſet, fecerit ſecundum teſtamentum etiam
derogatorijs clauſulatum, metus, vt violentiæ ſuſpicio-
ne vrgente ad hoc ſecundum faciendum:hoc ideò non
valere,ſed primum teſtamentum congruè diſcurrendo
tradit Bald. conſilio 350. proponitur quòd Girardus
libro tertio. Vidi ſimilem quæſtionem in facto, quæ-
112 dam † vxor de licentia iudicis eccleſiaſtici ſeorſum ha-
bitans à viro in domo cum ſua nepte ex ſorore, ibi teſta
mentum fecit cum clauſula derogatoria ad ſequentia,
& hæredem inſtituit ſuam neptem,poſtmodum reuer-
ſa ad domum mariti ab eo peius tractata quàm prius
eſſet,& effecta infirma,& ægrotans,coacta fuit facere ſe
cundum teſtamentum,& in eo inſtituere hæredem ma-
ritum appoſitis clau.derogatorijs primi, quo facto ma-
ritus ſemper domum clauſam tenuit, non permittens
eam viſitari à conſanguineis,neq; etiam à vicinis, vſque
quò ea à medicis non curata, neque confeſſa ſacerdoti
deceſſit orta magna lite inter neptem & maritum ſu-
per eius teſtamentis factis probationibus de malo mo-
do, & malis tractatibus, & clauſura habitis in vxorem
per maritum, & de lamentationibus vxoris quòd fue-
rat coacta facere illud ſecundum teſtamentum per duas
ſententias conformes fuit iudicatum primum & non
ſecundum teſtamentum valere: poſteà ego conſultus
ſuper reuiſione dictarum ſententiarum, ceſſante effectu
ſecundi teſtamenti nullam partem dotis deberi per ſta-
tutum hæredibus mariti ob eius peſſimos tractatus in
vxorem reſpondi conſilio 113.libro primo, vbi ſub nu-
mero 22.de primo teſtamento attendendo, & non ſe-
cundo me remitto ad allegationes domini Aduocati,
ita pro primo teſtamento nunc mihi ſuccurrit facere
Bald. dicto conſilio 350.& Grammat.conſilio ciuil.26.
113 † vbi hæredi impedienti teſtatricem poſſe mutare teſta-
mentum in nihilo prodeſſe tale teſtamentum iam fa-
ctum reſpondit & Corn.conſilio 76.columna 3.verſicu.
114 conſtat autem. libro tertio, vbi † ſecundum teſtamen-
tum ab infirmo inſtigatione aſtantis pro hærede, &
pro eius complacentia, & cauſa euitandi moleſtiam
& inſtigationem eius, vt tale conderet teſtamentum,
hoc ſanè non valere, ſed primum probatur: ſequi-
tur Neuiz.conſilio 63.numero 24.vbi quis etiam blan-
ditijs non poteſt aliquem infirmum exiſtentem in do-
mo ſua inducere, vt reuocet teſtamentum iam factum
in gratiam alterius, & eum hæredem inſtituat, & quòd
ob id quidem valeat primum teſtamentum, vt ibi per
eum,& pulchrè per Afflict.deciſ.69.numero quarto,&
ſequent.& plenè Ioan.Bapt. Plot. conſilio 90. numero
primo, & ſequent.Catel.Cot.in memor.in verſic.teſta-
torem inducere.Celſ.Hugo conſilio 14.numero nono,
& per not.in l.j.& fin.C.ſi quis aliq.teſt. prohib. Intelli-
gunt hęc ſi doloſè fuerint geſta,aliàs ſecus vt per Deciſ.
conſilio 489.colum.pen.num.6.& contra ſimilem ſe-
uere inuenit Caſtr.conſil.348.viſo caſu columna ſecun
115 da,numero 3,libro ſecundo.Item aduerte quòd in † ci-
uitate Venetiarum non habet locum appoſitio clauſu-
læ derogatoriæ in teſtamentis,ne moleſtia, vel alicuius
metu inducatur ad reuocandum teſtamentum, quia
viuitur ibi cum ſumma puritate & libertate, & ſic atten
ditur vltimum teſtamentum ſine verbis derogatorijs
primi,refert Guil.Bened. in dict. cap. Raynutius. part.
prima,verſic.teſtamentum.2.num.24.de teſta.pro quo
facit; & veriſſimum eſt quòd aliud ex loci nobilitate &
ex celſitudine vtique extimandum eſt, vt l. fin. in prin-
cip.ff.quod me.cau.l.pen.in fin.de conditio. & demon-
ſtra. aliáque reſpicias tam reſpectu locorum in quibus
confecta ſunt teſtamenta quàm reſpectu aliarum cir-
cunſtantiarum adducta per Ceph.conſilio 32. nitentem
defendere primum teſtamentum præualere.
Dictum quoque eſt ante à tempore primi teſtamenti
116 conditi clauſula derogatoria muniti † poſt ann.10.ſi fiat
ſecundum teſtamentum nulla facta mentione ſpeciali
cla.derogatoriæ primi,hoc nempe ſecundum præuale-
re,adde quòd non ſolum poſt 10.ann.ſed etiam poſt bi-
ennnium ſi fiant duo teſtamenta ſimpliciter abſque mẽ
tione aliqua derogatoriæ primi, ex his enim & bienna-
lis temporis curſu,& bina confectione teſtamentorum
habetur perinde,ac ſi teſtator expreſſè reuocaſſet dero-
117 gatoriam primi, ſicut † mulier poſt biennium primæ
promiſſionis pro alio ſi bis promiſerit,habetur ac ſi cer
tificata renuntiaſſet Velleiano, & valida remanet ſua
obligatio, vt l.ſi mulier perfectè.C.ad Velleia.ita in pro
poſito rumpitur primum teſtamentum, quaſi expreſſa
reuocatione & pœnitentia per alia duo teſtamenta poſt
biennium ſimpliciter facta,& præualet vltimum. §.po-
ſteriore. inſtit. quib. mod. teſt. infir. & hoc in terminis
probat, & verum putat.& quòd ita cõſuleret dicit Barb.
in conſilio 76.factum ſuper quo.ad fina.volum.ſecun-
do,quod ab alio adhuc non vidi animaduerſum, & po-
teſt ſæpius contingere ſummoperéque notandum eſt
pro ſumma auth.Bartoli, & cõprobari poſſet ex vi actuũ
geminatorum per doctor. in centum locis ponderata,
eam non tacebo vim eſſe clauſulæ ex certa ſcientia &
derogatione clauſulæ,non obſtante ex alleg. per Felin.
in c.ſi quando.colum.pen.& fin.de reſcrip.& in c.ſi cau
tio.col.10.& ſeq.de fid.inſtru.& Cur.ſen.conſil.50.num.
394.& alibi per alios.
Sexto & vltimo de qualitate, conditione, & fama
notarij,qui teſtamentum ſcripſerit, breuiter dicendum
118 eſt,quòd ſicut † præſumptio pro inſtrumento teſtamen-
ti eſſe dicitur, pro quo auth.eſt notarij, leg.cum pre-
cibus. C.de proba.per Affli. deciſ.69.nume.3.ita vide-
tur eſſe maior vel minor præſumptio pro eo teſtamen-
to,quod ſcriptu mapparet manu notarij, cuius perſona
eſt magis vel minus legalis: nota enim eſt iuris regula,
magis credi honeſtioribus, per not.in leg.3.in princip.
119 & in leg.ob carmen.in princip. ff.de teſtibus. † quod
de teſtib.dictum conuenit etiam notarijs, cùm equipa-
ratio tradita ſit inter eos,l.Domitius.ff.de teſt.per Bart.
120 in l.ſi librarius,ſub nu.8.de reg.iur. Vnde † inſtrumen-
tum à notario non boni nominis factum, licèt non re-
probetur in totum, redditur tamen ſuſpectum, Aymo
conſ.134.col.8.nume.34.gloſ.1.& doctor. in l. iubemus.
C.de proba.Gram.conſ.ciui.66.nu.59.vbi quod multũ
121 attenditur qualitas notarij, † & non probat teſtamen-
tum,quando eſt factum à notario non matriculato, ſic
diſpo-



diſponente ſtatuto, prohibente,& annullante quòd in-
ſtrumentum non valeat, & non probet ſcriptum à no-
tario non matriculato, ita in terminis vltimum teſta-
mentum ſcriptum per notarium non matriculatum
non attendi, ſed primum à notario matriculato ſcrip-
tum præualere, inter alia fundamenta adducendo ex
facto reſpondi conſi.173.nume.10.lib.primo, vbi deciſ.
citaui concluſionem hanc clarè probantes, addo Fulg.
conſ.151.egregius miles. col.ſecunda, verſ.2.nec quia.
Socin.conſil.97.colum.1.lib.1.Dec.conſil. 564.colum.
penultim.nume.13.verſic.prædictis etiam,Rolan.à Val.
conſi.91.num.27.lib.3.etiamſi talis notarius non matri-
culatus haberet priuilegium notariatus à principe loci
ſtatuentium, tamen poſt dictum ſtatutum à principe
confirmatum, vt per Ruin.conſil.201.nume.12.13.lib.1.
ac etiamſi in loco ſtatuti eſſet factum teſtamentum per
forenſes ex commun.docto.opin.latè Ioan.Bapt.Plot.
conſi.1.numé.4.Ex quibus dato quòd ſtatutum de ma-
tricula notariorum eſſet confirmatum à vero ſuperiore
in loco conſtat malè conſuluiſſe, Iaſo.conſil.122.col.2.
& ſequent.lib.4.& contra commun.docto.ſent.in locis
122 ſupra alleg.quę eſt quòd † talia ſtatuta de matricula no-
tariorum valeant, vt facta à populo habente auctorita-
tem ſtatuendi,per l.omnes populi.de iuſt.& iu.& publi.
cam vtilitatem reſpiciunt pro fide communi negotiorũ
hominum plurimum conſiſtente in notarijs, vt non om
nes admittantur ad conficiendum inſtrumenta,ſed tan-
tùm approbati, & tales in libro matriculæ deſcribũtur,
123 ſicut † milites,non gaudent priuilegio militum, niſi ſint
deſcripti in matricula, Caſtr.in l.ſcriniarios.num.5.C.
de teſtam.milit.vnde non facit ad propoſitum Iaſonis
allegatio.Bart.in l.fin.num.20.ff.de colleg.illic.quia lo-
quitur in alijs collegijs,& non notariorum quando poſ-
124 ſint facere proprias leges, † quæ verè ſint licitæ, & non
ſapiant monopoliũ,per l.primam.C.de monopol.quod
vtique dici non poteſt de ſtatuto matriculæ notariorum
ita reſpiciente publicam vtilitatem, vt facultates, cun-
ctáque negotia hominum cautius ſtent ſub fide certorũ
notorum, per talem matriculam approbatorum nota-
riorum, & non reſpiciente illam pauculam mercedem,
quæ pro inſtrumentis daretur notarijs ſolùm matricula-
tis, ſic l.1.de monopol.omninò abeſt rei noſtræ, & ne-
quaquam facta eſt pro ſtatuto matriculæ notariorũ de-
ſtruendo maximè approbato ab vniuerſo populo, & ſu-
periore cum omni iuriſdictione in loco per not.in d.l.
omnes populi. In propoſito multæ importantiæ, & ma-
gis reſpectus notariorum non omittam hîc aſcribere,
125 † quod fertur Alphonſum Neapolitanorum regem ſo-
litum dicere, quòd duæ hominum ſpecies in vniuerſo
populo ſunt modicæ, & ferè nullius venerationis,& ex-
timationis. Cuius contrarium penitùs iudicio ſuo eſſe
deberet, has ſcilicet duas hominum ſpecies præ cæteris
vniuerſi populi hominibus in tanta veneratione, & exti
matione habendas fore, quãta hominibus & plus tribui
poteſt.Vnam eſſe de presbyteris,& alteram de notarijs.
Cuius enim prudentiſſimi Regis dicti ratio eſt.De pres-
byteris, quia is quotidie precando horis ſuis, & cele-
brando alloquitur Deum Opt.Max.& illius veri filij ſan
ctiſſimum, & glorioſiſſimum corpus manibus proprijs
pertractat, hoc & ſub tectum eius intrat,& hominum il-
le animarum curam tandem habet, quæ dicitur ars ar-
tium,cap.penult.de æta.& qualit.præficiend. & ibi gloſ.
rationem aſſignat, quia animæ pretioſiores ſunt omni-
bus alijs rebus,& corporalibus. De notario autem, quia
126 † facultates, iura omnia hominum,quæ eorum vitæ di-
cuntur per text.ſub §.vt ego omnia hæc in authen.de
tabel.& negotia cuncta ſub fide ſtant, cuſtodiuntur, &
conſeruantur notariorum in eorum inſtrumẽtis,ad quæ
vti veritatis ſacrarium paſſim recurritur, ergo de nota-
rijs ſtatutum de matricula eorum,& omnis alia prouiſio
pro ſinceritate, fide, & legalitate eorum conualidanda
& tuenda ſeruari debet, cui per priuilegium tabellio-
natus à ſummo Pontifice, vel à principe cõceſſum non
127 cenſetur derogatum, quia † libera conceſſio,ſeu man-
datum principis ad aliquem actum intelligitur ſalua le-
128 ge municipali,& conſuetudine locorum, † quod muni-
cipale ius proinde eſt obſeruandum, per l.ſi quando,in
principio.ibi Baldus numero ſecundo.C.de inoffic.te-
ſtamen.per l.miſſi opinatores.C.de exactor.trib.lib.10.
Bald.in l.1.numero 4.C.ſi propter publi.penſi.& Ruin.
d.conſi.201.num.12.13.lib.1.

## ¶LIB. IIII. INTERPR. VLT. DVBIT. VLT.

¶Tertia & vltima dubitatio,an & quatenùs legatum vitiatum,mutatum,extinctum,finitúmve dicatur abduci,& his quæ ſequuntur inſpectis,diſſolui poteſt.

I Inſpecta diſpoſitione legis,principis,vel iudicis.
II Inſpecto modo, vel forma legati.
III Inſpecta forma mutata rei legatæ.
IIII Inſpecto facto teſtatoris.
V Inſpecto facto legatarij.
VI Inſpecto iure teſtatoris.
VII Inſpecto caſu eueniente.
VIII. Inſpecto temporis curſu.

### ¶SVMMARIVM.

1 *Legatum cum ſemel extitit,cenſetur durare, & extare,& in dubio iudicatur conſeruatum & non extinctum.*
*Fallit quando interpretatione legum vel principis authoritate coanguſtaretur ibi.*
*Et de caſibus quibus voluntates defunctorum per leges tam circa legata,quàm alia reſtringuntur,ibid.num.2.*
2 *Voluntas defunctorum quibus caſibus per leges reſtringuntur,quorum nonnullos,vide infra num.ſeq.*
3 *Legata reſeruantur per legem Falcidiam adeò vt quarta pars hæreditati hæredi remaneat, quando totum ferè patrimonium legatis eſſet profuſum, hocq; conficiente inuentarium adita per eum hæreditate, aliàs non detrahit.*
4 *Falcidia non detrahitur hærede adeunte, & inuentarium bonorum non conficiente.9.*
5 *Item ceſſet Falcidia teſtatore expreſſè prohibente detrahi, & quando hoc fiat.ibidem.vbi cum ſeq.de materia latius.*
6 *Legata plura facta per teſtatorem prohibentẽ detrahi Falcidiam ex vno quod vult integraliter ſolui,& alijs hæres totam detrahet Falcidiam, & hoc vbi ceſſat ex mente teſtatoris, ſecùs ſi ex lege, vel priuilegio, declarando vt ibi.*
7 *Falcidia ipſo iure,hoc eſt,ſi petatur,reſecat legata.ſi tamẽ hæres velit vti lege Falcidia.*
8 *Non detrahitur in iudicio condemnatorio ad præſtan.legata ſi non apparet in proceſſu per hæredem fuiſſe petitũ de Falcidia.*
10 *Nec detrahitur per filium qui velit & detrahere legitimam.*
11 *Legata in totum,vel in partem vitiãtur,prout legibus,vel ſtatutis eſt prohibitum.& vt ibi declaratur.*
12 *Legatum factum filijs naturalibus tenet vſque ad vnciam tantùm extante legitima ſobole, alias vbi vſque in totã ſubſtantiam.*
13 *Legatum factum filijs ſpurijs valet vſque ad conuenientia alimenta.*
14 *Legatum factum per coniugem vitrico vel nouercæ ſuorum*

*filiorum*

*filiorum ex priorum matrimonio, non valet in eo pluri*
*quòd eis reliquit, quàm filijs reliquerit, quòd ſcilicet ex-*
*cedit æqualem vel minorem portionem filijs relictam, &*
*pro non ſcripto habetur, nec id plus quod defertur filijs*
*imputatur in legitimam, quam habet vltra æquale por-*
*tionem cum vitrico vel nouerca, & vt de hoc ibi latè ha-*
*betur.*

15 *Legatum factum vxori vltra diſpoſita à ſtatuto poſſe fieri,*
*valet in parte ea permiſſa à ſtatuto reſiduo vitiato. cum*
*num.ſeq.*

16 *Vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus ex diuiduis.*

17 *Legata eatenùs vitiantur quatenùs ſtatuta vel conſuetu-*
*dines teſtantes relinquere prohibent.*

18 *Legata quandoque mutantur authoritate principis & Pa-*
*pæ, ad quod cognoſcendum, videre licet an ſint facta in*
*commodum & vſum priuatum, & tunc non poteſt mu-*
*tari & integraliter illi debetur, declarando, vt num.19.*
*aut in vſum publicum, aut vſum pium, & de his omnib.*
*vide latiſſimè diſcurſum, vſque ad num.26.*

20 *Princeps non poteſt mutare legatum in præiudicium certæ*
*perſonæ.*

21 *Legatum factum in vſum publicum ſi reſpectu loci, modi, &*
*quantitatis licitæ poteſt ordinationi teſtatoris ſatisfieri,*
*ſic debet formiter legatum præſtari, ſi verò ſic non poſſit*
*verti in vſum à teſtatore expreſſum, dic vt ibi latè.*

22 *Legatum factum in vſum pium, quandoque alteratur in*
*aliam cauſam authoritate Papæ, vel epiſcopi, declarando*
*tamen vt ibidem cum ſeq. pulchrè.*

23 *Papa ſolus & non ſine cauſa poteſt diſponere contra volun-*
*tatem teſtatoris.*

*Et quando poſſit commutari voluntas teſtatoris in conſimi-*
*lem cauſam authoritate epiſcopi. vide ibidem limita. vt*
*num.26. & ſeq.*

24 *Epiſcopus nec Papa de poteſtate ordinaria, niſi iuſta cauſa*
*ſubſiſtente, non poteſt alterare diſpoſitionem teſtatoris*
*certa ratione perſonæ, cauſæ, vel loci, licèt poſſit de pote-*
*ſtate abſoluta.*

25 *Legatum in cauſa, quæ reſpiciat pietatem, vel decorem pu-*
*blicum, dicitur cauſa finalis, & non poteſt in aliam cau-*
*ſam conuerti.*

26 *Legatum non conuertitur, nec conuerti debet in alios vſus*
*quando expreſſè id per teſtatorem ſit diſpoſitum, quia ve*
*lit remanere penes ſuum hæredem potius, ſi modo quo di-*
*ſpoſuit, diſtribui non poſſit, & vt ibi latè.*

27 *Nec legatum conuertitur, quando repugnat conditio adie-*
*cta per teſtatorem & eius voluntas quòd non vult hære-*
*dem aliter teneri.*

28 *Non conuertitur in alium vſum pium contra eius volun-*
*tatem, quando per dictiones taxatiuas tantum, & non*
*aliter reſtrinxit legatum ad certum opus vſus pij.*

29 *Legata certa quantitas ſi ſit à teſtatore pecuniarum ad*
*certum opus pium perficiendum, eo perfecto & comple-*
*to, quod ſuperfuit fortè de dicta quantitate relicta non*
*debet conuerti in alium pium vſum, ſed reſtitui hæredi,*
*vel legatario cui fuerat relicta ea quantitas tota ad il-*
*lud opus perficiendum.*

30 *Legata res authoritate iudicis vel creditorum ſeruato iu-*
*ris ordine poteſt vendi, & non poteſt vendicari à legata-*
*rio, & ſic ei perijt legatum.*

## ¶DVBIT. III.

AD primum namque dicendum eſt, quòd
1 vbi conſtiterit † legatum ſemel extitiſſe
poſtmodum & hoc extare, & durare fre-
quentiſſimas leges adiuuantes teſtato-
rum voluntates, ſe poſuiſſe, inquit Impe-
rator in l.fin.C.de poſthum.ipſarum legum quoque &
doct.interpretationes paſſim pro legati validitate pro-
cliuiores apparent.l.annua.§.1.de an.leg.l.quotiens.de
reb.du.l.Gallus.§.quid ſi is.& ibi.gloſſ.in verſi.vtilitate,
de liber.& poſthu.Caſtren.conſilio 197.verſis & exami-
natis.colum.1.ſub numero ſecundo, libro 1.Alexand.
conſil.33.colum.3.nume.10.lib.3.& in ſpecie dicit Deci.
conſilio 601.ad finem, quòd in dubio iudicari debet le-
gatum eſſe conſeruatum & non extinctum: hoc autem
regulare, & generale eſt, niſi vel interpretatione le-
gum, vel authoritate principis coanguſtatum ſit, l.ver-
2 bis legis.de verborum ſignifi.& ibi gloſſ.& doct. † ex-
primunt caſus, quibus voluntates defunctorum tam
circa legata, quàm alia per leges reſtringuntur, alijs ve-
rò omiſſis non multum vſitatis: hos equidem caſus pro-
ſequar.

3 Vt ſi quis † ſuum ferè totum patrimonium profude-
rit in legatis notum eſt lege Falcidia legata reſecari in-
tantum, quòd remaneat hæredi inſtituto quarta pars
hereditatis, l.1.in princip.ff.ad l.Falci.& gloſſ.1.inſtit.de
leg.Falci.hoc ita demum hæredi conceditur per ius no-
uum, ſi adeundo hæreditatem, inuentarium bonorum
hæreditariorum confecerit, vt per l.fin.§.& ſi præfa-
tam.C.de iur.deliber.& §.hinc nobis.in authen.de hæ-
red.& Falcid.& authen.ſed cùm teſtator.C.ad leg.Falc.
4 † alias Falcidiam non detrahit, vt in his iurib.habetur,
5 † ceſſat quoque Falcidia, ſi teſtator eã detrahi expreſſè
prohibuerit, per text.in dicta authen.ſed cum teſtator.
Dicitur etiam teſtator eam prohibere, mandando lega-
ta tota & integra ſolui per glo.in l.decem.ff.de fideicõ-
miſſ.libert.ſequitur Bald.in dict.authen.ſed cum teſta-
tor.colum.ſecunda.numero ſeptimo, & conſilio 354.ad
euidentiam in fin.libro quinto, cum pluribus concor-
dan.rationibus plenè adductis per Alexandr.conſilio
201.perſpectis verbis.numero 6.& ſequent.libro 6.vbi
refutat rationes in contrarium apparentes ex conſi.Ro
man.75.& in columna quarta, ſub nume.14.verſic.benè
facit; dicit ita videri magis commun.opin.& conſequen
ter in iudicando tenendam, & per Ruin.conſ.62.nume.
5.& plenè conſil.97.colum.pen.nume.quinto, lib.1.vbi
maximè ſint adiecta verba integraliter & ſine diminu-
tione, Caſtr.conſi.28.in cauſa quæ vertitur.col.2.nume.
6 4.& col.pen.verſi.prætereà in caſu noſtro, lib.2. † Idem
dicendum eſt, ſi ex pluribus legatis factis teſtator dice-
ret vnum legatum debere ſolui integraliter & ſine di-
minutione, ex hoc quidem non detraheretur Falcidia
quæ cederet in damnũ aliorum legatariorũ: quia hæres
ex eorũ legatis totam ipſam Falcidiam detraheret, vt ex
not.doct.Bar.in l.qui quadringenta, in prin.ff.ad l.Falc.
quam ibi Caſtr.in fin.ſequitur, & dicit perpetuò eſſe te-
nendam mẽti, & ſequitur Imol.& Alex.ſaluat ab oppoſ.
ſua & Cuman.& habet locum vbi Falcidia ceſſaret ex
mente teſtatoris, ſecùs ſi ex lege, vel priuilegio, vt in le-
gatis ad pias cauſas, quia id non noceret alijs legatarijs,
cum Falcidiam tunc non paterentur, niſi pro legatis
proprijs, vt per doct.ibid.

7 Eſt & quid momenti ſcire, quòd licet † Falcidia ipſo
iure dicatur reſecare legata.l.lineam ff.eo.hoc tamen
locum ſibi vendicat, ſi hæres velit vti lege Falcidia per l.
patrem.ff.quæ in frau.cred.tradit Bald.in l.1.numero ſe-
cundo.C.ad l.Falcid.ſequitur Tiraq.in l.ſi vnquam.ver.
reuertatur.numero 16.de reuocan.dona.adde & per
text.in l.ſi ſponſus.§.fin.ff.de donat.inter vi.& vxor.ita
hoc caſu, quod dicitur ipſo iure, ſuppletur, ſi petatur vel
opponatur ab homine per gloſſ.in fine.in l.ſi id quod.
ff.de compenſ.cum ſimil.per Tiraq.d.verſic.reuertatur
8 numero 15.& ſequ.adeò quòd † in iudicijs in condem-
nationibus ad præſtandum & ſoluendum legata, non
habetur ratio diſtractionis Falcidiæ, ſi non appareat in
proceſſu pro parte hæredis fuiſſe petitum vel oppoſi-
tum de Falcidia ad not.per doct.in l.3.§.hoc autem iu-
9 dicium.de dam.infect. † non habetur quoque ratio le-
gis Falcidiæ, ſi hæres non confecerit inuentarium, per
text.



text.in §.hinc nobis.& §.ſi verò non fecerit.in authen.
de hæred.& Falc.& exinde aſſumpta auth.ſed cum te-
10 ſtator.C.ad leg.Falcid. † Falcidiam quoque detrahere
non poteſt filius, qui detrahere vult & legitimam, tra-
dit Alci.conſilio 145.mihi ſemper placuit.lib.nono, &
Pau.de Caſtr.inter conſi.diuerſ.vlti.volunt.vol.1. conſi.
81.nume.16.

Legibus vel ſtatutis in aliquibus caſibus eſt coangu-
ſtata teſtatoribus poteſtas legandi certis perſonis qui-
bus ideò ſi fuerint facta legata, hæc quidem legata, vel
in totum, vel in partem vitiantur, prout leges ipſæ tali-
11 bus perſonis prohibent fieri legata, nam in totum irri-
tantur legata illis facta, quibus prohibitum eſt legari, vt
per gloſ.in.§.legari. inſti.de lega.his verò, qui pro parte
ſunt capaces lega.facta valent, pro modo capacitatis, &
12 vltra vitiãtur, † vt filijs naturalibus relictum tenet vſque
ad vnciam, tantùm legitima ſobole extante.§.diſcretis.
in auct.qui.mod.natu.effi.ſui, & non extante ſobole le-
gitima vſque in totam ſubſtantiam auth.licet.C.de na-
tu.liber.& ibi Saly.dicit hoc eſſe ius nouiſſimum, quod
13 hodie ſeruare debemus, † filijs autem ſpurijs valet reli-
ctum vſque ad conuenientia alimenta, Bart.& Saly.in
auth.ex complexu.C.de inceſt.nupt.& canon.in c.cum
haberet de eo qui dux.in matr.& latè Aym.conſ.219.co
lum.pen.& fin.& alibi dixi antè.

14 Si † coniux habens filios prioris matrimonij vitri-
co, ſeu nouercæ ſuorum filiorum reliquerit pluſquàm
ſuis filijs, id quidem totum quod excedit æqualem, vel
minorem portionem filijs relictam, pro non ſcripto, ne
que relicto habetur: & ipſis primi matrimonij filijs de-
fertur per vulg.l.hac edictali.C.de ſecund.nupt.vt de-
clarat Dec.conſi.246.colum.ſecunda.num.5.vbi.nu.6.
ſubiungit illud quod tales filij acquirunt ex diſpoſitio-
ne d.l.hac edictali.non imputant in legitimam, & ha-
bent legitimam vltra æqualem portionem cum vitri-
co, vel nouerca, & hoc ibi firmat auctor.plur.doct.ple-
ne comprobat idem Aym.conſil.194.in prin.vbi num.
3.& 4.& ſequen.proſequitur & tenet.d.l.hac edictali.ha
bere locum in legato alimentorum, ſeu vſusfructus fa-
cto vitrico, vel nouercæ, habita ratione temporis ætatis
legatarij, ſecundùm l.hæreditatum.ff.ad leg.Falcid.vt
per eum d.conſi.194.ſub num.4.& Rolan.à Vall.conſi.
29.nu.25.libr.4.Fran.Mar.Delph.deciſ.850.idem ſequi
tur Hippol.Rimin.con.170.nu.25.

15 Idem dicendum eſt, ſi † ſtatuto vel decreto prohibi-
tum ſit poſſe relinqui vxori, niſi vſumfructum tantum
pro quarta bonorum, & fuerit à marito relictus vxori
vſusfructus omnium bonorum, ſane hoc legatum tenet
pro quarta parte, & in reliquis vitiatur per dictam l.hac
edictali.verſiculo ſi.vero pluſquàm & l.ſancimus.C.de
dona.& l.ſi is qui ex bonis.de vulgar.& pupill.probat
16 Ruin.conſi.44.colum.3.nume.9.libr.ſecundo, † & per
regulam quod in ſeparabilibus & diuiduis vtile per in-
utile non vitiatur, vt per doct.in l.1.§.ſed & ſi mihi.de
verbor.obligat.& in reg.vtile de reg.iur.in 6.Námque
17 generale eſt eatenùs vitiari † legata, & relicta, quatenùs
ſtatuta, vel conſuetudines teſtantes relinquere prohi-
bent, de quibus aliqua ſcripſi ſuprà lib.2.interpr.1.dubi-
tat.1.ſolut.4.ver.ſtatuto etenim.

Authoritate quoque principis & præſidis interdum
18 † legata mutantur, vt l.verbis legis in fin.de verborum
ſign.& l.legatum.de vſufruct.legat.l.legatum.ff.de ad-
mini.rer.ad ciui.perti.eſſent hîc repetenda, quæ latè
ſcripſi ſuprà libro 1.interpr.1.dubit.3.ſolut.13.de pote-
ſtate principis circa interpretandas voluntates teſtan-
tium diſcurrendo per interpretationes ipſas, & corre-
ctorias & reſtrictiuas, & extenſiuas, & declaratorias ab
earum effectu & operatione, ſic per Doct.nominatas &
ad cuiuſque earum operationem quantum poſſit prin-
ceps in vltimis voluntatibus interpretandis, omni ſua
poteſtate, & ordinaria, & abſoluta, quam ei ex mente le-
gum Doct.communiter tribuunt, breuitatis gratia ea
reuidere volentem ad ibi ſcripta remitto, ſed hîc in pro
poſita ſpecie legati mutandi tantùm dicam inſpicien-
dum fore in quem vſum & commodum ſit factum le-
gatum, an in vſum priuatum, aut publicum, aut pium,
19 ſi in † priuatum, non memini vidiſſe legem, vel deciſio-
nem doct.legatario poſſe vel debere auferri, vel mutari
legatum, quin illud integraliter conſequatur, quatenùs
ſit capax, vel legitima filiorum, vel lege Falcidia non ve
niat reſecandum, auth.nouiſſima.C.de inof.teſta.& per
20 ſupra proximè alleg.Quinimò † principem non poſ-
ſe mutare legatum in præiudicium certæ perſonæ, dicit
Caſtr.in l.ſi teſtamentum.C.de teſta.

21 Si in vſum publicum, & † tam reſpectu loci, quàm
modi & quantitatis erogandæ, licèt poſſit ordinationi
teſtatoris ſatisfieri, ſic formiter legatum præſtari debet,
& aliter non alterari, ſin verò & econtrà licite, & ſuffi-
cienter nequeat legatum verti in vſum à teſtatore ex-
preſſum, exempla fingere ex te quàm plurima potes,
tunc quidem authoritate principis vocatis hæredibus
poteſt tale legatum mutari, & verti in alium vſum pu-
blicum licitum, & morib.ciuitatis, & neceſſitati maxi-
mè congruentem, per dictam l.legatum.de vſufr.leg.&
d.l.legatum.de admi.re.ad ciui.perti.& ibi Bart.decla-
rat, etiamſi licitè poteſt fieri, & pecunia legata ſufficiat
authoritate principis poteſt verti in alium vſum, & ſi
non poteſt licitè fieri, & legata pecunia non ſufficiat,
poteſt tunc in alium vſum conuerti, etiam ſine au-
thoritate principis, ſed cum conſenſu hæredis, & regen
tium publicum item clarè Alber.in l.liberto. §. Lucius.
de annu.lega.& Bart.in d.l.legatum.

22 Si † autem in vſum pium factum ſit legatum, cùm id
fieri diuerſimode contingat, etiam in hoc caſu commu-
tationis eius diuerſitas recipit interpretationes, vt de
his cum plurium ipſius legati formæ primæuæ, & com-
mutatæ exemplorum aſſertione in totum voluntatem
teſtatoris alterando in aliam cauſam authoritate Papæ,
23 per cle.quia contingit.de religi. domi. † ſolus enim Pa-
pa & non ſine cauſa poteſt diſponere contra voluntates
teſtantis Bald.conſil.297.teſtator in fin.lib.ſecundo, &
non ex toto, ſed ex parte aliqua infringendo, & in aliam
magis neceſſariam conſimilem cauſam commutando
voluntatem teſtantis authoritate epiſcopi, & clarè di-
ſtinguendo, tradunt Imol.in l.1.colum.ſecunda, ver.ſub
dit etiam Ang.de condit.inſtit.Ang.Aret.tract.de teſta.
gloſſ.9.13.& 25.& 96.num.7.Bald in l.ab eo.in fin.C.de
fideicommiſſ.in l.cum rem alienam.num.5.6.C.de leg.
in l.1.num.58 de his quæ pœ.nom.Roma.ſing.475.lega
tum.Ioan.de Ana.con.77.& ibi addi.Bologn.Abb.in c.
3.num.6.7.in cap.tua nobis.nu.4.de teſta.Ant.de Butr.
conſi.26.conſultus ego, numero ſecundo, Caſtr.conſil.
187.ſuper primo quæſito.ad princip.lib.primo, Socin.
in l.quibus.§.fin.column.pen.num.14.de condit.& de
24 mon.Guid.Pap.in quæſt.556.tenet quòd † vbi diſpoſi-
tio teſtatoris eſt certa ratione perſonæ, cauſæ, & loci,
non poteſt per epiſcopum alterari, neque etiam per Pa-
pam de poteſtate ordinaria, niſi ſubeſſet iuſta cauſa: de
poteſtate verò abſoluta poteſt, vt ibi per eũ alleg.Ang.
& ibi Bald.Caſtr.Roman.& Iaſo.in l.ſi teſtamentum C.
de teſta.& longè ſe dilatando ſuper commutatione re-
licti pij facta per dominos commiſſarios fabricæ Baſili-
cæ ſancti Petri, quòd non valeat plura in materia addu-
cit Aymo conſil.299.per totum, vbi maximè in colu.9.
verſi.conſidero etiam, probat poteſtatem commutãdi,
ſeu alterandi in alium vſum, voluntatem teſtatoris Pa-
pæ non cõpetere de poteſtate ordinaria, ſed de abſolu-
ta: idem firmat Franciſ.Sarmient.ſelect.interp.ſuo lib.
25 1.cap.8.num.24 aduerte quòd † datum in cauſa, quæ re
ſpiciat pietatem, vel decorem publicum, quòd hæc di-

citur cauſa finalis & non poteſt in aliam cauſam conuer
ti,Bald.in l.ſi quis pro redemptione,C.de dona.
26 Intellige & limita prædicta non habere locum† quan
do teſtator diſpoſuit rem legatam expendi,& erogari in
tegraliter in cauſam per eum expreſſam , & non aliter,
quia potiùs vult & mandat rem legatam reuerti,eſſe , &
manere penes ſuum hæredem,quàm alij tradatur , non
ſeruato ſpeciali modo per eum rei ſuæ legatæ adiecto
per text.expreſſum in l.liberto.§.Lucius.de ann.lega.
& ibi Bart.firmat conuerſionem legati non fieri in alios
vſus , quando teſtator prouidit expreſſè, quòd ſi hoc
non fieret,ad ſuos hæredes reuerteretur , quod ait,tene
menti,idem repetit in d.l.legatum.ſub num.4.verſicul.
quandoque pecunia.& per text.in l.quidam reipu.de
vſufruct.leg.Idem probat Bald.in l.ſi quis ad declinan-
dam,in prin.ſub num.10.verſi.ſuper hoc reſpondit Iac.
27 Butr.C.de epiſ.& cler.Idem concludit † commutatio-
nem legati fieri non poſſe quando repugnat conditio
adiecta per teſtatorem,& eius voluntas , quòd non vult
hæredem aliter teneri, Abb.conſilio 27.videtur primo.
libro primo , idem breuiter examinando articulum,
28 † quando teſtator per dictiones taxatiuas , tantùm , &
non aliter reſtringit legatum ad certum opus vſus pij,
non poſſe fieri de legato commutationem, ſeu conuer-
ſionem in alium vſum pium contra voluntatem teſtato
ris,conſuluit Bened.Capra conſilio 121.motus authori-
tate Fede.de ſen.& Imol.in locis ibi per eũ alleg.idem
ſequitur Dec.conſi.506.colum.fin.num.5.ita & tantò
magis , quantò permutatione vſus fuit per teſtatorem
prohibita expreſſe , quod eſſe multum ponderandum,
per §.ſanctiſſimas.in auth.de alie.& emphi.ibi , *Niſi ſub
hac conditione poſſeßiones aliqui ei dederint*,vt *nullo modo has
alienent*, tenet Bald.conſilio 82.factum proponitur.nu-
mero primo , in fin.libro primo , vibi etiam præmittit
loquendo de rationabili potentia non poſſe apoſtoli-
cum , vel imperatorem reſcindere teſtamentum vel
contractum , vel aliam piam diſpoſitionem : vis enim
ſtat in poteſtate cuilibet habili data de iure gentium
& firmata per omnes leges mundi ad teſtandum, &
de voluntate teſtatoris licita , & honeſta ſeruanda per
alleg.à Laur.Calca.conſi.8.nume.15.16.& ab alijs ſæpiſ-
ſime , ne dicam ad nauſeam per Ioſeph.Aſſiſien.Peruſ.
deciſ.61.nume.23.& ne dicam multa ad pompam more
ſuo cumulare & allegare affectantem.Idem tenendum
29 eſt, quòd † ſi certa quantitas pecuniarum per teſtato-
rem fuerit relicta ad certum aliquod opus pium , quo
quidem perfecto,& completo de quantitate relicta ali-
quid ſuperfuerit , reſiduum hoc non debet conuerti in
alium vſum pium , ſed reſtitui hæredi,vel legatario , cui
fuit relicta tota illa quantitas ad illud tale opus pium
perficiendum vt volunt Ange.Caſtr.numer.5.Alexand.
nume.ſecundo.ff.ad l.Falcid.per text.in l.Lucius.li.ſe-
cundo.§.primo,de legat.ſecundo,intellige vt per Caſtr.
30 conſil.187.ſuper primo.libr.1.† Auctoritate iudicis vel
creditorum ſeruato iuris ordine res legata poteſt ven-
di & non poteſt vẽdicari à legatario & ſic ei perijt lega-
tum vt per Bald.in l.fi.§.& ſi præfatam.nu.quarto.C.de
de iure deliber.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Forma legati debet attendi,vt ſuper illo iudicetur.*
2 *Verba quibus concipitur & conſtituitur legatum , oſten-
dunt formam legati.*
3 *Forma & modus legati eſt idem tenor ſcripturæ, continens
ipſum legatum.*
*Et pro eodem quandoque capitur modus & forma.ibi-
dem.*
*Et tandem forma eſt,quæ dat eſſe ipſi legato.ibidem.*
4 *Legatum vt formetur & conſtituatur quæ requirantur.*
5 *Legatum aut fit ſub conditione, aut ſub modo,aut ſub cau
ſa,& quotuplex ſit conditio,modus, & cauſa , vide ibi-
dem diſcuſſum.*
6 *Forma dicitur inducta , cum quid conditionaliter profer-
tur , & quæ inducta ſeruanda eſt etiam ex ordinatione
teſtatoris,præſertim in conditionibus,quæ debent ſerua-
ri in forma ſpecifica.*
7 *Legatum deficit & extinctum dicitur,& pro non facto ha
betur deficiente & non impleta conditione.*
8 *Legatum cohærens perſonæ finitur defuncta perſona , cui
demum voluntate domini fuit reſtitutum , & dic vt ibi-
dem.*
9 *Titius accipiens emphyteuſim pro ſe & nomine ſui fratris,
quo etiam decedente ante ceßionem , & acceptationem
factam,finitur emphyteuſis pro eo recepta, & reuertitur
ad dominum.*
10 *Legatum quomodo deprehendi poßit finitum & extinctum
translatione vel ademptione per multiplicem legato-
rum formam,vide & dic vt ibi habetur.*
11 *Legatum & eius modus exiſtit & maximè ſtare debet in
ſolutione,prout ſonant ipſa verba legati.*
12 *Legato facto monaſterio de x.ſalmis vini vel frumenti
anno , non liberatur hæres à legato annuo offerendo tan
tam vineam vel terram ex qua monaſterium ſibi poßit
ſatisfacere.*
*Et de ratione ibidem.*
13 *Legatum primum cenſetur mutatum,& loco ſecundo repe
titum valebit & debetur quando idemmet in eadem
ſcriptura reputatur,aliquo tamen ipſius ſcripturæ inter-
medio & cum diminutione vel adiectione aliqua.Vel vt
ibi clarè oſtenditur.*

¶DVBIT. II.

AD ſecundum dico , inſpecto modo vel
forma legati , dignoſcitur , an legatum
1 exiſtat , vel extinctum ſit : † forma enim
legati debet attendi , vt ſuper illo iudi-
cetur not.Angel.in l. fideicommiſſi. §.
2 fin.in 5.not.ff.de vſu.† verba autem quibus concipitur,
& conſtituitur legatum oſtendunt formam legati.l.quo
3 niam indignum.C.de teſta.l.in legatis.C.de lega.& †
modus vel forma legati eſt idem tenor ſcripturæ conti-
nens ipſum argum.l.qui Romæ.§.Flauius.de verborum
obligat.& pro eodem quandoque capitur modus & for
ma,l.fin.C.de modo mulct.& tandem ipſa forma eſt quę
dat eſſe legato.l.Iulianus.§.ſi quis rem.ff.ad exhiben.†
4 Vnde in legato formando & conſtituendo cùm opus
ſit,& verbis,quibus percipitur legatum,& perſonis,qui-
bus legatur , & rebus quæ legantur , hæc breuibus
diſcurrendo quomodo eius forma deſtruatur , & con-
ſequenter legatum ipſum poſſit extinctum dici, viden-
dum eſt.
5 Namque inſpiciendum eſt,ſi verba † legati ſint pro-
lata ſub conditione aliqua,vel ſub modo, vel ſub cauſa,
quoniam longa eſt materia conditionum , quomodo
diffiniatur, quomodo inducatur,& quotuplex ſit,an ca-
ſualis,poteſtatiua,vel mixta , poſſibilis , vel impoſſibi-
lis:de qua plenè per Bart.in l.prima , & tot.tit.& ibi per
doct.de condit.& demonſtrat.Bald.in rubr.C.de inſtit.
& ſubſtit.& tot.tit.& per doct.ibi, & Bart.Imol.in l.pri-
ma.ff.de condit.inſtit.ſimiliter materiam modi quoad
eius diffinitionem , inductionem , & effectum, latè tra-
dunt Bart.Caſtr.& Soc.in l.quibus diebus.§.fi.de con-
dit.& demonſtr.& tot.tit.& ibi Bart.Bald.& alij.C.de
his quæ ſub mo.& Ang.Aret.tract.de teſta.glo.53.& glo.
54.vbi plenè de legatorum demonſtratione , & modis,
ſi demonſtratio fuerit falſa quando vitiatur legatum , &
quando per modum non adimpletum deficiat legatum,
& per Cuma.conſil.108.teſtator.vltra med.Item & ma-





teria cauſæ an ſit de præterito vel præſenti , quomodo
diffiniatur,inducatur,operetur,an vera,vel falſa, an im-
pulſiua , vel finalis tractatur diffusè per Bart.Caſt.& So-
cin.in l.demonſtratio.verſ.vel §.fin.de cõdit.& demon-
ſtra.& Bart.Cuma.Rom.in l.ſecunda.§.fi.de donat. Ti-
raq.colligere habuit ſuo tractat.cau.ceſſan. part. prima.
Ideò de his breuitatis gratia ad loca alleg.remiſſio ſuffi
ciat,& ad Alben.conſi.52.nu.6.7.Caſtr.conſi. 148. pro-
ponitur in facto.lib.2.vbi de lega.pro dote facto nuptæ
quòd debeatur,& Ruin.conſ.75.col.fin.lib.2.Præmiſſa
autem & præſuppoſita horum cognitione , poſitione,&
interuentu in legatis , de quorum exiſtentia , & extin-
ctione, vel deficientia dubitatur.Primum ſcitur † cùm
6 quid cõditionaliter profertur exinde forma dicitur in-
ducta.Bald.in auth.matri & auiæ ſub numero 3.C.quo-
modo , & quando muli.ſequuntur eum Afflict.deciſ.
355.nume.quinto,Aym.conſil.265.ante nume.6.Rip.re-
ſpon.libr.1.cap.13.nu.20.Tiraq.de retract.lig.§.1.gloſſ.
21.nu.13.Rolan.à.Val.conſ.30.num.15.quæ forma etiam
ordinatione teſtatoris inducta ſeruanda eſt, Bal.in l.fin.
C.ſi manci.ita fuę.alien.& præſertim in conditionibus,
quæ quidem verificari debent in forma ſpecifi.l.qui hę-
redi,in princ.l.Męuius.& l.cui fundus.de conditio.&
demonſt.l.ſi vſufr.aut decem.§.ſi quis ita.quando di.l.
7 ced.Exinde† eſt quòd deficiente & non impleta condi
tione ita legatum deficit & extinguitur , quòd habetur
pro non facto per l.pecuniam circa fin.verſi.perinde.ff.
ſi cert.pet.glo.in verſi.ipſo iure.in l.ſi ita ſit ſcriptum.de
leg.primo,ponderat Caſtr.conſil.292.circa primum du
bium,colum,ſecunda , verſi.item teſtator.lib.ſecundo,
Pariſ.conſ.14.colum.1.numer.3.lib.3.Iaſ.conſilio 48.ad
princip.lib.3.& text.in l.facta.§.ſi vero turpis , ibi vtiq;
autem teſtator,&c.de conditio.& demonſtra.cum ſimil.
alibi.
8 Legatum cohærens perſonæ , puta † vſusfructus diſ-
poſitione teſtatoris ad plures perſonas ſucceſſiuè pro-
grediens finitur defuncta perſona , cui demum volun
tate domini fuit reſtitutum , l.ſi quis vſumfructum , de
vſufr.leg.& ibi gloſ.& Bart.inferendo ad quæſtionem,
9 † Titius accepit emphyteuſim pro ſe , & nomine fratris
ſui,quo ante ceſſionem & acceptationem factam etiam
decedente finitur emphyteuſis pro eo recepta,& reuer-
titur ad dominũ vt per Bar.& alios in l.ſi mihi & Titio.
de verbor.oblig.& Alex.conſ.24.col.3.nu.6.& ſeq.lib.5.
Ruin.conſ.5.col.pen.nu.5.lib.1.
10 Tranſlatione, † vel ademptione per multiplicem le-
gatorum formam quomodo in legatario extinctum, vel
finitum legatum deprehendi poſſit vide percontando
tit.de adi.l.præſertim voluntas teſtatoris mutata cen-
ſetur in reb.per codicillos, ſeu vltimam voluntatem re-
formatis ex pluribus diſpoſitis in teſtamento ſeu priori
voluntate, l.alumnæ.§.qui filias.l.3.§.cum Titio.eod.de
adimen.leg.per Caſtr.conſ.155.viſo puncto.col.2.lib.1.
Iaſ.conſ.18.col.2.verſ.verum quia lib.3.& quatenùs ap-
pareat ex codicillis de rebus reformatis,Corn.conſ.44.
col.pen.verſic.& caſu quo.libr.3.& Deciſ.conſilio 190.
col.fin.
11 Modus † legati exiſtit & maximè in ſolutione ſtare de
12 bet , prout ſonãt ipſa verba legati , vt ſi factum ſit † le-
gatum alicui monaſterio de ſalmis x.vini , vel frumen-
ti quolibet anno,non auditur hæres vel grauatus , vt li-
beret ſe à legato annuo offerendo ſe daturum monaſte-
rio tantam vineam , vel tantam terram , ex qua poterit
monaſterium quolibet anno percipere ſuum legatum
ſalmarum x.vini , vel frumenti : quia legatum quantita-
tis non taxatum ex certis bonis in genere eſt debitum,
& non poteſt deficere,vel diminui legatario,vt diminui
poſſet,ſi reſtringeretur dari ex certis bonis , expectando
ſaltem ſuppleri ex vberiori recollectu , vt l.legatum.§.
1.de annu.leg.& l.cum certum.& l.ex eo.de vi.trit.ole.
leg.ita firmat Caſtr.conſ.47.vltra ea quæ ſuperius.ad fi-
nem,lib.ſecundo,ſequitur Tir.de retract.tit.primo, §.1.
gloſſ.6.nume.fin.reſpondendo Iaſoni & alijs tenẽtibus
contrarium fundantibus ſe in dicto Baldi in l.ſi quis ar-
gentum.in prin.ſub.numer.6.C.de dona.quòd illud ex
text.in dicta.leg.ſi quis argentum.ſit ſpeciale fauore do-
nantis per Barb.in rub.columna.vlti.de dona.& præce-
dens ratio probatur per Bal.in dict.l.ſi quis argentum.
in prin.in fin.
13 Si † legatum idem repetatur in ſcriptura eadem, ali-
quo tamen ipſius ſcripturę intermedio & cum adiectio-
ne , vel diminutione aliqua , primo loco factum muta-
tum cenſetur,& ſecundo loco repetitum valet & debe-
tur , vel quando incontinenti , vel cum primi comme-
moratione repetitum eſt , clarè decidit text.in l.non ad
ea.& ibi glo.& doct.de cond.& demonſt.Ruin.conſi.38.
nu.16.& conſ.133.ad fin.lib.5.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Legatum cognoſcitur extinctum vel non ex qualitate per-
ſonarum mutantium , rerum mutatarum , & temporis
quo fuerint mutatæ,diſtinctiones congruas faciendo , vt
ibi habetur,& docetur.*
2 *Legatum non extinguitur , ſed de acquiſita re præſtatur
quando à teſtatore fuerit rei legata forma mutata de
quantitate ad aliam rem.*
3 *Legatum factum à teſtatore de ſpecie legata mutata ad
aliam ſpeciem valet, in vltima hac ſpecie legata. Ac ex-
tinguitur de ſpecie legata iungendo alij ſpeciei in totum
quid maius faciendo mutationem teſtator , & vt ibi de-
claratur.*
4 *Legatum remanet & mutatio non impedit rei legatæ , ſi
forma artificialis ſit ex materia reducibili in ſuum ma-
ternatum,vt in metallo, alia teſtatoris voluntate non ap
parente in contrarium:ſecùs ſi non ſit ex ſua materia in
ſuam materiam reducibili,vt ſi de lana legata fiat veſtis,
extinguitur legatum.& vt ibi.*
5 *Legatum domus,ſi particulatim à teſtatore etiam in totum
ſit reaptata valet ſecus ſi deſtructa in totum fuerit,quia
extinguitur.*
6 *Legatum domus deſtructæ & non ædificatæ , onera ſeu ſo-
lum domus deſtructæ remanet , ſub legato,& ſic valet le
gatum.*
7 *Legatum non extinguitur , ſed venit augmentum , quan-
do mutatio formæ rei legatæ ſit addendo & augendo.*
8 *Legatum natis in totum etiam refectæ,debetur.*
*Fallit in vſufructu ſuper quo non poteſt aliquid in voca-
ri ſed debet remanere res in ea forma quam reliquit te-
ſtator.ibid.*
9 *Legatum debetur factum legatario, nec ei præiudicat hære
de formam rei legatæ mutante,*
10 *Legata res animata,vt bos , equus & in ſingulari corpore
exiſtens,quandocunque perierit ſine culpa hæredis,perit
legatario quoad totum animal,quoad acceſſoria carnem
& corium.ſ.ſunt legatarij, ſi tamen perierit poſt diem le
gati cedente.*
*Secùs ſi conſiſtat in vniuerſali corporum, vt in grege,armen
to,& dic vt ibi.*
11 *Legata res inanimata conſiſtens in vniuerſali corporum,vt
hæreditas , dos vel peculium , quod ſuperfuerit ex pe-
remptis, remanet legatario , & quare,aut quomodo dic
vt ibi.*
12 *Legatum conſiſtens in pluribus corporibus,ſi principale om
nium perierat,totum legatum extinguitur , ſecùs ſi non
principale,ſed aliud de comprehenſis , remanet legatum
in cæteris rebus.*
13 *Legatum præſtandum ex certa quantitate fructuum perci
piendorum ex certo loco ſi demonſtratiuè locus ille fuerit
poſitus,eo deſtructo,aut ceſſante reddere fructus tales nõ*

*extinguitur, ſed aliunde fit ſolutio, ſecus ſi taxatiuè lo-
cus appoſitus eſſet, cum ſeq.*
14 *Donatio centum cumulorum frumenti percipiendorum ex
fructibus certi molendini macinantis ad aquam, deſtruſti
poſteà impetu aquarum, extincta dicitur & ceſſat obli-
gatio, dic tamen vt in num. præced. 13.*
15 *Legatum & donatio parificantur.*
16 *Legatum vnde ſoluantur, tunc deſignatio legati naturam
non mutat.*
17 *Legatum annuum vltra primum annum dicitur, & eſt con
ditionale, ideoq́; extinguitur extincta porſona à qua no-
minatim debet præſtari, à legataria mortua cui præſta-
tur. Item deficiente redditu loci taxati.*
*Fallit hoc in legatis pijs, quia eo loco deſtructo non ſunt ex-
tincta legata, & quare. ibid. & num. 18.*

AD tertium quod eſt inſpiciendũ, de for-
ma rei legatæ mutata, dicendum eſt co-
1 gnoſci † legatum eſſe extinctum, vel non,
ex qualitate perſonarum mutantium, ex
qualitate temporis, quo fuerint mutata,
faciendo ſuper his diſtinctiones congruas, vt per text.
gloſ. & doct. in l. ſi grege. in fin. in l. ſeruum filij. §. ſi areæ.
in l. ſi ita legatum. §. ſi domus. de legat. 1. in l. mortuo. in
princip. in l. peculium. §. quadrigæ. de legat. 2. in l. quæſi-
tum. §. illud. in l. lana. de legat. 3. & in l. Seia. de aur. & ar-
gent. legat. l. repeti. §. 1. qui mo. vſufr. amit.
2 Nam ſi † forma rei legatę fuerit mutata à teſtatore de
quantitate ad aliam rem remanentem in patrimonio,
non extinguitur legatum, ſed de re acquiſita præſtatur:
l. pater. de adimen. lega. declarat Cephal. conſil. 144. nu.
3 39. 40. † Idem de ſpecie lega. de volũtate teſtatoris mu-
tata & aliam ſpeciem, in hac vltima ſpecie legatũ valet
per text. & ibi not. docto. in l. filiæ. §. in primo. de condi.
& demonſtr. Capr. de reg. & commun. concluſ. reg. 107.
num. 24. Sed ſi de ſpecie legata iungendo alij ſpeciei, in
totum quid maius faciendo mutationem teſtator fe-
cerit exinde quidem legatum extinctum eſt, d. l. Seia. de
aur. & arg. leg. quaſi res deſinat extare Bar. in l. rem lega
tam, ſub num. 6. verſic. aut legatum fuit factum ſimpli-
4 citer de adi. legat. † Si rei legatæ forma artificialis ſit ex
materia reducibili in ſuum materiatum vt in metallo,
alia teſtatoris voluntate non apparente in contrarium
mutatio non impedit, & remanet legatum. d. l. ſeruum
filij. §. ſi pocula. de leg. 1. in d. l. ſi quæſitum. §. illud. & d.
l. lana. in fin. de leg. 3. Si verò non ſit ex materia in ſuam
materiam reducibili, vt ſi de lana legata fiat veſtis, ex
tali mutatione extinguitur legatum, d. l. lana. vbi & de
5 legato nauis diſſolutæ poſteà in omnibus extincto † ſi
domus legata poſtmodùm deſtructa in totum à teſtato-
re fuerit, & in totum reædificata, legatum euaneſcit,
non ita ſi particulatim etiam in totum fuerit reaptata,
vt dict. l. ſi ita legatum. §. ſi domus. de leg. primo, lege
quid tamen. §. non tantum. ff. quibus mod. vſufr. amit.
6 † Domo tamen legata deſtructa, & non reędificata area,
ſeu ſolum domus deſtructæ remanet ſub legato, l. ſi gre-
ge. in fi. de legat. 1. Bart. in dicta l. ſeruum filij. §. ſi areæ.
& in dicto §. ſi domus. & ibi doct. communiter ſequun-
tur, Anton. Gomez. commen. iur. tom. 1. cap. 12. de lega.
7 nu. 42. † Si mutatio formæ rei legatæ fit addendo & au-
gendo non ſolùm legatum non extinguitur, ſed venit
& ipſum augmẽtum, vt alibi antè dictum eſt, per l. quod
in rerum §. ſi quis, poſt. l. ſi ex toto. in prin. & d. l. ſeruum
filij. §. ſi areæ. de leg. 1. & Bar. in d. §. ſi domus. Iaſ. in d. l. ſi
8 pocula. verſi. ſecũdo habes. † Idem in naue legata etiam
in totum refecta quod debeatur d. l. quod in rerum. in fi.
Fallit tamen in legato vſusfructus, ſuper quo non poteſt
aliquid innouari, ſed remanere debet res in ea forma,
quam reliquit teſtator, vt l. vſufructuarius nouum. la 1. &
2. ff. de vſufruct. & ibi Alber. Ful. & Ang. in 2. in fin. dicit
quòd ratio eſt, quia mutata forma extinguitur vſuf. quod
mandat bene notandum.
9 Si verò † hæres rei legatæ formam mutauerit in de-
terius, id hæredis factum legatario non præiudicat, leg.
cætera. in fin. ſiue ſciuit, vel ignorauit hæres, vt ibi, in l.
ſequen. & ibi gloſſ. & doctor. de leg. 1. & in d. §. ſi pocula.
10 Si res † legata ſit animata conſiſtens in ſingulari cor-
pore, vt in boue, & equo, quandocunq; perierit ſine cul-
pa hæredis, perijt legatario quoad totum animal, quoad
acceſſoria ſcilicet carnem, & corium, ſunt legatarij ſi
perierit poſt diem legati cedentem, l. mortuo. in princ.
de leg. 2. & Bart. in l. ſi ſeruus. §. boue. nu. 2. ff. de condit.
furt. leg. ſolùm. §. 1. de rei vend. conſiſtens verò in vni-
uerſali corporum, vt in grege, armento quod nõ perie-
rit, & ſuperfuerit, etiam in vno corpore, remanet lega-
tario. d. l. ſi grege. de leg. 1.
11 Si res † legata ſit inanimata conſiſtens in vniuerſali
corporum, vt hæreditas, dos, vel peculium, ſimiliter ex
peremptis quod ſuperfuerit, remanet. legatario, l. pecu-
lium in princ. de leg. 2. l. qui dotem. de dot. præle. l. cum
filius. §. Lucio. de l. 2. Bal. in l. prædia. nu. 1. Co. de fideic.
Alexan. in l. ſi res obligata. ſup. fin. & ibi Iaſ. col. 5. de leg.
1. probant ex eo quod dicunt commoda & onera in le-
gato vniuerſali ſpectare ad legatarium, ſic quod ſuper-
fuerit ex tali legato pertinet ad legatarium.
12 Cõſiſtens † verò in plurib. corporib. ſi principale om
nium perierit, legatum totum extinguitur, ſi non princi-
pale, ſed aliud de comprehenſis perierit, remanet lega-
tum in cæteris rebus, d. l. peculium. §. quadrigæ, & ibi gl.
Caſtr. & Imo. tradunt exemplo legato quadrigæ.
13 Si conſiſtat † legatum præſtandũ ex certa quantitate
fructuum, vel prouentuum percipiendorũ ex certo loco
reddente tales fructus, vel prouẽtus, cùm talis locus fue
rit appoſitus taxatiuè pro legato conſequendo, & non
demonſtratiuè, eo quidem loco deſtructo, & fructus am-
plius non reddente, legatum ipſum extinctum eſt, per l.
cum certus. de vin. trit. ole. leg. & l. ſi debitor. §. 1. ff. de
14 contrah. empt. in quæſtione † donationis centum tumu-
lorum frumenti percipiendorũ ex fructibus vel prouen
tibus certi molẽdini macinãtis ad aquã deſtructi poſteà
impetu aquarum ceſſare talem obligationem conſuluit
Io. de Ami. de Venafro, conſ. 46. col. pen. nu. 12. & col.
fin. vbi allegat iura loquẽtia de legatis, legatum enim &
15 † donatio parificantur, Cap. deciſ. 180. nu. fin. & l. lega-
tum eſt. de leg. 2. & §. 1. inſtit. de legat. non ita dicendum
eſſet, ſi locus, ex quo deberet ſolutio fieri, demõſtratiuè
eſſet appoſitus, quia aliunde fieret ſolutio ceſſante loco
demonſtrato, l. quidam teſtamẽto. in princ. de legat. 1. &
ibi Doct. declarant, & Bal. conſil. 151. dubium iſtius quæ-
ſtionis. lib. 5. cum ſimil. in meo conſi. 117. nume. 14. quia
16 † deſignatio vnde ſoluatur legatum, tunc legati natu-
ram non mutat Alc. conſil. 188. ſic teſtamentum. ad fin.
lib. 9.
17 Hoc præſertim locum habet in † legato annuo, quod
vltra primum annum cõditionale eſt. l. ſi in ſingulos. de
annu. leg. ſic pro ſequentibus annis deficiente perſona à
qua nominatim debet præſtari. l. Titia. in prin. eo. & cui
præſtatur, ſcilicet legataria mortua, legatum finitum vi-
detur, l. Caius. in fin. eo ſimiliter deficiente reditu loci
taxati deficit conditio ipſius legati, ſic & ipſum legatum
deficit & amplius non debetur. d. l. cum certus. de trit.
ole. lega. per Io. de Ami. d. conſ. 46. nume. 10. 11. 12. con-
gruè declarat Guald. de art. teſtan. tit. 6. cauſ. 59. Sed &
18 hoc non procedere † in legatis pijs, quia in his locus ex
quo debet fieri ſolutio legati, poni dicitur vti obligatus:
quo igitur deſtructo, vel alienato non videntur extincta
talia legata tenere tentat Rom. ſin. 430. quæritur in te-
ſtator. concord. allegando ſequitur Tiraq. de priuil. piæ
cau. priuil. 63. non tamẽ loquuntur in loco deſtructo, de
quo eſt noſtrum quæſitum.

¶SVMMA



¶*SVMMARIVM.*

1 *Legatum facto teſtatoris quandoque apparet extinctum
quandoque non, in vltima voluntate, vel inter viuos.*
2 *Legatum extinctum & reuocatum dicitur quando primo
loco factum in eodem teſtamento, vel codicillis illud reuo
cauit in alterum transferendo etiam incapacem, &
quando hoc conſtare debeat, veluti quando per quinque
teſtes, & q̃udo per duos, quòd fuerit reuocatum, vel ad-
emptum legatum vel fideicommiſſum, ibidem & de ma-
teria hac vide latè.*
3 *Legatum in voluntate ſolenni non intelligitur tacitè reuo-
catum per voluntatem minus ſolennem.*
*Et quando cenſeatur reuocatum per voluntatem expreſſam
& ſpecialem inualidam. ibid.*
4 *Legatum quando poſſit eſſe reuocatum, non tamen adem-
ptũ, ita vt alia via debeatur, vide ibi pulchrè declaratũ.*
5 *Legatum factum de fundo, quando eo alienato non ſit ex-
tinctum, & remaneat legatum in inſtrumento.*
6 *Legatum factum teſtatoris inter viuos quomodo extinctum
perpendatur & quomodo hoc fieri & procedere intelli-
gitur.*
7 *Voluntas teſtatoris dicitur mutata ex actu inter viuos con
trario diſpoſitis in teſtamento.*
8 *Legatum omninò extinguitur teſtatore alienante rem lega
tam titulo lucratiuo etiam inualido.*
9 *Legatum extinctum dicitur, ſi teſtator rem legatam viuẽs
concedit legatario vel apud hunc aliter ex cauſa lucrati
ua reperiatur res legata, niſi etiam eius æſtimationem
præſtari eidem legatario voluerit, ſecùs ſi legatarius ha-
buerit rem legatã tit. oneroſo, quia eius æſtim. illi debe-
retur.*
*Idem quando cum eodem, vel maiori onere res legata eſſet
penes legatarium, quia legatum durat. ibid.*
10 *Legatum tollitur teſtatore alienante rem legatam tit. one-
roſo ſpecialiter voluntariè, ſecus ſi ex neceſſitate rei fa-
miliaris, quia non cenſetur reuocatum.*
*Et quomodo multis modis capiatur neceſſaria alienatio. ibid.*
*Et non apparente cauſa voluntaria vel neceſſaria in dubio
ea cauſa præſumitur per quam legatum non reuocetur,
& ſic de neceſſaria, vt ibi latius.*
11 *Legatum intelligitur ademptum, ſi ex titul. oneroſo teſta-
tor alienauerit, ſecùs ſi ex lucratiuo.*
*Et pro parte intelligatur ademptum ſi pro parte voluntariè
fuerit alienatum, etiam per ſolam alienationem abſque
traditione rei. ibid.*
*Nec reconualidatur legatum per recuperationem talis rei
alienatæ, vt ibidem latè diſcutitur.*
12 *Legatum quòd fuerit ademptum vti in caſu alienationis
voluntariæ, non neceſſariæ, quo debetur onus probandi
contrariam teſtatoris voluntatem incumbit hæredi adi-
mendi legatum, cùm leges pro abſoluta voluntate prædi
ctis caſibus teſtatoris, ſcilicet non habeant legatum extin
ctum in caſu volũtariæ, & quòd debeatur in caſu neceſ-
ſariæ alienationis: at in caſu voluntariæ alienationis pro
legato incumbit onus legatario de contraria voluntate
teſtatoris, & vt ibi latè diſcutitur.*
13 *Legatum de re ſpecialiter alicui relicta non intelligitur re
uocatum teſtatore generaliter titulo oneroſo alienante
omnia bona ſua.*
*Et de ratione. ibid.*
*Fallit ſi teſtator fecerit rem illam in ſpecie legatam eſſe de
alio genere declarando vt ibi.*
14 *Legatum nõ dicitur extinctum, ſi teſtator rem legatam lon
go tempore locauerit perpetuò tamen non ſit duratura
alienatio, declarando. vt ibi habetur.*
15 *Legatum nominis debitoris quòd dicitur legatum liberatio-
nis extinguitur teſtatore exigente contra inuitum debi-
torem ſecùs ſi reciperet debitum à ſponte offerente & ſol-
uente, quia non extingueretur.*
16 *Legatum non dicitur extinctum, ſed eſt præſtandum fratri-
bus legatarijs quibus ſoror creditrix eorum pro dote pro-
miſſa marito, liberationem legauit, eaq́; mortua maritus
poſteà à fratrib. exigeret.*
17 *Legatum nominis debitoris conceptum verbis reſpicientib.
præteritum, vel cum adiectione, omne commodum decla-
rando vt ibi. debetur, etiamſi nomen debitoris fuerat exa
ctum ante teſtamentum.*

AD quartam dico inſpecto teſtatoris facto,
vel in vlt. volun. vel inter viuos apparere
1 † legatum quandoque extinctum, quãdo-
que non, nam per vlt. voluntatem liquet
ademptum legatum, ſi teſtator in eod. te-
2 ſtamento, vel in codicillis † legatum prius factum ali-
quo modo reuocauerit vel in alium tranſtulerit l. 3. §.
cum Titio. l. tranſlatio. l. ſi tibi. in fi. de ad. leg. & §. 1. inſti.
eo. etiamſi perſona in quam fieret tranſlatio eſſet illius
legati incapax, tamen quoad primum legatarium lega-
tum eſt reuocatum l. planè. 1. in prin. de leg. 1. l. & ſi trans
feram. de adi. leg. tex. glo. & doct. in l. fideic. C. de fideic.
vbi de voluntate huiuſmodi, vt legatum, vel fideic. in-
telligatur ademptum expreſſè & ipſo iure debet conſta-
re per quinq; teſtes: vt verò ademptum cenſeatur taci-
te per legem, & ope exceptionis, de eo quod inducit ve
riſimiliter pœnitentiam & reuocationem legati, con-
ſtare ſufficit per duos teſtes, vt ibi per Bar. Salv. Caſtr. &
Iaſ. & Couar. proſequitur hæc rubr. par. 2. ſub num. 21. de
teſta. aliàs enim valere debet vltima voluntas per quam
legatum ſeu fideic. tacitè ademptũ dici queat, quoniam
3 † relictũ in volũtate ſolenni, nõ intelligitur tacitè reuo-
catum per voluntatem minus ſolennem, l. ſi iure. de leg.
3. & ibi Bar. comprobat, & hoc communiter teneri dicit
Capr. tract. reg. & concl. com. conclu. 108. n. 9. & ſeq. ex-
preſſè autẽ relictũ dicitur reuocatum per voluntatem ita
exprèſſam & ſpecialem etiam inualidam, reſpondendo
l. militis. §. veteranus. ff. de mili. teſt. tenet Cyn. in l. no-
ſtram ad fin. C. de teſta. & reſpondendo oppoſ. factę di. l.
planè. in prin. de l. 1. probat Bar. in l. fin. §. de aur. & arg.
4 leg. quandoq; autem inuenies † legatum per teſtatorẽ re
uocatum, ſed non ademptum, vt ſi in teſtamento ſit ali-
cui legata domus, quæ fuit vxoris teſtatoris, & in codi-
cillis eidem fuerint legata omnia bona quę fuerunt vxo
ris codicillantis, & reuocata omnia legata facta eidem
in teſtamẽto, ſic legatum domus dicitur reuocatum, ſed
non ademptum, & debetur legatario ex codicillis, ſub-
tiliter diſcurrendo probat Cor. conſi. 249. quoniam res
5 parui. col. 2. & per to. li. 4. † Alienato fundo legato quan
do non ſit extinctũ & remaneat legatum in inſtrumento
Bar. in l. ſi cui. ſub. nu. 1. de fun. inſtr.
6 Aut enim † teſtatoris facto inter viuos legatũ extin-
ctum perpẽdatur, & quomodo hoc fieri & procedere in
telligatur magiſtraliter declarat Bart. in l. rem legatã. de
adi. leg. & doc. in l. fideic. §. ſi rem. de l. 3. & in §. ſi rem. in
ſtit. de leg. & Ant. Gom. ſuo com. iuris to. 1. c. 12. de l. nu.
7 56. & Cap. d. tract. regu. d. concl. 108. † nam ex actu inter
viuos cõtrario diſpoſitis in teſtamẽto dicitur mutata vo
luntas teſtatoris per l. vxorem. §. teſtamento quo. de le.
3. ibi gl. fi. adducendo triplicem rationem fideicommiſ-
ſi ibi non extantis, primam quia teſtator dando inter vi-
uos filiæ dotem relictam ſibi & ſuæ filiæ ſtipulando vo-
luntatem teſtamento expreſſam creditur mutaſſe, vt
8 ibi per eam, quam Bar. & alij ſequuntur. † Vnde in pro-
poſito teſtatore alienãte rem legatã tit. lucratiuo etiam
inualido legatum omnimodo extinguitur dicta l. rem
legatam, & l. legatum. in fin. de adi. leg. ita de actu inuali
do inter viuos adimente legatum per tex. & gl. & Bar. in
l. 3. §. minor. de fun. inſtr. Bar. in d. l. fin. §. in fin. de aur. &
9 arg. leg. Cap. d. cõcl. 108. n. 7. 8. eo magis † ſi teſtator ipſe
rem legatam viuens concedit legatario, vel apud hunc
aliter ex cauſa lucratiua reperiatur res leg. niſi eius exti-

 mationem

mationem etiam præſtari eidem legatario teſtator vo-
luerit, legatum extingui placitum eſt.l.nutu.in princ.de
legat.3.l.filia.C.de legat.& ibi doct.& d.l.vxorem.§.te-
ſtamento,quo declarat Ceph.conſi.84.num.9.10.11.12.
13. aduerte tamen & hoc caſu poſſe per teſtatorem le-
gatum ſic traditum reuocari, & fructus exinde perce-
ptos repeti, probat Cremen.ſingul.15.ſi legatum, latè
probat, & dicit in cauſa propria ita obtinuiſſe Catel.
Cot.in memor.verſic.legatum factum. Secus verò eſſet
ſi legatarius habuerit rem legatam titulo oneroſo, quia
etiam ex lega.cau.eius extimationem conſequi debet,
vt ibi num.6.& ſeq.& ſub num.13.per doct.Bart.in l.qui
Romæ.§.duo fratres.in 12.q.26.de verb.obligat. idem
quando cum eo,vel maiori onere res leg.eſſet penes le-
gatarium quòd legatum duret,vt per Ceph.conſil.379.
num.40.cadit, & hoc in ſequenti inſpecto.

10 Teſtatore † autem titulo oneroſo rem legatam ſpe-
cialiter alienante voluntariè, & non neceſſitate rei fa-
miliaris coacto legatum tollitur, d.l.fideicommiſſa.§.ſi
rem.de leg.3.ibi Bar.Bal.Alber.Bar.in d.l.rem legatam.
de adi.leg.Io.Fab.Ang.Aret.& alij in §.ſi rem.inſt.q.de
leg.Capr.conſ.3.nu.12.16.pulchrè & notabiliter Alex.
conſil.157.viſo teſtamento & codicillis.num.1.lib.7.vbi
ex voluntaria alienatione in dubio legatum reuocatum
dicitur, ex neceſſaria verò non reuocatum, multis qui-
dem modis poſſe capi neceſſariam alienationem, re-
mittendo ad gloſ.& Bal.in d.l.fideicom.§.ſi rem,& non
apparente cauſa voluntaria,vel neceſſaria alienationis,
quæ alio titulo quam donationis facta fuerit, in dubio
dicit Alex.d.conſ.157.& conſ.31.ad fi.l.3.alienationem
præſumi factam ex illa cauſa per quam non inducitur
reuocatio legati,allegando Iac.Butr.in l.3.C.de leg.&
gloſ.1.in d.§.ſi rem ſuam.inſtit.de legat.& ibi Chriſtop.
Por.ſub §.ſi quis rem.col.1.verſ.in fin.gloſ.alienauerit,
tenet in dubio videri factam alienationem ex neceſſi-
tate,& ſic ex illa cauſa quæ non perimit legatum, com-
probat & Cor.d.l.3.ſub nume.4.addo bene facere text.
in l.cum hic ſtatus.§.pœnitentiam.in fin.ff.de don.inter
vi.& vxo.& Portius ſtando tamen diſtinctioni dicit in d.
11 §.ſi rem ſuam, † aut ex titulo oneroſo alienauerit,& in-
telligitur ademptũ legatum,ſecùs ſi ex lucratiuo: intel-
ligitur enim ademptum legatum etiam pro parte ſi pro
parte fuerit alienatum voluntariè.d.§.ſi rem ſuam.ver.ſi
verò quis partem.l.ſi ex toto,in prin.de leg.1.Alex.conſ.
169.num.1.in 6.etiam per ſolam alienationem abſque
traditione rei alienatæ.l.prædia.§.liberto.de fun.inſtru.
recuperandoq; talem rem alienatam non reconualida-
tur legatum.l.cùm ſeruus.ibi Bart.de alim.leg.hæc Ang.
Aret.in d.§.ſi rem ſuã.& Capr.d.concl.108.nu.14.Bald.
in d.l.3.nume.5.C.de legat.& ibi Iaſ.col.3.verſi.& poſt-
quàm teſtator.& ibi in verſ.2.not.limit.ſequendo gloſ.
Bart.Salyc.& Alex.probat quod modo dictum eſt ſuffi-
cere ſolam alienationem abſque traditione, quia ſi per
alienationem,quæ etiam non valet,reuocatur legatum,
l.legatũ.§.patre ortos.de adi.leg.multò fortius per alie-
nationem validam ſine traditione, & ſicut voluntas te-
ſtatoris in dando legatum apparet,& ex ſolo verbo pro-
lato,Relinquo,vel lego, aut alio verbo, dummodò eius
intentio comprehendatur.l.in legatis.C.de legat.ita in
adimendo ſatis apparere debet ex ſola alienatione, &
quaſi nuda volũtate.l.3.§.fin.& l.ſi ſeruo.& l.ſeq.de adi.
leg.& nõ reintegrari relictũ in pulchro caſu tradit Rui.
conſ.75.col.2.& ſeq.& conſ.61.num.14.li.2.niſi & lega-
tarius eſſet inſtitutus hæres,vt in ſimili caſu eccleſiæ cõ-
ſtruendæ mandato teſtatoris in tali loco poſteà per eum
alienato reſpondit Bar.conſ.26.teſtator in teſtamento.

12 Cum his autem † caſibus & voluntariæ alienationis
iura non habeat pro abſoluta voluntate teſtatoris quòd
legatum remaneat extinctum,& neceſſariæ alienationis
quòd debeatur, ideò, & hoc caſu alienationis tradunt
onus probandi contrariam voluntatem teſtatoris, ſcili-
cet adimendi legatum incumbere hæredi, vt l.fideic.§.
ſi rem.& l.Lucius.1.in fin.de leg.2.& illo caſu volunta-
riæ alienationis onus probandi contrarium,ſcilicet vo-
luntatem teſtatoris adhùc eſſe pro legato prȩſtando ſal-
tem in extimatione incumbere legatario d.l.Lucius.
verſ.Celſus ait,& quomodo ibi Bar.nu.3.& gloſ.in verſ.
ſubſtantia.in d.§.ſi rem.& l.cum ſeruus.de adim.leg.ad
hæc per Alex.conſ.168.num.5.& conſi.ſeq.nu.3.lib.6.&
conſ.157.li.7.Guald.de art.teſtan.titul.19.cau.7.& Ca-
pra conſ.3.nu.16.& conſ.112.nu.2.& nu.fin.

13 Si verò † teſtator generaliter titulo oneroſo alienaue-
rit omnia bona ſua per hoc non intelligi reuocatum le-
gatum de re ſpecialiter aliter alicui relicta probat Iaſo.
in d.l.3.col.3.Com.de leg.eo.quòd remanſerit mens te-
ſtatoris per ſpeciem ſemper reuocandi generi.l.ſeruo
manumiſſo.de pec.legat.l.ſeruis vrbanis.in fin.de leg.3.
& alia ſimilia adducit Aymo conſ.144.col.3.nu.11.& ſe-
quent.& conſ.234.ſub.nu.3.per quȩ vniuerſaliter diſpo-
ſita demonſtratur,non intelligi derogatum alijs ſpeciali
ter diſpoſitis, dummodò teſtator non fecerit illam ſpe-
ciem legatam eſſe de alio genere,quia tunc in ſpecie illa
eſſet extinctum legatũ per caſum, & ibi Bar.in l.pen.in
princ.de adimen.lega.tenendo ſemper menti quòd ſpe
cies derogat generi,non ex ſignificatione verbi, ſed ex
interpretatione iuris not.Bal.in l.ſi domino Stichus.ad
fin.de leg.1.

14 Atque ſi † teſtator rem legatam longo tempore loca
uerit,perpetuò tamẽ non ſit duratura alienatio legatum
nõ extinctum tradit Alex.d.conſi.168.nu.3.li.6.ſequitur
Boër.deciſ.48.ſub.n.3.ex communi doctrin.gloſſ.& do-
cto.in d.l.3.C.de leg.& text.ibi quòd ex cõtractu.geſto,
& obligatione inita per teſtatorem.ſuper re legata,dum
modò ſpes remanſerit, rem ipſam reluendi vel recupe-
randi,non mutata voluntas teſtatoris cenſetur circa le-
gatum,ſed durare quòd legatum debeatur.

15 Præterea † legatũ nominis debitoris, vel ipſius lega-
tarij quod dicitur legatũ liberationis,vel alterius extin-
guitur teſtatore exigente,cõtra inuitum debitorem, te-
ſtatore autem recipiente debitum à ſponte offerente,
& ſoluente, nõ extinguitur legatum,d.l.fideicommiſſa.
§.ergo & ſi nomen.l.non ſolum autẽ.§.fin.& l.ſi id quod
mihi.de lib.leg.l.pen.§.ſi.de adi.leg.Aret.conſ.46.in fi.
Cap.conſ.112.col.fin.& Cor.conſil.26.col.fin.lib.2.vbi
16 notab.caſum † ſoror creditrix fratrũ pro dote promiſſa
marito,legauit fratrib.liberationem dictæ dotis, quam
poſteà maritus exegit à fratrib.legatarijs, & teſtatrice
mortua legatum hoc non eſſe extinctum, ſed debere
præſtari legatarijs in ſe retinendo commodum libera-
tionis legatæ, vt ibi ſubtiliter diſcurrendo Cor.probat.
17 Aduerte quoque ad d.Are conſil.46.col.fi.quod † ſi le-
gatum nominis debitoris eſt conceptum verbis reſpi-
cientib.præteritum, vt, Lego centũ,quæ mihi Petr.de-
buit,vel cum adiectione,commodum,vt, Lego nomen
debitoris talis,& omne commodum, quod ſi nomẽ de-
bitoris fuerit exactum etiam ante teſtamentum,nihilo-
minùs quidem legatum debetur, vt ibi per eum.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Legatum facto legatarij quandoque extinctum poteſt eſſe, quandoque non.*

2 *Legatum quaſi non ſit, nec legatarij, legatario ipſo repudiante legatum.*

3 *Legatarius repudiando legatum non poteſt dici feciſſe hæredi donationem inualidam, nec infringere per ſuperuenientiam liberorum. Nec per defectum inſinuationis.*

4 *Legatarius eiuſdem rei legatæ particularis vel vniuerſalis plurium corporum in totum poteſt repudiare, pro parte verò repudiare,& pro parte minimè poteſt.*

Fallit



*Fallit in plurib.hæredib.legatarij ipſius, quia quilibet hæres ſuam portionem repudiare & agnoſcere valet, vt alter ſuam portionem acquirat,& alter repudiet.*

*Intelligen.prædicta etiamſi legatum vnica diſpoſitione conceptum eſſet in pluribus præſtantibus, quia nõ poteſt vna præſtatio expleri,& alia reſpui.ibid.*

5 *Legatarius conſentiens rem legatam per hæredem vendi, vt ſoluatur æs alienum teſtatoris reſeruando ſibi ius pretij,eo legato extincto in re, non erit tamen extinctum in pretio quod conſequi poterit.*

6 *Legatum debitum in caſu contrauentionis, legatario conſentiente tali contrauentioni,in toto euaneſcit pro illo.*

7 *Item extinctum pro eo dicitur legatum,quãdo non ſeruat conditiones legato appoſitas per teſtatorem.*

8 *Legatarius emens, vel alio modo acquirens rem legatam, an ſibi ſit ſaluum ius legati,& quomodo. ibidem vide.*

AD quintum inſpecto legatarij facto, dico
etiam quandoque † legatum eſſe extin-
1 ctum,quandoque non: nam quando † le-
2 gatarius repudiat legatũ, pro eo erit quaſi
nec quidem legatum ſit, & legatarij nun-
quam fuerit, l.legatarius.§.1.l.ſi tibi homo.§.cùm ſer-
3 uus.de legat.1.vnde iuris huius quærendi, ſic † repu-
diando legatarius non poteſt dici feciſſe hæredi dona-
tionem inualidam,per l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.ff.de do-
nat.inter vi.& vxo.nec infringere per ſuperuenientiam
liberorum,per plura alleg.à Tiraq.in l.ſi vnquam.verſi.
donatione largitus.num.180.vſque ad num.189.de re-
uoc.donat.nec per defectum inſinuationis.Barb.conſil.
41.col.17.ver.modo in propoſito.lib.1.Pariſ.conſil.26.
nume.80.lib.2.Bero.conſ.52.colum.3.num.6.lib.1.vt ex
4 facto reſpondi, † eiuſdem enim rei legatæ particularis,
vel vniuerſalis plurium corporum legatarius in totum
repudiare poteſt: pro parte verò repudiare plures &
pro parte non poteſt, niſi ſint legatarij ipſius hæredes,
quia hæres quilibet ſuam portionem repudiare,& agno
ſcere poteſt, vt alter ſuam portionem acquirat, & alter
repudiet, d.l.legatarius.in princ.& l.neminem.l.grege.
de legat.1.Angel. Aret. tract. de teſtam.gloſſ.63.Corn.
conſil.249.colum.fin.lib.4.Crot.conſil.52.num.20.vbi
infert ex dictis Doct.notanda,& ſic communiter teneri
etiamſi legatum vnica diſpoſitione conceptum eſſet in
pluribus præſtationibus diuiſum,quia nõ poteſt vna præ
ſtatio expleri,& alia reſpui,vt per Grat.conſi.82.nu.1.2.
15.& ſeq.& conſil.præced.lib.2.
Et quando † legatarius conſentit rem legatam per
5 hæredem vendi, vt ſoluatur æs alienum teſtatoris, ſi
legatum in re extinguatur, non tamen in pretio, quod
ideò legatarius poteſt conſequi maximè reſeruando ſi-
bi ius pretij conſentiendo per text.gloſſ.& docto.in l.ſi
fundum per fideic.de legat.1.& per Menoch.latiſſimè
6 conſil.58.num.20.& ſeq. † cum verò legatum debeatur
in caſum contrauentionis legatario conſentiente tali
cõtrauentioni, pro eo quidem legatum ipſum in totum
7 euaneſcit.l.mihi.§.1.eo.Old.conſ.16.ad fin. † legatarius
item inuenit legatum pro eo extinctum quando nõ ſer-
uat conditiones legato appoſitas per teſtatorem, vt per
Calder.conſil.3.tit.de teſtam.cum ſim.eo.tit.de cond.&
demonſt.& de cond.inſert.Grat.conſ.81.num.29.& per
tot.& d.conſ.ſeq.lib.2.
8 Quandoquidem † legatarius emerit,vel alio modo
acquiſierit rem legatam, an ſibi ſaluum ſit ius legati, &
quomodo clarè diſtinguit Bar.in l.qui Romȩ.§.duo fra-
tres.nume.26.in 12.q.de verb.oblig.& ibi alij modern.
tradunt, & Alexand.conſil.100.lib.7.Ruin.conſil.156.
num.4.lib.5.Cephal.conſil.84.nume.6.& ſeq.& conſil.
379.nume.4.text.gloſſ.& docto.in l.non quocunque.in
princip.de legat.1.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Legatum ius illud intelligitur eſſe quod teſtator ipſe ea in re legata habet.*

*Et finitur,finito iure quod habet teſtator in re.ibidem.*

*Et habens vſumfructum rei legatæ in vita ipſius,tantum durat & ipſum legatum,ibid.*

*Etiam teſtatore ignorante ſe ius habere,ibidem.*

2 *Legatum factum per maritum de fundo dotali, vel fundo in quo ſolum habet vſumfructum, vel ius emphyteuticũ, cenſetur legatum ſolum ius quod ſua morte finitur adeò quòd nec debetur etiam æſtimatio.*

*Et eſt commun.opin.vt ibi.*

3 *Legatum extinguitur,extincto illo iure,quando teſtator legauit aliquid prætextu alicuius iuris.*

4 *Idem in re feudali legata.*

5 *Idem in feudo emphyteutico, morte teſtatoris deuoluto ad dominum legatum in eo eſt inutile.*

6 *Teſtamentum liuellarij in bonis liuellarijs quandiu viuit generatio tertia adhuc ſeruandum eſt: qua finita re ad eccleſiam reuerſa, non eſt amplius ſeruandum teſtamentum,quia ius emphyteuticum eſt finitum.& dic vt ibi latiùs de hac materia.*

7 *Legatum iuris pignoris vel hypothecæ dicitur factum ſolum,cùm in re legata teſtator tantum habeat ius pignoris vel hypothecæ.*

8 *Legatum factum rei partim iuris proprij teſtatoris & partim ſui iuris emphyteutici durat & exiſtit in parte propria & libera teſtatoris.*

9 *Ius teſtatoris, quando eſt reſolutum,& ſic legantis, reſoluitur & finitur ius acceptoris, & ſic legati & legatarij, maximè ex cauſa quæ retro fingitur,ſiue per caſum, ſiue per culpam datoris ius reſoluatur.*

*Fallit quando lege permittente datur, tunc ius datoris non attenditur, ſed veri domini ibidem.*

AD ſextum inſpecto teſtatoris iure in le-
1 gato dico certi iuris eſſe † in legato intel
ligi venire ius quod teſtator habet in re
legata, vt l.ſerui electione.§.fina.l.quod
in rerum.§.primo.l.ſi domus.§.ſi fundus.
l.ſi tibi homo.§.fina.de legat.1.l.qui concubinam.§.qui
fundum.de legat.3.Vt ergo finiturum eſt ius teſtatoris
in re legata,ita legatum ipſum finitum intelligitur, nam
ſi ſolum vſumfructum teſtator habet in re legata in teſta
toris vita duraturum, tantum durat & ipſum legatum.l.
vxor patrui.& ibi doct.C.de legat.Angel.Aret.tract.de
teſtam.gloſ.21.nume.12.& Ruin.hoc tenet conſil.114.
columna fin.numero 16.& conſilio 115.ad finem, libro
ſecundo, etiamſi teſtator ignoraret ſe ius habere, &
Baldus in l.fina.numero 52.in quæſtione 32.C.de hære-
2 dibus inſtituen.ita † maritus legans fundum dotalem,
vel fundum in quo habet ſolum vſumfructum, vel ius
emphyteuticum, cenſetur legare,ſolum ius quod habet
ſua morte finitur, adeò quòd non debetur etiam exti-
matio, & per Alber. in l.ſeruum filij.§.primo.de legat.
primo. & plenè Iaſ. conſilio 109. per totum librum 4.
ita eſt commun.opin.idem Bald.tenet in l.dotem.ſu-
pra fin.& Angel.ibi.ff.de teſtam.milit.& Bald.in l.ſi Ti-
3 tius.in princip.de legat.2.dicit quòd † teſtator, ſi legat
aliquid prætextu alicuius iuris, quòd extincto illo iure
4 extinguitur legatum, † idem in feudali legato probat
Alexand.conſil.19.nume.11.lib.6.& Soci.Iun.conſi.74.
5 nume.20.libro 1. † idem in fundo emphyteutico mor-
te teſtatoris deuoluturo ad dominum legatum in eo eſt
inutile, & opportunè dicit Bald.conſilio primo, libro
6 ſecundo, quòd in bonis liuellarijs quandiu viuit gene-
ratio tertia adhuc ſeruandum eſt teſtamentum liuella-
rij per dictam l.ſi domus.§.fina.ſed finita tertia genera-
tione, id eſt,re ad eccleſiam reuerſa,non eſt ſeruandum
teſtamentum,

teſtamentum, quia finitum eſt ius emphyteuticum, &
niſi teſtator dixerit omnino illum fore præſtandum, vel
pro hoc aliquod commodum dederit hæredi, vt per
Gualden.de arte teſtan.tit.6.cau.22.niſi etiam ius fini-
turum morte teſtatoris omninò eſſet deuoluturum ad
hæredem, quia legatum eſſet præſtandum per hæredem,
bene probat Ruin.conſil.25.col.fin. lib.2.& ante eum
Corn.conſil.84.colum.penult.verſicu. & clarius Imol.
lib.2.ſentit Alexand.conſil.173.col.2.nume.4.lib.2. Af-
7 flict.deciſ.3.nume.15.16. Si † in re legata teſtator habet
tantum ius pignoris, vel hypothecæ, hoc ius ipſum pi-
gnoris, vel hypothecæ legatum dicitur, tradit Alex.con-
8 ſil.47.num.2.3.& ſeq.lib.3.vbi quoque † res legata par-
tim eſſet iuris proprij teſtatoris, & partim ſui iuris em-
phyteutici legatum purat & exiſtit in parte propria &
libera teſtatoris.Socin.Iun.conſi.72.num.70.lib.1.alle-
gando Calca.conſil.74.qui hoc dicit ibi ſub nume.12.
verſic.propterea Ricard.
9 Reſoluto enim † iure teſtatoris, & ſic legantis, reſol-
uitur & finitur acceptoris, & ſic legati & legatarij, maxi-
mè ex cauſa, quæ retro fingitur, expreſsè dicit Alber.in l.
ſeruum filij.in princip.de legat.1.Caſ.in l.ſi patroni.§.
actiones.nume.6.ff.ad Trebel.& generale eſt per reg.l.
lex vectigali.ff.de pign.cum ſimilib.per Aym.conſ.299.
col.2.num.4.vbi quod id procedit, ſiue per caſum, ſiue
per culpam datoris ius eius reſoluatur, ſequitur Menoc.
conſil.116.num.31.vbi num.præced.& ſequen. aliqua in
materia, limita hoc quãdo lege permittente datur, quia
tunc ius datoris non attenditur, ſed veri domini, vt per
Alex.conſil.173.col.2.num.5.lib.2.& de hoc plenè agit
Tiraq. de retract.tit.2.conuentionali.§.3.nume.9.cum
pluribus ſeq.Ari.Pinel.in l.1.part.3.ſub nume.72.C.de
bon.mater.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Legatum multipliciter poteſt intelligi extinctum euenien-
te caſu, vel conditione legato aſcripta deficiente, vel
cauſa legati ceſſante, vel legatarij honorati, vel onerati
morte, vel rei legatæ interitu.*
2 *Legatum quòd dicatur extinctum conditione deficiente vi
dendum eſt qualis ſit conditio an poteſtatiua, an mixta,
vel caſualis.*
3 *Legatum caſu non extinguitur ſi conditio ſit poteſtatiua,
& non ſit in mora etiam implendi honoratus.*
4 *Legatum extinguitur caſu ſi conditio ſit mixta dependens
ex facto legatarij & alterius.*
*Et in alimentis etiam quando non fuerit incboata impleri
per legatarium, vt ibi dicitur.*
*Item ſi deficit facto tertij iuſto, & non ordinato principali-
ter ad ipſum conditionis defectum, ibidem.*
5 *Legatum perijt quando conditio ſit caſualis, & caſu defi-
ciat, ſecundùm opin.commun.*
*Idem in conditione mixta.ibi.ex hoc in legato ſimplici, ſecus
in annuo, & de ratione ibi cum num.ſeq.*
*Et de ſucceſſione facti ſucceſſiui, vel facti momentanei. ibid.
cum num.ſeq.& dic vt ibi de materia.*
6 *Conditio, deficere dicitur, quæ non impletur.*
7 *Legatum ceſſat, cauſa ceſſante finali, ſine qua teſtator non
feciſſet veriſimiliter legatum, & quæ cauſa ſit de futuro
ſicque ſapiens conditionem.*
*Et de ratione, ibidem.*
*Nec reuiuiſceret legatum ceſſante etiam cauſa extinctionis
legati, ibidem.*
8 *Legatum efficitur caducum, moriente legatario ante te-
ſtatorem.*
9 *Idem ſi legatarius moriatur pendente conditione legati.*
10 *Legatum extinguitur, extincta ea perſona certa nomina-
ta, cui erat ſoluendum.*
11 *Itẽ extinguitur ſi legatarius ſuccedat grauato, ſicut quan-
do creditor ſuccedit debitori.*
12 *Item expirat legatum factum contemplatione alicuius
perſonæ, non ad piam cauſam vel aliam, ea ſcilicet per-
ſona deficiente.*
13 *Item extinguitur legatum ipſum morte onerati, vel graua
ti ad id præſtandum, quando nominatim à teſtatore im-
poſitum reperitur hunc talem debere ſoluere, & præſtare
legatum, huicque ſuccedens eſt præter voluntatem teſta-
toris.*
14 *Legatum extinguitur rei legatæ interitu, qui acciderit
ſine mora & culpa hæredis.*
15 *Dolus vel culpa hæredis quomodo accipi debeat in damnũ
legatariorum.*

AD ſeptimum inſpecto caſu eueniente di
1 co † legatũ multipliciter intelligi poſſe
extinctum, vel conditione legato aſcri-
pta deficiente, vel cauſa legati ceſſante,
vel legatarij, & ſic honorati, vel onerati
morte, vel rei legatæ interitu.
2 Primo † autem conditione legati deficiente, ſcien-
dum eſt, qualis ſit conditio, an poteſtatiua, an mixta, vel
3 caſualis, † ſi poteſtatiua ſit, & non ſit in mora eam im-
plendi honoratus caſu non extinguitur legatum, per l.
quæ ſub conditione.§.quotiens.ff.de condi. inſtitut.&
ibi gloſſ.& docto.Ruin.conſil.42.ſub nume.2.verſicu.ſi
4 verò conditio.lib.2. † ſi verò conditio ſit mixta depen-
dens ex facto legatarij & alterius, caſu quidem extin-
guitur legatum, per l.in teſtamento.2.ibi Bartol.& alij
de condit.& demonſtr. Ruin.conſil.17.colum.penult.
vbi etiam in alimentis, quando non fuerit inchoata im-
pleri per legatarium, & conſil.42.col.2.num.2.& conſi.
46.nu.3.lib.2.vbi idem ſi deficit facto tertij iuſto & non
ordinato principaliter ad ipſum conditionis defectum,
& d.conſil.42.num.17.18.& Socin.Iun.conſil.110.num.
7.lib.1.
5 Idem in † caſuali conditione, quę & magis ſi defece-
rit caſu, perijt legatum ſecundum commun.opin.idem
& in conditione mixta firmatur per Deci.conſil.526.
num.3.conſil.537.num.3.conſil.620.col.1.num.2.& l.le-
6 gatum.& ibi doct.C.de condi.& infer. † Conditio enim
deficere dicitur, quæ non imeletur per l.1.de indi.vidui.
tollen.& l.1.§.ſinautem aliquid.de cad.tol.tradit Dec.
conſil.227.colum.2.ad princi.declarando vt per Ruin.
conſil.81.col.pen.num.15.lib.2.& per gloſſ.& docto.in l.
Seio.in princip.de annu.leg.hæc ſanè procedunt in le-
gato ſimplici, ſecus eſt in legato annuo, & ſic vbi eſt con
ditio facti ſucceſſiui, quia defectus cõditionis annorum
præteritorũ non officit futuris annis, quin & in his con-
ditio poſſit impleri, quia plura ſunt legata per text.in l.
pater Seuerinam.§.fin.de condit.& demonſt.& de con-
ditione facti ſucceſſiui, vel facti mométanei ſentit Bar.
in d.l.in teſtamento.& in l.libertis.eo.ſecus eſt etiam
quando teſtator fuiſſet omninò legaturus, vt per gloſ.&
Angel.in l.1.C.de inſtit.& ſubſtit.& ibi per omnes am-
plè declaratur hæc materia, & per Angel.conſil.150.viſo
themate.col.1.& ſeq.
Secundo, vel cauſa legati ceſſante, bene videndum
eſt ſi cauſa legati ſit impulſiua, vel finalis, de qua alibi di
ctum eſt, & plenè per Bartol.in l.demonſtratio.§.quod
autem.de condit.& demon.& Ang.Aret.de teſta.gloſſ.
7 52. † nam ſi finalis eſt, in qua diſpoſitio legati omninò
fundata eſt, & ſine ea teſtator non feciſſet veriſimiliter
legatum, & quæ cauſa eſt de futuro, & ſic conditionem
ſapiens, tali quidem cauſa ceſſante, ceſſat & legatum, l.
epiſtolam.in princ.& ibi Bart.ff.ad Trebell.probant &
Roman.conſil.438.in cauſa conſultationis, columna 2.
verſic.in quo quidem.Oldrad.conſil.162.verſi.in noſtro
autem



autem themate, Pariſ. conſi.84.nu.25.lib. primo, Ruin.
conſi.160.num.17.lib.3.Cephal.conſi.81.num. 8. Anch.
conſi.47.pro clariori, colum.1.verſic.hæc eſt enim regu
la.Tiraq.tract.caſ.ceſ.part.1.num. 121. vbi in ſpecie D.
Hyppol.Riminal.conſil.219.num.39.quia legati cauſa
eſt quæ regit & regulat ipſum legatum Peden.deciſ.98.
num. 10. & ſic ceſſante etiam cauſa extinctionis legati
non reuiuiſceret legatum, Soc.Iun.d.conſi.110.num. 8.
lib.1.cuius rationi adde ſpec.tit.qui fin.ſint legi.§.1.col.
8.verſi.quid ſi accedit virum, & tex.in l.ſi ſeruus.in fin.
de adi.lega.Pancirol.Regien.conſ.92.nu.14.
8 Tertiò moriente † legatario ante teſtatorem certum
eſt legatum effici caducum, l.prima.§.& cum triplici.
verſi.vel viuo teſtatore.& §.pro ſecundo.de caduc.tol-
9 len. † idem eſt ſi legatarius moriatur pendente condi-
tione legati, dicta l.1.§.ſin autem aliquid.l.4.ff.quan-
do d.leg.ced.intercidit.de condit.& demonſt.vbi non
ſolùm morte naturali legatarij pendente conditione
legatum extinguitur, ſed etiam morte ciuili, ſcilicet,
damnatione inferenti ſeruitutem, vt ibi per doctor.in-
ferentes ad plura quando legatarius mutat ſtatum, &
cum ſimilibus per Imol.in capit.3.num.19.de teſta.quo
10 modo legata fiant caduca, & legatum † ſoluendum certę
perſonæ nominatæ, nempe hac perſona extincta extin-
guitur, Pariſ.conſil.57.colum.ſecunda, nume.11.lib.ter-
11 tio, Pancirol.Regien.conſil.132.nume.1.2. † Idem ſi lega
tarius ſuccedat grauato extinguitur legatum, ſicut quan
do creditor ſuccedit debitori.l.Lucius Titius.in princ.
12 & ibi Ang.de leg.1. † Idémque vbi legatum deprehendi
tur factum contemplatione alicuius perſonæ, non ad
piam cauſam, vel aliam, ea perſona deficiente quippe le
gatum expirat Abb.in c.3.ad fin.de teſta.per l.pater.§.
Tuſculanus.de leg.3.poſt Bar.ibi diſtinguendo & Imo.
13 in d.c.3.num.20. † Onerati vel grauati ad præſtandum
legatum quoque morte extinguitur legatum ipſum
quando nominatim à teſtatore impoſitum repetitur
hunc talem debere ſoluere, & præſtare legatum, & huic
ſuccedens eſt præter voluntatem teſtatoris, vt l.Celſus.
§.1.l.ſi Titio.§.1.& vtrobique gloſſ.Bart.Caſtr.Imo.&
in l.cum pater.§.cum extimaret.de legat.2.& Titia.in
prin.de annu.leg.
14 Vel & quarto rei legatæ † interitu qui ſine mora &
culpa hæredis acciderit, ipſum quidem legatum extin-
guitur, l.cum res.§.fin.l.Titiæ textores.§.fin.l.ſi alienũ.
l.quid ego.§.ſi hæres.& §.an verò.l.ſi ita legatum.in fin.
l.ſi ſic.§.proinde.l.ab omnibus.§.1.l.filiusf.§.fin.de leg.
15 1. † quomodo enim dolus vel culpa hæredis accipi de-
beat in damnum legatariorum, eſt text.in l.is cui.§. do-
lum.ff.vt in poſ.legat.ſeu fideicom.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Legatum dicitur tolli & extingui temporis curſu & præ-
ſcriptione à lege inducta & à teſtatore, & à natura ipſius
legati.*
2 *Legatum quomodo tollatur præſcriptione à lege inducta
per decem 20.vel.40.annos.*
3 *Legatum vel fideic.factum à teſtatore ad certum tempus,
expirat poſt illud, nam conceſſa ad tempus poſt tempus
cenſentur prohibita.*
*Quod tempus non currit legatario ignoranti.*
4 *Tempus non currit legatario ignoranti, cui ſit factum lega
tum ad certum tempus.*
5 *Legatum alicui factum in vita, extinguitur eo extincto cui
eſt factum.*
6 *Diſpoſitio collata in tempus vitæ alicuius non tranſit etiã
ad eius ſubſtitutum inſtituti ipſius etiam hæredis vni-
uerſalis.*
7 *Legata res & ad tempus diſpoſita, reuertitur ad hæredem
teſtatoris iure hæreditario & conſolidationis.*
8 *Legatum alimentorum, vſus, habitationis, vſusfructus, le-
gatum annuum, curſu temporis à natura inducti extin-
guitur extincta perſona legatarij, cum reſpectu ipſius ſit,
vt plurimum perſonale, & cohæreat perſonæ.*
9 *Alimenta pro futuro tempore diuerſis temporum ſpatijs de-
terminantur pro ætate, & diuerſo annorum ſpatio finien
da ætatis legatarij alimentorum.*
10 *Intellectus.l.hæreditatum.ff.ad l.Falcid.& in quibus caſi-
bus procedit.*
11 *Legatum vſusfructus in quo omnes conueniunt factum ali-
cui non particulari perſonæ, ſed vniuerſali, pone eccle-
ſiæ, ciuitati, collegio, concilio, reipublicæ, communita-
ti, extinguitur ſpatio centum annorum, etiamſi adſint di
ctiones ſemper & perpetuo, & quare & quomodo ibidem,
vide.*
12 *Legatum annuæ præſtationis factum, cùm in multis differat
a legato vſufr. alicui vniuerſitati, collegio, communitati,
ciuitati, reipublicæ, concilio, eccleſiæ, & ſimili loco
vniuerſali, dicitur durare ac perpetuò durat, maximè di-
ctionibus in eo appoſitis ſemper, vel perpetuo, & de ratio-
ne, ibidem.*
13 *Et quòd etiam cenſeatur expiratum ſecundùm opin.gloſ.
& Bartol.in l.ſi vſusfructus municipibus.ff.de vſufr.leg.
ſpatio centum anno.quando ex verbis, cauſa, modo lega-
ti, deprehenditur teſtatorem non ſenſiſſe de perpetuitate,
ſed de tempore quodam ſortiente exitum ex cauſa per
teſtatorem appoſita, vt eius anima exoneretur à pœnis
purgatorij, declaran.vt ibi de hac materia pulchrè, & ſa-
tis bene.*

AD octauum & vltimum inſpecto temporis
1 curſu dicitur † legatum tolli & extingui,
ſcilicet ipſius temporis præſcriptione in-
ducta, & à lege, & à teſtatore, & à natura
ipſius legati.
2 Etenim temporis † per x.xx.vel xxx.an.præſcriptio-
nem inductam à lege quomodo tollatur legatum vel fi-
deic. dixi ſatis, & pro ſolutione præſentis dubitationis
ſupra lib.pręced.interpr.vlt.dub.vlt.ſol.vlt. ad fin.ideò
ad ſcripta ibi me remitto, & ad Angel.pulchrè in conſil.
299.quidam Cicolus.
3 Et à teſtatore inducti temporis curſu euaneſcit † le-
gatum, vel deficit quando teſtator expreſſè vel tacitè ad
tempus deberi, vel præſtari mandat legatum, vel fideic.
& tempus ipſum amplius nõ durat, ac effectus tempora-
lis appoſitus diſpoſitioni legati ſuum ſortitus eſt finem
per tex.in l.quod fidei.de leg.1.& in l.liberto.§.fi.de an.
leg.& in l.fi.C.de leg.vbi tex.eſt formalis, & cõiter doct.
tradunt legatũ, vel fideicommiſſum poſſe dari ad tẽpus:
quoquidem elapſo conſequens eſt neceſſarium dicere
legatum eſſe extinctum cõtra legatarium, per regulam,
quòd conceſſa ad tempus, poſt tẽpus cenſentur prohibi
ta.l.ſtatu liberorum.§.Stichum.de leg.2. vbi Bar.& alij
expreſſim in tempore ſtatuto à teſtatore, & l.ſi intra.in
princip.ff.de ſtatu lib.& l.ſicut.§.pen. qui. mo.pig.ſolu.
c. de cauſis. de offic. delega. cum ſimil. per Aym.conſi.
4 216.nume.19.20. † Verum attendi debet quod hoc tem
pus non currit legatario ignoranti, Cald.cõſilio 37.man
dauit teſtator.in fina.tit.de teſta.gloſſ.in verſicu. ſi mu-
lier.iuncto ibi text.in l.1.§.ſi mulier.de libe.agnoſ.Dec.
5 conſil.530.nume.8.9.Rurſus † legatum alicui factum in
vita, dubium non eſt eo defuncto eſſe extinctum, Pariſ.
conſi.109.nu.38.lib.3.Card.conſi.49.cum teſtatoris vo
6 luntas.nu.5.vbi † diſpoſitio collata in tempus vitæ ali-
cuius, non tranſit etiam ad eius ſubſtitutum inſtituti
ipſius etiam hæredis vniuerſalis, & Ruin. conſil. 86.nu.
7 5.lib.2.Dec.conſi.597.col.2.nu.4.vbi † res legata, & ſic
ad tempus diſpoſita reuertitur ad hæredem teſtatoris
iure hæreditario, & conſolidationis, vt declarant Bart.
Caſtren.in leg.Titia.cum teſtamento.§.fina.de legat.2.
Caſtr.& Alex.in d.l.fi.C.de leg.Caſtr.conſ.225.pro eui-
dentia.

dentia.col. 2. vlt.med.lib.2.Guald.de art.teſt.tit.6.cau. 9.num.2.Pariſ.conſi.21.nu.44.lib.2.& alibi dixi.facultas redimendi bona legata conceſſa hæredi quotieſcunque ei placebit tollitur ſpatio 30.an. ex facto reſpondit Menoch.conſi.143.

Et denique à natura legati inducti temporis curſus operatur extinctionem,& finem legati quod quidem ta
8 le eſt † legatum alimentorum,vſus,habitationis,vſusfructus vel annuum legatum,quia huiuſmodi legatum , vt plurimum reſpectu legatarij perſonale eſt,& ſicut ipſius legatarij perſona temporis curſu omninò peritura eſt, quinimò breui victura tempore.l.hæres meus.in prin. de condi. & demon. & iuxta illud:Homo natus de muliere,breui viuens tempore , hoc nempe certiſſimum in natura noſtra mortali probatione alia auctor.non indiget:ita legatum ipſum cohærens perſonæ , perſona ipſa extincta extinguitur.l.3.§.fin.ff.quib.mod.vſufruc.amit. l. cum hi. §.modus.in fin.de tranſa,l.habitatio.l. corruptionem.de vſu , & habit.l.in ſingulos annos.l.Caius.in
9 fin.de an. leg.cum vulg.atque ita † alimenta pro futuro tempore diuerſis temporum ſpacijs determinantur pro ætate,& diuerſo annorum ſpatio finiendæ ætatis lega-
10 tarij alimentorum per mirabilem text.† in l. hæreditatum ad l. Falci. quam legem & eius determinationem loquentem in legato alimentorum & pro ratione legis Falcidiæ habenda , habere locum etiam in legato vſusfructus , & generaliter in omnibus actib.hominum, tenent.Rolan.à Vall.conſi.26.nume.25.lib.4.& latius defendit Hyppo.Ruin.conſ.170.num.16.& ſeq.per Bal.in d.l.cum hi.§,nihil, in fin.& alios,vt ibi per eum in hoc ex profeſſo pulchrè dilatantem.

11 Vbi autem † legatarius annuæ præſtationis maximè & vſusfructus non eſt ſingularis perſona viuens,ſed vniuerſalis , & reſpublica aliqua , collegium , concilium, communitas , vel locus aliquis perpetuò duraturus , ciuitas & eccleſia , non parum controuerſa quæſtio eſt, quanto tempore extinguatur , vel duret tale legatum. Breuiter vera ex fonte legum & communis reſolutio eſt ex mente doct. quòd legatus vſusfructus his locis duraturus perpetuò,vel vniuerſitatibus factum hac ratione,ne proprietas inutilis ſemper ſit penes proprietarium commenſurando tempus longiſſimo vitæ hominis ſpatio centum annorum extinguitur per text.in l. an vſusfructus.ff.de vſufru.& ibi Alber.bene declarat. in legato vſusfructus rectè loquitur Alexan.conſil.60.etiam ſi forent appoſitæ dictiones,ſemper,perpetuò,in infinitum..Pariſ.conſil. 74. colum. fina. numer,85.86.lib.3.& per text.in l.ſi vſusfructus municipib.de vſufruct. leg. & Ruin.conſi.143.colum.4.ſub numer.11. verſic.& quanuis. lib. 4.dicit omnes conuenire in legato vſusfruct. vt dicatur durare vſque ad centum annos.

12 Legatum verò † annuæ præſtationis dictis locis vel vniuerſitatibus relictum , quia in eo ceſſat ratio perpetuæ inutilitatis, proprietatis, quoad dominum proprietarium , & quam plurimis alijs differentijs inter legatum vſusfructus & pium annuum legatum exiſtentibus per text.in l.in ſingulos.de an.leg.ideò non ſpatio centum ann. per l. C. clauditur,ſicut legatum vſusfructus: verum perpetuo durare deciſum eſt,in l.annuam pecuniam.& in l.pen.de an.leg.ita communi ſententia modernorum reſponſum eſt , vt poſt Iaſ.per Rip.in l.2.in prin.numer.3.4.ſolut.matr.Couar.vari.reſolu.lib.3.c.8. nume.10.Viui.de com.opin.verſ.legatum, eò magis ita tenetur appoſitis in teſtamento dictionibus , ſemper, perpetuò,vt,vt nouiſſimè per D.Gui.Panſir.Reg.conſi. 135.num.5.& per tot.&.latiſſimè pet D.Hyp.Rim.conſi. 219.num.9.& ſeq.

13 Poſſet fortè † opin.gloſſ.& Bart.in d.l.ſi vſusfructus municipib.de vſufruct.legat.& Alexand.dicto conſi.60. lib.1.dicentis eſſe com.& concordantium alleg.per D. Rimi.d.conſi.219.num.4.& Panci.d.conſil.136.num.4. quòd etiam legatum annuum præſtandum eccleſijs vel monachis, finitur curſu centum ann.quando ex verbis, cauſa modo legati deprehenditur teſtatorem non ſenſiſſe de perpetuitate præſtationis annuæ legati , ſed de tempore quodam ſortiente exitum ex cauſa per teſtatorem appoſita , vt eius anima exoneretur, & releuetur à pœnis purgatorij, vt ſic operari legatum factum pro anima ponit Mich.de Acoltis ſuo conſil.91.num.23.inſerto prin.lib.diuerſ.conſi.vlt.volunt.vel ex eo quod dixerit donec , & quouſque eius anima fuerit liberata à pœnis purgatorij , quoniam apud noſtram Sacroſ. Cath. Eccl. Rom. indubitatiſſimum eſt,pro animabus defunctorum fidelium expurgandis,diuina miſericordia ſimul & iuſtitia ſtatutas eſſe purgatorij pœnas ad tempus, quod quidem primum finitur per ſatisfactionem , vbi animæ temporalem pœnam inductam ſuſtinuerint, nam cuiuſdam anima ſpatio xxx.die.& alia xv.die. ſpatio à pœnis purgatorij liberatæ leguntur ex relatione aliorum apud Guli.Bened.in c.Raynutius.par.2.in verſ. ſi abſque liberis moreretur.numer.208. de teſta.deinde abbreuiatur & tollitur per ſuffragia viuorum , vt c. animæ defunctorum.13.q.2.tradit F.Io.Viguer. Granaten. ſuo lib.inſtitutionum ad Chriſtianam Theologiam.c. 16.verſi.33.de liberatione animarum à purgatorio, hoc enim ſtante,licet miſericordię Dei nec menſuras poſſimus ponere,nec tēpora diffinere,nec ſcire,an Deus miſereatur,necne, tamen ſcriptum eſt quòd apud eum nullas patitur veniæ moras conuerſio , etiam quam faciunt piè viui pro defunctis , & ſufficit homini de prima facie iudicare,vt ſimul probant tex.in c.his qui.26.q.6.& tex. in d.c.animæ defunctorum,& Bal.in l.iubemus.ſub nu. 2.in 2.opp.in fin.C.de teſta.ergo legatum hoc annuum præſtandum eccleſiæ , quaſi in alimentis egentis animæ teſtatoris,donec euolauerit ad vitam æternam, arg.cap. decimæ.16.q.1.hoc ſanè caſu dici poteſt extinctum curſu centum an ſecundum d.opin.Bart.Alexan.& ali.cùm temporis longiſſima centum ann.determinatio ſit per omnia iura noſtra,etiam diuino ſpiritu promulgata,tam ciuilia,quàm canonica,vt l.fin.C.de ſacroſ.eccleſ.& c.1. 13.q.2.cap.cum nobis.de præſcript.

¶LIB. IIII. FINIS.

DE



# DE INTERPRETATIONE VLTIMARVM VOLVNTATVM, TRACTATVS,

## SIMONE DE PRÆTIS, IVRISCONS. PISAVREN. AVCTORE,

## ¶ Liber quintus.

SVPEREST tandem , vt aggrediar quintum, & vltimum librum vltimarum voluntatum interpretationes vtiliùs , ac frugaliùs pertractaturus , cum de eis quidē ſeruandis , adimplendis , & exequendis agatur,ſicut enim parum eſſet ius eſſe in ciuitate,niſi ius ipſum hoc per magiſtratus redderetur , & debitæ executioni demandaretur.l.2.§.poſt originem, de orig.iur.ſicut & de ſententia per iudicem lata dicitur parum profutura,niſi exequatur,tot.tit.C.de exec.rei iudi.& l.à diuo Pio.ff.de re iudic.exorditur & ſic Aſini.Florent.iudici.prax.§.31.cap.1.ita vltimæ voluntates nihil eſſent,niſi ſeruarentur, exequerentur,& ſic operarentur,l.ſi quando.in princip.cum ibi not.de legat.1.cùm vltima voluntas, & lex dicatur, & interpretationes recipiat, quas lex recipit.vulg.§.diſponat.in auth.de nupt.l.Labeo.de ſtatu lib.& l.ſi ita fuerit.§.1.de manum.teſt.& æquiparatur ſententiæ iudicis , & è conuerſo ſententia iudicis æquiparatur vltimæ voluntati , Socin.in l.quibus diebus.§. quidam Titio.col.fin.nume.9.de cond.& demon.addo & per text.in l.3.in princip.de alim.leg.& ibi gloſ.per l. 2.verſic.in diuiſionem.C.de diuiſ.tut.conſidero itaque materiam iſtam,vt procedatur ordine iam præmiſſo , & dubitationes congruas excitando , & diſſoluendo poſſe declarari per interpretationes iſtas tres, quæ ſequuntur.

Prima interpretatio recenſet iura de ſeruandis vltimis voluntatibus, & perſonas declarat obnoxias obſeruantiæ earum , & requiſita aliqua pro earum obligatione firmitateq́; inducenda.

Secunda interpretatio perſonas reſpiciens , quibus ſint ſeruandæ adimplendæq́; vltimæ voluntates , explicat præparamenta quædam, remedia,cautiones,& probationes , de quibus perſonæ huiuſmodi agere debent.

Tertia & vltima interpretatio exponit aliqua determinanda explicandáque per indicem pro effectuali executione ipſarum vltimarum voluntatum.

### ¶SVMMARIVM.

1 *Voluntas vltima defuncti omnibus modis vti lex ſeruari debet.*
2 *Quæ quidem totum facit.*
3 *Et quod in teſtamento eſt ſcriptum,valeat.*
4 *Et de legibus habentibus rationem præcipuam eiuſdem voluntatis , vt fiat determinatio quæ voluntati eiuſdem congruat.*
5 *Et præualet ſententia quæ magis voluntati defuncti conuenit.*
6 *Et verba ſecundùm voluntatem eiuſdem exaudienda ſunt.6.*
7 *Et plura de teſtatoris diſpoſitione obſeruanda,etiam Principis reſcripto non obſtante.*
8 *Et in fideicommiſſis præcipuè eſt ſeruanda.*
9 *Et contra quam nihil fieri debet.*
10 *Et non ſufficit fieri quod teſtator iubet , niſi fiat vt iubet.*
11 *Et eſt ſeruanda quibuſcunque verbis Latinis, Græcis,Punicis,Gallicis,vel alterius cuiuſcunque gentis deprehendi poteſt.*
12 *Et eſt exequenda,vel ſit expreſſa,vel tacita.*
13 *Licet videatur reprehenſibilis & ſine ratione , tamen ſeruanda eſt.*
14 *Et ſine ratione tantùm ſufficit de facto obſeruari.*
15 *Et quid iniquum inſpecto iure cōmuni, dicitur æquum inſpecta voluntate defuncti.*
16 *Cuius fauore adimplendæ lex reſtringit beneficium ſuum.*
17 *Nec eſt nimia ſcrupuloſitate deſtruenda.*
18 *Nec diuidi poteſt ratione iuris, vel varietate rei diſpoſitæ, adeò vt quis velit in partem parere , & in partem non, iudicio teſtatoris.*
19 *Et quando iuſtis & iniuſtis voluntatibus teſtatoris ſit parendum.*
20 *Et habet vim legis in rebus teſtatoris, ideò eſt ſeruanda.*
21 *Et ligat minores ſcientiam talis volūtatis habentes,adeò, vt contrafacientes non poſſunt petere reſtitutionem in integrum caſu quo bona ad alios deberent peruenire in tali caſu contrauentionis.*
22 *Reſtitutio in integrum non datur pupillo cum alterius iniuria, & vt ibi habetur.*
23 *Voluntas teſtatorum vt ſeruetur pium eſt, & intereſſe publicum & è contra iniquum eas non ſeruare,& vt latius ibi.*
*Et ex bono & æquo eſt tuenda, ibid.*
*Et denegatur audientia venienti aut petenti contra eam. ibid.*
24 *Voluntas teſtatoris vt expleri debeat quale factum debeat eſſe,an de iure, vel de facto , & de vnoquoque latiſſime, vide ibidem cum num.ſeq.vbi de materia.*
25 *Factum non dicitur,quod de iure non fit,de his quæ de iure conſiſtere debent.*
26 *Factum merum vt impleatur , requiritur & attenditur in conditionibus.*
27 *Teſtamenta de facto ſunt ſeruanda,& intelliguntur,provt poſſunt de iure etiam de facto, id eſt, de voluntate teſtatoris.*

28 *Verba quæ non poſſunt intelligi de iure, intelliguntur de facto.*

29 *Obligatus facere ex vltima voluntate tenetur præciſè facere, & non liberatur ſoluendo intereſſe.*

30 *Voluntas teſtatoris duobus modis non ſeruatur, & contra eam fit, primo reſpectu executionis, & quando hoc ſit & fiat, nume.31. ſecundo per modum impugnationis.*

32 *Hæres renuntiando inſtitutioni non videtur impugnare iudicium teſtatoris, cùm aliud ſit impugnare, aliud repudiare, intellige tamen & declara, vt ibi latè per auctorem.*

33 *Filius petens legitimam vel ſupplementum eius, dicitur facere contra voluntatem teſtatoris in primo capite executionis, de quo verbo voluntas teſtatoris validè permanente teſtamento, & illud tale imputatur in dimidia ipſi filio quam habebit ex fideicommiſſo teſtamenti paterni.*

*Idem in detrahente quartam, quod faciat contra voluntatem defuncti.34.*

35 *Petitio ſupplementi legitimæ non eſt propriè impugnatio teſtamenti.*

36 *Filij non ſeruantes quod pater eis iuſſiſſet honeſtum & licitum, eiſq; magis proficuum ſub pœna priuationis hæreditatis, petendo legitimam, & ſola ea retenta, incidunt in d. pœnam pro reſiduo hæreditatis quod totum ab eis auferretur.*

37 *Hæres dicitur impugnare teſtamentum, quando quid agit quod tendit ad id deſtruendum, vt ſit ſolus hæres, & repudiet.*

*Vel dicat non iure factum reſpectu ſolennitatum non ſeruatarum.*

*Vel nullum reſpectu inhabilitatis teſtantis.*

*Vel incapacitatis hæredis.*

*Vel falſum, vel inofficioſum, an poſſit ſic impugnans ex eo commodum reportare, ibid. & num. ſeq.*

38 *Hæres, vel alius nō parens præcepto teſtatoris priuatur commodis ex teſtamento prouenientibus.*

*Et ad quem tunc peruenire debeat.39.*

*Et quod de legatis ad pias cauſas.40.*

39 *Emolumentum teſtamenti quo priuatur contraueniens & inobediens teſtatori, ad quem peruenire debeat.*

*Et ad quem legata ad pias cauſas ob contrauenientiam implere debentis.40.*

40 *Legata ad pias cauſas ſpectant ad epiſcopum diſtribuenda, ob contrauentionem debentis implere per teſtatorem diſpoſita.*

41 *Tutor legatarius, fideicommiſſarius vel ſubſtitutus pupillariter, non parens teſtatori in ſuſcipiendo tutelam vel curam impoſitam à teſtatore, quid amittant, & quid de eis dicendum.*

42 *Fiſcus quandoque accipit, quæ ab indignis vel aliquo modo priuatis aufertur, & vide caſum, quando inobediens priuatus eſt per teſtatorem, & non eſt qui poſſit ſeruare teſtatoris voluntatem.43.*

44 *Fiſcus non venit, ſed venientes ab inteſtato certi, vbi inſtitutus eſt ſpurius.*

45 *Fiſcus non aufert relictum ſpurio, niſi duobus concurrentibus, quando clàm ſit factum relictum: & hæres ſcriptus fidem præſtiterit de ſoluendo id ſpurio, cuius confeſſio abſente etiam procuratore fiſci illi proderit.*

46 *Filius nihil habebit de hæreditate, ſpurio palàm inſtituto à patre prætenſo, etiam ſub nomine matris, vt talis filius donnæ Bertæ.*

47 *Filius nil habet, etiam ſub confiſcatione bonorum, vti bona ſint conditionalia, quādo hæreditas, fideicommiſſum, vel legitima non exiſtit acquiſita bannito, ſed ſub ſpe & conditione, & non agnita ſit.*

48 *Bona ſubiecta reſtitutioni non confiſcantur propter delictum hæredis, item nec conditionalia confiſcantur.49.*

50 *Fiſcus non conſequitur hæreditatem paternam filio bannito ante mortem patris, ſed ad banniti filium pertinet.*

51 *Fiſcus cum ſit loco hæredis extranei, non cōſequitur vſumfructum, ſed mater totum integrum habebit confiſcatis bonis filij hæredis patris cùm relicta vſufructuaria ſtante filio ſolùm habebat alimēta, iuxta Bulg. conſuetudinem declarando, vt ibi latè.*

52 *Filius bannitus capitaliter in teſtamento patris præteritus nulla in ciuitate bona relinquens, ſucceſſorem non habet.*

53 *Fiſcus nomine filij banniti capitaliter, præteriti in teſtamento non poteſt dicere teſtamentum paternum nullum, & eius ſic ſucceſſionem obtinere non poteſt ex perſona banniti, & qualiter.*

54 *Iura fiſci & aliorum, quando euenit aliquem fuiſſe impeditum teſtamentum condere, vbi appareant.*

55 *Et quæ neceſſariò ſint probanda.*

56 *Emolumentum conſecutum ab eo, qui non paruit conditioni, modo, aut teſtatoris volūtati, poteſt auferri ab illo per eum, cui tali caſu contrauentionis id applicatur, condictione ſine cauſa, vel ob cauſam.*

57 *Legata ſoluta repetuntur, poſteà apparente teſtamento inualido.*

58 *Voluntas teſtatoris non omnis, nec ſemper eſt ſequenda, nec dicitur teſtamentum patris, nec eſt ſequenda per filium, quando non tranſit in diſpoſitionem, & quando eſt circa ea, in quibus diſponere non poteſt, nec quando eſt contra leges vniuerſales, contra bonos mores, contra publicam vtilitatem, quando eſt irrationabilis, illicita, omnia aperiens ad delinquendum, impoſſibilis, nuda, vana, dolum, fraudem continens.*

59 *Voluntas teſtatoris contra leges in eo, quod prouident in vniuerſo, vel ad publicam vtilitatem, vel formam reſpiciunt vel actuum ſolennitatem, non eſt ſeruanda.*

60 *Nec poteſt facere teſtator, quòd leges & eius miniſter, qui interdum poteſt ſupplere, interdum interpretari leges, in ſuo teſtamento locum non habeant.*

61 *Nec ſeruatur iuri contraria illicitum continens vel inepta.*

*Amplia etiamſi à principio non ſit contra ius, ſed poſtea curſu temporis detegatur iniuſta, ibidem.*

*Et tandem quando ſit ſeruanda, & ad eam ſeruandam quis compelli poſſit, ſub num.62.*

62 *Voluntas teſtatoris non ſeruatur, ſed lex Dei, vt qui ſeruit altari, paſcatur ex ipſo, teſtatore legante fructus poſſeſ. expenden. in ornamentis Eccleſiæ, cum ea illis abundat, & rector eius illis indigeat, quia in alimentis rectoris conuerti poſſunt.*

63 *Voluntas teſtatoris contra bonos mores non eſt ſeruanda, exempla vide ibidem, & qui dicantur boni mores, & de iure ciuili, & de iure canonico, quod vtrumque ius ſeruandum eſt, ideò &c. cum ſeqq.*

64 *Pacta non tenent, quæ fiunt contra bonos mores, exemplum ibid.*

65 *Mores boni qui dicantur, & de iure ciuili & de iure canonico, quod ius vtrunque ſeruandum eſt.*

66 *Voluntas teſtatoris contra publicam vtilitatem non ſeruatur, quando matrimonio contrahendo præſtat impedimentum, exemplum ibidem vide.*

67 *Voluntas teſtatoris irrationabilis & illicita non eſt ſeruanda, exemplum ibidem vide cum num. ſeq.*

68 *Mandatum ſuperioris non adimpletur, vbi ratio non adimplendi reddi poteſt.*

69 *Voluntas irrationabilis teſtatoris dicitur, quæ turpem perſonam prætulit fratri vel ſorori, ideóque teſtamentum fratris vel ſororis continens hæredem inſtitutum infamia, vel turpitudine, vel leui nota maculatum, poteſt infringi per alterum fratrem, querela inofficioſi teſtamenti.*





70 *Perſona turpis inſtituta quæ dicatur, vide multa ibidem.*

71 *Voluntas teſtatoris viam aperiens ad delinquendum non eſt ſeruanda, vt liberādo obligatum ad redden. rationem adminiſtrationis à confectione inuentarij, & vt ibi, & latiùs exemplificatur, cum ſeq.*

72 *Vxor iuſſa à marito manifeſtare aurum & argentum ſuis hæredibus, & dein in codicillis releuata à tali manifeſtatione, &c. poterit cogi ea omnia reuelare, & dic vt ibi.*

73 *Voluntas teſtatoris impoſſibilis, nuda, vana, parum proficua non eſt ſeruanda, vt de conditionib. impoſſibilib. vel deriſorijs, item de præceptis nudis ſine cauſa, item ſi cognoſcat iudex non expedire quod teſtator iuſſerit, & vt ibi latius hoc diſcutitur.*

74 *Voluntas teſtatoris dolum continens & fraudem non eſt ſeruanda, quando conſtare poteſt coniecturis etiam, indicijs & legitimis præſumptionib. dolo, fraude, delinimentis, inſtigationib. machinatione & ſimulatione quorundam teſtatorem fuiſſe inductum ad facien. teſtamentum relinquendo ipſis doloſis priuando vel ſuccedentes ab inteſtato, vel hæredes ſcriptos in primo teſtamento, & quomodo hæc probentur, & de exemplis, vide cum num. ſeq. 75.76.77.78.*

75 *Legatum vti doloſè factum non valet maritò clàm introeunti ad cubiculum vxoris infirmæ teſtantis ſuper eius faciem importunè rogantis, vt id ſibi relinqueret.*

77 *Parentes mouentur ad iniuriam filiorum propter blanditias & deceptiones nouercarum, & tales blanditiæ habent intra dolum admixtum, maximeq; quando hæreditas aufertur cui debetur.*

78 *Pater quicquid facit contra filios habentes nouercam, præſumitur feciſſe ſuaſionibus nouercalib. ideò tolerari non debet.*

79 *Renuntiationes factæ patri per filios de hæreditate paterna, ſeu filias habentes nouercas, præſumuntur factæ, propter inſidias nouercales, quia ſic leges præſumunt.*

80 *Teſtamentum dolo alicuius conditum, non eſt ſeruandum, nec tolerandum, vt ex inſtigationibus nouercalibus, & ex importunis perſuaſionibus mariti, quod procedit, ſiue doloſus fuerit inſtitutus vel alius: dolo tamen alterius declarando, vt num.83.84.85.86. vbi de materia latè.*

81 *Legatum vxori factum ex importunis precib. eius per maritum non valet.*

82 *Teſtamentum matris ſolum filio maſculo relinquentis legitimam filiam hæredem vniuerſalem inſtituentis, eiq; fratrem matris ſubſtituendo huius fratris dolo & inſtigatione non valet, nec ſeruandam eſt.*

84 *Dolus alterius alteri nocere non debet.*

85 *Veniens ab inteſtato contra teſtamentum patris dolo conditum, pro eius annullatione quaſi neceſſe habet ſupplicare principi.*

86 *Dolus tuus ſicut mihi nocere non debet, ita non debet eſſe cauſa mei lucri.*

87 *Teſtamentum dolo factum compertum per ſententiam iudicis in totum, vel etiam in partem reſcindi poteſt.*

88 *Iudex in cauſa coram eo vertente habet poteſtatem interpretandi leges & canones.*

89 *Lex quod concedit, fruſtra imploratur à principe, & petitur per iudicem pronuntiari.*

90 *Teſtamentum factum à patre, in quo filio ex primo matrimonio reliquit ſolam legitimam, hærede inſtituto alio filio ex ſecundo matrimonio, an & quando valeat, vide pulchrè hoc declaratum per authorem latiſſ. vſque ad fin. dubit.*

91 *Actus ſuſpectus redditur ex inſolito contrahendi modo.*

99 *Fraus præſumitur ex nimia affectione, non communi, nec laudabili.*

## ¶ INTERPRET. I. DVBIT. I.

DVBITATIO prima de ſeruandis vltimis
voluntatibus, licet primum per vulg. iura
ciuilia, & Canonica clariſſima reddatur,
1 quòd † vltima voluntas defuncti modis omnibus vti lex ſeruari debet. §. diſponat. in auth. de nupt.
& §. his igitur. & §. ſeq. in auth. de hæred. & Falci. vbi ſunt
dictiones præciſè, omnimodo, & omnibus modis
quod præceptum eſt, per teſtatorem impleatur, idem
& in capi. vltima voluntas, 13. q. 2. & cap. tua nobis. ne
teſta. ibi & ſecundùm defuncti voluntatem vniuerſa
procedant, idem & in l. prima. §. ſi enim teſtator. & l.
fin. in fina. commun. de leg. ibi vt omnibus modis voluntati eius ſatisfiat, & ex omni parte, omnique ſtudio in quod ſemper properamus, ad effectum perducantur, & vltima elogia defunctorum legitimum fi-
2 nem ſortiantur † & faciet quidem totum voluntas defuncti, l. ex facto proponebatur. §. rerum autem. ff. de
hæred. inſtit. ſemper veſtigia voluntatis ſequimur teſtatorum: l. cum quidam. poſt principium. C. de neceſ.
hæred. inſt. eaq; regit conditiones & modos primum
in eis locum obtinens, l. in conditionibus. in principio & l. pater Seuerinam. in princip. de condit. & demonſtr. Bald. conſilio 250. viſo in iſto proceſſu. in fina.
3 lib. 4. † teſtatoris voluntas facit quod in teſtamento
ſcriptum eſt, valeat. l. ſi mihi in fina. de lega. primo. &
4 paſſim conſpiciuntur, † leges præcipuam voluntatis
teſtatoris rationem habere, vt determinatio fiat, quæ
voluntati teſtatoris congruat, l. ab omnibus. in princip. quæ teſtatoris voluntati obtemperat, l. ſeruo alieno.
in princ. eo. quæ fit propter voluntatem teſtatoris. l. Titia. cum teſtamento. in fin. & quæ fit ex defuncti voluntate, l. cum pater. §. ab inteſtato. & §. donationis, ibi, *In quem voluntatis intentio dirigatur*, de leg. 3. & l. Lucius. §.
Lucius eo. vbi perſpicuam teſtatoris voluntatem eſſe di-
5 cit ad illam deciſionem † & ſcientia præualet, quæ magis voluntati defuncti conuenit, l. qui concubinam. §. ſi
6 Stichus. l. quiſquis mihi. de leg. 3. † verbaq; ſecundùm voluntatem teſtatoris exaudienda ſunt. l. ſi peculium. §. ſi
ſeruus. de pec. leg. & voluntati teſtatoris per omnia obediendum eſt. l. cum antiquitas. ad fin. C. de vſu & habit.
& ſimilia ſæpius reperiuntur euoluēdo leges, & indices
communes Alber. Bertach. tracta. lectu. & conſiliorum
7 quotquot ſint, † & plura colligit de teſtatoris diſpoſitione obſeruanda etiam Principis reſcripto non obſtante
Calcan. conſ. 8. num. 15. 16. Dec. conſ. 557. num. 4. & ſeq.
Rom. conſ. 31. viſis his, vbi de iſtis in infinita eſſe ſimilia
dicit, idem ait Corn. conſil. 275. col. 2. verſ. licet autem.
lib. 4. & colligere habuit Per. deci. 61. & Tiber. Decian.
conſ. 39. num. 1. & ſeq. lib. 2. conſ. 1. nume. 164. lib. 3. alibi
8 dictum, & de ratione † in fideicommiſſis præcipuè iura
mandant, ſeruandam fore teſtatoris voluntatem, vt l. penult. de leg. 1. l. fideicommiſſa. §. item ſi quis. & l. quiſquis
9 mihi. de legat. 3. l. cum virum. C. de fideicommiſ. contra
voluntatem teſtatoris nihil fieri debet: Bald. in l. verbis
10 ciuilibus. in 6. not. de vulg. & pupil. † & non ſufficit fieri
quod teſtator iubet, niſi fiat vt iubet, & per modum deſcriptum ait Luc. de Pen. in l. 1. col. 4. ver. & cum voluntas. C. de expen. lud. lib. 11.
11 Quibuſcunque enim verbis, Latinis, Græcis, Punicis, Gallicis, vel alterius cuiuſcunque gentis poteſt deprehendi voluntas teſtatoris, ſeruanda eſt, l. quoniam
indignum. l. hac conſultiſſima. in fin. C. de leg. & l. fidei-
12 commiſſa. in princ. de legat. 3. † vel ſit expreſſa, vel tacita voluntas teſtatoris, ita pariter eſt exequenda, d. l. fideicommiſſa. §. item ſi quis. gloſ. ibi Ripa in l. 1. nu. 40.
de vulg. & pupil. Curt. Iun. conſil. 73. num. 15. Pariſ. conſ.
13 23. nume. 10. 11. lib. 3. † licet videatur reprehenſibilis, &
ſine ratione, tamen ſeruanda eſt, Caſtr. conſilio 185.

ſupraſcriptus egregius.ad fi.lib.2.quia in teſtatore dum-
modo ſimus in permiſſis,& licitis eſt pro ratione volun-
tas, per text.in l.cum quidā.in fi.C.de neceſ.hæred.inſt.
de quo pulchrè per Caſtren.conſil.292.colum.4.nume.
14 6.lib.2. † voluntas teſtatoris ſine ratione tantum de fa-
cto ſufficiat obſeruari,ait Steph.de Fede.tract.de inter-
15 pret.iur.par.vlt.ſub nu.50.cum ſimil. † & quid iniquum
inſpecto iure communi dicitur æquum inſpecta volun-
tate defuncti per gloſ.in l.ſi debitor.ff.ad leg.Falcid.fa-
16 cit quod dicit Alber.in l.cùm emptor.eo.quòd † fauo-
re vltimæ voluntatis adimplendæ lex reſtringit benefi-
cium ſuum, quia demum ratio generalis, & æquitas na-
turalis ſuadent teſtamentum ſeruari, vbicunque ſit poſ-
ſibile ſine derogatione iuris alterius, inquit Bald.conſi.
352.materia feudorum.in fin.lib.1.

17 Planè aduertendum † ne voluntas teſtatoris circun-
ueniatur nimia ſcrupuloſitate, néve deſtruatur.l.ſi quis
pecuniam.in princip.ff.ſi quis omiſ.ca.teſta.l.ſi cui lega-
tum.de condit.& demonſtr.d.l.cum quidam.de hæred.
inſtit.& l.ſi quis hæredem.in fin.C.de inſtit.& ſubſtit.&
l.ſed hæc nimium.ff.de excuſ.tut.& l.ſi id quod.§.fin.de
18 lib.leg. † in totum enim eſt ſeruanda, & non poteſt di-
uidi ratione iuris vel varietate rei diſpoſitæ, per text.in
l.eum qui.in fin.ff.de his qui.vt indign.& gloſ.in l.à filio.
in princip.de ali.leg.notat non licere in partem velle,&
in partem nolle defuncti parere iudicio, per plura ibi
alleg.& per Angel.conſil.168.teſtator.col.1.ad fin.verſ.
quæcunque ergo.Pariſ.conſil.19.nume.41.libro 2.& in
19 † quantum eſt propter factum hæredis iuſtis & iniuſtis,
& iniquis voluntatibus teſtatoris parendum, inquit
Bald. conſilio 208. Punctus, pater diligens filium, ad
fin.lib.5.

20 Adeò enim † ſeruanda eſt voluntas teſtatoris legis
vigorem habens, præſertim in rebus teſtatoris d.§.di-
ſponat.& l.verbis legis.de verb.ſignifi.eleganter Bald.
conſ.301.conſtitutio.col.2.ſub num.2.verſic.nam teſta-
21 mento, lib.2.quòd † ligat etiam minores, qui quidem
venientes contra eam alijs perſonis differētem ſuas res,
ob talem contrauentionem non poſſent aduerſus eam
beneficio reſtitutionis in integrum ſe adiuuare, ſcientiā
præſertim talis voluntatis habentes, vt tradit Matthæus
Feliciani de Peruſio inter conſil. Caſtrenſ.conſil.259.
omnis difficultas.col.fin.lib.2.adde data ſcientia benè
diſcutiendo, ſub quæſtione monaſterij non parētis præ-
cepto teſtatoris, idem firmare Bald.in l.pupillorum.nu.
4.vſque ad fin.C.de repud.hęred.& addo text.cuius nec
Bald.nec alius, quem viderim, meminit, in l.ſed cum ab
22 hærede.ff.ad Trebel. † vbi pupillo non datur reſtitutio
in integrum cum alterius iniuria, quæ eſſet hic teſtato-
ris, cùm eius præceptum non ſeruaretur, Pariſ.conſil.1.
numero 67.libro tertio, & eſſet eius, cui voluit teſtator
ſuam rem eſſe acquiſitam in caſu ſui præcepti non ſer-
uati.

23 Excitat autem † & pietas, & intereſſe publicum ob-
ſeruantiam vltimarum voluntatum, námque pium eſt
voluntates defunctorum ſeruare, dicit Corn.conſil.39.
colum.3.verſi.& ſi dicatur.lib.2.& conſil.283.col.2.verſ.
tamen his.lib.4.per l.quidā.C.de neceſ.ſer.hęred.inſtit.
clarior eſt tex.in l.contra.C.de manu.teſt.ſicut econtra
dicitur iniquum eſſe eas non ſeruare, Angel.dicto conſ.
168.colum.ſecunda, ad princip.per l.apud Celſum.§.
prætereà.ff.de except.doli.& l.qui cum alio.§.1.de regu.
iur.dixi conſil.106.nume.28.lib.primo, pulchrè Neuiza.
conſil.21.numero 19.& Angel.conſilio 328.Anaſtaſius.
colum.penult.verſicu.non obſt.tertium, hoc eſt, quod
ait Iuriſconſnlt.quòd voluntas teſtatoris ex bono & æ-
quo tuebitur, in l.filio præterito.de iniuſt.& rupt.teſta-
men.námque & quia publicè intereſt teſtamentum ſer-
uari, exequi, & vltimas voluntates ſuum debere effe-
ctum ſortiri.l.vel negare.ff.quemadmod.teſtam.aper.l.

Gallus.§.quod ſi is.ibi Bald.& alij not.de liber.& poſt-
hum.& text.& ibi Bald.in fin.not.in l.2.C.vt in poſ.leg.
Bartol.in l.cum hi.in princip.nume.6.& in l.de his.ad
princip.& ibi Caſtr.de tranſact.Roman.conſil.199.pre-
ſens ſtatuti particula.colum.penult. verſic.ex his ergo
Iaſo.conſil.110.colum.fin.in princip.lib.1.Franc.in cap.
2.§.1.in 4.not.de teſtam.in 6.& alibi per doct.ideò ve-
nienti & petenti quid contra voluntatem teſtatoris de-
negatur audientia per tex.in l.illis libertis.in fin.de con-
dit.& demonſtr.

24 Poſſet ſecundò dubitari † quale debeat eſſe factum,
quo ſeruari & expleri debeat voluntas teſtatoris, an de
iure vel de facto: ita enim homines aut facientes ad-
mitterentur, aut non facientes deficerent conditione,
inquit text.in l.quæ ſub conditione.in princip.de con-
dit.inſtit.Reſpondetur, ſi factum tale eſt, vt aliàs dictum
eſt, quod ex mente teſtatoris non poteſt eſſe, niſi de iure
valeat, ſic factum de iure requiritur.l.cum illud.§.hæres
meus,& l.penult.ff.quando di.leg.ced.tradit Bald.in l.ſi
25 pater, col.fin.ſub nume.16.C.de inſtit.& ſubſtit. † quod
enim de iure non fit, dicitur non factum de his, quæ de
iure conſiſtere debent.l.3.& ibi not.Bald.ff.de teſta.tut.
facit glo.1.in l.huiuſmodi.in princip.de legat.1.quam in
propoſito allegat Caſtren.in l.inuitum.ad fin.de ſeruit.
vrba.pręd.Si verò tale ſit factum, quod qualitercunque
proceſſerit, tangit intentionem teſtatoris circa obſer-
uantiam ſuæ volūtatis, tunc ſi de iure non valet factum,
ſufficit de facto, ita reſpiciendo effectum facti.l.mulier.
§.ſi quis hæreditarium.ff.de conditio.inſtit.cum ſign.ibi
in gloſſ.vt tradit Aret.conſilio 18.columna 3.Corn.con-
ſil.243.columna ſecunda, libro tertio, conſilio 180.col.
3.libro quarto.Bartol.in l.adigere.§.fina.de iur.patron.
Baldus in rubr.columna penult.ſub nume.ſexto.C.de
exercito.aſſentit Pariſ.conſilio 110.nume.85.lib.1.ma-
ximè vbi ex tali facto volnntas teſtatoris circumſcribe-
retur, Ruin.conſilio 123.columna 5.numero 15.libro.2.
vel læderetur, Iaſ.in l.vbi pactum. ad fin.C.de tranſact.
idem in ſola contrauentione facti tenet Abb.in cap.
26 Raynaldus, numero 17.de teſtam. † hoc præcipuè lo-
cum habet in conditionibus, in quibus attenditur im-
plementum per merum factum,& de facto.l.hæredibus.
§.fin.ad Trebel.l.qui hæredi.& l.Mæuius, & ibi Docto.
de conditio.& demonſtrat.Socin.in l.cum auus, nume.
95.eo.Cyn.in l.prima, circa fin.de cond.inſer.gloſſ.in l.
Stichus, de ſtatu lib.Caſtren.conſilio 280.præſuppoſito
ſtatuto.columna 3.verſ.contrarium tamen, libro ſecun-
do, Tiraquel.in l.boues.§.hoc ſermone, in prima limit.
27 num.37.de verbor.ſignific.ita enim † teſtamenta etiam
de facto ſeruanda ſunt, dicit Bologn.in addit.verſ.ad
ſecundum verò dubium, ad Ioan.de Ana.conſilio 15.&
intelliguntur prout poſſunt de iure, etiam de facto, id
eſt, de voluntate teſtatoris exponit Bald.conſil. 46.ver-
ba inſtitutionis, columna ſecunda.verſi.dico igitur.lib.
1.quinimò petendo quis quod teſtator non reliquit, di-
citur facere contra voluntatem teſtatoris, l.penult.de
28 ſupellect.lega.adde rurſum † verba, quæ non poſſunt
intelligi de iure, intelliguntur de facto dicit idem Bald.
29 in l.ſi Titius.de condit.inſtitut. † & obligatus facere ex
vltima voluntate, tenetur præciſè, & non liberatur ſol-
uendo intereſſe.l.fideicommiſſa.§.fin.de lega.& ibi per
Bartol.

Prætereà vt clarior fiat hæc materia, nihil extra rem
30 dictum habebitur, † duobus modis contra voluntatem
teſtatoris ſit, & venitur, primo reſpectu executionis,
altero per modum impugnationis, vt tradit Bald.in l.ſi
31 pater, nume.2.C.de hæred.inſtit. Primo † quidem mo-
do reſpectu executionis fit contra voluntatem teſtato-
ris, licet Bald.ibi non declaret quando non fit, & exe-
quitur quantum teſtator diſpoſuit, ſed aliter in plus, vel
in minus: in plus autem factum, & exuberantiùs quàm
teſtator



teſtator dixerit, arbitratur non dici factum cōtra volun-
tatem teſtatoris, ſeu contra teſtamentum, vt ſi in fune-
re mandat expendi decem, expendantur viginti.l.cùm
in teſtamento.de verbor. ſignifica.licet ibi Alcia. quo-
dammodo aliter inuehat in auaritiam, & abuſum ali-
quorum, ad idem text.in l.qui putat in principio.ff. de
acquiren.hæred.& ibi Bart.& Imol.dandi conditionem
impleri dando plus, minùs verò dando, vel faciendo,
non impletur conditio. d. l. qui putat, & ſic fit contra
voluntatem non totum exequendo, quantum voluit te-
ſtator, ad hoc text.expreſſus in l.verbis ciuilibus.in fin.
de vulg.& pupil.his verbis ſuis relatis, ne fiat contra
voluntatem ſi filius non habeat totum interim, quod
ei teſtamento pater dedit: meritò ibi Bald.in 5. not.eli-
cit notabile, quòd nihil debet fieri contra voluntatem
teſtatoris, nihil igitur per vniuerſalem negatiuam etiam
reſpectu executionis, ad idem text.in l.quid tamen.§.ſi
arbiter.ff.de arbi.quem abſque alia inductione ad hoc
32 videbis apertum † idem cum renuntiat inſtitutioni, non
impugnat hæres iudicium teſtatoris, quia aliud impu-
gnare, aliud eſt repudiare, tenet Bal.in l.quidam elo-
gio, num.12.C.de iur.deliber.dicens non veram, vti fun
datam in falſo ſuppoſito rationem Iuliani iuriſconſ.in l.
quæſitum.ff.de acquiren.hære.dicentis repudiantem hæ
reditatem patris eius iudicium impugnare ideò non de-
bere ex eadē hæreditate quicquam conſequi, dicit Bald.
hanc rationem non veram peccantem in materia, quia
ſupponit falſum, cùm additione aliorum confirmetur
teſtamentum, licet dicatur Baldum nullum textum igno
rare, tamen ibi non fuit memor allegare text.in termi-
nis in l.filio pater, de legat.primo, vbi filius hæres, & le-
gatarius repudians hæreditatem paternam conſequi-
tur legatum hac ratione ibi aſcripta non enim impu-
gnatur iudicium ab eo, qui iuſtis rationibus noluit ne-
gotijs hæreditarijs implicari, & ibi Bartol.Caſtr.& alij
declarando caſus, quibus legatarius legatū acquirit, tra-
dunt ibi habere cohæredem, cuius aditione poſſet con-
firmari teſtamentum aliâs ſi fuiſſet ſolus, repudiando im
pugnaret iudicium defuncti, & indignus eſſet commo-
dum ex voluntate impugnata reportare.l.ſi patronus. §.
quid ergo, & §.ſeq.ad Trebell. quia iſto caſu teſtator
intelligitur velle duo.ſ.illud quod expreſsè vult. & alte-
rum etiam ſine quo ſuum velle non poteſt effectum ha-
bere.l.nec is.§.1.& ibi Imol.& alij not.ff.de acquir hæ-
red.

Vnde hoc primo modo reſpectu executionis,& non
per alterum modum impugnandi teſtamentum poteſt
diſſolui quæſtio ſuper qua aliàs cogitandum dimiſit Iaſ.
in l.omnimodo, in princ.col.2.in ſecūdo not.C.de inof-
33 fic.teſtam.quòd † petens legitimam ſeu ſupplementum
legitimæ, dicitur facere contra voluntatem teſtatoris,
ſic etiam permanente valido teſtamento apertè firmat
Bar.in l.liberto.§.filium.ad fi.de annu.lega.vbi hoc in-
ferendo adducit ad not.quæſt. quòd ſic tale conſequu-
tum via petitionis ſupplementi legitimæ contra volun-
tatem teſtatoris imputabitur filio in dimidia quam habe
bit ex fideicommiſſo eiuſdem teſtamenti paterni, quod
ideò ſentit non dici impugnatum, idem probat Iaſo,
conſ.202.magnificus Baro.col.4.verſ.pro prędictorum
34 lib.2.† ſic etiam detrahens quartam, dicitur facere con-
tra voluntatem defuncti, dicit Alex.in l.qui totum. col.
35 fin.num.6.ad Treb.ita verum eſt quòd † petitio ſupple
menti legitimæ non eſt propriè impugnatio teſtamenti,
ſecundùm Bal.in l.cum lege, nu.2. in 3.not. de epiſc. &
cler.relatum per Ioan.de Ana.conſ.67.Pari.conſ.7.nu-
me.53.lib.2.Pancir. Regien, conſil.124.nume.25.quam-
36 obrem & magis † filij, quibus pater in teſtamento iuſ-
ſiſſet honeſtum & licitum, & magis ei proficuum aliquid
ſeruari ſub pœna priuationis hæreditatis, ſi hoc non ſer-
uaſſent, etiam petendo legitimam, & ſola legitima re-
tenta pro reſiduo hæreditatis in pœnam inciderent, &
hoc totum ab eis auferetur per text.in §.ſi quis autem
non implens.in authent.de hęred.& Falcid firmat Caſt.
conſil.77.viſis & conſideratis, colum.2.verſic.breuiter
his non obſtantibus repetito in conſil.302.lib.1.compro
bat Ruin.conſil.136.col.5.num.13.lib.2.quaſi magis de-
beat filius adimplere votum patris, gloſſ.in ver.ſi filio, in
l.Celſus.§.fin.de legat.2.

37 Per alterum verò † modum, & ſucceſſiuè impugnan-
tem teſtamentum quis venire dicitur, quando tale quid
agit, quod omninò tendit ad deſtruendum teſtamen-
tum, vt ſi ſit ſolus hæres, & repudiat hæreditatem, Barto.
Imo.& alij in d.l.quæſitum, de acquiren.hæred.& in d.l.
filio pater.de legat.1.& plures alij ſunt modi impugnan-
di teſtamentum, vel dicere non iure factum reſpectu
ſolennitatum non ſeruatarum, vel dicere nullum reſpe-
ctu inhabilitatis teſtantis, vel incapacitatis hæredis, vel
dicere falſum, vel inofficioſum, quoniam longa eſt ma-
teria videre per Bartol.in l.poſt legatum.ff.de his quib.
vt indig. ſimiliter impugnans ſic teſtamentum an poſſit
ex eo commodum reportare, vide in diſcurſu per tot.ti-
tul.ff.& C.de his quibus vt indign. & pleniſſimè in omni
materia per Felyn.in capit.capitulum, colum.10.& ſe-
quent, de reſcript.communis enim regula eſt † non pa-
rentem præcepto teſtatoris, priuari commodis ex teſta-
mento prouenientibus.l.cum pater.§.libertis, de legat.
2.& ibi docto.Aret.conſil.67.col.3.in 2.& 3.dub. Curt.
Seni. conſil.64.ad fin.nume.72. & ſequ.Pariſ.conſil.1.
nume.68.& ſequ.lib.3. Aym.conſil.24.colum.2.num.5.
& alibi etiam ſi contraueniat dando eleemoſynam An-
gel.conſil.237.Anaſtaſius, colum penult.verſ.nunc ad
ſecundum.& verſ.ſeq.

Non parua eſt contentio, ad quem autem pertineat
39 † emolumentum teſtamenti, de quo priuatus reperitur
impugnans, & inobediens teſtatori, ſi teſtator dixerit
ad eum quidem quem dixerit, pertinebit emolumen-
tum, aliàs ſeriatim ad ſubſtitutos cohæredes fideicom-
miſſarios & legatarios, iuxta text.in auth.hoc amplius.
C.de fideicommiſſ.Bartol.conſi.29.proponitur, num.3.
apertè Bald.conſil.346.quando quis priuatur, lib.4.Pa-
riſ.conſil.20.nume.63.lib.3.Bartol.in l.paterfam.ad fin.
ff.de hæredi.inſtitu.vbi & alij, & Bartol.in l.vxorem.§.
hęres, de legat.3.Ruin.conſil.87.col.2.nume.3.& conſil.
202.col.fi.num.2.lib.2.Alexan.conſ.138.oportunè con-
ſideratis.col.penult.& fi.num.24.& ſequent.lib.1. Caſtr.
conſi.221.antequàm veniam, col.2.num.3.4.lib. 2. vbi
in cohærede, & offenſo ex contrauentione, prædictis
verò deficientibus ad venientes ab inteſtato defertur,
commun.opinion.per Clar.§.teſtamentum, quæſti.69.
40 in fina. † legata verò ad pias cauſas ex contrauentio-
ne implere debentis ſpectant ad epiſcopum diſtribuen-
da, vt conuenit Abb.conſil.40.venio ad primum, ad fi.
lib.1.

41 Quid † de tutore legatario, fideicommiſſario, vel
ſubſtituto pupillariter, & non parente teſtatori in ſuſ-
cipiendo tutelam, vel curam impoſitam à teſtatore,
vide l.Neſennius, & ibi Bartol.ff.de excu.tut.Bartol. &
alij in l.ſi legatarius.C.de lega.text.& doctr.in l. etiam
ſi partis.de leg. primo, Roman.conſ.207.220.234.An-
gel.conſil.166.Dec.conſ.178.col.fin.conſil.192.colum.
2.& ſequ.Ange.Aret.tract.de teſta.gloſ.96.numero 7.
Ruin.conſ.38.colum.2.num.3.conſil.49.col.2.nu.4.lib.
2.Crot.conſ.378.

42 Fiſco † quandoque ea deferuntur, quæ ab indignis,
ſeu aliquo modo priuatis auferuntur ſpectantia ex te-
ſtamentis: huius enim ſpeciei caſus aliquos vſu con-
tingibiles recenſebo, de quibus primum eſt generalis
doct.per gloſſ. Bartol. Bald.& ali.in l.hæreditas.C. de
his qui.vt indi.& in l.Papinianus. §. meminiſſe. ff. de
inoffic.teſtam. tradita per longas diſtinctiones ibi vi-

 dendas,

43 dendas, datur & † caſus, quo aliquis inobediens pri-
uatus eſt emolumento dato per teſtamentum, & in
eo non eſt qui ſeruare poſſit voluntatem teſtatoris,
ideò id ablatum tanquam ab indigno applicatur fiſco
per l. proximè, de his quæ in teſta. delen. & l. cum
quidam de his qui. vt indign. tradit Oldr. conſilio 16.
thema.tale eſt, Titius.col.fin.verſic.ad tertiam quæſtio-
nem, hoc ſanè præſupponit illum indignum & priua-
tum acquiſiuiſſe, vel poſſe acquirere ex teſtamento,
& quòd hæredis inſtitutio teneat, aliàs in pro non ſcri-
44 pto, † vt quando eſt inſtitutus ſpurius, non venit fiſcus:
ſed certi venientes ab inteſtato, vt per gloſſ.Bart.Bal.
& ali.in l.ſi pater.C.de hæred. inſti. & in d.l. hæredi-
tas, & Corn.conſil.310.colum.2.verſi.tamen hic, lib.1.&
conſ.222.verſ.in hac conſultatione, col.2.verſ.item in-
45 fertur, lib.4. Vnde † relictum ſpurio fiſcus non aufert,
niſi duobus concurrentibus ſ.quando clam eſt factum
relictum, & hæres ſcriptus fidem præſtitit de ſoluendo
relictum ſpurio, Dec.conſil.311.ad fin. Socin.conſil.84.
col.1.lib.4.Bar.conſ.119.cuius quidem hæredis confeſ-
ſio de hoc facta etiam abſente fiſci procuratore pro-
deſſet fiſco. Franc.de Ramponibus inter conſi.Calder
titu.de teſta.conſ.25.& Corn.d.conſ.310.col.3.verſic.&
46 text.li.1.vbi † autem ſpurius palàm eſſet inſtitutus à præ-
tenſo patre, etiã ſub nomine matris.ſ.talis filius dominæ
Bertæ, fiſcus nihil haberet in hæreditate agere, vt latè
contra fiſcum reſpondit Alex.conſi.202.perſpectis ver-
bis, lib.6.

47 Idem † quando hæreditas, fideicommiſſum, vel le-
gitima non acquiſita bannito, ſed ſub ſpe, & conditio-
ne, & non agnita exiſtat, & non debetur fiſco etiam
ſub confiſcatione bonorum, vt hæc ſint bona condi-
tionalia, l.ſi mandauero §.ſi cuius bona.ff.mand.Bal.
conſilio 27.ad dictum condemnatum, libr.4.& conſil.
399.ſtatuto.ad fin.libro 3.plenè in fideicommiſſo con-
ditionali, Roma.conſi.247.primò dici poteſt, Alexan.
conſil.23.colum.2.nu.8.& ſeq.lib.1.Iaſ.in l.fin.ſed quia,
colu.1.commun.de lega.latè diſcurrit Ruin.conſil.124.
col.2.num.5.& ſequent.& conſil.129.colum.2.num.3.&
ſequ.libr.2.& conſil.123.col.penult.& fin.libro 4.& latè
Dec.conſil.438.colu.fin.vnde Bald.in l.legatarius.ff.de
48 excu.tut.arguit ex illa lege, quòd † propter delictum hæ-
redis non cõfiſcantur bona ſubiecta reſtitutioni, ita not.
quod quis retinet per alium, quod per ſe non retinet, itẽ
49 † quando bona cõditionalia non veniant in confiſcatio
ne, vide plenam apoſtill.per Alex.ad Bart.in l.quod tra-
ditum, ad fi.de condit.& demonſtr.& Boſſi.tract.crimi.
titu.de bonorum publica.num.27.de his aliqua plus re-
miſſiuè, quàm reſolutiuè more ſuo tracta. Marzar.de fi-
deicommiſſ.par.2.q.47.

50 Idem † de bannito ante mortem patris, quòd hæ-
reditas paterna non pertineat ad fiſcum, ſed ad filium
banniti.l.ſi qua.& ibi Bart.& Bald.ff.de iur.perſo.Alex.
conſilio 75.colum.fin.numero.19.20.libr.primo.ita eſ-
ſe veriorem & magis communem opinionem, dicit
Ruin. conſilio 49. columna ſecunda, & Iaſo. conſilio
166.col.3.ſub ver.quartò facit.lib.2.

51 Quoniam † fiſcus habetur loco hæredis extranei, ideò
confiſcatis boni filij hæredis patris habentis matrem re-
lictam vſufructuariam omnium bonorum, ſtante filio
hærede, debentem conſequi ſolùm alimenta per con-
ſuetudinem Bulg.per gl.in authen.hoc locum.C.ſi ſe-
cun.nupt.poſtmodum ſuccedente fiſco debet ipſa ma-
ter conſequi integrum vſumfructum, vt bene declaran-
do probat Curt.Seni.conſilio 14.concluſionem hanc fir
mando, quæ non tranſeunt in extraneum hæredem, non
tranſire etiam in fiſcum; quæ verò tranſeunt, pariter &
in fiſcum tranſire, tenet Boſſi.dict.tit.de bonorum pu-
blica.nume.16.eſt text.in l. in facto.§.fi.de conditio.&
52 demonſtr.& conſequenter † filius bannitus capitaliter,
cùm in teſtamento patris fuerit præteritus, & nulla bo-
na in ciuitate reliqueri., ideò ſucceſſorem non habeat.
l.lex Cornelia, de vulga.& pupill.& ibi Bald.Imo.& Ale
53 xan. † fiſcus eius nomine non poteſt dicere teſtamen-
tum paternum nullum, & ſic eius ſucceſſionem obtine-
re non poteſt ex perſona banniti, cùm cauſam lucrati-
uã habeat, ſibi obſtat ex perſona auctoris exceptio doli
mali.l.apud Celſum.§.de auctoris, de excep.doli firmat
Bal.in d.l.ſi qua pœna.verſic.ſed quæro pone. de his qui
ſunt ſui vel alien.iur.ſequitur Aret.in l.ſi quis mihi.§.ſer
uus, ad fin.ff.de acquir.hæredit.Iaſ.in l.ſi filius qui patri,
col.3.ver.ſeptimò limita.de liber.& poſthum.refert, ſed
inuolutè Boſſi.d.tit.de bon.publica.ſub nume.17.idem
pro ſingulari ponendo bis firmat Fran.Cremen.not.12.
& not.89.

54 Incidenter quæritur † de iuribus fiſci, ſeu aliorum,
quando euenerit aliquem fuiſſe impeditum condere te
ſtamẽtum, ſolutio remittitur ad not.in l.1.ff.ſi.quis aliq.
teſta.prohi.adde Anch.conſ.337.de efficacia, Alex.conſ.
172.lib.5.Corn.conſi.150.ad fin.conſil.209.col.5.& ſeq.
55 libro 2. † quæ neceſſariò ſint probanda plenè examinat
Pariſ.conſil.67.nu.30.& ſeq.per tot.libro 3.& Meno.de
arbitr.iudi.li.2.cent.4.caſ.395.

56 Si quis demum † non paruerit appoſitæ conditio-
ni, vel modo, & teſtatoris voluntati, attamen emolu-
mentum ſibi teſtamento relictum conſecutus fuerit,
nunquid hoc retinere debeat. Dico equidem, quòd
is, cui tali caſu contrauentionis applicati debeat emo-
lumentum ipſum, poteſt illud repetere, & conſequi con-
dictione ſine cauſa, vel ob cauſam per tex.in l.liberto.
§.Lucius, de an.le.& ibi gl.in verſ.vtili repetitione, per
l.ſi hæres.ff.de cond.ca.da.& l.quidam reip.de vſuf.leg.
ibi alle.in ſpecie firmat Alex.conſi.102.col.2.verſ.ſecun
do principaliter.& col.3.verſ.actio autem, lib.2.ita ex fa
cto reſpondit conſi.179.nu.24.lib.1.facit l.ſi ſponſus, ad
fin.ibi cæterùm indebiti fideicõmiſſi eſſe repetitionẽ.
ff.de dona.inter vi.& vx. & in ſpecie ſcripta per Cum.
57 conſ.107.ſub verſi.ad propoſitum igitur, idem † ſi poſteà
apparuerit teſtamentum inualidum, legatorum ſolutorũ
datur repetitio.l.cum filius.§.fin.de legat.2.& l.2.ff.de
cond.indeb.vbi tex.apertus.

58 Veruntamen & tertio † non omnis, non ſemper vo-
luntas teſtatoris ſeruanda vel ſequenda eſt, alibi in ſupe-
riorib.dictum eſt, & ſuo etiã iſto loco repetitur, quòd nõ
omnis voluntas patris eſt eius teſtamentum, nec omnis
eius voluntas eſt ſequenda per filium, dicit Bal.in l.1.§.ſi
defunctus.ff.de reb.eo.non eſt ſequenda voluntas teſta-
toris, quæ non tranſit in diſpoſitionem Bald.Bart.Imo.
in l.cum quidam filiumfa.ff.de hære.inſti.Alex.conſil.55.
col.3.ſub nu.9.lib.3.Iaſ.conſil.29.col.pen.ad fin.libro 3.
Deci.conſ.465.nu.7.Pariſ.conſ.89.col.pen.nu.33.lib.2.
cum concor.per Tiraq.in l.ſi vnquam, verſi.libertis.nu.
20.& ſeq.de reuoc.donat.& gloſ.in l.1. C.arbit.tut.&
quę non valet circa ea in quibus non poteſt teſtator diſ-
ponere, vt quamplurimos caſus enumeraui, & probaui
ſuprà lib.2.interp.2.dubit.ſecunda, ſolut.2.quos in ſum-
ma adhuc referam tendere ad hæc, quando diſpoſitio te
ſtatoris eſt contra leges vniuerſales, cõtra bonos mores,
contra publicam vtilitatem, irrationabilis, illicita, viam
aperiens ad delinquendum, impoſſibilis, nuda, vana, do-
lum fraudem continens, ſingula quoque hæc aliquorum
exemplorum inſertione breuiter explicabo.

59 Nàmq; contra † leges in eo, quòd prouident in vni-
uerſo, & ad publicam vtilitatem, vel reſpiciũt formam,
vel ſolennitatem actuum, volũtas teſtatoris non eſt ſer-
uanda.l.nemo poteſt.l.ſi quis inquilinos.§.fina.de leg.
primo, & ibi latiſſimè doct.& Luc.de Pen.in l.1.colum.
4.& ſeq.C.de expenſ.lud.libr.11.alibi dixi, & repeto in
60 ſpecie plura notabilia ſua dicta, quòd † teſtator non po-
teſt facere quod leges, & qui eſt miniſter legis, & qui
poteſt



poteſt interdum ſupplere, interdum interpretari leges,
in ſuo teſtamento locum non habeant, per d. l. nemo
bene facit & l. teſtandi.C.de teſtam.& d.l. ſi quis inqui-
linos.§.fi.de legat. primo & ibi latiſſimè doct. namque
61 † voluntas teſtatoris iuri contraria, illicitum continens,
vel inepta non ſeruatur, per l.1. in prin. C. de vſur.& l.
ſeruo alieno.§.fi.de lega.primo, quinimò ſubiungit, ſi à
principio talis voluntas non ſit cõtra ius, vel illicita, ſed
poſteà curſu temporis detegatur iniuſta, & illicita venit
tunc non ſeruanda, vel moderãda per capit ſuggeſtum,
62 de deci.inferendo etiam ad quæſt. † legati poſſeſſionis
Eccleſię facti, vt eius fructus expendantur in ornamen-
tis Eccleſiæ, quæ ſi abundet ornamentis, & fructus poſ-
ſeſſionis relictæ neceſſarij ſint pro alimẽtis rectoris Ec-
cleſiæ, ita volũtas teſtatoris in hoc non ſeruatur, ſed lex
Dei, qui præcipit, vt qui altari ſeruit, paſcatur ex ipſo, &
ſic fructus in alimẽtis rectoris cõuerti poſſint, vt ibi per
eũ, toties enim ſecundùm voluntatem teſtatoris quis fa-
cere cõpellitur, quoties contra legem nihil ſit facturus,
pex tex.in l.ſi quis eum, de cond.& demon.& ibi Bar. &
alij not.quòd volũtati defuncti non paretur, quæ ſit cõ-
tra legem. Confirma & præ dicta per d. cap. ſuggeſtum,
quòd ſecundum varietatem temporum variat interpre-
tatio diſpoſitionis, ita Bal.in l.ſi paterfa. in quarto nota.
ff.de hæredibus inſtituendis.

63 Contra † bonos mores teſtatoris voluntas ſeruanda
non eſt, d.l.ſi quis inquilinos, §.pen.ibi conuenit exem-
plum, quando quis ſcripſerit vel etiam turpe aliquid, &
ibi gl.in ver.turpe, pro exẽplis allegat. l. ſeruo alieno.§.
fin.de legat.1.de ſuperuacuis impenſis & ineptijs circa
ſepulturam, & funus, & l.filiusfam.§.ædes, eo. de ædib.
deſtruendis, & l.quidam, in princ.de condi. inſti. de ſuo
cadauere, ſuis reliquijs proijciendis in mare & vide l.re-
prehendenda, de inſt.& ſubſti.de diuortio faciẽdo inter
coniuges, vel aliâs quid probroſum, vt l.1.in fi.C.de his
64 quæ pœn.nom.§.fi.in fin.inſtit.de leg. † prout nullã vim
habet pacta, quæ fiunt contra bonos mores, l. pacta quæ
contra.C.de pact.& ibi gl.dat exemplum, quando ſit de
futura ſucceſſione.l.fin.C.eo.& expreſſius in l.ſtipulatio
hoc modo concepta, de verborum obligationib.cũ alijs
ibi ſignat.in gl. & Bald.in rubric.C.de condict. ob turp.
cauſ.in d.l.pacta quæ, & ibi Alex.& Iaſ.& Dec.declarãt,
65 † qui dicãtur boni mores, de iure ciuili, quicquid eſt im-
probum, & inhoneſtũ dicitur contra bonos mores, de iu
re canonico, quidquid inducit peccatum eſt contra bo-
nos mores, vtroque autem iure apud nos crederem vo-
luntatem teſtatoris non eſſe ſeruandam, quæ tali vtroq;
iure eſſet cõtra bonos mores, quia tale vtrumque ius te-
nemur ſeruare.

66 Contra † publicam vtilitatem non eſt ſeruanda vo-
luntas teſtatoris, quando impedimentum præſtat ma-
trimonio contrahendo, vt l. quoties. l. cùm ita lega-
tum. & l. hoc modo, de conditio. & demonſtr. in caſu
quo teſtator mandauit ſuos deſcendentes, tam mares
quàm fœminas debere matrimonium contrahere cum
mercatoribus, ſeu filijs mercatorum, & non cum alia
qualitate perſonarum, vocatis intereſſatis, ad quos ſpe-
ctaret commodum per contrauentionem, iudicem de-
bere tale præceptum, tanquam repugnans vtilitati
publicæ pronuntiare non eſſe ſeruandum, & poſſe con-
temni ex facto reſpondit Oldra. conſil. 16. thema tale,
Titius.in fi. per l.qui teſtamento.ff.de excuſ.tuto.& leg.
ſi id quod.§.doli, de iuriſdictio.omnium iudicum, vbi
iudicis iuſſu excuſatio profutura eſt, facit ratio, ea
enim quæ communiter &c. authen. res quæ. commun.
de lega.

67 Irrationabilis, † & illicita voluntas teſtatoris non
eſt ſeruanda, in caſu. l. paterfamilias. ff. de hæredibus
inſtituendis, vbi duobus hæredibus in teſtamento præ-
cepit teſtator monumentum ſibi conſtrui, & ſi alter
eorum deficeret, quò ambo eſſent hæreditate priua-
ti, vno repudiante hæreditatem, altero conſtruente
monumentum, is qui paruit teſtatori, habebit hæredi-
tatem, quòd verò priuetur facto alterius, in hoc teſta-
toris (ſi quæ videretur) voluntas non ſeruatur, quia ir-
rationabilis & illicita eſt, per textum ibi & Bartol. &
Imola dicunt, & per ſcripta à Menoch.conſil.99.num.
117.118.119. & 120.& Socin.conſil.21.colum.fin.nume.
68 20.lib.3. † ſicut mandatum ſuperioris non adimpletur,
vbi ratio non adimplendi reddi poteſt.gloſſ.fin. in cap.
cum teneamur, de præben.dicitq; Clar.in ſuo §.teſta-
69 mentum, quæſt.50.ſub verſic.pone ergo, † quòd irra-
tionabilis eſt diſpoſitio teſtatoris, quæ turpem perſo-
nam prætulit fratri conſanguineo, vel ſorori, ideò fra-
tris, vel ſororis teſtamentum continens hæredem inſti-
tutum infamia, vel turpitudine, vel leui nota macula-
tum poteſt infringi ab altero fratre querela inofficioſi
teſtamenti per text.in l.fratres.C.de inoffic.teſtament.
& ibi latè Docto.& in propoſito Iaſ.conſil.71.nume.2.
70 lib.1.dicit † quòd à fratre hæres inſtitutus dicitur turpis
perſona, qui ſit filius ſacerdotis, & qui ſit excoriator
equorum, luſor, ebrius, diſſolutus, malæ & inhone-
ſtæ vitæ: mulier adultera, ſcortum faciens, mimus in-
famis ipſo iure, vel per ſententiam, item diffamatus
de aliquo crimine, putà homicidio, rapina, furto, fal-
ſitate, vel alio ſimili, quanuis non ſit condemnatus, &
diffamatus apud bonos & graues viros, & vſurarios, con
cubina, vel dãnatus ex vulnere, vt ibi per eum, &
probatur ex verbis textus in dicta l.fratres, ibi, vel le-
uis notæ macula, per Pariſ.conſilio 64.numero 12.&
13.lib.3.& plenè Decius conſil.530.columna 1.vbi in ſpe
cie contra inſtitutum habentem vxorem, & tenentem
concubinam, de ſpurio inſtituto, quòd ſit infamis. Cur-
tius Iunior conſil.136.colum.fin.nume.2.etiam ſi legiti-
matus ſit, latiſſimè Celſ. Hugo conſil.73.de vſurario,
per Matheſi.not.49. De inſtituto tamen ab his ſimili-
bus defenſo per Grat.conſil.6.lib.2.per Bero. conſi.19.
lib.2.de ſpuria nupta viro legitimo & naturali defenſa
per Anchar.Regien.quæſt.60.num.4.& ſequent.part.2.
de excommunicato excommunicatio. maior inſtituto
Vall.conſil.95.num.25.lib.4.

71 Viam † aperiens ad delinquendum, voluntas teſtà-
toris non eſt ſequenda, vt quando obligatum ad red-
dendum rationem adminiſtrationis teſtator liberat à
confectione inuentarij, & à redditione rationis. Diſpo-
ſitio huiuſmodi nàmque ſeruanda non eſt, quin ſaltem
fiat aliqua diſpoſitio bonorum, prout iudex arbitrabitur
cedere, puta, ad vtilitatem pupilli, Baldus ſub num.4.
Salyc.ſub num.5.in l.fin.C.arbitr.tute.Gualden.de arte
teſtan.tit.7.cau.3.nu.4.præter alleg.per eum adde Ang.
conſi.144.reuocatur, in fin.Bart.in l.nemo poteſt.num.
12.& ibi ali.de legat.1.Aymo conſilio 193.nume.10.pro
communi ponit Clar.ſuo §.teſtamentum.in quæſt.66.
ad fin.

72 Pone quòd † teſtator mandauit ſuæ vxori, quòd de-
beret ſuis hæredibus reuelare & manifeſtare aurum,
argentum, iocalia, & alia ſua bona mobilia, poſteà in
codicillis releuauit eam à tali manifeſtatione ei legan-
do quicquid acceperit, & alienauerit de dictis bonis
mobilibus, nihilominus poteſt cogi hæc legataria re-
uelare dicta bona, & ſibi in hoc non ſeruatur volun-
tas teſtatoris ne inuitetur ad delinquendum, per l.pri-
mam. C. de vſufruct.& l.ſcire, vt in poſſeſſ. legat. fir-
mat Guid.Papa, in quæſtio.515.teſtator, facit quod in
ſimili dicit Caſtren. in l. quem hæredi.in fin.de rebus
dub. quòd teſtator dixerit alicui negotium aliquod,
quod teneret in ſecreto, & nulli diceret, & is morte
præuentus non expedierit quid teſtator ordinauerit:
ſed in ſuo teſtamento manifeſtauerit ſuo hæredi per
eum expediendum, id proinde non habet vitiare pro-

pter iuſtam cauſam, quia ſemper non eſt parendum voluntati teſtatoris.l.in confirmando.ff.de confirm.tuto. vt ibi per eum.

73 Impoſſibilis, † nuda, vana, parum proficua teſtatoris voluntas non eſt ſeruanda, vt de conditionibus impoſſibilibus, vel deriſorijs eſt text.in l.1.& ibi gloſſ.& doctores, & in l.conditiones.de conditionib.inſtitu.vt de præceptis nudis abſque cauſa.l.filiusfamiliâs.§.diui. de legat.primo, l.pater filium.§.Iulius, de legat.tertio, & in his locis pleniſſimè doctor.tradunt, parum proficua non ſequenda, vt ſi cognouerit iudex non expedire quod teſtator iuſſerit circa ſuos filios pupillos, vt l.Quintus.§.nec tamen ſemper, de annu.lega.vt propter iuſtã & euidentem cauſam debet fieri diuiſio, vel alienatio, quam teſtator prohibuerat fieri de bonis communibus cum pupillo, perpulchrè tradit Aret.conſil.22.col.pen. & hoc ex arbitrio & poteſtate, quæ iudici ipſi à iure tributa eſt pro vtilitate minoris, ſequitur Aymo conſi.190. nu.9.conſi.193.nu.10.& latè Thoma.Gramma.deciſ.7. hoc ſanè conceditur quando conſtat iudicialiter de noua cauſa ſuperuenienti ignota teſtatori, quam ſi ſciuiſſet, veriſimiliter iuſſiſſet prouideri, prout iudex ob ipſam cauſam de nouo apparentem mouetur prouidere pro vtilitate minoris, ita Dec.conſ.349.col.3.nu.5.Gramma.& Aymo referunt per textum apertum in l.in confirmando, in l.vtilitatem, de confirmatio.tuto.dixi iudicialiter, per gloſſ.fin.in d.l.vtilitatem, illa verba, eorum quæ ipſe prætor de tutore compertas habet exponentem, id eſt, nouit vt iudex, per l.illicitas.§.veritas, de offic.præſid.& per text.in d.l.Quintus.§.nec tamen ſemper, de annu.lega.veluti ſi prætor doctus ſcit non expedire &c.bene ſentit Bal.conſ.75.ſpurio, ad fin.li.1.tunc enim voluntati teſtatoris ſtatur, quando filio vtique rectè proſpexit.l.3.§.1.ff.de admi.tut.

74 Dolum, † fraudem continens teſtatoris voluntas non eſt ſeruanda, quando conſtare poteſt etiam coniecturis, indicijs, & legitimis præſumptionibus, dolo, fraude, delinimentis, inſtigationibus, machinatione, & ſimulatione quorundam teſtatorem fuiſſe inductum ad faciendum teſtamentum, relinquendo ipſis doloſis, vel alijs ſuis, priuando, vel ſuccedentes ab inteſtato, vel hæredes ſcriptos in primo teſtamento, dolus primùm & fraus probatur indicijs, coniecturis, & præſumptionibus, per text.& ibi omnes not.in l.dolum.C. de dolo.& in ca.2.de renunti.in 6.gl.& Bart.in l.apud Celſum, in princ.ff.de except.doli, Decius conſ.337.in fin.Calca.conſ.23.col.1.Iaſ.conſi.25.ad nu.2.lib.1.conſ. 141.col.2.nu.4.lib.eod.Pariſ.conſ.83.nu.47.lib.3.Aym. conſil.143.nu.12.libro 4.& alibi paſſim docto.firmant:
75 nam † ex introitu mariti clam & occultè ad cubiculum vxoris infirmæ teſtantis, & ſuper eius faciem importunè aſtantis, & rogantis enixè, vt ſibi faceret legatum de vna domo, probari dolum mariti, & tale legatum inualidum confirmat conſ.Neapol. per Afflict.deciſ.69.nu.
76 7.& ſequent. † item ex eo quòd quidam ſatis locuples habens filium ex prima vxore, eum plurimum amabat, ſumptuosè veſtiendo, & curando eum matrimonio collocari cum puella ex nobilioribus de loco eam dotando de ſuo, & multas expenſas circa filium & nutum faciendo libentiſſimè, & ex eo viſis nepotibus maſculis, & filio aduerſus patrem nullum vnquam ingratitudinis ſignum oſtendente, ſed nouerca ſubducta filium talem, & nepotes ampliùs in ſuam domum introire noluit, eis quid non dando, niſi parum, & occultè neſciret nouerca, & in ſuo teſtamento huic filio ex primo matrimonio in totum patri ab inteſtato ſucceſſuro per ſtatuta loci de ſuo non relinquendo vix quartam partem legitimæ, amplum legatum faciendo nouercæ, vniuerſalem hæredem inſtituit filium ex nouerca, & alios filios ex ea naſcituros aliâs excluſam ab inteſtato, & ſolùm dotandam ſtante filio maſculo per dicta ſtatuta, binas renuntiationes bonorum paternorum & maternorum à dicto filio primi matrimonij vlteriùs extorſit.pœnis impoſitis ipſi filio ſi contraueniret renuntiatis, applicandis filijs dictæ nouercæ ſecundi matrimonij, & attenta communi conſuetudine prudentium hominum in ſuis teſtamentis inſtituendi hæredes filios maſculos, & filias ſolùm dotandi, ex huiuſmodi facti ſpecie, ex facto reſpondi dictum teſtamentum, & renuntiationes tantùm præiudiciales filio primi matrimonij, doloſis delini mentis, inſtigationibus & machinationibus nouercalibus probari factum per patrem, & extortas per text.in l.prima, ibi ex facto intelligitur cum ſign.ibi in gloſſ.verſi.ex facto, per Bart. & Cuma.numero ſecundo, ff.de except.doli, & per text. in l.non eſt enim.ff.de inoffic.teſtamen.& ibi Alber.no
77 tat veridicam legem, quæ dicit † parentes moueri ad iniuriam filiorum propter blanditias, & deceptiones nouercarum, & quòd tales blanditię habent intra dolum admiſtum, & ibi Fulg.ſub l.ſecunda, numero ſeptimo, dicit hoc procedere, quando hæreditas illa aufertur cui debita eſſet, & ibi Caſtrenſ.numero ſexto, not.l.contra nouercas, vt pręſumantur inimicę priuignorum, & quòd
78 † quicquid facit pater contra filios habẽtes nouercam, præſumatur feciſſe ſuaſionibus nouercalibus, & ſic non debet tolerari dicit ipſe, & probatur hoc vltimum dictum, quòd non debet tolerari per text.ibi, non eſt enim conſentiendum parentibus iniuriam &c. idem ibi Curt.Iun.conſilio octauo, not.& Hierony.Cagn.
79 numero nono, inferentes etiam † renuntiationes factas patri de hæreditate paterna per filios, ſeu filias habentes nouercas præſumi factas propter inſidias nouercales, & hoc haberi per præſumptiones legum, quæ dicuntur liquidiſſimæ probationes, per l.licet Imperator, & ibi gl.Alexand.& Iaſo, de legat.primo, & l. ſi quis locuples.ff.de manumiſſ.teſtamen. ideò de facili infringuntur, dicit ipſe Cagno.idem fortiùs dicendum eſt de teſtamento patris auferente hæreditatem paternam filio habenti nouercam, de quo expreſſim loquitur dicta l.non eſt enim, concurrentibus maximè factorum qualitatibus ſuprà enuntiatis, vel ſimilibus etiam aliter extrinſecè non apparentibus, quòd nouerca inſtigauerit & induxerit patrem ad priuandum filium primi matrimonij ſuis bonis, quia ſat eſt quòd pater filio ſubduxerit nouercam domi exiſtentem, iuxta carmen Virgil. *Eſt mihi námque domi pater & iniuſta nouerca*: & exinde legis præſumptionem Caſtrenſ. Curt. Iun.Cagnol.& alij inducunt in d.l.non eſt enim, & ibidem Ang. dicit per illam l.obtinuiſſe hæreditatem pro quibuſdam pauperibus, quibus fuerat ablata falſis perſuaſionibus propinquorum teſtatoris, vt ibi per eum.

80 Itaque † teſtamentum dolo alicuius conditum non eſt ſeruandum, nec tolerandum, per dictam legem primam, de except.doli, vbi quidem dolo ſit, tam in contractibus, & teſtamentis, quàm in legibus, l.Lucius.§.Sempronia.de legat.ſecundo, & per clariorem text.in §.hæc autem diſpoſuimus, ibi & talem quidem ſcripturam, quia dolo eam, & machinatione quorundam compoſitam fuiſſe comperimus, nullo modo permiſimus obtinere, in authent. vt cum de appella. cogn.& per Caſtrenſ. in dicta l. ſecunda, numero ſexto.ff.de inofficio. teſtament. dum ait, & ſic non debet tollerari, & Iaſo.in conſi.141.viſa longa, colum.2.ſub num.3.li.quarto, & ex inſtigationibus nouercalibus per Gramm.deci.55.in princip.ex importunis perſuaſionibus mariti, per Afflict.d.deciſ.69.nume.
81 ſeptimo, vſque ad fin. idem ex † importunis precibus vxoris legatum ei factum per maritum non valere, Tiber.



Tiber.Decian.conſil.32.num.22.lib.3.ad idem & conſi.
82 65.nu.2.& ſeq.libr.2.& per plura † teſtamentum matris ſolùm filio maſculo relinquentis legitimam, & inſtituentis filiam hæredẽ vniuerſalem, ei ſubſtituendo fratrem, huius quidem fratris dolo & inſtigatione non valere, non fore ſeruandum egregiè probat Socin.Iun.conſil. 50.col.prima, & ſequent.libr.tertio.idem ſentit Aymo conſil.143.nume.8.9.& 10.his denique perbellè concinit ſententia Ciceronis per hæc verba, Mihi quidem etiam veræ hæreditates non honeſtæ videntur, ſi ſint malitioſis blanditijs officiorum, non veritate, ſed ſimulatione acquiſitæ. Hæc ille in tertio libr.de officijs, ſub cap. incipien. quæ dijudicanda ſunt, & ſenſum teſtatoris iniquum ſequi non debemus, inquit Soci. conſ.21.col.2.ſub nu.7.lib.3.facit text.in l.facta.§.ſi verò turpis.ad Trebellianum.

Quanuis prædicta de dolo, videantur habere lo-
84 cum quando † dolo eſt inſtitutus hæres, vel commodum ſentit ex teſtamento, non verò quando alius ſen-
85 tit commodum, † cui alienus dolus nocere non debet.l.ſi procurator.in princi.ff.de except.doli cum ſimilib.& † veniens ab inteſtato contra teſtamentum dolo conditum patris eius annullatione, quaſi neceſſe habeat ſupplicare Principi ſecundum Bald.in l. ſi frater.C.qui teſt.face. poſ. aſſerentem Bartol.in l. 1.§. fuit quæſitum.ff.ad Trebell.ſentire ſucceſſuros ab inteſtato non expugnare tale teſtamẽtum, tamen & idem dicendum eſt, quando alius ex teſtamento dolo etiam alterius condito in perniciem alterius vocati ab inteſtato acquirit ex tali dolo, qui eſt immediata cauſa ſuæ acquiſitionis, tũc ei dolus iſte nocet, ex opin.Petri Cyn. & omnium tenet Barto.in l.fin.col.1.nu.7.ff.ſi quis aliq. teſta.prohi.idem probat Saly.in l.1.num.4.verſ.in contrarium.C.eo.quòd ab inſtituto aufertur, non quia ipſe deliquerit, ſed propter vitium ipſius actus, idem ibi Ca-
86 ſtrenſ.tenet hac ratione, quia ſicut † dolus tuus nõ debet mihi nocere, ita non debet eſſe cauſa mei lucri per allega.ibi per eum, adde text.apertũ in l.1.in fin.ff.ſi vent. nomi.muli.in poſ.eat.ita eſt comm.opin.per Bartol.& Caſtren.in locis hîc alleg.meritò Fulg.Alexan.& Corn. in d.l.ſi frater, firmantes quòd Bartol.nihil contrarij de hoc dicit in d.§.fuit quæſitum.& ſequentes Bald.in prima ſua opinio.tenent ſatis eſſe ſucceſſuros ab inteſtato contra tale teſtamentum iuuari actione de dolo, vel in factum, argum.l.Lucius.§.Sempronia, cum glo.ibi de leg.ſecundo.l.prima.ff.de dolo, & l.qui nomine, de falſ. Angel.Caſtren.& alij in d.l.non eſt enim de inoffic.teſtamen.qui tex.ſanè.loquitur generaliter, vbi filij iacturam patiantur in hæreditate paterna teſtamento patris corrupti inſtigationibus nouercalib.generaliter etiam loquitur text.in d.§.hæc autem diſpoſuimus, ibi, quia dolo eam & machinatione quorundam, &c.in authent.vt cum de appel.cogn.generalia quoque ſunt verba edicti de dolo.ſ.quæ dolo malo facta eſſe dicentur, ſi de his rebus alia actio non erit, & ſi iuſta cauſa eſſe videbitur, iudicium dabo.vt l.prima, in princ.ff.de dolo: iure entm merito licet hæc non allegando competere actionem vel exceptionem de dolo, ſi ad commodum alterius dolo malo alicuius teſtamentum fuerit factum vel mutatum, tenet Gualden. de arte teſtan. titu.11. caut. 4. num.4.

87 Atque † per ſententiam iudicis in totum, prout teſtamentum dolo factum compertum fuerit, vel etiam in parte reſcindi, poteſt, not. Bald. in l. cum duobus. C. de inoffic. teſtamen. cum alijs refert & probat Af-
88 flict. d. deciſ. 69. iam dixi in propoſito † iudicem in cauſa coram eo vertente habere poteſtatem interpretandi leges & canones, gloſſ. in cap.1. de poſtu. præl. cum concord.ibi per Dec.num.39.& in cap.intimaſti, colum.1.de appell.Franch.in cap.cum ſpeciali, colum. 2.ad fin. eo.Natt.conſilio 282.in fin. necnon aduerſus geſta per dolum etiam in teſtamentis plenè per leges prouiſum eſt to.tit.ff.de dolo, & de except.do.& ſi quis aliq.teſtam prohib. ideo ad illud, quod de hoc ſit ſupplicandum Principi ſecundùm Bald. in dicta leg.ſi fra-
89 ter. reſpondetur quòd † fruſtrà imploratur à Principe, quod à lege conceditur, l.1.C.de theſau.lib.10. fruſtráque petitur pronuntiari per iudicem ſuper iure legis ſcriptæ dicit Bald.in l.ſuus hæres.ſub num.1.C.de repu. hæred.

90 Licet quoque † pater habens filios & primi & ſecundi matrimonij ſola legitima relicta filio primi matrimonij, in reliquo poſſit ſuo teſtamento vniuerſalem hæredem filium ſecundi matrimonij ſibi forſan magis feſtiuum, & dilectum inſtituere, & tale ſuum valeat teſtamentum ex licentia conceſſa per text.ex §. fi. in authen. de nupt. Aymo conſil.193.num.2.plurimum tamen verſando in facti ſpecie, de qua conſultum antè dixi me reſpondiſſe, dicendum eſt, vbi ex factorum circunſtantijs conſtare poteſt patrem ex mera dilectione paterna magis erga filium ſecundi matrimonij, quàm erga filium primi nouercali inſtigatione aduerſus primi matrimonij filium euidenter ceſſante motum fuiſſe ad relinquendum plus filio ſecundi matrimonij, tunc ſuum teſtamentum permiſſum eſt cum pluribus, animaduerſionibus, & adhortationibus de æqualitate ſeruanda inter omnes filios, imitando legem eos vocantem ab inteſtato æqualiter, vt multum affectuoſè præſuppoſitum, ſcriptum & replicatum reliquit Imperator in tex. dict. §. fina.in authen.de nupt. verum vbi totum contrarium conſtare poteſt.ſ.multam dilectionem paternam erga filium primi matrimonij, ſtatim ex inductione nouercæ eſſe verſam in odium contra filium ampliùs non admiſſum, ſuam introire domum, quæ tota imperata, & dominata eſt imperio nouercali, & omnis intentio paterna verſa & intenta videtur ſolùm ad priuandum filium maſculum non demeritum, & acquirendum filijs, & filiabus nouercæ ex ſecundo matrimonio etiam naſcituris, & per eum non notis, erga quos ideò non poteſt operari maior dilectio paterna per not. in l.qui filiabus, in princip.de legat.primo.Bart.conſi. 130.pater dedit, nume.2.cum ſimil. per Tiraq.in l.ſi vnquam.verſ.filios non habens, ſub num.1. de reuoc. donat. communis & ſolita inter omnes homines maior affectio erga maſculos, quàm fœminas, pro conſeruanda agnatione, l.1.§.pen.de vent.inſpi.adducit Iaſ. in d. l. qui filiabus, in prin.col.3.ad fi.item vniuerſalis conſuetudo inſtituendi filium maſculum, & dotandi filiam, & conſeruandi bona in agnatione, euidens per inſpectionem omnium teſtamentorum paſſim per docto.atteſtata, vt Sig.de Homod.conſi.172.nu.4.Soc.Iun.conſ.127. quarto, ſub numero 54.lib.primo, ſtatutum in loco vocans filium maſculum ad vniuerſalem ſucceſſionem patris ab inteſtato dando ſolam dotem filiæ fœmine extare pro publica vtilitate ſecundùm communem opinionem doctor.per Albertum Brun.de ſtatu fæm.exclu. articulo tertio, num.12.omnia hæc in ſpecie illa poſt ſubducta nouercam in perniciem filij maſculi primi matrimonij, & trium ſuorum filiorum maſculorum retrorſum acceſſerunt nam dimiſſo filio maſculo prius gratiſſimo, & nepotibus maſculis ex eo primi matrimonij, omnis affectio paterna commutata eſt in filiam fœminam præſentis nouercæ etiam natam poſt teſtamentum, communis, ac vniuerſalis conſuetudo, ſolitum, boni mores ciuitatis, publica vtilitas conſeruandi bona in agnatione proiecta ſunt hæc in reprobatum ſenſum, quoniam maſculina proles fuit excluſa & filia fœmina inſtituta vniuerſalis hæres, & ei ſubſtituta mater ipſa nouerca, etiam legataria multorum bonorum.

Ergo in promptu & in claram facti euidentiam eſt teſtamentum hoc doloſis inſidiis nouercalib. oſtendi
91 fabricatũ:ideo.enim. cõtra ſolitũ,ſicut † inſolitus cõtrahendi modus reddit actum ſuſpectum,Bal.conſi.75.ſpurio,num.2,li.2.Petr.Gerar.ſing.77.in quacunque diſpoſitione loquamur,Curt. Iun.conſilio 132. numero 9. & eleganter idem Bald.conſil.336. aliquando diſpoſitio, col.2.verſ.in fraudibus.enim.præſumẽdis,lib.3.vbi præſumitur † fraus ex nimia affectione non communi, nec
92 laudabili,& ſic recurrendum eſt ad diſcretione virorum ſenſum habentium,ait Bald.itaq; cõtra bonos mores,& publicam vtilitatẽ ciuitatis,ſuſpectiſſimũ de corruptela mentis teſtatoris, de dolo nouercæ liquidiſſimè probato, & præſumptione iuris & factorum tot ſimilium ad idem, qualitatibus adiunctis, vt propriè loquitur text. iuncta gl.in verſi.ex facto intelligitur, in d.l.1.de except. doli, non valet tale teſtamentum, non debet ſeruari, nec nocere filio maſculo per iura ſupra alleg. & particulares deciſ. text.& ibi Ange.Caſtr. Cur. Iun. & Cagn.in d.l.non eſt enim.ff.de inoffic.teſt.Gualden. de arte teſta.tit.11.cau.4.nu.2.& ſeq.& Soc.Iun.d.conſi. 59.col.prima, & ſeq.lib.3.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris eſt ſeruanda & exequenda ab his, qui à teſtatore vel commodo,vel fiducia inuitantur,qui agnitis & acceptatis diſpoſitis per teſtatorem tenentur ſeruare eius voluntatem.*

*Et qui ſint ibid.*

2 *Ordo exequendi teſtatoris voluntatem eſt incipere ab hærede, cui ſumma totius cauſæ teſtamenti, & tota auctoritas commiſſa eſt, cui vti domino teſtamenti & emolumentorum prouenientium ex eo competit vendicatio.*

*Hæres quam authoritatem habeat, vide verbo ordo exequendi.*

3 *Voluntas teſtatoris.*

*Primò ab hærede eſt exequenda.*

*Secundò ab executoribus in teſtamento relictis.*

*Tertiò ab epiſcopo.*

*Quartò à Metropolitano.*

*Quintò à Principe.*

*Sextò à Præſide.*

*Septimò à Prætore.*

*Vltimò à Magiſtratu municipali, & ib.omnib.iudicib.*

4 *Miracula & pœnæ contra non exequentes voluntates defunctorum.*

5 *Hæres ſemper alio non expreſſo debet adimplere diſpoſita per teſtatorem, & ſuſtinere omnia onera hæreditaria, ſiue diſpoſitum ſit imperſonaliter, non exprimendo per quem, vel exprimendo abſque commodo ei relicto, & vt inf.de materia nnmc.ſeq.idem dicas de reſpectu emolumenti quod ad hæredem ſpectat, vt nu.9.*

*Et quòd intelligantur onera impoſita, vt tranſeant ad fideicommiſſarios, & ad quoſcunque tranſibit hæreditas,ibidem.*

6 *Teſtator quando loquitur, ſemper ad hæredem loqui videtur.*

7 *Onus imperſonaliter iniunctum à teſtatore videtur hæredi iniunctum, vnde relictum præſtandum ab executore dato nil ei relicto valet vti ab hærede relictum,& ei iniunctum, ibid.*

*Item alio grauato de ſoluendo hæres eſt debitor.ibidem.*

*Idem in relicto præſtanda à tutore vel curatore hæredis inſtituti vel ab executore cenſetur factum ab hærede, ibidem.*

*Idem in Eccleſia conſtruenda ſic iuſſu teſtatoris, per quem non dicentis hæres tenetur.ibid.*

8 *Onus iniunctum hæredi grauato cenſetur poſt eius mortem etiam iniunctum hæredi hæredis, exemplificando, vt ibi.*

9 *Emolumentum præſtandum de mandato teſtatoris non dicentis cui, debebitur.hæredi.*

10 *Fideicommiſſarius vniuerſalis tenetur ſubire onera, & ea exequi, prout hæres tenebatur, cum quo ad ea dicuntur hæredes,non quoad alia fideicommiſſarij & quando non ſint loco hæredis.ibidem.*

11 *Fideicommiſſarius tenetur ſeruare modum impoſitum hæredibus, & portandi nomen & arma teſtatoris, & mora purgari non poteſt, & quando, & quæ legata teneatur ſoluere, & de ordine dato à lege ſoluendi illa perſonis impoſito, & quomodo procedendum ſit,ibidem.*

12 *Legatarius de eo quod fuerit ſibi relictum, tenetur facere prout à teſtatore iuſſus fuerit, & deficiente eo cui legatarius debet præſtare legatum, id remanet penes eum nõ hæredem.*

13 *Fallit, ſi eſſet deputatus legatarius vti miniſter à teſtatore,quia tunc remaneret penes hæredem.*

*Et quomodo hoc cognoſcatur, & quando remaneat apud hæredem ſine onere, quòd ſit finitum,ibi.*

14 *Et quando videtur datus legatarius executor ad onus exequendum, vt quando ſimpliciter & imperſonaliter diſponat quid ſibi placet de re legata.*

*Et de differentijs inter hæredem & legatarium.15.16.*

15 *Hæres poteſt quandocunque vſque ad vltimum vitæ ſpiritum adimplere conditionem ſibi appoſitam.*

*Item tenetur ad omnia onera hæreditaria.*

16 *Legatarius tenetur adimplere quamprimùm poteſt, conditionem ſibi impoſitam.*

*Item maximè particularis ad aliqua onera non tenetur.*

*Fallit ſi ſit onus rei legatæ, ſuccedens in futurum poſt diem ceſſum legati declaran.vt ibid.*

*Fallit ſi onus ſpeciale ſit impoſitum legatario per teſtatorem, ibid.*

*Fallit ſi ad eum peruenerit totum emolumentum hæreditatis,& quomodo.ibid.nam tunc vniuerſaliter tenetur ad onera.*

17 *Legatarius tenetur ad onera impoſita, quatenùs capiat commodum.ſ.rei legatæ.*

*Fallit, ſi ſponte agnouit legatum continens maius onus, quàm ſit legatum, quia tenetur ad illud maius, etiamſi ſciens ſeriem teſtamenti tale onus acceptaſſet, & tale onus de iure etiam potuiſſet apponi, ibidem.cum num. ſequent.*

18 *Legatarius debet in totum, & non pro parte ſeruare onus impoſitum à teſtatore, aliàs ſeruãs ſolum per partes perdit totum legatum, & quare.*

19 *Onus aut præceptum teſtatoris impoſitum quatenùs reſpiciat fauorem, vel hæredis,vel fideicommiſſarij, vel legatarij, poteſt impunè non ſeruari, & de ratione ibi.*

20 *Voluntas teſtatoris eſt ſeruanda in eo quod præcepit teſtator ab eo,& quocunque quauis fulgeat dignitate,maieſtate, præeminentia, quouíſve honore, agnito emolumento à teſtatore ſibi relicto.*

*Vt de Imperatore, de Eccleſia, de Eccleſiaſticis perſonis, de collegio Eccleſiaſtico, & de republica ibidem habetur.*

21 *Executores aut fideicommiſſarij pro regionis more ſic nuncupati, tenentur onus exequendi teſtamenta adimplere etiam ſine commodo, vt ſic plurimùm, & quando hi fiant.*

*Et de his executoribus aut commiſſarijs teſtamentarijs vide plenos tractatus, vt ibidem punitur, & num.22.*

23 *Executores à quibus ordinandi & fieri poſſint.*

24 *Mulier poteſt teſtamento conſtituere adminiſtratorem bonorum, non confidens de tutore filij, qui bona valeat adminiſtrare, & poſte à reſtituere filio effecto maiori.*

25 Executo



25 *Executores qui poſſunt deputari, & an religioſi & quando & ad quid, vt de monachis.*

26 *Mulier poteſt eſſe executrix teſtamenti, & eſt communis opin.*

27 *Spurius quando poßit eſſe executor teſtamenti paterni.*

28 *Executores omnes eſſe poſſunt qui non ſunt prohibiti exequi tale officium, & de iure repelli non poſſunt.*

29 *Executores quam poteſtatem habeant, & vnde cognoſcatur.*

30 *Executor eſt quaſi procurator defuncti, vel ſimplex mandatarius.*

31 *Vnde diſpoſitum à tali executore dicitur diſpoſitum à teſtatore.*

32 *Poteſtas quanuis data ab homine vel à lege, pendet à forma tradita in mandato, vel in commißione.*

33 *Executor qualem commißionem habeat, eiúſve qualis ſit.*

34 *Executores quando habent poteſtatem à teſtatore faciendi omnia, quæ poſſet facere ipſe teſtator viuens, intelligitur pro executione circa contenta in teſtamento.*

35 *Executores vltimarum voluntatum habentes liberum arbitrium vendendi, intelligitur de arbitrio proportionato pro menſura debitorum & legatorum, pro vno numo vendant decem.*

36 *Epiſcopus vel alius ſubrogatus loco executoris debet eandem formam ſeruare legati à teſtatore traditam in executione commiſſa, ſicq; primi executoris, quòd intellige tamen & tempera, vt ibi, & num.ſeq.declaratur per auctorem.*

37 *Commiſſarius aut executor non habet maius arbitrium, quàm teſtator, qui commiſit, haberet.*

*Et quæ committere non poteſt teſtator, & per conſequens minùs exequi executor ibi.habetur.*

38 *Teſtator non poteſt committere turpia, vel contra bonos mores, vel in præiudicium tertij, nec facere, minúſque eius commiſſarius.*

39 *Executor, cuius fides, conſcientia, & induſtria eſt electa, poteſt facere alium executorem, ei aliquid certum committendo, & à ſe declaratum.*

40 *Epiſcopus loci poteſt exequi & adimplere ſucceßiuis temporibus ſecundùm formam teſtamenti de re relicta circa illud quod eſt principale in re commiſſa perpetuò duraturum mortuis executoribus, quorum induſtriæ quædam acceſſoria commiſſa fuerant, ad pias cauſas intellige non ad alias, ad prophanas eſt præſes loci vel epiſcopus, vt ibi clarè habetur.*

*Commiſſarius, idem eſt quod executor, vide vtrumque verbum de materia eorundem.*

41 *Executor merus vel commiſſarius dicitur, qui ex teſtamento nullum commodum conſequitur, nec conſequi ſperat, & in exequendo ſolum nutúmque facti miniſterium præſtat.*

42 *Nec mutatur natura meri executoris, etiamſi aliquid ordinatum ſit in teſtamento dari pro ſuo labore & ſalario cauſa ſuæ ſidei remunerandæ.*

43 *Executor mixtus dicitur, qui actu vel potentia ex teſtamento ipſo ſentit, vel ſentire poteſt commodum, exemplificando, vt ibi.*

44 *Item non dicitur merus executor qui habet aliud facere vltra miniſterium facti in exequendo, quando ſibi data eſt facultas eligendi perſonam, vel declarandi cauſam, pro qua & cui debeat diſpenſari legatum.*

45 *Executor merus & ſimplex differt à non mero, de quo ſuprà nu.præcedenti: nam ſimplex facta monitione per epiſcopum, vel per interpellationem alterius, ad exequẽdum legatum, per lapſum anni excluditur ab executoria, ſecùs in non mero, habente poteſtatem declarandi perſonam, quia etiam elapſo anno poterit declarare, & vt ibi latè.*

*Et de differentiis inter merum & mixtum executorem. 46.cum ſeq.*

47 *Executor merus differt à mixto, quia ſi legatum fiat caducum deficiens quomodocunque de cauſa, vel de facto, nil remanet penes merum executorem, ſecùs in mixto, quia penes eum & non hæredem remaneret.*

48 *Item merus executor non præſtat cautionem de conſeruando aliquem indemnem, ſecùs in mixto executore.*

49 *Fallit ſi efficeretur non ſoluendo, quia etiam ab eo exigenda eſſet cautio.*

50 *Item differt à mixto, quia merus pro conſequenda re diſtribuenda non habet actionem contra hæredem nec contra alios, niſi ad pias cauſas, item alia poteſtate ſibi per teſtatorem non data, ſecùs in mixto, quia poteſt agere & experiri ratione, de qua ibi,*

*Et eſt communis opi.vt ibid.*

51 *Fallit, ſi data eſſet poteſtas per teſtatorem mero executori exigendi, & petendi, quia ſtaretur voluntas teſtatoris.*

52 *Item mixtus poteſt conſtituere procuratorem ad lites, at merus ad negotia quod intelligitur in prophanis, quia ad pias cauſas non dicitur merus executor & ante litem conteſtatam conſtituere poteſt procuratorem, nec morte mandantis finitur tale mandatum.*

53 *Item differt merus à mixto, nam merus executor non poteſt conueniri à legatariis, vt eis ſoluat legata, ſed hæredes, ſecùs mixto, quia agnito commodo conueniri poteſt à legatarijs, & dic vt ibi.*

54 *Differt, quia merus in vita non adimplens quantum teſtator ſibi impoſuit, non poteſt diſponere in teſtamento, vt id exequatur poſt mortem ſuam, & quare, ibi, ſecùs in mixto, qui teſtamento ſuo exequendo iuſſum teſtatoris dicitur ipſe exequi mandatum primi teſtatoris, vt ibi de hoc latiùs.*

*Differt, quia ſi ſint plures executores meri, vnus ſine altero non poteſt exequi, niſi aliqui ſint mortui, vel ſint in remotis partibus, vel aliter impediti, vel quando alij nolunt exequi, vel noluerunt officium ſuſcipere, & recuſauerunt, & vide ſex fallentias, vt ibi numero 55. cum ſeq.*

56 *Item merus executor teſtamenti æquiparatur executori ſententiæ iudicis, ideóque non poteſt vendere, niſi præcedentibus ſubhaſtationibus, ſecùs inter executores, quia qui eſt mixtus, id eſt, hæres & executor, non habet neceſſe prædictas ſolennitates ſeruare, in vendendo pro transferendo dominio, & quare, ibi latè habetur.*

57 *Differt merus à mixto, quia in re exequenda & diſtribuenda, quod non fuit expenſum, & ſuperſint per merum, ſcilicet executorem debet hæredi id reſtitui, at ſecùs in mixto, quia penes eum remanet, & de ratione.ibi.*

58 *Item mixtus tenetur etiam de leui culpa, at merus tenetur de dolo & lata culpa tantùm, & de ratione.ibidem.*

*Item differt merus à mixto, nam mixtus ſentit commodum, & legatarius dicitur, vnde ſi eſſet notarius, non poſſet in teſtamento ſe talem mixtum ſcribere, quia pœna falſi teneretur, & non valeret legatum, ſecùs in mero, quia talia facere poſſet & valeret talis eius ſcriptura, & quare ibi.59.*

59 *Notarius non poteſt ſe in teſtamento alicuius ſcribere mixtum executorem cùm ſentiat quid ex teſtamento commodi, & non valeret ſcriptura, & legatum, & pœna falſi teneretur, ſed bene poteſt ſe merum executorem ſcribere, & quare.ibi.*

60 *Notarius poteſt ſcribere in teſtamento alicuius ſe tutorem filio eiuſdem, adeò vt non ſe poſſet excuſare ab onere aſcripto.*

61 *Notarius poteſt ſe ſcribere in teſtamento alicuius fideicommiſſarium & executorem in teſtamento, licet diceretur datiuus non teſtamentarius commiſſarius, & dic tamen, & declara, vt ibi latè.*

62 Execu

62 Executor ſeu commiſſarius circa perſonas eligendas incertas de certis incontinenti ſine temporis interuallo in eligendis perſonis debet facere executionem.

Fallit duobus modis,de quibus nu.64.

63 Executio debet fieri per executorem præſenti die & purè, vbi dies vel conditio non differt executionem relictorum.

65 Executor ſiue commiſſarius circa res eligendas habet annum ad eligendum.

66 Fallit vbi nec annus, nec aliud tempus currit commiſſario ad eligendum, quando teſtator remiſerit hoc voluntati eius quandocunque voluerit,quia ſic ſtaret in ſuſpenſo vſque ad mortem commiſſarij.

67 Executore certi vbi ſunt taliter reſtricti per teſtatorem ad diſtribuenda bona etiam ad pias cauſas, vt nec epiſcopus aut alius ſe intromittere poßit, mortuis executorib.deputatis non facta executione ceſſat diſpoſitio & amplius fieri non poteſt executio.

68 Voluntas teſtatoris attendi debet quatenùs concedit, & quatenus prohibet.

69 Teſtator diſponendo de bonis ſuis etiam erga Deum poteſt alterare, commutare & ſuſpendere ad diem vel conditionem quomodo vult & Deus vel princeps in hoc ab alijs non differunt.

70 Teſtator quando prouidet de certo executore ad certa relicta in his,nec hæres poteſt ſe intromittere.

71 Hæres poteſt cogi à quolibet de populo petente hoc,ſcilicet, quod ſatisfaciat legata ad pias cauſas.

72 Executor non exequens in tempore dato à teſtatore,non poteſt dicere ſe eſſe adhuc in tempore conſtitutionis epiſcopi,vbi duplex tempus ei ſtatutum ſit,ſcilicet per conſtitutionem epiſcopi, & per teſtatorem,quia hoc tempora confunduntur & ſimul concurrunt.

73 Executor poſt terminum à teſtatore præfixum non poteſt ſe intromittere in exequendo.

74 Executores appellantur etiam fideicommiſſarij conſuetudine deputati ad diſtribuendum aliqua bona pauperibus per eos eligendis poſt mortem vxoris hæredis in vita, vel vſufructuaria,an & quando poßint diſtribuere viuente hærede vſufructuaria,& pauperes eligere.

Et quòd poßint de opinione Anch.

Contrarium tenet auctor eo reprobato,vt num.75.cum ſeq. vbi latè hanc materiam diſcutit.

76 Pium non dicitur nec eſt in eleemoſynam,quod datur,non pauperi nec amore Dei datum dicitur.

77 Executores adeò tenentur ſeruare mandata teſtatoris, vt ſi deputetur ad diſtribuendum pro maritandis puellis virginibus, non poſſunt illis dare intrantibus monaſterium,vnum opus pium in aliud tranſmutando, & quare, ibid.

78 Executores ad vendendum bona mobilia & immobilia non poſſunt vendere iura & actiones ex natura talis mandati ſtricti interpretandi & non extendendi.

79 Executor diſtribuens in duabus perſonis, quod in quamplurimis eſſet diſtribuendum, teſtatore ſic mandante inter pauperes diuidi bona nil agit, & nulla dicitur diſtributio, & dic vt ibi.

80 Tempus datum executori à lege,conſtitutione,vel à teſtatore, & præfixum ad exequendum non incipit currere, quando conditio aliqua eſſet verificanda, vel quid aliud liquidandum,niſi prius purificata conditione & liquidato liquidando.

81 Executores vbi ſunt plures in teſtamento deputati,vnus ſine alio nihil exequi poteſt.

Et in dubio nunquam cenſentur dati inſolidum, ibid.

Et quod duo videntur dati inſolidum.ibid.

82 Et dic ſi ſuper certo inſolidum videntur dati, ſecus ſi ſuper incerto.ibid.

Et quid quando plures ſunt dati cum clauſula, quòd omnes vel vnus poßit exequi nunc onus, quòd poßit exequi non requiſitis alijs.

83 Et quid, quando ex his aliqui ſint mortui, aliqui ſuperſtites, dic quòd ſuperſtites poſſunt exequi,maximè cùm tot ſint quot mortui.

Etiam ſi vnus eſſet ſuperſtes,tunc is cum alio dato à iudice poßit exequi,ibid.

Fallit ſi appareret ex teſtamento, teſtatorem noluiſſe per vnum ſolum executorem exequi, nam ad pias cauſas tūc epiſcopus adiungitur ad exequendum,ibid.

Et è contra vnus poterit inſolidum exequi, ſi ſic voluiſſe teſtatorem ex teſtamento apparuerit,ibid.

Vel vnus cum alio vno ex pluribus executoribus,ibid.

84 Executores ſi partim ſint conſanguinei,partim non diſcordes in exequendo commiſſa per teſtatorem, ſtabitur determinationi factæ per coniunctos teſtatores.

85 Executores ſi ſint duo, & vnus eligat pauperes teſtatoris coniunctos, & alter extraneos pauperes, præfertur electio facta de pauperibus coniunctis teſtatoris, & de ratione.

86 Executores quando ſunt, & clericus, & laicus, tunc ſubſunt iudici eccleſiaſtico.

87 Executor aut commiſſarius teſtamentarius electus ad diſtribuendum bona teſtatoris pauperibus per eum eligendis,& ipſe ſit pauper, poteſt ſeipſum eligere.

88 Item eius filios in ſumma paupertate exiſtentes.

89 Et valet diſtributio ſuis cōiunctis commiſſarijs facta, ſi ſint pauperes & dicitur facta ad pias cauſas.

90 Executor habens poteſtatem eligendi pauperes, eos eligere poteſt ad tempus & ſub conditione, modo poſt tempus vel in defectum conditionis electio cadat in alios æque pauperes, & appareat ſucceßiua & continua executio perſiſtens in pauperes.

91 Onus,vel cōditio valet,etiam ſi excedat tempus limitatum poteſtati executoris.

92 Executor habens facultatem eligendi in morte,poteſt eligere teſtando via inſtitutionis, vel legati, modò ſint de quibus teſtator ſenſit.ſ.pauperes, & non excedat menſuram diſtributionis,ſed quatenùs ſufficiat ad paupertatem ſubleuandam.

Nec poteſt vni,tanquam pauperi dare mille marchas argenti,& quare.ibi.

94 Teſtator mandans ſua bona diſtribui inter pauperes mendicantes, non fit diſtributio inter mendicantes robuſtos, ſed inter illos qui ſunt pauperiores.ibid.

95 Executor habens facultatem diſtribuendi bona teſtatoris inter pauperes, vel eos eligendi, an poßit vni,vel debeat pluribus diſtribuere, vel vnum, vel plures eligere,& quòd non poßit vni omnia dare,vel vnum eligere,ſecundum Bart.

Etiamſi dictum eſſet in vnum pauperem, poteſt diſtribui in plures.ibid.

Et quòd poßit vnus eligi ſecundum Roman.ibid.

Et quòd ſi ſermo teſtatoris ſit in plurali, quòd plures eligi poſſunt ſi in ſingulari quòd vnus eligatur.ibid.

Et de opin.auctoris,vide ibidem latè declaratum.

96 Commiſſarij teſtamentarij nullum lucrum debent ex commiſſaria habere, ſolum habent nudum executionis miniſterium, & parum eſt ius ſuum, nihilque poſſunt vendere de bonis hæreditarijs pro executione facienda, niſi teſtator id eis conceſſerit, intellige de particularibus ex commiſſarijs.

97 Nec poſſunt facere compromiſſum de bonis inter pauperes diſtribuendis,vel aliter venientibus ſub commißione.

98 Prælati non poſſunt facere compromiſſum in & de bonis eccleſiæ.

99 Argumentum valet de poteſtate compromittendi ad poteſtatem vendendi & alienandi negatiuè,vt qui non poteſt alienare, non poteſt compromittere.

100 Executores particulares non poſſunt vendere, niſi teſtator eis conceſſerit expreßè vel tacitè.

101 Execut



101 Executores exiſtentes ſuper aliquo relicto facto loco pio exēpto à iuriſdictione epiſcopi non alius,nec epiſcopus ſe intromittere poteſt.

Et quòd vnus alio aduerſante ſibi poteſt exequi,aliàs ſine eo non poſſet. ibid.

102 Executores tenentur reddere rationem de executis.

Commiſſarius Venetijs dicitur tutor.

103 Executores dati poſt alios hæredes & per verba obliqua,nō excludunt matrem per pupillarem, & non tenent locum hæredis,diſtribuētes in pios vſus bona teſtatoris.Et quando eſt cum verbo directo, accipiant, deſignat pupillarem excludentem matrem.

Maximè pia cauſa ſubſtituta.ibid.

Et quando ſunt loco hæredum.ibid.

104 Hæredes excuſantur à pœna priuationis hæreditatis, quādo executores ſunt deputati.

105 Executores debētes eligere duos pauperes in certa ſumma tantùm reſiduo,teſtator decidit ab inteſtato.

Teſtator deputans executores in diſtribuendo certam ſummam inter duos pauperes, dicitur in reſiduo decedere ab inteſtato.

106 Executor iurans ſe executum fuiſſe volūtatem teſtatoris operatur vt ſibi cedi debeat.

107 Executor cuius conſcientiæ eſt commiſſa diſtributio,an cogi poßit ad demonſtrandum quomodo diſtribuet.

## ¶Dvbit. II.

DE perſonis,quæ volūtatem teſtatoris ſerua-
re,& exequi tenētur,declarandū venit: † hi
1 ſunt enim qui à teſtatore,vel commodo vel
fiducia inuitantur,cum iſti poſtmodū agno-
uerint,acceptauerint diſpoſita per teſtatorē,tunc liqui-
do conſtat eos adeſſe, qui obnoxij ſunt ſeruare, & exe-
qui voluntatem teſtatoris.

Qui autem primo ad commodum alliciantur à teſta-
tore,ſunt quidem hæredes inſtituti fideicommiſſarij,le-
gatarij, & quidam alius ſentiens commodum ex teſta-
mento,iam antè in ſuperioribus ſcriptum eſt, & adhuc
2 meminiſſe oportet,quòd † ordo exequēdi teſtatoris vo-
luntatem eſt incipere ab hærede,quoniam ei ſumma to
tius cauſæ teſtamēti,& tota authoritas commiſſa eſt per
l. fin.C.de fideicommiſſ.§.ſi quis ędificationem.in auth.
de eccle.titul.ibi, iubemus modis omnib.hæredes eius,
quę ab eo diffinita ſunt adimplere,& l.ſi quis ſepulchrū.
§.funus autē ff.de reli.& ſump.fun.& ei vti domino te-
ſtamenti,& emolumentorum ex eo prouenientium cō-
petit vendicatio.l.3.ff. quemadmo.teſt.aper.l. Labeo. l.
qui pecuniam.de ſtatulib.tradit Luc.de Pen.in l. 1. col.
penult.in fin.& colum.fin.C. de expenſ. lud. lib. 11. vbi
3 etiam alios ſuo ordine † poſt hæredem nominat & pro-
bat, ad quos ſpectat authoritas exequendi voluntatem
teſtatoris, ſcilicet poſt hæredem ad executores relictos
in teſtamēto,de quibus infrà dicetur. Tertiò ad epiſco-
pum.Quartò ad metropolitanum. Quintò ad principē.
Sextò ad præſidem. Septimò ad prætorem. Vltimò ad
magiſtratum municipalem,& ad omnes alios iudices,vt
ibi per eum ac etiā latè per Rebuf.tract.de ſenten.pro-
4 uiſi.in præfati.nu.77.& ſeq. vbi etiam † ponit pœnas &
miracula contra non exequentes voluntates defuncto-
rum,in primo to.& de quibus infra in vlt.dubit.tractādi
locus erit.

Et ſi teſtator diſponendo, quòd illud vel illud fiat,
loquatur imperſonaliter non exprimendo per quem
fiat, vel exprimendo, & rogando alium abſque com-
5 modo ei relicto. Tamen intelligitur debere fieri † per
hæredem, & ad eum ſemper alio non expreſſo ſpectat
adimplere diſpoſita per teſtatorem, & ſuſtinere omnia
onera hæreditaria,text. gloſſ. Bartol. Bald. & alij in l. ſi
ſeruus legatus. §. qui margaritam. de legat. primo. gloſ.
in verſ. ad onus. in l. Marcellus. in princip. ad Trebell.
intelligendo eam ab hærede ſub nomine appellatiuo
impoſita onera, vt tranſeant ad fideicommiſſarios vni-
uerſales, & ad quoſcunque tranſibit hæreditas, per l.
ſi pluribus. in princip. de legat. 2. & l. ſi plures. de leg.
tertio, poſt alios Iaſo in dicta l. Marcellus. in princip.
colum. ſecunda, verſic. ex prima parte. quòd enim hę-
res teneatur adimplere diſpoſita in teſtamento, ratio-
6 ne, quia † teſtator, quando loquitur ſemper ad hære-
dem loqui videtur, adducit Bald. in l.eam quam.num.
7 21.C. de fideicommiſſ. ita † onus imperſonaliter iniun-
ctum à teſtatore, videtur hæredi iniunctum, Alexand.
conſil. 170. num. 2.verſic.tertio præſuppono.in fin.lib.
2. & conſilio 55. num. decimoquinto, lib. quarto, vbi
dato executore à teſtatore ei nihil relinquente, ad præ-
ſtandum tamen certum relictum id quidem valere, vti
ab hærede relictum, & ei iniunctum ibi probatur, &
clarè Corn. conſilio 69. colum. 2. verſicul. tamen his
non obſtat. & conſilio 76. colum. 4. verſicul. in caſu
autem noſtro. lib. 4. vbi etiam quòd alius ſit grauatus
de ſoluendo, tamen hæres eſt debitor, idem in relicto
præſtando à tutore, vel curatore hæredis inſtituti, vel
ab executore cenſeri factum ab hærede, tenet Caſtr. in
l.Lucius. §. 1.ff. ad Trebel.& in l.ab eo.C.de fideicom-
miſ.& Abb.in cap.3.nu.4.de teſta. vbi ſi teſtator mādat
eccleſiam conſtrui, & non dicit per quem, hæres tene-
tur,& ibi Couar.num.8.& aliâs reſpondi conſi.86.num.
14.lib.1.

8 Amplia hoc etiam habere locum † in hærede hære-
dis grauati poſt mortem, vt ſi teſtator inſtituta vxore
hærede in vita tantùm, & poſt eius mortem mandat
ſua bona diſtribui inter puellas virgines maritandas,
quòd tale onus intelligitur iniunctum hæredib. vxo-
ris, per l.1. C. vt acti.ab hære.& contra hæred. ſingula-
riter tradit Bald. leg. poſt mortem. colum.fin. num. 10.
de fideicommiſſ. & ſic bene procedit in incertitudine
perſonæ grauatæ, & non honoratæ, text. in dict. §. qui
margaritam.vt declarat Soc.in l. Paulus.2.nu. ſecundo,
de reb. dub. vbi vide not. illationes ex dict. §. qui mar-
garitam.

9 Similiter ſi † teſtator mandat aliquem debere ſolue-
re vel dare aliquid, & non exprimat, cui dandum, vel
ſoluendum ſit, intelligitur velle dari ſuo hæredi, dict. l.
Labeo. & l.qui pecuniam. in prin. de ſtatulib. & l. ſi in
diem. & ibi Socin. not. in princip. de cond. & demon.
per text. ibi & alia iura, quæ tamen in verbis non ſunt
aperta, ſicut d. l. Labeo. & d. l. qui pecuniam. quem-
admodum enim onera omnia per teſtatorem impoſi-
ta aliquo non nominato, per quem debeant expleri,
reſpiciunt hæredem,vt ipſe debeat ſatisfacere etiam de
pecunia ſua, Ang. in l. ſed & ſi ſuſceperit.§.1.in princip.
ff. de iudi. & per proximè alleg.ita emolumentum te-
ſtamento prouenientia, cui debeant dari non deſigna-
ta ſunt hęredi dāda per reg.qui ſentit onus.de regul.iur.
in 6.& in l.ſecundum naturam.ff.eo.

10 Fideicōmiſſarius † item exceptis impoſitis nomina-
tim hæredi, & debitis annuis decurſis ipſi hęredi tene-
tur hęres ſubire onera hęreditaria,& ea exequi,prout te
nebatur hęres intelligēdo de fideicommiſſario vniuer-
ſali, & poſt agnitum fideicommiſſum,vt l. ſecunda,& l.
fin.& ibi not.C. ad Trebel.& dicit Caſtr.in l. Lucius.§.
quę habeat.ad fin. ff. eo. quòd fideicommiſſarij dicūtur
hęredes quoad quędam, & ad onera tenentur, ſicut hę-
redes,non quoad alia,in quibus autē non habeantur lo-
co hęredis,ponit ord.glo.in l. quia perinde.ff.eo.quoad
commodum habetur loco hęredis,per l.ſi necem.in fin.
de bon.libert.& l. poſtulante. §.final.ad Trebell. cum
ſim.per Ceph.conſ.377.nu.27.& ſeq.

11 Fideicommiſſarij † tenentur ſeruare modum impo-

 ſitum

ſitum hæredibus quicunq; ſit portandi nomen, & arma teſtatoris, tradit Grat.conſi.5.ad num.72.& ſeq.lib.2.& Nat.conſil.675.nu.15.& plenè quòd etiã mora non poſſit purgari, Pariſ.conſ.19.nu.217.cum ſeq. li. 2.ita enim fideicommiſſarius tenetur ad ſoluẽdum legata, niſi ſint annua, vel ſoluenda de fructib.mandato teſtatoris, quia ad hæc pro tẽpore vitæ hæredis ipſe teneretur, poſt eius mortem teneretur eius hæres, & non fideicommiſſarius, probat Nat. conſil.322.nu.2.etiam quòd in teſtamento ſimpliciter ſint grauati hæredes, ſub nomine hæredum venit etiam fideicommiſſarius ad onus ſoluendi legata, tenet Bello.conſi.62.nu.6.7.ſic ordine dato à lege, primo hæres inſtitutus vel ſubſtitutus, vel cohęres, ſecundo fideicommiſſarius vniuerſalis, tertiò particularis fideicommiſſarius, & legatarius, & inter iſtos quando plures ſunt, qui maiorem habet partem, omnibus poſtremo fiſcus onus à teſtatore impoſitum exequi tenetur facta monitione & cautionibus gradatim præſtitis, vt diſpoſitum eſt per tex.in auth.hoc amplius.C.de fideicommiſſ. & in corpore vnde ſumitur, aduertẽdo tamen quòd alia iudicis monitio non eſt neceſſaria, quando teſtatoris eſt clarum præceptum cum pœna impoſita non obſeruãti, Pariſ.conſil.19.num.207.lib.2.

12 Legatarius † quoque de eo, quod fuerit ſibi relictum tenetur facere prout à teſtatore iuſſus fuerit, & ſi defecerit is, cui debet à legatario præſtari legatum, id quidem non penes hæredem, ſed penes ipſum legatarium remanere debet, l. ſi quis Titia. l. Iulianus. de leg. 2. l.
13 pater. §. Tuſculanus de legat. 3. † dummodò appareat legatarium non eſſe deputatum à teſtatore vti miniſtrum, quia legatum remaneret tunc apud hæredem, l. ſi quis Titio. de legat. 2.prout ibi Bartol. & alij declarant, & Cuma. conſil. 107.teſtator, quomodo cognoſcatur, quando eſt deputatus vt miniſter, & non ſentiens commodum, & quando remanet apud hæredem ſine onere quòd ſit finitum, vt per Caſtr. conſil. 367.ſu-
14 per eo. in princip.lib.1. † Et ſi teſtator non nominet legatarium quid habeat agere de re legata, ſed ſimpliciter, & imperſonaliter diſponat poſteà quod ſibi placet fieri de re legata, hoc tamen tale quid exequi ſpectat non ad hæredem, vt videtur per §. qui margaritam. l.ſi ſeruus legatus.de lega. 1.ſed ad legatarium, qui videtur datus executor à teſtatore ad illud onus exequendum, per l. codicillis. in princip. ff. de vſufruct. leg. & ibi Bartol. ad fin.in hoc ita limitat d. §.qui margaritam. refert & ſequitur Alexand. conſilio 170. num.2. verſic.
15 tertiò præſuppono. lib. 2. † Imo datur differentia inter hæredem, & legatarium, quòd hæres poteſt quandocunque vſque ad vltimum vitæ ſpiritum adimplere cõditionem ſibi appoſitam: legatarius verò tenetur adimplere quamprimùm poteſt, per glo. in verſic. præfinit, in l. ſi quis inſtituatur. §.1.ff.de hæred.inſt.ibi Barto. probat, & in l. hæc conditio. de cond. & demon. & ibi
16 alij ſequuntur. Inter † cætera datur etiam alia differentia, quòd hæres tenetur ad omnia onera hæreditaria, legatarius autem maximè rei particularis ad aliqua onera non tenetur, l.ſi hæreditatem. ff. manda.l.quoties. & ibi doct.tradunt.C. de hæred.inſt. Bar.& Caſt. declarãt in l.ſi quis ſeruũ.§. fin.de lega.2.de hoc in ſpecie Socin. Iu.conſ.45.nu.3.& ſeq.lib.1. vbi legatarius certorum bonor.conuentus pro debitis hæreditarijs etiam procedẽs in cauſa fuerit condemnatus pro rata debitorum, poteſt tamen ſemper opponere, & ſe defendere, quòd non teneatur ad onera hæreditaria, vt ibi per eũ, & Caſtr.conſ. 294.in cauſa quæ vertitur.col.fi.ver. & ſic onus.li.2.tex. in l. fi.C.de hęred.act. intellige niſi ſit onus ipſius rei legatę ſuccedẽs poſt diem ceſſum legati, & ſic in futurum, vt eſt tributum, collecta, quia de his tenetur legatarius, de pręteritis hęres, per tex.in l.apud Iulianum. §. hęres, de leg.1.& ibi docto.tradunt, & niſi ſit ſpeciale onus impoſitum per teſtatorem legatario, per d. l. ſi quis Titio. cum ſimilibus, qui legatarius tenetur implere, & niſi ad eum peruenerit totum emolumentum hęreditatis, recuſantibus hęredib.ſubſtitutis, cohęredibus, fideicommiſſarijs, implere ſecundùm ordinem traditum in dict. authen. hoc amplius. C. de fideicommiſ. quia ex emolumento vniuerſali tenetur vniuerſaliter ad onera, vt ibi not.

17 In cęteris quoque intellige, quòd † legatarius teneretur ad onera impoſita, quatenùs capiat commodum rei legatę, l.filiusfam.§. fi.poſt acceptum. de legat. 1. cum concordantibus, ibi in gloſſ. in verſic. non plus, & hoc etiam procedit, niſi legatarius ſpontè agnouerit, & acceptauerit legatum, continens onus maioris quantitatis, & æſtimationis, quàm ſit rei legatæ valor & æſtimatio, quia ſua aceptatio obligat eum etiam ad maius illud.per leg. planè. la 2.§.ſi cui Stichus.de legat. primo, & l. imperator. §. ſi hoc ita. ibi enimuero, &c. de legat. ſecundo, tradit Corn.conſilio 192.colum. 1. libro ſecundo, declara vt per Ruin.conſil.79.colum. ſecunda, num. 6.& ſequen.lib.2. & latius per ſcripta à me ſuprà lib.tertio, interpret.3.dubit.2.ſolut.4. in prin. debet † enim legatarius in totum, & non pro parte ſeruare onus impoſitum à teſtatore, aliàs ſolum pro parte ſeruans perdit totum legatum, quia partem rei legatæ habere non poteſt, l.etiam ſi partis. de lega.1.& ibi Bar. & alij, & per glo.in l. à filio. in princip.de adi. legat. & pulchrè in ſpecie Grat. conſilio 81. num. 29.& conſil. ſequent. num. 1. libr. ſecundo, verum eſt ſi probetur, acceptantem legatum oneroſum, ſciuiſſe ſeriem teſtamenti, Baldus conſilio 204. ſi domina agnouit. libro 4. & ſi tale onus de iure potuit apponi, idem conſ.161. in fin. lib.5. recurrendo etiam ad coniecturas, quæ colliguntur ex qualitate legati, & oneris iniuncti, vt declarat Salyc.in l. 1. §. ne autem verſic. ſed dubitatur an iuſſus.de caduc. tollen. ſequitur Alexand.conſ.58.habita ſuper narratis. ad fin. lib. 3. ne legatum ſit inane, & nullam legatario afferat vtilitatem Pet. Gerard.in ſing. 35.dictum eſt.

19 Aduerte ſi quidem † onus, vel pręceptum teſtatoris reſpiceret fauorem vel hęredis vel fideicommiſſarij, vel legatarij poſſet id impunè non ſeruari, cum fauori ſuo poſſit quilibet renunciare, etiam inducto per teſtamentum, per leg. cum proponas. C. de pact. probat Abb.conſilio 11. ſub num. 1. lib. 2. & per l. Titio. in princip. de conditio. & demonſtratio. Aymo conſilio 59. numero ſecundo, conſilio 80. ad finem, & perſpicuè Dec. conſilio 238. ad finem, per alleg.ibi per eum, quibus addo text.in l. cum pater. §. curatoris. de legat. ſecundo, ibi, cùm illis verbis fratri potius conſultum videtur, &c. & text. in l. ratione. 2. §. tam & ſ. in fin. ad l. Falci.ibi, cum talis oratio magis ipſius cauſa, quàm contra ipſum poſita videatur, & Bal.in l.in fideicommiſſi.§. cum Pollidius.in fi.ff.de vſu. & iuris antiqui reg. de qua in l. pen. C.de pact.quòd quilibet poteſt ſuo fauori renuntiare, & cum fi.de cauſa impulſiua alibi in ſuperioribus alleg.

20 Illud etiam adijciendum eſt, quòd † cuiuſcunque ſtatus, & conditionis ſit, & quacunque maieſtate, & dignitate, ac præeminentia fulgeat, & quacũque poteſtate & honore præditus ſit, qui à teſtatore conſecutus fuerit emolumentum, ab eo ſponte agnitũ, neceſſe habet ſeruare & adimplere voluntatem teſtatoris in eo, in quod ſeruari, & adimpleri præceperit & iuſſerit, quod à legibus improbatum non ſit, vt de imperatore, & qualibet poteſtate, vel dignitate decorato viro, text. eſt in l.non dubium.C.de teſta.&in l.cum hæredes.C.qui teſta.face. poſ.& in l.ſed & qui.ff.ad Trebellia.Deus etiã vel princeps in hoc ab alijs non differunt, dicit Bald.conſil.301. conſtitutio.col.2.ad finem, verſi.quòd autẽ Deus.li.2.de

ecclesia



eccleſia. text. & gloſ. in cap. verum.de condi. appoſ. in §. ſanctiſſimas. in authen.de ali. & emphyt. de perſonis eccleſiaſticis. in cap. tua nobis. & in ca. penult. de teſt. de collegio eccleſiaſtico.in l. 1.C.de ſacroſanct. eccleſ. de Republ. eſt text. in l. liberto.§. Lucius.de ann.lega. ibi, reſpondi rempublicam teſtatoris voluntatem parere compellendam, & in hoc nullo priuilegio reſpub.vtitur, glo.in l.legatum.de vſufru.lega.nam qui fruitur voluntate teſtatoris plenum etiam obſequium præſtare iudicio teſtatoris pro ſua parte debet, inquit text. in l. ſi duo.in fin. de leg.præſt.

21 Præterea & † alij ſunt, quibus adeò etiam ſine commodo incumbit onus exequendi teſtamenta, quòd executores teſtamentorum ipſi appellantur, iſti vt plurimũ ex teſtamento nullum conſequuntur emolumentum, cum teſtator aut ſuas facultates diſpenſauerit inter hæredes inſtitutos, ſubſtitutos directos, & fideicommiſſarios, & legatarios, de hæredibus & ſubſtitutis, & legatarijs forſan non cõfidens, quòd ita diligenter ſuum exequantur teſtamentum alios diſpoſitorum in teſtamento executores facit, de quibus quidem non præmio, ſed fiducia, & magis authoritate ſæpius & potentia ſe fidere teſtator viſus eſt, & nullum ferè teſtamentum legitur, quòd executores in eo tales aſcriptos non contineat fideicommiſſarios, vel executores, vel alio nomine pro
22 regionis more nuncupatos. Quoniam † de his prolixi tractatus extant ad plenum materiam explicantes, vt Iaco.de Are.ſolennis tractat.de cõmiſſarijs, quem margaritam appellat Alber.de Roſa.in l. legatum. de vſufr. leg.& Spec.tit. de inſtru. editi. §. nunc verò aliqua. per tot. generaliſſimum, & longum tractatum reliquit de executoribus vltimarum voluntatum, quantum fecerit in aliqua materia cum tabula ibi omnium quæſtionum, & dubitationum, vt in prima additi.exorditur faciente etiam mentionem plurium aliorum antiquorum auctorum, qui eandem materiam executorum tractarunt. Barto.de his plenam repetitionem fecit in l. alio. de leg. practic. Papi. eundem tractatum reaſſumendo impleuit tot. glo. in verſi. ac executores, in form. libel. quo agitur ad redden.ratio. tute. eandem gloſſ. 97. in ver. executores. Ange. Aret. appoſuit in tract. de teſta. eundem tract. de executoribus vltimarum voluntatum, diuiſum in tres partes longiſſimo apparatu, omnem, vt aiunt, remouendo lapidem in materia componere curauit Ioannes Iaco. à Canibus Patauinus in epiſtola prœmiali, commemorando alios, qui de eadem ſpecie ſcripſerunt, & ſimilem copioſiſſimum tractatum reliquit Capra in fin. ſuarum reg. & tracta. In tantum ergo, quòd ſuper eandem re me velle vlterius inſiſtere opus non tam ſuperfluum, quàm laborioſum, & minus vtile exiſtimo, & maximè quia talis videtur materia, licet aliqui exordiantur vtilem & quotidianam, tamen vſu videtur talis, vt plures nunc reperiantur in libris legalibus, quæ plus curioſitatis quàm vtilitatis ſapiunt. Nam diebus meis nunquam vidi litem coram aliquo iudice verti, quia contenderet quis aliquam vltimarum voluntatum executoriam obtinere, & de conſultationibus, & patrocinijs ſuper controuerſijs iſtorum executorum, neſcio aliquem vnquam non ſolùm veſtem ſericam, ſed etiam nec per caponum lucratũ fuiſſe, cum de his ſunt, quæ rarò cõtrouertuntur, ſaltem in iudicijs, in prõptu ratio videtur, quia frigeſcit charitas faciendi legata pia, pro quibus, vt plurimum fiunt executores. Concludamus itaque materiam iſtam nunc ampliori tractatu non indigere.

Veruntamen aſſentior interdũ dubitationes aliquas incidenter euenire non magni momẽti circa geſta, vel commiſſa per iſtos cõmiſſarios, an valeant, & quid agẽdum ſit, & ſi reſolutè facilè inueniri poſſint, omnes ferè ex ſcriptis per docto. in locis ſuprà alleg. harum tamen dubitationum, quæ frequentiores viſæ ſunt, breues, quæ ſequuntur, recenſebo ſolutiones.

23 Prima clara ſolutio videtur eius dubitationis, † qui ſint, qui poſſint ordinare iſtos executores, quòd omnes quidem ſunt qui poſſunt facere teſtamentum, cum leges indiſtinctè loquantur de his executoribus, qui ſunt in teſtamento conſtituti, vt l. alio hærede. de ali. leg.l.nulli.ver.1.C.de epiſ.& cler.&c.tua nobis.&c.pen. extra de teſta.&c.fin.eo.in 6.ita Iaco.de Aret.d.tract.de
24 commiſſa.nu. 22. ſicut † mulier poteſt teſtamento conſtituere adminiſtratorem bonorum, non confidẽs de tutore filij, qui bona valeat adminiſtrare, poſteà reſtituere filio effecto maiori, per l.in fideicommiſ.§.cũ Pollidius. ff.de vſu.& ibi Alb.Bal.Ang.& Saly.not.

25 Secunda eius dubitationis, † qui poſſint deputari executores, ſolutio eſt, quòd poſſunt eſſe & religioſi cum licentia ſuperioris, & ſine licentia tamen geſta per eos valent, per c.fin.de teſta.in 6.Roma.conſi.234. quoad primum.col. 2. verſic. quoad quartum. Rolan. à Val. conſilio 24.num.82.libro 1. Roman.conſil. 409. quoad primum. verſicul. quoad ſecundum. vbi maximè id in dubiè videtur, quando ſunt executores ad electionem perſonarum, vel locorum pro certitudine diſpoſitorum in teſtamento, hoc vltimum de ſola electione & nominatione etiam in fratribus minoribus ſancti Franciſci probat Bartol. conſil. 6. viſo teſtamento, & conſilio 142. conſtitutione Cammerienſis epiſcopi, vbi quòd poſt annum conſtitutum executoribus ad exequendum, etiam poſſunt facere talem declarationem & electionem, idem in l. cum pater. §. hæreditatem. il primo, num. 2. de legat.2.& Ang.Aret. tract.de teſta.gloſſ.vndecima, col.pen.ver. nunc tractemus.vbi declarat, quando frater ſancti Frãciſci non poteſt interuenire vt executor teſtamẽti, idem quòd valet ad eligendum tenet Ancha.conſil.202.circa primum.in princ.probat idem Alexan.conſil.57.col.penul.num. 11. lib.2. & latê diſcurrit Bartol. minorica lib. 3. per totum in hoc reaſſumendo contrarietatem inter Barthol. & Bald. eum qui non poteſt facere actum, poſſe tamen ei conſentire concludit Barba. conſil. 12. colum. 11. & ſequent. lib. 1. valet ad eligendum Guald. de atteſtan. titul.7. cau. 7.plenéque de monachis an poſſint conſtitui executores, examinat Ioan. Iaco. à Cani. dict. tracta. de executo. vltim. volunt. par. prima, num. 16. & ſequent.

26 Mulier † executrix teſtamenti etiam eſſe poteſt, vt eſt caſus in l. à filio. in princip. & ibi Bartol. not.de ali. lega.ſequitur Anchar. dicto conſil. 202. in princip. decidendo probat Dec. in conſil.91.nume.1.idem per Alber.in d.l.nulli. colum. 2. num. 5. de epiſc. & cler. & in l.penult. de opt.leg.& firmat Soci. conſil. 11. circa præſentem. col.pen.ver.nec obſtat quòd mulier.lib. 1. cum hac opin. cæteros trãſire, & ſic pro Corn. ponit alios allegãdo Capra d. tract.executorum vltimarum voluntatum in 2.membro, nu. 44.55.

27 Spurius † poteſt eſſe executor teſtamenti paterni, dummodò ſit mere executor, & nullum commodum contra iura poſſit ſentire ex teſtamento, quod alias contineat ſuum hæredem inſtitutum, & valeat, & fraudis ſuſpicione careat, vt per Bald. conſilio 336.aliquando diſpoſitio. colum.2.lib.3. & conſilio 399.quoad pri-
28 mum. quemadmodum poſſet. lib. 2. Denique † omnes poſſent eſſe executores vltimarum volũtatum, qui non ſint prohibiti exequi tale officium, & de iure repelli non poſſunt, tradit Capra d.tract.executo.in 2.membro in princ.

Tertia ſolutio eorum, de quibus poteſt dubitari
29 circa † poteſtatem iſtorum executorum aperta reddi poteſt ex inſpectione ſcripturæ teſtamenti, vel alterius vltimæ voluntatis, eorum deputationem conti-

30 nentis: nam † executor eſt quaſi quidam procurator
defuncti per l. ſi verò non remunerandi. §. fin.ff.mand.
Bald.conſ. 456. inter alia ſub num.2. verſic. ſed non eſt
nouum.libr. 4. & in l. ſi ſeruus legatus §. cum quid. de
legat. 1. ſimplicem mandatarium appellat Angel. con-
ſilio 328. Anaſtaſius. colum. penult. verſic conſtat au-
tem. eſſe procuratorem dicit Lap. allegat. 91. caſus eſt
31 talis,num.6.Exinde † infertur diſpoſitum à tali execu-
tore dici diſpoſitum ab ipſo teſtatore,per l. vnum ex fa-
milia. in princ.ibi not. Barto. de legat. 2.Abb.conſ.65.
ſupra fin.conſil. 110.in fin.lib.2. & Bart.conſi.142.con-
ſtitutione.ſub num.3. verſicul. ſi opponis. & Corſet. in
ſing.in verſic.commiſſarius. Caſtr.conſ.97.num. 4. lib.
1. ideò tota poteſtas eorum dependet ex teſtamento.
32 ſicut † quælibet poteſtas data ab homine , vel à lege
pendet à forma tradita in mandato, vel in commiſ-
ſione, per l. diligenter. ff. mand. ca. cum dilecta de re-
ſcript. l. non diſtinguemus. §. in commiſſione. & §. de
officio.ff. de arbitr. tradit Anchar. conſil. 84. Domina
Angelina. in princip.& Aret. conſilio 66.colum.1.verſi.
per hæc igitur verba, Riminald. Sen. conſil. 129. num.
5.& Caſtr. conſil.177.in quæſtione.verſicul.1.quia lib.2.
Ioan.Iaco.à Cani. d. tract.de executo. part.2.§. 1.num.
33 15. Calca. conſilio 104. in fin. † & qualis ſit commiſſio
executoris ſe hoc cognoſcere ex forma mandati re-
ſpondit Bald.conſil.123. Reuerendiſſimus. colum.pen.
ad fin. num.5.verſicul.& ſi quæratur.lib.5.ita formaliter
ad vnguem debent iſti executores vltimarum volun-
tatum ſeruare teſtamentum, not. idem Bald. in l. ſi pu-
34 pillorum.§.ſi prætor.in fin. de reb. eo † & quando po-
teſtatem habent à teſtatore faciendi omnia , quæ poſ-
ſet facere ipſe teſtator viuens, intelligitur, ſcilicet, cir-
ca præmiſſa, & pro executione contentorum in teſta-
35 mento, Ruin. conſi.84.ad fin.lib.2. † pro executoribus
vltimarum voluntatum habentibus liberum arbitrium
vendendi, intelligitur de arbitrio proportionario pro
menſura debitorum,& legatorum,non quòd occaſione
vnius numi vendant pro decem ex illo text. in l. ma-
gis puto.§. non paſſim. ibi not. Bald. ſupra fin. de reb.
eod. & non debent abuti poteſtate circa diſtributio-
nem,& electionem perſonarum , aliàs poteſt reclama-
ri à malè geſtis per Pariſ. conſilio 45. numero. 18. 19.
lib. 3, & per Menoch.de arbitr.iudi.lib. 2.centur. 2.caſ.
182. num. 34. & ſequent. poſt Bald. in l. fin. in princip.
num. 7. commun. de lega. & Bartol.in l. alio. ſub num.
36 13. de ali.leg. † eandem quoque formam legati tradi-
tam à teſtatore debet ſeruare epiſcopus, vel alius ſub-
rogatus in executione commiſſa , vt per Franc. in cap.
contra eum, in fin. de reg. iur. in 6. & ſic debet ſeruare
formam primi executoris Felin. in cap. cum dilecta.
in 7. amplia ſub num. 7. de reſcript. per doctr. Bald. in
l.ſi puellam.C. ſi manci. ita fu. alim. quam ſequitur &
Ruin. conſi.48. colum. fin.num. fin. lib. 2. & compro-
bat Iaſ.in l. ſi eum.§. qui iniuriam. colum.5.verſi.Quar-
to adde. ſi quis cauti. Riminal. ſen. conſil.435. num. 17.
37 Marſil. ſing.255.vltra med. † Tempera hoc de eadem
forma ſeruanda per ſurrogatum in executione, dum-
modo illud quod.teſtator fieri per executorem, vel cō-
miſſarium mandauit, non ſit reſtrictum fieri incerto tē-
pore , & per ipſummet executorem quodammodo ſuæ
perſonæ induſtria electa , & quomodo id cognoſcatur
pulchrè & notabiliter declarat Bal.d.conſ.123.ad finem
lib.5.& deficiat illud fieri poſſe , quia extra tempus ſta-
tutum, extra perſonam deputatam,& extra poſſibilitatē
operis demandati fiendi, tunc enim ſubſtitutus,vel ſur-
rogatus non habet quid facere debeat ſecundùm formā
executionis commiſſæ per teſtatorem,per l. in teſtamē-
to ita quidam. de conditio. & demonſtr. l. ſi in lege. in
princip.ff.loca.l. ſi is qui quadringenta.§. quædam. ad l.
Falci, & l. ſi patri.§. ſi pater. C. de vſufruct. & l.ſtatuli-
berum. §. Stichum. de legat. 2.& l. pater. §. ſi fundum.
de leg.3. probant Card.conſi.49. cum teſtatoris volun-
tas. nume. 5. Caſtr. conſi. 302. viſis & diligenter conſi-
deratis. colum. fin. verſic. contrarium tamen libr. 1.&
conſ. 436. ad primum videtur. in princ.lib.2. vbi etiam
38 nume. 2.bene aduertit quòd † commiſſarius non ha-
bet maius arbitrium, quàm teſtator, qui commiſit, ha-
beret, l. ſi quis quos. cum gloſſ. de legat. 2. quæ autem
commiſit, ſi eſſent turpia , vel contra bonos mores, vel
in præiudicium tertij , hoc non debet fieri à teſtatore,
& minus à commiſſario, glo. in l. ſi tibi. de legat.3. cir-
ca generalia poſſibilia poteſt facere & commiſſarius,
39 non verò, quæ noluit teſtator , vt ibi per eum , poſſet †
tamen talis executor , cuius fides , conſcientia , & in-
duſtria eſt electa , facere alium executorem , commit-
tendo ei aliquid certum, & à ſe declaratum per not.
in cap. is cui.de offi. deleg. in 6. tenet Rimin.ſen.conſ.
40 336. nume. 44. † illud etiam quod eſt principale in re
commiſſa , & perpetuo duraturum mortuis executo-
ribus, quorum induſtriæ quædam acceſſoria commiſ-
ſa fuerant, tranſit ad epiſcopum loci exequendum &
adimplendum ſucceſſiuis temporibus ſecundum for-
mam teſtamenti de re tali, & facto, & deciſiue reſpon-
dit Caſtr.d.conſil.177.in quæſtione.lib.2.ſequitur Curt.
Iun. conſil.66.intellige ad pias,& non ad alias,not.Bal.
per text.ibi.in l. fin.§. ſed & ſi quis. colum. 3. numer. 13.
commu.de lega.ad prophanas verò eſt præſes loci,idem
Bald. in leg. fin. in princip. numer. 9. vel epiſcopus, vt
declarat Abb. in c. ſi hæredes.colum. 2. & ſeq. num. 7.
de teſta.

Noſter ergo vltimarum voluntatum interpres ac-
curatè reſpiciat, ſi executa , vel geſta per commiſſarios,
vel executores iſtos ſint conformia mandatis , & finib.
mandatorum , vt in teſtamento expreſſum apparet, re-
ſpondebit ea valere, ſin autem econtrà , non valere, vt
doct.omnes volunt in locis ſupra alleg. per d.l.diligen-
ter. & d. capit.cum dilecta Pariſ.conſil.19.num.59.li.2.
& conſil.57.num.47.lib.4. Iaſ.conſil.200.in princ.lib.
ſecundo, & alibi ſæpe & in ſpecie poſt Bald.in d.l.ſi pu-
pillorum.§.ſi prætor.de reb.eo.& in l. fin.C.ſi manci.ita
fu.alie.

Quarta ſolutio dubitationis, an ſit merus, vel mix-
tus executor, adducitur valde opportuna, ob aliquas
notabiles differentias, quæ de hoc ſunt ſcitu dignę, de
41 quibus modò agam, quòd ſanè † merus executor, vel
commiſſarius dicitur qui ex teſtamento nullum com-
modum conſequitur, nec conſequi ſperat, & in exe-
quendo ſolum, nudúmque facti miniſterium præſtat,
per gloſſ.in l. pecuniæ. de ali.lega. dicentem, Sic ergo
de commiſſarijs, potes notare quòd nullum lucrum
debent habere, Ang.& Imol. in l. Lucius. §. hæredum.
ad Trebel. Bal.in l.1. §. 1. num.6. de caduc.tollen.Ro-
man. conſi. 227.pro plena diſcuſſione.colum.pen.ver-
ſicul. ſic itaque & Capra d. tracta. executorum vltim.
42 volunt. in 4. membro num. 6. vbi ſubiungit † non mu-
tari naturam meri , & ſimplicis executoris, ſi tali exe-
cutori aliquid in teſtamento ordinatum fuerit dari
pro ſuo labore, & ſalario cauſa ſuæ fidei remuneran-
dæ , vt per Bald. in l. nulli. ſub num. ſecundo. C. de
epiſ. & cler. arg. l. tutor petitus. §. quæ tutoribus.ff. de
excu, tu. loquentis in tutore , & ſic confirmo per ſimi-
litudinem inter tutorem , & executorem & eorum
officij , per gloſſ. in l. tutela. ff. de tute. Bald. conſilio
308. teſtator,verſicul. nam vbi apponitur. lib. ſecundo,
& Roman. conſil. 119. in prima concluſione, in prin-
cip. eſt itaque merus executor, vbi nullum ſentit com-
modum in actu nec in potentia verbis teſtamenti cir-
ca legatum diſtribuendum diſpoſitiuis , vel execu-
tiuis exiſtentibus , directis in eum quando teſtator
declarat ſe velle ad eum nullum ſpectare commodum,
ſed



ſed eſſe tantum merum,& ſimplicem miniſtrum Raph.
Cuma.& Imol.in l.ſi quis Titio. de legat. 2. aut quando
teſtator mandat teneri in ſecreto diſtributa per execu-
torem,de quo magis quàm de hærede oſtēderit ſe con-
fidiſſe, & meliùs ita ſuam voluntatem exequēdam fore,
quàm quòd executor exinde poſſit reportare commo-
dum , vt eleganter reſpondit Cuman. conſilio 197. te-
ſtator.

43 Mixtus † verò executor dicitur è conuerſo , qui actu
vel potentia ex teſtamento ipſo ſentit , vel ſentire po-
teſt commodum , vt quando hæres , vel cohæres etiam
eſt deputatus executor, vel legati verba diſpoſitiua ſunt
directa in eum,verbi gratia,ſi lego Titiò centum,vt ea
reſtituat Meuio.l.pecuniæ.de ali.lega. l.ſi à pluribus. de
legat. primo, l. ſi quis Titio.de legat.ſecundo,quod ibi
declarant, & tam hanc quàm primam modo dictam cō-
cluſionem firmant Bart. Albe. Bal.Cuman.& Imol.Ca-
pra dict. tract. in 4.membro, num.7. & membro 7. nu.
6. 9. & Bar. in d. l. pecuniæ, Ioan.Iaco. à Cani.d. tract.
in tertia par.in princip.Bero.quæſt.86.num.1.& ſequen.
Bald. conſilio. 193. Dom. Nicol. condidit. colum. vlt.
lib.1.vbi hæres idem & executor, Ang.conſil.129.bona.
verſicul. executores & fideicommiſſarij & in §. ſi quis
ædificationem,in authen.de eccleſ.titul. Caſtr.in l.qui-
dam teſtamento. §. ſi ſcriptus. numero ſecundo , de
legat. 1.

44 Dicitur quoque non † merus executor, qui habet
aliud facere vltra miniſterium facti in exequendo,quā-
do ſibi data eſt facultas eligendi perſonam , vel decla-
randi cauſam , pro qua & cui debeat perſonæ diſpenſari
legatum,namq; primo,& in hoc aſſignatur vna differē-
45 tia, quòd † per monitionem factam , vel conſtitutione
epiſcopi,vel interpellatione alterius ad exequēdum le-
gatum per lapſum anni,quando ſit ſimplex executor fa-
cti,excluditur ab executoria,auth.hoc amplius.C. de fi-
deicom. quando verò habet vlteriorem poteſtatem &
eligendi,vel declarandi , non ſic excluditur , ſed poſteà
facultatem habet etiam anno elapſo declarandi in
quam cauſam, vel eligendi perſonam, cui præſtandum
ſit legatum , quia alius eſt actus exequendi , & alius eſt
actus declarandi , vt in ſpecie tradit Bart. conſilio 142.
conſtitutione Cameren.colum. 2. & in l. cum quidam.
de legat. ſecundo , in hoc ſequitur Bald. conſilio 301.
conſtitutio. colum. fin. in princip. libro ſecundo, &
Roman. conſilio 227. pro plena. colum. 4. verſicul.
quarto ſententiam hanc ſequitur Abb. conſilio 59. Vi-
ſo teſtamento. in fin. libr. 1. & conſilio 11. tria ſunt nu-
mero 3. 4. & conſil. 110. in cauſa hoſpitalis. colum. pen.
& fin. lib. 2. licet Bald.in l. captatorias. colum. fin. nu-
mero 12. C. de teſt. mil. inferat dictum Bartol.hoc non
procedere in declarante ad pias cauſas, refert Caſtr.
conſilio 97. in fin.lib.1. Bald. ſequitur Anchar. conſil.
387.in themate. & conſil. 412. contra hæredes ſequitur
Bart.quia tempus currit etiam ignoranti,& in hoc con-
tra Bar.cum alijs per Boer.deciſ.39.num.16.17.quo ve-
rò ad pœnam euitandam Bar.ſequitur Alex. conſil. 16.
num.1.lib.4.

46 Diſcurro & differentias exiſtentes inter † merum
executorem,& mixtum executorē,inter quos eſt magna
differentia,ait Caſt.in l.à filia. §. alumno. ff.ad Trebel.&
ibi ſolummodò refert duas differentias.

47 Prima eſt quòd ſi † legatum in executione diſtri-
buendum , antequàm diſtribueretur , fieret caducum,
& quomodocunque deficeret de iure , vel de facto,
nihil remanet penes merum executorem. leg. Lucius.
§. 1. eo. text. gloſſ. & doct.in l. filio. §. matri. de adi.leg.
& text.& gloſſ.in d. l. ſi quis Titio.de legat. 2. & Bartol.
in l. 3. numer. 5.de ali. legat. non ita in mixto executo-
re , quia penes eum , & non penes hæredem remane-
ret relictum effectum caducum per text. in dict. leg. ſi
quis Titio. & in l.Iulianus.de legat.ſecūdo,vbi aſſigna-
tur ratio,quia in fideicommiſſo potiorem cauſam habet
is , cuius fides electa eſt: ſimilis eſt in l. ſi quis eum. in
fin. de condi. & demon. & bene Cuma. in d. l. ſi quis
Titio.

48 Secunda differentia eſt, quòd † merus executor non
præſtat cautionem de conſeruando aliquem indem-
nem, l. diuus. ſi cui pluſquàm per leg. Falc.ſecus quan-
do eſt mixtus executor per text. in leg. ſi à pluribus. in
princip. de leg. 1. & ibi Bartol. & ali. & in d. l.pecuniæ.
de ali. leg. quia meri executoris fides à teſtatore fuit
electa , & approbata , l. Firmio. §.1. in fi. ff. quando di.
leg. ced. l. de creationibus. C. de epiſc. audi. in princi.
inſtitut. de ſatiſda. tut. niſi executor iſte efficiatur non
ſoluendo, tunc enim cautio ab eo exigenda eſt, in-
quit text.in l. liberto. §. largius. de ann.leg. quem text.
benè declarare dict. l. diuus. dicit Barto. in ea l. diuus
num. 1. 2.& ibi cæteri eandem hanc differentiam fir-
49 mant , † quæ autem capita debeat continere , vel de
quibus præſtari huiuſmodi cautio , plenè examinan-
do , & declarando ſcribit Io. Iaco. à Cani. d. tract. de
execut. vltim.volunt.par.ſecunda.§.repetitis,num.1.vſ-
que ad nu.9.ponit & Capra eo.ſuo tract. in 6. membro.
numero 3. & ſequent. poſt Bartol. in dicta l. diuus. nu-
mero 3.

Tertia differentia eſt cum ſequent. vltra Caſtr. in di-
50 cta l. à filia. §. alumno. ad Trebel.quod † merus execu-
tor pro cōſequenda re diſtribuenda non habet actionē
contra hæredem, nec contra alios , niſi ad pias cauſas.l.
nullum.C. de Epiſcop.& cleri.alia poteſtate ſibi per te-
ſtatorem non data.Alex.conſi.170.nu.2.li. 2. diuerſa eſt
in executore mixto,quia ratione iuris ſui cōmodi,quod
habet in legato pro eo conſequendo omnibus remedijs
competentibus legatario iuxta l.primam comm.de leg.
poteſt agere & experiri diſtinguendo late tradit Specu.
tit. de inſtr. edi.d. §. nunc vero aliqua.16. verſic. & ſcias
quòd executores.Bar.in dicta l. ſi quis Titio. num. 2. de
legat.2. Imol.in l.ſi à pluribus.de legat.primo,per l.Lu-
cius. §. 1. ibi Caſtr.ad Trebel. plenè proſequitur Capra
d. tract. execu.in 6.membro.num.2.vſque ad num.11.&
quòd ita eſt comm. opin. etiamſi teſtator dicat, Facio
talem executorem meum ad complēdum omnia legata
51 mea. Vbi tamen num. 12. & ſequent. adducit † fallen-
tiam,quando teſtator mero executori daret poteſtatem,
& authoritatē agendi,& petendi,ac exigendi: quia tunc
poſſet agere , & ſtandum eſſet voluntati teſtatoris per
vulg.iu.cum alijs per Io.Iaco. à Cani. d. tracta. par. ſe-
cunda. §. conſultis. num. 7. & ibi ſub numero 10. ſub-
52 iungit ex mente doctorum aliam differentiam quòd †
mixtus executor poteſt conſtituere procuratorem ad
lites,merus verò ad negotia,intellige in prophanis:quia
ad pias cauſas non dicitur merus executor, poteſt ergo
conſtituere ante litem conteſtatam,Caſtr.conſil. 13. ſu-
per primo.colum.2.verſic.circa quartum lib.1.& morte
mandantis non finitur tale mādatum.Bal. in auth.ſi qua
mulier.col.fin.num.14.C.de ſacroſ.eccl. ſequitur Rom.
conſi.19.ad fin.

Quarta ſubſequitur differentia , quòd merus exe-
53 cutor † non poteſt etiam conueniri à legatarijs,vt eius
ſoluat legata,quia ab eo non ſunt relicta , ſed per eum
ab hæredibus, contra quos hæredes ideò legatarij pe-
tere, & agere debent, per l. peto. §. mater.de leg.2.& l.
codicillis. §.fin.de vſufr. leg. tenet Caſtr.in d. l.Lucius.
§. 1. ad Trebell. plenè Bartol.in d. l.diuus.& in d.l. Fir-
mio.§.1.num. 2.quando dict. leg. ced. vbi & hoc diuer-
ſum tenet in executore mixto, quia poſtquàm agno-
uit commodum quod poteſt ſentire ex legato, poteſt
conueniri, & contra eum agi per legatarios,vt eis ſoluat
ſecundum teſtatoris iuſſum,dic.l.ſi à pluribus,& l.impe-
rator.in princip.& §.primo,de lega. ſecundo, hac diffe-

rentiam proſequitur & Capra d.tract.& membro 6. nu,
53.54.& ſeq.
54 Quinta notabilis differentia eſt inter merum exe-
cutorem & mixtum, quòd † merus executor in vi-
ta non adimplens quantum teſtator ſibi impoſuit,
non poteſt ſuo teſtamento diſponere, quòd poſt mor-
tem ſuam illud exequatur, quia morte ſuum officium
finitur, ideò ad tempus non poteſt conferri in quo
finitur l. pen. ff. de tut. & l. cuius bona. de cura. furi.
non ſic eſt in mixto executore, qui teſtamento ſuo
exequendo quantum iuſſum fuit per teſtatorem re-
linquentem, dicitur ipſe exequi mandatum primi
teſtatoris, cuius quidem factum hoc reputatur, & non
ipſius executoris teſtantis per leg. vnum ex familia.
§. 1. & ibi Bartol. de leg. ſecundo, ex facto reſpondit
Bal. conſil. 193. D. Nicol. condit. lib. 1. aliàs enim morte
executoris teſtamenti ſolui eius officium, Sebaſt. Me-
dic. ſuo tract. mors omnia ſoluit, facit concl. 41. num.
109. par. 2.
Sexta differentia eſt inter merum & mixtum exe-
cutorem in vendendo rem aliquam, & eius pretium
55 diſtribuendo, prout teſtator iuſſerit: † nam ſi plures
ſint executores ſimul deputati inter eos, qui meri
ſunt executores, vel vnus ſine altero nihil poteſt exe-
qui, niſi in caſibus his, ſcilicet, quando alij ſint mor-
tui, vel quando alij ſint in remotis partibus, vel aliter
impediti, vel quando alij nolunt exequi, vel quando
alij noluerunt ſuſcipere officium, & recuſauerunt, vt
habetur in cap. fin. de teſta. in 6. in l. mulcta. in prin.
de condit. & demonſtrat. diſtinctè probando per fal-
lentias ſex, ſequitur Capra d. tracta. execu. 6. membro
56 num. 180. & ſequent. † item merus executor teſtamen-
ti æquiparando eum executori ſententiæ iudicis per
l. qui erat. ff. famil. herciſ. non poteſt vendere, niſi præ-
cedentibus ſubhaſtationibus, Luc. de Pen. not. in l. ſi
tempora ad fin. C. de ſid. inſtru. libr. 10. & alijs ſerua-
tis, de quibus per Io. Iaco. à Cani. d. tract. de executo.
vlt. volunt. part. ſecunda. §. conſultis. verſic. fin. num.
21. & ſequent. Sed inter executores ille qui eſt & mix-
tus executor, id eſt, hæres & executor, nec eſſe non
habet prædictas ſolennitates ſeruare in vendendo
pro ſubſtantia tranſlationis dominij, quia ſolus ven-
dendo per ſe, & vt executor, bene transfert dominium
in emptorem ex coniunctione dominij, & officij ſi-
mul concurrentium, ita conſultus diſcutiendo & de-
cidendo tradit Bald. conſil. 287. dicta mulier. libr. 4.
diuerſitatis ratio eſt, quia mixtus executor plus iuris
habet quàm merus executor habeat, ideò maiorem
habet poteſtatem in re diſtribuenda, argum. l. ergo. de
acquir. rer. domi. & l. hæreditatis. C. de petit. hæred. ibi
cum mixtæ perſonalis actionis ratio hoc reſpondere
compellat, & ex pluribus concurrentijs augetur effe-
ctus, not. Bald. in l. 1. in 1. not. & in leg. 2. vltra med. C.
de fideicom. hæc bene firmat deciſionem Bald. in dict.
conſil. 288.
57 Septima differentia eſt, quòd † de re diſtribuenda
illud quod non fuit expenſum per merum executo-
rem, ſed ſuperfuit, debet quidem reſtitui hæredi: quòd
vero ſuperfuit non expenſum per mixtum executorem,
penes eum remanet, & non reſtituitur hæredi l. Lucius.
§. 1. de leg. 2. & ibi Caſtr. & in l. Lucius, §. hæredum. in
fin. ad Trebel. hoc propriè deſignat cognitio meri &
mixti executoris, quòd hic ſentit commodum, ille ni-
58 hil, vt antè dictum eſt, exinde eſt, quòd † mixtus exe-
cutor tenetur etiam de leui culpa, at merus executor te-
netur de dolo & lata culpa tantùm: quia iura videntur
minus aſtringere merum executorē quàm mixtum per
not. in l. diuus. ſi cui pluſquàm per l. Falcid. ita tradunt
Bal. Caſtr. & Imol. in l. ſi ſeruus legatus. §. cùm quid. de
legat. primo.

Octaua differentia notabiliter poteſt aſſignari etiam
59 † inter merum & mixtum executorem, cum enim
mixtus executor ſentiat commodum, & legatarius di-
catur, dic. l. ſi quis Titio. de legat. 2. & ſæpè ſupra di-
ctum eſt, quippe Notarius ſcribens teſtamentum non
poſſet in eo ſe ſcribere talem mixtum executorem,
quia non valeret legatum, & pœna falſi teneretur. l. ſi
quis legatum. in princip. ff. de falſ. & l. 3. C. de his qui
ſibi aſcrib. in teſtam. vbi etiam aliquod emolumentum
ſcribenti futurum eſſet, ſecus verò dicendum eſſet, ſi
ſeipſum aſcriberet merum executorem teſtamenta-
rium, qui cum nullum poſſit ſentire commodum,
ſed onus ſolum ſuſtinere, valeret quidem talis ſua ſcri-
60 ptura, & deputatio facta à teſtatore, ſicut † valet quan-
do ſe aſcriberet tutorem filio teſtatoris, adeò quod ab
onere aſcripto non poſſet ſe excuſare per text. in leg.
vxori. §. 1. ff. de falſ. licet per hunc text. Socin. in l. quem
hæredi. ad fin. de rebus dubijs, allegando ibi Cuman.
dicat non valere quod Notarius ſcribat ſe commiſſa-
rium, Tamen verius tenendum eſt quòd valeat, cùm
exinde nullum emolumentum conſecuturus ſit, &
valeat in tutore, vt Bartol. ibi. in d. l. vxori. §. 1. ex-
61 preſſè tenet quòd † Notarius poteſt ſe ſcribere fidei-
commiſſarium, & executorem in teſtamento, licet
non diceretur teſtamentarius, ſed datiuus commiſ-
ſarius, de quo in leg. 3. de ali. legat. & ibi Albert. ſentit
idem, ſcilicet in d. l. vxori, idem expreſſè firmat Barto.
in leg. non putauit. §. ſi quis ſua manu. ff. de bon. poſ.
contra tab. per text. ibi, & per dict. l. vxori. §. 1. idem
per gloſſ. in d. l. vxori, in commiſſario probant Bartol.
& Albert. in l. ex ſententia. in fin. ff. de teſtam. tute. ne-
quaquam ergo verum eſt, quod dicit Socin. in dict. l.
quem hæredi. ad fin. ſcilicet non valere quod Nota-
rius ſcripſit ſe commiſſarium, & Cuman. ibi in meo
libro nullum verbum de hoc facit, quatenùs Bartol.
dicat valere vt datiuum commiſſarium, hoc nihil of-
ficit quoad propoſitam noſtram differentiam inter
merum, & mixtum executorem datum in minus ſo-
lenni teſtamento confirmatum per iudicem non æqui-
parando tutori, non datiuum, ſed teſtamentarium cen-
ſeri probat Capra dict. tract. executo. in 8. membro.
num. 104.

Quinta ſolutio principalis ſubijcitur dubitationum
quæ oriri poſſunt ex varijs accidentibus circa geſta
vel gerenda ab executoribus, ſeu commiſſarijs vlti-
62 marum voluntatum, nam primum † quando debeat,
vel poſſit fieri executio per commiſſarium, dicendum
eſt circa perſonas eligendas incertas de certis, quòd
incontinenti ſine temporis interuallo in eligendis per-
ſonis fieri debet executio per text. in leg. cum quidam
ita. de legat. 2. & ibi Bartol. Bald. Caſtr. Imol. & alij
63 tradunt, & ex generali regula, quòd † vbi dies vel
conditio non differt executionem relictorum, debet
fieri præſenti die, & purè. leg. 1. de conditio. & de-
monſtratio. cum concordant. ibi citatis in Gloſſ. in
64 verſicul. præſentia. † Limita niſi alia appareant in te-
ſtamento expreſſa, ex quibus deprehendi poteſt teſta-
toris voluntas non ita incontinenti faciendi talem
executionem, & eius dilationem non poſſe afferre
periculum eligendis, vt ſi teſtator dixerit talem ele-
ctionem, vel executionem eſſe faciendam, quandò
fuerint ſoluta quædam alia legata per teſtatorem fa-
cta, & ſoluenda de fructibus ſuæ hæreditatis: vel etiam
quòd moriente commiſſario eius hæredibus eandem
libertatem, authoritatem, & commiſſariam teſtator
dederit, quia tunc non incontinenti, ſed ſolutis le-
gatis erit facienda executio, vt ex facto conſultus in
65 pulchro caſu reſpondit Pariſ. conſil. 23. lib. 3. † circa ve-
rò res eligendas commiſſario datur annus ad eligen-
dum, vt l. fin. §. ſed & ſi quis. commun. de legat. omnes





66 ita reſoluunt in dicta l. cum quidam ita. † Quinimò ſi te
ſtator remiſerit executionem voluntati, & beneplaci-
to commiſſarij, quandocunque voluerit, nec annus,
nec aliud tempus ſibi curreret, nec eum remoueret ab
officio cōmiſſarij, ſed executio ipſa ſtaret in ſuſpenſo
vſque ad mortem commiſſarij, in hoc ſic operante
voluntate teſtatoris, quæ non debet alterari, vt apertè
probat Bald. conſi. 297. teſtator. & plenius in conſil. 301.
conſtitutio Patriarchalis. lib. 2. & Pariſ. dicto conſil. 23.
nume. 18.
67 Quandoquidem etiam † teſtator certis perſonis
reſtrinxerit commiſſionem diſtribuendi bona etiam
ad pias cauſas, & prohibuerit omnem alium etiam
epiſcopum ſe intromittere in tali executione, & diſ-
tributione, mortuis executoribus deputatis, & non fa-
cta executione, hanc ideò executionem amplius fie-
ri non poſſe, & ceſſare diſpoſitionem ad piam cau-
ſam latè firmat Alexand. conſil. 206. ponderatis verbis.
colum. 2. libr. 6. quia officium executoris non tranſit
ad hæredes, Ange. conſilio 278. punctus eſt Ioannes in
princip. Bald. in l. fin. colum pen. num. 46. C. de hæred.
inſtit. cui deciſioni optimè cōueniunt alleg. per Signor.
conſi. 204. in quæſtione. nu. 4. 6. vbi in terminis noſtris
68 dicit quòd † debemus attendere voluntatem teſtatoris,
quatenùs concedit & quatenùs prohibet per l. ſi plures.
§. 1. & §. pen. ff. de admi. tuto. cum ſimil. & in his quæ ten
dunt circa adminiſtratores patrimonij teſtatoris dan-
dos vel denegandos eius voluntati ſtatur, vt ibi per eum
reſpondentē pro quadam muliere executrice diſtribu-
tionum ad pias cauſas, ne ſecum in tali erogatione ſe in
tromittat epiſcopus loci fundando ſe in voluntate te-
69 ſtatoris contraria, vt ibi per eum demonſtrata. † Quod
enim teſtator diſponit de bonis ſuis etiam erga
Deum, poteſt alterare, commutare, & ſuſpendere ad
diem, vel conditionem quomodo vult, & Deus vel
Princeps in hoc ab alijs non differunt, ſecundum
Bald. dicto conſilio 301. columna 2. ſub verſiculo præ-
70 tereà aut teſtator. lib. 2. & vbi † teſtator prouidit de cer-
to executore ad certa relicta, in his quidem nec hæ-
res poteſt ſe intromittere, per l. alio. de ali. lega. tradit
Ioan. de Ana. conſilio 86. pro expeditione. Subiunge
71 quoque quòd † quilibet de populo poteſt petere cogi
hæredem quòd ſatisfaciat legato ad pias cauſas, not.
Ang. ex illo text. in §. ſin autem ſanctiſſimus. in auth. de
eccleſi. tit.
72 Aduertè ſi † certum tempus, & per conſtitutionem
epiſcopalem, & per teſtatorem ſic ſtatutum execu-
toribus, elapſo tempore præfixo per teſtatorem non
poſſunt executores dicere ſe adhuc eſſe in tempore
conſtitutionis: quia hæc tempora confunduntur, &
ſimul cucurrerunt, vt per plura iura probat Anchar.
conſi. 395. ore tenus, comprobat Tiraquel. de retract.
73 conuent. §. ſecundo. gloſ. prima, num. 62. † poſt termi-
num enim à teſtatore præfixum non poſſunt ſe intro-
mittere in exequendo, not. Bal. in l. ſtatu liberum. §. 1. de
leg. 2.
74 Executores † ſeu fideicommiſſarij, qui etiam ita
conſuetudine appellantur, Aret. conſil. 66. columna 1.
deputati ad diſtribuendum pauperibus per eos eli-
gendis pro anima teſtatoris aliqua eius bona poſt
mortem vxoris hæredis in vita, vel vſufructuarij an
poſſint diſtribuere viuente hærede vſufructuaria, &
pauperes eligere, eos poſſe conſuluit Anchar. conſilio
202. circa primum. colum. fina. in ſecundo dubio, di-
cit ſe mouere opinio. Baldi. quam credit veriorem in
l. poſt mortem. C. de fideicommiſ. vbi dicit in colum. fi.
ſub numero decimo. eò quòd talis electio pauperum
facta in vita vxoris hæredis valeat, vti facta ipſi Deo
immortali, & inuariabili vna & eadem pietate in om-
nibus pauperibus, qui viuente hærede vxore, vel

poſt eius mortem ſemper reperiuntur nobiſcum ex ſen-
tentia Euangelica, quē ibi Fulgoſ. & Caſtr. ſequi viden-
tur & alij per Grat. conſil. 124. numero 20. libro ſecun-
do, & Anchar. ex alijs rationibus principalis fauoris ani-
mæ teſtatoris, ſecundario erga pauperes citius implēdo
quàm tenentur, ac maturius liberando animam teſtato-
ris per talem præuentionem ſola electione de pauperi-
bus facta valida permanente & eis reſeruato commo-
do, tamen poſt mortem vxoris hæredis, vt ibi per eum,
& Deci. in l. cum tempus. nume. 3. de regulis iuris, di-
75 cit hanc Anchar. opinio. de iure veriorem. † Contra-
rium equidem verius & tenendum arbitror, ſcilicet
talem electionem ita præmaturè factam nullo modo va
lere, quin ſequuta morte hæredis poſſit de nouo, vel de
eiſdem, vel alijs pauperibus fieri, duplici ratione mo-
ueor. Prima ratione præiudicij pauperum eligendorum.
Secunda ratione ſpreti & non ſeruati ad vnguem man-
dati teſtatoris facti executoribus, & hæc magis me mo-
uet. Nam primo licèt intentio principalis teſtatoris cō-
mittendo dari pauperibus bona ſua ſit directa verſus
Deum Opti. Maxi. omni tempore vnum & eundem ſe-
cundùm rationem Baldi & ſequaci. tamen Deus vult
ſeruari voluntates vltimas hominum defunctorum per
alleg. ſuprà in prima dubit. & dari pauperibus, qui verè
ſint pauperes, & egeni, quibus enim quid factum di-
citur factum Deo iuxta illud: Quandiu feciſtis vni
76 de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis, † & da-
tum non pauperi non eſt in eleemoſynam, nec amo-
re Dei datum, nec pium, Deci. conſilio 120. columna 1.
numero tertio. Quinimo diſtributum diuiti poſſet
ab eo auferri, & dari pauperibus, Matheſi. nota. 181.
not. ſi quis, cum electio & diſtributio per commiſſa-
rios facta in vita hæredis non poſſit habere effectum
de bonis ſubueniendis egeſtati pauperum, niſi poſt
mortem vxoris, vt etiam aſſentit Anchar. dicto con-
ſilio 202. columna fina. verſicu. licet ergo pauperes, per
not. à Bartol. in l. filiusfam. §. diuus Seuerus. de leg. pri-
mo, & ibidem in ſpecie per Bald. poſſunt interim ele-
cti de pauperibus effici diuites iuxta præſumptionem.
l. ſi defunctus. C. arbitr. tute. ita talem præmaturam
electionem eſſe præiudicialem illis, qui verè ſunt
pauperes tempore mortis hæredis, vt conſiderat
Angelus in dicta l. poſt mortem, ideò eam non va-
lere per Gloſſ. & Barthol. numero ſecundo, in dicta l.
poſt mortem. per l. cum pater. §. à filia. de lega. ſecun-
do, Ange. in dicta l. poſt mortem. dicit in finitis vici-
bus practicaſſe, & ibi Iaſo columna penultima verſicu.
adde quòd, idem tenet Ange. atteſtatur & defendit
ita eſſe commun. opinio. idem & ibi Cornelius colum.
ſecunda, & Deci. conſilio 416. columna fina. nume. 22.
& in dicta l. cum tempus. nume. ſecundo, hoc idem
ſentit Anchar. conſilio 412. contra hæredes. ſupra fina.
ſequitur & Bologn. conſilio 40. colum. antepenult. ver-
ſicu. accedat pro confirmatione, & idem Pariſ. d. con-
ſilio 23. colum. 4. numero 17. libro 3. vel ſaltem quòd
talis electio mortuo hærede poteſt mutari per com-
miſſarios. Secunda ratio eſt, quæ magis me impellit
ad tenendum quòd talis præmatura electio nullo mo-
do valeat, quia forma mandati facti executoribus
eſt coarctata in tempore poſt mortem hæredis, & an-
te mandatum eſt eis denegatum poſſe aliquid agere:
quia eſt conditionale quoad eos, qui poſſent mori
ante mortem hæredis, l. hæres meus. in princ. de con-
dit. & demonſtrat. quare ante hæredis mortem pendet
conditio, & interim non ceſſit dies executionis, &
adhuc executores in diſtribuendo & eligendo non
ſunt executores: ergo feſtina hæc eorum electio fa-
cta contra formam mandati eſt nullius momenti,
etiam, ſi ei hæres conſenſiſſet, vel & ipſe hæres in vita
eſſet ſimul executoria cum eis, ita probat Baldus in

dicta l.poſt mortem.colum.fin.num.8.verſ.modò quæ-
ro,quem ibi alij ſequuntur, & latiùs idem in ſpecie fir-
mat in conſi.118.caſus ſub tali forma.col.2. verſicu. ſu-
per primo puncto.lib.5.facit l.ſi quis ita ſubſtituerit,ibi.
Non enim videbitur in hunc caſum ſubſtitutus,de vulg.
& pupil, & faciunt quæ ſupra verſicu.tertia ſolutio. ad-
duxi de finib. mandati per iſtos executores cuſtodien-
dis, & iſta eſt veritas, quicquid conſuluerit Anch.
d.conſil.262.& tentauerint dicere Dec.& Cagn.in dict.
l.cum tempus, qui rationibus prædictis non reſpon-
dent, & ſuæ rationes de celeriori liberatione animæ
teſtatoris, & potiori fauore per talem præuentionem
in eligendo pauperes, vanæ ſunt, & ſaporem iuris nec
humani, nec diuini habent,quia Deus non facta ho-
minum, ſed corda & intentiones reſpicit, vnde quam-
primum teſtator diſpoſuit pro anima ſua poſt mor-
tem vxoris ſuæ hæredis per executores deputatos diſtri-
bui inter pauperes bona ſua, id quidem in meritum
pro anima ſua, & in bonum & pium opus reputatum
credimus apud Deum clementem & miſericordem, in
quo non adeſt niſi tempus præſens ſecundùm Theolo-
gos,vtroque tempore pro eodem habito tã antè, quàm
poſt mortem hæredis, quod autem in diuerſam partem
videtur inclinare Vaſq.de ſucceſ.progreſ.lib.3.§.26.nu.
14.& Cagno.in d.l.cum tempus.poſſet procedere in ip-
ſo hærede,& non in executore habente certum manda-
tum à teſtatore,

77 In tantum enim † executores tenẽtur ſeruare man-
data teſtatoris, quòd ipſi deputati ad diſtribuendum bo
na teſtatoris in maritandis tantis virginibus non poſ-
ſunt dare illis intrantibus in monaſterium, & ſic vnum
opus pium in aliud tranſmutare, quia hoc non habent
in mandatis, rationem hanc aſſignando decidit Bald.
in auth.niſi,col.3.num.11.verſ.& ideò executores.C.ad
Trebel.comprobat Nat.conſil. 211.ſub num,16.& con-
firmatur optimè ex deciſ.Ange.cum alio Doct.in conſi-
78 lio 328.Anaſtaſius colum.1.& ſequent. quòd † executo-
res ad vendẽdum bona mobilia & immobilia non poſ-
ſunt vendere iura & actiones ex natura talis mãdati ſtri
ctè interpretandi,& non extendendi,& ibi ſecunda ſo-
79 lut. idem ex forma mandati non ſeruati,quia † teſtator
mandauit diſtribui ſua bona inter pauperes, quod im-
portat diuiſionem bonorum minutam fieri in quam
plurimis perſonis diuiſim & executor fecit diſtribu-
tionem ſolum in duabus perſonis, & ſic contra for-
mam mandati nulliter eſt facta. probat Gemin. con-
ſilio.20.numero 5.ſentit Bartolus in leg.1.in fin.de opt.
legat.

80 Item † executoribus tempus exequendi vel à le-
ge, conſtitutione, vel à teſtatore præfixum non incipit
currere, quando conditio aliqua eſſet verificanda,
vel quid aliud eſſet liquidandum, priuſquàm accedi
poſſit ad actum exequendi, niſi prius illa conditio fue-
rit purificata, & illud liquidandum fuerit liquidatum
per l.talis.ff.de iur.dot.tradit Aret.conſil.63. colum fin.
verſi.ſed terminus.declarat Soc.in l.ſi in diem.in prin-
cip.in fin.de conditio. & demonſtratio.concorda.alle-
gando ſeq. Tiraq. de retract. conuent.§. 2. gloſ. 1. nu-
mero 16.

81 Secundò vbi plures † executores ſimpliciter in te-
ſtamento fuerint deputati, vnus ſine alio nihil exe-
qui poteſt,per cap.fin.§.1.de teſtam.in 6. & ibi canon.
& l.ſi ita fuerit,verſ.idem quæri poteſt de manu.teſtam.
Bart.conſ. 147.factum tale eſt,ſub nu.2.Spec.tit.de in-
ſtru.editi.d. §.nunc verò aliqua.verſ.ſed quęritur an exe
cutores.Philip.Francus Peruſ.conſ.116.nu.11.inter con
ſil.diuerſ.ad cau.vltim.volunt.vbi quòd etiam in dubio
nunquam cenſentur dati inſolidum, quinimò duo vi-
dentur dati inſolidum, per l.ſi legatario.§.ſi à duobus
de fideicommiſ. libert. dicit Fab. de Monte tract. de
emptio.& vendit.in tertia quęſtio. principali, numero
12.non quando plures, & ſic vltra duos ſunt dati,quia
non videntur dati inſolidum, ita & Franch.dicto cap.
fin.§.ſanè.colum.2.verſicu. vltimò tene menti. de te-
ſta.in 6.declarando vt ibi per eum, & per Bald.in l. ſi
hæres.vltra med. ff. de condi. cau. da. non ſecu. diſtin-
guendo, ſi ſuper certo inſolidum, ſi ſuper incerto non
82 ita,& Iaſ.conſil.110.in fin.lib. primo. † quando plures
ſunt dati cum cla.quòd omnes vel vnus eorum poſ-
ſit exequi, vnum poſſe exequi non requiſitis alijs te-
net Ripa in l. hæredes mei. §. peto. ſub numero 5. ad
Trebel.& hoc principali dictio facit regulam, ad quam
poſtea dat ſex fallen. Capra dicto tract.de executor.
in 6.membro,num.179.& ſequent,prius per Bald.con-
ſil.287.& ſpec.dict.52.verſicu.ſed quæritur an executo-
res, & verſicu.ſequent. ſuper hoc aliquas ponit quæſtio-
nes,quæ ibi & in fallent. Capræ in loco citato videri
poſſunt.

83 Ex his autem † ſi aliqui ſint mortui, aliqui ſuper-
ſtites, quòd poſſint ſuperſtites exequi maximè cùm
tot ſuperſtites ſint, quot mortui, Caſtr.conſil.13.ſuper
primo colum.2. verſicu. circa tertium. libr.1. & Cald.
conſilio 45. titu. de teſta. etiam ſi vnus eſſet ſuperſtes,
licèt is cum alio dato à iudice poſſit exequi ſecun-
dum eundem Caſtr. conſilio 218. ad primum. in fina.
lib. 2. Tamen & iſtum filium poſſe exequi fauore vo-
luntatis teſtatoris liberè adimplendæ per dictum cap.
fin.in fina.tenent Abb.conſilio 65.quidam Raynerius.
colum.fin.verſi.& hoc puto verius.& conſi.110. in cauſa
hoſpitalis.colum.2.verſicu.ad ſecundum dubium. libro
2. Capra conſilio 54. in princip. intellige niſi appa-
reret ex teſtamento per vnum ſolum executorem exe-
qui teſtatorem noluiſſe, quia ad pias cauſas tunc epi-
ſcopus ad exequendum adiungitur, Calca. conſil. 104.
ad finem, & non ſtaretur vni Socin. in l. quem hæredi.
in fin.de rebus dubijs,idem econuerſo ſi apparet teſta-
torem voluiſſe quemlibet executorem inſolidum poſſe
exequi, ita vnus poterit Bald.conſil.81.conſiderandum
eſt,lib.4.vel vnum poſſe exequi cum vno alio ex pluri-
bus executoribus,vt tenet Socin.conſil.11. columna 2.
lib.1,

84 Si quoque inter plures † executores partim con-
ſanguineos, partim non conſanguineos teſtatoris, vt
contingere ſolet, fuerit diſcordia, circa executionem
commiſſorum eis in teſtamento, potius ſtaretur de-
terminationi factæ per executores coniunctos teſta-
toris, argumen.l.imperator.ff.de pact. ibi tradit Bald.
colum.1.verſicul. in text. ibi, neceſſarium, pro ſingul.
dicto ponit Roman. ſingul. 533. executores. compro-
bat Tiraquel.de retract.in præfation.nu.44. vbi etiam
85 ex duobus † executoribus vno eligente pauperes cõiun
ctos teſtatoris,& altero eligẽte extraneos pauperes, illa
præferri debet electio quæ facta eſt de pauperibus con
iunctis.Confirmo, quia ita credendum eſt teſtatorem
ſenſiſſe & commiſiſſe executoribus prius ſubueniri con
iunctis pauperibus, cùm ordo charitatis ſuggerat, vt
prius noſtris quàm extraneis pauperibus ſuccurra-
mus, cap. non ſatis.86. diſtin.in ſpecie ita firmat An-
charan. conſilio 436. his dubijs. columna prima, ver-
ſiculo præmiſſa.& Gemin. conſilio vigeſimo, numero
tertio.

86 Quando autem † executores ſunt,& clericus, & lai-
cus ſubſunt iudici eccleſiaſtico Felin.in cap.1.col.4.de
præſcript.

Tertio aliqua circa facultatem talium executo-
87 rum attende, quòd † ſi commiſſarius teſtamentarius
ad diſtribuendum bona teſtatoris pauperibus per eum
eligendis, ipſe verè eſt pauper poteſt ſeipſum eligere,
Socin.conſilio 11.colum.2.verſicu.quinimò.libr.1. licet
in contrarium arguat Bald. conſil.287. dicta mulier.
in



88 in princip.lib.4. † Quod etiam poſſit eligere eius filios
in ſumma paupertate exiſtentes,Cald.conſi.39. an exe-
cutor. tit. de teſta. licèt teneat contrarium conſilio 31.
eodem titul.valere,quando ceſſat ſuſpicio, & ſunt pau-
peres, ſequi videtur Pariſ. conſilio 45. colum. ſecunda,
numero 15.lib.tertio,& Gemini, conſilio 20.colum. fin.
89 numero tertio: † námque & ſuis coniunctis, dummo-
dò ſint pauperes, diſtributio valet, & facta dicitur ad
pias cauſas, plenè Iaſo. conſilio. 183. lib. ſecundo, Nat.
conſilio 211.numero 20. 21. Et quando adijcit non ac-
quiri vſumfructum patri eligenti filium pauperem, Bal.
in l.tutor. §. quæ tutoris.ff.de excu. tuto. & Capra dicto
tract.executor.in 6.membro num.173. 174. de ſe num.
169.& Guald.de art.teſta.tit.6.cau.num.fin.

90 Poteſt item † executor habens poteſtatem eligen-
di pauperes,eligere eos ad tempus, & ſub conditione,
dummodò poſt tempus, vel in defectum conditionis
electio vel ſubſtitutio cadat in alios æquè pauperes, &
ſubinde appareat ſucceſſiua, & continua executio per-
ſiſtens in pauperes, vt per Bart.in l.vnum ex familia.§.
ſed ſi fundum.nume.3. de legat. 2.ſequitur Ruin. conſi-
lio 115.colum. 2. numero 5.lib. 2. vltra eum adde Cald.
91 conſi. 29.ſed quid ſit executor. tit. de teſta. vbi † valet
onus,vel cõditio, etiamſi excedat tempus limitatũ po-
teſtati executoris,idem bene probat Bal.conſ.162.qui-
dam Franciſcus.nume.3.verſi.tertiò quæritur. libr.5.vbi
92 & numero 2.alia notabilia prædixerat, quòd † habens
facultatem eligendi in morte poteſt eligere teſtando
via inſtitutionis vel legati,dummodò ſint de quibus te-
ſtator ſenſit,pauperes, & non excedat menſuram diſtri-
butionis, ſed quatenùs ad ſubleuandam paupertatem
93 ſufficiat: † non enim poteſt vni tanquam pauperi dare
mille marchas argenti, quia nomini prætenſo pauper-
tatis diſſonat, per not.in l.illud. C. de ſacroſanct. ec-
cleſ.& in l.prima. C. de medican. vali. libr. vndecimo,
94 & ibi ad Bartol.in addi.Angel.tradit, † ſi teſtator man-
dat ſua bona diſtribui inter pauperes mẽdicantes, non
poteſt fieri talis diſtributio inter mendicantes robu-
ſtos, quia de his non cenſetur ſenſiſſe teſtator, debét-
que fieri diſtributio inter illos, qui ſunt pauperiores,
vt per Dec.conſilio ſeptuageſimoſecundo, colum.3.ad
finem, & de illis intelligitur, qui ſunt in ciuitate, in
qua teſtator domicilium habebat, Alexand. conſil. 91.
col.2.ſub num.5.lib.7.declarat Capra d. membro 6.nu.
156.& ſeq.

95 Solet hæſitari † vtrum executor habens facultatem
diſtribuendi bona teſtatoris inter pauperes, vel eligen-
di pauperes,poſſit vni,vel debeat pluribus diſtribuere,
vel vnum, vel plures eligere. Non poſſe eligere vnum.
& ei dare omnia, tenet Barto. in l. prima, de opt.lega.
ſequitur Caſtr.conſilio 97.ſuper primo quæſito. colum.
2.numero 2.libr.1. vbi etiam ſi diceret in vnum paupe-
rem,poſſet diſtribui in plures per Barto.& ali.in l.vnum
ex familia.§.ſi duos. & §. ſequent de lega.2. quòd poſſit
vnus eligi,videtur tranſire Roman. ſing. 449. teſtator
dicit per dict.§.ſi duos.& §. ſequent. de legat.ſecundo,
& l.cum quidam. eod. & Ruin.conſilio 201.col.penult.
numero 10.libro ſecundo, ſi teſtatoris ſermo ſit in plu-
rali, poſſunt eligi plures, ſi ſit in ſingulari,quod debeat
eligi vnus, magis placet quòd in hoc ſicut in cæteris
dubitationibus attendatur mens & voluntas teſtatoris,
an plures vel vnum ſentire voluerit, & id ex cauſa hac
ratione diſpoſitionis, qualitate perſónarum, quanti-
tate bonorum diſtribuendorum, & ſimilibus coniectu-
ris deprehendi poteſt, vt in ſpecie tradit Alexand.
conſi.109.ſuper prima.colum.3.num.7.ſentit Dec.con-
ſil.471.col.fin.num.8.9. prius conſi.50. ad finem,Ruin.
conſil.119. num. 13. libr.ſecundo, Gemini.dicto conſi.
20.ad finem, de his ſimilibus vide quæ tetigi ſuprà libr.
præced.interp.dubit.1.ver.multum quoque refert.

96 Commiſſarij † teſtamentarij, vt dictum eſt antè,nul-
lum lucrum debent ex commiſſaria habere, nudũ enim
executionis miniſterium ſolum habent, parum ius eſt
ſuum, nihil de bonis hæreditariis poſſunt vendere pro
executione facienda, niſi teſtator conceſſerit eis poſſe
vendere, Bald.in l.ſi hæres. in princip. ff. de condi. ca.
97 da. † & pariter de bonis inter pauperes diſtribuendis,
vel aliter ſub commiſſaria venientibus non poſſunt fa-
98 cere compromiſſum, arguendo ad † prælatos habentes
in bonis eccleſiæ longè maiorem authoritatem quàm
habeant commiſſarij in bonis diſtribuendis,tamen non
poſſunt facere compromiſſum, ergo minus commiſſa-
rij, probat Aymo conſil. 323. ſed magis propriè proba-
tur, ſi non poſſunt alienare & vendere, vt dicit Baldus
in dicta l.ſi hæres.in principio, ergo nec compromitte-
99 re, ex † argumento validiſsimo de poteſtate compro-
mittendi ad poteſtatem vendendi, & alienandi negati-
uè, qui non poteſt compromittere, hanc regulam plu-
ribus author. probat Socin. conſilio 95. colum. tertia,
numero decimo, libr.tertio.Intellige quòd † executo-
100 res particulares non poſſunt vendere, niſi teſtator eis
conceſſerit expreſsè, vel tacitè vt per Barto. in dicta l.
alio.colum.ſecunda,numero ſecundo,de ali.lega.& So-
cin.conſi. 131. col.5. verſi.ſubſequenter ſequitur libr. 1.
Executores autem vniuerſales poſſunt vendere, ſicut
hæredes: ſecundùm Barto.in dicta l. alio. colum. 2.ſub
numero 3.

Quoad alia (vt de his me expediã) remitto rectorẽ ac
interpretem noſtrum ipſum ad Caſtr. conſil. 187. ſuper
101 primo.libr.primo, vbi exiſtentibus † executoribus ſu-
per aliquo relicto facto loco pio exempto à iuriſdictio-
ne epiſcopi non alius,nec epiſcopus poteſt ſe intromit-
tere,ad Pariſ.conſilio 81.nume. 21.libr.2. vbi vnus exe-
cutor alio executore aduerſante ſibi poteſt exequi,aliàs
ſine eo non poſſet,ad Caſtr.conſilio 332. viſo teſtamen-
102 to lib.primo,quòd † executores teneantur reddere ra-
tionem de executis, & conſilio 437.nume.4. & nume.
3. quando poſſint remoueri præcedente monitione iu-
dicis Deci.conſilio 91.nume.3.& Rom.conſi.80.conſil.
428.colum.fi.ad Aret.conſil.66.quando vnus ſine alio,
& alius pro alio teneatur,quod ibi magis dicantur pro-
curatores, ad Cuman. conſilio 75.& Fulgo. conſil. 51.
quòd † Venetijs tutor dicatur commiſſarius, ad Alex.
103 conſilio 45. numero 16.& ſequent.lib.1. vbi † executo-
res dati poſt alios hæredes, & per verba obliqua non
excludunt matrem per pupillarem, & non tenent locũ
hæredis diſtribuentes in pios vſus omnia bona teſtato-
ris quando eſt cum verbo directo, accipiant, deſignare
pupillarem excludentem matrem,tenet idem Alexand.
conſilio 51.numero 21.libro 7. maximè quando eſt ſub-
ſtituta pia cauſa Corn.conſilio 112.colum.quarta, & ſe-
quen.libr.2.& quando ſunt loco hæredum Barto. conſi.
25.numero 2.conſilio 38.in fin.conſil.56.colum.1.Bald.
in l.precibus numero 45. C.de impub. & ali.ſubſtit. &
conſilio 34.quæritur vtrum filia. libr.3. Socin. conſilio
49. numero 3. & ſequent.libro 4. Alexand. conſil. 98.
nume.fin.lib.2.Cald.conſi.19.tit.de teſta.ad Bar.conſi.
194 137.ſtatuto communis Gualdi.numero 2. † Vbi quan-
do ſunt deputati executores, hæredes excuſantur à pœ-
na priuationis hæreditatis,idem in auctẽn.hoc amplius,
num.6.C.de fideicommiſſ. declarando vt ibi per Bald.
105 nume.15.ad Ang. conſilio 358. Titius, vbi † executores
debentes eligere duos pauperes in certa ſumma tan-
tum,in reſiduo teſtator decedit ab inteſtato, ad Guid.
106 Pap. in quæſtion. 614. quòd † ſtatur iuramento execu-
107 toris de voluntate teſtatoris executa, & † executor,cu-
ius conſcientiæ eſt commiſſa diſtributio, an poſſit cogi
ad demonſtrandum quomodo diſtribuerit Gemi. in ca.
ſtatutum. §. aſſeſſorem. ſupra fin.de reſcript, in 6. & ad
alia loca ſupra in princ.demonſtrata.

## ¶SVMMARIVM.

1 Hæredes fideicommiſſarij vniuerſales legatarij, executores, ſeu commiſſarij, an & quando teneātur parere voluntati teſtatoris, & eam adimplere.

2 Hæredes ſunt obligati ſeruare, & exequi voluntatem teſtatoris, quando adierint hæreditatem, quod maius eſt præ cæteris in vltimis voluntatibus.

3 Hæreditas ſi non fuerit adita, teſtator dicitur inteſtatus effectus, & nil ex ſcriptis in teſtamento valet.

Fallit vbi non adita hæreditate, cætera in eo diſpoſita debent exequi, vt ibi legere eſt 4.

5 Obligati exequi voluntatem teſtatoris paſſiuè ſunt, qui primum deſcripti ſunt & ordine apparente. videlicet

Subſtituti.

Cohæredes.

Fideicommiſſarij vniuerſales.

Legatarij.

Venientes ab inteſtato, &c.

Fiſcus vltimo loco, & iſti adeuntes hæreditatem tandem.

Et hic teſtatori, cuius hæreditas ex teſtamento non eſt adita, ſucceſſuri ſunt ab inteſtato, hiq; in caſibus exceptis à regula ſunt qui adimplent diſpoſita cætera in teſtamento, de qua regula & caſibus habetur in l. eam quam. C. de fideicom. & ibi gloſ. 6.

6 Venientes ab inteſt. vt teneantur ad fideicommiſſa & relicta in vltima voluntate non adita hæreditate, requiritur vt hæreditatem adierint ab inteſtato, aliàs conueniri non poſſunt, & non tenentur ipſis fideicommiſſarijs & legatarijs. 7.

8 Teſtamentum & eius virtus omnis in aditione hæreditatis conſummatur.

9 Dominium & eius acquiſitio datur plenum per teſtamentum, plenius per mortem teſtatoris, pleniſſimum per aditionem hæreditatis.

10 Aditio hæreditatis operatur, actionem legatorum naſci eorum præſtationem fieri, & omnia in teſtamento diſpoſita corroborari.

Et omnis clauſula teſtamenti per aditionem teſtamenti confirmatur. 11.

12 Hæredes per aditionem hæreditatis videntur fidem ſuam dare defuncti de eius voluntate & diſpoſitione exequenda ac implenda.

Et naturaliter ſunt obligati ad obſeruationem teſtamenti. ibid.

13 Teſtator omnis affectat habere hæredem ex teſtamento.

14 Hæres ex quaſi contractu ex aditione hæreditatis inducto tenetur creditoribus hæreditarijs & remanet obligatus fideicommiſſarijs & legatarijs.

15 Fideicommiſſarij etiam quòd veniant ex fideicommiſſaria ſubſtitutione non poſſunt obtinere non adita hæreditate.

16 Fideicommiſſum & legatum non debetur non adita hæreditate.

17 Executores in teſtamento deputati nullum habent officium ante aditam hæreditatem.

Et ſi ſit hæres & executor repudiando hæreditatem, officium executoris retinere non poteſt. 18.

Fallit in his circa quæ periculum eſt in mora. ibid.

Fallit ſi aliter per ſtatutum loci ſit prouiſum executorem poſſe officium ſuum exercere hæreditate non adita. ibid.

19 Executor poteſtatem aſſumit ſicut tutor à die aditæ hæreditatis.

Etiamſi eſſet ab inteſt. executor, quia nil poteſt exequi niſi ea adita 20,

Quid ſi nullus eſſet hæres, nec fiſcus ex teſtamento vel ab inteſt. dic vt ibi. 21.

22 Probatio & allegatio aditionis hæreditatis eſt adeò neceſſaria ex teſtamento, vel ab inteſtato, vt iudicium motum ſine probatione prædicta veniat abſolutorium.

23 Aditio hæreditatis dicitur, & eſt modus acquirendi inductus de iure ciuili.

Qui modus ne inducatur poteſt per principem tolli vel ſuſpendi. ibid.

24 Hæres tenetur & obligatus eſt ſeruare voluntatem teſtatoris de iure naturali, quantumcunque non ſolennem.

25 Hæredes dicuntur approbare teſtamenta & diſpoſita in eis adeundo & ſe immiſcendo in hæreditate, & quæ approbata intelligantur. 27.

26 Hæres aut alius conſentiens oneri iniuncto per teſtatorem obligatur præcisè, & fidem ſuſceptam cogitur implere, etiam ſi nihil conſecutus eſſet ex iudicio teſtatoris.

28 Aditio hæreditatis duplicem effectum inducit, acquiſitiuum & obligatiuum, & quis dicatur effectus acquiſitiuus. ibid.

Et quòd ex omni vltima voluntate non ſit acquiſitio per aditionem prædictam, quæ non requiritur in donatione cauſa mortis, nec in alia quæ ſola morte confirmatur.

29 Aditio hæreditatis eſt probanda per agentem, quocunque nitatur effectu, vel acquiſitiuo per ſe, vel obligatiuo contra alium.

30 Hæres vbi petat tanquam talis, debet probare ſe hæredem & talem parteq; citata. 31.

32 Hæres quiſquis ſit, debet probari ab eo qui eum vti talem conuenit, vt ſoluat vel faciat quod eſt obligatus, etiam ſi ſit filius, cum quo ad obligationes non ſequitur concluſio, filius eſt ergo hæres, vnde probandus eſt hæres. 33. 34.

35 Probatio aditionis hæreditatis eſt difficilis, ſiquidem ſolo animo & nuda voluntate hæredis adeuntis procedat.

36 Hæres poteſt ſolo animo adire & ſoluere tunc legata, caſu quo iuſſus ſit ea ſolui prius debere, antequàm adeat & poſſeſſionem apprehendat.

37 Aditio hæreditatis poteſt ſuſpendi per teſtatorem, vſque quo aliquid fuerit actum, vel conditio aliqua fuerit impleta.

38 Probatio aditionis hæreditatis fit facilior per interrogationem reo conuendendo faciendam, an ſit hæres, pro effectu obligatiuo.

Et eſt communis aduocatorum practica. ibid.

Et quomodo agendum ſit per actorem hæredem pro effectu acquiſitiuo. ibi.

9 Filius quando agit, ſemper præſumitur hæres, niſi probetur contrarium.

40 Probatio voluntatis adeūtis & ſe immiſcentis fit per actus ſolos præparatorios ad petendum hæreditatem, interrogando poſſeſſorem an ſit hæres, &c. & vt ibi dicitur.

42 Dictum vel factum alicuius attenditur in his quæ dependent ab animo eiuſdem, cuius dicto ſtatur.

Et ſtatur dicto hæredis de animo primi hæredis defuncti quòd adierit. 42.

43 Aditio hæreditatis vel immixtio an & quando valeat facta à muliere, vel alia perſona per ſtatutum loci prohibita ſine conſenſu proximorum cōtrahere, vel quaſi adire, vel immiſcere in aliqua hæreditate cum decreto annullatiuo per ipſum ſtatutum, & ipſo iure.

Et quòd valeat ſecundum aliquos ſine conſenſu proximorū, & de ratione. ibid.

Alij quòd non valeat, & quare. cum ſeq.

44 Renunciatio non poteſt fieri ſtatuto, & eius forma ac ſolennitati, per eum etiam in cuius fauorem eſt inducta talis forma.

45 Forma dat eſſe rei, vnde actus factus non ſeruata forma ſtatuti etiam in fauorem mulieris non valet.

45 Actus non ſeruata forma ſtatuti etiam in fauorem mulieris non valet, & quare.

46 Actus non poteſt fieri validus de conſenſu vnius, vbi à principio conſenſus vtriuſque partis non ſufficiebat pro eius validitate.

47 Aditio



47 Aditio hæreditatis eſt introducta, non ſolùm fauore adeuntis, ſed etiam aliorum, quare igitur non faciliter ſic admittatur eius ſtatuti formæ renunciatio, & dic vt ibi pulchrè.

48 Mulier faciens actum inducentem aliàs aditionem hæreditatis cum conſenſu proximorum requiſito, an & quando inducatur aditio tunc hæreditatis.

Et quòd non inducatur ſtante d. ſtatu. poſt Bulgar. & quare. ibid.

Et quòd inducatur & valeat reprobato Bulgar. per auctorem ibi.

49 Statutum prohibens aditionem hæreditatis vel cōtractum per quem quoquomodo appareret obligata mulier vti exorbitans cum impugnet aditionem, ceſſat & valet aditio non probatis qualitatibus ſtatuti, & quale ſit præiudicium, & in quo obligata apparet.

50 Mulier ſine ſolennitate ſtatuti poteſt acquirere poſſeſſionem.

51 Pupillus maior infante ſine tutore poteſt acquirere poſſeſſionem.

52 Aditio hæreditatis quando eſt probanda per aliquem, vel quoad ſe, vel contra alium debet inſpicere qualia verba & facta adeuntis emiſſa fuerint quæ iuri & nomini hæredis magis congruant, & ea debet allegare, & probare.

53 Aditio hæreditatis fit quatuor modis.

Per actum acquiſitiuum.

Per actum tranſlatiuum in alterum.

Per actum poſſeſſiuum.

Per verba apta.

54 Aditio hæreditatis per actum acquiſitiuum probatur agendo & petendo res hæreditarias.

Tranſigendo ſuper corporib. & iurib. hæreditarijs.

Petendo tanquam hæres, & mouendo quæſtionem tanquam hæres.

Litigando tanquam hæres.

Faciendo compromiſſum.

Tranſigendo.

Diuidendo bona hæreditaria.

Exigendo credita hæreditaria.

Conſtituendo procuratorem ad adeundam hæreditatem, ad mouendum hæreditarias actiones.

Et retinendo in ſe debitum per debitorem ſuccedentem creditori.

55 Aditio hæreditatis delatæ filijs maternæ dicitur facta per patrem pro filijs infantibus retinētem dotem vxoris præmortuæ.

Contra maximè quando filius non ſit infans, niſi pater declarauerit ſe adiuiſſe. ibid.

56 Aditio hæreditatis per actum tranſlatiuum in alium probatur ſoluendo legata, & vendendo bona hæreditaria. 57. & de multiplici ſignificatione vocabuli hæreditatis. 57.

57 Mandans ſuo hæredi vt ſoluat legata alterius teſtatoris cuius mandans eſt hæres, dicitur illius hæreditatem adire.

58 Hæreditas largo modo adita dicitur hæreditas.

Et cedendo donando iura hæreditaria, intellige cedendo vel donando hæreditatem vel bona hæreditaria, non ius, vel actionem quam habet in bonis paternis & maternis, quia nil veniret in ceſſione, & ſoluendo debita hæreditaria, & re minima data hæreditaria amore Dei. 59.

59 Hæreditas non eſt in bonis antequam ſit facta aditio.

60 Aditio hæreditatis probatur per actum poſſeſſiuum.

Vt prædia colendo, laborando, locando, poſſidendo, habitando domum defuncti alia cauſa non oſtenſa.

61 Aditio hæreditatis probatur per actum verbi, ſeu per verba emiſſa adeuntis.

Et de verbis diſpoſitiuis, ſuſpenſiuis, enuntiatiuis & dubijs, & vt de hoc latius ibid. habetur.

62 Verba enuntiatiua quibus in literis, vel epiſtola quis ſe ſcribit alicuius hæredem probant eum talem inter quaſcunque perſonas, etiam non nominatas in inſtrumento.

63 Hæres probatur per reſponſionem factam poſitioni quòd ſit hæres Titij per verbum credit, ſic probatur & aditio.

Et hoc ſi poſitio principaliter continet quòd ſit hæres Titij, ſecùs ſi verbis enunciatiuis fieret mentio hæredis Titij, quia non probaretur hæres, nec aditio per talem reſponſionem.

64 Aditio hæreditatis probatur per aliquos actus neceſſariò probationem eam concludentes, & quandoque per actus non ſic eam concludentes, ſed indifferentes apti importare, & non impottare talem aditionem, de quibus ibi habetur.

Ad quæ declaranda quid ſit præſupponendum, & diſtingue: quia aut fatetur per eum qui fecit tales actus ſe hæredē & adiuiſſe, aut negatur, & dic vt ibi. 65. cum ſeq.

65 Aditio hæreditatis clarè probata videtur ex factis per aſſertionem, & declarationem eius qui geſſit talia facta.

Quid quando ſit de indifferentibus & æquiuocis quòd ſtetur eius declarationi cum iuramento, ibi. & de materia hac latè.

67 Aditio hæreditatis ſi negetur per eum qui fecit actus continentes facientem nomine hæredis in re tranſitoria ad extraneos probatur aditio & ex ipſis factis, & ex actu verbi, vt ibi. ſecus ſi non in re tranſitoria ad hæredes extraneos licèt ad filium tantum declarando, vt ibi, quia id actum intelligitur, vt per filium, non vt ſe hæreditati obliget.

68 Aditio inducitur per actus ſimpliciter factos, qui citra ius & nomen hæredis geri nequeunt, tunc enim pro hærede geri dicitur.

Vt vendendo res hæreditarias, colendo, locando, & vt ibi latius.

69 Item inducitur aditio per actus natura eorum determinatos ad acquirendum & alienandum, & vt ibi.

Item inducitur per actus exigendi aliquod tamen vendendi fundum hæreditarium, liberandi debitores defuncti, conuertendi fructus in vſus ſuos. 70.

Quid ſi actus ſimpliciter facti ſunt tales, qui alio nomine, & alio iure quàm iure & nomine hæredis geri poſſunt.

Vt habitare domum.

Poſſidere bona hæreditaria.

Percipere fructus, declarando vt ibi. & quando probetur aditio, & non dic vt ibi latius declarando materiam hanc. 71. 72. 73.

74 Caſus quibus non ſufficiat aditio quoad acquiſitionem, ſed requiratur agnitio coram iudice, in quibus etiam hodie datur bonorum poſſeſſio. vide ibi.

75 Bonorum poſſeſſio non poteſt conſequi, niſi coram iudice, & quomodo agi debeat.

76 Modi tres quibus hæreditas acquiritur, & obligatur quis oneribus hæreditarijs.

Per aditionem.

Bonorum poſſeſſionem.

Reſtitutionem Trebellianicam.

77 Fideicommiſſarius vniuerſalis tenetur præſtare etiam & exequi onera hæreditaria, reſtituta tamen ſibi hæreditate ab hærede grauato vel alio.

78 Aditio hæreditatis ſicut obligat hæredem onerib. hæreditarijs, ita reſtitutio facta ab hærede, vel ab hærede hæredis, de reb. hæreditarijs fideic. obſtringit eum vigore tranſlationis actionum actiuè & paſſiuè authoritate Senatuſc. Trebel. & vt latius de hoc habetur. & num. 79. 80.

81 Hæres vt obligetur & acquirat ſufficit in aditione eius voluntas at in fideic. requiratur & voluntas hæredis, & fideicommiſſarij ſuſcipientis. 82.

83 Fideicommiſſarius vt conueniatur, non fit ei interrogatio, an ſit hæres teſtatoris, ſed an hæreditas ſit reſtituta, & tenetur tunc reſpondere.

84 Reſtitutio hæreditatis fienda per hæredem fideicommiſſario fit duobus modis, verbo, vel re, declarando vt ibi.

Et tertio

*Et tertio modo per patientiam ſecundùm Bald.85.*

*Huiuſq; modis non facta reſtitutione, nullum ius fideicommiſſarius habet pro vendicandis bonis hæreditarijs.86.*

87 *Fideicommiſſarius vniuerſalis habet actionem ex teſtamento, quam & tranſmittere poteſt, ad cogendum adire ante aditam, & poſt aditam ad cogendum reſtituere & dic vt ibi.*

88 *Idem dicendum pro fideicommiſſo vniuerſali in codicillis etiam relicto, quòd competat ei actio ex teſtamento ad adeundam hæreditatem officio iudicis, ad reſtituendum actione ex teſtamento.*

89 *Fideicommiſſarius obtenta reſtitutione dicitur habere hæreditatem non ſolutione, ſed ſucceſsione qua obligatur legatarijs & creditoribus.*

*Et an & quando ſit obligatus oneribus hæreditarijs.90.*

*Quid in caſib. in quibus tranſit ius hæreditarium ipſo iure in eum vniuerſalem fideicommiſſarium. ibid.*

91 *Quid quando per ſtatutum non requiritur reſtitutio nec aditio, & datur executio teſtamentis, vide caſus, vt ibi.*

82 *Reſtitutio fideicommiſsi pro tranſlatione iurium in fideicommiſſarium non requiritur de æquitate canonica ſecundùm aliquos.*

93 *Præſertim in fideicommiſſo vniuerſali relicto pijs locis verbalis aliqua non requiritur reſtitutio.*

94 *Et quid in his vbi vniuerſale ius trāſiret ipſo iure in fideicommiſſarium, & quando tunc dicatur vtilis hæres, dic vt ibi latè diſcutitur.*

95 *Tranſlatio inducta ex acceptatione fideicommiſsi eſt ſimilis tranſlationi actionum & aliorum iurium, & videtur adeſſe voluntas fideicommiſſarij vt actiones ſaltem paſsiuæ à ſua perſona ſumant initium.*

96 *Fideicommiſſarius vniuerſalis quando alia reſtitutione non requiſita poteſt adueniente conditione vendicare aliquam rem prius venditam per hæredem grauatum, vel per tertium de facto reperiatur vendita, & quando dicatur & habeatur reſtitutio pro facta in fideicommiſſarium quódve ſolum ſufficiat ad id, ibid. fuſiùs.97.*

98 *Fideicommiſſarius vniuerſalis non apparet oneribus hæreditarijs aſtrictus, niſi ſibi reſtituta hæreditate, vel habita per legem reſtituta, & non re aliqua ſingulari non habita maximè hæredis voluntate.*

99 *Reſtitutio non alienatorum hæreditatis, non rerum ſingularium requiritur vt fiat fideicommiſſario, & quare. ibi.*

100 *Hæres remanet obligatus adhuc onerib. hæreditarijs quoad vſque non ſunt à ſe abdicata bona hæreditaria per reſtitutione Trebellia.*

101 *Et contra cum non fideicommiſſarium actiones intentantur non apparente reſtituta hæreditate fideicommiſſario etiam habenti certa particularia bona hæreditaria per tranſactionem.*

102 *Fideicommiſſarius vt rectè valeat vendicare res particulares hæreditarias alienatas per hæredem grauatum, ne reijciatur à petitione quid in libello exprimere habeat, & de practica ſeruanda. ibid. colligitur.*

103 *Fideicommiſſarius quomodo teneatur ad onera hæreditaria facta ſibi reſtitutione hæreditatis.*

104 *Legatum vel fideicommiſſum factum ſimpliciter, vel ſub conditione vt ſit, ſemper ferè videtur aſcriptum ad onus hæredis non fideicommiſſarij.*

105 *Idem quando eſt iniunctum perſonæ hæredis, quia tunc non eſt onus hæreditarium.*

106 *Legatarius agnito legato tenetur parere & exequi voluntatem teſtatoris, etiam ſi maius eſſet onus, quàm commodum.*

107 *Quod verum, ſi habuerit ſcientiam contentorum in teſtamento circa legatum & onus ſuum.*

*Et quando dicatur agnoſcere vel agnouiſſe legatum. ibid. latius.*

108 *Legatum agnoſcitur duobus modis, & de primo quādo tenetur ſolum cedere actionem legatarius ſecundo legatario, & de ſecundo modo quando tenetur tunc præſtare & adimplere quantum iuſsit teſtator.*

109 *Legatarius repudiando legatum immunis eſt à præceptis teſtatoris, & non tenetur exequi eius voluntate, & tunc ſecundum habet agere contra hæredem, vt ibi & quare.*

110 *Et eo non agnoſcente nec repudiante legatum compellitur officio iudicis agnoſcere vel repudiare.*

111 *Et ſufficit quòd ſemel ſit agnita volūtas teſtatoris, & quomodo agnoſcatur.*

112 *Onera & præcepta imponuntur legatarijs per teſtatorem ſub diuerſis formis & ſpeciebus factorum, qui agnitis legatis tenentur ea onera ſeruare.*

*Exemplum vide num.113.*

114 *Legatarius vbi acceperit legatum abſque alia interpellatione, eſt in mora conſtitutus implendi modum, cui implere tenetur.*

115 *Legatarius debet parere teſtatori in cauſa habēte originē à lucro, vnde acceptando legatum dicitur onus acceptare etiam legatum excedens, nec iuuatur aliqua ignorantia etiam quòd ſit mulier. Nec creditum ſuum etiam ex cauſa dotis conſequi poterit, vbi iuſſus ſit, ne plus poſsit petere in & ſuper hæreditate teſtatoris, & vt ibi latè.*

116 *Renuntiatio legitimæ an cenſeatur facta per filium inſtitutum à patre in certis bonis vltra legitimam cum hoc, quòd plus non poſsit petere, & eo decedēte ſine filijs ſubſtituit alios fratres dicti filij qui agnito legato & decedente ſine filijs fecit hæredem, fratribus tunc potentibus bona illa ex fideicommiſſo legata, hærede tunc legitimam volente retinere.*

*Et quòd videatur renuntiatum per filium legitimæ agnoſcentem legatum, ſecundùm quendam aduocatum Florentinum, & Decij ſubſcriptionem, & Soc. Iun. & Pariſ.*

*Contra per auctorem, quòd legitima per hæredem filij poſsit retineri, cui non cenſeatur eo modo renuntiatum. vide ibid. cum num. ſeq. vſque ad num.125.*

117 *Pater teſtando cogitur omninò pro validitate teſtamenti relinquere legitimam filio, vnde relinquendo iure inſtitutionis illi certa bona vltra eam intelligitur ei reliquiſſe legitimam iure naturæ debitam in illis bonis, declarando vt ibi latius.*

118 *Onus & grauamen non valebat in legitima de iure digeſtorum.*

119 *Filius acceptando legatum continens expreſſam prohibitionem ne plus petere occaſione legitimæ, non tamen impeditur conſequi legitimam.*

120 *Renuntiatio legitimæ non tenet, niſi expreſſe ſit renuntiatum ei, & non per acceptationem legati, vel aliam generalem approbationem teſtamenti, qua mediante poſsit dici ei renuntiatum.*

121 *Et eſt renuntiatio ſtricti iuris, & non præſumitur niſi neceſſariò & expreſſè fiat.*

122 *Filius per agnitionem & approbationem legati à patre ſibi facti non cenſetur renuntiaſſe legitimam, quam in reſtitutione fideicommiſsi hæres filij poteſt detrahere, vt in caſu de quo ſupra num.116.*

123 *Agnoſcens legatum videtur agnoſcere & onus legato impoſitum quando ſcilicet tale onus de iure poteſt imponi, ſecùs ſi non poſſet.*

124 *Onus appoſitum legitimæ non valet & habetur pro non appoſito.*

125 *Executores ſeu commiſſarij agnito iudicio teſtatoris tam circa relictum bonorum quandoque eis factum, quàm circa mandatum executoriæ & fideicommiſſariæ tenentur & compelli poſſunt ad implendum onus & officium ipſorum.*

*Et inuiti à principio non coguntur ſuſcipere tale officium, vt num.126.*

*Et tunc tranſit d. officium illis recuſantibus ad epiſcopum cum eadem poteſtate attributa executoribus agendi. & 127.*

*Et plenè quādo teneantur, vel ne executores teſtamentarij, & compelli poſsint vel ne ad exequendum commiſſum officium.128.*



## ¶ DVBIT. III.

SEquitur maioris momēti, & minoris cō-
ſiderationis vel animaduerſionis quàm
ſit alia in cauſis vltimarū voluntatum, an
† & quando cenſeātur obligati, & teneā-
1 tur parere volūtati teſtatoris, & eam ad-
implere & exequi hæredes fideicommiſſarij vniuerſales,
legatarij, & executores, ſeu commiſſarij, facilis & prōpta
eſt reſponſio & ſolutio, ſcilicet quādo hæredes adierint
hereditatem, fideicommiſſarij fuerint conſecuti verba-
lem vel realem reſtitutionem fideicommiſſi, legatarij
agnouerint rem legatam.

Executores ſeu commiſſarij acceptauerint & appro-
bauerint commiſſariam & executoriam.

Quo ad hæredes cæteroſq; obſtrictos ſeruare & exe-
2 qui volūtatem teſtatoris dixi hoc eſſe † quando hęredes
adierint hæreditatem, & hoc idipſum eſſe maioris im-
portantiæ, quàm quid aliud ſit in cauſis vltimarum vo-
luntatum, quoniam propemodum etiam vulgo ſcitur, &
3 certū eſt, † nihil ex ſcriptis in teſtamēto valere, omneq;
ius teſtamenti ſolui, ac teſtātem ipſum inteſtatum effici,
ſi nemo adierit hæreditatem ex teſtamēto per vulg. text.
in l. ſi nemo. de teſta. tut. in l. ſi nemo. de regulis iuris, cū
alijs ibi in gloſſ. & in l. inteſtatus. de verborum ſignifi. &
hoc pro regula iuris traditur in text. in l. eam quam. C.
4 de fideicommiſſ. vbi gloſ. enumerat aliquos caſus † limi-
tantes dictam regulam, quos ibi Bartol. & alij, præſer-
tim Corn. & Iaſ. proſequuntur, & alios addunt qui ten-
dunt ad hoc quòd vbi prouiſione legis, vel teſtatoris vo-
lūtate datur caſus, quo & ſi primus hæres non adeat hę-
reditatem, cætera tamen in teſtamento diſpoſita ſuum
debent ſortiri effectum, ita in eos incidimus caſus, qui-
bus non adita hæreditate per hęredem inſtitutum in te-
ſtamento, cætera tamen in eo diſpoſita exequi debent,
vt ex caſibus per d. glo. poſitis, & per doctor. additis de-
prehendi poteſt.

His autem caſibus limitatorijs, qui ſint in cęteris
5 † obligati exequi voluntatem teſtatoris, vt propoſitę
dubitationis ſolutiones non digrediamur, dicendum
eſt eos quidem paſſiuè exequi teneri, qui primum de-
ſcripti ſunt, & ordine apparente, ſcilicet ſubſtituti, co-
hęredes, fideicommiſſarij vniuerſales, legatarij, venien-
tes ab inteſtato & vltimo fiſcus, & iſti adeuntes tandem
hæreditatē, vt in §. ſi verò expreſſum in auth. de hæred.
6 & Falc. & in auth. hoc amplius. C. de fideicommiſſ. † qui
deinde teſtatori, cuius hæreditas ex teſtamento non eſt
adita, ſucceſſuri ſunt ab inteſtato, & hi ſunt in omnibus
dictis caſibus, exceptis à dicta regula, hæreditate non
adita ex teſtamento qui cætera diſpoſita in teſtamento
adimplēt per iura alleg. ad probationem ipſorū caſuum
in glo. in verſi. traditur. in d. l. eam quam. & per Bart. &
6 alios ibi, † verum & tales veniētes ab inteſtato, vt teneā-
tur ad fideicommiſſa & relicta in vltima voluntate tali,
requiritur, quòd hæreditatem adierint ab inteſtato, per
gl. fin. in l. qui filio. §. 1. de hæredibus inſtituen. quam ibi
Bartol. in fin. probat per l. 2. ff. de fideicommiſſ. liber. &
Imol. in ſecunda colum. ad finem, verſicul. in ea gloſſ.
ibi, aliàs diligenter notat, & ſemper notab. reputari di-
cit, & oportere in dictis caſibus hæreditatem adiri ab
inteſt. & ſingularem & mirabilem ſecundùm Bald. &
Caſtr. dicit, & ſequitur Iaſ. in authen. ex cauſa. ad fin.
ver. quam etiam ſecundo, de liber. præter. & in dict. leg.
eam quam, columna 6. verſi. ſecunda fallentia, aduertit
7 quòd † in omnibus caſibus ſupradictis, & ſimilibus, in
quibus expreſſè, vel tacitè intelliguntur fideicommiſſa,
& legata repetita à veniētibus ab inteſtato, neceſſarium
eſt iſtos venientes ab inteſtato adire hęreditatem ab in-
teſtato, aliàs conueniri non poſſunt & aliter non tenē-
tur ipſi fideicommiſſarijs, & legatarijs, vt ibi per eum, &
per Specu. tit. de teſta. §. 1. col. 3. ver. pone quod nullus &
clarè. in d. §. nunc aliqua 21. ver. ſed quæro quando exe-
cutores, titu. de inſtru. edi. & Bar. in l. ſi in teſtamento, in
prin. ff. ſi quis om. ca. teſta. Gui. Pap. in q. 323. & Nat. cōſi.
231. in fin. & Caſt. in l. omnia quæ, num. 1. de leg. 2. Corn.
conſi. 324. col. 5. ver. & puto, lib. 4.

Cùm igitur dignoſcatur, & habeatur is, qui paſſiuè
obligatus eſt, ſeruare & exequi volūtatem teſtatoris ex
teſtamento, vel ab inteſtato, vt euenerit caſus, ex eo. ſ.
quòd talis hæres, vel ex teſtamēto, vel ab inteſtato adie-
8 rit hæreditatem: namq; † ideò omnis virtus teſtamenti
in aditione hæreditatis conſummatur not. Bald. in leg.
omnium in fi. C. de teſta. poſt gl. ibi in ver. compellere,
9 dicentem † acquiſitionem dominij dari plenam per te-
ſtamentum, pleniorem per mortem teſtatoris, & pleniſ-
ſimam per aditionem hæreditatis, & tex. in d. l. omnia
quæ, in princip. de leg. 2. & ibi Bart. Bald. Caſtr. & Imo.
10 notant † actionem legatorum naſci, eorum pręſtatio-
nem fieri omnia diſpoſita in teſtamento corroborari
per aditionem hęreditatis, idem Bal. in l. prima, colum.
11 fina. num. 9. C. ſi quis om. ca. teſta. dicit quòd † omnis
clauſula teſtamenti per aditionem hęreditatis confir-
matur.

12 Hęres † itaque per aditionem hęreditatis videtur fi-
dem ſuam dare defuncto de eius volūtate & diſpoſitio-
ne exequenda & implenda l. ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus.
ff. de donatio. inter virum & vxor. ibi colligit Salycet. &
quòd naturaliter eſt obligatus ad obſeruationem teſta-
menti, Baldus in l. ſi teſtamentum. verſic. ſecunda & ter-
tia C. de teſta. & ex conſenſu teſtatoris de legatis prę-
ſtandis ab hærede ſcripto, & multo magis ab alijs per
eundem Baldum in l. non dubium. in 8. oppo. C. eod.
13 hoc eſt quòd † omnis teſtator affectat habere hæredem
ex teſtamento Bald. in l. cum quidam, de neceſſ. hæred.
inſtit. eiq; vtile reputatur habere hæredem. l. ſi pupil-
lus, in princip. l. ibi, *Impugnat enim vtilitatem* &c. de
acquir. hæredit. ſufficit enim quòd vbi ſemel adita eſt
hæreditas, omnis defuncti voluntas rata conſiſtit. l. ſi
14 patroni. §. nec ad rem. ff. ad Trebel. vnde † ex quaſi
contractu ex aditione hæreditatis inducto hæres tene-
tur creditoribus hæreditarijs, & obligatus remanet fi-
deicommiſſarijs, & legatarijs. §. hæres. inſtit. de oblig.
ex qua. contr. l. apud Iulia. in fin. ff. ex qui ca. in poſſeſ.
ea. leg. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. & obli. firmant
Bar. in l. 1. §. & cum lex. nu. 2. de cadu. tol. Roma. conſil.
31. viſis his quæ ſupra, vltra med. Alexan. in l. 3. col. 3. ſub
num. 10. de leg. primo, Guli. Bened. in capit Raynutius.
par. 2. ver. mortuo itaque teſtatore, i. num. 26. conſil. 79.
num. 32. lib. 3. Vall. conſil. 71. nu. 38. lib. 2. conſi. 30. num,
15 30. lib. 4. etiam quòd † fideicommiſſarij veniāt ex fidei-
commiſſaria ſubſtitutione, non poſſunt obtinere non
adita hæreditate per l. ille à quo. §. 1. l. apud Iulia. § An-
tiſtia. & l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſa. ad Treb. Ol-
dra. conſil. 141. thema tale eſt, Dominus, colum. fi. verſ.
16 cum igitur per aliquem, † nam certum eſt fideicommiſ-
ſum & legatum non deberi non adita hæreditate, inquit
tex. in l. prima, in fine, vt in poſ. legat. & impoſſibile
eſt naſci obligationem & confirmationem legati niſi
adeatur hæreditas, ait Bald. in l. fin. ad prin. C. de teſta.
manu.

17 Similiter & † executores in teſtamento deputati
nullum habent officium ante aditam hæreditatem,
Bartol. in l. alio. colum. 3. verſic. ſecundo quæro, de ali.
legat. & in l. Lucius Titius. ff. de fideicommiſ. liber. in

18 l. codicillis. §. 1. de annu.legat.† vbi ſi eſt hæres & exe-
cutor repudiando hæreditatem , officium executoris
retinere non poteſt, idem & Spec. in §. nunc vero ali-
qua.21.verſic. ſed quæro quando executores & 61.verſi.
ſed pone quòd ex teſtamento , titu. de inſtru. editi. Ca-
ſtrenſ.in dict. l. omnia quæ.de leg. ſecundo , Bald. in d.
auth.hoc amplius, numero 17.niſi in his , circa quæ pe-
riculum eſt in mora , vt ibi per eum , & niſi aliter per
ſtatutum loci ſit prouiſum talem executorem poſſe ſuū
officium exercere etiam hæreditate non adita , vt per
19 Fulgo.conſilio 75. ex facto proponitur, colum.fin. † ita
poteſtatem executoris,ſicut tutoris poteſtatem ſumere
vires à die aditæ hæreditatis poſt Bald. probant Imol.
& Socin. numero 3.in l.ſi in diem. in princip.de condi-
tio.& demonſtr. ſubiunge ſecundum Bartol.in d.l. alio.
20 col.3.ſub num.7.verſi.ſiue ponamus.ſi executor eſſet ab
inteſtato, quòd executor iſte quoque nihil poſſet exequi
niſi adita hæreditate ab inteſtato per iura ſupra allega.
& ibi per eum, & per Spec.ante eum in d.§. nunc verò.
21 d.21.ver.& 61.verſ.dicitq; ibi Bar.cogita per te † ſi nul-
lus, nec fiſcus velit eſſe hæres ex teſtamēto, vel ab inte-
ſtato,hoc tamen reſolue,vt per Capr.d.tract.execu. in 5.
membro.num.6.7.8.& in traditis tot. tit.inſt. de eo cui
lib.cau.bon.adijc.ſentit in legato ad pias cauſas,Imo.in
l.qui filio.§.1.col.fin.ver.id.autem quod ſuperius dictum
eſt.ff.de hæred.inſt.& quæ per Bal.conſ.456.punctus in-
ter alia.ad fi.lib.4.

Quibus id manifeſtè conſtat veriſſimum, quod prin-
cipio ſuprà præfatus ſum pro obligatione & aſtrictione
ad exequenda diſpoſita in vltimis voluntatibus neceſſa-
riam eſſe aditionem hæreditatis,& hâc in propoſita no-
ſtra ſpecie eſſe ideò magni momenti,& multæ importā-
tiæ,ſed parum aduerti per aliquos in practica, nam plu-
ries vidi lites de fideicommiſſis & legatis motas in iudi-
cio, & nullam de aditione hæreditatis probationem fa-
ctam eſſe, per quam ideò non apparente obligato illud
etiam non firmatum præſtare,reſpice quæſo finem , quē
22 poteſt habere iudicium motum,niſi abſolutorium† vn-
de allegatio & probatio aditionis hæreditatis,quo caſu,
vel ex teſtamentovel ab inteſtato neceſſaria fuerit , mi-
nimè omittenda eſt, dicente Cy.in l.1.col.2.verſ.modò
quęramus,commun.de legat. aduocatos , qui agunt ali-
qua actionum perſonalis,realis,vel hypothecarię & non
probant aditam hęreditatem modo fatuo multum erra-
re,idem & Pariſ.conſ.24.ad fin.lib.3.

Probanda eſt igitur aditio hæreditatis, ſed prius ſcire
23 quandoque expedit,quòd† modus acquirendi inductus
per aditionem hæreditatis dicitur de iure ciuili per glo.
in verſi.noſtræ ciuitatis,in l.1.de acqui. re. domin.quam
ibi Bar.& alij communiter ſequuntur, & in l. rem. ff. de
rei vendic.per l.cum hæredes,in princ.de acquir.poſſ.&
gloſſ. in verſ. ſeruos.in l.pro hærede.in princ. de acquir.
hæred.& Bar.in l.qui in aliena.in prin.num.2.eo.quam-
obrem aditionem hæreditatis,ne inducatur dictus mo-
dus acquirendi, poſſe per Principem tolli vel ſuſpendi,
dictum eſt ſuprà lib.primo , interpr.1.dubit.3.ſolu.3.nu-
mero.40.

24 Sed obligatio † ſeruandi & exequendi voluntatē te-
ſtatoris orta ex aditione hæreditatis dicitur de iure na-
turali, quo tenetur hæres implere voluntatem teſtato-
ris , quantumcunque etiam non ſolennem per leg. in
teſtamento,de fideicommiſſ. libert. & l. fin.de reb. eo.
probat Bartol. in l. 1. colum.3. num.10. ff. de condi. in-
deb.quem ibi alij ſequuntur. Sentit ſaltem in teſtamen-
to ſolenni Bald.in dict.l. ſi teſtamentum , verſi.ſecunda
& tertia , & in l. non dubium in 8. oppo. C. de teſt.in l.
25 ex parte. ff. de acquir. hæred. ita enim † adeundo , &
ſe immiſcendo in hæreditate per hæredes fit appro-
batio teſtamentorum & diſpoſitorum in eis Alexand.
conſil. 12. verſicul. accedit ad confirmationem,& con-
ſil.29. colum. 4. ad fin.verſi.ſi tamen dicti hæredes,lib.
5.& apertè Anchar. conſil.365. in thęmate propoſito,
26 colum.3.ver.tertiò quòd adeundo † vbi ſic conſentiens
oneri iniuncto per teſtatorem obligatur precisè , & fi-
dem ſuſceptam implere cogitur etiamſi nihil conſecu-
tus eſſet ex iudicio teſtatoris cum alijs per Barb. conſil.
12.col.6. & ſeq.lib.1. & Iaſ. conſil.13.col.fin.lib.1.vbi &
quod talis conſenſus non poteſt reuocari , vt per Bald.
in l.ſenium , col.1. C.qui teſta.face. poſ. & Aym.conſil.
24. num.10. idem quod ſuprà firmat Roma. conſil. 18.
viſa,col.fin.ver.contrarium tamen & Fulg. conſilio 67.
27 colum.ſecunda.† intelliguntur ſanè approbata,quæ te-
ſtator legitimè & validè potuit diſponere, Aym. conſil.
55.num.5.& ſequen.Pariſ.conſil.33. colum.fin. num. 96.
lib. 3. non valet etiam approbatio teſtamenti inualidi
ratione ſolennitatis probatoriæ,ſcilicet,numeri teſtium
practi.Papi. in for. libel. quomodo peta, hæredi. ex te-
ſtamento in glo.ac etiam realiter num.15.ſequitur Gui.
Pa.conſi.26.ſub nu.2.ver.nec obſtat ſi procurator,Dec.
conſi.488.col.pen.nu.18.

28 Exinde habetur † aditionem hæreditatis inducere
duplicem effectum,acquiſitiuum & obligatiuum,acqui-
ſitiuus eſt pro eo qui acquirit hæreditatem , fideicōmiſ-
ſum , legatum, vel aliud ex vltima voluntate tot. tit. de
acq.hær.cum alleg.ſup.non tamen ex omni vlt.volunta.
acquiſitio fit per aditionem hęreditatis,quę ideò neceſ-
ſaria non eſt in donatione cauſa mortis, nec in alia quæ
cōfirmatur ſola morte,Bar.& alij in l.ſequens quæſt. de
legat.2.Iaſ.in l.cùm virum.col.2.verſic. ex prima habes.
C.de fideicommiſſ.& hoc eſt verum, quòd non requiri-
tur aditio quando interuenit pactum vel ſtipulatio, ſe-
cūdùm Bal.in l.ſi mortis,nu.2.C.ad leg. Fal.obligatiuus
autem effectus eſt contra eum , qui ex vltima voluntate
apparet iuſſus,& obſtrictus exequi.implere, & facere ea
quę teſtator diſpoſuit vel erat ipſe obligatus facere tot.
tit.C.de hęred.act.l.1.§. & hæc diſpoſuimus.commu. de
leg.l. alio.l.filio.de ali.leg.auth.hoc amplius.C.de fidei-
commiſſ.cum ſimil.

29 Vnde † quis agens ex quocunque effectu nitatur vel
acquiſitiuo pro ſe,intentioneq; ſua,vel obligatiuo con-
tra alium debet allegare, & probare aditionem hęredi-
tatis,per l. ei qui.ff. de prob. & l. actor. C. eo. Roman.
conſil.223.iſta captura.colum.2.verſ.præſupponitur au-
tem in caſu.Corn.conſil. 149. colum.pen. ad verſ.con-
ſtat enim quòd ipſa Angelina.lib.3.Aym.conſi.37.nu.4.
conſil.197.colum.2.num.5.& Nat. conſil.246. numero
30 6. † vbi petens tanquam hæres debet probare ſe hæ-
redem Specul. titul. de actore. §. 1. columna 23. ver-
ſic. item qui ſe dicit hæredem , & debet dicere ex teſta-
mento , vel ab inteſtato : aliàs repellitur , vt ibi , & de-
bet probare ſe hæredem poſt litem conteſtatam in
proceſſu,vt ibi , & in §. nunc dicamus. colum.ſecunda
verſi.ſed quid ecce T.de inſtru.editi. etiamſi à reo non
fuerit oppoſitum per Card. conſilio 72. ſigillatim. co-
lum.5.verſic ac quintum.num. ſecundo , & per genera-
31 lem doctr. quæ eſt † quòd ſe dicēs vel faciens talem,pu-
ta filium, conſortem , conſanguineum , hæredem , vel
aliam habentem qualitatem,debet quidem probare ſe
talem qualem ſe facit, & parte citata , aliàs ſuccum-
bit per Bart. & Bald. in l. non ignorat.C.qui accu. Bar.
in l.falſus tutor.ff.quod fal. tut. Caſtren. conſil. 178. ſu-
per eo verò quod quæritur,ſub num. primo. lib. ſecun-
do,Dec.conſi.471.& ſequen. dixi conſil. 136. num. 3. &
alibi dicetur.

32 Experiens † & ex effectu præmiſſo obligatiuo con-
tra aliquem vti hæredem agendo debet pariter eum
conuentum probare hęredem eius, cuius pro ſua in-
tentione obtinenda hęres eſſe requiritur, etiamſi il-
lius talis filius eſſet , quia quoad incommoda & obli-
gationes non ſequitur concluſio vulgata : filius ergo
hęres,



hæres,ſed hæres probari debet , & quòd ſe immiſcuerit
hæreditati paternæ,per glo.Bartol.Bald,& ali,in l.1.C.ſi
min. ab hæred. ſe abſtin. etiam quòd filius non nega-
uerit ſe hæredem patris , vt eſſe magis commun. opin.
firmat Alexand. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur.
colum.pen.ſub num. 10.verſ.ſed Imo.hic contra, ſolut.
matrim.& in conſ.72.num.2.lib.5.licet in contrariū ar-
guat Laur. Sylua. tract. de feud.recogni. quæſt. 79. nu.
33 2.ſed verū eſt quòd filius† non præſumitur hæres quoad
incommodum niſi probetur, tenet & Bald.conſil. 304.
prima ratio,in fin.& conſil.306.lib.3.& bene nota idem
34 Bald. in l. nec intentio. C. de tranſact. quòd ille qui †
agit contra aliquem tanquam hæredem , debet pro-
bare quòd ille ſit hæres , aliàs non procedit intentio
agentis.

35 Quia plerunque † difficilis probatio aditæ hæredi-
tatis eſt,text.in l. tertia,de inter.actio. cum ex ſolo ani-
mo,& nuda voluntate hæredis adeuntis procedat. leg.
ſi auia. C. de iur. deliber. §. fin. inſtitut.de hæred. qual.
& diffe. gloſſ. in l. ſecunda. ff. de interrog. act. pulchrè
Alber.in l. prima. colum.fin.num.vigeſimo. ff. de offic.
procur. Ceſ. Iaſo.conſil.110.colum.fin.ver.ſed hoc non
36 obſtante , lib. 1. † vbi iubente teſtatore hæredem non
poſſe adire hæreditatem , & apprehendere poſſeſſio-
nem bonorum , niſi prius ſatisfecerit legata ſoluendo
perplexitatem deciditur hæredem ſufficere ſolo ani-
mo adire hæreditatem , deinde ſoluere legata , & po-
ſtea capere poſſeſſionem bonorum ex Oldr. dict. con-
ſilio 108. columna penultima, & fin. probato per Ioan.
Andr. vt ibi per eum,ad idem & Pariſ. conſilio 19. nu-
mero 102. & ſequent. lib. 2. † cæterùm poteſt teſtator
37 ſuſpendere aditionem hæreditatis vſquequo aliquid fue
rit actum,vel conditio aliqua fuerit impleta, Pariſ.con-
38 ſil.23. † ideò in propoſito facilioris probationis haben-
dæ de hæreditate adita per eum conueniendum , & pro
effectu obligatiuo præmiſſo frequentantur , à principio
per actorē fieri interrogationes præparatoriæ reo, an ſit
hæres &c.iuxta l.1.2.& to.titu.de interrogat. & l.ſi cura-
toris. C.de iur.deliber.& ibi commun.practicam aduo-
catorū notando tradunt Bal.Ang.Saly.& Caſt.& Corn.
imputat creditoribus ſi talem practicam non ſeruaue-
rint, Laur. Sylua.dict. tract. de feud. recogn. quæſtion.
79. colum. 1. in fin. ponit & Maran. in ſpecu.aduoc.in
6.par. princi. 7.membr. numero 1. pro effectu autem
acquiſitiuo actor ipſe nitens ex iure aliquo hæreditario,
& pro tali iure probando in petitione , & in articu-
lis probatorijs deducit & ponit ſe tanquam hæredem
talis , & eius hæreditatem ſciens ad ipſum delatam ex
teſtamento,vel ab inteſtato, ſaltem animo & verbo per
præſentem actum adit, & per eum aditam eſſe intendit
& declarat , & quando eſt filius debet dicere ſciens pa-
trem defunctum, & ſe ſuum hæredem eſſe, & hæredita-
tem paternam in eum continuatam in ea ſe immiſcue-
rit &c. Bartol. in l.is qui putat,num.5. de acquir.hæred.
etſi pro parte actoris eſſet probata aditio hæreditatis
conſiſtens in eius animo per talia verba manifeſtato.
Bald. in l. potuit,col.2.nu.14. 15.C.de iur. deliber. quia
petendo & agendo tanquam hæres ita videtur adire &
ſe immiſcere,& non habet docere de alia aditione hæ-
reditatis. Alexan. conſi.34.viſo proceſſu , col. ſecunda,
ver. opponitur etiam, & verſic. ſequent. libr.3. conſilio
114. columna ſecunda , ſub num. ſexto. verſic. præte-
reà Bernardus, lib. 6. & latè Aret. conſil. 135. clariſſimè
col.1. vbi dicit quòd de hoc inepta eſt dubitatio , idem
probat Iaſo. in l.licet, colum. 1. verſi.nec ob.iſte tex.C.
39 de iur. deliber. † & quando filius agit ſemper præſumi-
tur hæres, niſi probetur contrarium.dicit Bald. in leg.1.
40 in fin. commun. de legat. † Quinimò per actus ſolos
præparatorios ad petendum hæreditatem in forman-
do libellum interrogando poſſeſſorem , quia inten-
dit eum conuenire petitione hæreditatis,inducitur pro
batio voluntatis adeuntis & ſe immiſcentis , per leg.
quemadmodum. ff. de inoffic. teſtamen. probat Bart.
in l. gerit , ſub numero 16. verſi.circa tertium.ff.de ac-
quiren. hæred. vt iam abſtinere non poſſit quando fe-
cit,vt eſſet hæres per gloſſ. in d.l.quemadmodum,quam
41 ibi Bartol. & alij ſequuntur , quia † in his quæ depen-
dent ab animo alicuius ſtatur dicto ſuo vel facto per iu-
ra ad hoc allegari ſolita in ſpecie probat Alexan.conſil.
42 126.viſo proceſſu,colum.2.nu.2.lib.7.vbi etiam quòd†
ſtatur dicto hæredis de animo primi hæredis defuncti,
quòd adierit per l. ſi quis à filio. §. ſi quisplures,cum ibi
not.de legat. 1.

Sanè accipienda ſunt hæc in eo qui poteſt nuda vo-
luntate ſua adire, ſecùs ſi non poteſt ſic adire per doct.
Bartol. in l.ſi quis mihi. §. ſed quid ſi mandauit, in fin.
de acquirend. hæred. & prout de his qui non poſſunt
adire dicam modò , eandem habuit conſiderationem
Anchil.Mirandol. ſuo tract. de adipiſcen. numero 173.
allegando Zuccard. in l. fin. num.169. in fin de edi. D.
Adr. toll.

43 Sed quæritur † an huiuſmodi hæreditatis aditio vel
immixtio valeat facta à muliere,vel ab alia perſona per
ſtatutum loci prohibita ſine conſenſu proximorum cō-
trahere,vel quaſi cōtrahere,adire , vel immiſcere in hę-
reditate aliqua cum decreto annullatiuo contractus,vel
quaſi aditionis & omnis obligationis per ipſum ſtatutū,
& ipſo iure.Licet aliqui velint talem aditionē ſine con-
ſenſu proximorum factam valere cùm nullus debeat au
diri ad dicendum eam eſſe nullam inuita perſona,in cu-
ius fauorem tēdit prohibitio , & quę vult eam valere vti
ſibi proficuam & acquiſitionem ſibi euidentem tenere,
quam ſtatutum non prohibet,ſed ne dānum ei ſeu præ-
iudicium generetur,vt in ſpecie Paul. de Caſt.conſ. 91.
in cauſa appellationis,col.3 num.5.ver.ſecundò dicitur,
conſil.190.cum tempore contractus.col.2.num.2.verſi.
item & tertio.lib.1.& conſi.119. videtur.dicendum,ver.
quantum ad ſecundum,lib.2. & in ſimili Ruin. conſ.35.
col.9.num.31.lib.1. Aym.conſil. 325. col.3.verſi.2. prin-
cipaliter,& pulchrè Bart.in conſi.159.viſa quadam con-
ſtitutione.col. 3.verſi.tertiò videndum eſt , vbi loquitur
in conſtitutione habente decretum annullatiuum con-
tractus,& tamen firmat talem nullitatem non poſſe op-
poni per alium contrahentem,ſeu alium contra eum in
cuius fauorem ſit inducta nullitas , & in ſpecie Rimin.
Iun.conſi.291.nu.41.42.43.cum alijs collect. per Tira-
quel.tract. *Le mort ſaiſit*, declar.1.6.par.num. 5. cum ſeq.
tamen & alij fortè de iure verius tenent contractū,qua-
ſi contractum,& aditionem hæreditatis non valere ſinę
ſolennitate requiſita, quando ſtatutum pro forma ſolē-
nitatem inducit in contractib.vel quaſi contractib. mu-
lierum cum clauſula irritante ipſo iure,ita quod alia ap-
poſitio à patre non requiritur,conſenſus alicuius partis
44 nihil operatur † & tali formæ & ſolennitati non poteſt
renunciari etiam per eum in cuius fauorem eſt inducta
per l.à diuo.& ibi gloſſ.ff.de rit.nupt.poſt alios alleg.per
eum firmat Alexand. in l. iuriſgentium, §. prætor,num.
2.ff.de pact. Iaſ.in l. inter cætera colum. penult. in fin.
& colum. fin. in princip. de liber. & poſthum. latè in l.
non dubium, colum.4.ſub 8. not. C. de legi.& in l. ne-
mo poteſt, in ſecunda lect. num.42.de l.1. Geminia. in
cap.ſtatutum.§.cum verò ſub num.ſecundo colum.4.in
fin.ver.no.tamen ex gloſſ.de reſcri.in 6.Felin.cap. cum
dilecta,colum.14.in fin.verſ.ſed quicquid videtur extra
eo. Tiraquel.in l.ſi vnquam in ver.reuertatur,num.320.
& ſequent.poſt allegationem dict.conſil.91.Caſtr.bene
firmat de legi.connub.in 8.gl.num.98.addo Bal. conſil.
45 417.primum dubium eſt,in fi.lib.2. † vbi actus non ſer-
uata forma ſtatuti etiam in fauore mulieris non va-
let,quia deficit forma , quæ dat eſſe rei. vt ibi per eum,

& in conſil. 499. ita ad plenum, colum. 1. eo tenentem
46 † quod de conſenſu vtriuſque partis non poteſt valere à
principio, illud non poteſt fieri validum de conſenſu
vnius per doctr. d. gloſſ. in d. l. à diuo, & per Roma. conſ.
402. in propoſita conſultatione, & magis propriè Bald.
in l. quod fauore, col. 2. in fin. ver. ego dico. C. de legi. di-
47 cit quòd † aditio hæreditatis eſt inducta non ſolùm fa-
uore adeuntis, ſed etiam aliorum, ideò non eſſe in po-
teſtate ſolius adeuntis renũtiare formæ datæ à lege, non
poſſe etiam renuntiare fauori concernenti pupillum &
mulierem introducto de iure quaſi naturali propter im-
becillitatem conſilij eorum, arg. l. vlti. C. de mil. teſt. mi-
ſcui ego mulierem, quia tale ſtatutum ſit etiam propter
imbecillitatem conſilij mulieris, Bald. in l. 2. num. 3. C.
de adopt. & conſil. 60. quædam ſoror, ſub num. 1. libr. 5.
48 quod adeo operatur, † vt ſi mulier cum conſenſu proxi-
morum requiſito fecerit aliquem actum inducentẽ aliàs
aditionem hæreditatis, proinde non induci aditionem
hæreditatis, quia proximi perfectè non intellexerunt ta-
lem aditionem ſtante dicto ſtatuto poſt Bulgar. firmat
Socin. conſil. 92. col. 10. num. 31. & ſeq. lib. 3. quam tamen
Bulgarini & Socini deciſ. non puto veram, quia conſan-
guineorum conſenſus in aditione hæreditatis facienda
per mulierem ex ſtatuto requiritur pro habilitãda & in-
tegrãda perſona ipſius mulieris ad ſupplendam eius im-
becillitatem poſt Bar. & doct. in l. tranſactionem. C. de
tranſact. probat Alexan. conſ. 106. col. fina. ver. vnde mi-
hi, lib. 1. vbi ideò talis cõſenſus interuenerit in actu, dici
poteſt talem actum per perſonam habilem & prudentẽ
eſſe factũ, per l. quanuis. §. infans. ff. de acquiren. poſſeſſ.
is ergò ſi fieri non poteſt citra ius & nomen hæredis vti
ab hærede prudente factus inducere debet aditionem
hæreditatis. l. pro hærede, in prin. ff. de acquir. hæred. ita
conſanguinei præſtantes talem conſenſum mulieri, tan-
quam hæredi, puta vendẽti rem hæreditariam, veriſimi-
liter ſcientes talem actum inducere aditionem hæredi-
tatis. l. leges, & l. fin. C. de legi. ſentit Bart. in l. is qui pu-
tat, in fin. de acquir. hæred. ipſi aditioni conſenſiſſe di-
cũtur, vt in terminis reſpondendo ſimilibus rationibus
adductis per Socin. dicto conſi. 92. latè per duas colum-
nas vſque ad fin. tenet Corn. conſil. 165. circa primum,
col. 10. ver. his tamen non obſtan. & ſeq. lib. 2. in propo-
ſito ſemper proprijs vocabulis non vtimur, & Iuriſcon-
ſulti ſcientia non requiritur, dicit Bald. in l. non potuit,
col. 2. ſub nu. 14. C. de iur. deliber. & facit l. illud. ff. de ac
quir. hæreditat.
49 Aduerte ſi † ſtatutum prohiberet aditionem hæredi-
tatis, vel cõtractum per quem vel per quã apparet quo-
quo modo obligatam, vel aliquod qualecunque præiu-
dicium ſibi inferretur, cùm ſtatum hoc ſit exorbitans,
vellens quidem impugnare aditionem, teneretur pro-
bare qualitates ſtatuti, in quo apparet obligata, & quale
ſit præiudicium aliàs ceſſat ſtatutum, & valeret aditio, vt
bene declarat Corn. conſil. 338. col. penult. ver. primò &
50 principaliter, & ſeq. lib. 1. † Poteſt tamen mulier ſine ſo-
lennitate ſtatuti acquirere poſſeſſionẽ, Ruin. conſi. 129.
51 in fin. li. 2. ſicut † pupillus maior infante ſine tutore po-
teſt acquirere poſſeſſionem. l. 1. §. adipiſcimur. l. quanuis.
§. 1. de acqui. poſſ.
52 Cæterùm † ille cui incumbat onus probandi adi-
tionem hæreditatis, vel quoad ſe, vel contra alium in-
ſpicere debet qualia verba, qualiáve facta adeuntis
emiſſa & progreſſa fuerint, quæ iuri & nomini hære-
dis magis congruant, & ea allegare & probare nita-
tur, vt l. pro hærede, in principio, & §. Papinianus, &
ibi Bartol. & latiſſimè in l. gerit. de acquiren. hæredi.
& Bal. conſil. 224. ſupra eo. lib. ſecundo, breuiter & ma-
53 giſtraliter tradit † aditionem hæreditatis fieri quatuor
modis, primò per actum acquiſitiuum, ſecundò per actũ
tranſlatiuum in alterum, tertiò per actum poſſeſſiuum,
vltimò per verba apta memini Guald. de art. teſtan. titu.
12. caut. 5. & ordinem hunc ſeruando aliqua ad rem per-
tinentia commemorando dicendum eſt præſuppoſitis
terminis habilibus, maximè quòd ſit delata hæreditas
poſt alios per Deci. in l. non hoc, columna 1. vn. legi. &
per gloſſ. in ver. hæredem, in §. fin. inſti. de hæred. quali.
& diffe.
54 Primò † per actum acquiſitiuum aditio hæreditatis
probaretur agendo & petendo res hæreditarias, Aret.
conſil. 135. col. 1. vt paulò antè dixi, ver. quia plerunque
videtur, text. in leg. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi. de ac-
quir. hæred. & in l. ſuus hæres. C. de repu. hæred. & tranſi-
gendo ſuper corporibus & iuribus hæreditarijs petendo
tanquam hæres, & mouendo quæſtionem, tanquam hæ-
redi Bald. dicto conſ. 224. & litigando, tanquam hæres,
Alci. conſil. 115. num. 13. lib. 9. & ibi etiam faciendo cõ-
promiſſum Bald. conſi. 272. in cauſa egregiæ, num. 2. lib.
5. vbi & tranſigendo Bero. conſil. 57. num. 54. lib. 3. & di-
uidendo bona hæreditaria. Bald. conſil. vlti. num. 4. lib.
3. Alexand. conſil. 32. num. 1. lib. 3. Pariſ. conſil. 16. num.
41. lib. 2. Nat. conſil. 149. num. fin. & conſtituendo pro-
curatorem ad adeundam hæreditatem ad mouendum
hæreditarias actiones, gloſſ. & doctor. in l. per procura-
torem. ff. de acquir. hæred. Bal. conſil. 200. Berta ſciens,
lib. 1. & retinendo in ſe debitum per debitorem ſucce-
dentem creditori, Caſtr. conſil. 450. ſequendo ordinem,
colum. 2. ver. ſed aduertendum, lib. 1. Ruin. conſil. 112. in
55 fin. lib. ſecundo, † vbi de patre retinente dotem vxoris
præmortuæ delatam filijs infantibus, vt pro eis dicatur
ita adiuiſſe hæreditatem maternam, vt & per Alexand.
in l. non hoc, & ibi Iaſ. in fin. remiſſiuè. C. vn. legiti. Bart.
conſil. 207. in quæſtione, num. 3. & in quæſt. 10. debitor,
ver. ſolutio, Corn. conſi. primo, col. 2. lib. 2. & conſil. 155.
col. 1. ver. & expediret, & ſequent. lib. 1. inclinat in con-
trarium conſil. 321. col. penult. eo. & conſil. 42. col. pen.
lib. 3. maximè quando filius non ſit infans, niſi pater de-
clarauerit ſe adiuiſſe, idem conſil. 312. col. pen. in princi-
pio, lib. 4.
56 Secundò † per actum tranſlatiuum in alium proba-
tur aditio hæreditatis, vt ſoluendo legata Bart. in d. l. ge-
rit, num. 2. 6. Caſtr. conſil. 292. circa primum. colum. 3.
verſic. ſuper ſecundum lib. 2. Alcia. conſil. 139. præſens
57 quæſtio. num. 5. 6. lib. 8. Imò † qui mandat ſuo hæredi, vt
ſoluat legata alterius teſtatoris, cuius mandans eſt hæ-
res dicitur illius hæreditatem adire, Bald. conſil. 71. Ti-
tius inſtituit, lib. 5. & vendendo bona hæreditaria text. in
§. fin. inſti. de hæred. qual. & dif. Corn. conſ. 299. præſens
quæſtio. num. 5. 6. ver. prætereà ille, li. 3. Nat. conſil. 448.
num. 2. Alcia. conſil. 123. quidam vxorem duxit, lib. 8.
cum loquimur de hæreditate adita dicit Bal. conſil. 314.
58 quædam ſunt locutiones, num. ſecundo, lib. 3. † vbi de
multiplici ſignificatione vocabuli hæreditatis, quòd lar-
go modo etiam hæreditas adita dicitur hæreditas, & ce-
dendo, donando iura hæreditaria. l. ſi auia. C. de iur. de-
liber. Corn. conſil. 52. col. 2. verſ. his tamen, lib. ſecundo,
Pariſ. conſilio 19. num. 116. & ſequen. lib. 2. Socin. Iun.
conſil. 107. abundè ſatis, num. 1. & ſeq. lib. 2. intellige ce-
dendo vel donando hæreditatem, vel bona hæreditaria,
non verò ius vel actionem, quod vel quam habet in bo-
nis paternis, & maternis, quia nihil veniret in ceſſione,
59 cum ita non inducatur aditio, † & antequam ſit facta
aditio, hæreditas non eſt in bonis, vt latè firmat Corn.
conſ. 239. conſ. 254. col. 1. li. 4. conſi. 211. col. 2. verſic. nec
ob id libr. 2. & ſoluendo debita hæreditaria, text. Cyn. &
alij in l. ſecunda. C. de iur. delib. Pariſ. conſil. 16. num. 14.
& ſequen. Guil. Bened. in cap. Raynutius, par. ſecunda,
verſ. mortuo itaque teſtatore, pri. num. 383. declarando
vt ibi, & per Nat. conſi. 140. col. fin. probo & ego conſil.
93. numer. 21. & ſequent. lib. 1. vbi quod hæc probantur
per textus ſingulares, & per res tranſlatas in alium mi-
nimas,



nimas, etiamſi eſſet clamis hæreditaria data amore Dei
alia neceſſitate non vrgente, vt ibi nu. 28. 29. Guli. Be-
ned. d. ver. mortuo itaque teſtatore, i. num. 384. Bald. in
l. ex animo. ff. de dona. inter vir. & vxo. & in re parua in-
telligit Imol. in l. ſi ſeruum quis. §. prætor ait num. 5. de
acquir. hæred.
60 Tertiò † per actum poſſeſſiuum aditio hæreditatis
probatur, vt prædia colendo, laborando, locando, poſſi-
dendo text. in dicto §. fina. inſtit. de hæred. qual. & diffe.
Alexand. conſi. 32. num. 1. lib. 3. conſil. 172. num. 9. lib. 6.
Corn. conſil. 37. colum. pen. verſi. & ex quo lib. 1. conſil.
103. colum. 2. ver. quia probatur, lib. 2. conſi. 250. colum.
fin. verſic. item eo ipſo, lib. 4. conſil. 338. colum. ſecunda,
ver. tamen his, lib. 1. & habitando domum defuncti alia
cauſa non oſtenſa doct. in l. prima. C. de repud. hæred.
Dec. conſil. 491. numero ſecundo, Pariſ. d. conſil. 16.
num. 40. lib. 2. Bald. conſil. 207. quæritur vtrum domi-
cilium, num. 2. lib. 1. præſumitur enim hæreditas adita, ſi-
ue primus hæres, ſeu ſecundus poſſederit res hæredita-
rias, dicit Aret. conſil. 37. col. penult. ad fin. verſi. quibus
exploſis.
61 Quartò & vltimò † per actum verbi, ſeu per verba
emiſſa adeuntis probatur aditio hæreditatis ſecundùm
plenam & claram doctr. Bart. in d. l. gerit, nu. 9. cum ſeq.
vbi de verbis diſpoſitiuis, ſuſpenſiuis, enuntiatiuis, & du-
bijs eandem circa verba doct. proſequitur Guil. Bened.
in d. cap. Raynutius, par. prima, d. verſi. mortuo itaque
teſtatore, i. num. 257. & ſequent. eſt text. in l. Antiſtius, in
princip. de acquir. hæred. ex quibus haberi poteſt certa
& clara probatio de animo & voluntate hæredis adeun-
tis, quòd vult, declarat & fatetur ſe hæredem talis defun-
cti, etiam per inſtrumentum cum verbis hæredem de-
nuntiantibus per modum modi, vel per modum cauſæ
prolatis, vt per Bartol. in d. l. gerit, ſub numer. 17. Celſ.
Hug. conſil. 13. num. 21. Bero. conſil. 57. num. 55. lib. 3.
62 Pariſ. d. conſi. 19. num. 104. lib. 2. † vbi per literas & epi-
ſtolam hæredis probantes ſcribentem hæredem, & pro-
bant hæredem talia verba enuntiatiua inter quaſcun-
que perſonas etiam non nominatas in inſtrumento.
Alexand. conſil. 35. in fi. lib. 7. adde non ex vi confeſſio-
nis, ſed aditionis, & quaſi contractus per gloſſ. vlti. in fin.
63 in l. fin. ff. de inter. actio. † & per reſponſionem factam
poſitioni quòd ſit hæres Titij, per verbum credit, pro-
batur aditio & hæres Bald. in l. prima, in fi. C. de Fal. ea.
adiect. aſſerẽs ſe hæredem, dicitur actus verbi idem Bal.
conſil. 499. quando inſtitutus, in fi. & conſil. ſequent. in
fi. lib. 3. intellige ſi poſitio principaliter continet quòd
ſit hæres Titij, ſecùs ſi verbis enuntiatiuis fieret mentio
hæredis Titij, quia reſponſio per verbũ credit, non pro-
baret talem hæredem, nec aditionem, vt declarat Are. in
d. l. gerit, col. 5. ver. & quia ſuprà.
Circa autem prædicta vlteriùs aduertẽdum eſt quòd
64 † ad probationẽ aditionis hæreditatis aliqui actus ſunt,
qui neceſſariò & cõcludenter inferunt talem probatio-
nem: aliqui verò ſunt, qui ita non concludunt, ſed in-
differentes ſunt, quia poſſunt importare, & non impor-
tare aditionem, licèt hæc fuerint explicata pleniſſimè
per Bar. in d. l. gerit, num. 19. 20. cum ſequent. & non ita
plenè per Bal. in d. l. potuit num. 20. in 10. quæſt. & latè
per Guil. Bened. in d. capit. Raynutius, dict. verſic. mor-
tuo itaque teſtatore. i. num. 380. 381. & ſeq. & aliqua per
Nat. conſil. 140. col. fin. conſil. 448. num. 2. cum ſequen.
poſt Azo. in ſumma. C. de iur. deliber. tamen breuiùs &
65 clarius iudicio meo dicẽdum eſt. Præſuppoſitis † námq;
in facto probatis dictis actib. ſiue vniuocis, ſiue æquiuo-
cis, ſiue pro parte actoris, ſiue pro parte rei, aut qualitas
hæc hæredis, & aditionis hæreditatis proponitur, af-
firmatur, & fatetur per eum, qui fecit dictos actus, aut
negatur.
66 Primo † quidem caſu res expedita eſt, & indubia,
quòd probata hæreditatis aditio apparet ex factis per
aſſertionem & declarationem eius qui geſſit talia facta,
& vbi ſit de indifferentibus & æquiuocis ſtatur decla-
rationi cum iuramento eius qui ea geſſit, de animo &
voluntate ſua per dictum Iacob. de Aret. argum. d. l. pro
hærede. §. ſeruos. & l. in ambiguis orationibus, de regu.
iur. & l. ſi quis intentione, de iudi. & glo. in §. aliæ inſtit.
de acti. ſæpe alleg. per Bar. d. l. gerit, ſub num. 19. ſub nu.
17. vbi etiam quòd ſtatur declarationi hæredis eius qui
fecit actus tales, ſi mortuus ſit, idem ſub nu. 24. & paſsim
doct. firmant, vt Alexan. conſil. 126. colum. 2. num. 2. lib.
7. Corn. conſil. 338. col. 2. ver. prætereà ſi actus, li. 1. Card.
conſ. 37. num. 2. Iaſ. in §. ſed iſtæ num. 88. inſtit. de actio.
Nat. conſi. 140. num. 2. Guil. Bened. d. ver. mortuo ita-
que teſtatore. i. num. 382. Aymo conſil. 197. num. 4. verſi.
amplius in actibus, Tob. Peruſi. conſ. 2. num. 10. & alibi,
non omittas tu proponens pro tua intẽtione allegare in
facto omnia requiſita pro aditione hæreditatis, vt ad-
uertit Bal. conſil. 403. Ioannes, col. pen. ver. aduerte ta-
men, lib. 3.
67 Secundo autem caſu † ſi negetur aditio hæredita-
tis per eum qui fecit ipſos actus, inſpectis quidem quali-
tatibus & natura eorum actuum rerum, hæreditatis, &
probatorum per negantem, dico primùm ſi actus con-
tinent vel exprimunt facientem nomine hæredis in re
tranſitoria ad extraneos hæredes, tunc ſanè probatur
aditio & ex ipſis factis, & ex actu verbi per text. in l. pro
hærede, in princip. & ibi doct. de acqui. hæred. & Bald. in
conſil. penul. in fin. & in conſ. vlti. li. 3. facit illud, Loque-
la tua manifeſtum te facit, & illud ex ore tuo te iudico:
ſi verò in re non tranſitoria ad extraneos, ſed ad filium
tantùm, vt puta in re emphyteutica accepta pro ſe & fi-
lio per ipſum filium tanquam hæredem patris fuerit ali-
quid actum, id intelligitur factum, vt per filium, & non
vt ſe obliget hæreditati d. l. pro hærede. §. ſi quid tamen,
& ibi Bart. & Ang. & Caſtrenſ. ac alij exponunt hoc caſu
illud verbum, tanquam hæres, pro tãquam filio, & Dec.
conſil. 516. num. 10. & Iaſ. in l. Gallus. §. etiam, de liber.
& poſth.
68 Secundò † ſi actus ſimpliciter facti probantur tales,
qui citra ius & nomen hæredis geri nequeunt, tunc pro
hærede geri dicitur, & inducitur aditio per d. l. pro hæ-
rede §. Papinianus. in fin. vibi ſunt verba hæc, citra ius
& nomen hæredis, & ibi gloſſ. & doct. exponunt, quòd
concurrant nomen, id eſt, vocabulum, & ius, i. effectus,
& cõmodum, & ſic quæ geſta ſunt, conueniant nomini,
& effectui, poteſtatiq; hæredis, id eſt domini, qui etſi pro
tali non geſsiſſet, geſta hæc non haberent validum effe-
ctum, & poſſent ſequi illicitum, quoad gerentem, & de-
ceptio quoad alios cum quibus geſsit, quòd ideò non ſe
quatur, inducitur aditio, Bar. in d. l. gerit, ſub num. 20. 21.
& in conſi. 207. in quæſt. nu. 3. 4. de his text. in §. penult.
inſti. de hæred. qual. & diff. ponit exempla, vendendo res
hæreditarias, colendo, locandóve, text. in d. §. Papinia-
nus, ponit de accipiente quid dandum hæredi cauſa cõ-
ditionis implendæ, dummodò alius cohæres non ſit
qui adierit, quia talis acceptio non concluderet adi-
tionem, vt ibi in text. & ibidem Angel. exemplificat,
vt locando prædia, animalia dando in ſocida, bona
hæreditaria vendendo, fructus bonorum in ſuos vſus
conuertendo, & ſic dicit Angel. videtur quis hæredita-
tem agnoſcere, id eſt, adire, aliàs enim ex his nullus iu-
ris ſortiretur effectus, vt Imol. in d. l. gerit numer. 9. di-
cit percipiens fructus, vendens res hæreditarias, vi-
detur adire, & dicit Bald. in d. l. potuit, in 10. quæſtio.
69 num. 21. C. de iur. deliber. quòd † actus natura eorum
determinati ad acquirendum & alienandum ſunt ap-
propriati ad acquirendum hæreditatem, ergo aditio-
nem inducere conſueuerunt, niſi adſit proteſtatio con-
traria, text. in leg. ſecunda C. de iur. deliber. ponit

exemplum in ſoluẽte debitum paternum, id eſt, hære-
ditariũ, Bar. ibi dicit quòd de hoc ſemper interrogat ru-
ſticos, vult dicere, vt habeat informationem ſi hæreditas
70 adita ſit, † actus exigendi aliquod nomen, vendẽdi fun-
dum hereditarium, liberandi debitores defuncti, con-
uertendi fructus in vſus ſuos, proculdubio aditionem
inducunt, Nat. conſil. 448. nu. 2.
71 Tertiò † ſi actus etiam ſimpliciter facti ſunt tales, qui
alio nomine, & alio iure quàm iure & nomine hæredis
geri poſſunt, vt habitare domum, poſſidere bona hære-
ditaria, & percipere fructus, quia poteſt habitare domũ
iure hypothecę dotium maternarum vel ſuarum, & poſ-
ſidere bona iure communionis, vel familiaritatis, & col
ligere fructus iure coloni, vel emphyteutæ, tunc & actus
huiuſmodi in partem iſtam accipiantur, quòd probent
aditionem, niſi per eum qui tales actus fecerit, probetur
de alio iure habitandi, poſſidẽdi, & colligendi fructus, vt
per textum & gloſſ. Bar. Bal. & ali. in l. 1. C. de repud. hæ-
red. & in l. 1. ſi vt ab ſe hæred. abſti. vt de iure obligatio-
nis dotium, emphyteuſis, vel communionis ſuæ poſſeſ-
ſionis cum defuncto, quia tunc deſtruitur probatio adi-
tionis, vt per doct. in d. l. 1. Bart. in d. l. gerit, nu. 21. Corn.
conſilio 147. colum. 2. lib. 1. Card. conſilio 37. colum. 1.
verſ. in contrarium, & ſequent. Grat. conſilio 140. nu.
8. conſil. 146. num. 2. lib. 2. & text. & doct. in l. duo fra-
tres, de acquirend. hæred. & pulchrè Ang. in conſilio
173. duo fratres, & quando etiam probatur de iure vſus
fructus poſſidentis in re poſſeſſa, vt per Rom. conſi. 154.
iudicium contra Antonium, in princ. l. ſi pupillus. §. fina.
ff. de acquirend. hæred. vbi maximè hæreditas non ſit lu-
croſa, & ſit communis opinio in loco de hæreditate dã-
noſa, Bart. in d. l. gerit. ſub d. num. 21. ver. quid enim, vbi
etiã in contrarium pro aditione elicit præſumptionem,
ſi hæreditas ſit hominis locupletis ſecundùm communẽ
opinion. vnde Bartol. & alij in locis alleg. partem illam
accipiendam firmant, quę magis fuerit vtilis facienti di-
ctos actus, ac etiam eius declarationi cum iuramento
ſtari, quòd non fecerit iure hæreditario, vt & Bald. con-
ſilio 405. proteſtatio facta. lib. 5. Aym. conſil. 33. numer.
2. vbi & quando tenuerit iure fideicommiſſorum anti-
quorum, eadem præſumptio eſt pro non aditione, ſi exi-
ſtentibus reb. alijs pretioſis, & magni valoris fuerit poſ-
ſeſſa aliqua res mobilis & vilis de hereditate opulenta,
vt poſt Salyc. & Alexand per Iaſo. in l. non hoc, col. 5. in
ſecunda limit. C. vn. legi. ſequitur Aym. d. conſi. 33. num.
12. Nat. dict. conſil. 448. num. 17. hoc ſentit gloſ. in ver.
ſeruos. in d. l. pro hærede. §. ſeruos, dum ait, Melius ergo
videtur perpendendum ex qualitate hæredum perſona-
rum eorum, & ex qualitate actuum, & rerum quas attin-
geret, & ſic quandoque non habeat neceſſe probare ſe
non feciſſe animo adeundi, quam glo. ibi communiter
72 docto. ſequuntur † & propterea præſumitur pro aditio-
ne quando poſſedit maiorem vel meliorem partem hæ-
reditatis, Bald. in cap. 1. colum. 3. ſub nume. 14. an ag-
na. vel. fili. defun. & quando tranſtulit in alium vel in
vſus ſuos conuertit rem aliquam hæreditariam etiam
vnam & paruã, dixi ante & repeto. vt per Bar. in d. l. ge-
rit, nu. 26. in l. ex animo. ff. de dona. inter vi. & vxo. Imo.
in l. ſi ſeruum quis. §. Prætor ait. nu. 5. de acquiren. hæred.
Guil. Bened. d. verſi. mortuo itaque teſtatore, num. 384.
in meo conſil. 93. num. 28. 29. Nat. d. conſil. 448. numer.
18. 19.
73 Breuiter † conclude ex mente legatum & Doct. in d.
locis ſuprà allega. per omnes actus probatos qui non
tranſgrediuntur, & non apparent facti vltra terminos,
& naturam cauſæ pietatis, cauſæ cuſtodiæ, cauſæ alterius
ſui iuris, de quibus in d. l. pro hærede, poſt prin. vel cau-
ſæ iuris deliberandi, de quo in l. Ariſto ſcribit. cum ſeq.
ff. de iur. deliber. & in l. Ariſto exiſtimat de acquir. hæ-
redit. non induci & non probari aditionem hæreditatis,
d. l. pro hærede, poſt. prin. ſentit & Bald. in dict. l. potuit,
num. 21. ſi verò è contra apparent facti vltra naturam
dictarum cauſarum, dic & è contra induci & probari
aditionem dict. l. pro hærede, §. Papinianus. dict. leg. ſi
quis mihi bona §. ſed quid ſi mandauit, Bald. in d. l. 1. ſub
fin. numero 4. C. ſi vt ſe ab hæred. abſti. per leg. duo fra-
tres. de acquirend. hæreditat. ibi, *Itaque cauere debet
ne qua in re plus ſua parte dominationem interponeret*, & ibi
per gloſſ.
Ex quibus de aditione hæreditatis cognitis, & va-
lorem contentorum in teſtamento dignoſcimus, &
obligationem hæredis ad obſeruantiam ipſorum con-
tentorum in teſtamento, ac etiam ſimul & acquiſi-
74 tionem hæreditatis pro hærede: quo verò † ad acquiſi-
tionem, quam inducere non valet aditio hæreditatis,
ſed requiritur agnatio coram iudice, vt in caſibus, in
quibus etiam hodie datur bonorum poſſeſſio, qui ſint
tales caſus, vide quòd eos colligendi curã habuit Gual-
den. de art. teſt. titul. 11. caut. 14. poſt Ang. Aret. inſtit. de
exhæred. liber. in princ. verſi. ex his nota. & tract. de teſt.
in gl. 81. colum. pen. & vltim. de his aliqua per Bald. 202.
num. 2. lib. 4. conſil. 504. num. 2. in 5. Ang. conſil. 51. col.
1. in fin. Bart. in l. facta. §. ſi ſub conditione. ff. ad Trebel.
Socin. conſil. 77. colum. 3. lib. 3. Ruin. conſil. 135. in fin. li.
75 2. & ſingulariter nota quia † bonorum poſſeſſio non po-
teſt conſequi, niſi coram iudice, quòd ſi in caſu requi-
rente bonorum poſſeſſionem quis coram iudice com-
parendo dicat, Adeo hæreditatem talis hoc ſufficere
pro bonorum poſſeſsione decreta & agnita probat Bal.
conſi. 13. ſuper eo quæritur, lib. 1. & Angel. Aret. in §. ſe-
76 quens, num. 6. inſtit. de interd. per l. fin. C. qui admitt. †
& ita hæreditatem acquirendi, & ſe oneribus hæredita-
rijs obligandi ſunt iſti duo modi. ſ. per aditionem, & per
bonorum poſſeſſionem, eſt & tertius per reſtitutionem
Trebel. de qua nunc dicam, vt benè docet Bart. in rub.
nu. 5. de acqui hæred. & clarè Bald. in rubr. col. fin. nu. 22.
qui admitti.
77 Fideicommiſſarium † autem vniuerſalem præſtare
etiam, & exequi onera hæreditaria, quando ab hære-
de grauato, ſeu ab alio hærede fuerit ſibi reſtituta hæ-
reditas. l. 1. in princ. l. reſtituta. §. 1. ad Trebel. & l. 2. §.
78 fin. C. eo. ſicut † enim aditio hæreditatis obligat hære-
dem oneribus hæreditatis. per alleg. ſupr. ita reſtitutio
facta ab hærede, ſeu ab hærede hæredis, per l. ſi eius. §.
ſi quis rogatus, & l. quanuis §. 1. ff. eo. & gl. in verſi. hæ-
reditas, & in l. 1. ff. de fidei. hæred. peti. de rebus hære-
ditarijs fideicommiſſario obſtringit eum vigore tranſla-
tionis actionum actiuè & paſsiuè in eum tranſlatarum
authoritate ſenatuſconſul. Trebellia. dict. l. 1. & tot.
titul. ff. & C. eo. & §. reſtituta, & ſequent. inſti. de fidei-
commiſ. hæred. dicit Bald. in conſil. 118. caſus ſub tali
forma, colum. 2. verſi. allegatur enim lib. 5. quòd ideo
inuenta eſt reſtitutio ex Trebelliano, vt per eam effica-
citer tranſeant iura. ſ. in fideicommiſſarium vniuerſa-
lem, d. l. 1. cum concordan. ad Trebellia. & ibi Ripa. in
79 princip. colum. 2. dicit, ſicut † hæres adeundo ſuſcipit in
ſe actiones paſsiuas. l. ex maleficijs. §. hęres. ff. de acti.
& obligat. ita fideicommiſſarius ſuſcipiendo reſtitu-
tionem hæreditatis, cenſetur in ſe recipere actiones. l.
qui quadringenta, ad Trebellia. & dicitur quaſi con-
trahere cum hærede reſtituente ſibi hæreditatem, &
ſaltem cum eo tacitè agere de ſatisfaciendo creditori-
bus & legatarijs, licèt abſentibus, authoritate ſenat.
conſul. Trebell. hoc Iaſ. in d. l. 1. in princ. colum. 1. verſi.
item poſt ſenatuſconſul. Trebell. ff. ad Trebell. allegan-
do Bald. in l. qui in aliena, in princip. ſub num. 2. de ac-
qui. hæred. & Bald. in rubr. colum. fin. ſub num. 22. in
80 quæſt. 8. qui admitti, qui firmant † omnem obligatio-
nem fideicommiſſarij cum legatarijs & creditoribus
abſentibus oriri ex reſtitutione facta vel ratificata per





hæredem ipſi fideicommiſſario, authoritatem ſenatuſc.
Trebell. & ſi tali authoritate non ſit facta reſtitutio, ibi
Bald. expreſsè tenet fideicommiſſarium non teneri ex
quaſi contractu cum abſentibus, quia talis contractus
non habet locum, niſi in caſibus expreſſis in iure, vlte-
81 riùs † pro acquiſitione, & obligatione hæredis ſufficit
in aditione ſola voluntas hæredis, d. l. pro hærede, cum
82 alleg. ſuprà † in obligatione verò fideicommiſſarij, vt
ius hæredis ab eo auferatur, per l. id quod noſtrum, de
regul. iur. & transferatur, ſumátque initium à perſona
fideicommiſſarij per l. quæcunque gerimus, ff. de actio.
& obligatio. concurrere debent, & voluntas hæredis re-
ſtituentis, & voluntas fideicommiſſarij ſuſcipientis, ita
tradit Aret. in l. non ampliùs. §. cum bonorũ. col. 2. verſi.
eſt tamen inter hæredem, de legat. primo, ſequitur So-
cin. Iun. in l. 1. numer. 226. 230. eo. hoc demum exinde
83 eſt, quòd † pro conueniendo fideicommiſſario non ſit
ei interrogatio, an ſit hæres teſtatoris, ſed an hæreditas
ſit reſtituta, ita eum debere in iure interrogatum reſpõ-
dere. text. eſt clarus in l. ſi defenſor. §. illud quæritur, in
fine de interrog. act.
84 Fit autem † reſtitutio verbo, vel re: verbo tenùs re-
ſtituendo hæreditatem, vt ſi dicat hæres, reſtituo, vel re-
laxo tibi fideicommiſſ. hæreditat. &c. vt ſi hæres inducat
fideicommiſſarium in corporalem poſſeſſionem rerum
hæreditariarum omnium, vel vnius rei, & ſic duobus
modis. per l. reſtituta, & l. facta, ad Treb. ponit Papien.
in pract. de for. libel. quo agitur ex ſubſtit. in glo. ac per
85 fideicommiſſum, numero 25. 26. † imò tribus modis,
ſcilicet re, verbo, & per patientiam fieri talem reſtitu-
tionem, tradit Bald. in l. 1. in fin. C. ad Trebell. ita his
86 † modis non facta reſtitutione per hæredem fideicom-
miſſario, nullum ius, nullam actionem fideicommiſſa-
rius habet pro bonis hæreditariis vendicandis, nec in
eis per not. in l. facta, in princip. ff. eod. Corne. conſi. 231.
columna fina. verſi. tum quia ſubſtitutio, lib. primo, Bal.
conſilio 219. Pepus Nicolutij, columna prima, ver. cùm
igitur fideicommiſſum, libr. ſecundo, dicũnt Caſtren.
Imol. & Alex. in d. l. reſtituta, in principio, nunquam ta-
men in practica vidi ſeruari, quòd alicui fideicommiſ-
ſario vniuerſali per hæredem grauatum fuerit facta re-
ſtitutio verbalis, vel realis, ſed abſque tali reſtitutione
pro ea tamen obtinenda realiter & effectualiter vidi
longa litigia agitari contra ſucceſſores hæredis grauati,
87 vt plurimum: † habet enim fideicommiſſarius vniuerſa-
lis actionem ex teſtamento, quam etiam tranſmittere
poteſt, dicit Bar. in l. cum filiofamil. colum. penult. ſub
num. 12. in fin. de legat. primo, ante aditam hæreditatẽ,
ad cogendum adire, & poſt aditam ad cogendum reſti-
tuere, & ibi communiter doct. ſequuntur. Barto, vt poſt
alios ibi per Socin. Iun. in ver. vlt. nu. 67. 68. & ſequent.
Capyc. in deciſ. 89. ad fin. vt latè examinando non facta
narratione de reſtitutione facta per ſubſtitutum fidei-
commiſſarium competenter intelligi & cenſeri libella-
tum in actione ex teſtamento, concludit Corn. conſilio
decimooctauo, in præſenti conſultatione, columna 6.
88 ver. intrepidè ergo, lib. tertio † idem pro fideicommiſſo
vniuerſali etiam in codicillis relicto competere actionẽ
ex teſtamento auctor. Spec. firmat Gui. Pap. in quæſtio.
323. paria ſunt, ad fin. & in quæſtio. 303. in fin. ad adeun-
dam hæreditatem officio iudicis, ad reſtituẽdam actio-
nem ex teſtamento, glo. in l. & ſine ſcriptura. C. ad Tre-
bellia. quam ibi Bartol. & alij ſequuntur, & in l. ſi lega-
tus, in principio. & in l. non eſt cogendus. ff. eo. clarè Ol-
dra. conſi. 248. præſuppoſita, in fin. hoc ſanè locum ha-
bet contra hæredem, Alexand. conſi. 98. col. 2. numer. 5.
verſi. actio perſonalis, libr. 2. & bene reſoluit Caſtrenſ. l.
penul. §. cum autem, num. 3. C. ad Trebell. & Bero. conſ.
102. nu. 28. lib. 2.
Qua quidem reſtitutione obtenta per fideicommiſ-
89 ſarium vniuerſalem acceptata, dicitur ipſe † fideicõmiſ-
ſarius habere hæreditatem, nõ ſolutione, ſed ſucceſſio-
ne, qua obligatur legatariis, & creditoribus per text. &
gl. in l. non enim. ff. ad Trebell. & hoc eſt quod quæri-
mus pro ſolutione huius principalis dubitationis, poſ-
90 ſunt & alia vtiliter in practica inueſtigari, † quando fi-
deicommiſſarius ſit obligatus, vel ne oneribus hæredi-
tariis, nam quid dicendum in caſibus, in quibus hære-
ditarium ius tranſit ipſo iure in fideicommiſſarium vni-
uerſalem, de quibus per text. glo. & doct. in l. pen. & in l.
1. §. ſed & quoties. ff. eo. Boër. deciſ. 156. nume. 14. & ſeq.
Alexand. conſi. 23. numer. 5. lib. 3. Caſtr. in d. l. reſtituta. in
91 princip. & conſ. 55. bona de quibus, lib. 1. † vbi quando
per ſtatutum non requiritur reſtitutio, nec aditio, & da-
tur executio teſtamentis & caſus cõmemorat Menoch.
92 tract. de adipi. poſſ. remed. 4. nu. 199. & ſeq. q. 27. † Adde
ſecundum aliquos de æquitate canonica non requiri re-
ſtitutionem fideicommiſſi pro tranſlatione iurium in
fideicommiſſarium, Pariſ. conſil. 12. numer. 115. libro 2.
Caſſane. conſil. 62. num. 30. in fin. & conſi. 67. nu. 86. per
origi. doctr. Bald. in cap. in præſentia, col. 5. ſub nume. 31
de prob. & verum dicere refert Val. conſil. 78. ſub num.
20. lib. 3. vbi ſup. Caſſan. dicit ita ſeruari de æquitate, vt
circuitus euitentur, vt propriè dicit Bald. in dict. l. loco,
comprobat Rebuf. tract. de mater. poſſeſſor. arti. 9. gloſ.
1. nume. 33. 34. vbi etiam reprobat Boër. d. deciſ. 156. in
93 hoc ſentientem contrarium, & eſt tom. 3. præſertim † in
fideicommiſſo vniuerſali relicto piis locis non requiri
aliam reſtitutionem verbalem pro vera & communi
ſententia ponit Iaſ. conſilio 214. colum. pen. lib. ſecun-
do, item adde non requiri aliam reſtitutionem, vbi fi-
deicommiſſario aliquo modo per teſtatorem ſit data li-
centia capiendi propria authoritate, vt per Guald. de
arte teſtan. tit. 5. cau. 32. comprobat Burſat. Mant. conſi-
94 lio 89. nume. 15. & ſeq. & alibi dixi: in his autem † vbi
vniuerſale ius tranſiret ipſo iure in fideicommiſſarium,
quamprimum hîc acceptauerit fideicommiſſum, dice-
rem in eum tranſlatas eſſe omnes hæreditarias actio-
nes actiuas & paſſiuas, ſic eum remanere obligatum
hæreditati, ſicut facit aditio in hærede. l. pro hærede. in
prin. de acq. hære. cum ſimil. ita additio reſoluitur in ac-
ceptationem fideicommiſſi, in ſpecie dicit Caſtrenſ. in
dict. l. reſtituta, in princ. ſub nume. 3. ad Trebell. & tunc
fideicommiſſarius dicitur hæres. ſ. vtilis. l. ſi filius. ff. quod
cum eo. & expreſsè tenent Socin. numero 5. Rip. in d. §.
ſed & quoties. num. 6. ver. illud. quod tranſeant ſolùm
requiſita voluntate acceptantis, intimata tamen graua-
to ſolùm ad impediendum eum exercere actiones, quæ
erant penes eum ante intimationem: idem Socin. Iun.
in d. l. cum filiofamil. in ver. fina. ad quæſtiones Bartoli,
95 num. 70. † firma tranſlationem inductam ex accepta-
tione fideicommiſſi eſſe ſimilem trãſlationi actionum,
& aliorum iurium, ita hoc iuri conſonum eſt adeſſe vo-
luntatem fideicommiſſarij, vt actiones ſaltem paſſiuè à
ſua perſona initium ſumant. l. quæcunque. ff. de actio. &
obligat. bene facit. l. ſecunda, in fin. C. de hæredi. vel act.
vend. ita eſt ſi fideicommiſſarius noluerit acceptare fi-
deicommiſſum, Cephal. conſi. 318. nu. 94. Rip. in l. 1. nu.
50. de leg. 1.
96 Sed quæritur in caſu † vbi etiam alia reſtitutione non
requiſita poteſt fideicommiſſarius vniuerſalis conditio-
ne adueniente vindicare aliquam rem prius venditam
per hæredem grauatũ, per tex. & gloſ. in ver. celebrata.
in fi. in l. fin. §. ſin autem ſub conditione, commu. de leg.
quã ibi Bart. in fin. Caſtr. ſuprà nu. 8. approbant, & text.
in authen. contrà rogatus, & glo. in ver. ipſo iure. in l. pe-
nultim. §. fin. C. ad Trebellia. quam ibi omnes docto.
ſequuntur dicente etiam Ioan. de Ana. conſil. 13. viſis
quæ in proceſſu, in princip. & Socin. Iun. conſil. 59. num.
97 2. libr. primo, vel etiam † res fideicommiſſo ſubiecta

per alium tertium reperiatur vendita de facto, per quod hæres grauatus quippe à ſe abdicauit poteſtatem reſtituendi, hac ideò poteſtate reſtituendi ceſſante, & quia rogatus nihil iuris habet in tali re, quod reſtituere & concedere poſſit, & hac ſola ratione attenta, non ea autem quis alienauerit, habetur reſtitutio pro facta in fideicommiſſarium, vt ex ratione expreſſa conſtat & mente glo. in dictis locis & Caſtrenſ. in d.l.fi. §.ſed quia noſtra ſuprà nume.8. dum ait. abdicauit à ſe poteſtatem reſtituendi de facto, ergo vera non eſt reſtitutio quam Hieron. Gabri. Eugub. facit conſi.45.nu.17. quod id ſolùm intelligatur, quando ſit facta alienatio per grauatũ, & non per extraneum, cùm aliud non attendatur, niſi quod grauatus non poteſt reſtituere, & non habet qui cedat, quod euenit, quomodocunque appareat abdicata à ſe poteſtas reſtituendi, vt liquere videtur ex verbis & mente gl. & doct. in dictis locis, & bene probatur ex inductione text. in l.1.§.ſed & ſi non poſſideat. ff. ſi quis om.ca.teſta. ad id quòd hæres grauatus dicitur transferre ad alium poſſeſſionem in perniciem fideicom. non minùs non incip. poſſidere, quàm deſinendo poſſidere. & de hoc in ſeq. interp. dubit.3. verſ. ſed oritur dubitatio. Puto equidem iſto caſu fideicommiſſarium etiam vniuerſalem non cenſeri obligatum legatarijs & aliis oneribus hæreditarijs, ſed hæredem grauatum remanere
98 obligatum, quia inſpect. verbis, & mente legum † fideicomm. vniuerſalis non apparet onerib. hæred. aſtrictus, niſi quando fuerit ſibi reſtituta, vel per legem habita pro reſtituta hæred. & non aliqua ſingularis res, maximè non habita voluntate hæred. vt ſonat clara verba tex. in l.1.2. & fin. C. ad Trebell. & in l.1. in prin. ff. eo. iuncta gl. ibi, in ver. fructúſque exponente id eſt, vtilitas & commodum eorum bonorum. i. illius † fideicommiſ. vniuerſalis, & in l.2. ff. eo. ibi, nam hæres hîc rogatus intelligi debet, vt te ſuo loco conſtituat, & in l. reſtituta, in pr. eo. vbi debet in reſtitutione cõcurerre mens heredis reſtituentis, & mens fideicommiſſarij ſuſcipientis etiam in vna re, ſic debet gloſſ. hîc intelligi: ita non obſtante quòd res aliqua fuerit alienata per hæredem, & vindicata per fideicommiſſarium, & huius rei non requiratur reſtitutio: veruntamen requiritur reſtitutio vniuerſalis, vt poſſit habere alias res particulares, & ita ſubire onera hæreditaria, vt fiat ſecundùm voluntatem teſtatoris, & diſpoſitionem iuris: quia reſtitutio ex Trebelliano non diuidit ſe, nec ipſa Trebellianica ſucceſſio per dictam l. reſtituta, in princ. dicit Bald. conſi.219. Pe-
99 pus Nicolutij. col.1. verſi. dicatur, lib. ſecundo, † idem requiri reſtitutionem propter nõ alienata nõ ſingulariũ rerum ſed hereditatis, vt per eam ſingule res fiant fideicommiſſarij, ſicut per aditionem fiunt hæredis. l. legatũ ita, de leg. ſecundo, & l. facta, in princ. ff. ad Trebellia. tenet Fulgo. in d. l. penult. §. fi. col.1. ſub numero ſecundo, ver. ſentit ergo glo. C. ad Trebellia. & ſubiungit ſub numero tertio, firmando eſſe neceſſariã reſtitutionem vniuerſitatis, quia adhuc manet hæres, &c. & concluſio
100 hæc infertur, quia † manet hæres obligatus oneribus hæreditariis, poſtquam à ſe non ſunt hæc abdicata per dictam reſtitutionem Trebellianicam. l. ita tamẽ. §. qui
101 ex trebelliano ff. eo. Bald. & Caſtrenſ. in l. fi. C. eo. † atq; ex eo quod non apparet reſtituta hæreditas ſubſtituto fideicommiſſario habenti etiã certa particularia bona hæreditaria per tranſactionem, non cõtra eum, ſed contra hæredes directo teſtatoris actiones intentari poſſe, & debere, comprobat Alexand. conſi.171. viſo proceſſu, columna prima, verſic. cùm ergo, lib. ſecundo, ita in ſimili ſpecie ex facto reſpondi conſilio 98.
102 Aduertatur iſto caſu † pro fideicommiſſario vendicante particulares res hæreditarias alienatas per hæredem grauatum, vel eius hæredem, ne valeat oppoſitio de nullo iure, vel actione competente ad vendicandas res fideicommiſſo ſubiectas, non facta priùs reſtitutione re, vel verbo deduci & narrari in petitione de dicta alienatione, licèt nulla tamen ſufficiente pro dicta reſtitutione, ita quòd de iure ipſa res per fideicommiſſarium valeat & poſſit vendicari ab ipſo detentore, vt petitionis formam, & practicam hanc ponit Caſtr. conſilio 94. clarum eſt in iure, ad fin. libr.2. refertur & pro meliori forma probatur per Neuiz. conſilio 33. nu. 16. ita à fideicommiſſario probandum eſt, quòd caſus reſtitutionis fideicommiſſi euenit, Menoch. tract. de adipiſcen. remed.4. nume.205. Rimin. ſeni. conſil. 248. numero 7.

103 Reſtituta † demùm hæreditate fideicommiſſario, quomodo teneatur ad onera hereditaria, ſcilicet ad debita & legata text. & Doct. declarant in d.l. ſecunda. C.
104 ad Trebell. † quando tamen legatum factum eſt ſimpliciter, & fideicommiſſum vniuerſale ſub conditione, vt ferè ſemper tale eſt, legatum videri aſcriptũ ad onus hæredis, & non fideicommiſſarij, tenet Bald. in d.l. fin.
105 ſup. fin. C. eo. † idem quando eſt iniunctum perſonæ heredis, quia tunc non eſt onus hæreditarium, Ruin. conſi. 67. nu.11. lib.2.

106 Legatarius † item (vt præmiſſum eſt) cum agnouerit legatum, tenetur parere & exequi voluntatem teſtatoris in eo quod teſtator voluerit debere eum ſeruare & adimplere, etiamſi maius eſſet onus quàm cõmodum Aym. conſi.174. nu.60. iam notum eſt legatarium alijs oneribus hæreditarijs ſubnixum non eſſe. l. fin. C. de hæred. act. l. quoties. C. de hæred. inſti. glo. in ver. retinetur, in l. mulier. §. fi. ad Trebe. cũ ſimil. per Deci. latè in cõſi. 387. cum de his ſcilicet de grauamine maiore, quàm ſit vtile in eadem, vel diuerſa ſpecie, vel quãtitate, & quomodo agnitum vel acceptatum fuerit per modum conditionis vel modi plura ſcripſerim ſuprà lib.3. interp.2. ſolut.4. & vlt. Exinde ſequitur hoc in loco magis breui-
107 tati me adhærere. Primum námque certum eſt, vt legatarius dicatur agnouiſſe legatum cum onere iuncto oportere priùs eum habuiſſe ſcientiam contentorum in teſtamento circa legatum & onus ſuum, per l. ſi is qui. l. pater. ff. de acqui. hæred. Alexand. conſil.24. col. penult. ad fin. verſi. & non poteſt videri, lib.3. clariùs Bald. conſ. 204. ſi domina agnouit. lib.4. ſentit Ruin. conſi.117. col. penult. nu.21. lib.2. nunc enim legatarius dicitur agnoſcere legatum, quando verbo vel facto demõſtrat illud velle acquirere, & non repudiare gerendo ea, quæ citra ius & nomen legatarij geri non poſſunt, vt de hærede adeunte habetur per tex. in l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæredit. vt ſi legatum petierit per tex. in l. ſi legatarius, in princip. de leg.3. & ibi glo.1. exponit ſic & ita agnouit. ſ. petendo, hoc modo agnoſcere legatum, pro eo quòd legatarius illud vult, vtuntur leges quas viderim, vt in l. ſi quando, ver. illud etiã ibi, non agnouerit eius iudicium. C. de inof. teſtam. & in l. ſi debitor, in principio ff. de fideicommiſſar. libert. & pro eo quod ſcienter legatarius approbat voluntatem teſtatoris etiam inualidam per text. & gloſſ. & doct. in l. non dubium. C. de teſtam. prout & hoc vocabulo vtuntur, agnoſcere bonorum poſſeſſionem, vt in diſcurſu tituli. C. qui admit. ſed & frequentiùs glo. & doct. vtuntur hoc dicendi modo, legatarium agnoſcere legatum, vt glo. in verſiculo poſſe cedere, in l. Imperator, in princip. & gloſſ. in ver. portione, in l. Titia cum teſtamento. §. qui in vita. de legat. ſecundo, & dict. gloſſ. in dict. l. ſi legatarius, in princ. & Bald. dict. conſilio ducente-
108 ſimoquarto, & alibi alij. † Agnoſcere autem legatum accipitur duobus modis, primò quando legatarius agnouit ſcilicet petendo, ſed nondum legatum recepit, & tunc ſecundo legatario tenetur ſolùm cedere actionem. dict. l. ſi legatarius, in prin. ſecundò vbi legatarius agnouit & conſecutus eſt rem legatam, & tunc tenetur



tenetur preſtare & adimplere quantum iuſſit teſtator. l.
109 1. §. & hec diſponimus, com. de leg. † At vbi primus legatarius repudiauit legatum, tunc immunis eſt à præceptis teſtatoris, & aliter ſuam voluntatem exequi non tenetur, & tunc ſecundus legatarius habet actionem contra hæredem teſtatoris, apud quem legatum remanet cum
110 ſuo onere. l.1. §. primo, de cadu. tollend. cum ſimil. † & vbi non agnouit, nec repudiauit, tunc compellitur officio iudicis agnoſcere vel repudiare argumen. l. ſi curatoris. C. de iur. deliber. ita tradit Salyce. in d. l. ſecunda. C. de his quæ ſub mo. leg. quem ad literam ſequitur An-
111 gel. Aret. tractat. de teſta. glo.65. in princ. Rurſus † agnoſcere voluntatem teſtatoris accipitur, & agendo ex ea, & excipiendo, & ſufficit ſemel eam eſſe agnitam, vt ea ſeruari & exequi debeat iuxta eius diſpoſitionem per ſing. tex. in d. l. ſi debitor, in princ. de fideicom. libert. cum glo. ibi: obſeruare enim diſpoſita à teſtatore debet qui eius voluntate fruitur. l. ſi duo. §. fi. de legat. præſtan.

Enimuerò † poſſunt ſub diuerſis formis & ſpecie-
112 bus factorum contingere præcepta, vel onera per teſtatores impoſita legatarijs, qui cùm agnouerint legata, tenentur eadem onera ſeruare. l. planè. la ſeconda. §. ſi cui Stichus, de leg. primo. l. cum ab vno, de leg. ſecundo.
113 l. ſed ſi non ſeruus, in princip. ff. ad l. Falci. † vti ſi teſtator impoſuerit legatario, quòd debeat reddere rationẽ de geſtis in aliqua negotiatione, necnon debeat quietate, & liberare heredes, vel ſimilia facere, quia agnouit, & acceptauit legatum, tenetur & hec impoſita à teſtatore ſeruare, quinimò priuatur legatis, & ea reſtituere debet hæredi quamprimùm cóntrauenit, vt latè conſu-
114 luit Alexand. conſ.102. col.1. & ſequent. lib.1. † legatarius enim abſque alia interpellatione, vbi acceperit legatum, cõſtitutus eſt in mora implendi modum, cui implere tenetur, probat Ruin. conſil.43. col. pen. nu.9. lib. 2. Socin. conſil.174. col. pen. verſi. poſtremò. libr.2. cum
115 ſimil. per Pariſ. conſ.19. nu.197. & ſeq. † item onus reputatur iniunctum legatario: quando teſtator ei legando certam quantitatem, iuſſit quòd non poſſit plus petere & habere in, & ſuper bonis, & hereditate teſtatoris, adeò quòd acceptando legatum dicitur & onus acceptare quod non poſſit habere ſuum creditum ex hæreditate teſtatoris etiam ex cauſa dotis, & excedens legatum, & non iuuatur aliqua ignorantia etiam quod legataria ſit mulier preſertim in cauſa habente originem à lucro, quia debet parere teſtatori plene tradit Rui. conſi.79. lib.2. cum ſimil. quæ tractaui lib. preced. dum decla. plus non petendo, & de legatis animo compenſandi agen-
116 dum fuit.

Præterea † quando pater inſtitutis aliquibus filijs heredibus vniuerſalibus iure inſtitutionis, & legati alij filio reliquit certa bona valoris vltra legitimam, & ei decedenti ſine filijs ſubſtituit dictos filios ſuperſtites & ſubiunxit, quòd ſi dictus filius noluerit ſtare contentus dictis legatis, eo modo, vt ſibi relicta fuerunt: voluerítq; plus petere, vel aliquo modo contrauenire voluntati, & diſpoſitioni teſtatoris, tunc eum teſtator priuauit dictis legatis, & ſolummodo ei reliquit legitimam debitã iure naturæ, & non vltrà. Filius acceptauit bona legata, & poſteà deceſſit ſine filijs alio hærede inſtituto in teſtamento, fratres ſuperſtites petierunt bona illa legata ex fideicommiſſo teſtamenti paterni, hæres fratri legatarij excepit de retentione legitimæ filio defuncto debitæ iure naturæ, reſponderunt fideicommiſſarij, nullam legitimam poſſe retineri, quia pater videtur eam prohibuiſſe, & omnia bona legata velle venire ad ſubſtitutos, diſponendo, prout fecit, & filio legatario talem diſpoſitionem paternam agnoſcente, exinde inductam videri renuntiationem legtimæ, ſuper qua facti ſpecie poſt conſolationem vnius aduocati Florentini, & ſubſcriptionem Decij latè ſcribendo Socin. Iun. conſi.122. lib. primo, & Pariſ. conſi.9. lib.3. reſponderunt ex noſtra regula iudicij paterni agniti, & acceptati cenſeri renuntiatum legitimæ, & ea non retenta per heredem legatarij grauati integra bona legata debere reſtitui fideicõmiſſarijs per plures rationes, vt ibi per eos, quas equidem ſatis conſideraui, quia fortis & mirabilis mihi viſa eſt hæc deciſio, & quantò plus eas conſideraui, tantò minùs video concludere ad probationem talis deciſionis. Quam ideò ſalua pace tantorum authorum non puto verám, & abſq; ſpeciali refutatione dictarum rationum breuitatis gratia exiſtimans hæc ſufficere ad eas
117 repellendas: moueor, quòd † pater teſtando omninò cogitur pro validitate ſui teſtamenti relinquere legitimam filio, ideò relinquendo iure inſtitutionis, & legati filio illa certa bona ſua, intelligitur vtiquè in bonis illis ei reliquiſſe legitimam ipſam debitam iure naturæ per text. in §.1. in authen. de hæred. & Falcid. in §.1. de trien. & ſemiſ. in §. aliud quoque capitulum, cum gloſſ. ibi, vt cum. de appell. cog. in l. omnimodo. C. de inoffic. teſta. & ibi doct. Bal. conſil. 84. viſo puncto. lib.4. Guid. Pap. in quæſtio.456. cum ſimil. vulg. & hoc non ſolùm compatibile, ſed neceſſarium eſt. Licèt autem appoſuerit grauamen filio in dictis bonis relictis ſubſtituendo, ei decedenti ſine filiis, tamẽ ſcire debebat tale grauamen non valere circa legitimam per l. quoniã in prioribus. l. ſcimus. §. cum autem quis. C. eo. §. cæterùm, in dict. authent. vt cum de appell. cogni. cum ſimi. per Soci. cõſ. 1. nu.3. lib.4. Ruin. conſi.60. col.2. nu.4. lib.2. vnde alia ratione forſan motus, ne plus peteret, vel de bonis maternis, vel aliter moleſtaret alios filios heredes inſtitutos, adiecit ille pater teſtator, quòd ſi filius noluerit ſtare contentus dictis legatis ſibi eo modo relictis, tunc priuando cum eiſdem legatis reliquit ei ſolũmodò ſuã legitimam: ex hoc enim credo neminẽ neceſſariò poſſe inferre patrem reuocaſſe relictum ipſum legitimæ iam comprehenſum in dictis bonis legatis, quinimò queq; fateri relictum hoc legitimæ firmaſſe ſic expreſsè ei relinquendo legitimã, & intelligitur in eiſdem bonis, cùm alia bona ei non reliquerit pro legitima, argum. l. ſi quis eum in fi. & not. ibi per Bald. de condi. & demonſtra. & l. ſi fideicommiſſorum, in princ. ff. vt in poſſeſſ. legat. & ex eo quòd voluntas teſtatoris in dictis bonis ſemel determinata ſimul & pro legitima non præſumitur mutata. l. tertia, & l. quinquaginta, in fi. ff. de prob. l. Lucius, 1. in fi. de leg.2. & facit ratio text. in l. cum patronus, in fin. eo. ſcilicet quòd perſonæ filij in illis bonis pro legitima præſtandũ cenſetur, hoc nequaquam ad ſubſtitutos per-
118 tinere deberet, & ibi Caſtren. no. † quòd etiam de iure digeſtorum non valebat grauamẽ in legitima, quia inducta ad augmẽtum, loquor de legitima in dictis bonis comprehenſa, & relicta per diminutionem legatorum ſupra legitimam, que poteſt per teſtatorẽ fieri, dicto §.1. de trien. & ſemiſ. debent operari augmentum, & nõ diminutionem relicti legitimæ. l. ſi mancipia. de fund. inſtru. cum ſimil. per Iaſo. in l. legata inutiliter, in prin. col. 2. verſ. adde quòd ſimiliter, de legat. primo, ita ex interpretatione legis & mentis patris teſtatoris dignoſcitur omni caſu, & obſeruatæ & non obſeruatæ diſpoſitionis teſtatoris per filium legatarium, quòd is habeat ſaluam ſuam legitimam in dictis bonis legatis: exinde ergo neceſſario videtur concludendum ipſum filium acceptãdo dictum legatum in bonis certis acceptaſſe & ſuam legitimam, & non eam repudiaſſe, vel conſenſiſſe, quod ea poſt mortem ſuam deueniret ad fratres ſubſtitutos, quia primum tale onus fideicommiſſi non poteſt per patrem imponi, & minùs intelligitur impoſitum ſuper legitima dict. l. quoniam in prioribus, & dict. §. cæterùm, cum ſimil. per Socin. d. conſi.1. nume.3. lib.4. Pariſ.
hærede, vel primo grauato, de ſeruandō, & reſtituen-
do fideicommiſſario medio ad commodum ipſius vl-
timi fideicommiſſarij, cui & ſi non caueat medius
fideicommiſſarius, iuxta text. & ibi gloſſ. in l. is cui.
§. fin. ff. vt in poſ. leg. quem ibi Bartol. difficilem di-
cit, tamen habeo eum pro deciſ. præſentis quæſtionis:
dummodò



dummodò primus grauatus non tueretur exceptione
aliqua, ne teneretur cauere ſequēti fideicōmiſſario iux-
ta gloſſ. in verſi. ſemper. in d. l. 1. vt leg. nom. cauea. & per
51 Rom. in dicta l. Iulianus. num. 5. qui ſatiſda. cog. † aliàs
ad petitionē eius, cuius intereſſe videtur, præſtatur talis
cautio, Caſt. in d. l. peto. §. fratre. de lega. 2. vbi etiam in-
52 fert quòd † nullo comparente poſſet iudex ſupplere ex
officio pro voluntate teſtatoris conſeruāda, & exequē-
da, vt præced. interpr. dubit. 1. diximus, & videre eſt ex
tex. l. 2. C. vt in poſſeſſ. legat.

Præterea vtilis & proficua cautela eſt pro fideicom-
miſſario, quòd pendente conditione fideicommiſſi, ne
bona poſſint occultari, & facilius reperiantur tempore
53 reſtitutionis fideicommiſſi, † cogatur hæres grauatus ad
faciendum inuentarium ipſorum bonorum, prout face-
re tenetur, & etiam reddere rationem de geſtis circa ea:
54 & † tenetur hæres hæredis de mala adminiſtratione, ita
tradunt Caſtr. nu. 2. & Imol. num. 3. in l. cum tale. §. 1. de
condit. & demonſtr, cum concord. per Pariſ. conſil. 25.
colum. pen. num. 72. lib. 2. & de rebus & eo modo, vt ibi
in colum. fi. & in conſil. 45. num. 23. & ſeq. eo. & Aymo.
conſil. 295. in fin. & Gui. Pap. in quæſt. 251. Cephal. conſ.
381. num. 33. Quinimò intentata petitione hæreditatis
poſſet extendi hæreditatis fideicommiſſariæ, & ea pen-
55 dente poteſt inſtare † & obtinere actor quòd interim
deſcribantur bona, quæ reus poſſidet: idque reus non
poteſt recuſare per multa iur. arg. probat Luc. de Pen.
in l. facultas. colum. 2. verſi. dominus. C. de iur. fiſ. lib. 10.
Sed ſi hæres grauatus nollet fateri, & negaret bona, quæ
remanſerunt in hæreditate teſtatoris, & pro talibus re-
cuſet poni in inuentario, & bona huiuſmodi, maximè
mobilia, & ſe mouentia cum difficultate poſſent pro-
bari talia tempore aduenientis conditionis fideicom-
miſſi defectu recordationis teſtium, & mortis eorum,
56 † huic difficultati ſuccurrere poteſt intereſſe habens in
fideicommiſſo, faciendo examinare teſtes ſuper articu-
lis de his bonis bene concludentib. ad perpetuam rei
memoriam, citato hærede grauato, prout examinare
teſtes ad perpetuam memoriam ſibi conceditur, cùm
non ſit in facultate ſua agendi ad fideicommiſſum eius
conditione pendente per l. in lege Aquilia ſi deletum.
57 ad l. Aquil. & ibi Bar. ſecundum primam lect. † & quan-
do non ſit in poteſtate actoris agendi, prout non eſt in
fideicommiſſario conditionali poſſe examinari facere
& publicari teſtes, ſicut poſſet reus, tenet Bald. in auth.
ſed & ſi quis ab aliquo. colum. pen. num. 9. verſicul. item
circa ſecundùm. C. de teſti. Ang. in §. fin. col. 2. verſi. ſed
tunc quæro. in auth. eo. glo. in verſi. teſtes. ibi, imò dico
idem, in cap. ſignificauit. eo. & ibi Anton. de Butr. col.
ſecunda, verſi. primo quòd ibi, ac ibi omnes talem exa-
minationèm concedunt actori pro actione in futurum
proſequenda adueniente conditione, idem firmat
Corn. conſil. 119. colum. 7. in princip. verſicul. & pro-
ptereà dicunt. lib. ſecundo, Rebuf. 3. tom. pagin. 293.
58 numer. 3. † Idem de eo, quod de facili poſſet excidere
è memoria teſtium, poſſe indiſtinctè, etiam lite non
conteſtata teſtes recipi ad æternam rei memoriam, ex
not. per Barto. in l. 3. §. duæ colum. 2. in fin. num. 9. de
carbon. edi. tenet Alexand. conſil. 203. colum. fin. num.
9. lib. 2.

59 Cautio † autem huiuſmodi concipi & præſtari de-
bet ſub forma iſta, de bonis fideicommiſſo ſubiectis
ſeruandis dolo malo ab futuro, & reſtituendis die fi-
deicommiſſi cedente per rubr. & tot. tit. vt leg. nom.
60 cauea. † & in reſtitutione poſtmodum veniunt res ſi
extant, ſi non extant culpa hæredis, venit pretium
ſicut venit actione ex teſtamento, cuius natura per
cautionem talem aliter non alteratur, per text. & glo.
fin. in l. 1. §. ſi quis ſub conditione. eo. vt leg. nom. ca-
uea. & in l. ſi legati. de lega. 1. & ibi Bar. Bald. Caſtr. &
alij tradunt. Quod bene aduertas quia alia forma non
debet confici inuentarium & cautio huiuſmodi, ſcili-
cet, non deteriorando bona, vt videtur ſentire Tiber.
Dec. conſ. 49. num. 63. lib. 2. quia non debet dici niſi de
ſeruandis bonis dolo malo abſfuturo, & non de non de-
61 teriorandis, quia † hæres interim eſt dominus bono-
rum, poteſt eis vti frui, & ſi vſu conſumantur, & pereant
ſine culpa hæredis, ipſe non tenetur, ipſe Tiber. fatur d.
conſil. 49. num. 14. poſui latè ſupra lib. 3. interpr. 3. dubit.
5. ſolut. 3. ſub verſ. tertio in ſumma.

62 Cautiones † quidem tales vbi non ſint pro implen-
dis conditionibus, vt eſt Mutiana, non offeruntur, ſed
peti debent ab his quorum fauorem reſpiciunt, vt præ-
ſtētur. Alber. in l. vxori. ſub nu. 3. de vſufr. leg. Ruin. conſ.
91. col. 3. nu. 10. lib. 2. Aym. conſi. 59. ad fi. Alexand. conſi.
96. col. 1. ſub num. 2. lib. 4. cum ſimil. per Iaſ. in l. vniuer-
ſa. colum. 1. & ſequent. C. de preci. Imper. offer & Felin.
in c. ſi autem. colum. 3. de reſcript. Pariſ. de put. tract. de
ſindica. tit. de effi. ſindi. verſ. an & quando Menoch. de
adipiſ. poſ. remed. 2. num. 97. & ſequent. Dec. conſi. 608.
num. 2.

63 Cautiones † huiuſmodi præſtantur denique parti in-
tereſſatæ, præſenti vel citate ex Bald. doctrin. in c. 2. nu.
64 3. de eo qui mit. in poſ. tradi Barb. conſi. 59. col. fi. lib. 1. †
Alium autem non de familia & non habentem intereſ-
ſe non poſſe opponere de cautione non præſtita addu-
cit Caſtr. conſi. 247. in cauſa quæ vertitur Sauonæ. col.
7. ſupra fin. verſ. præterea iſta cautio. lib. 1.

Aduertat inſuper fideicommiſſarius, quòd ſi bona
fideicommiſſo ſubiecta conditione pendente diſſipa-
65 rentur per grauatum etiam patrem, † poteſt præca-
uere, ne talis diſſipatio vlterius procedat, eſt vulg. text.
in l. imperator. ff. ad Trebel. & ibi poſt alios belliſſi-
mè Alexand. declarat, & aliqua ad propoſitum con-
66 tra † patrem diſſipatorem bonorum aduētitiorum filij,
quòd teneatur ad deſcriptionem bonorum & præſtare
cautionem adducit Boër. in deciſ. 61. addo Bald. in ſuo
tract. de duobus fratrib. colum. 4. ad fin. verſ. quid ſi fi-
lius. inſerto poſt tract. Bart. eodem titu. & verè eſt tracta.
Bald. in pluribus conformis lecturæ. Bald. in l. filiæ. C. de
67 famil. erciſc. † & quando pater malè adminiſtrat bona
filij ea alienando, & negligit ac permittit ea deſtrui, pri-
uatur adminiſtratione & vſufructu reſeruandis ſibi ſoli
alimentis ex communi doct. ſententia in d. l. imperator.
68 tradit Aret. conſi. 72. colum. 4. in 4. & 5. dub. in † extra-
neo grauato, & prohibito per teſtatorem cauere, & diſſi
pante poſſe eum cogi ad reſtituendum, tenet Bero. cōſ.
92. lib. ſecundo, & Celſ. Hugo conſi. 81. Quid ſi hæres
rogatus non diſſipat, ſed non bene cuſtodit bona, quæ
diſsipantur ab alijs, perinde eſt ac ſi ipſe diſsiparet re-
ſpondit Bald. in auth. contra rogatus. ſub num. 8. C.
ad Trebel.

Viſum eſt de cautionibus, quibus debentes con-
ſequi emolumenta ex vltimis voluntatibus poſſunt
ſibi præcauere, quòd cedente die habebunt, nunc in-
69 ſpiciendum eſt † ſi tales citius, cautioneque breuiori
ſatis deſiderio eorum facere poſsint per alios circui-
tus, per alienas manus non ituri, quod nempe acci-
deret, quando propria authoritate, & impunè reli-
70 ctas res capere poſſent, hoc † vtique primum hæredi
inſtituto conceſſum arbitror quotieſcunque bona hæ-
reditaria prius ab alio non fuerint occupata, quòd poſ-
ſit hæres propria authoritate bonorum hærededitario-
rum poſſeſsionem apprehendere per l. cum hæredes. in
princip. ff. de acquirend. poſſeſ. dicit Bartol. in l. fina. ſub
numero decimoſexto. de edicto diui Adrian. tollen. ibi
Bald. numero ſecundo. Salyc. ſub numero decimoſexto,
ver. Bartol. vero. Dec. colum. 2. nume. 4. Caſtr. in l. Titia
cum teſtamento. §. primo. nume. 3. de legat. 2. cum plu-
ribus cumul. per Tiraquel. in declara. vltima probatio.

tracta. *le mort ſaiſit*. Achil. Mirandolen. ſuo tracta. adi-
71 piſc.num. 8. ita † heredem ſtatim morte ſecuta defun-
cti debere acceptare apprehenſionem poſſeſſionis bo-
norum hæreditariorum, & multa commoda exinde
ſibi obuenire admonendo tradit Gualden. de art. te-
72 ſtan.titul. vlt. & caut. vlt. in princip.† Idem dicendum
eſt de ſubſtituto directo, quòd propria authoritate ca-
pere poteſt relictorum bonorum poſſeſſionem, Alexan.
in l.Centurio.ſub num.6.& Ripa.nu. 52. de vulg. refert
73 & cum alijs Pariſ.conſil.54.nu.2.lib.3. † Non ſolùm au-
tem per ſe hæres & corpore ſuo,ſed etiam per alium di-
citur capere poſſeſſionem bonorum hæreditariorum,vt
ſi defunctus poſſidebat animo ſuo, & corpore alieno,
per colonum,inquilinum, amicum, & hoſpitem, & hæ-
rede hæreditatem adeunte inter illos detẽtores, & cum
orta videtur quædã obligatio mutua ex quaſi contractu,
l. paterfamil. §.fin.de priuileg. credi. l.viam. C. loca. ex
74 qua facilius illorum detẽtio efficitur † poſſeſſio hæredis
quam primum,vel verbo quòd dixerint ſe tenere nomi-
ne hæredis,vel facto, quòd ſoluerint ei mercedem vel
portionem fructuum dominicam, itaque appareat eos
poſſidere nomine hæredis, exinde probari dicitur de
poſſeſſione apprehenſa hæredis,vt per glo.Ang.Imol.&
Alexan. in l.qui vniuerſas.§.quod per colonum.ff.de ac-
quir.poſſ. Nat.conſi.538.nu.7.& ſeq.Bero.conſil.47.ſub
num.33.& conſil.75.nu.23.lib.3.Rolan.à Val.conſil. 46.
ſub nu.11.12.& ſeq.lib.2. allegando Afflict.in deciſ. 167.
qui hoc dicit nu.5.6.& loquitur de laborante terras no-
mine hæredis, & ſic de colono partiario, & alios con-
cord.allegando,vt per eos,& hæredi ſoluendo cenſum,
Bal.conſil.330. ſtatuto cauetur.col.2.num.6.lib.primo.
75 Quod enim loquimur videtur magis firmãdum † in co-
lono partiario, vt poſſideat facilius nomine hæredis,
quia quaſi ſocietatis iure lucrum & damnum ſentiendo
tenet cum domino fundi,per tex.in l.ſi merces.§.vis ma
ior.ff.loc.& per not.in rubr.C.de agri.& cenſi.li.11. quo
quidẽ fundi domino defuncto talis quaſi ſocietas morte
ſoluta.§.ſoluitur.inſtit.de ſociet.faciliùs tranſitum facit
76 in hæredem † qui etiã dicitur dominus.§. itẽ extraneus.
inſtit.de hæred.qual.& diffe.& pro vna & eadem perſo-
na reputatur hæres & defunctus in prin.in auth.de iure-
iur.à mor. præſt.

77 Fideicommiſſarij † autem, & legatarij, regulare, &
cautius eſt, ſi poſſint rem legatam vel fideicõmſſo ſub-
iectam capere ex manu hæredis grauati,quia talis res ſic
ab eo legatarijs & fideicommiſſarijs præſtanda, & reſti-
tuenda eſt per l. legatum.cum gloſ.de legat.2.§.1.inſtit.
78 de leg.tot.titu.ff.& C.ad Trebel.† Si verò non ab hære-
de iam effecto per aditionem hæreditatis,ſed authorita-
te propria auſi fuerint relictã rem inuadere, & eius poſ-
ſeſſionem capere, amittunt iura ſua per l.non eſt dubiũ.
C.de lega.& ibi gloſſ.& doctor. maximè Bart.in fin.ali-
quãdo accipiunt rem iam ab hærede poſſeſſam, & Saly-
cet. dicit quando accipit rem legatam iam per hære-
dem apprehenſam, idem Angel. & Caſtr. quando poſt
aditam hæreditatem, & apprehenſam poſſeſſionem
per hæredem occupat, idem ibi Iaſ. ad princip. & ſic
dicitur apprehenſa res relicta cum vitio, ad idem Caſt.
conſil. 395. quantum ad id. ad fin. libr. 1. Capr. conſil.
68. in fi.

79 Idẽ locum † habet in fideicõmiſſario vniuerſali oc-
cupãte propria authoritate aliquam rem fideicommiſ-
ſo ſubiectam prius per hæredem poſſeſſam,quòd ius fi-
deicommiſſi amittat quoad rem ipſam occupatam, per
text.in l.Paulus. ff. ad Trebell. & ibi gloſ.& doct.Caſtr.
conſil.292.circa primum.col.fin.verſic.ſi tamen dictus.
lib.2.Socin.conſi.33.col.fin.ver. circa quintam quæſtio-
nem.lib.1.vbi latè diſtinguit, & ſequitur etiam in caſu.
quo iure intelligeretur facta reſtitutio fideicõmiſſi cum
concord.per Tiraq.*le mort ſaiſit*.part.2.decla.10.num.2.

80 per Deci. conſil. 438. ad fin. † debet tamen fideicom-
miſſarius petere poſſeſſionem ab hærede, & probat
Deci.d conſil. 438. ad fin. & conſil. 424. colum. fin.
num.17. 18. Pedemon. deciſ.33. ſub numer. 23. Guliel.
Bened. in capit. Raynutius. part. ſecunda, verſicul. ſi
abſque liber.more. 2. tracta. de fideicommiſſ. & legat.
nume.145.vbi tamen num.148. fol.74.dicit quòd nun-
quam vidit practicari pœnam dictarum legum quo-
ad priuationem iuris, ſed inuaſores alia puniri, vt ibi
per eum. Tamen vbi concurrerent requiſita per di-
ctas leges in eo ſolo, quòd earum pœnæ non fuerint
practicatę, non eſſet fundandum, prout d. l. ſi quis ma-
ior. C. de tranſact. dicit Corne. conſil. 246. colum. 2.
verſic. tamen his. lib. 3. ſed in eo quod non eſſet inua-
dens in dolo malo & lata culpa Plot. de in lit. iur. §. 2.
numer.25.26.27.adde Io. Mar.Riminal.conſil.262.ſub
num. 23.

Licet enim doct.in d.l.non eſt dubium,loquentes de
legatario, vel fideicommiſſario occupãte rem relictam
exẽplificent in accipiente legatario propria auctoritate
poſſeſſionem rei legatæ poſt aditam hæreditatem,& ca-
81 ptam poſſeſſionem per hæredem,quaſi † quòd debeant
concurrere duo ſecũdum aliquos, ſcilicet quòd ſit adita
hæreditas per hæredem, & quòd per eum fuerit appre-
hẽſa poſſeſſio eiuſdem rei per legatarium poſteà occu-
patæ. Tamen hoc verius videtur ex ſententia communi
legum & doct.quòd vnum ſufficit,ſcilicet fuiſſe per hæ-
redem grauatum aditam hæreditatem abſque eo quòd
acceperit poſſeſſionem rei poſteà per legatarium occu-
82 patæ,quia † hæres per aditionem hæreditatis ſolã dici-
tur acquiſiuiſſe dominium omnium ſingularum rerum
hęreditariarũ l.hæres in omnes.ff.de acquir.hæred.& ibi
Caſtr. & alij tradunt, & l. cum hæredes. in princip. ff.
83 de acquir. poſſeſſ. † & tales res bonáque hæreditaria
poſt aditam hæreditatem per hæredem nequaquam
amplius vacantia dici poſſunt: per text. à contr. ſenſu
in l. vacantia. C. de bon.vacan.libr.10.& in l. item ve-
niunt.§. aptanda. ff. de peti. hæred.& in l.1. §. diuus. ff.
84 de iur.fiſc. † tunc enim dicuntur bona vacantia: cùm
omnes deficiant quibus erat ſpes adeundi hæredita-
tem, dicit Bart. in l.fideiuſſor obligari. §.fin. verſic. ſed
85 dico. ff.de fideiuſſ. Ergo † legatarius vel fideicommiſ-
ſarius ingrediens bona non vacantia, cum vitio dici-
tur ingredi ſibi ipſi ius dicens occupando ea quæ de-
bet ab hærede extante petere l.1.in princip.ff.quor.leg.
Dec.conſil.467. nume. 12. & ſua poſſeſſio vitioſa dici-
tur quam occupauit, ſcilicet poſt aditam hæreditatem
& per hæredem dominum effectum, vt explicat cla-
rè Guil.Bened.in d. cap.Raynutius.part.2.verſi. ſi abſ-
que liber.more.2.de lega.& fideicom. num. 145. Guid.
Pap. conſil.17. ad fin. ſic talem occupatorem eſſe pri-
uatum omni ſuo iure veriſſimum putat & probat in
ſpecie Calcan. conſil. 20.ad fin. & conſil. ſeq. colum.2.
ver. & quia in fin. & ſimpliciter antequàm hæres adi-
uiſſet hæreditatem, non eſſe poſſeſſionem fideicom-
miſſarij vitioſam, ponit Menoch. tracta adipiſc. poſſ.
remed.4. num. 636. quem non approbat Ioſeph Aſſi-
ſien.deciſ.Peruſ.47. nume.21. & bene quia ſimpliciter
& cum vitio quando ignorante hærede occupauit di-
cit Caſt.in l.filiam.ff.ad Trebel.& ibi Alex. tenet quan-
do propria auctoritate ius ſibi dicit aſſentiente Deci.
dicto conſi.467. num.12.& Ruin.conſil.78. in fin. libr.
86 3. † adita hæreditate per hæredem fideicommiſſarium
occupantem bona hæreditaria incidiſſe in pœnam,
dicta l. non eſt dubium tenet Socin. conſil. 33. columu.
fin. verſic. circa quintam.libr. 1. ſequitur Pariſ. conſil.
54.libr.3. idem & apertè Dec. conſil. 424. colum. fin.
nume. 18. cum vitio poſt aditam hæreditatem à con-
trario ſentit Alciat. conſi. 17. ſic de iure clarum. num.
7. libr. 9. alternatiuè poſt aditam hæreditatem vel ap-
prehenſam



prehenſam poſſeſſionem per hæredem aſſerit Capra
conſi.3.num.33.& conſilio 68.ad fin.num.12.& Iaſ.in d.
l.nõ eſt dubium.poſt princ.C.de leg. ponderando quã
bona non eſſent vacantia Vall.conſi.78.ſub nu.3.prout
modò probaui,non dici bona vacantia poſt aditam hæ-
reditatem per hæredem, ita poſt aditam ſimpliciter te-
net Tiraq.tract.*le mort ſaiſit*.in 2. part.declara. 10. num.
3.in fi.& probat Calca.d.conſi.20.in fi.

Hæc autem incidenter tacta noſtro interpreti inſer-
87 uiunt ad cognoſcendum, quando † fideicommiſſarius
cum ſua vitioſa poſſeſſione tentauerit impedire execu-
tionem teſtamenti pro poſſeſſione adipiſcenda acqui-
rendáque hæredi, quòd repelli debeat, vt per doct.in l.
fi.C.de edi.di.Adri.toll.& d.l.filiam.ff. ad Trebell. Me-
noch.de adipiſ.d.remed. 4.numer. 635. Gabr. Rom. de
com.opin.lib.4.de fideicom.concl.5.nu.2.

88 In propoſito breuis fit concluſio, quòd † fideicom-
miſſarius ſiue alius contradicendo impedire non po-
teſt immiſſionem hæred. in poſſeſſionem exequendo
teſtamentum, niſi fuerit in poſſeſſione licentia expreſ-
ſè,vel tacitè data per teſtatorem, vel reſtitutionem ha-
beat verbalem quam fieri nunquam vidi: vel permiſſio-
ne hæredis, vt de reſtitutione verbali per Deci.in d. l.fi.
num.25.de licentia teſtatoris, modò dicam etiã de per-
miſsione hæredis per Dec.in d.l.fi.ſub num. 41.verſic.&
hoc in ſimili.& text. in l.1.in prin. & §. quod ait prætor.
eo.ſ.ſciente & patiente per Caſt.in d.l.filiam.dicentem
eum non poſſe incontinenti docere de virib. fideicom-
miſsi,quia erat relictum in codicillis, qui tunc non po-
terant haberi. Aliud exemplum hoc poteſt addi, quia
89 † in teſtamento,puta antiquo talis contradicens,& ſe fi-
deicommiſſarium prætendens non erat nominatus, &
non poteſt ſe probare comprehenſum & vocatum, niſi
indagine longa probatoria,quæ nõ admittitur tali ſum-
mario poſſeſſorio executiuo teſtamenti alicuius, vltimi
defuncti,probat Deci.conſil. 424.colum.fin.nume. 19.
conſil.467.colum.pen.verſ.præterea.& nume.13.ſequi-
tur Socin.Iun.conſ.73.num.19.lib.1. Vall. conſi.1.num.
73.lib.1.ponit Achil.Mirand.tract.adipiſ.poſſeſ.nu. 112.
90 & num.42.verſ.& ius ſuum.† Vel poſſeſsio quam tenet
fideicommiſſarius,vel legatarius poſſet per hæredẽ auo-
cari remedio quorum bonorum vel quorum legatorũ,
glo.Bart.& alij in d.l.filiam.verſi.hæres poſſet detrahere
legitimam,Trebellianicam,vel falcidiam, propoſitam
hanc concluſionem probant alleg.per Vall.d.conſi.78.
num.14.cum ſeq.lib.3.& per Ioſeph Aſsiſien. d. Peruſi.
deciſ.47.nume.19.20.21.& per Tiraq.d.decla.10.num.
3.4.par.2.tract.*le mort ſaiſit*.& per Gabr.Roma.d.concl.
5.num.4.tit.de fideicom.lib.4.de commun. concluſ. &
Caſſan.conſil.19.num.63.& Neuiza. conſi.33. num.14.
Alci.conſi.43.grauiſsime præſes.nume.17.lib.5.Gozad.
conſi.93.num.10.Bero.conſi.60.nume.9.lib.2.Hippol.
Rimin.conſil.91.nume.23.24.vbi concord. ex profeſſo
cumulat.

Quibus autem ex locis duæ eliciuntur concluſiones:
91 vna eſt quòd † fideicommiſſarius vel legatarius abſque
licentia à teſtatore,vel ab hærede habita propria aucto-
ritate ante aditam hęreditatẽ palàm ingrediens poſſeſ-
ſionẽ bonorum, vel ignorans veriſimiliter hæreditatem
aditam excuſatur à pœna amiſsionis iurium inducta per
dictã l.Paulus.ff.ad Treb.& d.l.non eſt dubiũ.C.de leg.
vt per Oldr.conſil.107.colum.fi.in 6.quęſt. Rom. conſ.
92 312. in princip.Cel.Hugo conſil.24.num.4. † præterea
excuſatur in cauſis relictorum factorum eccleſiæ Capra
93 conſil.32. numer. 13. † Item excuſatur legatarius conti-
nuans retinere res legatas,prout tenebat viuente teſta-
tore,& penes ſe habebat, hoc pro cauſa probabili talis
excuſationis habendo. Alciat. conſi.131.optimè viſo te-
ſtamento.numero 3.lib.9.cum alleg.per Menoch.tract.
94 de reti.poſſeſ.remed. 3. numero 645. † ſed vti poſſeſſor

cum vitio non poteſt impedire hæredem, quin immit-
tatur in poſſeſsionem bonorum hæreditariorum pro
executione teſtamenti Ang.Caſtr.& Alexand.in dicta l.
filiam. ff. ad Trebell. Bero. dict. conſil. 69. numero 9.
Hippol.Rimin.dict.conſi.91.num.23. & ſeq.alleg.ſupra
proximè.

95 Altera eſt, quòd † fideicommiſſarius, ſeu legatarius
poſt aditam hæreditatem & apprehenſam poſſeſsionẽ
per hæredem inuadens poſſeſsionem bonorum relicto-
rum propria authoritate non ſolum nõ impedit immiſ-
ſionem hæredis in poſſeſsionem, ſed etiam cadit à iure
ſuo per d.l.Paulus.& dict.l.non eſt dubium. & ibi glo.&
doctor.Caſtren.conſil.395.quantum ad id. ad fin.libr. 1.
& conſi.292.circa primum.colum.fin.verſ.ſi tamen di-
ctus Galganus.lib.2.Guid.Pap.conſil.115.num.3. Chaſ-
ſanæ.d.conſil.19.num.66.Riminal.d.conſil,262.nume.
96 22.23. vbi latè declarat † quando locum habeat pœna
d.l.non eſt dubium.Deci.conſilio 438.ad fi.Capra con-
ſil.63.clarè Alexandri,conſilio 124. ad fin. Pariſ.conſil.
89.ad fin.lib.2.& apertè Caſtren.in l.Paulus.ff. ad Tre-
bell.probat idem Plot.tracta. de in lit.iur.§.2.num.27.
& alij in locis ſupra alleg.& hoc procedit in legato ſpe-
ciei,in legato autem generis vide not.in l.extat.ff.de eo
quod met.cau.ita Ang.Aret.tract.de teſta.in gloſſ. 28.in
fin.& Alexand.& Ang.in d. l. Paulus. Bald. & alij in d.l.
non eſt dubium.

De licentia nunc teſtatoris data fideicommiſſario,
vel legatario propria authoritate capiendi bona reli-
cta dicendum eſt,quòd & magis conuenit propoſitę du-
bitationi explicando cautelas, quibus facilius appareat
via fideicommiſſariis, ſeu legatariis conſequendi reli-
97 cta: alibi námque dictum eſt † teſtatorem haud dubiè
poſſe dare fideicommiſſario, & legatario licentiam &
poteſtatem authoritate propria capiendi poſſeſsionem
98 legatorum, & expreſsè & tacitè: † expreſsè quando te-
ſtator dicit quòd fideicommiſſarius, ſeu legatarius ſta-
tim ſequuta morte teſtatoris, vel adueniente die con-
ditionis legati,vel fideicommiſsi poſsit, & valeat à ſe-
ipſo,authoritate propria accipere,capere,& tenere bo-
na relicta abſque requiſitione alicuius per tex.ſing. glo.
Barto.num.4. Bald.Cuman.num.3. Caſtr.num.2. Imo.
ad fin.in l. Titia cum teſtamento.§.1.de leg. 2.& Ange.
Aret.in d.glo.28.loquentes in legatis,& hoc erat quod-
99 dam quintum genus legatorum,† quando teſtator dice-
bat legatario, accipe à teipſo, id eſt, per teipſum, tua
authoritate, ita legatarius poteſt tunc ſibi ius dicere cũ
armis non iniurioſus,id eſt,ſine percuſsione, ſed ad ter-
100 rorem illius,qui illicitè reſiſtit,† & ad iuſtitiam poſſeſsio
nis licitum eſt vti armis,hæc Bald.in l.1.nume 17. com.
101 de leg. † Idem in fideicommiſsis poſſe per teſtatorem
dari facultatem fideicommiſſarijs, propria authoritate
ingrediendi poſſeſsionem,probant Ang. & Alex. in d.l.
Paulus. ad Trebel. expreſsè Bald. conſilio 234. veritas
eſt iſta.verſic.ſed vnum.lib.3.ſequitur Dec. dict. conſil.
424.numer.15.in fin.idem Grat.conſil.vltim. ſub num.
50.lib.1.ponit Gabr.Rom.dict.concl.5. num.5.tit.de fi-
102 deicom.† tunc enim dignoſcitur per teſtatorẽ expreſsè
datam eſſe licentiam fideicommiſſario, ſeu legatario
authoritate propria accipiendi, quando verba executi-
ua ſunt directa in eum per dict.l.Titia cum teſtamento.
§.1.& ibi gloſſ.tradit Bald. conſilio 86. teſtator diſpo-
ſuit,lib.1.firmatur ex not.per gloſſ. Barto. Bald.& ali.in
103 l.Lucio. de leg. 2. † Ex eo etiam quando idem fidei-
commiſſarius conſtitutus eſt executor diſpoſitorum in
teſtamento per l.fiſtulas.§. fundum. ff. de actio. empti.
probant Bald. Ange. Salyc.licet dicat tacitè & Caſtr.
Alexand. & Iaſ. in dict.l.non eſt dubium. Dec. conſilio
243.columna 2.in prin.verſ.ſed in caſu.& conſilio 418.
columna 2.numero 4. vel etiam tacitè ſic data dicatur
licentia,vt dicit ibi.

104 Tacitè † verò deprehenditur data licentia per teſtatorem legatario,vel fideicommiſſario capiendi propria authoritate bona relicta ex eo , quòd verbis directis datio legati ſeu fideicommiſſi concepta & formata eſt,de quorum verborum directorum regulis & exemplis ſatis ſupérque actum reperies ante lib.3.interpr.2.dubi.1.ſolut.2,quæ in hoc incidunt demonſtrando id eſſe, quando vocatus quis ſit legatarius vel fideicommiſſarius,non
105 per alienam manum , ſed per ſuam poteſt capere † nihilominus in ſpecie referam exempla aliqua verborũ, quibus doct. tradunt cenſeri tacitè per teſtatorem datam licentiam capiendi propria auctoritate , vt ſi teſtator mandauerit non impediri , non moleſtari legatariũ in re legata,Dec.dict.conſi.418.colum.2.num.5. conſi. 424.colum.fi.num.17.conſi.476.in fin.Iaſ.in d. l. non eſt dubium.in 1.limit.Socin.iun.conſi.86. ad fin. libr. 1. Boër.deciſ.156.num.18.

106 Si † prohibuerit vim fieri fideicommiſſario vel legatario in rebus legato , vel fideicommiſſo relictis Alex. in l.nemo poteſt.colum.4.numer. 14. de leg.1.Roman. ſingul.87.aduerte,Plot.de in lit.iur.§.2.num.29.

107 Si teſtator † dixerit quòd poſſit liberè habere & diſponere de rebus legato , vel fideicommiſſo ſubiectis, reprobando Cum.conſil. 114. ad fin. ex ſignificato dictionis,liberè,latè probat Iaſo,in dict.l. nemo poteſt.in 2.lect.colum.10.verſi.& per iſta tria,ſequitur Alcia.cõſi. 131.optimè nume.5.lib.9.cum pluribus ſimil. de hac dictione liberè,in meo conſilio.117.nu.38.lib.1.Alex.conſ. 43.nu.4.Nat.d.§.2.nu.28.

108 Si † iure inſtitutionis fuerit factum relictum in re certa.Alex.in l.quoties. colum. 2. in fin. verſ.nam cum teſtator.C.de hæred.inſtit. conſilio 138. colum. penult. ſub numero 24.in fin.lib.1. vbi de communi , Franc.in cap.1.colum.10.verſ.6.quia de teſta.in 6.Iaſ.in d.l.non eſt dubium.in 3.limit.Deci.conſil.278.col.pen,nu.5.

109 Si † in diſpoſitione legati ſint appoſita verba hæc, cum omni iure,& actione eidem teſtatori competente Curt.iun.conſ.127.col.pen.in prin.

110 Si appoſita † ſit clauſula , omni modo meliori , dixi alibi,& repeto,tenet & in fideicommiſſario vniuerſali, Crat.conſi.vltim.num.vltim.lib.1.Curt.iun.in d.l.fi.nu. 49.de edi.diu.Adri.toll.& Paſeth. Ferrari. conſil. 140.
111 num.10. † idem de clauſula precarij , vel conſtituti per teſtatorem appoſita in teſtamento Tiraquel.de conſtit. par.2.amplia.23.nu.4.5.

112 Si † appoſitum ſit verbum directum,ſit hæres inſtitutus,voluit eum eſſe hæredem, & in fideicõmiſſario vniuerſali tenent Alexandri.conſi.43.colum. 2.num.5.6.& Alcia.conſil.43.grauiſſimè præſes,num.17.18.lib.5.

113 Si † teſtator expreſsè prohibuerit alienari rem aliàs fideicommiſſo ſubiectam , & aliàs de iure cõmuni alienari prohibitam,aut res quę.comm.de leg.ſequuta alienatione prohibita per teſtatorem fideicommiſſario vocato , intelligitur data licentia non inferendo vim alij, propria auctoritate ingrediendi poſſeſſionem rei alienatæ contra prohibitionem teſtatoris , & iuris communis ſimul, quaſi hæc importent manus iniectionem per gl.iuncto text.in verſi.licentiam.in auth.vt de cete.cõmut.& per Bald.in ca.1.§.hoc quoque colum.3. num.9. de ſucceſſ.feu.& per not.in l.filiusfamil.§.diui,de legat. 1.latè reſpondit Bero.conſilio 91.colum.2.& ſeq.libr.2. his itaque & ſimilibus exemplis directorum verborum demonſtratur licentia per teſtatorem tacitè data fideicõmiſſario vel legatario authoritate propria ingrediendi poſſeſſionem rei legatæ,vel fideicommiſſariæ, vt doctor. allega.tradunt , & Menoch. proſequitur tract. de adipiſcen.poſſeſſ.remed.ſecundo. in duodec. quæſtion.

Aduerte tamen & intellige, quòd prædicta de licentia teſtatoris ad capiendam poſſeſſionem procedunt,
114 † ſi teſtator tempore ſuæ mortis per ſe & non per alium relictas res poſſidebat , per l. quamuis. §. 1. & not. in l. quod meo.ff.de acquiren.poſſeſſion. firmat ſingulariter Guid.Pap.in quæſtio.609.item etiam in diſcurſu. ad illud enim tendit,quòd fundanti ſe in clauſula conſtituti hæc non prodeſt,niſi probetur conſtituentem poſſidere tempore conſtituti concordan. collegit Tiraquell. tractat.de conſtitut.part.3.in 1.limitatione,numer.8.& hoc locum habere dicit contra tertium,ſecus eſt contra hæredem conſtituentis,vel habentem cauſam ab eo, vt in dicta prima limitat.nu.20. 23. tantundem poteſt dici in ſpecie noſtra quòd deciſ.alleg. Guid.Pap.contra tertiũ & non contra hæredem teſtatoris , vel ab eo habentem cauſam procedat , item locum non habet in antiquis. Nat.conſil.225.num.11.Aym.de antiq.temp.par.1.num. 315.vbi declarat.

Item aduerte ac intellige quod duo in ſpecie propoſita Baldi dicta contraria videntur , vnum eſt in l. 1.nu.
115 18.com.de legib.vbi Bald.dicit not.quòd † teſtator poteſt legatario committere executionem proprij legati, nec oportet iudicem adire:alterum eſt in conſi.234.ve-
116 ritas eſt iſta.lib.3.vbi Bald.ad fin. dicit quòd † habens à teſtatore licentiam propria authoritate rei fideicommiſſariæ poſſeſſionem apprehendendi,auxilium prætoris implorare poteſt cum velit,vt licentia data ſibi à teſtatore,ne vis & iniuria fiat ei , quòd pro eo quod habẽs talem licentiam à teſtatore , debeat requirere authoritatem prætoris , & obtinere licentiam à prætore citata parte allegat Iaſ.conſi.146. col.2. verſi.item & quando lib.4. Idem pro hoc quòd debeat vti tali licentia authoritate prætoris allegando ſequitur Tiraq. tracta. *le mort ſaiſit*.decla.10.nume.4.2.par.& Boer.deciſ.156.nu. 15.16.Quorum autem dictorum concordia & concilia-
117 tio facilis eſt , nam pro comperto habetur † à pari procedere licentia capiendi propria auctoritate poſſeſsionem , conceſſa à teſtatore legatario & à parte parti ex conuentione per l. creditores. C. de pign. vt per gloſſ. Bart.Cum Caſtr.& Imo.in l.Titia cum teſtamẽto. §.de
118 leg. 2. ſicut ergo qui habet ex conuentione licentiam capiendi rem propria authoritate, poteſt ſi vult,& ex ſe ipſo capere poſſeſsionem , & vrbanius agendo cum licentia iudicis,vt exponendo verbum,debent,i.poſſunt, tradunt glo.Barto.& alij in d.l.creditores.& Affli.in de-
119 ciſ. 326. Ita † dicendum eſt habentem licentiam à teſtatore capiendi poſſeſsionem rei ſibi relictæ , poteſt eã adipiſci ſi vult ſua authoritate aliter non adeundo iudicem,hoc caſu bene loquitur Bald. in d. l. 1. numero 18. com. de leg. magis ciuiliter , & vrbanè agendo poteſt poſſeſsionem apprehendere, & cum auctoritate iudicis eum adeundo,& ſe aſſociari petendo,hoc caſu etiam & bene loquuntur Bald.d.conſi.234.& Iaſ.Boër.& Tiraq. eum.ſequent.in locis alleg. & propriè Signo. conſil. 4. colum.penultim.num.16. Tamen primum dictum Bal.
120 † limitarem fore tenendum quando poſſeſsio rei relictę eſt vacans,& hæreditas eſt iacens, quod tunc legatarius vel fideicommiſſarius abſque iudicis authoritate poſſet ſua authoritate ſibi exequendo poſſeſsionem capere,vt ipſe Bald.dicit d. l.1.num.18.com.de leg.& Bero.tenet. conſ.91.nu.19.libr. 2. Ruin. Iun. conſilio 336. numero 14.15.

121 Quando † autẽ hæreditas eſſet adita,& poſſeſsio non eſt vacans , debet hæres , vel poſſeſſor citari qualiquali petitione porrecta coram iudice,& ab eo implorari auxilium effectuali executioni demandandi licentiam à teſtatore conceſſam , vt benè Bald. tradit dict.conſilio 234. libr. 3. & ſequuntur Boër. dict. deciſ. 156. numero 16. Tiraquell. dict. decla. 10. numero 4. poſt Iaſ. dict. conſi.146.

122 Ex hoc Bald.conſil.in fin, notatur , quòd † ſi non eſſet talis licentia teſtamenti , fideicommiſſarius ita via executiua non obtineret immiſsionem poſſeſsionis, quia



id ſibi conceditur ſecundùm terminos dict.l.Titia cum teſtamento.§.1.de leg.2.& non l.fin.de edi.d . Adr. tollen.vt ibi conſ.alleg. ponit Bal. & Rip.in l.1.in prin. col.2.nu.9.& ſeq.ff.quorũ legat.cum ſim.per Menoch. de adipiſ.remed.2.nu.42.& ſeq.& remed.5.nu.31.

123 Ex conſ.quoque Iaſonis alleg.collige,quod † ſtante ſtatuto,vt ferè extat in omnibus ciuitatibus Italiæ, & in Gallia conſuetudo extat quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem , ad quem ſic transfertur poſſeſſio abſque alia noua apprehenſione,vt dicit Caſtr. in l.hæres.la.1.ff.de acquir.hæred.cum concord.per Tiraquel. in 6.decla. præfat. *le mort ſaiſit*. fideicommiſſarius tunc etiam exemplo teſtamento dante licentiam capiendi bonorum hæreditariorũ poſſeſſionem ingreſſus,vt pleroſque fideicommiſſarios vidi ſic nimium properantes, debet expelli à tali poſſeſsione & eam dari & cõfirmari hæredi,reſeruatis iuribus ſuis fideicommiſſario , vt ibi Iaſ.in 2. col. dicit ita fuiſſe iudicatum , & ſeruatum per excelſum ſenatum Mediolan.idem etiam alios allegando probat Gozad.conſi.93.num.11.ſtante enim tali ſtatuto,duo inſolidum poſſidere non poſſunt , ideò firmãda eſt poſſeſsio hæredi, tenet Fulgo. conſi. 230.in quæſtione vertente,vltra med.verſi. pręterea cum per ſtatutum.Caſſan.conſi.19.num.49.Tiraq.d.declar.10.nu.4. 2.par.d.tract..*le mort ſaiſit*.Boër.d.deciſ.156.numero 16. huius ſententię rationem eſſe credo, quia teſtator ſic licentiam dando vel aliter diſponendo non poteſt ſubuertere continuationem poſſeſſionis in hęredem vniuerſalem conceſſam à lege municipali per l.nemo po-
124 teſt,de leg.1.& ibi not. per doct. † cui quidem legi municipali teſtator derogare non poteſt , quãcunque clauſulam apponat in teſtamento , etiam cum pœna in terminis probat Guil.Benedi.in ca.Raynutius.par.2.verſ. mortuo itaque teſtatore.2.ſub num.72.refert cum alijs & ſequitur Tiraq.d.tracta.*le mort ſaiſit*.decla.3.num.27. par.eoſdem referendo ſequitur & Rimin.iun. conſi.91. num.28.& Petr.Anto.Anguiſ.Placent.in mater.vlt. volun.lib.6.conſi.59.nu.7.& ſeq.conſi.61.num.6.& ſeq.

125 Caueat ergo † fideicommiſſarius , vel legatarius , ne pręceps ſit,& nimis properans in ingrediendo authoritate propria poſſeſſionem rerum relictarum,ne ſe in diſcrimine ponat , vel amittendi omne ſuum ius per d. l. Paulus.ff.ad Trebell.& l.non eſt dubium.C de lega.vel inuadẽdi poſſeſsionem,quę demum vitioſa ſit , & ei aufertur,& conceditur hęredi,vt per Bart.Caſt. & Alex.in l.filiam.ff.ad Trebel.Pedemon.deciſ.23.nu.26.vt ſuprà demonſtratũ & dictum eſt,ita ſuam cauſam forſan alio-
126 quin bonam,vel in periculum,vel in lõgum trahit:† vide tamen caſus 21.enumeratos adductos,& iure probatos,quibus poteſt quis propria authoritate ius ſibi dicere per Affli.ſuper conſtitut.Regni.libr. 1. Rub.de cultu pac.& gener.pac.ſer.nu.17.& ſeq. Verùm vt magis t ſuum conſequatur de pręparatorijs quibuſdã alijs perſcrutandum eſt.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Litigare aut contendere volens pro obtinenda executione teſtamenti in ſui fauorem & commodum, quæ præuidere ac præparare debeat.*

2 *Duo videntur neceſſaria in litigare volẽte, ſi quod ius habeat, item & ſecundo quòd pecuniam, declarando tamen ſano modo hanc pecuniam, vt ibidem, & numer.ſequen.*

3 *Perſonæ miſerabiles quæ dicatur latiſsimè ibidem ponitur.*

*Et quas prærogatiuas habeant prædictæ perſonæ.4.5.*

6 *Præparatoria iudiciorum qualia ſint.*

7 *Expenſæ litis & victus arbitrio iudicis æſtimãdæ, ſunt præparandæ aliquibus perſonis indigentia ipſa vrgente, & vide verb.alimentis.*

*Quod arbitrium habet fundamentum, & in iure, & in facto.ibid.*

8 *Alimenta pupillo inopi pro modo facultatum quæ pro parte ei vendicabantur per accuſationem inoſſicioſi teſtamenti, ſunt decernenda per aduerſarium vſque ad finem litis.*

9 *Filius dum deliberat debet habere alimenta ex hæreditate.*

*Alimenta ſunt præſtanda filio ex hæreditate quàmdiu deliberat.*

10 *Alimenta ſunt præſtanda per maritum liberis ex eo procreatis dum pendet controuerſia ſuper matrimonio.*

11 *Alimenta ſunt miniſtranda monachis accuſantibus Abbatem, donec cauſa finiatur.*

12 *Alimenta præſtantur pro contingentia perſonarum indigentium, & caſuum occurrentium moderandorum arbitrio iudicis, inſpecta perſonarum, facultatum & caſuum qualitate.*

*Exempla ponuntur, vt patet nu.13.*

14 *Alimenta & ſumptus neceſſarij debent præſtari electo & promoto ad aliquam prælaturã, ex redditibus eius prælaturæ quoad vſque eam obtinuerit. Idem in Abbate priuato agente reſtitutorio iudicio.*

14 *Electus & promotus ad prælaturã an debeat habere ſumptus interim quouſque eam obtinebit, vide ibid.*

15 *Alimenta præſtantur Abbati priuato, agenti poſteà iudicio reſtitutorio.*

16 *Alimenta & expenſæ litis ſunt danda filio interim litiganti cum patre pro alimentis conſequendis.*

17 *Alimenta ſunt præſtanda vxori à marito, & ſumptus litis, lite ea durante cum marito, ceſſante culpa vxoris, & de ſuo iure coniecturis pro illa extantibus.*

18 *Alimenta & ſumptus litis præſtantur illi, qui pro legitima vel hæreditate patris, vel contra teſtamentum patris litigat, à fratre, ſorore, patruo vel alio, cum quibus litigat, lite durante ſcilicet. Et quando hæc procedunt & in qua inſtantia, vide ibi cum materia latè, vbi & de commun nätteſtatur.*

*Fallit prædicta concluſio.8.modis non procedere.19.quibus non ſit talis præſtatio ſumptus litis.*

*Primo ſi talis petens non ſit in quaſi poſſeſsione filiationis.20.*

*Si petens ſit diues vel aliunde ſe alere poſſet.21.*

*Si ſit ingratus & talia commiſerit vt eſſet hæreditate priuandus.22.*

*Si vendiderit vel renuntiauerit hæreditatem vel bona, & contrauenien s petierit receſsionem.23.*

*Nec locum habet in filijs adoptiuis.24.*

*Item ſi filij ſint ſpurij & alij naturales quibus non debentur bona paterna nec legitima.25.*

*Fallit in alimentis præteritis, intelligen, vt ibi.26.*

*Item ſi collaterales petant hæreditatem fratris vel conſobrini.27.*

*Quid in paupere litigante cum diuite, dic vt nu.28.29.*

28 *Expenſæ litis an & quando ſint ſubminiſtrandæ pauperi extraneo litiganti cum diuite.29.*

30 *Executor merus legatorum ad pias cauſas pro his legatis exequendis nil conſequi debet, ſed gratis quæ geri oportet, gerenda ſunt.*

31 *Epiſcopus, curia ſua, vt notarij non debent aliquid accipere de ſumma relicta pauperibus pro eorum labore.*

32 *Alimenta & litis ſumptus in ſubſidium indigentium perſonarum ſunt taxanda per iudicem in princ. & in qualibet parte iudicij, poſt ſententiam & eius executionem & vt ibi.*

33 *Iudex debet prouidere pauperibus, debilibus, ac alijs miſerabilibus perſonis, fœminis & de procuratore & aduocato, qui cauſam earum ſuſcipere habeant conſulere & alia peragenda perficere.*

34 *Aduocatus peritior qui poſsit inueniri in ciuitate eſt eligendus*

*gendus cùm vtilius reputetur habere bonum aduocatũ quàm iudicem,& quare ibid.*

35 *Aduocatus magis poteſt adiuuare amicũ ſuum, quàm poſſit iudex,modò id agat cum iuſtitia, aliàs ſibi gehennam pararet.*

36 *Aduocatus,veriſimile,etiamſi minus ſit verum, defendit, iudex verò ſemper in cauſis verum ſequi debet.*

37 *Litigans cupiens obtinere, quid ſibi præparare debeat pro victoria obtinenda.*

38 *Aduocatus electus ab aliquo quid agere primo debeat cũ reliquis,46.cum alijs ſequentibus.*

39 *Famulus debet & domino licentiari,vt demũ pro eo poßit teſtificari,nec hæc dicitur fraus.*

40 *Iuſtitia iudiciorum in probatione conſiſtit,& totum pondus in ea.41.*

41 *Probatio totum pondus cauſæ complectitur.*

42 *Probatio vbi deficit,nil prodeſt ius habere.*

43 *Ius non habet qui non probat quod adducit.*

44 *Allegatio in facto nil facit, aut ſufficit niſi fiat eiuſdẽ probatio.*

45 *Panis quotidianus & bonum vinum in menſa ſunt neceſſaria.*

46 *Remedia adipiſcendæ poſſeßionis, petitionis hæreditatis, quorum bonorum interdictum,vel illud.l.fin.de edi.diu. Adri.toll.quando intentari queunt, vel non, nume.47. cum.ſeqq.*

*Adipiſcendæ poteſtatis remedium quando intentari poßit. vide verb.remedia.cum ſeq.*

48 *Remedium adipiſcendæ non incumbit ei qui adeptus poſſeßionem eam amiſerit.*

49 *Ponens debet cauere à poſitionibus ſuæ intentioni cõtrarijs,exemplum ibi.*

50 *Fideicommiſſarius non agit fideicommiſſaria petitione hæreditatis poſt realem reſtitutionem quam poſteà perdiderit.*

51 *Hæres nõ agit petitione hæreditatis ad res quas per apprehenſionẽ hæreditatis quæſiuit,& dic de hoc vt ibi latius declaratur.*

51 *Petitio hæreditatis quid in ſe contineat, & quas res comprehendat,& de materia huiuſmodi petitionis hæreditatis,ibid.latè.*

52 *Petitio hæreditatis eſt iudicium reale, quo quis agere poteſt quandocunque poßidere deſinit.*

*Et non ſolum reale, ſed etiam mixtum, & ſic perſonale afferens cauſam ſuæ eſſentiæ, quæ dicitur hæreditaria,& quæ magis præualet.55.*

54 *Aditio hæreditatis inducta dicitur per poſſeßionem adeptã rei hæreditariæ,quæ aditio ſemel facta ſufficit.*

55 *Iudicium reſtitutorium vel recuperandæ competit ei qui adepta poſſeßione rei hæreditariæ ceciderit ab ea.*

56 *Miſſus in poſſeßionem,ab ea cadens non eſt iterum mittẽdus,quia eſt poſſeſſorium adipiſcendum, non recuperandum.*

57 *Petitio hæreditatis & interdictum quorum bonorum,pluries poſſunt intentari pro diuerſa re,non pro ead.*

58 *Hæres eius qui bona alienauit quando in totum excludatur in petendo bona fideicommiſſo ſubiecta,vt quia ſit ſine inuentario hæres & quomodo & in quantum excludatur quando ſit hæres cum inuentario.*

59 *Et non ſufficit dicere ſe hæredem cum beneficio inuentarij, niſi doceat de inuentario ſolenniter facto.*

*Idem in hærede hæredis. ibi. & in quibus maximè procedat hoc.ibi.latè.*

60 *Hæres an poßit venire contra alienationem defuncti factam contra vel præter diſpoſitionẽ teſtatoris, & de opi. auctoris.nu.61.& de ratione ibi.latè.*

62 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti, ad hanc regulam vide ampliat. & limitat. vt ibi præcipuè duas intentas.*

*Fallit quando contractus defuncti vel factum eius non valeret aliquo modo,adeò vt ſi vixiſſet defunctus, contrauenißet. 63. & vide maximè quando hoc procedat & de materia hac ibi.late cum ſeq.*

*Fallit ſecundo vt latius nu.67.cum ſeqq.*

64 *Hæres poteſt venire contra factum defuncti, quando illud taliter eſt nullum, quòd ex eo nulla deſcendit obligatio in hæredem,& vt ibi clarè habetur.*

*Et huiuſmodi nullitas eſt inducta fauore publico per legem, vt ex contractu ſimulato 65.*

*Item poteſt conuenire contractui inito per defunctum minorem obligatum,declarando vt ibi dicitur.66.*

67 *Hæredes poſſunt venire contra factum diſponentium defunctorum circa portiones ſibi à lege vel ſtatuto debitas,& eas conſequi,& vt ibi pulchrè declaratur.*

68 *Fideicommiſſarij emphyteutæ hæredes ſine inuentario an poſſint venire contra alienationes factas per defunctum de bonis fideicommiſſo, vel emphyteuſi, vel feudo ſubiectis.*

69 *Hæredes vel fideicommiſſarij vel legatarij ſi & vbi ſint plures, quiſque admittitur ad petendum ſuam portionem,vel pro virili,prout ve teſtator diſtribuit.*

*Et vt petitio cuiuſque fiat,quid continere debeat.70.*

*Et quid & quomodo debeat ſpecificare,& non ſufficit quòd in petitione dicat pro parte ſibi competere,& vt ibi latè docetur.71.*

72 *Agens in iudicio quilibet ius ſuum metiri debet ex ſua perſona,& in quantum ſibi debeatur,nõ ex eo quòd reus occupat rem ſuam.*

73 *Ius quod quis habet iure proprio & ex propria perſona potentius eſt,& præfertur iuri quod habet ex aliena perſona.*

74 *Petens in totum quod non debebat, an in totum ſuccumbere debeat,& an fiat abſolutio ab obſeruatione iudicij, & dic vt ibi.*

75 *Legatarius petens totam rem, cùm pars eſſet excepta à teſtatore quomodo debeat puniri vti plus petens & ſuccumbere,etiam hærede non opponente, cum iudici id cõſtiterit.*

76 *Dictum doctoris debet intelligi ſecundum legem allegatã.*

77 *Abſolutio ab obſeruatione iudicij fit reſeruato iure aptius agendi ſtante ineptitudine modi agendi.*

78 *Sententia quomodo debet ferri contra plus petentem,nec alia forma ferri poßit,niſi vt ibi.& quare.*

79 *Petens excluditur à portione ſpectante ad alium ex iure tertij excluſiuo iuris agentis ipſo iure.*

80 *Fideicommiſſarij vbi ſint plures,& vnus velit partẽ ſuã, alij nolint acceptare,ille petit partem ſuam, & quando poßit petere totum.*

81 *Fideicommiſſarius vnus habens ceßionem ab alio iurium ſuæ portionis pro parte ceſſa agendo quomodo deberet petere & concludere in ſua petitione.*

82 *Ceßionarius fideicõmiſſarius cohæres, de cuius æquali iure opponebatur quando replicando de ceßione poſſet totum obtinere ex iure de nouo ſuperuenienti in cauſa,& hoc maximè quando,ibidem vide.*

83 *Ius ſuperueniens omnino prodeſt actori ex cauſa de præterito.*

84 *Reus partem rei petitæ etiam ad alium ſpectantem ſoluẽdo & reſtituendo actori de voluntate domini debitum reſtituit & ſoluit.*

85 *Fideicommiſſarius vnus ex pluribus quando alios præueniendo & agendo totum conſequi poßit data cautione de conſeruando hæredem ab alijs fideicom.*

86 *Petitio datur illi,cuius principaliter & magis intereſt legatum valere,vel quòd ſibi,vel alijs magis præſtetur pro ſua liberatione & commodo ſuo.*

*Et poteſt peti alternatiuè,vt ibi declaratur.87.*

88 *Petere poteſt ille,cuius contemplatione apparet facta diſpoſitio,& in quem eius intentio dirigitur.*

89 *Omnia in teſtamento aſcripta quæ ſunt ſine die aut cõditione,*



*tione,ex die aditæ hæreditatis præſtantur.*

90 *Relicta ſub die aut conditione,peti non poſſunt, niſi venerit dies aut conditio impleta fuerit, & adita hæreditate.*

91 *Fideicommiſſum aut legatum tutius peti debet ab eo vel eis,qui erunt in rerum natura,tempore quo ceßit dies fideicommißi aut legati declarando, vt ibi fuſius habetur.92.*

92 *Filij poſtea nati non admittuntur cum prius natis vti non exiſtentes in rerum natura,tempore, quo ceßit dies fideicommißi & venit & quando ſibi locum vendicauit ſubſtitutio,habiti fuerint pro nõ natis,aut pro non ſcriptis.*

*Et quòd requiratur vt ſint in rerum natura quando adimpletur conditio.93.*

94 *Fideicõmiſſarius & legatarius in relicto conditionali poteſt capere, & eſt capax tempore euenientis conditionis.*

95 *Fideicommiſſum purè relictum familiæ teſtatoris, debetur ei qui tempore mortis teſtatoris proximior gradu fuerit.*

*Idem in conditionali fideicommiſſo debetur ei qui procreatus & in rerum natura erat tempore euenientis conditionis.ibid.*

96 *Paria ſunt quid eſſe purè diſpoſitum,vel ſub conditione & purificatum.*

97 *Filij nati poſteà poſſunt venire iure tranſmißionis,ſi hæredes eſſent natorum tempore cedentis diei vel relicti.*

98 *Filij vel alij nomine collectiuo comprehenſi ad conditionale fideicommiſſum admittuntur, qui reperiuntur eſſe in rerum natura tempore aduenientis conditionis.*

*Fallit aliter apparente de voluntate teſtatoris, extenſa ad alios vlteriores & naſcituros poſt conditionis euentum. vt ibi habetur.99.*

100 *Teſtator quando voluit fideicommiſſum ad naſcituros nedum natos peruenire, vide de materia latiùs ibi & exempla.*

101 *Legatum valet factum ei,qui tempore cedentis legati nõdum eſt natus.*

102 *Filij nati tempore alienationis prohibitæ admittuntur ſoli ad reuocandum alienata, ac ſecundùm Caſt.tenentur,poſteà natis participare,& fuit de mente Rui.intelligendo tamen ſecundùm actorem, vt ibi & declara & de materia ibi.latè.103.*

104 *Filij & nepotes nati poſt mortem aui teſtatoris admittuntur ad hæreditatem eius æqualiter cum natis tempore mortis eiuſdem teſtatoris,eo teſtatore inſtituente hæredes filios ſuos, quorum vnus habebat filios tunc temporis,alij non, & an ſpecialis extenſio ad naſcituros requiratur per teſtatorem,& de materia latè ibidem.*

105 *Filij & deſcendentes veniunt nati quocunque tempore futuro,etiam poſt mortem teſtatoris,& poſt diem ceſſum relicti,teſtatore inſtituente & ſubſtituente Petrum, & quoſcunque eius filios,& eius liberos, aut deſcendentes.*

106 *Paulus de Caſtro reputatur maioris authoritatis quàm Romanus.*

107 *Verba generalia referuntur ad futura.*

*Filius venit natus tempore quo caſus ſucceßionis venit ex verbis relatis ad futurum.*

108 *Appellatione deſcendentium veniunt deſcendentes in infinitum.*

109 *Obligatus per viam conditionis vel modi aliquid facere aut implere, debet id prius bene agere & implere,antequàm agat ex teſtamento.*

110 *Diſpoſitio conditionalis non operatur ad agendum, niſi conditione prius adimpleta.*

111 *Conditio debet liquidari quòd ſit impleta, quãdo aliquid conditionale deducitur in iudicio, hocq; iudici conſtare debet,alias non ſufficeret.*

*Et debet liquidari conditionis exiſtentia & implementum per probationem & iudicis pronuntiationem ſuper hoc. 112.*

113 *Obligatus conditionaliter,non dicitur obligatus niſi conditio extiterit.*

*Et plura de conditione implenda & eius efficacia.ibi.*

114 *Conditio denotat cauſam finalem, & formam denotat, ideò debet conſtare ex omnibus ſuis partibus eſſe impleta.*

*Fallit ſi ex patientia hæredis conditio pro parte eſſet impleta,quæ ita ſufficeret.125.*

*Et habetur pro impleta ex ſcientia vtriuſque implere debentis.ſ.& eius cui debet impleri.116.*

117 *Modus teſtatoris adiectus relictis debet impleri ſicut de eo teſtator diſpoſuit.*

*Et de differentia inter conditionem & modum.118.*

*Et de eorũdem æquiparatione reſpectu finis & exitus. 119.*

120 *Modus qualiter inducatur impleatúrve,& de implemẽto qualis cautio, qualis oblatio requiratur.*

121 *Conditio debet impleri vt actio detur fideicommiſſario vel legatario ad petendum, & eius conditionis implementum præcedere debet.*

122 *Modus eiúſque implementum ſequi debet vt legatarius non priuetur relicto, & id tenere poßit, aliàs ad id experitur vt implementum tale ſequatur.*

123 *Legatum ſub modo & in vim modi differt,ſi enim modus reſpiceret fauorem tertij, vt ei eſſet aliquid dandum, ei competeret actio contra implere modum obligatum ex donatione,vel vltima voluntate,& fit implementum præſtando cautionem,offerendo ſe paratum cauere, ſicq; legatum exigi poteſt.*

124 *Legatum non vitiatur & impletur offerendo per ſe non ſtare quando conditio vel modus eſt impoßibilis natura facti non extantis,declarando vt ibi.*

125 *Actor nõ poteſt petere quod debetur ab eo,cui ipſe aliquid dare debet,niſi prius impleto pro parte ſua,eò quòd dare debet,in totum adimplendo,& non pro parte.*

*Et de ratione.nu.126.*

126 *Actum vel impletum non dicitur cùm aliquid ſuperſit ad agendum,aut implendum.*

127 *Conditio an pro parte impleri poßit in termino præfixo, extra eũ,an in totum impleri poßit, ſecundùm Aym. & quod poßit fauore libertatis ſecundùm Aret.*

128 *Conditio eſt quàm primum adimplenda cum poßit, vbi non eſſet terminus ſtatutus.*

129 *Pœna non committitur ipſo iure vbi obſtet exceptio agẽti,in principali propter minimum etiam capitulum cõtractus non obſeruatum.*

130 *Modus non ſufficit pro parte impleri,niſi in totum impleatur.*

131 *Iuſſus ſtaret tacitus & contentus diſpoſitis in teſtamentis & codicillis aut iuſſus ſtare in domo cum hæredibus agens ad fideicommiſſum vel legatum repellitur exceptione implementi conditionis, vel modi non ſeruati, quando non feciſſet prius facere ſibi incumbentia ex teſtamento.*

132 *Statutum prohibens opponi exceptiones contra teſtamentum, non intelligitur prohibere exceptionem de conditione vel modo, non impletis ex forma teſtamenti in eo appoſitis,& quare.& de materia ibidem latè.*

133 *Fideicommiſſarius aut legatarius quod vt valeat agere oportet prius vt ſeruent & adimpleant per eos adimplenda.*

134 *Exceptio implementi modi non ſeruati adeò eſt fauorabilis, quòd iudex ex officio poteſt ſupplere aduerſario non opponente,& executionem exceptio ea impedit, nec excuſatur impeditus,ſi non poßit implere quod debebat prius adimplere.*

135 *Præſcriptio rectè poteſt fieri de re debita alij qui pro parte ſua tenebatur quandoq; implere, adeò vt eam conſequi nequeat.*

136 Bonorum poſſeßio poteſt recuperari ex implemento tamen non ſecuto pactorum initorum, vti ceſſaret remedium reſtitutionis in integrum, vel aliud reſciſſorium ob læſionem.

137 Implementũ modi,& eius quod quis facere debebat prius, vt quid conſequi valeret, requiritur quod fiat ante iudicium inchoatum & oppoſitionem factam de non implemento facto: aliàs non admitteretur amplius ad implendum.

138 Actio non dicitur nata actori agenti ex relicto conditionali,niſi prius impleta conditione,aut modo.

139 Actor quando debeat conditionem aut modum implere, dic vt ibi cum ſeqq.diſtinguendo,aut eſt poteſtatiua, & tunc quam primum debet eam implere, aut caſualis & dic vt ibid.ſupra & de materia latè.

Et de mora non purganda quoad actionem conſequendam. 140.

140 Mora quibus caſibus non purgetur.

141 Conditio an poßit perpetuò impleri,& quid quando tempus ſit appoſitum.

142 Ius relictum prodeſt ad victoriam, & videtur in iudicio deductum, ſuperueniens etiam poſt litem conteſtatam antè tamen concluſum in cauſa, in relicto conditionali, licet ante non dicatur orta actio, niſi conditione impleta.& dic vt ibi.

143 Exceptio rei iudicatæ non obſtabit petenti legatario rẽ legatam ſub conditione ea pendente & ſuccumbenti, ſi dein ea purificata eandem petierit, quia obtinere debet.

144 Exceptio rei non traditæ non obſtat, ſi pendente iudicio venditor obtulerit ſe tradere,& eam tradat.

145 Actor potuit rectè agere,licèt poſt litem conteſtatam cõditionis implementum ſecutum ſit, cùm libellus prius fuerit conceptus narrando caſum relicti purum vel purificatum; ſecus ſi ineptus fuerit narrando relictum conditionale.& vt ibi habetur.

146 Conditio purificata non prodeſt actori facta poſt litem conteſtatam pendente iudicio,vt poßit obtinere.

147 Sentẽtia ex inepto libello lata eſt nulla ipſo iure, nec poteſt per iudicem appellationis reformari, ſed eſt omninò declaranda nulla.

148 Fideicommiſſarius ob ſpem ſibi allatam à fideicommiſſo conditionali,vt verificetur conditio, poteſt ea conditione pendente petere ſibi caueri de fideicommiſſo reſtituẽdo conditione adueniente.

149 Iudex debet abſoluere reum conuentum ad præſtandum legatum aut fideicom. conditionale,antequàm conditio extiterit,vt actione nondum nata.

Si de hoc facta fuerit oppoſitio.

Et non facta oppoſitione poterit iudex condemnare reum ad præſtandum legatum adueniente cõditione vel die. & vt ibi.150.

Et de qua conditione intelligi debeat ſecundũ auctorem.ibi.

Et quid ſi conditio eſſet ſuſpenſiua.dic vt num.152.

151 Petitio & condemnatio poteſt fieri de relicto in diem, vbi obligatio ſit orta & tranſitoria ad hæredes.

152 Implementum modi vel conditionis ſufficit quod fiat per agere volentem ex teſtamẽto ſola oblatione verbali vel reali,prout forma conditionis vel modi expoſtulat & requirit, aſſerendo ſecundùm formam per leges traditam de quib.ibi.latè & de materia vide.

Et de hac oblatione fienda in vlt.volun.vide.154.

Et quando ſit ſeruanda per fideicommiſſarium agentem cõtra grauatum.155.

156 Legatum acceptatum ſub modo faciendi & reddendi bonum computum, non ſufficit ſe offerre paratum cum ſit ſufficiens oblatio,ſed debet producere libros & reliqua, & vt ibi late dicitur.

Et debito non liquido debet offerre fideiuſſorem de reddẽdo debito ſi quod apparebit,quibus ceſſantibus oblatio non dicitur legitimè facta.157.

Et de ratione.158.

158 Oblatio verbalis non ſufficit vbi facto opus eſt.

159 Oblatio in dando rem vt releuet, debet res eſſe prompta & parata,quæ offertur.

160 Oblatio quadrupliciter fieri poteſt,verbaliter, realiter, extraiudicialiter,& iudicialiter,& dic vt ibi latius habetur.

161 Oblatio verbalis quando ſufficiat, vide concluſionem & limitationem ibid.

162 Mora eiusq́; effectus proficui qui ſint fideicommiſſario,ſeu legatario.vide quamplures cum num.ſeqq.

163 Iuriſperitus & conſulens quomodo conſulere habent fideicommiſſarium aut legatarium ad experiendum in iudicio, & prius inſpicere quòd in mora conſtituatur oneratus fideicommiſſo,& vt ibi habetur.

164 Mora qualiter inducta dicatur requiſita maximè in caſibus continentibus diſpoſitionem teſtatoris, & ſubſequentem aliam conditionalem,ſi non dederit,ſi non fecerit.

165 Mora primo inducitur per interpellationem.

Et ſufficit vnica interpellatio,& quòd ſemel mora interuenerit.165

Et eſt communis opin.167.

Et ſufficit interpellatio extraiudicialiter facta, & quando, declara,vt dicitur nu.168.

169 Mora non inducitur,ſed requiritur interpellatio in relictis ſub conditione factis:& quare.

Et in fideicommiſſo vniuerſali ſub conditione, quòd eius euentus non conſtituit in mora hæredem hæredis rogati, ſed requiritur interpellatio,& eſt communis opin.reprobata apoſtilla,de qua num.170.

171 Alexander reprobatur in lectura,quod ea ſit erronea.

172 Mora quòd non committatur per ſolum euentum conditionis,ſed requiratur quòd qui eſt obligatus aliquid facere & alicuius conditionis euentu conſtituatur in mora,ſit factus certus de tali conditionis euentu per ſcripturam,vel teſtes.

Et de ratione.

173 Mora tunc committitur quando quis ſcit vel ſcire debet conditionis euentum.

174 Modus vt adimpleatur opus eſt interpellatione.

175 Interpellatio extraiudicialis qualiter fieri debeat & ſufficiat hæc tam circa perſonas, res, tempus, locum,quàm circa modum ex forma verborum.

Et quid ſit interpellare.176.

Et quando non probaretur per teſtes ſingulares.177

Et de fideicommiſſarij declaratione notificata hæredi grauato habenda pro interpellatione inducente moram grauati.178.

Et de interpellatione cum ſpatio quodam temporis.ibid.

Et de interpellatione verbis congruis.ibi.

Et quòd fiat verbis enuntiatiuis.ibi.& eſt communis opi.

Et quando ſit facienda interpellatio cum expreßione loci & temporis.ibid.

179 Mora inducitur hæredis grauati & alterius ex teſtamẽto obligati per diem à teſtatore appoſitam reſtitutioni fideicommißi ex legatione.

180 Dies interpellat pro homine.

Et quando non interpellet, vt quia dilatio eſſet nimis breuis.182.& quare.

181 Mora hæredibus conſtituitur ex tunc,in fideicommiſſo reſtituendi tali,cum fuerit ætatis an. 25. illis expletis, declarando verbum ex tunc,vt ibi per gl.

182 Mora impeditur per anguſtias temporum.

183 Mora inducitur per implementum fideicommiſſarij vel legatarij factum hæredi grauato de eo quod ipſi grauato ſeruandum erat ex eadem teſtatoris diſpoſitione.

184 Mora committitur abſque alia interpellatione, etiam quoad pœnã amißionis hæreditatis impoſitã per teſtatorem



rem vni ex cohæredibus non ſeruanti præceptum ſibi impoſitum à teſtatore de communicando lucra ſui exercitij cum alijs cohæredibus iam communicantibus cum eo lucra eorum.

185 Mora dicitur irregularis quæ contrahitur circa hominis vel diei interpellationem.

186 Mora demonſtratur alterius reſpectu intereſſe quod patitur, qui pro parte ſua operas ſine interpellatione impleuit.

187 Mora inducitur ex præcepto teſtatoris conditionaliter facto alicui id non ſeruanti, nec ius in relictis acquirenti, niſi prius ſeruato tali præcepto,exemplum.ibid.

Et non faciendo committit moram abſque alia monitione vel interpellatione tanto tempore elapſo quod potuiſſet illud facere.ibid.

188 Officium interpellat pro homine.

188 Interpellatio quibus caſibus requiratur pro mora.

188 Caſus requirentes interpellationem pro mora.

189 Mora inducitur re ipſa & ex ſolo tempore tardatæ præſtationis fideicommißi & legati faciendæ minoribus, & vt ibi latè de materia.

Et de mora ipſo iure inducta abſque interpellatione.ibid.

190 Mora inducitur ex eo quòd ſcit legatarium vel fideicommiſſarium acceptaſſe legatum rei relictæ,eo modo quo ibi pulchrè declaratur.

191 Mora inducitur demùm, vbi mora non præceſſerit ex petitione iudiciali facta pro fideicommiſſo conſequendo.

192 Vel fit mora ex litis conteſtatione vbi non præceßit.

Et quæ mora attenditur an extraiudicialis,an iudicialis. 193.& dic vt ibi declaratur.

194 Præſcriptio non interrumpitur per actum extraiudicialem.& dic vt ibi.

195 Mora inducitur per interpellationem extraiudicialem.

196 Eligens viam iudicialem,intelligitur velle omne id,quod ex ea ſequitur.

197 Aduerſarius per actum nullum poteſt eum intelligere voluntatem ſui creditoris.

198 Mora prætenditur abeſſe & non eſſe inducta,quando quis aliqua iuſta cauſa diſtulit ſolutionem, vel iſte expectauit iudicium.

199 Mora non committitur ob iuſtam cauſam litigandi.

200 Mora non fit, nec committitur obſtante exceptione non implementi facti ab altera parte de eo, quod facere vel dare debet, vel alia exceptione legitimè obſtante, & vt ibi de materia excuſandi à mora.

201 Mora non fit & excuſat obligatum ad ſoluendum alicui, quando non probetur creditorem illum fuiſſe paratum ad recipiendum certo tempore & loco,quibus ſolutio fienda erat.

Fallit vt ibi.pulchrè.

202 Mora non fit & excuſat debitorem, antequàm creditor elegerit, quod ſibi dandum erat ſub alternatiua aliqua eius arbitrio remiſſa.

203 Mora non conſtituitur per debitorem, vbi plus debito petebatur,pro ea parte debita.

Et hoc debitore veriſimiliter ignorante partem debitam, ſecus ſi ſciente: declarando tamen, vt ibi.

Et de remedio obſtandi obiectioni faciendæ per reum de petitione plus debito,vel de retinendis & detrahendis Falc. Trebel.funeris impenſa,&c.per auctorem ponitur.nume. 204.

205 Reus conuentus fideicommißi petitione opponens de detractione expenſarum & æris alieni debiti per teſtatorem, non exiſtens proinde in mora faceret fructus ſuos, quicquid ibi Alci.& dic vt ibi.

206 Mora demonſtratur ex oblatione creditoris de recipienda parte debita.

207 Clauſula, detractis detrahendis habet vim oblationis.vt ibi dicitur.

208 Clauſula,ſaluo iure ſuperflui,demonſtrat petentem ſolum petere verum debitum & non plus.

209 Clauſula liquidatis liquidandis quid operètur.

210 Mora non conſtituitur per debitorem in non liquidis antequàm ſit facta liquidatio.

211 Mora non conſtituitur per hæredem, nec dicitur ipſe eſſe in mora cum inuentario per interpellationem, niſi prius liquidato quòd hæreditas ſit ſoluendo, quia neſcit ſe debere quandiu non ſit liquidum.

Fallit vt num.211.

211 Caſus quibus mora ceſſat.

212 Mora conſideratur quoad intereſſe conuentionale, & debitum iure actionis,& quare ibidem,& dic vt ibidem.

213 Iuſta cauſa litigandi non excuſat debitorem iure actionis à mora.

214 Mora non inducitur generaliter in debito non liquido, niſi liquidatione facta.

215 Mora non accipitur vbi alia præſumptio adeſſe poteſt, cùm ea præſumptio potius accipienda ſit.

Et an quis poßit ſe eximere à pœna vel damno in quod alter contendit,alterum fore incurſum propter moram. 216.

217 Mora & eius purgatio longam & profundam habet materiam, de qua vide ibidem latè, vbi & de 21.concluſionibus partim prohibitiuis purgationis moræ partim permißiuis.

218 Mora non purgatur in caſu pœnæ appoſitæ & certi termini præfixi,ſecundùm opin.vltimam approbatam.

Et de iure canonico quomodo intelligatur purgatio moræ. 219.

Et quod id ſolum admittatur in foro pœnitentiæ.220.

Vbi minus duplicata mora purgatur.221.

Et ex quibus purgari mora nequeat.222.

Nec purgatur in teſtamentis vbi appoſita eſt dies & pœna quando pœna ipſo iure eſt commiſſa & facta executio. 223.

Nec vnquam purgatur, vbi appoſitum eſt iuramentum. 224.

Idem quod impediatur moræ purgatio, & per iuramentum, & per oppoſitionem prius factam de implemento non ſeruato, vel de re non exiſtente integra.225.

Et de impedimentis purgationis moræ. 226.

226 Mora quibus impedimentis non purgetur.

227 Mora vbi ſit purganda incontinenti id fieri debet, quod arbitrio iudicis punitur,& reſidet.

228 Mora purgatur vbi iuſta cauſa viget.

229 Mora non videtur remiſſa per receptionem partis debiti.

Et quòd videatur remiſſa ex conſenſu alterius partis.230.

231 Mora vt purgetur & non aliter,debet fieri per actum contrarium moræ prætendentis reponendo rem in priſtino ſtatu.

Et quando in vltima voluntate locus ſit, vel non ſit purgationi moræ.ibid.

Et de forma purgandi moram.ibid.

Et de effectu purgationis moræ.ibid.

232 Mora purgatur ad exceptionem, non verò ad actionem acquirendam.

233 Mora non purgatur vbi dies & pœna appoſita eſt à teſtatore.

234 Dies non currit impedito, quando tacitè dies ineſt ex iuris diſpoſitione.

235 Moræ effectus quinque generaliter enumerantur.vt ibid.

Et de alijs multis ibidem.

236 Carmen continens effectus moræ. vide.

Fructus & vſura,pretium,peremptio,pœna.

237 Moræ effectus mirabilis quòd ſpecies vel quantitas legati tranſlati peti poteſt, vt, Lego fundum, & ſi non dederit quòd det decem, & ſi non dederit decem, lego fundum.

238 Mora Sempronij non ſoluentis legatum perimitur, factum Sempronio ſi Titio & Caio dederit cẽtum, Titio vel Caio mortuo poſt moram d.Sempronij.

239 Mora hæredis grauati facit quòd fructus veniunt & reſtituendi ſunt cum alijs commodis fideicommiſſario.

240 Moræ effectus eſt, quòd fructus peti poſſunt percipiendi per legatarium agentem, non per eum.

Idem extenditur ad vecturam iumentorum, ad naulum nauium,& ad penſiones domorum.

241 Vſuræ veniunt taxandæ ſecundùm morem regionis per iudicem,& re perempta venit petenda æſtimatio.

242 Fructus percipiendis per actorem vel reum, quomodo veniant petendi, quid in mala fide exiſtente vera vel ficta, dic ibi fuſiùs. 243.

244 Mora operatur quòd non tantum fructus, ſed etiam omne damnum debet reſici fideicommiſſario & legatario, quod peti poteſt, & omne commodum vel vſuras quod & quas perdidit conſequi debet.

Et intereſſe etiã lucri ceſſantis in mercatore, & ratione damni emergentis in qualibet.ibid.

245 Hæres ſicut olim ratione moræ tenebatur ad vſuras legatorum,ita hodie tenetur ad lucrum quod honeſtè percipi potuiſſet, & veriſimiliter fuiſſet perceptum ex re,vel pecunia legata.

246 Hæres in legato pecuniarum tenetur ad ſatisfaciendum omne damnum & intereſſe quod legatarius poſt moram hæredis paſſus eſt propter ſolutionem non factam.

Idem ſi vſuræ olim permiſſæ & hodie prohibitæ petantur vti intereſſe, quia oportet agentem accipere pecunias ſub vſuris ob denegatam ſolutionem, hodie poſſent & de iure communi tales vſuræ repeti. 247.

248 Moræ effectus eſt talis quòd quicquid grauius quicquídve deterius capi poteſt, id contra facientem moram interpretandum eſt,modò aliquid ſit,quod in eodem moram faciente de iure cadere poßit.

249 Mora facit attendi intereſſe quanti plurimi fuerit à die ipſius moræ, quod intellige in mora debitoris,in ea tamen creditoris attenditur, quanti minimum poſteà fuit, vſque ad interpellationem.

250 Iudicium ne reddatur fruſtratorium & eluſorium quid ſit præuiden.quòd is cum quo agendum ſit habeat qualitatem, quæ ſecum iudicium validum exiſtere poßit, quale fuerit perſonale,reale quale.

Et quòd in perſonali iudicio in reo cõuento requiritur,quod ſit hæres defuncti, declarando vt ibi.251.

Quid in iudicio reali requiratur.252.

Et quomodo eſſet fruſtratorium in perſonali.253.

Et quomodo idem eſſet in reali. 254.

255 Reus an debeat abſolui vbi de ſubſtantia probationis eſt probare reum poſſediſſe, & de condemnando actorem in expenſis cùm vſus non fuerit cautela interrogãdi an reus poßideret,& vt ibi latius de hac materia habetur.

256 Interrogatio fienda reo an poßideat & vtilis dicitur ne actus fruſtra litiget.

257 Sententia quòd ſit declaratoria ſui iuris pro actore, & abſolutoria rei conuenti, quia non poßidet,& ſic quòd ferri poßit.

Vide tres limitationes ad hoc, num.260.

258 Reus non dicitur ſe liti obtuliſſe cum non fuerit interrogatus an poßideret, ſed venit vocatus cauſa ſe defendendi, cùm vocatus teneatur venire.

259 Iudicium redditur in inuitum.

260 Reus cum non poßideret, non poteſt pronuntiari ſuper iure actoris.

261 Sententia poteſt ferri validè pro actore & condemnatoria rei conuenti pro ea parte quam reus poßidebat, licèt totũm fundum actor petierit, & quando valuit iudicium ſuper toto fundo, & de materia, vide fuſiùs declaratum.

262 Actor petens ſimpliciter quædam bona deſignata in fine libelli,& non probauerit, niſi de tertia parte dictorum bonorum,poterit ferri ſententia pro actore,pro ea parte bonorum probata.

Et valet ſententia non apparente dolo plus petentis, ibidem,

263 Practica magis vſitata per Cauſidicos & ſeruanda circa præparatoria fiẽda aduerſario, ne iudicium fiat vanum, quæ ſit per interrogationem reo fiendam, an ſit hæres talis ex teſtamento, vel ab inteſtato,cum multis, quæ ſequuntur ibidem quæ menti tenenda & ſeruanda ſunt,vt ibi latius habetur.

263 Interrogationes quæ fiendæ, & qualiter pro releuando actore approbando, latius vide ibid.

264 Interrogationes quæ & quales non ſunt admittendæ.

265 Interrogatio captioſa reo non eſt admittenda,

266 Interrogatorium & qualibet eius particula in petitione hæreditatis melius quàm alibi per Bald.examinatur, locis de quibus ibi, & latius 267.268. & quomodo debeat reus reſpondere,& de materia latius ibid.

268 Interrogatus reus an poßideat, ſufficit eum reſpondere ſe poßidere pro hærede, & non teneri reſpondere, an ex teſtamento,vel ab inteſtato, & dic vt ibi.

259 Interrogatorium quomodo Titio ſit faciendum conuento mediante perſona Sempronij hærede Caij, videlicet an ſit hæres Caij mediante perſona Sempronij qui cogitur reſpondere, vt ibi legitur, aliàs haberetur pro confeſſo.

270 Hæres vltimus quomodo dicatur hæres primi defuncti.

271 Reus interrogatus tenetur reddere certum actorem quoad fundandam intentionem actoris in omnibus præparatorijs iudicij dependentibus à perſona rei.

272 Actor magis eſt fauorabilis quàm reus in pertinentibus ad ordinationem litis.

273 Actor eſt certus vt contra reum experiri poßit vbi interrogatus ad primum vel reſponderit affirmatiuè, vel contumax fuerit.

Et licèt poſtmodùm in expeditione cauſæ dixerit reus ſe non poßidere, vel vti colonus poßidere, vel inquilinus alterius, debet tamen condemnari ad reſtituendum rem petitam 274.

Vel condemnaretur quanti in litem contra eum iuraretur. ibid.

Quid reo à princip.reſpondente negatiuè,vel ſe hæredem non eſſe, vel non poßidere,dic vt num.275.

276 Interrogationes licet ſint vtiles & præparatoriæ in fauorem actoris ne iudicium ſit eluſorium carens fundamento poſt litem conteſtatam non bene firmato, tamen non ſunt neceſſariæ cum habeat aliunde vnde probare poßit reum eſſe hæredem, & non tenetur ſtare reſponſioni rei, vnde non ſunt in vſu in aliquibus locis, vt Florentiæ.

277 Actor contra reum negantem eſſe hæredem poteſt iudicium incipere & proſequi ſi eum probationibus conuincere poteſt quòd ſit hæres, & hoc in actione perſonali, in reali actione,reo verè non poßidente,debet perquirere poſſeſſorem verum.

At mendacium dicente reo quod non poßideret cùm poßideat, hoc probato mendacio priuatur poſſeßione & actor immitteretur in eam.278.

Etiamſi dixerit poßidere pro alio & poßideat pro ſe.ibidem.

Idem in poſſeßione qualificata negata, ſcilicet quòd ſit cum titulo,& probetur titulus non verus.ibid.

Fallit hoc ſi per dolum vel latam culpam non negauerit. ibid.

Et quomodo de ſuo dolo probaretur. ibid.

Fallit ſecundo ſi pœniteat & reuocet ſuam negationem ante probatum mendacium, ibidem, & vt ibi latiùs.

Quod poteſt facere vſque ad conteſtationem litis excluſiuè ſecundùm veram opin.doct.vt num.279.

Item antequàm fuerit per agentem acceptata, aliàs non reuocat ad ſui commodum.280.

281 Reus non poteſt reuocare ſuam negationem & mẽdacium, vbi ea prius fuerit per agentem acceptata.

282 Auctor audita rei negatione poteſt petere ſibi per iudicem licentiam dari intrandi poſſeßionem rei petitæ tanquam vacantis à reo, iure ſeruato cuiuſlibet tertij, cui licentiæ reus contradicere nequit, & vt ibi pulchrè.



282 Practica & documentum, quomodo actor congruis modis, actionib.&c. agere debeat contra reum ne ab eo tergiuerſetur, ideò ibi videre licet.

Et quid reus animaduertere habeat in & circa interrogationem,cùm magis reo expediat vt conueniatur generaliter petitione hæreditatis quàm ſpecialiter ex teſtamento vel ab inteſtato, cum primo caſu ſuccumbens actor iterum agere volens excludetur exceptione rei iudicatæ, ſecundo caſu non, quia poterit agere iterum ex teſtamento vel ab inteſtato,& vt ibi de hoc latius habetur.283.

283 Practica inſtituendi reum circa interrogationes ſibi ab actore fiendas, & circa eas per eum actori faciendas,ibid.latius.habetur.284.285.cum ſeq.

286 Reus debet eſſe ſolicitus ante litem conteſtatam interrogare actorem an ex teſtamento, an ex codicillis ſeu ex alia vltima voluntate agere intendat, vt vno modo actore eligendo ad alium non poßit redire,& quare.

287 Actor debet à princ.bene perſpicere qua via agat, vt ſuccumbens poßit ad alium venire, & quando ex teſtamento vult agere quid conſiderare habeat & quando via fideicom.ex clauſula codicillari experiri poßit,& vt latius de materia legitur.288.cum ſeq.

289 Actor petens modis contrarijs ex eadem diſpoſitione admitti non auditur.

290 Exceptiones contrarietatis impediunt litis ingreſſum; & de ratione.

Et adeò vitium contrarietatis eſt odioſum, vt neque ſimplicitas neque ruſticas excuſat.291.

Quod intelligitur in actore ſecus in reo, cui licet vti exceptionib.contrarijs.292.293.

293 Reus vti poteſt exceptionibus contrarijs, non ſit datur actori vti remedijs contrarijs.294.

295 Iuſta ignorantia vel iuſtus error an excuſare poßit eligentem viam agendi incompetentem quòd valeat redire ad competentem.

296 Reus conueniendus petitione hæreditatis vel quorum bonorum, ſi poßideat ſine titulo pro hærede, vel pro poſſeſſore ſecurißimè poterit conueniri, ſi verò cum titulo doctores confusè & leges loquuntur, quo ſit vt ſecũdum actorem duo inſpicienda ſint, de quibus ibi.297.

298 Poßidens ſcienter titulo qui pro non titulo habeatur,& non valeat ex quauis cauſa aut defectu, ſicuti titulus pro non tit.habetur acquiſitus poſt litem motam de hæreditate vel re ſingulari hæreditaria petita, conueniri poterit tunc petitione hæreditatis 299.300.cum alijs ſeq. ad materiam.

298 Titulus pro non tit.habetur, & non valet ex quacunque cauſa vel defectu deficiat,vt ibi dicitur.

Item pro non titulo habetur acquiſitus poſt litem motam de hæreditate, vel re ſingulari hæreditaria petita, 299.

Idem de titulo nullo habito à tutrice vendente rem pupillorum ſine cauſa & ſolennitate.301.

Idem de titulo habito à curatore bonorum abſentis nulliter conſtituto,ibid.

Idem de tit.dotis habito à furioſo.ibid.

Idem in tit.prohibito per teſtatorem.ibid.intellige quando alienatio ſit facta contra prohibitionem per ſucceſſorem teſtatoris,ſecus ſi per alium extraneum, tunc enim tit. valeret,vt ibid.legitur.

Idem in tit. legati ex teſtamento non regiſtrato ſecundùm ſtatutum.ibid.

Idem pro non tit.habetur quo ad non excludendam petitionem hæreditatis, ſeu interdictum quorum bonorum;tit. dolo,fraude aliquo modo apparente etiam præſumptiuè, vt quando erat ſpes vel fama quo talis acquirens vocaretur ad iudicium.302.

303 Mala fides quibus modis probetur.

304 Dolus præteritus quando veniat in hæreditatis petitione.

305 Scientia acquiſitionis circa iniuſtam cauſam ſui tit.quib. modis probari poßit.

306 Actor agens petitione hæreditatis vel quorum bonorum quid agere debeat ne repellatur aliquo titul. putatiuo per poſſeſſorem & quid allegare & probare habeat. ibid. latè.

307 Ignorantia ſupina non eſt ferenda eius,qui fuit negligens ſcire quod omnes in ciuitate ſciunt,& quòd eam rem diligenter inquirendo ratam habentes potuiſſet.

308 Paria ſunt, ſcire & ſcire debere.

309 Ignorantia pro emptore non debet excuſare in tit. putatiuo, præ cæteris titulis magis vſicato, in quo iuſtißima cauſa erroris exiſtimandi ſe habere titulum requiritur, cum in cæteris iuſta cauſa ſufficiat.

310 Poſſeſſor titu. putatiui iuſto errore non tenetur, & poteſt impedire petitionem hæreditatis.Fallit.vt nu.313.

Modo probetur iuſtus error ex parte poßidentis, & vt ibi habetur.

311 Terminus ante litem conteſtatam debet aßignari alleganti titulum ad impediendum proceſſum in modum declinatoriæ.

312 Error iuſtus vel iuſtißimus quib.modis probetur.

313 Titulus putatiuus quib.mod.probetur.

313 Error ſeu putatio vbi non eſt iuſtus,tunc tit.putatiuus non excludit petitionem hæreditatis.

313 Titulus putatiuus quando non excludat petitionem hæreditatis & intellige de titulo putatiuo vniuerſali pro hærede.314.

Idem ſecundum aliquos de titulo putatiuo ſingularis rei, quòd is impediat petitionem hæred.vide, & dic vt num. 315.

Quid de mente auctoris circa talem titulum putatiuum. 316.

316 Petitio hæreditatis vel interdictum quorum bonorum poteſt intentari aduerſus poſſeßorem tit.putatiuo facti & non iuris, & quaque leui præſumptione de ſcientia vel erronea credulitate eius circa prætenſum titulum, ſecundum auctorem.

317 Titulus an habeatur pro non titulo reſpectu dandæ petitionis hæreditatis is qui poſt mortem teſtatoris acquiritur ab eo, contra quem hæreditatis eadem petitio dari potuiſſet, non parua eſt inter docto.altercatio, vt ibi habetur.

Et quòd pro valido titulo habeatur adeò quòd contra tali tit.poßidentem pet.hæred.non detur, dic & declara, vt num.318.

Et quòd non habeatur pro titul.& petitionem hæred.non excludat tit.acquiſitus ab eo, qui eadem petitione hæred.conueniri poterat,vide 319.

Idémque quando mala fide acquiſiuit 320.

Et de opi.auctoris quæ & qualis ſit. 321. & qualiter fuit ſententiarum.

Et de ratione eiuſdem ſententiæ.322.

322 Reus habens titulum ſicut per modum peremptoriæ in petitione hæreditatis,ita in publiciana vincit actore, quæ omnia dic & declara, vt latißimè habetur nume.323. 324. cum ſeq.

325 Titulus emptoris in publiciana ab eo, qui non habet ius in re, habetur pro non titulo.

326 Titulus acquiſitus poſt lite motam de hæreditate in vniuerſali vel in ſingulari re, habetur pro non titulo, & non excludit petitionem hæreditatis, ſecundum omnes, ſiue poſt ſiue ante iudicium acquiſito præceſſerit. 322.

Idem ſecundum auctorem, vbi erat ſpes de lite.327.

328 Lis & ſpes de lite idem operantur.

329 Spes pro veritate habetur.

330 Spes litis futuræ quomodo conſtare poßit, vt ex euentu li-

tis poſtea ſubſecuta non multo temporis interuallo poſt talem titulum, de quo ſupra acquiſitum.

331 Mala fides emptoris hæreditatis facit indiſtinctè eum teneri petitione hæred.

333 Petitio hæreditatis an detur contra titulo poſſidentem, & quòd non detur vti ſententia hæc ſit magis adhærens rigori legum & gloſſ. quæ procedit ſecundum auctorem alio non conſtito in declinatorijs, & aliter iudicio non proſecuto, vt ibi.

At quòd detur petitio hæred. completo proceſſu & in peremptorijs, & ſententia ſic ferenda pro actore contra poſſeſſorem habentem etiam titulum ab eo qui nullum ius habebat in re vendita, de mente Bald. Caſtrenſ. & aliorum, quam ſequitur & auctor ipſe, vt ibi pulchre. 334. 337.

335 Opinio collegiorum doctorum magis eſt attendenda, quàm doctorum particularium, conſulentium.

336 Petitio hæred. non datur contra reum titulum habentem ab eo qui titulo etiam poſſidebat, ſecundum Alex. vt ibi.

Ruinus verò contra, & quomodo & quare, vide ibidem clarè.

Et quando cum eo concurret auctor ipſe, ibid.

337 Hæres poteſt agere contra reum & contra quaſcunq; acquiſitiones poſtea factas per occupatores bonorum hæreditariorum, ſtante maxime ſtatuto quod poſſeſſio defuncti continuetur in hærede, & corroborato per clauſulas ſolitas libellares, Petens ius & iuſtitiam, & omni meliori modo, tribuentes remedia actori ad victoriam, & vt ibi dicitur.

Et quòd vtilius ſit, iuſtius ac commodius actori ſic agere ad ius ſuum ſuper re petita directo, quàm contra venditionem conſequendi pretium rei hæreditariæ, vt ibi apertè dicitur. 338.

339 Actor cum plerunque ſit deſtitutus omni alio remedio in ſubſidium fortè ſibi daretur ipſa petitio hæred. etiam contra titulo poſſidentem, dic vt ibi declaratur, & eſt vna limit. ad regulam in contrarium.

Et de alijs limit. collectis per Iaſo. de petitione hæred. danda contra tit. poſſidentem. 340.

341 Iudex debet habere hoc proprium vt in cauſis ſemper cuncta rimetur, & ſemper verum ſequatur.

342 Res titulo poſſeſſa aut eſt vniuerſalis, aut quota hæred. aut eſt res ſingularis hæred.

343 Emens à fiſco hæreditatem vel quotam hæred. non excuſatur eo titulo quin teneatur petitione hæred. & ea conueniri poſſit declarando, vt ibi gloſſ. allegata.

Idem in marito habente in dotem ab vxore res emptas vel acceptas in dotem, quas ſciebat eſſe hæreditarias, ſiue eã ignorabat. ibid.

344 Emens à priuato hæreditatem, vel quotam eius, vel acquirens titulo lucratiuo ſi bona fide tenetur hæred. petitione duobus caſibus, de quib. ibi habetur, ſi mala fide emit, indiſtinctè vtili tenetur, & vt ibi latè habetur.

Et quando extra hos duos caſus non poteſt agi petitione hæred. contra emptorem, tunc agendum eſſet aduerſus venditorem ad pretium. 345.

345 Emens & poſſidens rem ſingularem hæred. indiſtinctè tali titulo valido ſiue bona fide, ſiue mala poſſideat petitione hæreditatis conueniri non poteſt.

Et de ratione communi. 347.

Quid ſi titulus aliquo modo valeat, tunc talis titul. dicitur pro non titu. & hæred. petitionem non excludit. 348.

349 Petitio hæred. quib. caſibus datur contra tit. poſſidentem, contra eum etiam competit præſcriptio longi temporis 10. vel 20. annorum, & de ratione ibidem.

Quod verum eſt cùm bona fide emerit, ſecundùm Alber. ibid.

350 Præſcriptio longi temporis omninò requirit bonam fidem cum titulo poſſidentis.

Et quando incipiat talis præſcriptio. 351.

352 Actor cum ſuſpicatur de titulo poſſidentis & probari poſſit de domino defuncti teſtatoris poteſt cumulare vel ſubordinare petitionem hæred. & rei vendicationem, narrando in libello, vt ibi latè declaratur.

Et videtur communis ſecundùm doct. referente Salyc. 353.

Et quòd communis ſit in contrarium ſecundum Cagno. cumulationem. ſ. non fieri. 354.

At quòd fieri poſſit ſecundum auctorem & quando, & tolleretur, & poſſit ferri ſentẽtia per iudicem pro actore probato dominio defuncti, & vigore clauſ. ſemper apponi ſolitam in libello. ſ. petens ius & iuſtitiam & omni meliori modo, &c. cum alijs ibi deductis, ſtantéque conformitate & conuenientia inter petitionem hæred. & rei vendicationem, declarando, vt ibi latiſſimè de materia diſcutitur.

356 Hæres quis ſit, cùm ignoretur etiam adhibita diligentia, & id neceſſarium ſcit ſcire pro præſtandis legatis & alijs debitis, ac fideicom. tunc deueniendum eſt, vel ad tradita per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, vel ad diſcuſſionem an quis ſit hæres, aut eſſe velit hæres grauati, & circa vnumquodque vide latiſſ. diſcuſſa per auctorem, cum num. ſeq. vſque in finem dubi.

357 Actio ex edicto ſi quis omiſ. cau. teſtam. quomodo intentari poſſit, vide practicam Bartol. diſtinguentem poſteà pro declaratione materiæ quatuor caſus, de quibus ibidem latè.

357 Actio inducta ex edicto ſi quis om. cau. teſt. dicitur actio in factum, vel eſt actio hæred. ex teſtamento, & quod ſit modici effectus ſecundùm Bart. ibid.

Et imo ſit magni effectus ſecundùm Bald. & Salyc. & Angel. & de hoc magno effectu, & in quo conſiſtat. ibid. cum nu. ſequent.

359 Actio vtilis ex teſtamento datur contra adeuntem, ea verò in factum datur contra non adeuntem ſecundum Bal. & Salyc.

Et in vtili ex teſtamento veniunt acceſſiones ex mora & datur rei vendicatio & hypoth. at in ea in factum cum ſit ſtricti iuris non veniunt niſi poſt litem conteſtatam, & non datur vendicatio, nec hypothecaria, ibi. & de ratione ſecundum Ang. ibi. & num. 36. vbi & de communi habetur.

Et quòd competat rei vend. & hypoth. & actio in factum, ſecundum Alex. & eſt de mente auctoris, vt ibi latè per eum, & nu. 360.

361 Remedium edicti, ſi quis om. cau. teſt. non impedit alia remedia competentia pro relictis conſequendis, vt in fideicom. vniuerſali habente & remedium ſeu act. ex Treb.

362 Diſcuſſio an quis ſit hæres vel eſſe velit hæres grauati, tunc demum eſt fienda, cum hæres grauatus reſtituere fideicom. deceſſit eo non reſtituto ſaltem verbo, & nullo apparente eius hærede à quo peti id poſſit.

Et de conſilio & practica quomodo fienda ſit diſcuſſio, & per quos. 363.

364 Reſtitutio fideicom. quib. caſib. habetur pro facta, & ipſo iure ad fideicom. transferantur iura & actiones.

365 Hæres ſcriptus controuertens & diſceptans cum alio ſuper hæreditate pro præſtandis legatis vel fideicom. an ſit conueniendus, vel legitimus ab inteſtato, an petitor, vel poſſeſſor, vide ibid.

366 Lites & litigia tria debent habere, ſeu tria litigare volenti requiruntur, primo habere ius, & fouere.

Peritum habere cauſidicum, qui ius tale in iudicio aptè proponat & defendat.

367 Iudex dicitur pars potiſſima iudicij, & eius eſt dux & imperator.

Et ſic dicitur quaſi ius dicens populo, ſeu quòd iure diſceptet, & quid ſit iure diſceptare. 368.

Nec eſt iudex niſi ſit in eo iuſtitia, & debet ſtudere eſſe & vt ibid. habetur.





369 Iudex aditus debet eſſe competens hocq́; bene inſpiciendum eſt, cum ſeq.

370 Teſtamentum eſt oſtendendum iudici competenti & per eum exequendum.

371 Iudex competens generaliter dicitur qui habet iuriſdict. & eius exercitium ſuper litigante.

Et econtrà incompetens dicitur, a cuius iuriſdict. quis liber & exemptus inuenitur. 372.

373 Iudex competens vt magis generaliter cognoſcatur, duo ſunt animaduertenda.

Quid petendum ſit, an hæreditas, an fideicommiſſum, an legatum.

A quo petendum ſit, cum ſeq.

374 Hæreditas ſi petatur, debet fieri immiſſio in poſſeſſionem bono. per iudicem loci, in quo ſitæ ſunt res hæreditariæ, ex l. fin. de edi. di. Adr. toll. vel interdicto quorum bonorum.

Et hoc vbi ab alio bona non eſſent detenta ſecundùm Bal. & Saly. qui ab alio iudice non poteſt hoc obtineri, ibid.

Etiam nullo contradictore aduerſante, non committi debet executio alij iudici territorij ipſorum bonorum, ibidem.

Et eſt com. opin. ibid.

Quid ſi bona ab alio eſſent detenta, tunc iudicis pronuntiatio requiritur citato poſſeſſore, ibid.

Iudex domicilij poſſeſſoris bonorum conuenti debet pronunciare de mittendo in poſſeſſionem actorem, vocato poſſeſſore.

375 Hæreditas vbi agitur petitorio, debet peti in loco vbi reus ſortitur forum, & in loco vbi exiſtunt bona hæred. & de ratione. 376.

377 Petitio hæreditatis eſt actio mixta. ſ. realis & perſonalis.

378 Fideicommiſſum aut legatum quando petendum eſt, vide de hoc text. vt ibi.

379 Auctor agere volens actione reali pro legato aut fideicommiſſo conſequendo debet inuenire eum, qui talia bona poſſidet.

380 Hæres actione reali conuentus poteſt in tribus locis conueniri.

Domicilij.

Loci rei petitæ habilis. &

Loci vbi eſt hæreditas, vel maior pars bonorum hæreditariorum.

380 Iudex competens poteſt eſſe, & domicilij rei conuenti, item loci rei petitæ ſtabilis, & loci vbi hæreditas, vel maior pars eorum eſt.

381 Actor habet electionem conueniendi reum, an in loco domicilij ipſius rei, vel in loco in quo ſita ſunt.

381 Actor lite pendente vel mota coram vno iudice, non poteſt iudicem eum mutare, quod declara, vt num. 384.

Et de ratione. 382.

382 Iudicium vbi ſemel ceptum eſt etiam per citationem, ibi debet finiri apud eundem iudicem.

Etiamſi ſemel citatus coram vno iudice competente mutauerit domicilium, vel forum. 383.

384 Actor non poteſt mutare iudicium iam ceptum maximè reo excipiente de litis pendentia, vel ne continentia cauſæ diuidatur, aliàs valeret proceſſus coram alio iudice.

385 Exceptiones certæ puta ſolutionis rei iudicatæ, tranſactionis, falſitatis, & pacti de non petendo per ſtatuta loci vbi nouum eſt cœptum iudicium, ſi poſſent opponi tantum ad impediendum proceſſum, non tamen poſſet opponi ea de pendentia litis, quia valeret proceſſus.

386 Actor volens agere actione perſonali pro legato vel fideicommiſſo conſequendo habet videre in quo conſiſtat legatum, an in ſpecie, an in genere, vel quantitate, & vt ibi fuſiùs dicitur.

387 Iudex laicus vel eccleſiaſticus poteſt eſſe competens ſuper legato conſequendo etiam contra laicum, quando eſt factum ad pias cauſas.

## ¶LIB. V. INTERPR. II. DVBIT. II.

DVBITATIO ſecunda ſubijcitur eorum
1 † quæ præuidere, deliberare, præparareq́;
oportet, quémque volentem aggredi iudiciales contentiones pro executione teſtamenti obtinenda in ſui commodum & fauorem. Congruè autem dubitatio iſta nedum ioco, ſed ſerio hoc ſoluitur breuiculo.
2 Iure duce, comite pecunia: at vltimum hoc ne ſtatim in turpem vel ſordidam capiatur partem, quoniam & id magis ſerio dictum, non ſolùm experientia, ſed neceſſitate ipſa & iure comprobatur, cum pro in ius vocãdo totiens nuntij publici requirantur, notarij pro ſcribendis actis, & examinibus teſtium per not. in cap. quoniam contra. de probat. Cauſidici & aduocati pro agenda & defendenda cau. tot. tit. C. de poſtul. & Aduoc. diuerſ. iudi. horum quidem labores mereri præmiũ nemo quidem ignorat, & honorarium, vt per Spec. in tit. de ſalar. & per not. in l. 1. ff. de var. & extraor. cognit. hos quoque meminiſſe decet, ne in cauſis miſerabilium perſo-
3 narum Chriſtiana frigeſcat charitas. † Quæ autem ſint miſerabiles perſonæ, ſcilicet quòd ſint viduæ ſine viro, & habentes virum inutilem, pauperes, & honeſtæ vitæ, & pupilli, orphani non habẽtes patrem neque matrem, peregrini, & aduenæ, puellæ nobiles pauperes, non habentes vnde ſe dotare poſſint, publici pœnitentes, ſeruientes Eccleſiæ ſi pauperes ſint, infantes expoſiti, cæci, & mutilati membris, carcerati, conuerſus ad fidem, de-
4 ſtitutus bonis, patientes diuturnum morbum. † Quibus etiam prerogatiuis vtantur miſerabiles perſonæ curam colligendi, & probandi in iure aſſumpſit Rebuf. in tract. de ſentent. prouiſ. art. 3. gloſ. vlt. per tot. tom. 1. vbi & num. 26. & ſeq. tradit de prouidendo eis de aduocato gratis, & quòd notarij ſcribentes acta nihil accipiant ab eis, ſed dicit, & verum, quòd hodie potius è manu Herculis eriperetur claua, quàm à ſcribis & Phariſæis acta ſine pretio. De his cùm oportuerit plenius videre, accedatur ad eius librum alleg. & ad Afflict. ſuper conſtit. regni, lib. 1. rub. 33. de dan. aduoc. pupil. & miſerab. perſon.
5 & in deciſ. 257. & Capr. in ſuis regul. & tract. reg. 30. † pariter debere operas ſuas pauperi gratis exhibere notarios, procuratores, aduocatos, & iudices, ponit Vaſq. in cap. 41. num. 3. ſuarum ill. queſt. lib. 1. & Rimin. Iun. conſ.
6 329. col. fina. De † præparatorijs autem iudiciorum vide commemorat Spec. in titu. de præpara. iudici. & titu. de acti. ſeu. petiti.
Ex his tamen aliqua ſunt admodum frequentia, & ne-
7 ceſſaria, quę ſpeciali expreſſione digna videntur, vt quãdo † indigentia vrgeat, prouideantur, & præparentur aliquibus perſonis expenſæ litis, & victus arbitrio iudicis extimandæ: námque arbitrium hoc ſuum habet fundamentum, & in iure, & in facto, in iure ſunt text. ſ. in l. fi. C. de ordi. cogn. ibi, *Tantum litis ſumptus, & alimoniæ homini ſubminiſtretur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit extimatum*, & in l. ſi inſtituta. §. penult. ff. de inoffic.
8 teſtam. per hæc verba, placuit interim propter † inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum, quæ per inofficioſi teſtamenti accuſationem pro patre ei vendicabatur decerni, eaq́; aduerſarium ei ſubminiſtrare neceſſe habere vſque ad finem litis, & in l. antepenul. ff. de
9 iur. delib. his verbis, † *Filius dum deliberat alimenta habere debet ex hæreditate*, & in l. ſi neget. ff. de alen. vel agn. lib.
10 vbi dum † pendet controuerſia ſuper matrimonio liberis ex eo procreatis maritus alimenta præſtare compellitur, & in l. 1. §. ſed & ſi certum, de ventre in poſſeſ. mit. ibi, æquius enim eſt vel fruſtra nonnunquam impendia fieri, quàm denegari aliquando alimenta ei qui dominus bonorum aliquo caſu futurus eſt, & in cap. ex parte,
11 in fin. de accuſ. † vbi monachis, qui accuſant abbatem

expenſæ neceſſariæ debent miniſtrari, donec cauſa fi-
niatur.
12 In † facto autem fundatur tale iudicis arbitrium pro
contingentia perſonarum & caſuum, vt ſi perſonæ ſint
indigentes, quæ præſentem, vel futuram litem habent, &
huiuſmodi litium caſus ſint, vel ſuper bonis, ex quibus
poſſunt habere alimenta, vel ſuper aliquo iure emergen
te, interim eis ſubtrahente, vel dubiam reddēte cauſam
alimentorum, & de iure petentis ſumptus litis & alimen
ta ſummariè & quaſi probatione cōſtare poteſt, tunc in
his expenſis prouidendis, & præſtandis inſpecta perſo-
narum, facultatum, & caſuum qualitate, iudex ſuum ar-
13 bitrium moderat, † exempla in perſonis, & caſibus dan-
tur, quando ſeruus litigat cum domino, vel monachus
cum Abbate, vel ſubditus regularis cum ſuo prælato,
tali ſic litiganti, expenſæ litis & alimentorum præſtan-
tur per dominum, vel monaſterium, vel prælatum per
text. glōſ. & Docto. in dict. l. fina. de ordin. cogn. Ange. &
Caſtr. in l. vix certis. ff. de iudi text. & gloſſ. & canon. in
dict. capitu. ex parte. de accuſa. Specu. titu. de inquiſi. §.
14 vltim. ſicut † electus & promotus ad aliquam prælatu-
ram debet ex ipſa prælatura, ſeu redditib. eius habere
ſumptus neceſſarios pro obtinenda dicta prælatura, pro
15 bat Oldra. conſ. 27. thema tale eſt, vacante, idem † dicen
dum ſi Abbas fuiſſet priuatus, & poſtea iudicio reſti-
tutorio agat, vt per Bellem. deciſ. & concluſ. 78. rub. de
16 reg. item † quando filius litigat cum patre pro alimen-
tis conſequendis debet interim à patre habere pro ex-
penſis litis & alimentorum Alber. in dict. l. fin. nume. 3.
de ordi. cogn. argumen l. diuus. ff. de peti. hæred & l.
fi. de ali. leg. facit Rebuf. tract. de ſent proui. art. 1. gl. 2. in
princ.
17 Item quando † vxor litigat cum marito, ceſſante
culpa vxoris, & de iure ſuo coniecturis pro ea extan-
tibus, debet durante lite habere alimenta à marito, &
ſumptus litis per deciſ. Neapol. ad Afflict. deciſ. 10. &
deciſ. 152. atteſtantem ita fuiſſe iudicatum per ſacr. conſ.
ſequitur Ioſeph. Aſſiſien. deciſ. Peruſ. 46. num. 4. & Ce-
phal. conſ. 127. num. 6. Alc. de præſumpt. reg. 3. præſump.
9. num. 10. vbi & nu. 11. dicit vidiſſe per iudices decerni
iſtas expenſas litis deprehendendo ſolùm ex lectura
teſtium etiam non publicatorum ſummariè eſſe pro-
batum, quòd eſſet vxor, idem Lopes Hiſpa. in ca. per
veſtras. §. 39. n. 4. 5. de dona. inter vir. & vxo. Boër. deciſ.
325. ad fin.
18 Item † quando qui, vel cum frater, ſorore, patruo
vel alio litigat pro legitima, vel hæreditate patris, vel
contra teſtamentum patris debet æquius habere du-
rante lite alimenta, & ſumptus litis per text. in d. l. ſi
inſtituta. §. pen. ff. de inoffic. teſtamen. licèt loquatur
poſt ſententiam latam pro filio, & in cauſa appellatio-
nis, tamen & hoc habere locum in prima inſtantia &
in cauſa principali & illud ibi dici pro quadam acci-
dentia facti, & ſufficere conſtare ſummariè de filiatio-
ne, & bono iure actoris, iure magis communiter, & æ-
quitate vigente, doct. tenent in iudicando in deciſ. &
in tract. vt per Rot. Rom. in deciſ. vlt. per Biſgn. tit. de
iud. deciſ. 13. nume. 9. per Bellemer. d. deciſ. 88. in fin. per
conſi. Neapol. per. Afflict. deciſ. 11. in parlamēto Delph.
per Gui. Pap. in quæſt. 561. comprobat Rebuf. d. tom. 1.
de ſent. prouiſ. art. 1. gloſſ. ſecunda, numero quinto, Ce-
phal. d. conſil. 127. numero 10. vbi Spec. Aym. & Couar.
etiam allegando de communi atteſtatur, idem & Io-
ſeph. Aſſiſien. d. Peruſi. deciſ. 46. numero 7. benè ſentit
Alcia. d. præſumpt. 9. numer. 10. 11. dum firmat per iudi-
ces decerni has litis expenſas ex informatione ſumma-
riè habita eſſe probatum, quòd eſſet filius non ſolùm ex
ſentētia pro eo iam lata, & ſuſpenſa per appellationem,
ſed etiam ex qualibet alia ſimili, de qua ſummariè iudici
conſtaret, vt ibi per eum, & Gabri. Eugub. probat idem
in con. 29. ad fin. & con. 15. col. 1. Riminal. Iun. conſ. 329.
nu. 12. 13. & pro hac ſentētia poſt plures excel. Doct. con-
ſulentes requiſitus à viro nobili & primario Senatore
Veneto in fauorem puellæ prætendentis hæreditatem
paternam ſatis opulentam probando legitimum matri-
monium inter matrem & olim patrem puellæ conſului
exiſtens Venetijs conſil. 62. libr. 1. certeque ſcio ita per
Reuer. D. Vicarium Reuerendiſſ. domini Patriarchæ
Venetiarum Iudicem cauſę fuiſſe pronuntiatum, & pro
uiſum dictæ puellæ de expenſis litis & alimentorum præ
ſtādis ab aduerſario, donec lis fuerit expedita: huius qui
dem ſententiæ fundamentum eſt in verbis & mente le-
giſlatorum in d. l. ſi inſtituta. §. pen. ff. de inoffi. teſtam. &
in d. l. fin. de ordi. cogn. quarum verba ſuprà recenſui lo-
quentia de alimentis, & ſumptibus litis, & eſt in autho-
ritatibus tantorum patrum, à quibus in iudicando nequa
quam recedēdum eſt, quicquid alij particulares Docto.
tentent in conſilijs aliquando velle tenere, vt Panciro.
Regien. conſil. 114. col. fin. quia etiam. l. imperatores. de
tut. & ratio. diſtra. in qua ſe fundat, loquitur in caſu, quo
nulla extaret præſumptio de iuribus petentis, vt ibi ex
Dy. & Iac. de Belui. dicit Alber. in fi. idem ibi Bar. tenet,
etenim propria ac congrua ſunt, quæ antè dixi fore reſ-
picienda in facto. ſ. pro contingentia & qualitate perſo-
narum & caſuum tales prouiſiones de expenſis litis &
alimentorum fieri debere
19 Vnde † limitationes ſeu declarationes octo ſcitu di-
gnas ad ſententiam iſtā colligit Rebuf. dict. art. 1. gloſſ. 2.
nu. 21. vſque ad fin. in ſumma eas recenſendo referam.
20 Prima † eſt quòd locum non habet dicta concluſio, ſi
talis petens non ſit in quaſi poſſeſſione filiationis.
21 Secunda eſt † ſi talis petēs ſit diues, vel poſſet aliunde
ſe alere.
22 Tertia eſt † ſi ſit ingratus, & talia commiſerit, quòd
eſſet priuandus hæreditate.
23 Quarta eſt † ſi vendiderit, vel renuntiauerit hære-
ditatem, vel bona, & contraueniens petierit reſciſſio-
nem.
24 Quinta eſt † quòd non habet locum in filijs ado-
ptiuis.
25 Sexta eſt † quòd nō procedit in filijs ſpurijs & alijs na-
turalibus, quibus non debentur bona paterna, nec legi-
tima, vt ibi per eum nu. 30. hāc in terminis vltra Rebuf.
comprobant Socin. Iun. conſ. 8. col. 1. & ſeq. li. 3. & Gabr.
Eugub. conſ. 25. nu. 8. 9.
26 Septima eſt † quòd non procedit in alimentis præte-
ritis, ſed intellige, vt ibi per Rebuf.
27 Octaua & vltima eſt † quòd non habet locum, quan-
do collaterales petunt hęreditatem fratris vel conſobri
ni, idem excipit Boër. deciſ. 324. ſub num. 4.
28 Item ac vlterius † quando extraneus pauper litigat
cum diuite poſſidente bona pauperis, qui omninò in-
habilis appareat ad ſuſtinendos ſumptus litis, & pro ſe
habeat vnam ſententiam licèt appellatione ſuſpen-
ſam, vel aliàs ſatis apertas probationes, quòd bona ad
eum pertineant, licet aliqui dicant non vidiſſe ſeruari.
vt Boër. deciſ. 303. ſub nu. 4. & refert Menoch. de arbitr.
iudic. lib. 2. centur. 2. cauſ. 169. num. 12. neque etiam ego
29 vnquam vidi petitum in practica. † Veruntamen ſtante
caſu ſic propoſito ſi peteretur pro modo fructuum bo-
norum petitorum, facilè & iure poſſet obtineri proui-
ſio expenſarum litis neceſſariarum, & alimonię pro ino
pe litigante ęquitate d. l. fin. de ordi. cogn. & ibi not. per
doct. & Gui. Pap. d. deciſ. 561. Aret. num. 14. Felin. nu. 8.
in cap. ſi quis teſtium. de teſti. cōprobat Rebuf. d. tract.
de ſenten. prouiſi. in pręfat. nume. 117. & comprobando
etiam in hac ſententia tandem reſidet Couarru. pract.
quęſt. cap. 6. ſub nume. 5. & Aym. conſilio 164. & acce-
dentibus verbis text. iam alleg. in l. 1. §. ſed & ſi incer-
tum. de ventr. in poſſeſ. mitt. ibi ęquius enim eſt, vel fru-
ſtra



ſtra nonnunquam impendia fieri, quàm denegari ali-
quando alimenta ei, qui dominus bonorum aliquo ca-
ſu futurus eſt, etiam pondero verba text. cùm gloſſ. in
l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. ibi Imperator au-
tem noſter motus ex æquitate rei. ſ. paupertatis, ibi gloſ.
exponit.
30 Hoc præcipuè locum ſibi vendicat † in executore
mero legatorum ad pias cauſas, quòd nullam debet ſen-
tire impenſam pro his legati, exequendis, ſed gratis quæ
geri oportet, gerēda ſunt, per text. in l. nulli. §. poſt vnius
verò anni. C. de epiſ. & cler. & ibi Caſtren. num. 6. intel-
31 ligit quòd † epiſcopus vel curia ſua, vt notarij non de-
bent aliquid accipere de ſumma relicta pauperibus pro
eorum labore, ſed generaliter loquitur ibi text.
32 Exinde à principio † vbi in ſubſidium indigen-
tium perſonarum iudex taxat expenſas futuræ litis, quid
mirabile reputatur, not. Bald. in dicta l. fin. ad fin. de
ordin. cogn. & ibi in apoſtil. & ſi in qualibet parte iudi-
cij ante vel poſt litem conteſtatam, vel etiam poſt ſen-
tentiam & eius executionis commiſſionem, & in illius
executione, talib. perſonis poſſit fieri prouiſio de ex-
penſis litis, & alimentorum quę dilationem non patiun-
tur, probant Aym. d. conſil. 164. colum. 1. & Rebuf. dicto
tract. de ſentent. prouiſi. art. 1. gloſſ. ſecunda, num. 14. 15.
tom. 1.
33 Atque vbi vel ex † inopia, vel potentia aduerſarij
non inuenitur procurator vel aduocatus, qui velit ſuſci-
pere cauſam, conſulere, inſtruere, & proponere quæ op-
portuna ſunt pro conſequenda executione relictorum
in teſtamento, partes ſunt iuſdicentis in loco admone-
re vrbanè, ac aliter compellere & dare procuratorem &
aduocatum pupillis, & fœminis, pauperibus, debili-
bus, & alijs miſerabilibus perſonis, & mentecaptis,
per text. in l. nec quicquàm. §. aduocatos. ff. de offic. pro
conſu. & l. 1. §. ait prætor. de poſtulan. & vtrobique gloſſ.
& doct. tradunt, & Maran. in ſuo Spec. par. 6. princ. num.
192. ponit & Rebuf. d. tract. de ſent prouiſ. art. 3. gloſ. vlt.
nu. 26.
34 Si quidem quemque † qui valet ex ſeipſo inueni-
re & præparare aduocatum, admoneo, vt eligat &
præuia arra ſuum faciat aduocatum peritiore & opti-
mum qui poſſit inueniri in ciuitate quoniam vtilius
præſtantiusque reputatur habere bonum aduocatum,
quàm habere bonum iudicem, cùm iudex communis
vtrique parti ſit aduocatus autem totus vnius eſt, ita &
gloſ. ibi dicit, Fulg. in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ad
fin. ff. de Edilit. edict. aſſerendo ſe fuiſſe electum potius
pro aduocato, quàm pro iudice à quodam amico ex con
ſilio notabilis viri, idem ibi Cepol. numero 14. firman-
35 do ſequitur † quem magis poſſe iuuare amicum eſſe
ſuum aduocatum, quàm iudicem, dummodò adiuuet
cum iuſtitia, aliàs gehennam ſibi pararet, dicit enim
ibi gloſſ. in verſiculo adhibuerit aduocatum peſſimam
cauſam poſſe facere videri bonam, ad quæ conferunt
verba hæc Ciceronis in 2. libro de officio ſub verſiculo
36 incip. Prima igitur † iudicis eſt ſemper in cauſis verum ſe
qui, patroni nonnunquam veriſimile, etiamſi minus ſit
verum. defendere.
37 Porrò cùm † litigans votum obtinendi habeat, l. in
ratione. i. §. cum quidam. ff. ad leg. Falc. priuſquàm li-
tem incipiat, debet ſibi pręparare omnia quę poſſent
eum iuſtè ad victoriæ finem ducere. Primò nàmque
adeat, vt modò præmonui, peritiſſimum doctorem,
quem ſcire debet eſſe præcipuum interpretem dubita-
tionum, quæ ex vltimis voluntatibus oriri poſſunt inter
noſtros interpretes vltimarum voluntatum iam conſti-
tutos ſup. lib. 1. interpr. 1. dubit. 3. ſolu. 8. & dub. vltim. ſo-
lut. 8.
38 † Qui autem ſic interpres electus intellecta facti
ſpęcie propoſita conſpicit primum de vltima volunta-
te & teſtamento ipſi ſibi conſtare poſſe modis, quos
docuimus ſuprà lib. ſecundo, interpret. 1. dub. 2. ſolut. 2.
& 3. deinde videndum eſt de remedijs & modis agen-
di, quibus poſſit competenter experiri in iudicio, de
quibus agitur in ſequent. dubitat. ſimulátque concur-
rit præcipua prouiſio & præparatio probationum, qui-
bus dicentis, & proponentis intentio probari queat,
de quibus ſuus locus eſt infra in 4. & vlt. dubit. Nam ma-
gnum & conſiderabile commodum & intereſſe reputa-
tur, quod paratur & verſatur circa facultatē probatio-
num auctor. plur. gloſ. ſæpius, vt firmat Alex. in l. Impe-
rator. verſus fin. ff. ad Trebel. & conſil. 101. col. 2. in prin.
& conſil. 128. colum. 2. num. 7. lib. 5. & conſil. 5. col. pen.
39 nume. 8. lib. 1. dicit † non eſſe fraudem parare ſibi pro-
bationes licentiando famulum, per quem poſſit ius
ſuum probare, quod quidem commodum & intereſſe
40 nimis euidens eſt, quoniam nempe † iuſtitia iudiciorum
in probatione conſiſtit per l. 3. ff. de in integr. reſtit. dicit
Bald. conſil. 382. pro parte cuiuſdam nomine Nicolu-
tiæ, col. vlt. ſub nume. 2. lib. 3. idem in l. ingenuum. col. 1.
41 verſ. Sed quæro quis dicitur. de ſtat. homi. † dicit totum
cauſæ pondus fieri in probatione per l. qui ſuperſtitis. §.
42 fin. ff. de inoffic. teſta. † nihil autem prodeſt habere ius ſi
deficit probatio. l. duo ſunt Titij. ff. de ſtat. tut. & ibi Bar.
not. & in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. nume. 1. de leg.
43 ſecundo, quia † qui non probat quod allegat & addu-
cit, dicitur carere iure Bald. conſil. 67. quia ex facto,
colum. 3. in princip. lib. 3. refert Aym. conſil. 48. nume. 4.
44 & in tracta. de antiquit. temp. part. 2. ſub nume. 32. † di-
cere vel allegare aliquid in facto conſiſtens non ſufficit
per plur. alleg. probat Alexand. conſil. 78. colum. penul.
nume. 22. lib. 5. Dec. in l. fin. nume. 43. ad fin. de edict. di.
Adria. tollen. & hæc quantò magis nota ſunt, tantò ma-
45 gis ſunt neceſſaria † ſicut panis quotidianus in menſa, &
bonum vinum in hoſpitio, ideò reliqua loco ſuo infra
dicentur in vlt. dubit.
Quandoquidem ſit præparatio de probationibus fa-
ciendis, veriſimiliter aliqua cognitio præceſſit de iure
46 iam expoſito à petere volente. † Oportet námque peri-
tum cauſidicum ipſum interpretem electum accuratè
cuncta incumbentia conſiderare & prouidere ſi propo-
ſitum ius competat petere volenti in totum, vel pro
parte, ſi ceſſit dies petendi, ſi à petente aliquid ſit ſer-
uandum, & de modo petendi, vel interpellandi, inter-
rogandi, eligendi, omnia demùm quæ poſſent contin-
gere à longè & propè præcogitet, & conſpiciat, & litigij
certamine iam ingreſſo aliquid contingat, de quo di-
cere habeat, non putaram, imò dicere queat, Ante-
quàm Abraham fieret, ego ſum. i. & hoc præuidi, & gau-
deo, quia prouidi ſic & ſic, ſingula hæc breuiter aliquo-
rum exemplorum poſitione circa ius competens volen-
ti petere explicabo.
Si propoſitum ius competat petere volenti, cùm
autem iſtud pro faciliori remedio adipiſcendæ poſ-
ſeſſionis reduci quæratur per omnes, vel ad petitio-
nem hæreditatis, vel interdictum quorum bonorum,
vel ad remedium, l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. vt
ponit Gualden. de arte teſtan. titu. vltim. cau. vlti. de his
quomodo poſſunt competere ampliſſimi commenta-
rij habentur per antiq. & modern. in titu. ff. & C. de
petit. hæredit. in l. prima. commun. de legat. ff. & C. quo-
rum bonorum, & quorum legat. & in dicta l. ſi vltimo
per Menoch. ſuo libro de adipiſ. & per Achil. Miran-
dul. in ſuo tracta. de adipiſ. & de petit. hæredit. ad quos
ne præſentis libri titulum digrediar ſuper his conſu-
lentem remitto. Aduertat tamen prout in hoc ſæpius
errari in practica, & multum aduertendum mandat
47 Iaſo. in §. actionum. nume. 115. inſtit. de actio. † quòd in
conſultatione iſtorum remediorum adipiſcendæ poſ-
ſeſſionis, ſi reperiatur, hæredem iam fuiſſe poſt mor-

tem teſtatoris adeptum, & ingreſſum poſſeſſionem bo-
norum hæreditariorum, & poſteà aliquo modo cecidiſ-
ſe à poſſeſſione, abſtinendum eſt, ne natalibus reme-
diis in iudicio experiatur, quia ſi excepto iudicio, vel
ſua aſſertione in poſitionib. vel aliter in actis facta, vel
probatione per aduerſarium facta detegeretur, & appa-
reret ipſum agentem priùs poſſediſſe, deberet ſuccum-
bere ineptè, & inutiliter tentando adipiſci poſſeſſio-
nem, quam amiſerit per tex. expreſſum in §. ſequens in-
ſtitu. de interd. his verbis: *Ideò autem adipiſcendæ poſſeſſio-*
*nis vocatur interdictum, quia ei tantùm vtile eſt, qui nunc*
48 *primùm conatur adipiſci poſſeſſionem rei:* Itaque † ſi quis ade-
ptus poſſeſſionem amiſerit eam, hoc interdictum ei
inutile eſt: inutile eſt, ergo non competit, eſt gloſ. pri-
ma ad fin. ſine hoc text. ſolita allegari in cap. 1. de con-
49 feſ. in 6. † vbi docet ponentem cauere à poſitionibus
ſuæ intentioni contrariis, exemplificando quòd ſi agat
petitione hæreditatis, vel quorum bonorum, non dicat
ſe poſt mortem defuncti poſſediſſe, ſi publiciana agat,
non dicat ſe emiſſe à vero domino, ſi vti poſſidetis, non
dicat aduerſarium poſſidere, & idem in ſimilibus, idém-
50 que animaduertit Spec. tit. depoſiti. §. quintò ad fi. † idē
etiam in fideicommiſſario poſt realem reſtitutionem, &
eam perditam malè eum agere fideicommiſſaria hære-
51 ditatis petitione, † & in petitione hæreditatis non ve-
nire res iam affectas hęredis per apprehenſionem hære-
ditatis, gloſ. & Bart. probant in l. vlti. ff. de fideicommiſſ.
hæred. petit. ita ſequuntur mandando tenendum menti
in practica pro parte agentis petitione hæreditatis, ne
ſeipſum excludat aliquo modo dicēdo, ſe poſt mortem
poſſediſſe defuncti, & pro parte rei conuenti ad exclu-
dendum actorem, ſi poſſit probare eum poſſediſſe, Ang.
Aret. dict. §. actionum, col. 45. num. 106. verſ. ad vnum ta
men, & ibi Iaſ. nume. 115. vbi ſententiæ huius rationem
adducunt idem Alexand. conſil. 89. in princip. conſilio
94. num. 5. lib. ſecundo, & conſi. 182. columna penult.
nume. 5. lib. 7. vbi deciſiuè conſuluit in cauſa tranſmiſſa
per illuſtr. D. Federicum Feltrium ducem Vrbini. dicit
commun. opin. Io. de Ami. conſi. 120. nu. 6. refert Achil.
Mirandul. tract. de peti. hæred. nu. 722. & tract. quorum
bon. nume. 461. idem Menoch. de adipiſc. remed. 4. nu.
248. idem probat Marant. in ſuo Specu. in 4. par. princ.
in 7. diſtinct. nume. 6. & Iaſ. in l. eius qui in prouincia, §.
quòd ſi ſtipulatus. col. penult. verſ. adde etiam ad prædi-
cta, ſi cer. pet. vbi id limitat, ſi talis poſſeſſio per hæredē
habita fuerit poſt aditam hæreditatem, & non priùs, ex
Matheſi. not. 69. incip. nota quòd poſſeſſorium, vbi di-
cit ita fuiſſe iudicatum eo aduocante, quod accipien-
dum eſt apparente alia poſſeſſionis cauſa citra ius & no
men hæredis, per l. primam. C. de repud. hæred. alioquin
ſic hæreditas intelligeretur iam adita per l. pro hærede.
§. Papinianus. ff. de acquir. hæred. & procederet d. com-
munis ſententia.

Contra quam ſententiam videtur tenere ſolus Bald.
conſil. 12. quidam D. M. colum. 1. nume. 5. lib. 1. repetitio
in conſilio 386. libro 5. & idem conſil. 13. ſuper eo quæ-
ritur, nume. 5. verſi. quintò quæritur, lib. primo, eo quòd
52 † petitio hæreditatis ſit iudicium reale, quo poteſt quis
agere, quandocunque deſinit poſſidere, per l. ſed &
ſi poſſeſſori, in princip. ff. de iureiuran. Cui poteſt re-
53 ſponderi, quòd † petitio hæreditatis non ſolùm eſt iu-
dicium reale, ſed etiam mixtum, & ſic perſonale affe-
rens cauſam ſuæ eſſentiæ, quæ dicitur hæreditaria, &
quæ magis præualet per l. hæreditatis. C. de peti. hæ-
54 red. & eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, † quare ſemel er-
go adepta poſſeſſione rei hæreditariæ dicitur indu-
cta aditio hæreditatis, quæ ſemel facta ſufficit. l. ſi pa-
troni. §. nec ad rem pertinet. ff. ad Trebell. & facit de-
ſinere ipſam rem ampliùs dici hæreditariam, doct. in
l. 1. §. veteres, de acqui. poſſeſſ. & ampliùs ea non po-
teſt adipiſci, cùm id adipiſcor quod nunquam habui
per l. 2. §. adipiſcendæ. ff. de interd. dicit Alber. in ſuo
55 dictiona. ver. adipiſcor. † ita adepta poſſeſſione rei hære
ditariæ ab ea cadenti ampliùs non competit iudicium
reale petitionis hæreditatis, quod eſt adipiſcendæ, ſed
aliud, quod eſt reſtitutorium, vel recuperandæ, vt rei
vendicatio, vel publiciana, gloſſ. in ver. in bonis, in l. fa-
cta, in princ. ff. ad Trebel. Bar. & alij in l. 1. §. fin. de pu-
blici. §. recuperandæ, inſtit. de interd. hoc ipſum Bald.
ipſe tenet in l. veluti, col. fi. ver. ſi ſemel miſſus. ff. de pet.
56 hæred. probat † miſſum in poſſeſſionem ab ea cadētem,
non eſſe in ea iterum mittendum, quia eſt poſſeſſorium
adipiſcendum, non recuperandum, cui etiam opin. Bal.
in d. conſi. 12. alia reſponſione non data, non eſſe ſtan-
dum. Mirand. d. tract. de petitio. hæredit. num. 922. dicit,
quia com. opinio eſt contra eum, quatenùs allegat Pa-
pien. etiam tenere contrarium in for. libel. quo pet. hæ-
red. ex teſt. in gl. ac etiam realiter, in prin. ibi videndum
eſt, quòd videtur non tenere contrarium dicendo pe-
titionem hæreditatis poſſe ſæpius intentari ad not. per
57 gloſſ. & Cyn. in l. 1. C. fam. erciſc. quia intelligitur, † & pe
titionem hæreditatis, & interdictum, quorum bon. plu-
ries poſſe intentari pro diuerſa re, non pro eadem, vt di
cit Saly. in l. 1. in fin. C. quorum bon. tenet & Menoch.
de adipiſ. poſſeſ. remed. 1. num. 31. 32.

58 Aduertatur ſi agere volens ad bona fideicommiſſo
ſubiecta fuerit † hæres etiam cum beneficio inuentarij
eius qui eadem bona alienauit ei quem vult conueni-
re, vel eius auctori inutiliter acturus eſt, quia exclude-
tur, quatenùs ſaltem capit hæreditas illius alienantis, &
in totum excludetur, ſi hæres ſit ſine inuentario, Roma.
probat in conſil. 18. viſa facti narratione, col. fin. verſic.
contrarium tamen, & Fulgo. conſi. 67. paterfamil. col. 2.
per vulg. l. cum à matre. C. de rei vend. cum ſimil. conge
ſtis per Ari. Pinel. in l. 1. par. 3. ſub nu. 79. C. de bon. ma-
tern. aſſentit Caſtrenſ. 247. in cauſa quæ vertitur Saonæ,
colum. 2. lib. 1. firmat Alexand. conſi. 3. col. 1. & conſil. 32.
col. fin. lib. 3. concedit Dec. conſi. 38. col. 5. ver. nam ſi de-
cedentes, & cum alleg. in conſilio 547. colum. ſecunda,
numero 3. expreſſè Ruin. conſil. primo, numero 13. in fin.
conſilio 38. numero 14. conſil. 42. nu. 12. lib. primo. conſ.
25. num. ſecundo, lib. ſecundo, Ioan. de Ami. conſil. 3. nu.
17. cum ſequent. Vall. conſilio 71. nume. 36. lib. ſecundo,
Socin. Iun. conſi. 107. nume. penult. lib. 3. Cephal. conſil.
392. nume. 26. cum ſequen. & conſ. ſequ. nu. 58. vbi idem
59 in hęrede hęredis, & vbi num. 69. 70. † non ſufficit dice-
re ſe hæredem cum beneficio inuentarij, niſi doceat de
inuentario ſolenniter facto, idem in hærede hęredis latè
probat Menoch. in conſil. 89. num. 127. & ſeq. quicquid
aſſerat Rimin. Iun. conſil. 23. num. 258. cum magis ſatisfa
ciant rationes Cephali d. num. 58. & Menochij d. numer.
127. maximè in obligationibus, pactis, & promiſſionib.
primi defuncti, Tiraq. de retract. tit. 2. §. 1. gloſſ. 6. nume.
20. 21. vbi & numero. 22. ſubiungit aliquando contra-
rium euenire in caſibus ſpecialibus quibuſdam ſua qua-
dam priuata & ſpeciali ratione non tranſeuntibus ad hæ
redes, ſeu ad hæredes primos tantùm, quos quidem caſus
iam ego reduxi ad duos, vt plenè diſſerui ſuprà lib. 3. in-
terpr. 1. dubit. 4. ſolu. vltim. ver. ad primum autem, idem
in hærede hæredis pluribus concordan. alleg. firmat Ari.
Pinel. d. l. 1. par. 3. ſub nu. 81. in 4. ampl. de bon. matern.
ita hæc principalis eſt omnium receptiſſima ſententia,
etiam quòd defunctus ſit per teſtatorem prohibitus alie
nare in fauorem ipſius hæredis & fideicommiſſarij, qui
iure ſuo, & ex perſona ſua veniret, & ſic non bene loqui-
60 tur Gram. deciſ. 93. ſub num. 12. quòd † hæres poſſit ve-
nire contra alienationem defuncti factam contrà, vel
præter diſpoſitionem teſtatoris: vide tamen quòd eum
in hoc ſaluat Cephal. dicto conſil. 393. nume 128. & ſeq.
idem Grat. latè conſi. 91. num. 13. & ſeq. lib. 1. Riminal. d.
Iun.



Iun. conſil. 23. nume. 264. quod verum non credo, quia
61 etiam quòd † defunctus grauatus vendiderit contra pro
hibitionem expreſſam teſtatoris, tamen ipſe non poſſet
contrauenire actione & exceptione contra eum orta de
ſeruando alienationem, pariter fideicommiſſarius hęres
eius non poteſt contrauenire à contrario ſenſu, per tex.
& ibi not. per Bar. in l. Lucius, ſolu. matri. Corne. conſil.
92. ad fin. lib. 4. & Bero. conſil. 110. nume. 13. libr. 1. & per
reg. d. l. cum à matre & Dec. expreſſe d. conſil. 38. colum.
5. verſicu. nam ſi deſcendentes, ſequitur Aym. conſil. 131.
nu. 9. cum alleg. ſup. & per Cephal. dict. conſil. 392. num.
26. & per tex. & ibi Bart. Bal. & ali. in l. filiusfam. §. cum
pater, de leg. 1. bene citat Menoch. d. con. 89. nu. 34. be-
néque reprobādo Grat. d. conſ. 91. Nat. con. 470. Bero.
conſ. 129. nu. 17. li. 2. vt loquentes contra d. com. opin. &
contra tex. Bar. Bal. & alios in d. §. cùm pater, in ſpecie
comprobat Phanu. Luc. ſuo tract. de inuen. par. 7. num.
149. & ſeq. atque bene Pet. Ant. Ang. Placent. ſuo lib. 6.
conſ. 63. nu. 7. vſque ad fin. reprobat Gram. d. dec. 93. &
Iaſ. in conſ. vt ibi.

62 Vnde regulam iſtam, quòd † hæres non poteſt ve-
nire contra factum defuncti ponit ampliando & limi-
tando Gabr. Rom. de com. opin. libro 6. tit. de reg. iur.
concl. 11. vbi plures limitationes ad eam enumerat, quas
quidem in ſpecie noſtra omiſſo beneficio inuentarij ad
63 duas limitationes puto reducendas. Prima eſt, quando †
contractus defuncti vel eius factum aliquo modo non
valeret, ita quòd ipſe viuens potuiſſet contrauenire,
nunc & eius hæres poterit contrauenire, Barto. conſi. 65.
factum tale. colum. prima, in fin. Dec. conſil. 587. colu.
pen. verſic. ſecundò. reſpondetur, Socin. conſil. 79. num.
47. 48. lib. quarto, Pariſ. conſil. 33. col. fin. nume. 36. libr.
3. Alexan. conſi. 103. col. 4. nume. 9. verſic. non obſtat ſe-
cundum, libro ſecundo, cum ſimil. per Phan. Lucen. d.
tract. de inuent. d. par. ſeptima, nume. 171. vbi propriè
hanc limitationem adducit, latè explicando materiam
in præceden. & ſequent. numer. tenet idem Plot. conſil.
97. nu. 10. & Pancirol. Regien. conſi. 112. num. 39. quate-
nus ibi numero 15. & ſequent. aliâs limit. adducat in ca-
ſibus extra iſtas duas, de quibus modò agimus, illæ qui-
dem non procedunt, vt & ſuprà & infrà dictis rectè
intuendo apparet, maximè in hærede tentante reuo-
care bona ſubiecta fideicommiſſo alienata per graua-
tum defunctum promittentem per ſe & hæredes, ex-
tante etiam prohibitione expreſſa teſtatoris, contra
text. & doctr. Bart. Bald. Caſtenſ. Imo. & Bart. Angel. &
Cuma. ſolùm limitando quando filius contraueniens
eſſet inſtitutus in legitima, in d. l. filiusfamil. dict. §. cum
pater, communiter iſti omnes affirmant per dictam
reg. l. cum à matre, & l. fin. §. in computatione. C. de iur.
deliber. idem latè. & firmat Ari. Pinell. dict. part. tertia,
numero 81. in 6. ampli. ita & corruunt ſimiles limitatio-
nes adductæ per Tob. Peruſ. conſil. 2. nu. 2. & ſequen. vt
etiam pulchrè hanc noſtram ſententiam comprobat
Petr. Ant. Anguſ. d. conſil. 63. per tot. ſuum lib. 6. ad pro-
poſitum etiam tenet conſil. 2. nume. 33. lim. 3. ita limita-
64 tio hæc prima firma reſidet in hoc, quòd † hæres poteſt
venire contra factum defuncti, quando illud taliter eſt
nullum, quòd ex eo nulla obligatio deſcendit in hære-
dem, & per aditionem non approbantem illud tale fa-
ctum, per l. quemadmodum. C. de agri. & cenſit. lib. 11.
Ari. Pinel. dicta l. 1. part. 3. ſub numero 83. in 10. limit. Me
noch. dicto conſil. 89. num. 85. Phanu. Lucens. dict. tract.
de inuent. par. 8. nume. 171. pro communi ponit Eman.
65 Soarez recept. ſentent. liteta H. numero 58. † huiuſmo-
di enim facti nullitas inducta eſt fauore publico per le-
gem, vt ex contractu ſimulato, prout loquitur Bartolus
dicto conſilio 65. Phanu. Luc. dict. par. ſeptima, numero
176. vel per ſtatutum prohibens contractum mulie-
rum ſine conſenſu proximorum, vel alienari forenſi-
bus, vel ſine gabella, vel aliter prohibendo contrahe-
re, vt & inire contractus vſurarios, vnde contra tales
contractus inualidos per defectum initos hæres veni-
66 re poteſt, Phanu. ibi. nume. 177. & ſequen. † hæredem
poſſe contrauenire contractui inito per defunctum mi-
norem obligatum, vel ne ſtare illi contractui, prout
eſſet per iudicem arbitratum ſic ſtatuto diſponen-
te, & iudice aliter non arbitrante in vita minoris ex
facto reſpondi conſilio 162. nume. 20. lib. 1. per not. de-
ciſ. ibi alleg.

67 Altera & ſecunda limitatio eſt quando ex † diſpoſitio
ne legis alicui debetur aliqua portio, vt puta legitima li
beris ex bonis parentum, tanta portio liberis primi
matrimonij, iuxta l. hac edictali. C. de ſecund. nup. vel
dando ſpurio vltra conuenientia alimenta vel ex bonis
liberti certa portio patrono, vel ex ſtatuto certa portio
ex bonis mulierum debita marito, vel agnatis, ſi aliter
de his portionib. diſponatur, vel teſtando, dando, vel in
alium transferendo, quàm lex, vel ſtatutum diſponat, iſti
quibus debentur etiam hæredes ſic diſponentium poſ-
ſunt venire contra diſpoſitiones & ſuas debitas per le-
gē portiones conſequi Bar. in l. ſecunda. nu. 5. C. de inof-
fic. donat Bal. & Salyc. in l. prima. C. eo. Bart. Ang. & Cu-
ma. in d. l. filiusfam. §. cum pater. Bal. in l. 2. C. ſi infra pa-
tro. Bal. conſ. 161. quidā mecus, lib. 5. vbi loquitur in ter-
minis d. l. hac edictali, & cum ſimil. per Cur. Sen. conſi. 1.
ad fina. Tiraq. de retract. tit. 1. §. primo, gloſſ. 6. nu. 59. &
Cephal. d. conſ. 393. num. 110. & ſeq. Phanu. Lucen. d. par.
7. numer. 157. cum ſequent. Ari. Pinel. dict. l. prima. part.
3. ſub numero 63. in 12. limita. Caſtrenſ. conſil. 448. tria
ſunt, ad fin. lib. ſecundo, vbi tales dicit poſſe reuocare
contractum in eorum damnum & fraudem factum
ſaltem re ipſa, quia ſunt hæredes potius neceſſarij, quàm
voluntarij.

Ex quibus clarè percipitur Docto. aliquos arguen-
tes ex nullitate contractus, & ex fraude auferendi &
non dandi quæ debentur ex teſtamento, ex contractu
emphyteutico vel feudali impertinenter & malè con-
68 ſuluiſſe, & tenuiſſe † fideicommiſſarios emphyteutas hæ-
redes ſine inuentario poſſe venire contra alienationes
factas per defunctum de bonis fideicōmiſſo, vel emphy
teuſi, vel feudo ſubiectis: quare iure merito, & iuſtius
contra iſtos tenent docto. alleg. ſuprà, & per Ari. Pin. d.
part. 3. nu. 81. 82. in amplia. & illationib. quas ibi adducit,
& per Phanu. Lucen. d. par. 7. nu. 150. & ſeq. & Cephal. d.
conſilio 392. 393. & Menoch. d. conſi. 89. & Anguſ. Pla-
cent. d. conſil. 63. lib. 6. per aperta iura & rationes in his
locis alleg. & per reg. d. l. cum à matre, & ſimil. quæ verè
& propriè poteſt dici limitanda in dictis duobus caſi-
bus, alij verò caſus pro alijs limitationibus adducti per
Gabri. Rom. & Ari. Pinel. poſſunt dici à d. reg. diuerſi, in
quibus ver non eſt obligatio defuncti ſaltem ad futura
poſt mortem, vel tales non ſunt hæredes: ergo in fi-
deicommiſſo petendo, animaduertendum eſt, vt præ-
monui.

In totū vel pro parte, item cauerat interpres ipſe an
admittatur, qui petiturus eſt hæreditatem, vel fideicom-
miſſum, vel legatum. Nam ſi plures hæredes fideicom-
miſſarij vel legatarij ſint vocati coniunctim, diſiuncti no
minibus proprijs, vel collectiuis, quales ſint eorum por-
tiones in ſuperioribus libris declaratum eſt: hoc enim
69 eſt quod nunc quæritur, quòd † ſi plures ſunt hæredes
vel fideicommiſſarij & legatarij, quiſque admittitur ad
petendum ſuam portionem, vel pro virili, vel prout te-
ſtator diſtribuit. l. interdum. ff. de hæred. inſtit. l. ſi pluri-
bus, de legat. 1. l. penult. §. inſulam, de leg. 2. cum ſimilib.
70 & † petitio cuiuſque, vt conſultè fiat, debet contine-
re expreſſionem perſonarum vocatarum, & portio-
nem ſolam agentis, non autem ſub ſilentio prætet-
mittere alios ſimul vocatos petendo totum, quod in-
telligitur

telligitur etiam ſimpliciter petendo rem, vt veniat
tota & inſolidum.l.ſi defenſor.§.qui interrogatus,de in-
terrogato.act.gloſſ.in verſ.totam, in l.ſi in rem.ff.de rei
vend.Barto.in l.legatis,de lega.2.Ruin.conſil.5.numero
18.lib.3.alioquin ſic capto iudicio,& excepto ac proba-
to, quòd extant alij pariter vocati ad eandem rem ine-
pta petitio eſt,& proceſſus redditur nullus, & ſic agens
ſuccumbere debet, cùm partem ſibi tantùm debitam
petere deberet per l.primam.§.primo, & l.ſecunda.ff.ſi
pars hæred.pet.per not.à gloſſ.& Bart.in l.cum quidam.
§.ſuum hæredem.ff.de acquir.hered.In ſpecie tradit Ca-
ſtren.conſil.454.viſo & examinato proceſſu, col.ſecun-
da,verſ.ſecundo principaliter,lib.primo, vbi ſubiungit
71 † non ſufficere quòd in petitione dicat pro parte ſibi
competente, ſed debet ſpecificare, vt reus ſcire poſſit
an velit cedere vel contendere:priùs ergo debebat diſ-
cutere & declarare pro qua parte ius ipſi agenti compe-
tebat.l.ſi tamen, de legat.ſecundo, dicit ibi Caſtren.
idem firmat in conſilio 77.viſa facti narratione, colum.
fin.libr.ſecundo, & Calc.conſilio 92.columna penult.
verſiculo ſexto etiam, refert & ſequitur Aym.conſilio
144.in fin.& conſilio 166.colum.fina.numero 14.con-
ſilio 72.in fin.conſil.242.numero 5.hoc enim ideò ac-
72 cidit, quia † quilibet agere volens, in iudicio ius ſuum
metiri debet ex ſua perſona, & in quantum ſibi de-
beatur, non verò ex eo, quòd reus occupat rem non
ſuam, vt propriè dicit text.in d.l.prima.§.primo, ſi
pars hæred.pet.quem vide multis not.deciſ.exorna-
tum & ampliatum per Felin.in cap.olim,columna quin
ta,verſiculo vltimo, de reſcrip.ad quem adducit etiam
aliquas limitationes alibi non reductas ſecundum
eum, maximè ex confeſſione rei conuenti in cau-
73 ſis beneficialibus. Et quia † ius quod quis habet iure
proprio & ex propria perſona potentius eſt, & præ-
fertur iuri quod habetur ex aliena perſona per l.pri-
mam.ff.de loco publ.fruen.tradit Bal.in l.vxor, colum.
prima,verſic.in contrarium.C.qui accu.per l.ſi filia, de
fideicommiſſ.libert.Alexandr.conſilio 4.in fin.libro
4.cum ſimil.per Dec.conſilio 501.columna ſecunda,
numero quarto, Zanch.in §.cum ita,num.193.l.hæredes
mei,ad Trebell.
74 Quatenus autem huius rei † periculum eſſe vide-
tur, quòd ſic petens in totum & in totum ſuccumbere
debeat, vt expreſsè firmat Aym.dict.conſilio 144.in fin.
ad hoc allegando Calcan.d.conſilio.92.columna 3.verſ.
ſextò etiam, qui hoc non dicit, niſi quòd proceſſus
eſt nullus ratione ineptitudinis libelli intelligitur non
diffinitiuè abſoluendo reum à petitione, ſed à limine
vel obſeruatione iudicij,vt in ſpecie preter Aym.allego
Caſt.in l.ſi fundum.§.qui fundum, ſub numero 3.verſ.2.
75 caſu,de legat.primo, volentem † legatarium petentem
totam aliquam rem, à qua per teſtatorem eſt excepta
aliqua pars debere puniri tanquam plus petentem, &
ſuccumbere etiam hærede non opponente, cùm iudici
conſtet actori non competere ius in re & in parte exce-
pta,Cephal.conſilio 326.nu.42.& per not.in l.vbi.C.de
tranſact.vbi ſecundùm lecturam Azo.magis cõmunem
per Alexandr. ſequitur abſolutio à limine iudicij, &
ſecundùm illud dictum intelligit Caſtrenſ.illud ver-
76 bum, ſuccumbere † intelligendo dictum doctoris ſe-
cundùm legem allegatam Bartol.in l.non ſolùm.§.
ſi liberationis, ſub numero ſeptimo, de liber.lega.
Curt.ſenio.conſilio 65.numero vigeſimotertio, cùm
77 ita † fieri debeat abſolutio ab obſeruatione iudicij re-
ſeruato iure aptiùs agendi, ſtante ineptitudine modi
agendi per plura alleg.ab Aym.conſ.210.ſupra fin.verſ.
ideo cum ineptè,Bero.conſil.19.ad fin.lib.1.debet ideò
ferri ſententia, ob ineptam petitionem abſolutoria ab
obſeruatione iudicij etiam extante ſtatuto, quòd poſ-
ſit procedi ſine ſtrepitu & figura iudicij, Anchar.conſil.
383.primo & ante omnia,col.fin.verſi.per iſta ſuperfluo.
78 † & alia forma non poſſet ferri ſententia contra plus pe-
tentem, quia ſi eſſet ſententia diffinitiua in totum abſo-
lutoria rei conuenti,de eo eſſet effectus talis quod actor
petens plus debito cecidiſſet à toto,quod hodiè ſublatũ
eſt ceſſante dolo & cautione exorta ab actore per text.
in l.1.C.de plus peti.& in §.ſed hæc quidem, inſtit.de
actio.& in c.primo,de plus peti.
Sed cauſa circuitus euitandi Alexand.conſi.77.in fin.
libr.2.per not.in l.dominus teſtamento.ff.de conditio.
indeb.& Aym.dict.conſilio 210.in fin.magis placet in
hac re ſententia Caſtrenſ.in d.conſil.77.colum.fin.in 7.
79 dubit.in fin.lib.ſecundo,quòd † petens excludatur à por
tione ſpectante ad alium ex iure tertij excluſiuo iuris
agentis ipſo iure.l.fin.C.de rei vend.& exceptione doli
mali per l.duobus,de lega.primo,ſic & portio ſibi debi-
ta aſſignari debeat, vbi maximè procedendum & iudi-
candum eſt inſpecta veritate, Alexand.in l.ſi ita ſtipula-
tus.§.Griſogonus, col.5.nu.8.de verb.obligatio.conſil.
114.num.6.lib.6.Crot.conſ.375.num.9.10.Neuiz.conſ.
80.numer.39.ſic videtur tenendum per ſatis propriam
deciſ.Gui Pap.in quæſtio 27.in manibus Ioannis, facit
Hierony.Cagno.in l.qui per ſucceſſionem, numer.8.de
80 regu.iur.† Vbi autem plures ſunt fideicommiſſarij, &
vnus velit partem ſuam,alij nolint acceptare, ille petit
partem ſuam,& quando poſſit petere totũ, text.& gloſſ.
in ver.petere,in l.vxorem.§.agri palàm de leg.3.& in l.1.
81 vbi autem,de cadu.tollen. † & quando vnus fideicom-
miſſarius habuiſſet ceſſionem ab alio fideicommiſſario
iurium ſuæ portionis pro parte ceſſa agendo quomodo
debeat petere & concludere in ſua petitione declarat
82 Ruin.conſil.105.ad fin.lib.2. † Quando etiam eueniret
quòd alius cohæres confideicommiſſarius, vel collega-
tarius, de cuius æquali iure oppoſitum eſſet, cederet
priùs litiganti, validè iura ſua, & hanc ceſſionem repli-
cando contra talem oppoſitionẽ, ceſſionarius ipſe pro-
duceret:poſſet fortè totum obtinere ex iure de nouo ſu
perueniente in cauſa maximè à principio ſic pro toto
deducta per actorem per tex.& can.in cap.abbate ſanè.
ad fin.de re iud.in 6.Bart.& alij in l.non poteſt videri.
ff.de iudi.in l.ſi rem alienam.§.fina.de pignor.act.cum
cedens maximè fateretur in inſtrumento ceſſionis cau-
ſam de præterito exiſtentem ante iudicium ceptum,cu-
ius confeſſioni ſtaretur in hoc,& contra eum Barto.in l.
per diuerſas,num.12.C.mand.quem alij ſequuntur,dicit
Alex.conſil.36.ſub num.1.lib.2.idem Fulg.conſil.205.&
217.Caſtrenſ.conſ.293.pro euidentia dicendorum, in
83 fin.lib.2. † & ex cauſa de præterito ius ſuperueniens om
ninò prodeſt actori,per d.§.fin.& l.ſi mandauero, & ibi
Bart.ff.mand.declarat Bal.in l.edita, ſub num.19.C.de
eden.& Alex.conſil.177.ad fin.lib.2.Corn.conſil.244.
col.fin.lib.1.& conſil.85.col.3.ver.& ſufficit, lib.4.facit
regulam cum ampliationibus & limitationibus, Gabr.
Rom.de commun.opin.lib.2.tit.de iudi.concluſ.2.&3.
& cum maximè etiam ceſſio iurium deſignat ceſſiona-
rium procuratorem cedentis, vt in rem propriam.l.li-
cet.§.ea obligatio.ff.de procurat.cum ſimil.& concord.
per Socin.Iun.conſil.27.num.7.lib.2.& Bero.conſ.187.
num.45.lib.1.præcedente ergo nomine communi iuris
intentati per ceſſionem mandatum ſuperueniens actori
videtur prodeſſe ad victoriam in totum argumen.l.Iu-
lianus,& ibi not.per Bald.Fulgoſ.Angel.& ali.ff.qui ſa-
tiſd.cogan.& Socin.in cap.2.incip.ſignificantibus, ſub
nume.60.ſupra fin.verſicu.ſecundo caſu.de libel.oblat.
84 eo denique attento † quòd reus partem rei petitæ
etiam ad alium ſpectantem ſoluendo & reſtituendo a-
ctori de voluntate domino debita reſtituit, & ſoluit.l.
ſolutum.§.ſolutam.ff.de pignor.acti.l.ſolutam.ff.de
ſolut.
85 Reſpice tamen caſum † quo vnus ex pluribus fidei-
commiſſarijs



commiſſarijs præueniendo alios, & agendo totum con-
ſequitur, præſtando tamen cautionem hæredi ſoluen-
ti de conſeruando eum indemnem à cæteris fideicom-
miſſarijs, & iſtud accidit vbi fideicommiſſarij iſti om-
nes erant correi credendi, puta Titij, cuius debitum
teſtator voluit à ſuo hærede pro legato præſtari iſtis cre-
ditoribus, quos omnes tali legato honorare voluit ipſe
teſtator, vt eſt caſus in l.fideicommiſſa.§.plerunque,
verſ.ſic enim euenit,de leg.3.
Item pro eo qui ex vltima voluntate commodum
aliquod conſequi velit, inſpiciendum eſt quale & quan-
tum ſit ſuum intereſſe, vt relicta per teſtatorem ſor-
86 tiantur effectum.† Nam ille admitti debet ad petẽdum
cuius principaliter & magis intereſt legatum valere,vel
quòd ſibi vel alij præſtetur pro ſua liberatione, & com-
modo ſuo,vt d.l.fideicommiſſa.§.interdum, de leg.ter-
tio,l.ſi fideiuſſor, in princ.l.ſi cui legetur.§.ſi Titio, &
ibi Bal.& alij.& l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.l.ſi ſeruus le-
gatus.§.penult.de legat.primo, cum ſign.ibi in gl.l.cum
pater.§.donationis,de legat.ſecundo.per quę iura illum
poſſe petere ad quem per conſequentiam ſpectat com-
modum ex diſpoſitione teſtatoris tradit Bartol.in l.3.
87 num.9.de ali.legat.† & poteſt petere alternatiuè,vt fiat
quod diſpoſuit teſtator,vel & ſi id non fiat quod ſoluat
petenti intereſſe,Bartol.in l.4.de liber.lega.& per quæ
iura & ſimil.Soc.conſ.5.colum.2.& fin.& conſi.84.col
3.verſic.circa ſecundam, lib.1.generalem facit conclu-
88 ſionem,† quòd ille cuius contemplatione apparet facta
diſpoſitio,& in quem eius intentio dirigitur paſſim ad
agendum admittitur.
Si ceſſerit & euenerit dies petendi, animaduertatur
in deliberando petere hæreditatem vel fideicommiſ-
ſum,vel legatum,qua forma ſint ſcripta verba teſtamen
89 ti,† quoniam omnia quæ ſine die vel conditione teſta-
mentis aſcripta ſunt,ex die aditæ hæreditatis pręſtabun-
tur per text.in l.omnia,de legat.2.& purè debentur,niſi
tacitam in ſe conditionem contineant, vt l.prima, de
90 conditio.& demonſtratio:† vbi verò adſit conditio vel
dies, omnes ſciunt requiri veniſſe diem, aut conditio-
nem eſſe impletam,vt relicta teſtamento peti poſſint,&
aditam quidem eſſe hæreditatem, vt eſt gloſſ.magiſtra
in l.prima.§.1.de cadu.tollen.& ibi Bartol.Bald.& alij
tradunt, & dixi circa effectũ aditionis ſupra interpreta-
tio.præced.& quando cedat dies in fideicommiſſis,ple-
niùs tractaui antè lib.3.interp.3.dubit.3.per totum, pro
his ideò illuc redeundum eſt.
Pariter quoque videndum eſt, ſi is qui fideicommiſ-
ſum vel legatum petere velit,erat in rerum natura tem-
pore quo ceſſit dies fideicommiſſi, eiúſque cõditio ad-
91 impleta eſt.† Námque ſi in rerum natura non fuerit,tu-
tius eſt,quòd ſe non intromittat ad petendum,& eis di-
mittat petere vocatis, qui nati erant tempore euenĩetis
conditionis, vt ex facto poſt mortem filij fideicommiſ-
ſum erat reſtituendũ Antonio & ſuis filijs,eueniente ca-
ſu fideicommiſſi, ſuperſtite Antonio & vno filio poſteà
longo temporis interuallo alijs filijs natis,reſpondi hos
filios poſteà natos non eſſe admittendos ad tale fidei-
commiſſum, ſed id pertinere ad Antonium, & ſolum fi-
lium in rerum natura exiſtentem, quando dies fidei-
commiſſi ceſſit per text.interuenit, de lega.præſt.& l.
cum pater.§.hæreditatem,de leg.2.ibi viriles autem in-
ter eos fieri, qui eo tempore vixerint, & per deciſ.Ioan.
Andr.ad ſpecu.de teſt.in rubri.col.fi.ex quæſtione Lam
92 bertini Ramp.† eò quòd filij poſteà nati non admittan-
tur cum priùs natis, vt non exiſtentes in rerum natura,
quando ſibi locum vendicauit ſubſtitutio,habiti fuerint
pro non ſcriptis.l.prima.§.& cum triplici, de cadu.tol-
len.comprobat Alexand.conſ.22.col.2.num.4.verſicu.
quoad vltimum, lib.3.replicato conſil.13.lib.4.in eo-
dem caſu ad plura digrediendo Corn.conſil.17.lib.4.&
expreſsè confirmat ſubſcribendo Soci.conſil.113.col.3.
verſ.arbitror ergo,lib.1.eo.conſi.repeti.238.lib.2.& Iaſ.
conſil.206.nume.1.lib.2.Rom.conſi.408.in propoſita
quæſt.in fin.Ruin.conſi.100.nume.5.& conſi.117.nu.20.
conſil.159.nume.8.lib.2.& ſatis perſpicuè per alia me-
dia Alex.conſ.91.col.4.verſ.oſtẽditur etiam lib.1.repet.
num.conſ.2.lib.3.Caſtr.conſil.16.viſo dicto puncto.col.
pen.verſ.ſuper quarto, lib.2.Pariſ.conſil.31.ſub nu.41.
lib.2.concord.congerę more ſuo profitetur Tiraq.de
retract.tit.1.§.primo,glo.9.num.82.cum ſequent.& 95.
& Aym.conſil.212.ad nume.6.idem probat Pancirol.
93 Regien.conſilio 59.numero 14.quòd vt quis poſſit ad-
mitti ad fideicommiſſum conditionale, requiritur exi-
ſtere in rerum natura,quando adimpletur conditio, vt
94 quoque generale eſt † in relicto conditionali legata-
rium vel fideicommiſſarium poſſe capere, & eſſe capa-
cem tempore euenientis conditionis.l.eum qui, & ibi
gloſſ.& doct.de cond.& demonſtr.Alber.in l.interci-
dit.numero 2.eo.l.cetera.§.ſed & ſi ſub conditione, de
leg.primo, glo.magna circa med.in in l.ſi cognatis,de
reb.dub.
Quibus nempe liquet prædictam hanc ſententiam
eſſe communiter receptam, quæ & vera probatur per
d.§.hæreditatem.l.cum pater.de leg.2.& d.l.interue-
nit, de leg.præſt.& d.l.ſi cognatis, & l.cum ita lega-
95 tur.§.in fideicommiſſo, de leg.2.vbi in † fideicom-
miſſo purè relicto familiæ in quo cedit dies tempore
mortis teſtatoris, deciditur eum de familia ad fidei-
commiſſum fore admittendum, qui tempore mortis
teſtatoris, & de eius familia, & proximo gradu pro-
creatus fuerit,ita in fideicommiſſo conditionali admit-
tendus debet eſſe procreatus, & in rerum natura tem-
pore euenientis conditionis, quo vtrique dicitur eſſe
96 purificatum fideicommiſſum † cùm paria ſunt,quid eſſe
purè diſpoſitum,vel ſub conditione & purificatum, per
l.ſed & ſi de ſua.§.pen.ff.de acq.hære.l.fin.§.contra, de
vulg.& pup.& l.ſi pupillus, in fin.de cond.inſti.Poſteà
97 quidem † nati poſſent venire iure tranſmiſſionis,ſi hære
des eſſent natorum tempore cedentis diei relicti, vt pro
bat Socin.conſ.104.col.4.ſub ver.tertium probatur,&
verſ.ſeq.lib.3.
Verùm concluſionem iſtam intellige & declara,
98 † filios, vel alio nomine collectiuo comprehenſos ad
fideicommiſſum conditionale admittendos eſſe, qui
reperiuntur eſſe in rerum natura, tempore aduenien-
99 tis conditionis, hoc ita demum locum habere: † niſi
aliter appareat de voluntate teſtatoris extenſa ad alios
vlteriores & naſcituros poſt conditionis euentum & im
plementum per tex.in d.l.cum ita legatur.§.in fideicom
miſſo, in fin.de legat.2.aduertit Socin.in d.l.ſi cognatis,
ſub nu.30.ver.infertur & ſecundo,de reb.dub.& con.51.
col.pen.nu.41.li.4.meminit Tiraq.de retract.tit.1.d.§.
1.gloſſ.9.ſub nu.82.
100 Poteſt † autem apparere de huiuſmodi voluntate
teſtatoris, quando vel fideicommiſſum voluit eſſe ſuc-
ceſſiuum ad plures gradus, & duraturum in familia, vel
agnatione,vel perſonas tales, & talia verba expreſſit,&
neceſſariò dignoſci poſſit,& intelligi eum voluiſſe com
prehendere futuros & naſcituros filios, & agnatos: hæc
enim iſtis exemplis oſtendi poſſunt, vt ſi teſtator prohi-
buerit alienari bona extra familiam, in qua mandat ea
conſeruari,quouſque in infinitum aliquis extet de fami-
lia,eueniente quòd longo temporis interuallo poſt mor
tem teſtatoris fuerit facta alienatio extra familiam, ex
mente teſtatoris interpretatum eſt eos de familia poſte-
ros & poſtea natos exiſtentes,tunc poſt alienationem in
proximo gradu eſſe admittendos ad vendicandum fidei
commiſſum, per text.in l.peto.§.fratre.de lega.2.eo
101 quòd † valet relictum ei qui tempore cedentis legati
nondum eſt natus, l.placet, de liber.& poſthum.l.
ſi duo

ſi duobus,in princip.& §.fin.de legat.1.ex facto conſul-
tus plura diſcurrendo in materia decidit Caſtren.conſil.
247.in cauſa quæ vertitur Saonæ in 4.& 7.col.lib.1.la-
tè ſequitur & comprobat Ruin.conſi.22,num.10.& ſeq.
lib.2.idem in ſimili facto Cephal. conſil.318.nume.67.
102 refert & ſequitur. †In eo tamen aduertendum exiſtimo
quod Caſtr.in d.col.7.dicit ſe fateri illos filios qui nati
fuerunt tempore alienationis ſolos eſſe admittendos ad
reuocandum, ſed alijs poſteà naſcentibus teneri parti-
cipare cum illis,quod cõprobat Ruin.d.conſi.22.nu.12.
quòd hoc vltimum procedit vbi teſtator ſpecialiter fi-
lios naſcituros inuitaret & vocaret, prout loquitur d.l.ſi
duobus, in princip.& §.fin.& l.ſequent.ſecùs ſi vocaret
ſimpliciter, puta Titium & filios, quia tunc admitte-
rentur ſoli filij, qui tempore cedentis fideicommiſſi eſ-
ſent procreati, vt ſunt verba clara text.in d.§.in fidei-
commiſſo, cum d.§.hæreditatem.l.cum pater, & dicta
l.interuenit, de leg.præſt.ſic natos tempore alienatio-
nis, & euenientis conditionis eſſe alijs præferendos in-
telligit Tiraq.dicto §.1.& gloſ.num.92.ſentit Soci.Iun.
conſil.172.ſub nume.28.ver.poteſt etiam & ſecundo,
103 lib.2.† quod maximè procedit in fideicommiſſo non
duraturo,ſed ſemel præſtando quod ſufficit ſemel ſubſi-
ſtere in perſona reperta in rerum natura tempore, quo
eius dies cedit.l.intercidit.& l.hæc conditio.in princip.
de condit.& demonſt.faciunt,quę ſcribit Clar.in ſuo §.
feudum,in q.80.in princip.
104 Item †ſi teſtator habens plures fratres,vnum haben-
tem filios, alios non, inſtituit hæredes filios eorum fra-
trum nominatim in ſtirpes, poſt mortem teſtatoris ac-
cidit alios fratres etiam procreaſſe filios, inter quos &
filios illius fratris natos tempore mortis teſtatoris orta
controuerſia ſuper hęreditate teſtatoris,eos filios etiam
natos poſt mortem teſtatoris æqualiter ad hæreditatem
admittendos per eadem ferè iuris argumenta ſeparatim
reſponderunt Pariſ.conſi.71.lib.4.& Socin.Iun.d.conſ.
172.lib.2.demonſtrantes mentem teſtatoris ſentientis
de futuris etiam filijs fratrum ex eo, quòd ſciebat eos
tunc non habere filios,qui non habebãt, & ex adiectio-
ne expreſſa in ſtirpes, quæ non poteſt verificari legali-
ter, niſi in ſucceſſione attributa filijs plurium fratrum:
itaque neceſſariò teſtator intellexit de filijs etiam na-
ſcituris fratrum, vt ibi per eos, per quos habetur, quòd
hæc coniectura, vt teſtator ſenſerit de futuris vel naſci-
ruris filijs debet neceſſariò concludere & apparere, vt
per l.qui filiabus.in princip.de legat.1.cum ibi not.per
gloſ.& docto.
Adeò autem hoc verum eſt, quòd illud tantùm non
videtur ſufficere.ſ.teſtatorem ſenſiſſe de filijs naſcituris
ex eo,quòd tempore teſtamenti non erant filij tales na-
ti, vt in hoc plurimum ſe fundat Rom.conſil.134.pro
declaratione,colum.penult.& fin.ver.quo ad quartum,
quia nimium reſtringitur diſpoſitio, & d.§.in fideicom-
miſſo, quæ eſt vt intelligatur de vlterioribus non exi-
ſtentibus tempore cedentis fideicommiſſi,exigitur ſpe-
cialis extenſio per teſtatorem,& d.l.ſi cognatis,& d.l.in-
teruenit,quę ſimpliciter & indiſtinctè loquuntur de exi-
ſtentibus in rerum natura, quando cedit dies fideicom-
miſſi relicti,ideò indiſtinctè debet intelligi.l.de pretio.
ff.de publ.quia & per hæc iura in eadem facti ſpecie, in
qua conſuluit Rom.contrarium conſulendo tenet Ca-
ſtren.conſil.16.viſo dicto puncto, colum.penult.verſic.
105 ſuper quarto, lib.2.etiam ſup.alleg. † qui etiam maioris
auctoritatis reputatur quàm Roma.ſit, hanc Caſtr.ſen-
tentiam latè diſcutiendo,comprobat Alben. conſi.106.
per tot.
106 Item † ſi teſtator inſtituit,ſubſtituit,vel inuitauit Pe-
trum & quoſcunque eius filios, quoſcunque eius libe-
ros,vel eius deſcendentes,quippe ex hac generali locu-
tione veniunt filij nati quocũque tempore futuro,etiam
poſt mortẽ teſtatoris,& poſt diem ceſſam relicti per tex.
in l.ſi ita fuerit.de leg.3.& ibi Bald.ait quòd hæredes ita
107 intelliguntur,de quibus teſtator non † cogitauit: verba
enim generalia referuntur ad futura.l.ſi ſeruitus,de ſer-
ui.vrban.præd,l.cum pater.§.fidei tuæ.de leg.2.ibi Bar.
107 & alij not.& † ex talibus verbis relatis ad futurum venit
filius natus tempore,quo caſus ſucceſſionis venit, dicit
Dec.conſ.498.ſub nume.19.verſi.non obſtat domine,
108 vocandoq; deſcendentes, † horum quidem appellatio-
ne veniunt deſcendentes in infinitum, tradit in ſpecie
Soci.conſi.51.col.fin.lib.4.hoc tamen vltimum non le-
uiter reprobat Alben.d.conſ.106.nu.13.& ſeq.ita & his
ſimilibus diſpoſitionum formulis, & exemplis deſignan
tibus vel ne, naſcituros filios eis conſulere poteris, qui
tempore quo dies relictorum cedat,ea petere valeant.
Prætereà conſiderandum eſt pro agere volẽte ex te-
109 ſtamento, † quòd ſi is per viam conditionis vel modi
teneatur aliquid implere, debeat id quidem priùs im-
plere, vt bene & vtiliter agere poſſit, alioquin nota eſt
110 & generalis regula † quòd diſpoſitio conditionalis non
operatur ad agendũ,niſi ipſa conditione adimpleta per
l.ſi quis ſub conditione dãdorum.ff.ſi quis omiſ.ca.teſt.
l.qui hęredi.§.fin.de condit.& dẽmonſtr.l.cedere diem,
de verb.ſign.niſi enim impleta conditione in forma ſpe
cifica non oritur actio, Alexand.in l.1.col.fin.ver.in ea.
ibi reſpon.C.de pact.Caſtr.in l.1.nu.2.4.ſi aduer.liber.
111 & Dec.conſil.585.nu.1.vbi quod † quando aliquid con-
ditionale deducitur in iudicio debet conditio liquidari
quòd impleta ſit,& hoc debet conſtare iudici, quòd in
veritate ſit impleta conditio,quia aliter non ſufficeret,
niſi de implemento conſtaret iudici, Baldus in l.cum
teſtamento,in fin.C.de teſtam.manumiſ.ſequitur Deci.
conſ.421.colum.2.num.6.Val.conſ.58.nu.20.conſi.70.
nu.65.& ſeq.lib.3.Menoch.conſ.1.num.411.Grat. conſ.
112 77.nu.21.lib.1.Ruin.conſ.63.nu.4.lib.4.† & debet con
ditionis exiſtentia & implementum liquidari per proba
tionem & pronuntiationem iudicis pronuntiantis ſu-
per hoc per l.ſi ita ſtipulatus ſum te ſiſti de verb. obliga.
tradit Bald.in l.item quia, ſup.fin.in addi.ff.de pact. ita
hac liquidatione facta & præcedente petitur execu-
tio inſtrumenti guarantigiæ dicit ibidem Baldus &
Ripa.in l.in illa numer. 78. de verb.oblig.rurſus dicen-
113 dum eſt † in obligatione conditionali non aliàs obli-
gatur, niſi conditio extiterit, text. in l. res hypothecæ.
ff.de pign.l.fin. C. de his quæ ſub mo. l.legata ſub con-
ditione, de condit.& demonſt.Calder.conſil.1.rubr.de
verb. ſign. Aym. conſ.10.num.15.Iaſ.conſil.48.lib.3. &
nihil ex diſpoſitis per teſtatorem procedit not. text.
in l.facta.§.ſi verò.ff.ad Trebel.Pariſ.conſil.8.num.22.
lib.3. vbi plura de conditione implenda & eius effi-
114 cacia, † quia conditio denotat cauſam fina.Bart.& a-
lij in l.2.§.fin.ff.de don.ideò debet conſtare ex omni-
bus ſuis partibus eſſe impleta. cùm formam denotet
Bald.in l.pro hæreditarijs,colum.2.num.4.C.de hæred.
act.refert Iaſ.d.conſil.48.per text. in d. l. qui hæredi.§.
115 fin. † niſi ex patientia hæredis conditio pro parte eſ-
ſet impleta, quæ ita ſufficeret, vt Caſtr.conſ.108.vltra
ſupradicta quatuor, lib.1.& Socin.in l.quanuis. ad fina.
116 de cond. & demonſtr. † vbi ex ſcientia vtriuſque & im-
plere debentis, & eius cui debet impleri, conditio ha-
betur pro impleta, ſecundum opi.Petr.Cyn.& Alber.
117 Modus † quoque adiectus relictis in teſtamento de-
118 bet impleri, ſicut de eo teſtator diſpoſuit, † hac diffe-
rentia aſſignata inter conditionem & modum inſpecto
prin.in conditione non datur actio niſi extet cõditio, in
modo ecõtrà quia datur actio,ſed præſtari debet cautio
de modo implẽdo.l.libert.§.Lucius,de an.leg.d.l.qui hę
119 redi.§.fi.& l.eas,de cond.& dem.& ibi gl.& doct. † inſpe
cto autem fine & exitu, ęquiparãtur conditio & modus,
vt enim qui non paret conditioni, ita & qui non paret
modo,



modo,non conſequitur relictum, vt l.1. C. de his, quæ
ſub mo.& ibi eſt glo.magiſtra per doct.communiter re-
cepta,& Socin.in l.quibus diebus.§. Termilius,ſub nu.
8.de condit. & demonſtr.Alcia conſil. 52. dico in cauſa
120 Marinonis.num.2.3.lib.8. Bero.conſil.30.nu.15. lib. 2. †
qualiter verò modus inducatur,impleatur, operetúrve,
& de implemẽto qualis cautio,qualis obligatio requira-
tur,diffusè tradunt Bar.Cum.Imo & Socin.in d.§.Ter-
milius,Bal.in rubr.C.de inſtit.& ſubſtit.in l.cum eorum
nu.7.C.de ſent.& interloc.in l.Arethuſa,nu.6.ff.de ſtat.
homi.Ang.Aret.tract.de teſta.gl.54.Alex.conſil.102.vi-
ſis & ponderatis,lib.1.Bero.d.conſi.30.nu.6.Caſtr.conſ.
292.circa primum,col.1.lib.2.
121 Implementum † igitur conditionis præcedere de-
bet,vt actio detur fideicommiſſario vel legatario ad pe
tendum per allegat.à Rimin.Iun.conſil.42.nu.128. Pa-
riſ.conſi.8.num.23.& ſeq.lib.3.Cagnol.in l. in omnibus
obligationibus,nu.30.& ſeq.de reg.iur.quod & declara,
122 vt per Ruin.conſi.33.nu.7. lib. 3. † implementum verò
modi ſequi debet,vt legatarius non priuetur relicto, &
id tenere poſſit,aliàs vt implementum tale ſequatur ad
id experitur,vt per Bart. in d.§. Termilius,colum.fin.&
Caſt.in l.2. C. de his,quæ ſub mo.† vbi differentiam le-
123 gati ſub modo & in vim modi declarat, ſiquidem mo-
dus reſpiceret fauorem tertij,vt ei eſſet aliquid dãdum,
vel faciendum competeret ei actio contra obligatũ im-
plere modum ex donatione, vel ex vltima voluntate
probat Bal.conſil.238. ad euidentiam,lib.3.& fit imple-
mentum,vt dictum eſt, præſtando cautionem di.§.Ter-
milius,Grat.conſil.81.num.77.78. lib.2.Aym.conſi. 59.
nu.1. & offerendo ſeparatum cauere & adimplere, ita
poterit peti & exigi legatum,Bero.conſi.28.nu.18.19.li.
124 2.† vbi latè diſcutit quando conditio vel modus eſt im-
poſſibilis,natura facti non extantis,vt quis reddat ratio-
nem adminiſtrationis quam non geſſit, quòd vitia-
tur, & non vitiat legatum, quia impletur offerendo
per ſe non ſtare, vt ibi per eum maximè num. 21. &
ſequent.
125 Quemadmodum enim † qui debet facere vel dare,
& debet recipere,vt rectè valeat petere ſibi dari, & re-
cipere quod ſibi debetur,priùs debet implere pro parte
ſua faciendo & dando quod ipſe alteri ſuo aduerſario
dare vel facere tenetur. l. Iulianus.§.offerri. ff.de actio.
empt.l.ædiles.§.fi.de ædil.edi.& ibi Ang.in §. ordinem,
& in l.libertatis.§.1.in fin.de vſur.Alexan.conſi.49.nu.
3.4.lib.2.Curt.ſeni.conſil.50.nu.391. Afflict. deciſ. 220.
ſub num.4.Aym.conſil.127.num.13.14.Socin.conſi.26.
colum.ſecunda,ver.primum,lib.3.Goz. conſil. 94. ſub
numer.45. ad idem Vaſqui. Hiſpa.libr.3. ſuarum quæſt.
illuſtr.cap. 93. num. 7. & debet pro parte ſua ſic adim-
plere,non pro parte,ſed in totum ac integraliter, Caſtr.
conſil.176.colum.1.ad fin.lib.2.Abb.in cap.tua nos,cir-
ca fin.de iur.Alex.conſi.19.in fin.lib.1.Aym.conſi. 246.
126 num.3.† quandiu enim ſupereſt aliquid ad agendum, &
implendum, nihil eſſe actum vel impletum credimus,
per l.2.in pr.de prætor.ſtipul.& l.pe.in fi.C. de his quib.
vt indi.firmat Iaſ.in l.ſi ita quis promiſerit. §. Seia cauit
ad fi.de verb.oblig.cuius dictum non fideliter alleganti
non eſt credendum Aym.conſil.254.col.2. verſi.quartò
127 decretum quòd conditio cepta † pro parte impleri in
termino præfixo poſſit, extra terminum in totum im-
pleri,quia id non procedit niſi fauore libertatis, ſecun-
dùm Aret.in d.§. Seia cauit. col. 3. ſubiungentem quòd
128 †vbi non eſſet ſtatutus terminus, quis debet adimplere
conditionem quamprimum poteſt. l. hæc conditio, de
cond.& demon.Aym.conſil.192.num. 17. omnia deni-
que ſeruata eſſe intelligit Bar.in l. quæro. §. inter loca-
torem,ſub nu.1.in fi.ff.loca. per tale verbum vniuerſale
defectus etiam minimè particulare repellit deducen-
tem aliquod inſtrumentum vltrò citroque obliga-
torium, tradit Cur.Seni.d.conſ.50.num.391.& per Bald.
in l.pacta conuenta,in prin.ſub nu.1.ff.de pact. vbi not.
129 tenendum menti, † quòd etiam propter minimum ca-
pitulum contractus non obſeruatum obſtat exceptio
agenti in principali & per hoc impeditur etiam com-
miſſio pœnæ ipſo iure,ad idem Dec.conſil. 119. colum.
prima,& in auth.qui rem,colum.6.num.9. C. de ſacro-
130 ſanct.Eccl.Cephal.conſil.66. nu. 28. † nec ſufficit mo-
dum pro parte impleri, niſi in totum impleatur,dicit So
131 cin.in di.§.Termilius,ſub num.10. ita & pariter † iuſſus
eſſe tacitus & contentus diſpoſitis in teſtamento & co-
dicillis,vel ſi voluerit,aut iuſſus ſtare in domo cum hæ-
redibus agens ad fideicommiſſum vel legatum repelle-
retur exceptione implementi cõditionis vel modi non
ſeruati,quando non feciſſet priùs quod facere & ſerua-
re ſibi incumbebat ex teſtamento ipſo, vt per Imol.
132 conſil.136.in cauſa quæ vertitur, vbi quando † ex for-
ma teſtamenti apparet de conditione vel modo, quæ
& qui debet verificari & impleri etiam, quòd ſtatutum
prohiberet exceptiones opponi contra inſtrumentum
teſtamenti,vel contra teſtamentum,quia ſemper intel-
ligitur ſi conditio appoſita fuerit adimpleta Alex. conſ.
119.num.2.lib.1.Deci.conſil. 107. col. fi. vbi & quòd id
conſtet iudici, idem conſil.405.col.1. ver. prædictis ta-
men,& conſil.421.nu.6. & poſt.ali. in c.ex parte, el ſe-
cundo, de offi.deleg.Aym.conſi.151.col.3. num. 10. & ſi
de exceptione conſtet ex inſtrumẽto, quòd iſta non in-
telligitur reiecta per dictum ſtatutum, Alex. conſil. 77.
col.fi.ver.tertiò reſpondeo,lib.3.Dec.conſi.119. col. 2.
ver.& ſimiliter, idem in ſpecie principalem hanc ſen-
133 tentiam † de fideicõmiſſario ſeu legatario priùs ſeruan-
te & adimplente per eum adimplenda, vt valeat agere,
firmat conſil.361. colum. 3. ver.circa primum,& conſil.
554.ad fin.
134 In tantũ eſt † fauorabilis exceptio implementi non
ſecuti eius qui pro parte ſua implere tenetur, quòd iu-
dex poteſt ſupplere ex officio non opponente aduerſa-
rio opponitur aduerſus executionem, & eam impedit,
ac impeditus non excuſatur, ſi non poſſit implere, per
Aym.d.conſi.151.d.num.10.ſequitur Cephal.conſi. 407.
135 num.19. 20. † quòd ille cui non impletur licitè poteſt
præſcribere rem debitam alij non adimplenti pro parte
ſua,vt rem dictam conſequi poſſit,probat Ruin. conſil.
136 131.col.pen.num.17.li.1.& vbi ceſſaret remedium reſti-
tutionis in integrum,vel aliud reſciſorum ob læſionem
ex impedimento tamen non ſequuto pactorum initorũ
poteſt poſſeſſio bonorum recuperari,vt Bal.conſil.371.
ſic elapſum eſt,libr.ſecundo, adducit Aym. conſil.248.
colum. fin.
137 Quatenus verò † poſt iudicium inchoatum & oppo-
ſitionem factam de implemento non facto, quem non
debere admitti ad implendum ampliùs pro parte ſua
impẽldũ ſimpliciter aſſerat Aymo di.conſi.192.ſub nu.
debet tamen condemnari ad reſtituendum rem petitã,
per l.qui ſe liti.ff.de peti.hæred. & l.ſi autem. in prin.ff.
de rei vend.tradit Afflict.deci.126. vel condemnaretur
quanti in litem contra eum iuraretur,per l.qui reſtitue-
re.de rei vend.firmat Alexan.conſi. 96. viſis narratis.in
fin.lib.4.

275 † Vbi verò reſponderit à principio negatiuè vel ſe
non hæredem eſſe,vel non poſſidere,non tenetur actor
ſtare ſuæ reſponſioni,cum non cogeretur omnino actor
ante lit.conteſta.præparatoria hæc interrogatoria prò-
ponere,dicit Menoch.d.caſ.51.nu.17.li.2,cent.1,de arb.
iudi.allegando Abb,in ca.pen.nu. 15. de iura.calum. vl-
tra eum allego Caſtr.conſi.447. ad primum reſponde-
tur.col.2.ver.notandum tamen.lib.2.notabilius loquē-
276 tem, quòd † tales preparatoriæ interrogationes licèt
ſint vtiles in fauorem actoris, ne iudicium ſit eluſorium
carens fundamento poſt litem cœptam non bene fir-
mato,in quo iudicium deberet firmari, l.qui petitorio.
de rei vendic.tamen neceſſariæ non ſunt,quando actor
confidit probare reum eſſe hæredem,vel poſſidere, cõ-
tra quem vult agere,nõ expedit eum interrogare ſi non
vult,cùm non teneatur ſtare ſuæ reſponſioni,vnde in a-
liquib.locis tales interrogationes nõ ſunt in vſu,vt Flo-
rentiæ,inquit Caſtr.ibi, pluries ita vidi diuerſis in locis
non ſeruari paſſim talia præparatoria, ſed in capitulis
probatorijs, vel poſitionibus deduci & probari reũ cõ-
uentũ heredem,vt requiritur, vel poſſidere rem petitã,
277 Quare in actione † perſonali vbi reus reſpõderit ne-
gatiuè ſi confidat actor poſſe eum probationibus con-
uincere eſſe hæredem, iudicium contra eum incipere
& proſequi poterit,in actione reali,ſi verè interrogatus
278 non poſsidet, perquirat actor verum poſſeſſorem: † ſi
verò mendacium dixerit interrogatus proponat actor,
& probet tale mendacium, & illicò eo probato, & non
pœnitente reo ante probationem factam actor immit-
teretur in poſſeſsionem rei petitæ & negatæ, per text.in
l.qui ſeruum.§.in iure.de inter.actio.& in §.illud quoq;
auth.de trien.& ſem.& in l.fi.ff.de rei vend.& ibi glo.&
doct. Roma.conſ. 70. viſis themate & queſtione.col.4.
verſ.vlt.quero.ſequitur Afflict. deciſ. 18. vbi etiamſi di-
cens poſsidere pro alio, fuerit conuictus poſsidere pro
ſe,idem in poſſeſsione qualificata negata, ſcilicèt quòd
ſit cũ titulo,& probetur titulus non verus,& ſic menda-
cium dixiſſe, ideò debere perdere poſſeſsionē Bal.in d.
l.cogi.col.3.nu.12.C. de peti.hære.niſi defendat ſe reus
conuentus,quòd per dolum vel latam culpam non ne-
gauerit,Bald.in ca.1.§.vaſſallus.nu.2.ſi de feu.fue. con-
tro.inter domin.& agna.ſequitur Alexan.conſi.35.nu.2.
lib.5.Felin.in ca.cæterum.col.6.verſi.iſta limita primò.
de iudi.Iaſ.in l.ſicut autem. §.1.colum.2.in prima limit.
de re iudi.probaretur enim de ſuo dolo, eò quòd ſciret
ſe poſsidere quando negauit, idem Alex. conſi. 73.col.
penult.verſ.quinimò oportet.lib.3.Bart.in d.l.fin. num.
9.poſt gloſ.ibi, Et niſi pœniteat & reuocet ſuam nega-
tionem ante probatum mendacium,vt per Abb.conſil.
17.in queſtione Ottonelli.in princ.li.2. & in eodem ca-
ſu Rom.conſi.59.ad fi.Felin.in d.c.ceterum.col.7.in 2.
limit. & quando alius, ſcilicet ſequeſtrarius poſsideat,
Menoch.conſi.2.ad fi.

279 Aduerte quando poſsit † pœnitere tali negans quòd
recitatis opinio. diuerſis veram & tenendam eſſe opin.
iſtam,volentem illum negantem poſſe pœnitere vſque
ad conſtet.lit.excluſiuè firmat Iaſ.in l.eum qui in princ.
col.2.verſi.teneas ergo.de iureiur.per l.electio.§.neque
de noxa.actio.& ali.alleg.ibi per eum,& in d.l.ſicut au-
tem.§.1.col.2.verſ.3.limita.de re iudi.& Aym.conſ.255.
280 ad fin.vbi etiam meminit auctor.Corn.& Rom.† reum
non poſſe reuocare ſuam negationem,vbi ea prius fue-
rit per agentem acceptata & Plot.conſ.69.nu.8.

Aduerte etiam quòd magis expedita videtur practi-
ca, quam in hac queſtione ſibi pluries occurrente pra-
281 cticaſſe dicit Ang.in dict.l.fi.de rei ven.quòd† actor au-
dita negatione rei petat ſibi per iudicem licentiam da-
ri intrandi poſſeſsionem rei petitę tanquam vacantis à
reo iure cuiuſlibet tertij reſeruato, huic licentię reum
non poſſe contradicere,cum ſua non interſit, negando
ſe poſsidere, dicit ibidem Ang. probando hanc practi-
cam,per l.qui ſeruum.§.in iure.de inter.actio.quã man-
dat tenendam menti,ſequuntur Cepo.caut.235.& Iaſ.in
§.omnium.numero 91.inſtit. de actio.vbi materiam d.
l.fin.latè diſcurrit per plures numero vide Contard.in
l.1.C.ſi de momen.poſſeſ.in q. 14. mendacium. qui latè
materiam d. l. fi. tractare aſſumpſit & Gabr. Roma.de
com.opin.lib.5.tit.de acquir poſſ.concl.5.

Præca



282 Præcauere adhuc doceatur † actor, quòd ita cõgruis
modis, actionibus,& remedijs competentibus experiri
incipiat,de quibus in ſequ. debuit. dicendum eſt, & ta-
liter inchoët iudicium, ne reus conuentus valeat eum
tergiuerſari,& inuoluere interrogationibus à principio
etiam ſibi faciendis: nam ſi ageret ſimpliciter & gene-
raliter petitione hæreditatis poſſet interrogari, & tene-
retur reſpondere, an ex teſtamento vel ab inteſtato,
quia pro reo poſſunt eſſe diuerſæ defenſiones ex teſta-
mento & ab inteſtato,ita tradit Alber.in l.ſi defenſor.§.
illud quæritur.de actio.arg.illius.§.& l.fin.C. de codicil.
ſentit & Bartol.in l.veluti.numero 2. ff. de peti. hæred.
283 ſed habet quoque † reus animaduertere de iſta inter-
rogatione,ne magis ſuo ligone pedem ſuum quàm alie-
num feriat,quia magis proficua reo videtur agendi ge-
neraliter petitione hæreditatis,quàm ſpecialiter ex te-
ſtamẽto vel ab inteſtato, cum primo modo generaliter
agẽtem & ſuccumbentẽ, poſteà volentem agere altero
modo, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato poterit ipſe
reus excludere exceptione rei iudicatæ,non ſic eſt ſe-
cundo modo, quia ſpecialiter agens ex teſtamento, &
ſuccumbens poterit iterum experiri ab inteſtato, per l.
ſi mater.§.eandem cauſam.& l.ex ſextante. in princ.de
except.rei iudic.probat gloſſ.in ver. præcluſiſſe.in dict.
l.fin.C.de codicil.& tex.in l.hæreditas.C.de peti.hæred.
& ibi doct.in d.l.fin.ibi Caſtr. nume. 9. & in d.l.ex ſex-
tante ibi maximè Caſtr.ſub nume.2. quòd non repelle-
284 retur vigore ſententiæ,nec electionis, ſicut etiam† in-
cautus eſſet reus in interrogando actorem, an ex teſta-
mento, vel ex codicillis agat, quando ex modo agendi
intentato bene poteſt deprehendi, puta quòd agat ex
teſtamento, cum hoc ſit, inſtruere actorem, vt meliùs
cogitet ſuper ſua petitione,quàm poſſet mutare, ante-
quàm fiat litis conteſtatio,vt id ne fiat, aduertit Gual-
den.de art.teſt. tit. 11.caut. 17. numero 2. niſi quando
285 † actor taliter obſcuram petitionem ſuam feciſſet, quæ
ideo poſſet aptari tam ad teſtamentum, quàm ad codi-
cillos, vel ſubdo ego, exprimeret ſe agere vigore talis
teſtamenti, & vel clauſulæ codicillaris in eo inſertæ &
appoſitæ, ita & taliter, quòd non appareat,quam viam
elegerit, vt dicit Caſtren.in dict. l.fi.ſub nume. 4. quo
caſu ſecundùm eundem Gualden. eſſet vtendum con-
ſilio Specu.dato in §. compendioſè. colum. 7. verſic.&
no. quòd cum vltima voluntas. tit. de inſtru. edi quòd
286 † reus ſit ſolicitus ante lit. conteſt. interrogare agere
volentem, an ex teſtamento, vel ex codicillis,ſeu ex a-
lia vltima voluntate agere intendat,vt actor vno modo
electo,non poſſit redire ad alium: per dict.l. fin.de co-
dicil.l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribu.act.l.cum
filius.§. varijs. de legat. 2. quia poſt lit.conteſta.liceret
actori dicere, ſe omne ius ſuum ei magis competens &
proficuum in iudicio deduxiſſe,cap. Abbate ſane. de re
iud.in 6.

Omninò igitur pro actore reſpiciendum eſt, ne à
principio ex electione ineptæ actionis ſuccumbendo
incidat in periculum amittendi. ne amplius poſſit va-
287 riare,& redire ad competentem actionem, quòd † vo-
lens agere ex teſtamento accuratè videat, ſi teſtamen-
tum in ſe,& ex ſe validum eſt, ſecurè via teſtati,& ex te-
ſtamento experiri poterit, ſi verò aliquo defectu præte-
ritionis, vel ſolennitatis alicuius indigeat conualidari
& ſuſtineri per clauſulam codicillarem modis quos do-
cet Bart.in dicta l.fin. colum. fin. de codicill.& ibi ple-
nius Bald.num.14. & ſequent. columna penultim.& fi.
& conſilio 69. factum tale eſt, quidam condidit teſta-
mentum.lib.ſecundo,Bartol.in l.prima, de iur.codicil.
tunc erit agendum via fideicommiſsi.ex clauſula codi-
288 cillari,ſic nuncupatim eligendo, alioquin † ineptè agẽ-
do facta oppoſitione per reum ſuccumbens non pote-
rit amplius redire ad aptam actionem alteram per di-
ctam l. fin. quam ſing. ad hoc ibi Barto. &.Caſtr. & alij
dicunt,& Blanch.de compro. q.4. num.68.de qua plu-
ra Menoch.de adipiſc.poſſeſ.remed.4.nu.52.& ſequen.
exceptis perſonis in ea aliqua excuſatione non admit-
tenda etiam ratione ſexus, latè tradit Roman. conſilio
125.mater & ſoror.ſequitur Boër.deciſ.33. nu.13. & ſeq.
289 † quis enim petens modis contrarijs ex eadem diſpoſi-
tione admitti non auditur,l.Titiæ ſi nupſerit. de condi.
& demonſtrat. Alexand. conſilio 121.col.2.li.1.Blanch.
290 dicta quæſtio.4.numer.71.vbi quòd tales† exceptiones
contrarietatis etiam impediunt litis ingreſſum, huius
deciſ.propria ratio eſt contrarietatis ipſorum remedio-
rum teſtati, & inteſtati, quibus nedùm ſimul vno tem-
pore, ſed etiam diuerſis temporibus vt licet, poſt alios
adducit Iaſ.in dicta l.fin.colum.1.verſi.not.ergo.cum ſi-
milibus,per Boër.dicta deciſ.33.nu.11.& ſequen.Dec.&
Cagn.in l.vbi repugnantia. de reg.iur. vbi Cagnol. ſub.
nu.2. inquit. Adeòque legi odioſum eſt vitium contra-
rietatis, quòd neque ſimplicitas, neque ruſticitas excu-
ſat: comprobat Aymo conſilio 249.colum.4.verſic.4.
iſte teſtis.Grat.conſilio 140. nume. 28.libr.primo, quo
firmatur d.Romani conſil.125.& amplia dict.l. fi. com-
prehendere etiam petentem legatum ex teſtamento,
cum deberet petere ex clauſula codicillari, ſecundum
Cuma.conſi.94.Vtrùm legata.

292 Limita † hoc habere locum in actore,ſecus eſt in reo
excipiente, vel replicante de teſtamento aliquo quod
proponat pro ſe extare, nam ſi reperiatur vti teſtamen-
tum non valere,quia caret heredum inſtitutione vel ſo-
lemni num. teſtium poterit dicere illud valere iure co-
293 dicillorum, quia licet † reo vti exceptionibus etiam
294 contrarijs, ca.nullus pluribus. de reg. iur. in 6. † quod
quidem actori non datur vti remedijs contrarijs, dicta
l.fi.& l.1.C.de furt.iſta eſt deciſ.Neapol. per Afflict. de-
295 ciſ.134.num.2.3.Reſpice tamen † ſi iuſta ignorantia,vel
iuſtus error poſſit excuſare eligentem incompetentem,
quòd valeat redire ad competentem per tex.glo.& do-
ctor.in l.legitimam.& in l. poſtquàm. ff. de peti. hæred.
prout in ſpecie Iaſ.proſequitur in d.l.fi.col.1.in 2.limit.
de codicil.vel iure communi,vel reſtitutione in integrũ
petenda ex clauſula generali, quæ tutior eſt, vt ibi per
eum,& Boër.d.deciſ.33.nu.12.

Denique videre oportet,ſi factis reſponſionibus pre-
296 paratorio,vel aliter apparere poſſit, quòd † is qui peti-
tione hæreditatis, vel quorum bonorum cõueniri quæ-
ritur,rẽ petendam poſſideat titulo,vel ſine; namque ſi-
ne titulo ſi poſsideat pro hærede, vel pro poſſeſſore,ſe-
curiſsimum erit tale iudicium contra eum intẽtandum
fore,l.regulariter.cum ſequen.ff.de petit.hære.

297 Si autem † titulo poſsideat, cum de hoc quidem le-
ges glo.& doct.multifariam multiſque modis,ne dicam
confuſè,loquantur, pro clariori & breuiori reſolutione
habenda,arbitror duo inſpicienda fore.

Primum quomodo prætenſus titulus vigeat.

Alterum qualis ſit res titulo poſſeſſa, an vniuerſitas,
aut quota hæreditatis, vel res ſingularis hæreditaria,
298 quoad primum† ſi inueniatur talem titulum,qualiſcun-
que ſit,non valere aliquo defectu vel perſonæ prohibi-
tæ diſtrahere,vel ſolennitatis requiſitæ per leges vel ſta-
tuta in contractu, & non interuenientis, ac non ſerua-
tæ,adeò quòd habetur pro non titulo,vt l. nec vllam.§.
omnibus.ff.de petit.hæred.& ibi gloſſ.Bart. Ang. Caſtr.
299 & Fulg.declarando inter ſciẽtem & ignorantem.† pro-
ut etiam habet pro non titulo titulus acquiſitus poſt li-
tem motam de hæreditate, vel re ſingulari hæreditaria
petita per l.2. C.de petit.hære.ibi Cyn.verſ.tertio præ-
mitto.Bald.ſub.numer.3.verſi. oppo.contra primum. &
300 Caſtr.col.1.& per l.diuus.ff.eo.† tunc tali titulo pro non
titulo habito ſcienter poſsidens poteſt conueniri pe-
titione hæreditatis, vt volunt Barto.Ang. Caſtr. & Ful-
go.in d.

go.in d.l.nec vllam.d.§.omnibus.Bal. conſil. 457. quid
habeat probare ſupra fin.libr.3. repetito eodem conſil.
301 404.lib.5.vbi† de titulo nullo habito à tutrice venden-
te rem pupillorum ſine cauſa & ſolennitate, Alexand.
conſi.147.colum.2.num.3.libr.7.vbi de titulo dotis ha-
bito à furioſo Afflict.deciſ.228.num.2.à Val. conſil.48.
num.12.& ſeq.lib.1.habito à curatore bonorum abſen-
tis nulliter conſtituto vt ibi per eum, Gabr.Eugub.cõſi.
32.num.8.9.Nat.conſilio 448 num.penult.Bero.conſi.
53.num.10.lib.ſecundo, in titulo prohibito per teſtato-
rem, addo Socin.conſil.11. ſupra fin.num. penult. libro
tertio, intellige quando alienatio ſit facta contra pro-
hibitionem per ſucceſſorem teſtatoris, ſecus ſi per aliũ
extraneum, quia tunc titulus valeret ſecundum Bald.in
l.ſecunda, num.4.C.pro empto.comprobat Iaſ.in auth.
res quæ.colum.1.commu. de leg. Pariſ. conſi.81.nume.
44.lib.ſecundo, Gabr.Eugub.conſi.45.nu. 12. & in tit.
legati ex teſtamento non regiſtrato ſecundum ſtatutum
Alexan.conſi.46.ad fi.lib.3. pro ratione eſt regula non
302 præſtat.de regul.iur. in 6. † Habetur etiam pro non tit.
quoad non excludendam petitionem hæreditatis, ſeu
interdictum quorum bonorum, titulus acquiſitus dolo,
fraude, aliquo modo apparente etiam præſumptiuè, vt
quando erat ſpes, vel fama, quòd talis acquirens, vel a-
lienans vocaretur ad iudicium, vt tradit Bald. in l. quo-
ties.ſub nume.7.C. de rei vendic.cum additis ibi plenè
in apoſtil.& ad Iaſ.colum.ſexta, ver.nono principaliter,
in caſu vbi ſperatur lis moueri, probat Aret.in l.ſi qui
bonis.ad finem. ff. de acquirend. hæredi. facit text.in l.
ſumma.in princip.ff.de pecul.ibi, *Sed ſi quis cum ſuſpica-
retur alium ſecum acturum*, &c.& facit l.mulier.§.non eſt
303 dubitandum, ff.ad Trebell.& cum ſimilibus, † de modis
probandi malam fidem per Barto. num.18.& Balb.in l.
Celſus.in tertia part. nu.19. de vſucap.vbi verſ. dicit &
pulchrè, extollit allega.dictum Bald.in dicta l.quotiens.
304 numero 7. Tunc ſanè dici poteſt † dolum præteritum
venire in hęreditatis petitione per l.nec vllam.§.fi.ff.de
petitio.hæredit.& l.ſi autem.§.ſed ſi is.ff.de rei vend.ac-
305 cedentibuſque modis † probandi ſcientiam acquiſito-
ris, circa ſui tituli iniuſtam cauſam, vt per vicinitatem,
conſanguinitatem, aſpectum, & famam, vt per gloſſ.&
doctor.in l.ſi tuto.per Abb.in capit. ſæpe.ſub nume.14.
verſ.ego dico.de reſtitutio.ſpoliatorum, Ang.conſ.160.
domina Catharina.verſus fin.verſic.conſtare autẽ Bald.
in l.quicunque.numero 3.C.de ſeru.fugit.in l.prima, in
princip. ſub numero 11. in fin. de caducis tollen. Alex.
conſi.187.nume.11.12.libr.2.Dec.conſilio 583.colum.2.
numero 4.& Aymo conſilio 271.colum.penultim.& fi.
Ripa reſpon.8.col.penult.& fin lib.3.& per Io. de Ana.
conſilio 70.verſi.reſtat ſolum. Tiraquel.in l.ſi vnquam.
verſi.donatione.nu.158.cum præceden.& ſequen.C. de
reuocan. donatio. de præſumptione inducente proba-
tionem alicuius rei.

His quidem modis prouidere quoque poteſt noſter
306 conſulens intentare volenti † petitionem hæreditatis,
vel interdictum quorum bonorum, ne repellatur aliquo
titulo putatiuo per poſſeſſorem, ſcilicet allegando &
probando ea, quæ veriſimiliter & præſumptiuè poſſunt
oſtendere ſcientiam talis poſſeſſoris, vel ſaltem ſuam
craſſam & ſupinam ignorantiam eorum, quæ nullum &
iniuſtum reddunt ſuum prætenſum titulũ ad rem ipſam
307 poſſeſſam, quoniam † ſupina ignorantia ferenda nõ eſt,
eius qui fuit negligens ferre, quod omnes in ciuitate
ſciunt, & qui eam rem diligenter inquirendo notam
habere potuiſſet per text. in l. nec ſupina, & in l. regu-
la.§.ſed facti ignorantia.ff.de iur.& fact.igno.& in cap.
fin.§.primo, de cland.deſpon.accedẽte regula & diſpo-
ſitione.l.qui cum alio de regulis iuris, & not.ibi per do-
ctor.& l.quod te.ſi certum petat.& l.ſi duo.ff.de acquir.
308 hæred. † quòd paria ſunt ſcire, & ſcire debere, nempe
309 hoc præcipuũ eſt, quòd† non debeat excuſare ignoran-
tia in titulo putatiuo pro emptore, præ cæteris titulis
magis vſitato, in quo iuſtiſſima cauſa erroris, ſcilicet exi
ſtimandi ſe habere titulum requiritur, in cæteris verò
iuſta cauſa ſufficit per gl.in d.l.Celſus.de vſucap.appro-
batam ibi per docto.& per Bal.in l.nullo.ſub nu.2.C.de
rei vendic.itaque neque iuſta, & minùs iuſtiſſima cauſa
erroris dici poteſt, quinimò ſcientia talis acquiſitoris &
poſſeſſoris modis prædictis allegatis, & probatis demõ-
ſtrata dici poſſet, acquirendo verè nulliter præſumitur
feciſſe ſcienter per prędicta & claram doctr.Bart.in l.ſi
patronus.ff.de confirm.tut.& per Pari.conſ.66.nu. 120.
121.122.lib.tertio. Verificantur ergo verba hæc, Sciens
ſcienti triplicata in l.nec vllã §. omnibus. ff. de petitio.
hæredit. & ibi per gl.reiecta opin. Irnerij ſubaudientis
dictionẽ.maximè, & per Caſtr.ibi clariùs quàm alij fa-
310 ciant, tenentem† titulo putatiuo iuſto errore poſſidentẽ
non teneri, & impedire petitionem hæreditatis enixè
probare conantur Couar.pract. q. c. 12. circa medium,
ſub verſ.at in petitione hæreditatis, & Hier. Gabr.Eu-
gub.conſ.45.nu.11. vſque ad finem, quorum opinio ita
ceſſat, vbi primùm ex parte poſſidentis non eſt proba-
tus iuſtus error ſuæ opinionis circa titulum iniuſtum, vt
probare tenetur ſecundum Bart.in d.l.Celſus, nume.7.
in fin.& nu.10.ſentit & glo.magna ad finem, ibi, ſi verò
non probet, præſumitur, quòd pro poſſeſſore in d. l. co-
311 gi.C.de petitio hæreditat.& ibi Bal.ſub nu.9. dum † al-
leganti titulum ad impediendum proceſſum in modum
declinatoriæ poſſe ante lit. conteſtat. aſſignari termi-
num ad illum probandum, & ibi Salycet.nu.7.ſequitur
312 Blanc.de compro.quæſt.4.num.59. † modos probandi
iuſtum vel iuſtiſſimum errorem, plenè docet Balb. in d.
l.Celſus.in prima part.nu.40.41. & ſequent.idem in ſe-
313 cunda par.col.1. de modis probandi requiſita, † ad cau-
ſandum titulum putatiuum, ceſſar.& vbi ex parte acto-
ris eſſet probatum de ſcientia acquiſitoris, circa ea, quæ
ſuum errorem & titulum iniuſtum detegunt, ex modis
ſuprà allega.& concedit Gabr. Eugub. d.conſil.45. ſub
nu.21.ibi, nam cum nihil probatur vnde præſumi poſsit
314 emptorem ſciuiſſe, &c. Vbi igitur† error, ſeu putatio nõ
eſt iuſtus, tunc putatiuus titulus nõ excludit petitionem
hæreditatis, dicit Ang. in l.eum qui interrogatus, col.1.
ff.de petit.hæreditat.

Atque ita pertranſire in hoc iuris articulo mihi ma-
gis placet, quàm ſimpliciter adhærere ſententiæ eo-
rum, qui volunt titulum putatiuum ſufficere ad præ-
ſcribendum, ſed non interim ad impediendum iudi-
cium petitionis hæreditatis, vt gloſſ. & Bartol.in dict.l.
Iulianus. ff. ex quibus cauſ. maio. Ang. in l.ſi pro lega.
cum relat.per Balb.in dict.l. Celſus.in prima parte nu-
314 mero decimo per Mirand.tract.de petitio.hæredit. nu-
mero 226.quia iſti vt plurimum loquuntur in † caſu ti-
tuli putatiui vniuerſalis pro hærede quem omnes con-
cedunt non impedire petitionem hæreditatis, imò is
proprius eſt titulus, contra quem datur hæreditatis pe-
titio, l.pro hærede.ff.de petit.hæredit.& ibi doct. in d.l.
315 cogi.C. eo. Alij autem innituntur caſui † tituli putatiui
ſingularis de re aliqua ſingulari, quòd is impediat pe-
titionem hæreditatis, nempe ad hoc habent pro ſe
fortiora iuris argumenta relata per Couarr. dicto
capitulo duodecimo, circa medium, ſuper qui-
bus ſatis ſupérque cogitaui, & breuitatis gratia non
ſcribam aliter, ſed animi mei veram proferam ſenten-
316 tiam, quod † ex quaque leui præſumptione de ſcien-
tia, vel erronea credulitate acquiſitoris circa præten-
ſum titulum putatiuum intellige erronea facti, & non
iuris, per textum in l.ſecunda, §. ſi à pupillo. ff. pro
empto. dicerem & conſulerem aduerſus talem poſ-
ſeſſorem iudicium petitionis hæreditatis, vel quorum
bonorum proſequendum fore hoc caſu adhærens
opinio.



opinio. Barto.in l.prima, numer.3.ff. quorum bonorum.
Ange.in d.l.fin.pro legat. Fulgoſ.in d.l.nec vllam.§.om-
nibus. Alexand.in l.fin.colum.fin.ſuprà num.30. de edi.
diu. Adrian.tollen.& aliorum relatorum per Mirand.d.
nu.726.& Balb.in d.l.Celſus.par.1.nu.10.

Item pro non titulo, ſaltem reſpectu dandæ petitio-
317 nis hæreditatis, † an habendus ſit is, qui poſt mortẽ te-
ſtatoris acquiritur ab eo, contra quem eadem hæredita-
tis petitio dari potuiſſet, non parua eſt inter doctores
318 altercatio: primùm † pro valido titulo haberi, & contra
tali titulo poſſidentẽ hæreditatis petitionẽ non dari, re-
ferendo antiquiores, & ſuas rationes adducendo, tenet
Cou.d.cap.12.circa mediũ, ſub verſi.quintò ſi ad amuſ-
ſim. Mirãd.d.tract.de petitio.hæredit. nu.754. verſi.alij
autem. Nat.conſi.14.nu.11.& conſ.ſequ.Gabriel.Eugu.
d.conſi.45.nu.14.& ſeq.ſuas rationes, vt dixi, adducũt,
quas breuitatis gratia non referam, cum poſſint ibi vi-
319 deri, † contrarium autem quòd habeatur pro nõ titulo,
& petitionem hæreditatis non excludat titulus acquiſi-
tus ab eo, qui eadem petitione hęreditatis cõueniri po-
terat, tenent Bal.in l.fin.nu.25.27.de edi.diui. Adri.tol-
len.& ibi Caſtren.in fin.& l.regulariter.ad fi.ff. de peti-
tio.hæredit.non audet reprobare ex not.per Bart.in d.l.
cogi in fin. C. eo. idem Caſtrenſ. conſulendo deciſiuè
conſ. 138.in cauſa quę vertitur.ſub nu.4. verſi. ſecundò
reſpondetur.& conſilio 442.numero quarto, lib.2.dif-
fuſè probando, reſpondendo contrariis ex Petr. de An-
char.eius verbis relatis, in ſui teſtimonio ita Bononiæ in
practica ſeruari & iudicari atteſtando tenet Barb.con-
ſilio 65.per totum lib.ſecundo, † idem quando mala fi-
320 de acquiſiuit.tenet Alexan.in d.l.fin.col. pen. & ſic ſer-
uatum per conſilium Neapo.firmat Afflict. deciſ. 228.
& per ſenat. Pedemon.in deciſio.55. per totum, vbi So-
cin. Cornel. Roland.à Vall.& Crauet. allegantur con-
cordes ad hoc dictum, ad idem Crot.conſilio 47.nu.21.
conſ.65.nu.10.& Nat.conſ.448.ad fi.addo dicentẽ hoc
dictum ſibi multùm placere, Angel. nepoti Angeli de
Vbaldis de Peruſio inter conſi.Croti conſi, 418. nu.17.
addo & hoc ſentire textum in l.ſi à te.§.fi.de except. rei
iud.vbi facti ſpecies inſerta eſt de hæreditaria re vendi-
ta per te poſſeſſorem, & per me verum hæredem aſſe-
rentem petita & victa ab emptore, & ſic cõtra poſſidẽ-
tem titulo emptionis: ita ego deciſiuè conſulendo ſer-
uari & iudicari in facto reſpondi conſi.127.nu.11.& ſeq.
atteſtórque cauſa appellationis à ſentẽtia ex dicto meo,
meo conſil. lata cõmiſſa peritiſſimo viro in patria mea,
non obſtantibus vrgẽtiſſimis allegationibus in voce, &
in ſcriptis contra dictum meum conſilium factis per
peritiores & ſeniores dominos doctor. loci plus etiam
gratia æmulationis (vt fieri ſolet) pro dicto meo conſil.
tandem fuiſſe iudicatum per ſapientiſſimum dominum
iudicem, & in ſecunda appellatione tunc conceſſa ita
fuiſſe etiam confirmatum ex conſilio ſapientis ſecretè
habito à doctiſſimo viro in ſcriptis, hæc quoniã vera in
facto certè ſcio, his ideo meis ſcriptis adhuc veriſſima
321 atteſtator, affirmóque.† Huius equidem ſententię inter
cęteras eam puto validam rationem, quia ſaltẽ per mo-
322 dum † peremptorię ſicut in petitione hęreditatis, ita in
publiciana habẽs titulum, vincit actorem, vt per Cyn.
323 & Bald.numero ſexto, in d.l.cogi. † & in publiciana, ſi-
cut ex habentibus me, & titulos à diuerſis dominis re-
putatis pro vno ego vinco te habentem titulum ab eo,
quem ego pariter vinco, quia ab eo emẽs nihil plus ha-
bens, quàm in te potuerit transferre, vt firmat gloſſ. in
verſi.quam petentis.ibi hoc niſi diuerſi non domini, in
l.ſiue autem.§.ſi duobus, ff.de publici ita videtur dicẽ-
324 dum in petitione hęreditatis, † ego hęres ſi vinco poſ-
ſidentem pro hęrede, vel poſſeſſore, ita debeo vincere
tę ementem à tali poſſeſſore, qui etiam reputatur pro
vno cum defuncto, à quo etiam ego habeo titulum hę-
reditarium, argumen. hęres hęredis, &c. vt aliàs adducit
dictam glo. per me alleg. dicto meo conſilio 121. nume.
14. 15. ſic & tollitur argumentatio, quę ex aduerſo fit,
pręcipuè ex tali ſimilitudine adducta per Barto.in l.ter-
tia.§.opus.ff.de alien.iudic.mut.cau.fact.vt licèt nõ hoc
modo ſatis concludente, reprobat etiam Iaſon in l.pri-
ma, col.pen.verſic. quartò ergo. C. de inofficioſo teſta-
mento, ad hoc idem tendunt rationes alię aſſignatę pro
hac ſententia per Caſtren.in d.l. fin in fin. ex Bartol. in
dict l.cogi.in fin.de titulo acquiſito ab aliquo, qui nul-
lum ius haberet in re, de qua maximè ſecundùm Areti-
num ſeparabatur litem per actorem moueri, vbi in fin.
in propoſito allegat not.dictum Baldi.in capitul.1.num.
325 2.de contro.inter dom. & empt.feu.vbi† in publiciana
titulus emptoris ab eo qui non habet ius in re, habetur
326 pro non titulo, † omnes enim aſſentiunt titulum acqui-
ſitũ poſt litẽ motã de hęreditate in vniuerſali vel in ſin-
gulari re habere pro nõ titulo, & non excludere petitio
nẽ hęreditatis, per l.ſi poſt mota, ibi omnes tradunt. C.
de petitio.hęredit.& hoc in caſu communiter probatur
327 doctrin. Barto. in d.l.cogi.in fi. † dico idem tenendum
vbi erat ſpes de lite ſecundùm Baldum in dict.l.quoties
numero 7.C.de rei vendi.& Aret.in dict.l. is qui bonis.
ad finem, quibus addo text.in l.ſecunda. C. de tranſact.
328 vbi † lis, & ſpes de lite idem operantur, ibi doct.not.ma-
329 ximè Iaſ.in ſecundo not. ita † ſpes pro veritate habetur
l.pater.& ibi glo.fin.ff.de euictio. & l. pen.quibus ad li-
bert.proclam.non li.& l.mulier.§.non eſt dubitandum.
ff.ad Trebell.Barto.in l.Gallus.§.videndum ad fi.ff. de
330 liber. & poſthum. Tunc autem de ſpe huiuſmodi litis
futuræ inter cætera indicia conſtare dici poſſet ex e-
uentu litis poſteà ſubſecutæ, vt ex euentu ipſo bona fa-
cti alicuius ſit demonſtratio iuxta illud, Exitus acta pro-
bat, cum ſimilib. per Marſil. conſilio ſeptimo numero
11.& latiùs per me ſuprà libr.1.interp.ſecunda, dubit.ſe-
cunda, ſolut.13. ab euentu. Et maximè ex euentu litis
ſubſecutæ, non multo temporis interuallo poſt titulum
talem acquiſitum, argumen. not. per Bart.in l.poſt con-
tractum.ff.de donat. Námque iſta intelligendo æquipa-
rat acquirentem mala fide, ſeu lite pendente, Alexand.
331 in dict.l.fin.colum. penult. † & mala fides emptoris hæ-
reditatis facit indiſtinctè eum teneri petitione hęredi-
tatis per text. in l.etiam. §. ſi quis ſciens.ff. de petitio.
hæredit. quibus conſtat faciliorem eſſe viam dandi
petitionem hæreditatis contra titulo poſſidentem,
332 † hæc ſanè ſibi locum vendicant, ſiue acquiſitio ti-
tuli poſt iudicium acceptum, ſiue antè proceſſerit, text.
in l. ſumma cum ratione. §. idem in curatore. ff. de
pecul.

Ex his quoque effectualiter videntur ſublatæ ratio-
nes primę contrarię ſententię aliter prolixitatem eui-
tandi cauſa, non inſtando in replicationibus & re-
futationibus ſpecialiter faciendis, quę quidem con-
traria ſententia etſi videatur inniti, & adhęrere ma-
333 gis rigori legum, & gloſſ. † de petitione hęreditatis
non danda contra titulo poſſidentem, quam ideò a-
lio non conſtito eſſem procliuior ſequi, vbi eſſemus
in declinatoriis, & aliter non eſſet proſequutum iu-
334 dicium. † Veruntamen vbi completo proceſſu eſſe-
mus in peremptoriis, & ſuper meritis cauſa minuen-
darum & faciendarum litium, & euitandi circuitus,
& ęquitati magis adhęrens, ac auctoritati collegio-
rum doctor. vt eſt conſilio Neapol. in dict. deciſ. 228.
per Afflict. & ſenat. Pedemon. dicta deciſ. 55. quàm
particularium doctor. ſemper ſequerer, & ſequendam
conſulerem hanc vltimam Baldi, Caſtrenſ. & aliorum
ſuprà relatorum ſententiam, de ſententia ferenda pro
actore contra poſſeſſorem habentem etiam titulum
ab eo, qui nullum ius habebat in re vendita, & po-
tuiſſet hęreditatis petitione conueniri per deciſ. ſu-
prà

prà allegat.& verba legis etiam. §. primi,ibi ne ſingulis
iudiciis vexaretur, ff.de petitio. hæredit. & verba l.non
ſolùm.§.quod vulgo.ibi ſi quis emerit fundum ſciẽs ab
eo cuius non erat,poſsidebit pro poſſeſſore.ff.de vſuca.
& verba l.fin.vbi vt aliquis litium finis eſſet, ff. pro ſuo
& cap.finem litibus, de dolo & contumac. de circuitu
euitando per not.in l.dominus.ff.de conditio. indeb.&
de æquitate ſeruanda per l.placuit.C.de iudic.† & ſtan-
335 dum eſſe magis deciſ.collegiorum doctor.quàm conſil.
particularium doctor.not.Abb.in cap.prudentiam dict.
de offic.deleg.Ferra.caut.17.Maccagn.de comm.opin.
lib.3.ca.1. Burſat.Mantuan. conſilio decimooctauo nu-
336 mero 7.
Limitatur† tamen hoc non procedere, quando reus
conuentus titulum haberet,ab eo qui & titulo poſside-
bat, quia tunc contra ipſum reum non daretur petitio
hæreditatis,vt per Alexand.conſi.83.col.2.num. 6.lib.3.
conſi.184.col.2. verſi.tandem diſtinguit.lib.5. & Crot.
conſi.47.num.21.conſ.75.num.10.licet contrarium te-
neat Ruin.conſi.54.col.fi.lib.4.quando ille primus au-
ctor non obſtante ſuo titulo potuiſſet hæreditatis peti-
tione conueniri,ſic etiam ab eo emens poſsit conueni-
ri ex eiſdem rationibus, quibus ſupra quæ facto iã pro-
ceſſu in decidendo me etiam impellerent.
Dixi facto iam proceſſu, qui ideò licèt ab initio for-
ſan per declinatoriam de titulo rei cognitam faciliùs
impediri potuiſſet Blanch.de comprom.quæſtio.quarta,
num.59.& qui tamen factus tenet per regul. l. patre fu-
rioſo.de his qui ſunt ſui vel ali. iur. & quo demum cũ de
bono iuris actoris conſtet,vt propriè conſiderat Caſtẽſ.
conſi.138.columna ſecunda,in fin.verſi.concluditur er-
337 go.lib.ſecundo, coadiuuato ſæpiùs per † ſtatuta locorũ
de poſſeſsione continuanda in hæredem etiam contra
quaſcunque acquiſitiones poſteà factas per occupato-
res bonorum hæreditariorum, & corroborato per ſoli-
tas clauſulas libellares, petens ius & iuſtitiam, & omni
modo meliori tribuentes actori remedia magis compe-
tentia ad victoriam contra reum, vt per doctor.in locis
vulgar.iam allega.in meo conſilio 120.num.5. & conſil.
338 127.num.36. † adeò quòd iuſtius plerumque & cõmo-
dius & vtilius, videtur tribuere actori ſuum ius directo
ſuper repetita, & dimittere reo conuento viam apertã
& faciliorem ſe conſeruandi indemnem cõtra primum
venditorem, quàm actori contra eundem venditorem
cõſequendi pretium rei hæreditariæ ad l. quòd ſi in diẽ.
§.idem Iulianus.& l. ſi rem & pretium,& l.ſed etſi lege.
§.item ſi rem.& ibi gl.ff.de petitio.hære.cũ &† plerunq;
339 actor ſit deſtitutus omni alio remedio, vnde in ſubſidiũ
fortè ſibi daretur ipſa petitio hæreditatis, etiam contra
titulo poſsidentem,argum.eorum quæ tradit Specul.tit.
de ſucceſſ.ab inteſtato.§.1.ad finem, & argumen.l.pri-
ma,& ibi not.per Barto.in fin.ff.de diſtr.pign.l.pater.§.
fin.de dot.præleg. & l.planè filium. §. 1.ver.is autem ad
quem de legat.primo,cum ibi not.per doctor.& cum ſi-
milibus,in ſubſidium conceſsis in iure,hoc præcipuè o-
perante fauore vltimæ voluntatis, vt ait Imol.in dict. §.
primo,huic ſententiæ optimè conuenit ratio deciſionis
text.in d.l.etiam §.primo, & in §.apud Marcellum.ibi
340 aſsignata per Fulgoſ.agendi contra maritum,quia† hæ-
redi non expedit agere contra mulierem, cum non ha-
beat actionem,& ſibi non eſſet ſuccurſum, ideò ipſi cõ-
tra maritum etiam ignorantem datur actio & hæc pro
alia not. limitatione poteſt addi cæteris limitationibus
de petitione hæreditatis danda contra titulo poſsiden-
tem collectis per Iaſ.in l.prima,col.penult.C. de inoffi.
teſtamen. Hæc in ſumma erunt generalia motiua recti
341 iudicis,† cuius eſt in cauſis ſemper cuncta rimari.ca.fin.
33.q.5.& ſemper verum ſequi,inquit Cic.2.de offic.cap.
prima igitur.cum aliis per Dec.in l.ſecunda,numero 11.
C.de eden.Socin.conſil.115.col.4.lib.1.& Macagn. Bo-
nonien.ex profeſſo lib.1.cap.9.commun.opin. & Bero
conſi.100.nu.4.5.lib.3.
Quoad alterum & ſecũdum ſupra præmiſſum ſuper-
342 eſt videre,† qualis ſit res titulo poſſeſſa, an vniuerſalis,
aut quota hæreditatis, an res ſingularis hæreditaria, di-
343 cendum eſt quòd † ſi titulus valeat & contineat hære-
ditatem vel quotam hæreditatis venditam, emens à fi-
ſco,vel maritus habens in dotem ab vxore ſciens, vel
ignorans res emptas, vel acceptas in dotem eſſe hære-
ditarias,tenetur quidem petitione hæreditatis,& titulus
eum non excuſat per l.etiam.§.item ſi quis à fiſco. & §.
apud Marcellum.ff.de petitio. hæredit. quo ad ementẽ
à fiſco declarando,vt ibi per gloſ.& doctor. & per Bald.
344 in l.prima. C. de hæred.vel.act. vend. † emens autem à
priuato,vel acquirens titulo lucratiuo, ſi bona fide hæ-
reditatis petitione tenetur his duobus caſibus, primo
quando venditor non ſit ſoluendo, vel non compareat
ad defendendum emptorem, ſecundo quando modico
pretio emit,non æquiualente iuſto pretio,vel titulo lu-
cratiuo acquiſiuit per d.l.etiam §.primo, ſi mala fide e-
mit,indiſtinctè vtili tenetur,ibi §. ſi quis ſciens.ita & ibi
gloſ.Bart.Bald.Ang.Caſtren.& Fulgoſ. communiter di-
345 ſtinguunt, vbi † & quando extra iſtos caſus non poteſt
agi petitione hæreditatis contra emptorem,tunc agen-
dum eſt aduerſus venditorem ad pretium, per l.quòd ſi
346 in diem.§.ſed & is.eo.† Si verò titulus contineat rẽ ſin-
gularem hæreditatis,indiſtinctè tali valido titulo poſsi-
dens ſiue bona, ſiue mala fide petitione hæreditatis
conueniri non poteſt l.hæreditatis. C. eo.& ibi gloſ. &
doct.& gloſ.in ver.vtili.in fin. in dict. §.ſi quis ſciens,&
ibi docto.firmant,& Bero.conſi.53.num.decimo,lib.11.
idem dixerat conſilio 74.ſub numero quarto, libr.ter-
tio,ſuper eodem facto,communis ratio aſsignatur,quia
347 † actor & reus tunc in paritate iurium verſantur, ideò
melior eſt conditio rei poſsidentis,per l.ſiue autem.§.ſi
duobus de publici.& in cap.in pari cauſa.de reg.iur. in
6.& hoc eſt notiſsimum.
348 Si autem † titulus modo aliquo non valeat, iam antè
dictum eſt talem titulum haberi pro non titulo & hære-
ditatis petitionem non excludere per d.l. nec vllam. §.
omnibus.
349 Sciendum quoque eſt,& præuidẽdum, quòd his † ca-
ſibus quibus datur petitio hæreditatis cõtra titulo poſ-
ſidentẽ, contra eam etiam competit præſcriptio longi
tẽporis decem vel viginti annorũ, hac ratione, quia ſui
termini tranſgrediuntur contra titulo poſsidentẽ, ideo
à ſuis terminis præſcriptionis triginta annorum diſce-
ditur,vt præſcribatur minori tempore, tradit gloſſ.in l.
hæreditatem.C.in quibus cau.ceſ.long.tempor.præſcri.
quam ibi doctores ſequuntur,& alibi glo.tenent, & cõ-
muniter tenetur,dicit Caſtren.in d. l. & §. quòd ſi quis.
ſub nu.6.quod ibi Alber.dicit eſſe verum cùm bona fi-
350 de emerit,ita enim eſt veritas: quia † præſcriptio longi
temporis omninò requirit bonam fidem cum titulo
præſcribentis,vt l.prima,l.longi.l.fraude. l. ſuper longi.
C.de præſcr.long.tem.10.vel 20.annorũ, & clarior tex.
in l.1.§.hoc tantummodò.de vſucap. trãſfor. cum ſimi-
libus,plenè per Balb.de præſcript.part.2.q.6.colum.1.&
351 ſeq.† intellige non incipere talem præſcriptionem,niſi
poſtquàm fuerit adita hæreditas.Bald.in l.licet.in vlt.q.
nume.9.C.de iur.delib.liber.ſequitur Natt. conſi.488.
numero 10.
352 Cum denique † ſuſpicaretur de titulo poſsidentis,
actori conſultum erit, ſi potuerit probari de dominio
defuncti teſtatoris cumulare, vel ſubordinare petitio-
nem hæreditatis, & rei vendicationem, narrando in li-
bello, quòd talia bona pertinebant ad defunctum iure
dominij vel quaſi,& tempore mortis penes eum erant,
& in ſua hæreditate remãſerunt, & ſucceſsiuè ad ipſum
actorem vti hæredem ita pertinent, cum petit hoc, di-
cens,



cens, non videre quid repugnet; ita tenet Caſtrenſ.in
d.l.ſi poſt motam, col.2.verſicu.quid ſi repugnat.C.de
petit.hæreditat.& in d.conſil.128.col.1.lib.2.& Calcan.
conſil.77.nume.14.& Salyc.in dicta l.ſi poſt motam.in
fin.dicit quòd ita Iacob.Butr. † & communiter docto.
353 tenent, licèt ſe remittat ad ſcripta ſua in l.edita.C.de
eden.& ibi Cagno.num.302.ſimpliciter dicat commun.
354 opin.eſſe in oppoſitum, † ſcilicet talem cumulationem
355 fieri non poſſe, cùm tamẽ actor vſquequaque non poſ-
ſit ita certus eſſe de titulo rei cõueniendi ſuper re hære-
ditaria petenda, poteſt petendo narrare conuenientia
petitioni hæreditatis, & rei vendicationi, cum habeant
ſimul conformitatem quãdam quòd vtraque ſit in rem,
& in vtraque poſſit venire dominium defuncti proba-
tum in re petita,vt in pet.hæred.per tex.in l.item viden-
dum.§.fin.& l.ſeq.& in l.ſed & ſi lege.§.petitio hæredi-
tatis.ff.de petitio.hæredit.& Papien.in practic.in forma
libel.quomodo petatur hæred.ex teſt.in gloſſ.1.ver.alia
verò tria,& in rei vendicatione per text.in l.1.in princi.
& in l.in rem actio.in princip.ff.de rei vendi.& talis in-
certitudo actoris venire poſſit culpa rei conuenti ita à
principio non reddentis certiorem de titulo actorem,
qui ideò poſſet facere talem cumulationem per l.1.§.
quia autem.ff.quorum legat.à doct.communiter proba
tur Cagnol.in d.l.edita.nume.2.59.& qualis fuerit con-
cluſio libelli vel ſpecialis,vel generalis apparente poſt-
modùm titulo, vel ne,rei conuenti, vigore clauſularum
ſemper apponi ſolitarum in libello,petens ius & iuſtitiã
&c.& omni modo meliori &c. vigore ſtatutorum & re-
ſcriptorum de procedendo viſa veritate, vel abſque cer
ta concluſione,vnde nulla regula cumulationis obſtati-
ua eſt,& de narratis in eo quod eſt proſequutum & pro-
batum ratione ſubordinationis ſuſtinetur petitio,& po-
teſt ferri ſententia per iudicem, tradit Aret.conſil.102.
& in conſi.ſeq.col.5.in 3.dub.ver.ſecundò quòd in cau-
ſis.ſequitur Franciſ.Purpur.in d.l.edita.nume.62.& ibi
clarè Cagno.num.218.219.Rolan.à Vall.conſil.7.num.
38.lib.3.Calcan.d.conſil.77.ſub num.14.ita ſaluatur ta-
lis non propria cumulatio, ſed plurium actionum ſub-
ordinata propoſitio.Bald.in l.quod tempore.col.2.nu.5.
C.de reſt.milit.refert & ſequitur Felin.in cap.2.colum.
pen.ver.ſed fortiùs obſtat.de libel.oblat.refert & Bero.
conſil.68.nume.2.lib.3.declarando vt per Menoch.de
adipiſ.poſſeſſ.remed.4.ad nume.439.vt ſequent.ſtante
quidem conformitate,& conuenientia,& probaui,inter
petitionem hæreditatis & rei vendicationem,& caſu oc
currente tituli poſſidentis ſit oblata petitio hæreditatis,
ſubordinatè ſequatur, quòd remanet ſalua rei vendica-
tio,vt l.hæreditatis.in fin.& l.ſi poſt motam.in fin.C.de
petit.hæred.& l.quod ſi in diem.in fin.ff.non video quid
ſit dubitandum circa prædicta etiam vigore clauſulæ,
ſuper quibus &c. & omni modo meliori, quicquid alij
non audeat ſuperinde affirmare, quin pro actore hære-
de, probato maximè dominio defuncti pronuntiari etiã
in rei vendicatione debeat.
Prætereà ſi contingat etiam diligentia adhibita in-
356 terrogandi, vel probandi aliter inueniri nõ poſſe,† quis
præſertim de hæredibus ſcriptis in teſtamento ſit hæres
defuncti, & hoc ſcire quippe valde neceſſarium ſit, vel
pro præſtatione legatorum & aliorum debitorum ex ip-
ſo teſtamento, vel pro reſtitutione fideicommiſſi conſe
quenda ab hærede ipſo talis defuncti grauati, tunc opor
tet deuenire vel ad tradita per edictum, ſi quis omiſ.ca.
teſta.de quo.ff.& C.eo.vel ad diſcuſſionem, an aliquis
357 hæres ſit,aut eſſe velit hæredis grauati, † quoad edictum
ſi quis omiſ.cau.teſt.quomodo ex eo actio intentari poſ-
ſit practicam tradit Barto.in l.fin.ff.ſi quis omiſſ.cau.teſt.
faciendo interrogationes, & habendo reſponſiones, &
ſecundum eas procedendum eſſe,vt ibi per eum diſtin-
guentem demum pro declaratione materiæ quatuor ca-
ſus,primùm quando hæres repudiauit & omiſit poſſide-
re,vt habeat & poſsideat ab inteſtato cõtra tales adeun
tes ab inteſtato ſuam habent intẽtionem fundatam le-
gatarij & fideicommiſſarij, vt per Aym.conſil.324.de-
clarando tamen vt per Bart.in dicto primo caſu.Secun-
dum quando hæres ſcriptus omiſit ex teſtamẽto, vt alius
poſsideat ab inteſtato.Tertium, quando hæres ſcriptus
& inſtitutus omiſit, vt alius ſubſtitutus habeat. Quartũ,
quando omiſit contratabulare & annullare teſtamen-
tum,vt habeat ab inteſtato pariter, horum quidem ca-
ſuum quemlibet declarat Bar.in d.l.fin.ad quem breui-
tatis gratia licet caſus ſint de raro contingentibus no-
ſtrum conſulentem remitto, & ad Alber.in l.1.Bald.in
rubr.Salyc.in l.2.C.eo.
Hoc vnum circa edictum, ſi quis omiſ.cauſ.teſt.ani-
358 maduertendum eſt, quòd † actio ex eo inducta dicitur
actio in factum, vt Ioan.Rofr.Baptiſta de Sancto Bla-
ſio, Ioann.Criſpus in libellis & tract.actionum ponunt,
& Bald.& Sal.in l.fin.C.ſi quis omiſ.cau.teſt.refert Soci.
Iun.in l.1.num.303.de legat.1.vel ſit actio vtilis ex teſta-
mento in hoc quòd ſit modici effectus hæc diſputatio,
dicit Bar.in l.ſi quis pecuniam in princip.ff.ſi quis omiſ.
cau.teſt.Immò verò Bald.& Salycet.in d.l.fin.C.eo.di-
359 cunt eſſe magnum effectum in † actione vtili ex teſta-
mento, quia dicunt dari contra adeuntem,& in actione
in factum, quam dari dicunt contra non adeuntem, &
ratione fraudis,& effectus eſt,quòd in actione vtili ex te
ſtamento acceſſiones veniunt ex mora,& datur rei ven-
dicatio, & hypothecaria,in actione autem in factum,
quæ eſt ſtricti iuris, non veniunt niſi poſt lit.conteſtat.&
non datur vendicatio nec hypothecaria, vt ibi per eos,
360 & Ang.in l.1.col.1.C.eo.addita ratione, quia per † edi-
ctum non conſeruantur priuilegia conceſſa legatis, ſed
ſolùm legata, ita eſſe commun.opin.cum qua tenendo
ponit Iaſ.in l.1.col.11.verſ.tertiò vltra Bart.de leg.1.ſed
ibi Alexand.ſub nume.29.aſſerendo maximam eſſe au-
ctoritatem Bald.Angel.& Salyc.& eis in hoc neminem
contradicere tamen contrarium tenet ponderando &
probando per l.primam, commun.de legat.dummodò
poſſit adaptari dando ex tacita mente teſtatoris vendi-
cationem, & hypothecariã legatis,eis ideò debet com-
petere rei vendicatio & hypothecaria conſeruatis per
edictum prætoris,ſicut ex eo competit actio perſonalis,
ſcilicet & actio in factum, & per alia firmat, reſpondet,
ac refutat rationes Bald.Ange.Salyc.vt ibi per eum be-
ne impugnantem,& dicentem contra eos, vt etiam ibi
probat Crot.nume.122.& Socin.Iun.nume.307.& ſeq.
hanc Alexand. opin. tenet magis in rei vendicatione
etiam, & in hypothecaria, cum & in caſibus edicti hu-
ius,imò teneat dari ex teſtamento actionem ſaltem, &
hanc opin.puto veram, & tenendam, probo per gloſ.in
verſic.in edictum,iuncto ibi tex.in l.1.§.1.ff.ſi quis omiſ.
cau.teſt.vbi text.inquit, *Quocunque modo potuit, ſi non ac-
quiſierit hæreditatem,in ea cauſa eſt,vt incidat in edictum præ
toris*, d.gloſ.exponit in edictum, hoc ſcilicet vt videatur
adijſſe ex teſtamento,addatur hoc ad Socin.Iun.in d.l.
1.num.304.305.& Aymo conſil.324.num.1.vbi ergo in-
fero ego,hæreditas adita eſt ex teſtamento pro legatis,
dubio procul competunt actiones, ſcilicet perſonalis,
rei vendicatio,& hypothecaria ſecundùm diſpoſit.d.l.1.
commu.de leg.reſpectiuè ſecundùm contingentiam di-
ctorum caſuum diſtinctorum per Bar.in d.l.fin.ff.ſi quis
omiſ.cauſ.teſt.vt fauor vltimarum volũtatum omnimo-
do & plenè dicatur defenſus tali edicto prætoris,vt exor
361 ditur in l.1.in princip.ff.eod. † Cuius quidem edicti re-
medium non impedit alia remedia competentia pro
relictis conſequendis, vt in fideicommiſſo vniuerſali
habente & remedium ſenatuſconſ.Trebellia.per l.ſi ſer
uum.§.1.eo.ibi Barto.& Bald.in l.fi.num.2.Salyc.in fin.
C.eod.

Quo autem ad diſcuſſionem an aliquis ſit vel eſſe
velit hæres hæredis grauati, qui habeat fideicommiſ-
ſum reſtituere, tunc demùm dicendum eſt, talem
362 diſcuſſionem fieri oportere, quando hæres grauatus re-
ſtituere fideicommiſſum, eo non reſtituto ſaltem verbo
deceſſit, nullo eius hærede apparente, à quo poſſit obti-
neri fideicommiſſi reſtitutio, vnde conſilium eſt & pra-
363 ctica, quòd fiat † diſcuſſio per publicos nuntios in vici-
nia inter notos & coniunctos talis defuncti, vel publi-
cum proclama cum certo termino comparendi, an ſit
aliquis hæres, vel eſſe velit hæres dicti defuncti, qua diſ-
cuſſione facta, vel proclamante publicato, & nullo in-
uento, vel comparente, qui ſit, vel eſſe velit hæres, reſti-
tutio fideicommiſſi ſaltem verbo habetur pro facta fi-
deicommiſſario, qui ideò poſtmodùm poterit vendica-
re bona fideicommiſſo ſubiecta, arg. l. cum quaſi. §. ſi al-
ter. ff. de fideicomm. libert. & l. ſi eo tempore. C. de re-
miſ. pign. & per text. in l. pen. §. cùm autẽ. C. ad Trebell.
ibi de diſcuſſione Bal. nume. 5. Salyc. nume. 5. de procla-
mante ibi Bart. nume. 3. Caſtr. nume. 2. Ang. verſic. in gl.
1. Fulg. num. 1. Corn. ſub num. 2. probat & Aret. conſi. 37.
colum. fina. Neuiz. conſil. 33. numer. 15. Alexandri. conſil.
64. & Menoch. ponit tract. de adipiſc. remed. 4. numer.
202. referendo prædict. vbi ſub numero 199. in quæſtio.
364 27. cæteros colligit † caſus, quibus habetur reſtitutio
pro facta, & ipſo iure ad fideicommiſſarium transferun-
tur iura & actiones, & de alijs per text. gloſſ. & do-
ctor. in dicto §. cum autem. & dixi ſuprà interpr. 1. du-
bit. 3. ſub verſicu. qua quidem reſtitutione. Ita ſat eſt cir-
ca duo hæc præuidenda noſtrum admonuiſſe conſulen-
tem, quia iam oſtenſa poterit vlteriùs progredi, ſi
opus erit.

Sed controuerſia exiſtente inter hæredem ſcriptum,
& alium ſuper hæreditate pro legatis vel fideicommiſſis
365 præſtandis & reſtituendis, † qui ſit conueniendus, an hæ-
res ſcriptus, vel legitimus, ab inteſtato, an petitor, vel
poſſeſſor, decidit text. Cy. Bartol. Alber. Bald. & Salyc. &
Caſtr. declarant in l. fi. C. de petit. hẹredit. vbi videndum
eſt, & eſt d. l. fin. vna de quinquaginta deciſionibus Iuſti-
niani recollectis per Hier. Cagnol. in l. fi. ſub nume. 5. C.
de pact.

Illud quoque & poſtremò non omittam, quod apud
366 omnes ad agij loco propemodum dici ſolet, his † ſcilicet
tribus in litigijs peragendis opus eſſe, primò habere, fo-
uereque ius: ſecundò peritum habere cauſidicum, qui
ius tale in iudicio aptè proponat, defendátque gloſ. in
rubr. C. de poſtulan. tertiò & vltimò iuſtum habere iudi-
cem, qui tale ius reddat attribuat, de primis duobus me-
mento in præcedentibus, ſi non vberrimè diſcutiendo,
ſaltem à longè indicando aliquid tactum fuiſſe De hoc
367 autem vltimo nunc ſupereſt aliqua indicare: † iudex
námque iudicij potiſſima pars dicitur, quia Dux eſt &
Imperator iudicij, not. Bal. in rubr. in fi. C. ſi non à cõpe.
iud. exorditur Vanti. de nullit. titul. de nullit. ex defe. iu-
368 riſd. in princ. † iudex dictus, quaſi ius dicens populo, ſiue
quòd iure diſceptet, iure autem diſceptare eſt iuſtè iudi
care: non eſt ergo iudex, niſi ſit in eo iuſtitia, ſunt verba
text. in cap. forus. de verborum ſignif. ſed ſtudeat eſſe de
beatis enuntiatis in pſalm. 105. ibi, Beati qui cuſtodiunt
iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore.

Quantum modò ad rem noſtram attinet pro adeun-
369 do iudice, bene quidem reſpiciendum eſt, quòd † is ſit
competens iudex in cauſa mouenda pro conſequendo
iure, quoad alicui relictum in teſtamento inuenitur tam
expreſsè, quàm tacitè, vt de tacitè comprehenſis plures,
quibus competit beneficium. l. fin. ff. de edi. diu. Adria.
tollen. exprimit Bald. in d. l. fin. num. 38. in 1. quæſt. com-
memorat & alibi, & alios Albert. Brun. in tract. de for-
ma. arti. ex quibus conſiſt. form. & ſolenn. in columna
10. & ſequent. in 9. fallen. & vt meritò tex. in dicta l. man
370 dat expreſsè † competenti iudici teſtamentum fore
oſtendendum, & per eum exequendum, & ibi gloſſ. in
verſ. competententi. exponit qui habet merum impe-
rium, & non de legatus, vel municipalis magiſtratus,
& quomodo de habente mixtum imperium & iuriſdi-
ctionem, vel non habente bona petita in ſuo territo-
rio, declarant Bartol. ibi nume. 13. 14. Salyc. numero 8.
9. Caſtr. numero 10. Fulgoſ. numero 12. 13. Dec. numero
30. 31. & ibi Modern. proſequuntur, maximè Menoch.
fabricato exinde tract. de adipiſc. poſ. remed. quarto, nu.
402. per totum, quæſtio. 52. qui quidem loquuntur ſpe-
371 cialiter in illo remedio executiuo d. l. fina. † Nam gene-
rale eſt, iudicem eum competentem dici, qui habet iu-
riſdictionem, & eius exercitium ſuper litigantes per Car
din. in clement. ſecũda, in quæſtio. 3. vt lit. penden. ponit
372 Marant in Specul. iudici. in 4. part. princip. diſtin. 8. † &
econtra in competentem dici, à cuius iuriſdictione quis
liber & exemptus inuenitur Menoch. conſ. 2. nume. 41.
373 & ſeq. Verùm pro † magis generali, & ampliori cogni-
tione quis ſit competens iudex in propoſito noſtro puto
duo hæc animaduertenda eſſe: primum quid petendum
ſit, an hæreditas, an fideicommiſſum vel legatum, alte-
rum, & ſecundum eſt à quo petendum ſit. Nam quo
374 ad primum ſi † hæreditas petenda ſit, habetur ſpecialis
text. in l. 1. C. vbi de hæred. agi. & ibi per gl. & doct. præ-
cipuè Caſtren. tradit per iudicem loci, in quo ſitæ ſunt
res hæreditariæ, miſſionem in poſſeſſionem bonorum
debere fieri. ex l. ſin. de edi. diu Adr. tollen. vel interdicto
quorum bon Bald. & Salyc. intelligunt quando intenta-
tur officium iudicis de immittendo in poſſeſſionem bo
norum ab alio non detentorum, & per alium iudicem
non poſſe hoc obtineri firmat Caſtr., non poſſe etiã tunc
miſſionem in poſſeſſionem obtentam nullo contradi-
ctore aduerſante committi exequendam alij iudici ter-
ritorij ipſorum bonorum ſecundùm commun. opin. per
Menoch. dict. remed. 404. ſed quando ab alio detinen-
tur bona, deuenitur ad pronuntiationem de immitten-
375 do in poſſeſſionem vocato poſſeſſore, & talis † pronun-
tiatio poteſt fieri per iudicem domicilij talis poſſeſſo-
376 ris, ſic & vbi agendum † eſſet petitorio, poteſt hæreditas
peti, & in loco vbi reus ſortitur forum, & in loco vbi
377 exiſtunt bona hæreditaria, vt ibi Caſtrenſ. quia † petitio
hæreditatis eſt actio mixta. ſ. realis, & perſonalis, ibi gloſ.
378 fin. & doct. not. præcipuè Bald. in fin. bene † exprimit, ſi
verò fideicommiſſum vel legatum petendum ſit, pariter
habemus text. & gl. in rubr. & in l. prima. C. vbi fideicom
miſſ. peti oport. & ibi latè Cy. Ang. & latius Saly. decla-
rant, eſt text. in l. quod legatur, & ibi plena & magiſtra-
lis gloſ. fi. & in l. ſi fideicommiſſum. ff. de iudi. & ibi doct.
quod tetigi ſup. lib. præced. interp. 1. dubit. 8. verſ. fin. vbi
& aliqua bona in materia inuenire poteris.

Quo tamen ad alterum & ſecundum à quo peten-
379 dum ſit, aliquid dicetur. Námque † certum eſt vel
pro hæreditate, vel pro fideicommiſſo, vel pro lega-
to volentem actione reali agere ad bona debere in-
uenire eum, qui talia bona poſſidet, vt antè dictum
eſt, per l. regulariter, cum ſequent. ff. de petit. hære-
di. l. qui petitorio, de rei vend. l. prima, in fina. com-
mun. de legat. vbi in petente bona legata contra quem-
cunque poſſeſſorem, & tradit Bartolus in l. qui repu-
diantis. §. 1. numero quinto. ff. de inoffic. teſtam. & text.
380 in l. 2. in fina. comm. de leg. † vbi pro bonis legatis & fi-
deicommiſſo ſubiectis vendicando contra poſſeſſorem,
tunc poteſt eſſe competens iudex & domicilij rei con-
uenti, & loci rei petitæ ſtabilis per text. in l. fina. C. vbi
in rem act. & ibi gloſſ. & doct. firmant, & in cap. fina. de
for. competen. Bero. conſilio 138. numero 12. libro 1. &
etiam iudex loci, vbi eſt hæreditas, vel maior pars bo-
norum hæreditariorum ſi reali hæres cõueniretur, & ſic
actione tali hæres in tribus locis poſſet conueniri, tradit
Cyn.



Cyn. in d. l. prima. C. vbi fideicom. pet. oport. & ibi Saly.
381 nu. 2. glo. Bart. Bald & alij in d. l. quod legatur, † eſt & in
electione actoris, coram quo iudice, vel domicilij rei
conuenti, vel loci in quo bona ſita ſunt, velit conue-
nire reum per gloſſ. ibi in d. l. fin. in fin. quam omnes ſe-
quuntur. ibi Bal. Caſtr. & alij probant, & demũ lite pen-
dente, & mora coram vno iudice non poterit actor mu-
tare iudicem per l. 1. in fi. C. de aſſert. tollen. Bal. in d. l. ſi
fideicõmiſſum. §. quoties. ff. de iudi. Signorol. conſi. 129.
382 nu. 6. Socin. conſi. 41. col. 1. circa medium, li. 1. quia † vbi
ſemel ceptum eſt iudicium etiam per citationem, ibi
debet finiri apud eundem iudicem, tex. & gl. in vulga. l.
vbi. ff. eo. & in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iu
383 dex, & ibi doct. Gui. Pa. in quæſt. 421. † amplia etiãſi ſe-
mel citatus coram vno iudice cõpetente mutauerit do-
micilium vel forum, debet tamen finiri iudicium per iu
dicem, corã quo ſemel eſt ceptum. l. cum quædã puella.
ff. de iuriſd. omn. iudic. & ibi doct. & cap. propoſuiſti, de
fo. compe. & ibi canon. & Rebuf. tract. de domici. elect.
in præfat. nu. 24. tom. 3. vbi proprium tractatũ edidit de
384 electione domicilij, in quo poſſit aliquis cõueniri, † de-
bet tamen excipi per reum dependentia litis, vel ne cõ-
tinentia cauſæ diuidatur, aliàs proceſſus valeret & corã
alio iudice, vt per Corſet. in ſing. ſub verſ. iudiciũ in ad-
dit incip. nec ſecund. & diffusè per Afflict. in deciſ. 354.
Caſtr. & alij in l. nulli. C. de iudi. de cuius intellectu plu-
385 ra per Afflict. in d. deciſ. † & ſi certæ exceptiones, puta
ſolutionis, rei iudicatæ, tranſactionis, falſitatis, & pa-
cti de non petendo per ſtatuta loci, vbi eſt ceptum no-
uum iudicium, poſſent opponi tantùm ad impedien-
dum proceſſum, de iſta pendentia litis non poſſet op-
poni, & valeret proceſſus, in ſpecie Guid. Pap. in di.
q. 421. vide & 11. fallent. ad d. l. vbi ceptum collect.
per Felin. in cap. ex tenore, colum. 8. vſque ad fin. de re-
ſcript.

386 Actione † autem perſonali volens agere pro lega-
to, vel fideicommiſſo conſequendo habet videre in
quo conſiſtat legatum, an in ſpecie, an in genere, vel
quantitate, & an ſuper hoc præſtãdo teſtator aliquid di-
ſpoſuerit, cùm de his omnibus habeantur clarè diſtin-
ctiones, & determinationes per text. & gl. plenam Bart.
Bal. & alij in d. l. ſi fideicõmiſſum, per Cyn. Ang. & Saly.
in d. l. 1. C. vbi de fideicom. & in l. cum res, in prin. de le-
ga. primo, & in l. qui ita. §. fin. ff. ad Trebel. ideò noſtrum
conſulẽtem remitto ad loca hæc aſ. leg. Hoc tamen ad-
387 uertendo, quòd † ſi legatum eſſet factum ad pias cauſas,
iudex competens iudicij ſuper tali legato conſequendo
etiam contra laicum poteſt eſſe iudex eccleſiaſticus, vel
iudex laicus, ſentit Caſtr. conſil. 186. dubium facit in fi.
lib. ſecundo, clarius exprimit & probat Alex. conſi. 170.
circa primum, lib. 2. quia id eſſe mixti fori concor. colli-
gendo more ſuo ponit Tiraq. tract. de priui. pi. ca. priui-
leg. 149.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Modus agendi ſemper inſpici debet.*
2 *Forma petendi & excipiendi probanda ſemper eſt & attendenda.*
3 *Forma comparandi attendi debet, vt in coniuncto agẽte vt procuratore cõiuncti, vel marito vti procuratore vxoris, & non apparente mandato proceſſus eſt nullus, & non ſuſtinetur, vt factus à coniuncto.*
4 *Modus agendi eſt attendendus in quolibet iudicio.*
5 *Modus quòd ſeruetur vel forma, ſynonyma ſunt, vel ordo agendi vel excipiendi, dummodò competens ſit.*
5 *Iudex ſententiam conformem proferre debet ſecũdùm modum eum, vel ordinem aut formam agendi.*
6 *Sententia non tenet quantumcunque iuſta ex cauſa, niſi etiam eſſet iuſta ex modo & ordine iudiciario ſeruato.*
7 *Modus non curandus, modò habeatur effectus regula eſt.*
*Fallit, quia attenditur modus iudiciarius quòd ritè & rectè proceſſerit, vt ſequi & attendi poſſit effectus iuſtæ ſententiæ.* 8.
9 *Modus & ordo agẽdi non ritè ac rectè ſeruatus reddit ſententiam ipſo iure nullam, quæ ſit nulla non dicitur prolata ex iniuſta cauſa.*
10 *Sententia nulla ex inepto modo agendi, hoc eſt, inepto proceſſu poteſt per iudicem appel. reformãdo valida proferri, ſed nulla & proceſſus nullus pronũtiari debet iure aptè agendi reſeruato, & eſt com. opi.* 11.
12 *Modus aptè agendi & ordo iudiciarius ſubſtantialis adeò requiruntur, vt his non ſeruatis ſententia redditur nulla.*
13 *Termini ſubſtantiales iudiciorum ſunt libelli oblatio, citatio, litis conteſtatio, iuramentum calumniæ, & alia, ibid.*
14 *Petitio ex vltima volunt, aut fid. de hæred. aut fideicommiſſo vniuerſali, aut legato, vel fideicommiſſo particulari, aut & quarto de alio debito dando vel faciendo.*
15 *Hæreditas poteſt peti per hæredem duplici via poſſeſſorij & petitorij, eum tamẽ eligere debere poſſeſſorij, vim & poſſeſſ. adipiſcendæ, propter commodum poſſidendi, de quo verb. actor non probans.*
16 *Actor non probans rem eſſe ſuam, vel vbi vtriuſque partis iura ſunt obſcura contra petitorem profertur ſententia.*
17 *Commodum poſſeſſionis vide vſque ad 12. item quòd propè ſint infinita. ibid.*
18 *Poſſeſſorium duplex eſt alterum ſummarium citiùs expediendum, alterum verò plenarium plena cognitione determinandum.*
19 *Poſſeſſorium ſummarium ita demum hæredi competit, quando teſtamentum habeat non abolitum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, & vt ibi diſponit latiùs declarando.*
20 *Poſſeſſorium de quo in l. fi. C. de edi. di. Adr. toll. ſummariſſimum dicitur, in quo ſufficiunt ſemiplenæ probationes.*
*Quod diligentiſſimè examinatur per Menoch. vt ibi habetur.*
*Et pro bonis poſſeſſis petatur confirmari, & pro non poſſeſſis immitti in poſſeſſ.* 21.
*Et creditur munitio ponenti hæredẽ in poſſeſſ. de bon. per defunctum poſſeſſis tempore eius mortis.*
23 *Poſſeſſoriũ plenarium ad quod hæres confugit, videns ſummarium ſibi non competere.*
*Et eſt interdictum quorum bonorum quod potiùs eſt intentandum, quàm petitio hæred. cum ſit vtilius ipſa petitione hæred.* 24.
*Et dic vt vide quod in verbo, interdictum quorum bonorum vtilius.*
24 *Interdictum quorum bonorum vtilius eſt petitione hæred. ideò magis per hæredem intentandum in poſſeſſorio plenario, quàm petitio hæred.*
*Et de differentijs inter illa cognoſcitur, cùm faciliùs deuenitur ad expeditionem pro dicto poſſeſſorio, quàm pro hæred. petitione* 25.
*Et de differentia in modo libellandi, ſententiandi, & probandi.* 26.
*Et quòd in hoc poſſeſſorio ſufficiunt ſemiplenæ vel præſumptiuæ probationes: ſecùs in petitione hæred. vbi veræ & liquidæ requiruntur.* 27.
*Et de ratione, ibi. quòd ſit modici præiudicij, & quomodo.*
*Et eſt com. opin. ibid.*
*Et econtrà quòd ſit magni præiudicij, & quomodo.* 28.
*Et quòd ſit magis com. opi.* 29.
*Hanc vltimam ſequitur auctor ibid. & quando dic vt ibi pulchrè per eum, latiſſimè, vbi quando prima opin.*

procedat,& quando hæc vlt.

30 Probatio ſemiplena vbi admittẽda eſſet per actorem, ſi pro parte rei conuenti, vel paritate probationis, vel alijs indicijs confunderetur illa ſemiplena probatio, tunc actor non obtineret.

Et ſi pro parte actoris fuerit etiam articulatum & probatũ illum teſtem eſſe bonæ cõditionis & famæ,& omni exceptione maiorem, vt ſic requiritur, 31.

Et quòd teſtis præſumatur idoneus & omni exceptione maior, præſumptione iuris. 31. & eſt com. opin. 33.

32 Teſtis præſumptione iuris præſumitur idoneus & omni exceptione maior.

Et eſt comm. opi. 33.

34 Interdictum quorum bonorum quòd expediat magis intẽtari per hæredem, quam petitio ipſa hæreditatis patet, cum & ſententia lata in iudicio petitionis hæred. datur appell, quæ non datur in illo, quorum bonor. & de ratione, ibid.

Et quòd appell. non impediat executionem ſententiæ. 35.

36 Appellatio non datur in interdicto intentato, quorũ bonorum, ex teſtamento non abolito &c. & ſi haberet, probaturum ſe eſſe hæredem, non mixtum, ſed merum poſſeſſorium tamen eſſet, & de iure cano. in poſſeſſ. adipiſcendæ procedit in num. 38. ſtante maximè Egidiana cõſtitutione appell. impediente in poſſeſſoriis, ibid.

37 Appellatio non admittitur in poſſeſſoriis ſummarijs adipiſcẽdæ ad effectum executionis ſuſpenſiuum, ſed ad effectum iuriſdictionis deductiuum tantùm.

38 Appellatio admitteretur de iure cano. quando aſsignaretur in appellatione cauſa manifeſti & notorij grauaminis.

39 Interdictum quorum bonorum, an & quando detur contra tit. poſsidentem, ſicut petitio hæred.

40 Poſſeſſorium aliquod quando non expedit intentari, deueniendum eſt ad petitorium iudicium. i. petitionem hæreditatis ex teſtamento, & quid requiratur ne fruſtrà experiatur, vide ibi.

41 Fideicommiſſum quando petitur, id remedium eligendũ eſt, quod paratum & celerem habeat executionẽ, vt habere & eligere viã executionis paratæ & expeditæ, & quale ſit, 6. verb. remed. l. fi.

42 Remedium l. fi. C. de edi. di. Adr. tol. executiuum eſt, celerẽ & ſummariſsimam habens expeditionem.

Quòd ſecundum communem doct. ſententiam expedit fideicom. experiri, & quando 43.

43 Fideicommiſſarius poteſt intentare remediũ. l. fin. C. de edi. di. Adr. toll. quando ius habet ad bona fideicom. ſubiecta ex reſtitutione ſibi facta verbo, vel re.

44 Fideicommiſſarius ſecundus habet remedium l. fi. C. de edi. di. Adr. tol. ex caſu habitæ reſtitutionis pro facta, quo ad iurium tranſlationem in fideicom.

Idem dicendum codicillis oſtenſis ſeparat etiam à teſtamẽto factis, vel ex teſtamento dependentibus, quod d. remediũ fideicom. competat. 45.

46 Fideicommiſſ. etiam comprehenſus in compendioſa ſubſtitutione poteſt eligere viam executiuam, quando in loco vigeat ſtatutum de teſtamentis & fideicommiſſ. exequendis.

Fallit quod dictum eſt de via executiua, quando verificationem, quas extrinſecus fieri oporteret, requirerẽt probationes exigentes longam moram, vel altiorem indaginem, quia tunc locus non eſſet tali remedio, & vt ibi dicitur. 47.

Maximè & in ſpecie vbi fideicommiſſarius non eſſet nominatus in teſtamento, ſed comprehenſ. in fideicom. & quare, dic vt ibi. 48.

49 remedium executiuum trãſmittitur ad hæredem fideicom. vel hæredis ſcripti in teſtamento.

50 Fideicommiſſarius non habet remedium d. l. fin. C. de edi. di. Adr. toll. quando oſtendi non poſſit ſummariè ſibi facta, quòd fuerit reſtitutio.

Et eſt comm. opi. 51.

52 Hæres grauatus, aut eius hæres ſi ſit poſſeſſor, poteſt conueniri actione ex teſtamento vt reſtituat.

Et tale ius acquiritur etiam ignoranti. ibi.

Et tranſmittitur ad hæredem etiam ante factam reſtitutionem verbalem. ibi.

53 Libellus in petendo fideicom. quomodo tutiùs ſit formandus & aptiùs. 80.

54 Fideicommiſſarius nullam habet actionem cõtra poſſeſſorem alium, non hæredem grauatum, aut hæredẽ grauati poſſidentem aliqua bona de fideicommiſſo vniuerſali, cuius reſtitutio nulliter facta appareat, nec in caſu quo ipſo iure facta cenſeatur.

55 Fideicommiſſarius quo remedio poſſit cõſequi & recuperare à poſſeſſore rem aliquam in eum alienatã per alium tertium poſſeſſorem, non per grauatum.

Et de tali alienatione valida tribuente titulum habilem ad præſcribendum contra fideicommiſſ. volentem agere poſt euentum condit. fideicom. ibid. latè.

56 Fideicommiſſarius ſtante alienatione à tertio facta de aliqua re ſubiecta, non poteſt petitione hæred. fideicommiſſariæ obtinere rem emptam & poſſeſſam per tertium poſſeſſorem ementem.

Hæc in non alienatis per hæredem non poſsidentem, cum dominium in fideicomm. non tranſeat ſine reſtitutione verbali. 57.

57 Fideicommiſſarius quod remedium faciliùs poſſit conſequi & habere pro obtinenda re per tertium poſſeſſa, vide ibi cum multis ſeq. vbi de materia latè, de mẽte Gabr. ſic vt ibi conſulentis, diſtinguentis an alienãs fuerit hæres grauati, vel non fuerit, quæ opin. auctori non placet, vt ibi quo ſuprà maximè nu. 65.

58 Saluianum interdictum datur fideicommiſſ. contra poſſeſſorem emẽtem ab hærede grauati, quòd poſſeſſor dimidiam tenetur reſtituere, aliam verò retinet pro legitima & Trebel. ac totum reſtituet nihilo retento vbi emerit ab alio quàm hærede grauati, priùs ſibi fideicõm. facta verbo reſtitutio. & probato grauatum ſine hærede deceſſiſſe.

Et fuit hæc opi. Gabr. Eugub.

Quæ auctori non placet, & dic & vide, vt ibi per eum. num. 59. cum ſeq.

60 Saluianum interdictum licet detur ſecundùm Bartol. & Alexan. & Ang. Aret. cuilibet creditori & pro alijs rebus, quàm coloni. at tamen cõtrarium eſt quòd tantùm datur locatori contra cõductorem debitorem mercedis pro rebus ipſius conductoris inuentis in re conducta, & vtile datur contra emptorem rerum inuectarum, & non extẽditur ad alios debitores. 61.

62 Saluianum interdictum quod non detur legatarijs & fideicommiſſarijs. 64.

Sed quòd eis tantùm detur rei vendicatio & hypothecaria. 63. quolibet alio interdicto & auxilio ordinario ad adipiſcendum poſſeſſionem ſibi prohibito, maximeq́; Saluiano prædicto.

65 Saluianum interdictum nec datur fideicom. contra poſſeſſorem, etiamſi alienans fuiſſet hæres grauati, ſed petitio fideicom. hæred. cum ex tali alienatione, etiam ab hærede grauati habita cenſeatur reſtitutio.

Et quòd reſtitutio facta ab hærede grauati valeat 66.

Et quid ſi alienans non fuit hæres grauati. 67.

Et quomodo vtroque caſu fideicommiſſario detur remedium ordinarium & rei vendicationis & hypothecariæ, 68.

Et quòd hypothecaria detur contra quemlibet poſſeſſorem rei ſubiectæ fideicom. etiam vniuerſali ſecundùm auctorem. 69.

Fideicommiſſarius poteſt vendicare bona ſubiecta fideicom. conditionali vel puro vendita per hæredem grauatum alia reſtitutione verbali non requiſita, niſi in bonis quæ habet, quia tunc fienda eſt, & quare, dic vt ibi late. 71.



Et quòd poſſit vendicare rem alienatam, ſiue per hæredẽ ſiue aliũ ſine alia reſtitutione, cum nõ poſſit fieri de ea quam non habet grauatus. 72.

73 Ratio generalis ampliat & declarat dictum.

74 Paria ſunt non incipere poſsidere, & deſinere poſsidere, vtroque modo enim res habetur pro derelicta, & dic vt ibid.

75 Reſtitutio pro facta habetur fideicommiſſario ex quo de re alienata per grauatũ non poteſt fieri ipſa reſtitutio, cùm penes tertium exiſtat.

Etiamſi talis res fideicom. reperiatur alienata per extraneum.

Et quòd poſſit agere fideicom. titul. illo non obſtante alienationis, & reſoluto purificata conditione fideicommiſſ. ſibi reſtitutione facta, ne deceptus remaneat. 76.

77 Hæres dolo deſinens poſsidere, rem ſubiectam fideicommiſſo poterit pro poſſeſſore conueniri, vt rei æſtimationem ſoluat cum intereſſe, ſi rem ipſam reſtituere non poſſit.

78 Fideicommiſſarius vniuerſalis volens agere ad res particulares per alios poſſeſſas non apparentes expreſſè alienatas ab hærede grauato cautius eſt, vt aduerſus hæredem grauatum priùs actione ex teſtamento pro obtinenda reſtit. ſaltem verbali ex ſenatuſconſ. Trebell. quam facere debet, & eſt neceſſaria, & vt ibi dicitur.

Et hærede non reperto grauati facta diſcuſsione, de qua ibi tunc in fideicom. iura tranſeunt abſque alia reſtitutione. 79.

79 Hæres quomodo inueniri poſſit vel per ſolennem diſcuſsionem, vel per proclamata, dic vt ibi.

80 Libellus quomodo per fideicom. ſit formãdus pro actis priùs peragendis, vt ſup. vide optimè diſcuſſum & accuratè per auctorem.

Actiones quæ competant legatario in petendo legatum, vide verb. legatarius in petendo, cum ſeq.

81 Legatarius in petendo legatum aut fideicomm. particulare tres habet actiones. ſ. actionem perſonalem ex teſtamento, rei vendicationem. & hypothe. ſed diuerſimodè vt ibid.

82 Legatarius an ſemper ex tribus actionibus ſibi cõpetẽtibus, ſ. perſonali ex teſtamento, rei vendicatione & hypothec. poſſit eligere quam velit, cùm id agere debeat omninò, dic & diſtingue, vt ibi cum ſeq. vſque ad nu. 91.

Et de ratione plurium actionum legatarijs datarum à lege. ibid.

83 Res legata, & eius natura ac qualitas accuratè inſpicienda eſt, vt cognoſci poſſit quam actionem legatarius eligere habeat.

84 Legatarius habet intentare actionem perſonalem contra hæredem ex teſtamento, ſi legatum ſit in genere quantitatis, vt decem ducatorum, item & hypothecariam non rei vendicationem.

Quid ſi ſit legata quantitas in ſpecie, vt pecunia quæ eſt in tali capſa vel banco, dic competere rei vendicationem etiam. 85.

Quid ſi ſit ſpecies ſimpliciter in genere, vt bos, equus; quòd datur actio ex teſtamento & hypothecaria. 86.

Si verò non ſimpliciter, ſed optionem legat, ea facta competit rei vendicatio. 87.

Quid ſi ſit ſpecies corporalis, vt domus fundus quæ ſit teſtatoris competunt omnes tres actiones de quibus ſup. & tunc actio perſonalis poteſt concurrere cum reali declarando vt ibi. 88.

Et ſi ſit com. cum teſtatore & hærede, pro ea teſtatoris competit rei vẽdicatio, pro parte hæredis actio perſonalis cum fructibus, & vt ibid. habetur late.

Quid ſi in totum res legata ſit aliena, vel hæredis competit actio perſonalis & hypothec. ſi ſit extranei, & competit actio ex teſtamento, vt rem redimat, vel æſtimationem det. 89.

Idem in re Eccleſiæ legata alij, quia datur æſtimatio. 90.

Quid ſi res incorporalis ſit relicta, quæ actiones competant. 91.

90 Legatum factum de re Eccleſiæ, alij debetur æſtimatio.

91 Legatarius quas actiones habeat, ſi res incorporalis ſit relicta, & de legato alternatiuo, & de tribus actionibus ordine ſuo, ſ. de ordine ex teſtamento, de rei vendic. & de hypothe. vide diſcuſſum, vt ibidem dicitur.

92 Legatarius pro legato rei ſingularis habet agere contra hæredem actione ex teſtamento qui habet neceſſe præſtare rem illam legatam, ſiue fuerit hæredis, vel teſtatoris.

Idem agitur contra hæredem quando res legata fuerit alienata. 93.

94 Legatarius pro exigendis creditis ſibi relictis abſque alia ceſsione actionum habet actionem vtilem.

95 Legatarius in legato annuo poteſt agere pro tempore decurſo & præſenti vt ſoluatur, & pro tempore futuro durante vt obtineatur condemnatio de ſoluẽdo legatum ipſum ſucceſsiuis annis.

Et eſt com. opin. 96.

97 Exceptio oppoſita in debito primi anni reſpectu, ſcilicet annui legati, vel primæ paghæ reiectaq́; per iudicem an poſſit iterum opponi ad debita ſequentium annorum, rei iudicatæ exceptione non obſtante.

98 Legatarius pro vſufructu legato, etiam non præſtita cautione de vtendo arbit. boni & de conſeruanda proprietate vti non de ſubſtantia vel eſſentia vſusfructus habet actionem confeſſoriam.

99 Legatarius ſi ſit in poſſeſſione rei legatæ hærede negante, poteſt petere ex officio iudicis: quæ petitio dicitur extraordinaria ſe declarari poſſeſſorem & dominum, titul. legati.

Fallit ſi eſſet in poſſeſſione ſine ordine, quia eſſet infirmanda non confirmanda. 100.

101 Legatarius poteſt immitti in poſſeſſionem rei legatæ, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta.

102 Legatarius cui factum ſit legatum alternatiuũ de diuerſis rebus diuerſis conditionibus, quod tamen verum eſt in ſolutione, poteſt facere petitionem alternatiuã prout res in legato proponuntur, declara tamen & dic vt ibi lata diſcutitur, cum num. ſeq.

103 Petitio alternatiua in alternatiuis eſt admittenda, ac executio ſit in altera re, & hoc electione non pertinente pone ad legatarium, aliàs ſecus vbi poſſet eligere libellus alternatiuus vti obſcurus non admitteretur.

103 Libellus alternatiuus non admittitur, cum ſit in electione legatarij eligere quam rem velit, & id non faciat ac alternatiuè petat, cùm non impediretur aut facto iudicis, aut partis, aut iuris, ſe certificare de re quam velit petere. 104.

Fallit 9. modis & caſibus, quibus libellus alternatiuus admittitur. 104.

105 Libellus ineptus quando non ſaluaretur per ſtatutum de ſummarietate & modo procedendi ſine figura & ſtrepitu iudicij, quod per auctorem non tenetur, & quare, dic vt ibi per eum.

106 Legatarius prætendens ius prælationis ſuper aliqua ſpecie, ſuper rebus legatis inter plures legatarios alios, quæ poſsideatur ab alio legatario cui fortè non competit tale ius, poteſt agere contra talem poſſeſſorem collegatarium actione confeſſoria, cùm aliàs non habeat, competentem contra quemlibet detentorem, petendo & faciẽdo, vt ibi pulchrè docetur.

107 Legatarius experiri poteſt adhuc ex teſtamento actione legato præſtito cum perfectè res non fuerit præſtita, circa vſumfructũ, pignoratione, & poſſeſſionem culpa hæredis

*redis penes alium exiſtentem poſt mortem teſtatoris.*

*Et de ratione ibi.*

108 *Hæres tenetur perfectè tradere legatario rem legatam & eum facere poſſeſſorem, ſoluendo tributa, collectas & onera præterita rei legatæ.*

*Ad quæ onera hæredes tenentur pro partibus hæreditarijs & non pro partibus cohæredum qui non ſunt ſoluendo.* 100.

109 *Res legata quid ſi à legatario iam præſtita poterit euelli, quando exiſtat in genere vel in ſpecie diſtinguendo, vt ibi & dic vt ibi. latè.*

111 *Legatarius poteſt agere vt legatum ſolutum alij, ſoluatur ſibi, vel alij cui eſſe ſolutum ſua intereſt quando ſit factū tale legatum ipſius legatarij contemplatione, quod ſic appareat vel præſumatur.*

*Et poteſt quis agere contra alium, vt agat pro ſuo intereſſe contra alium.* 112.

*Et hunc appellant doctores nouum modum agendi. ibi. declarando tamen prædicta, vt ibi latius habetur.*

113 *Hæres poteſt cogi ad ſatisfaciendum relicto ad pias cauſas per quemlibet de populo.*

*Idem dicendum eſt in relictis factis fratrib. minor.*

*Et in alimentis pauperum.* 114.

115 *Retentio rei legatæ interdum datur quæ fuerit ſine vitio, & non detur actio, vt quando legatum de iure ciuili non valeat, de æquitate tamen & iure naturali tenet.*

*Item ſi non ratione perſonæ legatarij grauati, ſed teſtatoris & vltimi legatarij inualidum eſt relictum, vel ratione ſolennitatis non valet teſtamentum, ſed de iure naturali tenet, quod probatur per duos teſtes, vt ibid.*

*Et quòd detur retentio in legato ex minus ſolenni teſtamēto, vide.* 116.

*De foro conſcientiæ vel iudiciali declarando.* 117.

117 *Retentio facilius datur, quàm petitio, cùm ſic in pluribus permittatur retentio & non petitio.*

118 *Creditor poteſt retinere rem ſibi obligatam ad ſuas manus peruentam ex tenuta inualida, vel ex primo decreto.*

119 *Excommunicatus petere non poteſt, tamen conuentus poteſt retinere.*

120 *Retentio fit de re vendita loco pignoris ſtatuto etiam mādante, quòd nulla exceptio poßit opponi aduerſus contractum emptionis & venditionis, cùm hoc non ſit excipere, non eligendo actionem, ſed incumbendo pignori.*

121 *Retentio poteſt fieri per eum, qui tamen non poßit petere, vel acquirere.*

122 *Retentio poteſt fieri contra pupillum, ſi non adimpleat cōtractum pro parte ſua, licèt contra eum non poßit agi.*

122 *Pupillus poteſt agere contra eum, qui ſecum contraxit, licèt ille non contra pupillum, licet vti poßit retentione contra eum.*

*Et de ratione.* 123.

124 *Retentio datur contra executionem ſententiæ quando per eum non impugnatur ſententia.*

*Et de ratione melioramentorum contra executorem ſenten.* 125.

*Nec impeditur retentio poſſeßionis, ſtatuto impediente ingreſſum poſſeßionis.* 126.

*Et datur retentio etiam in beneficialibus pro expenſis, & in iuriſdictionibus, & in feudis.* 127.

*Et ius retentionis in re quod ſolum habet teſtator poteſt ratione hypoth. legari.* 128.

*Fallit prædicta quando cum vitio res peruenerit ad retinere prætendentem.* 129.

*Fallit ſi non probetur res verè debita ſibi ſoluta vel tradita, quia eam tenetur reſtituere.* 130.

*Fallit quia non durat retentio ratione proprietatis, neque hypothecæ contra remedium reintegrandæ.* 131.

132 *Officium iudicis magis competit & datur, quàm actio pro conſequendo antiquo debito conſiſtente in dādo vel quid faciendo ex voluntate teſtatoris declarando & exemplificando, vt ibi latè ponitur.*

*Et de differentijs inter officium iudicis, & actionem, & conuenientijs eorundem.*

134 *Officium iudicis ita demum datur, vbi alia actio nō detur*

135 *Libellus an & quando requiratur pro implorando iudici officio.*

*Et quòd ſecundum vſum & practicam obſeruatam in omni libello & petitione cumulatur & imploratur officium iudicis, vt ibi exponitur, vide ſub num.* 156.

*Et non eſt niſi valde bonum plurib. remedijs experiri compatibilibus tamen, & vt ibi dicitur. num.* 137.

137 *Remedia plura quòd intententur, non eſt niſi valde bonum, compatibilia tamen vel ſubordinata, vt ibi dicitur.*

138 *Via executiua etiam quoad legata & fideicommiſſa experiri poteſt, ſiue cōpetat officium iudicis ſiue tres actiones ordinariæ, perſonalis ex teſtamēto, rei vendicatio, & hypothec. quæ omnia probantur per auctorem. ibi. cum multis ſeq. declarando vt fuſius per eum.*

139 *Legata debentur officio iudicis & incipitur ab executione.*

140 *Officium iudicis differt à iuriſdictione, nam iuriſdictio eſt poteſtas introducta ex publica neceßitate ad finem exhibendæ iuſticiæ, offic. verò iudicis eſt executio illius poteſtatis.*

141 *Officium iudicis ſine alia ſolennitate libelli imploratur ſuper quadam executione legis, vt quoddam patrocinium ad exequendam licentiam iuris, & vt ibi latè diſponitur.*

142 *Vltimæ voluntates exequi & ſeruari debent vti lex.*

143 *Officium iudicis & eius imploratio eſt iudicium extraordinarium quod in executionibus exerceri ſolet.*

144 *Via executoria poteſt intentari circa legata & fideicommiſſa etiam ſi competant tres actiones ordinariæ, perſonalis ex teſtamento, rei vendicatio & hypothec. & eſt de mente auctoris.*

*Et eſt magis com. opin. quòd via executiua poßint obtineri legata & fideicommiſſa.* 145.

146 *Legatum vel fideicommiſſum quando petitur vigore inſtrumenti teſtamenti, non eſt neceſſe petere condemnari hæredem per ſententiam diffinitiuam, ſed quòd tantum ſibi fiat præceptum de ſoluendo, quod eſt ſpeciale in legatis & fideicommißis.*

147 *Intellectus l. ait prætor. §. ſi iudex. de re iudic.* 148.

148 *Argumentum non fit ex verbis narratiuis per legiſlatorem ad faciēdam deciſionem cauſarum, ſicut verba ipſa narrant.*

149 *Actiones tres pro legatis & fideicōmißis inductæ, ſcilicet perſonalis ex teſtamento, rei vendic. & hypothec. non remanent fruſtratoriæ, licet via executiua intentaretur pro illis conſequendis, vt dicit auctor ibi, & vt per eum.*

150 *Via ordinaria relicta legatarijs experiendi, eis tunc obijci poteſt via quam elegiſti tibi pateat.*

151 *Legatarius poteſt vti modo executiuo pro obtinendis legatis ex communi doctorum ſententia, licèt contrarium de iure digeſtorum aſſerat Alcia.*

*Et quod idem ſit dicendum etiam digeſtorum iure ſecūdum auctorem, ibid. item de iure codicis, & authen. & canonico.* 155.

152 *Modi ſunt plures in iure proditi agēdi, & ordinariè, & extraordinariè ac executiuè.*

*Et de publici via agendi. ibi.*

*Et de duplici modo agendi pro legatis, & fideicommißis, vno via ordinaria, alio via executiua, & quomodo, vide de vtroque modo.* 153.

154 *Modus agendi ſemper eſt inſpiciendus in iudicijs.*

159 *Verba hæc, omninò perſoluat, denotant executionem.*

160 *Verba illa, in quod ſemper properamus vt ad effectū perducatur, de quibus in l. fin. ſup. fin. C. commun. de leg. ſignificant celeritatem & feſtinantiam.*

161 *Verba legis ſunt ſignificantia celeritatem, adiūctis verbis modis*



*modis omnibus important, & executionem paratam.*

162 *Præceptum poteſt fieri hæredi vt ſoluat, vel adimpleat diſpoſita in teſtamento infra breue temporis ſpatiū, intra quod ſi oppoſuerit quid releuans quo non teneatur, præceptum vlterius non exequitur, alias termino elapſo exequi mandatur.*

163 *Statuta de inſtrumentis & teſtamentis vt plurimum in locis vigent, quæ ſeruanda ſunt.*

164 *Appellatio non datur à pronuntiatione iudicis de exequēdo, ita vt ibi, intelligendo de liquidis, vel ſtatim liquidandis, nam tunc liquidatione facta mandantur executioni.*

*Et debet fieri liquidatio per pronuntiationem iudicis ſuper hoc pronuntiatis. ibid.*

*Et de ratione.* 165.

*Et fit talis cognitio ſummariè abſque ſolemni libello.* 166.

165 *Liquidum quod perfectè non dicitur, niſi ſit per ſenten. declaratum.*

167 *Inſtrumentum quando non eſt liquidum, tunc adeundus eſt iudex, vt declaret, non vt condemnet.*

167 *Iudex eſt adeundus, vt declaret non vt condemnet inſtrumento exiſtente non liquido.*

168 *Iudex qui habet exequi, poterit & dubia quæ occurrerint declarare.*

169 *Legatum ſi ſit petendum, continens aliquid dari vel fieri, & id fieri, aut dari non poßit, an & quādo res ipſa peti poßit cùm non extet & dari nequeat, an æſtimatio, & an factum vel intereſſe, cum ſeqq.*

170 *Libellus quomodo formandus pro re relicta quæ non extet, & non appareat.*

170 *Res legata quæ non extat & non apparet quomodo peti poteſt formando libellum.*

171 *Aeſtimatio eſt præſtanda quando præſtari non poteſt quod debetur in vlt. volunta. relictum, vt in legata rei alienæ.*

172 *Legatum vel obligatio vbi contineat factum, vel quid fieri & tempus non ſit præteritum, vel omni tempore æqualem ſortitur effectum, poteſt peti in libello præcisè, vt id fieri debeat.*

173 *Obligatus ad factum in vltima voluntate præcisè tenetur ad illud, ſecus in contractibus in quibus pro facto poteſt præſtari intereſſe.*

174 *Aeſtimatio ſeu intereſſe poteſt peti vſusfructus relicti per triennium à morte teſtatoris, eo elapſo & noto legatario ex eo, quòd non habuit vſumfructum biennij elapſi, & dic, vt ibi clarius.*

175 *Legatarius vel fideicommiſſarius habens penes ſe rem relictam, quam emit conditione legati pēdente vel purificata, quomodo eam petet, & an & quando cenſeatur fideicommiſſum, vel legatum remiſſum, dic & diſtingue, vt ibi aperiè dicetur.*

176 *Legatarius vel fideicommiſſarius vbi legatum vel fideicommiſſum particulare, quàm vniuerſale non ſit remiſſum, poteſt agere ex teſtamento & ex empto contra hæredem, vt ſibi res legata remaneat abſque alia pretij ſolutione, vel vt ibi latius diſcutitur.*

*Et quando cenſeatur remiſſum, vide verb. legatarius vel fideicom. habens.*

177 *Legatarius poßidens, negante hærede, poteſt officium iudicis implorare & petere ſe declarari poſſeſſorem & dominum tit. legati.*

*Et hoc non eſt iudicium poſſeſſorium, vel petitorium, ſed eſt quædam petitio extraordinaria.*

178 *Hæres auditur petendo reuocationem poſſeſ. à legatario poßidente, ſibi reſtituenda, quando intendit impugnare legatum, vel eſſet in caſu retinendæ falc.*

179 *Legatarius vel fideicommiſſarius in ſubſidium habet actionem perſonalem contra bona relicta & eorum poſſeſſorem & ſucceſſorem etiam ex cauſa oneroſa, vbi hæres vel alius honoratus impediens conditionem legati tenetur ſoluere & præſtare legatum, & non ſit ſoluendo, & vt ibi habetur de materia.*

180 *Actus ſubſidium non datur contra ſingularem ſucceſſorem ex cauſa oneroſa, quod colligitur ex not. in l. ſi eum ſeruum, ſi cert. pet.*

*Fallit hoc fauore vltimæ voluntatis, vt ibi habetur.*

181 *Actio in ſubſidium competit contra legatarios hærede nō exiſtente ſoluendo.*

182 *Actio datur in ſubſidium legatario ad ipſum legatū hærede impediēte impleri cond. leg. non exiſtente ſoluendo, ac ſi conditio eſſet impleta.*

183 *Officiū iud. ſuccedit loco perſonalis actionis, & datur contra ſingularem ſucceſſ. & quando hoc ſit vide ibid.*

184 *Ordinarium remediū vbi deſit potētia & actu, tunc ſubſidiarium admittitur.*

185 *Bona in pignus capi prohibita, in ſubſidium capiuntur.*

186 *Actio vēdicandi datur in ſubſidium contra eum, in quē peruenerunt bona conſequenda.*

## ¶DVBIT. III.

VErtens circa modum in iudicio agendi, eligendíque remedia magis competentia, diſſoluenda ſequitur. Cùm enim cunctis in rebus hominum certus quidam debeat exiſtere modus, quem vltra citraque quid boni, quídve recti agi nequeat, iuxta illud Horatij.

*Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,*
*Quos vltra citráque nequit conſiſtere rectum.*

Hoc ſanè præcipuum eſt obſeruandum in iudicijs peragendis dicente Bald. in conſilio 50. iſta quæſtio pendebat num. 4. lib. 4. & in l. etiam. in princip. not. C. de furt.
1 quòd † ſemper modus agendi inſpici debet per not. in cap. hæc quippe. 3. quæſt. 6. & l. ſi ſub ſpecie C. de poſtulan. dicentéque Ange. in conſilio 302. viſis & diligenter
2 inſpectis. colum. 2. verſi. cùm igitur agens † ſemper enim probanda & attendenda eſt petendi & excipiendi forma, & ex quo capite actor agendo & reus excipiendo ſe fundat, & debere attendi modum agendi & excipiēdi, per l. age. C. de tranſact. l. ſi mater. §. eadem. ff. de except. rei iudi. per Inno. in c. cum contingat. de offic. deleg. & alibi, vt ibi per eum, dicentéq; idem Iaſ. in l. exi-
3 gendi. colum. 3. verſi. ſexto fallit. C. de procur. quòd † debet attendi forma comparendi, vt in coniuncto agente vt procuratore coniuncti, vel marito agente vti procuratore vxoris, & non appareat mandatum, proceſſus erit nullus, & non ſuſtinetur, vt factus à coniuncto per Bald. & Salyc. in l. 1. C. eo. Rom. conſi. 446. primus. col. 1. & ſequent. Dicentéque idem Laur. Calca. conſil. 77.
4 Primò eſt videndum in princip. quòd † modus agendi eſt attendendus in quolibet iudicio per Bald. in l. cum ſeruus. colum. 1. C. de ſeru. fugi. text. & ibi Bald. in c. cum dilectus. de ordin. cogni. idémque dicente Imo. in l. ſecunda. §. quod ſi in patris. nu. 8. ſol. matrim. ponderandum eſſe modū agendi per id quod habetur in l. ſi men. fal. mod. dixe. & in cap. examinata, de iudi. & in c. ex literis. de reſcript. idemq; dicente Alcia. conſi. 62. num. 1. lib. 6. per l. qui habebat. ff. de exercit. & Crot. conſil. 87. num. 3. & conſilio 301. numero 17. & Felin. in cap. paſto-
5 ralis. numero 13. de except. Videtur autem † idē aut ſynonyma eſſe, vel ſeruare modum, vel formam, vel ordinem agendi, vel excipiendi, dummodò competens ſit & ſecundum talem modum, formam, vel ordinem agēdi conformem ſententiam iudex proferre valeat ſecūdum gl. in ver. iuxta ratam, in ca. conſtitutus. de reli. domi. per cap. qualiter & quando. il. 2. de accuſa. & c. licèt.
6 el ſecundo. de ſimo. quia † ſententia non teneret quantumcunque iuſta ex cauſa, niſi etiam eſſet iuſta ex modo & ordine iudiciario ſeruato, vt per Anto. de Butr. nu. 15. & clarius per Abb. numero decimo, in capitulo

vniuerſitatis,de ſentent.excommunicatio.
Vnde talis eſt hæc noſtra ſpecies & propoſita mate-
ria,quòd in ea non habet locum,ſed temperanda eſt il-
7 la communis † regula, quæ eſt quòd non curamus de
modo,dummodo habeamus effectum,de qua longè tra-
ctare habui ſupra lib.1.interpret.2.dubit. & ſolut vlt. &
8 poſui in fin.fallentiam, quòd † curare & attendere de-
bemus modum iudiciarium,quòd ritè & rectè proceſſe-
rit,vt ſequi & attendi poſſit effectus iuſtæ ſententiæ, vt
egregiè declarat Abb.in dict. cap. vniuerſitatis. ſub nu.
9 10. de ſentent. excomm. † modus enim & ordo agendi
non ritè rectéque ſeruatus reddit ipſo iure ſententiam
nullam, quæ ſic nulla non eſt prolata ex iniuſta cauſa,
tradit Abb.in cap.cùm olim.colum.fin.num.27.de ſen-
10 tent. & re iudic. & facit quòd talis † ſententia nulla ex
inepto modo agendi,intelligo,ex inepto proceſſu, non
poteſt per iudicem appellationis reformando valida
proferri,ſed nulla,& proceſſus nullus pronuntiari debet
reſeruando ius aptè agendi,Alexand.conſi.53.nume.14.
& ſequen.lib.9.concedit Afflict.deciſ.262.num, 7. Bal.
11 conſil. 298.præmittendum eſt,in fin.lib.3.ita† eſt com-
munis opin.per Hieron.Cagnol.in l.2.nume. 148.C.de
reſcind. vend. hæc duo dicta referendo probat Vant.
Ariminen.tract.de nullit.tit.de nullit.ſent.ex defe.pro-
ceſ.num.1.7.vbi propriè per tot.illum tit. diſcutit con-
12 uenientia ſpeciei noſtræ, quæ ſint † de modo aptè agē-
di & de ordine iudiciario ſubſtantiali, quo quidem non
13 ſeruato ſententia prolata redditur nulla, vocantur † hi
ſanè termini ſubſtantiales, de quibus ibi per eum, vt de
libelli oblatione, nu.18.de citatione nu.27. de lit.con-
teſt.nu.28.de iuramento calumniæ n..29. & de alijs nu,
30.37.40.42.45.& per Veſtr. in pract.Rom.lib.5.& ali-
qua per Marant.in ſpecul.iudi.4.par.princi.16.diſtinct.
Nunc itaque iudiciarijs terminis, ſubſtātialibus alijs
omiſſis inſtando ſolum ſuper modum agendi quo ad
petitionem & electionem remediorum quæ magis cō-
petere videantur pro conſequendis relictis in aliqua
14 vltima voluntate videre oportet quid † petendum ve-
niat ex ipſa vltima voluntate. An primò hæreditas. An
ſecundo fideicommiſſum vniuerſale. An tertiò legatum
vel fideicommiſsū particulare. An & quartò quid aliud
debitum dandum, vel faciendum voluntate teſtato-
ris.
15 Quoad primum vbi † hæreditas ſit petenda, dicen-
dum eſt, quòd hæres qui eam petiturus eſt hæreditatem
ex duplici via,quæ ſibi competeret agendi, & poſſeſſo-
rij & petitorij paſſim debere adhortatur eligere viam
poſſeſſorij,poſſeſſioniſque adipiſcendæ,vt l.is qui deſti-
nauit.ff.de rei vend.ibi,hac ratione aſcripta quia longè
commodius eſt, ipſum poſſidere, & aduerſarium ad o-
nera petitoris compellere,quàm alio poſſidente petere
16 in hoc enim notum eſt verti † commodum poſſidendi,
quòd actore non probante rem eſſe ſuā,vel vbi vtriuſq;
partis iura ſunt obſcura, contra petitorem profertur
ſententia.§.commodum.inſti.de interd.& ibi per Ang.
17 Aret.& Dec.conſ.424. nu, 2. † de alijs commodis poſ-
ſeſſionis & enumeratis vſque ad 12. per ſua iura proba-
tis à Ripa in ca.ſæpe.colum. 1. & ſeq.de reſtit. ſpol.&c.
propè infinita ſunt poſſeſſionis iuſtæ commoda ex plu-
ribus allegatis inquit Hieron.Cagno.in l.pari cauſa.nu.
2.3.de reg.iur. & de alijs enumerantibus talia commo-
da,& de prouerbio vulg.beati poſſidentes, per Contar.
in ſua repeti. l. primæ. C. ſi de momen. poſſeſ.in prima
ratione decidendi nu.32.& ſeq.verum, vt à facilioribus
18 incipere poſſit. † Namque ſciat duplex eſſe poſſeſſo-
rium,vnum ſummarium,de facili & citiùs expediendū,
& alterum plenarium, matura & plena cognitione de-
terminandum ex Bald.col.pen.nume.9.& ſeq.& Caſtr.
colum.1.num.2.3.in l.ordinarij.C.de rei vend. probant
Hiero.Cagno.in dict.l.in pari cauſa.nu.6.Plot.tract. de
in li.iur.§.3.nu.33.Ioſeph.Aſſiſien. Peruſ.deciſ. 20.nu.1.
Roland.à Val.conſ.8.num. 16. & ſeq.lib.4. de vtroque
quali ſit tam in agitando,quàm in definiendo his in lo-
cis doct.latè tradunt.
19 Illud ergo † ſummarium poſſeſſorium faciliùs tunc
competere hæredi dignoſcitur, quādo habet hæres ipſe
teſtamentum non abolitum, non cancellatum, & non
in aliqua ſui parte vitiatum,vel in ſcriptis,vel nuncupa-
tiuum in ſcriptis per notarium redactum,vel in diſpoſi-
tionib.legitimi numeri teſtium coram competente iu-
dice examinatorum in ſcripturam redactis, & alius, vel
vt hæres ab inteſtato, vel vt fideicommiſſarius ex teſta-
mentis anteceſſorum defuncti contendat ſe velle ſtare,
vel eſſe immitendum in poſſeſſionem bonorum defun-
cti,& tantundem ipſe hæres vigore talis teſtamenti, in
quo inſtitutus eſt hæres, petat & contendat, ſe fore im-
mittendum vel confirmandum in poſſeſſione eorundē
bonorum defuncti,his itaque de poſſeſſione diſceptan-
tibus in facto,iudex inſpecto tali teſtamēto, & ſumma-
tim cognito de morte teſtatoris, & de bonis per teſta-
torem poſſeſſis tempore ſuæ mortis procliuior & faci-
lior eſſe debet in poſſeſſionem bonorum eorundem,
mittendo ipſum hæredem reſeruatis iuribus, ſi quæ cō-
petant aduerſario in plenario poſſeſſorio,vel petitorio,
vt de his eſt vulg.tex.in l.fin.C. de edi.di. Adr. tollen.&
ibi gl.& doct.Antiqui & Moder.diffuſiſsimè & Alexand.
conſ.101.col.fin.lib.5.Dec.conſi.424. colum. 2. & ſeq.
conſi.467.colum.pen.& fin.Pariſ.conſi.54. col.1.lib.3.
Iaſ.conſi.146,colum.1.& ſeq.lib.4. vbi contra præten-
ſos fideicommiſſarios Bero.conſi.43.nume.47.libro 3.
20 vbi † poſſeſſorium,de quo in d.l.fi.ſummarijſsimum ap-
pellat, in quo ſufficiunt ſemiplenæ probationes, idem
d.Peruſ.deciſ.20.numer.2. & ſeq, quia poſſeſſorij huius
ſummarij d.l.fi.poſt Modern.diligentiſsimam per 106.
q.curam examinandi adhibuit Menoch. ſuo tract.de a-
dipiſc.poſſeſ.remed.4.noſtrum ideò interpretem cum
occurrerit, de hoc vlterius dubitari ad d. remed. 4. re-
mitto, & ad Contard. circa aliqua de d.l.fin.in d.ſua re-
pet.ſuper l.1.ver. ampliationes vel quaſi, nu.96.& ſeq.
C. ſi de mom. poſſeſſ.ad Bero.conſi.54. per tot. & cum
ſeq.vſque ad conſilium 60.lib.2.& conſi. 62.num.17.&
ſeq.lib.3.in q.44.ad Rimi.Iun.conſi.69.& conſ.269.ad
Ruin.conſi.164.in fin. libr. 2.& conſi.28.colum.1.lib.5.
21 † vbi pro bonis poſſeſsis confirmari,& pro non poſſeſsis
immitti in poſſeſsionem petendum tradit & ad Achil.
Mirand.ſuo tracta.de adipiſ.poſſ.num.1.cum ſeq. pluri-
22 bus ad Nat.conſi. 654.nu.4.& ſeq.vbi quòd † credatur
nuntio hæredem ponenti in poſſeſsionem de bonis per
defunctum poſſeſsis tempore eius mortis, idem vltra
alleg.per eum tenet Alex. d. conſ.101. col.fin.verſi.nec
etiam eſt neceſſe,lib.5.ad Cephal.conſi.387.nume.7.&
ſeq.ad Rolan.à Val.conſi.2.num.6.& ſeq.conſi.78.col.
2.li.3.& ad Tiraq.*le mort ſaiſit*,pręcipuè in declarationi-
bus 6.par,quibus in locis habentur omnium dubitatio-
num ſolutiones, quæ contingere poſſunt circa materiā
poſſeſſorij:ex d.l.fi.de edi.diu.Adr.toll.
23 Alterum eſt poſſeſſorium, † plenarium,ad quod ma-
gis expedit hæredem confugere,cùm viderit ſummariū
24 execuriuum ſibi non competere: illud eſt † interdictum
quorum bonorum, quod quidem fore intentādum po-
tius,quàm petitionem hæreditatis,conſultus reſpondit
Bello.conſi.35.nu.2.& ſeq.& Corn.conſ.1. in fi.libr.3.&
quòd faciliùs, & melius, ac vtilius eſt ipſa petitione hæ-
reditatis,vt ibi ſub nu.5.& 9.& Goz.conſi.50. col.1. ſub
25 nu.5.dicit & Alber.in l.fin.ad fi.C.qui admit. † facilitas
enim & vtilitas cognoſcitur ex differentijs inter poſſeſ-
ſorium quorum bonorum, & petitionem hæreditatis,
tendentibus ad faciliorem expeditionē pro dicto poſ-
ſeſſorio,quā pro hæreditatis petitione traditis per Bart.
26 in l.1.numer.4.ff.quorū bonorum † vbi de differentia in
modo



modo libellandi,ſententiandi., & probandi, & pleniùs
27 in l.1.num. 7. & ſequen. C. eo.vbi de † maiore vtilitate
quæ ſit in hoc poſſeſſorio dicit eam eſſe, quæ eſt in mo-
do probandi,quòd ſufficiant ſemiplenæ,vel præſumpti-
uæ probationes.in hæreditatis verò petitione requi-
runtur veræ & liquidæ probationes, ratione aſſignata
ibi,numer.10.quia iſta cauſa eſt modici præiudicij, cùm
veniat retractanda in petitorio,& hac ratione moti plu-
res ſequuntur hanc Barto. opinion. aſſerentes eam eſſe
communem allega.per Bero.conſi.43.nu.46. lib.3. per
Pedemon.deciſ.99.nu.37.per Contard.in d. repet. l. 1.
C.ſi de momen.poſſ.in prima ratione decidendi, nu.9.
28 per Achil.Mirand.ſuo tract.quor.bon,nu.487.† At ecō-
trà quia iſta cauſa poſſeſſoria reputatur magni præiudi-
cij ex magno commodo quod affert poſſeſſori, vt §.cō-
modum.inſtit,de interd,requiri ex parte actoris plenam
probationem,tenet Barto.in verſ.ſummariè.col.2.verſ.
ſi verò non ita fauorabiles, in extra. ad reprimendum,
per glo.in verſ.filium.in d.l.1.C. quor. bon.& ibi Salyc.
ſub num.9.ſequens Iac.Butr.quòd debet bene probari,
& quòd Bart.in d.verſi.ſummariè,corrigat dict.primam
doctr.dicit & ſequitur.Aret.in cap.veniens.el 2.col.8.&
29 ſeq.numero 16.ſed iſta ratio de reſtitut. † ita eſſe magis
commu. opin. ſeruandam in iudicando & conſulen-
do firmat Alex. conſilio 139. in fin.libr. 6. quod verius
credit Rip.in l.2.nume.9.ff.quor.bon. in l. ſi conſtante.
num.17.ſolut.matr.idem Rolan.à Val.conſ.50.num.16.
lib.2.idem & alios allegando tenet Hier.Gabr.Eugub.
conſ.31.num.6.idem & Plot.tract.de in lit.iur.§.3.num.
35.comprobat.Menoch.tract. de recup. poſſ. remed.11.
nu.408.413.& tract.de adipiſ.poſſ.remed. 1.nu.96. po-
ſteriorem hanc opin.ſequutus ſum conſil. 114. num.25.
lib.1.& ſemper tenendam arbitror, quotieſcunque ma-
ximè apparet reum conuentum feciſſe omnes defenſio-
res recipientes omne ius ſuum quod in quocunque iu-
dicio deducere, allegare, & probare poſſet,& denique
in petitorio vel alio iudicio deducere & probare aliud
non poſſet,ſecùs autem eſſet, ſi non fuiſſet admiſſus ad
probandum reſpicientia petitorium,aut alia iura ſua,&
iudex arbitrari poteſt remanere ſalua iura ipſius rei cō-
uenti in alio iudicio,quia tunc militaret ratio de modi-
co præiudicio rei conuenti reuidendo aptius & com-
petentius in alio iudicio:ideò ſtari poſſet priori opin.de
ſemiplena probatione admittenda pro actore,ita vide-
tur eſſe de mente doct. hanc priorem opin. tenentium,
& aliquorum etiam poſteriorum approbantium, vt vi-
dere eſt ex alleg.per Miran.d.ſuo tract.quor.bo.numer.
488.& ſequen.& per Contard.in d.1.rati.decidendi.nu.
10.& ſeq.vbi num.25.concludendo ſibi videtur & bene
de hac contrarietate doct. totum eſſe remittendum ar-
bitrio iudicis,qui pro modo præiudicij rei conuenti re-
gulare,& æqualificare habeat actoris probationem,ſci-
licet plenam pleno præiudicio,ſemiplenam pro modi-
co,vt hoc etiam dicendum eſt ſecundùm communem
regulam arbi.iud.circa probati.l.3.& tu magis.l.ob car-
men.§.fi.ff.de teſt.cap.ex lite.& ibi Anton.de Butr.in 6.
no.de probat.Dec.conſi.463.in fin.conſi.510.nu.1.cum
ſimil.per Menoch.de arbi.iudi.caſ.90.libr. 2.videtur in
ſpecie text.in d.l.prima, ibi iudicibus, quibus ſuper ea
re,&c.C.quorum bon.
30 Vbi autem † ſemiplena probatio admittenda foret,
animaduertere oportet, ſi pro parte rei conuenti, vel
paritate probationis,vel alijs indicijs confunderetur il-
la ſemiplena probatio, actor non obtineret, Bald. ſub
num.4.verſi.vlt.noto Dec.num.16.in l.qui accuſare.C.
31 de eden.Plot.d.§.3.num.43.in fin.† & ſi pro parte acto-
ris fuerit articulatum,& probatum illum teſtem probā-
tem & facientem d.ſemiplenam eſſe bonæ conditionis,
& famæ & omni exceptione maiorem,vt probari requi-
ritur pro habenda probatione ab vno teſte,aliàs proba-
tio talis non ſufficeret,Beninten.deciſ.62.nume. 14.15.
refert & ſequitur Contard.in d. 1. ratione deridendi,
32 num.29.30,Miran.d.tract.quor.bo.nu,497.videtur † ta-
men ſufficere præſumptio iuris,quæ eſt,quòd teſtis præ-
ſumitur idoneus,& omni exceptione mali hoc ſibi ſem-
per placuiſſe dicit Curt.tract.de teſt.conſ.34.& ſequen.
nu.75.hoc generale eſt per Alc. tract. de præſumpt.reg.
33 3.præſum.3.in prin.† & eſt commun.opi,ibi additi.in te-
ſte ſentit Socin.iun.conſi.189.nu.32.lib.2.
Ex hoc quoque conſtat magis expedire eligere & in-
34 tentare † interdictum quor.bo.quàm petitionem hære.
quòd à ſententia lata in iudicio petit. hæred. datur ap-
pellatio, quæ non datur à ſententia lata in illo interdi-
cto quorū bono.probant Cyn.in d.l.prima, & ibi Bart.
Alber.& Saly.in fi.C.quorum bonorū, ea ratione quòd
ſit quæſtio quodammodo de momentanea poſſeſſione
per dict.l.primam,C.ſi de momen.poſſeſ. & Pedemon.
35 deciſ.25.nu.9.& num.19. & deciſ. ſequent.tamen † ap-
pellatio non impedit executionem ſententiæ,vt ſonare
videntur verba text.in d.l.prima, ſi de moment. poſſeſſ.
ibi tamen lata ſentētia ſortitur effectum, & per Guald.
de arte teſt.titu.vltim.cau.vlt.nu. 7.in fi. quod procedit
maximè de iure ciuili, & quādo reus poteſt in alio iudi-
36 cio de iuribus ſuis experiri,vt latè per Deci.conſ.28.† &
in interdicto quorum bonorum ex teſtamento non a-
bolito,& in aliqua ſui parte non vitiato, & ſi haberet ſe
probaturum eſſe ſe hæredem, non mixtum ſed merum
poſſeſſorium tamē eſſet,& non datur appellatio, Bero.
conſil.111.nu,6.lib.3.etiam de iure canonico in poſſeſ-
ſorio adipiſcendæ per ca.fin.§.de poſſeſſione.2.queſt.6.
& ibi Arch.Gemini.& Turrecrem. probant & Bero. in
quæſt.44.ſub nu.3.Beninten.deciſ.17. nume.5. & deciſ.
79.nu.6.ſtante maximè Egidiana conſtitutione appel-
lationem impediente in poſſeſſorijs, vt in deciſ. Peruſ.
20.num.21.ita paſſim vidi obſeruari in terris etiam me-
37 diatè ſubiectis eccleſiæ † in poſſeſſorijs ſummarijs adi-
piſcendæ appellationem non admitti ad effectum exe-
cutionis ſuſpenſiuum,ſed ad effectum iuriſdictionis de-
uolutiuum tantum,vt per Afflict.deciſ.269.num.3. 4.d.
Pedemon.deciſ.25.num.19.& deciſ.ſequent.num.12. in
terminis noſtris, ſic conciliantur iura canonica & ciui-
lia ſecundum Rebuf.vbi late de ſent.executo.art.5.gl.3.
nu.5.pręce.& ſequen.tom.1.licèt ſuper hoc multi multa
loquātur in locis relatis per Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.
remed.1.in fi.Gabr.Eugub.con.35.in prin.Rolā.à Vall.
conſi.77.nu.14.15.lib.2. per Mirandu.ſuo tract.de adi-
38 piſ.poſſeſ.an.331, & ſequent. † Amittenda quidem eſſet
appellatio etiam de iure canonico, quando appellans
aſſignaret in appellatione cauſam manifeſti, & notorij
grauaminis,vt per Inno.in cap.paſtoralis.col.2. de offi.
delegat. & clarè per Bald.conſil. 141. præmiſſis verbis,
col.pen.lib.1.conſil.203.pronuntiatum fuit,lib.4.Rom.
conſi.324.in propoſita conſultatione, verſ. cauſa verò
rationabili,& Tiraq.*le mort ſaiſit*.in 6.declaratione, nu.
2.6.par.Gabri.Eugub.conſi.44.nu.15. Mirand.d. tract.
de adipiſcen.poſſeſ.nu.345. cum ſimilibus latè recenſi-
tis per Contard.in d.rep.l.1.ſi de moment.poſſeſ.in 1.q.
& in 9.limit.
39 Quanuis † interdictum quorum bonorum non dari
ſicut petitionem hæreditatis contra tit. poſſidētem ve-
lint Bart.& alij in d.l.1.C.quorum bon.dico tamen illud
dari,& ſicut petitionem hæreditatis etiam contra titu-
lo poſſidentem, quando titulus apparet acquiſitus poſt
mortem teſtatoris ab eo, qui eodem remedio quorum
bo.conueniri potuiſſet,per ea quæ latè ſcripſi in præce-
den.dubit.verſic.ſin autem titulo poſſideat, reliqua au-
tem ad hoc interdictum pertinentia videantur in locis
ſup.alle.
Cùm denique deliberatum fuerit non expedire ali-
quod poſſeſſorium remedium intentare pro obtinenda
hæredita

hæreditate ex teſtamento relicta, deueniendum ſuper-
40 eſt † ad petitorium iudicium, id eſt, ad petitionem hæ-
reditatis ex teſtamento breuiter, ne fruſtra experiatur,
requiſita patet ex notis tit.ff.& C.de pet.hæred.ex vulg.
pract.Papien.in for.libelli, quo petitur hæreditas ex te-
ſtamento ex Mirandul.ſuo tracta.de petitio.hęred.prius
ex Specu.patre practicæ, in tit.de iud.§.1. ex Hier. Cag.
in l.edita,nu.65.C.de eden.

41 Quoad ſecundum, quando † fideicommiſſum vni-
uerſale petendum ſit, proculdubiò in eligendis reme-
dijs iuris, quibus poſſit tale fideicommiſſum conſequi,
illud erit prius in electione,quod ſanè præ cæteris com-
modius, & magis expeditum reputatur, id námque eſt
quod paratum & celerem habet executionem ſecũdùm
Alexand.conſil.101.viſis omnibus actis,colu.2.ad princ.
libr.5.dicentem,& eſt magnum commodum habere viã
executionis paratæ & expeditę,per l.minor annis 25.cui
42 fideicommiſſum.ff.de minor.† Remedium autem l.fin.
C.de edi.diu.Adr.tollen.executiuum eſt ac celere ſum-
mariam imò ſummarijſſimam habet expeditionem, vt
indicant verba dict.l.fin.ibi Iaſ. not. in ſecunda colum.
in 5.no.ponunt Menoch.de adipiſcen.poſſeſſio.remed.
4.numero 24.& Bero.conſilio 56.numero 1.numero 9.
lib.2.Val.conſilio 78.num.13.libr.3. tunc ergo ſummo-
pere expedit fideicommiſſarium hoc remedio dict. l. fi.
43 in iudicio experiri,quia † id ſibi competere communis
eſt ſententia docto. quando fideicommiſſarius ipſe ad
bona fideicommiſſo ſubiecta ius habet ex reſtitutione
ſibi facta verbo vel re,per l.reſtituta,& l.facta, in prin-
cipio.ff. ad Trebellia. vel ex caſibus ſequutus pro ipſa
reſtitutione habitis per l.penulti.& ibi not.per gl. Bart.
in fin.& alios.C.eo.& Aret.conſilio 37. ad fin. quibus &
perſonis, bonis, conditione fideicommiſſi extrinſecus
verificatis iudici,& teſtamento oſtenſo non cancellato,
non vitiato in aliqua ſui parte,vt tradit Barto.in d.l.fin.
nume.9.Bald.num.39.Alexand.nu.7. Caſtr. numero 8.
& alij relatis per Menoch.de adipiſce.poſſeſſio.d.reme.
4.nu.166.vſque ad nu.205. vbi latè materiam hanc diſ-
cutere & explicare ſategit,& Bero.firmat conſil.58. nu.
44 1.5.lib.2.& conſil.47.nu.15.lib.3.vbi † ſecundo fideicõ-
miſſario dictum remedium dari cenſet ex caſu habitæ
reſtitutionis pro facta, quoad iurium tranſlationem in
fideicommiſſarium.per dict.l.pen.& ibi Barto.in §.1. in
fin.cum concord.per Burſat.Mantu.conſil.89.num.16.
45 idem videtur dicendum † oſtenſis codicillis ſeparatè à
teſtamento factis,vel ex teſtamento depẽdentibus, qui
ſicut teſtamentum,teſtatoris voluntatem continere di-
cuntur,& quæ omnimodo eſt exequenda per dict.l. fin.
quòd fideicommiſſario competat dictum remedium,vt
ex mente aliorum bene defendit Menoch.d.4. remed.
numero 192.& ſeq.Aptè per Alex.in l.ſi legatus,in prin.
nu.4.ff.ad Trebel.ſequitur Burſat. Mantu.d. conſi. 88.
ſub nu.13.& ſeq.

46 Idémque dicendum eſt † per fideicommiſſarium
fore eligendam viam executiuam quando in loco vi-
geat ſtatutum de teſtamentis,& fideicommiſſis exequẽ-
dis, etiam quòd ſit fideicommiſſarius comprehenſus in
compendioſa ſubſtitutione, vt tales quaſi omnes hodie
ſunt fideicommiſſarij, ex facto reſpondit Socin. conſil.
290 quando præſens conſultatio,columna ſecunda. ad
fina.verſic.cui petitioni,libro ſecundo,ſentit & tunc a-
lia reſtitutione non requiſita Caſtrenſ. in l.reſtituta, in
princ.ſub num. 3. ff.ad Trebell. & conſilio 55. bona de
quibus agitur,libr.1.Menoch.d.remed. 4. numero 177.
vbi de ſtatuto Patauino,& nu.198.204.& tract.de arbi.
iudi.caſ.256.num.30.

47 Prædicta intellige † non habere locum circa viam
executiuam, quando verificationes, quas extrinſecus
fieri oporteret, requirerent probationes exigentes lon-
gam moram vel altiorem indaginem, quia tunc locus
non eſſet tali remedio, quod ſummariam & promptam
cognitionem & probationem deſiderat, per Rofr.Azo.
& Specul.probat Alber.in dict.l.fina.columna 5.ſub nu.
48 10.in fin. & in ſpecie † vbi fideicommiſſarius non eſſet
nominatus in teſtamento, ſed pro eo, quòd ſit de com-
prehenſis in fideicommiſſo, opus eſſet probatione de-
ſcendentiæ & coniunctionis perſonarum, quam ideò
requirentem altiorem indaginem nõ procedere in tali
iudicio ſummario, ſed reſeruari in alio iudicio probat
Dec.conſilio 424.numero 19.& conſilio 467. numerò
13.in columna penult.verſi.prætereà etiam dato,ſequi-
tur Vall.conſilio 1.numero 73.& ſequen.libro 1. hoc e-
nim ſentiunt doct.cum Bartol.in d.l.fin.numer. 9. cum
quo alij communiter tranſeunt,teſte ibi Fulg.numer.9.
& ibid.alij modern.cum miniſterio exprimunt vltra ex-
tenſionem inſtrumenti teſtamenti non vitiati debere
probari reſtitutionem eſſe factam fideicommiſ. vel ca-
ſus eueniſſe,quibus ipſo iure dicitur facta reſtitutio, de
alio non concedunt poſſe fieri probationes, quinimo
ibi Alber. ſub numero 10. dicit eſſe dubium in fidei-
commiſſario, ſi expediret fieri probationem de reſtitu-
tione per teſtes,quia præmittitur & exprimit requirere
altiorem indaginem, ſed pro eo eſſe æquam opin. ſi de
reſtitutione parata eſſet probatio, puta, per inſtrumen-
49 tum inquit Alber. Videt tamen quòd † tale remedium
tranſmittitur ad hæredem fideicommiſſarij,vel hæredis
ſcripti in teſtamento,Riminal.iun.conſilio 190. nume-
ro 35.

50 Quando autem facta † non ſit ſummariè poſſit o-
ſtendi reſtitutio,fideicommiſſario quidem non compe-
petere beneficium dict.l.fin. Barto. & omnes ibi diſtin-
guendo volunt, idem Barto. conſilio 91.in q. vertente,
51 numero 1.† ſic eſt commun.opinio. Paſeth. Ferrarienſ.
conſilio 67.numero 1. Pancirol. Regien. conſilio 142.
nu.9.defendit Menoch. d. remed.4.numer.166.& ſeq.
ſed tunc neceſſarium eſt fideicommiſſarium deuenire
ad petitionem hęreditatis fideicommiſſariæ,quę ſecun-
dùm diuerſitatem poſſeſſorum rerum fideicommiſſo
ſubiectarum,diuerſam recipit conceptionum, formu-
52 lam, & interpretationem. † Nam ſi poſſeſſor eſt ipſe
hæres grauatus, vel huius grauati hæres ſiquidem con-
ueniri debet actione ex teſtamento,vt reſtituat.l.& ſi ſi-
ne ſcriptura, C. ad Trebelli. & ibi Cyn. Bartol. & alij
tradunt,& in l.ſi legatus, in princip.ff. eo. Gui. Pap. in
quæſt.trecenteſimotertio ad fin.Oldr.conſilio 248.prę-
ſuppoſita conſuetudine,ad fin.Caſtren.conſil.408.quia
hi occurrunt,columna 1.verſi.primum ius, libr.1.vti ta-
le ius acquiritur etiam ignoranti, & Bero. conſilio 191.
numero 2.lib.3. & tranſmittitur ad hæredem etiam an-
te factam reſtitutionem verbalem, vt ibi Caſtrenſ. nu-
mero 3.Rimin.iun.conſil.190.numer. 29.30.Bero.con-
ſilio 102.numero 28.libr.2.vbi declarat ſequendo gloſſ.
in verſi.non competere, in l.fin. ff. de fideicom.hæred.
petit. & plenè per ſeptem colum. pro ſuſtinendo &
ſaluando libello facto in petendo fideicommiſſo con-
tra grauatum reſtituere, tradit Corne. conſil.18.in pri-
53 mo dub. libro tertio † ſed tutius eſt aptè & verbis con-
gruis de teſtamento, vel codicillo, de hærede, de fidei-
commiſſo, & eius die cedente, de fideicommiſſario in
narratione & concluſione, ita formare libellum quòd
non indigeat tanta diſputatione, prout Cornel. fecit
pro eo ſaluando, vt de forma talis libelli per tract. Pa-
pien.in form.libel.quo agitur ex ſubſtitutione, & Mar-
zar.Vicent.de fideicom.in 3. par. in prin. vbi ſatis con-
fuſè loquitur,& priùs per Spec.tit.de teſt.§. 1. colum. 2.
verſ.ex codicill.vbi conſuluit actorem non proponere
actionem, ſed cauſam quod talis reliquit mihi talem rẽ
in ſuo teſtamento,vel codicillo,vt ibi per eum in d.§.1.
& ſeq.in omni remedio ex vltim.volunt. & propriè per
Ruin.conſi.54 nu.7.lib.4.

Si verò



54 Si verò † alius non hæres grauatus,vel non hæres hæ-
redis grauati poſſideat aliqua bona de fideicommiſſo
vniuerſali,cuius reſtitutio verbo vel re facta non appa-
reat,& caſus non euenerit,quo ipſo iure cenſeatur facta
reſtitutio iux.not.in l.pen.§.1.ad Trebel. cum ſine tali
reſtit.nullum ius habeat fideicõmiſſarius ad bona ipſa,
vt antè ſæpius dictum eſt per d.l.reſtituta,& l.facta in
princip.ff.eo.ideò contra talem poſſeſſorem actionem
non haberet per l.fi.cum ibi not.ff.de fideicom.hæred.
peti tenet Papien.in d.for.libel.quo agitur ex ſubſtitu-
tione in gloſſ.in verſic.quodque condemnetis,& Bero.
conſil.102.num.28.lib.2.

Sed oritur dubitatio & magni momenti, quomodo
reperiatur res aliqua ex fideicommiſſo penes alium ter-
tium poſſeſſorem,ſine alienatione in eum facta per gra-
55 uatum, & quo remedio poſſit per fideicommiſſarium à
tali poſſeſſore recuperari, & conſequi, hoc autem eue-
nire videtur ex alienatione per alium quàm per hæredẽ
grauatum facta,& valida videtur talis alienatio, tribuẽs
titulum habilem ad præſcribendum contra fideicom-
miſſarium, volentem agere poſt euentum conditionis
fideicommiſſi, vt per Caſtren.in l.fin.§.ſed quia noſtra,
colum.3.ſub verſi.aduerte,tamen ad vnum, & ibi Iaſ.in
colum.fin.verſ.tertiò principaliter no.commun. de leg.
refert & ſequitur pro bona & vtili limitatione allegan-
do Bald.in l.2.ad fin.C.pro empt.& Cyn.in l.fin.nume.
4.in 6.oppo.in qui.caſ.in integum reſtit.non eſt neceſ.
56 † ideo hac alienatione à tertio facta non habita pro re-
ſtitutione fideicommiſſarium petitione fideicommiſſa-
riæ hæreditatis, vel rei vend.non poſſe dictam rem per
illum tertium ementẽ poſſeſſam obtinere,firmat Gabr.
Eugub.conſil.46.num.17.adde Caſtren.in d.l.facta, in
57 princip.in fin.ff.ad Trebel.idem ſentientem † quòd in
non alienatis per hæredem, qui etiam non poſſideat
dominium in fideicommiſſarium non tranſit ſine reſti-
tutione verbali, vt ibi à contrario ſenſu, ſed idẽ Gabr.
d.conſil.46.conſulendo fideicommiſſario in iſto caſu
quo remedio faciliori & magis competenti poſſit di-
ctam rem ſic per tertium poſſeſſam obtinere, multum
ſubtilizando, & multa reuoluendo concludit tandem
58 † ſi alienans fuit hæres grauati poſſe fideicommiſſarium
Saluiano interdicto experiri aduerſus poſſeſſorem qui
dimidiam fideicommiſſario tenetur reſtituere, & aliam
dimidiam retinere pro legitima & Trebellianica, ſi
alienans non fuit hæres grauati debet fideicommiſſa-
rius curare prius ſi verbo fideicommiſſum reſtituit, vel
probare grauatum ſine hærede deceſſiſſe, tunc pote-
rit agere hoc interdicto nihilo retento per poſſeſſo-
rem ratione legitimæ & Trebel.filij grauati, vt ibi per
eum ad fin.

59 At mihi talis conſilij concluſio † nequaquam placet,
abſit nedum ſtudium, ſed etiam cogitatum minimum
contradicendi, quia puto aliter eſſe veritatem ſimúl-
que dubitationem propoſitam diſſoluendo. Primum e-
quidem video, quòd licet Bartol.in l.1.ff.de Salui.in-
60 terd.& in l.1.C.eo.teneat. † Saluianum interdictum da-
ri cuilibet creditori, & pro alijs rebus quàm coloni, &
ſimpliciter ſequuntur Alexand.conſilio 185.numero 4.
libro 6.Angel.Aret.in §.item Seruiana,colum.6.verſic.
vnum addas.inſtit.de actio.Ripa.in rubr.nume.19.ff.de
pignor.Neguſan.tract.de pigno.3.memb.8.par.princip.
nume.19.Roland.à Vall.conſilio 14.num.2.conſil.79.
61 nume.39.libro 1. † Nihilominus contrarium, quòd ſci-
licet tantum locatori contra conductorem debitorem
mercedis pro rebus ipſius conductoris inuectis in re
conducta datur Saluianum interdictum, & vtile contra
emptorem rerum inuectarum, & non extenditur ad
alios debitores ſentiunt gloſſ.in d.l.1.C.de preca.& Sal-
uian.interdict.in ver. debitor, dum exponit idémque
conductor, & in l.1.in fina.ff.eod.& Albert. & Bald.in
dicta l.1.C.eod.& ibi expreſsé Salyc.nume.3.& Fulgoſ.
numero 2.aliorúmque dicta, rationes,& verba ipſarum
legum amplè recenſendo defendit, & in ſpecie tale
62 † Saluianum interdictum legatarijs & fideicommiſſarijs
non poſſe dari, tenet Franciſc.Sarmi.tract.de reddi.ec-
cleſ.part.3.cap.2.poſt num.17.& car.131.ac firmiter com
probando ex antiquorum & ferè omnium opin.ita te-
net credens hanc opin.eſſe veriorem, & in iudicijs ob-
ſeruandam, Menoch.de adipiſcen.poſſeſ.remed.3.in q.
3.num.23.vbi & nume.31.& ſequent.in terminis probat
63 † legatarijs & fideicommiſſarijs præter rei vendicatio-
nem & hypothecariam nullum interdictum vel auxi-
lium certum & ordinarium ad adipiſcendam poſſeſſio-
nem rei legatæ vel fideicommiſſæ proditum eſſe: itaque
64 veriſſimum credo, præſertim † de Saluiano interdicto,
quod ſanè non dari niſi locatoribus, & aduerſus condu-
ctores nimis aperta ſunt verba legum,tit.ff.& C.eod.di-
ctam autem opin.Bartol.& ſequacium, eorum ſaltem
authoritate poſſet forſan admitti pro alijs creditori-
bus quàm legatarijs & fideicommiſſarijs ex rationum
diuerſitate aſſignata per Franc.Sarmi.& Menoch.in lo-
cis alleg.

65 Minus tali † Saluiano interdicto fideicommiſſarius
poſſet experiri aduerſus poſſeſſorem,ſi alienans fuit hæ-
res grauati, quia ex tali alienatione habita pro reſtitu-
tione etiam ab hærede grauati agere poſſet petitione fi-
deicommiſſariæ hæreditatis, probat & rectè ipſe Gabr.
Eugub.conſil.45.nume.9.10.per d.l.fin.§.ſin autem ſub
conditione,& ibi docto.commun.de leg.& Ruin. dicto
66 conſilio 54.ad nume.7.lib.2. † valet enim reſtitutio fa-
cta ab hærede grauati.l.quanuis.§.1.& l.ſi eum.§.ſi quis
rogatus.ff.ad Trebell.& ſic quid aliud factum impor-
tans ipſam reſtitutionem, prout importat effectum re-
ſtitutionis ipſa alienatio per not.in l.penult.§.1.C.eod.
67 † ſi verò alienans non fuit hæres grauati, quod infertur
actore vel curante obtinere reſtitutionem verbalem,
vel probante grauatum deceſſiſſe ſine hærede, illo met
interdicto poſſe agi pariter non procedit, cùm verum
68 ſit vtroque caſu † fideicommiſſario remedium ordina-
rium, & rei vendicationis, & hypothecariæ dari, per
l. primam.commun.de legat.& non ſalui.interdictum,
69 vt modò probatum eſt, ſic quoad † hypothecariam aſ-
ſentior cùm Gabr.Eugub.dicto conſilio 46.eam com-
petere fideicommiſ. aduerſus quemlibet poſſeſſorem
rei ſubiectæ fideicommiſſo etiam vniuerſali, vt etiam
tenet Alciat.conſilio 110.ſubſtitutione fideicommiſſa-
ria ad num.8.lib.9.ſentit Corn.conſi.308.colum.2.& in
fin.lib.3.

Vnde propoſitæ dubitationis ſolutionem inferendo
dicendum eſt, quòd licet verba text.in l.fin.§.ſin autem
ſub conditione,commun.de legat.& gloſſ.in dicta l.pe-
nult.§.primo.C.ad Trebel.& in l.Marcellus.§.res quæ.
ff.eod.& ibi docto.hoc dictum,vel propoſitionem iſtam
70 contineant, quòd † bona fideicommiſſo conditionali
vel puro ſubiecta pendente conditione vendita vel alie
nata per hæredem grauatum poſſint à fideicommiſſario
vendicari alia reſtitutione verbali non requiſita hanc
tamen exprimunt & aſſignant rationem, quia illa deſi-
nunt eſſe hæredis, & ſic non prodeſſet reſtitutio, ſed in
alijs quæ habes adhuc debet fieri,dicit gloſ.in ver. poſſe
transferre,in fin.in dicta l.fin.§.ſed quia,idem di[illegible]o.
in ver.ſed celebrata.in fin.in dicto §.ſin au[illegible]on
ditione, cum in eis non poſsit fieri reſtitu[illegible] dicit gloſ.
in verſic.res quæ,in dicto §.res quæ, quia rogatus nihil
iuris habet in rebus illis quod concedere poſsit, dicit
glo.in ver.ipſo iure in dicta l.penul.§.primo,C.ad Tre-
bel.& in his locis docto.omnes rationem iſtam addunt:
71 quòd † in alienatis non requiritur reſtitutio fieri ab
hærede,

hærede,quia eam non poteſt facere qua ſe priuauit alie-
nando,hęc igitur ratio impoſſibilitatis magis inſpicien-
da & attendenda eſt,quàm dictum vel verba,vt per Bar.
in l.1.in princ.in fin.ff.de legi.tuto.per l.cum pater.§.
dulciſſimis,de legat.2.& capit.præterea, extra de verb.
72 ſignific.ita † quomodocunque res fideicommiſſa non
reperiatur penes grauatum, vel quòd hæres vel quòd
alius eam alienauit videtur ea poſſe vendicari per fidei-
commiſſarium, ſine alia reſtitutione, quam grauatus
73 non poteſt facere de re quam non habet,quia † ratio ge-
neralis ampliat & declarat dictum.l.regula.§.ſi quis.ff.
de iur.& fact.ignoran.l.pater filium.§.fundum,de legat.
3.& ibi Bartol.cum ſimil.per Aymo.conſi.227.colum.2.
cum & dictum ex verbo generali alienationis cōueniat
omnimodo quo abdicauit hæres grauatus à ſe relictam
rem alijs reſtituendam, vt l.alienationis verbum, de
verb.ſignifica.& l.1.§.ſanè quæſtionis.ff.ſi quis omiſ.cau.
74 teſta,vbi † paria ſunt non incipere de re, & deſinere
poſſidere; vtroque enim modo res habetur pro dereli-
cta & vterque modus ergo videtur affirmatus Felyn.in
capit,nonne,colum.prima, verſi.fallit quarto, de præ-
ſumpt.& ſic incidit in cauſas & titulos alienationum
per gloſ.& Bart.in rubr.ff.pro derelic.facit text.in auth.
de reſtitut.conſtitutio noua.§.nobis ergo rectè ibi, non
enim concedimus, qui rogatus eſt, etiam donationi-
bus vti aliquibus: firma ergo remanet concluſio † reſti-
75 tutionem haberi pro facta fideicommiſſario ex eo,
quòd de re fideicommiſſo ſubiecta penes alium ter-
tium exiſtente per grauatum non poteſt fieri reſtitutio
ipſa, & ab hac concluſione non diſſentit Caſt.in d.l.fin.
§.ſed quia, colu.3.com.de leg.etiamſi res fideicommiſ-
ſaria reperiatur alienata penitùs per extraneum,dum lo
quitur ex tali titulo dari præſcriptionem longi tempo-
ris,per quam etiam grauatus dicitur alienare d.l.aliena-
tionis verbum,& de illo qui agere potuit,aliàs ſecus di-
76 cit Caſtrenſ. † & ſic fideicommiſſarium potuiſſe agere
titulo illo alienationis non obſtante & reſoluto purifica
ta conditione fideicommiſſi,quod nempe ſit ſubintelle
cta ſibi reſtitutione facta per dictas rationes, vt reſpon-
dit, licet non ita clarè Ruin.conſilio 54.ad fin.lib.4. in
alienatione facta per extraneum conſuluit Io.de Ana.
conſil.13.viſis quæ in proceſſu ſentit Cephal. conſil. 215.
ſub num.27.& Ruin.d.conſi.54.in fin.ita tenendum eſt,
ne,fideicommiſſarius deceptus remaneat.l.ille à quo. §.
ſed quid ſi fideicommiſ.ff.ad Trebel.& ne quod tale fa-
ctum ſit interuertens fideicom.l.Titius,in prin.ff. eo. &
77 d.§.nobis ergo rectè.Dummodo † hæres dolo non deſie
rit poſſidere, quia pro poſſeſſore poſſet conueniri, vt
rei extimationem ſoluat cum intereſſe, ſi rem ipſam re-
ſtituere non potuerit, Menoch.de adipiſc.poſ.num.65.
remed.1.vel quòd fideicommiſſario agere ita neceſſa-
rio conceditur in ſubſidium, vt eſſe veriorem conſide-
rationem illius text. putat Caſtrenſ. in l. plane. 2. §.
qui rogatus, ad fina. quam legit ſub. l. ſi fundum per
fideicommiſſum.de leg.1.

Veruntamen ambiguitas omnis vt tollatur iuris fidei
commiſſarij vniuerſalis agere volentis ad res particula-
res per alios poſſeſſas,quæ non apparent expreſſè aliena
78 ta ab hærede grauato † magis cautum & conſultum vi-
detur fideicommiſſario,vt inueniat hæredem grauati, &
aduerſus eum prius agat actione ex teſtamento pro obti
n[illegible]a reſtitutione hæreditatis ex ſenatuſconſulto Tre-
b[illegible]o ſ[illegible]em verbali, quam facere debet per dict.l.
reſtituta,[illegible]inci,& l.poſtulante.§.ſed & in huiuſmodi.
ff.ad Trebellia,ibi deſiderio verbotenùs mihi reſtitui
hæreditatem, & quæ nec[illegible]ſaria videtur, vt ſingulæ res
efficiantur fideicommiſſ[illegible], ſicut ſiunt hæredis per adi-
tionem hæreditatis.l.legatum,de lega.2.tradit Fulgo.in
dict.l.pen,§,cum autem,ſub num.2.C.ad Trebel.Caſtr.

& Alexan.in d.l.reſtituta, in princ.Salyc.in d.l.fin.§.ſin
autem ſub conditione, colum.1.verſi.quarto dicit gloſ.
79 commun.de lega.& Bero.conſil.102.nume.28.lib.2.† ſi
verò non inueniatur hæres aliquis hæredis grauati, vt an
tè dictum eſt per ſolennem diſcuſſionem,vel per procla
mata,vt volunt Bar,Bald.& alij in d.§.cum autem Aret.
conſil.37.colum.fin,Menoch,de adipiſ.poſſeſ.remed.4.
num.202,Neuiza.conſilio 33.numer,15.tunc & in ipſum
fideicommiſſarium iura tranſeunt abſque alia reſtitutio
ne per text.in d.§.cum autem, in d.locis pariter docto.
firmant. Quibus in facto ſic inuentis & procedentibus
80 † libellus pro fideicommiſſario formatur clara, & breui
narratione,de teſtamento,de iure, & de poſſeſſione te-
ſtatoris,de inſti,hæredis,de aditione hæreditatis,de ſub-
ſtitutionibus,de caſu ſubſtitutionis verificatę,de iurium
tranſlatione in fideicommiſſarium ſuperſtitem,de hypo
thecaria legali, de re certa petita fideicommiſſo ſubie-
cta poſſeſſa per reum conuentum,& ſibi debita,quo ver
bo demonſtratur hypothecaria intentata ſuper eadem
re relicta,Cyn.in l.1,nu.1,commun.de leg.& ibi Alber.
ſub num.5.glo.& Barto.in l.3.C.de hęred.action.& con-
grua concluſione cum clauſulis libellarijs proficuis, iux
ta communem formam per pract.Papien.Marza.in lo-
cis antè alleg.Caſtrenſ.conſil.94.clarum eſt in iure, in
fin.lib,2.Neuiz.conſi.33.num.12.ponendo in libello te-
norem teſtamenti in parte maximè fideicommiſſi peti-
ti,per modum aſſertionis,& non limitationis,vt non co
gatur prius exhibere reo,niſi in termino probatorio me
ritorum,iuxta commun.doctr.Bart.in l.edita, nu.29.C.
de eden.per Ruin.conſ.122.col.fin.lib.2.& de clauſulis
libellarijs diffusè per Socin.in cap.2.nu.85.& ſequen.de
libell.obla.& Iaſo in §.omnium, nu.139.cum.ſeq.inſti.
de actio.

81 Quo ad tertium cum ſit petendum † legatum vel fi-
deicommiſſum particulare iuris certi legatario compe-
tere tres actiones, ſcilicet, actionem perſonalem ex te-
ſtamento rei vendicationem, & hypothecariam, ſed
diuerſimodè, vt rei legatæ natura congruit per l.prima
commun.de lega.ibi declarant Cyn.columna ſecunda,
numero primo,& ſequent.Barto.numero primo, Salyc.
numero quinto.Alber.columna ſecunda.Caſtrenſ.circa
princip.Fulgoſ.nume.2.Iaſ. columna ſecunda. verſicu.
nota iſtam.l.Specu.titu.de actio.& petit.hæred. §.ſequi-
tur,columna octaua,verſi.illud verò no.dignum,Angel.
Aret.tract.de teſtam.gloſ.21.nume.5.Bartol.in l.1.num.
ſecundo, & ibi cæteri modern.de legat.primo, vt enim
dubitationi propoſitæ ſolutio detur ſecundum Cyn.
numero quarto, & Albert.in dicta l.prima,numero ter-
82 tio, commun. de legat. num quid † legatarius poſ-
ſit ſemper ex iſtis actionib. quam velit eligere, cum om
ninò debeat eligere l.cum filius.§.varijs, de legat.2. vbi
not.eſt text.de ratione plurium actionum legatarijs da-
tarum à lege,ea eſt.ſ.fauore vltimarum voluntatum exe
quendarum, vt amplior & clarior ſit earum agendi fa-
cultas,repetit & tex.hęc ſimilia tradens in §.noſtra con-
83 ſtitutio.inſti.de lega.reſpondendum námque eſt † natu-
ram & qualitatem rerum legatarum accuratè inſpicien
84 dam fore † ſi legata ſit quantitas in genere, veluti 10.
ducatos,legataria competit actio perſonalis contra hæ-
redem ex teſtamento, & hypothecaria,& non rei ven-
85 dicatio † ſi quantitas legata ſit in ſpecie, vt pecunia,
quam habet in tali bācho,vel in capſa, tunc etiam com
petit rei vendicatio.l,planè vbi.§,ſed hoc ita,& l.ſed &
86 ſi certos, de legat.primo † ſi relicta ſit ſpecies ſimplici-
ter in genere, puta bos,vel equus competit actio ex te-
87 ſtamento & hypothecaria † ſi non ſimpliciter ſed op-
tionem legat,qua facta competit rei vendicatio.l.2.& 3.
88 de op.leg.† ſi legata ſit ſpecies corporalis, puta domus,
fundus, & ſit teſtatoris, competunt dictæ tres actiones,
tunc



tunc actio perſonalis poteſt concurrere cum reali, vt
res legata actualiter tradatur legatario, & iſtum eſſe tu-
tiſſimum modum libellandi auctoritate glo.in d. §. no-
ſtra conſtitutio, & plurium allega.dicit Alex.in d.l.1.nu.
31.de legat.1.Pedemon, deci.35..num.6.vel ſit commu-
nis cum teſtatore & hærede, pro parte teſtatoris com-
petit rei vendicatio pro parte hæredis actio perſonalis
cum fructibus diuerſo modo, vt tradendo formam libel
li benè declarat Caſtrenſ.conſil.413.præmittendum ad
89 euidentiam,lib.1.ad idem Capra conſilio 113.ad fin. † ſi
in totum res legata ſit aliena,vel ſit hæredis,& compe-
tit actio perſonalis & hypothecaria, vel ſit extranei, &
competit actio ex teſtamento,vt rem redimat, vel det
extimationem.Bart.in l.cum alienam, nume.4.C.de le-
90 ga.vbi de libello † idem in re eccleſiæ legata alij quòd
debetur extimatio,Alexand.conſil.9.ſub num.22.lib.2.
91 Corne.conſi.32.colum.pen. libr.1. † ſi verò res incor-
poralis ſit relicta,quæ actiones competant, vide: qui &
hæc & prædicta plenè proſequuntur. & declarant Cyn.
num.5.Alber.num.3.& ſequen.Salyc.num.5.Caſtr. num.
2. & ſequen.Iaſ.in d.l.1.commun.de leg.& ibi Bald.nu.
10.de legato alternatiuo, atque de his tribus actionibus
ordine ſuo Rip.de actione ex teſtamento à num.39. vſ-
que ad num.47.de rei vendicatione à nume.48. vſque
ad num.63.de hypothecaria à num.64. vſque ad fina. &
ibi alij recentiores in d.l.1.latè explicant,poſt Specu.in
d.§.ſequitur.col.8.verſ.illud verò no.dignum cum ſeq.
titu.de acti.& peti.vbi doctr.tradit.& in §.1.colum.1.tit.
de teſta.vbi ponit practicam circa has tres actiones &
92 Papien. in forma libel.† pro legato rei ſingularis,& quo
modo diſcurrendo per actionem ex teſtamento per hy
potecariam, per rei vendicationem vel Publicianam
contra tertium poſſeſſorem legatarium non poſſe obti-
nere legatam rem,ſed agendum contra hæredem actio-
ne ex teſtamento qui neceſſe habet præſtare rem lega-
tam, quæ vel hæredis, vel teſtatoris fuerit plenè cōſuluit
Alexand.conſil.98.viſo & conſiderato, libro 2.pro quo
Azo in ſumm.C.de legat.ſub nume.5.verſic.petitur le-
93 gatum † quòd agendum ſit contra hæredem quando res
legata reperitur alienata, tenet & Nat. conſil.330.num.
94 3. † legatario item, cui fuerunt legata credita teſtatoris
datur actio vtilis ad exigenda credita legata abſque alia
ceſſione actionum.l.ex legato.C.de legat.& ibi gloſ.&
95 doct.Crot.conſ.14.nume.30.Vide & † in legato annuo
poteſt legatarius agere pro tempore decurſo,& præſen-
ti,vt ſoluatur, & pro tempore futuro legato durante, vt
obtineatur condemnatio de ſoluendo ſucceſſiuis annis
legatum ipſum per l.primam, & ibi Iaſ.in fin.atteſtan-
96 do † ita eſſe commun.opin.C.de fideicommiſſ.& Bart.
ibi in l.2.in fin.comprobat Alexand.conſil.95.in cauſa
& lite,colum.2.verſic.ſed reſpondeo, lib.1.vbi id tenet
97 in debito annuo etiam ex contractu, ſed † an exce-
ptio appoſita in debito primi anni vel primæ paghæ,
& reiecta per iudicem poſſit opponi iterum ad debi-
ta ſequentium annorum rei iudicatæ exceptione non
obſtante, vide Imola. conſilio 130. in caſu præmiſſo,
colum.fin.& Rip.in l.ita ſtipulatus,nume.93.de verbor.
obligat.

98 Vide pro † vſufructu legato, etiam non præſtita
cautione de vendendo arbitrio boni viri, & de con-
ſeruanda proprietate, vti non de ſubſtantia, vel eſſen-
tia vſusfructus datur legatario actio confeſſoria, Bald.
in l.ſecunda,ad fin.commun,de legat,tangit Iaſ.in §.æ-
99 què, numero 51.& ſequent.inſtit,de actio. † & quando
legatarius eſt in poſſeſſione rei legatæ, & hæres ne-
gat, poteſt petere ex officio iudic. & dicitur petitio
quædam extraordinaria ſe declarari poſſeſſorem & do-
minum titulo legati, Bald.in l.prima, columna prima,
numero quarto,commu.de legat.confirma ex his pluri-
bus, quæ adducit Guid. Pap.in quæſtio.29. edictum,
Bald.Angel.& alij in l.1.C.de Carbon. edict.per text.
100 ibi, docto.in l.fin.de edict.diui Adrian.tollen. † intel-
lige dummodo non ſit in poſſeſſione ſine ordine, quia
tunc infirmanda eſſet, & non confirmanda poſſeſſio
Bald.in dicta l.1.& ibi alij ſequuntur, & Bartol.in l.2.§.
101 fina.ff.de bon.poſſeſ.contra tab.& † vbi proceditur ſola
facti veritate inſpecta poteſt legatarius immitti in poſ-
ſeſſionem rei legatæ.Guid.Pap.in quæſtio.483. legata-
rio, ſequitur Alciat.conſi.68.gubernatorem. in princip.
lib.6.

102 Legatarius † videns legatum ſibi alternatiuè factum
de diuerſis rebus ſub diuerſis conditionib. quod tamen
vnum eſt reſpectu ſolutionis, vt glo.Barto.& alij decla-
rant per text.ibi in l.ſi quis ſeruum.§.1.& in l.ſi illud, de
legat.2.poteſt illud petendo facere petitionem alterna-
103 tiuam, prout res in legato proponuntur; † ſic enim in
alternatiuis admittenda eſt petitio alternatiua, ſed exe-
tio facienda eſt in altera re dicit Bald. in dict.l.ſi illud,
quod quidem verum eſt ſi electio non pertineat ad lega
tarium, qui ideò vbi poſſet eligere ex alternatiuis rem
quam velit legatam.l.Lucio.ff.eo. libellus alternatiuus
vti obſcurus parte opponente non admitteretur; Alex.
104 conſi.20.ponderatis his, ad fin,libro 3.cùm ergo † actor
vel facto iudicis,vel facto partis,vel impedimento iuris,
non impediretur ſe poſſe certiſicare de re quam vult pe
tere,ſua petitio alternatiua,obſcura & incerta reijcitur,
Bartol.in l.2.ff.quor.legat.& ibi Rip.num.4.& ſequent.
& declarat Alexandr.conſilio 182.lectis & ponderatis,
numero tertio,quart. & ſequen.libro ſecundo, numero
74.de libell.obla.vbi nouem adducit fallen.ſeu decla-
rationes, quibus libellus alternatiuus admittitur, at-
105 tende quòd in his † ineptitudo libelli non ſaluaretur
per ſtatutum de ſummarietate & modo procedendi ſine
figura & ſtrepitu iudicij, vt reſpondit Anchara.conſilio
383.primo & ante omnia,colum.fin.verſi.non ob.ſtatu-
tum, quo non puto verum, quia ſtante tali ſtatuto non
erit neceſſarius libellus, firmant Spec.tit.de libell.con-
cept.§.nunc dicendum eſt,colum.1.verſ.verum tamen,
& Bart.in l.nec quicquam.§.de plano.ff.de off. procon.
quo quidem ſtante ineptitudo libelli non attenderetur,
argu.l.1.§.1,C.de rei vxo.actio.glo.magna ad fin.in l.vi-
num, & ibi Rom, & alij,ſi cert.pet.probant Iaſ.conſ.2.
col.fi.verſ.vltimo,li.3.Signoror.con.238.col.3.verſ.præ-
tereà omiſſo.

106 Si contingat † inter plures legatarios, vel fideicom-
miſſarios ſuper rebus legatis extare ius aliquod præla-
tionis, vel alterius ſpeciei magis vni competens quàm
alteri,in cuius poſſeſſione vel quaſi ſit ille fortè,cui non
competit tale ius, cùm alter, cui magis dandum eſt ad
hoc ius conſequendum non habeat actionem perſona-
lem,realem, vel hypothecariam, habet ſanè actionem
confeſſoriam, vel quaſi competentem contra quemli-
bet detentorem, & ſui talis iuris turbatorem, petendo
declarari ſe pręferendo in dictis rebus legatis,& deten-
torem iudicis officio compelli ad reſtitutionem rerum
& fructuum,hæc vera probantur in ſimili per Caſt.conſ.
335.laudatio.in fin.lib.1,pro not.conſideratione refert &
ſequitur etiam in caſu ſuo Aymo conſ.201.num.9.facit.
text.& ibi Bart.in l.vbicumque.§.interdum.ff.de ventr.
in poſſ.mit.& Bald.in l.quemadmodum.§.ſi protectum,
nume.1.in pri.not.ad leg.aquil.

107 Legato præſtito actione ex teſtamento † adhuc lega-
tarius experiri poteſt, puta ſi res legata non fuerit plenè
& perfectè præſtita, circa vſumfructum pignorationem
ſecundùm l.3.C.de lega.& poſſeſſionem culpa & facto
hæredis penes alium exiſtentem poſt mortem teſtato-
108 ris, quia † hæres tenetur perfectè tradere legatario
rem legatam,& eum facere poſſeſſorem, vt l.Mæuius.§.
in fundo,& §.ſequen.& ibi gloſſ.& doct,de leg.2.ſoluen-
do tributa,collectas,& onera præterita rei legatæ l.apud

Iulianum.§.hæres,glo.& doɑ̃o.ibi de lega.1.gloſſ.fin.in
109 d.l.3.Affl.deciſ.95.ſub nu.5. † ſi à legatario ipſa res lega-
ta præſtita poterit euelli, vt in caſibus per legem gloſ.
& doct.in l.modo quocũque, in prin.de legat.1.ſi res le-
gata exiſtẽs in genere fuerit à legatario euicta exiſtens
in ſpecie habita diſtinctione perſonæ legatarij, ſi fue-
rit coniunctus vel extraneus, & ſcientiæ, vel ignorantiæ
teſtatoris, & facta denuntiatione hæredi, vbi tenetur de
euictione, vt l.ſi domus.§.de euictione, eo.& l. qui con-
cubinã.§.ſi hæres, de leg.3.& ibi gloſ.& doct.& in l.cum
alienam, ibi maximè Salyc.ſub num.10.C.de lega.hæc
ſingula titulo ſui tractatus conueniẽtia ex ſcriptis doct.
in dictis locis explicare aſſumpſit Gaſpar Cabal.de Cin
gulo tract.de euict.§.4.num.9.vſque ad numerum 38.
videnda ſunt ibi per eum pluribus quæ paucis verbis
110 hic ſunt explicata, ad hæc autem & † ſimilia onera te-
nẽtur heredes pro partibus hæreditarijs, & non pro par-
tibus cohæredum, qui non ſunt ſoluendo per tex.in l.le-
gatorum petitio, in prin.de leg.1.hoc intellige ex perſo-
nali, ſecus eſt in reali vel hypothecaria actione, & in caſi
bus in quibus tenetur quis inſolidum, vt eſt textus,
& gloſ.plena, & ibi Cyn.& alij in l.ſecunda, C.de hæred.
actio.

111 Is † quoq; cuius contemplatione apparet vel præ-
ſumitur factum legatum, vel cuius intereſt etiam alij
ſolutum eſſe legatum agere poteſt, vt ſoluatur ſibi, vel
alij cui eſſe ſolutum ſua intereſt.l.ſi cui legetur.§.fi. ibi
Bald.& alij, & l.ſeruo legato.§.ſi teſtator, de leg.1. gloſ.
in ver.petet, in l.auia.§.Titio, de cõdition.& demonſtr.
112 † poteſt enim quis agere contra alium, vt agat pro ſuo
intereſſe contra alium, vt l.cum in plures.§. meſſem. ff.
loca.& l.his conſequenter.§.Celſus, & ibi Bald.fam. er-
ciſc.& Bartol. in l.Iulianus.§.pen.ff. de actio. empt. &
hunc appellant doct.nouum modum agendi, & ibidem
Bart.ſubiungit etiam quòd ille qui conuenitur, vt agat,
liberatur, cedendo actionem actori, quam habet contra
illum, contra quem conuenitur, vt agat, & in ſpecie
Gualden. de art. teſtan. titu. 6.cau.27.numero tertio,
& cau.37.numero tertio, de qua actionum ceſſione,
cùm importet liberationem & ſolutionem quandam
eorum quæ reliquit teſtator, dicetur in ſequent. inter-
pret.

Adde & intereſſe commune piæ cauſæ exequendæ
113 Deique adorandi.l.Manicheos.C.de hæret.† facit, quòd
quilibet de populo poteſt agere & petere cogi hæredẽ,
vt ſatisfaciat relicta pias cauſas, tradit Ange.in §. ſin au-
114 tem ſanctiſſimus.in auth.de eccleſ.tit. † idem in relictis
factis fratribus minoribus.& in alimẽtis pauperum Bar.
in l.ſi quid, & in l.ciuitatib.de lega.primo, & prius.Spec.
de inſtr.edi.§.nunc verò aliqua, ver.ſed nonne quelibet
de populo.

115 Retentio † interdum rei legatæ datur, quæ fuerit
ſine vitio, & non datur actio, vt quando legatum de
iure ciuili non valeat, de æquitate verò, & de iure na-
turali tenet, ſi non ratione perſonæ legatarij grauati,
ſed teſtatoris, & vltimi legatarij inualidum eſt relictum,
vel ratione ſolennitatis valet teſtamentum, ſed de iure
naturali tenet: quia probatur per duos teſtes, gloſ.& ibi
Barto.num.9.& alij communiter ſequuntur in l.1.ff. de
condit indeb.& in l.poſt diuiſionem, & in l.cum quis.
C.de iur.& fa.ignor, Aret.in l.prima numero 4. C. ſi ad
uerſ.ſolemni.Corn.conſilio 137.colum.1.verſ.facit pro
hoc, libro 2.ita his caſibus datur retentio & non actio
per text.in l.codicillis, in princip.& ibi Bartol. Caſtr.&
116 Imo.& in l.ſi quis quos de leg.2.& in legato ex minus ſo
lenni teſtamento dari retentionem plurium alleg. au-
thoritate firmat Capyc.deci.89.numero ſecundo, & ſe-
quent. licet aliter ſit in hæreditate, quòd non poſſit
retineri, vel non dari obligationem ex non ſolenni
teſtamento, Bald.in l.ex parte, in fina.ff.de acquir.hæ-
red.Alexand.nume. 23. & alij in l.nemo poteſt de legat.
117 primo, meminit Capyc.in d.deciſ.89.num. 3. † De foro
conſcientiæ vel iudiciali declarando, vt per Corn.dict.
conſil.137.colum.2.lib.ſecundo, facilius enim datur re-
tentio quàm petitio, cum & in pluribus retentio per-
mittitur & non petitio l. 1. in princ. & ibi gloſſ.ff. de pi-
gnor.cum ſimil.per Cephal.conſi.393. num. 175. & ſeq.
118 & vbi creditor poteſt retinere rem ſibi obligatã ad ſuas
manus peruentam ex tenuta inualida vel ex primo de-
119 creto, Deci.conſil.449. ad numerum 22. † excommu-
nicatus non poteſt petere, tamen conuentus poteſt re-
tinere not.canon.in c.intelleximus, de iudic. & in capi-
120 tu. cum inter. de exception. † ſtatuto etiam mandante,
quòd nulla exceptio poſſit opponi aduerſus cõtractum
emptionis & venditionis, poteſt tamen res vendita re-
tineri loco pignoris, cùm hoc non ſit excipere non eli-
gendo actionem, ſed incumbendo pignori, probat Bal.
in l.ſi traditio, col.2.nu.3.in 3.quæſt. C. de action. empt.
121 † qui non poteſt petere vel acquirere poteſt retinere,
Deci. conſil.257.colum.fi.& conſil.300.col.pen.nu. 10.
in l. diuus pius. num.5. de reg.iur.cum ſimil. per Aymo.
conſi.148.num.2.conſil.292.nu.2.& Socin. iun.conſi.1.
num.20.& ſeq.

122 Pupillus † poteſt agere contra eum, qui ſecum con-
traxit, & qui contra eum non poteſt agere, ſed bene po-
teſt retinere, ſi pupillus non adimpleat contractum pro
parte ſua, dicit Bar.in l. pupillus.§.1.ff.de auth. tut. quia
123 † ei poteſt retineri debitũ, donec ipſe adimpleat quod
alteri debet per plura iura probat Rom. conſi.244.pro
124 euidentia, col.1.verſic.ſecundo quia.Daturq; † retentio
contra executionem ſententiæ, quãdo per eam non im-
pugnatur ſententia, deciſ.allegat Aymo d.conſ. 148.ſub
125 nume. 2. & Capyc. deciſ. 17. numer. 7. † vbi de reten-
tione melioramentorum contra executionem ſenten-
tiæ confirmantur hæc ex his, quæ tradit Alexand. con-
ſilio 83.viſa facti narratione.colum.2.verſicu.nec dica-
126 tur, libro 2.quòd † ſtatutum impediens ingreſſum poſ-
ſeſſionis non cenſetur impedire retẽtionem poſſeſſio-
nis, & quæ tradit Abb.in cap.de multa.nume.4.de præ-
127 ben. quòd † retentio pro expenſis datur etiam in bene-
ficialibus, & in iuriſdictionibus, & feudis per Soc.Iun.
conſil.68.nume.143.& ſequent.lib.3. & Alciat.conſilio
132.factum ſacrum Imperialis cameræ numero 57.& ſe-
128 quen.libro 5. Et † teſtator ſolùm habens in re ius reten-
tionis ratione hypothecæ legando cenſetur illud lega-
re, Alexan.conſilio 47.viſis inſtrumentis, columna fin.
129 verſ.corroborantur prædicta, libro 3. † temperanda au-
tem prædicta videntur quòd locum non habeant pri-
mo quando cum vitio res peruenerit ad retinere præ-
tendentem, Socin.Iun.conſilio 84.numero 30.libro 2.
130 res † vel fuerit minoris, mulieris, vel ruſtici, quia aduer-
ſarius non probet rem verè debitam ſibi ſolutam, vel
traditam, tenetur eam reſtituere, per l.cum de indebi-
to.§.ſi autem is.ff.de probat. tenet Crot.conſilio 328.
131 nume.2.& ſequen.item ſecundo contra † remedium re-
integrandæ non datur retentio ratione proprietatis, ne-
que hypothecæ, probat Alexan.conſil.78.in cauſa Fran-
ciſci.in princip.lib.3.nota in practica pauca hac de re-
tentione ſcripta.

Quo ad quartum & vltimum, vbi ſit conſequendum
132 quid aliud † debitum dandum vel faciendum teſtatoris
voluntate, ſiquidem id cõſequutum magis reſpiciat au-
thoritatem teſtatoris, vel ius quoddam ſpeciale, vel cau-
ſam inteſtati, vel non aditam hereditatem, ius quoddam
perſonarum, vel ius alimentorum, ad hæc ſimilia, iudicis
officium magis competere, quàm actionem, declarãdo,
ſingulaq; diſcutiendo tradit Ripa in d.l.num.42.vſque
ad num.47.de legat.1.& not.caſu Ange.conſilio 135.Pa-
133 cius, de † differentijs & conuenientijs inter officium iu-
dicis & actionem latè poſt Bart.& ali.ſcribit Iaſo.in l.1.
colum.



colum.5.verſicu.circa ſecundam qu.ff.de iuriſd.omni.
134 iudi.& in §.1.numero 54.cum ſequen.inſtit.de actio. †
vbicunque enim alia actio non datur iudicis officium
dari per l.in cauſæ.in princip.la ſecunda, de minor.dicit
135 Spec.titu.de offic.iudi.in princip. † & quando pro offi-
cio iudicis implorando requiratur libellus vel nõ, idem
Spec.declarat in tit. de libel.concept.§.nunc dicẽdum
eſt.colum.2.verſic.octauo.Iaſ.remiſſiuè in d.§.1.nu.67.
136 † Tamen in omni libello & petitione pro quacunque
actione intentata, videmus per vſum & practicam ob-
ſeruatum cumulari, ſimulque implorationem officij iu-
dicis, cum in concluſione libelli paſſim dicatur per vos
& officium veſtrum, quod quatenus opus ſit benignè im
137 plorat talem condemnari, &c. † quippe non eſt, niſi
valde bonum pluribus remedijs experiri, intelligitur
compatibilibus, vel ſubordinatis, vt meliori adiuuetur,
ad l.ſi quis intentione.ff.de iudi.Aym.conſil.130.in fin.
& argum.l.3.ff.de mili.teſt.& ibi not.per Bald.& alios &
Bart.in l.ſtipulationes non diuiduntur.nu.43.in fin.de
verb.oblig.& pulchrè Caſtr.conſi.390.in cauſa quę ver-
titur.nu.1.lib.2.

In his autem ex teſtamentaria diſpoſitione conſe-
quendis officio iudicis, & in alijs proſequendis per tres
138 actiones ſupra expreſſas eligendo poſſe experiri † via
executiua etiam quoad legata & fideicommiſſa, probo
imprimis circa officium iudicis datum auctoritate Bal-
di & Angeli, dicit enim Angel.in l.1.colum.2.verſicul.
139 illud autem non omittas.C.ſi.omiſ.cau.teſt.quòd quia †
legata debentur officio iudicis, & incipitur ab executio
ne per l.hæreditas.ff.de petitio.hæredit.hæc ſunt verba
Angeli, & ſi loquatur in legatis ad pias cauſas, tamen
fundo me in ſua ratione, quia debentur officio iudicis,
& Bald.in l.1.ſub nume.24.C.ſi à non compe.iudi.addu
140 cendo † differentiam inter iuriſdictionem & officium
iudicis, appellat iuriſdictionem eſſe poteſtatem introdu
ctam ex publica neceſſitate ad finem exhibendæ iuſti-
tiæ: & officium iudicis eſſe executionem illius poteſta-
tis, nota, executionem, & clariùs Bald.conſilio 177.ad
141 euidentiam.nume.3.libro 3.dicit quòd † ſine alia ſolen-
nitate libelli imploratur officium iudicis ſuper quadam
executione legis, vt quoddam patrocinium ad exequen
dam licentiam iuris, applicando nunc talem executio-
142 nem legis, & licentiam iuris ad vltimas † voluntates,
quæ ſeruari & exequi, vti lex, mandantur, per l.primam,
de ſacroſanc.eccleſ.& §.diſponat.in auth.de nupt.cap.
143 vltima voluntas.13.quæſtio.2.cum ſequen.ita † implora-
tio officij iudicis propriè perſequutio dicitur, & iudi-
cium extraordinarium, quod in executionibus exerceri
ſolet, vt probat Alci.in l.pecuniæ verbum §.actionis.
colum.3.verſ.eſt & officij iudicis.de verb.ſign.per quem
ergo & Bal.& Ang.in locis modo citatis dicta hæc con-
cluſio vera videtur, & tenenda eſt.

Et conſequenter in alijs circa legata & fideicommiſ-
ſa, pro quibus licet competant præmiſſæ tres actiones,
perſonalis actio ex teſtamento, rei vendicatio & hypo-
thecaria d.l.1.commun.de leg.Gui.Pap.in quęſt.483.le-
144 gatario † tamen & via executiua experiri poteſt, ſenten-
tiam hãc diſcutere & firmare aſſumpſit Ioſeph.Aſſiſien.
in Peruſ.deciſ.23.firmaui & ego conſilio 117.nume.55.&
ſequent.lib.1.eandem mihi nunc firmare placet vti ma-
145 gis commu.æquam, ac veriorem: † eſt enim magis com-
munis opin.iſta, quòd via executiua poſſint obtineri le-
gata & fideicommiſſa, de quà modò dicam, quia ſic te-
net gloſſ.in verſ.decreto.in §.illud quoque.in auth.de
146 hæred.& Falcid.& ibi Ange.ſpecialiter not. † quando
petitur legatum vel fideicommiſſum vigore inſtrumen-
ti teſtamenti non eſt neceſſarium petere condemnari
heredem per ſententiam diffinitiuam, ſed tantum mo-
do quòd fiat ſibi præceptum de ſoluendo, & hoc eſt ſpe
ciale in legatis & fideicommiſſis, quę vigore teſtamento
rum petuntur, cùm hac opin, tranſit Alex.in l.fin.colum.
1.ſub num.3.de edi.diu.Adr.tollen.& ibi Iaſ.colum.3.in
princ.verſic.tertius notabilis caſus, pro notabili probat
idem in l.pactum inter hæredem colum.2.in 7.not.ff.de
pact.& in l.quæ de legato.colum.2.verſi.2.contra iſtam
regulam, de leg.1.quem vltra alios in hoc loco ego alle-
go, Socin.conſil.103.nume.2.lib.3.Nat.conſil.206.num.
4.conſil.626.num.25.huic opin.aſſentitur Alciat.in d.l.
pecuniæ verbum.§.actionis, colum.fin.de verborum ſi-
gnif.& Segura, & Rodeci.Soarez in locis alleg.per Petr.
Duen.in ſua regu.15.num.2.Dec.in l.in teſtamentis.nu.
6.de reg.iur.ibi Cagnol.numer.9.& vltra Aſſiſien.in d.
deci.num.9.& ſequent.optimè firmat Guli.Bened.in c.
Raynutius.in ſecunda part.verſiculo ſi abſque liber.
morere.2.num.194.de teſta.hac forma vt modo dicam.
comprobat Boër.in deciſ.295.numer.12.& Franc.Beci.
conſil.17.nu.6.

His quidem magis ſtandum eſt vt pluribus per vulg.
147 † quàm Alexandr.& Rip.in l.ait prætor.§.ſi iudex.de re
iudi.& Alexand.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.
ſolut.matri.& Menoch.de adipiſ.poſſeſſ.remed.4.num.
594.quia iſti contrarium tenentes mouentur præcipuè
per text.in dict.§.ſi iudex.ponderando verbum, cõdem-
net, circa ea quæ debentur ex teſtamento vel codicillis
tam in ſcriptura redactis quàm ſine ſcriptura pronuntia
tis, quaſi condemnatio ad legata & fideicommiſſa præ-
cedere debeat ex illo tex.ſed parcant mihi tanti patres,
hæc non eſt deciſio illius tex.ſed illa eſt, quòd ſententia
condemnatoria eorum quæ debentur ex teſtamento, vel
codicillis certa redditur per relationem ad teſtamentũ,
vel ad codicillos, illa autem verba, ſi iudex aliquem ſic
condemnet, narrant contingentiam facti ad eam deci-
148 ſionem, quam dixi factam per illum tex.† ex verbis ideò
narratiuis per legiſlatorem prolatis non licet: & non de
bemus arguere ad faciendam deci.cauſarum, ſic vt ver-
ba ipſa narrant, ita eſt gloſſ.ordinaria in verſi.quoties.in
3.intellectu, in l.1.C.quando non pet.par.& ibi Iaſ.in
colu.8.verſi.& prætereà tu iuuenis allegando alias gloſ.
& doct.concord.ita facit regulã & firmat idem Cagnol.
ibi nu.27.limitationes, quas ibi adducunt ad talem re-
gulam, non faciunt ad dictam deciſ.d.§.ſi iudex, quia
iudex vel condemnando, vel exequendo, relationem ha
bendo ad aliam diſpoſitionem pariter certam facit ſuã
diſpoſitionem, aut pronuntiationem, quod legiſlator ſo-
lum quærit decidere in d.§.ſi iudex, ergo factũm condẽ-
nationis ſibi narratam non ita neceſſario concludens
ad deciſionem ipſam, non eſt ponderandum, ita quòd
de iure prohibitum ſit exequi teſtamenta pro legatis &
fideicommiſſis, arg.not.in l.nõ hoc.C.vn.legi.& in cap.
in præſentia.de probat.ita non poteſt dici in his eſſe re-
gulam iuris communis in cõtrarium, vt arguit Menoch.
149 d.remed.4.numero 695. † nec fruſtratorias remanere
illas tres actiones pro legatis & fideicommiſſis inductas
per d.l.1.commun.de legat.vt remanere arguit Me-
noch.d.remed.4.num.696.quia tales tres actiones ope
rantur & adiuuant ad faciliorem viam conſequendi ipſa
150 legata, l.cùm filius.§.varijs.de legat.ſecundo, † quando
via ordinaria eligitur experiendi à legatarijs & fideicom
miſſarijs, cum eis tũc obijci poſſit via, quam elegiſti, tibi
pateat, l.ſi mulier.§.fin.ff.quod met.cau.de qua plura ſcri
bit Dec.in l.vinum.col.fi.ſi certum petat.

Proinde ex crebriori doctorum ſententia & ex con-
151 trariorum refutatione demonſtratum eſt breuiter † le-
gatarium poſſe etiam vti modo executiuo pro obtinen-
dis legatis, licèt iure Digeſtorum contrariam ſenten-
tiam aſſerat veriorem Alciat.in dicta l.pecunię verbum.
§.actionis.colum.fin.de verborum ſignific.tamen & iu-
re Digeſtorum hoc idem poſſe tolerari deprehenditur

ex verbis text.ibi, ſed vt latior eius agendi facultas ſit,
in dicto §.varijs.l.cùm filius.de legat.ſecundo. Verùm
de iure codicis,authenticorum & canonico veriorem
152 hanc opin.probo ſic, † plures quidem ſunt modi in iu-
re proditi agendi, & ordinariè, & extraordinariè, ac
executiuè, ſentit Alexand.in dicta l. ait prætor.§. ſi iu-
dex.ſub numero 5.in prima reſponſione, vbi dicit de
duplici via agendi, & apertè Guili.Bened.in dicto cap.
Raynutius,part.2.verſicu.ſi abſque liber. morere.2.nu-
153 mero 194. † dicit de duplici modo agendi pro legatis
& fideicommiſſis, vno modo via ordinaria, puta agen-
do vna trium actionum competentium pro legatis, alio
modo agi poteſt via executiua per monitionem vel
præceptum faciendum hæredi, quòd ſoluere debeat
legata, & adimplere contenta in teſtamento, vt ibi
per eum, & per text. in cap.quoniam contra.de pro-
bat.de ordinario & extraordinario modo iudiciorum,
& ibi gloſſ.& docto.& in rubr.de iudi.& demonſtrat il-
154 lud quod ante dixi † in iudicijs ſemper inſpiciendum
eſſe modum agendi, Calca. conſilio 77. in princip.
Imol.in l. 2. §. quod ſi in patris.numero 8.ſolut.matr.
155 † ſed cum in præſtandis legatis ius Codicis & authen-
ticorum & canonicum ſit clarum verbis vniuerſalibus
& executiuis præceptiuum, vt l. 1. C.com. de legat. ibi,
vt omni modo perſonæ ab eo honoratæ ea percipiant,
& ibi,vt omnibus modis voluntati eius ſatisfiat, & l.fin.
§.fin.C.eo.ibi, vt ex omni parte omniq; ſtudio in quod
ſemper properamus,ad effectum perducantur,& vltima
elogia defunctorum legitimum finem ſortiantur.& §.1.
ibi,omnibus modis impleri,& §.his igitur.ibi,omnimo-
do ea complere, & §.ſi quis autem.ibi, ita vt omnibus
modis quod præceptum eſt per teſtantem impleatur, &
§.illud quoque.in auth.de hæred.& Falcid.vbi gloſſ.in
verſic.decreto.dicit,iudicem facere præceptum ei,ſcili-
cet hæredi vt ſoluat.& cap.vltima voluntas.12.quæſt.2.
ibi,omnibus modis ſeruari debet, cum ſimil.quæ etiam
ſupra recenſui interpret.præced.dubit.1.in princip. Igi-
tur & modo executiuo continent hæc iura, vt diſpoſita
per teſtatorem perducantur ad effectum cum omnibus
modis dicant & ſæpe repetunt properando ad effectum
perduci nullum modum excludunt.l.Iulianus. in prin-
159 cip.de legat.3.ſicut † verba hæc, omninò perſoluat, de-
notare executionem,tradit Bartol.in l.prima,ſub nume.
160 3.ff. iud.ſol.ex l. ſancimus.C.de fideiuſſ. † verbáque il-
la, in quod ſemper properamus ad effectum perducan-
tur, ſignificare celeritatem & feſtinantiam notum eſt in
grammatica, & probat l.1.C.de execut.rei iudi.& gloſſ.
in verſic. properanti. in l.fin.C.qui admit. vbi quidem
161 † verba legis ſunt ſignificantia celeritatem, adiunctis
verbis, modis omnibus, important & executionem pa-
ratam per text.& ibi Bartol.& alij notant in l.fina.C.de-
poſit.ita prêter alios ponderando iura alleg.probatur de
iure verior opin. Angel.in dicto.§.illud quoque decla-
rando ſecundùm Guli.Bened.in dicto verſicu.ſi abſque
liber.morere.2.nume.194.195.& Boër.dicta deciſ. 295.
162 num.12.quòd fiat † præceptum hæredi vt ſoluat legata
vel alia diſpoſita in teſtamento adimpleat infra breue
tempus aliquod, intra quod ſi oppoſuerit & probauerit
aliquod releuans quòd non teneatur, præceptum vlte-
rius non exequitur,aliàs termino elapſo exequi manda-
163 tur, vt etiam in locis vt plurimùm extant † ſtatuta de
inſtrumentis & teſtamentis exequendis, quæ ſeruanda
ſunt, dixi dicto conſil.117.in fin.d.Peruſ.deciſ.23.num.
164 31.& ſequen. † Aduerte à pronunciatione iudicis ita exe
quendo non daretur appellatio, Alciat. conſil.68. gu-
bernatorem. nume.6.7.lib.6. Ac intellige de liquidis,
vel ſtatim liquidandis,& poſt liquidationem mandantur
executioni Bald.conſil.165.ſtatutum diſponit.lib.4.de-
bet ſanè liquidari per pronunciationem iudicis ſuper
165 hoc pronunciantis, quia † non poteſt dici quid perfectè
liquidum niſi ſit per ſententiam declaratum, vt tenet
idem Bal.in l.idem quia in addi,ad fin.ff.de pact.& ple-
nius docet conſil.99.præmiſſis verbis.lib.5. vbi expri-
mit, quòd agens dicat, quare petit facta liquidatione,
166 &c.& iſta † cognitio fit ſummariè abſque ſolenni libel-
lo,vt ibi per eum dicentem ſe ita practicaſſe & proban-
tem per bonas leges, ad idem Barto.in l.proinde.§.no-
167 tandum.ff.ad leg.Aquil. † in inſtrumēto non liquido di-
cit fore adeundum iudicem vt declaret, non vt con-
demnet, ſequitur Roman. conſilio 211. allegationes.
columna penult.verſic.quoad vltimum.Dec.conſil.322.
168 columna ſecunda,verſ.ſecundo quia: † iudex enim qui
habet exequi poterit & dubia, quæ occurrerint, decla-
rare, Abb.in cap.cum olim.colum.1.ſub 3.not.de arbit.
alioquin non liquidata nequaquam poterunt exequi, ſi-
milia repetendo tradit Socin.conſil.89. colum.2.lib.3.
Bald,in l.ſi cauſam.num.11.12.C.de execut.rei iud.Alex.
conſil.90.viſo inſtrumento col.2.ver.iſtis ergo.lib.3.&
alibi per eum & ali.

169 Cùm itaque petendum ſit † relictum continens ali-
quid dari vel fieri, & illud deſierit poſſe dari vel fieri,
quidnam petendum, an ipſa res quæ non extat, vel non
poteſt dari, an æſtimatio, & an factum vel intereſſe vi-
dendum eſt. Nam multi ſunt caſus, quibus legata præ-
ſtantur in æſtimatione, & non in ipſa ſpecie relicta, de
quibus dicendum erit in ſequent.interpr. Nunc ad pro-
170 poſitum, ſi res † relicta non extat, & non apparet, po-
teſt formari libellus petendo rem talem ſi extat, aliàs
eius æſtimationem,qui quidem libellus eſt non alterna-
tiuus,ſed diſiunctiuus, & admittendus ſecundùm Bald.
in l.fin.numero 3.C.de cond.inſer.& Bartol.& alij in l.ſi
ſeruum.§.fina.de verborum obligat.& in l.in re furtiua.
ff.de cond.furt.& in l.2.in princip.ff.quorum leg.Imol.
in l.ſi conſtante.§.ſi vxor.ſolut.matrim.& per Afflict.in
171 deci.379.vbi in fin.dicit, † in vltima voluntate quando
præſtari non poteſt quod debetur, æſtimatio præſtari
debet,vt in legato rei alienæ, Angel.Aret.in §.1.nume.
4.inſtit.de ſing.reb.per fideicommiſ.reli.Bald.in l.1.in
fin.C.pro empto.Bartol.& alij in l.cum alienam.C.de
172 legat. † Si verò factum ſit in legato in obligatione, &
tempus eius non ſit præteritū, vel omni tempore æqua-
lem ſortitur effectum,in libello petitur prêciſè illud fie-
ri debere,per tex.in l.fideicommiſſa.§.fin.de lega.3.vbi
173 Bart.notat † obligatum ad factum in vltima voluntate
præciſè teneri ad illud, non ſic in contractib. in quibus
pro facto poteſt præſtari intereſſe,Bartol.ibi dicit ſe de
ratione dicere in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de
verborum obligat.vbi in colum.15.ſub ver. quinta fuit
opin.nil aliud dicit,niſi quòd illud eſt fauore vltimę vo-
luntatis, quæ lex eſt, & datur actio perſonalis ex teſta-
174 mento, Bero.conſil.15.num.5.lib.3. † ſi autem factum in
legato veniens habeat certum & determinatum tem-
pus, quo ſortiatur effectum, vt eſt legatum vſusfructus
per biennium, à morte teſtatoris, quo nempè biennio
elapſo, & bene noto legatario non poteſt ipſe legata-
rius petere niſi intereſſe,quòd paſſus eſt ex eo,quòd non
habuit vſumfructum biennij elapſi, & ſic illud tantum,
& quantum fuerit vſusfructus dicti biennij, quod im-
poſſibile eſt amplius redire, & ſic eius æſtimatio peten-
da eſt, ita per text.in l.ſi vſusfructus mihi in biennium.
de vſufruct.leg.& ibi Bartol.& Alber.& plenius Bartol.
in dicta l.ſtipulationes non diuiduntur. colum.penult.
numero 44.dictam hanc diſtinctionem clarè probant
Bart.in l.ſi vno.§.item cum quidam.ad fin.ff.loc.& Bal.
in l.liberti.ſub nume.15.C.de oper.liber.& Abb.in cap.
fin.ſub num.8.de iudi.

175 Præterea ſi † legatarius vel fideicommiſſarius repe-
riatur penes ſe habere relictam rem, quia eam emit fi-
deicommiſſi vel legati conditione pendente vel puri-
ficata, quomodo petet eam, cùm ſibi eam habenti dari
vel



vel reſtitui non poſſit. Primò ſi emit conditione pen-
dente etiam ſcienter, non eſt dubium de non repudia-
tione,per l.ſi ita ſcriptum ſit.§.ſi ſub conditione.ad prin
cip.de lega.2.tradit Caſtr.in l.cui res ſub conditione.ff.
de actio.empt.Cephal.conſil.84.num.8.ſi emit poſt pu-
rificatam conditionem ignoranter,non eſt remiſſum fi-
deicommiſſum,vel relictum, ſi verò ſcienter, eſt remiſ-
ſum, vt longa diſcuſſione, probat Alexand.conſil.100.
ſuper primo dubio, num.5.& ſeq.lib.7.Alciat.conſ.143.
176 nume.6.lib.5. † Vbi ergo remiſſum non cenſetur lega-
tum vel fideicommiſſum particulare, quàm vniuerſale,
poteſt legatarius vel fideicommiſſarius agendo ex teſta-
mento & exempto contra hæredem petere ſibi rem le-
gatam datam remanere abſque aliqua ſolutione pretij,
vel ſibi remittendi, ſi non ſoluerit,vel reſtituendi ſi ſol-
uerit,hæc ſimul bene operantur actio ex teſtamento, &
actio ex empto, vt ſunt magiſtrales, text.in d.l.cum res
ſub conditione,& plenior in l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.
de legat.1.& ibi Bartol.Bald.Ange.Caſtr.Alexan.& Iaſ.
latè intellectus,& materiam examinant,Cephal.d.conſ.
84.nume.8.poſt Ruin.conſil.156.nu.4.lib.5.idem Boër.
conſil.9.num.3.

Quando † legatarius poſſidet negante hęrede poteſt
177 officiū iudicis implorare,& petere ſe declarari poſſeſſo-
rem, & dominum titulo legati, hoc non eſt iudiciū poſ-
ſeſſorium, vel petitorium,ſed eſt quædam petitio extra-
ordinaria, quod eſt notandum, firmat Bald.in l.1.nu.4.
commun.de leg.eſt quoddam pluſquam ſimpliciter pe-
tere ſe confirmari in poſſeſſione per eum apprehenſa,
& per hæredem reuocari petita,vt tradit Barto.in l.2.§.
178 fin.ff.quo legat. †hæres autem audiretur petendo reuo-
cationem poſſeſſionis ſibi reſtituendæ,quando intendit
impugnare legatum, vel eſſet in caſu retinendæ Falci-
diæ,vt examinat Rip.in l.1.in princ.col.fin.ff.eo.

Aduertas denique, ſi ille † qui directè vt hæres vel
179 alius honoratus à teſtatore, vel indirectè, vt impediens
implere conditionem legati,qui tenetur ſoluere & prę-
ſtare legatum ipſum,non ſit ſoluendo, daretur ipſi lega-
tario, vel fideicommiſſario in ſubſidium actio perſona-
lis, contra bona relicta & eorum poſſeſſorem & ſucceſ-
ſorem, etiam ex cauſa oneroſa per caſum,l.planè.2.§.
qui rogatus.de legat.1.ibi hoc eſſe ſpeciale,ne pereat fi-
deicommiſſum facto grauati, & tertij, dicit Bald.& hoc
pręcipuè operatur fauor vltimę voluntatis,ne pereat,ait
Imol.in ſubſidium agi contra poſſeſſorem, licèt habeat
cauſam oneroſam,not.Caſtren.quaſi ex mente teſtantis
nouum dominum intellgi grauatum venditore exiſten-
te ſoluendo,declarat Cuman.ibidem, ita hoc caſu non
habet locum quod not.in l.eum ſeruum.ſi certum pet.
180 † actionem in ſubſidium non dari contra ſingularem
ſucceſſorem ex cauſa oneroſa, cùm id fallat fauore vlti-
mæ voluntatis,per d.§.qui rogatus.alleg.doct.tenent:&
ex quibus malè concludit Caſtr.conſil.468.ad primum
quo quæritur ad fin.lib.1.inferendo contra habentem
cauſam oneroſam, quia emit, in ſubſidium recurri non
poſſe, cùm ipſemet Caſtr.notet contrarium in d.§.qui
181 rogatus, per quem hærede † non exiſtente ſoluendo in
ſubſidium etiam contra legatarios competere actionē,
ponit Socin.in l.Mutianæ.col.fin.ad princ.de condit.&
182 demonſtr. † impedienteq; impleri conditionem legati
non exiſtente ſoluēdo legatario in ſubſidium dari actio-
nem ad ipſum legatum,ac ſi conditio eſſet impleta, te-
183 net Alber.in l.filiæ ſuæ.§.1.nu.5.eo.alioquin † & ex ſpe-
cialitate minoris ætatis domini rei primo emptore non
exiſtente ſoluendo officium iudicis loco perſonalis a-
ctionis ſuccedens dari contra ſingularem ſucceſſorem,
per l.in cauſæ.§.ſi.cum l.ſeq.ff.de minor.poſt Alex.pro-
184 bat Ripa in l.1.§.ſi hæres.nu.13.ad Trebel. † nam ſubſi-
diarium remedium admittitur, quando potentia & actu
deſit ordinarium,tradit idem Ripa, tract.de peſte,in ſe-
cunda part.ſecund.part.num.21.& plura per Iacob.in l.
185 commodis.ff.de re iud. † de bonis in pignus capi prohi-
bitis, in ſubſidium capiendis, & per Rip.in l.obligatio-
186 ne.nume.43.& ſeq.ff.de pign.atque † de actione vendi-
candi danda in ſubſidium contra eum in quem perue-
nerunt bona conſequenda.l.pater dotem.§.fin.de dot.
præleg.Spec.tit.de ſucceſ.ab inteſtat.§.1.ad fin.& Bart.
in l.1.in fin.ff.de diſtr.pign.cum ſimil.in meo conſil.87.
nu.3.& ſeq.& Tob.Peruſi.conſ.39.nu.4.

Habet in ſumma noſter hîc interpres modum aliqua
liter indicatum, quo pro relictis conſequendis in iudi-
cio experiendum ſit, pro contingentijs caſuum,propo-
ſitiones,narrationes & concluſiones, veritati demum fa
ctorum & iuris accommodabit.

## ¶ SVMMARIVM.

1 *Iuſtitia iudiciorum conſiſtit in probatione.*
2 *Pondus iudicij totum eſt in probatione cauſa.*
3 *Probationes prius ſunt deliberandæ ab eo,qui vult litigare.*
4 *Veritas qua apparere non poteſt, habetur pro nihilo, quoad ius noſtrum.*
5 *Ius non habet, & eo carere dicitur, qui non probat quod allegat.*
6 *Ius parum prodeſt in foro iudiciali, cùm probatio deficit.*
7 *Victoria datur reo conuento duplici ratione,vel ſuorum iurium probatione, vel non probatione iurium actoris.*
*Quantumcunque legalis & honeſta ſit perſona actoris, & malæ conditionis & famæ ſit reus.ibid.*
8 *Allegare, dicere, vel proponere aliquid non ſufficit, niſi probetur.*
*Nec ſtatur in iudicio ſoli allegationi, niſi aliter probetur.*9.
10 *Conſuetudo cùm ſit quid facti debet probari ab allegante eam.*
11 *Præſcriptio eſt probanda ab allegante illam.*
12 *Iura concedentia aliquid alleganti aliquod factum, intelliguntur non de allegatione ſola, ſed ſi ita verum eſſe probet.*
13 *Probatio eſt facienda de his quæ in libello aſſeruntur.*
14 *Probatio debet fieri de narratis in precibus per impetrantem, aliàs impetratis non gaudebit.*
*Quod intellige.vt num.*15.
15 *Supplicans ſe admitti vigore teſtamenti narrando ſe nobilem,pauperem & vnicum de caſata, admittetur tamen non probato ſe vnicum.*16.
16 *Impetrans & ſupplicans quæ narrauit in precibus probare debet, aliàs impetratis non gaudebit.*
17 *Actor ſiue reus quiuíſve alius tenetur probare id quod eſt fundamentum, & cauſa ſuæ intentionis perſpicuè.*
*Siue ſit fundatum ex aliquo affirmatiuo,vel negatiuo.*18.
19 *Fraus non ſit per aliquem licentiantem famulum informatum de ſuis iuribus, quæ per eum probare poßit.*
20 *Probatio magnum commodum habet quod eſt in conſideratione & æſtimatione.*
21 *Conſilium pro teſtibus examinandis.*
22 *Teſtimonium non vitiatur eius, qui prius dixit parti quod erat in iudicio dicturus.*
*Et ſtaretur primo dicto extraiudiciali etiam iurato,vel magis veriſimili.*23.
24 *Teſtis poteſt inſtrui à parte,vt aptè & concludenter deponat veritatem.*
*Et poteſt petere & pretio inſtari & ſolicitari nolens deponere vt dicat veritatem.*25.
*Qui ob hoc non dicitur ſuſpectus.*26.
27 *Probatio adeò eſt neceſſaria in iudicijs, vt ſine ea ſententia ſit nulla ſecundùm aliquos.*
*Quod quomodo intelligatur.*28.
29 *Idem in laude arbitri vel arbitratoris lati ſine cauſa cognitione ſtatim facto compromiſſo.*29.
*Vel etiā duobus vel tribus diebus lati poſt cōpromiſſum.* 30.

31 Proceſſus totus factus vna die eſt nullus.

32 Sententia lata ſine probationibus datis terminis probatorijs non dicitur nulla, ſed iniqua, ſecundùm magis communẽ opin.

33 Probationes ſunt de ordine iuſtitiæ commiſſæ arbitrio iudicis, non autem de ordine ſubſtantiali iudicij.

34 Probatum non dicitur, niſi ſit ritè, ſolenniter & ciuili ordine & modo probatum.

Et ſint factæ probationes in termino probatorio, qui partibus datur lite conteſtata.35.

Et cenſetur datus ad ponendum articulandum, & producendum teſtes, & faciendum eos iurare, quæ fienda ſunt intra terminum.36.

Et tria requiruntur vt detur, de quibus ibi.37.

Et facta extra terminum non releuant.38.

Item iuſtificatio facta poſt terminũ ſtatutum non prodeſt.39.

Nec productio inſtrumenti in principio litis cum libello, ſi in dicto termino probatorio iterum non fiat.40.

Et quare ibidem.

41 Terminus ſtat in ſuſpenſo nec currit, parte opponente poſitionibus in termino productis, donec iudex declarauerit de impertinentibus vel non.

Cucurriſſet tamen, culpa euidenter apparente facientis poſitiones impertinentes, ita iudice declarante.42.43.

Item non currit donec ſtat per partem non reſpondentem poſitionibus.44.

45 Factum in vltimo momento termini, dicitur factum intra terminum.

46 Exemplum inſtrumenti productum intra terminum, poſt terminum poteſt produci originale, & dicetur productum in termino.

47 Probatum vel factum poſt terminum tendens ad declarationem probatorum in termino valet.

48 Probatio per inſtrumenta poteſt fieri poſt terminum probatorium.5.3.

Item eorum quæ faciunt ad probationem notariatus ſigillorum, & eorum quæ circa inſtrumenta producta ex aduerſo negantur.49.

50 Teſtes poſſunt examinari ſuper vno articulo nouiter emergente.

Et iurantes in termino poſſunt poſt eum examinari. & quare.51.

52 Teſtamentum productum verbaliter in termino, ſeu productio eius facta verbaliter in termino valet.

Et dicitur facta ſi de eo eſt facta mentio in propoſitionibus productis vt ei pars reſpondeat. Et quare ibid.

Et quando in termino fiat reprobatio, vel non.53.

Et de ratione ibid. & num. ſeq.

55 Teſtes debent iurare & examinari in termino dato ad probandum & probatum habendum per omne genus probationum vigore ſtatutorum, aliàs non probant extra eum examinati.

Et de ratione.56.

57 Terminus probatorius lapſus an & quando præcludat viam amplius probandi an requiratur accuſatio contumaciæ partis non probantis cùm interlocutoria Iudicis, vel ne iuxta ſing.283. Marſ. quod reprobatur vt ibid.

Et quòd ſit in dubio peremptorius, adeò vt poſt eum non ſit quis audiendus, niſi ex cauſa.58.

Et quòd in termino ad agendum, qui poſt eum audiatur niſi iudice non eſſe audiendum interloquente.59.

At in terminis reſpicientib. iuſtitiam & merita cauſæ non admittitur qui eo lapſo.60.

Fallit exceptione de nouo ſuperueniente, aut iuret excipiẽs ad notitiam ſuperueniſſe, ibid.

Et quod intelligatur peremptoriè terminus datus ad probandum proſecuta & propoſita.61.

Et quòd probaturus elapſus excludat probationem per teſtes & inſtrumenta, niſi parte aduerſa producente inſtrumẽta poſt terminum.62.

63 Capitula probatoria debent produci iudicialiter parte citata, aliàs teſtes ſuper eis examinati non probant, ſic de omnibus ſcripturis & inſtrumentis eſt facien. & debet peti à iudice eorum copiam dari parti, aliàs nõ probant contra aduerſarium.

Et debet produci ſcriptura integraliter cum ea ad quam refertur.64. vbi in quo caſu valent, & quomodo.

65 Inſtrumentum productum contra aliquem præſentem vel citatum & nil contra illud apponentem, videtur approbatum pro valido, adeo vt contra illud amplius opponi non poſſit.

Idem in ſcriptura priuata petita exhiberi per aduerſarium 66.

Et de multis quæ valent parte non opponente.67.

Et quid operetur omiſſio oppoſitionis à parte 68.

Et quòd poſſit poſteà dici de errore inſtrumenti approbati per non oppoſitionem partis.69.

70 Inſtrumentũ productum ab aliquo faciens contra eum, non poteſt eum pœnitere, nec petere ſibi reſtitui vti errore productum.

71 Inſtrumentum penes aliquem exiſtens operatur vt ille præſumatur de contentis in eo habere notitiam.

Vnde id producens neceſſe habet fateri vera eſſe omnia & ſingula in eo contenta, intellige diſpoſitiuè, non enuntiatiuè.72.

Et hæc regula poteſt induci pro & contra, ibid.

Et quòd per productionem ſimpliciter inducitur confeſſio eorum quæ continentur in ſcriptura producta eſſe vera. 73.

Et quòd quis conuincatur ex inſtrumento quod quis pro ſe producit 74.

Et ſtatur ſcripturæ per aliquem productæ & contra eum, qui non poteſt errorem corrigere.75.

Nec poteſt inſtrumenta producta retrahere aut reuocare, nec reprobare perſonam notarij.76.

Producens inſtrumentum quod penes ſe habet, licet neceſſe fateri omnia eſſe vera in eo contenta, vide ſub verb. inſtrumentum penes aliquem, cum ſeq.

77 Producens inſtrumentum, dicitur illud approbare, & ſibi præiudicat.

Fallit quando producens teſtamentum vel ſcripturam aſſerat verba in eo cõtenta vt prolata ab aduerſario, quia ea non videtur fateri vera 78.

Item nec videtur fateri ſimpliciter omnia in eo contenta vera, ſed eatenùs, quatenùs inſtrumentum ipſum probat. 79. & vt ibi declaratur.

80 Inſtrumentum productum ſi ſit falſum vel minus ſtatur ei contra producentem.

Et de qua ſolennitate intelligatur, ibid.

82 Approbans ſcripturam, contractum vel alium actum productum in iudicio poteſt illum obijcere de nullitate, ſed non de iniquitate purgata per approbationem.

83 Clauſula illa vulgata productionis in parte & partib. producenti proficuis non prodeſt illi, quin aduerſarius & iudex poſſit ſe fundare in inſtrumento producto contra producentem.

Et eſt opin. verior. ibid. & receptior.

Et quando pars maximè non conſentit tali præſtationi. ibidem.

85 Terminus probatorius non elapſus dicitur per tempus quo ſtetit in ſuſpenſo ne curreret, vel partium conſenſu, vel iudicis pronuntiatione, declarando vt ibi. cum num. ſeq.

86 Conſenſus partium eſt ſequendus in iudicijs vti quod expediens.

87 Dilatio probatoria à iudice præfixa dicitur ſua interlocutoria.

88 Iudex interlocutoriam reuocare poteſt.

Et poteſt abbreuiare delationem. ibid.

Tanto magis ſuſpendere ne interim currat, & de ratione. ibid.





89 Factum iudicis reputatur factum partis.

90 Probatio in iudicio fit ex quatuor modis, de quibus ibid.

Et quòd magis communes ſint modi probandi illi quinque, de quibus ibi, vt per teſtes, per inſtrumenta, per confeſſionem partis, per euidentiam facti, & per præſumptionem violentam.91.

92 Teſtes an probent tria ſunt inſpicienda, qualitates perſonarum, numerus teſtium, & dicta eorum.

93 Teſtes prohibiti teſtificari non probant, & minus probant non omni exceptione maiores.

94 Teſtes quot requirantur ad probationem teſtamenti, de iure ciuili dic quinque ſeptem, codicilli & donationis cauſa mortis & cuiuslibet vltimæ voluntatis quinque, & quando hoc ſit, & quando duo ſufficiant, quid & quot requirantur de iure canonico.

95 Teſtes duo requiruntur ad probandum quodcunque factum regulariter, vltra prædicta. in nume. proximè præcedenti.

Et quando ſtetur maiori numero teſtium.96.

Et de ratione tali.97.

Et quòd vnus reprobetur per duos, duo per quatuor: ibidem.

Et numerus trium ſupplet defectum vnius minus idonei.98.

Fallit hoc quando eadem ratio repellendi quæ eſt in vno, eſt & in alijs, tunc numerus non ſupplet. ibid.

Secundo quia non fit ſuppletio probationis reintegrandæ ex dicto teſtis omninò inhabilis. ibid.

Quorum dicta vt probent debent fundari in ratione vel cauſa ſcientiæ, declarando vt ibi.99.

Et de ratione magis attendenda, quàm dictum teſtis.100.

Et quando non valeat ratio teſtis, quia dicatur eadem cum dicto:101.

Et quando interrogatus quomodo ſciat dicat, quia ſcio, non probat, & de ratione huius.102.

Et ſicut dicta teſtium non ſunt cauillanda, ſed adaptanda ad ea quæ dicit teſtis ſcire, ita & ratio eius eſt adiuuanda quantum poſſibile eſt. nu.103.

Et quomodo teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ reſpondens ſcire, quia vidit, videtur concludere per talem rationem viſum, declarando vt ibi pulchrè.104.

105 Inſtrumenta an probent duo videnda ſunt. vt ibid.

Et vt probent requiritur, quòd perſona rogata ſit notarius publicus, & notus complens ea cum ſolennitatibus à iure requiſitis.106

107 Notarius ſi negetur à parte aduerſa, debet probari, quòd ſit notarius à producente inſtrumentum.

108 Inſtrumentum perfectum plurima habet preconia ſolemnis probationis.

Dicitur enim probatio probata, & non probanda.

Veritas euidens.

Apparens.

Manifeſtiſſima.

Notoria.

Liquida.

Patens.

Certa.

Diffinita, &

Indubitata.

Et quando prædicta de inſtrumento procedunt. ibid.

Fallunt prædicta in verbis inſtrumenti enunciatiuis, quia locum non habet exemplum, vide & declara vt ibi nu.109.

110 Inſtrumentum continet diſpoſitionem partium de facto à iure ſimul de facto tantum circa eius probationem inter homines faciendam & quoad commodum & probat pro & contra perſonas in eo nominatas, quoad factum ſcilicet & ius ſimul, & vt ibi latius & quoad factum tãtum ſit ſecutum & de ſimplici notitia facta probat inter omnes homines de mundo. & vt ibi latè.

111 Inſtrumentum non prodeſt ei qui non eſt nominatus in inſtrumento. ſi non probauerit ſe ſic ſucceſſiſſe nominato in eo, vel vt ibi dicitur.112.

112 Inſtrumentum probat ſecundum eius tenorem, & non præter vel contra tenorem.

113 Inſtrumentum emptionis & venditionis inter alios confectum poteſt alium adiuuare, qui emit à primo emptore, licèt in primo inſtrumento non ſit ſpecificè nominatas, ex quo implicitè eſt comprehenſus, & dic vt ibi latè.

114 Inſtrumentum eſt probatio probata per lectionem ſcripturæ, & tantum probat quantum cantat diſpoſitione.

115 Teſtator non poteſt imponere legem, niſi ſucceſſori ſuo.

116 Confeſſio propria partis eſt maior & præſtantior quacunque alia quam litigans habere poſſit ab aduerſario, eſtq; maior inſtrumento & teſtibus quibuſcunque & de materia. infra.

Et de ratione.117.

Et per confeſſionem partis dicitur finita controuerſia.118.

Et confeſſus habetur pro iudicato.119.

Et latiſſimè de confeſſione partis multa ſolent contendi inter litigantes, quæ ſint. & de materia earum vide 120.

121 Euidentia facti & eius probatio poteſt ſe habere & applicari ad omnia quæ in iudicijs conſiſtunt, in facto locali ſubiecto oculis iudicis & omnibus, declarando vt ibid. vide, & de hac probatione vſque ad num.135.

Et per euidentiam facti & inſpectionem apparent non adeſſe ſolennitates requiſitas. ibidem cum ſeqq. alijs ſimilibus.

122 Euidens illud eſt quod documentis neceſſaria continentibus illuſtratur. & nu.130.

123 Probatio per inſpectionem oculorum, vbi de ea fit mentio, & vide de materia verb. ætas minor.

124 Aetas minor probatur ex aſpectu iudicis.

Idem dicendum eſt de ætate ſenili. ibid.

Idem de cicatrice perpetuo remanſura. declarando vt ibi.

Idem de damno dato, quod nullum ſit. ibid.

Idem de loco apparente diuerſo per varias depoſitiones teſtium, quia ex aſpectu per iudicem poſſunt declarari.125.

Idem de aliquo petito reſpectu certi loci non probato, poteſt per iudicem inſpici qui ſecundùm locorum euidentiam iudicabit.126.

127 Sententia per euidentiam apparens iniqua in rem iudicatam nunquam tranſit.

Idem ſi nullitatis euidentia vel iniquitatis ſententiæ ſit ex inſpectione actorum.128.

129 Homo qualis ſit dignoſcitur ex aſpectu veſtitus & habitus perſonæ.

130 Euidenter conſtari dicitur, quod conſtat ex inſpectione inſtrumentorum.

Et quod oritur ex facto apparente oculis corporis iudicis.

131 Item deuenitur ad inſpectionem, vbi ſit dubium de qualitate rei legatæ.

132 Euidentia facti has habet prærogatiuas, quòd nulla eſt ea certior probatio quæ præfertur cuiuſcunq; generi probationum declarando vt ibi habetur.

133 Confeſſio partis nil facit vbi euidentia facti omninò repugnet.

Et de ratione.134.

135 Probatio quandoque fit per præſumptionem violentam, & quando hoc ſit aut fiat. vide ibi.

135 Præſumptio violenta eſt ea, quæ talem probationem facit, qua iudicis animus quaſi violentatur ad ita credendum & ſententiam ferendam.

137 Præſumptio violenta ſufficit etiam in cauſa criminali ad condemnationem in pœna pecuniaria.

Et vbi plures concurrunt præſumptiones, ſufficiunt ad iudicandum.138.

Et de pluribus præſumptionibus & coniecturis coniungendis ad plenam probationem, in his maximè quæ ſunt difficilis probationis.139.

140 Probatio neceſſaria eſt ſuper decem in cauſis vltimarum voluntatum exequendarum, & quæ ſint iſta decem &

de vnoquoque examinato.ibi cum ſeq.ferè vſque ad finem dubitationis.

141 Vita & ſuperexiſtentia perſonæ teſtatoris in rerum natura eſt probanda pro exequendis teſtamentis.

Et de ratione.142.& quomodo fieri debeat talis probatio.ibidem.

142 Teſtatoris perſona eſt cauſa efficiens fundamentum & ſubſtantia diſpoſitionis teſtamentariæ.

Series teſtamenti. vide verb.teſtamenti ſeries.

143 Teſtamenti ſeries in totum vel in parte probatur per inſtrumentum vel ſcripturam publicam de teſtamento ipſo confectam,& vt ibi dicitur latè.

Et tenor teſtamenti probatur per ipſum inſtrumentum. 144.

145 Mors teſtatoris eſt proponenda & probanda vt teſtamẽtum ſortiatur effectum, ab agente ex teſtamento, & vide de hac materia vſque ad nu. 183.

Et de morte circa compendioſam & duplici eius ſpecie naturali & ciuili.146.

146 Tranſactio non eſt facienda, nec iudicari poteſt ſuper facultatibus eius, cuius vita eſt incerta fuitque, atque fortuna.

147 Mors dicitur vitæ priuatio,& eam probare eſt probare negatiuam vt ibi, quæ probatio difficilis reputatur.148.

149 Probatio mortis eſt vaga & varia, quare & quomodo,ibi.

150 Mos eſt probanda ab eo alicuius,qui in ea morte ſe fundat.

151 Vita & quòd quis viuat ex proban. ab eo qui in vita alicuius ſe fundat præſumpti etiam viuere vſque ad centum annos,& quando hoc agere debeat.ibidem.

152 Mors quando probatur per famam pariter, & vita probari per famam poteſt.

Quod quando verum ſit, dic vt ibi.latè.vbi de opin.auctoris circa hoc.

Et quòd leuior ſit probatio de vita, quàm de morte.153.

152 Probatio de vita eſt leuior quàm de morte.

154 Mors in loco propinquo à tempore recenti per quos debeat probari.

Et quid ſi euenerit in loco defuncti, ſed de tempore longinquo.155.

Et quando ſit & intelligatur de annis 20.156.

Et quid ſi in longinquo loco euenerit.vide nu.158.

156 Probatio de morte per famam non recentis temporis quod ſit annorum 30.& quando hoc ſit, vide ibi latè.

156 Tempus longinquum an ſit annorum 30.& quod ſit arbitrarium iudicis.

157 Mors probatur hominis longitudine temporis, ſi elapſi ſint maximè centum anni, quibus ille viſus non fuit.

158 Mors quomodo probatur contigiſſe alicui in longinquo loco.

Et de pluribus modis & caſibus, quibus mors probatur. 159.

160 Mortuus præſumitur accedens ad bellum, in quo multitudo magna deceſſit, elapſo decennio, & de eo nulla habita notitia.

161 Præſumptio vitæ hominis centum annorum non eſt vera præſumptio iuris,ſed potiùs quædam ſuſpicio, quæ tollitur per cõtrariam ſuſpicionem orientem ex dicto etiam vnius teſtis, vel per famam.

162 Fama de morte alicuius quomodo probetur.

Et de Cephalo & Alexandro reprobatis per auctorem. vt ibi.

162 Teſtes probantes famam de morte alicuius an debeant dicere ſe audiuiſſe dici à maiori parte populi nominando aliquos, & ſecundùm Alex.& Ceph.& quòd non, ſecundum auctorem & quare ibid.163.cum ſeq. vbi latiſſimè de materia.

Et quòd probent deponentes de publica voce & fama mortis talis, quia audierint dici publicè & palàm in vicinia & in loco.163.

Idem ſi dicant audiuiſſe per totam ciuitatem.ibid.

Idem quando dicatur quòd communiter audiuerunt dici. ibid.

Idem dicentes quòd publica dicitur in ciuitate illa, vel in loco illo tale quid ita proceſſiſſe aut factum fuiſſe.ibid.

Idem ſi dicat teſtis fama eſt in ſua ciuitate ibidem.

Et eſt communnis opin.contra Bart.vt ibid dicitur.

164 Teſtes an & quãdo debẽt interrogari à quibus audierint,& non interrogati an id dicere debeant,& quare,quáve ex cauſa,& quid ſi reſponderunt ſe non recordari,quòd non probetur fama, & quòd id procedat in probatione famæ de delicto alicuius, & de dicto perſonarum, & de facto aliquo de recenti, vt ibi latè deducitur.

165 Teſtis dicitur ſuſpectus, interrogatus de facto recenti dicat interrogatus ſe non recordari à quibus audierit.

166 Fama de morte alicuius quando poſſit originem habere etiam à perſonis vilibus, & quòd immò poſſit.ibi.& 167.

167 Mors alicuius perſonæ dicitur quidam actus.

168 Probario tenet & prodeſt probanti, ſiue teſtis recordetur vel non de aliqua qualitate, quando idem reſultat effectus quoad intentum probare debentis.

169 Perquiſitio facienda teſti à quibus audierit non eſt neceſſaria,quando fama poteſt habere ortũ à vilibus perſonis.

159 Teſtis non eſt neceſſe vt interrogetur à quibus audierit, quando fama poteſt habere ortum à vilibus perſonis.

170 Teſtis probat & valet dictum eius deponentis de fama mortis alicuius abſque eo quòd dicat à quibus audierit, quando non ſit interrogatus, & quomodo quando ſit interrogatus,vide ibi.

Item valet dictum eius de dicta fama, de longinquo tempore etiam interrogatus non nominando aliquem, à quo audierit, ſed dicat ſe audiuiſſe tunc dici publicè per totam ciuitatem, & vt ibi.nu.171.

Et de probatione famæ, de morte alicuius tam in longinquo, quàm in loco proprio, longinquo tamen tempore elapſo,quomodo probetur quando vltra publicam vocem hominum fundata ſit in coniecturis & cauſis probabilibus, de quibus ibi latè habetur.num.172.

173 Probatio quando dicatur per ſigna facta de morte alicuius.

174 Fama valeat, quando veriſimilia aliqua aſſiſtunt famæ, etiamſi dubitatur à quibus perſonis habuerit ortum, quod quando eueniat.dic vt ibi.

175 Fama procedens ex cauſis rationabilibus ſufficit & ſat eſt.

176 Teſtis dicens ſe audiuiſſe dici ab omnibus perſonis loquentibus de tali reprobat.

177 Signa & modi alij ſunt quamplurimi adminiculandi famam mortis ac eius probationem, & qui ſint, vide infra num.ſeq.

178 Dictio quondam vel olim in inſtrumento vel ſcriptura poſita pro demonſtranda perſona, antecedens & appoſita alij perſonæ indicat hanc perſonam eſſe mortuam, vt Petrus quondam vel olim Pauli, Clara vxor quondam Franciſci,Paulus & Franciſc.nominantur tunc pro mortuis.

179 Inſcriptiones factæ in lapidibus marmoreis vel monumentorum in Eccleſiis, vt die, menſe, anno tali talis obijt, videntur facere ac faciunt probationem de morte illius nominati, in cauſis maximè ſucceſſiocum bonorum non tanti præiudicij quin poſſit reponi & redigi in priſtinum ſtatum, & vt ibi declaratur.

180 Mors quòd probetur, per inſcriptionem monumentorum.

181 Mors probatur alicuius viri ciuis de conſil. ciuitatis deſcripti in albo per annotationem diei mortis factam ſubtus nomen ſcriptum illius ciuis mortui per publicum notarium, & vt ibi dicitur.

182 Mors probatur alicuius per librum monaſterij,& rectorum parochiarum, in quod deſcribuntur nomina ſepultorum in cœmeterijs ſeu Eccleſiis monaſteriorum,ſi talis ſit conſuetudo quòd tali libro credatur, aliàs facit præſumptionem aliquam,

183 Superexiſtentia hæredum inſtitutorum & legatarij debet



bet probari qui agunt,& quare, dic vt ibi.

Et quare ſit fienda hæc probatio,ne caducum ſ.fiat teſtamentum,ſed efficax.184.

185 Filiatio vel fraternitas an ſit probanda,& quando,cum in teſtamentis ſit quis nominatus filius,vel frater.

Et quòd ex tali nominatione dicantur conſtituti in quaſi poſſeſſione filiationis vel fraternitatis.ibi latè cum ſequ.

186 Nomen filij & non extranei eſt conuertibile proportionabile nomini hæredis,nam filius dicitur, ergo hæres, & vt ibi latè de materia.

187 Probatio quaſi poſſeſſionis filiationis vel fraternitatis operatur quoad præparatoria iudiciorum & proceſſum, non verò ſufficit ad diuiſoria litis, quia alia requiritur probatio.

Et quòd operetur abſque alia probatione ad obtinendum executionem teſtamenti,in adipiſcenda poſſeſſione bonorum teſtatoris,ſecundùm auctorem.188.

Et de reiecta oppoſitione incapacitatis hæredis inſtituti &c. & vt ibid.vide.

Et de reiecta oppoſitione incapacitatis hæredis inſtituti &c. & vt ibi.vide.

Et de ratione huiuſmodi opinionis & dicti auctoris.189.

189 Filiationis quaſi poſſeſſio vel fraternitatis ſufficit in poſſeſſorijs inducens ſemiplenam probationem, non autem in prætorijs ſufficeret.

Et quòd etiam ſufficiat in petitorijs,& eſt communis opin. vide ibid.

Quodque quomodo id intelligatur,vide latiſſimè diſcuſſum. ibid.

Et quando ſufficiat ad obtinendam ſucceſſionem & hæreditatem in omni iudicio, maximè cum fuerit probata ex congruis tractatibus & adminiculis, & eſt communis opin.190.

Quaſi poſſeſſio filiationis vel fraternitatis quid operetur, & in quibus ſufficiat.vide verb.probatio quaſi poſſeſſionis, & verb.filiationis,quaſi poſſeſſio.

191 Aditio hæreditatis omninò probanda eſt,& adeo eſt neceſſaria,vt dici poſſit,ſine ea factum eſt nihil.

192 Fideicommiſſum ſeu caſum eius probandum eueniſſe eſt,vt reſtitui debeat cum diſpoſitis in teſtamento conditione impleta.

193 Legatum ſeu relictum quicquid apparet conditionale, id nunquam conſequi poteſt, niſi priùs conditione expleta.

194 Conditio aut dicitur quòd extet, aut quòd deficiat, & quando dicatur deficere, Item & quando dicatur extitiſſe.vide ibid.195.

196 Hæreditas aut legatum,aut fideicommiſſum, aut tutela alicui non datur,nec quis ad ea admittitur, niſi doceat caſu exiſtente ſe inuitatum.

197 Conditiones inſtitutionis hæredum quales & quantæ ſint.

Et quid ſit inſpiciendum,cuiue onus probandi incumbat conditionem extitiſſe,vel non.

198 Conditio vulgaris ſubſtitutionis vt impleatur,ab his pendet,quòd hæres non poteſt per ſe,nec per alium, vel non vult eſſe hæres,repudiando hæreditatem,& dic vt ibid.

198 Conditio pupillaris ea eſt, ſi pupillus in pupillari ætate deceſſerit, & quis debeat hoc probare, vide verb.probatio cui competat.

199 Probatio cui competat,pupillum.ſ.eſſe mortuum in pupillari ætate vel adulta,an ſubſtituto pupillariter, vel eius aduerſario contrariæ ſunt opin.

Et primò quòd præſumatur alio non conſtito.pupillum eſſe mortuum in pupillari ætate, & ſic pro ſubſtituto. ibid.

Et quòd ſubſtitutus in ætate pupillari ſe fundans teneatur eam ætatem probare,& ſic contra ſubſtitutum 200.

201 Mater agens contra ſubſtitutum pupillarem, tenetur probare mortem filij in ætate adulta, ac ſubſtitutus ſi agat, tenetur pariter probare mortem in ætate pupillari.

202 Probatio debet fieri per eum qui dicit ſe hæredem ex ſubſtitutione pupillari,& quòd caſus euenerit.

203 Conditio fideicommiſſariæ ſubſtitutionis talis ſemper eſſe conſueuit,ſi deceſſerit ſine liberis vel filijs, & deſcendentibus.

204 Fideicommiſſarius agens ad fideicommiſſum non tenetur probare hanc negatiuam, grauatum deceſſiſſe ſine liberis, vt ſufficit allegare & proponere grauatum deceſſiſſe ſine liberis, ac ſolùm debet probare omnino illum mortuum.ait verb.fideicommiſſarius probans cum nu.ſeq.

205 Hæres inſtitutus & grauatus, & exiſtens abſens à patria per annos 30.nullo nouo vnquam de eo audito de vita aut morte, per quandam ſolam famam ſine alijs adminiculis eius mors probata non intelligitur.

Mors abſentis per 30.annos à patria, an & quando cenſeatur probata, vide verb.hæres inſtitutus & grauatus, & exiſtens.

206 Fideicommiſſarius probans mortem grauati habet fundatam intentionem vt cenſeatur probata negatiua ſine liberis,ſi per aduerſarium non probetur contrarium,ne fideicommiſſum pereat.

Etiam quòd negatiua videatur eſſe fundamentum fideicommiſſarijs.ibid.

Et eſt communis opin.ibid.

Idem ſi dictum eſſet,Si decederet ſine hærede, non probata morte ſufficit per fideicommiſſarium dicẽtem ſolum eum deceſſiſſe ſine hærede, & contrarium aſſerens,habet probare.207.

Idem in ſuccedente ab inteſtato ei ſufficit dicere aliquem deceſſiſſe ſine liberis vel hærede, aut proximiore probato ſe frater vel proximo.208.

Idem ſi conſtiterit grauatum eum habuiſſe filios, eos tamen habuiſſe tempore mortis non præſumitur, niſi probetur, & onus probandi incumbit hæredibus grauati.209.

210 Maſculi in contractibus, in quotum defunctum vocatæ ſint fœminæ, præſumuntur defeciſſe, ſi aliter non probetur.

211 Probatio etiam facienda eſt,vt relicta non fiunt caduca de ſuperexiſtentia ſubſtitutorum, fideicommiſſariorum, legatariorum, & tales ſunt probandi quales ſunt vocati, vel ſe faciunt, & vt ibi dicitur.

Et iudici facienda eſt probatio,vt ibid.

212 Filius teſtatoris vel eius deſcendens agendo, talem ſe faciens,oportet probare ſe filium, vel talem,ſiue agat, ſiue conueniatur aduerſario ſuam intentionem fundatam habente.

213 Probatio filiationis eſt multùm difficilis, imò impoſſibilis reſpectu maſculi patris.

Et quòd ſit difficilis quando non ſit in quaſi poſſeſſione filiationis.ibid.

Et quòd ſit facilis cùm natus eſt domi, & viuo, & vxore, vicinis ſcientibus.ibid,

Filiationis probatio an ſit difficilis, an facilis, & quomodo. vide verb.probatio filiationis eſt multùm.

214 Filiatio quomodo debeat probari,vide declarata, ibid.latè & pulchrè.

Et quòd probetur præſumptiuè tribus concurrentibus. &c. 215.

Si è parentibus fuerit nominatus filius.ibid.

Si ab eis fuerit tractatus vt filius.ibid.

Si à vicinis fuerit reputatus pro filio ipſorum parentum.ibi. & num.218.

Et quòd bene probetur filiatio pet nominationem cum tractatu parentum, & cum nominatione communi vicinorum.216.

217 Probatio quæ fit & requiritur de filio, vt præſumitur & dicatur filius, eadem eſt facienda quæ de patre, vt dicatur

dicatur pater cum ſint correlatiua.

219 Fama vel communis opin. quòd quis ſit filius alicuius probatur per teſtes deponentes, quòd Titius pro filio Sempronij reputabatur ab omnibus eos cognoſcentibus.

220 Filiationis quaſi poſſeſſio ſufficit probata ex communi tractatu, ſi ab aduerſario non fuerit probatum contrarium, ad obtinendam hæreditatem, & ſucceſſionem.

221 Frater probatur per tractatum, & quaſi poſſeſſionem fraternitatis, quòd tales ad inuicem ſe nominabant & tractabant pro fratribus, & fuerunt habiti & tractati pro talibus ab omnibus eos cognoſcentibus.

222 Conſanguineus, agnatus vel de familia & ſimilis probatur per tractatum inducentem quaſi poſſeſſionem conſanguinitatis, agnationis de familia & ſimilis, ſicut filiatio, vel fraternitas per quaſi poſſeſſionem ex tractatu probatur contrario non oſtenſo.

Nec eſt neceſſaria probatio primi ſtipitis in probanda conſanguinitate 213. & quando hoc ſit. ibidem quod maximè in antiquis procedit. ibidem.

224 Teſtes de auditis admittũtur ad probandam parentelam, vel agnationem.

225 Filiatio probatur in antiquis, vel deſcendentia per inſtrumenta, quæ continent & enuntiant nomina diuerſorum, & vt ibi, & numero 227. verb. deſcendentia filiorum.

226 Pluralitas non præſumitur in nomine proprio hominis, niſi probetur.

227 Deſcendentia filiorum primi, ſecundi, & vltimi defuncti probatur per inſtrumenta publica eorum teſtamẽtorum, & aliorum actuum.

228 Fama publica probatur per inſtrumenta antiqua, quæ idem operantur quod fama.

229 Proximitas probatur per inſtrumenta publica, & per librum eſtimi baptiſmatis.

230 Probatio nulla maior quàm ea quæ fit per inſtrumenta dublica in antiquis.

231 Probatio quando verſetur in antiquis, vt leuior probatio tunc admittatur, & de tribus opin. relatis per Aymonem, quale dicatur tempus antiquum. 232. & de materia, vide verb. tempus antiquum. cum ſeq. alijs, vſque ad num. 247.

232 Tempus antiquum quale & quantum dicatur, vt probatio leuior admittatur, variæ ſunt opiniones.

Et quòd dicatur de annis 40.

Et quòd hoc ſit arbitrarium iudici.

Et quòd ſit quando excedat metam centum annorum.

Et quòd ſit de annis 20. & quòd non ſit multùm antiquum. & quare. 240.

Et quòd ſit de annis 70.

Et quòd ſit de annis 90.

Et quòd ſit de annis centum.

Et quòd ſit de annis 60.

Et quòd ſit de annis 56.

Et quòd ſit de annis 50. in proban. filiatione.

233 Probationes leuiores concedi debent de caſibus longinqui temporis non ſolùm defectu teſtium mortuorũ, ſed etiam memoria labili hominum viuentium.

234 Obliuio inducitur per decennium.

235 Tempus antiquum videtur quòd ſit ſecundum crebriorem opinionem. quale.

Iudex arbitrabitur, & quare 235.

236 Probatio alicuius entis eſt arbitrarium iudicis, ſic & temporis.

237 Circunſtantiæ quæ debent mouere iudicem ad arbitrãdum tempus antiquum factorum ſubiectorum probationi. vide ibid. & num. ſeq.

239 Conſanguinitas in gradu remotiori quomodo poſſit probari, cum non viuant homines qui cognouerunt iſtos antiquos, & quòd probetur per teſtes qui audierunt, & vt ibi.

241 Inſtrumenta antiquiſſima dicuntur, quando atteſtantur de his quæ excedunt memoriam hominum viuentium.

242 Poſſeſſio alicuius quando eſt nimis antiqua, teſtes non poſſunt probare verum actum hominis, ſcilicet illius, quem non cognouerunt, nec viderunt.

243 Loca in quibus homines ducunt breuiorem vitam, quæ ſint & quare.

244 Ætates debent articulari & probari iudici ſolitæ & longiores hominum in loco viuentium, vt iudex ſuum poſſit regulare arbitrium de antiquo tempore.

245 Tempus antiquum quando dicatur vltra 40. annos, & ſucceſſiuè magis vltra magis antiquum, & magis vltra centum annos antiquiſſimum.

246 Teſtes de auditis admittuntur in probandis antiquis.

Et quando tunc articulandum ſit ibidem vide de materia aliqua.

247 Probatio debet fieri per agentem ad hæreditatem vel fideicommiſſum aut relictum, de ſe ipſo qualem ſe facit, & qualis, & nominatus ad relictum, ſiue ſit nominatus ſacerdos, vel filius adoptiuus ſe talem probare debet, & nu. ſeq. intellige vt nu. 251. verb. intellige.

248 Teſtatori creditur aſſerenti, quem eſſe talem, niſi contrarium oſtendatur.

249 Conſortes de patrimonio, id eſt, de agnatione vocati per ſtatutum intelliguntur legitimi ex parte patris, & non legitimati.

250 Vocatus ad fideicommiſſum legitimè deſcendens debet probare deſcendentiam ex legitimo matrimonio.

251 Et vocatus vt de familia debet probare ſe legitimum.

252 Nominatus ſub vocabulis quæ debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi, intelligi debet de legit. & naturali tantùm, & talem ſe probare.

253 Probatio denominationis alicuius quòd ſit talis, an debeat fieri per verum matrimonium, an per tractatum inducentem quaſi poſſeſſionem vel matrimonij, vel legitimitatis, agnationis, conſanguinitatis.

Et quòd videatur fieri per verum matrimonium, vel verum titulum requiſitum, & non ex quaſi poſſeſſione, quæ ad deciſoria non ſufficit. 254.

Contrarium tamẽ eſt verius & communiter receptum quòd poſſit fieri ex tractatu quaſi poſſeſſionis, agnationis & ſimilium, & quare. 255.

256 Probatio de prælatura vel clericatu dicitur venire incidenter, prælato decimas petente, tanquam tali.

257 Articulatio fit de quaſi poſſeſſione conſanguinitatis inter perſonas de quibus agitur, quando origo conſanguinitatis non poteſt probari.

258 Matrimonium poteſt probari per præſumptiones ex tractatibus inducentibus quaſi poſſeſſionem matrimonialem, & quando incidenter dicatur probari.

259 Filiatio quando incidenter deducitur in iudicio, ſufficit probatio quaſi poſſeſſionis filiationis, donec probetur contrarium.

260 Matrimonium, filiatio, legitimitas, agnatio in iudicio deducitur incidenter in caſibus relictorum in teſtamentis conſequendorum, non quòd ſuper aliquo iſtorum feratur ſententia diffinitiua, & vt ibi latiùs habetur.

261 Proximiores vocati, quomodo debent probare ſe tales.

262 Arbor conſanguinitatis teſtatoris & ſuorum deſcendentium, & eius qui agit quomodo fieri ſoleat & debeat. vide pulchrè, ibid.

263 Actor non probando quoto gradu attineat teſtatori, an obtineat fideicommiſſum, & ad id admittatur, vide de materia hac num. 265. cum ſeq.

264 Actor probando ſe proximum teſtatori, an poſſit obtinere fideicommiſſum, ſi non probauerit etiam negatiuam hac, non extare alium proximiorem, & de materia, vide ſub num.



num. 159. cum ſeq. verſ. quoad ſecundum.

268 Probatio eſt facienda de qualitatibus adiectis, cauſis, conditionibus, modis & demonſtrationibus, prout contigerint probandæ, & quare. ibi.

269 Qualitas adiecta conſpicitur quandoque perſonæ, quandoque diſpoſitioni, & de vtraque vide ibidem cum nume. ſeq.

Qualitas perſonæ adiecta, cum qua perſona non naſcitur, vt ſcientia, doctor, ſacerdos, eſt probanda, ibi. 269. maximè vbi eſt poſita per modum finalis cauſæ declarando vt ibid.

270 Qualitas debet verificari adiecta diſpoſitioni, vt locum habeat ſubſtitutio requirens qualitatem aliquam. & vt ibi latiùs.

271 Qualitas ſi eſt de ſubſtantia actionis vel defenſionis vtrũque debet probari factum. ſ. & qualitatem, aliàs ſufficit ſimplex factum probari.

Et quæ qualitates ſubſtantiales intelliguntur vt probetur. 272.

273 Probationes qualitatum vel factorum ſuper affirmatiua aut negatiua, ad quem ſpectent an ad actorem an reum. ibidem fuſiùs de materia vſque ad num. 280.

274 Legatum factum de veſtibus teſtatoris, qui deinde plures alias ſibi fecerat, intelligitur de illis quas habebat tempore teſtamenti, quod & probare habet legatarius petens legatas ſibi veſtes.

275 Negatiua ab actore eſt probanda quærente matrem priuari hæreditate filij pupilli, ex quo non petierit tutelam infra annum, & quòd pup. deceſſerit vltra annum à morte patris.

Et quid debeat probare mater vel auia, ne excludatur, 276.

277 Negatiua eſt probanda à legatario petente centum, ex quo Siluia nupſerat ſine conſilio fratris, cum ſub hoc ſibi ea pro dote relicta erant.

278 Negatiua plurium rerum prolata ab eo, qui partem earum rerum fatetur, & aſſerit extare tantùm, venit probanda ab aduerſario intendente plures res alias extare.

Et eſt communis & ſeruandum hoc in practica ſecundum auctorem duplici ratione, vt ibi per eum.

279 Legatarij debent probare tot extare de bonis teſtatoris quæ ſufficiant, & pro legitima filiorum hæredum, & pro legatis, ipſis filijs negantibus tot extare. & vt ibi latè de materia.

280 Bona petita quouis iure debent probari quòd erant teſtatoris, & remanſerunt in hæreditate, vel ea de quibus in teſtamento fuit diſpoſitum, & de quibus in iudicio agitur, vel quoad poſſeſſionem vel dominium, aliàs vana eſt diſpoſitio & petitio eorum.

281 Poſſeſſio rei alienæ exiſtens penes teſtatorem poteſt legari extraneo, eamq; hæres tradere debet legatario.

282 Res quæ erant penes defunctum, quanuis non ſint hæreditariæ veniunt in petitione hæreditatis.

283 Probatio in remedio executiuo. l. fin. C. de edi. diu. Adrian. tollen. alia non requiritur, niſi de bonis, quæ teſtator tempore mortis poſſidebat & detinebat, & dic vt ibi habetur.

284 Probatio in petitione hæreditatis ſufficit, quòd bona ea fuerunt per teſtatorem poſſeſſa & detenta tempore ſuæ vitæ & mortis.

Et eſt communis. ibidem.

285 Poſſidens tempore vitæ ſuæ præſumitur etiam poſſe dixiſſe tempore mortis alio non apparente.

Quia amplia, vt ibid.

Etiamſi alius poſſederit per tres vel quatuor annos ante tempus mortis teſtatoris, quia probata antiquiori poſſeſſione teſtatoris præſumitur continuaſſe ſuam ciuilẽ poſſeſſionem vſque ad mortem. 286.

287 Probatio in remedio quorum bonorũ quod eſt poſſeſſorium ſufficit fieri quòd bona petita fuerint poſſeſſa & detenta per teſtatorem vſque ad eius mortem, nec neceſſarium eſt probare dominium vel defuncti poſſeſſionem, ſed quòd ſimpliciter ab eo teneretur.

Et an ſufficit ſemiplena vel plena probatio, vide ibid. & de communi opin. vbi de hoc latiſſimè.

288 Probatio in petitione legati videtur facienda, & eſt de dominio, vel quaſi teſtatoris teſtatore exprimente de bonis ſuis.

Et de ratione. ibid. 289.

289 Genitiuus & pronomen ſuus, ſua, ſuum, dominium ſignificat.

290 Teſtator præſumitur dominus earum rerum, quas tempore mortis poſſidebat.

291 Probatio rei legatæ quando debeat concludere in tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris.

292 Dominium teſtatoris in re legata quando poſſit probari.

Et de quaſi dominio teſtatoris probando per inſtrumentum ſuæ acquiſitionis de re legata pro publiciana contra tertium poſſeſſorem competente legatario, vel fideicommiſſario particulari. 293.

Et de dominio probando per præſcriptionem ſtatutariam, ſat eſt quòd res legata fuerit in bonis teſtatoris. 294.

295 Res in bonis alicuius quomodo intelligatur.

296 Probatio quæ debet fieri quando bona legata ſunt ſub nomine villæ ſimpliciter, & non exprimendo nec confines, vt lego bona ſanctæ Columbæ, quæ eſt villa ſic nominata. dic vt ibi.

297 Emptor emens rem legatam ſub conditione, & ea pendente, quando ſecurus ſit.

297 Legatum factum ſub conditione & venditum per hæredem ea pendente, vt legatarius obtinere poſſit, debet probare de dominio eius per teſtatorem, & quòd fuerit vendita res illa ſciente hærede teſtamentum, aliàs ſi ignoraſſet hæres teneretur ad pretium, & emptor eſſet ſecurus.

298 Probatio & demonſtratio bonorum petitorum in petitione fideicommiſſi vniuerſalis, vel fideicommiſſariæ hæreditatis multipliciter fit, ſiquidem ſex modis, vt ibid.

Agens contra hæredem grauatum vel contra hæredem grauati quid ſufficit vt probet. vide verb. probatio quando agitur.

299 Probatio quando agitur contra hæredem grauatum, vel hæredem grauati ſufficit, quòd fiat in bonis petitis, ea. ſ. fuiſſe poſſeſſa & detenta per teſtatorem tempore eius vitæ ſimpliciter, vel vſque ad eius mortem, & per eum relicta in ſua hæreditate, & vt ibi latè habetur, nec dominium requiritur probari.

Idem in habente cauſam ab hærede grauato. 301.

300 Fideicommiſſum quando reperitur conſtitutum ſub vocabulo hæreditatis reſtituendæ, vel contineat quid certum de parte ſuæ hæreditatis, probandum tunc eſt, quòd bona ea fuerint hæreditaria teſtatoris, & non ſimpliciter quòd fuerint reperta in ſua hæreditate.

301 Habẽs cauſam ab aliquo non debet habere plus iuris, quàm eius auctor, nec eſſe melioris conditionis illo.

302 Probatio fit non ſolùm de poſſeſſione teſtatoris, ſed etiam de eius dominio, vel quaſi, vt fit in iudicio rei vendicationis vel publicianæ, & hoc quando agitur contra extraneum tertium profeſſorem, cum tit. Quod declara; vt num. 304. vbi latè de hoc vſque ad 310.

Et de animaduerſione fienda per interpretem ſecundum actorem. ibid. cum ſeq.

303 Fideicommiſſarius vniuerſalis actor habet remedium. l. fin. de edi. di. Adria. toll.

306 Obligatio nec eius conditio mutatur, & ſic ius creditoris ex perſona hæredum, & ſic ſucceſſorum.

307 Fideicommiſſarius quodammodo poteſt dici creditor in rebus fideicommiſſario ſubiectis.

308 Emptores ſucceſſiui eiuſdem rei habentur loco hæredum.

quòd

*quòd vnus ab altero emens dicitur emiſſe ab illo primo venditore, & ſit in re empta, debet pati & ſuſtinere vices & locum primi venditoris, & dic vt ibi latè.*

309 *Fideicommiſſarius ſatiſfacit probando bona petita fuiſſe per teſtatorem pro ſuis, & tanquam ſua certa & poſſeſſa tempore vitæ ſuæ, quietè & pacificè, & per eum relicta in ſua hæreditate & fideicom.*

310 *Tempus recens dicitur a 40. annis, citra quod mortuus ſit teſtator, adeò vt probatio ſit facilis per teſtes qui eum cognouerint & viderint.*

311 *Tempus vbi eſt longæuum & antiquum quo teſtator deceſſit, adeo vt teſtes non poſſint reperiri ſecundùm communem curſum vitæ hominum in loco qui viderint & cognouerint teſtatorem, tunc difficilis dicitur probatio, & quomodo fiat, vide ibid. fuſiùs.*

*Et de communi opin. qualis ſit. 312.*

313 *Dominium in antiquis quomodo probetur per famã, etiam in rei vendicatione.*

*Et de articulo famæ probandi ſuper dominio teſtatoris fideicommittentis in antiquis. 314.*

*Et de dominio probando, & magis de poſſeſſione per famam in antiquis de annis 60. 315.*

316 *Fama publica qualiter legitimè debeat probari per teſtes.*

*Et de communi practica hodierna. 317.*

*Et quòd probetur per inſtrumenta publica in antiquis, operans eundem effectum famæ. 318.*

319 *Identitas rei quomodo debeat probari per teſtes, quòd ſit diuerſimodè, prout tempus ſit recens vel antiquum. vide latiùs de vtroque, vbi de materia hic fuſiùs.*

*Et de practica probandi eam, ſecundùm Bart. 320.*

321 *Fundus bene demonſtratur per duos fines. 323.*

322 *Identitas rei probatur parte contendente, dein aſſentiente de eadem re confitendo in poſitionibus identitatem ipſius rei controuerſæ. & vt ibid.*

323 *Res ſat dicitur demonſtrata per duas demonſtrationes veras, licèt aliqua alia reperiatur falſa, quæ non nocet habenti probare identitatem rei, & vide ibi de vna fallentia per Bar.*

324 *Probatio liquidiſſima requiritur in pœnalibus.*

328 *Intellectus l. in teſtamento prima. ff. de conditio. & demonſtr.*

326 *Corpus & res dicitur conſtare per duas demonſtrationes, quæ rei congruant, licèt plures aliæ ſint appoſitæ, quæ non congruant.*

*Et quid de teſtatore exprimente duas demonſtrationes, quarum vna alij rei conuenit, altera non, ſi alia adſit, cui illæ duæ conueniunt, & quid ſi nulla alia ſit, cui conueniant. 327.*

*Et quid quando duæ demonſtrationes conuenientes rei demonſtratæ, non probantur conuenire, & alteri rei, ibidem.*

*Et de communi opin. ibidem.*

328 *Confinia quãdo poſſunt nominari cohærentia fundo, etiam paruis fundis apponuntur inſcitia quadam, vt plurimùm ſimplicium perſonarum, & de octo confinibus appoſitis ſex bubulcis terræ, & tribus tantùm verificatis ſuper identitate fuit iudicatum tandem. vt ibi per actorem latè. 329.*

330 *Confinia demonſtrata præualent nomini proprio menſuræ, vel qualitati fundi confinati.*

*Et quæ, & qualia debeant eſſe confinia, ne reddantur obſcura. 331.*

*Et quòd iudicis arbitrium plurimum verſari debet prudenter circa has demonſtrationum qualitates. 332.*

333 *Identitas rei quomodo probetur, quando ſumus in antiquis, adeò vt bona cõfinantia & confinata ſint ſimul mixta, eo modo vt ibi & obſcura & confuſa reducta in vno prædio non apparente veſtigio aliquo antiquorum confinium nu. 334. vſque ad 344.*

*Et quòd tunc probetur per indicia & coniecturas. 334.*

*Et ex quibus colligantur firmiores & clariores coniecturæ ipſæ. 335.*

336 *Obſcuritas cauſata facto aduerſarij non debet nocére parti, ideò tenetur edere inſtrumenta acquiſitionum, de quibus ſit controuerſia ad coadiuuandam actoris intentionem.*

*Reus vbi facto ipſius fiat obſcuritas bonorum, tenetur actori edere inſtrumenta acquiſitionum pro adiuuanda actoris intentione.*

337 *Coactio fit de aliquo ad teſtificandum, fitq; ad edendum inſtrumenta.*

338 *Confundens bona diuerſa tenentur ad indicandum fines, & ad oſtendendum ſua inſtrumenta.*

339 *Identitas quomodo habeatur ex eiſdem ſignis.*

*Et de identitate mercium ex eadem naui. ibid.*

340 *Identitas rei præſumitur ex identitate cauſæ & perſonarum adiectarum, & de identitate, dic vt ibi declaratur latè.*

341 *Identitas quomodo probetur per confines antiquos ex auditu teſtium ſeniorum in loco ſuper forma deponentium, dic vt ibi.*

342 *Fama plenè probat in excedentibus memoriam hominum.*

343 *Identitas probatur bonorum per famam antiquam, & communem opinionem circumcolentium.*

344 *Bona petita qualia & quanta ſint, & quantum ſe extendant proprijs confinibus eorum, adhuc non ita perſpicuè declaratis. vide.*

*Et quomodo iudex tunc debeat ſententiare. latè de materia. 345.*

345 *Iudex quomodo debeat condemnare reum circa bona poſita vbi ſit obſcurum quantum ſe extendant.*

346 *Probationes circa bona petita admittuntur, poſt ſententiam, quoties in executione dubitatur de corpore.*

347 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

348 *Sententia certa eſt ferenda, quantum ſit poſſibile, circa quid in ſubſtantia debitum.*

349 *Liquidatio poteſt fieri in executione quantitatis, quando apparet de debito, ſed non de quantitate.*

350 *Sententia valet lata ſub conditione intrinſeca de præſenti, vel in præteritum probationum factarum in eodem iudicio.*

351 *Reſeruatio facta in ſententia tendens ad aliquid declarandum, valet.*

352 *Probationes de nouo timore ſubornationis per teſtes, vigore eiuſdem reſeruationis non poſſunt fieri ſuper eiſdem capitulis.*

353 *Identitas bonorum vt plurimùm cognoſcitur, ad idq; plurimùm confert ipſius iudicis ocularis inſpectio.*

*Et quomodo ad loca accedere debeat, & quid agere. ibid.*

354 *Probationes bonorum teſtatoris & peritorum fiunt multipliciter.*

*Primò per teſtes de his concludentes etiam de confeſſione extraiudiciali grauatorum. 355.*

*Item per diſpoſitionem teſtatoris factam in teſtamento de bonis nominatis & expreſſis, adeò vt hæres ſine inuentario non poteſt dicere teſtatorem mentitum. 356.*

*Et probat etiam contra ſingularem ſucceſſorem. ibid.*

*Maximè ſi talis confeſſio vel probatio fuerit ante cauſam habitam. ibid.*

*Idem ſi talis confeſſio auctoris induceretur ex verbis enuntiatis, quòd probat contra ſingularem ſucceſſorem. ibid. & dic vt ibi latiùs de materia.*

*Item per confeſſionem hæredum factam in inuentario, vel ſubſtitutorum factam, & in diuiſionem bonorum hæreditariorum. 357.*

358 *Inuentarium hæredis factum pro adeunda hæreditate, prodeſt fideicommiſſario vniuerſali, vt non teneatur vltra vires hæreditarias.*

359 Proba



359 *Probatio itemq; bonorũ teſtatoris fit per librum æſtimi ſeu cataſtri in quo ſunt deſcripta illius bona, & ſuo nomine deleto per mortem, & eius loco aſcriptis nominibus ſuorũ filiorum & hæredum, & dic vt ibid.*

*Et tales libri æſtimorum cuſtoditi per officiales publicos probant eſſe poſſeſſionem & dominium. 360.*

360 *Libri æſtimorum cuſtoditi per officiales publicos probant poſſeſſionem & dominium.*

*Et maximè contra conſentientes bona eorum in eis deſcribi. ibid.*

361 *Soluens per biennium tributa & collectas bonorũ ad ſuum æſtimum poſitorum efficitur, & dicitur eorum dominus. 365.*

*Maximeq; hoc dicendum eſt in antiquis ibi.*

362 *Aeſtimum pro bonis in eo deſcriptis obligata in eo nominatum ad onera tributorum & collectarum, quæ nominatus ſuſtinere cogitur.*

363 *Qui ſentit onus debet & ſentire commodum poſſeſſionis dominij & bonorum.*

364 *Præſumptio eſt quem pro bonis ſuis proprijs non alienis ſuſtinere onera.*

366 *Probatio eſt omninò fienda per actorem de detentione bonorum per eum conuentum, quo non poſſidente iudicium reale eſt fruſtratorium.*

*Et quid agere debeat volens via iudiciali conſequi relicta in teſtamentis. 367.*

## ¶ DVBIT. IIII. ET VLT.

SVpereſt explicanda eorum quę probari inſtant, & neceſſaria ſunt cuilibet agenti & experienti ex vltima voluntate: huius enim dubitationis ſolutio quãti ſit momenti in iudicijs, quantæq; importãtiæ, nemo eſt qui neſciat, dicente Bal. in conſi. 382. part. col.
1 2. ſub nu. 2. lib. 3. quòd † iuſtitia nempe iudiciorum conſiſtit in probatione per l. omnes. ff. de integr. reſtit. idem in l. ingenuum. col. 1. de ſtat. homi. verſi. ſed quęro. quòd
2 † in probatione cauſæ totum pondus eſt per l. qui repudiantis. §. fin. de inoffic. teſtam. & Salyc. in l. 1. in
3 princip. C. de eden. notat quòd † qui vult litigare, de-
4 bet primò de probationibus deliberare, nam † veritas, quæ non poteſt apparere, habetur pro nihilo, quoad ius noſtrum, Bart. in l. duo ſunt Titij, num. 1. ff. de teſtam. tut. & in l. ſi quis ſeruũ. §. ſi inter duos. de legat. ſecundo,
5 quòd non deficit ius, ſed probatio, † carere enim iure dicitur, qui non probat quod allegat vel adducit, Bald. cõſilio 67. quia ex facto. col. 3. ad prin. ver. & quia probata. lib. 3. Aymo conſil. 48. nume. 4. tract. de antiqui. tempor.
6 part. ſecunda, num. 32. Ceph. conſil. 409. nu. 48. † in foro iudiciali, cum probatio deficit, ius parum prodeſt, inquit Anchar. conſil. 242. priùs de iuribus, in princip. inquit & Cicero libr. 2. de oratore. mihi pag. 121. at in foro tabulæ, teſtimonia, pacta, conuenta, ſtipulationes, cognationes, affinitates, decreta, reſponſa, vita denique eorum, qui in cauſa verſantur, tota cognoſcenda eſt, quarum rerum negligentia pleraſque cauſas & maximè priuatas (ſunt enim multò ſæpe obſcuriores) videmus
7 admitti: hæc ille. † Victoria autem reo conuento ſolet in iudicijs dari duplici ratione, vel probatione ſuorum iurium, vel non probatione iurium actoris, in hac latè inſiſtendo probat Corn. conſil. 110. colum. 2. ver. ſed hoc omiſſo. libr. 2. eſt reg. vulg. per omnes in l. qui accuſare. C. de eden. quantumcunque legalis & honeſta ſit perſona actoris, & malæ conditionis & famæ ſit perſona rei,
8 & ibi Deci. num. 11. & 12. † Certi quoque ac noti iuris eſt allegare, dicere, vel proponere aliquid non ſufficere, niſi probetur, Bal. in l. excuſare poſt gloſſ. ibi ff. de excuſat. tutor. gloſſ. in verſic. quam allegat in cap. tertio, d. conſuetu. in ſexto, & ibi Gemini. ſub numer. 5. quòd
9 † in iudicio non ſtatur ſoli allegationi; niſi aliter pro-
10 bet, & ibi Franch. in ſecunda, colum. not. † qui allegat conſuetudinem, quæ eſt quid facti, debet eam probare,
11 cum ſimilibus, per Val. conſil. 2. num. 117. & ſeq. † idem qui allegat præſcriptionem, debet eam probare concordand. ali. allegat Alexand. conſilio 78. num. 20. 21. 22.
12 lib. quinto, refert ſub num. 26. lib. ſexto, quòd † vbi iura concedunt aliquid alleganti factum aliquod, intelliguntur non de allegatione ſola, ſed ſi probet ita verum eſſe, idem Dec. in l. fin. ſub num. 43. in fin. C. de edi. diui. Adrian. tollen. & Felin. in capit. cum dilectus. columna
13 fin. de accuſatio. † probari denique debent quæ in libello aſſeruntur per iura nota probat Specul. titul. de libel. concept. §. ad huius tituli, colum tertia, verſi. & in ſumma, & maximè quæ narrãtur in libello per modum cauſæ ad intentionem ipſius agentis Iaſon. in l. interpoſi-
14 tas. in quarto not. C. de tranſactio. atque maximè quæ † impetrans narrauit in precibus ea probare debet, aliàs impetratis non gaudebit. capit. quia circa. ibi Abb. nu. 3. de conſangui. & affin. Angel. conſilio 254. Bonifacius. col. fin. Socin. conſi. 164. col. 2. verſi. confirmatur etiam. lib. 2. Dec. conſi. 142. nu. 6. conſi. 198. col. 3. conſi. 403. nu. 17. conſi. 541. nu. 16. Aymo conſil. 104. col. prima, nu. tertio, Ripa in capit. ex parte. num. 29. & ſeq. in capit. ad aures. nu. 25. de reſcript. & cap. ſexto, nu. 9. lib. 2. reſpon.
15 deciſi. Pedemon. 171. ad finem, † intellige & declara vt per Bartol. & ali. in l. præſcriptione. C. ſi contr. ius vel vtil. publ. Corn. conſilio 227. colum. tertia, & ſequent.
16 libr. 2. & pulchrè in ſimili noſtra materia † de narrante ſe nobilem, pauperem & vnicum de caſata, & ſupplicante ſe admittendum vigore teſtamenti, & non probant ſe vnicum, tamen admittendum, & debere gaudere impetratis, per plura probat Laur. Calc. conſi. 10. per tot. & per Dec. in d. cap. ex parte. num. 5. in. 3. col. de reſcript.
17 Sequitur & alia generalis regula † quemlibet ſiue actorem, ſiue reum teneri ad probationem eius, quod eſt fundamentũ & cauſa ſuæ intentionis perſpicuæ Bar. in l. 1. nu. 1. Bal. num. 5. C. ſi aduer. credi. Socin. conſi. 165. col. 5. ver. ſecũdò hæc cõcluſio lib. ſecũdo, Alexan. conſi. 46. colum. 1. lib. 5. & ait Ang. in l. veteribus. col. ſecunda, ad fin. verſi. ſequitur in gloſſ. ibi ſeruatur ff. de pact. quòd
18 hæc eſt † regula nunquam fallens, quòd fundans intentionem ſuam ex aliquo affirmatiuo vel negatiuo illud probare debet, l. ei qui dicit, l. ſi pactum. ff. de probatio. de negatiuo per Bartol. in l. in illa, num. 5. de verborum obligatio. Deci. conſi. 534. col. penult. ſub numero. 9.
19 ideo † fraudem non dicitur committere quis licentiando famulum informatum de ſuis iuribus, quæ poſſit per
20 eum probare tradit Alexand. conſi. 5. num. 8. l. 1. ita † cõmodum magnũ probationis eſſe in cõſideratione & extimatione idem conſi. 128. col. 2. nu. 7. lib. 5. & in l. omnibus. §. ſi pater. col. pen. num. 3. in l. Imperator circa fin. ff. ad Trebel. & Bart. in l. eos, col. fin. num. 8. ff. de falſ. dat
21 † conſilium, quòd teſtes examinandi priùs dicant vel in ſcriptis, vel coram teſtibus quid ſciant extra iudicium, ne poſteà examinati in iudicio poſſint variare tactu pœnæ falſi, ſequitur Abb. in cap. 2. col. 2. numer. 7. de capel. monac. & Anch. in clem. fin. ad finem, de teſti. & ſi aliqui vt Bald. conſilio 486. licet aſſeſſores, lib. 3. & alij relati in apoſt. ad Bart. in d. l. eos. num. 8. & per Aymo. conſi. 6. nu. 7. velint reprobare Bart. quoad puniendum teſtẽ de falſo, tamen non improbant quòd hoc non ſit bonum conſilium ad faciendum ſtare teſtem in dicto iam parti
22 inducenti manifeſtato, ex quo † non vitiatur teſtimoniũ eius priùs dicẽtis, quod erat dicturus in iudicio, vt Abb.
23 inquit in d. cap. ſecundo, num. 7. † Et ſi primum dictum extraiudiciale eſſet iuratum, vel eſſet magis veriſimile, ſtaretur ei, Felyn. in cap. cum in tua. colum. penult. & fin. de teſtim. Aymo dict. conſil. 6. num. 15-45. & per Alciat.

BB de præ

de præſumpt.19.præſumpt.Sic eſt etiam magnum com-
modum aduerſario pręcidere viam excogitandi proba-
tiones paratas falſas,dicit Alexan.d.§.ſi pater.nu.tertio.
24 Equidem alibi dixi † licitum eſſe partem admonere &
inſtruere teſtem, vt aptè, congruè,& concludenter de-
ponat veritatem, Bal.in l.fin.col.pen.verſi.quæro in ſu-
per.C.ſi ex falſ.inſtr.in leg. 3.§.fin.ad finem.ff. de cond.
ob tur.cau.& in capit.licet cauſam.col.5. ſub nu. 20. de
prob.Lanfranch.in ſua pract. ver.teſtium depoſitiones.
25 nu.28.ac† etiã prece & pretio decet inſtare & ſolicitare
teſtem nolentē deponere,vt dicat veritatē,Dec. conſil.
189.ſub num.13.ver.ſed ad iſta omnia.ſil.nupt.libr.3.ſub
26 num.61.†non enim dicitur ſuſpectus teſtis precibus per
partem exoratus,vt ferat teſtimonium,not Abb.in ca.3.
num.3.de ſimon.
27 Probatio † adeò neceſſaria eſt in iudicijs , quòd ſine
ea aliqui volunt ſentẽtiam eſſe nullam,vt Bal.conſ.313.
proponitur quòd quoddam compromiſſum ad finem,
28 lib.5.† quod verum eſt vbi iudex protuliſſet ſententiam
ex abrupto nulla præcedente cauſæ cognitione,& pro-
bationes recipere noluiſſet Bart.ad fin.Bal.num. 5. in l.
prolatam.C.de ſenten.om.iud.Alexan.conſil.105. nu. 2.
29 lib.5.Dec.conſil.544.num.17.Idem in laude arbitri,vel
arbitratoris lato ſine cognitione ſtatim facto compro-
miſſo Ioan.Bapt.Peruſi. tract. de arbit.capit. 13.libr. 11.
30 Blanch.de comprom.in quæſt.9.num.29.†vel etiã duo-
bus vel tribus diebus lato poſt cõpromiſſum Dec.conſi.
464.num.11.cum ſimilibus,per Aymo.conſi.153.num.1.
31 2.† proceſſum vna die totum factum eſſe nullum pro-
bat Bal.in §.itaque circa finem,in prima conſtit.ff.alio-
32 quin † ſententia lata ſine probationibus datis terminis
probatorijs non dicitur nulla,ſed iniqua ſecundum ma-
gis commu.opinio.doctor.relatam per Vant.tract. nul-
li.tit.de nullit.ſent. ex defe.proceſſ.nu.37.verſi. ſextò a-
33 lioquin,quia† probationes ſunt de ordine iuſtitiæ com-
miſſæ arbitrio iudicis,non autem de ordine ſubſtantiali
iudicij vt ibi per eum, & priùs Afflict.deciſ.28.nu. 4. &
ſeq.Ruin.conſ.117.num.13.20.lib.4.Crot.conſi. 214.ad
fin.& conſi.327.nu. 5.
34 Sciendum námque infertur quòd † non dicitur pro-
batum, niſi ſit ritè, ſolenniter, & ciuili ordine & modo
probatum per cle.ſecundam, de teſti.inquit Bal. conſil.
382.pro parte cuiuſdam,col.2.num.tertio,lib.tertio,vbi
tradit primo requiri,quòd recipiens teſtes ſit habilis ad
recipiendum,& ſit iudex deputatus per ſtatutum , plenè
examinat Crot. tract. de teſti. in ſeptima part. ad idem
Alexan.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.nu. 7. de re iudi.
35 Subiunge & ſint factæ† probationes in termino proba-
torio, quem quidem videmus quotidie poſt litem con-
teſtatam dari paribus ad probandum incumbentia,
36 † cenſetúrque datus ad ponendum , articulandum , &
producendum teſtes , & faciendum eos iurare, & hæc
omnia fieri debent intra terminum dicit Caſtrenſ. in l.
37 fin.colum. fin.num.10. ff. de fer. † & tria requiri, vt de-
tur. Secundò quòd cauſa cognita concedatur. Tertiò
quòd petens nimis ſe non arctauerit dicit Bal.in l. petẽ-
dæ.num.primo.C.de tempor. in integrum reſtitut. quia
38 †probationes tamen factæ extra terminum probatoriũ
non releuant dixi conſ.177.in prin.lib.1.allegando Bal.
Ang.& docto.in d.l.fi.ff.de fer.& Bal.conſil. 67. quia ex
facto.num.7.8.lib.3.adde Alexand.conſi.134.col.penul.
nu.9.lib.2.& concord.collect.& cum limit.per Felin.in
cap.licet cauſam.colum.11.ver. limita quintò & vltimo.
39 & col.ſequent.de probat. † iuſtificatio facta poſt termi-
num ſtatuti non prodeſt,dicit Caſtr.conſi.303.ſuper pri-
40 mo dubio.col.2.nu.2.lib.1. ſimiliter † productio inſtru-
menti facta in principio litis cum libello , ſi poſt litem
cõteſtatam in termino probatorio iterum non fiat, non
probant,cùm debeant fieri probationes poſt lit. conte-
ſtat. tenet Alexan.conſi.37.colum.2.num.6.lib.2.com-
probat Marſi. ſing. 170.& Maran. in Spec.auoc.part.6.
ver.octauus.nu.44.Vide aliquando terminus non cur-
41 rit,vt ſi in termino probare volens produxerit poſitio-
nes,& pars opponat de impertinẽtia, de qua dubitatur,
donec fuerit per iudicem declaratum ſuper tali oppo-
ſitione,terminus ſtat in ſuſpenſo,& non currit Bal. in l.
qui interrogatur.ff.de interro.actio.& in d.l.fin.col.pen.
verſic.iuxta prædicta quæro.de fer.Alexan.conſi.42.nu.
42 9.lib.3.Nat.conſil.172. num. 16. † cucurriſſet tamen ſi
euidenter appareret culpa facientis poſitionem imper-
tinentem, & iudex ita declarauiſſet poſitionem aduer-
ſarij in ſimili per doct.in leg.ſecunda.§.non ſolùm.ff.ad
Tertul.& Cyn colum.ſecunda , Salyc. ſub num.3.& ali.
in l.contra maiores.C.de inoffi.teſtamen.& Caſt.conſi.
135.in cauſa deſertionis.ad fin.lib.ſecundo.Aymo conſ.
66.Dec.in cap.ex ratione ſub num.10.de appel. vbi cõ-
43 gruè ſubiungit † culpam eius deprehendi , qui ſuccum-
bit,ideò ſibi tempus cucurrit , proſequitur in ſimili Ri-
minal.Iun.conſil.139.num.6. 7.in ſpecie tenet Aret. in
l.quamdiu inſtitutus.col.4.ver.ſecundò quærit hic Bal.
44 ff.de acquiren.hæredit.† item non currit donec ſtat per
partem, quòd non reſpondet poſitionibus gloſ.in verſi.
poſt dationem.in clem.ſæpe.de verb.ſigni. Bal. in l.pri-
ma.C.de iura.calum.in l. quandiu,la vltima. de acquir.
hæredit.Iaſo.in l. ſi eum. §. qui iniuriarũ.colum.3. in 4.
45 not. ſi quis caut.† intra terminum autem dicitur etiam
factum in vltimo momento termini , Bald. conſil. 34.
ſtatuto ſeu capitulo.colum.2.num.5. 6. lib.5. Cagnol. in
46 l.quoties dubia eſt.in fin.de regulis iuris:† at ſi intra ter-
minum producatur exemplum inſtrumenti poſt termi-
num,poteſt produci originale,& dicetur productum in
termino per Bald. in capit.1. de fide inſtr.Aymo conſil.
254.ſub num.3.& ver.ſextò reſpondeo. Pariſ.conſil.54.
47 numer.16.libr. 3. † Quid quoque probatum vel factum
poſt terminum quod tendat ad declarationem proba-
torum in termino valet ſanè,& admitti debet Bald. in l.
voluntatis.in prin.C.de fideicommiſſ.clarè Ruin.conſi.
188.num.7.lib.1.pleniùs Boër.deciſ.172.num.23. & ſeq.
Curt.Iun.conſil.121.ſub num.18.verſi.cum. igitur. Dec,
conſil.25.col.penult.num.verſ. ſuadetur iſta interpreta-
48 tio.† Poſt terminum probatorium quando etiam poteſt
fieri reprobatio , vt ſi producantur inſtrumenta , quæ
49 produci poſſunt,cap.cum dilectus.de fide inſtr. † & ne-
gentur ex aduerſo inſtrumenta eſſe authentica , & ma-
nu notarij,vel ſigilla negentur, nempe poteſt fieri pro-
batio eorum quæ faciant ad probationem notariatus ſi-
gillorum , & breuiter eorum quæ circa inſtrumẽta pro-
ducta ex aduerſo ſunt negata ſecundum deciſ. Rotæ in
antiqu.387.nota dat aliquis articulos,& per Franch.Pe-
ruſi.in cap.primo,ad fi. de appel.& Afflict.deciſ.271.ſub
50 nu.3.† poſſunt enim teſtes examinari ſuper vno articulo
nouiter emergẽtè pulchrè per Gãdi.de maleſi. rubr. de
51 filiofam.& vtrum poſſ.accuſ.num.33.† vt ſi etiam teſtes
iurauerint in termino,cauſidici omnes ſciunt eos poſſe
examinari poſt terminum elapſum,quia eorum depoſi-
tio refertur ad tempus delati iuramenti,Bart.in l. dam-
ni.§.Sabini. num.8.de damn.infect. Caſtren.d.l.fin.col.
fin.num.10.ff.de fer.Signorol.conſil.19. colum. penult.
num.5.ver.circa quod,Guid.Pap.in quæſt.125. practica-
tur vbi valent depoſitiones teſtium,etiamſi fuerint exa-
52 minati in die feriata , † exinde etiam infertur quòd
valet teſtamenti productio verbalis facta in termino,
& dicitur facta ſi de eo eſt facta mentio in poſitioni-
bus productis vt eis reſpondeat pars , quia realis pro-
ductio etiam poſt terminum fieri poteſt, ſicut exa-
minatio teſtium tradit Caſtren. conſi.247.in cauſa quæ
vertitur Sauonæ. colum.verſ. item probauit.lib.1.licet
reprobet Aymo de antiq.tempor.part. 1.numer. 153. ta-
53 men vide quòd hæc reprobatio poſſet procedere † in
termino dato ad producendum inſtrumenta , vel te-
ſtes prout



ſtes, prout loquitur deciſ.Rotæ 814. in antiq. alleg. per
Aym.ſecùs eſt in termino dato ad probandum , quia vt
vides,tales termini diuerſi,vt bene docet Imol. in l. re-
ſtitutus.colum.fin.ff.de acquir.hæredit. & in termino ad
probandum,militant rationes Caſtr.cum alleg. ante, &
54 quia† inſtrumentum poteſt produci etiam poſt terminũ
55 probatoriũ,capit.cum dilectus de fide inſtr. † Hæc ve-
ra ſunt , niſi , vt maximè vigore ſtatutorum fieri ſolet in
cauſis appellationum fuerit datus terminus ad proban-
dum,& probatum habẽdum per omne genus probatio-
num,quia tunc teſtes debent iurare,& examinari in ter-
mino,& extra terminũ examinati non probarent,& eo-
56 rum depoſitiones non valerẽt,quia † lapſus talis termi-
ni habet vim concluſionis in cauſa,Signorol.d.conſi.19.
colum.fin. ita eſſe ſecundùm conſuetum ſtilum vbique
dicit Caſt.d.l.fin.num.10.& firmat Alexan.conſ.101.viſo
proceſſu,verſi.& terminus ille.lib.2.conſ.198. nu.9.lib.
7.Socin.conſi.47.col.3.num.12.lib.4.dixi d.conſi. 177.
nu.2.latè examinat Aret.in c.licet cauſam.nu.47.& ſeq.
de probat.
Sed caue † à ſing.283.lapſus termini , Marſilij volen-
57 tis lapſum termini probatorij non præcludere viam ad-
huc probandi, niſi interuenerit accuſatio contumaciæ
partis non probantis cum interlocutoria iudicis inter-
loquentis terminum fore elapſum , & conſequẽter eam
partem ampliùs audiri non debere,aliàs ante talem in-
terlocutoriam , talem contumacem poſſe probare non
obſtante lapſu termini,quia Marſil.errat, & æquiuocat,
cùm allegati per eum doctores loquantur in diuerſis ter
minis,vt latè diuerſificare terminos ſatagit Imol.in d. l.
quandiu inſtitutus.col.fin.ff.de acquir.hæredit.& in ſpe-
58 cie in termino ad probandum ibi num.8.dicit quòd† in
dubio eſt peremptorius,& poſt eum quis non eſt audiẽ-
59 dus,niſi ex cauſa , & ibi Angel.loquitur in † termino ad
agendum quòd poſt eum lapſum quis audiretur, niſi iu-
dex ferret interlocutoriam eum de cætero non eſſe au-
60 diendum,ſed in † terminis reſpicientibus iuſtitiam , &
merita cauſarum , non admittitur quis poſt lapſum ter-
minum,niſi aut exceptio de nouo ſuperuenerit , aut iu-
ret excipiens ad ſui notitiam ſuperueniſſe, c. paſtoralis,
de except.& dicit ſe ita oportuiſſe practicare , Bald. in
authen. ad hæc , colum.fi.num.17.C.de vſu.loquitur in
termino ad denuntiandum , & ſic ad agendum , prout
loquitur Innoc.& alij alleg. per ipſum Marſ.d. ſing.283.
61 & Salyc.in l.ſi ea.col.fi. num. 7.C. qui accu. dicit † ter-
minum datum ad probandum proſecuta & propoſita
intelligi peremptoriè firmat Felin.in cap.vltra tertiam,
colum.3. in 4.not.de teſt.& Aret.in capit. licet cauſam,
ſub nu.33.40.tenendo opin.Arch.Specu.Ioan.Andr. vti
62 veriſſimam firmat † terminum probatoriũ elapſum de-
bere excludere probationem per teſtes & inſtrumenta,
præterquàm ſi pars aduerſa producat inſtrumenta poſt
terminum per dictũ capit.cum dilectus.hanc opin. pro-
bando per plura iura,vt ibi per eum ſub nu. 41. & Nat.
conſi.252.per tot.
63 Præterea aduerte,quòd † capitula probatoria debẽt
produci iudicialiter parte citata,alâs teſtes ſuper eis exa
minati non probant , & ſic omnes ſcripturæ , & inſtru-
menta debent produci iudicialiter parte citata & peti à
iudice eorum copiam dari parti,aliàs non probant cõ-
tra aduerſarium,tenent Alexan.conſ.64. & ſic celeber-
rime Doctor.col.3.verſ.non obſtat etiam.lib.3. & conſi,
108.col.2.nu.3.lib.3.& Roma,conſi.156.honorande do-
mine.verſ.quarto præmitto.conſ.305.quoad ſeptimum.
64 verſi.breuiter dicendũ,vbi quòd † debet produci ſcrip-
tura integraliter cum ea,ad quam refertur , idem Aym.
conſil.273.nu.6.Dec.conſ.302.nu.3.& conſi.519.in caſu
propoſito valere quoad ſimplicem productionẽ iudici,
ſed non quoad pręiudicium probationis contra partem
comprobat Iaſ.in l.ait prætor.§.ſi iudex.col.4.ſub verſi,
adde pro ea.ff. de re iudic.& in l.prima,colum. 4. verſi.
tu ſequere.C.de procur.Nat.conſil.194.nume.fin.con-
ſilio 529.num.19.& Rimin.Iun.conſil. 336. numero 11.
& ſequen.
65 Namque † ſi producatur inſtrumentum contra ali-
quem citatum,vel præſentem in iudicio, & nihil contra
illud opponentem,ſequitur,quòd videtur approbatum
inſtrumentum pro publico & valido & quòd non poſſit
amplius contra illud opponi Alexand.conſi.185.in cauſa
66 & lite,in fin.li.6.extẽdit † idem in ſcriptura priuata pe-
tita exhiberi per aduerſarium,quòd videatur ea appro-
bata,Aym.conſi.275.col.2.& latè in trcta.de antiq. tẽp.
part.prima,num. 161.& ſequent adde Bertach. tract. de
67 gabel.in 3.memb.8.par.num.59.† de multis quæ valent
parte non opponente , vide collect. per Aym. conſilio
150. numero ſecundo,conſi.258. num.4.conſil.220.nu.
68 4.& ſequent.nume. 4.adde quòd † omiſſio oppoſitio-
nis à parte arguit , quòd ſolennitas requiſita ad actum
interuenerit,Rom.in l.ſciendum.ſub num. 34. de verb.
oblig. in l. ſi quis mihi bona. §.iuſſum. in fin. ff. de acq.
69 hæred.& Mathe.not.12.† poſſet tamen poſteà dici de er
rore inſtrumenti ſic approbati per omiſſionem oppoſi-
tionis,vt in hoc valde inſiſtit Iaſ.conſ.28.colum. ſecun-
da,num.ſecundo,lib.primo,aliquid per Aym.conſ.201.
num. 7.
70 At econtrà quis † producens inſtrumẽtum pro ſe fa-
cere credẽs,& faciat cõtra eum non poteſt pœnitere, &
petere ſibi reſtitui , vt erroneè productum , authoritate
Specu.tenet Guid.Pap.in quæſtio.131.ſed vlterius, in fi.
etiam ſi fuerit productum à procuratore , authoritate
aliorum plenè comprobat Aym.conſi. 80.num.5.& ſeq.
71 † Nam quis habens inſtrumentum domi penes ſe , vel
de eo mentionem faciens præſumitur de eo & conten-
tis in eo habuiſſe ſcientiam,Abb. conſil.19.ad huius ca-
ſus,verſ.ſed his non obſtantibus libr.ſecundo.Alexand.
conſil.113.colum.3.num. 22.lib.6.Aym.conſilio 255.nu-
mero 3.4.Socin.conſil. 75. colum. fin. libr. primo , Ca-
ſtrenſ. conſi.94.clarum eſt,colum. ſecunda, in princip.
72 lib.ſecundo , † ideo ipſe producens inſtrumentum , &
agens ex eo neceſſe habet fateri vera eſſe omnia & ſin-
gula aſſerta in eo Bal.conſi.15.omnis aſſeſſor,nu.2.lib.2.
intellige aſſerta diſpoſitiuè,& non enuntiatiuè,ſequẽdo
Bal.tenet Alex conſi.16.col.3.ver.præterea etiam ſcrip-
tum,lib.5. vltimo poſt dictum de confeſſione producẽ-
tis tam in diſpoſitiuis , quàm enuntiatiuis, refert dicens
iſtam regulam poſſe induci pro & contra , Iaſ. in l.ſi cui
ſerui.§.ſi à filio.in fin.de legat.primo,Bald.ſequitur Ri-
min.conſi.258.num.30.plenius in conſi.89.nu.21.& ſeq.
intellige,vt per Nat.conſi.333.& Pedemon.deciſ. 38.nu.
73 30.† per productionem ſimpliciter induci cõfeſſionem
eorum,quæ continentur in ſcriptura producta eſſe vera
per ca.cum venerabilis,de except.& cap. cum olim. de
cenſi.tenet Oldr.conſi.198.circa primum,verſ.ad quar-
74 tum,† ex inſtrumento quod quis pro ſe producit,cõuin-
75 citur,l. quod debitori,ibi Bal.C. de ſoluti.† ſtatur ſcrip-
turæ per aliquem productæ,& contra eum qui non poſ-
ſet corrigere errorem.Caſtr.in l. de ſatiſdatione. ff. rem
76 rat.hab.Alben.conſ.59.nu.fin.&† non poſſet inſtrumẽ-
ta producta retrahere ſeu reuocare,nec reprobare per-
ſonam notarij Boër.deciſ.252. nu. 34. non poſſet reuo-
care Felyn. in cap. imputari. in 7. declar. de fide inſtr.
Aym.conſ.201.ſub nu.6.clarè Specu.de inſtrum.edit.§.
77 videndũ reſtat.ver.quid ſi aliquis produxit † per produ-
ctionem teſtamenti approbatur ipſum teſtamentum, &
præiudicat producenti,ita quòd non poteſt contradice-
re,Iaſ.conſi.57.col.4.ver.quòd autem iſti habiles.lib. 1.
de producente teſtamentũ,quòd videatur fateri omnia
contenta in eo.probo in conſi.30.nu.42.li.1.addo Alex,
conſi.163.ſub nu.2.ver.non fortaſſè,lib.2.limitando , vt
per Pedemon.d.deciſ.38.num.31.32.

78 Hæc concluſio has ideo recipit declarationes. Pri-
ma eſt † quando producens ſcripturam aſſerat verba in
eo contenta, vt prolata ab aduerſario, ſic ea non vide-
tur fateri vera, vt per Caſtren.& Alexand.in l.Gallus.§.
79 idem credendum.in fin.de liber.& poſth.alia eſt † quòd
producens inſtrumẽtum non ſimpliciter fatetur omnia
contenta in eo vera, ſed eatenus, quatenus inſtrumen-
tum ipſum probat, Alexand. dicto conſil. 108. ſub num.
3.lib.quinto,& deciſ.Pedemon.38.num. 10. addo deciſ.
Bellem.395.id quod. Nam intelligitur talis confeſſio ad
ea, ſuper quibus inſtrumentum per ſe facit fidem, idem
per Aym.dicto tracta. de antiquit. tempor. part. prima,
80 num.143. vide tamen † ſi inſtrumentum productum ſit
falſum vel minus ſolenne ſtatur ei contra producẽtem,
vt Pariſ.conſi.126.num.20.& ſequent.lib.primo. & latè
Dec.in dict.cap.cum venerabilis num.22.de except.in-
telligi debet de ſolennitate, quæ reſpicit inſtrumentum,
vt quando ſit ſine die, conſule, vel alia requiſita ad in-
ſtrumentum, non verò de ſolennitate quæ reſpicit ne-
gotium principale, vt quando teſtamentum non eſt ſo-
lenne, quod ideò ſi confiteor eſſe ſolẽne mihi non præ-
81 iudico, quia † ad eſſentiam rei tunc non ſufficit veritas
ſine ſolennitate, per l. ſi veritas. C. de fideicommiſſ.ita
declarando firmat Baldus in l. alia.nu.3.4. C. de his qui
vt indi.ſequitur conſi.Neapol.per Afflict.deciſ.25.ad fi-
nem, ſentit Angel.in l. poſtquam.ver.& ex prædictis ha-
82 bes.ff.de petit.hæredit.vbi † approbans ſcripturam, cõ-
tractum, vel alium actum productum in iudicio poteſt
cõtra illum obijcere de nullitate, ſed non de iniquitate
purgata per approbationem idem probat Ruin.conſi.3.
num.fin.lib.3.

Sequitur non prodeſſe producenti illam vulgatam
83 † cla. productionis in parte & partib. producenti pro-
ficuis, & non aliter, quin aduerſarius, vel etiam iudex
poſſit ſe fundare in inſtrumento producto contra pro-
ducentem per plura, probat Iaſ.d.conſ.57.colum.4.lib.
1.Pariſ.d.conſi.125.nu.22.indiſtinctè hanc opin.pro ve-
riori probat Dec.in l.fin.num.pen.& fin. C. de eden. &
in d.c.cùm venerabilis.ante num.23. quando pars non
conſentit tali proteſtationi, ita tenere omnes, quãdo in-
ſtrumentum non eſt cõfectum cum producente, firmat
Alexand.conſ.124.col.fin.num.5.lib.7. indiſtinctè Caſt.
conſi.331.in cauſa Silueſtri.col.2.verſi.& ſi dicatur, lib.1.
Aym.d.tract.par.1.num.138.reprobãdo Guid.Pap. in q.
503.& clarè in conſ.201.num.5.pro veriori & receptiori
opin.probat d.Pedemon.deciſ.38.nu.26.& ſeq.& ita te-
84 neo quia † producendo quis inſtrumentũ in iudicio non
poteſt facere quin id efficiatur commune cum aduerſa-
rio per not. in l.1.§.editiones.§.edenda. ff. eden.& non
poteſt facere quin acceptetur per partem vel iudicem,
ergo talis proteſtatio in his non depẽdentibus à ſua po-
teſtate nihil releuat Caſtr.conſi.247.colum.4. verſ.nec
quicquam facit, lib.1.Bal.conſi.326.col.1.in fi.lib.2.ſen-
tit Rebuf.tit.de part.product.art.3.gloſſ. 1. tom. 3. clarè
Nat.conſi.365.ad ſi.

85 Rurſus † terminus probatorius dicetur non elapſus
per tempus, quò ſtetit in ſuſpenſo ne curreret, vel con-
ſenſu partium, vel pronuntiatione iudicis, nam ſi partes
conſentiant ex aliquo incidenti interueto tempus pro-
batorium non currere, dicendũ eſt hoc eis fore permiſ-
ſum, cùm non reperiatur prohibitum per reg.l.nec non.
§.quod eis.ff.ex qui.cau.maio.cum ſign.ibi per glo.& in
gl.in ver.non inuenitur.in c.cum.apud. de ſponſ. extra.
86 & c.1.de procur.in.6.& † cum expediat in iudicijs con-
ſenſum partium ſequi.l.ſi conuenerit.ff.de re iudi.& l.2.
§.ſed ſi iudex.de iudi.pronũtiatione autem iudicis, licèt
non recorder vidiſſe deciſionem, credo terminum pro-
batorium poſſe ſtare in ſuſpenſo, quando ad petitionem
etiam vnius partis ex aliquo emergenti ad aliud tendẽ-
te, quàm ad probationem, & quodammodo impediente
partem, ne poſſit incumbere probationibus iudex pro-
nuntiat, interim terminum non currere, ſed ſtare in ſu-
ſpenſo, quia poſſunt eſſe, impedimẽta talia, quibus non
currit terminus parti, l.quibus diebus.in prin.de condit.
& demonſtr.Bal.in l.1.num.4.C.de iura.calum.Papien.
in for.prod.inſtru.gloſſ.in ver.in termino cum pluribus.
per Bal.in l.ſi.cum ipſe.ff.de excuſ.tut. & in l. cõtra ma-
iores.C.de inoffi. teſta.& per canon.in c. ex ratione. de
appel.per gl.in ver.videbitur, in ca.cupientes.ver. quòd
ſi per viginti.de elect.in 6.per Tiraquel.de retract.tit.1.
§.12.gl.2.pariter ex alijs ſimilibus impedimẽtis interim
contingentibus poteſt iudex pronuntiare interim tem-
pus probatorium non currere per regul. l. non poſſunt.
87 ff.de legi.eo maximè, quia † dilatio probatoria à iudice
præfixa dicitur ſua interlocutoria, Bal. in l. petendæ ſub
num.1.C.de tempo.in integ.reſt.& in l.à procedente.C.
de dila expreſſè in l.ſi ea.colum.1.nu.5.C.qui accuſ. non
88 poſ. per l.cum Titia.ff.de accuſ.§.1.in authen. de litig.†
quam interlocutoriã cum iudex poſſit reuocare, l. quod
iuſſit. ff. de re iudi. c. cum ceſſante. de appell. in ſpecie
ſentit Afflict.deciſ.115.num.2.& Corn.conſi. 197.in fin.
lib.4.& poſſit abbreuiare dilationẽ, gl.& docto in l. ſiue
pars. C.de dila.tãtò magis poteſt ſuſpẽdere dilationem,
ne interim currat, aut. multo magis.C.de ſacr..ſanct.ec-
cleſ.Caſtr.conſi.135. colum.fin.num.2. lib.2. quia ſuſpẽ-
ſio eſt tẽporalis, reuocatio & priuatio eſt perpetua, Bal.
in auth.habita.col.5.num.31.ver.ſequitur in litera. C.ne
fili.pro pa.Inno.in ca.cum inter.nu.2.de conſuetu. Atq;
eo etiam quia partes ſuſpendere poſſunt, vt primò pro-
89 batum eſt. Ergo & iudex poteſt † cuius ideò factum re-
putatur factum partis, l.ſi ob cauſam.C. de euict. l. pro-
fectitia.§.ſed ſi proponas.ff.de iur.dot. cũ ſimil.per Bal.
conſi.306.verba inueſtituræ, ver.ſed certe illud.lib. 1. &
Tiraq.de retract.tit.1.gl.14.num.13.& Aym.conſil.248.
nu.1.intellige prædicta locum habere, vbi lex commu-
nis, vel municipalis tales ſuſpenſiones non prohiberet,
vt vidi ſtatuta quandoque prohibere, quia tunc ſtatuta
eſſent ſeruanda, in princ.inſti.de offi.iudi.cum alijs vul-
ga. iur.

90 Probatio † autem fit in iudicio alio ex quatuor mo-
dis recenſitis per tex.in c. cum ad ſedem. ver. nos prio-
ris de reſtit.ſpol.addito quinto modo ibi per glo. in ver.
dicta teſtiũ & gl.in ver.fundauerit.in c.finẽ litibus.de do
lo & contum.& additis vſque ad 13. modos probãdi per
Spec.in §. fin. titu. de proba. de quibus ibi per eum, &
Hoſt.in ſum.de proba.ver.& quot ſunt ſpecies, ſed fre-
91 quentiores † & magis communes modi probandi ſunt
illi quinque per d. ca.cum ad ſedem, & dictam gl. com-
memorati, ſcilicet per teſtes, per inſtrumenta, per con-
feſſionem partis, per euidentiam facti, & per præſump-
tionem violentã, quia & per aliquem ex his modis pro-
bantur cæteri modi conſiderati per Hoſt.& Spec. in lo-
cis alleg. quos quidem breuitatis, & nimiæ digreſſionis
euitandæ gratia aliter non proſequar, niſi in ſumma his
admonitis.

92 Circa teſtes † an probent, tria ſunt inſpicienda, qua-
93 litates peſonarum, numeri teſtiũ, & dicta teſtium: † nam
teſtes prohibiti ferre teſtimonium, non probant, & non
omni exceptione maiores minus probant, de quibus la-
94 tè per Campeg.in ſuo tract.& reg.de teſti. in 1.par. † nu-
merus teſtium ad probationem teſtamenti de iure ciuili
debet eſſe de 7.ad probationẽ codicilli, donationis cau
ſa mortis, & cuiuſlibet vltimæ voluntatis de quinque in-
ter extraneos, inter liberos de duobus, de iure canonico
de Parocho & duobus idoneis teſtibus, vel ſine Parocho
95 de quatuor, vt ſunt iura vulg.& deciſ.notę, & alibi dixi †
ad probationes alterius facti regulariter duo teſtes re-
quirũtur, l.vbi numerus.ff.de teſti.ca.4.extra eo.diſcutit
Crot.d.tract.in 6.par.Gabr.Roma.de commu.opin. tit.
96 de teſti.conclu.1.lib.1. † ſuper eodem facto exiſtentibus
depoſi-



depoſitionibus teſtium contrarijs, ſtatur maiori nu. te-
ſtium.lib.3.§.eiuſdem.ff.eo.cap.licet cauſam.ver.ex præ
97 miſſis.de proba.& ibi canon.quia † numerus maior re-
probat minorem, & vnus teſtis reprobatur per duos, &
duo per quatuor, pulchrè dicit Bal.cõſ.492.quidam te-
ſtes.nu.2.lib.5. niſi minor numerus teſtium ſit ſuffraga-
tus & fulcitus clarioribus, & veriſimilioribus coniectu-
ris, quia & magis creditur per text.in l.ob carmen.§.fin.
ff. de teſti. Bal.conſi.380.tres ſunt caſus, nu.2.3.lib.5. Ti-
98 raquel.in l. ſi vnquam in præfa.nu.43.de reuoc.donat.†
& numerus teſtium puta trium ſupplet defectum vnius
teſtis minus idonei, Alexan. conſi.43.col.fin.num.27.li.
4.& conſ.93.num.15.& conſi.131.num.5.lib.5.vbi decla-
rat hoc dictum, & conſi.24.num.22.lib.2.quando enim
eadem ratio repellendi quæ eſt in vno teſte, eſt & in
alijs, tũc numerus non ſupplet, Anch.conſil.246.in cau-
ſa agitata.verſi.contrarium teneo. ſequitur Dec. conſil.
133.num.5.6.Gram.conſil.45.num.30. Aym. conſil.281.
ſub num.6.verſi.nec dicatur.& verſ.ſequ. & non fit ſup-
pletio probationis integrandæ ex dicto teſtis omninò
inhabilis, Aymo conſil. 9.num.12. & ſeq. & diſtinguen-
do bene probat Iaſ.in l. ait prætor.§.cogentur.col.2. &
ſeq.verſi.quid tenẽdum.ff.de eden.& Felin.in capit. te-
ſtimonium in ſecundo not.col.3.de teſt.& Curt.tract.de
teſti.in prima concl. Gabr. Rom. de commun. opin. d.
99 tit.de teſti.concluſ.5.& 6.Dicta † autem teſtium, vt pro-
bent, fundari debẽt in ratione, vel cauſa ſcientiæ aſſig-
nata per teſtem, dependente ex aliquo ex quinque ſen-
ſib.corporis congruente rei de qua fertur teſtimonium,
Bar.in l.qui teſtamento. num.ſecundo. ff. de teſta.& ibi
Imol.in vlt.not.Caſtrenſ.num.3.clarè Aret. colum. 1. in
3. not. vbi de quinque ſenſibus corporalibus per teſtem
appropriandis ad actum de quo deponit, prout con-
uenit magis vni ſenſui, quàm alteri, per l. ſolam. C. de
teſti. vbi Bald. dicit hoc procedere ſi fuerit interroga-
tus de cauſa ſcientiæ, quia non interrogatus non tene-
tur aliter aſſignare, idem Caſtr.in d.§.fin.num. 4.vt latè
diſcutit Crot.dict.tract.de teſti.num. 112. & ſeq. Alben.
100 conſ.83.nu 24. vbi magis ratio, † quàm dictum teſtis at-
tenditur, ſed hodie per examinatores ex ſe, & ex inter-
rogatorijs partis aduerſæ, ſemper interrogantur teſtes
de cauſa ſcientiæ, ſed vt plurimum, non ea, quæ require-
retur perquiſitione, & ſæpius legitur in ſcripturis depo-
ſitionum teſtium, interrogatus de cauſa ſcientiæ dixit,
101 prædicta ſcire per ea, quæ ſupra depoſuit † & quando in
extẽſione examinis non apparet de ſenſu corporeo, vel
auditus, vel viſus, vel tactus, vel guſtus, vel odoratus, qui
conueniat actui teſtificato, non valet talis ratio, quia eſt
eadem cum dicto glo.in verſ.non habent. in l. fin. ff. de
offic.procur.ceſ.gl.in ver.quia hoc etiam.in l.Labeo.de
vſuca.& glo.in ver.exceptione.in fin.in l.1.ff.de except.
perſpicuè Bartol.in l.qui interrogatus.ff. de peti.hæred.
ſi teſtis interrogatus quomodo ſcit, reſpondeat, quia
102 ſcio, nihil probat, quia oportet quòd ratio ſit clarior
dicto, & concludat per not. etiam in cap.in præſentia.
de proba.& Caſtrenſ. in l. non omnium. nume. 5. ff. de
legi.Alexand.conſil.80.colum.3.num.7.& ſequent. lib.
2. Socin.Iun.conſilio 69. numero.13.lib.1. Ripa in cap.
ſi quando.num.29.de reſcript. tamen hoc dictum ſem-
103 per eſt in ore aduocatorum, quòd † dicta teſtium non
ſunt cauillanda, ſed adaptanda ad ea, quæ dicit teſtis
ſcire, pariter ratio teſtis eſt adiuuanda, quantum poſ-
ſibile ſit Bald.in repet. l. de quibus colum.fin. ff. de le-
gib. Dec. conſil.100.colum.1.num.2.conſil.272.num.1.
Iaſ.in l.2.§.voluntate autem.colum.5.ad fin. verſic. pro
communi ſententia, ſolut. matrim.vbi dicit hanc regu-
lam eſſe in practica ſignandam, quia in palatijs obſer-
uatur, cum ſimil.in meo conſi.134. num. 16. exinde po-
teſt adiuuari alia vltima concluſio in practica, quòd
104 plerumque † teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ re-
ſpõdit ſcire, quia vidit, videtur talis ratio per viſum cõ-
cludẽs, cum poſſit referri ad omnem, per quem aliquid
applicatur intellectui ſicut genus, quod repręſentatur in
qualibet ſpecie ſenſuum, maximè in eo actu, in quo vi-
ſus & alius ſenſus ſunt coniuncti, latè loquẽdo & decla-
rando tenet Cyn.& Bal.in l. teſtium.colum.3. ſub nu.9.
verſi.in contrariũ videtur.C.de teſti.Bal.in l.data opera
nu.20.21.22.23.quia accuſ.Bar.in l.ſi Titio.la ſecũda.in
prin.de leg.2.Ang. in §.hinc nobis.colum.2.verſ.ex hac
glo.not.in aut.de hæred.& Falc.& in l. diuus.ad fin.ff.de
teſta.mili. Alber.de Roſa.in tract.de teſti.par.vlt.nu.14.
Deci.conſil.272.col. 1. & ſeq. vbi in teſtimonio defen-
ſionis, quia vidit. Ripa in l.1.nu.43.& ſeq. de verb.oblig.
cum aliæ dubitationes occurrerint circa dicta teſtium
vide in communib.tracta.de teſt.

105 Circa inſtrumenta † an probent, duo ſunt videnda,
vnum de perſona ſcribentis, alterum de contentis in
inſtrumento, prout aliud eſt inſtrumentum aliud eſt te-
nor inſtrumenti, & contractus vel actus qui continetur
in eo.gloſſ.in l.iuriſgentium.§.quod ferè.ff.de pact. Bar.
in l.ſi quis legatum.colum.2.ver.ſi verò eſt ibi.ff. de falſ.
vbi declarat primum, quod pertinet ad notarium &
ſolennitatem inſtrumenti, alterum verò quod pertinet
ad partes de contentis inſtrumento, vt ibi per eum re-
fert & Bello.conſ.22.nume.6.Neuiza.conſi.94.num.4.
106 ita de ſolennitate inſtrumenti dicendum eſt. Nam † vt
illud probet, requiritur quòd perſona rogata & ſcribens
ſit notarius publicus, & notus complens ipſum inſtru-
mentum cum ſolennitatibus à iure requiſitis, quæ faci-
unt præſtari fidem inſtrumenta, vt l.in exercendis. C. de
fid.inſtrum.poſt ali.per Felin.& Dec.in cap.1. de fid. in-
107 ſtrum & in alijs locis vulg. † & ſi negetur notarius, debet
probari à producente inſtrumentum, probo in conſilio
106.num.29.& ſeq.conſ.135.num.10.alibi ſuperius dixi
lib.2.interpret.1.dubit.2.ſolu.2.& Vall.conſil.32. lib. 2.
108 † cum inſtrumentum ſua habeat ſolennia, perfectum &
ſcriptum à publico notario, plurima quidem habet præ
conia ſolẽnis probationis & efficaciæ, dicitur enim in-
ſtrumentum probatio probata, & non probanda, & ve-
ritas euidens apparens, manifeſtiſſima, notoria, liqui-
da, patẽs, certa, diffinitata, & indubitata, ſicut dicitur de
caſu legis, hæc relatione & auctoritate aliorum probat
Iaſ.in d.l.iuriſgentium. §.quòd ferè.colum.1. ff. de pact.
conſil.124.in princip.lib.1.vbi de inſtrumento proban-
te teſtamẽtum, Tiraquel.diligens & accuratus aliorum
relator & cumulator lib.de retract. lignag. §. ſecundo,
gloſſ.prima, num.20.21.22.Aymo conſi.31. in fin.conſil.
317.num.primo, Nat.conſil.145.num.primo, conſi.177.
num.1.conſil.543.num.28. & Foller. tracta. de cenſi. in
gloſſ.quæ quidem executio nullo falſi.num.59.pag. 541.
Cephal.conſil.4.num.20. & ſequen.& alibi ſæpe docto.
cum præ manibus habent probationem per inſtrumen-
tum, hæc nempe de inſtrumento prædicãtur, poſtquam
inter partes de eius viribus fuit diſcuſſum, & concluſio
cauſæ ſecuta eſt, & contra inſtrumentum non facta &
non probata oppoſitione, Dec. conſilio 474. num. 3.
Crot.conſilio 236. numero 33. Menoch.conſil. 29.nu-
mero 30. Ruin. conſilio 128. numero fin. lib. 4. Rimi-
nal.Iun.conſil. 48. numero 21. Nat.conſilio 51. numer.
109 19. 20. Ac etiam locum non habet in † verbis inſtru-
menti enunciatiuis, vt Petrus filius Antonij, quia non
probant Petrum eſſe filium Antonij, niſi eſſent de ſub-
ſtantia & neceſſitate actus enuntiati per l. optimam. C.
de contr.& commit.ſtipul.vt per Iaſo in dict.§.quod fe-
rè, colum prima, ver. tamen licèt ita ſit. Per eadem fe-
rè verba Petr.Gerar.de Petraſan.ſing.39.refert Ancha,
Regien.in quæſt.3.num.17.par.ſecũda, idem Crot.conſ.
83.nu.30.31. quoad probationem intellige vt per Dec.
in l.ex his, num.19.& ſequent.C.de teſta.mil.& infra di-
cetur.

Alterum autem de contentis in inſtrumento viden-
110 dum quatenus id probet ea,dicendum eſt † inſtrumen-
tum continere diſpoſitionem partium de facto & iu-
re ſimul, & de facto tantùm circa eius probationem
inter homines faciendam, quoad factum & ius ſimul,&
ſic quoad præiudicium, obligationem, commodum &
incommodum probat pro & contra perſonas in inſtru-
mento nominatas, & comprehenſas in eius diſpoſitio-
ne,& ab eis deſcendentes ac poſſidentes & tenẽtes res
comprehenſas in ipſa diſpoſitione inſtrumentali, quo
verò ad factum tantùm ſic ſecutum abſque commodo,
vel incommodo, ſed de ſimplici notitia ipſius facti pro-
bat inter omnes homines de mundo, ad quorum ſcien-
tiam tale inſtrumentum peruenerit, hæc theorica licèt
per alios non ſit explicata, probatur ex his quæ tradunt
Bar.nu.11.12.& ſeq.Bal.ſub num.17.Salyc.nu.5. poſt ali.
Dec.nu.51.& ſeq.in l.2.C.de eden.propriè Bal. in rubr.
col.2.num.6.de fid.inſtrum.Innoc.in c.1.col. 2.num. 6.
ver.alij tamen dicunt,extra eo.& ibi alij ſequuntur, Fe-
lin.in colum. pen.verſi.item tangit hic Innocen.Afflict.
deciſ.324.ſub nu.14.verſic.ad hoc reſponſum fuit. Nat.
conſil.266.num.6.Alexan.conſ.104.num.3.lib.4.Aym.
conſi.65.num.6.& dicit Bald.in l.ſi binæ. ff. de iniuſt.&
111 rupt. teſt. quòd † qui non eſt nominatus in inſtrumẽto,
vel non probat ſe ſucceſſiſſe nominato in eo, vel ha-
buiſſe cauſam ab eo qui eſt nominatus in inſtrumen-
to, non patrocinatur ſibi inſtrumentum, idem in l. ad
112 probationem. 1. C. de proba.notat, quòd † inſtrumen-
tum probat ſecundùm eius tenorem, & non præter,vel
contra tenorẽ,& ideò qui non nominatur in eo,non iu-
uatur inſtrumento,niſi eſſet iuris,vel rei ſucceſſor, ſub-
iungendo,& hoc eſt quòd aduocati ſæpe dicunt, inſtru-
mentum non loquitur de te,idẽ ibi Caſt.num.3.declarat
113 quomodo inſtrumentum emptionis & vẽditionis inter
alios cõfectum poſſet alium adiuuare, qui emit à primo
emptore,qui licèt in primo inſtrumento non ſit ſpecifi-
cè nominatus,eſt tamen implicitè comprehenſus, ſcili-
cet vt ſucceſſor rei, & ſufficit quem eſſe ſpecificè vel
implicitè comprehenſum in inſtrumento, probat idem
Caſtr.conſi.95.viſis actis & actitatis. in ſin.lib. 2. dicunt
114 & Bal.& Ang.in l. intereſt.C.de ſolut.quòd † inſtrumẽ-
tum eſt probatio probata per lectionẽ ſcripturæ, & tan-
tum probat quantum cantat diſpoſitiuè cum ſimil. de
tenore inſtrumenti attendendo cumul.per Tiraquel.in
l.ſi vnquam.ver.libertis ſub num.2.de reuoc.dona. ete-
115 nim † teſtator non poteſt imponere legem niſi ſucceſ-
ſori ſuo,not.Bal. in l.2.num.fin.C. pro empto. & rebus
ſuis & non alienis.l. fin.in. fi. C.de pact. gloſſ.in ver. te-
ſtator. in fin. in l. conficiuntur. §. huius autem. de iur.
codicil.cum ſimil.ita inſtrumentũ ſui teſtamenti quoad
commodum vel incommodum inter ſucceſſores iuris
ſui, & rerum ſuarum probat, vt de ſucceſſore iuris &
rei exprimit Bald. in d.l.ad probationem, la prima cum
ſimil. per Socin. conſil. 13. numer. 3. lib.3. Aym. de an-
tiq.temp.par.1.numer.78. Aret.conſil.36.caſus talis eſt.
colum.2.verſicul.ſecundo dico.Anto.de Butr.in cap.ſi-
gnificauit.ad fin.de teſti.Cephal. conſilio 386. num. 33.
& ſeq.
116 Circa confeſſionem partis † quando eam quis poteſt
habere ad cauſam ſuam, ea quidem nulla maior, excel-
lentior,præſtantior poteſt eſſe probatio, nempe maior
eſt quocunque inſtrumento, quibuſcunque teſtibus, &
quacunque alia probatione,quam litigans habere poſ-
ſet,paſſim vbi per confeſſionem habetur probatio Do-
cto.dicunt vt Iaſ.in 3.not.Dec.num.7.in l.cum te.C. de
tranſact.Pariſ.conſi. 99.nu.12.13.conſi.103.nu.pen.li.3.
conſi.121.nu.30.31.lib.1.& conſi.75.num.52.lib.2.vbi de
confeſſione facta in teſtamẽto probante fideicommiſ-
ſum ex teſtamento patris,ad idem Curt.Iun.conſil. 158.
num.6.Crot.conſil.41.nu.13.vbi nulla certior probatio
confeſſione partis,Aymo conſil.61.num. 3.v biplura de
hoc dicto.Val.conſi.71.nu.41.& ſeq.lib.2.conſil.48.nu.
117 54.& ſeq.lib.4.Cephal.conſil.393.num.72.& ſeq.† Ra-
tio eſt, quia aliæ probationes habẽtur per extranea me-
dia teſtium & inſtrumentorum ſatis plerunque contro-
uerſorum, probatio autem per confeſſionem partis im-
mediatè,fit,& habetur ab aduerſario in lite & contro-
uerſia,qui ſic aduerſarius dicitur,Dec.in cap.1.col.2.nu.
5.de iudi.& in l.1.in princip.C.de eden. confitendo igi-
tur intentionem collitigantis, quodammodo ceſſat cõ-
trouerſia,vt in Euangelio Lucæ dicitur ca.22.Quid ad-
huc deſideramus teſtimonium, ipſi enim audiuimus de
118 ore eius, quoniam per † confeſſionem partis dicitur fi-
nita controuerſia,vel lis, ſicut per ſententiam iudicis,l.
119 poſt rem.ff.de re iudi.† & confeſſus habetur pro iudica-
to,l.1.& l. certum,per tot.ff.de confeſ.& l.1. C. eo. licet
quãdo emanat cõfeſſio poſt datum libellũ & lit.cõteſt.
quæ ſic etiam per confeſſionem cõteſtatur, l.2.C.de iu-
ra. calum.debet ſequi ſententia iudicis,Bart.& Caſtr.in
d.l.1.ff.de confeſ.Bar.& Alber.in d.l.certum.§.confeſſi.
120 † ſed quoniam de confeſſione partis ſolet & ſæpius etiã
eſſe non modica contentio inter litigãtes, quæ & qualis
ſit,an iudicialis,an extraiudicialis,an parte præſente vel
abſente,an acceptata, an erronea, an reuocata, an per
ſe,vel procuratorem facta,an certa,vel ambigua, ſuper
facto vel iure,& qualiter probetur,quia trita & lõga ma
teria eſt latè per gl.& doct.tractata in ordine tit.ff. & C.
& extra de confeſ.& in repet. ordi.& conſil.doctorum,
remiſſio ſit ad hæc loca.
121 Circa † euidentiã facti probatio poteſt ſe habere &
applicari ad omnia, quæ in iudicijs conſiſtunt in facto
locali ſubiecto oculis iudicij & omniũ, vt eſt videre in-
ſtrumenta & ſcripturas,ſi continent ſolemnitates requi-
ſitas vel non,vel quid tale factum,de quibus dicimus eſ-
ſe euidentem probationem,Pariſ.conſi.170.num.8.lib.
4.& per euidentiam facti, & inſpectionem non adeſſe
ſolennitates requiſitas,idem Pariſ.conſi.12.nu.60.lib.2.
Nat.conſi.162.num.26.Pedemon.deciſ.173.num.7.per
gloſſ.in verſ.imperfectam.in l.1.§.hoc.interdictum.ff.de
tabul.exhiben.probat Roma.conſi.42.viſis.verſi.2.pro-
bo.& verſi.ſequ.Aym.conſi.134.nume.44.verſ.ad idem
122 † euidens poſtea & illud eſt, quod documentis neceſſa-
ria continentibus illuſtratur, dicit Luc.de Pen.in l.1.
col.pen.verſ.euidentibus.C.de apo.publ.cum pluribus
123 † de probatione per inſpectionem oculorum per Laur.
Calca.conſ.8.nu.7.& vt eſt videre perſonas litigantes,ſi
124 ſunt maiores,vel minores,quoniam † ex aſpectu iudicis
probatur minor ætas, l.minor.& Alber.in d.l.minor.&
Gram.deciſ.48.num.18.vbi idem de ætate ſenili dicen-
dum eſt ex Bartol.in l.1.num.6.C.de mendican.vali.lib.
10.idem de cicatrice perpetuo remanſura etiam quòd
ſtatutum diſponat non poſſe de ea ferri ſententia con-
demnatoria, niſi adhibitis medicis de cicatrice profe-
rentibus, ſi tamen per facti euidentiam notoriam omni
bus iudex ſupplendo non adhibitis medicis proferat
condemnatoriam,validè facit,ſtatuto quoque diſponen
te, quòd de damno dato credatur accuſatori, ſi tamen
per euidentiam cõſtabit iudici nullum adeſſe damnum
ex aſpectu poterit pronũtiare nullum extare damnum,
poſt Bal.& Caſtren.firmat Alexand.in l.1. num.8.C.quæ
deſ.aduoca.& in l.qui bona.§.qui damni.colum.3.num.
125 2.de dam. infe. † locus apparens diuerſus ex depoſitio-
nibus varijs teſtium per euidentiam & inſpectionem iu
dicis poteſt declarari,Alexand.conſil. 116. poſteaquàm
126 in cauſa.ver. & ſi domini iudicantes,lib.1.† & quid pe-
titum reſpectu certi loci non probatum poteſt per iu-
dicem inſpici, qui ſecundùm euidentiam locorum iu-
dicabit Alexand. conſilio 35.viſo proceſſu,col.3. verſic.
nunc capio ſecundam.lib.4. Curt.Seni. conſil. 70. nu-
mero 20. cum præcedent. & ſequent. inſpiciendo ter-
ras,



ras,ac menſurando, & viſo quòd ſint minoris menſuræ,
127 quàm dicat ſententia iam lata,proinde talis † ſententia
per euidentiam apparens iniqua in rem iudicatam nun-
quam tranſit,Alex.conſilio 39.ſtantibus in his, numero
128 23.24.lib.ſexto, † idem ſi euidentia nullitatis, vel ini-
quitatis ſententiæ ſit ex inſpectione actorum, idẽ Alex.
conſi.77.in cauſa & lite,nume.16.& 17.lib.ſecundo, &
Balb.de præſcrip.in 4.par, quartæ par. in quæſtio. 32. in
fin.Cephal.conſilio 395.num. 40.& ſequen.Aym.conſi.
129 290.ſub num.6.verſi.ſimiliter videmus. † item ex aſpe-
ctu veſtitus & habitus perſonæ dignoſcitur, qualis ſit
130 Dec.conſilio 306.num.6. † Euidenter enim cõſtare di-
citur,quod ex inſpectione inſtrumentorum conſtat per
plura probat Barb.conſilio 38.col.ſecunda ,verſi. & vl-
tra adducta, lib. ſecundo, & quod oritur ex facto appa-
rente oculis corporis iudicis,Gemini.in ca.ſi forte. col.
ſecunda,nume.5.de elect. in 6. ſequitur Felin. in cap.ex
131 parte 2.colum. 3. verſic.5.fallit de offic.deleg.† vbi du-
bium ſit de qualitate rei legatæ,pro declaratione deue-
nitur ad inſpectionem,vt l.pediculis.§.Neratius.de aur.
& argen.lega,ibi id ex aſpectu vaſorum facilius intelligi
poſſe. Has demum habet prærogatiuas probationum
132 † euidentia facti,quòd nulla eſt certior probatio, quàm
illa quæ fit per euidentiam facti, cuicunque generi pro-
bationum præfertur,omnes probationes ſuperat,verior
eſt omnibus aliis probationibus etiã habitis ex cõfeſſio
ne partis,nunquam intelligitur excluſa per legẽ vel ſta-
tutum probatio, quæ fit per euidentiam facti, & quæ
ſemper poteſt fieri,etiam poſt didicita teſtificata,& re-
tinet ſententiam, quæ nunquam tranſit in rem iudica-
tam,ita per docto. in locis ſupra alleg. & auctor. legum
glo.& doctor. antiquorum probatur per Iaſ.in l. prima,
colum.7.verſi.circa aliud,de nou.oper. nuncia. per Ti-
raquel.de retract.lignag.§.4.glo.prima, num.36.& ſeq.
Marſil.in pract.crimi.§.ſecunda quæſtio.num.23. & ſeq.
Hier.de monte Brixien.tract.fin. regun.ca. 30. numero
2.& ſequen. Pariſ.conſilio 67. ad fin.& conſilio 89. nu.
133 24.lib.primo,vbi † confeſſio partis nihil facit,quoniam
euidentia facti omninò attendenda repugnat per l. cõ-
feſſionibus, & l.ſequent. de interro. actio. cum ibi not.
134 per Doct.ratio eſt quia † probatio per euidentiam facti
fundata eſt penitùs in ſenſu viſus, qui eſt certior & no-
bilior omnibus alijs ſenſibus corporeis. §. fin. inſtit. de
gradi. & in ſenſu viſus omnium, ſicut euidentia facti
ſemper palàm eſt,& euidentior apparet, ſcilicet omni-
bus,& nulla tergiuerſatione celari poteſt gl.in verſ.ma-
nifeſtum.in c.3.de verb.ſignifi.in ſexto, quam ibi Doct.
ſequuntur.
135 Circa præſumptionem violentam † quandoque ne-
ceſſe eſt probationem verſari,cùm enim cæteræ proba-
tionis ſpecies non adeò deſunt, nec adſunt quòd tale
quid in controuerſia deductum firmiter dici poſſit eſſe
vel non eſſe , ſed inter vtrumque hoc ſubſiſtit, animus
iudicis,& titubans remanet,vbi demum ex probationis
ſpeciebus aliqua & magis plures ſimul comparatæ ta-
lem in vnam partem lucis ſcintillam & vim veritatis af-
ferunt ac præſentant animo iudicis, quòd in eandem
partem iam inclinare incipit, & quãto plus diſcurſu in-
tellectus voluit atque reuoluit qualitates facti propoſiti
apparentes plenè Grat. conſilio 43.num.38. libr. 2. vel
ſemiplenè in his quæ ſunt difficilis probationis, Socin.
Iun.conſilio 32.numero 12.lib.ſecundo,conſilio 67.nu.
fin.lib.primo, tantò magis impellitur credere eandem
partem ipſam eſſe veram, adeò quòd iudex videns pro-
pemodum non poſſe aliter agere, quod magis veritati
conſonet,huic aſſentit & acquieſcit, ac ſentẽtiam ſuam
proferendo accommodat, vel in criminali, vel potius
136 in ciuili cauſa loquantur, tunc autem iſta dicitur † præ-
ſumptio violenta,talem faciens probationem, quia iu-
dicis animus quaſi violentatur ad ita credendum & fe-
rendum ſententiam,ita per text.in capitulo ſecundo,in
cap.illud.in cap. literis.in cap.tertio loco.de præſumpt.
in cap.dixit dominus.32.quæſtio prima,in cap.fin. verſi.
prima,de ſucceſſ.ab inteſt.ibi, ſed tanquam vehemen-
ter adminiculantes aſſertionem Abbatis plurimùm ad-
iuuabant, in l.indicia.C.de rei vendi.& in l.ex perſona.
in l.ſiue poſſidetis.& in l.inſtrumenta.& ibi gloſſ.fin. C.
de proba.ad hæc.Specu.tit.de præſump.§.ſpecies.verſ.
violenta. Bald. conſilio 249. ſuper libris. columna fin.
verſi.ſeptima ratio.lib.1. refert & ſequitur Aymo conſi.
178.numero 9. & Crat. conſilio 136. numero ſecundo,
137 libro primo: † vbi in cauſa criminali præſumptio vio-
lenta in pœna pecuniaria ad condemnationem ſufficit,
& maximè in his,quæ ſunt conſona veritati,præſumptio
probat Socin.Iun.conſilio 3.numero 6.lib.ſecundo, &
138 vbi † plures præſumptiones concurrunt, ſufficiunt ad
iudicandum,Cephal.conſil.448.nu. 29. addo per l. qui
ſententiam.C. de pœn. l. qui in prouincia.§.primo, de
rit.nupt.§.in his verò, ibi vt ex pluribus comparationi-
bus,in auth.de inſtru.ca.& fide,latè Anch.conſilio 276.
viſa diligenter, col.prima, & ſequent. Roman. conſilio
ſeptimo,viſis.colum.1.Aym.conſilio 277.nume.ſecun-
do.Pariſ.de Put.tracta. de ſindi.in ver. tortura. numero
6.Alexand.conſilio 24. colum.ſecunda,numero 5.& ſe-
quen.conſilio 212.ad fin.libr.ſecundo,Iaſ.in l.ſi quis ex
argentarijs.§.fin.colum.penultim.& fin.& conſilio 141.
139 colum.3. & ſequen.lib. quarto, & alibi † cum tractatur
de pluribus præſumptionibus & coniecturis cõiungen-
dis ad plenam probationem, in his maximè, quæ ſunt
difficilis probationis, de quibus vtilitati & practicæ in-
cumbent plura dixi ſup.lib.primo,interpr.1.dub.3.ſolu.
10.nume.5. & ſeq. Ac etiam de præſumptionibur plenè
diſſerui eo.lib.1.interpr.2.dubit.1.ſolu. 4. Ex quibus lo-
cis ſuppleãtur hîc dicenda, quibus addo notabilia ver-
ba text.in l.fin.§.pen. ff. ad municip.ibi, etiam ex ipſis
reb.probationes ſumi oportere.

SEcundo autem loco & prædictis gene-
raliter de probatione habitis, nunc vi-
140 dendum eſt ſpecialiter de his † quæ vt
plurimum in cauſis vltimarum volun-
tatum exequendarum probari oportet,
& quæ enumerabo,ſucceſſiuèque explicabo ſingula.

Primò probanda eſt vita,& in rerum natura exiſten-
tia perſonæ teſtatoris.

Secundò probanda eſt tota ſeries teſtamenti, ea ſal-
tem parte exequi petita.

Tertiò probanda eſt mors teſtatoris.

Quartò probanda eſt ſuperexiſtentia hæredum inſti-
tutorum,vel legatarij quando agit.

Quintò probanda eſt aditio hæreditatis ex teſtamẽto
vel ab inteſtato,vt opus erit.

Sextò probandus eſt caſus fideicommiſſi, vel alio-
rum diſpoſitorum per conditionem adimpletam, qua-
liſcunque ſit,vel per mortem.

Septimò probãda eſt ſuperexiſtentia ſubſtitutorum,
fideicommiſſariorum, legatariorum, tales ſunt pro-
bandi,quales ſe faciunt.

Octauò probãdæ ſunt qualitates adiectæ,cauſæ,con-
ditiones,modi, & demonſtrationes, prout contigerint,
probandæ.

Nonò probanda ſunt bona teſtatoris fuiſſe, vel qua-
lia ſunt probanda.

Decimò & vltimò probanda eſt detentio bonorum
per aduerſarium.

141 Ad primum dico, quod † vſus & communis practica
ſeruat articulare & probare vitam, & in rerum natu-
142 ra exiſtentiam perſonæ teſtatoris, quia † teſtatoris per-
ſona eſt cauſa efficiens,fundamentum & ſubſtantia diſ-
poſitionis teſtamentariæ,vt allegãdo iura & auctor. latè

probaui ſup.lib.ſecundo,interpr.ſecunda,dubit.1.ſolu.
1.in prin.ideò ab eſſentia ſuæ vitæ in rerum natura pro-
bandorum in facto initium probationis aſſumitur, quæ
quidē probatio fieri poteſt per teſtes, qui ipſum teſtato-
rē viderunt,& cognouerūt,vel de auditu ſi iā diu deceſ-
ſiſſet ante natiuitatē, & cognitionem teſtium, & per in-
ſtrumentum teſtamenti eum nominans & continens
principaliter diſponentem.l.in exercendis.C. de fid.in-
ſtru.c. cum Ioannes.§. porro.eo. cum ſimi.ſup.ea. dub.
verſi.circa teſtes,& ver.circa inſtrumenta. de hoc nun-
quam vidi fieri difficultatem.

143 Ad ſecundum dico, quòd † ſeries teſtamenti in to-
tum vel in parte probatur per inſtrumentum vel ſcri-
pturam publicam de teſtamēto ipſo confectam,vel per
teſtes ſufficienti numero requiſito legitimè examina-
tos,& de teſtamento ipſo deponentes, vt de his perqui-
rendo quomodo de teſtamento conſtare poſſet, diffusè
ſcripſi ante lib.ſecundo,interpr.1.dubit.2.ſolu.2. &.3.&
pro his ibidem ſcripta reuideri poſſunt, ad probandam
etiam ſeriem teſtamenti in prohibitione alienationis
ſufficere teſtamēti productionem, tenet Caſtrenſ.con-
ſilio 247.in cauſa quæ vertitur Sauonæ,colum.2.verſic.
item probauit, lib.primo,probationem teſtamenti etiā
probatam apparentem & manifeſtam fieri per inſtru-
mentum publicum valde aſſeuerat Iaſ. conſilio 124.fa-
144 ctum ſic ſe habet,in princip.lib.primo,† inſtrumentiq;
tenor probatur per ipſum inſtrumentum.Bald.& Caſtr.
nu.4.in l.ad probationem.1.C.de probat.cum ſimil.an-
tè alleg.

145 Ad tertium dico, quòd omninò † mors teſtatoris
proponenda & probanda eſt ab agente ex teſtamento,
quia vbi eſt teſtamentum, neceſſe eſt vt mors interce-
dat teſtatoris ſententia eſt Apoſtoli,cap.9.ad Hebręos
regiſtrata in capit. cum Marthæ. §. cæterum.de celebr.
146 Miſ.† nec ſuper facultatibus eius, cuius incerta vita ac
fortuna fuit tranſigi,vel iudicari poteſt,inquit text. in l.
nec nos.C,de capti.quem Bald.allegat in conſi.261.te-
ſtamentum,colum.1.verſi.ſi vero in obſcurę, lib. 4. di-
cens ſi in obſcuro ſit,an pater teſtator adhuc deceſſerit,
ex eius teſtamento agi non poſſet, & alias de morte te-
ſtatoris conualidante & confirmante teſtamentum, &
de eius effectu diximus aliqua ſup.libr. 2. interpretat.1.
dubit.1.ſolu.7.ibiq; in fin.de eius probatione reſpiciē-
te iudicialia, me dicturum hoc in loco ſuo pollicitus
ſum:de morte etiam circa compendioſam, ac eius du-
plici ſpecie naturali & ciuili,ſupr.libr.3.interpret.2.du-
bit.1.ſolu.10.nume.10.& interpr.3.dubit.3.ſolu.3. nu,17.
aliqua opportuna materiæ occurrenti adduximus.
Nunc autem de probatione mortis dicendum ſupereſt.
147 Quoniam † mors priuatio dicitur, & eam allegare &
probare eſt dicere quem non viuere,& ſic probare ne-
148 gatiuam, † cuius quidem probatio difficilis reputatur,
vt Barto.exorditur in tract.de teſti. verſi. mortuum, in
princip.& in l.2.§.ſi dubitetur, num.1. verſi.aduerte. ff.
quemadmod. teſta.aper.& ibi alij ſequuntur, inter alia
de negatiua probanda ponit Franc.Hercul.in ſuo tract.
149 de nega.proban.nume.290.† videtur quoque difficilis,
vaga & varia probatio mortis ob multiplicitatem mo-
dorum, quibus in dies inclemens mors rapit viuentes
iuxta illud carmen : *Mille modis miſeros homines mors vna
fatigat*,& ob multiplicitatem locorum in quibus conti-
nuo parata eſt mors,quem inſultare,ſiquidem terra ma-
rique, tam in pace, quàm in bello, tam domi quàm
militiæ, multis generibus mortis periculum metui po-
teſt,inquit text.in l.Senatus.§. mortis cauſa.ff. de dona.
cau.mort.qua propter ad mortem hominis probandum
doctores quamplurimas & modi,& loci,& temporis, &
cauſæ vel præiudicij diſtinctiones adducūt. Eo quidem
149 prius admonito † quòd ei incumbit onus probādi mor-
tem teſtatoris, vel alterius, qui in ea morte ſe fundat,
auth. hodie. C.de repud.& l.ſi quidem.C.ſol.matr.& ibi
Cyn.in princip.Barto.in verſic.primo habemus videre.
Bal.in auth.qui rem.ad fi. C. de ſacr.ſanct.eccleſ.Corn.
conſilio 10.colum.3.verſ.his tamen minimè.libr.primo,
151 Goz.conſil.68.col.ſecunda, num.7.ſimiliter † & qui ſe
fundat in vita alicuius etiam præſumpti viuere vſque
ad centum an.l.fin.C.de ſac.ſanct. eccleſ. incumbit ta-
men onus probandi illum viuum tempore quo agens
vel excipiens intendit per l.ſpadonem.§. qui abſolutus.
ff.de excuſ.tuto.tradunt Barto.in d.l. ſiquidem. Alexan.
conſi.175.colum.penult.verſ.tamen dicitur.lib.5. conſi.
27.ad fin.lib.7.Goz.dict.conſi.68.nu.6. 7. Ioſeph Aſſi-
152 ſien.Peruſ.deciſ.12.num.3..& notanter Soci. in l.ſi inter
virum. ad fin. de rebus dub. & in caſu quo per famam
probatur mors,pariter vitam probari per famam arguit
Socin.Iun.conſi.26.nu.fi.lib.2.hoc verum eſſe, quando
per aliquas coniecturas eſſet præſumptio in appoſitum,
ſcilicet contra vitam, aliàs præſumitur viuere vſque ad
100.an.intelligit Imo.in dict.§.ſi dubitetur, colum. pri-
ma,ver.item no.quòd allegans.At ego intelligerem ali-
quem agendo vel excipiendo ſuam intentionem fun-
dantem in vita alicuius,debere eum probare intentan-
do & allegando præſumptionem iuris de vita, l.ſi adul-
terium cum inceſtu.§.idem Pollioni.ff.de adult.per Fe-
lin.in c.fi.§.porro,colum.fi.ſub verſ.vlt.dum tangit, vt
lit.non conteſt.Dec.in l.2.in fin.C.de eden. & proban-
do per famam illum viuere, vel non eſſe auditum de
morte ſecundùm Corn.conſilio 204. quanquam.col.3.
in prin.lib.3.Socin.Iun.dict.conſi.26.col.fin.& alios al-
153 leg.indiſtinctè loquentes,ita † leuiorem eſſe probatio-
nem de vita quam de morte ob præuiam iuris præſum-
ptionem,d.l.fi.de ſacr.ſanct.eccle.

His autē breuiter admonitis ex diſtinctionibus do-
ctorum factis in materia probationis de morte, omit-
tam illam de maximo & irrecuperabili præiudicio vitæ
alicuius puniendi propter homicidium, & illam de ma-
gno præiudicio famæ,ſtatus,pœnæ,adulterij, & illegiti-
mitatis prolis in nouo matrimonio contrahendo, & aſ-
ſumam iſtam de præiudicio paruo, & de damno pecu-
niario etiā magno, ſed recuperabili in probando mor-
tem alicuius cum tractatur de ſucceſſione bonorum,
quæ demum poſſet reuerti ad priſtinum locum, ſi viue-
ret qui propoſitus & indicatus fuiſſet pro mortuo. Nāq;
154 iſto caſu ſi intentatur† mors in loco propinquo & tem-
pore recenti debet probari per illos,qui viderunt illum
mortuum, habere ſigna mortui, ſibi fieri domi luctum,
portari ad ſepulturam,fieri exequias mortuorum, & ſi-
milia fieri ſolita in morte hominū in loco morientium
& prout fit probatio per teſtes in alijs caſib. Cyn.in d.l.
ſiquidem.ver.quid dicemus.& ibi latius Bart.nu.2. Sa-
lyc.numero 2.Alex.con.117.col.2.nu.9.lib.4.Boër.de-
ciſ.288.in princip.Dec.conſi.83.col.pen.nume.5.Corn.
conſi.10.col.3.verſi.& licet quandoque.lib.1.

155 Et ſi † mors deducitur eueniſſe in loco defuncti,ſed
de tempore longinquo ſecundùm temporis longitudi-
nem reperiant teſtes conſanguinei,vel vicini,qui ſi non
cognouerunt defunctum de viſu,ſaltem de auditu,& de
fama publica in loco poſſunt deponere illum talē fuiſ-
ſe & eſſe mortuum, & pro mortuo teneri & reputari ab
omnibus ſuis conſanguineis & vicinis, ita mors alicuius
probatur, ex quo conſanguinei & vicini habuerunt &
habent & tenent illum pro mortuo,& per famam,gloſſ.
Bart.& Salyc.in dict.l.ſiquidem.Bald.conſi.216. verſi.ſi
verò in obſcuro.libro quarto,Alexand.conſilio 4.num.
decimoquinto,lib.ſecundo, & clarè Cuman.conſil. 45.
in quæſtione.ad med.Lanfr.in ca. quoniam contra.ver.
teſtium depoſitiones numero 186. Aym. conſi.127. col.
156 fin.vbi exprimit & firmat † probationem talem per fa-
mam de morte non recentis temporis eſſe triginta an-
norum, talis expreſſio 30. ann. poſſet perſuaderi vera,
cum



cum doct. loquantur de morte quæ diu eſt, quòd fuit,
vel longiſſimo tempore, quòd ideò eſſe dicitur an. 30.l.
ſi quis emptionis, & ibi Doct. ſumant. C. de præſcript.
triginta ann. Veruntamen hæc in materia iſta, & circa
longinquū tempus puto eſſe arbitraria iudici, ſecūdum
Abb.in cap.in præſentia.vltra med.de ſponſ.dicentem,
in ſumma hanc materiam relinquerem arbitrio iudicā-
tis, qui diligenter omnibus ponderatis cōſideret vtrum
de morte ſit facta certificatio, tantò magis probatur
mors hominis longitudine temporis, ſi elapſi ſint cen-
tum anni,quibus ille viſus non fuit.Bart. & alij in d.l.ſi-
quidem.infert ex com.opin.Dec.conſil.575.nu.10.

158 Et ſi longinquo loco † mors alicui contigiſſe propo-
natur,per famam & alia indicia probatur ea, perinde,
ac ſi eſſet de longinquo tempore,de vno ad alterum ar-
guendo tenet Barto.Salyc.& Ang.in dict.l.ſiquidem.C.
ſolu. matrimo. quia veritas de morte aliter haberi non
poteſt,niſi per coniecturas, & exemplis remotorum lo-
corum à conſpectu hominum diuerſimodè,quia vel iuit
per mare,& nauis paſſa eſt naufragium, vel iuit in con-
flictum belli,vel per nemora & ſimilia loca periculoſa,
vel poſitus cū aliis peſtifero morbo infectis, & amplius
non fuit viſus,& de eo fuit luctus habitus domi per vxo-
rem,& conſanguineos,portando veſtes lugubres,& per
ſuos attinētes amicos, & vicinos habitus eſt pro defun-
cto,vt Angel.in d.l.ſiquidem.Bar.& Bald.in l.fin.§.fi. ff.
de his qui not.infa.Imo.in dict.§.ſi dubitetur. nu. 12.13.
Bal.conſilio 398.per famam lib.ſecundo,& Alex. conſi.
172.col.2.nu.8.lib.6.vbi de eo qui mortuus eſt in terri-
torio Mediolani,& conſilio 27.col.1.& ſeq.lib.7.vbi de
mortuo in bello,ſic habito per matrem viſam deplora-
re mortem filij,& per circunuicinos, & de deciſionibus
in materia,& per Dec.conſilio 652.in principio, Boër.
dicta deciſ.288.ſub nu.2.dict.Peruſ.deciſ.12.num. duo-
159 decimo, colligendo deciſ.in ſpecie iſta † modus & ca-
ſus plures,quib.mors probatur,diſcurrit Sebaſtian.Me-
dices tract.mors omnia ſoluit, par.1.nu.74. cum ſeq.&
Franc.Hercul.tracta.de nega.proba.ſub nume.299. de
eo qui dicitur mortuus in longinquis partibus Riminal.
ſeni.conſilio 265.nu.19.per lucrum conſanguineorum,
160 Nat.conſilio 59. num. 6.† de accedente ad bellum, in
quo multitudo magna deceſſit, & decennio elapſo de
eo nulla habita notitia,præſumitur mortuus,Nat.conſ.
241.cui addo Bald.conſi.90.maritus num. 2. lib.ſecun-
do,dicentem præſumi mortuum conſideratis acciden-
tib.mundi,cùm de cuius vita nunquam fuit ſcitum,iam
ſunt 20.ann.licet hoc ſimplex dictum non tenerem alio
indicio non probato de morte abſentis, quia vidi quē
ſtetiſſe abſentem à patria, & in longinqua prouincia,
ſcilicet in Anglia, & poſt ann. 42. reuerſum eſſe in pa-
triam,is fuit dominus Alexander Fuſcus de Piſauro,fe-
cit etiam multas lites pro recuperandis bonis ſuis alie-
natis,tenendo forſan eum pro mortuo,ex hoc facti exē-
plo recta apparet theor.communis doctr. in locis præ-
alleg.dum tractatur de bonis transferendis,& de bene-
ficio recuperabili admitti poteſt probatio mortis per
famam & indicia, qua poſtmodùm oſtenſa non vera,
bona poſſunt reponi in priſtinum ſtatum, ita per ſolam
longam abſentiā citra fauorem eccleſiæ verius eſſe de
iure non præſumi mortem abſentis,tenet Corſet.diſpu-
tādo ad repert.Abb.in ver.emphyteuta. ſequitur Boër.
deciſ.88.

161 Ad hæc conſidera,quod † præſumptio vitæ hominis
centum an.non eſt vera præſumptio iuris, ſed quædam
potius ſuſpicio, quæ ideò tollitur per contrariam ſuſpi-
cionem,orientem etiam ex dicto vnius teſtis, vel ex fa-
ma publica per alleg. ſupra tenet Alciat. de præſumpt.
regu.prima, præſumpt. quadrageſimaquarta, ad fin.cui
addo quod notanter dicit Barto. & Angel. in l. hæres in
fin.ff.de acquir.hæredi.quòd licet præſumptio ſit, quòd
quis viuat vſque ad centum annos, tamen iſta præſum-
ptio eliditur per aliam,per quam quis iuſtè poſſet indu-
162 ci ad credendum cōtrarium,hoc illi.Circa autem † pro-
bationem famæ in hac ſpecie non puto ſtandum Ce-
phalo conſilio ſexageſimoquinto, num. quadrageſimo-
ſeptimo,& ſequen.& ante eum nec Alexand. conſil.25.
columna ſecunda,nume. 4.lib.4.volentibus teſtes non
probare famam de morte alicuius, niſi dicant ſe audi-
uiſſe dici à maiore parte populi, nominando aliquos à
quibus dixerint ſe audiuiſſe, vt ſciatur, an fama ortum
habuerit à perſonis grauibus & fide dignis,& ſi dixerint
ſe non recordari à quibus audierint,non probant talem
famam,vt non reddentes cauſam ſui dicti, iuxta theor.
Bartol.in l.de minore.§.plurimum.num. 22.& ſeq.ff.de
quæſt.cum alleg.ibi per eos, quoniam reſpondendo di-
co, quòd mors alicuius perſonæ particularis nota eſſe
nō requiritur,nec ſpectat ad populum ciuitatis, vel eos
qui regunt ciuitatem, ſed ad homines vicinæ, & ad eos
quos ſpectat ſcire, de cuius morte fama ita non requiri-
tur probari fuiſſe vel eſſe apud maiorem partem popu-
li,ſed apud maiorem partem hominum viciniæ,vel mu-
lierum,ad quas ſpectat ſcire,declarat Barto.in d.§. plu-
rimum.num.2.in fi.& nu.14.per l.cum quidam. §. quod
dicitur.ff.de acqui.hæred.& ca.illud de præſumpt.& fa-
cit l.ſi vicinis. C. de nupt. hæc quoque non eſſet vſque-
quaque & duntaxat legitima forma probandi talem fa-
163 mam † cum validè deponant etiam teſtes deponentes
de publica voce & fama mortis talis, aſſignando cau-
ſam dicti,quia audierint dici publicè & palam in vicinia
& in loco aliter non exprimendo apud omnes homi-
nes,vel maiorem partem hominum,quia ex vera recor-
datione & propria ſcientia quiſque probat in ſe & ex
ſeipſo, de actu etiam publicè ſcito non recenti ſed ab
annis 10.20. ſupra non poteſt dicere verè, etiamſi Mi-
thridatis memoriā haberet, ſe audiuiſſe dici ab omni-
bus hominibus loci, nec à maiore parte hominum, ſi
eos non numerarit, vnde magis veriſimilis eſt ratio di-
cta,quia dici audiuit publicè & palam,vel communiter,
& præſumptiuè cōcludit de ſenſu auditus, vel ab omni-
bus,vel à maiore parte hominum, intantum quòd pro-
batur fama,ita contra Bar.ex Dino Bald.pluribus in lo-
cis allegato Salycet.& Caſtrenſ.verius eſſe de iure tenet
Decius conſilio 272,ſub nu.4.verſi.tamen contrarium,
idem ſi dicit audiuiſſe per totam ciuitatem, Sali.in l.ea
quidem.in quarta quæſtio.nume.110. C.de accuſa.& ibi
Ange. columna 17.verſi.4.iuxta hoc quæro,quorum vi-
detur vna & eadem lectura, idem quando dicit, quòd
communiter audiuit dici,Ruin.conſi.44.num..6.lib.4
Gandi.in tract.crimin.rubr.qui ad famæ probationem,.
nume.14.dicit famam probari poſſe,ſi teſtes idonei de-
ponunt & dicunt quòd publicè dicitur in ciuitate illa,
vel in loco tale quid ita proceſſiſſe,aut factum fuiſſe: &
ibi ſub numero decimoquinto,ſubiungit ſatis eſſe,ſi te-
ſtis aliquis dicat talem eſſe mortuum,fama eſt in ſua ci-
uitate, vt eius tanquam mortui hæreditas apprehendi
poſſit,ita contra Barto. ſic tenet & Innocen. in cap.ve-
niens.columna 2.nume. 4. de verb. ſignificat.cum hac
opin.tranſit Marſil. in d. §. plurimum. ſub numero 48.
latè diſſerendo & ſequendo opin. Bald. ita ſeruari per
Rot.Romanam,atteſtatur & probat Caſſador.deciſ.ter-
tia,per totum titulum,de probatio.vbi numero octauo,
propriè exēplificat in probatione famę de morte vel æ-
tate,vti de actu à communiter accidentibus, qui con-
ſueuit eſſe notus vicinis, ſentit Campeg. tract.de teſti.
regu. 407. & reg. ſeq. & clarè reg. 405. in fin. ſequitur
Port.Imolen. conſilio 39.numero vigeſimotertio,latiſ-
ſimè defendendo & antiquiores plures alios allegan-
do,talémque eſſe commu.opin. contra Barto. atteſtan-
do,tenet Laur.Calca.conſilio 8.columna 6.num.10. 11.
ita hæc opin. vti magis conſona communi memoriæ
noſtræ,

noſtræ, & veriſimilitudini, & probationi præſumptiuè
concludenti fauorabili ac ampliandæ & communis, &
ſequendo exemplum Rotæ Romanæ tenenda eſt in iu-
164 dicando. Necnon & quòd † teſtes etiam non interro-
gati debent nominare à quibus audiuerint, vt ſciatur an
fama originem habuerit à perſonis grauibus & fide di-
gnis, & non à maleuolis, & ſuſpectis, & interrogati, ſi re-
ſponderint ſe non recordari, non probatur fama, locum
námque id habet, & procedit in probatione famæ de
delicto alicuius perſonæ, & de dicto perſonarum, & de
facto aliquo de recēti, vt de delictis propriè ſonant ver-
ba text. in capit. qualiter & quando debeat. de accuſa. &
in l. miles. ff. de adult. ex quibus Barto. & alij excerpſe-
runt dictam doctrinam, & ex dicto perſonarum, quando
ſolum fama originem habet, ſcilicet quòd tales dixe-
rant, oportet ideò eos ſciri auctores famæ, ſi tales ſunt,
quòd debeat eis fidem adhiberi, & eorum perſonæ non
reprobentur, per l. ſi quis decurio. C. de falſ. & auth. ho-
die. C. de repud. tradit Bartol. in dict. §. plurimum. num.
15. l. de minore. ff. de quæſt. & d. auth. hodie. loquitur etiā
in caſu delicti euitandi, & præiudicij irrecuperabilis, vt
per Bartò. & alios in d. l. ſecunda. §. ſi dubitetur. ff. quē-
165 admo. teſt. aper. & in d. l. ſi quidem. C. ſolut. matr. † & de
facto recenti teſtis interrogatus ſi reſponderit ſe non
recordari à quibus audierit, cùm veriſimiliter deberet
recordari ſic de recenti, merito ſuſpectus eſt. Aym. conſ.
centeſimodecimoquinto numero ſecundo conſil. 134.
num. 13.
166 At ſecus eſt non exeundo materiam † probationis
famæ de morte quando fama habet originem ab aliquo
actu, quàm à dicto perſonarum, quia tunc etiam à vili-
bus perſonis poteſt originem habere, tenet Bart. in dict.
§. plurimum. nume. 15. per eadem ferè verba ſequitur
167 Capel. Tho. in q. 379. ver. queritur à quibus. † mortẽ au-
tē alicuius perſonę dici actum, probo per ſuum verbū,
ago, à quo prouenit ipſum nomen verbale, actus, quia
moriendo quis dicitur agere animam, Seneca in epiſto.
25. ait, quid egerit, apparet, cum ages animam: vnde er-
go cum mulierculæ, & ſeruitores, vt plurimum aſſiſtant
infirmis morientibus ipſo mortis actu ſequuto, vt plu-
rimum quoque accidit, iſtæ mulieres vel perſonæ viles
ſunt, quæ primum mortem talis in vicinia, in ciuitate,
villa, vel caſtro alijs denuntiant, & ſubito de tali morte
fama orta volat ad aures omnium in loco, per quā qui-
dem famam longè vel longiſſimò tempore elapſo, vt
antè præmiſſum eſt, de tali morte probationem fieri
poſſe exiſtimo teſtibus validè deponentibus eo modo,
quo proxime dictum eſt, non exprimendo etiam inter-
rogati particulariter à quibus audierint, quia expreſſio,
& nominatio hæc à quibus habuit originem fama fieri
non releuat, cum poſſit habere originem etiam à vilib.
perſonis, ideò omiſſa, aut facta vti fruſtratoria non im-
pedit, & non vitiat, argum. l. ad probationem, prim. in fi.
C. de probat. & l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt leg. nom.
168 caue. cum ſimil. per Aym. conſi. 246. ad fin. & † teſte re-
cordante, vel non recordante de aliqua qualitate, quan-
do idem reſultat effectus quoad intentum probare de-
bentis concludens remanet probatio, & prodeſt probā-
ti per l. quod ſi dubitet. ff. de acq. hære. & l. Gallus. §. ſi
eius. de lib. & poſth. tradit ibi Alexand. ſub numero 4. &
clarius conſilio 186. viſo proceſſu, columna prima, nu.
tertio, lib. 7. cum ſimil. per Anto. Butr. in cap. per tuas.
colum. ſecunda, nume. 8. qui fil. ſint legit. Dec. in cap. in
præſentia, nu. 32. de probat. & per Iaſ. in l. non hoc, in 4.
& 6. fallen. C. vn. legit. & in l. & ſi poſt tres, columna ter-
tia, ver. 3. moueor. ff. ſi quis caut. hæc equidem puto ve-
ra, licèt Barto. & alij in d. §. plurimum, & Bald. Angel. &
Salyc. in dict. l. ea quidem, omiſerunt punctum iſtum,
quid ſi deponens de fama interrogatus à quibus audie-
rit, dixerit non recordari, quando fama etiam poteſt ha-
bere originem à vilibus perſonis, cōſultò quidem omi-
169 ſerunt, quia talis quidem † perquiſitio facienda teſti, à
quibus audierit, non eſt neceſſaria, quando fama ortum
habere poteſt à vilibus perſonis, tenet declarando ex-
preſsè Ang. vel Saly. in d. l. ea quidem, num. 115. verſi. 7. ſi
teſti. C. de accuſa. Secundò doctor. omnes concedunt
170 † valere dictum teſtis deponentis de fama mortis alicu-
ius, abſque eo quòd dicat à quibus audierit, quòd non
ſit interrogatus, & generaliter deponens de fama, inter-
rogatus ſi nominauerit aliquem à quo audiuit, & dixerit
poſtea, à pluribus alijs, de quibus non recordatur, tale
dictum valere ſimiliter omnes concedunt Bart. in dict.
§. plurimum, nu. 23. Saly. in dict. l. ea quidem, nume. 117.
ea ratione, quia memoria hominis eſt labilis, non poteſt
recordari de nominibus omnium, à quibus audiuit, per
not. in l. peregrè in princi. ff. de acqui. poſſeſſio & à tali
ſentētia doctor. & ab hac ratione lapſus memorię arguo
171 valere dictum † teſtis deponentis de fama mortis alicu-
ius, de longinquo tempore, & interrogatus à quibus au-
dierit, non nominet aliquem, ſed dicat audiuiſſe tunc
dici publicè per totam ciuitatem, & particulariter non
recordatur à quibus ob longitudinem temporis, nem-
pe ratio hæc videtur admittenda, ſicut communiter do-
ctor. admittunt præter nominationem alicuius in illa
vniuerſali non recordatione de nominibus omnium a-
liorum ob memoriam labilem pariter in totum non re-
cordando de nominibus aliquorum, à quibus audierit,
debet ratio ſui dicti admitti, quia veriſimiliter retine-
tur memoria famæ mortis alicuius, vt facti memorabi-
lis, & non nominum perſonarum à quibus audiuit, cum
horum omnium nominum, vt rei parui momenti per
longum tempus obliuionem inductam arbitrandum ſit
per glo. in l. furtum. §. primo. ff. de vſucap. & l. ſi id quod,
& l. ſi de eo. §. ſi fortè. ff. de acquiren. poſſeſſ. & ibi Barto.
& alij not. cum concor. per Soc. conſi. 38. col. penult. ſub
ver. ſeptimò principaliter, ibi, nam per decennium, libr.
primo, per Ruin, conſi, 2, nume. 10 lib. ſecundo, Rimin.
ſeni. conſilio 155. ad fin. ita nemo ſani intellectus aliter
probabit, & ſermones iſti ſunt intelligendi ſecundùm
communem intelligentiam habentium intellectum per
l. ſi ita quis, in fi. ff. de euict. Bald. in l. 1. col. 3. num. 9. C. de
ſer. fugit.
172 Accedente & tertio quòd probatio famæ de morte
obuenta tam in longinquo loco, quàm in loco proprio,
longinquo tamen tempore elapſo, quando vltra pu-
blicam vocem hominum fundata eſt in cauſis & con-
iecturis pro habilibus adductis & expreſſis ſupra verſi.
& ſi mors, & verſiculo, & ſi in longinquo, & quando e-
tiam teſtis deponens de fama rationem ſubiungeret,
quòd ab illo tempore quo orta eſt fama de morte con-
tinuò per ſuos attinentes, & vicinos, fuit & eſt habi-
tus & reputatus pro mortuo talia gerendo, & faciendo,
quæ non fuiſſent facta, ſi fuiſſet viuus, & eum ipſe teſtis
ampliùs non vidit conuerſari cum aliis perſonis, prout
continuò videbat eum conuerſari quando erat viuus,
vel alijs indicijs apparentibus, proinde notanter dicit
Bald. in l. ex perſona, columna ſecunda ante numero
173 tertio, C. de probat. quòd vbi probatur † de morte a-
licuius eſſe famam antiquam, vt in pluribus, ſi talis fa-
ma durat, multo tempore & aliqua veriſimilitudine
comprobetur, reperitur vera, aut probando aliquid,
quod præſtet indicium peremptionis, & dicitur pro-
batio per ſigna vt ibi per eum, ita quòd fama veriſi-
milis eſt abſque eo quòd appareat eam habuiſſe origi-
nem à perſonis honeſtis & non ſuſpectis, tunc ideò non
eſt neceſſarium, quòd teſtis dicat à quibus perſonis
audierit, & ſi interrogatus dicat ſe non recordari, ta-
men eius dictum valet, eleganter probat Aretin. conſi-
lio 73. columna fin. verſiculo correlarium, allegat Bald.
174 in dict. l, ea quidem, col. fin. vbi num. 60. dicit † quando
veriſimilia



veriſimilia aliqua aſſiſtunt famę, valet fama, etiam ſi du-
bitatur à quibus perſonis habuerit ortum, quod ſ. euenit
vbi teſtis interrogatus dixerit ſe non recordari à quibus
audierit, idem tenet Aret. in cap. veniens, col. fin. verſic.
ſciendum eſt, de teſti. ſequitur ibi Felin. in col. 7. in 5.
conclu. & allegat idem Aret. bene facere Bart. in l. La-
beo. colum. fin. de ſupel. leg. vbi ſub nu. 10. in probatio-
ne communis vſus non requirente vnā, vel aliam quali-
tatem perſonarum, ſic vtentium, ſi teſtis dicat ſe vidiſſe
à multis perſonis, ſed non recordatur de nominibus, te-
net ſufficere, & ſic probare quem ponderando vltra A-
ret. etiam applico ad probationem famæ, per l. teſtium
§. eiuſdem quoque ff. de teſti. ibi aliàs velut conſentiens
fama confirmat rei de qua quæritur, fidem, intelligendo
eum ſecundum legem, quam allegat ſecundum ipſum
in l. non ſolùm. §. ſi liberationis, nu. 7. de liber. lega. cum
concord. per Corn. conſ. 111. col. penult. lib. 3. & per Cur.
175 ſeni. conſi. 65. nu. 23. Iaſ. conſi. 138. col. fin. lib. 4. † ſat eſt
ergo quòd fama procedit ex cauſis rationalibus. Barto.
tract. teſti. §. mortuum, Alexand. conſi. 25. nu. 4. libr. 4.
176 † idem ſi dicat ſe audiuiſſe dici ab omnibus perſonis lo-
quentibus de hac re, vt eſt interpretatio dicti teſtis vni-
verſaliter deponentis, Barto. in l. 1. §. nuntiatio, num. 23.
& in l. inter omnes, in princ. & ibi alij. ff. qui ſatiſda. co-
gan. vel ſe audiuiſſe dici ab omnibus cognoſcentibus
eum Alex. conſi. 51. nu. 5. quæ demonſtrant non eſſe vera
quæ dicit Corn. conſilio 232. colum. tertia, & ſequen. lib.
2. cùm dicat dictum teſtis non probare famam dicendo
audiuiſſe dici ab omnibus eos cognoſcentibus, cùm ta-
lis ſit interpretatio iuris, quibus itaque conſtat in ſolu-
tione propoſitæ dubitationis meam ſententiam bene
& iure firmatam eſſe contra dict. conſil. Ceph. 65. num.
47. & ſeq.
177 Cæterùm ſigna † alia & modi alij quamplurimi ſunt
adminiculandi mortis famem & probationem, ea enim
ſunt vbicunque & qualecunque id & quodcunque ſit,
quod apparet indicans aliquem eſſe mortuum & deſijſ-
ſe in rerum natura eſſe, aliquorum, antè diximus, memi-
nit Sebaſt. Medices, tract. mors omn. ſol. par. 1. num. 24.
Franc. Herc. de prob. neg. num. 290. Menoch. tract. adi-
piſ. poſſeſſ. remed. 4. numer. 661. per tot. q. 77. Achil. Mi-
randul. ſuo eo. tract. num. 170. Ioſeph. Aſſiſien. licet per
plura, vt ſui moris eſt ampliata extra ſuæ deciſionis in-
digentiam in Peruſ. deciſ. duodecima, & Lucenſ. deciſ.
quadrageſimanona, vbi nu. 7. dicit ſibi non placere di-
ſtinctionem eruditiſſimi Menoch, quid tamen diuer-
ſum ab eo, vel à Zuccardo concludat, difficile percipi-
178 tur, Referam ergo & iſta † vbi in inſtrumento vel ſcri-
ptura aliqua dictio hæc, quondam, vel olim, pro demon
ſtranda perſona antecedit, & præponitur alij perſonæ,
indicat hanc perſonam eſſe mortuam, vt Petrus quon-
dam vel olim filius Pauli, Clara vxor quondam. Franci-
ſci, hîc Paulus & Franciſcus nominantur pro mortuis,
ſic in præteritum extitiſſe, per dictionem, quondam, vel
olim, Bald. conſi. 407. in quæſtione, numer. 9. lib, primo,
Ruin. nu. 70. num. 10. lib. 2. Alexand. conſil. 14. col. 3. ſub
nu. 12. verſi. quod autem fuerit, lib. 6. & per l. epiſtolam,
§. mulier. ff. ad Trebel. cum ſimil. congeſtis per Felin. in
179 cap. fin. in princ. de teſt. cogen. † item inſcriptiones, vt
die, menſe, anno tali talis obijt, & ſimiles, quas in dies
legimus factas in lapidibus monumentorum in Eccle-
ſijs, licet manu priuata & incerta ſcriptæ ſint, tamen ra-
tione loci patentis & publici, & ratione effectus, quo ibi
in lapid. ſculptæ ſunt, vt indeleb. & perpetuò ſtent ibid.
& cunctis pateant pro vera memoria exiſtentiæ in re-
rum natura, & obitus perſonę illius illic deſcriptę, talem
apud quemcumque, & veriſimilitudinis, veritatis au-
ctoritatem & fidem habere debent, quod in dubium
illius perſonæ nominatim inſcriptæ mortis & temporis
eius faciant probationem in cauſis maximè ſucceſſio-
num bonorum ob mortem illius deſcripti, non tanti
præiudicij, quin poſsit reponi & redire in priſtinum
ſtatum, Bart. in dict. l. ſecunda. §. ſi dubitetur, numero
ſecundo. ff. quemad. teſt. aper. ita ſtari ſcripturæ factæ in
lapide, vel columna ſimpliciter tenet gloſſ. prima. in ca.
cum cauſam, de probat. licèt ibi doct. intelligant in an-
tiquis, & vbi non tractatur de grandi præiudicio, quod
in ſpecie noſtra non tractari modò probaui, vt de ſcrip-
turis in marmore, & in lapidibus latè per docto in dict.
180 cap. cum cauſam, & in l. prima, ſi cert. pet. † & in ſpecie
probari mortem per inſcriptionem monumentorum
ponit Boër. in dict. deciſ. 288. ſub numero ſecundo, ver.
181 aut etiam per inſcriptiones. † item vidi & obtinui pro-
bari mortem & eius tempus viri ciuis de conſilio ciui-
tatis deſcripti in albo iuxta l. primam. ff. de albo ſcrib.
per annotationem diei mortis factam ſubtus nomen
ſcriptum illius ciuis mortui per publicum notarium &
cancellarium illius communitatis, adhibendo fidem
huic ſcripturæ tanquam ſcriptæ manu publici notarij, &
in libro publico cuſtodito per not. in ca. ad audientiam,
de præſcrip. per Bal. in l. exemplo. C. de prob. & in auth.
ad hæc. C. de fide inſtrument. & Afflict. deciſ. 303. nume.
182 quinto, cum ſimil. † probatur quoque mors alicuius per
librum monaſterij, & rectorum parochiarum, in quo
deſcribuntur nomina ſepultorum in cœmeterijs, ſeu
Eccleſijs monaſteriorum, ſeu rector, ſi talis eſt conſue-
tudo, quod tali libro credatur, aliàs facit præſumptio-
nem aliquam, vt per Aym. tracta. antiqu. par. prima, nu-
mero 264. ponit Sebaſt. Medices, tract. mors om. ſolu.
par. 1. nu. 82. ſed de hoc Ferrariæ non eſt dubitandum,
quia extat ſtatutum, quòd talibus libris de morte homi-
num credatur, vnde ſuper probatione mortis perſona-
rum qualiter facta in iudicijs non multum difficultatis
fieri ſolet.
183 Ad quartum dico quòd † probanda eſt ſuperexiſten-
tia hæredum inſtitutorum & legatarij, qui agunt, quia
communis practica ita ſeruat, quòd probata morte te-
ſtatoris requiritur ſuperexiſtentia hæredum vel legata-
rij, dum agit, quæ eſt quid facti, quod debet allegari &
probari, l. prima, & ſecunda. ff. de probat. not. in l. de
quibus, ff. de legi. Alexand. conſilio vigeſimoſexto, col.
fin. numero 21. libr. 6. cum vulg. innuit text. in l. qui ſol-
uendo, id eſt, ibi eum qui ſupererit. ff. de hæred. inſtit. &
in l. quidem. §. deinde. ibi, quia hæres ad quem ſermo-
nem conferat, &c. de iur. codicil. in l. cum ita. §. fin. de
184 lega. ſecundo, † ſit enim probatio iſta, vt appareat te-
ſtamentum in inſtitutione vel legata non caducum, ſed
efficax & validum per ſuperexiſtentiam inſtituti hære-
dis, vel legatarijs, ad l. primam §. pro ſecundo, de ca-
185 du. tollend. cum autem ſuperſtites † hæredes inſtituti
vel legatarij ſint nominati filij, vel fratres teſtatoris
nunquid filiatio vel fraternitas ſit probanda, & quan-
do, nam primum dicendum eſt, eos ex tali nomina-
tione in teſtamento facta à teſtatore conſtitutos eſſe
in quaſi poſſeſsione filiationis, vel fraternitatis proba-
tione inducente præſumptiuam. l. fin. & ibi gloſſ. ff. de
probationib. gloſſ. Barto. Bald. & alij in l. neque profeſ-
ſio. C. de teſta. & ibi Iaſ. columna prima, verſic. puto
quòd æquiuocet, defendit hoc habere locum tam in in-
ſtitutione, quàm in legato, ad idem gloſſ. & Docto. in l.
non epiſtolis, & in l. ſequent. C. de probat. expreſsè An-
to. de Butri. in capit. tranſmiſſæ, columna 2. verſic. quan-
doque adeſt ſola nominatio, & in capit. per tuas, in
princip. verſic. ſecunda aſſertionis parentum, qui fil. ſint
legitimi, licet Bartol. per Butrium alleg. in l. prima. §.
idem per contrarium, ſub numero tertio de liber. agno.
loquatur in exhæredatione & emancipatione ſoli fi-
lio cōueniente, & ob id Butrium impugnet Iaſ. in di. l.
neque profeſsio, columna prima, ad fin. & Felin. in ca-
pit. per tuas, columna penultima verſic. vltima conclu-
ſio. de

ſio. de probat.tamen videtur mihi pro Butrio optima
186 defenſio,quòd benè loquatur, quia † nomen filij & non extranei eſt conuertibile & proportionabile nomini hæredis,cum per Apoſtol.fiat conſequentia , filius ergo hæres, meminit & concedit quoad nomen gloſ.in verſ. ob eam rem, in l.1. C. ſi min.ab hære.abſt.cum hoc nomine hæres, non ſic ſimpliciter extraneus, ſed filius intelligatur,vt in Euangelio Matthæi, cap.21.ibi,nouiſſimè miſit filium ſuum , & ibi, Agricolæ autem videntes filium dixerunt intra ſe,Hic eſt heres,&c.vt latiùs expoſui ſuprà libro tertio , interpret.prima, dubit.4.ſolut.5. hoc ideo tantùm vel plus in ſpeciem propoſitam tranſitum vel conuerſionem facit,quàm exemplum Bartoli in d.§.idem per contrarium, vt ita quis ex nominatione filij hæres inſtitutus vel legatarius dicatur præſumptiuè probatus filius,& in quaſi poſſeſſione filiationis conſtitutus,Butrius in locis alleg.Natt.conſi.235.nume.1.2.ad inſtitutionem & ad legatum per Cephal. conſil.48. nu. 15.& ſequent.ſequitur Val.conſi.49.num.17.li.4. Ruin. conſilio 109.num.38.lib.3.idem Neuiz.conſ.34.ſub nu. 10.Goza.conſilio 12.nu.13.& conſi.13.numero 42.in filiatione iuſta tenet Iaſo.conſi.192.col.fin. verſic. tertiò reſpondetur,lib.4.ſimpliciter Alc.conſil.24.numero 5. lib.9. eo magis id tenendum eſt, ſi alia ad filiationem, vel fraternitatem conferentia concurrant, vel ad attinentiã dicenda.i. in ſeptimo requiſito probando. Quid
187 autem operetur iſta † quaſi poſſeſſio filiationis , vide Bal.in c.per tuas, ſub nu.4.verſi.item hoc operatur, de proba.reſpondetur,quòd operatur,quoad præparatoria, ordinatoria,& proceſſum iudiciorũ, nõ verò ad deciſoria litis ſufficere , ſed ad coadiuuandam cauſam , & ad deciſionẽ litis requiri aliam probationem , ſimpliciter refert Iaſ.in d.l.neque profeſſio.col.1.ver.no.etiam diligenter.C.de teſta.refert & Goza.dict.conſ. 13. nu. 14.
188 † Dicam tamen ego abſque alia probatione operari & ſufficere ad obtinendam executionem teſtamenti in adipiſcenda poſſeſſione bonorũ teſtatoris,per l.ſecũdam , & fin.de edi.diu. Adr. tollen. reiecta oppoſitione vt incapacitatis hæredis inſtituti, ſi non apparet ex lectura teſtamenti,vt puta quòd habeat filios legitimos & naturales,& inſtitutus hæres ſit filius naturalis tãtùm, vt Bero.conſi.54.nu. 6. Socin.Iun.conſilio 97.numero
189 45.46.lib.2.Val.conſ.98.nu.4 2,ratio eſt quia † in poſſeſſoriis talis quaſi poſſeſſio filiationis inducens ſemiplenam probationem ſufficit , in petitoriis verò non alios allegando probat Alciat.conſilio 149. eſt adeo diffuſè, num.4.lib.9.adde Fulg.in l.quidam,nu.3.ff.de prob.ſed indifferenter etiam in petitoriis iſtam quaſi poſſeſſionẽ filiationis pro victoria cõtra reum ſufficere tali procõmuni opinio.atteſtata,tradit Corn.conſi.1. col.13. verſi. nec obſtat quod dicit Rayn.lib.3.motus per multas glo. in dict.l.non epiſtolis,in dict.l.non nudis.C.de proba.in dict.cap.per tuas,extra eo.& in d.cap.tranſmiſſæ,qui fil. ſint legit. generaliter dicentes ſufficere , quem eſſe in quaſi poſſeſſione filiationis,vel fraternitatis, vt ibi per eum , idque verum videtur non ratione probationis ſic inductæ pro actore,ſed ratione præſumptionis transferentis onus in aduerſarium probandi contrarium. ſ. illum non eſſe filium,vel non eſſe fratrem, per l.circa. ff. de proba.enixè aſſeuerat & firmat Alexan. conſi. 88.nu. 7.col.fin.& nu.2.lib.7. & Fulg.conſi.138.viſis præcepto, col 2.in princ.comprobo ex eo quod dicit Bal. in l. Titia diuortium,colum.ſecunda,ſub verſi. quæro hic quare,ſolu.matr.quòd vbi ſtatus quem inducit,quaſi poſſeſſio ab origine poteſt naturaliter ineſſe,vt ſtatus filiationis,vel fraternitatis prouenit à natura , filius , vel frater talis releuatur ab onere probandi per d.l. circa , Roma,in d.l.Titia.ad fi.ſequitur & cum ſimil. ibi per Alexand.ſub nu.5.
190 Magis firmiter hæc procedunt, quando † quaſi poſ-

poſſeſſio filiationis & fraternitatis ex congruis tractatibus & adminiculis fuerit probata , prout exponit Alex. conſi.51.num.2.& ſeq.quia ſufficit ad obtinendam ſucceſſionem & hæreditatem in omni iudicio pro commu. opin.firmat Dec.conſi.54.col.fin. & omnes de conſilio Neapol.per Afflict.deciſ.25. in princip. Goz. conſil.13. num.34.eandem opinionem comprobat pro communi in quaſi poſſeſſione filiationis,fraternitatis,& in omni conſanguinitate & attinentia in deciſorijs , & in petitorio,& atteſtando ita fuiſſe iudicatum Aym.conſilio 249.col.2.& ſeq.pro communi etiam ponit Paſet.Ferrar.conſilio 49.nu.6.& ſeq.& Pariſ.conſi.10.nume.110. libr.2.& his ſimilia repetenda erunt infrà in ſeptimo requiſito probando.

Ad quintum dico quòd eo modo ex teſtamento , vel ab inteſtato , quo quis experiri debeat, vt teſtamentum ipſum valeat , diſpoſitáque in eo ſuum ſortiantur effectum,& aliquis reperiatur, qui defunctũ repræſentet,& ſatisfacere ab inteſtato quæ defunctus debebat , & diſpoſuit , & præſtare ex teſtamento quæ teſtator reliquit, & præcepit obligatus ex quaſi cõtractu exiſtat , omninò
191 probanda eſt † aditio hæreditatis , cuius quidem probatio tam neceſſaria eſt, vt dubio procul toto hoc in tractatu dici poſſit,ſine ea factum eſt nihil, non potuit à me vſque nunc tractanda differri,verùm de ea recordor duobus in locis oportuiſſe me in ſuperioribus pertractare, primò vt dignoſcatur quando dies fideicommiſſi ceſſit,& peti poſſit ſine hereditatis aditione,id fieri non poſſe probaui ſuprà lib.3.interpret.3.dubit.3.in princi. Altero autem loco,vt teſtamentum valeat, inueniatur, & qui ſit obnoxius præſtare & adimplere quæ teſtator ordinauit,& fieri voluit de aditione hæreditatis faciendà & probanda , plenè ſcripſi ſupra eo. lib. interpret.1. dubita.3.ex ſcriptis ergo his in locis ſuppleatur requiſitum iſtud probandum.
192 Ad ſextum dico quòd † probandum eſt eueniſſe caſum fideicommiſſi reſtituendi, & aliorum diſpoſitorum in teſtamẽto pro conditionem adimpletam, qualiſcunque ſit,vel per mortem huius enim propoſiti caſus euetus probatio per quam neceſſaria eſt , quia exploratiſſi-
193 mi,& notiſſimi iuris eſt † Quicquid conditionale relictum apparet,de hoc autem nunc loquor, id nunquam conſequi poteſt, niſi priùs expleta conditione. l. ſi quis ita hæreditatem. ff. de conditio.inſtit. l. legata ſub conditione , de conditio. & demonſtr. cum vulg. pro cuius rei cognitione videmus in legibus extare duo dicta, v-
194 num eſt,† Conditio defecit ; alterum eſt,Conditio impleta eſt. Primum deficere conditionem dicitur,vbi caſus conditioni appoſitæ contrarius euenit, vt ſi dictata ſit conditio,ſi deceſſerit ſine liberis,conditio deficit,vel vno filio ſuperſtite l. pater Seuerinam, §. fideicommiſſo,etiamſi conditio ſit præſumpta à lege, vt l.cum auus, de conditio. & demonſtrat. l. ex facto. §. ſi quis rogatus,& §. ſequent.ff. ad Trebell. l. filiusfam. §. cum quis erit,de legat.primo , cum infini.ſimil. exinde conditio, quæ non impletur,dicitur deficere , expreſsè etiam exponit Deci.conſilio 227.columna 2.in princ.per l.1.C. de indi.viduit.tollen.& l. 1. §. ſin autem aliquid, de cadu.tollend.deficere formaliter vel per æquipollens,declarat Ruin.conſil.81.colum.penultim.numero 15. libr.
195 2.Alterũ eſt de quo agimus † conditio impleta vel extitiſſe dicitur , cum idem caſus conditioni appoſitus eueniſſe demonſtratur etiam præſumptione legis , hoc enim eſt quod dicitur,quòd qui agit pro fideicommiſſo aſſerendo plura pro eo conſequendo probare debet illud , & quod eſt cauſa ſuæ intentionis, Signor. de Homod, conſilio 173. columna fin. numero vigeſimotertio,Dec.conſilio 513.columna penult.numero decimo, clariùs de caſu probando, Aym. conſilio 161. columna penul.numero 16,conſilio 208.columna prima, num.3. addo



addo gloſſ.in verſ.ſuperſtes fuit, in l.qui duo , in prin.de rebus dub.notabiliter ad propoſitum dicentem , quòd
196 † regula eſt , vt neque ad hæreditatem , neque ad legatum , neque ad fideicommiſſum , vel ad tutelam aliquis admittatur , niſi doceat caſu exiſtente, ſe inuitatum,iura aliqua allegat,ſed allego iudicio meo meliùs ad rem facere l.ſi quis ita ſubſtituerit.de vulg. & pupil.& l. Lucius.§.quæ habebat,& l.heredes mei.§.ſi.ad Trebel.No ſter ergo interpres diſtinctè & clarè procedendo proſequatur breuiter caſus conditionum inſtitutionis hæredum vulgaris , pupillaris , & fideicommiſſariæ ſubſtitutionis,vel aliorum diſpoſitorum in teſtamento , ſi euenerint,& quomodo probare valeat.

197 Inſtitutionis hæredum † conditiones & non diſcurrendo nunc , vt in loco non ſuo , quales & quantæ ſint , ſed lectorem vel interpretem remittendo ad nostos tit.ff.de cond.inſt.& C.de inſtitu.& ſubſtit.ſolùm ad moneo caſum inſpiciendum fore conditionis appoſitæ , ſi euenerit , ita quòd conditio dicatur expleta , vel non ſtet per implere debentem ad eum , cuius intentio eſt,hæc ita vera demonſtrari , onus probandi incumbit per iura vulg.

198 Vulgaris † ſubſtitutionis conditio ,vt impleatur notum eſt pendere ab his , quòd hæres inſtitutus non poteſt per ſe vel alium , vel non vult eſſe hæres, repudiando hæreditatem,vt diffuſè ſcriptum eſt ſup.lib.3.interpr. ſecunda , ſolut.quinta , ad remedium, quod intentatum eſt , probatio facienda eſt conditionis ipſius expletæ, prout caſus contigiſſe oſtendi poteſt Soc.Iun.conſi.97. num.45.lib.2.

198 Pupillaris ſubſtitutionis † conditio bene nota eſt ea
199 eſſe , ſi pupillus in pupillari ætate deceſſerit. † Quis autem teneatur probare pupillum eſſe mortuum in pupillari ætate , vel adulta , an ſubſtitutus pupillaris , vel eius aduerſarius , non pauca inter docto.videtur altercatio. Nam pro ſubſtituto pupillari præſumi videtur alio non conſtituto pupillum eſſe mortuum in ætate pupillari, ar gum.text.in l.ex facto.§.penult.ad Trebel. ex quodam conſil.Baldi non reperto inter ſua conſil.in lucem edita pro ſingulari & nouo dicto , ſequitur Socin.conſilio 89. col.3.in fina.verſic.accedat etiam,libro primo , & Caccialup.in l.precibus,numer.58.C.de impub.Alcia.tract. præſumpti.14.nume.7.maximè quando aduerſarius nititur ex teſtamento facto à pupillo directò tendente in præiudicium ſubſtituti, vnde non præſumitur pro habilitate actus , aſſerendo iſtam deciſionem ſibi placere,ac etiam in contingentia facti valde refricari in dubium,ſequitur & Deci.in cap.in præſentia, ſub nume.50. verſic. prædictis etiam de proba.Pariſ.conſil.115.in fina. libro quarto , ponit Tho.Diploua,poſt Bart. tract. præſumpt.
200 † At contrarium ſi ſubſtitutus fundat ſe in ætate pupillari , quòd id ea deceſſerit pupillus , vt locus ſit ſubſtitutioni pupillari , tenetur ipſe talem ætatem probare per l.ſi minorem.C.de in integrum reſti.mino.& l.de ętate. ff.de minor.tenet Bartol.conſi.56.Bart.fecit teſtamentum,in fin.Bal.conſilio 19.factum tale eſt:quidam Vannus Romæ,numero primo, libr.quinto,ſic maximè ſubſtituto agente ad excluſionem matris , & Boër deciſ.38. nu.31.hoc credit verum fauore matris petentis ſucceſſionem filij , quòd ſubſtitutus volens eam excludere à ſucceſſione ſibi debita de iure naturali , l.nam etſi parentibus ff.de inoffic.teſtamen.tenetur probare mortem pupilli in ætate pupillari eueniſſe , ſecus in alio,dicit Boër.qui ideò in alio caſu tenet primam opinionem contrariam , & Caſtrenſ.in d.l.ex facto.§.penult. nume.
201 quarto,tenet , imò † ſi mater agat ipſam teneri probare mortem filij in ætate adulta , & ſi ſubſtitutus agat, eum ſimiliter teneri probare mortem in ætate pupillari,aſſignando diuerſitatem in decedente ſine liberis , quod eſt quid negare , idem Bald.conſilio 145. in cauſa ver-

tente inter dominam Floram,num.quarto , lib. quinto,
ctori reſtitui poſſit, ideoque neceſſarium non eſſe proba
re dominium, vel poſſeſſionem defuncti, ſed quòd ſim-
pliciter petita bona ab eo tenerentur ex Cyn.nume.2.
Bartol.nume.12.Salyc.nume.4.in l.1.C.quor.bon.Ang.
Aret.in §.quadrupli.colum.14.verſic.quæro pro quibus
rebus inſtit.de actio.probat Bello.conſi.35.nu.5.& Ang.
Aret.in d.§.quadrupli.d.colum.14.verſicul.& ex his ap-
paret.ſubiungendo declarat quādo vtile ſit ex teſtamē-
to intentate hoc remedium quorum bonorum, ſcilicet
quādo teſtamentum non ſit tale, vt poſſit exequi ſecun-
dum d.l.fin.de edi.diu.Adr.tollen.eſt commun.opin.per
Achil.Mirand.tractu.quorum bon.numer.467.& ſequ.
& nume.482.quæ probanda ſint in hoc remedio, licet
Bart.& alij alleg.per Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.remed.
1. numer.96.velint in hoc remedio ſufficere ſemiple-
nam probationem. Tamen ibidem Menoch. ſequens
Rip.& Salyc.tenet requiri plenas probationes, ita eſſe
opin.gloſ.& commun.ſeruandam in iudicando & conſu
lendo firmat Alex.conſ.139.ad fin.lib.6.& Afflict.deciſ.
364.nu.5.poſt Iaſ.& Rip.Aymo conſi.258.num.3, Gabr.
Eugub.conſ.31.num.6.diſcutere & declamare aſſumpſit
Mirand.dict.tract.quor.bon.nu.485.& ſeq.magis cōmu-
nis & tutior videtur opinio, quòd requiratur plena pro-
batio.

288 In petitione legati † probatio rei legatæ videtur fa-
cienda de dominio, vel quaſi teſtatoris, quando te-
ſtator expreſſit de bonis ſuis, vel ipſius teſtatoris, le-
289 gauit talem rem, † cùm pronomen, ſuis, & genitiuus
ipſius teſtatoris dominium ſignificant.l.ſeruos.in prin.
de leg.3.l.Quintus.§.argento de aur. & argent. leg. &
l.2.§.in locum.ff.de religioſ.ita tradit Alexandr.conſil.
171.in cauſa & lite.colu.2.ad nu.3.verſ.ſecundo, præſup-
pono.libro 6.Papien.in for.libell.pro leg. rei ſing. in
gl.1. numero 26. tamen probare ſufficit quòd teſtator
tempore ſuæ vitæ & mortis pro ſuo & tanquam ſuam
tenebat, & poſſidebat rem legatam, & moriendo eam
290 in ſua hæreditate dimiſit, quia † teſtator ipſe ſic do-
minus præſumitur earum rerum quas tempore mor-
tis poſſidebat, vt firmat Guid. Pap. in quæſtio. 442.
teſtator quidam, & tract.præſumpt.numer.11.verſiculo
teſtator præſumitur, per gloſ.in verſicul.fuerunt.in l.
fin.de edi.diu.Adr.tollen.& gloſ.fina.in l.1.C.de priui-
leg.fiſ.quam ibi Bartol.& clarius Bald.& alij probant,
quòd quis præſumitur dominus eorum quæ poſſidet,
latè adducit Barb.conſilio 8.columna 3.verſi.præterea
accedat vlterius.libro 1.Salic.in l.2.numero 2.C.de ac-
quir.poſſ. gloſ. Bartol.& Baldus in l.quidam in ſuo in
princi.ff.de cond.inſtit.ſequitur Marzar.Vicent.de fi-
291 deicommiſſ.quæſtio.60. verſicu.reperio tandem, † &
quando rei legatæ probatio debeat concludere in tem-
pore teſtamenti, vel mortis teſtatoris, perlegas ſupra lib.
292 4.interpr.1.dubit.9.† & quando etiam de dominio te-
ſtatoris in re legata opus eſſet probare, quomodo poſſit
probari, plura adducit Alex.conſ.4.nu.25.& ſequen.lib.
293 2.Nat.conſ.235.nu.10.vbi† de probando quaſi dominio
teſtatoris per inſtrumētum ſuæ acquiſitionis iuſto titulo
de re legata pro publiciana contra tertium poſſeſſorem
competente legatario ſeu fideicommiſſario particulari,
idem vltra eum Alex.conſ.98.col.pen.nu.8.lib.2.& Bal.
294 conſil.4.in cauſa Baſilij.lib.4.vbi † & de dominio pro-
bato per præſcriptionem ſtatutariam: ſat eſt enim quod
res legata fuerit in bonis teſtatoris, per l.mortuo.§.La-
295 beo.de legat.2. † res in bonis alicuius quomodo intelli-
gatur, declarat text.in l.rem in bonis.ff.de acquir.rer.
dom.& in l.bonorum.1.§.in bonis.de verb.ſign.vbi &
quòd hæc ſint bona etiam bona fide poſſeſſa vel ſuper-
296 ficiaria, † & quando teſtator legando non expreſſit ali-
ter bona, nec confines, ſed ſimpliciter expreſſit nomen
villæ, in qua ſunt bona, vt puta, Relinquo bona ſanctæ
Columbæ, quæ villa eſt ſic nuncupata, debet probari de
vſitato vocabulo, & intellectu teſtatoris ad bona relicta,
& de his remanentibus in hæreditate teſtatoris, ita fuit
obtentum ex meo con.70.li.1.per congrua & opportu-
na iura & iuris argumenta ibi alleg.& ſpecialem deciſ.
Alex.conſ.150.in prin.lib.7.

297 Aduerte † ſi legatum ſub conditione ſit factum, &
pendente conditione hæres vendiderit rem legatam,
vt obtineat legatarius agendo via ordinaria contra poſ-
ſeſſorem debet probare rem legatam fuiſſe in dominio
teſtatoris, & hæredem vendentem habuiſſe ſcientiam te
ſtamenti, quia ſi ignorans teſtamentum vendidiſſet em-
ptor acquirens dominium rei emptæ ſecurus eſſet per l.
fin.§.fina.de leg.2.vt reſpondit Ang.conſil.263.ſtatuto
Piſtorienſe ad fi.ſic in legato particulari alios allegando
tenet Ruin.conſi.66.num.8.lib.2.& latè Corſet.in ſing.
incip.alienatio.Iaſ.in l.eius qui in prouincia.§.quòd ſi
ſtipulatus.colum.3.ſi cert.pet.tunc autem oporteret le-
gatarium agere contra hæredem ad pretium rei legatæ
per l.fin.§.fin.de legat.2.ſi eſſet ſoluendo, aliàs rem ip-
ſam legatam contra emptorem vendicare poterit per l.
planè.2.§.1.de legat.1.ſequendo Caſtr.& Alexan.firmat
Rui.dict.conſi.66.num.10.& conſil.118.nume.11.libr.2.
comprobat & Socin.conſi.49.colum.fin.verſi.2.reſpon
detur.lib.1.ſecus verò ſi pendente conditione hæres fun
dum legatum alij donauerit vel legauerit, quia exiſtente
conditione primus legatarius indiſtinctè vendicare po-
terit fundum legatum per textum in l.ſi fundum.de con
ditio & demonſtratio.

298 In † petitione demū fideicommiſſi vniuerſalis vel fi-
deicommiſſariæ hæreditatis probatio demōſtratioq; bo-
norum petitorum facienda venit diuerſimodè ac multi-
pliciter, diuerſis enim modis fit.

Primo ſi petatur ab hærede grauato vel eius hærede,
vel ab habente cauſam ab eo.

Secundo ſi petatur ab extraneo poſſeſſore.

Tertio ſi de tempore recenti agatur.

Quarto ſi de tempore antiquo.

Quinto de identitare, vel demonſtratione bonorum
in probando vt plurimum hoc non paruum opus, hic
non paruus labor.

Sexto & vltimo multipliciter fieri cōtingūt de bonis
probationes per exempla aliqua adducenda.

299 Primo itaque † contra hæredem grauatum, vel vt fre-
quentius eſt, contra hæredem grauati agendo aliter non
probando de dominio teſtatoris in bonis petitis ſufficit
probare ea bona fuiſſe poſſeſſa detenta per teſtatorem,
tempore eius vitæ ſimpliciter vel vſque ad eius mortē,
& per eū relicta & demiſſa in ſua hæreditate eo quo di-
ctum eſt modo ſupra in petitione hæreditatis, quia hæc
petitio fideicommiſſaria hæreditatis eandē recipit ob-
ſeruationem, quam ſimplex petitio hæreditatis vt per
text.in l.2.ff.de fideicommiſ.hæredit.petit.& ibi Caſtr.
in rubr.nu.2.Cum hæres grauatus vel eius hæres habens
cauſam à teſtatore nō poſſit fideicommiſſario refricare
quæſtionē dominij teſtatoris, ſed eum debeat ſuo loco
cōſtituere l.2.ff.ad Treb.probando aliter quàm per fa-
mam cōcedit Alex.conſ.139.col.3.n.8.9.li.6.& clarè te-
nent Nat.conſ.400.n.4.& ſequen.& Cephal.conſ.386.
num.35.



300 num.25.Hoc quidem declarari conuenit, † quando fi-
deicommiſſum conſtitutum reperitur ſub vocabulo
hæreditatis reſtituendæ vel contineat certum quid de
parte ſuæ hæreditatis, tunc probare oportet quòd bona
fuerint hæreditatis & non ſimpliciter quòd fuerint re-
perta in ſua hæreditate per l.in fideicommiſſaria verſic.
quoties.ff.ad Trebel.tradit Alexan.conſilio 91. ſub nu.
14.verſic. comprobatur etiam.lib.1.& quod dictum eſt
vbi agitur contra hæredem grauatum de alio dominio
301 teſtatoris non probando, † idem tenendum eſt in ha-
bente cauſam ab hærede grauato, cùm in eum plus iu-
ris non fuerit tranſlatum quàm habuerit eius auctor, eó-
que melioris conditionis eſſe non debet l.nemo plus.
de reg.iur.l.fin. §. ſed ſi creditor. ff. ad Velleian.in ſpe-
cie probat Caſtr.conſilio 94. clarum eſt in iure. ad fin.
libro 2. ſequitur Marzar. de fideicommiſſ. quæſtio.10.
verſi.nihilominùs addo Caſtr. qui plenius idem firmat
in conſi.247.in cauſa quæ vertitur Sauonæ. colum.1. in
princip.lib.1. vbi concludit hoc eſſe clarum & cū con-
cord.per Aym.de antiq.temp.part.1.ſub num.78.etiam
quòd non dixerit ſe emere à tali tanquam hærede, vel
de bonis hæreditarijs, vt videntur ſonare verba Caſtr.
quia ſufficit, quòd habeat cauſam ſimpliciter à tali au-
ctore per rationem quàm modò dixi ex di.l.nemo plus,
& d.§.ſed ſi creditor.& ex l.in omnibus. §. non debeo.
de reg.iur.& per alleg.à Cephal.d.conſi.386.nu.32. cum
ſequen.maximè per Rip.in l.ſi aliquam rem, num. 42.ff.
de acquir.poſſ.per Socin.conſi.13.nu.3.lib.3.addo.& per
gloſſ.in verſi.quam petentis, vltra med.in l.ſiue autem.
§.ſi duobus.ff.de publici. quæ eſt melior allegatio, quæ
poſſet fieri in hoc iuris articulo, quia diſtinguendo fir-
mat, ſicut vincerem auctorem tuum, ita vinco te, æqui-
parādo vltimum emptorem hęredi hæredis, vt per d.gl.
cuius diſtinctionem pro not.Bar.ibi approbant & Ang.
col.fin.verſi.5.eſt.

Secundò ſi agatur † contra extraneum tertium poſ-
302 ſeſſorem cum titulo, diuerſum dicitur quòd non ſufficit
probare ſolam poſſeſſionem teſtatoris in bonis petitis,
ſed debet probari de eius dominio, vel quaſi, vt talis pro
batio fieri requiritur in iudicio rei vendicationis, vel
publicianæ.l.in rem.in prin.ff.de rei vendi.l.1.ff. de pu-
blic.cum vulg.ponit Aym.conſi.61.nu.6.conſi.316.col.
fin.ſic diſtinguit & Nat.dict.conſi.400.in prin.& in fin.
Vall.conſil.46.num.10.& ſeq.lib.3.& Marzar. de fidei-
comm.d.quæſt.60.Paſet Ferrarien.conſi. 67. num.5.ita
recentiores ferè vno ore, ne dicam ſicco pede ſub alle-
gationibus eorundem antiquorum pertranſeunt. Sed a-
nimaduertat, quæſo, noſter interpres, quòd concluſio
hæc tantæ importantiæ, tantiq; oneris fideicommiſſarij
in probatione tam difficili dominij teſtatoris, eſt tam
frequens, vt nullum ferè litigium ſit de fideicommiſſis,
quod non agitetur contra tertium poſſeſſorem cum ti-
tulo, quomodo procedere poſſit, inueniet quidem quòd
non ita procedit ſimpliciter, nam primum doct.alleg.
per Aym.in dictis ſuis conſi. & per ſuos dictos ſequaces
non dicunt id, ad quod ſunt allegati per iſtos præter
Bald.conſi. 4. in cauſa Baſilij.libr. 4. qui in hoc de iure
communi nihil ponit pro conſtanti, ſed ponit pro valde
dubio, iudicium legatarij contra tertium poſſeſſorem
extraneum cum titulo, diſcurrendo remedia iuris, vt ibi
303 per eum: † ſi tamen actor eſſet fideicommiſſarius vni-
uerſalis, ei non denegaret remedium. l. fin.de edi.diu.
Adr.tollen.& in conſ.84.res prohibitæ.lib.1.non loqui-
tur contra tertium poſſidentem, & concludit debere
probari res quæ vendicantur, quòd fuerint in bonis te-
ſtatoris, & in conſi.89.eo.nu.1. & 5.dicit ſimpliciter ne-
minem præſumi poſſeſſorem vel dominum, niſi quod
per famam antiquus teſtator pręſumitur fuiſſe dominus
& poſſeſſor, & proſequar recenſere alios alleg. per eos,
Caſtr.conſilio 94. libr. 2. ad fin. allegando in iure ſo-
lùm dicit ementem ab hærede grauato non debere au-
diri negando teſtatorem fuiſſe dominum, & in conſil.
102. lib. 2. nihil dicit de dominio teſtatoris probando,
niſi quod ſint bona hæreditaria, Aret. conſilio 110. col.
penultima nullum verbum, in materia noſtra Alexand.
conſilio 82.ad fin.libr.2.dicit per quandam proteſtatio-
nem & confeſſionem probata bona acquiſita debere
iudicari hæreditaria, & hæreditatis cuiuſdam Petri, & in
conſilio 139.numer. 8.9.li.6. dicit non ſufficere proba-
tionem per famam, niſi poſt centum annos, quod bona
remanſerint in bonis & hæreditate, in bonis enim &
hæreditate bona remanſa dicuntur, quæ etiam fuerunt
poſſeſſa bona fide per defunctum, per l. bonorum.1.§.
in bonis.de verbor.ſign.& quæ fuerunt in plena poſſeſ-
ſione teſtatoris Bald.conſilio 352.ad fin. lib.1.ſic reſidet
Merzar.d.q.90.verſic.reperio tandem, per deciſ.Guid.
Pap.442.

304 Verum eſt igitur quod dixi dictam concluſionem
non bene iure probatam apparere, † eam tamen puto
declarandam fore, & ſolùm habere locum in eo poſſeſ-
ſore extraneo, qui & ſui auctores talem titulum habue-
rint, & habeant de bonis poſſeſſis, quo poſſent ſe tueri,
ne poſſent conueniri petitione hæreditatis, quia & pe-
titione fideicommiſſaria hæreditatis non poſſent con-
ueniri, cùm ex eodem iure ex perſona teſtatoris ortum
habeant iſtæ petitiones.l.2. ff. de fideicom. hære. peti.
ſentit ibi Caſtr.in rubr.num.2.expreſſe tenet Ang.con-
ſilio 229.ex themate. col. 2. ad princ. & tunc opus eſſet
iudicio rei vendicationis, ſeu publicianæ, in quo venit
probādum de dominio, vel quaſi teſtatoris, vt per Ang.
d.conſi.229.& d.colum.2.ver.quatenùs autem. ita pro-
cedit dicta concluſio firmata per Aym.d.conſi.61.num.
6.& per alios ſupra alleg. ſecùs autem dicendum eſt in
eo poſſeſſore, qui & ſui auctores habuerunt titulum de
re ſubiecta fideicommiſſo, & alienata poſt mortem te-
ſtatoris, contra quos quemadmodū daretur petitio hæ-
reditatis, quia lex elidit titulum talem per auth.res quæ.
commu.de lega.vt expreſſè decidit Bald.in auth.contrà
rogatus ad fin.verſi.ſed nunquid in iſta hypothecaria.C.
ad Trebell.& eſt commune quando titulus habetur pro
non titulo, vt per gloſ.& Doct.in l.nec vllam. §. 1. ff. de
peti.hęred.cum ſim.& quando titulus eſt acquiſitus poſt
mortem teſtatoris, vt latè tradidi ſupra ea.interp.dubit.
2.numero 317.& ſeq.ita & eadem ratione contra talem
poſſeſſorem peti poteſt res fideicommiſſo vniuerſali
ſubiecta per l.fi.ſin autem ſub conditione. commun. de
leg. vbi indiſtinctè contra quemlibet poſſeſſorem talis
res poteſt vendicari ex dominio tranſlato in fideicom-
miſſarium per alienationem dictæ rei habitam pro re-
ſtitutione fideicommiſſi ſecundum gloſſ.ibi in fin. & in
l.pen.C.ad Trebel. & alibi ſuprà dixi: proinde abſur-
305 dum eſt dicere † conditionem fideicommiſſarij effe-
ctam eſſe magis oneroſam & difficilem in probando de
dominio teſtatoris, cum ſanè priùs contra hæredem
grauati potuiſſet probare de poſſeſſione, Gui. Pap. de-
ciſ. 442. cum alijs ſuprà ne factum quidem alicuius ei
damnum afferat, l.quidam ita. §.ſi quis filium.ff.ad Tre-
bell.l.paterfam.teſtamento.ff.de hæred.inſti.& l.ſecun-
306 da §.ex his igitur.ff.de verb.oblig. † vbi ex perſona hæ-
redum & ſic ſucceſſorum non mutatur conditio obli-
307 gationis & ſic ius creditoris, prout & † fideicommiſſa-
rius quodammodo poteſt dici creditor in rebus fidei-
commiſſo ſubiectis, l.irritum. C.ad l. Falcid.& l.credi-
308 tores. ibi Alci.in prin. de verborum ſignifi.& † empto-
res ſucceſſiui eiuſdem rei habētur loco hæredum, quod
vnus ab altero emens dicitur emiſſe ab illo primo ven-
ditore, & ſic in re empta debet pati & ſuſtinere vices &
locum primi venditoris per dict. gloſſ. in verſic. quam
petentis.vltra med.in dict.l.ſiue autem. §. ſi duobus. de
publici. per quam confunditur & refutatur omnino
ſenten

ſententia Ang. in dict. conſil. 229. nittentis defendere
hæredem emptoris rei ſubiectę fideicommiſſo conuen-
tum petitione hæreditatis fideicommiſſaria, nimis ſub-
tilibus & extrauagantibus ſuis rationibus, ne dicam
cauilloſis, ſalua authoritate tanti viri, concędentis poſt-
modum titulum illius emptoris haberi pro non titulo,
vt ſic etiam Ruin. conſilio quinquageſimoquarto ad fi.
lib. 4. ſed quòd iſto titulo non tuetur conuentus, ſed ti-
tulo hæreditario illius emptoris ſui auctoris. quo non
fuit conuentus, & ſic venit contra regulas iuris, dict. l.
nemo plus iuris. & l. in omnibus. §. non debeo. & l. hære-
dem. de reg. iur. non mirum quia licet nomine Angelus,
tamen corpore & ipſe erat homo, & humana affectione
potuit & ipſe fauere clienti, non loquor de alijs partib.
309 dicti conſi. Angeli, † tunc pariter iſto caſu ſatisfactum
incumbentijs fideicommiſſarij exiſtimo, dum probaue-
rit bona petita fuiſſe per teſtatorem pro ſuis, & tan-
quam ſua tenta & poſſeſſa tempore ſuæ vitæ pacificè,
quietè, & bona fide, & per eum relicta & dimiſſa in ſua
hæreditate, vt in fideicommiſſo propriè ſunt verba tex.
in l. qui vxor. in fin. de aur. & argen. lega. intrepidè tenet
Vall. conſilio 28. nume. 2. libr. 1. hoc enim modo præſu-
muntur fuiſſe ſua bona propria, donec contrarium non
probetur, Bald. conſilio 352. ad fin. libr. 1. refert Aym.
conſi. 315. col. fi. Guid. Pap. deciſ. 442. Merzar. de fideic.
d. q. 60. Nat. conſi. 400. nu. 7. ita ſemper vſu receptum
& ſeruatum vidi.

310 Tertiò ſi † tempus recens eſt, puta à 40. an. citra, quo
mortuus eſt teſtator, adeò quòd facile eſt reperire teſtes
qui eum viderunt & cognouerunt, per iſtos etiam faci-
lis erit facienda probatio incumbentium in cauſa, his,
quibus dictum eſt modis, Bal. conſi. 89. nu. 1. lib. 1.

311 Quartò ſi † tempus eſt longæuum & antiquum per
iudicem tale arbitrandum, vt antè dictum eſt, quo teſta-
tor deceſſit, intelligo quando teſtes ſecundùm com-
munem curſum vitæ hominum in loco non poſſunt re-
periri, qui viderint & cognouerint teſtatorem, tunc de
probatione diuerſum dicitur, quòd ſit difficilis Bald.
dict. conſilio 89. num. 1. & alibi ſæpe doct. dicunt, ideò
opus eſt tunc inuenire homines ſeniores in loco, & eos
interrogare de fama exiſtentiæ teſtatoris olim in rerum
natura & bonorum ſuorum remanſorum in ſua hære-
ditate, & bene informatos de auditu publicè & palàm
ab anteceſſoribus examinare ſuper articulo formiter &
concludenter formato de publica fama bonorum peti-
torum, qualiter fuerunt bona propria talis teſtatoris per
eum vt verum dominum, & pro ſuis, & tanquam ſua
tenta & poſſeſſa continuò, & poſt mortem relicta, & di-
miſſa in ſua hæreditate, & continuato tempore an. 10.
20. 30. 40. 60. & vltra, ita ſemper fuiſſe auditum dici pu-
blicè & palàm ab omnibus, vel ſaltem à maiori parte
hominum in loco, atque ita per talem longiſſimam vo-
cem & famam probantur res quæ petuntur fuiſſe in
bonis teſtatoris firmant Bald. conſilio 84. & d. conſi. 89.
num. 5. lib. 1. Ang. in l. at qui natura. §. cum me abſente. ff.
de neg. geſt. & in l. pen. in prin. ad fi. ff. de condi. inſtit. di-
cens ſe ita obtinuiſſe in ciuitate Paduæ in in cauſa ar-
dua, in relicto facto per teſtatorem iam ducentis annis
mortuum de quadam domo per multas manus decur-
312 ſa, refert & comprobat, dicens ita eſſe † magis comm.
opin. Alexand. conſilio 116. nu. 3. lib. 5. & conſ. 7. num. 4.
conſi. 101. col. 5. ſub nu. 15. lib. 7. Aret. conſi. 36. col. 2. &
conſ. 37. in prin. Barb. conſi. 8. col. 1. & ſeq. libr. 1. vbi latè
313 † de probando dominio per famam in antiquis etiam
in rei vendicatione, idem conſilio 14. col. 3. lib. 3. & Cur.
Sen. conſilio 77. Dec. conſ. 428. ſub nu. 3. vbi de comm.
opin. reprobando Abb. & Corn. tenentes contra talem
communem opin. quæ etiam non turbatur ex alleg. per
Decian. conſilio 2. numero 141. lib. 2. idem tenet, & be-
ne cum commu. opin. conſilio 77. nu. 5. & ſeq. lib. 3. idem
Alben. conſ. 6. nu. 6. 7. idem ponit Aym. tract. de antiq.
temp. part. 1. nu. 303. vbi de contrarietate Corn. de non
ſola fama, ſed adminiculata, puta cum inſtrumento ti-
tuli illius, de cuius dominio probatio quæritur, cui aſſen
tit Aym. quod tanto magis dicatur probatum, ſicut mi-
nùs probatum diceretur, ſi appareret inſtrumentum de
alienatione per eundem facta de eadem re. Idem pro-
314 priè in ſpecie, & † de articulo famæ probandæ ſuper
dominio teſtatoris fideicommittentis in antiquis, tradit
Alexand. d. conſi. 16. col. 2. nu. 3. li. 5. Nat. conſi. 378. nu. 6.
315 7. † idem de dominio & magis de poſſeſſione per famā
in antiquis de an. 60. firmat Crot. conſi. 29. nu. 10. & ſeq.
& conſi. 240. nu. 30. idem per famam probatam ex in-
ſtrumentis, Sylua. conſi. 57. num. fin. & Pariſ. conſ. 52. nu.
50. lib. 3. ita aduocando obtinui contra extraneum poſ-
ſeſſorem in petitione hæreditatis fideicōmiſſaria, pro-
bando per famam bona fuiſſe teſtatoris mortui iam 70.
316 an. elapſis. † Fama autem ipſa publica qualiter legitimè
debeat probari per teſtes eſt plena & vulg. doctr. Bar. in
l. de minore. §. plurimū. ff. de quęſt. & ibi Marſil. & alij in
mille locis, vt facile videre eſt ex repertorijs communi-
bus & aſcriptis nunc omnibus libris legalibus, licèt dif-
ficilis, & ſtrictiſſima practica ſit probatio famæ, & nul-
lus ferè teſtis de ea deponens inuenitur qui bene con-
cludat de circunſtantijs ad eam requiſitis, vt doct. in
317 conſ. ſæpiùs demonſtrare conantur. † tamen hodie vi-
detur communis opin. & practica atteſtata per Burſ.
Mantua. conſ. 77. num. 47. & conſi. 90. numero 6. quod
per teſtes dicatur ſufficienter probata, dicentes ſimpli-
citer ſe audiuiſſe dici publicè, quia intelligitur. i. publi-
ca voce dici à populo, ſic exponendo ſecundùm com-
munem intellectum loquentium, dicit Bald. in ca. lite-
ras. nu. 2. de præſumpt. & in tract. teſtium. nume. 16. inter
tract. Bar. vbi id firmat etiam ex conſ. Dyn. diſcutere aſ-
ſumpſit etiam Hier. de Monte, tract. fi. reg. c. 56. nu. 4. &
ſeq. opi. Bal. comprobat Iaſ. in l. non hoc. col. 3. verſic. 8.
principaliter. C. vnde legi. credo dixiſſe antè, ſed vis ſtat
in examinatore, qui ſi bene interroget & perquirat te-
ſtem, reſpondebit demum, à quibus audierit, & ſui lo-
318 quetis intellectum manifeſtabit: † ſed & per inſtrumen-
ta publica, & firmiùs in antiquis probatur fama operans
eundem effectum famæ, Alexand. conſi. 90. num. 8. li. 6.
poſt Bald. in l. cum aliquis. nu. 4. C. de iur. deliber. etiam
probandi dominium Aym. de antiq. tem. par. 1. num. 74.
Alben. conſi. 6. nu. 9. 10. Tob. conſ. 73. nu. 8. & poſt Dec.
conſi. 48. nu. fi. & Feli. in ca. cum cauſam. col. 2. verſic. eſt
verum. de proba. & Rim. Iun. conſi. 137. nu. 41. 42. Hier.
de Monte tract. fin. regun. c. 66.

319 Quinto † de identitate & demonſtratione bono-
rum petitorum probatio ipſa neceſſaria multum quoq;
diuerſitatis recipit ex tempore recenti vel antiquo, nam
primum intra breue & recens tempus, quo teſtator de-
ceſſit, & dies fideicommiſſi petendi ceſſit, non ſolent
tam cito fieri mutationes confinium, ideò teſtes depo-
nentes de bonis hæreditarijs teſtatoris ſimul, & depo-
nunt de identitate eorum ex vniformi & concomitanti
cauſa ſcientiæ de eis tantùm probantium quantum di-
cunt: quia eatenus probatum intelligitur, quatenus in
dictis eorum inuenitur, auctor. Ioan. Andr. & Bald. in-
quit Curt. ſen. conſi. 73. nu. 19. deinde ſi quæ fierent con-
finium mutationes, facile eſt inuenire teſtes qui viderūt
& cognouerunt poſſeſſores bonorum, & loca ipſorum
bonorum, & poſſunt ſuper eis, & eorum identitate cer-
tum ferre teſtimonium ſecundùm doctor. Bald. in l. de-
monſtratio. in prin. in 7. q. nu. 14. de cond. & demon. &
in l. 1. C. ſi vn. ex plur. appel. & ibi Salyc. ad fi. hoc autem
contingit, quando fideicommiſſarius agendo nitatur ex
aliqua ſcriptura vel teſtamēti, vel alterius diſpoſitionis
continente bona deſcripta teſtatoris per eum relicta,
& ſubiecta fideicommiſſo cum certis cōfinibus demō-
ſtrata,



ſtrata, & quæ confinia fuerint mutata tempore & die
cedentis fideicommiſſi, vt ibi erat via, vel foueum, nunc
ſit terra laboratiua, vel vbi erant bona Franciſci, nunc
320 ſint Petri, proinde Bartol. dat practicam probandi † ar-
ticulando quòd fundus vel domus nunc exiſtens & ap-
parens intra talia & talia confinia, & qui vel quæ olim
erat ſita intra talia & talia latera, fuit, & eſt idem fun-
dus, eadem domus, idem corpus, vna & eadem res, &
ſubſtantia, latiùs exprimendo, & ampliando articulum
iuxta modernam practicam, ponēdo quòd vbi erat via,
vel foueum, nunc eſt terra aratiua, vel vbi talis erat
poſſeſſor bonorum adhærentium fundo, vel domui, de
qua agitur nunc poſſeſſor eſt talis, ita teſtes qui vide-
runt & cognouerunt perſonas & loca ſuper tali articu-
lo deponentes, bene probabunt identitatem articula-
tam, Aym. conſil. 57. nu. 7. vt tradit Bart. in d. l. demon-
ſtratio, in prin. nu. 14. & ad fi. quem alij ſequuntur, dicit
Dec. conſ. 109. col. 1. in fin. & colum. ſeq. in prin hoc pro-
cederet, ſi eſſent mutata omnia confinia, ſed non expe-
pedit ſic articulare, vbi duo confinia conueniunt vbi-
que eidem rei, etiam quòd plura alia aſcripta appareāt,
321 quia † per duos fines bene demonſtratur fundus, per l.
forma. ff. de cenſi. & l. 1. §. fi. de dot. præleg. firmat Bar. in
d. l. demonſtratio' in prin. nu. 15. Caſtr. conſi. 298. ad pri-
mum quæſitum. col. 1. num. 2. verſ. dant etiam iura lib. 2.
Alexand. conſil. 118. col. 1. ad fin. verſ. nec huic mandato.
lib. 2. vbi etiam in col. 2. verſi. pręterea res. tenet proba-
322 ri † identitatem, quando pars aſſentit contendens de
eadem re faciendo poſitiones, & ſic confitendo iden-
titatem ipſam eiuſdem rei controuerſæ, vel aliter quid
concedendo Afflict. deciſ. 23. nu. 4. vel confitendo in re-
ſponſionibus ſe poſſidere dictam petitam terrę ponde-
rat Socin. conſ. 89. col. 1. verſicu. confirmatur hoc. lib. 1.
ſic enim negotiorum merita aſſertione partium pan-
duntur, inquit text. in l. 2. in fina. C. ſi per vim. cum ſimi-
libus, per Anch. conſ. 222. in fi. & Aymo. conſil. 265. col.
6. idem concedit Alex. conſi. 35. col. 2. num 3. verſicu. ſe-
323 cundo præſuppono. lib. 5. † vnam rem eſſe demonſtra-
tam per duas demonſtrationes veras, quanuis aliqua
alia reperiatur falſa, quæ tamen non nocet regulariter
habenti probare identitatem alicuius rei, ſequendo
Bart. notabiliter in d. l. demonſtratio. in quæſt. 7. dando
ſolam fallentiam, niſi volens ſic probare identitatem
quæreret, facere incidere aduerſarium in pœnam, à qua
ideò excuſaretur apparentibus aliis demonſtrationibus
adiectis, quibus excuſans poſſit dicere ſe non putaſſe
rem eſſe illam, de qua agitur, quòd ſufficit ad excuſan-
dum à pœna per l. in teſtamento, id eſt, de cond. & de
324 mon. ita ibi, & vbique Bald. dicit † in pœnalibus requi-
ri liquidiſſimam probationem, atque ita per hoc Alex.
ſibi ipſi reſpondet in eo quòd ſimpliciter renuerit con-
trarium in conſil. 73. colum. pen. num. 8. lib. 3. & conſilio
38. numero 4. lib. 5. non ſufficere duas demonſtrationes
ex pluribus aſcriptis conuenire rei cui omnes ſint ap-
poſitæ pro ea demonſtranda, quando plures aliæ non
conueniunt, ſequendo d. l. in teſtamento, id eſt, Ca-
ſtrenſ. ibi dicentem contra illum text. eſſe dictam de-
terminationem, Bartol. in d. l. demonſtratio. & eſſe co-
gitandum pro reſponſione, quia difficile eſt reſpondę-
re, & ego ſequendo Alexand. d. conſil. 35. num. 3. lib. 5. di-
325 co reſpondere eſſe facile, quia determinatio † d. l. in
teſtamento, id eſt, loquitur in pœnalibus, in quibus re
quiruntur liquidiſſimæ probationes, & ibi & alibi ſæpe
dicit Bal. & per l. fin. C. de prob. & bene Aymo conſilio
244. nume. 2. & ſequor eundem Caſtrenſ. in l. ſi in nomi
326 ne. num. 4. C. de teſtam. dicentem, † conſtare de corpo
re per duas demonſtrationes quæ congruant rei, licet
plures aliæ ſint appoſitæ, quæ non congruant, quinimò
327 ſubiungentem, ſi † teſtator expreſſerit duas demonſtra-
tiones, quarum vna conuenit alij rei, altera non, ſi ad
ſit alia, cui conueniant illæ duæ, non præſumitur teſta-
tor ſenſiſſe de illa, ſed ſi nulla alia ſit, cui conueniant,
cenſetur ſenſiſſe de illa, cui vna competit, per l. patro-
nus. §. 1. & l. his verbis. § 1. de leg. 3. ita in effectu ſequun-
tur Alexandr. & Corn. in d. l. ſi in nomine, idem compro
bat Ruin. conſil. 50. num. 12. libr. 1. & conſil. 115. col. pen.
nume. 14. 15. lib. 5. & quando duæ demonſtrationes con-
uenientes rei demonſtratæ non probantur conuenire, &
alteri rei eandem ſententiam Bart. probat Angel. in ad-
dit. ad Ang. Aret. de malefi. ſub verſi. Caium Sempronij.
ſub numer. 6. & Soc. conſ. 89. in prin. lib. 1. latéque com-
probat dicens ita eſſe commun. opin. Cephal. conſ. 443.
colum. fina. idémque tenet Hier. de Monte tract. fin. re-
gund. c. 87. ita ſeruari pluries in practica, eo maximè
328 quòd † inſcitia quadam, vt plurimum ſimplicium per-
ſonarum apponuntur confinia, etiā paruis fundis, quan-
ta poſſunt nominare cohærentia fundo, quandoque vix
329 palmo terræ, † vidi ſex bubulcis terræ eſſe appoſita for-
ſan octo confinia, clarè fuerunt verificata tria, cæteris
non bene verificatis ob mutationes poſſeſſorum confi-
nantium magno curſu temporis, nec quòd vni vel alte-
ri rei conuenirent, poſt multas contentiones ſuper iden
titate fuit tandem iudicatum in conſilio Iuſtitiæ Ferra-
330 riæ, me etiam iudice, eam eſſe probatam. † magna
enim vis eſt confinium appoſitorum, cùm eorum de-
monſtratio præualeat nomini proprio, menſuræ, vel
qualitati fundi confinati, poſt alios tradit Ripa. in l. ſi
quis in fundi vocabulo. numero 17. & ſequen. de legat. 1.
Riminal. ſen. conſilio 252. & ſequent. Hier. de monte d.
tract. fina. regund. cap. 85. cap. 88. attendendo tamen no-
titiam teſtatoris circa hęc, qualis & quanta fuit, vt in his
331 locis habetur, de qua ego & alibi dixi: † aduertendo in
ſuper circa hæc, ne confinia ſint magis generalia, vt viæ,
foſſata, flumina. in loco adhærentia pluribus fundis, quia
demonſtratio redderetur obſcura, vt ex nomine pluri-
bus, regulariter conueniente per l. ita fidei, ff. de iur. fiſ.
tradit Bar. in d. l. demonſtratio. col. pen. ſub nu. 18. intel-
ligendo quòd ex aduerſo fuerit probatum in loco ex-
tare alios fundos iuxta viam, foſſatum vel flumen, & ad
uerſarium volentem diſpoſitionem infringere, debere
probare aduertit Bart. ibidem ſub nume. 15. argum. l. duo
ſunt Titij. ff. de teſta. tut. ſentit. Ang. de Arim in d. addi.
ver. Caium Sempronij ſub num. 6. ad Ang. de malefi. &
Rimin. Iun. conſ. 59. nu. 43. Corn. conſi. 165. ad fin. libr. 3.
clarè & in ſpecie Rimin. ſen. con. 429. nu. 20. & ſequent.
332 † vt tandem generale eſt in probationibus cunctis
circa huiuſmodi demonſtrationū qualitates, plurimum
iudicis arbitrium verſabitur prudenter, ait Cor. in d. l. ſi
in nomine. in fin. & Pancir. Reg. conſil. 189. num. fin.

Prædicta autem præſupponimus eſſe de recentiori
333 tempore, † ſi verò ſumus in antiquis, probatio nempe
propoſitę identitatis bonorum erit longè difficilior, vbi
præſertim cōfinantes primi alienauerunt bona ſua aliis
emētibus, etiam ea bona ſubiecta fideicommiſſo, adeò
quòd bona confinantia & confinata ſunt ſimul mixta &
confuſa de pluribus petiis terrarum effecta & reducta
in vno prædio, veſtigia aliqua confinium antiquorum
334 non apparent, omnia denique ſunt mutata. † Pro di-
lucidandà ergo identitate bonorum petitorum deuę-
niendum eſt ad indicia & coniecturas, quibus quidem
probatur identitas bonorum, Afflict. deciſ. num. 3. Ruin.
conſil. 65. numero decimo, conſilio 115. numero decimo
tertio, libro quinto. Bald. conſilio 267. quæſtio poteſt
eſſe. lib. 2. Dec. conſilio 109. colum. 1. verſic. ſed tamen.
335 † Coniecturæ enim huiuſmodi clariores, firmioresque
colliguntur ex ſcripturis, ex inſtrumentis antiquis, &
ſucceſſiuo tempore factis, quàm ex teſtibus, de his quę
viuentium hominum memoriam excedunt. Felyn. in
cap. cum cauſam. numero 6. de prob. Dec. conſilio 42.
num. 9. conſil. 146. nu. 14. conſil. 595. num. 7. oportet ita-
que

que inuenire inſtrumenta & ſcripturas ex domo teſtato-
ris, & ex domo aduerſarij, qui vel eius anteceſſores ita
commiſcentes & confundentes bona, vt petita digno-
ſci nequeant, cùm teneantur demonſtrare confinia.
Ruin.conſil.50.num.15.lib.1. Hier.de monte tracta.fin.
regund.cap.43.nume.15.bene ſentit Afflict. d.deciſ.23.
336 num.4.in fin.dum ait, † Vbi facta eſt obſcuritas facto
aduerſarij, id non debet nocere parti, tenentur & ede-
re, & demonſtrare ſua inſtrumenta maximè acquiſitio-
num de bonis, de quibus controuerſia eſt, & maximè ad
coadiuuandam intentionem actoris, in ſpecie eſt text.
not.in l.prædijs.§.Titio.de legat.3.& ibi gloſ.& Bartol.
facit ratio limitationis ſeptimæ traditæ per Felyn.in c.
337 1.col.10.ver.fallit ſeptimò.de probat.quæ eſt, quod † ſi-
cut quis per tertium poteſt cogi ad teſtificandum, ita po
teſt cogi ad edendum inſtrumentum: ita ſicut quis con-
fundens miſcens bona diuerſa, tenetur ad indicandum
fines, ita teneri debet ad oſtendendum ſua inſtrumenta,
quibus poſſint comprehẽdi fines ipſi, & ibi in col.14.in
10.fallen.propriè Felyn.tradit fallentiam congruam rei
338 noſtræ, † perquirantur & libri publici æſtimorum ſeu
cataſtrorum & regiſtrorum, qui pro collectis exigendis
contineant bona teſtatoris & ſucceſſorum, & bona ad-
uerſarij & anteceſſorum ſuorum, ex quibus inſtrumentis
& cataſtris diligenter inueſtigando poterunt haberi &
colligi indicia & coniecturæ ad cognitionem identita-
tis bonorum petitorum, nominando teſtatorem pro
confine aliorum bonorum, vel alium pro confine bono
rum teſtatoris, vt conſiderat Alex.conſ.101.ſub num.16.
verſi.præterea concurrit.lib.7.& Dec.conſ.146.ſub nu.
14.vbi plura in propoſita ſpecie, & alia in ſimili per
339 Hier.de Monte, d.tract.fin.regund.c.86.nu.10.† & ſi bo
na petita ſint obnoxia alicui ſolutioni annuę, alicui per-
ſonæ vel loco, & in inſtrumento alterius partis poſteà
confecto de bonis in eodem loco, ſic habetur identitas
ex ſignis eiſdem collatis, vt mercium identitatem ex ea-
dem naui nuncupata de ſancto Nicolo coniectat Ruin.
conſil.65.colum.4.nu.10.lib.5.& clariùs in ſpecie Laur.
340 Silua.conſil.57.num.21.22. † identitasq́; rei præſumitur
ex identitate cauſæ & perſonarum adiectarum, Aym.
conſil.245.colum.1.verſic.ſecundò præſuppono per al-
leg.ibi per eum, & plura his ſimilia ſubtilis noſter inter-
pres colligere poterit indicia, & coniecturas, inſtrumen
ta, perſonas, res, loca, cunctaq́; alia rimando & perqui-
rendo, vt tales habeantur coniecturæ, quæ dilucidiùs
quo fieri poſſit ad eandem vnam bonorum petitorum
identitatem concurrant, iuxt.text.in l.qui in prouincia.
§.1.de ritu nupt.ibi. *Idcircò cum hæc omnia in vnum concur-
rant* &c. & in l.qui ſententiam.C.de pœn. ibi. *In vnum
conſpirantes, concordanteſq́, rei finem* &c.& in §.in his verò,
in auct.de inſtr.cau.& fid.ibi vt ex pluribus compara-
tionibus tam completionis, quàm ſubſcribentium, for-
tè autem etiam contrahentium vna colligatur vndique;
& efficiatur fides, vt infert magiſtraliter & naturaliter
talem theoricam Bald.in cap.cum cauſam.num.1.2.de
probat.

His quidem perpenſis, & hoc aliud non omittatur,
341 quòd † ſeniores homines, & fide digniores in loco ſuper
fama formiter, pleneq́; articulata de tali bonorum iden
titate examinentur, qui propter antiquitatem reddita
difficili probatione confinium eorumq́; identitates de-
ponentes de auditu admittuntur, & identitatem ipſam
per confines antiquos probant de auditu, firmant Alex.
conſil.187.colum.fin.nume.21.verſi.ergo in propoſito.
lib.2.Soci.conſil.89.colum.1.verſi.confirmatur vltimò,
lib.1.vbi plenè, Hier.de Monte d.tract.fin.regund.cap.
55.num.10.& ſeq.vbi nume.14.firmando hanc conclu-
342 ſionem, quòd † in excedentibus memoriam hominum
fama plenè probat, cumulum doct.allegauit, ita eſt com
343 mun.opin.& propriè † inter coniecturas probandi iden
titatem bonorum eſſe famam antiquam, & cõmunem
opin.circumcolentium affirmat Bald. conſil.267.quæ-
ſtio poteſt eſſe.libro 2.per l.indicia.C.de rei vendi.& l.
1.§.primo.ff.de flum.ibi, aut extimatione circumcolen-
tium.

Atque his per inſtrumẽta, ſcripturas, teſtes, & famam
expertis in dilationibus probatorijs ordinariè præfixis,
ſatis dilucidata remaneant corpora bonorum petito-
344 rum adeſſe in loco deſignato, & alia eſſe, † ſed qualia
& quanta ſint, & quantum ſe extendant, adhuc alia re-
manet ambiguitas proprijs cõfinibus eorum adhuc non
ita perſpicuè declaratis, licet hic tractatus reſpiciat par-
tes iudicis explicandas in ſeq. interpr. tamen in ſpecie
propoſita nunc præ manibus habita, dicam quoque mo-
345 do quid ſuperinde ſentiam, quòd per hoc † iudex
non debet abſoluere reum conuentum, ſed eum con-
demnare debet ad reſtituendum bona petita per eum
detenta, facta tamen priùs per actorem, tam ex proba-
tis, quàm ex probandis clariori demonſtratione in exe-
cutione ſententiæ, quanta ſint & quatenus ſe extendant
d.bona intra ſuos veriores antiquos confines etiam per
inſpectionem ocularem iudicis ſi opus erit, iuſtam equi-
dem deciſionem hanc exiſtimo per doctr.Bald.in l.vo-
346 luntatis.ad fin.C.de fideic.vbi formaliter dicit, † quo-
tiens in executione dubitatur de corpore poſt ſenten-
tiam probationes admittuntur, nec per hoc dicitur or-
do iudiciarius ſubuerti ſed ſententia liquidari arg.l.hæ-
redes palàm.§.ſed ſi notam.ff.de teſta.& l.facultas.aut l.
defenſionis facultas.C.de iure fiſ.lib. 10. idem Bald.in
terminis identitatis bonorum firmat conſulendo, conſ.
265.verba laudi.ſub nume.2.& verſicu, item non eſt du-
bium.lib.2.per hæc verba, quia huiuſmodi poſſunt cer-
tificari in executionibus ſententiarum, allegando ean-
dem.l.facultas.& not, in l.1.in princip.ff.de eden.ſi poſ-
ſit ſecundum Bald.fieri huiuſmodi bonorum & corpo-
rum identitatis liquidatio & declaratio in executione
ſententiæ, abſque dubio poteſt & reſeruari facienda in
ipſa executione ſententiæ, quia eam ſic incertam, Bald.
iam præſupponit validam eo prætextu, quòd poſſit cer-
tificari in executione, hoc ergo tacitè ſubintellectum &
reſeruatum poteſt tantò magis expreſsè reſeruari liqui-
347 dandum in executione, † cum expreſſum faciat ceſſare
tacitum.l.cum ex filio.§.1.de vulg.& pup.& plus opera-
tur quàm tacitum.l.Titia cum de teſtamento.in princi.
de legat.2.l.qui liberis.§.hæc verba.de vulg.& pup.l.ex-
preſſa.de reg.iur.cum ſimi.& quia ſententia plus expreſ-
ſè valet quàm tacitè, dicit gloſ.in ver.pronuntiauit.in ſi.
348 l.de reb.ff.de arb.& quia ſic fertur † ſententia certa
quantum poſſibile ſit circa quid in ſubſtantia debitũ, vt
mandat text.in §.curare.inſt.de act.Sed in eo quòd non
poteſt ferri certa ſuper quãto ſe extẽdant bona, & ſuper
demõſtratione huiuſmodi incertitudo nõ eſt prohibita
liquidari, & cõſequẽter reſeruari liquidãda in executio-
349 ne ſententiæ, vt in ſimili quando † apparet de debito ſed
non de quantitate fieri poteſt liquidatio quantitatis in
executione Bald.in l.2.col.1.verſic.idem ſi agatur.C. de
ſentent.quæ ſi.cer. quant.Hier.Cagn.in l. quatenùs.ſub
nume.30.de regul.iur.poſt Soc.in cap.ſignificantib.ſub
num.23.& ſub verſ.ſexto infertur.de libel.obla. Præter-
eà quatenùs dicatur reſeruata demonſtratio tam ex pro-
350 batis nulla eſt difficultas † ſententiam valere, quæ lata
eſſet ſub conditione intrinſeca de præſenti, vel in præ-
teritum probationum factarum in eodem iudicio, per
gloſ.in l.cùm iudex.C.de ſenten.quam ibi Bartol. Bald.
& alij ſequuntur, & propriè ibi Bald. nume. 7. dicit, &
poſtea in executione ſententiæ diſcutietur quid proba-
tum, & quid non probatum, idem Bart.in l.ait prætor.
§.ſi iudex colum.2.nume.6.ff.de re iud.in ſimili ſenten-
tia lata dicit, quòd an ſit probatum vel non, cognoſcat
iudex qui habet exequi ſententiam, cum Bart.ibi etiam
communiter



communiter tranſeũt doct.idem in ſimili probat Caſtr.
conſi.197.viſis & examinatis.verſicu.fina.lib.1.vbi æqui
parat ſententiæ latæ ſuper intereſſe, cuius liquidatio de
quantitate fit in executione eius, defenditur etiam dicta
ſententia valere in illa parte reſeruationis de demon-
ſtratione ex probandis, quæ ideò futura ſunt ad decla-
rationem quæ permiſſa eſt per d.doctr.Baldi in d.l.vo-
luntatis.ad fin, & in d.conſi.265.lib.2.permiſſa eſt etiam
in iudicio vniuerſali in executione, vt gloſſ.& doct.om-
nes volunt in l.1.in princ.ff.de eden. poſt Anchar. Abb.
in capit.in noſtra.colum.4.verſic.dom Petr.de Anchar.
de ſepult.ſicut eſt petitio fideicommiſſi vniuerſalis, ex-
preſsè Bartol.in dicto.§.ſi iudex.ſub nume.1.& ad fina.
Merzar.de fideicommmiſſ.quæſt.70.in ſpecie Bald.in l.
filium.colum.pen.nume.36.C.famil.erciſ.facta quoque
proſecutione ad particulares, non impeditur quin fit
ſub iudicio vniuerſalis, vt latè differit Pedemon. deciſ.
74.nu.18.& 19.Ex quibus liquet aliqua his cõtraria ſim-
pliciter aſſerentem malè ſentire Ruin.conſ.133. ſub nu.
351 14.verſ.non obſtat etiam.lib.5. † reſeruatio enim facta
in ſententia tendens ad aliquid declarandum valet, not.
tenet Bald.in auth.interdicimus.ad finem.C.de epiſc.&
cler.& in l.peremptorias.ſub num.30.verſ.item hæc ſen
tentia.C.ſent.reſci.non poſſ.huiuſmodi ſententia reſer-
uatoriam ex cauſa, iuſtam, neutram partem lædentem
bene comprobat.

† Probationes tamen de nouo timore ſubornationis
352 per teſtes vigore prædictæ reſeruationis non poſſent fie
ri ſuper eiſdem capitulis, vt per Afflict.deciſ.35.num.3.
353 † Illud quoque admonitum per inſpectionem ocularem
iudicis plurimum conferre ad cognoſcendam identita-
tem bonorum, iudex ipſe non negabit: cùm inter par-
tes altercationes vrgeant non tantùm de ciuibus, quæ
pars conuenta habeat ſuper bonis petitis, quàm quòd ea
non ſunt bona quæ actor petit ſibi reſtitui, & ſic quæſtiò
præcipua eſt ſuper identitate bonorum. Vnde iudex, qui
litem hanc dirimere debet, non tantum credere dictis
teſtium, & viſioni aliorum, quàm proprio ſui viſus ſen-
ſui paſſim admonetur, accedet vtique ad loca contro-
uerſa cum partibus & teſtib.informatis aures ad audien
dum propoſita & ſubiecta partium, & oculos ad viden-
dum loca propria habebit apertos, vt ſic obſeruandum
tradit Afflict.d.deciſ.23.nu.6.idem volentem addo Ale-
xand.conſi.96.ad fin.verſicu.verum eſt lib.5.Socin.Iun.
conſil.61.num.1.lib.3.per l.ſi irruptione.ff.fina. regund.
addo not. text.in l.pediculis.§.Neratius.de aur.& arg.
leg.ibi, id ex aſpectu vaſorum faciliùs intelligi poſſe,
cum ſimil.ſcriptis ante de probatione per euidentiam,
ac in terminis per Nat.conſil.236.ſub nume.3.facit etiã
quod tradit Bartol.in dicta l.1.in princip.nume.11.ff.de
eden.

354 Sexto & vltimo principaliter contingit † probatio-
nes bonorum teſtatoris & petitorum fieri multipliciter.
355 Primò per † teſtes de his concludenter deponentes,
etiam de confeſſione extraiudiciali grauatorum, latè A-
356 ret.conſil.36.colum.2. † Item per diſpoſitionem teſta-
toris factam in teſtamento de bonis nominatis & ex-
preſſis, quæ contra hæredem ſine inuentario in tantum
probat quòd hæres non poteſt dicere teſtatorem fuiſſe
mentitum, tenet Bald.conſ.89.dominus Thob. aſſina-
rius.nu.3.lib.1.probaret ſimiliter contra habentem cau-
ſam ab eo, ſeu eius herede, & ſic contra ſingularem ſuc-
ceſſorem.l.ſi ſuperatus.ff.de pign, firmat Bald.conſ.389.
duo inſtrumenta.nu.3.lib.3.Ruin conſ. 50.num.13.lib. 1.
maximè ſi talis confeſſio, vel probatio fuerit ante cau-
ſam habitam, Alber.latè in l.vbi colum.fina.nume. 20.
C.de iur dot.idem ſi talis confeſſio auctoris induceretur
tur ex verbis enuntiatiuis, probaret contra ſingularem
ſucceſſorem plures allegando tenet Aym.de antiq. tẽp.
par.1.numero 78.& conſil.29.num.1.licet talis diſpoſi-
tio vel confeſſio teſtatoris non probaret ad auferen-
dam, vel diminuendam liberis legitimam ſuam, Caſtr.
conſ.177.viſo ſuprascripto puncto.col.1.& ſeq.lib.1. ſen
tit Alex.conſ.8.nu.9.lib.3.faceret tamen & contra alios
præſumptionem, quòd bona fuerint teſtatoris, qui præ-
ſumatur ideò diſpoſuiſſe de bonis ſuis & nõ alienis tam
teſtando, quàm donando, Cephal.conſi.441.num. 30.
357 & conſ.386, nu, 37.& conſ.561.nu, 16.& ſeq. † Item per
confeſſionem hæredum factam in inuentario vel ſubſti
tutorum factam, & in diuiſione bonorum hereditariorũ,
Albẽ.conſ.6.nu.8.9.Nat.conſ.235.nu.15.Pariſ.conſ.25.
nu.54.55.lib.2.Tiber.Dec.con.44.nu.74.conſ.76. col.
2. lib. 3.factam & in teſtamento. idem.conſ.89.nu.24.
358 eo.quinimo † inuentarium hæredis factum pro adeun-
da hæreditate prodeſt fideicommiſſario vniuerſali, vt
non teneatur vltra vires hæreditatis, Alex.in l. Centu-
rio.nu.38.de vulg.& pup.ita diſcutiendo tranſit Phanu.
359 de inuent.par.2.nu.47.† Item per librum publicum eſti
mi ſeu caraſtri, in quo ſunt deſcripta bona teſtatoris, &
ſuo nomine deleto per mortem, & eius loco aſcriptis
nominibus ſuorum filiorum & hæredum probatur d. bo
na fuiſſe dicti teſtatoris quoad poſſeſſionem & dominiũ
ſtante quòd nõ aſſpareat prius ſcripta ad æſtimum al-
terius, & ſtante in locò ſtatuto pœnali contra poſſiden-
tes bona, & non ponentes ad ſuum extimum, vt plenè
adducit Soc.conſ.89.col.5.ver.tertiò etiam.lib.1. conſi.
20.col.2.ver.primò ex theorica Bart.lib.2.vbi in verſic.
360 ſeq.dicit, quòd † tales libri æſtimorũ cuſtoditi per offi-
ciales publicos probãt poſſeſſionem & dominium, idem
conſ.46.col.2.lib.3.vbi etiam latè inſiſtit quòd eſtimum
probet dominium & poſſeſſionem, & maximè contra
conſentientes bona eorum in eis deſcribi, Alex.conſil.
92.nu.6.lib.2.conſil.147.ac fin.lib.5.expreſsè dicit Bal.
in l.ſolennibus.in prin.C.de rei vend.De his autem con
ſentientib.propemodum ſemper is fuit, & eſt teſtator
hæres eius, & qui ex æſtimo teſtatoris, & hæredum gra-
uatorum eleuat & declarat, & ponit ad ſuum eſtimum,
& qui vel habens cauſam ab eo cõuenitur poſtmodum
à fideicommiſſario, vnde iſtos ad fauorem fideicommiſ-
ſarij probat æſtimum bona petita fuiſſe teſtatoris quoad
dominium, & poſſeſſionem, opportunè cenſet Rim.ſen.
conſ.148.nu.21.conſ.431.nu.fi.ver.conſonat etiam æſti-
mum.ad hoc Soc.d.conſ.46.col.2.ver.prætereà confir-
matur.lib.3.Panciroll.Regien.conſ.289.nu.20.per l.cen
ſualis.C.de donatio.& l.rura.C.de om.agr.deſer. lib. 11.
361 & ibi Bart. & Ioan.de Plat.quòd † habens bona ad ſuũ
æſtimum, & de his per biennium ſoluens tributa & col-
lectas eorundem bonorum, effectus dicitur dominus
per l.qui agros.C.eo.comprobat idem Roman.conſilio
291.cùm iſti fratres.colum.3.ver. primo quia Dec.conſ.
146.col.6.ſub nu.15.verſi.& plenè fundata, & plenè Iaſ.
in l.decem.col.9.num.35.& ſeq.de verb.oblig.& Alc.de
præſumpt.reg.3.præſumpt.17.nu.2.3.pulchrè Socin.Iun.
conſ.61.num.ſeq.lib.3.Bero.conſ.77.num.13.& maximè
in antiquis ibi num.16.ver.ſecundo dico, & clarè conſi.
79.num.13.lib.3.multa enim quemlibet ſani capitis im-
pellere debent nedum ad præſumendum, ſed ad firmi-
ter credendum habentem in ſuo æſtimo deſcripta bo-
na, eum & non alium eorundem bonorum fuiſſe & eſſe
362 dominum & poſſeſſorem, quia † æſtimum pro bonis in
eo deſcriptis, obligat in eo nominatum ad onera tribu-
torum, & collectarum & quæ is nominatus ſuſtinere co
363 gitur, Nat.conſ.612.nu.8.† & qui ſentit onus, debet ſen-
tire & commodum poſſeſſionis & dominij ipſorum bo-
norũ per vulg.reg.qui ſentit onus. de reg.iu.in 6.& quia
364 † præſumptio eſt, quem pro ſuis bonis proprijs & non
alienis ſuſtinere onera ex eo elicita, quòd non præſu-
mitur iactare ſuum, l.cum de indebito.§.1.ff.de prob.
365 & quia † fauore publico ſoluendorum tributorum, ſic
ſoluens tributa pro bonis aſcriptis, efficitur poſſeſſor

& dominus bonorum ipſorum, d.l.qui agros.& l.rura.C. de omn.agr.deſer.lib.11.pro æſtimo enim præſumitur alio non apparente, tenet Caſtr.conſil.442.viſis & diligenter examinatis.col,11.ad fin,li.2.deciſiuè emanato in cauſa Piſaurenſe & magis ſimul alijs iunctis probantur bona fuiſſe teſtatoris, Alben.conſil.6.nu.6.cum alijs ſupra alleg.

366 Ad decimum & vltimum dico omninò † probandam eſſe detentionem bonorum per reum conuentum, alioquin reo conuento rem petitam non poſſidente, iudicium reale fruſtratorium eſſet, l.qui petitorio.& l.officium.ff.de rei ven.vbi traditur officium iudicis eſſe, vt inſpiciat an reus poſſideat, quoniam id mihi viſum fuit
367 eſſe de principaliter præuidendis per volentem † via iudiciali conſequi relicta in teſtamentis, vt is, à quo actione perſonali petendum ſit, hæres eſſet, & is rem poſſideret, à quo ea iudicio reali petenda foret, Alex.conſi.152. colum.2.nume.4.libr.6.Ideo ſupra ea.interpr.dubit.2. dum pertractarem præuidenda, & admonui opportuna, vel interrogando, vel aliter probando certo ſcire poſſeſſorem & detentorem rei quam actor petiturus eſſet, de hac ibidem diffuſè ſcripſi, reuertatur ergo ad eandem dubi.2.poſt verſic.ſequitur & hoc præuidendum, ſat eſt nunc & loco ſuo iterum adhortari, ne dicam præcipere præcipuum hoc ipſum requiſitum ne deficiat probatio de præſenti poſſeſſione, vel detentione rei petitæ per reum conuentum detentæ, quæ quidem de facili habetur confeſſione ipſius rei conuenti reſpondendo & primo interrogatorio, vel præparatorio an poſſideat & poſitionibus, quòd dictam rem in preſenti poſſidet, vel verius occupat, dum communis practicę non obliuiſcatur, ſufficitq́; reum poſſediſſe tempore moti iudicij, Alexan. conſ.96.ad fin.lib.4.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Iudex qualis eſſe debeat, quanta poteſtas, quale arbitrium, & quantum ſit eius officium. vide ibidem latè.*

2 *Iudex aditus pro interpretanda voluntate teſtatoris & ea debita executioni demandanda prout ad vtrumque tenetur, quid agere debeat.*

*Et de vi clauſulæ admiſsionis ſi & in quantum quid importet.ibid.*

*Et quòd talis pronunciatio non noceat adeò, vt ab ea non detur appellatio.3.*

*Clauſula ſi & in quantum in diuerſis materijs explorata. 3.4.*

*Quid quando eſt concepta verbis negatiuis non admitti niſi ſi & in quantum.5.*

*Et quid ſi ab ea non appelletur.ibid.*

*Idem dicendum in quolibet actu qui non fuit admiſſus, ſit verbis negatiuis non admiſit.6.*

7 *Negatio magis negat, quàm affirmatiua affirmet.*

8 *Pars debet audiri per iudicem antequam quid reijciat, cum contra partem inauditam nec pontifex aliquid poteſt diffinire.*

8 *Iudex antequàm quid reijciat debet bene partem audire petentem cum contra partem inauditam nec pontifex aliquid poteſt diffinire.*

9 *Iudex quando libellum reijcere habeat.*

*Et quando reijciat actorem pronunciando non eſſe audiendum, vel ad vlteriora amplius non procedendum.10.*

11 *Exceptiones quæ ſint impedientes litis ingreſſum.*

12 *Iudex quando exceptionem reijcere debeat.*

*Et in dubio præſumitur iudicem ex cauſa reieciſſe ſemper exceptionem.13.*

*Et per proceſſum ad vlteriora intelligitur reijcere exceptiones oppoſitas ſaltem proceſſum.14.*

*Et talis reiectio eſt tacita pronunciatio ſi non fuerit appellatum tranſit in iudicatum, & valet proceſſus.15.*

15 *Iudex reijciens exceptiones oppoſitas dicitur tacitè pronunciare ad eo quòd in iudicatum tranſit ſi non fuerit appellatum, & valet proceſſus.*

16 *Iudex debet prouidere ne pars faciat proceſſum nullum ac eluſorium.*

*Vnde poteſt mandare vt procurator oſtendat mandatum ſuum maximè agendo contra contumacem.17.*

*Hocq́; etiam facere poteſt lite conteſtata.ibid.*

19 *Cōparens ſine mandato alicuius vti procurator, ſperans habere ab eo mandatum cum ratificatione, & idhabuerit, nil egit & non valet talis ratihabitio.*

*Et de ratione.19.*

19 *Ratihabitio ſeu ratificatio geſtorum per falſum procuratorem non valet, & vide tres caſus.*

*Nec valet per eum, qui dixerit ſe habere mandatum quando talia geſsit, & non habebat, hocq́; vitio obreptionis.20.*

*Contra tamen Bald.ibidem, qui non attenditur.*

20 *Proceſſus quando dicatur ſeu iudicium inualidum vide 30.*

21 *Iudex in ordinatione litis & proceſſus in dubio magis debet fauere actori quàm reo.*

*In medio iudicij æqualis eſſe debet & actori & reo.23.*

22 *Exceptiones multæ ſunt oppoſitæ per reum vt litem effugiat, quæ tamen non impediunt, quin actor audiatur.*

24 *Iudex non debet recipere probationes pro actore quæ non deſcendant ex libello.*

*Et de ratione.25.*

*Idem & pro reo non debet admittere probationes, quæ non extrahantur ex ſuis exceptionibus deductis in iudicio, vt ibi habetur.26.*

27 *Iudex debet admittere propoſita vel excepta ad probandum vbi quis fuit admiſſus ad probandum, vel excipiendum.*

*Et ſuper quod debeat eſſe exceptio & quando hoc procedat ibidem latè.*

28 *Iudex in inſtructione proceſſus debet vti æqualitate circa actorem & reum, adeò vt admittendo vnam partem aliquo caſu ſpeciali ad probandum, alteram pariter admittere habet reſpectu ſcilicet eiuſdem non, diuerſi effectus, quod tamen fallit, vt infra nu.ſeq.*

29 *Teſtes vel inſtrumentum ab altera parte inducti, & producta reſpectiuè ſunt ita effecta communia, quòd parte producente eis renuntiantes, ea tamen inuita altera pars poteſt eis vti.*

30 *Iudex debet diſpicere vt neq; delicatus debitor, neq́; oneroſus creditor audiatur. declaran. hoc vt ibid.*

*Et quando debeat eſſe facilis in admittendo probationes.31.*

*Et quando vtrique parti conſulatur per clauſulam vſitatam, ſaluo iure impertinentium & non admittendorum.32.*

*Et de ratione huiuſmodi dicti.ibid.*

33 *Poſitiones vbi ſint euidenter impertinentes abſque circuitu debent per iudicem reijci, extante etiam ſtatuto, quòd deberent admitti cum clauſula ſaluo iure impertinentium.*

34 *Iniuſtitia euidens vel notoria etiam ſententiæ facit ab ea poſſe appellari contra clauſulam appellatione remota.*

35 *Euidēns nullitas ſententiarum trium conformium apparens exactis, eorum executionem impediri facit, & quæ dicatur euidens nullitas.*

36 *Iudex debet in claris lites abbreuiare hócque cordi habere.*

37 *Iudex quid agere debeat elapſis terminis probatorijs, & quomodo publicet proceſſum.*

38 *Copia productorum ſunt danda aliàs producta non probarēt viti non producta.*

39 *Appellatio datur, ſeu appellari poteſt à denegata copia productorum.*

40 *Teſtes non publicati non probant nec ſemiplenè.*

41 *Copia de quibus dari non debet.*

42 *Iudex quomodo ſe habere debeat illi præſentato proceſſu, vſq; ad nu.48.cum alijs ſeq.vbi de materia.*

43 *Allegatio*



43 *Allegationes iuris ſunt & debent dari in ſcriptis iudici per partes, & quare.*

44 *Iudex debet in fonte videre leges & deciſiones allegatas, & quare.*

45 *Iudex quomodo ſe habere debeat cùm audiat & audierit aduocatos actoris & rei.46.47.*

48 *Iudex quando ſuam ſententiam diffinitiuam proferre habeat & quæ debeat animaduertere.49.50.*

51 *Iudex qualiter & quando debeat proferre ſententiam condemnatoriam libello conformem & actoris petitioni.*

52 *Et quomodo iudicare habeat in caſib.in quibus non requiritur libellus.& nu.53.*

53 *Poſſeſsio eſt confirmanda parti quæ probauit de antiquiori & præſenti poſſeſsione.*

54 *Iudex ſtultus reputatur qui iudicat in eo quod non fuerit petitum.*

54 *Iudex debet curare quòd tria hæc ſint conformia in ſententia circa libellum res, cauſa, actio, & quòd ſententia ſit conformis probationibus.56.57.& 58.vbi de materia latius.*

55 *Libellus reſtringitur in dubio, vt videatur deductum ius cōpetens & ius probatum.*

59 *Iudex quando debet ferre ſententiam abſolutoriam.160.*

61 *Iudex in dubio iudicat pro cauſa fauorabili, & quæ ſit, ibi cum ſeq. & de nonnullis caſibus, in dubio pro qua parte ſit iudican. vltra inſtrumenta.65.*

*Vt in cauſa dotis.62.*

*Pro validitate teſtamenti.*

*Et quid in caſu dubio propter conflictum rationum quomodo ſententiandum ſit.64.& quæ opinio ſit ſequenda per iudicem tunc.ibid.*

66 *Iudex in quibus caſibus poſsit ſupplere parte non implorante.*

*Vt ne altera pars lucretur cum aliena iactura.67.*

*Supplet per modum deductionis in dādo legitimam filiæ.68.*

*Item vbi inſtantia iudicialis eſſet peritura, actore etiam non inſtante in ferendo ſententiam.69.*

*Fallit vbi pars non petendo aut inſtando non deberet audiri lapſu temporis, vel alia cauſa.70.*

*Fallit ſecundo, vt num.71.*

72 *Iudex debet ſecundùm allegata & probata, & non ſecundum conſcientiam ſuam iudicare.*

*Etiam quòd ſtatuto vel principis mandato talem habeat iudicandi authoritatem.73.*

*Et quando nil operetur talis conſcientia.74.*

75 *Iudex habens liberum arbitrium procedendi de iure & de facto non debet teſti cedere non reddēti bonam rationem ſui dicti.*

*Et quando vtens arbitrio ſibi conceſſo facit litem ſuam.76.*

*Et quid agere debeat, ne in ſindicatu teneatur.ibid. latius.*

77 *Acta facta coram iudice faciunt fidem, etiam non producta, ſecùs de actis coram alio iudice factis, quia deberent produci.*

78 *Iudex an & quando poſsit ſe mouere ad ſententiandum ex confeſsione, ſeu alia probatione habita voce coram ſe in proceſſu non ſcripta, & quid agere debeat:*

*Et quando aſſertioni non ſtetur.79.*

80 *Iudex debet animaduertere vt quantum ſit ei poſsibile certam ferat ſententiam.*

*Idem in arbitro.81.*

*Et quid quando ſententia ſeu laudum ſit conditionale conditione intrinſeca vel extrinſeca an & quando valeat.82.*

*Et quando non valeat ratione incertitudinis lata ſub conditione intrinſeca verificanda per futuras probationes. 83.*

*Et quando valeat ſub conditione appoſita & expreſſa iuſta cauſa in illa ſecundùm auctorem.84.*

85 *Sententia debet eſſe certa in quatuor in remedio intentato, in verbis, in rebus, & in particulis ſeu dictis ſuis. vt num.86.94.106.178.*

86 *Sententia debet eſſe certa in remedio intentato illius declaratoria in actione, maximè reali vt in petitione hæreditatis in rei vendicatione declarando, vt ibi latius habetur, & quid proſit, & de materia latius.87.*

87 *Principaliter vel in conſequentiā quando quid accipiatur.*

88 *Sententia declaratoria requiritur alicuius facti, vel non facti propter quod quis veniat priuandus legato vel hæreditate ex pœna appoſita à teſtatore.*

*Item fertur declaratoria in fideicommiſſo vel relicto aliquo conditionali, ſcilicet eueniſſe caſum fideicommiſsi vel relicti.89.modo expreſſo ſecundùm aliquos licet tutius ſit eum non exprimere ratione de qua num.90.*

*Et quando caſus expreſsio requiratur in ſententia.91.*

*Et quando ſententia declaratoria lata ſimpliciter alicuius iuris vel facti abſque condemnatione faciat illum ſit declaratum haberi pro condemnato.92.*

93 *Iudex laturus ſententiam ſuper poſſeſſorio & petitorio validè ſimul cumulatis, debet primo proferre ſenten.ſuper poſſeſſorio.*

94 *Sententia debet eſſe in verbis ſuis certa & clara ſcripta verbis perſpicuis proprijs cōmunibus & vſitatis, non ambiguis vel æquiuocis, & vt ibi habetur.*

*Et quæ ſint propria verba ſententiæ.95.*

*Et an incipiendum ſit poſt repetitum nomen Chriſti, per hoc verbum dicimus, ſententiamus, an per dictionem eam, quia dicimus, &c. & quòd incipien. ſit ab illa dictione quia, & quare.96.*

97 *Dictio quia eſt reſtrictiua, importans finalem rationem.*

98 *Sententia proferri debet verbis Latinis, Græcis, vulgaribus, Gallicanis vel alterius idiomatis prout mos eſt vel conſtitutio in foro partium vel iudicis.*

*Et quomodo in Gallia & qua lingua apta dictentur.99*

*Et quomodo in ciuitate Piſaur, in foro collegij mercatorum acta dictentur.100.*

101 *Electio auctoris ad Rotam Genuenſem, vnde & ex qua cauſa proceſſerit.*

102 *Verba ſententiæ ſtrictè & propriè ſunt intelligenda, nec amplius ſententia importat, quàm ſecundum naturam verborum poteſt importare.*

*Et quando verba ſententiæ improprientur pro eius, ſ. validitate, & quid quando verba ſententiæ ſunt alternatiua, vel diſiunctiua, quomodo exponātur pro validitate eiuſdem 102. vbi latius de materia.*

104 *Sententia quomodo ſit ferenda, quando vnum ex diſpoſitione teſtatoris ſit in obligatione legati, aliud verò ſit in ſolutione.*

105 *Sententia alternatiua valet vbi reo datur à iure electio.*

106 *Sententia vt ſit conformis petitioni impropriantur, ſi opus erit, verba eiuſdem vt ſuſtineatur, interpretando verba ſecundùm legis diſpoſitionem, & ſecundùm mentem iudicis.*

107 *Verba ſententiæ vbi ſunt apta comprehendere plura vel pauciora vel diuerſos habere effectus nunquam trahuntur ad illum per quem iudex videretur facere iniuſtitiā.*

108 *Sententia debet præſumi iuſta.*

109 *Sententia in rebus certa proferri debet rebus maximè in particulari litigio deductis in ſpecie, vel in quantitate certitudo ſententiæ poſsit eſſe in ſe, & in verbis ſuis, vel relatiue.*

*Et quando in ſe circa ſpeciem dicatur certa, ibi. vbi de com. & num.110.*

*Et quando certa ſit in quantitate in ſe. 111.*

*Et quando relatiuè certa ſenten. proferatur.113.*

113 *Sententia ſuper tota re petita ſpeciei vel quantitatis debet proferri, vel in totum condemnatoria, vel in totum abſolutoria, vel pro parte abſolutoria & pro parte condemnatoria, & non pro parte condemnatoria, omittendo aliā partem, vt valeat.*

114 *Sententia poteſt ferri incerta in iudicio vniuerſali, generali, ſuper actione ad factum, & in caſibus incertorum libellorum, exemplificando vt ibi, liquidanda poſt modum in*

dum in executione,& vt latius ibi de materia.115.

116 Verbum res quando importat tantum,quantum verbum bona, & de multiplici ſignificatione verbi res.

117 Sententia lata certa & condemnatoria contra reum poſſidentem certa bona hæreditaria deſignata & petita in petitione hæred.vel fideicõmiſſaria vniuerſali,poteſt pro alijs bonis pariter per reum poſſeſſis & ſi incerta declaratoria actoris hæredis vel fideicom.in executione liquidari pro bonis non expreſſis veritate vniuerſalis iudicij, & vt latius ibidem habetur de materia.

Caſus quib. ſentent.ſit ſcribenda in æſtimationem, non in rem relictam aut petitam, vide verb.æſtimatio quando,& verb.ſententia quibus caſib.

Aeſtimatio quando & quib.caſib.peti poſſit & non res relicta, vide verb.ſenten.quib.

118 Sententia quib.caſib.ſcribi debet in æſtimationem, non in rem relictam aut petitam, quandoque etiam æſtimatio peti debeat,vide quinque caſus,vt nu.119.129.136.158. 165.& vide in verb.æſtim.rei relictæ.

119 Aeſtimatio rei relictæ debetur legatario, & non res ipſa quando ea ſit in commercio, non tamen eius cui relicta eſt, quam acquirere & habere non poteſt vti ipſe ſolus prohibitus non alij, vt in forenſe vigore ſtatuti.

Et eſt com.opin.120.

Limita tamen vt per Alci.vt num.121.

Idem quòd fiat æſtimatio & debeatur rei legatæ factæ fratribus minoribus & mendicantib.de re.ſ.immobili.122.

Idem in relicto certarum poſſeſſionum facto conuentui fratrum Hæremitarum S.Auguſtini mendicantium.123.

Idem in legato veſtium vel ornamentorum per ſtatuta prohibitorum portari, facto per teſtatorem ſcienter illi prohibito eo portare.124.

Et eſt com.hac opin.125.

Idem de re feudali relicta fœminæ prohibitæ eam habere ſtantibus maſculis.126.

Idem in re emphyteutica legata deuoluta non ipſo iure, ſed ſi dominus voluerit.127.

Idem in fundo relicto extraneo ſcienter,per grauatum fideicom.obligatum dimittere eum in familia, quia legata ſit æſtim.128.

129 Aeſtimatio bonorum relictorum debetur, quæ non ſunt paſſim in commercio, niſi aliqua ſolennitate publica vel priuata interueniente, faciente talem alienationem valere in præiudicium alienantis & non domini,vt in re minoris ab alio legata.

Et eſt magis com.opin.130.ibid.

Vt in re dotali legata ab extraneo, & non à marito. reprobata gloſ.l.dotalem.ff.de teſtamen.mil.ibid.

Et eſt com.opin.ibid.

Vt de re aliena legata quam dominus non vult vendere, vel immenſo pretio vult vendere.ibid.

Vt in patre legante filiæ nuptæ rem dotalem ibid.

Vt in re legata non exiſtẽte in rerum natura ſit quoque eius & debetur æſtimatio.134.

Vt quando ius vel conſuetudo non permittit præſtari quod petitur.135.

131 Legatarius habet electionem petendi rem vel æſtimationem quando ex natura verborum legati res ſit in legato & in oblig.

Limita in legato alternatiuo,& in duobus caſib.de quib.habetur num.132.133.

Et quando iudex tunc debeat condemnare in æſtimationem, dic vt ibi.nu.133.cum duobus ſeq.

136 Aeſtimatio rei legatæ quomodo veniat præſtanda vel non, quando legatum in ſe habet difficultatem præſtationis inductam vel ex ſui generalitate vel ex in conuenientia quadam, vel ex facto alterius impedientis ipſam præſtationem, & dic vt ibi latiſſimè de hac materia, vſque ad numerum 157.vbi varia exempla ponunt & declarationes.

137 Aeſtimatio dimidiæ vel tertiæ partis bonorum relictæ poterit ſolui per hæredem retentis bonis pro ſe.

Fallit ſi pars bonorum ſit relicta deſcendentibus quia ratione legitimæ eſt ſoluenda ex bonis teſtatoris 140.

Etiamſi in pecunia eſſet filio pars relicta, quia poſſet dicere ſe velle legitimam in bonis non in pecunia.141.

Nec in pecunia aut fructibus iudex arbitrabitur legitimam, nu.142.

Sublimita quando in pecunia ſit ſoluen.ſupplementum legitimæ, num.142.

137 Aeſtimatio poteſt dari inuito legatario de legato partis fructum certi fundi, & quando hoc ſit, & aliud pro alio inuito legatario non ſoluatur, vide varias ſolutiones & opinio.auctoris.

Idem in legato partis hæreditatis,& quare & de ratione,nu. 139.vbi de materia latè.

140 Legitima debita iure naturæ deſcendentibus debet ſolui ex bonis teſtatoris non in pecunia.

Etiam patre relinquente eam in pecunia.141.

Quam nec iudex arbitrabitur eſſe dandam in pecunia & minus in fructib.142.

Quæ in vna vel pluribus rebus paternis iudicis arbitrio aſſignanda venit, & eſt communis opin. 144.

Fallit quod dictum eſt de legitima ſoluenda in bonis, in relicto partis bonorum facto aſcendenti, cui poterit ſolui legitima in pecunia & quare.nu.145.

146 Aeſtimatio debetur non res relicta, quando ſit ſeparata ab alia re & non ſit in commercio.

Itemq; debetur æſtimatio rei legatæ coniunctæ cum alia vbi non ſit commercium, ſeparatæ verò ſit.ibid.

Fallit quando ſeparatio dictæ rei legatæ facta ab hærede eſſet inconueniens & iniqua, quia præciſè ad eam teneretur.147.

147 Legatum quantitatis pecuniæ eſt ſoluen.in pecunia legatario & non in corporibus hæreditarijs, licèt in hæreditate non reperiatur pecunia,& dic vt ibi.

149 Aeſtimatio rei legatæ iuſta eſt legatario præſtanda,quando ex facto alterius difficultas præſtandi eam ſit inducta, exemplificando vt ibi,& num.150.

Ampliatur idem eſſe in contractu vel diſtractu, vt numero 151.

151 Legatarius qui aliquo caſu non poteſt habere rem legatam, debet ſaltem habere æſtimationem.

152 Legatum in genere quando eſt in obligatione,petitione,& condemnatione, ac æſtimatio ſit in ſolutione.

Et quando iudex in vno poteſt condemnare & condemnatus in executione poteſt ſoluere quod voluerit vel rem, aut prætium,& dic vt nu.153.

154 Aeſtimatio eſt in legato quando legantur affixa ædibus,vel quæ ſeparata non ſunt in commercio.

Idẽ quãdo legatarius non eſt capax rei ſed æſtimationis.155.

Idem quòd peti poſſit æſtimatio reſpectu facti explicandi per alium vel per hæredem mediante pecunia, quæ intelligitur de ea hæredis.157.

Fallit vbi ex vltima voluntate quis ſit obligatus ad factum quia præciſè condemnatur ad faciendum.156.

158 Aeſtimatio rei relictæ legatario,vel fideicommiſſario debetur quando ipſi ſuo facto ſibijpſis impedimento fuerint, vel aliunde id euenerit,non ab hærede, & quomodo iſto caſu ſit ferenda ſententia certa.164.

Idem quando eadem ſpecies eidem relicta ſit ex duobus teſtamentis diuerſorum quia ex vno conſequitur rem, ex alio æſtimationem.156.

Idem in emente ab aliquo non hærede rem legatam, quia poterit agere ex teſtamento ad pretium declarando & diſtinguendo, vt per doctores,vt ibi.nu.160.

Idem in emente rem illam,quam hæres erat grauatus emere & mihi tradere, & dic vt ibi,nu.161.

Idem per text. in l.huiuſmodi.§.qui ſeruum de legat.1.& de illius intellectu vide latius,nu.162.





Idem conſentiente fideicom.vt fiat alienatio talis rei, nam tunc purificata conditione aget contra hæredes grauati x teſtamento ad æſtimationem.163.

Maxime ſi venditio fiat pro debitis hæreditarijs ſoluendis,vt ibi.& in alienantem peruenerit prteium.

Fallit ſi ſit facta venditio ex cauſa lucratiua, vel quando apparet ex coniecturis conſentientem alienationi renuntiaſſe, etiam quoad pretium,vt ibidem habetur.

162 Intellectus varius l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.ff.de leg.1.& de eo auctoris.

165 Aeſtimatio legati vel fideicom.præſtari debet per hæredem vel eius hæredes, vbi facto culpa, vel mora hæredis id in reb.conſequi non potuerit.

Maximeq; vbi res mobiles ſint legatæ, cum tunc ſit in electione actoris rem petere vel æſtimationem, & de vſitato modo tunc petendi,vide ibid.

Túncque ſtat ſententia in arbitrio iudicis in condemnando ad rem, vel pretium.166.

167 Aeſtimatio quomodo & qualiter ſit facienda,maximè circa res non extantes & de trib.modis magis vſitatis.ſ.per teſtes,peritos, & iudicem.

168 Aeſtimatio & valor rei quando venit probanda per teſtes, quomodo articulatur,& de varijs circunſtantijs & quomodo teſtes debeant deponere.

169 Aeſtimatio rei quomodo ſit fienda per peritos vel æſtimatores, qui per partes vel iudicem eliguntur.

170 Aeſtimatio domus quomodo veniat facienda,& quãdo ea peritorum ſit toleranda, & quando non,pulchra declaratio, & animaduerſio auctoris.171.173.

170 Domus an & quando per peritos ſit & debeat æſtimari & quomodo deberet fieri talis æſtimatio, & quando ea peritorum ſit admittenda.171.173.

172 Aeſtimatio totius fundi eſt facienda cùm pars,vel eius dimidia ſit legata,vt ſit iuſtior de parte æſtimatio.

Et quid ſi plures ſint æſtimandæ diuerſæ naturæ.ibid.

172 Pars fundi legata vel dimidia pro ſoluenda ea ſit æſtima. totius vt æquior ſit de ea parte æſtim.

Quid ſi plures diuerſæ naturæ ſint æſtimandæ, dic vt ibi.

173 Iudex qui debeat agere vbi pars reclamauerit ab exceſſiua æſtimatione domus per muratores facta.

174 Aeſtimatio rei quando ſit facienda per iudicem & eius officio,& quando potius debeat æſtimare quàm reum abſoluere.

Et quando poſſit æſtimationem facere & quomodo,vide latiſſ.nu.175.ex offi.ſuo.ſ.

175 Iudex quomodo & quando poſſit ex officio æſtimare,quando ante ſentent. & poſt concluſum in cauſa & quando in ipſa ſentent. & parte non poſtulante, nec probante.

Quid quando in iudicio ſit declaratum & probatum tale quid facti quod debeatur intereſſe vel æſtim. ſed quantitatis certæ ſola probatio deficit, quomodo id agere debeat.ibid.latiſſ.

Et quando ex officio capiat informationem à vicinis,dic vt ibi.

Et de practica per auctorem ſeruata, & vt ibi latius.

Et quando in arbitrarijs maximè reſeruet quid tendens ad declarandum, non tamen perimendum iam iudicatum. 176.

Et quid & quomodo debeat ferre ſententiam de certa quantitate æſtimationis iuxta teſtium dicta vel relationem electorum, & quando media via ſit per eum eligenda,& quomodo ſatisfaciat diſpoſitioni.§.curare.inſtit. de actio. 177.

178 Sententia debet quoque eſſe certa & clara in particulis & clauſulis ſuis, declarando vt ibi latius.

179 Legatum factum de pluribus rebus operatur vt dicantur plura legata, adeò quòd legatarius poterit vnum acceptare,& aliud repudiare.

178 Sententiæ tot eſſe cenſentur,quot ſunt res,vel ſummæ expreſſæ in libello & quot capitula eius.

Vnde poterit valere de vna re,& in vno capit.& de alia re in alio capitulo non valere,& reuocari.180.

Intelligendo, vt ibi latè declaratur.

191 Sentẽtia in quolibet articulo & re qualibet debet eſſe certa quando continet diuerſa capit.& diuerſas res & non ſibi contraria:quia tunc redderetur nuda.Niſi contrarietas reduci poſſit ad concordiam, & vt valeat, impropriantur verba.ibid.

Et quando poſſit iudex clauſ.exceptiuam vel limitatiuam apponere in ea.182.

183 Iudex quando poſſit clauſ.limitatiuam vel exceptiuam apponere in ſenten.

183 Sententia dicitur ius facere intes partes.

184 Sententia an & quando debeat expreſſe continere reiectiones exceptionum appoſitarum per reum contra actorem:& an & quando cenſeantur reiectæ, & quando ſuper in:identibus cenſeatar pronuntiatum.

Fallit in exceptione compenſationis,quæ non intelligitur reiecta,quin poſſit agi in alio iudicio,niſi reijciatur expreſſe.ibid.

185 Iudex quando habeat neceſſe pronunciare circa exceptiones peremptorias vel alias,an obſtent, vel ne,& dic & declara vt ibi latè.

186 Sententia non debet reddi dubia per ablatiuos abſolutos poſitos in illa & quomodo debeant poni,vt ſ. demonſtrent quid actum in præterito, & quid in futurum agendum ſignificent declaran.& exemplificando, vt ibi latius exponitur.

186 Ablatiui abſoluti quomodo debent poni in ſententia,ne per eos reddatur dubia,dic & declara vt ibi latius.

187 Iudex hoc proprium habet vt vltimarum voluntatum & de his litium dubia interpretetur ac determinet.

188 Iudex an & quando poſſit clauſulas reſeruatiuas conſtringere, vide de materia aliquid.

Et ludere vt dicitur ad ſpalletam, & quomodo dicuntur hæ reſeruationes litis intricationes.189.191.

191 Clauſulæ reſeruatoriæ, vel conſeruatoriæ ſunt frequentes in omnib.diſpoſitionib.& legum & ſtatutorum, priuilegiorum contractuum & vltimarum voluntatum,de quibus & vnde eliciantur,vidè ibi latè,& vide verb.reſeruatio.

192 Proteſtationes ſunt quadruplicis ſpeciei, alia declaratoria incitatoria,prohibitoria, & certificatoria ſecundùm Bartol.ſecundum Iaſ. adducitur quinta, quæ dicitur conſeruatoria,vel reſeruatoria,quæ eſt duplicis ſpeciei vt ibi per eum.& ibidem late habetur.

193 Iudex tria habet videre circa reſeruationes fiendas in ſententia interlocutoria vel diffinitiua, videlicet, Quando reſeruatio non ſit facienda in ſententia.ibid.

Secundo quando ſit facienda.ibid.

Tertio quid operatur ea reſeruaio facta.ibid

194 Exceptio reſpiciens perſonam iudicis, actoris, procuratoris,& ſimilium quando non ſit reſeruanda, ſed ante omnia debeat determinari in interlocutorijs.

Idem in exceptionibus præiudicialibus quoad ordinis iudicij peruerſionem.195.

196 Statutum prohibens omnes exceptiones nõ intelligitur de exceptione reſpiciente inhabilitatem perſonæ.

197 Exceptio iuris non debet reſeruari.nec reijci.

198 Poſitiones vel probationes apparenter impertinentes non ſunt admittendæ cum clauſu.reſeruatoria,ſaluo iure.ſcilicet impertinentium & non admittendarũ.ſtante etiam ſtatuto quòd debeant admitti cum dicta clauſ.vide ibi pulchrè.

199 Statum tollens exceptionem nullitatis non intelligitur adimere exceptio nullitatis patentem & manifeſtam.

200 Statutum vbi reſeruaret quaſdam exceptiones poſt litem conteſtatam, reus poſſet aliquo facto incompatibile cum ea reſeruatione,ei renuntiare & ſibi præiudicare.

201 *Statutum de reſeruandis exceptionibus, intelligitur de indigentibus probatione, non de probatis à iure, & non de exceptione incompetentiæ iudicis.*

202 *Clauſula reſeruatoria in ſentẽtia diffinitiua non debet apponi per iudicem per quam deſtrueretur vel reſolueretur ſententia, vt quod condemnatoria efficeretur abſolutoria vel econtra declarando, vt ibi latè.*

203 *Exceptiones peremptoriæ ſicut non poſſunt opponi per partem poſt ſentent. ita nec per iudicem reſeruari poſſunt poſt eam.*

204 *Reſeruatio in ſentent. non valet circa expreßè determinata in illa, & de ratione ibi. & dic vt ibi.*

*Nec condemnationis expenſarum vel fructuum in diffinitiua facta valet. 205. quod declara vt ibi habetur.*

*Nec fit reſeruatio per iudicem eius de quo debebat ferre ſenten. abſolutoriam vel condemnatoriam. 306. & dic vt ibi.*

207 *Exceptiones dilatoriæ non reſpicientes perſonam iudicis, vel teſtatoris vel procuratoris, in promptu non apparentes, quarum non fiat oblatio eas in continenti probandi poſſunt reſeruari.*

*Et impediente litis ingreſſum reſeruari poſſunt, ſi non appelletur & quando non detur appellatio earum etiam, dic vt. num. 208.*

209 *Reſeruatio in acceßorijs petitorũ fit cõmuniter in ſententijs, puta damnorum, intereſſe, expenſarum, & fructuum, vti de eis incertis, quoad quantitatem licèt certis quod debentur, liquidandis in executione ſenten. de quibus omnib. vide latius ibidem.*

*Et eſt commun. practica & ſeruanda, quam limita vt ibi & declara, num. 210.*

211 *Reſeruatio in ſententijs valet, dum fiat in arbitrarijs iudici. vel tendat ad aliquid declaran. non perimendum iam pronuntiatum & ſuper quibuſdam accidẽtibus non ſuper ſubſtantialibus.*

*Et quod operetur illud in arbitrar. 212. cum ſeq.*

212 *Iudex in arbitrarijs condemnans quem ad triremes vel ad confinia reſeruando ſibi reuocationem poteſt etiam effectus inhabilis ad iudicandum reuocare pœnam impoſitam.*

*Et poteſt reſeruare exceptionem ſolutionis probandam intra certum tempus quando æquum iudici videatur. 213.*

214 *Reſeruatio melius & aptius agendi fit quando quis experitur remedio executiuo & debebat experiri ordin. vel vbi eſt malè actum & bene probatum, in ſenten. abſolutoria iudicio malè intentato.*

*Item fit reſeruatio per iudicem alterius iuris illæſi, vel in re alia in ſentent. lata in iudicio intentato per quod poſſet facere præiudicium iuri illius, vel in iure illa alia. 215.*

*Item ſolet fieri reſeruatio iurium partium in alio iudicio ordinario vel in petitorio, vel ſaluo iure legitimi poſſeſſorij, per iudicem pronuntiantem in aliquo iudicio ſummario cleri expeditione determinando, & dic vt ibi latè. 216.*

217 *Clauſulæ reſeruatoriæ quem effectum faciant, quídue operentur, quarum effectus poteſt eſſe magni & parui momenti diuerſis reſpectibus, nam modificant, limitant, & reſeruant, & dic vt ibi.*

*Et quid operetur facta reſeruatio exceptionum contra proceſſum & teſtes probata poſtmodùm exceptione iuridica proceßum impediente vel teſtes repellente. 218.*

*Et de laudo reſeruante probationem inſtument. quo reperto laudum retractatur, virtute eiuſdem reſeruationis. ibi.*

*Et de clauſ. ſaluo iure legitimi poſſeſſoris, poſita in mißione poſſeſ. ibid.*

*Saluo & reſeruato iure, hac clauſula in ſenten. appoſita quid operetur, vide verb. clauſula reſeruatoria, & verb. reſeruatio, vide de hoc multa.*

219 *Clauſula reſeruatiua per verbum, ſaluo, & reſeruato vel ſimile, appoſita cauſa modificandi, limitandi vel declarandi præcedentia aut ſequentia, quid operetur aut faciat, & quomodo ea diſponat.*

*Itẽ hæc reſeruatio ſeu proteſt. declarat animũ iud. vel alterius diſponen. quod per ſenten. prolatam non vult auferre ius alterius quod habet in re contenta in ſententia, quod ius remanet illi conſeruatum per talem proteſtationem, aut reſeruationem 200. modò non ſit inualidum aut nullum, nec ius de futuro aut in ſpe reſeruat, & quomodo dic vt ibi latè declaratur.*

221 *Clauſula reſeruatiua nil operatur & fruſtratoria dicitur appoſita ſi nullum ſit ius conſeruabile, vnde qui reſeruat tunc nihil dat.*

*Vt de reſeruatione fideicommißi non apparentis nil facit illa reſeruatio, nec fideicommiſſum inducit. 222.*

*Et de reſeruatione Trebellianicæ intelligenda, ſcilicet ſi de iure debeatur & non plus importat, & dic vt nume. 223.*

*Exemplifica in veniente ex vulgari ſubſtitutione cui aliqua non debetur, Trebell. ideò reſeruatio nil facit, & vt ibi latius. 224.*

*Et de reſeruatione inualida exceptionum & defenſionum in ſententia lata contra aliquem ſi quæ competant, ſi ſententia tranſierat in iudicatum, quia ſententia erit exequenda. 225.*

225 *Reſeruatio facta in ſententia lata contra aliquem de exceptionibus & defenſionibus cõtra eum, ſi quæ cõpetunt, nil operatur quo minus exequi poßit ſentententia quæ tranſierit iudicatum.*

226 *Reſeruatio impoßibilis nullius eſt momenti.*

227 *Reſeruatio exceptionum facta in ſententia non impedit interim executionem ſententiæ, latæ ſuper debito puro, & exequibili, in quantitate certa contenta in ſententia, vel inſtrumento exequendo per ſtatutum, etiamſi veniret reſoluenda per dictam reſeruationem exceptionum, & dic vt ibi pulchrè.*

228 *Reſeruationes iurium de facili non ſunt in ſenten. apponendæ, ſicq; ad hoc iudices admouentur, & quare. ibi.*

228 *Iudices cur de facili non debeant in ſenten. apponere reſeruationes.*

TERTIA & vltima interpretatio libri huius quinti & vltimi ſupereſt facienda ſuper dubitationibus duabus quæ ſequuntur.

Prima dubitatio eſt, quomodo iudex habeat ſe inſtituendo, videndo proceſſum, alloquẽdo partes, & demum ſuam proferendo ſententiam.

Secunda eſt dubitatio quomodo & qualiter veniat exequenda ſententia.

## ¶DVBITATIO I.

SOLVTIO in longum nimis nos protra
1 heret † ſi iudicis perſona qualis, quanta
poteſtas, quale arbitrium quantum offi
cium, tota hæc denique deſcribenda, ne
dicam diffinienda eſſent. Horum quo-
niam bonam partem ſuis libris de arbitrijs iudicum ex-
pediuit Iacobus Menochius, qui inter recentiores ope
rarios vineam noſtram hanc legalem aptè quidem co-
lendo labori non pepercit, & dignus eſt mercede ſua,
quam dare nunc quantam poſſum, ego & tribuo laudẽ,
de his partim ideo me remitto ad dictos libros, ad cæte-
rósque præſertim iudiciariam praxim tractantes, illud
autem eſt quod in præſentia ad rem noſtram pertinẽs,
2 mihi videtur agendum † quòd iudex aditus pro interpre
tanda volũtate teſtatoris, eáque debitè executioni de-
mandanda, vt ad vtrumque tenetur, de primo dixi. ſup.
lib.



lib. 1. interpret. 1. dubit. 3. ſolut. 12. de altero tetigi ſub
eo. libr. interpret. 1. dubitat. 2. in princi. vbi videt partes,
diſſentire debet inter eas imminere, vt dicit text. in l. hu
iuſmodi, in fin. & inter vtramque perſonam ipſum iudi-
cem eſſe medium. l. vbi. C. de falſ. de leg. 1. & earum pe-
titiones, exceptiones, replicationes, duplicationes & re
liquas ſcripturas admittere cum ſolita clauſula, ſi & in-
quantum ſint de iure admittendæ, quæ importat, ſi non
ſunt de iure in præſenti admittendæ habentur pro non
admiſſis & nullis ipſo iure: admiſſæ verò intelliguntur,
ſi de iure poſſunt admitti, vt de hac clauſula per Bartol.
in l. ambitioſa, colum. fin. nume. 32. ff. de decr. ab ordin.
fac. comprobat Roma. conſil. 77. pater reuerende, verſ.
non ob. tertium, ſequitur Soci. conſil. 47. nume. 6. lib. 4.
3 † vbi quòd talis pronuntiatio non nocet, pulchreq; de-
clarat intantum quòd à pronuntiatione cum tali clauſu
la non requiritur appellatio, Fab. de monte tractat. de
empt. & vend. quæſtio. 5. nume. 105. vbi plenè allegat, &
gloſſ. ordinariam in cap. cùm contingat, de offic. de leg.
& facit ſtare validitatem proceſſus in ſuſpenſo, prout eſt
natura cauſæ in petitione deductæ Socin. tractat. de ci-
4 tat. art. 20. ſub. nu. 83. † in diuerſis materijs de iſta clau-
ſula, ſi & inquantum vide per Felin. in dict. cap. cum con
tingat, col. pen. & fi. appellationi adiecta importat appel
lationem non eſſe admiſſam, ſi non ſit admittenda So-
cin. iun. conſ. 18. nume. 15. lib. 1. Alciat. conſil. 48. hæc at-
tentatorum cauſa, numer. 4. libro 6. Franc. in cap. ſæpè,
col. 2. verſ. ſi autem iudex, de appell. Plot. de in lit. iur. §.
5 4. nume. 44. † Concepta verò negatiuis verbis non ad-
miſit niſi ſi & inquantum debeat & poſſit de iure admit
ti, importat reiectionem, hoc expreſſum eſt in appella-
tione, quòd ſic per iudicem à quo intelligatur reiecta,
Franch. in capit. cum appellationibus §. 1. colum. pen. ad
fin. verſ. ſed limita de appell. in 6. ſequitur Franc. Marc.
in ſua deciſ. delph. 271. par. 1. ita quòd ſi ab iſta reiectio-
ne non appelletur, ſententia tranſit in iudicatum, vt per
Card. Zabar. in clemen. 1. colum. 4. verſic. non ſingulari-
ter, de do. & contuma. Capyc. deciſ. 34. num. 7. refert &
ſequitur Menoch. conſil. 175. ſub nume. 32. vnde practici
à tali reiectione appellant toties, quoties fuerit non
admiſſa.
6 Idem † dicendum puto in quolibet actu, qui non
fuerit admiſſus ſic verbis negatiuis non admiſſis, &c. ſic
& eadem appellatio totiens quotiens fuerit neceſſaria
per eandem deciſ. & eandem cõmunem, quę nunc mihi
7 ſuccurrit, quia † negatio magis negat quàm affirmatiua
affirmet, Deci. conſ. 3. col. 3. nu. 5. conſil. 581. col. 3. nu. 8. in
l. 1. numero C. de pact. per glo. in cap. cum dilectus, de
conſuetu.
8 Verùm priuſquàm † iudex non admittat & reijciat
ſcripturam, vel petitionem aliquam bene audiat par-
tem petentem, quoniám contra partem inauditam, nec
Pontifex aliquid poteſt diffinire, text. in ca. 1. in fin. de
9 ca. poſ. & propr. † cum demum reperierit libellum malè
conceptum, continentem rem illicitam, calumnioſam,
vel notoriè dictatum contra veritatem, vel productum
contra ius, contra cõſuetudinem, poteſt iudex, & debet
illum reijcere, glo. Bar. Ang. Iaſ. & Dec. in l. 1. ff. de offic.
aſſeſ. Socin. in cap. ſecundo, in 11. artic. numero 107. de
10 libel. oblat. † Item ſi videt aliquam de exceptioni-
bus impedientib. litis ingreſſum oppoſitam & proba-
tam, reijcere debet actorem, & pronuntiare eum
non audiendum, vel ad vlteriora amplius non eſſe
procedendum, vt per Blanch. accuratè colligentem
11 † exceptiones impedientes litis ingreſſum in tract. de
compromiſ. quæſt. 4. numero 32. vſque ad fin. ad quem
ſemper recurras, cùm acceperit velle cognoſcere ex-
12 ceptiones quæ impediunt litis ingreſſum † ſimiliter
cum ex vehementi pręſumptione perſpexerit exceptio-
nem eſſe calumnioſam & oppoſitam cauſa dilatandi
proceſſum & ſubterfugienda debet iudex eam reijcere
poſt Innoc. tradit Imol. in capit. poſt electionem, ſub
numero 16. de conceſ. pręben. & ibi Abb. colum. fin. lo-
quitur Alexand. in apoſtil. fin. ad Bartol. in l. defendere.
ff. de auth. tut. approbat vbi ſit præſumptio multum ve-
hemens calumniæ Iaſo. conſil. 44. col. 2. verſic. item ad
13 hoc, lib. 3. idem tenens ſubdens † in dubio ſemper præſu
mi ex cauſa fuiſſe motum iudicem in repellendo exce-
ptionem Alexandr. conſilio 65. ad nume. 8. lib. 1. eaſdem
& alias deciſ. refert Ruin. conſilio 7. numero 4. libro 4.
14 † Intelligitur autem ac cenſetur iudex per proceſſum
ad vlteriora reijcere exceptiones, oppoſitas ſaltem
contra proceſſum pluribus deciſ. ad hoc alleg. pro-
bat. Alexandr. conſilio 37. columna quarta, verſiculo 4.
confirmatur, libro 2. & Corne. conſilio 136. columna 2.
verſicu. dato autem, lib. 3. & conſilio 85. colum. 4. verſi.
15 quòd licet iudicium, libro quarto, & reiectio talis eſt
tacita pronunciatio, ſi non fuerit appellatum, tranſit
in iudicatum, & valet proceſſus, ca. cum dilectus, de
elect. tradit Abb. in capit. 3. colum. penult. verſicul. ego
ſic diſtinguerem, de reſcript. Alexand. conſil. 53. in fin.
lib. 1. Corne. dicto conſilio 136. columna ſecunda, d. ver.
dato autem.
16 Debet namque prouidere † iudex ne proceſſum ali-
quo defectu pars aliqua faciat nullum eluſorium & fru
ſtratorium. l. ſi prætor, in princi. ff. de iudi. cap. eccleſia,
vt lit. non conteſt. ponit & alia in propoſito, proſequitur
Socin. in dict. cap. 2. numero 107. & ſequent. de libell.
oblat. & Iaſo. in dict. l. prima colum. 2. verſic. pro iſtis, de
17 offic. aſſeſ. & propterea † poteſt mandare, quòd procura-
tor oſtendat mandatum ſuum, maximè cum procurator
agit contra contumacem, & poteſt hoc mandare ex offi-
cio propriè, ne iudicium fiat illuſorium, tradit Roman.
in l. prima, numer. 17. ff. de arbit. ſequendo Bald. & An-
gel. tenentes contra Bartol. in locis ibi per eum alleg. &
glo. in cap. primo, de elect. in ſexto, volentem etiam poſt
litem conteſtatam id poſſe facere iudicem, quòd pro-
curator oſtendat mandatum ſuum, etiam quando pro-
ceſſus poſſet eſſe nullus defectu mandati, vel perſona-
rum comparentium curam adhibuit Vant. Arimin. tra-
cta. nullit. rub. de nullitate ex defectu inhabilitatis, vel
mandati, per tot. ſed ferè in omnibus locis iuriſdictio-
num extant ſtatuta de procuratorib. ſeu alijs alieno no-
mine comparentibus non admittendis, niſi prius oſten-
derint & produxerint, ac dimiſerint penes acta eorum
18 mandata: vnde † ſi quis non habens mandatum com-
paruerit vt procurator alicuius, ſperans ab eo habere
mandatum cum ratificatione & habuerit, nihil fecit, &
19 non valet talis ratihabitio, quia † quod inordinatè &
non ritè factum non poteſt conualeſcere per ratihabi-
tionem in ſpecie tradit Bald. in l. obſeruare. §. poſt hæc,
col. ſecunda, verſic. & nota quòd mandatum. ff. de offic.
proconſ. & lega. in ſecunda lectu. & clarius in l. ſi vxor,
colum. ſecunda, numero 3. verſic. quinto & vltimo. C. de
cond. inſert. comprobat Roma. ſing. 679. tu audiuiſti,
vbi adducit tres caſus, quib. non valet ratificatio geſto-
rum per falſum procuratorem, repetuntur & in apoſtil.
ad Capel. Tholo. q. 271. Gabr. Eugub. conſil. 194. num.
20 6. † non valet etiam ratificatio geſtorum per eum qui
dixerit ſe habere mandatum, quando talia geſſit, & non
habebat, ſic vitio obreptionis nihil egit & non valet ra-
tificatio probat Alexandr. conſilio 32. numero 6. libro
primo, argum. l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. licet contra
hoc videatur tenere Bald. conſilio 498. circa primum,
ſub nume. 3. lib. 20. & vide 30. modos enumeratos & diſ-
cuſſos per Marant. ſua pract. iudici. part. 4. diſtinct. 19.
quibus oſtendi poteſt proceſſum & iudicium dici inua-
lidum.
21 Scire quoque † debet iudex in reſpicientibus or-
dinationem litis & proceſſus, in dubio magis eſſe fa-
uendum

uendum actori quàm reo.l.de die, in princip.ibi Barto.
not.num.2.ff.qui ſatiſd.cog.gloſ.in verſ.cum pertinen-
tijs.in cap.cum ad ſedem.de reſtit.ſpol.per l.ſi quis in-
tentione.ff.de iudic.ponit Dec.in l.fauorabiliores,num.
4.de reg.iur.& ibi Cagn.nu.5.Rim.ſeni.conſil.158.num.
22 12.Nart.conſi.120.numer.18.inſeruit hoc † quòd multæ
exceptiones quas à principio rei omni conatu obijciunt
actoribus, vt iuſtitiæ rigorem effugiant, ne reſtituant
quod vt plurimum tenent indebitè, non impediunt in
dubio, quin actores audiantur in proponendo & pro-
bando eorum petitiones: quia in ingreſſu iudicij actori
23 magis fauendum eſt, vt modò firmatum eſt † in medio
autem iudicij, quoniam æqualis eſt fauor tribuendus, &
actori, & reo, vt Deci.Cagno.& alij dicunt in dict.l.
fauorabiles, quando in proceſſu deuentum eſt ad ter-
minos probatorios, vel ſecundùm ſtatuta locorum, vel
ſecundùm ius commune, ſuper his notis aliter non im-
24 moror.tunc enim † & pro actore iudex non debet re-
cipere probationes, quæ non deſcendunt, nec proue-
25 niunt ex libello, † quia vbi libellus & probationes
ſunt diuerſorum generum, nihil operatur oblatio alium
probationum, ſecus eſt ſi adminiculum faciunt.l.mo-
mentaneæ.C.qui leg.perſ.habe.dicit Bald.in l.1.nume.
7.verſ.vltimo not.C.vt in poſ.leg.ſequitur Iaſ.in l.1.col.
26 3.verſic.vlt.ad idem facit, de offic.aſſeſſo. † idem & pro
reo non debet admittere probationes, quæ non extra-
huntur ex ſuis exceptionibus in iudicio deductis & op-
poſitis, rationes & exempla aliqua adducendo tenet
idem Bal.in l.per hanc, colum.4.nume.15.verſic.quæro
reus oppoſuit.C.de temp.appel.ſequitur pariter Iaſ.in
l.Titiæ textores, in princ.col.3.ad princ.verſ.item aduer
te, de legat.1.addo & ſequitur Caſtrenſ.conſilio 257.in
cauſa quæ vertitur Parmæ, colum.3.verſic.prætereà non
ſequitur, libro 2.eandem doctr.tam reſpectu origina-
lis facti deducti, aut reſpectu diuerſæ rei petitæ & de-
ductæ, quàm reſpectu modi deducti agendi & exci-
piendi, non ſolùm reſpectu actoris, ſed etiam rei con-
uenti, ita ſuper diuerſis non petitis, & non exceptis
ad id quod non releuat & impertinens eſt probationes
non debere admitti comprobat Socin.in capit.frater-
nitatis, colum.16.ſub nume.23.ſub verſi.circa quintum,
de teſti.

27 Super eo enim † ad quod fuit aliquis admiſſus, ad
proponendum, ad excipiendum, debet quoque per
iudicem admitti ad probandum, propoſita vel excepta
tradit Bald.in l.quinquaginta, ad fin.ff.de excuſ.tut.& in
l.peremptorias, colum.pen.numer.29.C.ſenten.reſcin.
non poſ.quia alias fruſtra exciperet, ſubiungit ibi Bald.
ex Innoc.in c.cum veniſſet, de teſti.& hoc verum eſſe ſi
excipit de iure ſuo, vel de iure tertij, à quo habuit cau-
ſam, vel tale ſit ius tertij, quo poſſet vti eo tertio inuito,
vel ſit excluſiuum iuris aduerſarij ipſo iure, aliàs ſecus,
ſi non tale ſit ius tertij, vt ibi Bald.declarat & plenius
28 Bar.in l.2.ff.de except.rei iudic. † in inſtructione autem
proceſſus æqualitas vtiq; & taliter eſt ſeruanda inter a-
ctorem & reum, quòd ſi iudex aliquo etiam reſeruato,
vel ſpeciali caſu admittit vnam partem ad probandum,
debet pariter admittere alteram partem ad proban-
dum, quod vult & poteſt probare pro parte ſua tantum
reſpectu eiuſdem, & non diuerſi effectus, & circa quem
ſolum fuerit altera pars admiſſa ad probandum, vt de-
clarando tenent poſt alios Iaſo.in columna 30. verſicu.
quarto no.& Ripa numero 59.& ſequen.in l.admonen-
di, de iur.iur.per leg.l.petendæ.C.de temp.in integr.
29 reſtit.& l.final.C.de fruct.& lit.expen.per quam, † &
teſtes, & inſtrumenta ab altera parte inducti & pro-
ducta reſpectiuè ſunt ita effecta communia quòd ſi
pars producens eis renuntiaret: ea tamen & etiam inui-
ta poteſt eis vti altera pars tradit Felin.in ca.de teſti-
bus, colum.penult.verſi.vltimo pro complemento, de
teſti.ſed locum non habet dicta regula quando alteri
parti poteſt imputari, vel dolus contra alteram partem
admiſſam ad probandum, vel quid aliud, ob quod non
debeat admitti ad probandum, vt per Socin.in d.cap.
fraternitatis, numer.33.de teſti.& Afflict.in deciſ.210.in
fin.& Rip.in d.l. admonendi, numer.63.vbi quando re-
nuntiauerit probationibus, vel inſtiterit proceſſum pu-
blicari.

Veruntamen vbi iura municipalia, vel communia
30 apertè non obſtent, & non offendantur hæc † à iudice
erunt deſpicienda, vt neq; delicatus debitor, neque one
roſus creditor audiatur, inquit text.in l.ſi ſeruos, in fin.
ff.de pign.act.1.delicatus, vel ſubterfugiens reus, onero-
31 ſus, vel præceps actor non audiatur, debet ideò † facilis
eſſe iudex & propenſior in admittendo probationes,
dummodò parti poſſint aliquod adminiculum defenſio
nis præſtare: cumque id poſſit vtriq; parti eſſe minus
præiudiciale, vt ſic pro admittendis articulis probato-
rijs, reſpondit Deci.conſ.500.num.13.& conſi.517.nu.2.
32 3.dixi conſ.107.in fi. † eritq; vtrique parti bene cautum,
ſi apponat vt apponere debet vſitatam cla.ſaluo iure im
pertinentium & non admittendarum, quia per hanc re-
ſeruationem ſemper & in tempore ferendæ ſententiæ
intelligitur reſeruata facultas cognoſcendi, ſi poſitio-
nes, vel exceptiones de iure non debent admitti haben
tur pro non admiſſis & probationes ſuper eis factæ, vel
teſtes examinati non releuant, & reijciuntur, poſt Bald.
& Caſtr.tradit Iaſo.in l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus,
col.pen.verſ.adde etiam.ff.de iur.iur.Barto.& Alex.in l.
ille à quo.§.ſi.de teſtamento, nu.5.ff.ad Trebel.Marant.
in pract.iudici.in 6.part.in 4.actu.in fin.2.par.Ancha.
33 Regien.quæſt.29.num.5.& ſequen.part.2.At † ſi euiden-
ter eſſent impertinentes tales poſitiones abſque alio cir
cuitu debent per iudicem reijci etiam ſi extaret ſtatu-
tum quòd deberent admitti cum dicta cla.pro no.fir-
mat Iaſ.in dict.§.idem.Iulianus, colum.penul.ex traditis
34 per Imol.& alios in l.4.§.prætor ait, de dam.infe.& eui-
denter ineptè propoſita iudex repellere debet, ait Spe-
cu.titu.de offic.om.iud.§.de ſeruit, colum.4.verſic.ego
dico.Euidens enim vel notoria iniuſtitia etiam ſenten-
tiæ facit ab ea poſſe appellari contra clauſulam appel-
latione remota tenet Bald.conſil.141.præmiſſis verbis,
35 ad fin.lib.1.ſic & † euidens nullitas ſententiarum trium
conformium apparens ex actis earum executionem im-
pediri facit, probat Alexandr.conſil.77.colum.penulti.
nume.16.& ſequen.libr.2.euidens nullitas dicitur quæ
apparet ex actis, ex multis alleg.concludit Bal.tract.præ-
ſcript.in quæſt.32.in fin.quarta parte part.4.in princip.
36 † in claris demùm iudicis debet eſſe cordi abbreuiare
lites.cap.finem, de dolo & cōtu.l.fratris.C.de tranſacti.
§.ſit tibi quoque in auth.de mand.princip.quem tex.&
contenta in dic.auth.iudices cōtinuò præ oculis habere
deberent, eaq; ad vnguem ſeruare.

37 Vlterius, & ſecundo elapſis terminis † probatorijs
debet iudex parte vna inſtante altera præſente non
contradicente, quòd releuet, vel citata committere
publicari proceſſum, & dicta teſtium & partibus da-
ri copiam, vt de hac publicatione per Maran.in pra-
cti.iudici.in 6. part.in actu.11. 2. part. & partibus dari
debent copiæ actorum, & depoſitionum teſtium, vt
earum cauſidici, & aduocati poſſint eorum annota-
tiones, inſtructiones, & allegationes facere, vt notus
eſt vſus practicus: nam copia teſtium debet dari eo-
rum, & qui fuerint examinati in cauſa extraordina-
ria, in qua aliquis ordo iudiciarius ſeruari non debeat,
per text.iuncta gloſſ.in verſicul.copiam, in cap.penult.
extrà de accuſ.hoc intellige quando teſtes ſunt publi-
cati, & non antè, Bald.in l.2.num.9.C.de eden.& ibi
38 alij de hac materia † copia námque productorum, ſi
dari denegaretur, producta ipſa haberentur pro non
productis,



productis, minimèque probarent, Socin.conſilio 105.
colum.2.numero 8.libr.4.Aym.conſil.265.colum.pen.
39 † & an denegata copia poſſet appellari, Deci.conſilio
40 214.col.2.nu.3.vide Socin.dict.conf.5.num.7.† quòd te-
ſtes non publicati non probant, neque plenè Bal.in l.in
bonæ fidei.col.pen.verſ.item quæritur.C.de rebus cre-
41 di.ſequitur Maran.dicta part.6.in actu.10.num.34.† de
tribus tamen non debet dari copia, ſcilicet de ſecre-
tis, de criminoſis, de die, & conſule no.Bal.in l.penul.in
princ.C.quemad teſt.aper.

Cum pars poſtmodùm præſentauerit proceſſum iu-
42 dici † debet illum totum vſque ad minimam cartulam
iudex ipſe accuratè videre, legere, & perlegere, primo
preparatoria, deinde libellū, ſeu petitionem actoris, ex-
ceptiones, & reſponſiones rei, replicationes, poſitiones,
reſpōſiones partium, articulos, ſeu capitula probatoria,
dicta teſtium, & inſtrumenta producta ſæpè, & ſæpius, ita
quod nomina partium perſonarum in proceſſu nomina
tarum, & totam ſeriem facti controuerſi bene, & fideli-
ter memoria teneat, poſſideat, ſæpiuſque quandoque
ſtans cogitando repetat in mente ſua, aliquam ſcriptu-
ram conficiendo de punctis ſubſtantialibus pro ſui fir-
miori memoria, hæc enim deſignant verba text.in l.iu-
dices.C.de iudici.ibi.*Iudices oportet in primis rei qualita-
tem plena inquiſitione diſcutere*, & plenioris text.in vulg.
cap.vindicantem, 30.quæſtio.5.cuius integra pro iudice
bene dicta verba ſunt hæc, *Iudicantem oportet cuncta rima
ri, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere interrogandi,
reſpondendi, obijciendiq;, præbita patientia ab eo, vt ibi actio
ambarum partium illuminata ſit pleniter, nec litigantibus prius
velit iudex ſua ſententia obuiare, niſi quando peractis omnibus
nihil habeant, quod in quæſtione proponant, & tamdiu actio
ventiletur quouſque ad rei veritatem perueniatur, frequenter
etiam interrogari oportet, ne aliquid fortè prætermiſſum rema-
neat, quod annecti conueniat*, Hæc ille tex.cuius formalia
verba volui hîc regiſtrare, quia veriſſimam continent, &
recitant (vt ita dicam) comœdiam, quam in litigijs pe-
ragendis, & determinandis tum patrocinando, tum etiā
iudicando ſæpiſſimè vidi ſic peractam fuiſſe, & quæ ſanè
debet in practica ſeruari, atq; his, & ſequentibus ſimilia
plura curauit adſcribere Alexan.Stiati.Bononien.in ſua
praxi iudici. c. 22. numero 35. cum ſeq. vſque ad fina.
&c.ſeq.

Habita quidem ſic plena cognitione facti, ex quo
ideo cum ius oriatur vulga.l.ſi ex plagis.§.in cliuo.ff. ad
l.Aquil.ad allegationes aduocatorum, de quibus agere
aliqua aſſumpſit Aſini.Florenti.in ſua praxi. §. 24.per
43 tot.& † per quas animus iudicantis ad cognoſcendam
iuris veritatem adducitur, & informatur: & propterea
partium intereſt, dare iſtas allegationes in ſcriptis,
not.dicit Bald.in auth.iubemus, in princip.C. de iu-
44 dic. † videreq; debet in fonte leges, & deciſ.allega.in
dictis allegationibus, quia plerunq; aliter & diuerſa
loquuntur quàm id ad quod allegantur, vel ſaltem ſu-
pra, vel infra: nam tota lege perſpecta &c. l. inciui-
le.ff.de legi.alibi dixi, & repeto videnda eſſe allegata
in fonte per tex.in c. ieiunium, 86.diſt.Neuiz.in Syl.
45 nupti.libro 6.in princ.Aduocati autem ambo & acto-
ris, & rei cùm ad allegandum in voce coram iudice
conuenerint, & adſint, debet eos iudex ſeruatis illis
verbis d.cap.iudicantem, præbita patientia ab eo, pa-
tienter audire, & ſilere, ne loquendo pro vna, vel altera
parte oſtendat aduocatum defuiſſe aut ne videatur ma-
gis vni, quàm alteri parti fauere, & ſe reddere ſuſpectum
alteri parti ad not.in cap.poſtremo.de appell.& Dec.
conſi.256.col.3.nu.4.admonet Alex.Stiati.d.praxi iudi-
46 cij, cap.8.n.8.† Sed alloqui curet aduocatum quandoq;
actoris, quandoque rei ſeparatim, ſeruato illo verbo, in-
terrogandi, d.cap.iudicantem, & l.Offidius, de leg.3.ibi,
*Imperator interrogauit partem legatarij quærendi cauſa*, &
l.pen.§.ſententia.ff.de his quæ in teſt.delen.ibi, *Antonius
Cæſar dixit, Videtur tibi voluiſſe teſtamentum valere, quia no-
mina hæredum induxit*, & verbo dict.capit.iudicantem,
47 obijciendique, debet † iudex tam in voce, quàm in ſcri-
ptis obijcere aduocato, & promouere ac dare dubia, vt
quandoque repetendo idem de more iudiciorum eſſe
dixi conſ.77.in princip.& conſ.14.in princip.& Iaſ.in.l.
1.col.1.verſicu.Salua gloſſ.de offic.aſſeſſor.dicit ex ſenſu
glo.ibi quòd iudex.interroget aduocatum de his, quæ
pertinent ad cauſam ad veritatem inquirendam, & ei
opponat, vt dicit Glo.Subiungo ego, & attentè au-
dire debet reſponſiones aduocati, replicare verbum
ſi vult.ſed non pertinaciter, & pertinere aduocatum
eſſe vltimum in dicendo, ſic fecit imperator in dict.
§. ſententia. & eum dimittere cogitando motumque
animi ſui in quam partem inclinet retinendo, ſubti-
cendoque, ita quòd nedum præſciri, ſed etiam nec
diuinari poſſit, quam ſententiam vel pro actore, vel
pro reo ſit laturus, niſi quando iam peractis omni-
bus partes nihil habeant in quæſtione quod propo-
nant verba, cap.iudicantem, vt & latè magiſtraliter
inſtruit pater practicæ Specu.titu.de diſput. & alleg.
§.fin.in princ.vltimo eam diffinitiuam altera vel am-
babus partibus inſtantibus proferat, vt mandat tex.
& gloſſ.in l.vbi falſi.C.de falſ.cum ſimil.per Aymo.
conſ.134.num.2.& Pedemont.deciſ.74.num.9.aliàs fa-
tuus & imprudens reputatur iudex detegens motum ani
mi ſui qualem ſit ſententiam laturus & vt ſuſpectus
poteſt recuſari, Ripa in l.admonendi, numero 46.de
iureiur.

48 Poſtremo † iudex ſatis ſuperque auditis partibus vi-
ſis perlectiſque proceſſibus, & allegationibus vtriuſque
partis, & de meritis cauſæ bene inſtructus diffinitiuam
tenetur ſuam formare ſententiam, & in hoc habet mul-
ta animaduertere, ſingula ſi hoc in loco eſſent referen-
da, de nimia quidem prolixitate, ne dicam digreſſione,
dignè reprehendendus eſſem. Dicam tantùm de his,
quæ mihi in propoſita ſpecie noſtra videntur magis op-
portuna. Primum quod in omnibus ſententijs ferendis
commune eſt, ſolum DEVM, veritatem, & iuſtitiam
præ oculis habere vt cap.primo, de ſentent.& re iud.in
ſexto: iudicis eſt in cauſis ſemper verum ſequi, ſcripſit
Cicero in primo de officijs, præcipuum iudicis officium
eſt in perſcrutando veritatem: per plura ad hoc alleg.
dicit Deci.in l.2.numero 2.C.de eden.Socin.conſilio
15.colum.4.libr.1 & ſæpiſſimè in locis vulg.habetur.hoc
enim magis obſeruatione & effectu quamplurium au-
thoritatum allegatione tenendum vbique eſt, & ſeruan-
49 dum ſemper: exinde ſequitur, quòd in † iudicando de-
bet iudex ſeruare leges, conſtitutiones, & mores tex.in
princip.inſtitut.de offic. iudi. cum pluribus per Luc.à
Pen.in l.medicos, col.pen.C.de profeſ.& medi.libr.10.
50 † Pariter debet ſeruare voluntatem teſtatoris, quæ dici-
tur lex vulga.§.diſponat in auth.de nupt.Oldra.conſilio
113.quæſtio.ad fin.& text.in l.ſi qua.& ibi not.Bald.C.
famil.erciſcun.quod iudex debet ſtudere, vt ſeruetur vo
luntas teſtatoris, & tueatur.l.1.in princip.ff.ſi quis omn.
ca.teſta.cum ſimil.allegat.ſuper interpret.1.dubit.prim.
ad princip.eo.hoc ideò in loco ſuo ante oculos iudicis
propono, transferoque his breuibus verbis, quod equi-
dem.breuitatis gratia dico me haberi velle pro repeti-
tis, & expreſſis omnia quamplurima, quæ hoc & ſupe-
rioribus, & in libris quandoque & pluries ſcripſi de vo-
luntate teſtatoris interpretanda, intelligenda, ample-
ctenda, tuenda, ſequenda, ſeruanda, penitùs & omni-
nò exequenda, quòd iudex ipſe principalis noſter in-
terpres eam interpretari, intelligere, amplecti, tue-
ri, ſequi, ſeruare & omninò exequi velit in ſent.
ſuis.

Deinde in deliberando qualis debeat eſſe interpre-
tatio,

tatio, & determinatio litigij in iudicio vertentis, qualis
51 demùm debeat eſſe † ſententia,an condemnatoria, an
abſolutoria,diligenter,& accuratè perpendendæ,& cog
noſcendæ ſunt intentiones & actoris,& rei, quales ſint,
ſiquidem actor clarè probat intētionem ſuam in omni-
bus,quæ ſibi probare incumbunt, & reus exceptionem
aliquam non probet, quæ elidat intentionem actoris:
formanda eſt ſententia condemnatoria conformis libel
lo, & petitioni actoris regulariter vulg.l.vt fundus ff.
com.diui, l. fin. C.de fideicom. libert. c. licèt Hely.de
ſimo,& ibi Felin.latè declarat,& poſt Angel.Aret.Iaſ.in
§.curare,num.28.& ſeq.inſt.de acti.& plenius in l.vinū,
colum.13.& ſeq.verſ.hic aſſum.ff.ſi cert.pet.vbi ad regu-
lam hanc adducit 13. fallentias declarando vlterius vſ-
52 que ad fin.quomodo † iudicandum ſit in caſibus, in
quibus non requiritur libellus, ibidem & Dec.numer.
53 17.& ſeq.& † in caſu vbi nulla porrecta petitione ab
vtraque parte plures fuerunt examinati teſtes in cau-
ſa Piſaurenſi eam partem quæ probauit de antiquiori
& præſenti poſſeſſione debere ſtare in poſſeſſione,& al-
teram partem deſiſtere à moleſtatione,niſi via iuris ordi
nariè agendo,conſultus deciſiuè conſuluit Caſtren.con.
54 442.viſis & diligenter,lib.2.† Pro ſtulto enim reputatur
iudex qui in eo quod non fuerit petitum, iudicat per
text.in dict.l.fin.& curare debet quòd hæc tria ſint con-
formia in ſententia circa libellum,ſcilicet res,cauſa, &
actio,dicit Bald.in l.1.nu.11.C.ſi plures vna ſenten.intel
ligit idem Bald.in l.1.colum.1.numer.9.C.de ſentent.&
quod ſententia etiam ſit conformis probationibus, in
quibus dicit ipſe, quia conſiſtit ſubſtantia condemnan-
di,vel abſoluendi,licèt quoad formam, & Iaſ.refert in
§.curare. numero 32.inſtit.de act. & in dict. l. vinum,
colum.13.verſiculo hinc dicimus, & Ant.de Butr.in ca-
pit.cum dilectus, columna 3.ſub num.8.verſicu.item in
55 quantum, de ordi. cognit.notat † quòd libellus in du-
bio reſtringitur, vt videatur deductum ius competens,
& eius probatum, huic notanter aſſentit Bald.dicens
56 in l.1.ſub nume.1.de quæſt.quod † iudex in ſententian-
do debet ſe confirmare probationibus,& exinde licere
formam ſuæ ſententiæ dummodò libellus hoc patian-
tur per l.momentaneæ.C.qui legi.per.ſic ex deductis,
& probatis in dubio poſteà interpretantur verba ſen-
tentiæ per glo.in verſ.& eſt verum,in l.hæc enim cauſæ,
in prin.ff.de ſuſpe.tuto.& glo.vlt.in cap.ſi confirmatio-
nem,de elect.in 6.probat Crot.con.324.nu.15.& Caſtr.
conſ.376.licèt iudex,col.1.li.1.vbi ſententia intelligen-
da eſt quòd ſit conformis libello, ſequitur Aym.conſil.
57 188.nu.1.Alioquin † ſententia non conformis petitioni
eſſet inualida,Bero.conſ.179.nu.7.& conſ.204.numer.
38,lib.1.conſil.53.nume.8.libr.2. Panciro.Regien.conſi.
195.numero 24.Vant.tract.nullit.rub.de nullit.ſenten.
ex defec.proceſ.numer.77.vbi not.dicit conuenire iu-
dicantem antequàm ſenten. formet, acta diligenter
examinare, & videre quid, & qualiter petatur ab eo
atque conſiderare petitam rem, cauſam petendi mo-
dum ſeu actionem intentatam, & cum his ſuam con-
formare ſent.aliàs ſent.erit ipſo iure nulla, vt lata ſu-
per eo, ſuper quo non fuit lis conteſtata: non fuit au-
dita pars, nullus ordo iuris fuit ſeruatus, vt ibi per eum
58 alleg.opportunas deciſ. Cùm viderit tamen † iudicans
aliquo reſpectu non poſſe formaliter ferre ſententiam
conformem petitioni, cùm ex probatis, & actis appa-
reat actorem fouere ius, diſcurrere debet limitatio-
nes, ſeu declarationes ad dictam regul.traditas per Iaſ.
& Deci. in dicta l.vinum, & per Felyn.in dicto cap.licèt
alij. Bald.in l.fideicommiſſa.§.ſi ſeruo.ff.de legat.tertio.
in l.fin.numero 21.C.de ſentent.quæ ſi.cer.quant. Aym.
conſilio 210.columna fin.Cephal.conſilio 400 nume.
1. Plot. conſil. 24.nume.39. Curt.Iun. conſil.30.colum.
penult.& fin.Afflict.deciſ.32.nume.3. Natt.conſil.617.
Pariſ.conſil.45.ad fin.lib.1.conſil.113.lib.4.& quam ea-
rum inuenerit ſuo caſui conuenire, poterit ſententiam
condemnatoriam formando ſemper inhærendo proba-
tis eam ſequi.
59 Si verò † actor in aliquo ex neceſſarijs probari de-
fecerit, vel plenè non probauerit, vel reus aliquam ex
ſuis exceptionibus elidentem actoris intentionem pro-
bauerit, abſolutoriam ſententiam ſequi debet vul.l.qui
accuſare, cum ibi traditis per Doct.C.de eden.& l. non
videtur cepiſſe.& ibi Deci.de Reg.Iur.Cor.conſil.110.
colum.2.lib.2.conſil.87.colum.2.verſ. nam reus.lib. 4.
60 Reum † enim abſoluere ſpectat ad officium iudicis,
quando ei probationes actoris non concludunt, licèt
ex forma ſtatuti reo denegetur defenſio, tradit Bald.in
rubr.ſub num.6.C.de vindic.libert.aut dubia fuerit in-
tentio actoris, cum in vltimo iudicij magis fauendum
ſit reo,ſimiliter abſolutoria proferri debet:per l.fauora-
biliores, de Reg.Iur.& ibi Deci.& Cagn.& alij tradūt,
61 & c.cum ſint partium, eo. in 6. † Aduertatur tamen ſi
dubium ſit in aliqua cauſa fauorabili, aliquas expreſſit
Deci.in l.fauorabiliores,plures ego commemoraui ſu-
pra lib.1.interp.1.dubit.4.ſub ſol.12.quia tunc in dubio
ſenten.profertur pro iſtis cauſis, Dec. ibidem aduertit,
& latius Cagnol.ſub nu.4.poſt Gloſ.& Canon.in d.cap.
cum ſint partium, & in cap.fi. de re iudi.Alci.tract.præ-
62 ſumpt.reg.3.præſumpt.44.† & in cauſa dotis, quæ ali-
quando eſt de ſpecie noſtra circa vltimas voluntates,
iudicatur pro ea in dub.d.c.fi.& l.in ambiguis pro dote.
63 de regu.iur.& ibi doct.† idem & in dubio pro validitate
teſtamenti tenenda eſt ſententia.l.ſi pars.ff.de inoffi.te
ſtamen.cap.fin.de ſenten.& re iudic.corroborat Crot.
conſi.287.num.2.& ſeq.etiā quod ſit ex opinione vnius
doctoris.Iaſ.cōſi.112.colum.2.verſ.imo fortius, lib.4.&
not.dicit Baldus in l.ſecunda.in fin.C.de edic.diu. Adr.
toll.quod qualitercunque poteſt teſtamentum tolerari,
præſumitur pro teſtamento per l.poſt diuiſionem.C.de
64 iur.& fac.ignor.item † in caſu dubio propter conflictum
rationum fertur ſententia per modum compoſitionis,
quod nota tu qui iudicas, inquit Ripa in l.prima.nume.
116.de vulg.& pupill.de qua re poſt Botri.& Ancha.in
conſi.210.inter contraria plura eſt facto ſimul conſulen
do ſcribunt Caccialup. & Socin.conſil.150.colum. pen.
& fina. libro primo, idem probat Alexand.l.Titius,nu-
mero 4.ff.ad Trebell.verum ſi in tali conflictu opinio-
num aliqua ſit opinio,per quam aliæ reducantur ad con
cordiam, & legalem diſtinctionem, eam quidem opi-
nionem iudex ſequi debet per l.ſi finita.§.illud,de dam.
infec.probant Alexand. conſilio 50. numero ſeptimo,
libro 7.Cephal.conſilio 16.numero 35.conſilio 306. nu-
mero 98.& debet ſequi eam, quæ fauet animæ, & per
quam euitetur materia peccati.Angel.nepos Ang.inter
conſ.Crot.conſil.421.num.15.& eam debet ſeruare, cui
conformis eſt conſuetudo,Bero.conſil.113.nume.31.lib.
2.conſil.87.num.25.lib.3.debet & eam tenere, in quam
65 gloſ.inclinat,idem conſil.177.num.22.lib.1.& † aliquos
caſus in dubio pro quánam parte ſit iudicandum, vide
recollectos per Neuiz.in ſyl.nupt.lib.6.nume.21.vſque
ad num.48.
Quandoque etiam ſcire iuuat in practica caſus qui-
66 bus † iudex parte non implorante poteſt ſupplere, vt
breuiter me expediam, vide Spec.in tit.de diſput.& al-
leg.§.fin.Bartol.& ali.in l.3.§.hoc autem iudicium, de
damn.infect.in l.age.C.de tranſact.in l.1.vt quæ deſ.ad-
uoca.Bald.in l.fina.ff.de petit.hæredit. Bald.idem in l.
mercalem.C.de condi.ob turp. cauſ. & plenius in l.fi-
liusfamil.§.veterani.vltra med.ff.de procur. Alexand.in
l.neceſſarijs, columna 3.ſub nume.5.ff.de acquir.hæred.
vbi de exceptione orta tempore obligationis, & ap-
parente ex actis,& conſilio 53.nume.6.libro primo, vbi
de iuramento deferendo in ſupplementum probationis
etiam



etiam poſt concluſum in cauſa ad veritatem eruendam,
licèt cōtrarium tenentem Lanfran.de Oria.referat Rip.
in d.§.hoc autem iudicium,num.71.& Alexand.in l.filiæ
licet,num.3.C de collat.vbi de emptore agente ad rem
emptam condemnandum ad ſoluendum pretium,Deci.
conſil.516.ſub num.18.conſil.540.num.12.vbi in his quæ
ſunt de conſuetudine notoria iudex ſupplet:cautum eſt
tamen,quòd hæc ſint redacta in actis,dicit Alex.conſ.81.
col.2.nume.9.lib.3.item Aymo conſil.278.in fin.vbi iu-
dex poteſt ſupplere in non exequen.ſententiam, etiamſi
à parte non poſſit opponi de nullitate per ſtatutū Alex.
conſil.77.colum.fin.nume.14.lib.3.ad idem Barb.conſi.
36.ad fin.lib.1.maximè quando ſit nullitas ipſo iure Ti-
raq.in l.ſi vnquam,ver.reuertatur,num.345.de reuocan.
donatio.& quando nullitas apparet ex actis Deci.in l.
non videtur cœpiſſe,num.5.de reg.iur.vel quid aliud ap-
parens ex actis,Afflict.deciſ.372.num.6.& Caſtrenſ.in l.
67 3.§.ſi tamen plures,num.2.ff.iud.ſol. † & poteſt ſupplere
ne altera pars lucretur cum aliena iactura, Bald.in dicto
§.Veterani.vltra med.Caſtrenſ.in l.ſi vnus.§.pactus ne
peteret, nume.13.ff.de pact.Barb.d.conſil.36.in fin. Ti-
raquel.de retract.tit.1.in fin.num.52.Roman. conſil.67.
68 ad fin.Marſil.ſing.88. † Poteſt etiam ſupplere iudex in
dando legitimam filiæ per modum deductionis, Abb.in
69 cap.Raynutius.ſub num.10.de teſtam.poteſt item † ſup-
plere ferendo ſententiam,etiam pro actore eo, etiā non
inſtante cum à principio actor petierit reum ſibi con-
demnari, & iuſtitiam fieri,& hoc vbi inſtantia iudicialis
eſſet peritura,probat idem Abb.conſil.112.illud de iure,
in fin.lib.2.& in c.fin.de iureiur.
70 Intellige † iudicem non debere parte non petente
ſupplere pro ea ad id quod petendo ipſa pars non debe-
ret audiri,vel lapſu temporis, vel alia cauſa l.non ſolum.
§.quanquam,& ibi Bartol.ff.de iniur.& ibi latè in apo-
ſtil.Alexand.conſil.121.colum.fin.ver.item non obſtat,
lib.1.Iaſo.in l.ita demum, colum.2.verſic. decimotertiò
limita.C.de procur.Angel. Aret.de malefic.in gloſ.hæc
eſt quædam in q.nu.71.& ibi Aug.Ariminen.in addi.po-
ſui,conſi.106.nu.9. lib.1.& eſt lata materia maximè in
criminali,remitto me ad alleg.in his locis.
71 Intellige † ſecundo parte non petente, vel allegante
id quod exigit formalem petitionem, vel exceptionem
iudex non debet ſupplere, bene declarat Felyn.in cap.
cum ordinem,colum.9.verſi. ſed aduerte dupliciter,de
reſcrip.vbi plenè proſequitur materiam caſuum,quibus
requiratur propoſitio,vel allegatio partis, vt iudex ſta-
tuat, vel concedat,hanc principalem intelligentiam re
fert, & ſequitur deciſ.Pedemon.1.ſub nu.42.
Et propterea ſequitur illud vulgatum apud Cauſidi-
72 cos † quod iudex ſecundum allegata,& probata, & non
ſecundum conſcientiā ſuam iudicare debet.l.illicitas.§.
veritas,de offic.præſi.& ibi Bart.& alij not.& tenent ſic
omnes legiſtæ,canoniſtæ, & Theologi gloſ.& docto.in
cap.primo,extrà de offic.iudi.ordin.atteſtantur Corne.
conſil.163.colum.2.lib.2 Abb.latè examinando in cap.
paſtoralis.§.quia verò,col.penult.& fin.de offic.deleg.
cum concord.alleg.ab Alexand.in l.1.in fin.C.quæ deſ.
aduoc.reaſſumit Nat.conſil.276.num.fin.& in propoſi-
to plura ſingularia dicta adducit Paris de Put.de ſindi-
73 ca.in ver.an iudex,vbi inter alia meminit etiam † quod
iudex ſtatuto,vel mandato Principis habeat authorita-
tem iudicandi ſecundùm eius cōſcientiam,vel in tali re
onerando conſcientiam ſuam,vt ſæpius ſolent contine-
re commiſſiones Principum, debet tamen iudicare ſe-
cundùm conſcientiam, quam habet vt iudex, & non vt
homo, per cap.poſtulatus.3.quæſt.7.& quæ conſcientia
ſit informata probationibus, & probata legib.& iurib.
74 per cap.2.de offic.ordin. † conſcientia iudicis aliter in-
formata, quàm per probationes ſufficientes nihil ope-
ratur, ait Bald.in l.ſecunda ad fin.C.de vxor.mil. refert
alia not.Paris de Put.dicto verſic.an iudex,numero ter-
tio, ſexto, & ſequent.plenè ego quoque ſcripſi conſilio
202.numero.21.& ſequent.addo & Lud.Bologni.conſi.
147.vt in præſenti conſultatione,columna ſecunda,fa-
cit Pedemon.deciſ.2.numero duodecimo,conſilio 74.
75 numero octauo, libro ſecundo, atque † ſtante etiam li-
bero arbitrio conceſſo procedendi de iure, & de facto,
non debet tamen iudex credere teſti non reddenti bo-
nam rationem dicti ſui ex Baldo, & alijs allegat.probat
Alexand.conſilio 80.in fin.lib.4.huic accedit quod di-
cit Bald.in l.quid ergo.§.pœna grauior,columna tertia,
ſub verſic.iſtorum opin.in repetitione.ff.de his qui not.
76 infam. † ſi iudex in aliquo caſu vtitur arbitrio ſibi con-
ceſſo, & non appareat ex actis cauſa iuſtificans arbi-
trium ſuum facit litem ſuam, refert & ſequitur Felin.in
cap.ſicut.columna 9.verſic.vndecimus, de re iudic.vn-
de ſi velit iudex pro ſua ſententia non teneri in ſindica-
tu, & eam non reuocari per iudicem appellationis ſtu-
deat ſemper eam proferre ſententiam, quæ confirma-
tur, & verificatur per probationes apparentes ex actis
coram eo factis,vt prudenter tenet dict.Pedemont. de-
ciſ.1.numero 46.& bene declarat Gomeſ. ſuper regul.
cancel.in regu.de annal.poſ.in 4.quæſtio.apertè ſentit
Abb.in cap.afferre, columna 2.ſub ſecundo no.de præ-
ſump.ibi, ſed vnum aduerte, ne circa prædicta deci-
piaris, ſi enim præſumptio violenta mouet ad proban-
dam ſententiam, facias illam in actis ſcribi, aliàs ſi ap-
pellaretur, & ſententia ex actis non iuſtificaretur, licet
tu iuſtè motus fueris, iudex tamen ad quem, cui de hoc
non conſtat, iuſtè retractaret ſententiam, hæc ſunt
verba Abb.ſentit & Afflict.in deciſ.28.numero 6. dum
ait poſſe probari de tali notorio in cauſa appellatio-
nis, per quod non ſcriptum fuerit motus primus iudex
ad iudicandum, & Bald. ſentit in l. quoties.§. fin.ff.de
probat.cum velit de confeſsione apparere ſcripturam
coram ipſo iudice factam,vt poſsit iudex ſupplere,& ſic
77 † acta coram eo faciunt fidem licet non fuerint pro-
ducta, non ſic eſt de actis coram alio iudice,niſi produ-
cantur, vt ibi per eum, quem ſequitur Nat.conſil.276.
num.2.
Itaque in formando ſententiam pro iudice,tuta non
eſt illa opinio Bald.in l.prima,nume.6.in fin.C.de vin-
di.libert.per Alexand.colum.penult.Iaſ. colum.penult.
relata in l.ſi is ad quem.ff.de acquir.hæred.& per Fely.
in cap.cùm venerabilis.col.25.de except. & per Aym.
78 conſil.188.in fi.quòd † iudex poteſt ſe mouere ad ſen-
tentiandum ex confeſſione, ſeu alia probatione habi-
ta voce coram ſe, & non ſcripta in proceſſu, quia verū
eſt,quòd ſic poteſt ſe mouere, etiam pro validitate ſen
tentiæ, cùm valeat etiam ſine probationibus, Bart. in
l.prolatam,ſub numero 5.C.de ſenten.Pedemon.deciſ.
146.nume.16.alibi dixi ante, ſed non eſt verum, quòd
debeat ſic ſe mouere, niſi quatenùs appareat ex actis
per allegat.ſupra vt poſſit, cum opus fuerit, demon-
ſtrare cauſam, qua motus fuerit ad iudicandum, & ali-
ter non poteſt demonſtrare, niſi per acta coram eo ſcri-
pta per not.in capit.quoniam contra.de probatio. nam
de verbis prolatis etiam per iudicem non eſt curandum
niſi quatenùs per acta poſſit apparere ad quæ recurren-
dum eſt, vt ſciatur, qualis ſit ſententia certa, vel in-
certa, Bald.in l.ex diuerſo.§.ſi in iudicio. in verſiculo
prætereà qualis.ff.ſolut.matrimo.Abb.conſilio 53.col.2.
ad nu.2.lib.2.Soc.Iun.conſ.6.ad fi.lib.1.Alex.conſ. 101.
col.pen.nu.13.lib.6.conſ.81.col.4.nu.7.lib.3. Bal. conſ.
79 363.nu.3.lib.4.vbi quòd † aſſertioni iudicis non ſtatur,
& bene Pariſ.conſ.15.nu.21.lib.4.
80 Denique animaduertere debet † iudex, vt omnimo
do, quantum ei poſſibile ſit, certam ferat ſententiam,
l.tertia.C.de ſenten.quæ ſi.cer.quan.§. curare inſtitut.
de act.& ibi gloſſ.& docto,quòd autem ſententia fera-
tur

tur certa, & ſecundùm allegata & probata id eſſe de iu-
re diuino probat Ruin.conſil.133.colum.4.numero 21.
libro 5.ſequitur declarando Aſini.Florenti.in ſua praxi
iudici.§.5.cap.29.numero 1.dixi conſilio 106.numer.6.
81 libro 1.vbi & retuli idem eſſe † in arbitro quòd certum
laudum dicat, aliàs erit nullum, per l. quid tamen.§.
Pompo.ff.de arb.& ibi glo.bene comprobat & decla-
rat, & Bal.infert laudum incertum non valere, etiam
82 quando ſit † conditionale, intellige conditione ex-
trinſeca, non deducta in actis,ſaltem aſſertorijs vel in-
trinſeca non probanda incontinenti, vt ſub tali con-
ditione extrinſeca, vel intrinſeca non probanda in-
continenti, non valet ſententia lata per iudicem.glo.
Bart.Bald.& alij in l.cum iudex.C.de ſenten.& interlo.
om.iud.Alexand.conſ.73.col.fin.lib.3.& in l.qui Romæ,
§.Augerius.col.fin.de verb.obligat.& ibi Iaſ.ad fin.ap-
83 probando Alex.d.conſi.73.non valere † ſententiam ra-
tione incertitudinis,latam ſub conditione intrinſeca ve
rificanda per futuras probationes,& per Fulg.conſ.217.
viſo exemplo,col.1.Ruin.conſil.38.nu.7.lib.5.imo vale-
re ſub conditione non verificanda incontinenti pro-
bat Crot.conſilio 324 numero 4.primam opin.Bartol.
approbat.Iaſ.in l.qui Romæ.§.Augerius.ad fin.de verb.
obligat.& ipſe Crot.conſilio 138.numero 4.& ſequent.
84 † Tamen mihi placet valere ſententiam ſub conditio-
ne appoſita & expreſſa iuſta cauſa in ſententia per ea,
quæ latè ſcribit Felyn.in cap.quod ad conſultationem.
columna 1.& ſequen.de re iudic.& quæ ego ſcripſi ſup.
interpret.præcedent.dubit. vlt.ſub verſiculo atque his
per inſtrumenta.numero 345.& ſequen.vbi cauſa præ-
ſertim exprimitur ob incorporationem & confuſionem
bonorum petitorum cum alijs bonis rei conuenti, ſi
clarius demonſtrari poterat bona petita in executione
ſententiæ,ſic reſeruando,vbi ibidem ſuprà docui, & in
practica ſeruaui, alioquin in actu practico eſſet ample-
ctenda d.opin.Bar.& ſequaci.per Vanti.tit.de null.ſent.
ex defec.proceſ.nu.112.ita eſſe regulam dicit, & fallent.
adducit Rebuf.tract.de contum.& defec.art.3.gl.1.nu.
12.& ſeq.tom.3.
85 Certa † namque debet eſſe ſententia, & clara in his
præſertim.

In remedio intentato.

In verbis.

In rebus.

Et in particulis ſeu clauſulis ſuis, prout hæc ſingula
breuiter diſcurrendo demonſtratur.

86 Primo† in remedio intentato veriſimiliter inter par-
tes controuerſo,vt finis etiam controuerſiæ tali impona
tur per ſententiam, l.primæ ff.de re iudi.ipſa quidem
ſententia conuenit eſſe declaratoria talis remedij maxi-
mè in actione reali, vt in petitione hæreditatis in rei
vendicatione.Quia declaramus talem fuiſſe, & eſſe hæ-
redem,vel talem rem pertinuiſſe, & pertinere ad talem
iure dominij per l.licèt.ff.de pet.hæred.Bart. in l.1.in
princ.ſub numer.4.ff.quorum bon.idem & Ang.Fulg.&
alij in l.ex diuerſo.§.vbi autem.in princ.ff.de rei vend.
& in l.Pomponius.§.ſed & is.in princ.per tex.ibi.ff.de
procur.& per l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.in fi.ſi ſer.vendi.
& in ſpecie Iaſ.in l.1.col.4.verſicu.tertia concluſio.ff.de
eden.& Val.conſi.55.nume.8.& ſequen.lib.2.ſic dicitur
ſententia declaratoria ferè in omnibus realibus profe-
renda pract.Papien.in for.ſent.diffi.in gloſ.primo qui-
dem in princ.adeo quod ſi ita non ſit ſententia decla-
ratoria primo aliquem eſſe hæredem, & poſteà condem
natoria ad relaxandum rem, vult ſententiam eſſe nul-
lam in petitione hæreditatis, vt non conformem libello
Bero.conſ.53.nu.7.8.li.2.quam nullitatem ego non pro-
barem,quando ſimpliciter ſententia eſſet condẽnatoria
ad relaxãdum rem ſentit Bart.in d.§.ſed & is.in princip.
& in d.§.vbi autẽ in vltim.lect.dum ait, per hoc ſe non
reprobare libellum eorum,qui petunt reum condemna
ri ad rei reſtitutionem,& ibi nu.3.Fulgo.ſequitur,& cla-
rè ſentit Aret.conſil.156.colum.6.verſic.vnde videmus.
per Barto.in d.§.vbi autem.& l.1.C.de ordi.iudici.Alex.
in rebu.nu.3.C.qui admitti.& plenè Pedemon.deci.74.
nu.12.& ſeq.ſic & ſententia ſimpliciter condemnatoria
non videtur reprobãda,quia vltra id, quod in iudicium
deductum eſt,non excedit,vt eſt propria ratio principa-
lis text.in l.vt fundus.ff.com.diui.& eſt concepta, con-
ſcriptaque ſuo proprio verbo condemnationis per di-
ctam.l.1.de re iud.ſeruandam tamen admoneo prædi-
ctam formam ſententiæ prius declaratoriæ iuris intenta
ti,& deducti in libello eius formam ſequendo, vt in alle
ga,locis doct.tradunt,præſertim in realibus, & eſt mag-
ni effectus cùm per talem ſententiam declaratoriam do
minium, vel quaſi trãsferatur in victorem ſic probatum
etiam inter alias partes ſecundùm com opin.probatam
per Alex.conſi.98.col.2.nu.6.7.libr.5.& latè examinan-
tem,& idem firmantem,& ampliantem in l.Pompo.§.ſi
iuſſerim.nu.9.& ſeq.de acqui.poſ.& probat quoad alios
prætendentes ius non principaliter, ſed in conſequen-
tiam,Rui.conſi.174.col.6.nu.10.& ſeq.li.1.& quomodo
per Vall.conſil.85.nu.5.lib.2.& quo ad titulum vſucapi-
endi pro publiciana,Bal.in cap.cum cauſam, ad fin.de
prob.ſequitur Alex.conſi.96.col.pen.nu.21.lib.4.plene
diſcutit in dict.l. Pomponius.§.ſi iuſſerim.nu.3.& ſeq.†
87 quomodo autem quid principaliter accipiatur, vel in
conſequentiam,iura,& deciſ.colligendi curam adhibuit
Tiraquel.in comme.rubr.C.res inter ali.acta.poſt prin-
cip.hoc vide ibi per eum: prodeſt & illa declaratoria,
quando conſtiterit de iure actoris pro obtinenda execu
tione contra non poſſidentem à principio, ſed poſteà
poſſidere incipientem Rolan.à Vall.conſ.55.nu.6.li.2.
plene Cagnol.in l.edita, nu.57.C.de eden.& alibi dixi
88 antè, † requiritur quoque ſententia declaratoria alicu-
ius facti,vel non facti,propter quod quis veniat priuan-
dus legato, vel hæreditate ex pœna à teſtatore appoſita
per not.in tot.tit.de his quæ pœn.nom.arg.not.per do-
cto.quòd declaratoria requiratur ſententia facti, ob
quod pœna venit imponenda etiam ipſo iure, per l.eius
qui delatorem,ibi Barto.ff.de iure fiſc.cum pluribus per
Tiraquel.in l.ſi vnquam.verſi.reuocatur.nu.400.& ſeq.
de reuoca.dona.Curt.ſen.conſil.60.nu.18.Felin.in cap.
cum non ab homine.col.4.& ſequ.de iudi.vbi & de li-
mitationibus Aym.conſil.239.nu.2.& ſequen.Menoch.
conſil.99.numero 171.vbi etiam per culpam vel negli-
gentiam fieret priuatio in feudis, loquitur Socin.Iun.
89 conſilio primo,numero 87.lib.quarto, item † practica
ſeruat ferre ſententiam declaratoriã in fideicommiſſo,
vel relicto aliquo conditionali, ſcilicet, eueniſſe caſum
fideicommiſſi,vel relicti petiti,& in iudicio deducti, vt
per Marzar.de fideicommiſſ.poſt quæſtio.67.aliqui ex-
primunt modum quo euenit caſus fideicommiſſi, ſcili-
cet per mortem talis ſine filijs, vel per contrauẽtionem
talis,prout caſus vel conditionis adimpletio contigerit,
ſed vt calumnijs auferatur occaſio, tutius putarem ſim-
pliciter ferre declaratoriam eueniſſe caſum fideicom-
90 miſſi in iudicio intentati, & deducti, nam ſi per † ſen-
tentiam exprimeretur aliquis caſus, & is non eſſet, ſen-
tentia eſſet nulla, Grat.conſilio 109.numero 22.& ſe-
quen.lib.ſecundo, Aret.conſi.75.colum.ſecunda, verſi.
quinta & vltima,per l.1.§.primo.ff.quę ſentent.ſi.appel-
lat.reſcind.l.ſecunda.C. quando pro.non eſt neceſſ.&
cap.primo, de re iudi.pulchram rationem differentiæ
inter errorem expreſſum in ſententia, & nõ expreſſum,
ſed tacitum apparentem ex actis, & ſic velatum, ad-
ducit Bald.in l.ex diuerſo.§.ſi in iudicio.ff. ſolut.ma-
trim. quia expreſſio erroris ineptam ſententiam red-
dit,& initium formæ inducit,ſed vbi eſt error, non for-
mæ,ſed ſolius materiæ initium eſt, & ibi per eum re-
fert &



fert & ſequitur Ioan.de Ana.conſi.6.viſo puncto,col.2.
61 verſi.non ob.etiam† Expreſſio autem caſus permiſſi ſe-
quitur in ſententia,vbi aliàs ſentẽtia eſſet in prohibitis,
vt per Matheſ.no.20. & per docto. ibi in apoſtil. & præ-
cipuè Felin.in d.ca.primo,col 3.ſub ver. amplia quinto,
92 de re iud.Rurſus eſt notabilis effectus † ſentẽtiæ decla-
ratorię alicuius iuris,vel facti etiã ſimpliciter latæ abſq;
condemnatione expreſſa, quia ex conſequẽtia illius iu-
ris,vel facti declarati fit condemnatio, & executio con-
tra illum declaratũ pro iure vel facto declarato, vt ſi iu-
dex declarat debitorem,vel commiſiſſe furtum,vel bo-
na eſſe hypothecata, ad hæc in conſequentiam venit
condemnatio,per congruas deciſ.Aymo conſil. 79.ſub
num.4. præter alleg.per eum, idem Corn. conſil. 302.
col.3.ver.his tamen.lib.3. probat & Vall.conſi.56. num.
93 10.lib.2.propterea hoc etiam † iudex animaduertit, vbi
ſententiam prolaturus eſt ſuper poſſeſſorio, & petitorio
ſimul cumulatis valide, quòd primo debet ſententiam
proferre ſuper poſſeſſorio,vt c.cũ dilectus de cap.poſ.&
propr.& ibi Conan.& latè Bero.cõſ.48.col.1.& ſeq.li.3.
Secundo † in verbis ſuis,& per ſe debet eſſe certa, &
94 clara ſententia dictata, & ſcripta verbis perſpicuis,
communibus, & vſitatis, & non ambiguis, improprijs,
vel æquiuocis,vt aliqui quandoque vel non bene reſo-
luti, vel timidi,vel neutri parti volentes diſplicere ver-
bis intricatis, aut æquiuocis ita proferunt ſententiam,
quòd poſt eam latam magis partes remanent diſcordes,
& confuſæ contendendo ad inuicem potius pro ſe la-
tam eſſe ſententiã † verba enim propria ſententiæ ſunt,
95 condemno,vel abſoluo,vel alia his æquipollẽtia, tamen
indubia, & clara,vt d.l.1.& ibi doct.de re iudic. & in §.
curare.inſtit.de act. cum. allega.per Vanti. de nulli. tit.
de null.ſenten.ex defec.proceſ.nu.101.Gui.Pap.conſil.
61.num.6.

† Aliqui poſt hæc verba, CHRISTI nomine repe-
96 tito, ſimpliciter incipiunt, Dicimus,ſententiamus, ali-
qui incipiunt per dictionem,quia dicimus,ſentẽtiamus,
& iſte videtur magis vſitatus modus ſententiandi, & iſte
magis mihi placet, ac bene congruit,Nam iudex enun-
tiata,recenſitaq; lite,& controuerſia per partes ſubſtã-
tiales viſas & conſideratas,& inſtatus eam expedire ſua
diffinitiua ſententia,reſolutus per cauſas, & rationes eũ
mouentes in eam partem vel condemnatoriam,vel ab-
ſolutoriam,qua laturus eſt ſententiam, & tales videntur
rationes pro parte aſſumpta,quod ad eam amplectendã
iudicem reſtringũt,vt ideo ipſe quodammodo ſuæ ſen-
ten. cauſam, & rationem finalem reddens incipiat per
dictionem, quia dicimus,&c. cum ipſa dictio † quia, ſit
97 reſtrictiua,quoniam importat finalem rationem,quæ &
ipſa cauſa finalis vocatur cauſa finiendi, prout exponẽ-
do tradit Bal.in l.1.colum.1.ver.in gl.4.ff.de fer.& in l.1.
colum.2.ſub nu.17.C.de fal.ca.adi.merito itaque inſeri
tur,aſcribiturq; initio ſententiæ diffinitiuæ, quæ & ipſa
in iudicio dicitur cauſa finalis qua deducitur in iudicio
cauſa ad hunc finem, vt per ſententiam terminetur &
finis liti imponatur per l. properandum. C. de iudic. &
d.l.1.ff.de re iudic.& l.2.C. eod.comprobat Maran. ſuo
ſpec.aduo.par.2.prin.num.32.& ſeq.& in vlt part.6.par.
princ.nu.122.dicit & Blanc.de compromiſ.q.4. ſub nu.
38.ſub ver.Bart.in l. ſi vnus.& Corn.conſi.14.col. 2.ſub
verſ.nec obſtat quod dicebatur,li.4.& hãc puto veriſſi-
mam rationem communis practicæ ponendi in princi-
98 pio ſententiæ verbum hoc,vel dictionem, quia † verbis
autem Latinis,Græcis, vulgaribus,Gallicanis,vel alte-
rius idiomatis proferri debet ſententia prout mos eſt,
vel conſtitutio in foro partium,& iudicis per text. gloſſ.
& docto.in l. iudices.C.de ſenten. in l. decreta. ff. de re
99 iudic.Pedemon.deciſio.144.numero primo, † in Gal-
lia ex conſtitutione regia omnes actus extraiudiciales,
& iudiciales dictari debent lingua vulgari Gallicana la-
tè diſcurrit, maximè in gloſſ. ſecunda, in propoſito no-
100 ſtro.Rebuf.tract.vt contr.teſta.ſentent. tom.3.† in ciui-
tate Piſauri patria mea extat ſtatutum in foro Collegij
mercatorum,quòd omnia acta,& ſententię debeant di-
ctari,& ſcribi vulgari ſermone,ita ſeruatur ibi, & ſæpius
agitantur cauſæ magni momenti & magnæ quantitatis
pecuniarum,quibus conſulendo quandoque interueni,
101 vt in meis conſi.impreſſis conſil.87.& conſil. 133. † hoc
quidem viſo à docto viro aliter me non cognoſcente, &
talem de me informationem exhibente,vt certior poſt-
modùm factus fui, quod de illa re tantum cogitans,
quantum effici Regem Alemaniæ delectus fui ad Ro-
tam Genuenſem poſt primos annos, quibus erecta
fuit. Námque in propoſito pro more locorum iudicij
verbis taliter proprijs intelligibilibus, & apertis con-
cipi debet ſententia, quòd intentio iudicis ſit plena,
& omni modo aperta ad omnia, quæ ex petitis excep-
tis, & proſecutis in cauſa ſunt determinanda, & quæ
iudici diffinire incumbunt, & ne quid omittatur de
controuerſis, & propoſitis expeditioni, quòd verba
ipſa non contineant apertè, vt per Vanti. de nullit.
titul. de nullit. ſenten. ex defec. proceſſ. numero 72.
Alexand. in l. de vno. §. primo, in princip. de re iudi.
102 Cum ſciat poſtmodùm † verba ſentẽtiæ propriè & ſtri-
ctè intelligenda fore, & ſententiam amplius non im-
portare,& continere, niſi quatenùs ſecundùm naturam
verborum importare poteſt,per leg. primam. C. ſi plur.
vna ſentent.ibi not.Caſtrenſ. numer. 3. & l. ſpadonem.
§. qui abſolutus. ff. de excuſ. tuto. & l. ſuperatus. ff. de
pignor.l, penult. de his qui ſunt ſu. vel alien. iur. tradit
Bart.in l. Iulianus.numer.5. de condic. indeb. cum alijs
collect.ad hoc per Socin.Iun.conſi.181.nume.67.lib.2.
per Rimin.Iun.conſil.122.nu. 11. cum ſeq. vbi idem de
verbis laudi excerptis à Vall.conſi.79.nu.10.& quomo-
do pulchrè Dec.in l.1.in prin.ſub nu.50.ff.de off.eius.
Verum eſt, quod vbi accipiendo verba † propriè,
103 ſententia redderetur inualida, debent ipſa verba ſen-
tentiæ accipi impropriè, vt ſententia valeat per gloſſ.
communiter approbatam in l.& puto. in princ. in verſ.
& communicari.ff.fam. erciſcun.teſte Alexand.in l.pri-
ma. §. ſi quis ita. numer. 27. de verb. obliga. plenius in
conſi.96. colum penult. nume. 10.lib.4.vbi not.decla-
rat quando verba ſententiæ alternatiua poſſunt ſaluari,
quòd non reddunt ſententiam incertam, & inualidam
eo.ſ. caſu, quo alternatiua, vel diſiunctiua ponitur in-
ter genus, & ſpeciem, quòd tunc alternatiua vel expo-
nitur pro. i. ſic intelligendo dictum Baldi in l. prima,
colum.final. numer. 21. C. ſi plur. vna ſentent. volentis
ſententiam incertam eſſe, iudicis pronuntiantis rem ad
aliquem pertinere iure dominij, vel quaſi, quòd domi-
nium accipiatur largè tanquam genus aptum ſub ſe
comprehendere dominium ſtrictè ſumptum, vt quaſi
vel vtile dominium, & ſic vel quaſi in ſententia ſic pro-
lata exponatur vel, id eſt, vtile dominium,& quaſi, quod
ſufficiat pro Publiciana, vt concordando Baldum eun-
dem allegat in capit.cum cauſam. colum. fin. de prob.
& plenius diſcurrit Alexand. dict.conſi.96. vbi numer.
12.dicit,quòd melius feciſſet iudex ferre ſentẽtiam cer-
tam ſine alternatiua, & ſic auferre materiam ſaluan-
di, & defendendi ſententias incertas quòd valeant,
quia ſententia debet eſſe certa, & non alternatiua, di-
cit Bald. in l. prima, ſub numero 4.C.de fur.eſt gloſſ.in
ver.noxam. in princip. inſtit. de offic. iudi. vbi in text.
quando valeat ſententia cum alternatiua. & ibi Ang.
Aret.ad fin.ad idem text. Bartol. & Doct, in l. miles.§.
104 primo, de re iudi. & † quando ex diſpoſitione teſtato-
ris vnum eſt in obligatione legati, aliud in ſolutione,
quomodo ferenda ſententia, & de practica per gloſ.&
docto.in l. ſi quando.§.primo, de leg.primo, & de ſen-
tentia ferenda & executione facienda in alternatiuis

plenè tradit Alber. in l.eum qui certarum. §. primo de
105 verborum oblig.aduerte tamen valere† ſententiam al-
ternatiuam,vbi reo à iure datur electio.Ripa in ca.inter
cæteras.num.31.de reſcript.Bart.in l.2.ſub nu.ſecundo.
C.de ſenten.quæ ſin.cer.quant.& ibi alij ſequuntur.De-
nique accommodanda ſunt verba ſententiæ, vt ad ſol-
uendum,reſtituendum,dimittendum,relaxandum,præ-
ſtandum,dandum & ad ſimilia conformia petitioni, &
naturæ remedij intentati, vt per Ang. Aret. in §. & ſi in
rem,col.prima,num.6.inſt.de offic.iudic. & Iaſ. in d. §.
curare.col.2.Avm.conſi.188.col.1. meo conſil. 199. nu.
106 5.cum vulg.quòd † ſententia ſit conformis petitioni,im
propriando ſi opus erit, verba ſententiæ, vt ſuſtineatur
ſententia,eiuſq; verba interpretando ſecundum diſpo-
ſitionem legis,per plura.probat Curt.Iun.conſil.343.nu.
12.& ſeq.Nec non & ſecundùm mentem iudicis ſenté-
tia,verbaq; eius interpretatur Caſtr.in l.ſi ex teſtaméto.
in fi.ff.de except.rei iud.mentẽ iudicis demũ eius verba
probant Bald.in l.ſi is ad quem.in fin.ff.de acq.hæred.&
107 in l.falſam.C.ſi ex falſ.inſtr. & vbi † verba ſentẽtiæ ſunt
apta comprehendere plura vel pauciora, vel habere di-
uerſos effectus,nunquam ad illum trahuntur per quẽ iu-
dex videretur facere iniuſtitiã,dicit Feli.in c,ſignificaue
108 runt.col.7.ver.demũ circa.de except.in dub. & † ſentẽ-
tia debet præſumi iuſta per not.in l.Herennius.§.1.ff.de
euict.& in ca.in præſentia.de renũcia.ponit Corn.conſ.
217.col.pen,ad fi.lib.2.

109 Tertiò † in rebus certa proferri debet ſentẽtia, ma-
ximè cum res in litigio particulari deductæ conſiſtant in
ſpecie vel in quantitate,ſententiæ certitudo poteſt eſſe
in ſe,& in verbis ſuis,vel relatiuè, in ſe circa ſpeciem di
citur certa,quando exprimit ipſam ſpeciem , puta fun-
dum,vel domum demonſtrando locum & fines,leg.ſi in
rem.in fin.ff.de rei vendi.l.forma.de cenſi.Bart.in l.de-
monſtratio.in prin.ſub num.14.de conditio. & demon-
ſtrat.& exprimendo ſimpliciter fundum vel domum in-
telligitur de toto fundo,& tota domo,Bartol. & Cuma,
110 probant in l.legatis.de leg.ſecundo, hoc † communiter
ſequuntur docto,per Alexan.& ali.in l.de pupillo §. qui
nuntiat.num.3.de nou.oper.nunciat.& Alexan.in l.à di-
uo Pio.§.ſi pignora.num. 22. de re iud. per gloſſ. in ver.
111 totam,in dict.l.ſi in rem.† in quantitate ſententia in ſe
certa eſt,quando certam continet quãtitatem, puta cẽ-
tum & mille,l.certũ.& ibi docto.ff.ſi cert,petat.l.in ſum
112 ma.in princ.de re iudic.† Relatiuè autem certa ſenten-
tia profertur,vbi de eo certificando quod cõtinet,ſe re-
fert ad teſtamentum, codicillum,aut ad inſtrumentum,
vel acta , vt l. ait prætor. §. ſi iudex.eo.de re iudic.& ibi
pleniſſimè Bart.& alij,& in l. 3.C.de ſenten. quæ ſi cert.
quant,materiam iſtam examinant , quomodo ſententia
redditur certa per relationem expreſſam , vel tacitam
ad acta probatoria,vel aſſertoria, & Alexand. conſil.81.
colum.3.num.7.lib.3.& conſi.53. colum.fin.nu.18.conſi.
109.colum.1.lib.5.conſil.12.num.3.lib.ſeptimo,& Iaſ.in
d.§.curare.num.36.& recipit interpretationem ex actis,
Nat.conſi.536.num.26.Crot.conſi.324.nu.15.

113 Atque ſuper † tota re vel ſpeciei, vel quantitatis pe-
tita,& deducta in iudicio ſententia debet proferri vel
condemnatoria in totum, vel abſolutoria in totum,vel
pro parte abſolutoria , & pro parte condemnatoria,
non autem pro parte condemnatoria & omittere nihil
dicendo de alia parte,ita enim ſeruari debet,vt ſenten-
tia validè prolata ſit per text.in l.in hoc iudicio.ff.famil.
erciſc.& ibi glo.& docto.& Barto.colum.1.Bal.Salyc.&
alij in l.1.C.ſi aduer.rem iud.Feder.de Sen.conſil. 269.
circa primum.Caſtr.conſil.376. licèt iudex. colum. ſe-
cunda,in princip.lib.1.Iaſ.in dict.§.curare.nu.79.Caſtr.
in l.ſi ex teſtamento. ff. de except.rei iud. eſt commun.
opin.per Rip.in l.ait prætor.§.ſi iudex.colum. fin. num.
18.de re iud.ponit & Rebuf. tract.de expen.dan.& inte.
art.8.& glo.1.nu.4.& ſeq.tom.3. vbi breuitatis gratia de
rationibus,& limitationibus ad cõcluſionem hãc addu-
ctis videndum eſt,de not.limitatione, maximè per Caſt.
in l.ſi plures in princ.colum.2.nu.2.ff.de fideiuſ.& de li-
mitationibus per Felin.in ca.cum inter.colum.4.& ſeq.
de re iudic.

114 In † iudicio autem vel litigio vniuerſali,vt eſt peti-
tio hæreditatis , vel fideicommiſſi vniuerſalis , Bartol.
in dict. l. ait prætor. §. ſi iudex , ſub numer.1.de re iudi.
& petitio Caſtri cum pertinentijs , vel iuriſdictionis,
vel prælaturæ Bald. in l. cum propria. ſub num. 5. C. ſi
quis alte. vel ſi. & petitio peculij eſt vniuerſalis , Bald.
in l.edita.num.35.C.de eden.ibi.Salyc.num.3. Alexand.
num. 3. Rip. numer. 35. dantes generalem doctrinam
115 cognoſcendi vniuerſalia iudicia , aut † in iudicio ge-
nerali , vt eſt petitionis adminiſtrationis tutelæ , vel
alterius generalis adminiſtrationis geſtæ , aut in iudi-
cio ſuper actione ad factum , vt quando teſtator man-
dat res comparari,vel aliud fieri, vt l. fideicommiſſa. §.
fin.de legat.tertio, per Bartol.in l. Titia Seio. in princi.
de legat.ſecundo,aut in caſibus incertorũ libellorũ ad-
mittẽdorum, quos proſequitur Iaſ.in dict. §. curare.nu.
9.cum plur.ſeq.tunc quidem in certa quodãmodo circa
res,& quantitates poteſt ferri ſentẽtia, vt eſt magiſtralis
glo.& ibi Bar.Bal.& alij tradunt in l.ſecunda.C. de ſen-
tent.quæ ſi.cert.quant.in d.§.ſi iudex.in fin.& in l.prima
in prin.ff.de eden.circa res,vel quantitates poſtmodùm
redditur certa,& liquidatur ſentẽtia in executione , per
gloſſ.mag.Bart.& ali.in d.l.1. & in dict.l. 2. in propoſito
116 exemplo dico tantum importare† res,quantum impor-
tat verbum bona,per text. ſemper ad hoc ſolitum alle-
gare in l.licet.C,de pact.ſecundùm Caſtrenſ.ibi num. 3.
& bene Curt.Iun.conſi.30.col. pen.nume. 14.de multi-
plici ſignificatione verbi,res,vide, exactiſſimam curam
colligendi adhibuit Rebuf.in leg.4.pag. 50. & ſeq.ff.de
verb.ſign.

117 Vnde in † petitione hæreditatis , vel fideicommiſ-
ſaria vniuerſali ſententia lata contra reum poſſiden-
tem certa bona hæreditaria , certa & condemnatoria,
pro aliquibus bonis deſignatis in petitione , & ſenten-
tia,& pro alijs bonis pariter poſſeſſis per reum non ex-
preſſis in petitione,ſententia ipſa incerta declaratoria
actoris hæredis,vel fideicõmiſſarij poteſt, & pro his bo-
nis non expreſſis in executione liquidari , & officio iu-
dicis obtineri reſtitutio,natura,& virtute vniuerſalis iu-
dicij intentati,& declarati, includentis , & continentis
omnia bona hereditaria arg.l.4.ff.de peti.hæredi.per d.
glo.magn.in dict.l.1.ff.de eden. ibi per doct. communi-
ter approbatam,Bar.col.1.verſi.contra hoc opp.Bal.nu.
24.in fin.in prima lect.Alex.nu.5.Dec.nu.25. Cur.num.
63.& ſeq.Hier.Cagn.nu.57.in l. edita.C.eo. vbi Cagno.
reprobat & reſpondit Abb.in ca.ſecundo,de libel.obla.
vt ibi per eum ad hoc,& Caſtr.in l. ſi ante. ff. de except.
rei iud.quod procedit in bonis non petitis,& de quibus
reus conuentus non fuit abſolutus, aliàs ſi de his fuiſſet
abſolutus,obſtaret actori exceptio rei iudicatæ,l.ſi quis
cum totum. §. fin. & l. ſi ex teſtamento. l. ſi cum teſta-
mento. §.primo.ff. eod.ibi gloſſ.& doct. eod. abſolutus
enim etiam quia non probatũ, adiuuatur tamen excep-
tione rei iudicatæ in re petita,& non in alia,per gloſſ.&
Caſtren.num.3.in l.ſi mater.§.denique. ff. eod veruntã-
men reo abſoluto in iudicio poſſeſſorio poſſet actor age
re petitorio , & pro ſe obtinere ſenten. à iudice reiecta
exceptione rei iudicatæ in poſſeſſorio , quia diuerſa res
reputatur poſſeſſio deducta in poſſeſſorio , præſertim
adipiſcendæ,& proprietas deducta in petitorio per tex.
in l.& an eadem.§.fi.ff.eo.& ibi Alber.Cum. & Caſtr.&
in l.naturaliter. §. nihil commune. & ibi Bart. & alij de
acq.poſſ.

118 Quæritur item qui ſunt † caſus, quibus certa ſenten-
tia ſcri



tia ſcribenda ſit, non in rem relictam & petitam , ſed in
eius æſtimationẽ : ſic quãdoque etiam petẽdam:quoniã
hæc quæſtio videtur in ſe aliquid confuſionis habere,
ideò pro eius clariori explicatione aliqui tales caſus in-
ſpiciendi,& commemorandi ſunt, vt facilius noſcat in-
terpres noſter qui nunc eſt iudex,eos applicare caſui ſi-
bi occurrenti,& deducto.

Primus námq; ſuccurrit caſus,quando †relicta ſit res
119 alicui prohibito abſque ſui delicto eandem rem acqui-
rere,quæ tamen res alij acquirere prohibita non eſt, &
ſic eſt in commercio communi , & non eius, cui relicta
eſt:exemplum ponitur in forenſe legatario vniuerſaliũ
bonorum prohibito per ſtatutum ea acquirere,tũc le-
gatario ipſi debetur rei legatæ æſtimatio per l. filiusfa-
miliàs.§.ſi quid alicui.de lega.primo, tradunt ibi Barto.
Bal.Angel.Caſtr.Imo.& alij in l. multum. de verborum
obligat.& in l.cumſeruus.vel l.apud Iulian.§.conſtat. &
120 ibi Alexan.ſub nu.14. dicit ita veritatem,† & commun.
opinio.eſſe,& ibi Iaſo.colum.6.verſi. adde etiam circa.
121 Idem atteſtatur,& comprobat idem fatetur,† ſed limi-
tat Alciat.conſi.31.magnifici equitis,nu.44.lib.9.hanc
opinio.non habere locum, & quando ſtatutum reſiſte-
ret in perſonam ipſi alienanti, & quando efficeret rem
inalienabilem, & quando prohiberet alienationem fa-
uore publicæ vtilitatis , & quando ex coniecturis poſſet
apparere teſtatorem voluiſſe legatarium habere ipſam
rem legatam,& non extimationem, vt ibi per eum , vel
quando ſtatutum reſiſtit etiam quoad acquiſitionẽ pre-
tij,ſentit Alexand.dict.§.conſtat.ſub num.14.Aliud po-
122 nunt exemplum † in legato fundi,vel domus facto fra-
tribus minorib.& mendicãtibus , qui non poſſunt bona
immobilia poſſidere , quod de eis æſtimatio rei legatæ
debeatur,Bart.in l. fideicõmiſſa.§.ſi ſeruo. in fin. de le-
gat.3. & in dict.§.conſtat.num.4.ibi Caſtr.num.4.Imo.
in fin. Alexan. num.10.Aret.colum.3.aliquantulum diſ-
cutit,& Iaſ.colum ſeptima,verſ.ſucceſſiuè, idem conſu-
123 lendo † relictum certarum poſſeſſionum factum Con-
uentui fratrum Heremitarum ſancti Auguſtini mendi-
cantium deberi in extimationem,concludit Bal. conſil.
481. quidam in ſuo teſtamento, lib. 3. Exemplum aliud
124 adducunt † in legato veſtium vel ornamentorũ per ſta-
tuta prohibitorum portari facto per teſtatorem ſcienter
illi prohibito ea portare , quòd debeatur extimatio per
dictam l. fideicommiſſa.§. ſi ſeruo. de legat. tertio , fir-
mant Roman.in d. l. multum. in fin.de verborum obli-
gat.Cremenſ.ſing.64. Alexand. in d. §. conſtat num.13.
& ibi Iaſ.colum.7.verſ.adde etiam,atteſtando hanc ve-
125 ram,† & commun.opinio.Aliud exemplum ſubiũge de
126 † re feudali relicta fœminæ prohibitæ eam habere ſtan-
tibus maſculis,ei tamen deberi extimationem,duas ſen
tentias conformes iam ſuperinde latas ex conſilijs duo-
rum excellentiſſimorum doctorum Patauinorum fir-
mando conſuluit, & defendit Curt.Iun.conſil.30. num.
ſecundo,per totum per dict.§.cõſtat,& alia ibi per eum
127 alle.idem in † re emphyteutica legata deuoluta non ip-
ſo iure,ſed ſi dominus voluerit,Ang.Aret.tract.de teſta.
glo.86.nu.6.quòd debeatur extimatio.Aliud non omit-
128 to not.exemplum,quòd † ſi grauatus fideicommiſſo di-
mittere fundum in familia ſcienter illum extraneo le-
gauerit,huic quidem legatario extraneo debetur fundi
extimatio,per glo.in ver.oneratum,in l.vnum.§.quòd ſi
talia,de legat.2.& ibi expreſſè Bald. tradit , & Bartol. &
Caſt.& Imo.in §.ſed ſi fundum,adde tex.in l.quidam. §.
ſi quis filium.ff.ad Trebellia.& Iaſ.in l,vxor.verſ, limita
niſi.C.de leg.ita in propoſito caſu cum alleg.iura,& de-
ciſiones exprimant extimationem deberi, in obligatio-
ne quidẽ & petitione debet eſſe ipſa extimatio,Barto.in
d.§.conſtat in fin.& ibi Iaſo.col.6.verſic.decimò not.&
Alber. in leg. ſed & ſi res , de leg. primò , ſic & ſenten-
tia debet proferri condemnatoria in extimationem,
vt ſi conformis petitioni.

129 Secundus caſus eſt, quando † legatum continet bo-
na, quæ non paſſim ſunt in commercio,niſi demùm ali-
qua ſolennitas interueniat, vel auctoritatis publicæ fa-
cilis,vel priuatæ,quæ faciat alienationem talium bono-
rum valere,ſaltem in præiudicium alienãtis, & non do-
mini bonorum,tunc huiuſmodi bonorum legatorũ ex-
timatio danda eſt legatario,vt de re minoris ab alio le-
gatæ,Barto.in d.l. cum ſeruus,vel l.apud Iul.conſtat, ad
130 fi.de leg.1.ibi Alex.num.11.atteſtando † de magis com-
mun.opin.& Imo.exemplificando in re minoris,& in re
dotali legata ab extraneo,& non à marito,ibid. Iaſ. col.
fin. ver.confirmatur:quia idẽ in re tali per Alex.d. num.
11.reprobata communiter gloſ.in l.dotalem.ff.de teſta.
mil.ibi per Bald.Alber.ſequentes Oldr.& Iac.de Are.&
Ang.& Cuma.& ſic communiter teneri firmat Alexan.
dict.numer.11. vt & exemplificando de re aliena legata,
quam dominus non vult vendere, vel vendere vult im-
menſo pretio,vt l.ſi domus.§.qui confitetur, de leg. 1. l.
mortuo.§.Labeo.in fin.de legat.2.diſtinguendo , vt per
text. gloſſ. & docto. in l.cum alienam.C.de leg.& in l.ſi
quis inquilinos, in princ. de leg.primo , idem vbi pater
legat filiæ nuptæ rem dotalem,quòd ei debetur extima-
tio,vti de re aliena legata per gloſſ.Bartol. Bal. & ali. in
l.cum pater filiæ,de leg.ſecundo,ſic & iſto caſu ad rem
131 noſtram licèt ex natura verborum legati † res ſit in le-
gato & obligatione , tamen eſſe in electione legatarij
petere rem,vel extimationem tradit Bart.in l.planè.1.§.
quod ſi rem.de leg.1.& in d. §. conſtat. in fin, ſic tenere
Salyc.Flor.Cuman.& Aret.refert ibi Iaſ.retinendo hãc
132 concluſionẽ Bart.& commu.† limitat eam in legato al-
ternatiuo rerum,& in eo,quod tenet Bar.in l.Titia Seio
133 in prin. de leg.2,vbi nu.5.dicit † extimationẽ ſuccedere
in obligatione in duobus caſibus , vno quando teſtator
mandat rem comparari legatario poſt mortem hæredis.
l. patronus.in princ.de leg.3.altero quando hoc factum
comparari deſijt poſſe impleri,quia res effecta eſt lega-
tarij d.l.Titia Seio.in prin.puto tamen iudicem debere
ſuam ſententiam condemnatoriam dirigere in extima-
tionem,ex text.in d.§.qui confertur. in fin.ibi , *Æquiſſi-
mum eſt enim concedi ei ex hac cauſa æſtimationem officio iu-
dicis præſtare*, & ita etiam aliud venit in condemnatione,
quàm petitum eſt, dicit gloſſ. fin. vltra med. in l. huiuſ-
modi.§.qui ſeruum.de leg.1,imò tutiùs eſſe fieri condẽ-
nationem in æſtimatione , quæ non eſt in obligatione,
cùm pecunia ſit rerum æſtimatio,& inuenta vt ſubueni-
ret difficultatibus hominum dicit alia not. glo. in l. fin.
ff.quæ ſent.ſi.appell.reſcind.quam ibi Doct. approbant,
pro qua ibi Bar.in eo quod dicit, tutius, allegat text.ex-
preſſum in l.3.ff.de confeſſ.loquentem etiam in ſpecie
134 noſtra † rei legatæ non exiſtentis in rerum natura, vt in
æſtimatione condemnet iudex,per eandem l. 3. quæ in-
cipit Iuli.hoc fieri,& eſſe ratione neceſſitatis,non obli-
gationis,inquit Bald.in l.non ampliùs §.cùm bonorum.
ſub ver.tertiò opponitur,vbi not. doctr. facit circa hoc
quòd aliud pro alio , quando inuito creditore ſolui
poſſit , infert ideò libellantes dicere , peto rem ta-
lem ſi extat , ſi non extat , peto eius æſtimationem , ad
idem Bald.in l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. ad fin. de leg.
135 3.in propoſito noſtro etiam circa dict. doctr. dicit † iu-
dicem poſſe in alio quàm petitum ſit condẽnare, quan-
do illud petitum ius , vel conſuetudo præſtari non per-
mittit,ſequendo Dyn.idem ibi Alber.num.18.compro-
bat Cur.Iun.d. conſil. 30.numer,14. 15. vſque ad fi. de-
fendendo per aliqua prædicta , & per ſolitas clauſu-
las libellares ſententiam hanc in æſtimatione talem
valere , qualis eſſe poteſt ac cenſetur conformis peti-
tioni.

136 Tertius eſt caſus , quando † legatum taliter eſt con-
ſtitutum,quod in ſe habet difficultatem præſtationis in-

ductam, vel ex ſui generalitate, vel ex inconuenientia
quadam, vel ex facto alterius coadiuuare debentis
ipſam præſtationem,& contradicentis, vel impedientis
eam quomodo veniat tunc rei legatæ præſtanda æſti-
matio, his demonſtratur exemplis & iuris deciſionib.
173 † ex ſui generalitate, ac ſimul inconuenientia quadam,
vt ſi legetur dimidia, tertia, vel quarta pars bonorum,
poteſt hæres huiuſmodi partis bonorum præſtare in
æſtimatione retentis bonis pro ſe per text.in l. non am-
pliùs.§.cum bonorum. de legat. 1.vbi electio datur hæ-
redi præſtandi æſtimationem partis legatæ bonorum,
quæ etiam poſſent diuidi, & ſic pars legata poſſet prę-
ſtari in ipſis bonis,ſed vbi commodè non poſſent diuidi
bona,omninò hęres debet pręſtare æſtimationem par-
tis legatæ,& ibi gl. in verſi. ęſtimationem. de ęſtimatio-
ne pręſtanda allegat iura concord. & maximè in leg.
138 generali.§.pen.de vſufruct. leg.† Idem in legato partis
fructum certi fundi,poſſe dari æſtimationem inuito le-
gatario ponit Roman. in fin. 429. lego Titio. quando
legatum eſt in genere in ſpecie non repoſito ſequuntur
Alber.in fi.d.§.cum bonorum. & Bal. ſoluendo oppoſi-
tionem,quòd aliud pro alio non ſoluitur inuito legata-
rio.& ibi Iaſ.enumerando quinque ſolutiones & reſpō-
ſiones per doct. diuerſimodè ad hanc oppoſ. datas, &
diſcutiendo nullam earū videtur firmare,ego verò præ-
ter alios iſtam puto ſolutionem veram, quod ibi gloſ. &
omnes concedunt,legatum hoc partis bonorum ſpecie
aliqua non expreſſa dici in genere factū, quod ideò de-
ſignat aliquam obſcuritatem in præſtando,quæ quidem
interpretatione indiget,per ea quę latè ſcripſi ſuprà li.1.
interpr.1.dubit. 2. ſolut.4. & 5. & dubi. 3. ſolut. 4. ple-
nè demonſtraui talem interpretationem, declaratio-
nem, vel electionem ad hæredem ſpęctare, per tot. &
maximè in ſpecie noſtra in verſicul.nono quando lega-
ta. vbi de his videndum eſt, quatenùs hanc concluſio-
nem firmando Pariſ.conſil.72. colum. fin. libr. 2. infe-
139 rat † idem eſſe, ſi legata ſit pars hæreditatis, malè, &
inaduertenter facit talem illationem, quia hæreditatis,
vel rerum hæreditariarum partis legatum eſt vniuerſale
continens in ſe partem crediti, & debiti hæreditarij.
§.nihil intereſt.& §. ſi quis vna.inſt. de fideicomm. hæ-
redit.legatum verò partis bonorum eſt generale, intel-
ligitur proinde ære alieno deducto, ideò pro relicto vni
uerſali poteſt cogi hæres,ad adeundam hæreditatem, &
ad reſtituendum ſingulares res diuidendas fam.erciſ.iu-
dicio adempta facultate hæredi ſoluendi æſtimationem
ex gloſſ.in verſ.æſtimationem.in d.§.cum bonorum. ibi
tenent Bartol.verſi.opp inſtit.Alber.verſi.ſecùs ſi lega-
retur. Bald.verſi.ſed contra.Caſtr.num.6. Alexand. nu.
7.ſecus eſt in legatò partis bonorum diuiſibilium, datur
enim pro quadam interpretatione legati generalis ele-
ctio hæredi ſoluendi,vel æſtimationem, vel partem bo-
norum ob difficultatem præſtationis præmiſſam, pro-
batam per Bartol. in d. §. cum bonorum, quæ probatur
in text.ibi.*Sed oportet hæredi ſuccurri, vt ipſe eligat*,in text.
in l. poteſt autem. ſequ. ibi. *Neceſſe haberet legatarius in
omnibus rebus vendicare portionem*, vel ſit cauſa euitandæ
communionis,vt volunt Caſtr.Imol.Alex.& Aret.relati
per Iaſ.in d.§.cum bonorum.colum.2.verſi.quarto mo-
do.aut etiam ſit ex faciliori quadam identitate rei, &
æſtimationis per l.1. & ibi Bartol.in prin.ff.de act.empt.
& l. propemodum. de verb.ſig.relat.per Iaſ.in d.§. cum
bonorum,col.2.in fi.verſi.quinto modo,& per tex.& ibi
Caſtr.in l. ſi ita fideiuſſorem.ff.de fideiuſ.hæc enim cor-
roborant ſolutionem per me adductam,quod ex legato
huiuſmodi partis bonorum generali electio detur hæ-
redi præſtandi rerum vel portionem, vel æſtimatio-
nem.

Aduertenda eſt exinde not. & frequens limitatio,
140 quod ſi † deſcendentibus teſtatoris bonorum aliqua
pars relicta ſit, hæres electionem non habet eis præ-
ſtandi æſtimationem, ſed quatenùs capiat legitima de-
bita iure naturæ debet eis ſolui ex bonis teſtatoris, per
leg. ſcimus.§. repletionem. C. de inoffi.teſtam. tradunt
Bald. in d.§. cum bonorum. ad fin. Cuma. ad fi. Caſtr.
colum.fi.nu.7.Ang.& Alex.nu.5.& Iaſ.col.1.ad fin.verſi.
limita iſtum text.Grat.conſi.79.ad fin.li.11.plenè Ema-
nuel Coſta in c. ſi pater.par.1.in verſicul.in re certa.nu.
141 15. de teſtam. in 6. quod fortius procedit ſi † pater reli-
quiſſet filio ſuo partem in pecunia: poſſet tamen filius
dicere ſe velle ſuam legitimam in bonis paternis, &
non in pecunia in re aliqua arbitrio iudicis ſecundum
Bart.in l. ſuus quoque. in princip.in fin.ff.de hæredi. in-
ſtit.ſequuntur Alexan.& Iaſ.in loco nunc alleg. & Ale-
142 xandri.conſil.156.num. 11. vbi quòd † iudex non debet
arbitrari legitimam eſſe dandam in pecunia, & minùs
in fructibus. Bero.conſil.93. nu.79.lib. 11. ſic eſſe com-
143 mun.opin.per Guid. Pap. in q.487.vbi tamen † ſi fue-
rit relicta filiæ nuptæ, & dotatæ certa quantitas pecu-
niarum, & ea voluerit ſupplementum legitimæ, poſſe
eam ſibi ſuppleri in pecunia ex quodam acceſſorio par-
ticularis legati, ibi ex l. cum principalis.de reg.iur.& l.ſi
non mortis.in princ.ff.de inoffi.teſtam. & ex obſeruan-
tia in ſua curia probat,ita videtur ſentire Bald.conſ.22
144 punctus quæſtionis.lib.4. † in vna autem, vel pluribus
rebus paternis arbitrio iudicis legitimam aſſignandam
eſſe ex communi opin. ponit Gabr. Roman. de com-
mun.opin.tit.legitima cōcluſ. 3. lib.6. & quando in pe-
cunia reperta in hæreditate latè diſcutit Menoch. de ar
bitr.iudic. lib.2.caſ.163.vbi de hac materia pet tot. de-
betur in pecunia, ſi filius velit,Crot.conſi. 321.nu.27. &
quando pater reliquit pecunia Alciat. conſil. 201. quæ
mihi in facto nu.16. libr. 9. & ſit pecunia in hæreditate,
tamen arbitrio boni viri fit aſſignatio legitimæ vel in
corporibus hæreditarijs. Eman. Coſta in loco alleg.
nume. 18.inſpiciendo quòd pecunia eſt rebus, quæ ſer-
uando ſeruari non poſſunt. leg. Iulianus. ff. de petitio.
hæredit.

145 Limitatio iſta non † haberet locum in tali relicto
partis bonorum facto aſcendenti, cui non debetur le-
gitima ita nuncupatim ex bonis,& ſubſtantia bonorum
deſcendentium,ita ergo poteſt ſolui ei inuito, & in pe-
cunia ex Bald.Franch.& Rip.tenet Vall. conſi.39.num.
14.lib.3.

Item reaſſume ex inconuenientia quadam difficilis
146 eſt præſtatio legati, † vt ſi res legata ſeparata ab alia re
non ſit in commercio,tūc rei legatæ debetur æſtimatio
per l.ſi quis inquilinos in princip.& ibi Bar.de leg.1.at è
co uerſo rei coniunctę cum alia vbi non ſit commer-
cium,ſeparata verò ſic, legatum debetur in ęſtimatione
in caſu l. cętera.§.ſi duobus.eo.& ibi Bald.not. propter
impoſſibilem ſeparationem,arguit Bar.in l.ſeruum filij.
147 §.ſi areę.eo.Alber.in l.nutu.§.fi.de leg.3.† ſeparatio ta-
men rei legatę incōueniens & iniqua ab hærede graua-
to non facit eum volentem ſoluere ęſtimationē rei le-
gatę liberari à pręſtatione legati, quia ad hāc pręſtatio-
nem pręciſè tenetur.l.ſi domus. §. cum alicui poculum.
148 eo. de legat.1.ſicut & † legatum quantitatis pecunię de-
bet in pecunia ſolui legatario, & non in corporibus hę-
reditarijs,licèt in hęreditate nō reperiatur pecunia, vel
hęres ſit cum beneficio inuentarij, vbi hęreditas ſit ſol-
uendo.per tex.ibi Bald.in l.ſi pecunia.in princ.de leg.2.
quando hęres conficit inuentarium, hoc non ita ibi te-
nent Bar.Alber.Caſt.& Imol.

149 Item † ex facto alterius contradicentis, vel impe-
dientis pręſtationem legati dicitur inducta difficul-
tas pręſtationis, vt ſi res aliena ſit legata, vel vt redi-
matur, & dominus nolit eam vendere, niſi immen-
ſo pretio, iuſta ęſtimatio pręſtanda eſt legatario. l. ſi
domus. §. qui confitetur. de leg. 1. l. non dubium. §. fi.
l.qui



150 l.qui concubinam.§.fin. de legat.3.& vt † ſi duobus ſe-
paratim eadem res legata ſit, & ea vni priùs fuerit ſolu-
ta,alteri quidem ſoluenda eſt æſtimatio. l. ſi res mihi.de
leg.3.& l. duos.de vſufr leg.præſtatur quidem res primo
conteſtanti litem Bart.in l. ſi pluribus. de leg.1. & ibi in
fin.de practica petēdi, & vt ſi res legata fuerit adempta
hæredi conſequēti,ex ea pretium forſan ſolutum teſta-
tori,hoc caſu pretium hoc ſuccedit loco rei, quòd ideò
debet præſtari legatario per l. qui ſolidum.§.1.de leg. 2.
& ibi Doct. ex quo text.ibi coniectura voluntatis, nota
151 eſſe de voluntate teſtatoris,quòd † legatarius qui aliquo
caſu non poſſit habere rem legatam, habeat ſaltē æſti-
mationem,idem probat text. in l. quid ergo. §. quòd ſi
hæres.de leg.1.ibi. *Teſtator enim qui legauit,vel aliò voluit
inferri, vel pretium loci legatario offerri*, quo caſu tamen
non veré, ſed fictè dicitur conſequi legatum. Bartol.
in l. Mæuius.§.duobus ſub num.3. in 4.opp.de leg.2.Et
amplia hoc de difficili præſtatione rei ſuccedere, &
admitti ſolutionem æſtimationis habere locum, & in
contractu,vel diſtractu,vt probat Corn.conſi.233.col.2.
lib.1.

152 Vnde in propoſito caſu † legatum in genere eſt in
obligatione,& petitione,& ſic in condemnatione,æſti-
matio verò eſt in ſolutione, vt per Bart. & al. in d.l.non
amplius.§.cum bonorum ad finem, & per l. generali. §.
fi.de vſufr.leg.Alber.in l.Titiæ.in fin.de auro, & argen.
153 leg.dicit quòd † iudex poterit in vno condemnare,& in
executione cōdemnatus poterit ſoluere quod voluerit,
ſcilicet rem, vel æſtimationem, vbi enim ſit difficultas
præſtationis rei poſſe peti pretium probat Bal. in l. Lu-
cius.verſi.quærit hic gloſſ.de leg.2. poſt Bart. ibi. nu.ſe-
cundo,& diſtingue vt per Bart.in l. Titia Seio.in princ.
de leg.2.& in l. patronus in princip.de leg. 3.& ibi clarè
154 Alber. & plenius in l. ſed ſi res, de legat. primo, † vbi
quando legantur affixa ædibus ſecundùm terminos d.l.
cætera.§.ſi duobus, vel quæ ſeparata non ſunt in com-
mercio,vel econtra, vt dictum eſt, æſtimatio eſt in le-
155 gato: † idem quando legatarius non eſt capax rei, ſed
æſtimationis,quæ ideò eſt in obligatione, & petitione,
firmat & Iaſ.in l. cum ſeruus.§.conſtat.col.6. verſic.19.
eo.vt antè dictum eſt in primo caſu, ſecundùm quam
diſtinctionem formata petitione vel ad rem, vel ad
156 pretium, iudex poterit ſuam formare ſententiam. † Ad
factum tamen aduerte ex vltima voluntate præciſè in
dubio fore condemnandum, vt ipſe faciat, & ſolue-
re pecuniam non admittitur, per text. in l. fideicom-
157 miſſa.§.fin.de legat.tertio,& ibi Bar.† factum autē per
alium, vel per hæredem explicandū mediante pecunia
intelligitur in dubio de pecunia hæredis, firmat Bart. in
d.l.Titia Seio.in prin.in fin.Alber.in l. pen. §. alumno.
num. 5.de legat.3.& poteſt hoc caſu peti ipſa æſtimatio
Caſtr.in l.planè vbi.§.quod ſi rem.nume. 5. in fi. de leg.
primo.

158 Quartus caſus eſt, quando † legatatius,vel fideicom-
miſſarius quodammodo ſuo facto ſibi impedimento
fuit, vel aliunde non ab hærede euenit, quin relictum
ex cauſa teſtamenti ſaltem integraliter, & irreuocabili-
ter cōſequi,& retinere poſſit. Tunc ſanè eius quod non
habet ex cauſa teſtamēti cōſequi ab hærede debet æſti-
159 mationem,† vel vbi ex teſtamentis duorum eadem ſpe-
cies eidem legata ſit, quia ex vno teſtamento poteſt cō-
ſequi rem,& ex alio æſtimationem,vt per tex.in d.l.pla-
160 nè vbi.§.1.de lega.1.& ibi §.quòd ſi rem.habetur, vt † ſi
emerim ab aliquo qui non ſit hæres, rem legatam mihi,
poſſum agere ex teſtamento ad pretium, quod mihi
abeſt, & non debet ſibi refici,niſi de pretio iuſto, & cō-
gruo Bart.ibi in fin.& Caſtr. nume. 6. vbi Doct. diſtin-
guit,quando legatarius emerit ab extraneo vel ab hæ-
rede ſcienter, vel ignoranter, viuente, vel defuncto
teſtatore, pendente conditione legati, vel purificata.
161 Et † vt ſi emerim illam rem, quam hæres grauatus erat
emere, & tradere mihi, poſſum ſimiliter agere ex te-
ſtamento contra hæredem, & conſequi pretium eiuſ-
dem rei, & expenſas quas fecit pro ea emenda, vt
162 l. penult. §. Alumno. de legat. 3. & ibi Alber. † Idem
per text. in l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. de leg. 1. licet
habeat varios intellectus intricatos per glo.magn.quam
diaboli ibi dicunt eſſe Petr.Alexand.& Iaſ. & hoc circa
rem teſtatoris, vel hæredis, vel alterius per legatarium
emptam ab extraneo vel ab hærede, & circa actionem,
vel exēpto,vel ex teſtamēto,& varios caſus traditæ, vel
non traditæ rei,ſoluti vel non ſoluti pretij, tamen ſum-
ma deciſionis illius tex.eſt,quòd ex principali cauſa te-
ſtamenti legatarius conſequatur rem legatam per libe-
rationem pretij,ſi non ſoluerit, vel per recuperationem
pretij,ſi ſoluerit,ex illo text. notando Caſtr. Alexand.&
Iaſ.quòd in obligatione ex teſtamento ſit rē dari,& ego
in propoſito verborum illorum per me præmiſſorū, vel
aliunde non ab hærede euenit, noto ex illo text. quòd
legatarius actione ex teſtamento rei legatæ ſibi euictæ
ab extraneo poteſt ab hærede conſequi pretium, ibi.
*Quemadmodum recuperaret,ſi homo euictus fuiſſet*,intelligo,
recuperaret actione bonæ fidei ex teſtamento, quia po-
tuit euinci homo non emptus per legatarium, ſed datus
ſibi ex teſtamento, ibidem in noſtro caſu Caſtr.num.ſe-
cundo.Alexand.num.3.Iaſ.col.2.in prin.num.3.ex Ioan.
And.in addi ad Spec. firmant idem eſſe in fideicōmiſſa-
rio vniuerſali,qui emerit aliqua bona ab hærede graua-
to pendente conditione fideicommiſſi, qua purificata
poſſit fideicommiſſarius in proſecutione vniuerſali bo-
norum conſequi & recuperare ab hærede hæredis gra-
uati etiam pretiū bonorum per eum emptorē,ſicut poſ-
ſet legatarius particularis per eādem rationem d. §. qui
ſeruum.hanc pleniùs declarādo,vt per Bart.in l.qui Ro-
mæ.§.duo fratres. in 12.quæſt. nu. 26. de verb. oblig. &
163 ibi per ali. † Et vt ſi conceſſu fideicommiſſarij præſtito
contractui alienationis, vel in diuiſione bonorum, vt
communiter fieri contingit, dando licentiam alienan-
di, & vendendi, fuerit vendita res ſubiecta fideicom-
miſſo,cuius conditio purificata fuerit, poteſt tunc fidei-
cōmiſſarius contra hæredes grauatos ex teſtamēto agere
ad æſtimationem per l. ſi fundum per fideicommiſſum.
de leg. 1.& ibi Bal.maximè ſi venditio fit pro ſoluendis
debitis hæreditarijs:ſentit Bart. in d.§.duo fratres. in 8.
quæſt.Alexand.conſi.8.ad fi.lib.5.expreſſè probat Corn.
conſ.340.col.11.lib.1.pro vera concluſione comprobat
Curt. Iun.conſil.23.colum.penult.ſub num.7. cum qua
vbi alienatio facta ſit ex cauſa oneroſa, & in alienan-
tem peruenit pretium, pertranſit Ruin.conſil.144. ad
fin.lib.2. eam verò ibi limitat non habere locum,quan-
do alienatio facta fuiſſet ex cauſa lucratiua, & quando
etiam appareret ex coniecturis conſentientem aliena-
tioni renuntiaſſe etiam quoad pretium, de quibus per
Grat. conſil.60. numer. 11.& ſequent. libr. 1. vbi ſic li-
mitat.

164 Tunc quidem † & iſto caſu circa certam ſententiam
ferendam dicendum eſt, quòd clara narratione factorū
prout proceſſerint,agēdo ex teſtamento ad res relictas,
vt cōſequatur ęſtimatio quę actori deeſt deducta in cō-
cluſione petitionis,ſententia condemnatoria dirigi &
proferri debet in ęſtimationem, vt ſonant verba tex.in
dict.§.quòd ſi rem.& ibi Bart.declarat & ſecundùm cō-
mun.intellect.glo.magn.ibi,vel dic planiùs approb. per
Bart.Bal.Alber.& ali.in d.§.qui ſeruū.& tex. in l.ſi quod
ex Pamphila.de leg.2.& in d.l.ſi fundum per fideicom-
miſſum, ibi, placet non fundum,ſed pretium eius reſti-
tui debere: & ibi Bal.ver.extra opponitur. text. & in d.
l.pen.§.Alumno. & ibi Bart. ſummando dari actionem
ad pretium.
165 Quintus, & vltimus caſus eſt, quando † legatum

 vel fidei

vel fideicommiſſum in reb.relictis conſequi non poſſit
facto,culpa,vel mora hæredis. Tũc enim æſtimatio per
hæredem,vel hæredes hæredis præſtari debet legatario,
vel fideicõmiſſario per caſus expreſſos plurium legum.
vt l.quid ergo.§.ſed ſi animal.& §.fin.l.ſi quis inquilinos.
§.1.l.cum res.§.itaque. §. fin. de legat.1.& l. ſi hæres ibi
Bal.l.qui ſolidum.§.fin.& ibi glo.& doct.& l.fin.§.fin.de
legat.ſecũdo,& l.ſi vſusfruct.mihi in biennium.de vſuſf.
leg.& l.quidam ita.§.ſi quis filium.ff.ad Trebel.& l.prę-
dia.C.de fideicommiſſ.& in his locis glo.& doct.Iaſ.in l.
non quocũque.§.qui Caium.nu.2.de leg.1.& in d.l.cum
res,col.3.verſi.decimò not. Quas leges vide,quia aliqua
earum in terminis poterit facere ad caſum tibi occur-
rentem.

Atque tunc in propoſito æſtimatio maximè rerũ mo-
bilium legatarũ eſt in petitione,vèl eſt in electione acto
ris petere rẽ, vel æſtimationem. Iaſ.in d.l. cum rés.col.
3.verſi. 11.no.vel commodius,& magis vſitatũ eſt pete-
re rem,ſi extat,ſi autem non extat, eius communẽ æſti-
mationem & valorem.ſecundùm Bald. in d. l. non am-
pliùs.§.cum bonorum.ſub ver.tertiò opponitur.de leg.
1.& in l.fin.nu.3.C. de condit. inſert. & magis in ſpecie,
& clariùs Angel.Aret.in §.ſi res aliena.col.1.nu.6.inſtit.
de lega.ſequendo Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur
in princ.nu.40.& in l.ſi ſeruum.§.fin.de verb.obligat.&
pleniùs Soc.tradit in.c.2.ſub num.22.ver.quartò infer-
tur.de libel.obla.& Bar.& alij in l. cũ ſeruus.ff.de cond.
166 ca.da.† Et conſequenter ſententia ſtat in arbitrio iudi-
cis proferri,prout Bart.dicit in d. §.fin. vel in condem-
nando ad dandum,& reſtituendum rem,ſi extat, ſin au-
tem eius æſtimationem, probat Roma.conſi. 281. in re
præſenti.& Afflict. deciſ.347.nu.3.4.Abb.in c.fin.nu.4.
de his quæ met.cau.vbi circa hæc de petitione, & con-
demnatione.

His etenim caſibus alibi non ita explicatis in propo-
ſito nunc ferendæ certæ ſententiæ, quandoque in æſti-
matione,& non re,vt magis certa ſit ſententia in quan-
titate ipſius æſtimationis ſupereſt adhuc addendum, &
167 videndum quomodo & qualiter† facienda & probanda
ſit æſtimatio. Cuius quidem materia non minùs frequẽs
eſt,quàm ampla, varia & difficilis earum rerũ maximè,
quæ non extant,non apparent, conſiſtens potiùs in ex-
perientia,diſcurſu,& iudicio intellectus,quàm in aliquo
ſenſu corporis. Veruntamen in materijs notis breuiter
me expediendo,per modos magis frequentes probandi
168 valorem ſ.per teſtes,per peritos,per iudicem.† Nam di-
cẽdum eſt per teſtes,vt probetur æſtimatio, & valor rei,
quomodo debeant formari articuli, cum quibus circũ-
ſtantijs,& qualitatibus perſonarum,rerum, locorum, &
temporum, & quomodo teſtes debeant deponere, ple-
nè tradunt Bar.Ang.Imol.& Alexand.in l.pretia rerum,
ad leg.Fal.Ange.Aret.in §.ſi quis agens,col.3.ver.5. mo-
do,inſtit.de acti.& ibi Iaſ.remiſſiuè in §. plus autem.nu.
7.& ſeq.Lanfranch.in cap.quoniam cõtrà.verſ. teſtium
depoſitiones.nu.157.cum tribus num.ſequent.Iaſ.in l. ſi
fundum per fideicommiſſum.col.2.in 1.not. de leg.pri-
mo,& in l.1.§.ſi hæres.verſ. tertiò not. ad Trebel. & ibi
Ripa,Bart.in l.1.col.fin. C. de ſent.quæ pro eo quod in-
ter.& ibi Bal.& Modern.maximè Rebuf.in gl.verſ. ſub-
tilitatem.nu.67.& ſequent. Bartol.in l.2.col.fin. nu.17.
C. de reſcind. vendit. & ibi alij præſertim Cagnol.ple-
niſſimè nu.232.cum pluribus ſeq.Socin.conſil.240.col.
pen.lib.2.
169 Per † peritos, vel æſtimatores fit æſtimatio, qui per
partes,vel per iudicem fuerint electi,& iuramẽto,quam
credant iuſtam æſtimationẽ, referant per l. hac edicta-
li.§.his illud. C. de ſecund. nupt. & ibi tradunt Bartol.
Bald.& Salyc.Bartol.in d. l. ſecunda, numer. 20. & 21.
& ibi alij, & in l. fi. C. eo. de reſcin. diffuſè Cagnol. in
d. l. ſecunda, numer. 258. & ibi Ari. Pinel. in vlt. part.
num.. ſecundo,& ſequen.Rebuf.in d.l.in d. gloſſ.in ver-
ſicul.ſubtilitatem.num.18.& ſeq.in his enim locis Doct.
allegat. plura commemorant circa æſtimationem fa-
ciendam per peritos æſtimatores, quæ ibidem viden-
da ſunt.

Sed addendum, cauendúmque puto ab vno, quod
170 doct. quos vidi, non aduertunt,vbi ſit † æſtimanda do-
mus, vtplurimùm pro peritis ad æſtimandum fit electio
fabrorum,murariorum,qui pro æſtimatione iuſta faciẽ-
da, cum deberent ſe informare à vicinis, prout de his
peritis tradit Salyc.in d.l. ſecunda,ſub numer.23. & ſub
verſ.dicendũ eſt igitur, de bonitate rei,& de redditu, &
penſionibus domus, quales ſunt iuxta text.gloſſ.& doct.
in d.l.ſi fundum per fideicommiſſum.de leg. 2. cum cõ-
cordan.per Ari.Pinel.in d.l.ſecunda.part. vlt. num. 28.
& de his informationibus per peritos habendis ibi ple-
niùs per Cagnol.num. 260.261. Informationem huiuſ-
modi vtique capere omittunt, ſolùm menſurant ſitum,
muros, ſolaria, & tecta, & æſtimant quanti valet men-
ſura, ſitus,& numerus laterum, ſeu lapidum,calcis,are-
næ,& operarum, & lignorum conſumptorum reſpecti-
uè in menſura ſitus,murorum, ſalariorum, & tectorum,
& ſummas iſtarum ęſtimationum calculant ſimul,& cõ-
putant ad vnam ſummam,& quæ quantum aſcẽdit, tan-
tam referunt eſſe æſtimationem domus. Quæ quidem
nullo modo reperitur congrua fructui, & redditui do-
mus,quo ſolet,vel poſſet communiter locari, & cõduci,
neque ad rationem duorum pro centenario, ac minùs
confert communi pretio, quo ſolent communiter ven-
di ſimiles domus in loco. Audiui in patria mea, domum
ſatis amplam,ęqualiter fuiſſe diuiſam inter duos fratres,
vnus eorum ponens ſuam domum venalem deſcriptam
etiam in libris profenetarum vendidit eam communi
conuento pretio ſcutorum octingentorum, alter verò
ſuam domum vendidit pretio ęſtimando per peritos.
Qui muratores electi menſurando, æſtimando, & ſum-
mando,vt dixi, retulerunt æſtimationem excedere quã-
titatem ſcutorum duorum millium, & talis domus vix
fuiſſet locata pro ſcutis triginta, ſuper qua exceſſiua
æſtimatione credo quòd adhuc lis vertatur, & ſæpiùs au
diui has exceſſiuas æſtimationes per peritos muratores
fieri, quare pauci, vel nulli communiter volunt emere
pro talibus ęſtimationibus fiendis per peritos murato-
res, æſtimationes autem huiuſmodi poſſent inſeruire,&
admitti pro ſciendis, & reficiendis ſumptibus per ali-
quem irrogatis in conſtruenda domo, de quibus tracta-
ui ſuprà libr.3. interpret. vlti. dubit. 5. ſolut.5. ita debet
intelligi Specul. titul. de fructi. & intereſ. §. fin. ad fin.
& Bald. in leg. id quod pauperibus.in fin.C.de epiſcop.
& cler.
171 Æſtimatio † verò quæ iuſta eſſe, & fieri debet in ca-
ſibus ſuprà commemoratis, & in caſu l. ſecundæ. C.
de reſcin. vend. intelligitur de communi, & prout res
communiter vendi poteſt d. l. pretia rerum. ad l. Fal-
ci. Alcia. in l. propemodum. de verborum ſignif. de-
bet ideò per peritos informatos de communi valo-
re, inſpectis loco, tempore, fructibus, vel redditibus
ſimilium rerum fieri iuſta æſtimatio rei quanti valet,
& quanti communiter vendi poſſet, ſecundùm Abb.
in ca. cum cauſa. col. fin.de teſti. non per ſingulas par-
tes, ſed in totum æſtimando. l. Meuius. §. fin. ff. famil.
erciſc. non ſecundum menſuram, ſed ſecundùm bo-
nitatem rei tribuendo de macro, & de pingui æqua-
liter,ſecundùm Bartol. in l. ſi ex falſis.colum. fin. C. de
tranſact. quem ibi doctor. communiter ſequuntur
& per Boër. in deciſ.46.numero 7.8. & pulchrè de do-
mo æſtimanda ſecundùm redditum, non ex ſumpti-
bus & valore ædificij per Burſat. conſilio 84. nume-
ro 17.
172 Aduerte† ſi tertia,vel dimidia pars fundi eſſet legata,
alicui



alicui non dimidia,vel tertia pars eſt æſtimãda, ſed fun-
dus totus eſt æſtimandus,vt iuſtior ſit æſtimatio de parte
per dictam l.Meuius.§.fina.gl.in verſ.partis.in l.cùm fi-
lius.in prin.de leg.2.glo.& Bar.in l.1.commu.diui. Cag-
nol.in l.2.nu.102. in fin. C.de pact.inter empt. & vend.
Iaſ.in l.1.§.ſi hæres.ad finem,ad Trebel.Afflict.in deciſ.
58.num.6.quia aliud eſt æſtimatio reſpectu totius,quàm
reſpectu dimidiæ dicit Bar.in l.vxorem. §. agri plagam.
ad fin.de legat.3.Si verò plures diuerſæ naturæ ſint æſti-
mandæ,ſingulę quidem res conſiderãdæ ſunt ſecundùm
ſuam naturam.Bald.in l. fina.§.prætereà.colum.1. C. de
iure dotium.

Prætereà vbi illa † exceſſiua æſtimatio domus per
173 muratores modo prædicto facta reducta ſit per reclama
tionem partis ad arbitrium boni viri, debet ſanè iudex
vt medius exiſtens informatus de communi æſtimatio-
ne ad iuſtam eam reducere quantitatem.l. alienò. §. ſin
autem certo.ff.de fideicommiſſ.libert.Bartol. & Ang.in
l.& ſi equo.de lega.1.in l.ſi ſocietatem.§. arbitrorum. ff.
pro ſoc.

Per † iudicem & tertio ab iudicis officio fiat æſtima-
174 tio vbi aliter probata non reperitur l. ſi quod ex Pãphi-
la.& ibi Barto.not.de lega.ſecundo,& in d.l.1.ad finem,
de ſentent.quæ pro eo quod inter.ibi Cagnol.num. 141.
142.Rebuf.glo.in alijs,num.41.Bar.in d.l.2.num.29.de
reſcind.vendit.& ibi Salyc.ſub num.23.verſi.dicendum
eſt igitur.Ari.Pinel.in vltima parte,num.7. Aymo conſ.
218.colum.2.verſic.non obſtat valorem. Guid. Pap. in
quæſt.585.in fin.Cornel.conſi.223.in fin.lib.4.vbi,quod
iudex debet potiùs æſtimare, quàm reum abſoluere,
ad idem Aret. in l. cum ſeruus. ad finem, de verbor.
obligat. Abb. in capit. cum cauſa. columna penulti.
de teſtib. & ibi plenè canon. in materia probationis
valoris.
175 Sed quando, & quomodo poſſit † iudex æſtimatio-
nem ex officio facere, quandocunque enim poteſt id
facere ante latam ſententiam, etiam poſt concluſum
in cauſa Cephal.conſil. 506.num.3.& per totum. imò in
ipſa ſententia cadit hoc certam condemnationis taxa-
tionem deducendo,& exprimendo per text.in l.ſi tradi-
tio.C.de action.empti.& ibi Bartol.not.Bal.& Salyc. in
5.quæſtio.dicit iudicem hoc facere ex poteſtate data ſi-
bi à lege communem æſtimationem arbitrando, parte
etiam non poſtulante,& non probante ex proprio offi-
cio iudicem ad certificandam æſtimationem procedę-
re debere,dicit Roman.conſ.281.in re præſenti. colum.
ſecunda,verſ.nec mirum eſt. Præſuppoſito tamen quod
in iudicio fuerit deductum, & probatum tale quid facti,
& qualitatis,quod debeatur intereſſe,vel æſtimatio, ſed
quãtitatis,certæ ſola probatio deficere videatur. Quam
ideò iudex facit quandoque executiuè parte citata, &
nihil opponente quod releuet faciendo per partes eligi,
vel ex ſe eligit duos æſtimatores iuxta practicam tradi-
tam per Bartol.in l.creditores.colum. fin. C. de pignor.
quandoque ex ſuo officio æſtimat capiendo in forma-
tionem à vicinis,& eorum dicta in ſcriptis redigendo,
vt docet Salyc.in d. l.2.ſub num.23. verſi.dicendum eſt
igitur.C.de reſcind. vendit.conſtando ſibi ex coniectu-
ris,& veriſimilitudinibus de quantitate ipſius æſtimatio-
nis,ſecundùm Aret.conſil. 83.colum.4.vltra med. ver-
ſicul.tamen iudex.& in d.l.cum ſeruus.ad fin.de verbo-
rum obligat. & cum iudex vidit reum condemnandum
per ſe,ſi nouit, debet æſtimare etiam ex ſententia alio-
rum dicit Abb. in dict. cap. cum cauſa.colum. penult.
de teſti. & ibi Felin. columna ſecunda,ſequitur, dicens
iudicem ex multis coniecturis debere ſe informare. idẽ
quod iudex poteſt ex ſe informare de valore, & hunc
declarare,dicit Angel.Aret.in §. ſi quis agens. columna
ſecunda, ad finem, inſtitut. de actio. Aut quandoque
& hoc ego ſæpius ſeruaui, & vidi ſeruari in practica
quod iudex facit ſuam ſententiam condemnatoriam in
æſtimationem, vel intereſſe, & eius liquidationem,
& declarationẽ reſeruat in executione, ita validè fertur
incerta ſentẽtia, ſed in executione debet liquidari,Bal.
in l.ſecunda, colum.prima, ſub numer. 4. C. de ſenten.
quæ ſi cer. quant. idem intereſſe exemplificando ſicut
quando fertur incerta ſententia in iudicijs vniuerſali-
bus, quia certificabitur in executione per not. in l.1.ff.
de eden.probat Bart.in l.1.ſub numer. 3. ff. iud. ſol. ita
in practica ſæpe vidiſſe ferri,& valere talem reſeruatio-
nem comprobat Cagnol.in l. quatenus.nume.30. & ſe-
quent. de reg.iur.& Rebuf.alios allegando in dict.l.pri-
ma,in vlt.gloſſ.num.56.& ſequent. de ſentent. quæ pro
eo, quod inter. ita iudicaui in Rota Genuen. vt meo
conſilio 151.ad finem & Cagnol. in d. l. quatenus. num.
33.in intereſſe,& in æſtimatione pari modo loquitur, &
in petitis principaliter loquuntur Bart. & Bald. in locis
176 modò allegat. † & reſeruatio tendens ad declarandum
& non ad perimendum iam iudicatum, & ſuper qui-
buſdam accidentibus valet maximè in arbitrarijs, ita
tenet Bald. in auth. interdicimus. ad finem, C.de epiſ-
cop.& cler. & ſic declaratio de facili conceditur, & ad-
mittitur ſub principali diſpoſito declarando per ea quæ
tradit Bart.in l. certi condictio.§.quoniam.nu.4.ſi cert.
pet.quem ibi Doctor.communiter ſequuntur, & Caſtr.
conſilio 361. in princ. lib. 2. & quæ ponit Marſil. ſing.
177 322. Vnde † iudex vel hanc formam ſententiæ ſeruans,
vel ſequens dicta teſtium de certa quantitate æſtima-
tionis deponentium, vel relationem æſtimatorum ele-
ctorum approbans, & vbi concurrunt diuerſæ æſtima-
tiones eligendo viam mediam, Felin. in dict. ca. cum
cauſa.colum.final. verſicul.item adde quod vbi aut ipſa
arbitrando & taxando æſtimationem, certam deni-
que ferendo ſententiam, & ſuper quantitate æſti-
mationis ſatisfecit diſpoſitioni dicti §. curare. inſtit.de
actio.

Quartò principaliter propoſita antè reaſſumendo
178 in † particulis, ſeu clauſulis ſuis certa debet quoq; eſſe
ſententia,& clara, ſæpe namque videmus ſententiam
fore concipiendam & formandam per plura capita, per
plures partes,& plures ac diuerſas clauſulas vel excepti-
uas,limitatiuas,declaratiuas, vel reſeruatiuas, prout li-
bellus actoris exceptiones, & replicationes hincinde
per litigantes factæ, & deducta, & probata in actis ſic
fieri expoſtulant, & requirunt, pro finiendis litibus ea
magis certa, & clariori forma, qua ſententia ipſa ex-
179 plicari poſſit: † ſicut enim plures res nominatim alicui
legatæ faciunt plura legata, & legatarius de his rebus
poteſt vnũ legatum acceptare, & aliud repudiare.l. ſe-
cunda,& l.ſed duobus de legat. 2. ita quot res vel ſum-
mæ ſunt expreſſæ in libello, tot eſſe ſententiæ cenſen-
tur,& quot capitula eius,poſt Ang.ponit Alexand. in l.
ſcire debemus.in princip.colum.1.num.2. & 4. de ver-
180 borum obligat.† poterit autem valere ſententia de vna
re,& in vno capitulo,& de alia re,& in alio capitulo nõ
valere,& reuocari, tradit Bartol.in dicta l. ſcire debe-
mus.in princip. in fin. per l. etiam. §.primo, de minor.l.
quid tamen in princip. de arbi.l.fin.de iure patro & per
caſus cap. Raynutius & cap. Raynaldus de teſtam. in-
tellige de pluribus petitis rebus diuerſo iure, vt per
Barthol.in repet. l. edita.numero 94. verſicul. decimo
quinto. C. de eden. relatum cum alijs per Alexand.
in dicta l.ſcire debemus.numer.3.non tamen ſic vt ſim-
pliciter,& breuiter refert Ruin.conſil.12.colum.fin.nu.
4.lib.3. quia Bald. & alij relati per Alexand. aliter de-
clarant.

Quod autem nunc requirimus in ſententia continẽ-
te diuerſas res,& plura capitula, illud eſt, quod in re
qualibet, & in quolibet capitulo, & articulo ſi certa
ſententia, & ſibi ipſi non ſit repugnans, & contraria,

181 quoniam † ratione contrarietatis ſententia redderetur
nulla per plura probat Alexand. conſil. 124. in fin.libr.
ſecundo,Aymo conſil.79.ſub nu.5.Anchar.conſil.372.
pro declaratione. col.penultima,verſi.ex quibus omni-
bus niſi talis ſit contrarietas, quæ congrua diſtinctione
& concordia poſſit tolli & reduci ad ipſam cõcordiam,
quę vbi fieri poſſit,ſemper hæc interpretatio tenenda
eſt,in ſententia loquitur Dec.conſil.358.col.fin.numer.
quarto,conſilio 517.numero quarto, & in l. vbi repug-
nantia.& ibi Hier.Cagno.numero quarto,de regul. iur.
Recedendo etiam à proprietate verborum, vt contra-
rietas euitetur,Aymo conſilio 297.colum. ſexta,verſic.
decimo.Celſ.Hugo conſilio 120. numer.19.verſi.quin-
immò. Ripa in rub.num.33. verſic.quarto limitatur.ſo-
lut.matrimo.vtque ſententia valet verba etiam impro-
priè accipi poſſunt,Alexan.conſi.96. col.penult.nume.
decimo,libr. quarto, conſilio 182. colum.penult. num.
quinto,ver.ex prædictis. lib.ſexto,allegat. Bald. in l.fin.
in fin.C.commun.diui. qui dicit verba ſententiæ debe-
re intelligi ſecundùm naturam iudicij etiam eius verba
182 impropriando.† Si tamen viderit iudex ex deductis,ex-
ceptis,& probatis aliquid eſſe dictum,& poſitum in ſen-
tentia,vel aliqua eius parte, quod ſecundùm eius men-
tem debeat declarari,vel modificari, debet clauſulam
aliquam exceptiuam, vel limitatiuam ſubiungendo ap-
parere, per quam ſecundum eius intentionem declara-
ta,modificata,in cæteriſque firmata intelligi poſſit talis
ſua ſententia, ſicut exceptiones circa regulas iuris
operari latè ſcribunt, Dec.num.19.& ſequent.Cagnol.
num.22.cum ſequent.in l.prima.de regul.iur.Dec.conſ.
183 283.nume.3. † etenim ſententia dicitur facere ius inter
partes per vulg.l.ingenuum de ſtatu hom.ibi Bar.& alij
tradunt,& in l.res iudicata. de reg. iur. & text.in l.ſi ſer-
uus plurium.§.ſi tamen. de legat. primo, quæ ideò de-
bet eſſe certa,& perſpicua in omnibus ſuis partibus, ſi-
cut ius conuenit eſſe certum, l. ornamentorum.de aur.
& arg.leg.

184 Nunquid autem † in ſententia debeat fieri expreſſa
mentio de reiectione exceptionis oppoſitæ per reum
contra actorem, prout aliqui ponunt in fine ſententię,
& prædicta,non obſtantibus,exceptis & oppoſitis ex ad-
uerſo, prout non obſtare declaramus, Reſpondeo ſi hęc
verba adijciantur in ſententia, non vitiatur ſententia,
veruntamen ſuperflua eſſe probantur pex text. in capit.
primo,de ordi.cognit.vbi Abb.col.quinta,verſi.& circa
hoc,& col. penult.verſi. item poteſt allegari, dicit,quòd
ſuper incidenti de neceſſitate non eſt pronuntiandum,
ſed ſi pronuntiatur,ius propter hoc non offenditur, ni-
hilominùs valet ſententia, dummodò pronuntietur ad
effectum pronuntiandi ſuper ipſo principali, & in lege
ſecunda.C. eo. & in lege prima. C. de ordi. iudici. & in
his locis gloſſ.& doctor.communiter tradunt,propoſita
principali actione petitionis hæreditatis, & oppoſitis
exceptionibus peremptorijs per reum quæ dicuntur in-
cidentes,ſufficere, ſententiam ferri principali actione,
quia admittendo, vel reijciendo ſic cenſetur pronũtia-
tum ſuper iſtis incidentibus,vt per gl.& doctor. in d. ca.
primo,& in d.l.ſecunda,& Bero.conſil. 108.ad fin.lib.3.
fallit in exceptione compẽſationis quæ non intelligitur
reiecta,quin poſſit agi in alio iudicio, niſi expreſſè reij-
ciatur per l.quod in diem.§.1.ff.de compenſ. & ibi Bart.
Caſtr.& alij,& Ant.de Butr.in cap. ſuborta ad fin. de re
iudi.

185 Interdum neceſſaria videtur † pronũtiatio,& decla-
ratio iudicis circa exceptiones peremptorias, vel alias,
an obſtent vel ne, vt ſi de his incidentibus ſic appellatis
per dictam legem 1.de ordin.iudici.& ibi gl.& doctor.&
in dicto cap.primo,de ordin. cogni. principales quodã-
modo efficiantur exceptiones ipſæ principaliter. dedu-
ctæ in iudicio,præcipuè quando extat ſtatutum de tenu-
ta capienda de bonis debitoris, vel de inſtrumentis, &
teſtamentis exequendis, quòd ſi capiatur tenuta bono-
rum,vel fiat præceptum debitori,& hæredi de ſoluendo
legatum, niſi intra certum tempus datum ad opponen-
dum fuerit oppoſitum, & probatum aliquid impediens
tenutam,vel executionem,& factæ ſint oppoſitiones &
probationes.Tunc ſuper eis ſi videntur obſtare,pronũ-
tiatur, & declaratur eas obſtare, ideo reuocatur tenuta,
vel,præceptũ:ſi verò non obſtare videantur, tunc con-
firmatur tenuta,vel præceptũ,quod exequi mãdatur, nõ
obſtantibus oppoſitis,quę non obſtetiſſe,& non obſtare
ſic expreſſè declaratur per iudicem,eò quòd principali-
ter videtur tales oppoſitiones deductæ in iudicio, & ſu-
per eis principaliter cognitũ per iudicem.l. de qua re in
prin. ff.de iudi. quaſi ſupponatur iam priùs facta cogni-
tio pro actore per ius cõmune,vel municipale tribuens
executionem inſtrumento,& teſtamento,ita ſeruaui, &
ſeruari vidi.

186 Propterea cauendum eſt quomodo † ablatiui abſo-
luti ponantur in ſententia,ne eam reddant dubiã à ſen-
ſu,quo appoſiti ſunt in ſententia, vt ſcilicet demonſtrẽt
quid actum in præteritum,& videantur ſignificare quid
agendum in futurum,per cõditionem ab eis inductam.
l.à teſtatore.de conditio.& demonſtratio. quæ in futurũ
confertur.l.itaque ſi cert. pet.poteſt euenire in contro-
uerſia ſuper fideicommiſſo petitio, quòd reus prætẽdat
ex bonis petitis detrahere legitimam, & Trebellianicã
debitam venditori grauato, & actor replicet, & probet
venditorem priùs vendidiſſe alia plura bona, quàm ſint
legitima, & Trebellianica, & in his imputanda, & non
in poſtea alienatis,vt ſunt bona quæ petuntur, ac iſtud
præcipuum controuerſum ſit inter litigantes, & iudex
verè ſentit legitimam & Trebellianicam habitam eſſe
in bonis priùs alienatis, & petita bona debere reſtitui
abſque alia detractione legitimæ,& Trebellianicæ,ſi di
cat in ſententia,deducta legitima, & Trebellianica filij
venditoris imputanda,& compenſanda in bonis,primò
per eum alienatis,condemnamus ad reſtituendũ petita
bona:videtur hæc ambigua ſentẽtia quòd iudex non ha
buerit pro comperto legitimam,& Trebel.eſſe cõſecu-
tam,& perceptam in bonis primò alienatis apponendo
ablatiuũ abſolutum,deducta,cum verbis etiam illis im-
putanda,& compenſanda, quæ ſunt futuri tẽporis.Quã-
uis huiuſmodi ſententia ab incertitudine tali poſſit de-
fendi,interpretando illum ablatiuũ,deducta,id eſt,pro-
nuntiata deducta,argum.text.in fi.iuncta ibi gl. in verſi.
caſſata.in capit.ad probãdum. de re iudi.illũq; accipiẽ-
do eſſe poſitum ad demonſtrãdum quid certũ in iure, &
eſſe ſecundùm iuris intellectũ, quòd bona primò alie-
nata imputãtur in legitimã, & Trebel.Aret.cõſi.18.col.
fin. tex.glo.& doctor.in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Tre
bell. ita ablatiuũ talem non importare conditionẽ pro-
priè non cadentem ſuper certo, ſed demonſtrationem,
probat Ripa in rubr.num.33.ſolut. matrimo.accedenti-
bus verbis condemnationis continentis ad reſtituendũ
petita bona,quæ intelliguntur integra, & tota bona per
glo.in verſi.totam.in l. ſi in rem.ff.de rei vend.Bart.in l.
legatis.de legat.ſecundo, cum ſimilibus.per Alex conſ.
195.nu.1.li.6.Nihilominùs omnis fuiſſet exploſa ambi-
guitas,ſi verba huiuſmodi declaratoria adiecta fuiſſent,
prout deductã,imputatam,& compenſatã fuiſſe, & eſſe
declaramus, vt eſt de intentione tex.in dicto. §. curare.
quod quantũ poſſibile ſit dilucida proferatur ſententia.

Ne quiſquam me ſcribentem prædicta, neque non
auditum arguat de noſtri tractatus tituli digreſſione,
187 reſpondeo enim, Quiſque ſcire debet † iudicis eſſe
vltimarum voluntatum, & de his litium dubia in-
terpretari & determinare.l.voluntatis. C. de fideicom-
miſſ.l.Mæuia.§.primo,de an. leg. cap. forus. de verbo-
rum ſignif.officio quidem iſto iudex fungitur ſua pro-
lata



lata ſententia, quæ igitur, vt certa ſit, & totam contro-
uerſiam dirimat,nulla poteſt eſſe ſuperflua doctrina,vbi
188 tandem (vt de his me expediam) iudex perſpexerit cũ-
cta propoſita,& per eum audita in cauſa non poſſe cer-
ta deciſione expedire, ne ſuæ conſcientiæ primum, nec
alicui ad plenum non audito in ſententia omittendo,
vel tacendo, aut modo aliquo præiudicium inferatur,
aliquando congruit eum ſententiæ adſcribere clauſu-
las reſeruatiuas,dixi aliquando, quia non paſſim, non
ſemper debet iudex ad clauſulas confugere reſeruati-
189 uas,& † ludere,vt aiunt,ad ſpalletam,ſcilicet dimittere
onus verè non modicum iudicandi alij, vel in aliud tẽ-
190 pus, vnde meritò † iſtas reſeruationes quaſdam iudicis
cautelas,& litis intricationes appellat Bal.conſi.135.no-
uum dubium.lib.primo,ſed conſtanter quæ poteſt tuta
conſcientia expedire debet, & quæ non poteſt, reſer-
191 uare,vbi nouerit poſſe reſeruationem prodeſſe.† Clau-
ſulæ autem iſtæ reſeruatoriæ,vel conſeruatoriæ non pa-
rum ſunt frequentes in omnibus diſpõſitionibus, & le-
gum,ſtatutorum,priuilegiorum,contractum,vltimarum
voluntatum,& iudiciorum,de his poſſem ſingulis addu-
cere exempla, ſed breuitatis gratia omitto, & elicitæ
ſunt, ac dependent ex profunda materia proteſtatio-
num, de qua poſt Barto. per legiſtas in l. non ſolum.§.
morte.de nou.oper.nuntiatio.& per Canoniſt.in c.cum
M.Ferrarien. de conſtitu. imò poſt Bart. in d. §. morte.
192 adducentem † proteſtationum quatuor ſpecies,declara-
toriam,incitatoriam,prohibitoriam,& certificatoriam,
Iaſ.col.antepen.adducit quintam, ſcilicet conſeruato-
riam,quæ noſtra eſt, & de qua agimus, & ibi Alexand.
meminit nu.33. & hãc Iaſ.ibidem credit eſſe duplicem,
vnam conſeruatoriam ſolius iuris proteſtantis, alteram
verò conſeruatoriam, vel reſeruatoriam iuris alterius,
quàm proteſtantis, allegat exempla de teſtatore in col.
penult.& plura ponit de iudice, quando in ſententia ſi-
bi reſeruat taxationem expenſarum, vel condemnatio-
nem expenſarum,vel fructuum, vel eorum declaratio-
nem,vel aliquo ſaluo,& reſeruato, vt ibi per eum, & de
quibus infrà.

193 Vnde † circa reſeruationes iſtas per iudicẽ faciendas
in ſententia interlocutoria,vel diffinitiua non parũ etiã
frequentes, & inordinatè per alios explicatas ſparſim
varijs in locis, vt ordine claro ſimul has congerendo
procedamus,noſtro interpreti, ſcilicet nunc iudici tria
propono videnda.

Primum quando reſeruatio non ſit facienda in ſen-
tentia.

Secundum,& econtrà quando ſit in ſententia reſer-
uatio facienda.

Tertium quid faciat, quídve operetur reſeruatio fa-
cta in ſententia.

194 Ad primum reſpondetur,† quòd vbi ita inſpiciendo
ab interlocutorijs ad proceſſum complẽdum factis op-
ponitur exceptio reſpiciens perſonam iudicis, actoris,
procuratoris,& ſimilium,huiuſmodi exceptionis cogni-
tio procedendo ad vlteriora non poteſt reſeruari, ſed
ante omnia debet determinari,per l.fi.C.de except.& l.
ſi quæramus.ff.de teſta.Barto.in l.fi.nu.5.ff.pro ſuo Abb.
conſi.14.nu.2.lib.1. ſequitur Feli.in ca.cùm contingat.
colum.fi.verſi.credo quòd iſta.de offic.delegat.& in ca.
exceptionem.columna ſexta,ad finem, ver.ſi tamen eſ-
ſet.de excep.per cap.exhibita.de iudi.ſentit Bald.in l.1.
numero 44. & in l.criminis.C.qui accuſ.Alexan.conſi.
182.numero quinto,lib.ſexto, Blanch. tractat.de com-
195 prom. quæſtione quarta, numero 36. † idem in his ex-
ceptionibus præiudicialibus quoad peruerſionem or-
dinis iudicij non poſſe fieri reſeruationem probat Ale-
xan.in l. ille à quo. quam legit ſub l.apud Iulianum. §.ſi
de teſtamento.columa ſecunda, ſub numero quinto.ff.
ad Trebell.hoc ideò fit, quia in quolibet iudicio etiam
ſummarijſſimo ante omnia debent legitimari perſonæ,
Barto.& Alexan. in l.ſecunda,in fi.C.de edict.diu. Adr.
tollend. cum alijs per Aymo. conſilio 104. in princip.
196 Quinimò † ſtatutum prohibens omnes exceptiones nõ
intelligitur de exceptione reſpiciente inhabilitatem
perſonæ, Bald. conſilio 294. donatio cauſa mortis.nu-
mero tertio, libro tertio. in omni enim diſcuſſione ha-
bilitas perſonarũ ſemper præſupponitur, plura adducit
Decius in capitu .in præſentia,ſub numero quadrageſi-
mooctauo verſiculo ſed tamen in contrarium. de pro-
bat.& in l.fin.columna prima, verſiculo ſecundò reſ-
pondetur.C.de inſtit. & ſubſtit. Aymo conſilio 270 ſub
197 numero quinto.† Adde quòd exceptio iuris non debet
reſeruari,nec reijci,ponit Menoch.de arbitr. iudi.libro
primo, quæſtione 53. numero quarto, & ſatis ordinatè
tangendo hæc noſtra tria propoſita comprobat Aſini.
Florenti.ſua praxi iudici.5.18.capitul.primo,cum quin-
que ſequent.vbi de dilatorijs,& declinatorijs,exceptio-
nibus tractando concludit eas declinatorias reſpicien-
tes perſonas & iudicis,quòd ſit incompetens, & actoris
quòd ſit inhabilis ad agendum, & procuratoris quòd
non poſſit eſſe procurator,& quod non habeat ſufficiẽs
mandatum,non poſſe reſeruari ad merita cauſę,ſed de-
beri per iudicem ſuper eis expreſsè pronuntiari,ne iuris
ordo peruertatur, néve contradictio vel repugnantia
ſequatur, ſit vel non ſit iudicium præparatum requiſitis
perſonis ignoratis, eáſque pariter dilatorias non reſpi-
cientes perſonas iudicis,vel partium, ſed proceſſum cla
ras, & in promptu probatas non poſſe reſeruari ad me-
rita, verùm debere ſuper eis per iudicem pronuntiari,
eadem ratione ne iuris ordo peruertatur,vt ibi per eum
per tota dicta ſex capit. quando autem poſſint reſerua-
ri,dicendum eſt in ſequenti propoſitione.

198 Idem quando † poſitiones, vel probationes ſunt ap-
parentes impertinentes,& non admittendæ etiam ſtan-
te ſtatuto, quod debeant admitti cum clauſula reſerua-
toria, ſaluo iure impertinentium, & non admittenda-
rum, non debet tamen iudex eas admittere cum dicta
clauſula,ſed pronuntiando reijcere,tenet Iaſ.in l.ſi duo
patroni. §. idem Iulianus. colum. penultima, verſiculo
item adde quòd quando.ff.de iureiuran.idem Iaſo. non
alleg.ſed Curt.Iunio.in l.fin.§.quod obſeruari. numero
mihi 100.ſequent.C.de iur.calumni.ſequitur Aſini.Flo-
rentin.dict.prax.§.19.cap. 9. vbi numero quinto, dum
refert Curt.Iun.atteſtari de contraria practica,quòd iu-
dices faciant reſponderi omnibus poſitionibus cum
clauſula reſeruatoria,aduerte quòd Curt.ibi nume.104.
dicit quòd illa practica procedit in caſu dubio, vbi iu-
dex non videt notoriam impertinentiam & Aſini. dict.
capitulo 9.ad finem, ſequens concluſ. concord. allegat
Pariſ.Clau.Seiſel.& Barb.eſt ſententia Bartol.in dict.§.
ſi de teſtamento.ſub numero quarto, ibi, prædicta vera
niſi eſſet notorium, &c.& Felin.in capitu. ex parte.col.
199 fin.verſiculo fallit duobus modis.de teſti.& facit † quod
ſtatutum tollens exceptionem nullitatis intelligitur a-
dimere exceptionem nullitatis patentem & manifeſtã,
tradit Socin.conſilio 3.in fin.libro primo,cum pluribus
alijs deciſ.ad hoc collectis per Pedemon.deciſ.142. nu.
ſeptuageſimotertio.

200 Aduerte tamen vbi † ſtatutum reſeruaret quaſdam
exceptiones poſt litem conteſtatam, poſſet reus aliquo
facto incompatibile cum tali reſeruatione, vel ei re-
nuntiare, & ſibi præiudicare. Bald. in l.cum oportet.§.
cum autem.nume.2. C. de bon. quælibet. † & ſtatutum
201 de reſeruandis exceptionibus intelligitur de exceptio-
nibus indigentibus probatione, non vero de his quæ
ſunt probatæ à iure,Bald. conſilio 169. Bartholomæus.
nu. 2. lib. 5. & non de exceptione incompetentiæ iudi-
cis,idem Bal.in l.exceptionem.columna pen. nu. 15. C
de probatio.

202 Item & in ſententia diffinitiua † iudex non poteſt
apponere clauſulam reſeruatiuam per quam deſtrueretur,
tur,vel reſolueretur ipſa ſententia,vt quod de condem-
natoria efficeretur abſolutoria,vel econtrà,aut ex parte
affirmatiua reſolueretur in negatiuam, vel econtrà, vel
fieret ſuppletio de ſubſtantialibus ſententiæ circa con-
demnationem etiam acceſſoriorum,per l.Paulus.1. & l.
iudex.ff.de re iud.& vtrobique Bart.Angel.Imol. Caſtr.
& Alex.ibidem,& in conſil.75.col.1.lib.7. Socin. conſi.
124.colum.tertia,verſi.nam iudex ordinarius,& colum.
penultima,verſi.præterea reſpondeo.lib.primo,& conſ.
91.colum.fin.num.12. lib. quarto, & Alexand. conſilio
90.ſub nume.4.verſi.attento etiam lib.primo, Anchar.
conſi.192.in auxilium.col.prima,in fin.verſi.non obſtat
203 reſeruatio. nam ſicut † aliquæ exceptiones perempto-
riæ per partem non poſſunt opponi poſt ſententiam,ita
per iudicem non poſſunt reſeruari poſt ſententiã, pro-
bat Alexand.conſilio 182.numero quarto, lib.ſexto,per
204 Anton.de Butr.in fin. de re iudic.& † reſeruatio in ſen-
tentia non valet circa ea,quæ ſunt expreſsè determina-
ta in ipſa ſententia, ne ſequatur implicatio contrario-
rum,ponit Bald.in auth.interdicimus. ad finem, verſic.
ego dico, C. de epiſcop.& cler.ſequitur Grammat.de-
ciſ.ſexageſimaſexta, numero ſexto, & ſimilis reſeruatio
ſola reijcitur,vitiatur, & non vitiat. Abb. conſilio ſep-
tuageſimotertio,ad finem,libro primo,& Socinus dicto
conſilio 124.columna penultima,verſic.præterea reſpõ
deo,& colum.fin.ver.præterea falſa.& Clarè Celſ.Hug.
205 conſilio 1.2. numero ſecundo, † non valet quoque re-
ſeruatio condemnationis expenſarum,vel fructuum fa-
cta indiffinitiua ſententia,Bal.in l.item Labeo.in prin-
cip.ff.famil.erciſcun.Bartol.in l.terminato. ſub numer.
3.C.de fructi.& liti.expen.ſcilicet quando debentur of-
ficio iudicis,ſecùs ſi iure actionis,vt per Caſtrenſ. conſi.
219.in cauſa quæ vertitur in fin.libr.ſecundo, & ſic de-
clara vt per Alexand.in dicta l.Paulus.num.ſexto, ſepti-
mo, ſimpliciter non valere reſeruationem condem-
nationis expenſarum,tenet Felin.in cap.ſignificauerũt.
columna ſexta, verſiculo primum quod licet, de exce-
206 ptio † item non poteſt reſeruare iudex id de quo debe-
bat ferre ſententiam abſolutoriam, vel condemnato-
riam, Bald. conſilio 153. nouum dubium. libro primo,
Alexand.dicto conſilio 75.columna prima,lib.ſeptimo,
& latè Ruin.conſil. 103.colum.3.& ſequent.lib.5. quan-
do enim eſt bene actum, & malè probatum nullum re-
medium intelligitur reſeruatiuum,quia reus abſoluitur,
Bald.in l.prima,in fin.C.de pignor.actio.
207 Ad ſecundum dico, & econtrà, quando † dilatoriæ
exceptiones non recipiunt perſonas iudicis,vel actoris,
vel procuratoris, aut in promptu non ſunt apparentes,
vel oblatio non fit eas probandi incontinenti, ſed re-
quirunt altiorem indaginem probandi eas, poſſunt re-
ſeruari per text.in c.penultimo, de ſponſal. impub.ibi,
ſaluis exceptionibus non ſolùm propoſitis, ſed etiã pro-
ponendis,& ibi gloſ.& doctor.& gloſſ.in verſi.nihilomi-
nùs.in capit.cum contingat,de offic.de legat.& ibi poſt
208 ali.Felin.in columna fin.facit concluſionem † exceptio-
nes poſſe reſeruari etiam impedientes litis ingreſſum, ſi
non appelletur,aliam ſubiungendo concluſionem à ta-
li reſeruatione poſſe appellari, niſi præſumpta malitia
excipientis, vel ambiguitas exceptionum non in breui
dilucidanda iuſtam reddat ipſam reſeruationem, vt per
Bartol.& ali.in dicta l.illè à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad
Trebell.Alexand.conſilio 137. ſub numero decimoter-
tio,verſiculo & eſt aduertendum. libro ſecundo, ponit
Marſil.ſingu.395.latè diſtinguit Aſini.Floren.prax.iudi-
ci.§.decimooctauo,capit.tertio,& quarto,de exceptio-
nibus requirentibus altiorem indaginem, & quid de his
in iudicio executiuo,vel ſummario in capitul. ſeptimo,
Menoch.de arbitr.iudic.lib.primo,quæſtione quinqua-
geſimatertia, numero primo, tertio, & libro ſecundo,
caſ.decimonono,& vigeſimo, de his poſſe fieri proba-
tionem incontinenti, vel longo interuallo, qualiter id
ponit eſſe in arbitrio iudicis,& latiùs ipſe de recup.poſ-
ſeſſ.remedio primo, numero ducenteſimotrigeſimo,&
ſequent.
209 In † acceſſoriis petitorum,vt puta damnis,intereſſe,
expenſis,vel fructibus paſſim videmus ſeruari in ſentẽ-
tiis ferendis, quod de his incertis quoad quantitatem,
ſed certis quòd debentur, fiunt reſeruationes liquida-
tionum, vel taxationum in executione ſententiæ,vt de
intereſſe per Socin.in capitulo ſecundo,ſub numer.23.
verſiculo ſexto infertur,de libel. obla.idem autor Bart.
Anton.de Butr.Guid. Papa, & Corſet.firmat Rebuf.in
l.prima,gloſ.vltima.nume.quinquageſimoquinto, C.de
ſent. quæ pro eo quod inter. idem Caſtrenſ. conſi. 197.
ad fi.lib.1.primo,Purpu.in l.admonendi,nume.40.ff.de
iureiuran.& Cagnol.in l.quatenus,num.31. de regu.iur.
in omnibus acceſſorijs eſſe commun. obſeruantiã om-
nium curiarum ex Ioan.Fab.Iaſ.in §.curare, numer.54.
inſtit.de acti.de expenſis per gloſſ.Cyn.Barto.& Bald.in
l.terminato.C.de fructi.& lit.expen.in ſententia lata de
adminiſtratione geſta reliquarum liquidationem reſer-
uandam eſſe in executione,per Ruin.con.decimoocta-
uo,numer.primo,iudicauimus in Rota Genuen.vt meo
conſilio 155.numero tertio, lib.primo, de fructuum li-
quidatione reſeruanda in executione ſententiæ per Io.
de Imo.in l.ſi homo, de re iudic. Gui.Pap.in q.405.Iaſ.
in l.non ſolùm.§.morte,columna fi.ſub ver. quædam &
ſecunda de nou.oper.nuntia.deciſiuè reſpondi conſilio
210 184.nu. 10. ita eſt † commu.practica,& ſeruanda,quam
limita ſi petita ſit certa quantitas etiam probatione per
aſſertionem partis apparente ex conuentione debet
ferri certa ſententia, & aliter non reſeruari liquidatio-
nem,vt per Alexand.conſilio 37.numero 29.& ſeq.li.2.
Vtique tamen amplectenda eſt not.doctr.Bal.in au-
211 then.interdicimus,in fi.C.de epiſcop.& cler.quòd † re-
ſeruatio in ſententiis valet, dum fiat in arbitrariis iudi-
ci,vel tendat ad aliquid declarandũ non perimendum,
iam pronuntiatum,vel non ſuper ſubſtãtialibus, ſed ſu-
per quibuſdam accidentalibus per allega. ibi per eum
mandantem hoc tenendum menti, idem ſentit in d.l.
terminato,nu.7.in arbitrarijs illud eſt,quòd ſi iudex cõ-
demnans quem ad triremes,vel ad confinia reſeruando
ſibi reuocationem etiam effectus inhabilis ad iudican-
dum poteſt reuocare pœnam impoſitam, Bartol.in l.
centeſimis. §. fin. in fin. de verbor. obligat.Et quando
æquum videatur iudici, reſeruare poteſt exceptionem
ſolutionis probandam intra certum tempus: Guid.
Pap. in quæſtione ſexageſimaſeptima, & Iaſon in di-
cto §.morte, columna penultima, verſiculo vel quando
iudex.
214 Fieri enim debet † reſeruatio meliùs & aptiùs a-
gendi, quando quis puta experitur remedio executiuo,
& debebat experiri remedio ordinario,vel vbi eſt malè
actum,& bene probatum, vt poſſit denuò aptè agi, ius
reſeruatur in ſententia abſolutoria à iudicio malè in-
tentato,Bald.in lege prima, ad fin. C. de pign. acti. in
authen.ſed & ſi quis,columna penultima, verſi.item il-
la.C.de ſecundis nuptiis,Afflict.deciſ.60.Ruin.conſilio
centeſimodecimoquarto,numero vndecimo.lib. quin-
215 to; † item quando ſententia lata in iudicio intentato
poſſet facere præiudicium alicui parti in alio iure,vel in
re alia,debet iudex in pronũtiatione ſentẽtiæ hoc aliud
ius reſeruare illæſum, vel in re alia, per text.in l. ſi quis
libertatẽ,in prin.ibi Bart.inducit nu.11.ff.de petit.hære.
& tex.in l.Bebius. de pact. dotal, vbi ad finem clarè de
tali clauſula reſeruatiua,& ibi Bal.col.fin.verſic.not. ar-
gumentum,inducit Alber. in fin. & Fulg.ſub nume.pri-
mo, notat in ſententijs plerunque poſſe fieri reſerua-
tiones



tiones iurium competentium ex alia cauſa, idem addu-
116. cit Cagnol.in l.lecta, numer.178.ſi cert.peta.† Exinde
quoque iudex ferens pronuntiationem in aliquo iudi-
cio ſummario celeri quadam expeditione determinan-
do ſolet apponere clauſulam reſeruatiuam iurium par-
tium in alio iudicio ordinario,vel in petitorio,vel ſaluo
& reſeruato iure legitimi poſſeſſoris, quia ſic iudex non
intendit alteri præiudicare,Bald.in l.fin. numero 41.in
quarta quæſtione.C.de edi,diu.Adria. toll. ſequitur pro
notabili Iaſ.in d.§.morte,columna penultima, prò ad-
monitione optima reſeruare iura legitimi contradicto-
ris refert Menoch.tractat.de adipiſc. poſſ.remed. quar-
to,numero 467.& per Alciat.conſi.112.magnificus,nu-
mero 17.lib.9.quod enim non poteſt cognoſci propter
iudicij breuitatem venit reſeruandum in alio iudicio,
dicit Bald.in l.ſi quos, ſub verſiculo quæro rebelles. C.
de capit. & poſtl.reuer. & lex de iudicio poſſeſſorio re-
ſeruat iura in petitorio.& l. & an eadem. §. fina. de ex-
cept.rei iudic.cum ſignif.ibi in gloſſ.meminit Ruin. di-
cto conſilio 114.ſub nu.11.ſic facit & iudex Alciat.conſ.
107.nu.15.lib.9.
Tertium & vltimum illud, quod propoſitum eſt de
217 effectu huiuſmodi † clauſulæ reſeruatoriæ, quid faciat,
quidve operetur, breuiter etiam explicãdum eſt, nam-
que eius effectus poteſt eſſe & magni,& parui momenti
diuerſis reſpectibus, quibus in ſententijs, in contracti-
bus,& in alijs diſpoſitionibus comprehendi poteſt ap-
poſitam eſſe ipſam clauſulam reſeruatiuam,quia modi-
ficat,limitat,& reſeruat,ponit Corſet. in ſing.ſub verſi.
218 ſaluo iure † ſiquidem appoſita eſt cauſa non retardandi
proceſſum,ſeu alium actum examinationis teſtium, vt
ſaluis exceptionibus oppoſitis contra proceſſum, vel
contra teſtes, procedatur, & examinentur teſtes,
quòd probata poſtmodùm, & verificata exceptione
iuridica proceſſum impediente, vel teſtes repellente,
eius reſeruatio operatur, quod quicquid factum eſt,
habeatur pro non facto de illo proceſſu, & de illo exa-
mine teſtium, & retractatur, quia nullum facit præ-
iudicium ei, cui facta fuit talis reſeruatio per dict.l.ille
à quo.§.ſi de teſtamento, ad Trebellia. ibi Barto. nu-
mero quinto Caſtrenſ.numero tertio, Angel.in princi-
pio,& per l.prætor,in principio. de damn.infect. ibi A-
lex.numero octauo, & clarè Bald. conſilio 96.decreto.
numero 4.libr. 1. cum pluribus per Marſil.ſing. 198. &
ſing.365.Deci.conſilio 42.columna fin.verſi.1.quia,vbi
de laude reſeruante probationem inſtrumenti, quo re-
perto retractatur laudum virtute talis reſeruationis, &
Felin.in capit. ex parte, columna fin.de teſti. vbi teſtis
examinatus ſub tali reſeruatione exceptionis, qua pro-
bata poſt modum etiam non facit indicium aliquod,
& Bald.in dicta l.fin. ſub numero quadrageſimoprimo,
de edict.diui Adrian.tollen. dicit in immiſſione poſſeſ-
ſionis verba hæc, ſaluo iure legitimi poſſeſſoris habere
vim conditionis,quòd ſi alius legitimè poſſideat,miſſio
facta non ſit, quia iudex non intendit alteri præiudica-
re,vt ibi per eum,comprobat & Anchar.Regien.quæſt.
29.num.4.& ſeq.part.ſecunda.
219 Item vbi clauſula reſeruatiua per verbum, ſaluo &
reſeruato, vel ſimile appoſita eſt cauſa modificandi,&
limitandi,vel declarandi præcedentia,vel ſequentia,ea
quidem modificat, limitat, & declarat vt habeant, vel
non habeant locum in eo caſu, quem cõtinet ipſa clau-
ſula: quæ ſic operando veluti exceptio limitat regulam
in caſu,vel rebus exceptis, & in non exceptis firmat eã
per gloſſ.in l.item Labeo.ff.famil. erciſcun.per l.quæſi-
tum.§.denique.de fund.inſtruct. tradit Angel. conſilio
ducenteſimononageſimo circunſcripta. colum. tertia,
& Dec.conſilio ducenteſimooctuageſimotertio,colum.
tertia,ad nume.tertium, verſiculo & hoc. quidem, alle-
gando & Barb.conſilio decimooctauo,columna tertia,
ad num.3.verſicu. & hoc quidem, allegando & Barb.
conſilio decimooctauo,col.15. verſic. præterea reſpon-
deo.& conſi.26.columna 6.verſi.cum ergo.li.ſecundo,
vbi ad hoc cumulando allegat plures deciſ. doctor. &
text.iuris canonici,& ciuilis,præter eum allego tex.in l.
alimentorum.in fin.ff.de aſſig. libert ibi, *Saluo iure com-
muni.* gloſſ. exponit ſaluo iure communi quod habet in
libertos pater,& ſic modificatur ibi, & limitatur illa at-
tributio per patrem filiis facta de libertis alendis penes
filios,quod non contineat pro filijs ius patronatus in li-
bertos,ſed quod id ſit ſaluum patri.
220 Declarat † autem animum iudicis,ſeu alterius diſpo-
nentis proteſtatio iſta, quòd per ſententiam prolatam
non vult auferre, & quòd non ſit derogatum nec præ-
iudicatum iuribus eius, pro quo facta ſit reſeruatio, &
quæ iura ille habet in re contenta in ſententia & diſpo-
ſitione, & quæ iura remaneant conſeruata per ipſam
proteſtationem,tradunt Bald.conſilio 104. comparuẽ-
runt,numero tertio,quarto,libr.primo,& Riminal.ſen.
conſi.71.nume.21. ſentit & Socin. conſi. 214. columna
ſecunda,verſic.ex quibus patet.libr.ſecundo, Alexand.
conſil.193.nume.5.libr.ſexto, Pariſ.conſilio 65.numero
26.& ſequent,libro primo,Corn.conſilio trigeſimoter-
tio,columna nona,verſic.nec enim excuſat.libr.quarto,
non tamen confirmat, nec conualidat aliter ipſum ius
conſeruatum alioquin inualidum,& nullum,vt per plu-
ra probare ſatagit Cephal.conſi.370. numero 50. cum
præcedent.& ſequent, & refert hoc expreſsè probantẽ
Aymo conſilio 29.num. 8. & alibi adde Socin. conſilio
289.colum.2.verſic.ſed ad hoc,lib.ſecundo,ſed confir-
mat regulam in non reſeruatis per Abb. in ca.quoniam
frequenter.col.tertia,in fin.cum ſign. ibi apoſtill. litera
C.Chaſſane.conſilio 47.col. fin. numero 36. vt dictum
eſt,& non intelligitur reſeruare ius de futuro vel in ſpe,
quando fit ipſa reſeruatio de iuribus præteriti, vel præ-
ſentis temporis,vt de iure quæſito, vel de iure compe-
tenti,vel ſi quod competit, vt per Alexand. conſil.28.
colum.2.lib.1.& Alciat.conſi. 11. in q. propoſita.nu.18.
19.lib.3.
Sequitur demum generalis concluſio paſſim in ore
221 omnium verſans.† quòd qui reſeruat,nihil dat,ſed con-
ſeruat ius reſeruatum tale quale ſit,& ſi nullum ius con-
ſeruabile reperitur, clauſula ipſa reſeruatiua nihil ope-
ratur,& fruſtratoriè appoſita eſt, per l.ſi quis legauerit.
de legat.primo,& ibi Bartol.& alij leges alias concor-
dan.allegando tradunt Bald conſi. 47.ſub num 2.libro
primo,Alexand.conſi.28.col.2.num 8.lib.primo,conſi.
195.columna fin.num.8.lib.6.Socin.dicto conſilio 287.
columna fin.Cephal.dict.conſi.370.num.61. allegando
Menoch.conſi.2.numero 57. Nat. conſi.26. numero 9.
222 conſilio 472.ad fin.† vbi de reſeruatione fideicommiſ-
ſi eo non apparente nihil facit,& non inducit fideicom-
miſſum,Celſ.Hugo conſi.67.numero 12.& Rui.97.col.
223 tertia. numero 9. libro ſecundo, † vbi de reſeruatione
Trebellianicæ intelligentiæ, ſi Trebellianica debeatur
de iure,& non plus importat,prout huiuſmodi clauſula,
ſaluo iure poſita in ſententijs,in contractibus, & in alijs
diſpoſitionibus intelligi debet, per doctrin. Angel.in l.
omnes,col.prima, verſic.in text.ibi cum ſuo robore.C.
de præſcript.triginta anno.idem Bald.& Ange. in l.fi.in
224 princip.de tempor,appel.& ſic venienti ex vulgari ſub-
ſtitutione aliqua Trebellianica non debetur, ergo re-
ſeruatio illa nihil operatur, adeo enim hæc verã ſunt,
225 quòd etiamſi in ſententia † contra aliquem lata, eſſent
ſibi reſeruatæ omnes exceptiones & defenſiones con-
tra dictam ſententiam,quæ ſibi competere poſſunt, ni-
hilominùs ſententiam ipſam quæ tranſierat in iudica-
tum exequendam,& reſeruationem non valere,quia ni-
226 hil inuenit reſeruandum, † impoſſibileſque reſeruatio-
nes nullius eſſe momenti deciſiuè reſpondit Bald.con-
ſilio

ſilio.100.egregiè libro primo ſequitur Socin.Iun. conſi. 67.num.19.libr.1.refert & firmat Aſini. Florent. ſua iudici.praxi.§.31.capit. 2. amplia 14. licèt videatur reuocare in dubium deciſ.iſtam Bald. quòd ideò ſic reſponderit, quia ſtatutum loci expreſsè diſponebat ſententiã fore exequendam remouendo reſeruationes, & aliter dubio non reſpondet, nec alia adducit pro confirmatione huius concluſionis, attamen ego dicerem de ſtatuto ibi per Bald.eſſe factam mentionem eo quòd mãdat ſententias exequi, & aliter non repugnet reſeruationes,ſed quòd reſeruatio exceptionum non impediat executionem, quia non reperijt aliquid reſeruabile, & contraria deciſioni ſententia nihil operatur per alleg. ſuprà de iure communi maximè per doct.in l. ſi quis legauerit.de leg.1.per Gramm.deciſ.66.nu.6.& per Bald. in auth.interdicimus.ad fin. C. de epiſc. & cler. poſſem
227 ego & confirmare ex eo quòd dato debito † puro & exequibili in quantitate certa contenta in ſententia vel inſtrumento exequendo per ſtatutum, ſi veniret etiam reſoluenda ſententia vel inſtrumentum per reſeruationes exceptionum,cõditionum, calculationum, vel laudi ferendi ſuper compromiſſo facto ſuper exceptionibus, nam impediretur tamen interim pro quantitate certa executio ſententiæ vel inſtrumenti per dictas reſeruationes per l.purè.in princip.ff.de exceptio.doli, & per glo.communiter approbatam in l.ſecunda.ff. de in di.adiec.tradunt Caſtr. conſi. 428. viſis & conſideratis. colum.1.lib.1.Socin.in l.pecuniam.numer. 10.11.ſi cert. pet.& l.quibus diebus.§.quidam Titio.in fin. de condi. & demonſtratio.& Dec.in d.l.pecuniam.nu.8.& conſil. 618.num.quinto,& in l.is demum.§.quod pendet. & ibi Hiero.Cagno.& per plures docto.deciſ. approbant,idẽ Gramma.in deciſ.58.numero 10.11. Pedemon. deciſio. 33.in fin.vbi cautione præſtita idem Beninten.deci.77. hæc declarã quando in ſententia eſſet facta aliqua exceptio,quòd de ea prius debet cognoſci,Soci.Iun conſ. 67.nu.19.lib.1.
228 Admoneo equidem iudices † ne de facili apponant in ſententijs reſeruationes iurium, quia ſunt contra regulas iuris vt per Socin.conſi.91. colum.fin.lib.4.& eas vidi pluries partib. præſtare incitamenta ad nouas & fruſtratorias lites, & ex his principalis propoſitæ dubitationis ſolutioni finem impono,volui & hæc itaque iudici noſtro interpreti dixiſſe.

## ¶SVMMARIVM.

1 *Sententia quòd ſit exequenda accipitur tam de ſententia iudicis lecta, quàm de ea teſtatoris, cuius diſpoſitionem iura ſententiam appellant quæ habet pariter executionem paratam.& vt ibi dic latius.*

*Et quãdo ſit tẽpus illius exequẽdæ,& quãdo à tali executiõe cõmiſſa detur appell.vel non,nu.2.3.pro ea ſuſpendenda.*

2 *Tempus exequendæ ſententiæ eſt, quando ceſſerit dies petendi relicta ex teſtamento.*

3 *Appellatio ab executione ſententiæ non eam ſuſpendit, niſi modus exequendi excedatur.*

4 *Legatum dotis vel alterius cauſæ ſolutum ante mortem teſtatoris amplius non debetur,niſi alia teſtatoris voluntas oſtenditur.*

5 *Teſtamentum patris &, teſtamentum filij concurrentia in executione prius illud patris executioni mandari debet, dein illud filij.*

6 *Modus & ordo exequendi circa quantitatem vel quid aliud conſequendi in vel ex bonis teſtatoris ſic relinquentis debet ſeruari vt primo mobilia capiantur, dein immobilia bona,tertio iura & nomina debitorum.*

6 *Executio ſententiæ in quibus rebus & quomodo ac quo ordine ſit facienda & qualiter in bonis ſit facienda,& quo moderamine.7.*

8 *Condemnatur per ſententiam teſtatoris ac iudicis ſimul ad reſtituendum vel dandum alicui tantam extimationem,quanta ſit extimatio talis rei,dando hãc rem ipſam liberatur.*

9 *Modus & ordo in exequenda non ſeruatus non officit quin executio valeat ac teneat ſi non appellatur.*

*Fallit quando non fuerit ſeruatus certus modus exequendi datus executori vel nuntio, quia ſine appellatione non valet executio.vt ibi.10.*

*Idem dicitur circa nullitatem executionis ordine non ſeruato tradito per ſtatutum loci.11.*

12 *Sententia lata contra inſtitutum poteſt exequi contra fideicommiſſarium ex actu iudiciali in inuitum.*

*Et ita eſt communis opin.ibid.*

*Etiam citatione non interueniente.ibidem, & dic vt numero 15.16.quando principales interuenientes vt ſunt hæredes inſtituti qui dicuntur caput teſtamenti,ſunt legitimè condemnati.*

*Limita & declara vt per Crot.fideicommiſſario non citato appellante à tali ſententia quia interim non poterit contra eum exequi,ſecùs ſi fuerit citatus ſi ſua putat intereſſe,illiq; fuit intimata ſententia.13.14.*

*Et quomodo lata contra ſubſtitutum fideicommiſſarium nõ præiudicat alijs ſubſtitutis fideicommiſſarijs,nec legatarijs non citatis,& quare.17.*

18 *Res quales veniant in executione ſententiæ teſtatoris vel iudicis cognoſcitur ex qualitate rerum & forma contenta in ipſa ſententia.*

19 *Legatum factum alicui de certa quantitate pecuniarum de bonis & ſubſtantia ipſius teſtatoris, vel de bonis ſuis, non poterit fieri ſolutio inuito legatario de pecunia numerata ſed in bonis hæreditarijs teſtatoris ad electionem legatarij & quomodo ibidem declaratur,cum ſeqq.*

20 *Legatum tercentorum ſuper bonis teſtatoris poteſt legatarius eligere,vt ſibi ſoluantur in bonis teſtatoris.*

*Contra per Corneum, quòd ſit in electione hæredis ſoluere vel in pecunia,vel in bonis. 21.cuius dictũ ſaluatur per auctorem, vt nu.23.vide & dic vt ibi latius.*

*Dic tamen ſecundùm eundem Corneum diſtinguendo quòd ſit in electione debitoris hæredis,in contractibus ac in legatis eſt in electione legatarij creditoris, in debito ſcilicet pecuniarum de bonis vel in bonis,vt ſupra,nu.22.*

*Et quòd ſic eſt communis opin.doct.ibi.*

24 *Legatum ſimplex quantitatis pecuniæ debet ſolui in pecunia exiſtente in bonis legantis,qua non extante hæreditateq; exiſtente ſoluendo hæres compellitur dare pecuniam ſiue de ſuo,ſiue bona hæreditaria vendere.*

*Et quid ſi fuerit hæres cum beneficio legis & inuentarij. ibid.*

25 *Verba hæc de,vel in,vel ſuper bonis adiecta conceptioni,ac diſpoſitioni legatorum deſignant & important,quòd hæres vel alius grauatus non tenetur ſoluere legata de bonis proprijs.*

*Et ſic communiter eſt receptum.ibid.*

26 *Verbum à teſtatore prolatum,vel à notario ſcriptum non differt,cùm id notarij perinde habeatur, ac ſi à teſtatore ſit prolatum.*

27 *Legata relicta à teſtatore vt ſoluantur ex fructibus poſſeſſionum,vel bonorum meorum,ſcilicet ipſius teſtatoris an differant à legatis factis per illa verba bonis meis in ablatiuo poſita.Et an & quando dicantur in fauorem hæredis,quòd fiat ſolutio de fructibus poſſeſſionum & bonorum teſtatoris.*

*Et nõ in fauorem legatarij, de fructibus poſſeſſionum ſi ſufficerent, & dic vt ibi diffuſius, quando hæres non tenetur vltra fructus.*

28 *Dictio De,ſignificat materiam & vltra non progreditur.*

29 *Solutio fienda ex fructibus debet fieri eo tempore, quo ex bonis percipiuntur.*

30 *Legatum ſoluendum ex fructibus præſtari ſpectat ad hæredem qui fructus percepit & eo non viuente ad eius hæredes,non autem ad fideicommiſſarium.*

*Etiam ſi tales fructus fuerint conſumpti & bona ex quibus fuerint percepti, fuerint per hæredem alienata. ibidem.*

31 *Legatum factum de fructibus talis fundi,an & quando hæres teneatur ſoluere de proprio, an verò eatenus quatenus fructus nati & collecti fuerint, & non vltra, quia ſi taxatiuè vnica oratione,non tenetur de proprio,ſecùs ſi demonſtratiuè, declarando & exemplificando vt ibi latius habetur.32.*

32 *Hæres an & quando teneatur ſoluere legatum factum de fructibus alicuius fundi de proprio, ſi tot non extitiſſent, & quando non,vide verbum,legatum factum de fructibus.32.*

33 *Solutio legatorum pro aliqua parte alicui tertio impoſita conſentienti, & ſubſtituto hæredi inſtituto, facienda ab illo tertio,intelligitur de bonis teſtatoris, ita vt is tertius poſſit ab hærede repetere,vel caſu eueniente ſubſtitutionis tenetur pro modo emolumenti.*

34 *Legatum certæ quantitatis pecuniarum factum & ſoluẽdum in pecunijs,in mercantijs & in alijs rebus teſtatoris, an ſic æqualiter in dictis rebus debeat diuidi,ſecundùm argumentum Iaſonis,an verò ſecundùm Corneum primo ſoluend.ſit in pecunijs in totum, ſi reperiantur in hæreditate,dein in mercibus & mobilibus,poſtremò in immobilibus iuxta formam iuris.35.*

*Et de argumento Iaſ. quomodo non valeat de perſonis ad res,vt ibi.36.*

36 *Argumentum quando non valet de perſonis legatariorum ad res,in quibus legata debent ſolui quantitatum in eo caſu,de quo ibi.*

37 *Legatum quantitatis teſtatoris mandato, ſi ſolui non poſſit in pecunia,quòd pro eo debeant dari tot bona immobilia, non admittitur hæres offerendo tot immobilia iuſſus per iudicem ſoluere in pecunia, ſi non probauerit ſe non poſſe ſoluere in pecunia numerata,quod ſecus eſt ceſſante tali mandato, quia audiretur non trahens pecuniam,& vt ibi dicitur.*

38 *Valor monetæ currentis attenditur tempore conditi teſtamenti,non mortis teſtatoris,nec cõditionis legati euenientis, quando contentio oriretur circa hæc tempora valor monetæ legatæ.*

*Et eſt opin.communis.ibid.*

*Quicquid in contrarium dixerit Roma.ibid.*

39 *Legatum alicui factum de decem iam anno elapſo, debebitur æſtimatio monetæ ad valorem tunc currentem non poſteà incipientem currere, & quare dic vt ibi, & vide verb.valor monetæ.*

40 *Sumptus vel impenſæ faciendæ pro conſequenda, conſtruẽda,reficienda,aut reparanda re legata, an debeant fieri & ſolui ab hærede,an verò à legatario, vt executio ſuũ ſortiatur effectum.vide ibid.*

40 *Hæres an legatarius debeat facere impenſas & ſumptus pro reparanda conſequendo,aut conſtruenda re legata, vt executio ſuum effectum ſortiatur.*

41 *Executio legati vel fideicommiſſi & eius effectus conſiſtit in ſolutione & præſtatione eius quod eſt in obligatione, vel ſolutione conſiſtens in quantitate vel in ſpecie.*

41 *Effectus executionis legati vel fideicommiſſi qualis ſit & in quo conſiſtat. vide verbum executio legati vel fideicommiſſi.*

42 *Legatum factum de nomine debitoris conſiſtens in actione contra debitorem,hæres aliam eius executionem euitat, liberationem conſequitur à tali legato,cedendo legatario actionem contra debitorem.*

*Quid ſi nomen debitoris conſiſteret in debito alternatiuo ad electionem teſtatoris quomodo cedere debeat hæres, & dic vt ibi latè.43.*

44 *Hæres quomodo cedendo & ſoluendo, relicta poſſit petere & obtinere à legatario ſibi fieri quietationem & liberationem per inſtrumentum publicum de legatis ſolutis & ſatisfactis.*

45 *Ars nulla eſt omninò,in qua omnia, quæ illa arte effici poſſunt,à doctore tradantur,Cicerone teſte.*



## ¶DVBIT. VLT.

DVBITATIO ſecunda & poſtrema totius noſtri tractatus diſſoluenda ſupereſt.

Quomodo,& qualiter exequenda ſit ſententia. Solutio namque dubitationis propoſitæ reſpicit veritatis inquiſitionem circa duo.

Vnum eſt de tempore,modo,ordineq; exequendi.

Alterum & ſecundum eſt de qualitate rerum ab executione ipſa conſequendarum.

Ad primum ac vtrumq; præmiſſum ſubijcio tractatio
1 nem præſentem † de ſententia exequenda accipiendam
fore de ſententia tam teſtatoris,quàm iudicis ſuperinde
lata,nam & ſanè teſtatoris diſpoſitionem iura ſententiã
appellant,vt in textu l.Sempronius.in princ.ibi.Sed his
caſibus de ſententia teſtatoris quærendum eſt, de vſufr.
legat.cum ſimilibus,per Neuizan.conſi.2.nu.27. & ſeq.
& ſupra lib.2.interpretatio.quarta, dubitatio prima,in
principio, pariter hanc teſtatoris ſententiam paratam
habere executionem, tam per leges communes, quàm
municipales fere vbique exiſtentes de inſtrumentis etiã
vltimarum voluntatum exequendis latè demonſtraui,
ſupra interpretatio.præcedent.dubitat.tertia,nu.132. &
pluribus ſeq. licèt omnimodo executio ipſa per iudicẽ
facienda dicatur iudicis ſententia, dicendum eſt igitur
2 † tempus eſſe huiuſmodi ſententiæ exequendæ, quando
ceſſerit dies petendi relicta ex teſtamento, l. cedere diẽ
de verborum ſignificatio. cum ſimilibus. in tit. ff. & C.
quando dies legat.ced. vt in præcedentibus dictum eſt.
3 Et † appellat.ab executione tali commiſſa,niſi exceda-
tur modus exequendi eam non ſuſpendit per l. ab exe-
cutione. C.quorum appellatio. non recipian. tradit Al-
ciat.conſi.68.gubernatorem.nu.6.7.lib.6. Bero.conſil.
32.nu.91.lib.3.dixi ante interpretatio.præceden. dubi-
4 tat.tertia,nu.164.& quando † legatum vel dotis,vel al-
terius cauſæ fuerit ſolutum ante mortem teſtatoris,non
deberetur vlterius,niſi alia teſtatoris voluntas oſtenda-
tur,l.Lucius.1.de lega.2.l.filia legatorum.C.de leg.& v-
trobique doctor.Corn.conſi.273.col.pen.verſi.& maxi-
mè.lib.4.Pariſ.conſi.60.nu.33. lib. 2. vbi plur.concord.
allegatis quòd ita ſit commu.opin.
5 Et vbi † teſtamentum patris, & teſtamentum filij cõ-
currant in executione, prius, quidem teſtamentum pa-
tris executioni mandari debet,& poſteà teſtamẽtum fi-
lij,probat mandans hoc menti tenendum Bald.in l.1.in
6 fi.C.de bon.auctori.iudi.poſſ. † modus autem & ordo e-
xequendi circa quantitatẽ, vel quid aliud conſequendi
in vel ex bonis teſtatoris ſic relinquentis debet ſeruari,
vt primò capiantur mobilia, deinde immobilia bona:
poſtremò ad iura & nomina debitorum eſt deueniendũ
per tex.in l.à diuo Pio.§.in vend.ff.de re iud. & ibi doct.
prout voluntas teſtatoris ſic interpretãda eſt, vt ea exe-
quatur eo ordine & modo prædicto per ius commune
conſtituto,ita in ſpecie tradit Rui.conſi.49.col.pen.nu.
10.11.li.2.cui add.Corn.con.71.col.1.verſi.3.in fi.li.4.ta-
7 liter † tamẽ in bonis facienda eſt executio & aſſignatio,
vt quãtũ fieri poſſit minus ſit dãnoſum debitori,& patri
moniũ per particulares aſſignationes minus diuidatur,
ponit Bar.in d.§.in vendi.nu.5.& ſpecialiter in l.ſi pecu
lium.§.1.nu.1.de pecul.legat.etiam ſoluendo vnum pro
alio fauore vltimæ voluntatis ne pereat, l.cum certum.
& l.prima.§.fin.ibi gloſſ.in verſi. numeratam. de aur. &
argen.legat.Iaſ.in l.ſecunda.§.mutui datio.col.penult.
& vlt.in 2.& 17.fallen. ff. ſi certum petatur per gloſ.in
ver.

ver. poſſe. in l. fundi Trebatiani. de vſufruct. lega. pro
ſingulari ponit Roma.ſingu.429.lego Titio. huic enim
8 accedit,quòd † ſentẽtia teſtatoris, & iudicis ſimul con-
demnatus ad reſtituendum vel dandum alicui tantam
exitimationem, quanta ſit extimatio talis rei, dando
hanc rem ipſam liberatur,Barto.in l.Paulus.ff. ad Tre-
9 bell.per l.ſi verò.§.fin.ſolut.matrim.† verumtamen or-
do prædictus ſi non fuerit ſeruatus in exequendo valet
executio,& tenet,ſi non appellatur.Bart.in d. §. in ven-
ditione.num. 8. concordan. alleg. ab hac opin.non eſſe
recedendum deciſiuè reſpondit Socin.conſ.158.colum.
ſeptima,verſ.nec obſtat.lib.2.& Rimin.Iunior conſilio
10 122.numer.34. † Intellige hoc ſanè locum non habere,
quando executori, & nuntio fuerit ſtatutus certus mo-
dus exequendi, qui modus ſi fuerit prætermiſſus, & ali-
ter fuerit facta executio, hæc ideò appellatione non in-
diget,quia non valet vt forma mandati non ſeruata,per
cap.cum dilecta.de reſcript. cũ ſimilibus,firmant Abb.
conſi.3. colum.10.verſic.vndecima quæſt.libr.ſecundo,
Vall.conſil.32.num.31.32.libro primo, & Alex.conſil.5.
11 col.2.num.7. lib.ſecundo, vbi † idem circa nullitatem
executionis probat,ſi non fuerit ſeruatus ordo exequẽ-
di traditus per ſtatutum loci, vt aliquid vltra ius com-
mune operetur:pro conſtanti tamen non ponendo,ac-
cedentibus & his, quæ aſſerit Guid. Pap.q.329. Quod
quidem ſtatutum dans ordinem, & modum exequendi
ferè vbique locorum viget, & in hoc ſeruandum eſt, &
ſuper quo materiam executionis ſententiarum tractare
aſſumpſit Aſini.iudiciorum prax.§.31.per totum. diffun-
dendo ſe per plura capita ampli.& limit. circa quæſtio-
nes occurrentes in materia ipſa executionis ſententiæ,
vbi in ca.ſecundo,ampliatio.vigeſimatertia, & amplia-
tio.trigeſimaquarta quatenùs attinet ad ſpeciem noſtra,
12 ponit † de ſententia lata contra inſtitutum, quòd poſſit
exequi contra fideicommiſſarios ex actu iudiciali in in-
uitũ per Bart.in l.in diem.de aqua pluuia arcenda, & ibi
Ang.& Roman.nume.6.ſub l.in concedendo.per l.pri-
mam.§.penult.de ventre inſpici.& l ex contractu.de re
iudic.ita eſſe commu.opin.Ripa in §.diui.nu. 60. 61. vt
per eum in dicta ampliatio vigeſimatertia,& pe Couar.
pract.quæſt. decimatertia ſub nu. 6. etiam quòd citatio
non interueniat,ſed in hoc aduerte declarationem tra-
13 ditam per Crot.in dict.§.diuini.numero 42. 45 † quòd
à ſententia lata contra inſtitutum,& grauatum ſubſtitu-
tus & fideicõmiſſarius poterit appellare,vt ibi per eum:
ſic ergo interim cõtra fideicõmiſſarios non poterit exe-
14 qui ſentẽtia.† Prout exequi poteſt cõtra fideicommiſſa-
rios,& legatarios citatos, ſi ſua putant intereſſe ſentẽtia
ipſa lata contra grauatũ, & intimata legatarijs & fidei-
commiſſarijs ipſis,vt per Curt.Iun.conſil.23. col.fin.ſub
nu. 8. vide tamen ſuper hoc latiorem diſcuſſionem ha-
15 bitã per Couar.in d.q.13.ſub nu.6.quòd † principalibus
perſonis interuenientibus in iudicio legitimè condem-
natis,vt ſunt hæredes inſtituti,& primo vocati ad ſucceſ
ſionem aliquam ſubſequẽtes, & ſucceſſiuè vocati etiam
non citati obnoxij, & aſtricti ſint executioni eiuſdem
ſententiæ condemnatoriæ, per tex.in d.l.ex contractu,
vbi in ſpecie loquitur contra ſubſtitutum.

Sed adhuc aduertendum eſt, quòd d.l. ex contractu,
16 loquitur de ſubſtituto vulgari, vt ibi per gl. † & quando
lata eſſet ſententia contra hæredem inſtitutum, qui eſt
ca. teſtamenti,ideò ſententia lata contra eũ exequi po-
teſt contra legatarios,vel fideicommiſſarios, non voca-
tos in cauſa:ita procedunt allega. per Couar. ſub nu.6.
17 d.q.13.alioquin veritas videtur in contrariũ,quòd† ſen-
tenta lata contra ſubſtitutum fideicommiſſarium non
præiudicat alijs ſubſtitutis fideicommiſſarijs, nec lega-
tarijs, niſi fuerint citati, quia ille contra quem eſt lata
ſententia non eſt caput teſtamenti,arg.l.circa. ff. de in-
officio.teſta.ita probat Bal.conſ.334.præmittendum eſt
ad euidentiam,num.4.lib.2.refert conſilio hoc Alciat.
conſil.141.ſub nu.4.lib.9.facit tex.in l.ſæpe.verſi. is ve-
rò.& ibi glo.in ver.interueniẽte.ff. de re iudi. & in ſpe-
cie comprobat Socin.Iun.conſil. 181.nu.89.& ſequent.
lib.2.

18 Ad alterum & ſecundum de qualitate rerùm conſe-
19 quendarum in executione dico † qualitatem teſtatoris,
potiùs quàm iudicis nobis oſtendere quales res veniant
in executione. nam † ſi teſtator legauit alicui certam
quantitatem pecuniarum de bonis & ſubſtantia ipſius
ſtatoris vel de bonis ſuis,vt aſſolent ſonare verba teſta-
mentorum inuito quidem legatario in his hanc ego in-
telligo executionem, non poteſt fieri ſolutio legati in
pecunia numerata,ſed fieri debet in bonis hæreditarijs
teſtatoris ad electionem legatarij arbitrio tamen boni
viri,ſecundùm communem exſtimationem,vt latè diſ-
cutiendo probat Ruin.conſi.65.col.2.nu.3. & ſeq.lib.2.
cui addo Angel.conſi.295.punctus teſtator, eodem ſub
20 numero 342.col. 1. firmantem † legatum trecentorum
ſuper bonis teſtatoris eligente legatario poſſe conſequi
in bonis teſtatoris,quia tercentum ſunt in legato,& bo-
na in ſolutione ſi velit legatarius, vt ibi concludit, dicit
facere l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.ff.de ſo-
lut.& l.codicillis.§.inſtituto.de legat.2.de Angel. men-
21 tionem non faciens videtur tenere† contrarium Corn.
conſi.132.columna fin.libro quarto,vbi de bonis vel ſu-
per bonis teſtatoris ſunt verba indefinita, ideò poſſe fie
ri per hæredem ſolutionem legati vel in pecunia, vel in
bonis,vtroque habito de bonis teſtatoris,vide tamen in
22 ſimili † debito pecuniarum de bonis vel in bonis,quòd
idem Corne.conſi.215.col.2.verſi.licet in legatis,di.lib.
4.diſtinguit in contractibus eſſe in electione debitoris,
in legatis autem eſſe in electione legatarij creditoris
circa ſimile ambiguum bonorum legatorum ſecundùm
communem opinio. Doctor. in l.legato generaliter. de,
legat.primo,hanc diſtinctionem relata tali contrarieta-
te Cornei in dictis conſil.ſibi magis placere dicit Aym.
conſi.187.col.fi.verſicu.ſed pro primo, hoc mihi quoq;
placet, & tenendum arbitror, per rationem & auctori-
tatem Rui.& Angel.in dictis ſuis conſil.ſaluando Corn.
in dicto conſi.132.columna fin.quòd † vbi legatum cer-
23 tæ quantitaris pecuniarum erat prius debitum confeſ-
ſum per teſtatorem in ipſa quantitate legata, ideò pri-
ma origine debiti attenta, voluntati teſtatoris, & arbi-
trio boni viri magis conuenire videtur, ſi hæres velit,
poſſe fieri ſolutionem in pecunia debita inuito legata-
rio,ex regula generali, quòd ſolutione eius quod debe-
tur omnis obligatio tollitur,vulga.text.in princip.inſtit.
quibus modis toll. obligat. ſaluando etiam eo caſu quo
reperitur eſſe in pecunia hæreditaria teſtatoris tanta
quantitas, quæ ſufficeret pro ſolutione quantitatis pe-
cuniæ legatæ,quia ſine dubio poſſet tunc hæres ſoluere
de illa pecunia dicit Aym. d. conſi 187.col.fi. verſic.ſed
pro primo. nihil ad hoc allegat,& ego comprobo ſic eſ-
ſe de volũtate teſtatoris, vt primo fiat executio ſolutio-
nis legatorum eo ordine quod diſpoſitum eſt de iure
communi,capiẽdo primum de mobilibus, & ſic de pe-
cunia hæreditaria, vt dixi probari per Ruin. conſi. 49.
col.penult.nu.10.11.libro 2.videtur text.in l.ſi pecunia,
24 in princip. de legat. ſecundo, quòd † ſimplex legatum
quantitatis pecuniæ debet ſolui in pecunia exiſtente
in boni legantis, quæ ſi non extat & hæreditas ſit ſol-
uendo, hæres dare pecuniam compellitur, ſiue de ſuo,
ſiue bona hæreditaria vendendo, ſiue vnde velit, ſi ta-
men hodie hæres fuerit cum beneficio legis & inuen-
tarij in tali ſolutione legati ſeruanda ſunt tradita per
textum, & docto. in l. fina. §. & ſi præfatam. C. de iure
deliberan.tenet Bartol.Alber.Cuma. Caſtrenſ.& Imol.
in dict.l.ſi pecunia. in princ. licèt ibi Bald.teneat con-
trarium, & malè contra commun. opin. vt & per An-
char.



char.Regien.quæſtio.64.numero 7,par.ſecunda.
25 Enimuero hæc verba † de,vel in,vel ſuper bonis ſuis
adiecta conceptioni ac diſpoſitioni legatorũ deſignãt,
& importãt, quòd hæres vel quis alius grauatus nõ tene
tur ſoluere legata de bonis proprijs text.& gl.fi.in l.no-
men.§. vni.in fin.de legat. tertio, Caſtrenſ.conſi. 405.
numero 2.verſ.2.quia teſtator,Aym.conſi.187.nume.4.
dixi conſilio 98.in fin.libr.primo,etiam quòd non con-
fecerit inuentarium, ſed eatenùs ſoluere tenetur, qua-
tenùs habeat de bonis teſtatoris, Corne.conſilio 180.
colum.ſexta.verſi.ſic & aliàs,libro quarto, ſic eſſe com-
muniter receptum ait concordan. allegando Phanuc.
Lucen.tract.de inuenta.par.ſeptima,numero 51. Alciat.
conſilio 38.facti præſens ſpecies,numero 31.lib.9.ſentic
Barto.in l.prima,num.44.in fin.C.de ſacroſanct.eccle.
26 † differentia verborum vel notarij vel teſtatoris non
placet,quia verbum à Notario ſcriptum perinde habe-
tur vt à teſtatore prolatum, Bald. conſi.151. ad fin.lib.5.
Hiero.Cagno.in l.ſi librarius.nu. 10. de reg.iur. vt alibi
dixi.
27 Præterea † diſpoſitio iſta teſtatoris, ſoluantur & de-
trahantur legata ex fructibus poſſeſſionum ex vulgari
de le poſſeſſioni ſic in Latinum tranſlatarum, & boni
mei,id eſt,& bonorum meorum,ſic Latinè,vt interpre-
tatio fiat in fauorem hæredis, quòd executio & ſolutio
legatorum facienda ſit de fructibus poſſeſſionũ & bo-
norum teſtatoris, & non in fauorem legatarij de fructi-
bus poſſeſſionum ſi ſufficerẽt,ſin autem de bonis meis,
transferendo in ablatiuum, non in genitiuum vt poſui,
bonorum meorum,quam interpretationem reputat, &
tenendam illam pro hærede probat Corne. conſilio 71.
col.1.lib.4.pariter hæres non tenetur vltra fructus, quia
28 dictio † de,ſignificat materiam, & vltra non progredi-
tur l.1.§.videamus.ff.de coniug.cum emancip.liber.tra
dit Bald.in l.penult.colum. fin.verſi.& faciunt ad quæ-
ſtionem.C.de cond.inſer.facit d.l.nomẽ. §. vni de lega.
29 tertio,vbi videtur caſus.cuius Bald.non meminit:† de-
bet autem fieri ſolutio ex fructibus eo tempore, quo ex
bonis percipiuntur,glo.in ver.non initio.in l.Firmio.§.
pater.ff.quando dies leg.ced.Alciat.conſilio 54. nu.5.li.
30 9.† legatum hoc ſoluendum ex fructibus præſtari ſpe-
ctat ad hæredem,qui percepit fructus,& ſi non viuit,ad
eius hæredes,& non ad fideicommiſſarium, Nat.conſil.
323.ad fin.etiamſi tales fructus fuerint cõſumpti, & bo-
na ex quibus fuerunt percepti,per hęredem fuerint alie
nata,reſpondit Corn.conſi.183.lib.1.

Subijcitur hæc declaratio legati exequendi in fructi-
31 bus ſolutioni appoſitis,quòd † ſi fructus poſiti ſint taxa-
tiuè vnica oratione, vt, lego centum ex fructibus vel
redditibus talis fundi,vel cum relatiuo ex fructibus, qui
naſcentur vel colligẽtur ex tali fundo, in ſimplici lega-
to hæres eatenùs tenetur, quatenùs fructus nati,& col-
lecti fuerint,& nõ vltra de proprio d l,nomen.§,vni.de
leg.3.l.cum certus. de vi.tri.ol.leg.in legato autẽ annuo
ſuppletio ſit ſatisfactionis de fructibus in ſequentibus
annis.l.legatum.§.vrni.de an.lega.l.ex eo.de vin.trit.ol.
32 lega.† Si verò fructus poſiti ſunt demonſtratiuè, vt Le-
go centum, quæ volo ſolui & præſtari ex redditibus &
fructibus talis rei, omnimodò tunc facienda erit ſolu-
tio legati ex fructibus rei demonſtratæ vel aliunde ha-
bitis,l.quidam teſtamento.de legat.primo.l. Lucius, de
ali.leg.vt poſt Cyn.per Angel.& Salyc.in l.ſi quis argen-
tum.§.ſi vero.C.de donat.Bart.in l.inter ſtipulantem §.
ſacram.nume.6.de verborum oblig.Caſtren. conſi. 338.
quia exceptiones,col.3.ſub num. 3. libr.1.Ioan.de Ami.
conſil.46.col.pen.& fi.& plenè proſequitur Deci.conſ.
324.per tot.ex facto reſpondi conſi.117.num.3.& ſeq.li-
bro 1.
33 Item ſolutio legatorum pro aliqua parte impoſita a-
licui tertio etiam conſentienti & ſubſtituto inſtituto
hæredi ab eo facienda intelligitur de bonis teſtatoris,
ita vt poſſit is tertius ab hęrede repetere, vel caſu ſubſti
tutionis eueniente tenetur pro modo emolumenti, vt,
latè examinãdo determinat Corn.con.76.li.4. aduertẽ
notabile illud Iaſonis in l.legata inutiliter.§.1.in 2.not.
34 de leg.primo. quòd † legatum certæ quantitatis pecu-
niarum factum,& ſoluẽdum in pecunijs, in mercantijs,
& in alijs rebus teſtatoris debeat diuidi æqualiter in pe-
cunia,in mercantijs & in alijs rebus his qualitatibus re-
rum quaque parte legati attributa, ſimpliciter refert
Aym.conſ.187.ſub nu.4.hoc non puto verum,ſed quòd
35 † legata quantitas debeat ſolui in totum in pecunijs ſi
reperiantur in hæreditate, aliàs in mercibus & mobili-
bus,& poſteà in immobilibus bonis teſtatoris iuxta for-
mam iuris per text.in l. à diuo Pio. §, in venditione,de
re iudicata ſecundùm iuris formam in ſoluendis lega-
tis ſic teſtatoris voluntatem interpretandam eſſe tradit
Corn.conſi.71.col.1.verſi.3. in fi.libr.4. & clarius Ruin.
conſi.49.nu.10.11.lib.ſecundo, & per Barto. & ali.in l.
36 hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.Non militat † ar-
gumentum Iaſonis ex textu in dict.§. 1. in 2. not. d.l.le-
gata inutiliter, de perſonis legatariorum de quibus lo-
quitur ille tex.ad res in quibus debent ſolui legata quã-
titatum ex euidente ratione diuerſitatis inter perſonas
& tales res in hoc caſu, vt ex ſe patet diuerſitas actuum,
& plurium perſonarum reſpiciẽtium actum acquiſitio-
nis legati, & præmiſſarum rerum reſpicientium actum
ſolutionis legati: legatum enim recipit diuiſionem per
actum acquiſitionis pro numer. perſonarum legatario-
rum dict.l.legata inutiliter, in fin.cum ſimil.ibi in gloſſ.
fin.non ita dici poteſt per actum ſolutionis plurium re-
rum,quæ non ſunt in obligatione legati, ſed in ſolutio-
ne, in obligatione autem eſt certa quantitas legata vni
legatario per nota.in l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in
melle.ff.de ſol.Corne.conſ.132.col.fin.libr.4.quæ ſciſſa
in plures res ſolutas non minima incommoda haberet,
l.planè.ff.famil.erciſc.ergo,&c.
37 Legatum † quantitatis mãdato teſtatoris ſi non poſ-
ſit ſolui pecunia pro eo dari debeant tot bona immo-
bilia, hæres iuſſus per iudicem in pecunia, non debet
admitti offerendo tot bona immobilia,ſi non probaue-
rit ſe non poſſe ſoluere in pecunia numerata, tenet Iaſ.
conſi.44.col.fi.lib.1.motus Romani conſil.163.vbi latè
diſcutiendo in ſimili ita probat, alioquin ceſſante tali
mandato teſtatoris hęres ſi non habet pecuniam vt qui-
libet debitor offerẽdo de melioribus bonis auditur per
authen.hoc niſi.C.de ſolut Cuman. in l. ſi pecunia, de
legat.ſecundo.
38 Tempore † ſolutionis & executionis legari certæ
quantitatis pecuniarum ſi contentio euenerit de valore
monetæ legatæ currentis minoris,vel maioris extimatio
nis,quàm eſſet vel tempore conditi teſtamẽti, vel tem-
pore mortis teſtatoris, vel tempore euenientis condi-
tionis legati, breuiter reſpondetur fore attendendum
valorem monetæ currentis tempore conditi teſtamenti
per l.vxorem.§.teſtamento,de legat.3, & l.ſi ita eſſet.de
aur.& arg.lega.firmat Oldr,conſi.31.conſil.13.Abb.in c.
olim cauſam,nu 4.de cen ſi.Afflict.deciſio.194.num.2.
Socin.conſi.6.col.2.libr. 1. pro communi ponit Eman.
Soarez theſa.recep.ſenten.ver.monetæ,nu.240.probat
idem Socin.Iunior conſi.142.nu.4.5.lib.2.conſ.101.nu.
3.lib.3.quicquid in contrarium dicat Ro.conſi.123.circa
primum col. 2. verſ. ac ſtatuta, comprobo his expreſſis
verbis Bal.in conſ.407.in q.col.fi.ſub nu.14.lib.1.ſicut
39 ſi † teſtator,iam eſt annus,fecit teſtamentum & legauit
mihi decem,lex interpretatur ad monetam tunc currẽ-
tem nõ poſteà incipientem currere,quia ſenſus verbo-
rum naſcitur eodem tempore cum ipſius verbi prola-
tione,ſic Bal.ait.
40 Sumptus † vel impenſas pro conſequenda, conſer-
uanda

uanda,reficienda,vel reaptanda re legata quis facere & ſoluere teneatur an hæres vel legatarius vt ſuperinde ſuum executorio ſortiatur effectum, noſtrum remitto interpretem ad Bal.in l.1.§.ne autem.nu.13. de cad. tollend. Abb.in c.indicãte.nu. 7. de teſta.Ang.Aret. tract. de teſta.gl.32.num.3. text. & doctor.in l. quibus diebus. §.primo, de conditio. & demonſtratio. & in penultima §.alumno,de legat.3.Oldra.conſi.27.ad fi.Saly. in auth. nunc hæres.C.de litig.Alber.in l.patronus.§.penult. de legat.3.ad tex.Bart.& ali.in l.cum ſeruus.& in l. ſi ſeruus legatus.in princip.de legat.1.& in l.Titius.de legat.3.ad l.generali.§.Lucius.de vſufr.legat. ad Corn.conſil.180. col.6.verſi.circa quintam,lib.4.ad l,ſciendum, & l.vbi. §.fi.& l.mulier.§.præterea.ad Trebel. ad Boër. deciſio. 44.ad glo.in verſi.fortaſſis.in l.4.§.ſi rem de legat.3. & ibi Caſtren.& Alex.conſi.119.col.penult.numer.21.lib. ſecundo.

41 Poſtremo † effectus executionis legati vel fideicommiſſi conſiſtit abſque dubio in ſolutione, & præſtatione eius,quod eſt in obligatione vel ſolutione,conſiſtens in quantitate vel in ſpecie per reg.§.1. inſt. quibus modis tollit.oblig.& l.plane vbi.ver.idémque,de legat.1.& l.prout quiſque.ff.de ſolu.& conſiſtẽs in præſtatione facti exequitur in facto ipſo præſtito.l.fideicommiſſa.§.fi.
42 de legat.3.† ſed vbi legatum eſt nomen debitoris conſiſtens in actione contra debitorem, hæres aliã eius executionem euitat, & liberationem à tali legato conſequitur cedendo legatario actionem contra debitorem, l.ſeruum filij ſed ſi nomen. l. ſi non quocunque. §. qui Caium.l.ſeruus legatus.§. qui margaritam. l. ſi res obligata,in fin.de legat.1.l.legatum ita erat.& l. ſi Titius.§. cum ita.l.qui duos.§.1.l.Imperator.in princip.l. Lucius. §.ciuibus.de legat.2.& l.dominus Sticho. in princip.de
43 pecul lega.& l.Titio fundus.de condit.& demonſt. † & ſi nomen debitoris conſiſteret in debito alternatiuo ad electionem teſtatoris, l. ſi ſic legatum. §. ſi quis ita de legat.2.

Debet quidem hæres facere ceſſionem efficacẽ ſoluendo pretium, ſi quod ſoluendum ſit ita quòd ceſſio ſit efficax & non poſſit per exceptionem excludi, vt legatum ſit vtile,pro nota.tradit Bald.in l.idem Iulianus. in princip.de legat. 1. alias. §. idem Iulianus. ſub l.cum ſeruus.& ibi Bar. Caſtr.& alij,de hac ceſſione per Anch. conſi.368.dubium principale,col.2. Bal.conſi.163.præmittendum.lib.3.Aym.conſi.109.nu.8.

44 Atque † ita cedendo & ſoluẽdo relicta, hæres & quilibet debitor ſoluẽs poteſt petere & obtinere à legatario & creditore quolibet ſibi fieri quietationẽ,& liberationẽ per inſtrumẽtum publicũ de legatis ſolutis, & debitis ſatisfactis probat Baldus conſi. 230. quidam nobilis, lib.ſecundo,text.Bart.& alij tradunt in l.plures.C.de fide inſtrum.

De his hactenùs,neque ipſum quoque nunc quiſquis eſt vltimarum voluntatum interpres quietare & liberare velit, quoniam exequutus videor, quantum in me eſt,totum opus,quod per quinque libros initio præmiſſos exequi pollicitus ſum, ſi quid malè ſoluti imperfectíque inſit,quod vtinam ne plurimum dicetur.Id equidem humana imbecillitate mei eſt, & communi hominum etiam docentium quamlibet artem defectu, his verbis probat Cicero libro ſecũdo de Oratore. Neque
45 † eſt omnino ars vlla, in qua omnia, quæ illa arte effici poſſunt à doctore tradantur: ſi quid autem boni,& perfecti,id nempe quod eſt,gratia Dei eſt.Cui trino, & vni ſoli omnis honor,laus, & gloria, & gratiarum actio per infita ſecula.

¶FINIS.

# INDEX RERVM OMNIVM, LOCORVMQVE INSIGNIVM, AC MEMORABILIVM,

Quæ in hoc tractatu SIMONIS DE PRÆTIS, de Interpretatione vltimarum voluntatum continentur.

## A

ABBREVIATVRA *notarij in partibus non cancellatis remanet in ſua fide. lib.2.fol. 195.col.1.ſolut.2.num.57.*

*Ablatiuus abſolutus importat conditionẽ momentaneam, ita quòd ſufficit ſemel cueniſſe ſine perſeuerantia,& reſoluitur in conditionem per adiectionem, Si, & non per dictionem, Donec: habet tamen vim diſpoſitionis & naturam, pluſquàm dictio Si. lib.3.fol. 118.col.1.ſolut.10.num.8.*

*Ablatiui abſoluti faciunt conditionem per diſtinctionem Si,non Donec.lib.3.fol.192.col.2.ſolut.3.num.16.*

*Ablatum in teſtamento per exhæredationem recuperari poteſt, in facto modum inueniendo remouendi vel delendi cauſas exhæredationis, quod dupliciter prouenire poteſt,vt peracta pœnitentia per committentem cauſas ingratitudinis, vel per ingreſſum religionis, vel veniendo ad fidem Chriſtianam in Iudæo.lib.3.fol.50.col.2.ſol.4.num.9.*

*Abſolutio ab obſeruatione iudicij fit reſeruato iure aptiùs agendi,ſtante ineptitudine modi agendi.lib.5.fol.494.colum.2. dub.2.num.77.*

*Abſurditas vt euitetur, receditur à verbis teſtamenti, vel eorũ fit ſuppletio, prout expedit magis, exempla vide lib.1.fol. 48.col.1.num.2.*

*Abſurdum cum alijs ſynonymis vt meliùs dignoſcatur,quale dici poſſit, breuitatis gratia vide plura dicta legum Doct.ad congeſta.lib.1.fol.48.col.2.num.7.*

*Abſurdum in ſumma quod dici poſſit omne id contra quod extare poteſt ſententia & mens legis & hominis in quacunque diſpoſitione naturali æquitate & maioritate rationis vigente.ibid.num.8.*

*Abſurdum ſeu argumentum ab abſurdo dicitur duobus modis, & tollitur duobus modis alijs, vt declaratur ibid.num.9.*

*Abſurdum,abſonum,diſpar,diuerſum,abhorrens, inconueniens, ſtultum, difforme, odioſum, & iniquum, ſynonyma ſunt hæc vocabula.lib.1.fol.48.col.1.num.5.*

*Actio ex edicto,ſi quis om.cau.teſt.quomodo intentari poſſit,vide practicam Bartol.diſtinguentem,poſtea pro declaratione materiæ quatuor caſus.lib.5.fol.509.col.1.dub.2.num.357.*

*Actio inducta ex edicto, ſi quis omi.cau.teſt.dicitur actio in factum, vel eſt actio hæred.ex teſtamento.ibid.col.2.nu.358.*

*Actio vtilis ex teſtamento datur contra adeuntem, ea verò in factum datur contra non adeuntem ſecundùm Bal.& Salyc. ibid.num.359.*

*Actio non dicitur nata actori agenti ex relicto conditionali, niſi primo impleta condit.aut modo.lib.5.fol.497.col.2.dub.2. num.138.*

*Actio in ſubſidium competit contra legatarios, hærede non exiſtente ſoluendo.lib.5.fol.525.col.1.dub.3.num.181.*

*Actio datur in ſubſidium legatario ad ipſum legatum hærede impediente impleri cond.leg.non exiſtente ſoluendo, ac ſi conditio eſſet impleta.ibid.num.182.*

*Actio vendicandi datur in ſubſidium contra eum, in quem peruenerunt bona conſequenda.ibidem.num.186.*

*Actiones tres pro legatis, & fideicommiſſis inductæ.ſ.perſonalis ex teſtamento,rei vendic.& hypothec.non remanent fruſtratoriæ, licet via executiua intentaretur pro illis conſequẽdis. lib.5.fol.523.col.2.dub.3.num.149.*

*Actor non probando quoto gradu attineat teſtatori,an obtineat fideicommiſſum, & ad id admittatur. lib.5.fol.549.col.2. dub.4.num.263.*

*Actor probando ſe proximum teſtatori, an poſſit obtinere fideicommiſſum, ſi non probauerit etiam negatiuam hanc, non extare alium proximiorem.ibid.num.264.*

*Actor contra reum negantem eſſe hæredem, poteſt iudicium incipere, & proſequi, ſi eum probationibus conuincere poteſt quòd ſit hæres, & in hoc actione perſonali, in reali actione, reo verè non poſſidente, debet perquirere poſſeſſorem verum. lib.5.fol.504.col.2.dub.2.num.277.*

*Actor quando debeat conditionem aut modum implere.lib.5. fol.497.col.2.dub.2.num.139.*

*Actor potuit rectè agere, licet poſt litem conteſtatam conditionis implementum ſecutum ſit &c. lib.5.fol.498.col.1.num. 145.*

*Actor magis eſt fauorabilis, quàm reus in pertinentibus ad ordinationem litis.lib.5.fol.504.col.1.dub.2.num.272.*

*Actor eſt certus,vt contra reum experiri poſſit,vbi interrogatus ad primum vel reſponderit affirmatiue, vel contumax fuerit.ibid.num.273.*

*Actor volens agere actione perſonali pro legato, vel fideicommiſſo conſequendo, habet videre in quo conſiſtat legatum, an in ſpecie,an in genere,vel quantitate.lib.5.fol.511.col.1. dub.2.num.381.*

*Actor habet electionem conueniendi reum, an in loco domicilij ipſius rei, vel in loco, in quo bona ſita ſunt.ibidem.*

*Actor,lite pendente,vel mota coram vno iudice, non poteſt iudicem eum mutare.ibid.nu.382.*

*Actor cùm plerumque ſit deſtitutus omni alio remedio, in ſubſidium ipſi daretur fortè ipſa petit.hæredit.etiam contra tit. poſſidentem.lib.1.fol.508.col.1.dub.2.num.339.*

*Actor non probans rem eſſe ſuam, vel vbi vtriuſque partis iura ſunt obſcura,contra petitorem profertur ſententia.lib.5.fo. 88.col.1.dubit.3.num.16.*

*Actor cùm ſuſpicatur de tit.poſſidentis, & probari poſſit de dominio defuncti teſtatoris, poteſt &c.lib.5.folio 508.& 509. dub.2.num.352.& ſeq.vſque ad 356.*

*Actor, ſiue reus,quiuíſve alius tenetur probare id,quod eſt fundamentum, & cauſa ſuæ intentionis perſpicuè. lib.5.fol.533. col.2.dubit.4.num.17.& 18.*

*Actor debet à princi.bene perſpicere qua via agat, vt ſuccumbens poſſit ad alium venire. &c. lib.5.fol.505.col.1.dubit.2. num.287.*

*Actor,petens modis cõtrarijs ex eadem diſpoſitione admitti, non auditur. ibid.col.2.num.289.*

*Actor agens petitione hæreditatis,vel,&c.quid agere debeat,ne*

repellatur.&c.lib.5.fol.506.col.1.dub.2.num.306.

Actor non poteſt mutare iudicium iam cœptum, maximè reo excipiente de litis pendentia, vel ne continentia cauſæ diuidatur, aliàs valeret proceſſus coram alio iudice.lib.5.fol.511. col.1.dubit.2.num.384.

Actor petens ſimpliciter quædam bona deſignata in fine libelli, & non probauerit niſi de tertia parte dictorum bonorum, poterit fieri ſententia pro actore, pro ea parte bonorum probata. Et valet ſententia non apparente dolo plus petentis. lib.5.fol.503.col.2.dub.2.num.262.

Actor non poteſt petere quod debetur ab eo, cui ipſe aliquid dare debet, niſi priùs impleto pro parte ſua eo, quod dare debet, in totum adimplendo, & non pro parte.lib.5.fol.497. col.1.dub.2.num.125.

Actum, vel impletum non dicitur cùm aliquid ſuperſit ad agendum, aut implendum.ibid.num.126.

Actum magis faciunt cognoſcere requiſita ad actum circa formam & modum interuenientia, quàm verba.lib.2.fol.176. col.2.ſolut.12.num.16.

Actus factus, non ſeruata forma ſtatuti etiam in fauorem mulieris, non valet.lib.5.fol.497.col.1.dub.3.num.46.

Actus in ſubſidium non datur contra ſingularem ſucceſſorem ex cauſa oneroſa, quod colligitur ex not.in l.ſi eum ſeruum, ſi cer.pet.lib.5.fol.525.col.1.num.180.

Actus neceſſarij ſunt ſtricti iuris, idem ratione præſumptæ voluntatis teſtatoris de grauando hæredem minus quàm fieri poſſit.lib.1.fol.56.col.1.ſol.11.num.8.

Actus ſuſpectus redditur ex inſolito contrahendo modo.lib.5. fol.446.col.1.dub.1.num.91.

Executor non exequens in tempore dato à teſtatore, non poteſt dicere ſe eſſe adhuc in tempore conſtitutionis epiſcopi, vbi duplex tempus ei ſtatutum ſit, ſcilicet per conſtitutionem epiſcopi,& per teſtatorem,quia hæc tempora confunduntur, & ſimul concurrunt.lib.5.fol.455.col.2.dub.2.num.72.

Executor teſtamentarius poteſt quoque voluntatem teſtatoris declarare & interpretari idem de vxore teſtatoris. lib.1.fol. 34.col.2.ſol.7.num.1.

Executor teſtamentarius poſtquam declarauit in quam cauſam piam velit pecuniam expendi,amplius variare, & mutare cauſam ſemel declaratam non poteſt. li.1.fol.68.col.1. ſol.7.num.1.

Executor,ſeu commiſſarius circa perſonas eligendas incertas de certis incontinenti, ſine temporis interuallo in eligendis perſonis debet facere executionem, quod tamen fallit duobus modis de quibus.lib.5.fol.454.colum.2.dubit.2.num.62. & 64.

Executor poteſtatem aſſumit, ſicut tutor à die aditæ hæreditatis, etiam ſi eſſet ab inteſt.executor, quia nil poteſt exequi niſi ea adita. libro 5.fol.462.colum.1.dubit.3.numero 19. & 20.

Executor

Executor eſt quaſi procurator defuncti, vel ſimplex mandatarius.lib.5.fol.452.col.1.dub.2.num.30.

Executor, poſt terminum à teſtatore præfixum, non poteſt ſe intromittere in exequendo.libro 5.fol.455.colum. 1. dub.2. num.73.

Executor diſtribuens in duabus perſonis, quod in quamplurimis eſſet diſtribuendum teſtatore ſic mandante inter pauperes diuidi bona, nil agit,&c.libro 5.fol.458.colum. 1. dub. 2.num.79.

Executor,cuius fides,conſcientia, & induſtria eſt electa, poteſt facere alium executorem,ei aliquid certũ committendo, & à ſe declaratum.lib.5.fol.452.col.2.dub.2.num.39.

Executor, aut commiſſar. teſt.electus ad diſtribuendum bona teſtatoris pauperibus per eum eligen.poteſt ſeipſum ſi pauper ſit filioſq; ſuos,ſi pauperes ſint eligere lib.5.fol.456.col. 1.dub.2.num.87.& 457.col.1.

Executor habens poteſtatem diſtribuendi bona teſtatoris inter pauperes an poſſit vni,vel debeat pluribus eligere, &c.lib.5. fol.457.col.1.dub.2.num.95.

Executor merus differt à mixto, quia ſi legatum fiat caducum deficiens quomodocunque de cauſa vel de facto, nil remanet penes numerum executorem, ſecus in mixto, quia penes eum,& non hæredum remaneret.li.5.fol.453.col.1.dub. 2.num.47.

Executor merus &c.fallit, ſi efficeretur non ſoluendo, quia etiam ab eo exigenda eſſet cautio. li.5.fol.453.col.2.dub.2. num,49.

Executor merus differt, quia ſi ſint plures executores meri, vnus ſine altero non poteſt exequi, niſi aliqui ſint mortui, vel ſint in remotis partibus, vel aliter impediti, vel quando alij nolunt exequi, vel noluerunt officium ſuſcipere, & recuſauerunt, de quo vide ſex fallentias. lib.5.fol.454.col.2. dub.2.num.55.

Executor merus teſtamenti æquiparatur executori ſententiæ iudicis,ideoque non poteſt vendere, niſi præcedentibus ſubhaſtationibus,ſecus inter executores,quia,qui eſt mixtus,id eſt hæres, & executor, non habet neceſſe prædictas ſolennitates ſeruare, in vendendo pro transferendo dominio. ibidem. num.56.

Executores omnes eſſe poſſunt,qui nõ ſunt prohibiti exequi tale officium, & de iure repelli non poſſunt. lib.5.fol.451.col.2. dub.2.num.28.

Executores, aut fideicommiſſarij, pro regionis more ſic nuncupati,tenentur onus exequendi teſtamenta adimplere etiam ſine commodo. lib.5.fol.451. colum. 1. dubit. 2. nume. 21. & 22.

Executores ſi partim ſint conſanguinei, partim non, diſcordes autem in exequendo commiſſa per teſtatorem, ſtabitur determinationi factæ pro coniunctis teſtatoris.lib.5.fol.458. col.2.dub.2.num.84.

Executores, ſi ſint duo, & vnus eligat pauperes teſtat.coniunctos alter verò extran.paupe.præfertur electio paupe.coniunct.teſtatoris.ibid.num.85.

Executores particulares non poſſunt vendere,ſi teſtator eis conceſſerit expreſſè vel tacitè.lib.5.fol.457.col.1.dub.2.n.100.

Executores tenentur reddere rationẽ de executis. ibid.nu.102.

Executores à quibus ordinandi, & fieri poſſint. lib.5.fol.451. col.2.dub.2.num.23.

Executores in teſtamento deputati nullum habent officium ante aditam hæreditatem.li.5.fol.28.col.1.dub.3.num.17.

Executores debẽtes eligere duos pauperes in certa ſumma, tantum in reſiduo teſtator decedit ab inteſtato.lib.5.fol.461. col.2.dub.2.num.105.

Executores dici poſſunt declaratores vltimarum voluntatum. lib.1.fol.35.col.1.ſol.7.num.2.

Executores,ſeu commiſſarij agnito iudicio teſta.tam circa relictum bonorum quandoque eis factum, quàm circa mandatum executoriæ, &c. tenent & compelli poſſunt ad implendum onus, & officium ipſorum. lib.5.fol.470.col.1.dub.3. num.125.

Executores quando habent poteſtatem à teſtatore faciendi omnia, quæ poſſet facere ipſe teſtator viuens, intelligitur pro executione circa contenta in teſtamento. lib.5.fol.452.col. 1.dub.2.num.34.

Executores certi vbi ſunt taliter reſtricti per teſtatorem ad diſtribuenda bona etiam ad pias cauſas,vt nec epiſcopus,aut alius ſe intromittere poſſit, mortuis executoribus deputatis non facta executione,ceſſat diſpoſitio, & amplius fieri nõ poteſt executio.lib.5.fol.455.col.1.dub.2.num.67.

Executores qui poſſunt deputari an religioſi quando & ad quid vt de monachis.lib.5.fol.451.col.2.dub.2.num.25.

Executores appellantur etiam fideicom.conſuetudine, deputati ad diſtribuendum aliqua bona pauperibus,&c.lib.5.fol.455. col.1.dub.2.num.74.

Executores adeò tenentur ſeruare mandata teſtatoris, vt ſi deputentur ad diſtribuendum pro maritandis puellis virginibus, non poſſint dare intrantibus monaſter. vnum opus pium in aliud tranſmutando. lib.5.fol.458.col.1.dub.2.num.77.

Executores vbi ſunt plures in teſtamen.deputati, vnus ſine alio nihil exequi poteſt, &c.ibid.num.81.

Executoris meri, & mixti differentiæ quæ, qualeſq; ſint.lib.5. fol.453.col.1.dub.2.num.46.

Exhæredatio vel præteritio eorum, qui erant inſtituendi cognita per interpretem teſtamenti, quomodo reparari poſſit, & quibus remedijs vel mens teſtatoris in eam partem in quam vergit tueri poſſit adeò vt teſtamentum reconualeſcat, vide latius de materia in verbo teſtamentum reconualeſcit.lib.3. fol.49.col.1.ſol.4.num.1.

Exhæredatio eſt triplex complectendo & exhæredationem & præteritionem, alia eſt ſtricta & propria, quæ propriè dicitur ſolennis, & quando alia impropria & larga ſub qua comprehenditur præteritio, alia improprijſſima & largiſſima, & quando hæc ſit declaratur. lib.3.fol.40.col.1.ſol.1. nume.3.

Exhæredatio intelligitur de triplici præteritione, & triplici exhæredatione ſeparatim, & quæ ſit propria, & quæ improprijſſima.ibid.

Exhæredatio eſt liberorum,vel parentum inuitorum excluſio,& priuatio ab hæreditate eis quaſi debita.lib.3.fo.39.col.2.ſol. 1.num.2.

Exhæredatio vel præteritio requirit cauſam expreſſam niſi eſſet fauorabilis & vtilis exhæredato,vel cum eius voluntate, vel de eo qui aliàs non ſuccederet ab inteſtato, & an & quando iura antiqua ſint correcta per ius nouiſſimum, & an & quando præſumatur facta mala mente, quoad ea maximè, quæ ad filium pertinent iure filiationis.li.3.fol.42.col.1.ſol. 2.num.7.

Exhæredatio iiſdem verbis & omni verborum conceptione poteſt fieri, qua quis filius apparere poteſt priuatus ab hæreditate teſtatoris, ſicut fit inſtitutio vocantis quem ad hæreditatem, licet vna ſit fauorabilis & alia odioſa, & nominatim fieri debeat præſata, & quid ſit exhæredare, & quòd ſufficiat effectus,anne cauſa expreſſionis ingratitudinis ſufficiat,& per æquipollentia verba poteſt fieri. lib.3.fol.40.col. 2.ſol.2.num.1.

Exhæredatio vt effectum ſortiatur quid requiratur,vt ex ea naſci poſſit querela: & quòd fieri debeat in teſtamento,non in codicillis,aut alijs vltimis voluntatibus, & quòd aditio hæreditatis ſequatur.lib.3.fol.45.col.1.ſol.3.num.1.

Exhæredatio filij fieri non poteſt ſi viuo patre, vel ante cõditum teſtamentum egerit pœnitentiam de ingratitudine commiſſa, ex qua potuiſſet exhæredari, nec denegari tunc poſſent alimenta, & eſt communis. lib.3.fol.50.colum.2.ſolut.4. num.12.

Exhæredatio non tenet facta ex cauſa ingratitudinis circa perſonam, famã & bona patris,adeò vt detur filio querela contra teſtamentum,quando non ſit probata ea cauſa per hæredem certis loco & tempore.lib.3.fol.57.col.1.num.13.

Exhæredatio item hoc remedium habet,vt ei ſuccurratur, probata per exhæredatum conciliatione poſt ingratitudinem

commiſſam

commiſſam habita à teſtatore, factis concludentibus gratiam obtinuiſſe, & ſignis ac indicijs eam concludentibus. de quibus latè. ibid. num. 14.

Exhæredatio vel præteritio non requirit cauſam expreſſam, exhæredato volente ante ſcilicet vel tempore conditi teſtamenti, & ſit hæc voluntas apparens in exhæredatione, licet non formalis ſic, quia voluit exhæredari, at condito teſtamento conſentiente, alia eſt materia, quòd reconualeſcit teſtamentum de æquitate prætoria per approbationem præteriti, & eſt communis opin. lib. 3. fol. 44. col. 1. ſol. 2. num. 11.

Exhæredatio etiam ſine cauſa poteſt fieri ex ſola voluntate hæredis inſtituti quando eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, facili & honeſta, & ſub contraria ſit exhæredatus, non parens conditioni ſua voluntate, ibid. num. 12.

Exhæredatio valet ſub conditione hac poteſtatiua, ſi non fuerit contentus, ſibi portione aſsignata, non tamen perderet legitimam ſic exhæredatus quam debet habere ſine aliquo onere, etiam conditionis poteſtatiua, ibid. num. 12.

Exhæredatio non tenet facta de filio per teſtatorem quia volebat eum effici presbyterum, deficiente hac cauſa, quia non fuit effectus presbyter, nam ſi teſtator ſciuiſſet, non exhæredaſſet, ſicut alios filios non exhæredauit. lib. 3. fol. 45. col. 2. ſol. 3. num. 4.

Exhæredatio facta contra inſtitutum filium in minima re, de reſiduo hæreditatis detecto errore perſonæ ipſius non valet, vt quia ſuſpicans eum de adulterio natum ſic inſtituit & exhæredauit, hoc non probato per hæredem, exhæredatio eſt nulla & filio debetur tota, vel pars hæreditatis. lib. 3. fol. 41. col. 2. num. 3.

Exhæredatio facta de filio nõ demerito nec ſua culpa cui ſolum ſit relicta per inſtitutionem legitima, vel alia minor quantitas habitanti forſan ſeorſum à patre alijs filijs vniuerſalibus inſtitutis hæredibus ad hoc patrem inſtigantibus vel delinimentis vercalibus, quomodo ei prouideatur, antequam ſit adita hæreditas. ibid. num. 6.

Exhæredatio fecta ex cauſa vna legitima inſerta in teſtamento, non operatur nec tenet, quin teſtamentum per querelam rumpatur per filium, ea non probata per hæredem, licet aliã non inſertam, & expreſſam legitimam ad eum exhæredandum probauerit, & de forma exhæredationis ſeruãda & probanda & qualis ſit, nec debet probari per æquipollens, doctr. Angel. reprobata. ibid. num. 7.

Exhæredatio an noceat ſi in teſtamento vltra nominatam cauſam legitimam per hæredem non probata in, vel nulla cauſa expreſſa nominatim, vt eſt de forma exhæredationis, generaliter dictum ſit, ex cauſis, vel alijs pluribus, & quibus de iure mereretur exhæredari & probandis per hæredẽ, ſi per eum probetur aliqua de determinatis, vide vbi pro ea contra, & de ratione. ibid. fol. 22. colum. 1. num. 8.

Exhæredatio quomodo non liceat fieri per parentes niſi nominatim cauſis legitimis inſertis in teſtamento, & aliqua ea probanda per hæredem, & non alia inſerta, vbi latius & pulchrè diſcutitur de materia. ibid. col. 2. num. 9.

Exhæredationis cauſa per hæredem non probata, rumpitur teſtamentum, quoad inſtitutionem hæredis filio exhæredato ab inteſtato hæreditatem capiente, firmoq́; lib. 3. fol. 48. col. 2. ſol. 3. num. 15.

Exhæredationis cauſa inſerta in teſtamento legitima debet probari per hæredem in prouincia exiſtentem intra ſex menſes, extra verò prouinciam intra annum à morte teſtatoris, quod hæres, &c. lib. 3. fol. 48. col. 1. ſol. 3. num. 12.

Exhæredationis cauſa probata per hæredem vera, teſtamentum remanet validum, & exhæredatus excluſus ab hæreditate, & à legitima exhæredantis, adeò vt excludatur bonorum ſubſidio debito. ibid. num. 14.

Expenſæ litis, an, & quando ſint ſubminiſtrandæ pauperi extraneo litiganti cum diuite. lib. 5. fol. 490. colum. 2. dub. 2. num. 29.

Expreſſa verbis generalibus, & ſpecificata æquiparantur. lib. 2. fol. 148. col. 2. ſol. 4. num. 123.

Expreſsio codicillorum vim habet clauſulæ codicillorum. lib. 2. fol. 157. col. 1. ſol. 10. num. 6.

Expreſſo vitiato, quando non vitiatur tacitum. lib. 2. fol. 155. col. 2. ſol. 5. ſub num. 58. & 59.

Expreſſum per relationem quid propriè dicitur. Sed dicitur in ſpecie, non indiuiduò & nominatim. lib. 2. fol. 155. col. 1. ſol. 5. num. 49.

Expreſſum videtur, vbi tacitum expreſſum ſequitur, item quod neceſſario importatur ex verbis, & de agnatione expreſſa in fideicommiſsis quæ neceſſariò importatur ex verbis virilis ſexus, & eſt illud quod continetur ex natura verbi expreſsi. li. 3. fol. 148. col. 2. ſol. 11. num. 7.

Expreſſum facit ceſſare præſumptum. lib. 2. fol. 156. col. 1. ſol. 5. num. 69.

Expreſſum facit ceſſare tacitum. lib. 5. fol. 556. colum. 2. dub. 4. num. 347.

Extenſio non fit de perſona ad perſonam ex tacita mente teſtatoris, maximè ad inducendum fideicommiſſum etiam ex identitate rationis. lib. 3. fol. 159. col. 2. ſol. 12. num. 12.

Extenſio quoque non porrigitur ad alium caſum omiſſum in vulgari quando omiſſus ſit diſsimilis expreſſo, & expreſſus non ſit de contentis de ſui natura in ipſa vulgari includentibus vtranque voluntatem, & impotentiam, & quando dicatur diſsimilis. ibid. num. 17.

Extenſio fit in ſubſtitutione fideicommiſſaria ad caſum omiſſum ex diuerſa voluntate & mente teſtatoris collecta & æqua dilectione perſonarum, vel ratione agnationis conſeruandæ, & quando verba conueniant etiam caſui omiſſo, & apparente voluntate teſtatoris cogitantis potius effectũ quàm modum pro agnatione conſeruanda ad quam quando fiat extenſio, non obſtantibus dictionibus tunc & eo caſu, tantum, & non aliter. fol. 160. col. 1. ſol. 12. num. 21.

Exteriores actus ſignificant veros rerum habitus, vt per tonſuram monachus verè profeſſus demonſtratur, & per clericam clericus, & per ſtigmata miles, extrinſecum eſt oſtenſiuum intrinſeci. lib. 1. fol. 81. col. 2. ſol. 2. num. 8.

Extranei qui dicantur. lib. 2. fol. 150. col. 1. ſol. 4. num. 149.

Extraneus multis modis dicitur. ibid. num. 150.

Euentus qui ſequitur de re legata facit iuris declarationem dum incertitudo ſit iuris teſtatoris in de re legata nondum deducti in ſuo eſſe finali & perfecto, ſed quoad perfectionem, & executionem ſuæ cauſæ in pendenti maneat. lib. 1. fo. 122. col. 2. ſol. 15. num. 2.

Euentus attenditur ſecundum eius diuerſitatem & poſt teſtamentum conditum & poſt mortem teſtatoris, quando ſcilicet legatum eſt purum ſub conditione, non exiſtente legato conditionis euentus attenditur, quia vbi eſt conditio apparet non eſſe inſpiciendum tempus teſtamenti, ſed aliud futurum tempus. ibid. num. 3.

Euentus demonſtrat incertitudinem exiſtentem rei legatæ vel iuris teſtatoris circa quantum, quando eſt augmẽtum vnius rei accedentis alteri rei legatæ, tuncq́; acceſſoriè ex vtraque re manente in ſuo eſſe & in ſua ſubſtantia, intellige in augmento inferiori à re legata. ibid. num. 4.

Euentus caſualis vel momentaneus non facit ad excludendum vel includendum vt in legato fundi cum ſuis rebus, aliquo de eis caſu & nõ perpetuo abſente à fundo nõ excludit à legato, ſic & abſentia clerici cauſa ſuæ eccleſiæ vel de mãdato ſuperioris non nocet ſi ſit propoſitum reuertendi, ibi. nu. 6.

Euentus conditionum venit ad declarandum omne legatum rerum incertarum ob euentum cõditionum appoſitarum, idem in inſtitutione hæredis ſub conditione, ibid. num. 7.

Euentus in declaratione perſonarum legatarij vel fideicommiſſarij facta ex aliquo futuro euentu deſignato in teſtamento ſufficit ad declarationem ipſius, ibidem proſequere, & no. exempla de legatis factis vxoribus futuris. lib. 1. fol. 123. col. 8. ſolut. 13. num. 8.

Euentus quando declarat incertitudinem perſonæ incertæ de incertis impugnãdo, Sal. in l. id quod pauperibus, C. de epiſc. & cler. ibi. num. 9.

Euentus

INDEX.

Euentus in perſonam teſtatoris reddens eum inteſtabilem, vel in perſonam hæredis, legatarij, vel fideicommiſſarij reddens eum incapacem, quomodo varias teſtamento præbeat interpretationes. ibid. col. 2. num. 10.

Euentus caſuum conuenientium vulgari, pupillari vel fideicommiſſariæ ſubſtitutioni oſtendunt nobis ſubſtitutionem ipſam prout eſt vel vulgaris, vel pupillaris, vel fideicom. ibid. fol. 124. num. 11.

Euidens illud eſt, quod documentis neceſſaria continentibus illuſtratur. lib. 5. fol. 538. col. 1. dub. 4. num. 22.

Euidenter conſtare dicitur, quòd conſtat inſpectione inſtrumentorum. Et quod oritur ex facto apparente oculis corporis iudicis. lib. 5. fol. 539. col. 1. dub. 4. num. 130.

Euidentia facti, & eius probatio poteſt ſe habere, & applicari ad omnia, quæ in iudicijs conſiſtunt, in facto locali ſubiecto oculis iudicis & omnibus, libro 5. fol. 538. colum. 2. dubita. 4. num. 121.

Euidentia facti has habet prærogatiuas, quod nulla eſt ea certior probatio quæ præfertur cuicunque generi probationum, lib. 5. fol. 339. col. 1. dub. 4. nu. 132.

Euidentia nullitatis, vel iniquitatis ſententiæ, ſi ſit ex inſpectione actorum, non tranſit, &c. lib. 5. fol. 539. col. 1. dubit. 4. num. 128.

Euidentia facti ſemper facit admitti probationem nullo ſubornationis timore attento, lib. 1. fol. 68. colum. 1. ſolut. 2. numero 4.

F.

FACTA hominum cũcta vel in affirmatiua, vel negatiua conſiſtunt, iuxta illud: Eſt, non eſt, monoſyllaba cuncta gubernat, lib. 1. fol. 15. col. 1. ſol. 5. num. 4.

Facta ſunt vero proximiora, & efficaciora quàm nuda vocabula, & factorum qualitas demonſtrat qualitatem intellectus. lib. 1. fol. 31. col. 2. ſol. 5. num. 48.

Factum in vltimo momento termini, dicitur factum intra terminum lib. 5. fol. 534. col. 1. dub. 4. num. 45.

Factum non dicitur, quod de iure non fit, de his quæ de iure conſiſtere debent. lib. 5. fol. 440. col. 2. ſol. 1. num. 25.

Factum merum, vt impleatur requiritur, & attenditur in conditionibus. ibid. num. 26.

Factum iudicis in his, quæ interpretatur circa teſtamentum reputatum factum teſtatoris, & dicitur factum iudicis factum partis, intellige quod factum eſt ritè, & rectè. lib. 1. fol. 46. col. 2. ſol. 12. num. 9.

Factum teſtatoris declarans eius voluntatem ſufficit aliquando interueniſſe & de minori ſumma & proximiore morti ipſius, quantum neceſſariò ex ipſo facto colligitur & inferatur. lib. 1. fol. 34. col. 2. ſol. 5. nu. 15.

Factum præualet verbo. lib. 2. fol. 157. col. 1. ſol. 6. num. 4.

Fama publica probatur per inſtrumenta antiqua, quæ idem operantur, quod fama. libro 5. fo. 547. colum. 1. dubit. 4. numero 228.

Fama procedens ex cauſis rationabilibus ſufficit & ſat eſt. lib. 5. fol. 543. col. 2. ſol. 4. num. 175.

Fama, vel communis opin. quòd quis ſit filius alicuius probatur per teſtes deponentes, quod Titius pro filio Sempronij reputabatur ab omnibus eos cognoſcentibus. lib. 5. fol. 546. col. 2. dub. 4. num. 218.

Fama de morte alicuius quomodo probetur. lib. 5. fol. 543. col. 2. dub. 4. num. 162.

Fama de morte alicuius quando poſsit originem habere etiam à vilibus perſonis. lib. 5. fol. 542. col. 1. dub. 4. num. 166.

Fama valet, quando veriſimilia aliqua aſsiſtunt famæ, etiam ſi dubitatur à quibus perſonis habuerit ortum. lib. 5. fol. 543. col. 1. dub. 4. num. 174.

Fama publica qualiter legitimè debeat probari per teſtes. lib. 5. fol. 554. col. 2. dub. 4. num. 316.

Fama plene probat in excedentibus memoriam hominum. lib. 5. fol. 556. col. 2. dub. 4. num. 342.

Familia quando intelligitur ea extranei non teſtatoris, cuius appellatione venit & tertius, cuius familiæ relictum eſt fideicommiſſum, & de caſibus conuenientibus varietati, ſignificationis huius nominis. lib. 3. fol. 151. col. 1. ſol. 11. num. 30.

Familia vocata in fideicommiſsis per teſtamenta agnationem ſignificat, licet variè accipiatur nomen hoc. lib. 3. fol. 150. col. 2. ſol. 11. num. 25.

Familiares poſſunt & eſſe extra agnationem, & qui verè ac propriè dici poſſunt tales, & qui fictè ſic dicantur, & quòd aliud ſit eſſe familiarem & de familia, & quis ſit in effectu familiaris. lib. 3. fol. 151. col. 2. ſol. 11. num. 31.

Famulus debet à domino licentiari, vt demum poſsit pro eo teſtificari, nec hæc dicitur fraus. lib. 5. fol. 491. col. 2. dubit. 2. nume. 39.

Fauor filiorum eſt, qui excluſis ſubſtitutis ſuccedant ab inteſt. partibus grauatis. lib. 1. fol. 63. col. 1. ſol. 12. num. 23.

Fauor eſt eorum, quibus plus reliquit teſtator, & quibus diſponens prodeſſe voluit, cui teſtator magis fauet, eidem magis & lex fauet. lib. 1. fol. 63. col. 21. ſol. 12. num. 26.

Fauorabile generaliter omne dici poteſt, cuius contrarium apparet odioſum. ibid. col. 2. num. 32.

Fauorabilia quæ ſint, vide ibidem aliqua expreſſa, vt inſtitutiones hæredum, & ſubſtitutiones directæ. Pupillaris ſubſtitutio, vulgaris ſubſtitutio. Cauſa filiorum præ omnibus intra legitimam teſtatoris & in dubijs opinionibus æqua & fauorabilis eſt illa pro filijs, fauorabilis eſt materia propter agnationem conſeruandam. lib. 1. fol. 62. colum. 2. ſolut. 12. num. 18.

Fauorabilior eſt admiſsio quàm excluſio, ſecundario dici poteſt eſſe etiam fauore filiorum in cõditione. lib. 1. fol. 63. col. 1. ſol. 12. num. 22.

Fauorabilior eſt promiſsio, quàm prohibitio alienationis, fauorabilis eſt exceptio ei, pro quo facta eſt à teſtatore, & latiſſimè interpretanda. lib. 1. fol. 63. col. 1. ſol. 12. num. 24.

Fauorabilis vbi non ſit caſus, nec odioſus, & ſic melius, tunc media via interpretatur ſecundum ius commune vel ſecundum voluntatem interuenientis in tali caſu, & in caſibus fauorabilibus fit interpretatio & extenſio ad ſignificatum etiam improprium. lib. 1. fol. 63. col. 2, ſol. 12. num. 35.

Fauorabilis eſt prohibitio detractionis Trebellianicæ. lib. 1. fol. 63. col. 2. ſol. 12. num. 31.

Fauore grauari dicitur poſitæ conditio, quæ ſæpiſsimè ſolet poni in ſubſtitutionibus fideicommiſſarij ſi deceſſerit ſine filijs. lib. 1. fol. 63. col. 1. ſol. 12. nu. 20.

Fauore hæredis eſt tempus datum in legato dotis pro filia nubenda, qui interim non tenetur ad fructuum reſtitutionum. ibid. num. 19.

Fœmina nata ex maſculo non continetur in linea maſcul. contentiuè, cum in ea non ſit, licet nouam faciat lineam fœmininam. lib. 3. fol. 154. col. 1. ſol. 11. num. 54.

Fœmina familiæ caput & finis eſt, & ſui filij non ſunt de ſua familia. lib. 3. fol. 152. col. 1. ſol. 11. num. 37.

Fœmina nupta an dicatur de domo, & parentela patris, lib. 3. fol. 155. col. 2. ſol. 11. num. 68.

Fœmina non venit de cippo domus. ibid. num. 69.

Fœminæ non comprehenduntur ſub appellatione, & nomine generis vel generationis, vnde non veniunt pariter nepotes ex filia, nec pronepotes ex nepte ſub tali appellatione in vltimis voluntatibus niſi aliter appareat de voluntate diſponentis. lib. 3. fol. 152. col. 1. ſol. 11. num. 35.

Fœminæ ex agnatis deſcendentes agnatæ dicuntur, & de familia, & agnat. & veniunt appellatione deſcendentium: & dicitur, &c. lib. 2. fol. 155. col. 2. ſol. 11. num. 66.

Fœminæ veniunt appellatione coniunctorum, proximorum, propinquorum, attinentium, ſuorum hæredum, ſtirpis, generat. &c. ibid. num. 67.

Feudum cenſetur hæreditarium ex clauſula conceſsionis pro ſe & ſucceſſoribus ad faciendum & diſponendum prout ei & ſucceſſoribus ſuis placuerit, libro 3. fol. 7. colum. 4. ſolut. 2. num. 8.

Feudum

Feudum etiam hæreditarium quando non tranſeat ad hæredes extraneos.lib.3.fo.8.col.1.num.11.

Fideicommiſſa quare ſic apppellata, & à fide ſicut & feuda appellata ſunt, & , vti quid ſubiectum fideicommiſſo, ſub cuſtodia rogati vt depoſitum ſub depoſitarij cuſtodia, vnde à iure conſulto dicitur fideicommiſſum.lib.3.fol.81.col.2.ſol.1.num.2.

Fideicommiſſa demonſtrantur coniecturis, legibus ſic dictantibus, & tacitum fideicommiſſum reciprocum inducitur ex eis,& mente coniecturata teſtatoris, &c.libr.3.fol.203.col.1.ſo.1.num.28.

Fideicommiſſa vniuerſalia differunt in multis à particularibus. lib.3.fol.126.col.1.ſol.2.num.3.

Fideicommiſſa vt inducantur quæcunque verba ſufficiunt à teſtatore prolata, modo conſtet de eius voluntate, pro qua ſeruanda vna dictio ponitur & exponitur pro alia & de voluntate teſtatoris coniecturata ſequenda.lib.3.fol.155.col.2.ſol.12.num.7.

Fideicommiſſa eſſe inducta,quibus exemplis dignoſci poſſunt,& quibus verbis.ibid.num.9.

Fideicommiſſaria ſubſtitutio facta ſub conditione mortis grauati ſola & ſimpliciter appoſita an complectatur & in ea ſubintelligatur alia adiectio.ſ.ſine liberis,& quòd non teſtatore exiſtente extraneo, vel etiam fratre,vel alio tranſuerſali prægrauāte extraneum vel fratrem, aut extraneum,ſecus ſi ſit aſcendens prægrauans deſcendentem, & illa ſubintelligitur.lib.3.fol.183.col.1.ſol.2.num.14.

Fideicommiſſaria tacita ſubſtitutio reciproca dicitur inter plures vocatos, quando teſtator ſubſtituit plures eius filias toto tempore ipſarum, & cuilibet ipſarum, &c.de hac materia latiús vide lib.3.fol.201.col.1.ſol.1.num.26.

Fideicommiſſarius quando maius commodum percipiat nominatus nomine proprio, quàm appellatiuo, & collectiuo, tum propter prælationem tum propter maiorem portionem quam conſequitur ſic vocatus.lib.3.fol.198.col.1.ſol.1.num.10.

Fideicommiſſarius agens ad fideicommiſſ.non tenetur probare hanc negatiuam, grauatum deceßiſſe ſine liberis, &c.lib.5.fol.545.col.2.dub.4.num.204.

Fideicommiſſarius quando demonſtretur nomine appellatiuo, & quæ dicantur nomina appellatiua,& nomē appellatiuum rebus impoſitum duplici iure dignoſcitur, iure gent.& iure ciuili, & hoc iure vltimo tale nomen accipitur, quo fideicommiſſarius dicitur & quomodo ſufficiat demonſtrari, & de materia huiuſmodi.lib.3.fol.198.col.2.ſol.1.num.5.

Fideicommiſſarius habet iura vtilia ab hærede grauato, & in eius locum ſuccedere dicitur, & ponitur in locum primi hæredis ſecundariò & ſuccedit teſtatori reſpectu diſpoſitionis, reſpectu verò bonorum ſuccedit grauato. Et quoad incluſionem vel excluſionem perſonarum ſpectatur perſona grauati & non teſtatoris.lib.3.fol.232.col.1.ſol.3.num.41.

Fideicōmiſſarius quando nomine proprio dicatur vocatus,quod nomen duobus indicijs debet demonſtrari, vt ſubſtituo Ludouicum de Pratis de Piſauro,& quando ſola nominis expreßio ſufficit, & de binomio quòd in eo ſufficiat vnum nomen quo voccetur.lib.3.fol.197.col.2.ſol.1.num.3.

Fideicommiſſarius, vt rectè valeat vendicare res particulares hæreditarias alienatas per hæredem grauatum, ne reijciatur à petitione, quid in libello exprimere habeat, & de practica ſeruanda.lib.5.fol.468.col.1.dub.3.num.102.

Fideicommiſſarius, aut legatarius ingrediens bona non vacantia,dicitur vitioſus, occupando quæ ab hærede petere debebat, ideò merito iure ſuo venit priuandus.lib.5.fol.478.col.2.dub.1.num.85.

Fideicommiſſarius,aut alius contradicendo non poteſt impedire immißionem hæredis in poſſeßionem exequendo teſtamentum: quod tamen multis modis falſum oſtenditur. ibidem num.88.

Fideicommiſſarius, aut legatarius abſque licentia à teſtatore, vel ab hærede habita propria auctoritate,ante aditam hæreditatem palàm ingrediens poſſeßionem bonorum, vel ignorans, &c.excuſatur à pœna amißionis iurium ſuorum. lib.5.fol.479.col.1.dub.1.num.91.92.& 93.

Fideicommiſſarius,vt conſtare poßit de bonis maximè mobilib. quæ extrahant, & apponere poßint die reſtituendi fideicom. poteſt facere examinare teſtes,&c.lib.5.fol.477.col.1.dub.1.num.56.

Fideicom.excuſatur in cauſis relictorum factorum eccleſijs.lib.5.fol.479.col.1.dubit.1.num.93.

Fideicom.vel legatarius excuſatur, continuans retinere res legatas, prout tenebat viuente teſtat.& penes ſe habebat,ibi.num.93.

Fideicommiſſarius poßidens res legatas cum vitio non poteſt hæredem impedire, quin immittatur in poſſeßionem bonorum, &c.ibid.num.94.

Fideicom.vel legata.poſt aditam hæredit.per hæredem, inuadēs bonorum relictorum poſſeßionem, cadit iure ſuo. ibid.nume.95.

Fideicom. ex licentia ampla data in teſtam.à teſtat. capiendo propria auctorit.poſſeßionem bonorum, debet repelli, ſtante ſtatuto,&c.lib.5.fol.481.col.1.dub.3.num.123.

Fideicom.vel legatarius debet cauere ne nimis properans ingrediatur poſſeßionem,&c.ibid.num.125.

Fideicommiſſarius dicitur electus, ſi grauatus eligere vnum de agnat.ſi deceſſerit ſine filijs, & eligat ſub conditione, ſi deceſſerit eo modo coram fide dignis,dicendo: volo eligere Iulium in fideicommiſſarium, &c.lib.3.fol.210.col.2.ſolut.1.num.70,

Fideicommiſſarius teſtari, & non grauato ſuccedere dicitur: quod tamen fallit,quādo veniret ſub nomine collectiuo, quia tunc,&c.ibid.num.73.

Fideicom. quinque caſibus non eſt loco hæredis, &c.ibid.ſub num.73.

Fideicommiſſ.tandem cognoſcitur quod ſit vocatus ex veriſimili mente teſtatoris, cum aliter ex verbis non apparet,vel alio modo recurritur ad mentem eiuſdem, &c.lib.3.fol.211.num.75.

Fideicommiſſarius nullum ius habet pro vendicandis bonis hæreditarijs, his modis non facta reſtitutione. lib.5.fol.467.col.1.dub.3.num.86.

Fideicommiſſarius vniuerſalis habet actionem ex teſtamento, quam & tranſmittere poteſt, ad cogendum adire ante aditam,& poſt aditam,ad cogendum reſtituere,ibid.num.87.

Fideicom.&c. idem dicendum pro fideicommiſſo vniuerſali in codicillis etiam relicto, quod competat ei actio ex teſtamento ad adeundam hæreditatem officio iudicis, ad reſtituēdum actione ex teſtamento.lib.5.fol.467.col.1.dub.3.num.88.

Fideicommiſſarius vniuerſalis ſi propria auctoritate occupat rem aliquam fideicommiſſo ſubiectam, prius per hæredē poſſeſſam,ius fideicommißi amittit, quoad rem illam. Etiam in caſu,quo ipſo iure intelligetur facta reſtitutio.li.5.fol.478.col.1.dub.1.num.79.

Fideicommiſſarius vt admittatur ad fideicom.cōditionale, ſufficit quod ſit in rerum natura tempore euenientis cōditionis, eſto quòd poſt mortem teſtatoris fuerit conceptus & natus. lib.3.fol.232,col.2,ſol.3.num.45

Fideicommiſſarius dicitur, & cognoſcitur,cum ſit vocatus, & nominatus ab eo grauato, cui teſtator id impoſuerat, vt de ſua agnatione aliquem nominaret.lib.3.fol.210.col.2.ſol.1.num.65.

Fideic.quando dicatur vocatus nomine relatiuo & de dictionibus,nominibus & pronominibus relatiuis ad eos qui ſunt fideicommiſſarij.lib.3.fol.198.col.2.ſol.1.num.12.

Fideicommiſſarius, vt conueniatur,non fit,ei interrogatio, an ſit hæres teſtatoris, ſed an hæreditas ſit reſtituta, & tenetur tunc reſpondere.lib.5.fol.467.col.1.dub.3.nu.83.

Fideicomiſſ. ob ſpeciem ſibi oblatam à fideicom. condit.poteſt, &c.petere caueri ſibi de fideicō.reſtituto, &c.lib.5.fo.498.col.1.dub.2.num.148.

Fideicommiſſarius, & legatarius in relicto conditionali poteſt capere, & eſt capax tempore venientis conditionis. lib.5.fol.495.





fol.495.col.2.dub.2.num.04.

Fideicommiſſarius debet inſpicere cauſam alienabilis an fuerit voluntaria an verò neceſſaria,quia ſi voluntaria,ſtatim vendicabit & propria etiam auctoritate capiet, & de alijs effectibus operantibus hæc expreſſa prohibitio,& facit vt filij poſiti in conditione cenſeantur vocati ad fideicommiſſum, & quid in prohibitione tacita,& quid ſi fuerit neceſſaria an ex debitis teſtatoris & corruit, an grauati, & eo mortuo fideicommiſſum conſequitur,& quid quando fuerit res pro parte alienata,& quid pro ea quæ accreuit alienata.li.3.fol.140.col.2.ſol.10.num.6.

Fideicommiſſarius vnus ex pluribus quando alias præueniendo, & agendo, totum conſequi poßit data cautione de conſeruando hæredem ab alijs fideicom.lib.5.fol.495.col.1.dub.2.num.85.

Fideicommiſſarius, ſi bona fideicommiſſo ſubiecta dißiparentur per grauatum etiam patrem, poteſt præcauere, ne talis dißipatio vlterius procedat.li.5,fo.477.col.2.dub.1.nu.65.

Fideicommiſſarius vniuerſalis tenetur præſtare etiam & exequi onera hæreditaria reſtituta tamen, &c.lib.5.fol.466.col.2.dub.3.num.77.

Fideicommiſſarius poteſt intentare remedium.l.fin.C.de edict.di.Adria.toll.quando habet ius ad bona fideicom.ſubiecta ex reſtitutione ſibi facta verbo,vel re.lib.5.fol.518.col.1.dub.3.num.43.

Fideicom.non poteſt eligere viam executiuam, quando verificationes, quas extrinſecus fieri oporteret, requirerent probationes exigentes longam moram vel altiorem indaginem, quia tunc locus non eſſet tali remedio.ibid.num.47.

Fideicommiſſarius vbi non eſſet nominatus in teſtamento,ſed de comprehenſ.in fideicommiſ. non poteſt vendere via execut. ibid.col.2.num.48.

Fideicommiſſarius non habet remedium dictæ l.fin.C.de edi.di. Adr.tol.quando oſtendi non poßit ſummariè ſibi facta quòd fuerit reſtitutio.ibid.num.50.

Fideicommiſſarius vniuerſalis,quando alia reſtitutione non requiſita, poteſt adueniente conditione vendicare aliquam rem prius venditam per hæredem grauatum, vel per tertium de facto reperiatur vendita,& quando dicatur,& habeatur reſtitutio pro facta in fideicommiſſarium,quódve ſolum ſufficiat ad id.lib.5.fol.467.col.2.dub.3.nu.96.

Fideicom.vniuerſalis tenetur ſubire onera & ea exequi, prout hæres tenebatur, cùm quoad ea, dicantur hæredes non quo ad alia fideicommiſſarij.&c.lib.5.fol.449.colum.2.dub.2.num.10.

Fideicom.vnus habens ceßionem ab alio iurium ſuæ portionis pro parte ceſſa agendo quomodo, deberet petere & concludere in ſua petitione.lib.5.fol.494.col.2.dub.2.num.81.

Fideicommiſſarius non agit fideicommiſſaria petitione hæreditatis. poſt realem reſtitutionem, quam poſtea perdiderit, lib.5.fol.492.colum.1.dub.2.num.50.

Fideicom.vniuerſalis actor habet remedium.l.fi.de edi.di. Adr.tol.lib.5.fol.453.col.1.dub.4.num.303.

Fideicom.quodammodo poteſt dici creditor in rebus fideicom, ſubiectis,ibid.col.2.num.307.

Fideicommiſſarius nullam habet actionem contra poſſeſſorem alium, non hæredem grauatū,aut hæredem grauati poßidentem aliqua bona de fideicommiſſo vniuerſali, cuius reſtitutio nulliter facta appareat, nec in caſu,quo ipſo iure facta cenſeatur.lib.5.fol.519.col.1.dub.3.num.54.

Fideicommiſſarius quo remedio poßit conſequi recuperare à poſſeſſore rem aliquam in eum alienatam per alium tertium poſſeſſorem non prægrauatum.ibid.num.55.

Fideicom.vniuerſalis volens agere ad res particulares per alios poſſeſſas non apparent, &c.cautius eſt vt prius agat contra hæred.grauat.act.ex teſtamento, &c.Ibidem num.58.

Fideicommiſſarius ſpecialiter vocatus ob inimicitiam cum teſtatore, vel ab offenſam illatam filio grauato priuatur fideicommiſſo, vt nepos ex teſtamento auito.lib.1.fol.98.col. 2.ſolut.4.num.13.

Fideicom.quandoque maius commodum percipit ſi pronuntietur nomine appellatiuo quam proprio, cum primo caſū poteſt valere fideicom.ſecundo minimè.lib.3.fol.198.col.1.ſol.1.num.8.

Fideicom.vbi ſint plures,& vnus velit partem ſuam, alij nolint acceptare,ille petit partem ſuam,& quando poßit petere totum.lib.5.fol.494.col.2.dub.2.num.80.

Fideicommiſſarij,& legatarij debent vti regulare,& id cautius eſt, ſi rem legatam, vel ſubiectam fideicommiſſo poßint capere de manu hæredis grauati. lib.5.fol.478.col.1.dubit.1.num.77.

Fideicommiſſarij, emphyteutæ hæredes ſine inuentario, an poſſint venire contra alienationes factas per defunctum de bonis fideicommiſſo,vel emphyteuſi vel feudo ſubiectis.lib.5.fo.493.col.2.dub.2.num.68.

Fideicommiſſarij admittuntur ad fideicommiſſum pro hæreditarijs portionibus, ſcilicet quantam quiſque capit portionem ex inſtitutione, tantam capere debet ex ſubſtitutione,lib.3.fol.198.col.1.ſol.1.nu.7.

Fideicommiſſarij quomodo citiùs poſſunt conſequi fideicommiſſum non eundo per circuitus,& alienas manus,hócque quando propria auctoritate impunè ea bona capere poſſunt. lib.5.fol.477.col.2.dub.1.num.69.

Fideicommiſſarij licèt debeant eſſe de familia teſtatoris, & per fideicommiſſum dicantur ſuccedere teſtatori,tamen cùm requiratur ſeruari gradus prærogatiua, proximitas eorum & non teſtatoris attenditur, cùm inter ſe largè loquendo dicantur ſuccedere ad inuicem per fideicommiſſum.lib.3.fol.232.col.1.ſol.3.num.40.

Fideicommiſſarij niſi & concepti tempore mortis teſtatoris,præferri debent alijs natis tempore tantùm conditionis adimpletæ, vti primi à teſtatore niſi & noti & magis dilecti,intellige duobus modis, vt ibi, cùm verba teſtatoris in his, quibus nouerat verificari poßint,& omnibus exiſtentibus in æquali gradu, ſecus ſi nati & noti eſſent alterius lineæ, & agnati propriè teſtatoris.lib.3.fol.232.col.2.ſol.3.num.46.

Fideicommiſſarij etiam quòd veniant ex fideicommiſſaria ſubſtitutione, non poſſunt obtinere non adita hæreditate.lib.5.fol.455.col.2.dub.3.num.75.

Fideicommiſſarij nominatim non expreßi ſed nomine collectiuo, vt conſanguinei,attinentes,agnati,propinqui,de familia,de parentela, cenſentur vocati eo ordine quo ſucceſſuri erant ab inteſtato, quia talis voluntas teſtatoris interpretatur, eoq; magis vocando propinquos proximos de iure ſuccedentes.ſ.ciuili, quod attenditur in ſucceßionibus.lib.3.fol.218.col.2.ſol.2.num.16.

Fideicommißi dies, an & quando ceßiſſe dicatur. lib.3.fol.178.col.2.ſol.1.num.1.

Fideicommißi dies quòd veniat, & quòd cedat, differunt inter ſe.ibid.num.4.

Fideicommißi dies ſufficit quòd ceſſerit,& hæreditate non adita interim decedente fideicommiſſario tranſmittitur fideicommiſſum ſingulare & vniuerſale ad hæredem.ibid.num.5.

Fideicommiſſo vocati qui ſunt & comprehenſi, & quid agēdum vt cognoſcantur.lib.3.fol.197.col.2.ſolut.1.num.1.

Fideicommiſſum & eius dies de proprietate ſermonis non ceßit in vno pluribus grauatis, ſi omnes non deceſſerint,cum pluribus nomine collectiuo ſubſtituatur. lib.3.fol.182.col.1.ſol.2.num.9.

Fideicommiſſum inducitur & ampliatur ratione agnationis conſeruandæ,vt patet in teſtamentis in quibus vt plurimùm maſculi & non fœminæ vocantur, ſed certa dote conſtituta excluduntur, ſiue agnatus de hæreditate patris in qua habetur ratio agnationis, ſiue maternis, in qua conſideratur conſeruatio maſculorum,& in hoc mens teſtantium eſt conformis conſuetudini & ſtatuto excludenti fœminas ob agnatos, & quæ ſit ratio excludens fœminas.lib.3.fol.146.col.1.ſolut.11.num.1.

Fideicommiſſum qui præſtare teneatur, & qui eo grauati cenſeantur.lib.3.fol.160.col.2.ſol.1.num.1.

Fideicommiſſum non valet nec eſt præſtan.ab inteſtato ab eis, qui commodo aliquo pecuniario honorati non ſint econtra valebit ſi fuerint honorati & de quo commodo & lucro intelligendum ſit,& quomodo, vide exempla & declara omnia.ibid.num.2.

Fideicommiſſum quando valeat ita vt cenſeantur grauati venientes ab inteſt.tuncq; cogi poſſunt retenta quarta Treb. ad reſtituendum, cui defunctus reliquerit, & de quib.venientibus ab inteſtato intelligendum ſit.ibid.num.3.

Fideicommiſſum an & quando valeat ita vt grauatus quis prætendatur inſpiciendum eſt bene ſi commodum conſequatur iudicio teſtatoris vel grauantis in perſonam directo vel in rem, & quomodo cenſeatur in perſonam vel in rem, & dignoſcatur, & quid quando habeat commodum fortuito iudicio & non teſtatoris,& de materia.lib.3.fol.97.col.1.nume.4.

Fideicommiſſum & eius grauamen quibus perſonis certis vocatis,& grauatis ſic iniunctum & impoſitum dicatur,& quem teſtator videatur in dubio grauaſſe.lib.3.fol.164.col.1.ſol.2.num.12.

Fideicommiſſum an filius inſtitutus hæres vel legatarius cenſeatur grauatus dare ſuis filijs poſitis in conditione.lib.3.fol.161.col.2.ſol.2.num.1.

Fideicommiſſum duraturum in familia & agnatione non progreditur ad fœminam.lib.3.fol.152.col.1.ſol.11.num.36.

Fideicommiſſum relictum, vt reſtituatur fratribus & reperiantur fratres eſſe ex diuerſis parentibus, quibus debentur, diſtingue, vt ibid.ſi teſtator eſt pater,omnes fratres admittuntur, ſi eſt vnus ex fratribus,& tunc vtrinque coniuncti præferuntur alijs ex vno latere tantum,ſi eſt extraneus grauans hæredem legatarium ad reſtituendum fratribus ipſius hæredis vel legatarij,idem veniunt vtrinque coniuncti,quod tamen hoc fallit in pluribus patruis vocatis, modò ſunt in gradû priori quia omnes veniunt.lib.3.fol.233.col.1.ſol.3.nume.47.

Fideicommiſſum inducitur & quando, & nominibus collectiuis vocatorum, & ſucceſſiuis inter ipſos vocatos nominibus & tractibus, & de vocatis nomine collectiuo, ſeu relictis tali nomine factis,&c.lib.3.fol.134.col.1.ſol.9.num.1.

Fideicommiſſum familiæ relictum intelligitur de his qui ſunt proximi gradu ſecundum tempus mortis teſtatoris tantum, nec gradatim accipitur, &c.libro 3.fol.136.col.1.num.3.

Fideicommiſſum non inducitur per ſucceſſionem mediantib.nominib.collectiuus:familia,agnati, cognati,&c.ibi. num. 4.

Fideicommiſſum inducitur ex nomine collectiuo quando teſtator expreſſit aliquem tractum in futurum, &c.ibid.col.2.num.6.

Fideicōmiſſum neceſſario quoque dicitur abſolutum inter plures prohibitos deſcendentes adeſſe,vbi in caſu contrauentionis prouidit teſtator de alio extraneo ſubſtituto in modum pœnæ.lib.3.fol.141.col.2.ſol.10.num.11.

Fideicommiſſum quoque inductum ſimpliciter dicitur(& ſi prohibitio alienationis eſſet nuda)apparentè hac ratione, quia iuſſit bona prohibita alienari ſemper & in perpetuum peruenire & permanere in deſcendentes & ſuos poſteros maſculos,de hærede in hæredem,de liberis in liberos, in infinitum, & quare ac quomodo vide ibidem,& de contraueniente priuato hæreditate propter legitimam, & ad quos tranſeat, ibid.num.12.

Fideicommiſſum inducitur per cauſam aſcriptam in teſtamento, quia voluit teſtator ſua bona peruenire in ſuam poſteritatem, abſque expreſſione prohibitionis & vide nouem fundamenta Soc. quomodo per eam ſit ſimplex fideicommiſſum. lib.2.fol.142.col.1.ſolut.10.num.13.

Fideicommiſſum inductum apparet ex prohibitione faciendi teſtamentum vſque ad certam ætatem, & quod non poſſit diſponere ſine conſenſu talis,ibid.num.14.

Fideicommiſſum ceſſat finito tempore quo quis erat prohibitus alieuare,viget tamē poſt dictum tēpus & perſeuerat vbi ſine tali tempore præfixo ad alienandum adhuc extaret.ibid.col.2.num.15.

Fideicommiſſum extenditur per verba expreſſa aſcripta in expreſſione cauſæ vt ſemper verbum, deſcendentes & de hærede in hæredem, de quibus verbis vide verba deſcendentes & verb.de hærede in hæredem incipien.per hoc verbum.& vt latè in d.ver.verbum de hærede in hæredem, ibid.num.16.

Fideicommiſſum quidquid dici poſſit apparere poſſe, pendet in his duobus, in verbis & mente teſtatoris, cuius verba ſunt precaria,&rogatiua,ſ.Peto,Rogo,Volo,Mando.lib.3.fo.131.col.1.ſol.4.num.1.

Fideicommiſſum poteſt fieri per quæcunque verba per quæ poſſit apparere de voluntate teſtantis.ibid.num.2.

Fideicommiſſum eſt conditionale, cum mors grauati eſt aſcripta fideicom.lib.3.fol.181.col.2.ſol.2.num.5.

Fideicommiſſum ceſſit & venit eius dies, hærede inſtituto, cui ſit ſubſtitutus Petrus ſi dececeſſerit ſine filijs decedente adita hæredita.ſine filijs,ibid.num.6.

Fideicommiſſum petitur à ſubſtituto, cum pluribus inſtitutis abſq; nominibus collectiuis, vt eis deficientibus, vel quando diſtributiuè ſit ſubſtitutus,vel ſimul, & vnus deceſſerit cum filia exemplificando,&c.ibid.num.7.

Fideicommiſſum aut legatum tutius peti debet ab eo, vel eis, qui erunt in rerum natura tempore, quo ceſſit dies fideicommiſſi, aut legati.lib.5.fol.495.col.1.dub.2.nu.91.

Fideicommiſſum, & legatum non debetur non adita hæreditate.lib.5.fo.461.col.2.dub.3.num.16.

Fideicommiſſum dicitur inductum & continuari in agnatione, quando teſtator in fideicommiſſis vocauit maſculos,vel de linea maſculina.li.3.fol.147.col.2.ſol.11.num.5.

Fideicommiſſum relictum proximioribus de caſata pro patruo magno etiam presbytero contra amitam grauati intelligitur, exiſtentibus coniecturis fœminas excludentibus.lib.3.fol.149.col.1.ſol.11.num.18.

Fideicommiſſum, aut legatum quando petendum eſt.lib.5.fol.510.col.2.dub.2.num.378.

Fideicommiſſ.ſeu caſum eius probandum eueniſſe eſt, vt reſtitui debeat cum diſpoſitis in teſtam.conditione impleta.lib.5.fol.544.col.2.dub.4.num.192.

Fideicommiſſum quare dicatur inductum ex ſubſtitutione fideicommiſſaria, quæ & quibus verbis fiat & quando talis ſubſtitutio fideicommiſſaria dicatur, vt quia tractum in futurum contineat per mortis conditionem vel alium expreſſum, & quæ habeant tractum in futurum, per quem qualibet ſpecies ſubſtitutionis poſt aditam hæreditatem conuertatur in fideicommiſſum.lib.3.fol.132.col.1.ſol.6.num.1.

Fideicommiſſum & fideicommiſſaria ſubſtitutio interpretatur attento effectu non ſono verborum aſcriptorum vulgariter pupillariter, & etiam ſi ſit facta ſubſtitutio per verba directa.ibid.col.2.nu.2.

Fideicommiſſum quando inducatur per reciprocam ratione compendioſæ annexæ & eſt communis opin.& quid quando ineſt compendioſa cum reciproca, aliquo expreſſo denotante tractum temporis,& de materia ibidem,quid tenendum in puncto iuris,& quid in iudicijs,quando non contineat fideicommiſſariam talis reciproca,eſtq; communis opin.& qua ratione.ibid.num.3.

Fideicommiſſum inductum per clauſulam codicillarem neceſſario continet tractum in futurum, quod non debetur niſi poſt mortem grauati fideicommiſſum quod non aduenerit, nec quod tali caſu loquatur ſubſtitutio fideicommiſſaria ſolet ſic pro regulam allegari, & contrarium dicenti incumbit onus probandi.lib.3.fol.133.col.1.num.4.

Fideicommiſſum inducitur ex codicillis propriè ad hoc ipſum ordinatis etiam quòd in eis eſſet facta hæredum inſtitutio.lib.3.fol.133.col.1.ſol.7.num.1.

Fideicommiſſum poteſt indicijs induci & relinqui, puta nutu & ſignis ab eo qui loqui non poteſt ex aliquo accidenti impeditus, cum in fideicommiſſo qualibet indicia ſufficiant & ſic ille ſani intellectus. lib.3.fol.157.colum.2.ſolut.12.num.6.





Fideicommiſſum inductum dicatur quando apparet teſtatorem prohibuiſſe in vniuerſali fideicommiſſo ſcilicet detractionem Trebellianicæ, & quare.libro 3.fol.159.colum.2.ſolut.12.num.13.

Fideicommiſſum tacitum de dando incapaci, quando vti factum in fraudem legis à fiſco ſit auferendum, quod quomodo conſtare poſſit vide,ibid.num.14.

Fideicommiſſum indicitur his vocabulis ſynonimis, ex coniecturis, indicijs argumentis,præſumptionibus, & veriſimilibus.libro 3.fol.157.col.1.ſol.12.num.3.

Fideicommiſſum quando inducitur ex coniecturis( quicquid dicant aliqui non ex eis induci)debent eſſe concludens ipſum fideicommiſſi actum, & per quot teſtes probandum ſit, & de mente attendenda potiùs in teſtamento, quàm verbis, vbi vide 17.rationes pro ea mente, quæ eſt difficilis tamen probationis, & quare,ideo coniecturis ſit eius probatio,& quare ibid.num.4.

Fideicommiſſum minuitur ex impenſa funeris teſtatoris, quæ præcedit bonis non exiſtentibus ſoluendo, & ſemper deducitur ex hæreditate, cuius reſpectu Falcidia non detrahitur, ſiue impenſa ea fuerit ordinata à teſtatore,ſiue facta ab hærede,eo tamen modo.&c.lib.3.fol.58.col.1.ſol.4.nu.2.

Fideicommiſſum, vt perueniat ad quenquam, intelligitur, ſi ſit capax, & quantum capere poteſt.lib.3.fol.26.colum.1.num.3.

Fideicommiſſum ſit propriè in diſpoſitione, qua firmitatem capit per diſponentis mortem, & à quo veniat præſtandum, & valeat ex vltima voluntate ex diſpoſitione per viam contractus inter viuos valida.li.3.fol.124.col.1.ſolut.1.num.3.

Fideicommiſſum ſit verbis alijs obliquis, & deprecatiuis, videlicet, peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo.ibidem.numero 4.

Fideicommiſſum non ſit verbis obligatiuis, de quibus ibi quæ non pertinent ad ius teſtandi, ſed ad contractus. item nec pactione firmata conſenſu plurium hæreditates acquiruntur, nec ſucceſſiones fideicommiſſariæ, nec iure directo, nec iure fideicommiſſi, vti inualida de futura ſucceſſione. ibid.ſub num.4.

Fideicommiſſum dari & conſtitui poteſt per quamlibet ſpeciem vltimarum voluntatum; cum plures ſint,ad aliquid ſit peruentum ad aliquem per mortem diſponentis, vel & teſtamento, vel cauſa mortis donatione, vel ex codicillis, per quos datur fideicommiſſum, à venientibus ab inteſtato, & de virtute clauſulæ codicillaris.ibid.col.12.num.5.

Fideicommiſſum etiam nutu conſtitui poteſt.ibidem,ſub nu. 6.

Fideicommiſſum, an, & quod ſit fauorabile, vel odioſum, & quando eſt fauorabile, pro eo ſit amplior, ſi odioſum,ſit ſtrictior interpretatio & vbi de illis tractatum ſit, & quando in dubio vti odioſum ſit contra illud iudicandum, vel pro eo vti fauorabile,etiam quòd ſit onus & pro concordia opinionum, & quòd diuerſis reſpectibus dicatur & odioſum & fauorabile, & quid quando fauor & odium poſſint ſeparari reſpectu diuerſarum perſonarum.lib.3.fol.127.col.2.ſol.3.num.1.

Fideicommiſſum ſecundum Doctor. reſpectu grauati eſt onus, & dicitur odioſum, & hoc per inductionem de legitima,quæ debet eſſe libera ab omni grauamine.ibid. fol.428.colum.1.num.2.

Fideicommiſſum debet omnino probari à proponente illud,& licet coniecturis probetur verum eſſe, quatenus ſint concludentes,& vbi agitur de obligando fauorabiliores eſſe debemus ad negandum vel illud minuendum, & ſic non extare pronuntian.eſt,eſto quòd verba teſtamentis videantur fideicommiſſo conuenire, & quòd odioſum ſit dum agitur de eo inducendo.ibid.col.2.num.8.

Fideicommiſſum,vt inductum appareat duo ſunt inſpicienda, quòd adſit habitas perſonæ grauatæ, & conſtet de perſona cui ſit dandum fideicōmiſſum.li.3.fol.129.col.1.ſol.3.nu.9.

